

2.440



COMMENTARIORVM IN

EVANGELICAM HARMONIAM, SIV

CONCORDIAM, EX ANTIQVIS

Ecclesiæ Patribus, congestorum: in quibus quæ ad Interpretis & Ecclesiastæ munus fa continentur:

TOMI QVATVOR.

823

Per F. THOMAM BEAVX-AMIS, Carmelitam, Doctorem Theologum Parisiensem.

Cum Indice amplissimo.

BIBLIOTECA PROVINCIAL - REGISTRO DE LA PROPIEDAD INTELECTUAL - PALENCIA



PARISIIS,

Apud Guillelmum Chaudiere, via Iacobæa, sub insigni Temporis, & Hominis syluestris.

M. D. LXXXIII.

Cum Priuilegiis Summi Pont. Regis Christianiss. & Cæsareæ Maiestatis, ad decennium.

EVANGELIORUM HARMONIAM, SIVE CONCORDIAM, EX ANTIQUIS

Ecclesiæ Patribus, conciliorumque gestis, ad interpretis & Ecclesiasticæ munus facientia contextum:

TOMI QUATUOR

Per P. THOMAM BRAUX-AMIS, Carmelitam, Doctorem Theologum Parisiensem.

Cum Indice amplissimo.



PARISIIS,

Apud Guillelmum Chaudiere, via Jacobæa, sub signo Temporis, & Hominis Sylvestris.

M. D. LXXXIII.

Cum Privilegio Summi Pont. Regis Christianiss. & Cæsareæ Majestatis, ad decennium.

BEATISSIMO DOMINO,

D. NOSTRO PAPÆ GREGORIO XIII.

CATHOLICÆ ECCLESIÆ PONTIFICI

Optimo Maximo, ad humilima pedum oscula.

HANC nobis legem ipse Christus prescripsit, Beatiss. Pater, vt à Petro fidei plenitudinem requiramus, non modò cùm supra Petram Ecclesiam ędificandam assereret, *Matth. 16.* sed & pro Petro rogaret, ne deficeret fides eius. subiunxit enim, Tu autem conuersus cõfirma fratres tuos; quòd ab ipsius soliditate cęteri Apostoli pendere deberent. Eapropter Petrus in medium prosilijt, cùm de electione Matthię ageretur. Idem in die Pentecostes Apostolos à calumnia vindicauit. *Luc. 22.* *Act. 1.* Idem Apostolis pręsentibus sępissimè causam *Act. 2. 3. 4. 5. 8. 10. 11. 12. & 15.* Domini egisse legitur. Sed & ad eum Paulus, vas electionis, licet per Iesum edoctus, de Euangelio contulisse gloriatur. Liceat autem hîc mihi Theodoreti ad beatissimum Leonem Pontificem *Theodoretus.* verba vsurpare: Si Paulus prędicator veritatis, & Spiritussancti *Gal. 1. & 2.* tuba, ad Petrum accurrit, vt iis qui Antiochię de viuendo secundum legem Moysi discrepabant, definitionem & explicationem ab eo ferret: multò magis nos, qui pusilli sumus & viles, ad solium vestrum Apostolicum accurremus, vt à vobis medicinam vlceribus Ecclesiarum feramus. Reuera enim, vt Basilius scribit *Basilius Epistola data Diacono ad Rom. Pontif.* in Epistola ad Romanum Pontificem, dignum est illa excellentissima voce, qua tè Christus beatum prædicauit, quod pietati tuæ à Domino donatum est, vt quod adulterinum est, à legitimo *Matth. 16.* & puro discernas, ac fidem Patrum sine vlla subtractione cõfirmes. Hac potissimùm ratione minimus ego eorum omnium, qui Dei verbum in Ecclesia Catholica profitentur, hunc nostrũ manipulum, post messores, è vasto & fertilissimo sanctissimorũ Patrum agro, in Euangelia collectum, tuæ Sanctitati offerendũ existimaui: vt ea quæ de fidei regula traduntur, firmarem, ne fal-

lax cuiuſquam ſimulatio, quæ ſelecta ſunt, incerta eſſe iudicaret. Hæc enim ſupremæ veſtræ ſedis authoritas eſt, vt ad eam, quæcunque in Eccleſia credenda, & quęcunque recto ordine agẽda ſunt, reuocare conueniat. Nimirùm, vtar enim verbis D. Irenæi, maximæ & antiquiſſimæ, & ab omnibus cognitæ Romæ fundatæ & conſtitutæ Eccleſiæ fidem per ſucceſſiones Epiſcoporũ ad nos vſque peruenientem indicamus.

Iren. lib. 3. ca. 3.

Hoc autem opus qualecunque eſt, idcircò aggreſſus ſum, vt quæ longis & aſſiduis iam per 26. annos in concionando laboribus, viua voce, in magnis vrbibus, etiam Chriſtianorum Principum frequentia, aſſerueram, ſcripto prodita, & ſacro Gazophylocio commiſſa, ſaltem minimum quid ad ſarta tecta templa cõferant, mihíque peccatori apud miſericordem iudicem patrocinentur. Et quoniam nihil vnquam pernicioſius eſſe iudicaui, quàm vt quiſque ad mentem ſuam ſcripturæ ſenſum conuertat: fieri enim vt flores, quos hi in mellis dulcedinem cõuertunt, iſti velut araneæ ad veneni frigiditatem traducant: eapropter cauẽdum duxi, ne aut dicendo aut ſcribendo quicquam credendorũ efflueret, quod non à ſanctis Patribus proficiſceretur. Siquidẽ, vt tradit Irenæus, in Apoſtolorum doctrina, ſecundũ ſucceſſiones Epiſcoporũ, & ſecundũ ſcripturas expoſitio legitima & diligẽs, & ſine periculo, & ſine blaſphemia eſt. Nimirũ, vt Tertullianus, ordo rerum deſiderat, illud priùs proponi, à quo, & per quos, & à quibus ſit tradita diſciplina, qua fiunt Chriſtiani. Vbi enim apparuerit eſſe veritatem diſciplinæ & fidei Chriſtianæ, illic erit & veritas ſcripturarum, & expoſitionum, & omniũ traditionum. Nam, vt Clemens diui Petri diſcipulus & interpres docet, oportet ab eo diſcere intelligentiam ſcripturarum, qui eam à maioribus ſecundum veritatem ſibi traditam ſeruauit, vt & ipſe poſſit ea, quæ rectè accepit, competenter aſſerere. Sic ſanè Baſilius & Gregorius Nanzanzenus, diuina Eccleſiæ lumina, verum ſcripturarum ſenſum perſcrutati ſunt, vt earum intelligentiam non ex propria præſumptione, ſed ex maiorum ſcriptis & authoritate depromerent, eorum ſanè, quos ex Apoſtolica ſucceſſione, intelligendi regulam ſuſcepiſſe conſtabat. Idem ſuperioribus temporibus in Euangelia feciſſe conſtat Theophilactum, Euthymium, Bedam, Remigium, Albertum, Thomã Aquinatem, Zachariam Chryſopolitanum, alióſque permultos, quos, vt Patres, veneror & amplector: à quibus minimè recedo, cùm nec ipſe ſententiam feram, ſed ea tantùm interſeram, quæ fuſiùs dicendi argumentum ſuppeditant.

Orig. lib. 3. in Celſ.

Chryſ. hom. 34. in Epiſt. ad Hebr.

Iren. lib. 4. c. 63.

Tert. lib. de Præſcr.

Clem. Rom. Epiſt. 5.

Ruffin. lib. 2. hiſt. Eccl. cap. 9.

Vt autem id, quicquid est nostri laboris, vestræ Sãctitatis pedibus audenter prouoluerem, præter ea quæ diximus, fecit paterna vestra benignitas, in eos maximè profusa, qui communẽ Ecclesiæ causam suscipiunt. Hanc & ipse hactenus expertus sum, non modò Romæ facto ad ipsam accessu, sed & nuper data edendi istius operis licentia, quam prosequendis studiis minimè defuturam esse confido.

Quod reliquum est igitur, supplex ad beatorum pedum oscula, Beatitudinem tuam rogo, vt duos istos priores Tomos gratos & acceptos habere, méque paterna benedictione donare digneris, qua simul & Dei gratia comite, breui tandem posteriores emittam. Deus interim Beatitudinem illam tuam ad commune totius Ecclesiæ bonum prouehat, & incolumem seruet. VII. Non. April. M.D.LXXXIII.

Lutetiæ.

Vestræ sanctitatis

Obsequentiss. seruus & humilimus filius

F. Thomas Beaux-amis ordinis Carmelitarum.

MOTV proprio,&c. Cùm,ſicut accepimus,dilectus filius Guillelmus Chaudiere, Bibliopola ſeu Typographus Iuratus Vniuerſitatis Pariſiẽſis, & Pariſiis cõmorans,Commentaria in Harmoniam Euangelicam, ex antiquis Eccleſiæ Patribus, quæ ad interpretis & Eccleſiaſtæ munus faciunt, per dilectum filium Fratrem Thomam Beaux-amis, ordinis Carmelitarũ profeſſorem, & Magiſtrum in Theologia,ſelecta,quatuórque tomis comprehenſa,magnis impenſis typis mandari & excudi facere cupiat & intendat,& iam excudi facere incœperit. Nos, ne poſt magnas impenſas & labores, quos propterea ipſum Guillelmum,qui multos libros ſacros Eccleſiaſticos, & ab antiquis Eccleſiæ Doctoribus ſcriptos, probè & catholicè cudere curauit, ſubire oportet,alij lucrum ex alienis impenſis & labore ſurripiãt: illius indemnitati in hac parte,quantum in nobis ſitum eſt,conſulere,ipſúmque ſpecialibus fauoribus & gratiis proſequi volentes:Motu ſimili, &c. poſtquàm ipſa Commentaria à Facultate Theologiæ examinata & approbata fuerint:Omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus,preſertim librorum Impreſſoribus ac Bibliopolis, quouis nomine nuncupatis, tam in alma Vrbe noſtra, & illius diſtrictu, ac toto noſtro ſtatu Eccleſiaſtico, nobis & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ mediatè vel immediatè ſubiecto in Italia,quàm extra eam,ſub excommunicationis maioris latæ ſententię, à qua nullus præterquàm à nobis, vel Romano Pontifice pro tempore exiſtente,abſolui poſſit:ac etiam quingentorum ducatorum auri de Camera,pro vna Cameræ Apoſtolicę, & pro alia dicto Guillelmo, eiúſve hæredibus vel ſucceſſoribus,ac ius vel cauſam ab eo vel eis pro tempore habentibus,ac pro alia accuſatori,& pro reliqua quartis illorum partibus iudici exequenti: nec non amiſſionis typorum, librorum & operum, eidem Guillelmo & ſuis prædictis irremiſſibiliter applicandorum pœnis toties ipſo facto,etiam abſque declaratione cuiuſque iudicis incurrendis, quoties contrauentum fuerit, diſtrictiùs inhibemus & interdicimus, ne per decem annos à primæua dictorum Commentariorum impreſſione computandos, Commentaria ipſa in toto vel in parte, & quocunque alio idiomate, & tam ſub eodem quàm ſub alio quocunque titulo,nec etiam cum quibuſuis additionibus, ſummariis, gloſſis, vel interpretationibus, neque etiam ſub cuiuſcunque alterius generis adiunctionibus ad eandem materiam accedentibus, vel illam referentibus,aut illi ſimilibus,etiam ad inſtãtiam cuiuſuis alterius perſonæ,cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, nobilitatis, præeminentiæ & conditionis fuerit,quouis quæſito colore vel ingenio,imprimere & typis excudere,ſeu imprimi & excudi facere,aut etiam alibi, vel ab aliis impreſſa vel in lucem edita vendere,aut venalia, ſeu aliâs quo-

quomodolibet proponere,tenere, vel habere, aut cuiquam etiã mutuo, dono,precario,vel quouis alio titulo concedere,ſeu exemplum inde ſumere, per ſe vel alium ſeu alios audeant vel præſumant: niſi ad hoc ipſius Guillelmi,vel ſuorum prędictorum expreſſus acceſſerit aſſenſus, de quo per ſchedulã eius vel eorũ manu ſubſcriptam conſtare debeat. Et nihilominus vniuerſis & ſingulis venerabilibus fratribus noſtris Patriarchis,Archiepiſcopis & Epiſcopis, ac dilectis filiis eorum Vicariis & Officialibus, necnon quibuſuis aliis locorum ordinariis,& reliquis in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis,etiam quacunque dignitate Eccleſiaſtica fungentibus, harũ ſerie,in virtute ſanctæ obedientiæ pręcipiendo mandamus:vt quoties pro parte dicti Guillelmi fuerint requiſiti, vel eorum aliquis fuerit requiſitus, eidem Guillelmo & ſuis prædictis ,in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtant, eáque obſeruari mandent & faciant,ac contra inobedientes & rebelles per prædictas & alias eis beneviſas ſentẽtias,cenſuras, & pœnas,etiam ſępiùs illas aggrauando, appellatione remota procedant & exequantur, inuocato etiam, ſi opus fuerit,auxilio brachij ſecularis: Non obſtantibus Apoſtolicis, ac in vniuerſalibus Prouincialibúſque & Synodalibus Conciliis editis, & edendis ſpecialibus vel generalibus conſtitutionibus & ordinationibus,necnon etiam quibuſuis etiam iuramẽto &c. roboratis ſtatutis,&c. priuilegiis quoque indultis & literis Apoſtolicis etiam quibuſuis ſuperioribus & perſonis in genere vel in ſpecie ſub quibuſcunque tenoribus,&c.etiam Motu ſimili,ac aliâs in contrarium quomodolibet etiam pluries & iteratis vicibus conceſſis,in poſterúmque concedendis. Quibus omnibus etiamſi de illis,&c.eorũ tenoribus, &c. latiſſimè hac vice derogare placeat,cæteríſque contrariis quibuſcunque cum cæteris opponendis,&c.Et cum abſolutione à cenſuris ad effectum,&c.

Gregorius xiij. Pontifex Maximus manu propria ſubſignauit. Fiat de motu proprio.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Non. Nouembr. Anno Vndecimo Pontificatus noſtri.

EXTRAICT DV PRIVILEGE DV ROY.

PAR grace & priuilege du Roy, il eſt permis à Guillaume Chaudiere, Marchand, Libraire iuré en l'vniuerſité de Paris, imprimer, ou faire imprimer, vne ou pluſieurs fois, Commẽtariorum in Euangelicã Harmoniam, ſiue Concordantiã, ex antiquis Eccleſiæ Patribus, congeſtorũ, in quibus, quæ ad interpretis & Eccleſiaſtæ munus faciunt, continentur, Tomi quatuor: Per F. THOMAM BEAVX-AMIS, Carmelitam, Doctorẽ Theologum Pariſienſem. *Et faict ſa Maieſté defenſes à tous Imprimeurs, Libraires, & autres, de vendre ne debiter aucuns deſdicts liures, ſinon de l'impreſſion dudict Chaudiere, & de ſon conſentement: & ce durant le terme de dix ans, à compter du iour que le preſent liure ſera premierement acheué d'imprimer: ſur peine de mil eſcus d'amende, la moitié à ſadicte Maieſté, & l'autre moitié audict Chaudiere: & de confiſcation de tous les Exemplaires trouuez au contraire. En oultre veult & entend ledict Seigneur, que mettant le preſent Bref du Priuilege au commencement, ou à la fin de chacun deſdicts liures, que cela ait forme de ſignification, tout ainſi que ſi l'original eſtoit particulierement ſignifié à chacun: nonobſtant oppoſitions ou appellations quelconques: pour leſquelles, & ſans preiudice d'icelles, ne veult aucunement eſtre differé. Donné à Paris, le quatrieſme de Mars, l'an de grace Mil cinq cens quatre vingt deux, & de noſtre Regne le huitieſme.*

Par le Roy en ſon Conſeil. DORMY.

PRIVILEGIVM CÆSAREÆ MAIESTATIS.

RVDOLPHVS Secundus, diuina fauente clementia electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ, &c. Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ & Wirtembergæ, &c. Comes Tirolis, &c. Notum facimus tenore præſentium vniuerſis: Quòd cùm nobis humiliter expoſuerit Guilielmus Chaudiere, Ciuis Pariſienſis, & Vniuerſitatis ibidem Bibliopola, ſe magnis laboribus ac ſumptibus quatuor Tomos Commentariorum in Euangelicam Harmoniam ſiue Concordantiam, ex antiquis Eccleſiæ Patribus congeſtos, annis abhinc duobus excudi curaſſe: vereri autem vt æmulorum fraudibus ſperato laborum ſuorum fructu ipſum priuari contingat: Nobis proinde demiſsè ſupplicando, quatenus ſuæ hoc loci indemnitati benignè conſulere, ac Cæſareum noſtrum Priuilegium ipſi ſuperinde concedere dignaremur. Nos itaque conſiderantes imprimis, quantum ex eiuſmodi librorum, Euangelicam quippè doctrinam propagantium, editione commodi atque emolumenti reipublicæ Chriſtianæ expectandum ſit, pro ea, qua alioqui in rem literariam iuuandam affecti ſumus animi propẽſione, humilibus eiuſdem precibus deeſſe noluimus. Ideóque ex certa ſcientia, animo deliberato, & Imperiali auctoritate noſtra, præfatum Chaudiere noſtro hoc Priuilegio contra quorumuis fraudes & impoſturas ſufficienter inſtructum ac munitum cupientes, vniuerſis ac ſingulis Typographis, Bibliopolis, aliíſque librariam negotiationem in ſacro Romano Imperio, Regníſque ac ditionibus noſtris hæreditariis, quouis modo exercentibus, inhibemus ac firmiter interdicimus, ne quis memoratos Tomos per decennium à prima cuiuſlibet editionis die computandum, intra eiuſdem ſacri Imperij, aut quorumcunque Regnorum ac prouinciarum noſtrarum fines, citra expreſſum ipſius Chaudiere, aut hæredum eius conſenſum & voluntatem, eodem, vel alio quopiam charactere, ſeu forma, imitari, recudere, aut quocunque modo recudenda dare, vel alibi impreſſa adducere, vendere, diſtraheréve, palàm aut occultè præſumat. Si quis verò ſecus faciendo, interdictum ac Priuilegium hoc noſtrum neglexerit, aut temerario aliquo auſu violauerit, eum non ſolùm omnibus eiuſmodi libris, ſic, vt præfertur, perperàm impreſſis adductíſve per prædictum Chaudiere, aut hæredes ipſius, vel eorundem mandatarios, ope Magiſtratus eius loci, in quo deprehenſi fuerint, vel propria etiam, quam ipſis hac in parte tribuimus, authoritate, priuandum, verùm inſuper etiam decem Marcharum auri puri mulcta Fiſco noſtro Imperiali fraudis vindici, ac ipſi Chaudiere, vel hæredibus eiuſdem, ex æquo ſoluendam, plectendum decernimus. Ita tamen, vt prædictus Chaudiere aut hæredes eius quam-

primùm terna ad minus cuiuſlibet Tomi Exemplaria propriis ſumptibus ad Cancellariam noſtram Imperialem tranſmittere teneatur. Quod ſi neglexerit, Priuilegio hoc noſtro neutiquam vti poſſit: ſed eo ipſo priuatus & exutus omninò cenſeatur. Mandamus ergo vniuerſis, ac ſingulis noſtris & Imperij ſacri, aliorúmque Regnorum & Dominiorum noſtrorum hęreditariorum ſubditis ac fidelibus dilectis, tam Eccleſiaſticis quàm ſæcularibus, cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis & præeminentiæ extiterint, præſertim verò iis, qui in Magiſtratu conſtituti, vel ſuperiorum ſuorum, vel proprio nomine & loco, iuris ac iuſtitiæ adminiſtrationem exercent, ne quenquam Priuilegium hoc noſtrum Imperiale negligere, ſpernere, aut violare quouis modo patiantur: quin potius contumaces, ſi quos fortè compererint, præſcripta mulcta puniri, & quacunque demum ratione commodè ac rectè fieri poterit, eoſdem coërceri curent: quatenus & ipſi grauiſſimam noſtram & Imperij ſacri indignationem, ac eandem æquè pœnam euitare voluerint. Harum teſtimonio literarum, manu noſtra ſubſcriptarum, ſigillíque Cęſarei impreſſione munitarum. Datum in Ciuitate noſtra Vienna, die vigeſima tertia menſis Octobris, Anno Domini Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſecundo, Regnorum noſtrorum, Romani ſeptimo, Hungarici vndecimo, Bohemici verò octauo.

RVDOLPHVS.

Ad mandatum ſacræ Cæſareæ Maieſtatis proprium.

P. Obernburger.

PARISIIS,

EXCVDEBATVR ANNO

DOMINI MILLESIMO QVINGENTE-

SIMO OCTVAGESIMO TERTIO,

MENSE APRILI.

PARISIIS,

EXCVDEBATVR ANNO

DOMINI MILLESIMO QVINGENTE-

SIMO OCTVAGESIMO TERTIO,

MENSE APRILI.

COMMENTARIORVM

IN EVANGELICAM HARMONIAM

EX ANTIQVIS ECCLESIÆ PATRIBVS QVAE AD interpretis, & Eccleſiaſtæ munus faciunt, per F. Thomam Beaux-amis Carmelitam ſelectorum, Tomus primus.

Quo inſertis iis quæ de Ioanne præcurſore leguntur, Chriſti diuina generatio & humana natiuitas, infantia, pueritia, baptiſma, priora miracula, prędicatio, diſcipulorum vocatio explicantur: ea nimirùm quæ contigerunt vſque ad ſecundum Paſcha ab eius baptiſmate.

PRÆFATIO EX LVCA, QVA AGITVR DE SVPpoſititiis & mendacibus Euangeliis: quòd tantùm ſint vera quatuor Euangelia, & quatuor Euangeliſtæ: qui illorum typi & figuræ præceſſerint, quid Euangelium, à quibus Euangeliſtæ hoc didicerint, qua occaſione, & quo ordine ſcripſerint.

LVC. I.

QVONIAM quidem multi conati ſunt ordinare narrationem, quæ in nobis completæ ſunt, rerum: ſicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipſi viderunt, & miniſtri fuerunt ſermonis: Viſum eſt & mihi aſſecuto omnia à principio diligenter, ex ordine tibi ſcribere, optime Theophile, vt cognoſcas eorum veritatem.

A 

VEMADMODVM multi ſunt, qui apud ſimplices & ignaros vitreum arte quadam aſſimilatum pro ſmaragdo, aut altero magni pretij lapide haberi faciunt, quoaduſque nonadeſt qui probare, & artificiū arguere poſſit: Ita quoque olim multi conficta quædam Euangelia populo propoſuerunt, & ita ſuis dolis effecerunt, vt apud quoſdā pro veris haberētur. Quū enim cōmixtum fuerit æramentum argento, quis facilè poterit, cùm ipſe rudis ſit, hoc probare? Hæc ſimilitudo ex Irenæo in Præfatione libri primi contra hæreſes ſumpta eſt. Et ad eundē ſanè modū tot tantúſque præſtigiis hæretici ſuos demētare ſolent, vt quia mendaciū à veritate nō diſcernūt, illis facilè per libros falſos & ſuppoſitos illudant, quaſi à magnis quibuſdam Apoſtolis editi ſint. Tertullianus lib. 4. contra Marcionem. Conſtituimus autem imprimis Euangelicum inſtrumentum Apoſtolos authores habere, quibus munus hoc Euangelij promulgandi ab ipſo Domino ſit impoſitum: ſi & Apoſtolicos, non tamen ſolos, ſed cum Apoſtolis, & poſt Apoſtolos: quoniam prædicatio Apoſtolorum ſuſpecta fieri poſſet de gloriæ ſtudio, ſi non aſſiſtat illis authoritas magiſtrorum, immò Chriſti, quæ magiſtros Apoſtolos fecit. Denique nobis fidem ex Apoſtolis Ioannes & Matthæus inſinuant: ex Apoſtolicis, Lucas & Marcus inſtaurant, iiſdémque regulis exorſi, quantum ad vnicum Deum attinet creatorem, & Chriſtum eius, natum ex Virgine, ſupplementum legis & Prophetarum. Et quidem Lucas medicus in ſui Euangelij Præfatione, multos idem quod & ipſe, conatos eſſe ſcribit: ſuæ tamē narrationis authoritatem horum teſtimonio aſtruit, qui & ipſi illi viderunt, & miniſtri fuerunt ſermonis. Quod autem dicit, πολλοὶ ἐπεχείρησαν, at-

Irenęus.

Hæreticorū Euangelia ſuppoſita qualia fuerint.

B Tertul.

Qui autores veri Euangelij.

tentarunt, seu conati sunt: Ambrosius, Theophilactus & Euthymius in malam partem accipiunt. Ambros. in expositione Procemij, quod Lucas in Euãgelium suum fecit: *Multi* enim *conati*, Ambrosius inquit, sed gratia Dei destituti sunt, qui implere nequiuerunt. Qui enim conatus est *ordinare*, suo labore conatus est, nec impleuit. Sine conatu enim sunt donationes & gratia Dei, quæ vbi se infuderit, rigare consueuit, vt non egeat, sed redundet scriptoris ingenium. Non conatus est Matthæus, non conatus est Marcus, non Ioannes, non Lucas: sed diuino spiritu vbertatem dictorum rerúmque omnium ministrante, sine vllo molimine cœpta compleuerunt. Theophilactus in Lucam. Qui fuerunt illi multi qui attentarunt? Pseudoapostoli, sed non perfecerunt: quia enim absque diuina gratia cœperunt, ideò non absoluerunt. Quod & ipse & Ambrosius, & Euthymius in Luc. sed & Hieronymus probant, cùm ex his Euangeliis, quæ ipsis Apostolorum temporibus, tum ex his quæ postea ab impijs & prophanis hominibus conscripta sunt. Theoph. Multi enim tunc conscripserunt Euangelia, vti est quod vocatur Euangelium secundum Ægyptios, & quod inscribitur Euangelium secundum duodecim. Clemens Alexandrinus lib. 3. Stro. Euang. illius secundum Ægyptios meminit, quo & Tatiani hæretici vtantur. Origen. hom. 1. in Luc. Sicut enim olim in populo Iudæorum multi Prophetiam pollicebantur, & quidam erant Pseudoprophetæ, ex quibus vnus fuit Ananias filius Agor: alij verò Prophetæ: Et erat gratia in populo discernendorum spirituum, per quã alij inter Prophetas recipiebantur, alij verò quasi ab exercitatissimis trapezitis reprobabantur: Ita & nunc in nouo Testamẽto multi conati sunt scribere Euãgelia, sed nõ omnes recepti. Et vt sciatis non solùm quatuor Euãgelia, sed plurima esse cõscripta, è quibus hæc quæ habemus, electa sunt, & tradita Ecclesiis, ex ipso Procemio Lucæ cognoscimus. Nam hoc quod ait, *Multi conati sunt*, latentem habent accusationẽ eorum, qui absque gratia Spiritus sancti, ad scribenda Euangelia prosilierũt. Ecclesia quatuor habet Euãgelia, hæreses plurimas, è quibus quoddam scribitur secundum Ægyptios, aliud iuxta duodecim Apostolos. Ausus fuit & Basilides scribere Euangelium, & suo nomine titulare. Scio quoddam Euangelium, quod appellatur secundũ Thomam, & iuxta Mathiam. Ambrosius hæc Origenis verba secutus esse videtur. Sed & Hieronymus ad ea alludit in Procemio Commentariorum quos scripsit in Matthæum. Plures fuisse, inquit, qui Euangelia scripserunt, Lucas Euangelista testatur, dicens, *Quoniam quidem multi conati sunt, &c.* sicut perseuerantia vsque in præsens tempus monimenta declarant, quæ à diuersis authoribus edita, diuersarum hæresum fuere principia: vt & est illud iuxta Ægyptios, & Thomam, & Mathiam, & Bartholomæum, duodecim quoque Apostolorum, & Basilidis, atque Apellis, ac reliquorum, quos enumerare longissimum est: cùm hæc tantùm in præsentiarum necesse sit dicere, extitisse quosdam, qui sine spiritu & gratia Dei, conati sunt magis *ordinare narrationem*, quàm historię texere veritatem. Quibus iure potest illud Propheticum coaptari: Væ qui prophetant de corde suo, qui ambulant post spiritum suum: qui dicunt, Hæc dicit Dominus, & Dominus non misit eos. Eusebius hist. Ecclesiast. lib. 3. cap. 25. scribit præter Euangelium Thomæ, & Mathiæ, fuisse & Euangelium Petri, & alia continentia Andreæ, Ioannis, & aliorum Apostolorum acta, quæ, inquit, ab hæreticis proferuntur, quorum nullam vspiam, vel aliquis Ecclesiasticæ successionis scriptor mentionem in Commentarijs suis facere dignatus est. Porrò & phraseos character à consuetudine Ecclesiastica variat, & ipsa sententia, & propositum illorum quæ adferuntur, plurimùm à veritate rectæ doctrinæ discrepant, & quòd hæreticorum sint hominum figmenta, perspicuè conuincunt. Quapropter ne inter adulterina quidem ponenda, sed tanquam omninò absurda & impia auersanda sunt. Cyrillus Hierosolymit. catechesi 4. Noui igitur Testamenti quatuor tantùm Euangelia, inquit: reliqua autem falsò inscripta, & pernicioſa sunt. Scripserunt enim Manichæi secundum Thomam Euangelium, quod Euangelico nomine coloratum animas simplicium corrumpit. Epiphanius lib. 1. tom. 2. contra 26. hæresim, quæ est Gnosticorum, scribit Gnosticos, vt turpitudinem execrandæ suæ libidinis aliquo verbo prætexerent, Euangelium Philippi Apostoli Domini nomine confinxisse. Leontius Bizantinus ex Theodoro Abbate lib. de sectis art. 3. Euangelium nomine Philippi & Thomæ à Manichæis confictum scribit. Epiphanius denique lib. 1. to. 3. in hęres. 46. quæ est Tatianorum: Dicitur, inquit, ab ipso Tatiano factus esse liber, qui ex quatuor Euangeliis constat, quem aliqui Euangelium secundum Hebræos vocant. Irenæus lib. 1. contra hæreses cap. 35. meminit Euangelij Iudæ, quod Ophitæ & Cainęi hæretici conflarant, quo Iudam Domini proditorem summis laudibus efferebant. Origen. in Matth. cap. 13. Euangelium conscriptum nomine Petri narrat, ex quo colligerent nonnulli Ioseph alteri priùs nupsisse quàm D. Virginem in coniugem accepisset. Sed, vt idem scribit hom. 1. in Lucam, in his omnibus nihil aliud probamus, nisi quod Ecclesia probauit

Ambros.

Euangelistæ non humanum artificium secuti sunt.

Theoph. Euthym.

Quænam fuerint Euangelia mendacia. Clem. Alexandr. Origen.

Hierony.

Eusebius.

Hæreticorũ mendaces libri nominibus Apostolorũ donati. Cyrill. Hierosol.

Epiphan.

Leontius. Epiphan. Irenæus. Origen.

Quo argumento discernenda sunt vera Euangelia.

F G H I K

A uit, quatuor ſcilicet tantùm Euangelia recipienda eſſe. Hanc Origenis ſententiam Euſebius Cæſarienſis lib. 6. hiſt. Eccleſ. cap. 25. vt ſummæ authoritatis, tranſcripſit. Probatur autem expreſſis argumentis ab Irenæo lib. 3. contra hæreſes, cap. 11. Concludit enim neque plura, nec minus quàm quatuor eſſe poſſe Euãgelia. Auguſt. tom. 8. Enarrat. in Pſal. 103. Quia enim quatuor ſunt orbis partes, & totus orbis ad Euangelium vocabatur, inde quatuor Euangelia conſcripta ſunt: & quia totus orbis in nomine Trinitatis vocatur, vt congregetur Eccleſia, ideò duodecim Apoſtoli ſunt, quia quatuor ter ducta duodecim fiunt. Hieron. in Procœmio Cõment. in Matth. Eccleſia enim, inquit, quę Domini voce ſupra petram fundata eſt: quam introduxit rex in cubiculum ſuum, & ad quam per foramen deſcenſionis occultè miſit manum ſuam, ſimilis damulæ, hinulóque ceruorũ: quatuor flumina paradiſi inſtar eructãs, quatuor angulos & annulos habet, per quos quaſi arca teſtamẽti, & cuſtos legis Domini, lignis immobilibus vehitur. Cõparat enim

B quatuor Euãgeliſtas quatuor paradiſi fluminibus, & quatuor annulis, quibus arca Domini portabatur. Anaſtaſius Epiſ. Nicenus quæſtionum in ſcripturam quæſt. 65. Quia, inquit, quatuor mundi regiones, & quatuor ſpiritus vniuerſẽ & in genere: Eccleſia merito habet quatuor columnas vndique ſpirantes incorruptionem, & homines inſtar ignis ſuſcitantes. Ex quibus manifeſtum eſt, quòd Verbum opifex omnium, qui ſedet ſuper Cherubim & continet omnia, hominibus manifeſtatus dedit nobis quadriforme Euangelium, ſed quod vno ſpiritu continetur: Cherubim enim habent quatuor facies, & eorum facies ſunt imagines operationis filij Dei. Vnde & Dauid in eum dicit: Qui ſedes ſuper Cherubim manifeſtare. Et propterea homini data ſunt vniuerſẽ & in genere quatuor teſtamenta. Vnum quidem diluuij datum eſt Noè ſub arca: ſecundum Abrahamo, ſub ſigno circunciſionis: tertium verò legis ſub Moyſe: quartum

C Euangelij per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Auguſt. lib. 1. de conſen. Euangel. cap. 6. Vnde mihi, inquit, videntur, qui ex Apocalypſi (cap. 4.) illa quatuor animalia, ad intelligendos quatuor Euangeliſtas interpretati ſunt, probabilius aliquid attendiſſe, illi qui leonem in Matthæo, hominem in Marco, vitulum in Luca, aquilam in Ioanne intellexerunt. Matthæus enim regiam Chriſti dignitatem explicat, qui eſt leo de tribu Iuda, ad quem adorandum venerunt Magi ab Oriente, quem etiam rex Herodes reformidans, tot paruulos necauit. Lucas per vitulum exprimitur: orditur enim à ſacerdotis oblatione, & narrat ſacramenta primi ſacerdotij in infante Chriſto impleta. Marcus, qui neque ſtirpem regiam, neque ſacerdotium narrare voluit, in his verſatus oſtenditur, quæ homo Chriſtus operatus eſt: vnde & homini aſſimilatur. At verò Ioannes ſuper nubila infirmitatis humanæ, velut aquila, conſcendit: & lucem incommutabilis veritatis acutiſſimis atque firmiſſimis cordis oculis intuetur. Hieron. in Procœmio Com-

D ment. in Matth. Hæc igitur quatuor Euangelia multò antè prædicta Ezechielis quoque volumen probat. In quo prima viſio ita contexitur, Et in medio ſimilitudo quatuor animalium, & vultus eorum facies hominis, & facies leonis, & facies vituli, & facies aquilæ. Prima hominis facies Matthæum ſignificat, qui quaſi de homine exorſus eſt ſcribere, Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid, filij Abrahã. Secunda Marcũ, in qua vox leonis in eremo rugientis auditur, Vox clamantis in deſerto, Parate viã Domini, rectas facite ſemitas eius. Tertia vituli, quæ Euãgeliſtã Lucam à Zacharia ſacerdote ſumpſiſſe initium præfigurat. Quarta Ioannem Euangeliſtam, qui aſſumptis pennis aquilæ, & ad altiora feſtinans, de Verbo Dei diſputat. Idem lib. 1.

E Comment. in Zach. cap. 6. quo viſio quatuor quadrigarum per orbem diſcurrentium deſcribitur. Legi, inquit, in cuiuſdam volumine, quatuor quadrigas, in quibus ſunt equi ruffi, & nigri, & albi, & varij ac fortes, quatuor Euangelia intelligenda, & equos Apoſtolos, per diuerſitatem colorum diuerſas gratias poſſidentes, quorum alij ruffi ſint in martyrio, alij obſcuri & nigri, & Chriſti myſteria cognoſcentes, de quibus dicatur in Pſalmis, (Pſal. 17) Caligo ſub pedibus eius. Et poſuit tenebras latibulum ſuum. Alij albi gratia virginali: alij varij & fortes, habentes gratiam curationum, diuerſarumque virtutum. Hæ quadrigæ quatuor, ſiue currus miſſi ſunt in quatuor ventos cæli, id eſt, ad cardines mundi, & vniuerſum orbem terrarum, vt explerent Domini voluntatem: quibus poſtea infertur ab Angelo, Ite & perambulate terram, & in cunctis terrarum finibus Euangelium ſeminate. Chryſoſt. tom. 4. lib. Comment. in epiſt. ad Galatas cap. 1. Quid igitur dicemus, an quòd etiamſi decies mille ſint Euangeliſtæ, qui ſcribunt Euangelia, modò ſcribant eadem, multa illa eſſe vnicum Euangelium, neque quicquam obſtare ſcribentium multitudinem, quo minus vnum ſit Euangelium? Quemadmodum ex aduerſo ſi quis vnus ſcribens commemoret contraria, non eſſet vnum Euangelium, quæ ſcribuntur. Vt enim vnum ſit Euangelium, aut non vnum, non æſtimatur numero ſcribentium, ſed hinc, eadémne ſint, an diuerſa quæ ſcribuntur. Vnde dilucidum eſt quatuor Euangelia vnum eſſe Euangeliũ.

Euſebius. Iren. Auguſt. *Myſteria numeri quaternarij Euangeliſtarum & typi.* Hierony. Anaſtaſ. Auguſtin. *Viſio Ezechielis Prophetæ.* Hierony. Idem. *Viſio Zachariæ Prophetæ.* Chryſoſt. *Vnicum in pluribus eſſe Euangeliũ.*

Quum enim quatuor eadem loquantur, non est aliud atque aliud ob personarum differẽtiam, F
Basilius. sed vnum ob eorum qui loquuntur, consonantiam. Basilius Enarrat. in cap. 8. Esaiæ. Adest Euangelium, inquit, hoc est faustum fœlixque nuncium. Quem enim prisci patres flagrantibus
Quid Euãgelium. votis & spe certa credebant affore è cœlo, præsentem nobis annunciat Euangelium. Euangelium enim vox Græca est, bonum siue lætum nuncium significans. qua voce 70. interpretes vsi sunt, quoties occurrit verbum Hebraicum *Basar*, quod nunciare est, ex quo *Besora* nuncium, & *Mebaser* nuncians. Hanc vocem vsurpant Luc. cap. 4. Paulus Gal. 1. Hebraica autem voce vsus est Esaias cap. 61. vbi legimus, Ad euangelizandum pauperibus misit me. Definit
De quibus sit Euangelium. autem Lucas Euangelium, *narrationem, quæ in nobis completæ sunt rerum.* Res completæ, nõ tam peractæ intelliguntur, quàm certissima fide confirmatæ. πληροφορέω enim idem quod plenissimè docco. Vnde Orig. ho. 1. in Luc. Effectum, inquit, suum Lucas indicat ex sermone, quo G
Orig. ait: In nobis manifestissimè sunt ostensæ. rerum enim est πεπληροφορημένων, quod vno verbo Latinus sermo non explicat. Certa enim fide & ratione cognouerat, neque in aliquo Lucas fluctuabat, vtrum ita esset, an aliter. Hoc autem illis euenit, qui fidelissimè crediderunt, & id quod Propheta obsecrat, consecuti sunt, & dicunt, (Psal. 117.) Confirma me in sermonibus tuis. Vnde & Apostolus de his qui erant firmi atque robusti, ait (Ephes. 3.) Vt sitis radicati &
Ambros. fundati in fide. Ambros. in exposit. Procemij Lucæ. Itaque Euangelium completum est, & redundat omnibus per vniuersum orbem fidelibus, & mentes omnium rigat, animumque confirmat. Ergo fundatus in petra, & qui omnem fidei sumpserit plenitudinem, firmamentumque constantiæ, rectè dicit, *quæ in nobis completæ sunt*, quoniam non signis & prodigiis, sed verba vera à falsis discriminant, qui salutaria Domini gesta describunt, vel qui animo mirabilibus
Euthym. eius intendunt. Euthym. in Luc. *Res* autẽ sunt opera & sermones Christi, miracula ac dogmata, H
& , vt semel dicam, conuersatio eius in carne. Authoritatem autem eorum, quæ de Christi in
A quibus & quomodo acceptũ sit Euangelium. carne dispensatione & miraculis, sumit à traditione. *Sicut*, inquit, *tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis.* Irenæus lib. 3. contra hæres. cap. 3. Traditionem itaque Apostolorum in toto mundo manifestatam in Ecclesia adest perspicere omnibus qui vera
Irenæus. velint audire, & habemus enumerare eos, qui ab Apostolis instituti sunt in Ecclesiis, & successores eorum vsque ad nos. Et cap. 4. Non oportet igitur apud alios quærere veritatem, quam
Idem. facile est ab ipsa Ecclesia sumere: cùm Apostoli, quasi in depositorium diues, plenissimè in eam contulerint omnia quæ sunt veritatis, vti omnis quicunque velit, sumat ex ea potum vitæ. Hæc est enim vitæ introitus: omnes autem reliqui fures sunt & latrones: propter quod oportet deuitare quidem illos, quæ autem sunt Ecclesiæ, cum magna diligentia diligere, & apprehendere veritatis traditionem. Quid enim, etsi de aliqua modica quæstione disceptatio es- I
set, nónne oporteret in antiquissimas recurrere Ecclesias, in quibus Apostoli conuersati sunt, & ab eis de præsenti quæstione sumere, quod certum & re liquidum est? Quid autem, si neque Apostoli quidem scripturas reliquissent nobis, nónne oportebat ordinem sequi traditionis,
Theophil. quam tradiderunt iis quibus committebant Ecclesias? Theophilactus in Matth. Et primùm quidem magni illi atque diuini viri, qui ante datam Mosi legem vixere, non ex literis & libris discebant, sed munda mente præditi, spiritus illustratione illuminabantur, atque in hunc modum Deo ipsis ore ad os colloquente, quæ illi placita erant, cognoscebant. Tales erant Noè, Abraham, Iob, Moses. At postquam deteriores facti sunt homines, & indigni qui à Spiritu sancto illustrarentur, & docerentur: concessit tandem misericors Deus scripturas, vt per illas diuinæ voluntatis essent memores. Eapropter cùm Christus Apostolis coràm in sua persona locutus esset, & Spiritu sancto doctore illustrasset: occurrentibus & pullulantibus hæresibus, ope- K
ræprecium visum est vt ex eorum traditione Euangelia conscriberentur. Hinc fit, vt Lucas
Augustt. traditionem agnoscat, & ab ea se edoctum esse fateatur. Augustin. tom. 10. ser. 146. de tempore. Nam cùm sint quatuor Euangelistæ, Matthæus, Ioannes, Marcus & Lucas, duo, Matthæus
Qui sint Euangelistæ. scilicet & Ioannes, sunt ex duodecim Apostolis. Sed illorum præcessio infœcunda non fuit, vt sequentes comites non haberent. Ideò voluit Spiritus sanctus etiam ex his, qui inter duodecim non fuerunt, eligere ad Euangelium conscribendum duos, ne putaretur gratia euangelizandi vsque ad Apostolos peruenisse, & fontem gratiæ in illis defecisse. Eorum igitur duo testes sunt, & qui Christum viderunt, & cum illo conuersati sunt, & eius sermones audierunt: Marcus autem & Lucas per traditionem suum acceperunt Euangelium. Exprimit autem à quibus hoc acceperint, dicens, *ab his qui ab initio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis.*
D. Virgo testis. Possumus autem D. Virginem Mariam intelligere eorum nomine qui ab initio viderunt: Nam & illa omnia mysteria nouerat, quæ & Lucas recensuit, non tamen primùm ab Apostolis

A lis cognita, nec ipsorum conspectui oblata: vt sunt, quæ ad Christi conceptionem, natiuitatem, & infantiam pertinent. Illa enim maximè à sanctissima Virgine didicerunt Apostoli, vt scribit Hierony. in serm. de assumptione eiusdem. Fuerunt tamen illi testes eorum, quæ fecit & dixit Dominus, ab initio publicæ prædicationis suæ, vsque ad glorioſam suam in cœlos ascensionem. Orig. hom. 1. in Luc. Videre transfert ad intellectum potius quàm ad sensum. In Exodo scriptum est, inquit, Populus videbat vocem Dei. (cap. 19.) Et certè vox auditur potius quàm videtur: sed propterea scriptum est, vt ostenderetur nobis aliis oculis videri vocem Dei, quibus illam aspiciunt, qui merentur. Porrò in Euangelio non vox cernitur, sed sermo, qui voce præstantior est. Vnde nunc dicitur, *sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis.* Igitur Apostoli viderunt sermonem, non quia aspexerunt corpus Domini saluatoris, sed quia verbum viderunt. Si enim iuxta corpus vidissent Iesum, hoc est, Dei vidissent sermonem: ergo & Pilatus, qui condemnauit, sermonem Dei vidit, & Iudas traditor, & omnes qui clamauerunt, Crucifige, crucifige eum. Sed absit vt incredulus sermonem Dei viderit. Qui videt me, inquit, videt & patrem meum. Interim tamen potest & id intelligi de iis, qui & ipsis oculis corporalibus Christum viderunt: alioquin etiã id de omnibus fidelibus dici poterit, quòd & ipsi videant Christum per fidem, & cognoscant illum spiritualibus oculis. Atqui præter illam superabundantem cognitionem, viderunt etiam corporeis oculis Apostoli: ad quos Christus, Multi reges cupierunt videre quæ vos videtis, & non viderunt: & audire quæ vos auditis, & nõ audierunt. Ministros autem sermonis dicit eosdem Apostolos, quos Euthym. & Theoph. cum Origene, ministros Christi vocat, vt hîc λόγος non doctrinam, sed ipsum Christum significet.

B

C Eundem sensum sequitur Ambrosius, licet etiam possit pro Christi doctrina, & omnibus eius gestis, quæ recenseri possunt, accipi. Euthym. in Luc. Hoc autem scribens, ostendit quòd ipse illis posterior ad ipsum accessisset: ideóque hæc ab illis didicerat, qui semper cum Christo fuerant, ac singula viderant, & audierant. Ministros autem hos nominauit, vtpotè auditores, & ad fidei prædicationem emissos. Chrysost. hom. 1. in Luc. Sed principio requirendum est, quænam illa causa sit, quòd ex tam multis discipulis, duo tantùm scribunt Apostoli, & duo eorum qui Apostolos sunt secuti. Vnus enim Petri, alter Pauli discipulus post Ioannem atque Matthæum Euangelia condiderunt. quia scilicet nihil omninò pro humanæ gloriæ, sed cuncta præ diuinæ gratiæ amore faciebant. Quid igitur? Non sufficiebat vnus Euangelista cuncta memorare? Sufficiebat quidem: sed cùm quatuor sint qui Euangelia conscribant, ne eisdem certè temporibus, aut in eisdem locis, neque pariter congregati, neque mutuò colloquentes, & tamen quasi vno

D ore pronunciant, fit hoc sine dubio veritatis grande documentum. Quòd autem & variis temporibus, & occasionibus, & locis scripserint, satis colligi potest. Matthęus enim, inquit Chrysost. ho. 1. Oper. perf. in Matth. accedentibus his qui ex Iudæis Christo crediderant, & rogantibus vt quæ verbis docuisset, hæc eis literis seruanda dimitteret, Hebræo sermone Euangelium scripsisse dicitur. Idem asserit Hierony. Præfatione sua Comment. in Matth. Cyrillus, Hierosoly. catechesi 14. Matthæus, inquit, Euangelium suum lingua Hebraica scripsit. Irenæus lib. 1. in hæres. c. 26. hoc solo quod secundum Matthæum est Euangelio Ebionitæ vtebantur. Epiph. lib. 1. to. 2. in hæres. 30. quæ Ebionæorum est, hoc Euangelium Hebraicum fuisse testatur, & ab Ebionitis vocatum Hebraicam plantam. Euseb. lib. 5. hist. Eccles. cap. 10. scribit Pantenum Euangelij Christi prædicatorem Orientalibus Gẽtibus deputatum, & ad Indiam vsque missum: apud Indos quosdam isthic Christum cognoscentes, quibus Bartholomæus vnus ex Apostolis prædicauerit, Euangelium Matthæi reperisse, quod Bartholomæus scriptum Hebraicis literis relique

E rit, & ad hoc vsque tempus seruatum sit. Cedrenus in Compendio historiar. narrat, repertum Euangelium Matthæi in Cypro prope reliquias S. Barnabæ, ipsius Barnabæ manu descriptum, & à Zenone in palatio repositum esse. Hierony. in Proœmio Comment. in Matth. Secundus autẽ Marcus, inquit, interpres Apostoli Petri & Ecclesiæ Alexandrinæ primus Episcopus, Dominum quidem saluatorem ipse non vidit, sed ea quæ audierat magistrum prædicantem, iuxta fidem magis gestorum narrauit, quàm ordinem. Nicephorus Calistus lib. 5. hist. Eccle. cap. 16. hæc Origenis verba citat, quæ in Enarr. primi Psalmi conscripsit. Secundum, inquit, Euangelium à Marco, sicuti à Petro est illi dictatum, quem is in Catholica epistola sua eã ob causam filium suum agnoscit, inquiens: Salutat vos in Babylone electa & Marcus filius meus. Tertium secundum Lucam à Paulo laudatum est Euangelium, quod is Gentibus scribi curauit. Euseb. hist. Eccles. lib. 3. cap. 39. ex Papia antiquiss. & Apostolicis viris contemporaneo, eadem de Marco & Matthęo refert, quæ diximus, ita vt & Orig. & Hieronymus, & cęteri qui eum secuti sunt, idem cum eo scripsisse videantur. Idem lib. 2. hist. Eccles. cap. 5. scribit, Marcum à Romanis Chri

Hierony.
Origenes. *Videre sermonẽ quid.*
Qui ministri sermonis. Euthym. Theophil. Ambros.
Chrysosto. *Cur tam pauci scripserunt.*
cur non solus vnus.
Euangeliũ Matthæi quibus & qua occasione conscriptum. Idem. Hierony. Cyrill. Hierosol. Irenæus. Epiphan. Eusebius.
Cedrenus. *Marci Euãgeliũ à Petro acceptũ.* Hierony.
Nicephor. Origen.
Lucæ Euãgelium à Paulo. Eusebius. Papias.

ſtianis, poſt deuictum Simonem Magum, impulſum, vt quæ à Petro audierat, literis com- F
plecteretur: atque ita cauſam dediſſe Euangelio, quod ſecundum Marcum dicitur, conſcri-
bendo. Aiunt autem Apoſtolum Petrum, cùm ex inſtinctu Spiritus ſancti factum hoc
cognouiſſet, delectatum eſſe virorum iſtorum voluntate, & ſcriptum hoc Euangelium
Clemens. Eccleſiis ad legendum authoritate ſua confirmaſſe. Clemens in ſexto Hypotypoſεων, hi-
ſtoriam hanc ponit. Porrò Marcum hunc primùm aiunt ad Ægyptum miſſum, Euange-
Chryſoſt. lium illic, quod & conſcripſerat, prædicaſſe. Inde fit, vt Chryſoſtomus homil. 1. Operis
perfect. in Matth. ſcribat, Marcum quoque in Ægypto idipſum rogantibus tradidiſſe diſci-
pulis. Ideò etiam Lucas de ſeipſo adiicit, *Viſum eſt & mihi aſſecuto omnia, à principio diligenter,*
ex ordine tibi ſcribere, optime Theophile. παρηκολουθηκότι ἄνωθεν πᾶσιν ἀκριβῶς, aſſectato à ſummo
omnia exactè. Παρακολουθεῖν enim eſt adeſſe, & ſubſequi, & præſentem eſſe: vt qui indiuiduus eo-
Lucæ ſumma diligẽtia in audiendo. rum comes fuerit, qui & ipſi audierant, & miniſtri fuerant ſermonis. Ne quis fortè arbitretur il- G
lum non hac in re ſumma & accurata diligentia, & tenaci memoria vſum, vt ea ordine conſcri-
beret quæ reliquit: nec enim ignorantia lapſus eſt, aut aliquid retulit, quod non ei ſatis notum eſ-
ſet. Noluit ne in minimo quidem hallucinari: omnia, & ab initio, ſeu à ſummo, & diligenter in-
ueſtigans, & requirens: ita vt nihil elapſum ſit, quod non à fide dignis teſtibus accepiſſet. Tertul-
lianus lib. 4. contra Marcionem: Porrò Lucas, inquit, non Apoſtolus, ſed Apoſtolicus: non magi-
Tertull. ſter, ſed diſcipulus: vtique magiſtro minor, certè tanto poſterior, quanto poſterioris Apoſtoli ſe-
Quomodo Lucas à Paulo acceperit, quæ ab his qui viderãt ſe accepiſſe aſſerit. ctator, Pauli ſine dubio. Occurrit autẽ hîc Tertullianus quæſtioni, quæ ita moueri poſſet. Cùm
Lucas aſſerat ſe ex his didiciſſe, qui ab initio ipſi viderunt, quomodo igitur à Paulo ſuum Euan-
gelium accepiſſe cenſetur, qui poſt Chriſti in cœlos aſcenſionem ad fidem conuerſus eſt? Sed
reſpondemus, primùm illum vidiſſe Dominum in illo raptu, cùm & loquentem audiret, Saule,
Saule, cur me perſequeris? Vnde ita ſcribit: Nónne & Dominum noſtrum Ieſum vidi? Sed & ab H
eodem edoctus eſt. Euangelium, inquit, non ab hominibus, neque per hominem, ſed per Domi
num noſtrum Ieſum accepi. Demum reſpondet Tertullianus, Paulum de Euangelio, quod di-
uinitùs acceperat, cum Apoſtolis, qui & ipſi Dominum viderant, & miniſtri erant ſermonis,
contuliſſe. Siquidem propterea, inquit, Hieroſolymam aſcendit, ad cognoſcendos Apoſtolos &
conſulendos, ne fortè in vacuum cucurriſſet, id eſt, ne non ſecundum illos credidiſſet, & non ſe-
cundum illos euangelizaret. Denique vt cum authoribus contulit, & conuenit de regula fidei,
dexteras miſcuere, & exinde officia prædicandi diſtinxerunt, vt illi in Iudæos, Paulus in Iudæos
& nationes. Igitur ſi ipſe illuminator Lucæ authoritatem anteceſſorem & fidei & prædicationi
ſuæ optauit, quanto magis eam Euangelio Lucæ expoſtulem, quæ Euangelij magiſtri eius fuit
Quis Theophilus. neceſſaria? Cæterùm Theophilus iſte κράτιστος nuncupatur, quod non ſolùm optimum, ſed &
Ariſtot. ſtrenuum virum indicat. Ariſtot. lib. 3. Ethicor. ad Nicomach. κράτιστος στρατιώτης, optimus
Theophil. miles, aut ſtrenuus. Sic Paulus Feſtum nuncupat, vnde & Theophilactus Theophilum iſtum I
primatem aliquem fuiſſe colligit. Et ita quod reliquum eſt, interpretatur, *Vt cognoſcas eorum*
verborum de quibus erudituses, veritatem. Duos, inquit, in hoc ſenſus habeo. Vnus quidem eſt hic.
Priùs te ſine ſcriptis inſtitui, ô Theophile, nunc ſcriptum tibi trado Euangelium, atque ita mẽ-
Cur Lucas ſcripſerit. tem tuam munio, vt ne obliuiſcatur eorum, quæ ſine ſcriptis tradita ſunt. Alter verò, Solemus
nos homines, quando quis nobis ſine ſcripturis loquitur, ſuſpicari ne fortè quid mendacij ad-
mixtum ſit: quando autem etiam ſcribit quæ loquitur, tunc credimus quòd non ſcripſiſſet, niſi
vera ſe dicere confideret. Idcircò & Euangeliſta dicit: Propterea ſcripſi tibi Euangelium, vt ea,
de quibus ſine ſcriptis eruditus es, in maiori ſecuritate conſerues, maiorem fidem nunc habens,
qui adeò de his quæ non ſcripto docui, confidam, vt etiam ſcripturis prodere non formidarim.
Attende quod etiam dicit, ἐπιγνῷς, agnoſcas, non ſimpliciter γνῷς, ſcias, hoc eſt, ſecundò ma-
iorem accipias ſcientiam, & fiduciam ac ſecuritatem quòd non mentiar. Poteſt & iſtud ita in- K
Cur & quãdo Ioannes ſcripſerit. telligi, quòd cùm multi Pſeudoapoſtoli falſa proponerent Euangelia, ne his fortè alliceretur, &
Hieron. deciperetur Theophilus, hanc hiſtoriam contexuerit. Cæterùm vltimus Ioannes Apoſtolus, vt
ſcribit Hieronym. Procem. Comment. in Matth. is eſt, quem Ieſus amauit plurimùm, qui ſupra
pectus Domini recumbens, puriſſima doctrinarum fluenta potauit, & qui ſolus de cruce me-
ruit audire, Ecce mater tua. Is cùm eſſet in Aſia, & iam tunc hæreticorum ſemina pullularent
Cherinti, Ebionis, & cæterorum qui negant Chriſtum in carne veniſſe, quos & ipſe in Epiſtola
ſua Antichriſtos vocat, & Apoſtolus Paulus frequenter percutit: coactus eſt ab omnibus penè
tunc Aſiæ Epiſcopis, & multarum Eccleſiarum legationibus, de diuinitate ſaluatoris altiùs ſcri-
bere: & ad ipſum (vt ita dicam) Dei Verbum, non tam audaci quàm fœlici temeritate prorum-
pere. Vnde & Eccleſiaſtica narrat hiſtoria, cum à fratribus cogeretur vt ſcriberet, ita facturum

A se respondisse, si indicto ieiunio in commune omnes Deum deprecarentur: quo expleto reuelatione saturatus, in illud procœmium è cœlo veniens eructauit, In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Porrò tãtum honoris sacris Euangeliorum libris primi illi Christiani detulerunt, vt frequenter Chrysostom. in suis ad populum homiliis notet, pretioso velamine opertos à quibusdam magna cum veneratione seruatos esse: sed & Cedrenus in Compendio historiar. scribit, Constantinum illum magnum Imperatorem aureum Euangeliorum volumen, lapidibus preciosis opertum, admiratione dignum, in magna Constantinopoleos Ecclesia reposuisse. Theodorus Lector lib. 2. Collectaneorũ, scribit Euangeliũ Matthæi à Zenone Imperatore in loco palatij digniore reconditum fuisse. Idem lib. 1. Euangeliorũ volumen igni grassante oppositum tantæ virtutis fuisse recenset, vt & ipsum consopierit. Gre-
B gor. Nanzanzen. Orat. in laudem Basilij: Neque verò, inquit, Euangelistas idcircò inter se pugnare dixerimus, quoniam alij in exponenda Christi humanitate plus operæ posuerunt, alij ad explicandam diuinitatis materiam se contulerunt: atque alij ab humana natiuitate, alij ab his rebus, quæ naturam nostram superant, opus suum auspicati sunt: sic videlicet prædicationem inter se partiti, vt eorum qui illam excipiebant, vtilitas ferebat, atque à spiritu, quem domesticum habebant, informati sunt.

Quantus honor Euãgeliorum voluminibus. Chrysost. Cedrenus. Theodor. Greg. Nãzanz. *Nulla contrarietas inter Euangelistas.*

De æterna Christi filij Dei generatione, & cur Verbum dicatur: quomodo Patri coæternus, consubstantialis, & coæqualis filius sit.

C Matth. | Mar. | Luc. | IOAN. I.

In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum: Hoc erat in principio apud Deum.

CVM NOSTRA sit hæc catholica fides, vt credamus & confiteamur, quia Dominus noster Iesus Christus Dei filius, Deus & homo est: Deus quidem ex substantia patris ante secula genitus, & homo ex substantia matris in seculo natus: Chrysost. hom. 5. in Ioann. Hinc factum est, vt Ioannes à Christi diuina generatione sumat initium. Reliqui enim Euangelistæ ab humanitate Christi suum orsi sunt Euangelium. Nam Matthæus incipit, Liber generationis Iesu Christi filij Dauid. Lucas de Maria prima verba facit. Marcus
D simili ferè vtitur principio, & de Ioanne Baptista illic nobis intexit historiam. Porrò Ioãnes hoc paucis significauit, dicens, Et verbum caro factum est. Et reliquis prætermissis omnibus, conceptione, partu, educatione, incremento, quamprimùm supernam nobis generationem aggreditur. Cur ita fecerit, iam vobis aperiam. Cùm reliqui Euangelistæ circa carnem immorati essent, timendum erat, ne idcircò nonnulli nihil altum, sed caduca tantùm & terrena coniectantes, in ea solùm doctrina confirmarentur: quod & Paulus Samosatensis opinatus est. Theophil. in Ioann. Etsi tamen neque illi de Deitate vnigeniti dicere neglexerunt, sed eius mentionem fecerunt, quamuis non diffusè. Auctor catenæ. Itaque Ioannes ad instar aquilæ in verum iustitiæ solem in æternam illam generationem oculos irreflexos erexit: & sicut à Christo filius tonitrui cũ fratre Iacobo (Mar. 3.) dictus est, ita tantæ maiestatis nobis oraculum profudit, vt tonitru potius quàm verba sonare videatur. Et quidem legimus (Ioan. 12.) cùm precationi Christi pater ille
E cœlestis annuisset, & vox eius audita fuisset, Et clarificaui, & iterum clarificabo: turbam quę audierat, tonitruum factum esse, alios existimasse vocem illam ab Angelo profectam esse. Nunc autem, vt scribit Psaltes (Psal. 76.) vox tonitrui diuini in rota. Nam si rotas illas, quæ primùm ab Ezechiele, tandem ab ipso Ioanne visæ sunt, si spiritum vitæ in rotis, & ipsarum partes quatuor expendamus, quomodo non vt in vetere & nouo Testamento, ita maximè in Ioanne vocem diuini tonitrui admirabimur? Gregor. Nyssen. lib. de fide. Deus igitur est, per id quod Euangelium tonitruum firmum credentibus facit. Hugo de S. Victo. in Psal. 76. Nec mirum, vt canit Dauid, quia vocem dederunt nubes, celebres scilicet Apostoli, de quibus Esaias ait, Qui sunt isti qui vt nubes volant? Etenim *sagittæ tuæ*, verba illa diuinæ scripturæ, *transeunt* ab ore prædicatorum ad corda audientium: *Vox autem tonitrui tui*, vox, inquam, prædicationis Apostolorum terribilis & aperta facta est, *in rota* & circuitu orbis terrarum, quando in omnem terram exiuit sonus eorum. Auctor. Quem verò non in ipso statim limine stupenda ista concutiant, *In principio erat Verbum*? Inde fit vt Cyrus Theodorus Prodromus ita exclamet in Tetrastichis, quæ vice capitum scripturæ confecit,

Athanas. in Symbolo. Chrysost. *Quis stat°, & quod initium Euangeliorũ.* Theophil. Alcuinus. *Ioannes aquila, & filius tonitrui.* *Euangeliũ Ioannis tonat.* Greg. Nyss. Hugo de S. Vict. Cyrus Prodromus.

Βροντῇ ξένῃ κτυπεῖ με. φεῦ τίς ὁ κλύπος; id est, F
Tonitru externo (q. inaudito) obstrepit me. Heu quis fragor?
Ne timueris: filij enim Zebedæi scriptura est.

Cyrillus. Cyrillus Alex. Proœmio in Ioannem. Nam etsi diuinorum dogmatum expositio æqualis omnibus proposita sit, sic tamen diuersa eis oratio est, vt licet in vnam vrbem peruenerint, in magnificentiores tamen ædes alius alio ingressus esse videatur. Nicephor. lib. 10. hist. Eccl. cap. 33. Libellus iste, cùm diu in specu latuisset, sub Apostata Iuliano in lucem eductus, stuporem omnibus incussit, nec solùm Iudæos, verumetiam Græcos cõsternauit. Statim enim ab initio literis grandioribus promulgauit, *In principio erat Verbum*. Augustin. lib. 10. de ciuit. Dei, cap. 29. Hoc, inquit, initium sancti Euangelij, cui nomen est secundum Ioannem, quidam Platonicus, sicut à sancto sene Simpliciano, qui postea Mediolanensi Ecclesię præsedit Episcopus, solebamus audire, aureis literis conscribendum, & per omnes Ecclesias in locis eminentissimis proponendum esse dicebat. Chrysostom. hom. 3. in Ioan. Ita, cùm Matthæus ab Herode rege, Lucas à Tiberio Cæsare, Marcus à baptismate Ioannis exordiatur: his omnibus omissis Ioannes supra omne tempus & seculum ascendit, auditorum animos ad id, quod in principio erat, erigens, neque eos vsquam sinit consistere, neque terminum aliquẽ ponit, quemadmodum illi Herodem, Tiberium, & Ioannem. Augustin. tract. 1. in Ioann. Transcendit omnia cacumina montium, terrarum, transcendit omnes campos aëris, omnes altitudines siderum, omnes choros & legiones Angelorum. Nisi enim transcenderet ista omnia quæ creata sunt, non peruenire ad eum, per quem facta sunt omnia. Auctor. Atqui hucusque progredi oportuit, vt nostræ salutis authorem requireremus, non hominem, aut Angelum, sed Deum verum de Deo vero, qui suo tempore in carne manifestatus sit. Nam cùm eius virtute consistant omnia, cùm sit & ille omnium opifex: cùm hominem à seipso, & ad seipsum, qui est imago & character paternæ substantiæ, effictum agnoscat: eius fuit operis sui misereri, lapsum restituere, collisum reparare. Misereris enim omnium, ô Deus, quia omnia pótes, & nihil odisti eorum quæ fecisti. Et qui Christum redemptorem & saluatorem generis nostri confitentur, certò primùm constituunt, quod hîc Ioannes exprimit, ipsum Deum & omnium creatorem esse: & duo summa meditãtur, bonitatem scilicet, & potentiam. Gregor. Nyss. catech. mai. cap. 23. Bonitas enim in eo deprehenditur, quòd perditum seruauerit: Potentia in eo cernitur, quòd ille quidem similis homini factus sit, atque adeò spem omnibus iniecerit, se posse in hominum similitudine de morte triumphare, fecerit autem quod sibi naturâ proprium erat & peculiare. Proprium verò lumini fuerit, vt tenebras aboleret: vitæ autem, vt mortem destrueret. Quia ergo aberrantes à recta via in ipso mundi primordio vitâ excideramus, mortemque subieramus: quid absurdi quęso nos mysterium docet, si puritas peccato corruptos, si vita mortuos, si directio aberrantes excipiat: vt & corruptio expurgetur, & error emendetur, & quod mortuum est, ad vitam reuocetur? Dionys. Areopag. epist. 9. ad Titum. Cæterùm eorum qui diuinam illam maiestatem explicant, duplex est traditio: arcana altera ac mystica, altera verò manifesta atque notior. Et altera quidem significatiua ac perficiens, altera verò sapientiæ studiosa ac demonstratiua est. Hæc sanè indocibilibus occultisque docendi modis conciliat, collocátque in Deo: Illa verò ex his quæ effari possumus, illud quod ineffabile est, persuadet, colligit, & confirmat. Auctor. Abstrusior illa quidem est, quæ meditatur filium Dei consubstantialem patri, coæternum, eiusdẽ cum ipso omnipotentiæ, coæqualem, inseparabilem: altera verò, quæ ducitur ex ipsius operibus, promptior & facilior est, cùm inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt inuisibilia cognoscantur, sempiterna quoque virtus eius & diuinitas, vt scribit Paulus. In priorem impegerunt multi, quibus melius fuisset timere, quàm altum sapere: cùm Christi ipsius maiestatem in certamen prouocarunt Marcionitæ, Ebionitæ, Cherintiani, Ariani, & eiusmodi cætera monstra. Posterior verò, quæ operationem eius & manifestationem in carne docet, satis eos conuincit, fidémque nostram confirmat. Priorem paucis Ioannes attingit, dicens, *In principio erat Verbum, hoc erat in principio apud Deum*. Posteriorem statim subiicit, quòd omnia per ipsum facta sunt. Thomas Aquinas lect. 1. in cap. 1. Ioann. Nam quia in vnaquaque re duo consideranda sunt, esse nimirùm, & illius operatio, siue virtus ipsius: ideò primò agit de esse Verbi, quantum ad naturam diuinam, secundò de virtute atque operatione ipsius. Anastas. Antioch. lib. 1. de rectis dogm. fid. Nemo interim putet se comprehendere posse eum qui sit incomprehensibilis, neque se inuenturum illum speret, qui nullo apprehenditur loco: inutile siquidem fuerit illum persequi, quem nequeas apprehendere. Itaque licet vtamur innumeris exquisitæ eloquentiæ verbis, tantum est, videbimur ventos iuxta prouerbium in sinum colligere, & aquam in pallio con-

Nicephor. *Reuelatur Euangeliũ Ioannis.*
Augustin. *Platonici mirantur Euangeliũ Ioannis.*
Chrysost.
Augustin. *Ioannes trãscendit omnia.*
Oportuit nosse Christum esse Deum.
Duo in Christo meditanda.
Greg. Nyss.
Dionys. Areop. *Duobus modis diuinitas Christi explicatur.*
Thom. Aquinas. *Deus incõprehẽsibilis est.*
Anastas. Antioch.

A contrahere. Si enim quæ extrema ſunt diuini opificij, neutiquam à nobis mortalibus exactè cognoſcuntur: quis enim altitudinem cœli dimenſus eſt? Aut quis apprehendit maris profundum, aëris latiſſimam effuſionem, procelloſos ventorum impetus, molem pondúſve terræ, & eiuſmodi reliqua corporalis iſtius ſubſtantiæ? Quonam pacto hanc creatricem rerum naturam ſe arbitrari poſſe comprehendere, non extremæ ſit deſipientiæ? Neceſſe igitur ſit vt taceamus, verba cohibentes: è diuerſo verò intonet ſupernus ille filius tonitrui, quæ mundo hoc lõgè ſuperiora ſunt, ediſſerens, nempè è cœlo edoctus ſapientiam. Propoſito ſermoni donet ipſe procœmium. Viam nobis ipſe præmuniat, vnà cum ſpiritu principali, cuius haud dubiè particeps fuit, à quo eſt & edoctus, ad quem enixè contendimus, & dicat: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* Tantilla hac verborum præluſione,

B quod notum eſt Dei, innotuit mortalibus, ſed Deo dignis. Notum autem dico, Pauli diſciplina edoctus, per notũm & ignotum Dei iudicantis. Author. Alludit autem Ioannes ad ipſum Geneſeos exordium, vt creatoris cum creatura talis habeatur ratio, qualis illius quod æternum eſt, cum iis quæ ſui eſſe principium aliquod habent, vt docet Chryſoſtom. hom. 2. in Ioan. Moſes enim ita exorditur, In principio fecit Deus cœlum & terram: Ioannes verò, In principio erat Verbum. Tantum autem differunt omnia illa quæ conferuntur, Fecit, & Erat, Cœlum, & Verbũ, quantũ creator à creatura, æternus ab eo quod nõ niſi cum tẽpore extitit. Thomas Aquin. Cæterùm primùm oſtendit, quando erat Verbum, ſecundò vbi erat, tertiò quid erat. Circa primum autem videndum eſt, quid ſit hoc quod dicitur, *In principio erat Verbum.* Et quidem ibi tria diligenter inquirenda ſunt, ſecundum tres dictiones huius orationis. Et primò, quid ſit hoc quod dicitur *Verbum*: ſecundò quid ſit *principium*: tertiò quid hæc connexa

C valeant, *Verbum erat in principio.* Ad intellectum autem huius nominis *Verbum*, ſciendum quòd ſecundum Philoſophum ea quæ ſunt in voce, ſunt ſigna earum quæ ſunt in anima paſſionum. Conſuetum autem eſt in ſcriptura, quòd ſignificata nominentur à ſignis, ſicut & illud, Petra erat Chriſtus. Hinc fit, vt conceptus ille animæ noſtræ intrinſecus, ſi exteriori verbo proferatur, verbum vocetur. Interim tamen verbum quod in anima eſt, prius eſt verbo quod ore profertur, & eius eſt cauſa. Author. Iam verò quid in diuinis Verbum ſignificet, requirendum eſt. Multiplex enim eſt huius dictionis acceptio in ſcripturis, quam דבר Dauar nuncupant Hebræi. Rem ſignificat Exodi 18. Non eſt bonum hoc verbum quod facis: & 2. Reg. 11. Diſplicuit verbum hoc quod fecerat Dauid. Amos 3. Non faciet Dominus Deus verbum, quod non reuelauerit ſeruis ſuis Prophetis. Verba dierum hiſtoriam deſignant in libris Regum. Sumitur pro præcepto, Deuter. 4. Non addetis ſuper verbum quod præcepi vobis.

D Pro iudicio aut ratione, Deut. 19. Hoc eſt verbum homicidæ. & Ioſ. 5. Hoc eſt verbum, propter quod Ioſue circuncidit populum. Frequentiùs autem ſumitur pro ſermone Dei, aut hominum, quauis ratione proferatur, aut ad docendum, aut arguendum, vt apud Hieremiam (cap. 1.) Dedi verba mea in ore tuo: & Pſal. 128. Lucerna pedibus meis verbum tuum. Sumitur etiam aliquando pro filio Dei, ſi quando illi ſumma maieſtas, aut ſummi Dei operatio tribuitur: vt cùm legimus apud Dauidem (Pſal. 33.) Verbo Domini cœli firmati ſunt. & rurſus (Pſal. 107.) Miſit Verbum ſuum, & ſanauit eos. Sed & expreſſior eius ſignificatio eſt apud Ioannem, tum in Euangelij, tum in ſuæ Epiſtolæ initio. Ad quod alluſiſſe mihi videntur Targum, & quidam ex antiquioribus Rabbinis, ſecreta & myſtica quadam ratione, etſi non omnibus peruia. Vbi enim nomen illud Dei tetragrammaton occurrit, יהוה *Iehoua*, illius loco quod apud eos propter reuerentiam eſt ineffabile, legunt, מימר *Meimar*, voce Chaldaica, quæ verbum ſi-

E gnificat. Petrus Galat. lib. 3. de arc. Cathol. fid. cap. 4. Nam quod Iſaias ſcribit in cap. 45. Iſraël ſaluatus erit in Deo (tetragrammaton) ſaluatione ſeculorum vel ſempiterna, ſic Targum Ionathæ dicit, Iſraël ſaluatus erit במימרי *Bemimeri*, id eſt, in verbo, vel per verbum Dei ſaluatione ſempiterna. Per quod Deum eſſe verbum palàm oſtendit. Auctor. Quin & ibi de Chriſto promiſſio fit, & cõſummanda per eum ſalute, qui Ieſus, id eſt, ſaluator dictus eſt. Idem autem ab Hebræo Propheta vocatur *Iehoua*, quod ſolius Dei nomen eſt, & ab interprete Chaldaico *Meimar*, id eſt Verbum. Petr. Galat. Vt & apud Hoſeam cap. 1. dicitur, Et domus Iuda miſerebor, & ſaluabo eos, ביהוה אלהיהם *Baihoua Elohehem*, in Domino Deo ſuo: quod interpres ſic in Chaldæum vertit, Et ſuper domum Iuda miſerebor, & ſaluabo eos in verbo Domini Dei eorum. Et vbi Eſaias (cap. 41.) ita habet, Ego auxiliator tui, ait Deus, & redemptor tuus ſanctus Iſraël: ita ille Chaldaicè expoſuit: Verbum meum in auxilio veſtro, dixit Deus & redemptor veſter ſanctus Iſraël. Iuſtinus Martyr ſer. exhort. ad Gentes. Quin & Græcorum maiores multa per diuinam prouidentiam coacti ſunt in eam rem eloqui, præſertim qu otquot

Alludit Ioannes ad initiũ Geneſeos. Chryſoſt.

Thom. Aquin.

Tria inquirenda.

Verbum quid.

Verbi quotuplex acceptio.

1.
2.
3.
4.
5.
6.

Verbũ pro Dei filio Chriſto.

Petr. Galat.

Chriſtus Deus.

Idem.

Iuſt. Mart.

in Ægyptum peregrinati, à Moſe hucuſque poſteris ad pietatem inſtructiores ſunt redditi. F

Orpheus. Orpheus ſanè ille, qui primus apud eos ceciniſſe plures Deos videri poterat, & hanc opinionem docuiſſe, quid deinde Muſæo filio, cæteríſque germanis auditoribus de vno ſolo Deo (& Verbo eius) prædicet, audire operæpretium exiſtimo. ſic enim inquit:

Εἰς δὲ λόγον θεῖον βλέψας, τλῆθι φρεσὶ σῇσιν
Ἰθυὼν καρδίης νοερὸν κύτος, εὖτ' ἂν ἵκηαι
Ἀτραπιτὸν, μοῦνον δ' ἐσόρα κόσμοιο ἄνακτα.
Εἷς ἔφυ αὐτογενὴς, ἑνὸς ἔκγονα πάντα τέτυκται. id eſt,

Tu verò diuinum Verbum intuens, huic aſſide
Dirigens cordis mentale vas, & rectè inſiſte
Viam, ſolúmque intuere mundi regem. G
Vnus eſt per ſe genitus, ab eo vno cuncta prognata ſunt.

Auctor. Quibus verbis Orpheus & vnum ſolum Deum prædicat, & vnum λόγον θεῖον, Verbum diuinum, ad quod mens cæteráque noſtra dirigenda ſint.

Cyril. Alexand. Cyrill. Alexandr. lib. 1. *contra Iulianum*, notat & ipſum illam eſſe vocem apud Orpheum celebratiſſimam, quam primùm Deus elocutus eſt. Quinetiam Erythræa Sibylla iam ante Chriſti temporalem generationẽ λόγον ipſum appellauerat. Sic enim habet, cùm natalem ipſius in Bethleem prædicit:

Καὶ λόγου ἡ Βηθλεὲμ πατρὶς θεόκλητος ἐλεύσῃ. id eſt,
Dicta Logi Bethleem eſt diuino patria nutu.

Hanc itaque dictionem non niſi è ſancto Spiritu, quo plenus erat, Ioannes exhauſit, quæ

Baſilius. maieſtatem illam æternam ſignificaret. Baſilius hom. in initiũ Euang. Ioan. Quærit mens noſtra, Quis erat in principio? Verbum, inquit. Quale verbum? humanúmne, an Angelorũ? H

Verbũ duplex. Sed & ipſius Verbi duplex eſt ſignificatio: alterum enim per vocem profertur, & hoc poſtquàm ad aërem prolatum eſt, perit: alterum verò in cordibus noſtris diſpoſitum eſt, & mentis conceptus exiſtit. Eſt & aliud artificioſum verbum, ſiue ſermo artificioſus. Vide itaque ne te vocis æquiuocatio fallat. Quomodo enim in principio erat humanum verbum, ſiue ſermo,

Quomodo Verbum erat in principio. cùm homo poſterius generationis principium acceperit? Ante hominem beſtiæ, feræ, ante hominem pecora, reptilia, omnia terreſtria & aquatica, volatilia cœli, ſtellæ, ſol, luna, herbæ, ſemina, terra, mare, cœlum. Non igitur in principio erat humanum verbum. Chryſoſt. hom. 3. in Ioan. Multa verò ſunt Dei verba, quæ & Angeli faciunt, nullum tamen eorum Deus eſt.

Chryſoſt. Baſilius. Quare de Angelis loquens, ait (Pſal. 102.) Potentes virtute, qui facitis verbum eius. Baſilius, vt ſup. Sed neque in principio erat Angelorum verbum. Omnis enim creatura poſterior ſeculis eſt, principio vt ſit à conditore accepto. At verò verbum in corde etiam ipſum poſterius eſt I

Similitudo. ſeculis quæ intellecta ſunt. Sed accipe verbum velut Deo conuenit: nam vnigenitum ipſum Verbum nũcupauit. Quemadmodum enim & lucem paulò pòſt, & vitam & reſurrectionem eum eſſe dicet, neque tamen vbi hæc audieris, ſenſibilem hanc & oculis viſibilem lucem & vitam intelligis, qua etiam bruta viuunt: ita etiam vbi verbum audis, caue ne quando propter mentis imbecillitatem, ad terrenas ac humiles intelligentias deferaris, ſed vocis ſignificationem perſcrutare. Auctor. Ita non facilè laberis in eorum ſophiſma, qui adinſtar Porphyrij

Theoph. ſic diſputant. Theoph. Ille enim tentans euertere Euangelium, talibus vtebatur diuiſionibus. Si filius Dei Verbum eſt, vel eſt pronunciatiuum, vel mentale. Verùm neque hoc eſt, neque il-

Verbũ ſupernaturale. lud: ergo neque illud. At verò dicimus, quòd neutrum illorum congruit in filium Dei: verba enim illa naturalia ſunt, & qualia apud nos. Verbum autem Patris ſuper naturam eſt, nec ſubiectum artificiis illis loquendi inferioribus. Sed & ſi quidem nomen Verbi dignum eſſet Deo, K

Thom. Aquin. & propriè de illo diceretur, haberet vtique locũ Gentilis dubitatio. At verò tantùm per quandam ſimilitudinem hæc dictio de filio dicitur. Thomas Aquin. lect. 1. in 1. cap. Ioan. Hanc autem vt intelligamus, cùm interiori verbo Dei filius comparetur, notandum eſt, quid ſit Verbũ,

Cõparatio Verbi diuini cum interno Verbo noſtro. quod exteriore voce ſignificatur, & probandum ipſum eſſe in omni natura intellectiua. Et ne quis in eius diſcretione erret, ſciendum quid non ſit Verbum interius. Nam in intellectu noſtro ſunt tria, ipſa potentia intellectus, ipſa ſpecies rei intellectæ, quæ eſt forma eius, ſe habens ad ipſum intellectum, ſicut ſpecies coloris ad pupillam: & tertia ipſa operatio intellectus, ſeu ipſum intelligere. Nullum autem iſtorum ſignificatur verbo exteriori voce prolato. Nam hoc nomen Lapis non ſignificat ſubſtantiam intellectus, nec ſpeciem qua intellectus intelligit, nec ipſum intelligere, cùm actio illa intellectus in ipſo maneat, nec exteriùs progrediatur. Illud er-

Quid Verbum internum. go propriè dicitur verbum interius, quod intelligens intelligendo format. Intellectus autem duo format, ſecundum duas operationes: cùm ſpectat indiuiſibilia, efficit diffinitionem: cùm

compo-

A componit & diuidit, format enunciationem, & aliquid huius: & hoc quidem sic expressum per operationem intellectus, vel diffinientis, vel enunciantis exteriori voce significatur. Ex quo efficitur, vt cùm verbum non sit species impressa, nec potentia intellectiua, nec operatio intellectus: species sit expressa & formata. Et sic non est id quo intellectus intelligit, sed id in quo intellectus intelligit. Et ex his patet, quòd verbum procedit ab intellectu in actu existente, quòd ratio sit & similitudo rei intellectæ. Sed & manifestum est, quòd in qualibet natura intellectuali aliquod verbum statuere necesse est. Est enim de ratione intelligendi, quòd intellectus intelligendo aliquid formet. Porrò natura intellectualis triplex est, humana, angelica, & diuina: & ideò triplex est verbum, humanum, de quo Psaltes, Dixit insipiens in corde suo: Angelicum, de quo Zacharias (cap. 1.) & in multis scripturæ locis dicitur, Dixit Angelus. Tertium est verbum diuinum, cuius hic meminit Ioannes dicens, *In principio erat* B *verbum.* Gregor. Nyss. lib. in Iudæos de sancta Trinitate. Non igitur verbum illud, quo cœli firmati sunt, aëris est impressio significatiua, quæ per instrumenta vocis edatur, sicut nec spiritus oris Dei, quo iuxta Psaltem, cœlorum virtus consistit, est oris anima, quæ ex respirandi partibus excitetur, sed spiritus veritatis, qui à patre procedit, (Ioan. 15. & 16.) Tria igitur intellige, iubentem & imperantem Dominum, creantem sermonem siue verbum, firmantem & solidantem spiritum. Vt autem scias hoc verbum intelligi, quod reipsa personaliter subsistit, idem alibi dicit, (Psal. 77.) Emittet verbum suum, & liquefaciet ea: flabit spiritus eius, & fluent aquæ. Sermo autem est verbum, quod substantia & essentia caret, non emittitur. Et rursus, (Psal. 106.) Emisit verbum suum, & sanauit eos, & liberauit eos ex discriminibus & periculis ipsorum. Et, Quis stetit in firmamento Domini, & vidit verbum eius? Auctor. Et quidem latiorem habet significationem Græca dictio λόγος, quàm vt Latina aut C Gallica dictione exprimatur, vt docet Hieronymus epist. ad Paulinum: quin & ipse Græcæ linguæ peritissimus Budæus. Quid enim aut ipsa dictio Verbum aut Sermo apud nos tantum valeat? Budæus in Commentar. ling. Græcæ. At λόγος multiplicis est significationis, vt λόγος τῆς ἐπιτροπῆς, rationes tutelæ, λόγον ἔχειν, rationē habere, & proportionē. λόγος enim proportio est in numeris & phthongis, causa, rei alicuius æstimatio, vanitas, fama etiam & existimatio hominum, alicuius opinio & propositum. Sunt & λόγοι studia literarum, & disciplinæ liberales, vt in Epistola Synesij ad Troilum, Hinc οἱ ἔξωθεν λόγοι dicuntur studia externa, & disciplinæ quæ seculares appellantur, & nihil ad scripta sacra pertinent. Est & λόγος disceptatio & disputatio. Apud Philosophos autem, est ratio substantiæ, hoc est finitio. Inde λόγιος apud antiquos dicebatur, qui in vnaquaque natione patria instituta interpretari & eloqui poterat. λόγος verò Dei filius dicitur, verbū quod Cyprianus lib. 2. in Iudic. c. 3. his verbis enarrauit. In- D dulgentiæ igitur huius & gratiæ arbiter & magister sermo & filius Dei mittitur, qui per Prophetas omnes illuminator, & doctor humani generis prædicabatur. Hic est virtus Dei, hic ratio, hic sapientia eius & gloria. Auctor. Insigniorem ergo aliquam maiestatem illa voce designat Ioannes, quàm quæ vnica è nostris dictionibus exprimatur. Hinc factum est, vt non simplex sit & nuda ipsa dictio λόγος, quasi de communi & vulgari aliquo verbo loquatur, sed articulo Græco ad emphasim coniungitur ὁ λόγος vt ad certum & definitum verbum mētem eleuemus. Est enim sæpius tanta vis articulo, quanta pronomini Latino *Ille.* vt si dixerimus, *In principio erat illud verbum.* Cyrill. lib. 1. cap. 4. in Ioan. Sed & illud apprimè tenendum est, quòd quando diuina scriptura nominibus secundum Græcæ linguæ vsum articulos præponit, tunc & vnum & quod solùm propriè & verè tale dicitur, significat: articulo autem non adiecto generaliùs cuncta designat. Vt exempli causa, Multi sunt vocati dij: sed quando cum articulo Græca lingua dicitur Deus, tunc solus & propriè Deus designatur: Cùm verò absque articulo E Deus profertur, qui ad hoc gratia vocatus est, intelligitur. Sic cùm homo sine articulo dicitur, homo quispiam designatur: quando verò articulus accedit, vnicum atque singularem hominem denotat. Ideò videmus filium hominis articulo ad vtrumque nomen præposito, pro saluatore nostro proferri, vt sit ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, quando se solum ab infinita multitudine velit significare. Hæc cùm ita se habeant, quomodo intelligendum est, *In principio erat* ὁ λόγος *illud verbum*, cùm huic nomini, verbum, articulus sit adiectus? Greg. Nanzanzen. orat. 4. de Theolog. Porrò filius Verbum dicitur, ὅτι πρὸς τὸν πατέρα οὕτως ἔχει ὡς πρὸς νοῦν λόγος quia ita se habet ad patrem, vt sermo ad mentem, non modò propter generationem passionis omnis expertem, verumetiam propter coniunctionem ipsius cum patre, vimque enunciatricem: fortasse etiam, quia eodem modo se ad patrem habet, quo definitio cum definito. Nam hoc quoque λόγος dicitur. Qui enim filium cognouit, ait Christus (Ioan. 4. hoc enim significat illud, Qui vidit) patrem quoque cognouit. Ac breuis & compendiosa facilisque pa-

Natura intellectualis triplex.

Greg. Nyss.

Verbum personaliter subsistens.

Hierony. Budæus.

Verbi varia acceptio.

Verbum apud philosophos.

Cur Dei filius Verbū dicatur. Cyprian⁹.

Verbum emphaticū Cyrillus.

Articuli præpositio vim auget.

Greg. Nāzanz.

Filius paterna naturæ declaratio.

ternæ naturæ declaratio filius est. Omnis enim fœtus progenitorem suum tacita quadam F
voce prædicat. Quòd si quis etiam, quia rebus omnibus insit, λόγον vocari contendat, à
ratione non aberrabit. Quid enim in rerum natura est, quod non vi verbi coagmentetur & conseruetur? August. serm. 38. de verbis Domini. Est enim verbum, forma quæ-
August. *Verbum diuinum quale.* dam non formata, sed forma omniũ formatorũ, forma incommutabilis, sine lapsu, sine defectu, sine tempore, sine loco, superans omnia, existens in omnibus, & fundamentum quoddam in quo sint, & fastigium sub quo sint. Dictum est enim ipsum verbum sapientia
Clem. Alexan. Dei. Habemus autem scriptum, Omnia in sapientia fecisti. Clemens Alexandr. lib. 1. Paid. cap. 11. & Orat. adhort. ad Græcos. Adeò vt ex hoc apertum sit vnum, solum, verum, bonum, iustum, imaginem & similitudinem patris filium Iesum, Verbum Dei, esse nostrum paidagogum, cui nos Deus tanquam pater beneuolus filios commendauit.
Theoph. Theoph. in Ioan. Et eius quidem gratia ipsum vocauit Verbum, vt discas, quòd sicut G
verbum gignitur ex mente sine passione: ita & hic à patre natus est absque vlla affectione. Vel aliter, ideò Verbum appellauit, quia paterna nobis annunciauit, quemadmodum omne verbum mentis voluntates annunciat. Basil. hom. in initium Ioan. Verbum
Basil. *Verbum imago Patris.* enim, quia imago est genitoris, totum in se genitorem ostendit, nulla illinc parte deducta: sed & affectionis expertem patris generationem tibi proponit: nam & verbum nostrum mentis fœtus est, qui citra affectionem generatur. Neque enim secatur, neque diuiditur, neque fluit mens ipsa, sed in propria constitutione tota manens, totum verbum & absolutum producit: & progressum verbum omnem genitoris ipsius mentis potentiam in seipso complectitur. Gregor. Nyssen. catech. mai. cap. 1. Sed etsi nostrum Deique
Greg. Nyss. verbum similitudine quadam intelligatur, inde tamen ad altiorem considerationem transferri oportet. Nam verbum naturâ correlatiuum est, quemadmodum cætera quoque omnia. Vis enim quædam, & vita, & sapientia rebus humanis inest. Neque tamen est quòd
Verbum natura correlatiuum est. quisquam ex hac nominis communione Deum huiusmodi vita, vel potentia, vel sapien- H
tia præditum esse autumet: quin potius huiusmodi nominum significationes ad nostræ naturæ modulum demittuntur. Cùm enim corruptioni obnoxia & infirma natura nostra sit, eô fit, vt vita quoque breui, potentia instabili, & verbo infirmo donati simus. At filius Dei licet Verbum dicatur, non tamen ad nostri similitudinem in nihilum euanescit. Thom. Aquin.
Thomas Aquin. *In quibus verbũ diuinũ differt à verbo nostro.* lect. 1. in 1. cap. Ioan. Ita verbum diuinum differt à verbo nostro in tribus. Prima differentia est, secundum Augustinum, quia verbum nostrum prius est formale quàm formatum. Nam cùm volo concipere rationem lapidis, oportet quòd ad ipsam ratiocinando
Prima differentia. August. ser. 38. de verb. Domini. perueniam, & sic est in omnibus quæ à nobis intelliguntur. Nisi fortè in primis principiis, quæ cùm sint simpliciter nota, absque discursu rationis statim sciuntur. Et inde est, quòd in anima nostra cogitatio est, per quam significatur ipse discursus inquisitio-
Idem. nis, & verbum quod iam est formatum, secundum perfectam contemplationem ve- I
ritatis. Sic ergo verbum nostrum prius est in potentia quàm in actu. Sed verbum Dei semper est in actu, & ideò nomen cogitationis Verbo Dei propriè non conuenit. Au-
Thomas. *Secunda differẽtia.* gust. lib. 15. de Trinit. cap. 16. Quapropter ita dicitur illud Dei verbũ, vt Dei cogitatio non dicatur, ne aliquid esse quasi volubile credatur in Deo, quod accipiat, nunc recipiat formam, vt verbum sit, eámque possit amittere. Thom. Secunda autem differentia est, quòd verbum nostrum est imperfectum, verbum autem diuinum perfectissimum est. Nec enim possumus omnes nostras conceptiones vnico verbo exprimere: in Deo autem non sic. Cùm enim intelligat & seipsum, & quicquid etiam intelligit per essentiam suam vno actu, vnicum verbum diuinum est, expressiuum totius quod in Deo est, non solùm personarum, sed etiam creaturarum. August. lib. 15. de Trinit. cap. 15. Sed & nónne
August. *Tertia differentia.* multa dicimus quæ nescimus? Falsum est ergo isto modo verbum nostrum, non cùm K
mentimur, sed cùm fallimur. Verbum autem illud quod Deus est, hoc non potest. Sed nec hoc nobis est esse quod est nosse. Multa quippè nouimus, quæ per memoriam quodammodò viuunt, ita & obliuione quodammodò moriuntur: atque ideò cùm illa iam non sint in notitia nostra, nos tamen sumus: & cùm scientia nostra animo lapsa perierit à nobis, nos tamen viuimus. Thom. Aqui. Atqui verbum diuinum eiusdem est natu-
Thom. Damascenus. rę cum Deo, & ideò est aliquid subsistẽs in natura diuina. Damascenus lib. 1. de fid. orthod. cap. 6. Semper enim habet suiipsius Verbum ex se genitum, viuens, intimè subsistens, absolutum, non extra ipsum vt separabile euagans, sed in ipso semper immanens. Vbi enim erit, si extra ipsum gignitur? Atqui quoniã naturæ nostræ tẽporalis est conditio, & facilè dissolubilis, hanc ob causam & verbum nostrum subsistentiam non retinet. Thom. Nam ratio
Thomas. intellecta

A intellecta,quã intellectus videtur de aliqua re formare, habet eſſe intelligibile tantùm in anima noſtra. Intelligere autem in anima noſtra, non eſt idem quod naturale animæ, quia anima non eſt ſua operatio. Et ideò verbum, quod format intellectus noſter, non eſt de eſſentia animæ, ſed eſt accidens ei. In Deo autem idem eſt intelligere & eſſe, & ideò Verbum diuinum non eſt accidẽs, ſed pertinet ad naturam eius. Vnde oportet quòd ſit ſubſiſtens, quia quicquid eſt in natura Dei, eſt Deus. Ex his cõſequitur, quòd Verbũ propriè loquendo ſemper perſonaliter accipitur in diuinis, quódque ſit ſimilitudo eius à quo gignitur, cũ non priùs fuerit formale quàm formatum, ſed ſemper in actu: ſit & conſubſtantiale & coæquale patri, cùm ſit perfectum, & totius illius eſſentiæ expreſſiuum. Theoph. Oſtendit inſuper coæternum eſſe patri filium. Sicut enim dici nequit mentem aliquando eſſe ſine verbo, ita neque patrem & Deũ abſque filio. Thom. Et quemadmodum conſilium & ſapientia, ſeu verbum interiùs conce-

B ptum, ſi in lucem emittitur, mentis proles nuncupatur: & in qualibet natura, quicquid coëſſentiale procedit, eius à quo procedit, filius dicitur: efficitur vt Verbum per omnia ſimile & eiuſdem naturæ cum patre, dicatur & propriè filius eius, & illa eiuſdem productio generationis nomen ſortiatur. Chryſoſt. hom.1. in Ioan. Et quidem conſultò Verbum ipſum, & non Dei filium nuncupauit in ipſo ſui Euangelij initio. Cùm enim nos docturus eſſet, hoc Verbum vnigenitum eſſe Dei filium, ne paſſibilem quiſpiam naturam ſuſpicaretur, præoccupata Verbi appellatione omnem aufert ſuſpicionem. Inde enim & filium, & nulli paſſioni ſubiectum ſignificat. Auctor. Sed & nomen Verbi magis explicat Chriſti reſpectum ad patrem, & ad nos. Auguſt. lib.2. 83. quæſtion. q.63. Ex quo fit, vt licet dictio λόγος Latinè rationem & verbum ſignificet, hoc tamen loco meliùs verbum interpretemur, vt ſignificetur non ſolùm ad patrem reſpectus, ſed ad illa etiam, quæ per Verbum facta ſunt, operatiua potentia. Ratio autem, etſi

C nihil per illam fiat, rectè ratio dicitur. Clemens Alex. lib.1. Paid. cap.7. Veritas autem, quæ eſt gratia patris, eſt æternum Verbi opus: & non dicitur dari, ſed per Ieſum fieri, ſine quo factum eſt nihil. Nam & Moſes propheticè perfecto cedens paidagogo, nempè Verbo, & nomen & paidagogiam prædicit, & populo commendat paidagogum, præceptis ei obedientiæ traditis. Prophetam, inquit, vobis ſuſcitabit Deus, tanquam me de fratribus veſtris: per Ieſum Naue filium, Ieſum Dei ſignificans. nomen enim Ieſu, quod in lege prædicabatur, erat adumbratio Domini. Subiungit itaque, quod vtile futurum erat conſulens, Ipſum audietis. Auctor. Itaque cùm filius Dei ad hoc potiſſimùm in mundum veniſſet, vt patris voluntatem manifeſtam faceret, Verbi potius nomine, quàm filij munus hoc eius Ioannes ſignificauit. Theoph. Comment. in Ioan. Nam & ideò Verbum ipſum appellauit, quia paternè nobis annunciauit, quemadmodum omne verbum mentis voluntates annunciat. Chryſoſt. hom. 1. in Ioann. Verùm

D quonam pacto nulla habita patris mentione, de filio ſermonem aggreditur? Quia omnibus patrem eſſe conſtabat, ſi non vt patrem, ſaltem vt Deum: vnigenitus autem ignorabatur. Quare haud immeritò ad eius cognitionem à principio ſtatim feſtinauit, vt neſcientibus eum oſtenderet. Præterea neque patrem in filij mentione ſubticuit: & cognoſce quæſo ſpiritualẽ ſapientiam. Nouit homines antiquitùs præ omnibus maximè Deum & venerari, & aſſerere: idcircò hinc principium fecit. Et proſequens, Deum inquit eſſe, non qualem Plato, qui alterum mentem, alterum animum eſſe profitetur: hæc enim à diuina & immortali natura, quæ nihil habet nobiſcum commune, longè abſunt: ſed ſeceſſit communicatione ad creaturam, ſecundum ſubſtantiam dico, non ſecundum habitudinem. Auctor. Expedita verò ipſius Verbi ſignificatione, videndum quid huic Ioannes tribuat, & quæ de illo prædicet: quid principiũ, & quid eſſe in principio. Ex ipſo enim Euangelij initio multi confutantur errores. Fulgentius

E lib.1. ad Thraſimundum cap.6. Nam cùm dicitur, *In principio erat*, & apud Deum erat, & Deus erat: his tribus Euangeliſtæ ſententiis & ſempiterna Verbi natiuitas, & perſonalis incõfuſa proprietas, & indiſcreta ſubſtantialis vnitas patris filijq; monſtratur. Vt in Verbo caro facto, & habitante in nobis, quod *in principio erat* ſempiternitatis agnitio ſuſpicionem ſuſceptæ natiuitatis auferret: quod, *apud Deum erat*, perſonæ vtriuſque inconfuſa proprietas, vnionem Sabelliani erroris excluderet: quod autem *Deus erat*, eſſentialis nominis veritas, vnitatem ſubſtantiæ genitoris genitíque monſtraret. Origen. tom.1. Comment. in Ioan. Porrò hãc vocem principij multa ſignificare, non tantùm Gentiles fatentur, ſed & diuini ſermones. Eſt namque principium aliud tranſitus, quod ad viam pertinet, & longitudinem, vt hæc verba declarant, Viæ bonum principium eſt facere iuſta. Rurſus eſt principium aliud generationis, quod videri poteſt in hoc dicto: (Iob.40.) Hoc principium figmenti Domini factum, vt illudatur ei ab Angelis eius. Eſt & principium ex quo, vnde tanquam ex præexiſtenti materia oriantur a-

Cur Verbũ noſtrum aliquid eſſe ſubſiſtẽs nõ poteſt.

Cõcluſio ſuprædictorũ.

Theoph. *Verbum patri coæternum.*

Thom. *Verbũ mentis eſt proles.*

Chryſoſt.

Cur Ioãnes Chriſtum non Dei filium, ſed Verbũ nũcupauit.

Auguſtin.

Clem. Alex. *Verbi fuit manifeſtare voluntatem patris.*

Theophil.

Chryſoſt. *Cur nulla facta mentione patris Ioannes ſtatim de filio ſcribit.*

Verbi ſignificatione expedita, quid hic cognoſcendũ ſit.

Fulgẽtius.

Origenes. *Principij multiplex acceptio.*

lia, quod maximè existimant illi qui materiam ingenitam astruunt. Est & principium secun- F
dum formam. Sed & duplex est principium disciplinæ, alterum naturâ, alterum respectu nostri. Est principium actionis seu finis. Iam cùm tot nobis succurrant principij significata, quærimus de quo intelligi oporteat illud, *In principio erat Verbum.* Perspicuum est sumi non posse pro principio transitus viæ & longitudinis. Liquet autem quòd neque de principio generationis. Auctor. Disputat demum Origenes, num de ipso Dei filio id intelligi possit, cùm sit principium omnium creaturarum, per quod & à quo sunt omnia: dicat ipse se principium. Interrogantibus enim Iudæis, Tu quis es? respondit, Principium. Resultare tandem hanc sententiã, *In filio erat Verbum,* non velut diuersa, sed eadem: vt si quis diceret ipsum esse principium, adinstar scilicet huius subsequentis pronunciati, *In Deo vita erat:* cùm tamen Deus & ipse Christus vita sit, sicut & alibi ait: Ego sum via, veritas, & vita. Cyrillus autem Alexandrinus & Gregorius Nyssenus (lib. de fide.) principij nomen de patre intelligi posse scribit. Cyrillus li. G
1. in Ioan. cap. 1. Dicitur enim filij principiũ in scriptura, nulla prorsus alia significatione, quàm vt ex quo. Quod Psalmista de secundo saluatoris nostri aduentu, Spiritus sancti gratia commotus ostendit, filio dicens: (Psal. 109.) Tecum principium in die virtutis tuæ, in splendore sanctorum tuorum. Dies enim virtutis filij illa est, in qua orbem terræ iudicaturus, merita singulis secundum opera sua retribuet. Venturus autem sic est, vt & ipse in patre, & pater in ipso: ita æternum illi principium pater est, sola (vt diximus) illa significatione, vt ex quo, quoniam ex patre est. *In principio,* inquit, *erat Verbum.* Multa nobis atque varia vndique veritatem dogmatum indagantibus, principij significatio subiicit. Rectè namque saluator dicit: Scrutamini scripturas, quia in ipsis vos putatis vitam æternam habere, & ipsæ sunt quæ testimonium perhibent de me. Beda Exposit. in Ioan. cap. 1. Si enim filius principium est, qui habet patrem: quanto faciliùs Deus pater intelligẽdus est esse principium? Sic pater quidem erit principium, H
lumen, & Deus: filius verò Deus de Deo, lumen de lumine, & principium de principio. Basilius lib. 1. Euers. in Eunomium. Est enim quædam ordinis species, non ex nostra positione cõsistens, sed ad naturæ consequentiam contingens, velut igni ad lucem quæ ex ipso est. In his enim priorem causam dicimus, posterius verò id quod ex ipsa est, non interuallo hæc inter se disparantes, sed ratione causam priorem causato intelligentes. Auctor. Eo quidem modo quidam ex Scholasticis Patrem principium originis filij censent, nulla tamen admissa temporis inter vtrumque distantia, cùm filius vt coëssentialis, ita & patri coæternus sit. Tertull. lib. aduers. Hermogenem. Possunt & aliter principium interpretari. Nam & in Græco principij vocabulum, quod est ἀρχὴ, non tantùm ordinatiuum, sed & potestatiuũ capit principatum. Vnde & ἄρχοντες dicuntur Principes & magistratus. Auctor. Si hanc interpretationem sequamur, idem erit, ac si diceremus, In principatu, & summa potestate Verbum fuisse. aut recur- I
ret ad præcedentem sententiam, si per principatũ Patrem intellexerimus, sicut & statim eundem Dei nomine implicat, vt in patre filium fuisse asserat. Hic enim summa maiestas est, & principium. Athanas. Orat. in Arianos, de eo, Deus est Verbum. Poterit enim & ad istum modum dici, Vnum esse principium deitatis, non duo: vnde propriè monarchia vnius dominatus haberi debet. Ex ipso deinde principio per naturam existit filius, qui est Verbum: non quasi alterum principium seorsim subsistens, neque aliundè genitus, ne ratione secundi, duo principia, pluriúmque principatus oriantur: sed vnius principij suus propriúsque filius, propria sapientia, proprium verbum, ex ipso principio ortum habens. Tertull. lib. aduers. Hermog. Est autem principium non originis modò, sed & ordinis. Nos autem vnicuique vocabulo proprietatem suam vindicamus, principium initium esse, & ita competisse, ita poni rebus incipientibus fieri. Ita principium inceptionis est verbum, non alicuius subst ãtiæ nomen. Sic Mo- K
ses dicit, nõ *ex principio,* quasi ex materia, sed In principio fecit Deus cœlum & terram. Sic enim Euangelium, In principio, inquit, erat sermo, in quo principio scilicet fecit Deus cœlũ & terram. Chrysost. hom. 1. in Ioan. Itaque si quis eum, qui ex littore ciuitates, oras, portúsque cõspicatus sit, in medium postmodùm pelagus proueheret, priorũ conspectu amoto, in nullum certum obiectum, sed in infinitum eius demittit intuitum: sic Euangelista supra omnem nos creaturam ad cœlestia erigens, erectum oculum dimittit, nullo fine, vt arcana illa assequamur, nobis adhibito, quippè qui nullus est. Ascendens igitur ad Verbum quod in principio erat, hoc inquirit principium: quum semper eius mentis aciem magis perstringat, non habet vbi rationi innitatur: sed intentè suspiciens, cùm cessare nequaquam ab inquirendi labore possit, rursus ad inferiora descendit. *In principio* enim *erat Verbum,* nihil aliud, quàm quòd semper sit, significat. Ecce veram Philosophiam, & diuina dogmata, non qualia Gentilium, qui tempora &

Deos

Verbũ principium, & in principio.

Greg. Nyss. Cyrill. Alex.

Beda.

Basilius. *Quis ordo sit in diuinis.*

Principium originis. Tertull.

Principium potestatiuum.

Athanas.

Tertull.

Principium ordinis.

Chrysost.

A Deos, hos antiquiores, illos iuniores posuerunt: sed nihil tale in religione nostra. Idem hom. 3. in Ioan. Hoc Paulus his verbis manifestauit: Neque principium dierũ, neque finem habens. (Hebr. 7.) quibus verbis & principio & fine carere planè demonstrauit. Sic enim de Patre Propheta dicit: (Psal. 89.) A seculo & vsque in seculum tu es? Nunquid ei terminum aliquem his verbis præscripsit? Nequaquam, sed eius significat æternitatem. Itidem hoc in loco intelligi necesse est, quippè cùm nullum ei terminum constituat, neque dicat principium habuisse, sed *In principio erat*. Hinc tibi suadet, vt filium sine principio intelligas. Theodoretus dialog. 2. Inconf. Etenim quod est, In principio esse, contrarium est, esse ex Abraham, aut creatum proauum, aut atauum habuisse. Auctor. Licet enim Christus sit filius Abraham, non tamen eius naturæ respectu, qua in principio erat. Alexander Alex. Epist. ad Alexand. Constantinop. (legitur apud Theodor. lib. 1. hist. Eccles. cap. 4.) Itaque Ioannes sanctissimus, cùm illud *erat*, B quod est Verbi Dei proprium, immensum esse, & longè supra mortalium captum & cogitationem positum animaduerteret, eius generationem eloqui noluit, immò verò ne ausus quidem est verbis, literis eisdem, ac syllabis compositis gignẽs & genita nominare: non quòd Verbum Dei ingenitum sit (nam solus pater est ingenitus) sed quòd ineffabilis filij Dei subsistentia, non modò solertem intelligentiam Euangelistarum, verùm fortassè etiam Angelorum comprehensionem superat. Itaque, meo quidem iudicio, ne quidem inter pios numerandi sunt, qui in istarum rerum inquisitionem intrare non dubitant, spreta relictáque illa sententia: Altiora te ne quæsieris, & sublimiora ne scruteris. Quòd si cognitio aliarum rerum, quæ sunt sine dubio his longè imperfectiores, comprehensionem fugiat humanam: quales sunt illæ, de quibus Paulus loquitur (1. Cor. 2.) Quas oculus non vidit, neque auris audiuit, neque in cor hominis ascenderunt ea, quæ præparauit Deus diligentibus se: quales sunt præterea stellæ, quas C Deus negauit Abrahamo posse numerari: qualis deniq; est arena maris, & stillæ pluuiæ? Quid est ergo quòd quisquam, nisi insanus & mente captus, Verbi Dei subsistentiam curiosè peruestigare moliatur? Hilarius li. 2. de Trinit. Æstuo igitur, hebesco, & vnde incipiã nescio. Nescio enim quando natus sit filius, & nefas est mihi nescire quòd natus sit. Quem imprecer? Quem implorem? Ex quibus libris ad tantarum difficultatum enarrationem verba præsumam? Euoluam omnem Græciæ scholam? Sed legi. Vbi sapiens, vbi conquisitor huius seculi? In hoc ergo sophistæ mundi, & sapientes seculi muti sunt: sapientiam namque Dei reprobauerunt. Scribam ergo legis consulam? Sed ignorat, quia ei crux Christi scandalum est. Piscator egens, ignotus, indoctus, manibus lino occupatis, veste vuida, pedibus lino oblitis, totus è naui ipse nos edocebit. Quærite & intelligite, circunspicite vtrum mirabilius fuerit mortuum excitasse, an imperito scientiam doctrinæ istius intimasse. Ait enim piscator: *In principio erat Verbũ*. D Quid est illud, *In principio erat*? Transeuntur tempora, transcenduntur secula, tolluntur ætates: pone aliquid quod voles, tua principium opinione: non tenes tempore. *Erat* enim. Respice ergo ad mundũ, & intellige quòd de eo scriptum sit, In principio fecit Deus cœlum & terram. Fit ergo in principio, quod creatur, & ætatem continens, quod in principio continetur, vt fieret. Meus autem piscator, illiteratus, indoctus, liber à tempore est, solutus à seculis, vicit omne principium: erat enim quod est, neque in tempore aliquo concluditur vt cœperit, quod erat potius in principio, quàm fiebat. Anastas. Antioch. lib. 1. de dog. fid. Quemadmodũ igitur mens, quantolibet nixu contendat semper ad superiorũ perceptionem, nunquã apprehendet illud principiũ, omninò enim deprehendet hoc principiũ seipso anterius: itidẽ impossibile est trãscẽdere illud, *Erat*. siquidẽ ante omnia, semper tibi occurrit superius illud ἦν, erat. Nã & principiũ anteuertit ei quod extremũ est, nulli cõcedens præ se primas partes. Si enim principiũ est, E iam nulli fuerit secundũ. Quod item secundũ est, non iam est principium. Si igitur Verbum erat in principio, necesse vt & Verbũ contempleris, & principiũ in quo illud erat? Theodoretus lib. 5. diuin. decret. cap. de filio. Qui enim erat, semper erat. Non enim dixit, In principio factus est, vel In principio creatus est: sed, Erat in principio. Ambros. lib. 2. de incarnationis dominicæ sacramento, cap. 3. Nondum erat cœlum, quando in principio erat Verbum. Nam etsi cœlum habet principiũ, Deus non habet. Denique in principio fecit Deus cœlum & terram. Aliud est, Fecit, aliud est, *Erat*. Quod fit, incipit: quod *erat*, principium non accepit, sed præuenit. Cyril. Alexandr. lib. 1. cap. 1. in Ioan. Quid igitur ad hæc, qui nouissimum nobis filium ita esse prædicant, vt nec Deus esse credatur? Auctor. Aut quid Seruetiani, qui ipsum filium Dei esse cœpisse contendunt, postquàm è Virgine natus est: quasi nõ ante omnia secula, immò & ab æterno fuerit? Cyrillus. Non erit tibi Deus recens, scriptura clamat (Psalm. 80.) Quomodo autem non erit recens, si nouissimis temporibus natus est? Quomodo etiam non

Idẽ Chrysostomus.

Filius Dei sine principio tẽporis.

Theodoretus.

Alexander Alex.

In curiosas de Verbo diuino quæstiones.

Hilarius.

Incõprehẽsibilis Verbi generatio.

Anast. Antio.

Verbi æternitas cõclusa ex dictione Erat.

Theodor. Ambros.

Cyrill. Alexand.

Cyrill.

mentiebatur, dicens ad Iudæos (Ioan.8.) Amen dico vobis, antequàm Abraham fieret, ego F
ſum. Neminem enim fugit multis ſeculis poſt Abraham, à ſanctiſſima Virgine Chriſtum natum fuiſſe. Quòd ſi *in principio erat*, quæ mens poterit vnquam vltra illud *erat* conuolare? Meritò igitur ſtupore perculſus clamat Eſaias, (cap. 53.) Generationem eius quis enarrabit? Prin-
principium tempore nullum in Verbo. cipium ſanè temporis nullo modo poſſumus in vnigenito filio Dei intelligere. Qui enim ante cuncta ſecula eſt, eius æterna ſubſtantia eſt. Præterea, cùm ad exitum peruenire diuina recuſet natura (eodem enim ſemper ſe modo habet, iuxta illud, Pſal.101. Tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient) à quonam principio temporis ſpaciis menſurato filius incipiet? Principium enim temporis quantitate ſignificatum, nunquam in ſeipſo ſic eſſe, immò nec intelligi quidem poteſt, vt finem & exitum ſuum non reſpiciat. Quaſi enim ad finem principiũ dicimus. Sic in profundiſſimam, atque incomprehenſibilem generationẽ, *erat* iſtud, cogitantis ſententiam adducit. Auctor. Quodcunque enim principium aſſignaueris ſeu temporis, or- G
dinis, numeri, quantitatis: ſemper fuiſſe Verbum conſequetur. Quòd ſi erat in ipſo rerum omnium principio, conſequitur nec ipſius eſſe principium aliquod temporis, ſed ipſum æternum eſſe. Quòd ſi quis obiiciat filiũ non poſſe coæternũ eſſe patri, cùm nec hoc locũ habere
Thomas. inter homines dici poſſit. Thomas lect.1. in cap.1.Ioan. Dicendum principium originis prius
Reſpõdetur Arianorũ obiectioni, & probatur filius Patri coæternus. eſſe duratione inter creata, eò quòd ex ſe ortum ducit, propter tria. Primò quidem, quia principium illud præcedit tempore actionem, qua producit rem, cuius eſt principium: vt homo priùs eſt, quàm gignat filium. Secundò, quia cùm actio ſucceſsionem habeat, & ideò etiamſi ſimul cum agente incipiat, actionis tamen terminus eſt poſt agentem: vt quamuis ſtatim atque ignis generatus eſt, ſurſum tendit, & tamen priùs ignem eſſe, quàm ſurſum ferri contingit, cùm motus, quo ſurſum tendit, quodam tempore menſuretur. Tertiò, quia ex voluntate principij determinatur initium durationis eius quod eſt in principio: ſicut ex voluntate Dei de- H
terminatur initium creaturæ: vnde priùs fuit Deus, quàm creatura. Nihil autem horum trium in generatione diuini Verbi inuenitur. Non enim Deus priùs erat quàm Verbum generaret. Nam cùm generatio Verbi nihil aliud ſit quàm intelligibilis conceptio, ſequeretur quòd Deus eſſet priùs intelligens, quàm in actu, quod eſt impoſſibile. Sed neque ipſa Verbi generatio ſucceſſiua eſſe potuit: alioquin diuinum Verbum priùs fuiſſet informe quàm formatum: ſicut accidit in nobis, qui cogitando, verba formamus. Sed neque pater ſua voluntate initium durationis filio ſuo præſtituit: quia Deus pater non generat filium ſuum voluntate, vt dixerunt Ariani, ſed naturâ. Deus enim pater ſeipſum intelligendo, Verbum concipit, & ideò non antè
Cyrill. fuit Deus pater quàm filius. Cyrill.lib.1.in Ioan.cap.1. Quomodo enim erit ſol ſplendore pri-
Argumẽta à ſimili, probantia filiũ Patri coæternum eſſe. uatus? Auctor. Eſt enim filius ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius. Nec priùs fuit ſol ſuo ſplendore: etſi aliud ſit ſplendor, & aliud ſol. Cyrill. Ignis verò quomodo erit calore carens: I
vel calor vnde manabit niſi ab igne, aut ab alio forſan, non procul à qualitate ignis diſiecto? Auctor. Quinetiam ipſa ſplendoris è ſole generatio impaſſibilis eſt, & impaſſibilem Verbi à patre generationem deſignat. Et ſicut neque ſol eſt ſplendor, ita neque filius pater eſt: differunt enim ratione hypoſtatica. Hoc tandem Ioannes explicat, inconfuſam aſſignans perſo-
Cyrillus. Thomas. narum patris & filij proprietatem. *Et Verbum*, inquit, *erat apud Deum.* Thom. Quid ſit Verbũ,
Quid ſignificet apud Deum. & quid principium, iam expoſitum eſt. Nunc ergo duo hæc conſideranda ſunt, quæ in ſecunda clauſula ponuntur, quid hîc *Dei* nomine, quid item prępoſitione *apud* intelligat. Itaque imprimis ſciendum eſt, quòd hoc nomen *Deus* ſignificat diuinitatem, ſed in ſuppoſito & concretè: Deitas autem ſignificat naturam & maieſtatẽ illam diuinã in abſtracto & abſolutè: vnde fit, vt nõ poſſit ſupponi pro perſona, ex naturali virtute & modo ſignificandi. Hoc verò habet dictio *Deus*, vt pro aliqua diuinarum perſonarũ ſupponi poſſit: ſicut nomen *homo* ſuppoſitum K
humanitatis deſignat. Auctor. Itaque ſi ad tres homines aliqua actio referenda ſit, de qua ſermo fuit, cuius hic ſit agens, ille patiens, & ille ad actionem medius, concurrens, & auxiliaris
Dei nomen pro perſona patris. fuerit, vt ſi curatum Ariſtotelem à Socrate auxilio Platonis ſignificare voluerimus, nõ expreſsis perſonarũ nominibus, ſed illo generali & cõmuni *homo*, quod pro indiuiduo ſupponat, hoc, illo, & illo: & dicamus hominẽ curatũ ab homine, beneficio ſeu auxilio hominis: neceſſe eſt profectò, cùm ad tres illos tãtùm noſtra ſentẽtia referatur, vt qui hoc audierit, & nouerit hæc de
Hominis nomen pro certo homine. illis dici, ſciat autẽ de Ariſtotele prædicari quòd curatus ſit, de Socrate quòd ipſum curauerit, de Platone quòd auxilium Ariſtoteli curando præſtiterit: non dubitet hoc propoſitũ, Ariſtoteles curatus eſt ab homine, hominem ſupponere pro Socrate. Ita in diuinis conſidera, dictionem *Deus* ſupponere modò pro patre modò pro filio, modò pro Spiritu ſancto: diſcerni autem quem ſignificet ex attributis, ſeu adiecto illo quod inſeritur. Vt ſi quis dixerit Deum

A gigni à Deo, non erit nobis dubium, quin Deum genitum & Deum genitorem distinguat. Et quidem vulgaris hic est loquendi modus, vt si quis nouerit apud Platonem sæpius diuertere Socratem, roget autem vbi est Socrates, & respondeatur, esse apud hominem, facilè intelliget hominis nomine Platonem designari: ita cùm credamus filium à patre inseparabilem, & ab eo genitū ab æterno, audiamus autē ipsum esse apud Deū, nemini dubiū erit Dei nomine Patrē intelligi. Et ne fore aliquē, qui participatione Deus nūcupetur, quales olim Moses, Prophetæ, & iusti, apud quē recubuerit Verbū: aut de verbo dici putemus, id est, reuelatione, præcepto: Euāgelista prudēter articulum præmisit vtrique dictioni verbi, dicēs, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, *Et Verbum illud erat apud illum Deum*: illū nimirū æternum, omnipotentē, infinitum, & ineffabilem. Basil. hom. in Ioan. initium. Dici enim posset, Vbi erat Verbum (antequàm formarentur omnia, cùm iam esset in principio ipso?) Non in loco. non enim continentur in loco, quæ circunscribi nō possunt. At vbi erat? Apud Deū. Neque pater in loco, B neque filius in ambitu aliquo ac circunscriptione, sed infinitus pater, infinitus filius. Sed & admirare exactam vniuscuiusque vocis certitudinem. Non dixit, In Deo erat Verbum, sed apud Deum, vt proprietatem subsistentiæ proponeret ac declararet. Non dixit, In Deo, vt ne confusioni substātiæ occasionē daret. Nam & illorum maligna est blasphemia, qui miscere omnia conantur, & vnum subiectum dicūt, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum: verùm appellationes differentes de vna re dici. Thomas lect. 1. in. 1. cap. Ioan. Nam sicut *in* significat quādam coniunctionē intrinsecam, sic præpositio *apud* extrinsecam coniunctionē importat. Vtrunque autem in diuinis dicimus filium esse in patre, id est consubstantialem ei: & esse apud patrem, vt discretam ab eo personam. Sciendum itaque per præpositionem *apud* quatuor significari, quibus quatuor obiectiones excludūtur. Aut enim subsistentiam significat, sicut dicimus hominem esse apud hominem, & lapidem apud lapidem, quæ suppositō differunt: aut authoritatem in obliquo, vt si miles dicatur esse apud regem: aut distinctionem, non enim propriè C dicitur aliquis esse apud seipsum, sed apud aliū: aut cōiunctionē & societatē quandā. Apud eos enim esse dicimus, quibuscum viuimus, & communionē inijmus. Auctor. Itaque si quis subsistētias patris & filij cōfundat, ex his verbis tamē aliū λόγον esse, & alium Deū Patrē fateri cogetur. Cyrillus Alexād. lib. 1. in Ioan. cap. 2. Quum enim apud Deum Verbū esse prædicet, vnum quidem esse filiū, subsistētēque in seipso, & vnum rursus Deū Patrem, apud quē Verbū est, apertissimè ostendit. Quomodo enim vnum quod vnum numero est, ipsum apud seipsum esse intelliget ur? Præterea, si qui est filius, ipse quoque pater est: quæ ratio varietatem nominū induxit? si enim nullo modo genuit, quare pater vocatur? Aut quomodo filius dicitur, si genitus à Patre non est? Hanc enim sententiam nomina ipsa declarant. Accedit quod beatus Paulus ad Philippenses, in forma Dei esse filium, nec rapina consecutum vt sit æqualis Deo, affirmat: nónne igitur necesse est alium eum esse, qui non rapina æqualitatem Dei consecutus est, alium ipsum in cuius forma esse cognoscitur? Saluator quoque D idipsum nobis aperiens, Ioan. 10. Ego, inquit, & Pater vnum sumus. Nisi enim vterque subsisteret, non Sumus, sed, Sum vnum ego & Pater, dixisset. Nunquam enim de vno, *Sumus*, etiamsi disrumpantur hæretici, prædicari poterit. Adde quòd splendor Patris, quasi lumen à lumine filius appellatus, (Heb. 1.) quomodo alius quā pater nō erit? Quod enim sicut splēdor emanat ab alio, nō à seipso necessariò emanabit. Denique cùm se à Patre exiuisse dicat filius atque venisse, & rursus se ad Patrem proficisci ostendat, (Ioan. 16.) quomodo non alia quàm Pater, erit hypostasis? Nulla enim ratio patitur, vt quod ab alio effluxit, ab eo à quo effluxit, non distinguatur. Præterea, cū ait discipulis, Euntes docete omnes Gētes, baptisātes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti: si vna hypostasis atque persona horum nominū diuersitate intelligitur, quare non in vnitatem, sed in Trinitatem baptisari fideles voluit? Non sunt ergo idem numero Pater E & filius: sed subsistit vterque, & alter in altero propter identitatem substantiæ inspicitur. Origen. hom. 2. in diuersos. Nam ne quis existimaret, ita in principio Verbum subsistere, vt nulla substantiarum (id est subsistentiarum) differentia intelligatur inesse, continuò subiunxit, *Et Verbum erat apud Deum*, hoc est, Et filius subsistit cum Patre in vnitate essentiæ, & substantiali distinctione. Auctor. Quòd si in præpositione *apud*, authoritas filij apud Patrem consideretur, nihil maius meditari possumus, quā quòd ipse sit λόγος sapiētia & consilium Patris. Quis consiliarius eius fuit, inquit Apostolus? (Rom. 11.) O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei! quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius! Quis enim cognouit sensum Domini? Sed filius qui est in sinu Patris, ipse annūciauit nobis. Ipse filius, ipse vnicus, ipse Patris virtus & verbum: quid ergo quæritur amplius? Ipse est, cui hæc atteſtatur voce è cœlo allata, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi benè cōplacui, ipsum

Apud cōsubstātialitatem dicit.

substantia hîc pro subsistentia. Thomas.

Differentiæ subsistētiarum. Cyril. Alex.

Probatur Filius Patrì cōsubstantialis.

Authoritas Verbi apud Patrē.

audite: ipse in quo complacuit omnem plenitudinẽ diuinitatis inhabitare corporaliter, ipse est F
per quem accessum habemus ad Patrem, qui & dicit: Nemo venit ad Patrem nisi per me: quo-
modo igitur non *apud* Patrẽ vt summæ, immò supremæ authoritatis apud ipsum esse dicatur?
Rupertus. Rupertus Cõm. in Ioã. 1. Magnificè enim huius verbi dignitatẽ insinuat, dicẽs, Erat apud Deũ.
Nã apud Deũ quid est, nisi in magno erat honore, in summa dignitate, in magna dilectione? *E-*
Quomodo Verbum erat apud Deum. *rat apud Deũ*, sed non quẽadmodũ apud diuitẽ aurum suum. Nam apud diuitem aurum est in
arca, non in ipsius substantia misera atque vitiosa, fortassis & leprosa. Erat autem apud Deum,
quomodo apud sapientem sapientia, apud fortem fortitudo. Nam per beatum Iob dicitur,
(cap. 12.) Apud ipsum est sapiẽtia & fortitudo. Aurum diuitis in marsupio eius, verbum Dei in
corde eius. Auctor. Quòd si distinctio obseruetur, in eo quod apud alterum esse dicitur, illa iã
Esse apud multis modis dicitur. ex his quæ dicta sunt, manifesta est. Nã sicut Patris & filij vnica essentia, ita & diuersa hypostasis
est demonstrata. Quòd verò quarto loco Thomas præpositionem *apud* quãdam cõmunionẽ G
significare docet, illa quidem & in eiusdem naturæ, & supremæ apud Patrem maiestatis de-
monstratione colligitur. Vnde licet in scripturis verbum factum ad Prophetas, non tamen
esse apud Prophetas legimus: ne fortè Verbum creatum, cum increato confundamus, vt
Origenes. Gregor⁹. monet Origenes tomo 2. in Ioann. Auctor. Assignat autem Gregorius Pontifex quintam
rationem. Gregor. lib. 4. in Iob. cap. 20. Verbum quippè absconditum inuisibilis filius vo-
catur, de quo Ioannes ait, *In principio erat Verbum.* Quod ipse quoque absconditum insi-
nuat, cùm subiungit, *Et Verbum erat apud Deum.* Sed hoc verbum absconditum electorum
mentibus dicitur, cùm potestas vnigeniti filij Dei credentibus manifestatur. Auctor. Quòd
si quis fortasse curiosiùs inquirat præpositionis πρὸς significationem, & illam non *apud* mo-
dò, sed *ad* significare contendat: quoniam id neminem ex antiquis attigisse legimus, res- H
Thomas de vio. pondebit è recentioribus Caietanus. Thomas de vio, Comment. in Ioann. cap. 1. Hoc
quidem dicetur ad differentiam cuiuscunque creati verbi, cuiuscunque creatæ sub-
stantiæ. Nam de nullo verbo creato, de nulla substantia creata verificari potest, quod est
Nullius substantiæ creatæ relatio est ad Deũ, qualis Verbi ad patrem. ad Deum, sed quod pendet à Deo. Nullius enim creati verbi, aut substantiæ creatæ esse, est
relatio ad Deum. Nam eo quod dicit, *Et Verbum erat apud Deum*, duo reuelantur. Vnum
quòd esse Verbi, ac per consequens omnium personarum diuinarum est res relatiua: immò,
vt rectius loquar, est relatio realis. Alterum, quòd Verbum realiter distinguitur à Deo di-
cente ipsum, ac per hoc, quòd personæ diuinæ distinguuntur inter se. Auctor. Mutua est
enim relatio patris ad filium, & filij ad patrem: vt qui patrem dixerit, significet & ei filium esse,
& qui filium dixerit, eum ad patrem referat. Ita fiet, vt respondeatur illis, qui curiosiùs re-
quirent, explicari sibi præpositionem Græcam, pro præpositione Ad, ac si πρός dicamus Fet ver
bum erat ad Deum: velut si dixerimus, Et filius erat ad patrem: facilè quidem hæc conci- I
liari, cùm mutua sit patris ad filium relatio. Et hinc illud verificetur, quod antiqui patres Ec-
clesiæ contendunt, nunquam fuisse patrem sine filio, neque filium sine patre. Quod illi fu-
siùs in scriptis suis contra Arianos exagitant. Sed iam ad tertiam clausulam procedamus. *Et*
Quid sit Verbum. *Deus erat Verbum.* Hoc axiomate tollit omnes quæstiones, quæ de Verbo, quid sit, moueri
possent: ne fortè illud velut accidẽs apud patrẽ in principio fuisse arbitretur. Et quidẽ hic ordo
Chrysost. Cyrillus. doctrinæ conuenientissimus est, vt cùm Ioannes dixerit de Verbo, quando erat, & vbi erat,
nunc quid sit explicet. Chrysost. hom. 3. in Ioan. Nam ne quis filij diuinitatem parte aliqua
Filius Dei idem & Deus est. patre minorem arbitretur, mox id adfert, per quod eius suprema diuinitas significatur. Cyrill.
lib. 1. in Ioan. cap. 3. Non enim ignorauit diuinus Euangelista, venturos posterioribus seculis
nonnullos, qui deitatem filij negarent. At verò si verè filius Dei est, verè quoque illum Deum
esse consequitur. Id enim filiatio vera significat. Nam cùm paternitatis nomen non à nobis in
Argumẽtũ à minori ad maiꝰ. Deum, sed à Deo in homines defluxerit: Ab eo enim in cœlo & in terra omnis paternitas est, K
vt ait Paulus: dic quæso quare nos patres filiorum nostrorum secundum naturam sumus, si
exemplari, cuius imitatione id habemus, hoc non inest? Auctor. Atqui Adam genuit filium
ad imaginem & similitudinem suam: num vt Adam, ita & Seth eius filius verè homo erat?
Distabant quidem suppositio & hypostasi, vna tamen, eadémque vtriusque natura erat. Et vt
absurdum esset si quis diceret ab homine bouem aut equum generari, ita hominem ab ho-
Cyrill. *substantia non suscipit magis & minus.* mine propagari manifestum est. Cyrillus vt suprà. Sed neque filius hominis ea ratione qua ho-
mo est, minor est patre. Nullo enim modo homo homine aut maior aut minor est inquantum
homo: nec aliud quicquam minus aut maius eo esse potest, cuius substantiæ atque naturæ ra-
tionem suscipit. Auctor. Hoc nimirùm ipsi in prædicamentorum descriptione Philosophiæ
tyrunculi proclamant, substantiam non suscipere magis & minus. Cyrill. Vnde si Pater naturâ
Deus est, & qui ex eo genitus est filius, naturâ Deus erit. Quomodo igitur Deus Deo, ea ra-

tione

A tione qua vterque Deus est, minor erit? Gregor. Nyss. lib. de fid. ad Simplician. Sed & qui dicunt quòd genitum non genito naturâ dissimile sit, ex similitudine & exemplo Abelis & Adami discant haud stultè iudicare. Etenim Adam quoque secũdum naturalem hominum natiuitatẽ genitus nõ fuit, Abel verò ex Adamo genitus est. Et qui genitus nõ fuit, ἀγέννητος, id est, nõ generatus, & qui genitus est, γεννητὸς, id est natus dicitur. Sed nihil prohibuit Adamũ esse hominẽ, quòd genitus nõ erat: neque natiuitas Abelẽ aliud ac diuersum quiddã ab humana reddidit natura: sed tã hic quàm ille homo fuit, etsi hic quidẽ natus erat, ille verò absque natiuitate extiterat. Igitur in diuinis quoque dogmatibus nullã naturæ differentiã efficit genitũ, vel non genitũ esse: sed quẽadmodum in Adamo & Abele vna humanitas siue natura humana, eodem modo in patre quoque ac filio deitas, seu diuina natura vna est. Alexand. Alex. ep. 1. ad Alex. Constantinop. Nam quod ad ingenuam, propriam, naturalem, & eximiam eius filiationem attinet, Paulus Apostolus explanat de Deo, loquens his verbis. Qui proprio filio suo non

B pepercit, sed pro nobis, videlicet non natura filiis, tradidit illum. Nam vt ab alijs filijs, qui non sunt proprij, distingueretur, eum proprium filium nominauit. Porrò in Euangelio sic scriptum legimus, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui. Auctor. Ita occurritur obiectioni, quæ fieri p ossẽt in hunc modum. Filij quidem Dei sumus, veruntamen quantum ab eius maiestate distamus? At verò ille propriè filius & dilectus, nos per adoptionẽ: Ille vnigenitus Dei, quomodo igitur nõ sit Deus de Deo, & lumẽ de lumine? Tatianus Assyrius Orat. cõtra Græc. Quemadmodum enim faces multæ ab vna face accenduntur, nec tamen primæ facis lux minuitur, propter plures inde succensas: sic etiam Verbum, è Patris potentia progressum, non reliquit genitorem Verbi expertem. Auctor. Sed neque lumen è lumine diminutionem inducit, aut alterius est naturæ. Hinc consultò quidem Ioannes, cùm priùs dictioni θεὸς articulum ὁ præmisisset, vt ipsam pro persona Patris supponeret, dicens: καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, *Et Verbum erat apud Deum*. id est, apud Patrem: Nũc ne quis eandem dictionem pro eadem

C personam sumi, & personas Patris & filij confundi existimet, articulum tollit, & dicit, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος, *Et Deus erat Verbum*: non, καὶ ὁ θεὸς, Et ille Deus. Alioquin nõnulli sic interpretandum existimassent, Et ille Deus, nempè Pater, erat illud Verbum. Nunc autem cùm absque præfinitione articuli scribit, Et Deus erat illud Verbum, diuinam naturam de Christo enunciat. Nam & hoc facilè ducto è nobis exemplo colliges. Norunt omnes, Hic, & Quidã, & cætera demonstratiua pronomina nomini etiam communi adiuncta, illud iam nõ commune, sed definitum & demonstratiuum reddere, id est, in diuiduum vagum efficere. Etsi enim communis dictio Homo de omnibus eiusdem speciei dicatur, vbi tamẽ accesserint illa demonstratiua, hic homo, aut quidam homo, iam pro indiuiduo supponunt. Ita nobis cogitandum est in

D dictione Deus, maximè cùm rationem habet relatiuè se habentem ad aliam personam: Vt in hoc proposito, *Et Verbum erat apud Deum*. Deus ibi cum articulo ὁ præferebatur. Relatio enim habebatur Verbi ad patrem, apud quem Verbum erat. Nunc quia non de relatione, sed quidditate agitur: est autem vt relationis propria ratio personarum, ita quidditatis propria ratio substantiæ, ideò consultò videtur articulum omisisse. Non quòd non, vt diximus, etiam illo posito Pater & Filius & Spiritus sanctus intelligantur, maximè in ratione operum ad extra, vt cùm legimus, Dixit Deus, Vidit Deus, Fecit Deus, cum articulo ὁ θεὸς: sed quòd hîc non de externis differat, & Dei interpretationem pro eo supponat, quod plenam atque perfectam habeat diuinam maiestatem. Theoph. Comm. in Ioann. Confundantur igitur & Arius, & Sa-

bellius. Arius quidem, qui filium Dei creaturam esse dicit, & facturam, confutetur per hoc quod dicit, In principio erat illud Verbũ, & Deus erat Verbũ. Sabellius verò negans personarum trinitatem, sed asserens vnitatem, reiiciatur per illud quod dicitur, Et illud Verbũ erat apud Deũ. Manifestè enim hoc loco alium esse Patrem, & alium esse filium declarat magnus Ioannes: etiamsi non sit aliud & aliud. Alius enim & alius de persona dicitur, aliud & aliud de naturis. Et vt exemplo manifestius faciamus, Petrus & Paulus sunt alius & alius, sunt enim personæ duæ, sed non aliud & aliud: Vna autem eorum natura est humanitas. Sic igitur de Patre & Filio dicendum. Alius enim sunt & alius duæ personæ: non autem aliud & aliud: vna enim natura eorum est Deitas. Auctor. Hinc fit vt Christus dicat, Ego & Pater vnum sumus: quasi dicat, non aliud. Et ipse Ioannes: Tres sunt qui testimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus, & hi tres vnum sunt. Hoc igitur vnum de Verbo dicitur, non minus quàm de Patre. Athanas. in Symbolo. Deus enim Pater, Deus filius, Deus Spiritus sanctus. Et tamen non tres dij, sed vnus est Deus. Auctor. Itaque dictio θεὸς sine articulo hîc posita, pro illo vno quod est contra aliud, sumitur, & maximè quidditatem, id est essentiam significat, qua deno-

Greg. Nyss.

Ingenitum & genitũ nullã naturæ differentiam dicunt.

Alex. Alexand.

Aliter Verbum, aliter nos Dei filij sumus.

Tatia Assyrius.

Deus de Deo lumen de lumine.

Nomen cõmune supponit pro indiuiduo.

Deus nomẽ substantiæ est quæ enunciatur de Verbo, non minus quam de Patre.

Theoph.

Euertũtur hæreses hac Ioannis præfatione Alius & alius de personis: aliud & aliud de naturis dicũtur.

Athanas.

minat ſuppoſitum, id eſt Verbum: non autem adeò concretam habet ſuppoſiti rationem, vt cùm adiuncto articulo profertur, in illo propoſito, Et verbum erat apud Deum, id eſt, apud patrem. Quòd ſi quis ex ipſa articuli ſubſtractione, ſuſpicetur minus quid Dei nomen ſonare, cùm de filio dicitur, quàm cùm Patrem ſignificat, articulo nimirùm adiuncto: & hinc putet Verbum nuncupari Deum, non per eſſentiam, ſed per participationem, reſpondet Ioannes Chryſoſtomus id neceſſariò conſequi non poſſe, ſi locũ hunc cæteris conferamus. Chryſoſto. hom. 3. in Ioan. Quid ergo? Cùm Apoſtolus inquit, (Tit. 2.) Expectãtes beatam ſpem & aduẽtum gloriæ magni Dei, καὶ σωτῆρος ἡμῶν, & ſaluatoris noſtri: Et iterũ, Qui eſt ſuper omnes Deos, ſine articulo, filij meminit. (Et interim illum vt ſaluatorem, ita magnum Deum qui venturus ſit aſſerit.) Itidem de Patre ad Philippenſes (cap. 2.) ſcribens: Qui ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων, cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo. Et ad Rom. (cap. 1.) Gratia vobis & pax ἀπὸ θεοῦ πατρὸς ἡμῶν, καὶ κυρίου ἰησοῦ χριστοῦ, à Deo patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto, neglexit articulum. Superuacaneum namque eſt vbique id præponere, præſertim cùm ſuperiùs eo frequẽter vſus ſit. Quemadmodum enim de ſpiritu loquẽs, inquit, (Ioan. 4.) πνεῦμα ὁ θεὸς, Spiritus eſt Deus: neque cùm Spiritui articulum non adiiciat, idcircò Deum eſſe incorporeum negamus: ita hoc in loco quamuis filio articulus non præponatur, nõ propterea patre minor eſt. Athanaſ. Orat. in hoc, De Deo Deus eſt. Deus enim principium eſt, & quia ex principio Verbum eſt, ideò quoque Verbum erat Deus. Ait enim, (Exod. 3.) Ego ſum qui ſum, & non duplex, vt non ſint duo principia. Verbum enim quod ex vno eſt, non fluxibiliter & caducè, aut ſimplicitervox ſignificatiua eſt, ſed ſubſtantialis ſapiẽtia. Nã ſi ſubſtãtialis nõ ſit, ſequetur Deũ in aërem Verbũ ſuum profundere, Verbumque corpus habere, nihilque eximiũ vltra humanã ſortẽ poſſidere. Hoc autẽ, cùm Deus homo non ſit, fieri nõ poteſt. Hoc ipſe Thomas poſt reſurrectionẽ cognouit, exclamãs (Ioan. 20.) Dominus meus, & Deus meus. Hilarius lib. 2. de Trinit. Num ergo fefellerat ruſticum (Euangeliſtam) quid eſſet inter eſſe, & inter ineſſe, & adeſſe momenti? Id enim quod in principio erat, non in altero prædicatur eſſe, ſed cum altero. Statum Verbi & nomen expecta. Adiicit namque, *Et Deus erat Verbum.* Ceſſat ſonus vocis, & cogitationis eloquium. Verbum hoc res eſt, non ſonus: natura, non ſermo: Deus, non inanitas eſt. Auguſtin. lib. quæſt. ex vtroque Teſt. q. 122. Sic verbum Dei nõ tale eſt quale & noſtrum, quia noſtrum poſtquàm fit, non eſt: illud autem manet. Quod autem tale Verbum eſt, quod audit, & loquitur, & operatur? Non ſolùm autem Verbum Dei eſt, ſed & virtus & ſapientia Dei: qui quantum ad effectum pertinet, filius dicitur Dei: quantum autem ad locutionẽ, qua nos alloquitur Deus per ipſum, Verbũ dicitur Dei: quantũ verò ad ſapientiã, qua nos Deus per ipſum docet ſacramentum ſuum, ſapientia dicitur Dei: quantum verò ad operationem, qua per ipſum omnia facit, virtus dicitur Dei. Hoc nulli alij poſſet competere, niſi filio Dei. Propterea enim quòd ex Deo Deus eſt, omnia Dei habere dicitur. Naſcendo enim omnia conſecutus eſt Dei. Nec enim conueniens erat, degener dici Verbũ Dei, & virtutem & ſapientiam Dei. hoc enim Deus Verbum, & virtus & ſapientia. Auctor. Hoc etiã facer poëta Nonnus Panopolites ſua in Ioannem tranſlatione complectitur, tres iſtas clauſulas explicans, In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Nonnus in tranſlation. Euang. Ioannis.

Etiam ablato articulo vis manet dictioni in ratione naturæ. Chryſoſt. Pſal. 104.

Athanaſ.

Verbum ſubſtãtiale,

Hilarius.

Auguſt. Verbũ diuinum genitum eſt, & manet.

Quæ Verbi nomina.

Filius Dei per æternã generationem coæqualis eſt Patri.

Nonnus.

Ἀγένητος ἦν, ἀκίνητος, ἐν ἀρρήτῳ λόγος ἀρχῇ,
Ἰσοφυὴς γενετῆρος ὁμήλικος, υἱὸς ἀμήτωρ,
Καὶ λόγος αὐτοφύτοιο θεοῦ, φῶς ἐκ φάεος φῶς.
Παῖδος ἓν ἀμέσιχθος, ἀτέρμονι συνόχροος ἕδρῃ,
Καὶ θεὸς ὑψιγένεθλος ἓν λόγος. id eſt,

Expers temporis erat, incomprehenſibilis, in dicto Verbum principio,
Eiuſdem eſſentiæ cum patre coætaneo, filius ſine matre,
Et Verbum per ſe exiſtentis Dei, lumen de lumine lumen.
A patre erat inſeparabile, interminata conſidens in ſede,
Et Deus altigenitum erat hoc Verbum. id eſt,

Lactant. Sybilla.

Lactantius lib. 4. de vera ſap. cap. 6. Hunc Sibylla præcipit oportere cognoſci.

Αὐτὸν σὸν γίνωσκε θεὸν, θεοῦ υἱὸν ἐόντα.
Ipſum tuum cognoſce Deum, Dei filium exiſtentem.

Auguſt. videlicet & ipſe eſt Dei filius. Auctor. Idem & Erythræa in iis verſibus fatetur, quos Auguſtinus lib. 18. de Ciuit. Dei cap. 23. & alij pridem pro Sibyllinis agnouerunt, & in Latinum ſermonem conuerterunt: è quorum primis literis, hanc conſequenter ſententiam collegerunt,

Ieſus

A *Iesus Christus Dei filius seruator cruci.* Sibylla lib.8.Oracul. Sibylla.

Οὗτος ὁ νῦν προγραφεὶς ἐν ἀκροστίχισιν θεὸς ἡμῶν
Σωτὴρ ἀθάνατος, βασιλεύς, ὁ παθὼν ἐνεκ' ἡμῶν.

id est, *Rex tibi nunc nostris descriptus in ordine summo*
Versibus, hic noster Deus est, nostræque salutis
Conditor æternus, perpessus nomine nostro.

Hoc etiam ex eo maximè confirmatur, quòd frequenter in scripturis, cùm Messyas promittitur, nomine tetragrammatῶν יהוה Iehoua, quod solius Dei est, Messyas exprimitur. Galatinus lib.3.de arcanis fid.nostræ in Talmud, cap.10.Nam quòd nomen Dei tetragrammatῶn sit ipse Messyas, per illud euidentissimè ostẽditur, quod Esaiæ 28.cap.dicitur, In die illa erit יהוה צבאות Iehoua tsebaoth, Deus exercituum ad diadema gaudij, & ad sertũ ornatus residuo populi sui. *Messyas nomine solius Dei exprimitur in scripturis.*

B Hæc enim verba Rabbi Ionathan Vzielis filius in Chaldæum vertens, ita exposuit, In tempore illo erit Messyas (tetragrãmatῶn) exercituũ, ad diadema gaudij. Vbi ergo Esaias posuit nomen Dei tetragrammatῶn, quod est יהוה ibi R. Ionathan משיחא Mesiha, quod est Messyas, transtulit. Quare Messyã esse nomen Dei tetragrammatῶn palam est. In Bereschith quoque Kezara, id est, expositione abbreuiata super Genesim, super illud, (cap.49.) Non recedet sceptrum de Iuda, & legislator de medio pedũ eius, donec veniat שילה, id est Messyas, ita dicitur: Quia futurum est vt Gentes seculi deferant munus Messyæ filio Dauid, sicut dictum est Esaiæ 18.c. In tempore illo offeretur munus Deo (tetragrammatῶn) exercituum. Cùm igitur munus, quod Deo nomine tetragrammatῶn scripto deferendum Esaias prædixit, traditio ista Messyæ filio Dauid offerendum exposuerit, sequitur planè Messyam ipsum nomen Dei tetragrammaton esse. Auctor. Multa loca in vetere Testamento occurrunt legentibus in eam sententiam, quæ *Galatinus.* *Rabbi Ionathan.*

C Galatinus, & alij quicunque Iudaisinum euertere contendunt, in vnum corpus collegerunt, è quibus manifestò probant vt Messyã, ita & Dei filium, seu ipsum Dei Verbum verè Deũ esse. Hilar.lib.2.de Trin. Sed trepido in dicto, & me insolens sermo commouit. Audio, *Et Deus erat Verbum*, cùm vnum Deum Prophetæ nunciauerint. Sed ne quò vltrà trepidatio mea progredi possit, reddit sacramenti tanti Piscator meus (Ioannes) dispensationem, & refert ad vnum omnia, sine contumelia, sine abolitione, sine tempore. Ait enim, *Hoc erat in principio apud Deũ.* Cùm hoc erat in principio, non tenetur in tempore: cùm Deus est, non refertur ad vocẽ: cùm est apud Deum, nihil nec confunditur, nec confertur: nam nec aboletur in alterum, & apud vnum ingenitũ Deum, ex quo ipse vnus vnigenitus est, Deus prædicatur. Basilius hom. in init. Euang. Ioan. Sic rursus paucis verbis omnem suam Theologiam in summam redigit. *Hoc*, in- *Hilarius.* *Quomodo Deus erat Verbũ, & Deus erat Pater, cum tamen Deꝰ vnus sit.* *Basil.*

D quit, *erat in principio apud Deum.* Hoc, inquit: quale hoc? Ne foras oculos vertas, per demonstratiuam vocem id quod ostensum tibi est, circumspectans, sed ad occulta animæ tuæ ingredere, & quem edoctus es Deum in principio existentem, hunc vbi cognouisti & admiratus es, & velut Dominum tuum adorasti, qui per doctrinã tibi insitus est, cognosce quòd hic erat in principio, hoc est semper apud Deum Patrem. Ambros.lib.1.de fid.cap.5. Sẽper igitur Pater, sem- *Ambros.* per & filius. Erat, erat, erat, erat, ecce quater erat. Vbi impius inuenit quòd non erat? Alibi quo- *Filius Patri coæternus.* que Ioannes (1.cap.1.) in Epistola sua dicit: Quod erat in principio, indefinitè tenditur, erat. Quicquid cogitaueris, erat filius. Epiphan.lib.ancorato. Erat semper Verbum, & non est tem- *Epiphan.* pus ante Verbum: ne dicat Arianus, erat aliquando, quando non erat. Origen.tom.2.in Ioan. *Origen.* Ita tribus prædictis propositionibus, tres ordines nos docens Euangelista, tria in vnum connectit, videlicet quòd in principio: & apud quem hic erat, videlicet apud Deum: & quisnã λόγος erat, videlicet quòd Deus. Tanquam ergo demonstrans sermonem quem antè dixerat, nunc

E in quartam propositionem superiores congregat, dicens, *Hoc erat in principio apud Deum.* Auctor. Ita omnes hæreses paucis verbis confundit Euangelista. Si Ebion & Cherintus Verbi initium ducat à Virgine, confunditur, quia *in principio erat.* Ne scilicet obstrepant illum purũ hominem fuisse, sed Dei nomen meruisse per pietatis opera: erat enim ante matrem, immò ante omnia. Sic conticescet etiam Photinus & Paulus Samosatenus. Si rursus Sabellius Patris & filij personas confundat, obmutescat. Dicit enim Ioannes, *Et verbum erat apud Deum*, vt alius apud aliũ. Si verò aut Eunomius filium Patri dissimilẽ, aut Arius minorẽ esse Patre obganniat, audiat, quòd *Deus erat verbũ.* Erubescãt etiam hi, qui Verbũ pro cogitatione, aut simplici quadam & leui idea statuunt. Theophil.Comment.in Ioan. Nec est etiam quòd quis diabolica il- *Confunduntur omnes hæreses in filiũ enatæ.* *Thom. lect.1 in Ioan.c.1.* *Theoph.*

lusione quosdam perturbet dicens: Ergo quia, Et Verbum Deus est, aliquando insurget contra Patrem, vt Gentiles fabulantur, & segregans se ab eo, aduersarius erit. Propterea dicit, quòd licet Deus sit Verbum, nihilominus cum Patre est, & ab eo nunquam separatur.

A quibus effectis filius Dei cognoscitur esse Patri coæternus, consubstantialis, & eiusdem cum ipso potentiæ. F

Math.	Mar.	Luc.

IOAN. I.

Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil quod factum est. In ipso vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt.

Chrysost. HRYSOSTOM. hom. 4. in Ioan. Moses veteris Testamenti librum historiámque exorsus, quæ sensu percipiuntur, ea nobis pluribus verbis enumerat. In principio, inquit, creauit Deus cœlum & terram. Inde subdit lucem, secundum cœlum, stellarum naturam, varia animantium genera creata, & cætera denique omnia, ne singulatim prosequẽtes, simus longiores. His autem omnibus præcisis atque omissis, vno verbo & ea, & longè altiora comprehẽdit, nec immeritò, vtpotè cùm satis cognita essent auditoribus, & ipse ad altiorem, præstantiorémque materiã proreperet, & omni conatu non circa creata, sed ipsum creatorem incumbat. Idcircò ille, quamuis minorem creationis partẽ aggrederetur, nihil enim nobis de inuisibilibus virtutibus disputat, his tantùm immoratur. Verùm Ioãnes ad ipsum omnium conditorem ascendere festinans, meritò & quæ ille prosecutus est, & quæ cõticuit, prætermissis paucis, omnia comprehendit. Auctor. Nam cùm institutum Ioannis fuerit hoc in Euangelij exordio Christum Deum profiteri, diuinam illam naturã, & Patris filiíque hypostasim æternámque generationem, paucis nimirùm quatuor clausulis expressit. Thomas lect. 2. in cap. Ioan. 1. Nunc autem manifestat eius virtutem, primùm quantum ad omnia quæ in esse procedunt, singulariter verò tandem quantum ad homines. Damascen. lib. 1. de fide orthod. cap. 2. Oportet enim de Deo aut dicere, aut audire volentem apertè cognoscere, neque omnia ineffabilia, neque omnia effabilia ea esse, quæ Theologicæ curæ incumbunt. Chrysost. lib. De eo quod comprehendi non potest. Mirabilis, inquit Psaltes, facta est scientia tua ex me, exaltata est, & non potero ad eam. Hæc est sapientiæ diuinæ profunditas, vt in ea exprimenda, Propheta vertigine quadam laborare videatur. Quis eò quæso temeritatis prolapsus est, vt naturã Dei sibi cognitam & perspectam dicere audeat? An qui dicit, Incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi? Sed & ipse cecinit, Sapientiæ eius non est numerus. Gregor. Nanz. Apol. 1. cur in Pontum fugerit. Altum est cœlum, terra verò depressa & humilis, ecquis ascendet, eorũ imprimis qui inde peccato deiecti sunt? Quis hac terrena caligine, carnísque crassitie adhuc obductus tota mente purè obtueri, atque iis misceri poterit, quæ obfirmata sunt, & sunt inuisibilia, quandiu ipse inter illa manebit, quæ infirma sunt, & oculis obijciuntur? Vix enim, ac ne vix quidem, eorum quispiam qui hîc perpurgato & defæcato sunt animo, vel solum boni simulachrum contrà obtueri queat, non aliter atque ij qui solẽ in aquis intuentur. Idem Orat. 2. de Theologia. Currebam quidem hoc animo, quasi Deum percepturus, sicque in montem ascendi, ac nubem penetraui, à materia nempè, rebúsque materia constantibus reductus, atque in meipsum, quoad eius fieri poterat, collectus. Vt autem oculos ad intuendum fixi, Dei posteriora ægrè vidi: idque petra, hoc est Verbo, nostræ salutis causa incarnato, contectus. Atque aliquantulum prospiciens, non primam illam atque incorruptam naturam, sibíque ipsi, id est Trinitati notam, quæque primo velo obtenditur, & à Cherubinis obtegitur, conspicatus sum: verùm postremam, atque ad nos pertingentem. Ea autem est, vt quidem ipse cognitione assequor, maiestas illa, vel, vt Dauid appellat, magnificentia, quæ in rebus ab eo creatis productísque, & gubernatis elucet. Dei quippè posteriora nihil aliud sunt, quàm ea quæ post eũ signa & argumenta, quæ eum nobis indicant, quemadmodum vmbræ illæ solis, & imagines quæ in aquis cernuntur, infirmis oculis solem repræsentant: quando quidẽ eum intentis oculis obtueri non possumus, vtpotè incomparabili lucis puritate, sensum omnem superantem. Nec verò hęc verba ita accipi velim, quasi percipi non posse dicam quòd sit Deus, sed quid, & quale. Plurimùm namque interest certò tibi persuadeas aliquid esse, an quid tandem illud sit, compertum habeas. Etenim quòd Deus sit, ac princeps quædam causa rerum omnium procreatrix, & cõseruatrix, tum oculi ipsi, tum lex naturalis docet: illi dum rebus in aspectũ cadẽtibus aciẽ affigunt, eásque & egregia stabilitate præditas esse, & progredi, & immotè, vt ita dicam, moueri voluíque perspiciũt: hæc autẽ, dũ per res oculis subiectas, præclaréque cõstitutas authorẽ earũ cõiectura quadã colligit atque assequitur. Quonã enim modo vniuersa hæc rerũ moles vel producta vnq̃ fuisset, vel cõsisteret, nisi Deꝰ hæc omnia in rerũ naturã protulisset, atq; cõseruaret?

Confertur initium Geneseos, cum initio Euãgelij Ioãnis. G

Damasc. H

Chrysost.

Deus incõprehensibilis.

Greg. Nanzanz. Nicetas Thesauri Orth. li. 2.

Idem Greg. I

Petra contegi vt Dei posteriora videantur.

Psal. 8. 28. 67. 97. & 144.

K

Percipiquidem potest quòd Deus est, non tamẽ quid sit, & quale.

Theo-

A Theoph.in Ioan.Itaque ſi ſcire vis quale ſit Verbum Dei,audi reliqua quæ ſequuntur. *Omnia per ipſum facta ſunt.*Ne exiſtimes,inquit,verbum quod in aëra diffunditur & diſſoluitur , ſed factorem omnium,tam mentalium, quàm ſenſibilium.Nicetas lib.2. Theſ.cap.27. Idem Eugenius Carthuſ.lib.1.de Cathol.fide.Eſt enim eiuſdem cum Patre potentiæ, eique ſimilis & æqualis in omnibus, vt ex eius doctrina diſcere quiuis poteſt.Ait enim:Pater meus vſque modò operatur,& ego operor.Et,Quemadmodum Pater ſuſcitat mortuos & viuificat, ita & filius quæ vult viuificat.Et rurſus, Omnia tua mea ſunt, & mea tua ſunt. Ambroſ. lib. 2. de fid. ad Gratian.cap.3.Nec vereor,quia ſcriptum eſt de Deo, (1. Tim.6.) Beatus & ſolus potens. Nec enim ab eo Dei filius ſeparatur, cùm ſcriptura Deum ſolum potentem dicat, non patrem ſolum : & ipſe de Chriſto Deus Pater aſſerat per Prophetam,(Pſal. 88.)Poſui adiutorium ſuper

B potentẽ,& exaltaui electum de plebe mea.Non ergo Pater ſolus potens,ſed potens etiam Dei filius. In Patre enim laudatur filius.Certè oſtendat aliquis quid ſit,quod non poſſit Dei filius. Quis ei fuit adiutor cùm cœlum faceret?Quis cùm cõderet mundum? (*Omnia enim per ipſum facta ſunt.*) An qui in conſtitutione Angelorum & dominatuum adiutore non eguit, vt hominem liberaret? Auctor. Verbi igitur omnipotentia & ſuprema maieſtas his eius effectis agnoſcitur.Nam,vt ſcribit Pſaltes, Cœli enarrant gloriam Dei,& opera manuum eius annunciat firmamentum. Greg.Nanzanz. Orat.2. de Theol. Quemadmodum enim quiſpiam citharam pulcherrimè conſtructam & elaboratam conſpiciens, eiúſque concinnitatem & conſtitutionem, aut etiam citharæ cantum audiens, nihil aliud quàm ipſum citharæ conditorem, atque citharœdum mente reputat,atque ad eum cogitatione fertur,etiamſi de facie ipſi ignotum:eodem quoque modo nobis is, qui res vniuerſas procreauit, eáſque mouet atque conſeruat,ſeſe declarat , etiamſi animis noſtris ingeniiſque comprehendi nequeat. Auctor. Quod

C maius igitur nobis eluxit diuinæ Verbi maieſtatis & eius omnipotentiæ argumentum, quàm quòd quæcunque voluit fecit in cœlo, terra, mari, & omnibus abyſſis? *Per ipſum* enim *omnia facta ſunt.* Cyrill. lib. 1. in Ioan. cap. 5. Quoniam igitur Gentilitas ſapientiæ huius mundi adhærens , & ſpiritum principis huius ſeculi poſsidens , veritate contempta inanimata idola coluit,& alius quidem ligno dicebat, Deus meus es tu:alius verò lapidi, Tu produxiſti me : & nonnulli non meliores multitudine,quamuis ita viderentur, Deitatis gloriam cœlo ac elemẽtis tribuebant : neceſſariò Ioannes ſummus veritatis Theologus , vt fraudes illorum retundat, & viam attendentibus rectam aperiat, creatorem naturæ magna voce oſtendendum putauit, dicens omnia per vnigenitum producta, & ſine ipſo nihil penitùs factum eſſe. Confundit & hæreticorum impoſturas. Dei enim maieſtatem hæc verba vnigenito Dei filio tribuunt,cùm

D omnia naturaliter ac verè ineſse ei oſtendant,quæ Deo Patri dicuntur ineſſe.Non enim deforis,ſicut hominibus per gratiam hæc appellatio illi accidit, iuxta illud, (Pſal.81.) Ego dixi Dij eſtis,& filij excelſi omnes. Si enim omnia per ipſum facta ſunt , non poteſt ille ſimul cum omnibus enumerari. Quum enim *omnia* dicantur,nihil eſt quod in omnibus non contineatur. Sic certè etiam Paulus omnia intellexiſſe comperitur.Nam cùm ſub pedibus ſaluatoris noſtri ſubiecta eſſe omnia dixerit,illicò intulit: In eo enim quòd ei omnia ſubiecit, nihil dimiſit non ſubiectum ei. Quare quoniam per filium facta eſſe omnia credimus,nullo pacto aliquid omnium ipſum eſſe intelligimus:ſed ab omnium numero ipſum ſeparantes, & à natura creaturarum ipſum ſeorſim ponentes,nihil aliud eſſe ſeipſum,quàm Deum ex Deo naturaliter confitemur. Caſsianus lib.4.de incarn.Dom.Et idem quidem aliud Apoſtoli dictum paucis com-

E plectitur.Vnus, inquit (1.Cor. 8.)Dominus Ieſus Chriſtus, per quem omnia. Nunquid ad prædicandum tanti myſterij ſacramentum aliqua verborum circuitione vſus eſt ? Conſidera (contra eos qui alium Chriſtum,&aliud Verbum ſtatuunt) vbi hoc de Verbo Patris legeris, quod idem de Chriſto legis. *Omnia,* inquit Euangelium,*per ipſum facta ſunt.* Apoſtolus dicit, Per Chriſtum omnia.Euangelium dicit, Per Verbum omnia. Nunquid repugnant ſibi ſermones ſacri? Theophil.Comm.in Ioan. 1.Hîc verò iterum inſurgunt Ariani,& dicunt, quòd ſicut aſſerimus ſecuri fabricari ianuã,quaſi inſtrumento,& alium eſſe fabrum qui hoc mouet, ita per filium fieri omnia.Non quòd ipſe ſit factor,ſed inſtrumentũ,ſicut ſecuris Dei.Et ita factura,aiunt,& filius,ad hoc facta,vt per ipſum fiant omnia.Nos autem quid illis dicimus?Simpliciter ac rectè.Nam ſi in hoc creauit Pater filium, vt inſtrumentum haberet ad completionẽ creaturæ,indignior fuerit filius creaturis.Sicut enim ſecuri,quæ eſt inſtrumẽtũ,alia quæ per eã fiunt,digniora ſunt,propter illa enim fit ſecuris,non illa propter ſecuri m:ita & creatura dignior erit vnigenito.Propter illã enim,vt dicũt,ipſe pater creauit eũ,& ita,vt ſi non fuiſſet omnia creaturus, neque vnigenitum produxiſſet. Quid his verbis inſipientius?Irenæus lib.2.ad-

Theophil.

Nicetas. Eugenius Carthuſ.

Eadem opera Patris & Filij. Ambroſ.

Filius omnipotens.

Greg.Năz. *Omnipotẽtia docetur ab effectis.*

Cyrill. *In idololatras.*

Eſa. 44. *Hier.*2.

Omnia ſũt facta: non tamẽ Deus. 1.Cor.15.

Caſſianus.

Theophil. *Non per filium vt per inſtrumentũ operatus eſt Deus.*

Irenæus. uerſ.hæreſ.cap.2.Sed & proprium eſt hoc Dei ſupereminentiæ,non indigere aliis organis ad conditionem eorum quæ fiũt:nã & idoneus & ſufficiens eſt ad formationẽ omnium propriũ eius Verbum,quemadmodũ & Ioannes Domini diſcipulus dicit de eo, *Omnia per ipſum facta ſunt*. Mundus ergo à Verbo eius factus eſt,ſicut ſcriptura Geneſeos dicit,Omnia quæ ſunt, ſecundũ nos,feciſſe Deũ per verbũ ſuum.Similiter autẽ & Dauid exequitur, Quoniam ipſe dixit & facta ſunt,mãdauit & creata ſunt. Aug.li.qu.in vtrumque Teſt.qu.122.Nam legimus, In principio fecit Deus cœlũ & terrã.Quomodo fecit?Nunquid ſicut nos manu facimus opera? Et in ſubiectis:Et dixit,inquit,Deus,Fiat lux:& facta eſt lux.Cui putamus locutum eſſe Deum? Quia non vtique homini locutus eſt,ſed ei qui poſſet facere, qui etiam homini facturus erat, ſicut & fecit.Sed quomodo locutus eſt?Nunquid ſicut nos loquimur organo corporali? Abſit. Vocabula quidẽ nobis & Deo communia ſunt,ſed diſcrepant in effectu.Baſil.hom.3.Hexam. Poterat enim,velut ab initio dixit,de omnibus dicere,In principio fecit Deus cœlum & terrã: deinde,fecit firmamẽtum:Nunc autẽ Deũ imperantẽ & loquentẽ inducẽs, eum cui imperat, & cui dicit,tacitè ſubindicat,non inuidẽs nobis cognitionem, ſed inflammans nos ad deſiderĩũ,ex eo quòd veſtigia quędã,& ſignificationes arcani ſubiicit.Vox etenim propter auditũ eſt, & auditus propter vocẽ.Vbi autẽ non eſt aër,non lingua,nõ auris,non meatus intortus ad ſenſum in capite deferens ſonos ac ſtrepitus,ibi neque verborũ vſus eſt:ſed ex ipſis intra cor conceptis,vt ita dixerim,cogitationibus,voluntatis traditio contingit. Sic via quadam & ordine nos ad intelligentiã de vnigenito perducit.Sic vt erigatur mẽs noſtra ad inquiſitionẽ perſonæ, ad quã ſermones fiũt,ſapiẽter & artificioſa figura hæc loquẽdi aſsũpta eſt.Theoph. in Ioann.Itaque Pater per Verbũ ſuũ fecit omnia,neque tamẽ velut per organũ.Finge enim regẽ quendã,qui habeat filiũ regẽ,& conditurus ſit ciuitatem,& illi concredat illius extructionem.Sicut qui per filiũ regis conditã eſſe ciuitatẽ dicit,non propterea filiũ regis ſeruũ eſſe dicit, ſed monſtrat quòd hic filius habeat patrẽ,& non ſit ſolus: ſic etiã hoc loco Euãgeliſta dicẽs per filiũ facta omnia,manifeſtauit quòd pater mediatore illo ad cõditionẽ rerũ,vt ſic dicã,vſus fuerit,nõ ſe minore,ſed æqualis poteſtatis.Inſuper hoc tibi dixerim,quòd ſi te offendit præpoſitio *per*, & quæris inuenire in ſcriptura ſermonẽ quendã,qui dicat quòd Verbũ ipſum fecerit omnia: audi Dauid dicentẽ:(Pſal.101.)Principio tu Domine terrã fundaſti,& opera manuũ tuarũ ſunt cœli. Vides quomodo non dixerit,Quia per te facti ſunt cœli,& fundata eſt terra: ſed, Tu fundaſti, & opera manuũ tuarũ ſunt.Diſces etiã hoc & ab ipſo quidẽ Apoſtolo de vnigenito, & non de Patre intelligi,qui vtitur hoc dicto in Epiſt.ad Heb.(cap.1.)ſed & ex eodẽ Pſalmo, cũ dicit:Dominus in terram aſpexit,vt audiret gemitũ cõpeditorum, & ſolueret filios interemptorũ,vt annũciet in Syon nomen Domini.Nunquid alium ſignificat quã filium Dei?Hic enim in terram aſpexit,ſeu habitabilem,ſeu hãc noſtrã naturã quę terræ inuoluta eſt,&ſoluit cõpeditos peccatorum vinculis,& filios occiſorum ab Adam & Eua:vt annunciet in Syon nomen Domini. Stãs enim in templo,quod erat in mõte Syõ,docuit de patre ſuo.Subdit autem:Et tu ab initio Domine terram fundaſti,filiũ Dei factorẽ inducens.Quòd ſi præpoſitio *per*,diminutionẽ tibi inducere videtur,quid dices,cũ Paulus apponat hãc Patri?Dicit enim,(1. Cor.1.) Fidelis Deus per quẽ vocati ſumus in ſocietatẽ filij ſui.Et iterũ,Paulus Apoſtolus per voluntatẽ Dei.Auctor. Scilicet & de Deo dicitur,In ipſo & per ipſum ſunt omnia.Et rurſus,Per ipſum viuimus, mouemur,& ſumus.Baſil.lib.de Spir.ſanc.cap.8.Et cũ Apoſtolus(Rom.8.)dicat, In his omnibus ſuperamus,per eum qui dilexit nos:neutiquã humile quoddã miniſteriũ ex tali voce ſuggerit, ſed auxilium in fortitudinis robore operãs.Sic ſanè acceſſum per ipſum habemus ad Patrem, trãſlati ex poteſtate tenebrarũ ad portionẽ ſortis ſanctorũ in luce.Quapropter dicit Dominus, Mea omnia tua ſunt:tanquã ad ipſum principium opificiorũ referendũ ſit:& tua mea, tanquã illinc cauſa creandi ad ipſum deueniat.Non quòd auxiliis vtatur ad operationẽ, neque quòd particularibus permiſſionibus vniuſcuiuſque operis miniſteriũ ipſi cõmiſſum ſit:ſeruile enim hoc eſſet,& valde à dignitate diuina alienũ:Sed plenũ eſt Verbũ paternis bonis, & à Patre reſplendẽs omnia facit ad genitoris ſimilitudinẽ.Si enim iuxta eſſentiã nihil euariat à Patre,nihil euariabit etiã iuxta potentiã.Quorũ autẽ potentia æqualis eſt,eorũ ſanè æqualis eſt & operatio.Chriſtus enim Dei potentia eſt,& Dei ſapientia.Et ſic per ipſum omnia facta ſunt. Non quòd inſtrumentali ac ſeruili miniſterio fungatur, ſed quòd velut conditor, paternam perficiat voluntatem.Auguſtinus lib. quæſtion. in vtrumque Teſt. quæſtione 122.Hunc ſenſum Apoſtolus Paulus memorat(Coloſſ.1.) inter cætera dicẽs: Qui eſt imago inuiſibilis Dei, primogenitus ante omnem creaturam, quoniam in ipſo cõdita ſunt omnia,in cœlis & in terra, viſibilia & inuiſibilia,ſiue dominationes, ſiue ſedes, ſiue principatus,ſiue poteſtates:omnia per ipſum,& in ipſo creata ſunt.Conueniunt autẽ in hoc Euangelia duorũ Apoſt.Ioann.& Pauli:

Deus nullo indiguit ad creationem

Auguſt.

Cui Deus dixit,Fiat lux.

Baſilius.

Quid ſignificat cũ legitur, Dixit Deus, fiat.

Theoph.

Quomodo per filium cõdita ſint omnia.

Exemplis probatur per non ſignificare quid min°.

Baſil.

1.Cor.1.

Auguſt.

A eadem enim dicunt: Quia filius Dei ante omnem creaturam genitus est, vt crearet potentias spirituales,& mundum,& quæ in ipso sunt visibilia. Per ipsum autem Pater creauit, quia in substantia idem Deus est,hoc est pater in filio,in ipso verbo: quoniam sic generauit filium, vt haberet potentiam faciendi omnia visibilia,& inuisibilia. Cyrill.lib.1.in Ioan.cap. 5. Quemad modum enim si quis in olfactione odoris,qui ex flore quodam est, operationem odoris ab ipso flore,à quo naturaliter odor profunditur,nullo modo seiungat: quantominus à patre seiungetur filius? Nec tantùm,ait,omnia per ipsum facta esse,sed adiicit, *Et sine ipso factum est nihil.* Ad quod & illud rectè potest afferri: Faciamus hominẽ ad imaginem & similitudinem nostrã. Non enim imperat,nec tanquam ad seruum& ministrum dicit,Fac hominem: sed vt cum indiuisibiliter & secundum naturam coniuncto(dicam enim humano more) colloquitur, atque deliberat. Augustin.tract.in Ioan.1.& Thom. lect.2. In Ioan.c.1. Quicunque enim aliquid facit, oportet quòd illud præconcipiat in sua sapientia,quæ est forma,& ratio rei factæ, sicut forma
B præconcepta in mente artificis,ratio est arcæ faciendæ. Sic ergo Deus nihil facit, nisi per conceptum sui intellectus,qui est sapientia ab æterno concepta,sc. Dei Verbum,& Dei filius: & ideò impossibile est aliquid à Patre fieri,nisi per filiũ. Clemens Alexandr.lib.1.Stromat. Quod enim fit,num fit ex verbo seu ratione? Si non enim verbo seu ratione agamus, citra rationem fecerimus. Opus autem rationale ex Deo efficitur. *Et nihil sine ipso factum est,* inquit: Verbo scilicet, Deo, seu ratione. An non etiam Dominus omnia fecit verbo seu ratione? Thomas lib.4. Summæ contra Gent.cap.13. Sciendum tamen quòd Verbum Dei in hoc differt à ratione quæ est in mente artificis, quia Verbum Dei Deus subsistens est: ratio autem artificiati in mente artificis,non est res subsistens, sed solùm intelligibilis forma. Formæ autem non subsistenti non competit propriè vt agat, cùm agere sit rei perfectæ & subsistentis. Nam
C ratio domus in mente artificis non facit domum,sed artifex per eam domum ædificat. Verbum autem Dei, quod est ratio rerum factarum à Deo cùm subsistat,hoc habet vt agat. Est enim illa sapientia,qua Deus seipsum & alia cognoscit: quæ & loquitur Prouerb. 8. Cum eo eram cuncta componens. Tatianus Assyr.Orat.cont.Græcos. Quippè Dominus mundi, cùm ipse sit vniuersorum substantia,nondum condito mundo, solus erat: si verò respicis potentiam eius, in qua visibilia & inuisibilia cuncta consistunt, omnia cum ipso erant. In ipso enim per potentiam Verbi, tum ipse, tum Verbum, quod in eo erat, exiitit. Cùm voluit autem ipse,Verbum ex eius simplicitate prosiliit. Et Verbum non inaniter prolatum, primogenitum opus fit ipsius spiritus. Eusebius Cæsar. lib.11. de præp. Euang. cap.10. Hæc est sapientia,quæ attingit à fine ad finem fortiter,& disponit omnia suauiter. Philo, apud eun-
D dem, ibidem. Etsi nondum aliquis filius Dei appellari dignus est,tamen studeat primogenitum eius verbum sequi. Origo enim,& Deus,& Verbum, & imago est, ad quam homo creatus est,& Israel Iudæus appellatur. Auctor. Verbum autem, rationem, seu diuinam sapientiam,per quam cuncta consistunt, ab ipso Platone & celebrioribus Philosophis olim agnitam, confirmat Eusebius Cæsarienſis: quòd illi sanè, aut diuino quodam afflatu, aut ex sacris libris, aut mystica quadam Hebræorum & Chaldęorum traditione, quam sua ad eos peregrinatione didicerant: aut sanè ex ipsis Sibyllarum oraculis affirmarunt. Eusebius ibidem. Nónne scilicet tibi videtur Plato Hebræorum scripturis insudasse? Aut quis vnquam apud Græcos à diuinissimo Verbo mundum esse ordinatum dixit? Plato in Epimenide. κόσμον ἔταξε λόγος ὁ πάντων θειότατος. Mundum,inquit, in ordinem redegit Verbum omnium diuinissimum. Idem Epistola ad amicos tres, Hermiam, Horastum & Coriscum. Hanc epistolam omnes tres vnà legetis, vel ad minus duo communiter, toties quoties poteritis. Oportet enim vos vti hac lege, iureiurando confirmata,diligentia eleganti, & studio, eiúsque sorore doctrina, vt per Deum principem omnium præsentium & futurorum, τὸν ἡγέμονος καὶ πάντων πατέρα κύριον, & per patrem dominum principis & causæ iuretis. Quæ si rectè philosophamur, clarè,quantum homini contingere potest, cognoscemus. Auctor. Quod autem causam,eandem alibi Verbum,alibi Idæam,alibi sapientiam nuncupat: sed & in Timæo,seu de natura, tria constituebat, ad vniuersi istius consideratione. Plato in Timæo. Vnum quidem,inquit,exemplaris loco semper idem, soláque intelligentia,cõprehẽdendũ: Alterũ simulachrũ ab ipso exẽplari deductũ,generationi oculísque subiectum. Tertium est generationis horũ receptaculũ,& quasi nutrix omniũ. Auctor. Quid verò per exẽplar illud æternum,nisi Verbũ & diuinam sapientiam intellexit,per quam facta sunt omnia? Huc enim recurrunt quæ toties de Idæis disputat, vnicam omnium perfectissimã & diuinissimam Idæam, velut omnium principium agnoscens. Hinc fit vt Plotinus

Quomodo Pater per Filium creasse dicitur. Cyrill.

Quomodo Pater deliberat cũ filio. Augustin. Thomas.

Cle. Alex.

Thom.

Quomodo Verbũ Dei differt à ratione quæ est in mente artificis.

Tat. Assyrius.

Verbum primogenitum. Euseb. Cæsar. Philo.

Verbum nouerunt celebriores Philosophi.

Euseb.

Plato. Idem.

Tria ad Vniuersi considerationem. Plato.

Idæa quid.

Tria mũdi principia apud Platonicos. Plotinus. Platonis discipulus in lib.contra Gnostic.tria statuat mũdi principia:Primam scilicet omnium causam ipsum bonum siue vnum,vnde& quo dependet vnitas,nixusque ad bonum,cognoscit: Secundam verò rerum causam, mentem illam primam ad quam spectat ordo formalis: Tertiam autem, animam primam qua omnis vbique vitalis motio regitur. Plotinus lib.de intelligibili pulchrit.cap.5. Sed & quæcunque vel arte vel natura fiunt, sapientia quædam facit,& vbique actionem sapientia ducit.Artifex enim rursus in naturalem sapientiam reuocatur, secundum quam ars & quodlibet opus agitur,& secundum quam non amplius ex speculationibus congregatam,sed totum vnum quiddam:neque compositam ex multis in vnum, sed ab vno potius in multa se resoluentem.Sin autem rationem quidem in natura, huius verò principium naturam esse dixerit, interrogabimus vndenam natura habeat rationem. Quòd si habere dicatur ab alio,de alio rursus illo quæremus:ac si ex seipso habeat,iam ibi conquiescemus. Proinde si in mentem ipsam confugiant,ibi rursus inuestigandum nunquid mens genuerit sapiẽtiam.Quod si fateantur,vndenam quæremus?Si autem ex seipsa conceperit, non potest id fecisse,nisi mens ipsa sapientia sit. Vera igitur sapientia est essentia,ac vera vicissim essentia sapientia est:ipsaque essentiæ dignitas à sapientia vẽdicatur.Constat enim essentiam veram à sapientia esse. Quapropter Idæas antiqui entia & essentias appellant.Auctor.Ita recurrit ad sapientiam primam omnium causam,quæ vera essentia sit.Euseb.Cæsar.lib.11.de præpar. c. 10. Quinetiam ipsum Plotinum audi,quid in eo libro dicat,quẽ de tribus hypostasibus,à quibus omnia principium habent,inscripsit.Mundum,inquit,hunc sensibilem si quis admiratur, magnitudinem, pulchritudinem, & perpetui motus ordinem considerans, & Deos qui sunt in eo,alios visibiles,alios inuisibiles,dæmonas etiam, animalia, plantas, cæteráque omnia ἐπὶ τὸ ἀρχέτυπον αὐτῶ, καὶ τὸ ἀληθινώτερον ἀναβὰς, ad primitiuum & verius exemplar ascendens, ibi cuncta intellectualia contempletur, eorumque omnium æternam mentem,atque sapientiam præsidentẽ.Et progressus aliquantulum addit:Quare quod semper est, & semper perfectum est, semper generat, τὸ δὴ ἀεὶ τέλεον, ἀεὶ καὶ ἀίδιον γεννᾶ, & quod ex eo generatur, perpetuum est.Multis etiam in locis ipsum ens & intellectum ipsum Idæam nominat.Numenius lib.de bono.Orandum autem priùs, deinde distinguendũ. Deus primus quidem(Pater) cùm in semetipso sit,indiuisibilis ac simplex est. Secundus autem & tertius(ordine doctrinæ,& personarum,non essentiæ,cùm ipsa vna sit & simplicissima) vnus est.Et paulò pòst:Res quidem humanæ ab eo qui dat,ad accipientem transeunt:diuinæ verò à Deo dantur,& ab eo non absunt,quale quid scientia est,quã qui accepit, melior factus est: qui autẽ dedit,nihil amisit.Lucerna etiam ab alia lucerna sic accenditur,vt prima nõ extinguatur. Materia enim vnius ab igne alterius accenditur:sic & scientia non recedit à dante,& tamen in accipientem transiuit, cuius causa humana non est.Auctor.Sic videntur Platonici ad sensum sacræ scripturæ cõcurrisse,& Verbum æternamque Patris sapientiã ita agnoscere,vt per ipsam genitam quidẽ,sed increatam,incompositam, omnia facta sint.Eusebius.Ita Platonici omnes, & ante Platonicos ipse Plato,ab Hebræis ea omnia videntur habuisse, quibus excelluerunt. Nam & si non rectè intellexerunt,verbis tamen suis manifestò ostendunt, cũcta se ab Hebræis accepisse .Iustinus Martyr serm.exhort.ad Gentes.Hoc ab eisdem Orpheus didicit, quod in iuramentis protestatur,his verbis:

Res diuinæ à Deo dantur,& non absunt ab eo. Numenius. Euseb. Iustin. Martyr. Orpheus.

Οὐρανὸν ὁρκίζω σὲ θεῦ μεγάλου σοφὸν ἔργον,
Ἀυδὴν ὁρκίζω σὲ πατρὸς τὸν φθέγξατο πρῶτον,
Ἥνικα κόσμον ἅπαντα ἑοῖς τεύξατο βουλαῖς.

id est, *Cœlum adiuro te Dei magni sapiens opus,*
Orationem adiuro te patris quam locutus est primùm,
Cùm mundum vniuersum suis firmaret consilijs.

sermo quo omnia condita. Euseb. Cæsar. Hoc autem loco,inquit Iustinus,Dei sermonẽ nominat,per quem cœlum, terra, vniuersaque creatura est condita:sicut nos docent sanctorum Prophetarum oracula. Verbum autẽ ἀυδὴν, id est,orationem nominat metri gratia,cũ non abhorreat à Verbi vocabulo,vbi per leges carminis licet,cùm paulò antea vocauerit illud θεῖον λόγον. Euseb. Cæsar. Amelius quoque illustris inter iuniores Platonicos,quamuis Euangelistæ Ioannis nomen celauerit, barbarum ipsum, quoniam Iudæus fuit,appellando,verbis tamen eisdem ferè vtitur, dicens: Καὶ ἦτος ἄρα λῶ ὁ λόγος,καθ' ὃν ἀεὶ ὄντα τὰ γινόμενα ἐγίνετο, ὡς ἂν καὶ ὁ Ἡράκλειτος ἀξιώσειε· καὶ νὴ δι' ὃν ὁ βάρβαρος ἀξιοῖ ἐν τῇ τῆς ἀρχῆς τάξει τε, καὶ ἀξίᾳ καθεστηκότα πρὸς θεὸν εἶναι. hoc est, Hoc profectò erat Verbum,quo semper ea quæ sunt facta,vt Heraclitus etiã dixit. Quod etiã ipse barbarus(Ioã. Iudęus)putat in ordine principij atque dignitate cõstitutũ apud Deũ esse,& Deũ esse,per quod

D. Ioannes à Philosopho vocatur barbarus.

vniuersa

A vniuersa ad esse producta sunt, in quo quæ viuũt, vitã habẽt. Auctor. Et ne qua fiat exceptio, quin omnia à Verbo facta esse fateamur, ne sint qui alia bono, alia seuero Deo tribuãt, vt primi quondam hæretici: ne spiritualia sic à corporalibus diuellantur, quasi non ab eodem creatore pendeant, adiicit Euangelista: *Et sine ipso factum est nihil, quod factum est.* Verùm antequàm ad huius clausulæ interpretationem procedamus, dicendum est primò, quàm varia sit huius lectio. Tertullianus lib. contra Hermog. & Irenæus lib. 2. contra hæres. cap. 2. Hilarius lib. 2. de Trinit. Ambrosius, Augustinus, & ferè oẽs Latini, ita legunt, *Sine ipso factum est nihil.* vt clausulam sequentem ab eo incipiant: *Quod factum est, in ipso vita erat.* Athanasius etiam eundem ordinem sequitur, cùm ita disserit. Athanas. sermon. 3. in Arian. Si enim filius opus est (& non ipse operans Deus) in quo verbo, aut qua tandem sapientia iste filius conditus est? Omnia enim per verbum & sapientiam condita sunt, & sine ipso factum est nihil. Auctor. Eandem pũ-

Varia lectio huius loci. Tertull. Irenæus Hilar. Ambros. August. Athanas.

B ctorum rationem sequitur Cyrillus Alexandrinus lib. 1. in Ioan. cap. 5. Origenes tom. 2. in Ioan. & Beda. Multi tamen ex Græcis ita legunt, vt clausula incipiat alia, ex eo quod sequitur, *Quod factum est, in ipso vita erat.* Siue autem hæc, siue illa lectio admittatur, parum refert, modò rectè intelligatur. Augusti. tom. 6. l. 1. de natura boni, cap. 25. Sine ipso factum est nihil, id est, non est factum sine ipso aliquid. Neque enim audienda sunt deliramenta hominum, quiN ihil hoc loco (affirmatiuè accipiẽtes) aliquid intelligendũ putant, quod nihil non aliquid significat: & ad huiusmodi vanitatem propterea cogi posse aliquem putãt, quasi aliquid non factũ sit per Verbum. At verò multum interest inter nihil & aliquid. Nam si alicui dicant, Quid fecisti? & ille respondeat, Nihil se fecisse: an calumniari quis ei poterit, dicẽs: Fecisti ergo aliquid, quia nihil fecisti. ipsũ enim nihil aliquid est. Tho. lect. 2. in c. Ioã. 1. Ex hoc processit triplex hæresis. Prima fuit Valentini, qui, vt dicit Orig. posuit multa principia, ex quibus 30. secula processerint. Duo

Cyrill. Alex. Origen. Beda. *Vtraque lectio facilè intelligitur* August. *Multũ interest inter Nihil & Aliquid.* Thomas.

C autẽ prima principia esse, profundũ, quod vocat Patrẽ, & silentiũ. Ex his duobus decem esse secula: duo quoque principia, intellectum & veritatem, ex quibus octo secula. Rursus etiam ex his duobus principiis esse alia duo principia, Verbũ sc. & vitã, ex quibus duodecim secula. Ex Verbo demum & vita secundum æuum processisse asserebat hominem, Christum & Ecclesiam. Itaque fatebatur Valentinus per Verbum omnia facta, sed consequentia, sc. 12. secula, non autem antecedentia, quæ per *nihil* intelligi volebat, quòd humanam rationem excederent, nec capi possent ab intellectu. Secundus error fuit Manichæorum, qui duo statuebant principia, vnum rerum incorruptibilium, & aliud corruptibilium: Incorruptibilia autem intelligi per ea quæ facta sunt, corruptibilia verò per *nihil*: vt quorum sit continuè transmutari in nihil. sic vt scribit Lucretius:

Duplex hæresis emersit ex eo quod legitur, Nihil factũ sine ipso. Valentiniani. Manichæi. Lucretius.

Ex nihilo nihil in nihilum nil posse reuerti.

D Tertius error eorum est, qui per nihil diabolum intelligi volunt, quasi non ipse cum Angelis creatus sit, qui vt scribit Christus, in veritate non stetit, vtique qui in veritate creatus erat. Verùm hinc errores illi prodeunt, quia *nihil* affirmatiuè sumũt, quod negatiuè debet accipi. Origen. tom. 2. in Ioan. Sed & intelligamus necesse est, quo pacto accipere debeamus vocabulum *omnia*, & dictionem *nihil*. Fieri enim potest, nisi explanauerimus vtrasque dictiones, vt si appellatione omnium comprehendatur & vitium & omnis fusio peccati, & omnia praua, vt intelligamus etiam hæc per sermonem facta fuisse, quod est falsum. Creaturas enim per Verbũ factas fuisse nihil est absurdi, atque etiam beatos viros omnia præclara facta & egregia facinora per Verbum peregisse: non tamen lapsus & peccata. Propterea quidem exposuerunt, eapropter quòd non subsistat vitium, neque enim fuit ab initio, ac ne in seculum quidem futurum est, ideò nihil esse. Synonyma igitur erũt hævoculę, nihil, & nõ ens, cũ nõ ens dicatur nihil, & nihil nõ ens. Itaque videtur Apostolus (1. Cor. 1.) nõ entia dicere, nõ quæ omninò nequaquã sunt,

Origenes.

E sed ea quæ sunt praua, existimans praua non existere. Vocat, inquit, ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt. Quin Mardochæus etiam in libro Esther (cap. 14.) iuxta Septuaginta, non existentes vocat inimicos Israel, dicens: Ne tradideris sceptrum tuum Domine non existentibus. Possumus etiam adiungere, quòd mali propter vitium appellentur non existentes, ex Dei nomine quod scriptum est in Exodo, Existens hoc mihi est nomen. Et, Nemo bonus nisi solus Deus: igitur bonus idem est cum existente. Augustin. tract. in Ioann. Peccatum quidem non per ipsum factum est: & manifestum est, quia peccatum nihil est, & nihil fiunt homines, cùm peccãt. Et idolũ nõ per Verbum factum est. Habet quidem formam quandam humanam, & tamen forma hominis in idolo non per verbum facta est: Et scriptũ est, (1. Cor. 8.) Scimus quia idolum nihil est. Ergo ista non sunt facta per verbum. Sed quæcunque naturaliter (non voluntariè) facta sunt, quæcunque facta sunt in creaturis, ab Angelo vsque ad vermiculum, Omnia

Nihil & non ens, Synonyma. Augustin. *Idolum nihil est.*

Greg. Nyſſ. per Verbum facta ſunt. Gregor. Nyſſ. Catech. mai. cap. 7. Omne enim vitium boni priuatione F
cenſetur, non quòd per ſe ſit, aut in hypoſtaſi conſideretur: nullum enim malum, excepta voluntate, per ſe conſtat, ſed quia bonum non eſt, ita denominatur. Quod autem non eſt, minimè ſubſiſtit, nec eius quod minimè ſubſiſtit, creator dici poteſt. Quare Deus autor malorum non eſt, quippè qui fecerit ea quæ ſunt, non autem ea quæ non ſunt: qui viſum, & non cæcitatem creauerit: qui virtutem, non eius priuationem fecerit: qui voluntatis præmium, quod bonorũ congiarium eſt, ijs propoſuerit, qui ex virtutis præſcripto vitam inſtituunt: non coacta neceſſitate quapiam ſuæ ipſius ſententiæ naturam humanam ſubijciens, non ſecus ac ſi vaſculum quodpiam inanimatum, vi ad id quod bonum eſt, attraheret. Quòd ſi puro ſerenoque ſole
Origenes. lucente, palpebris ſuis tenebras vltrò quiſpiam offundit, cæcitatis eius ſol in cauſa non eſt. Origenes hom. 2. in diuerſos. Et ne fortè exiſtimares, eorum quæ ſunt, quædam quidem per Dei Verbum facta eſſe, quædam verò extra ipſum, aut facta eſſe exiſtentia per ſeipſa, ita vt non G
omnia quæ ſunt, ad vnum principium referantur, ad concluſionem totius prędictę Theologiæ
Extra Verbum nihil. ſubdit: *Et ſine ipſo factum eſt Nihil*: hoc eſt, Nihil extra ipſum factum eſt, quia ipſe ambit omnia intra ſe, comprehendens omnia: & nihil ei coæternum vel conſubſtantiale intelligitur, vel coeſſentiale, præter ſuum patrem, & ſuũ ſpiritum. Et hoc facilius in Græco datur intelligi. Vbi enim Latini ponũt, *ſine ipſo*, ibi Græci χωρὶς αὐτοῦ, hoc eſt extra ipſum. Similiter & ipſe Dominus diſcipulis ſuis dixit: (Ioã. 15.) ὅτι χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν, Extra me nihil poteſtis facere. Et melius quidẽ extra, quã ſine: Quia dũ quis audiuit *ſine ipſo*, poteſt putare ſine ipſius conſilio, vel adiutorio: ac per hoc non totum, nec omnia illi diſtribuit. Audiens verò extra,
Thomas. nihil omninò illi relinquit, quod in ipſo, & per ipſum factum non ſit. Thomas lect. 2. cap. 1. in Ioan. Sed & per Verbum, & in Verbo omnia conſeruantur, iuxta illud Pauli (Heb. 1.) Portans omnia verbo virtutis ſuæ. Quædam enim ſunt, quæ non indigent operante, niſi quantum ad H
fieri, cùm poſſint ſubſiſtere, poſtquàm fuerunt facta, abſque agentis influxu: ſicut domus indiget quidem artifice quantum ad ſuum fieri, ſed tamen perſiſtit in ſuo eſſe, abſque artificis in-
Verbum cauſa eſt rerũ quãtum ad fieri, & quantũ ad conſeruationem. fluentia. Ne ergo credat aliquis omnia per Verbum ſic facta eſſe, ac ſi cauſa eſſet eorum quãtũ ad fieri, & non quantum ad conſeruationem in eſſe, ideò conſequenter ſubiunxit, *Et ſine ipſo factum eſt nihil*: id eſt, nihil factum eſt extra ipſum, quia ipſe ambit omnia, conſeruãs ea. Hilar.
Hilarius. lib. 2. de Trinit. Cùm etiam lego *Nihil factum ſine eo*, intelligo non eſſe ſolum, quia alius eſt (Filius) per quem alius (Pater) operatur. Neque tamen hîc aliud feciſſe eſt, aliud interueniſſe facienti. Nam cùm omnia per ipſum facta ſint, ſubueni, & enarra quid non ſine eo factum ſit? Auctor. Ad eorum verò interpretationem tranſeamus, qui clauſulam latiùs extendunt, inter quos eſt Chryſoſtomus, Theophilactus, Nonnus, & ij potiſſimùm è Græcis, quibus ſtudium I
Nonnus in tranſlat. Euangel. Ioan. fuit reijcere deliramenta Macedonianorũ Pneumatomachorum, qui è corrupta hac ſententia Spiritum facturam eſſe contendebant. Nonnus quidem ita vertit, vt clauſulam cum Chryſoſtomo & Theophilacto latiùs protrahat. Ait enim:

--καὶ ἐργοπόνου δίχα μύθου
οὐδὲν ἔφυ, τὸ πᾶν ἔσκε. id eſt,

— *Et opifice abſque ſermone*
Nihil factum eſt, quod factum eſt.

Theophil. *Contra Pneumatomachos qui ſpiritum factum eſſe contendebant.* Theoph. homil. 4. in Ioann. *Et ſine ipſo factum eſt nihil quod factum eſt.* hoc eſt, eorum quæ creata ſunt, ſiue viſui, ſiue intellectui tantùm ſubiecta, nihil ſine filij virtute productum eſt & conditum. Neque cùm dixerimus, *ſine ipſo factum eſt nihil*, profectò id puncto notabimus, vt hæretici opinantur. Hi enim cùm velint ſpiritum creatum eſſe, ſic legunt: *Quod factum eſt in ipſo, vita erat.* Verùm nulla profectò ratione hæc intelligi poteſt oratio. Primùm nãque neque temporis huius, neque propoſiti erat ſpiritus meminiſſe. Quòd ſi ita ei viſum eſt, cur tam ob- K
ſcurè illius mentionem fecit? Vnde autem conſtat de ſpiritu, dictum eſt, quòd vita in eo fuerit. An non hæc vita lux etiam appellata eſt, cùm ſubdidit: *Et vita erat lux hominum*. At verò
Theophil. manifeſtum eſt ex ſequentibus, idem Verbum & Deũ, vocari vitã & lucem. Theophil. Cõm. in Ioan. Pneumatomachi verò, qui ſpiritum negant eſſe Deum, ſequentem particulã ſic legũt:
Varia lectio huius ſententiæ. *Quod factum eſt in ipſo vita erat*: quaſi hoc loco de Spiritu ſancto fiat mentio. Nos autem non ſic, ſed puncto facto, poſtquàm dixit, *quod factum eſt*, nouum principium legimus: *In ipſo vita erat*. Poſtquàm enim dixit de opificio, quòd omnia per ipſum facta ſunt, dicit poſtea de eius prouidentia, quòd non ſolùm condiderit, ſed etiam quòd ipſe ſit is, qui vitam omnium creaturarum conſeruet. Scio autem à Sanctorum quodam particulam hanc ſic lectam: *Et ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt in ipſo*. Deinde poſito ſigno, cœpta quæ ſequuntur, *Vita erat*.

Opinór-

A Opinórque etiam hanc lectionem non malam, ſed rectam habere ſententiam. Sanctus enim iſte orthodoxè intellexit, quia ſine Verbo nihil factum eſt, quod factum eſt in ipſo. Omnia enim quæcunque facta ſunt & condita in ipſo Verbo, ſinè ipſo non ſunt facta. Auctor. Verùtamen vt ſalua ſit hæc interpretatio, ſi quæratur quid in Verbo factum ſit, cùm ipſum Deus ſit, & per conſequens ſimpliciſſimæ eſſentiæ, quæ nullam eorum quæ facta ſeu creata ſunt, compoſitionem admittat: recurrendum erit ad illam meditationem, quam faciunt ex Latinis doctoribus præcipui, in eo explicando *quod factum eſt*, & primùm quidem *in ipſo vita erat*. Sed & Græcorum celeberrimus primùm audiendus eſt. Origen. hom. 2. in diuerſ. *Quod factum eſt in ipſo vita erat.* Hæc ſententia dupliciter pronũciatur. Poteſt enim ſubdiſtingui, *quod factum eſt*, ac deinde ſubiungi, *in ipſo vita erat*. Ac proinde in duabus pronunciationibus duos ſpeculamur intellectus. Non enim eadem theoria eſt, quæ dicit: Quod factum eſt, locis, temporibus Origen.

B numeris, & formis diſcretum, hoc totum in ipſo vita erat: & ea quæ declarat, Quod factum eſt in ipſo, nihil aliud erat quàm vita: vt ſit ſenſus, Omnia quæ per ipſum facta ſunt, in ipſo vita ſunt & vnum ſunt. Erant enim, hoc eſt, in ipſo ſubſiſtebant cauſaliter, priuſquàm eſſent in ſemetipſis effectiuè. Aliter enim ſub ipſo ſunt ea, quæ per ipſum facta ſunt, & in ipſo viuunt incommutabiliter, & vita ſunt. In quo neque fuerũt omnia omnibus interuallis, ſeu localibus, nec futura ſunt, ſed ſolummodò ſuper omnia tempora, & loca vnum ſunt in ipſo. Hoc autem ſi quæris quomodo & qua ratione fiat, accipe paradigmata ex creaturarum natura. Diſce factorem in ijs quæ in ipſo erãt, & per ipſum facta ſunt. In ipſo enim, vt os diuinum loquitur, viuimus, mouemur, & ſumus: &, vt ait magnus Dionyſius Areopagita, eſſe omnium, eſt ſupereſſentia & diuinitas. Auguſt. tract. 1. in Ioan. Poteſt etiam ſic dici, *Quod factum eſt in illo, vita eſt*. Ergo totum *Omnia facta, in Verbo vita ſunt, & vnum ſunt.*

vita eſt, ſi ſic pronunciauerimus. Quid enim non in illo factum eſt? Ipſe enim eſt ſapientia Dei, Dionyſ. Areop.

C & dicitur in Pſalmo, Omnia in ſapientia feciſti. Ergo ſicut omnia per ipſum facta ſunt, ita & in Auguſt. illo facta ſunt. Ergo & terra vita eſt, & lignum omne vita eſt. Inhoneſtum ſic intelligere, ne fortè ſurrepat ſecta Manichæorum, & dicat, quia habet vitam lapis, & habet animam paries, & lana, & veſtis. Itaque ne te abducant, pronuncia ſic, *Quod factum eſt*, hîc ſubdiſtingue, ac deinde infer, *in illo vita eſt*. Quid eſt hoc? Facta eſt terra, ſed ipſa terra quæ facta eſt, non eſt vita. Eſt autem in ipſa ſapientia ratio quædam ſpiritualiter, qua terra facta eſt: hæc vita eſt. Ergo quod factum eſt, in illo vita eſt. Quomodo poſſum, dicam charitati veſtræ. Faber facit arcam. Primò in arte habet arcam. Si enim in arte arcam non haberet, non eſſet vnde fabricando illam proferret. Sed arca ſic eſt in arte, vt non ipſa ſit arca, quæ videtur oculis. In arte inuiſibiliter eſt, in opere viſibiliter erit. Ecce facta eſt in opere, nunquid deſtitit eſſe in arte? Et illa in opere facta *Quomodo vitanda hæreſis Manichæorum. Idæa rerũ, & ratio, in opifice Deo vita eſt*

D eſt, & illa manet, quæ in arte eſt. Nam poteſt illa arca putreſcere: & rurſum ex illa arca, quæ in arte eſt, alia fabricari. Attendite ergo arcam in arte, & arcam in opere. Arca in opere, non eſt vita, arca in arte vita eſt, quia viuit anima artificis, vbi ſunt iſta omnia, antequàm proferantur. Sic ergo fratres chariſsimi, quia ſapientia Dei, per quam facta ſunt omnia, ſecundũ artem cõtinet omnia, antequàm fabricet omnia: hîc quæ fiunt per ipſam artem, non continuò vita ſunt, ſed quicquid factum eſt, vita in illo eſt. Thomas lect. 2. in Ioan. cãp. 1. Ergo res dupliciter conſiderari poſſunt: aut enim ſecundum quod ſunt in ſemetipſis, aut ſecundum quod ſunt in verbo. Si conſiderentur ſecundum quod ſunt in ſeipſis, ſic non omnes res ſunt vita, nec etiam viuentes, ſed vna carent vita, & altera viuunt: ſi conſiderentur ſecundum quod ſunt in verbo, non ſolũ ſunt viuentes, ſed etiam vita ſunt. Auctor. Quis enim, vt ſuperiùs diximus, arbitretur Deum vniuerſa hæc cõdidiſſe, non ſummo conſilio, ſapientia, & ratione? Priùs ergo mundum apud ſe habuit, quàm ipſum conderet. Et hoc quidem ſenſu ſummorum Philoſophorum opi- Thomas. *Res dupliciter conſiderari poſſunt.*

E nio de mundi æternitate ſalua erit, ſi mundum iſtum ſenſibilem ad ſuum exemplar, illud ſcilicet quod in diuino Verbo erat, antequàm conderetur, reuocauerimus. Sic colligit Platonicã doctrinam Marſilius Ficinus, Compendio ſuo in Timæum Platonis. Marſil. Compendij in Timæum capite decimoquarto. Quantum, inquit, habemus ſcientia, affirmamus Platonem noſtrum affirmauiſſe mundum non ex ſe exiſtere, ſed ex cauſa: non ex cauſa fortuita, ſed ex certa: non ex naturali duntaxat cauſa, ſed ex intellectuali: non ex intellectu per modum naturæ determinato, ſed potius voluntario: non voluntate ex quodam inſtinctu naturæ compulſa, ſed libera. Nihil enim magis liberum, quàm quod per ſe eſt, & per ſe agit omninò, neque tamen contingente aliqua voluntate. Quã ex eo oſtendit liberam eſſe, quod ſæpè ait, Deum architecti more conſultauiſſe atque deliberauiſſe de opere conſtruendo. Idem cap. 15. Mundum ergo fecit voluntate, id eſt, bonitate ſua ob immenſam fœcunditatem exuberãte: quæ primùm quidem ſeipſa gaudet, ob idque ſua hac delectatur imagine: ſed in ipſo *Deus oĩa ſumma ratione condidit.* Marſil. *Quæ fuerit opinio Platonis de mũdi conſtitutione.* Idem. *Deus bonitate ſua fecit mũdũ.*

exẽplari atque principio delectationis huius constituit finem. Quoniam ergo bonitate fecit F
mundum, idcircò boni gratia fecit ipsum. Non enim vt esset, viueret simpliciter, & intelligeret, fecit ipsum: sed vt bene esset, viueret que, & bonum intelligeret, atque compararet. Id illi Mosaico valde consonat, Vidit Deus hoc & illud esse bonum, & cuncta valde bona. Et quia pulchritudo splendor est bonitatis, ideò subdit ab optimo Deo mundum esse pulcherrimũ procreatum, temporalem quidem, sed ad æterni exemplaris imaginem. Dicet & sæpè Plato, quot species sunt in archetypo, id est principali mundo, intelligibiles atque imitabiles, totidem rerum formas in hoc mundo disposuisse, atque ita sibi similem effecisse: vtpotè qui in-

Socrates nõ reposuit idæas inter nubes.

telligat idæas rerum non inter nubes, vt maledici quidam calumniati sunt (Anytus, Melitus, & Aristophanes contra Socratem) sed in mundani architecti mente consistere. Vbi verò Plato ait (in Timæo) in ipsa vita idæas esse, vaticinari videtur Euangelicum illud: *Quod factum est, in ipso vita erat.* G Et vbi ait, repetitque sæpè mundum diuina prouidentia constitutum, totam confirmat religionem. Quod quidem cùm obseruasset Theophrastus, tanquam in Philosopho mirum, ait: Plato solus vel certè maximè omnium, à diuina prouidentia rerum causas assignauit. Plato in Timæo. Et quidem fateri oportet esse speciem, quæ semper eadem sit, sine ortu

Plato. *Species sẽper eadem quæ.*

atque interitu: quæ nec accipiat quicquam aliud aliunde, nec ipsa procedat ad aliud quicquã, sensuque corporis nullo percipiatur. Atque hoc est, quod ad solam intelligentiam pertinet, eiusque intẽtionis est proprium. Auctor. Ita manifestum est, Platonem mundi æternitatem ad primam illam idæam retulisse, quæ & ratio, & intelligentia, & Verbum dicitur. Quid autem magis diuinum de illa dicat, quàm quòd semper eadem sit, sine ortu, sine interitu, nec aliquid aliunde accipiat? Num autem illud est Verbum, quod & Deus erat, & in principio erat apud Deum? Ad Platonis, immò veritatis dogma accedit & Boëtius, ipsius etiam Platonis sententiæ interpres. Boëtius metro 9. lib. 3. de Consolatione Philosoph.

Boetius.

H

Tu qui perpetua mundum ratione gubernas
Terrarum cœlique sator, qui tempus ab æuo
Ire iubes, stabilisque manes dans cuncta moueri:
Quem non externæ pepulerunt fingere causæ
Materiæ fluitantis opus: verùm insita summi
Forma boni liuore carens, tu cuncta superno
Ducis ab exemplo pulchrum, pulcherrimus ipse
Mundum mente gerens, similique ab imagine formam,
Perfectáque iubes perfectum absoluere partes.

Lactant. *Zenon Verbũ agnoscit*

Lactant. lib. 4. de vera sap. cap. 9. Hoc diuinum exemplar, hanc Dei sapientiam, hunc sermonẽ diuinum ne Philosophi quidem ignorauerunt. Si quidem Zenon rerum naturæ dispositorẽ, I atque opificem vniuersitatis λόγον prædicat, quem & fatum, & necessitatem rerum, & Deum & animum Iouis nuncupat, ea scilicet consuetudine, qua solent Iouem pro Deo accipere. Sed nihil obstant verba, cùm sententia congruat veritati. Euseb. Cæsar. lib. 11. de præpar. Euang. cap. 10. & Plotinus lib. de tribus hypostasib. Quis igitur mundum hunc fecit? ait Plotinus. Ille simplex scilicet, qui ante hunc est, qui causa est vt ille sit, & tantus sit, qui numerum facit. Non enim numerus primus est, cùm ante dualitatẽ vnũ sit, deinde dualitas ab vno sit nata. Auctor. Ergo cùm ad vnum omnia reduci oporteat, redacta autem iam nõ sint temporalia, & caduca, sed æterna: non sensibilia, sed spiritualia: non plura, aut composita, sed vnum & simplicissimum: consequitur & illa iam reduci ad opificem suum, & ad ipsius opificis sapientiam. Cùm autem nihil sit in eo compositum, nihil labile, nihil mortuum, ipsam etiam illum vitam esse: consequitur. & ea iam vitæ nomẽ sortiri, cùm sint ipsamet ratio, species, ipse λόγος Dei. Ergo quod K
factum est, in tempore, *hoc in ipso* ab æterno, *vita erat*: quia ipsum erat eius ipsius consilium, non vt accidens aliquod, aut quid creatum, quum nihil tale ab æterno sit, sed ipse ille auctor vitæ, ipsa vita. Cyrill. Alex. lib. 1. in Ioan. cap. 6. Quòd si verbum Dei, vt per naturam vita est, participatione sui viuere omnibus præbet, alius certè est, quàm ea quæ sunt, quæ præsentia sua viuere creduntur Aut quomodo id Paulus quasi præcipuum Deo attribuit, cùm viuificantem ipsum appellet? Nam si creatus est filius (vt dicunt Ariani) & omnia viuificat, seipsam ergo creatura viuificat: sicque nihil præcipuum vltra creaturam in Deo erit. Creatura etiam Dei ad viuendum nequaquam egebit. Præterea, diuinæ admiratus naturæ dignitatẽ Psalmista canebat, (Psal. 35.) Quoniam apud te est fons vitæ. Si ergo filius creatura esset, & ideò quæ facta sunt viuificat, & vt viuificans secundum naturam vita est: frustra igitur, q. præcipuum soli Deo fontem vitæ Psalmista attribuit? Ergo frustra dixit filius, (Ioan. 14.) Ego sum vita? Præterea, cũ

Cyrill. Alex. *Cũ verbũ viuificet omnia, consequitur ipsum Deum esse.*

filius

A vita ſit,aut creatura eſt,aut non creatura,ſed Deus verus.Si primũ,falſò illud igitur dixit, Ego ſum panis vitæ qui de cœlo deſcendi,& do vitam mundo.(Ioan.6.)Habet enim ipſa creatura vitam,nec participare vita opus eſt ei,quæ vita eſt.Sin verò creatura non eſt,proprium id præter creaturas bonum habebit,vt ſit ſecundum naturam vita. Et hac quidem ratione Pſaltes filium à creaturis diſtinguit,aſſerens quidem cœlos quaſi veſtimentum veteraſcere: de filio autem adiiciens,Tu autem idem ipſe es,& anni tui non deficient.Nam aut etiam ipſe,quemadmodum & nos,deficiet,& corrumpetur,& ita vita ipſe non eſt:aut ſi creatura ſimul & vita eſt, creatura quoque perpetua & incorruptibilis erit.Atqui & hoc abſurdum eſt.Ipſe enim eodem ſe modo ſemper habet,creatura autem deficit. Accedit,quòd nihil ſeipſo participat, creatura autem omnis filio,vt vita,participat:nec ergo filius creatura, nec creatura vita eſt. Auctor. Sequentia verò ſupremam illam diuini Verbi maieſtatem, & immenſam in nos beneficentiam magis illuſtrant:quæ vt veteri Teſtamento correſpondent, ita nec primos illos totius Græciæ

B ſapientes non omninò latuerunt.Thomas lect.3.Euangeliſta quidẽ ſuprà inſinuauit Verbi virtutem,ſecundum quam omnia produxit in eſſe,hîc verò deſignat eius virtutem, ſecundum quam ſe habet ad homines,ſubijciens:*Et vita erat lux hominum.*Primùm autem ſtatuit lucem eſſe,demum eius irradiationem fieri,poſtremò participes quidem illius fieri,ſed non omnes. Hoc autem totum dupliciter exponi poteſt:Vno quidem modo ſecundum influxũ cognitionis naturalis:altero,ſecundum communicationem gratiæ.Primùm autem cõſiderandum eſt, quòd ſecundum Auguſtinum,& plures alios,nomen lucis magis propriè dicitur in ſpiritualibus,quàm in ſenſibilibus. Nam de quocũque nomen lucis dicatur,ad manifeſtationẽ refertur, ſiue illa manifeſtatio ſit in intelligibilibus, ſiue in ſenſibilibus. Si ergo manifeſtatio intelligi-

C bilis & ſenſibilis comparentur,ſecundum naturã priùs inuenitur lux in ſpiritualibus:ſed quoad nos,qui nomina rebus imponimus ex earum proprietatibus nobis notis,priùs inuenitur in ſenſibilibus,quia priùs impoſitum eſt à nobis hoc nomen ad ſignificandum lucem ſenſibilem quã intelligibilem:quamuis ſecundum virtutem priùs & veriùs conueniat ſpiritualibus,quàm ſenſibilibus.Dionyſ.Areopag.lib.de diuinis nom.par.1.cap.4. Ex ipſo namque bono lux eſt, & imago bonitatis.Idcircò lucis quoque appellatione laudatur bonum,velut in imagine expreſſa primitiua forma.Sicut enim tranſcẽdentis omnia Deitatis bonitas à ſupremis antiquiſſimiſque ſubſtãtijs ad extremas vſque pertingit,& ſupra omnes eſt: cùm neque ſuperiores ipſius attingant eminentiam,neque inferiores effugiant,quin ab ipſa contineantur: ſed illuminat quæ lucem admittunt omnia,& creat,atque viuificat,continetque & perficit:menſuráque ſubſiſtẽtium eſt,& ſeculum,& numerus,& ordo,& continentia,& cauſa, atque finis.Ita profectò &

D liquida diuinæ bonitatis imago magnus iſte & perlucidus, ſempérque lucens ſol, perexigua boni ſimilitudine,omnia quæ haurire ipſum poſſunt,illuminat,habétque lucẽ eminenter explicitam. Auctor. Quemadmodum autem ſi quis contemplatus fuerit hominem ad imaginẽ & ſimilitudinem Dei factum,magis quidem propriè de Deo dici fatebitur,quæ imaginis & ſimilitudinis illius ſunt,quàm de homine:ita cũ ſol,vas admirabile excelſi,ceu lux iſta ſenſibilis, veſtigium aliquod habeat creatoris,non tam propriè illuſtrare,recreare, fœcundare, aut alio quouis modo bene facere dicetur,quàm ipſe illius opifex.Deus quidem lux eſt,& pater luminum:Chriſtus autem Deus de Deo,& lumen de lumine.Quod & Euſebius Cæſarienſ.lib.11. de præp.Euang. Plotinũ nõ omninò latuiſſe docet,cùm hæc ſcribit.Plotin.li.de trib. hypoſtaſibus.Quomodo igitur,& quid intelligendũ eſt,circa illud quod ſtabile manet:προείλαμψιν ἐξ αὐτοῦ μόνου,&c.id eſt, ſplendorẽ ex illo,ex illo ſcilicet manente,ſimilẽ ſplendenti luci ex ſole,&

E ita ex eo ſemper profluentem.Damaſcen.lib.1.de fid.orthod.cap.9. Quemadmodum etiam ſimul ignis,& ſimul ab ipſo lux,neque priùs eſt ignis,& poſtea lux,ſed ſimul ſunt:& quemadmodum lux ab igne ſemper gignitur,& nequaquam ſeparatur ab eo: hunc in modum & filius à Patre gignitur,& nequaquam ab eo ſeparatur, ſed ſemper in eo eſt. Sed lux,quæ ab igne inſeparabiliter gignitur,in ipſo ſemper manens,non habet propriam ſubſiſtentiam præter ignẽ: nam natiua qualitas ignis eſt: Verùm filius Dei vnigenitus à Patre inſeparabiliter genitus & indiuiſibiliter, & in eo ſemper manens,propriam habet ſubſiſtentiam, præter eam quæ Patris eſt.Verbum autem & ſplendor fulgórque dicitur, propterea quòd incommixtibiliter, impaſſibiliter, intemporaliter, & indefluxibiliter ex Patre genitus eſt. Filius verò eſt character paternæ ſubſtantiæ. Auctor. Ita fit,vt lucis ſimilitudo diuinam filij naturam explicet. Sed & eius in nos beneficentiam exprimit,maximè cùm Euangeliſta adiiciat,quòd ſit *lux hominum.*Thomas.Ad huius autem ſententiæ euidentiam ſciendum quòd multiplex eſt gradus vitæ. Quædam enim viuunt,ſed abſque luce:quia nullam cognitionem habent, ſicut ſunt plantæ: vnde

ſolus Deus ſecundum naturã vita eſt.

Thomas.

Tria perhãc ſententiam ſignificantur.

Nomen lucis magis propriè dicitur in ſpiritualibus.

Dionyſ. Areop.

Lucis ad bonum comparatio.

Solis inſtar Deus.

Lux à ſole, Verbum à Patre.

Plotinus.

Damaſ.

Lucis & Verbi comparatio.

Thomas.

Multiplex grad⁹ vitæ.

vita earum non eſt lux. Quædam verò viuunt & cognoſcunt: ſed tamen eorum cognitio, cũ F
ſit ſenſus tantùm, non eſt niſi particularium & materialium, ſicut eſt in brutis: & ideò hæc &
vitam habent, & lucem quandam, ſed non lucem hominum, qui viuunt & cognoſcunt, non
ſolùm ipſa vera, ſed ipſius veritatis rationem, ſicut ſunt creaturæ rationales: quibus non ſolùm
manifeſtatur hoc vel illud, ſed ipſa veritas, quæ manifeſtabilis eſt, & ipſa manifeſtatiua omniũ.
Dixit autem hominis potiùs quàm Angelorum ipſum lucem eſſe: primùm quia de Verbo
agebat, ea potiſſimùm ratione qua ad hominum ſalutem ordinabatur: demum quia partici-
Auguſtin. patio huius lucis maximè ad homines pertinet, cũ ſint rationis participes, ſéque ipſos moueãt.
Nã & illa propriè viuere dicuntur, quæ ſeipſa mouent, libera nimirũ voluntate. Auguſt. tract. 1.
in Ioan. *Vita erat lux hominum.* Pecora non illuminantur, quia non habent rationales animas,
quæ poſſint videre ſapientiam. Homo autem factus ad imaginem Dei habet rationalem mẽ-
Origen. tem, per quam poſſit percipere ſapientiam. Origen. hom. 2. in diuerſ. Sed & quaſi ſpecialiter ac G
Verbũ etſi lux oĩs rationalis creaturæ, tamẽ hominũ maximè. propriè lux hominum dicitur, quia omni creaturæ diuinæ cognitionis participi ſeipſum declarauit. Auctor. Et tamen homini maximè, cùm ad ipſum, velut ouem erraticam reducendam
venerit, non autem ad Angelos qui ceciderant reparandos. Nonnus ſcilicet etiam ad gratiæ
communicationem lucis illius ſplendorem retulit, cùm de eo hominum ſtatu differat, qui
morti præcipiti ſubiecti ſunt. Ita enim habet (in tranſlatione Euang. Ioan.)

Nonnus. --καὶ ἔμφυλος ἦεν ἐν αὐτῷ
Ζωὴ πᾶσι μέλϑοῦσα, καὶ ὠκύμορων φάος ἀνδρῶν,
Ζωὴ πάντροφος ἦεν. id eſt, *Et inſita erat in ipſo*
Vita quæ omnibus curæ eſſe debet, & citò perituro rum lumen virorum,
Vita omniparens erat. --

Cæterùm lux ad viuentem eſt, aut vt obiectum, vel vt quid participatum. Et quidem eſt obie- H
ctum hominum, non iumentorum: ſed & ipſius participatione in æternum bonum eleuamur.
Irradiatio æternæ lucis. Vnde & Pſaltes, Signatum eſt, inquit, ſuper nos lumẽ vultus tui lumine. *Et lux in tenebris lucet.*
Cùm de eius irradiatione, & ijs agat, qui tanti luminis participes facti ſunt, primùm ſciendum
eſt quid nomine tenebrarum intelligat. An ſcilicet Chaos illud primum, cui illud æternum
Verbum illuxit, cùm, vt Platonicus poëta ſcripſit,

Ouidius lib. 1. Metamorphoſeωn. *Hanc Deus & melior litem natura diremit.*

Primùm enim tenebræ ferebantur ſuper abyſſum. At verò

Hæc poſtquàm euoluit, cæcóque exemit acerno,
Ignea conuexi vis & ſine pondere cœli
Emicuit, ſummáque locum ſibi legit in arce.

Huius quidem ſummæ & omnium opificis lucis beneficio lucem hanc ſenſibilem in nos il- I
luxiſſe nemo negauerit: neque tamen hîc de primæ illius creationis ſplendore, ſed de hominũ
reparatione agi intelliget, quicunque ſubſequentia Ioannis verba conſideraverit. Hic quidem
eſt, qui facit de tenebris lucem ſplendeſcere, vt ſcribit Paulus: cuius & Pſaltes meminit, Tua eſt
dies, & tua eſt nox: ita tamen vt cùm de tenebris, quibus per gratiam illuxit, cúmque illas te-
nebras, quæ eius aduentum non comprehenderunt, egerimus, de hominibus agi fateamur, in
Origenes. quorum reparationem venerat. Origen. hom. 2. in diuerſ. Audi Apoſtolum: Fuiſtis aliquando
tenebræ, nunc autem lux in Domino. Audi Eſaiam: Sedentibus in regione vmbræ mortis lux
Tenebræ interiores. orta eſt. Nam totum genus humanum merito originalis peccati in tenebris erat, non exterio-
rum oculorum, quibus ſenſibilium formæ coloréſque ſciuntur: ſed interiorũ, quibus intelligi-
bilium ſpecies, & pulchritudines diſcernuntur: non in tenebris huius caliginoſi aëris, ſed in te-
nebris ignorantiæ veritatis. Auctor. Luxit in tenebris, non ſolùm cùm per Prophetas loquere-
Luc. 1. *Quid profuit Chriſto nobis, ſi ille lux, nos tenebræ?* tur peccatoribus, ſed & cùm ipſe Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis: cùm in terris K
viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt. Nos enim tenebræ eramus, nos cæci, & de quibus
Pſaltes: Via illorum tenebræ & lubricum. Venerat enim, teſte Zacharia, illuminare his qui in
tenebris & in vmbra mortis ſedebant. Quòd ſi quis fortè obijciat, quibus profuerit incarnatio
Origenes. Verbi, ſi nos tenebrarum nomine intelligamur, cùm ſubiiciat Euangeliſta: *Et tenebræ eum non*
Genᵒ hominũ in duas partes diuiditur, & aliæ atque aliæ tenebræ. *comprehenderunt*? Orig. hom. 2. in diuerſ. At verò totum genus hominum in duas veluti partes
diuiditur: in eos videlicet, quorum corda cognitione veritatis illuminata ſunt: & in eos, qui ob-
ſcuriſſimis impietatis atque perfidiæ tenebris permanẽt. Auctor. Primi quidem tenebræ dice-
bantur, ſed non illæ craſſę & palpabiles, quales in Ægypto, adeò vt nec proximo proximus no-
tus eſſe poſſet. Nec enim tam excęcata illorum mens erat, vt non remanẽte aliquo diuinę lucis
ſplendore, agerentur in bonum & quietem animę ſuæ, & laudabili aliquo in proximos affectu

ducerentur.

A ducerentur. Ex his tenebris fecit Christus lucem splendescere, cùm aut ipse sua, aut Apostolorum prædicatione, eos ad se, quamuis peccatores, ad gratiæ lumen erexit. Idem etiam efficit, cùm nobis quotidie illud Pauli occurrit, Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Sunt & alij obdurati, & excæcati sua ipsorum malitia, qui clauserunt oculos suos vt non viderent solem. Quales olim scribæ & pharisæi, de quibus id Christus dixit: Sinite eos, cæci sunt, & duces cæcorum. His quidem illuxit lux illa vera, & vita vera: sed istæ tenebræ eum comprehenderunt. Ita obiter notat Euangelista sua quemque malitia perire, cùm vltrò & vita & lux sese nobis porrigat: hoc autem tantùm requiratur, vt cooperemur sanitati & vitæ nostræ, & vitam ante nos constitutam firma fide, & ardenti inuocatione desideremus: oculos etiam aperiamus, ne in vanum sol ille iustitiæ nobis illuxerit. Dionys. par. 1. cap. 4. lib. de diuin. nomin. Nam quemadmodum sol iste non cogitatione aut electione, sed eo ipso quod est, illu- Dionys.

Lucis similitudine docentur oēs sua malitia perire.

B minat omnia, quæ pro modo suo participationem lucis admittunt: ita & summũ illud bonum solem superans (non secus ac obscuram imaginem primitiua excellenter forma) ipsa sua substantia omnibus quæ sunt, pro captu cuiusque, totius bonitatis iniicit radios. Augustin. tract. 1. in Ioann. Ergo quomodo cæcus in sole positus est, & præsens est illi sol, sed ipse sol absens est: sic omnis stultus, omnis iniquus, omnis impius cæcus est in corde. Præsens est illi sapientia, sed ille sapientiæ absens est. Quid ergo faciat? Mundet vnde possit videri Deus. Quomodo? Si propterea videre non possit, quia sordidos & saucios oculos haberet irruente puluere, aut pituita, vel fumo: diceret illi medicus, Purga de oculo tuo quicquid est mali. Puluis, pituita, fumus, peccata & iniquitates sunt. Tolle inde ista omnia, & videbis sapientiam quæ præsens. Nam dictum est, (Matth. 5.) Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Chrysost. hom. 4. in Ioan. Sic cùm primùm creationem nos edocuisset, beneficia tandem, quæ in aduentu suo no- August. Purgãdus oculus ad solem. Chrysost.

C bis elargitus est, vno verbo commemorauit Euangelista, cùm ait, *Et vita erat lux hominum.* Non Iudæorum, sed omnium hominum. Non enim Iudæi duntaxat, sed Gentiles quoque in hanc cognitionem deuenêre. (Lumen est, vt cecinit Symeon, ad reuelationem Gentium, & gloria plebis Israël.) *Lux autem in tenebris lucet.* Tenebras & mortem & errorem appellat. Siquidem sensibilis hæc lux non lucet in tenebris, sed ad omnem lucem penitus secedunt tenebræ. Prædicatio autem inter eum qui omnia comprehenderat, errorem effluxit, eúmque penitus aboleuit: & moriens Christus sic mortem vicit, vt eos qui iampridem morte detinerentur, liberaret. Cùm igitur neque mors, neque error hanc lucem exciperet, sed charitate incredibili, propria vi vbique effulgeat, idcircò inquit, *Et tenebræ eam non comprehenderunt:* quæ etsi vinci nequeat, non tamen illorum, qui illuminari nolũt, animus patitur immorari. Quamobrẽ

D si non omnes comprehenderit, nolite turbari. Non enim necessitate & vi, sed cùm nos volumus, quum assentimur, Deus ad nos venit. Nolimus huic luci & tantis deliciis ostium claudere. Hæc lux per fidem nobis exoritur, & exorta in eorum, à quibus piè susciptur, animis affatim radios diffundit: cui si puram & immaculatam vitam exhibeas, semper tecum permanet, semper in te habitat. Qui diligit me, inquit (Ioan. 4.) mandata mea seruabit: & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Theoph. Dicuntur etiam tenebræ aduersariæ (seu Sathanicæ) potestates. Auctor. Sic enim Christus, cùm de sua passione, & aduersariorum furore loqueretur, Hæc est, inquit, hora & potestas tenebrarum. Sed principatus & potestates traduxit confidenter, palàm triumphans in semetipso: adeò vt nec tenebræ comprehenderint eum, id est, vicerint, & subiecerint aut in desperationem, aut mortem: aut sanè comprehenderunt, id est, salutem ab eo consecutæ sunt, cùm econtrà sua cæcitate sibi maiorem damnationem conquisierint. Theoph. Quidam etiam tenebras existimarunt & car-

Quomodo luce perfrui possimus. Theoph.

E nem, & vitam. Non quòd secundum naturam sit talis, absit: sed propter peccatum. Caro enim nihil omninò habet malum, si naturaliter moueatur: sed si præter naturam moueatur, & peccato seruiat, tenebræ fit, & dicitur. Auctor. Verùm quomodo caro ipsum non comprehendit? Num in ipso plenitudo diuinitatis corporaliter inhabitauit? Illud quidem. Interim verò nec corpus comprehendebat diuinitatem, quæ incomprehensibilis est: nec illud ipsum corpus seu caro tenebrarum nomen sortiri poterat. Erat enim ab omni peccato libera, de Virgine pura & immaculata, virtute Spiritus sancti concepta.

Theoph. *Tenebræ caro, & vita hæc.*

F

De Ioanne præcursore, quæ inter illum & Vitam esset distantia, quomodo operatur in nobis hæc vita: & quòd vt operaretur, filium Dei incarnari oportuerit.

Matth | Mar. | Luc.

IOAN. I.

Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine. Non erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. In propria venit, & sui eũ non receperũt. Quotquot autem receperũt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. G
Et Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Et vidimus gloriam eius (gloriam quasi vnigeniti à Patre) plenum gratiæ & veritatis.

Chrysost.

CHrysostom. hom. 5. in Ioan. CVM DE VERBO Dei, in Euangelij sui principio, ea Ioannes disseruisset, quæ mentes nostras facilè allicere possent ad credendum: via & ordine procedens, ad ipsius Verbi præconem & nuncium venit. Nam cùm illum à Deo missum esse scribit, nihil iam humanum ab eo dictum esse ostendit. Non enim suum quicquam, sed mittentis arcana denunciabat. Idcircò Angelus, id est, nuncius appellatur. Est enim nuncij officium nihil ex se dicere. Fuit autem hoc in loco, non transitus ad H
Ioannes Baptista fuit missus. esse, sed ipsius Apostolatus est significatiuum. *Fuit*, inquit, *missus*, pro, missus est. Theophilactus
Theoph. in Ioann. *Missus*, inquam, *à Deo*. Pseudoprophetæ enim non à Deo missi erant. Cæterùm cùm apud Malachiam (cap. 3. & Matth. 11.) id legeris, Ecce ego mitto Angelum meum, idque de Ioanne prædictum esse videris, ne putes eum naturâ Angelum esse, vel ex cœlo descendisse,
Thomas. sed ita vocari propter opus & ministerium: ideò adiicit, *Fuit Homo*. Thomas lect. 4. in cap. 1.
Dictio quæ de Ioanne enunciatur alia est ab ea quæ de Verbo. Ioan. Cæterùm cùm Euangelista loqueretur suprà de æternis, vtebatur hoc verbo ἦν, *erat*, quod est præteriti imperfecti: ostendens per hoc æterna interminata esse. Nunc verò cùm loquitur de temporalibus, vtitur hoc verbo *fuit*, ἐγένετο, vt ostendat temporalia ita præteriisse, vt
Cyrill. Alex. finem aliquem assequantur. Cyrillus Alexandrinus, libro primo, cap. 7. in Ioan. Sic cùm de Verbo Dei diceret, ἦν, *erat*, consequenter subiunxit, vt æternitatem eius ostenderet, & vltra omne temporis principium esse creatorem, non creaturam esse significaret. At de beato Ioanne Baptista, vt homine mortali, ἐγένετο, fuit, inquit. Auctor. Quinetiam consultò non præmi- I
sit articulum homini, cùm tamen Christum apud Deum esse affirmans, dictioni Dei illum adiiciat: & dicat, ὁ λόγος, verbum, πρὸς τὸν θεὸν, apud illum Deum Patrem. Et ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς, hæc vita erat hoc lumen. Et cùm Christus in Cæsarea Philippi suos interrogat, Quem dicunt homines esse filium hominis, articulus præponitur dictioni filij, & hominis. εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου. Verùm hoc in loco dictio hominis, quæ de Ioanne enunciatur, naturam tantùm humanam significat: vt hac singulari naturæ proprietate, Ioannem à Christo seiungat,
Rupertus. qui simul Deus erat & homo. Rupertus lib. 1. in Ioann. Sed quid dignum habet singulari tantæ enunciationis præconio, quòd fuit hic homo missus à Deo, cùm omnes sancti Prophetæ à
Præ cæteris Prophetis Ioãnes singulariter est missus. Deo missi sint? Multum per omnem modum. Primùm quidem, quia dies aliorum, qui missi
1. sunt, velociores cursore fuerunt. Est enim cursoris officium vel tantillum expectare, do-
2. nec videat quid nunciet eis, ad quos recursurus est. Sic illi priùs hinc per viam vniuersæ carnis recurrerunt, quàm præstolatum Domini videre mererentur aduentum. Hic autem K
eo tempore missus est, quo illum videre posset, & eundem viuens viuentibus digito ostenderet, mortuus mortuis apud inferos paulò pòst affuturum nunciaret. Deinde sic missus est, vt supra naturam veniret, natus ex sene & sterili vtero, quod non naturæ vsus, sed solius Dei est opus: vt nasciturum nascendo, prædicaturum prædicando, baptisaturum baptisando, moriturum moriendo præueniret. Singulariter ergo missus est, cui nusquam sub-
3. sistere, nusquam diuertere, nullum vacauit cum seculo sermonem habere: non domum, non agrum possidere, nec affines cognoscere: sed vrgente sermone Domini, vrgente negotio mittentis pariter & subsequentis, nudus & expeditus currere habebat ante faciem eius,
Thom. velut qui ad hoc solum factus erat, & natus, vt pararet coram eo vias suas. Thomas lection. 4.

in cap.

A in cap. primum Ioann. Porrò tripliciter quosdam à Deo missos esse legimus. Aut per internam inspirationem, vt Esaias, (cap. 28.) Et nunc, inquit, misit me Dominus, & spiritus eius. Aut per expressam & apertam iussionem, siue corporalem, siue imaginariam. Et sic iterum missus est Esaias. Vnde dicit, (cap. 6.) Audiui vocem Domini dicentis, Quem mittam, & quis ibit nobis? Et dixi, Ecce ego, mitte me. Item per Prælati iniunctionem, qui Dei authoritati nituntur, 2. Cor. 2. Nam & ego si quid donaui propter vos in persona Christi. Hinc fit, vt qui à Prælatis mittuntur, à Deo mittantur, sicut missi sunt ab Apostolo Barnabas & Timotheus. Dionysius Carthusianus artic. 4. in cap. Ioan. 1. *Fuit* autem Ioannes *missus à Deo*, vel ex sola inspiratione interna, vel ex allocutione & apparitione Angelica exterius facta, quæ non est ab aliquo Euangelistarum descripta. Auctor. Manifestum est enim ipsius Ioannis testimonio, illum multa per reuelationem accepisse: vt cùm ait, Qui misit me baptisare, ipse mihi dixit: Super quem

B videris spiritum descendentem sicut columbam, ipse est Christus. Neque tamen legimus, fuerintne illa reuelatio interna aut externa. Sic & de missione intelligi potest. Iacobus de Victriaco, serm. in die natali Dom. super, In principio erat Verbum. Sicut autem per Angelum malum & mulierem incurrimus mortem, ita per bonum Angelum & Mariam recuperauimus vitam. Ioannes enim tanquam Lucifer, Maria tanquam luna, alij sancti tanquam stellæ, Christus tanquam sol, mundum illuminauerunt. Si autem Ioannes missus fuit à Deo, ergo intrauit per ostium. Mentiuntur ergo Paterini, qui dicunt Ioannem non fuisse sanctum, sed à Deo reprobatum. Mentiuntur & alij hæretici, qui dicunt Ioannem non fuisse hominem, sed Angelum. Cyrillus vt suprà. Porrò nomine ipso missum à Deo nuncium, vt magnam sibi oratio fidem acquirat, notum facere voluit. *Erat autem*, inquit, *homini nomen, Ioannes.* Sic enim Angelus Gabriel, qui coram Deo, vt ipse dixit, assistit, filium Zachariæ annuncians, (Luc. primo.)

C cæteris adiunxit, Ioannes est nomen eius: nec aliud scilicet, quàm quod diuinitùs nomen accepit, nascituro puero inditum est. Quanto igitur honore dignum, quanta pollere illum authoritate arbitramur, qui vel antequàm in vtero conciperetur, nomen à Deo consecutus est? Rupertus vt suprà. Sic non casu, sed certam ob causam nomen hoc accepit: quia videlicet totius prædicationis eius summa fuit Domini gratia. Ioannes autem idem quod Dei gratia est. Augustinus tractat. 2. in Ioann. Magnum aliquid iste Ioannes, ingens meritum, magna gratia, magna celsitudo. Mirare planè, mirare, sed tanquam montem. Mons ille in tenebris est, nisi luce vestiatur. *Hic ϒenit* ergo, *ϒt testimonium perhiberet de lumine*, *ϒt omnes crederent per illum.* Cyrillus, vt suprà. Singularem atque præcipuam virtutem ista dictio Οὗτος, *Hic*, significare mihi videtur. *Hic* enim qui missus à Deo fuit, qui excellentia suæ virtutis commo-

D uit Iudæam, qui Prophetarum voce venturus scribebatur, quem Psalmista lucernam Christi præparatam nominauit, (Psal. 131) *Hic*, inquam, *in testimonium ϒenit*. Thomas, vt suprà. Ex officij dignitate describitur, quia *ϒenit in testimonium*: sed & ratio officij assignatur, *ϒt testimonium perhiberet de lumine*. Vbi notandum est, quòd Deus & homines, & omnia quæ facit, propter se operatur. (Prouerb. 16.) Vniuersa propter semetipsum operatus est Deus. Sed & esse creaturæ, testimonium quoddam est diuinæ bonitatis: magnitudo autem creaturæ, testimonium est virtutis & omnipotentiæ: pulchritudo verò, diuinæ sapientiæ argumentum est. Speciali verò modo ordinantur à Deo quidam homines, & non solùm naturaliter, inquantum sunt: sed & inquantum per bona opera Dei gratiam & gloriam annunciant. Sic Christus, (Matt. 5.) Luceat, inquit, lux vestra coram hominibus, vt glorificent Patrem vestrum, qui in

E cœlis est. Sed tamen illi, qui non solùm participant dona Dei in seipsis, benè operando, sed & qui gratiam in alios diffundunt, docendo, monendo, & exhortando, specialiùs testes esse dicuntur. Et hoc quidem modo Ioannes Dei testis erat. Hoc autem munus valde magnum est, cùm nullus alicui attestari possit, nisi eiusdem particeps fiat. Sed quæritur num idem cum Christo officium Ioannes acceperit, cùm Christus dicat: In hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati. Sed aliter Christus, & aliter Ioannes. Christus enim testis est, ipsum lumen, non solùm comprehendens, sed & existens: sed Ioannes ipsius tantùm lucis erat particeps. Dionys. Carthus. vt suprà. *Hic* ergo *ϒenit* à secretis locis deserti ad publica loca baptisaturus, *in testimonium* perhibendum, id est, ad testificandum, non autem ad saluandum: *ϒt testimonium perhiberet de lumine*, id est, veritatem annunciaret de Christo, *ϒt omnes* homines, primò Iudæi, deinde Gentiles, *crederent* in filium Dei, *per illum*, hoc est, mediante testificatione Ioannis, sicque credendo consequerentur salutem æternam. Non dicit, *ϒt omnes crederent in illum*, quoniã fides, cùm sit virtus Theologica, habet Deum pro obiecto: concernit enim Deum sub ratione primę veritatis: ideò non est credendũ in hominẽ purũ.

Tripliciter quidã mittuntur.

Dionys. Carthus.

Quot modis Ioannes missus est.

Iac. de Victriaco.

Errores hæreticorũ in s. Ioannem.

Cyrill.

Ioannis nomen quãdo impositum est, & quid significat.

Rupertus.

Auguſt.

Cyrill.

Thom.

Quomodo testis Dei quis esse potest.

Dionys. Carth.

Hinc infrà ſaluator ait, Creditis in Deum, & in me credite: quod conſequens non eſſet, niſi F
Thomas. & filius eſſet Deus. Thomas, vt ſuprà. Duplici verò de cauſa, teſtimonium alicuius rei perhi-
Duplici cauſa teſtimonium rei perhibetur. betur: nimirùm aut ex parte ipſius rei, ſi dubia ſit, vel incerta: aut ex parte audientium, ſi duri ſint & tardi ad credendum. Neque ſanè Ioannis teſtimonio opus erat ex parte rei, cùm non obſcura, ſed manifeſtiſſima eſſet. Quid enim lumine manifeſtius eſt? ſed ex parte eorum qui audituri erant, vt faciliùs & familiariùs per hominem allicerentur ad credendum. Auctor. Illuſtrabatur ergo Ioannes à lumine, & lumini teſtimonium dabat. Docebatur à Verbo, & eiuſdem tamen teſtis erat, hanc ipſam veritatem infundens in alios, quam acceperat. Hoc enim lumini inſitum eſt, vt & ipſum viſibile ſit, & per ipſum alia videantur. Inde Thomas concludit, Verbo omnia manifeſtari oportuiſſe. Nam omne quod manifeſtatur, lumen eſt, inquit Paulus, (Epheſ. 5.) Et cùm vnumquodque manifeſtetur per ſuam formam, omnes autem formæ ſint per Verbum, & ſuam in Verbo rationem habeant: conſequitur ipſum Verbum non ſo- G
lùm lumen in ſeipſo eſſe, ſed & omnia manifeſtare. Hinc verò emerget alia quæſtio. Si per
Cùm Verbo manifeſtetur oīa, quid opus fuit Ioāne? Verbum omnia manifeſtentur, quid opus erat vt ipſi Ioannes teſtimonium perhiberet? Hinc ſcilicet Manichæi Prophetas omnes, & vetus Teſtamentum eludebant, quaſi non opus illis eſſet ad Chriſti fidem. Lex enim pædagogus noſter fuit in Chriſto, vt ſcribit Paulus. Origenes
Origen. tom. 5. in Ioann. Ita quidam ex his, qui ab Eccleſiæ decretis diſſentiunt, credere ſe dicentes in Chriſtum, & eo quòd fingant Deum alium, diuerſum à mundi fabricatore, vt eſt ipſis conſequens, non admittentes aduentum ipſius à Prophetis prænunciatum eſſe, ſubuertere conantur Prophetarum teſtimonia de Chriſto, dicentes opus non eſſe teſtibus filio Dei, vt qui ſibi fidem conciliaret, tum ex ſalutaribus ſermonibus potentia plenis, tum ex prodigioſis & admirandis operibus. Et dicunt: Si Moſi fides habita eſt, nullis præuiis teſtibus, qui ipſum annunciarent: quomodo Moſe atque Prophetis præſtantior non poterit abſque Prophetis, quod velit, H
Multæ cauſæ ad credendū chriſto inuitāt. proficere, & hominum generi adiumento eſſe? Quibus reſpondendum eſt, multas cauſas eſſe poſſe, quæ ad credendum inuitent, vt qui ab vna miraculorum demonſtratione non percellerentur, ab alia demonſtratione permouerentur. Nec deeſſe voluit Deus complures cauſas, quæ nos ad credendum pellicerent, ne cui poſtmodùm dubium eſſet, Deum qui eſt ſuper omnia
1. genita, humanam aſſumpſiſſe naturam. Vnde etiam euidenter cernere eſt, nonnullos ex Propheticis vaticiniis, in admirationem Chriſti venire, cùm tot Prophetæ, qui ante ipſum fuerūt, prædixerint & quicquid ad locum pertinet, in quo genitus fuit, & eam regionem in qua enutritus fuit, & vim ipſius doctrinæ, & rerum admirabilium operationem, ac denique paſſionem
2. humanam à reſurrectione deſtructam. Quòd ſi quis negauerit Chriſti aliquos eſſe μάρτυρας,
3. hoc eſt teſtes, videant Chriſti germanos & diſcipulos hoc titulo donatos eſſe. Sed & (vt ima ad I
ſumma per media accedant) ita pietas & religio ordinata eſt, vt per mediatorem, & ſummum ſacerdotem & paracletum ad Deum vniuerſorum accedamus. Sic etiam cultus antiquorū patrum diuinus, tum intelligentia, tum fide, tum denique Chriſti expectatione ſacer erat, & apud
4. Deum charus. Quin hoc quoque conſiderandum eſt, quòd prodigioſæ & admirandæ Chriſti virtutes (ſeu miracula) eos quidem, qui Domini ætate extitiſſent, inuitare poterāt ad credendū, at non ſeruaſſent poſt multa tempora euidentem demonſtrationem, quinimò fabularum loco habitæ fuiſſent. Itaque Prophetia opus fuit, quæ miraculis comparata, iiſdem etiā fidē faceret.
5. Fortaſſe verò Prophetica teſtimonia non tantùm prædicant Chriſtum venturum, ſed multam
Chryſoſt. Theologiam, & quomodo ſeſe habeat Pater ad filium, & filius ad Patrem. Chryſoſt. hom. 5. in Ioann. Quid hoc, dicet fortaſsè quiſpiam, ſeruus de domino teſtimoniū perhibet? Verùm cùm
Cur dominus à ſeruo teſtimonium acceperit. non ſolùm à ſeruo teſtimoniū perhibitum ſit, ſed ad ſeruum etiam venerit, & cum Iudæis baptiſatus ſit, nónne magis cōmoueberis, & dubitabis? Sed quid perturbari, cōmouerique oportet? Admirare Dei benignitatem. Quòd ſi quis adhuc in perturbatione dubius exiſtit, dic ad il- K
lum id quod ad Ioannem dixit: (Matth. 3.) Sine modò, ſic enim opus eſt nobis implere omnem
6. iuſtitiā. Nam cùm Deus ego ſim, & vnigenitus Dei filius, nullius ſanè indigeo teſtimonio. Etſi enim nullus mihi teſtimonium perhibeat, nihil propterea natura mea fit minor, nihil deterior. Sed cùm mortalium ſalus mihi curæ eſſet, in hanc deſcendi humilitatem, vt hominū teſtimonio me ſubiicerem. Nam propter Iudæorū imbecillitatem, hoc pacto melius, faciliúſque fides
7. in eum extendi propagarique poterat. Sicut igitur carnem induit, ne ſi nuda ſe diuinitate exhiberet, omnes perderet: ita virum qui ſe annunciaret miſit, vt cùm familiarē vocē populi audirent, faciliùs ad credendū adducerentur. Sic neque ſuæ duntaxat dignitati, ſed auditorum vſui
Cyrill. facilitatique conſuluit. Cyrill. vt ſuprà. Verùm quoniā Ioānes in teſtimoniū miſſus eſſe affirmatur, vt oēs per ipſum crederent: illò temeritatis nonnulli proruperunt, vt obiicere nō dubitarēt,

Cur

A Cur ergo non omnes diuinitùs missо crediderunt? Aut quomodo Dei nuncius omnibus non persuasit? Non culpa Ioannis, sed audientium duricie id factum est. Nam quoniam suæ potestatis est vnusquisque, prauitate animi multi, qui Ioannem audierunt, non crediderũt. De quibus illud Propheticum dicendum est, (Ezechiel. 3.) Qui audit, audiat: & qui non credit, non credat. Theophil. vt suprà. Quamuis ergo quidam discredant, non tamen ideò ille reprehendendus est: quoniam & sol in hoc lucet, vt omnes illuminet. At si quis caliginosæ se domui incluserit, nec solis lumine perfruatur, quid hoc ad solem? Chrysostom. vt suprà. Prosequitur autem, *Non erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine.* Neque id temerè. Sed quoniam frequenter apud nos, qui testimonium perhibet, maior est eo de quo perhibetur, & maioris plerunque authoritatis apparet: ne qua de Ioanne huiusmodi oriretur suspicio, ab ipso statim principio eam penitùs tollit. Theophilactus. Sed dixerit quispiam, Igitur non erit vel Ioan- Theoph.

B nes, vel aliquis sanctorum vocandus lux? Lucem vtique rectè dixerimus vnumquemque sanctorum, sed quòd sit τὸ φῶς, lux illa, cum articulo τὸ, nequaquam dicemus. Vnde si quis tibi dixerit, Ioannes lux est? annue. Si autem te interrogauerit, Nunquid Ioannes lux illa est? dic, Non. Non enim ipse propriè lux est, sed per participationem, habens fulgorem à vera luce. Auctor. Sed neque semel articulum τὸ expressit: verùm ad maiorem emphasim illum & substantiuo & adiectiuo adiecit. Ita enim habet, ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, id est, erat hoc lumen illud verum, seu, erat hæc illa lux vera. quod etiam Caietanus annotauit. Thomas Aquinas, Thom. Aq. vt suprà. Notandum autem est, quòd verum in scriptura tribus opponitur. Aliquando enim diuiditur contra falsum, sicut illud Ephes. quarto: Deponentes mendacium, loquimini veritatem. Aliquando autem diuiditur contra figurale, vt Ioannis primo: Lex per Moysen data est, & gratia & veritas per Christum facta est: quia omnia in figuris contingebant illis. Aliquan-

C do verò diuiditur contra participans, vt primo Ioannis vltimo: Vt simus in vero filio eius, vt qui non sit filius per participationem. Porrò autem Christi aduentum lucem quandam se Philosophi habere iactabant, falsa autem erat. Euanuerunt enim in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. (Rom. 1.) Sed & Iudæi de luce gloriabantur, quam è doctrina legis assequerentur. Fuit autem hæc lux typica, vmbram habens futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum, vt scribit Paulus. (Hebr. 10.) Erat & in Angelis, & in sanctis hominibus lux quædam, qua illustrati specialiori quodam modo Deum cognoscebant: sed hæc lux participata erat. Iob. trigesimoquinto: Super quem non resplendet lumen eius? Atqui Verbum Dei non erat lux falsa, non typica, non participata, sed lux vera per essentiam & naturam. Origenes hom. 2. in diuersos. Ideò Ioannes negatur esse illa lux. Præcursor luminis erat, Origen.

D sed non illud lumen. Quare ergo lucerna ardens, astrúmque matutinum vocatur? Hoc vtique, quia non à seipso lumen accepit, sed quia gratia eius, quem præcurrebat, in eo ardebat & splendebat. Augustinus tractat. 2. in Ioannem. Mons quidem magnus erat Ioannes. Non Auguſt. tamen erat ille lumen. Montem tanquam montem mirare: erige autem te ad illum qui illuminat montes. *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Quare additum est, Vera? Quia homo illuminatus dicitur lux: sed vera lux est, quæ illumi- *Lux vera quæ.*

E nat. Nam oculi nostri dicuntur lumina, & tamen nisi aut per noctem lucerna accendatur, aut per diem sol exeat, lumina ista sine causa patent. Sic ergo & Ioannes erat lux, sed non vera lux, quia non per eum illuminantur tenebræ, sed illuminatione factus est lux: nisi enim illuminaretur, tenebræ erat, sicut omnes impij, quibus iam credentibus dixit Apostolus, Fuistis aliquando tenebræ. Cyrillus Alexandrinus, capite octauo, libro primo in Ioannem. Cyrill. Sic permultum interest inter veram lucem, & non veram. Accedit quòd non posset red- Alex. di ratio, quare filius Dei *illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*, si creatura quoque lux vera est. Quòd si filius Dei nos illuminat, non sunt ergo secundum substantiam affinia, filius Dei & creatura, quemadmodum nec participans & participatum. Nam *Vera lux* vera lux nunquam alterius lucis participatione indigebit. De humano autem genere dicitur, Accedite ad eum, & illuminamini. (Psalm. 33.) Nec Psalmistam mentiri putamus, *participatione alterius.* cùm ad Verbum Dei magna voce clamitet: (Psal. 17.) Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine, Deus meus illumina tenebras meas. Fulgentius libro Respons. in Arianos Fulgẽtius. ad obiect. 6. Ipse quoque filius lucem se esse propria voce testatur: Ego sum lux mundi. Vt autem agnoscatur pater in filio, lumen in lumine esse, Ioannes docet: Deus, inquit, lux est, & in eo tenebræ non sunt vllæ, (capit. octauo, & primæ Ioannis primo.) Demonstratur etiam filius Dies, sicut & Pater est dies, Propheta dicente, (Psalmo 95.) Euangelizate diem, ex die, salutare eius. Itaque vbi non inuenitur diuersitas luminis,

Cur non omnes Ioanni missо crediderunt.

Quomodo Ioannes lux non est, & tamen lucerna est.

Verũ quibus opponitur.

Lux typica.

Theoph. non negetur æqualitas Deitatis. Theoph. vt suprà. Itaque dicturus Euangelista de incarnatione vnigeniti, quòd venerit in propria, quòd caro factus sit: ne quis suspicetur quòd priùs non fuerit, antequàm incarnaretur, eius gratia subuehit mentem nostram in substantiam, quæ vltra omne principium est, & inquit, *Erat*, etiam antequàm incarnaretur, *lux vera*. Et per hoc Photini & Pauli Samosateni subuertit hæresim, qui dicunt vnigenitum tunc cœpisse, quando de Maria natus est, & ante hoc non fuisse. Audi & tu Ariane, qui negas verum Deum filium Dei, *Erat lux vera*. Audi tu quoque Manichæe, qui dicis quòd simus creaturæ opificis diaboli, audi quia lux illa vera *illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*. Si igitur ille malignus opifex tenebræ est, nullum vtique illuminat: atque ita veræ lucis creaturæ sumus. Auctor. Cæterùm duobus modis illuminamur à Verbo, aut lumine naturali, aut lumine gratiæ: vnde fit, vt si mundus pro hoc sensibili habitaculo sumatur, illuminet quidem lumine naturali omnem hominem, seu illius corporeum lumen, seu intellectuale consideres. Et si lumen gratiæ intelligas, omnes quidem illuminet, & quantum in se est, & quotquot illuminantur. Quod etiam Patres Ecclesiæ latiùs exprimunt. Chrysostom. hom. 7. in Ioannem. Si illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, quonam pacto tot homines sine lumine permanent? Illuminat profectò, quantum in ipso est. Si qui autem sponte sua, mentis oculis conniuentibus, ad huius lucis radios aciem dirigere noluerint, non ex luminis natura in tenebris perstiterunt: sed malitia sua, qui sponte tanto se dono indignos reddiderunt. Cùm enim omnibus aditus pateat, & à nemine prohibeatur: perditi quidam & nequam homines propria duntaxat malitia ingredi recusant. Augustin. tract. 2. Illuminat ergo quotquot illuminantur. Theoph. Nonnulli hanc dubitationem ita soluunt, quòd eos illuminat qui sunt in statu meliori, & dant operam vt ornetur anima sua, neque illam inornatam & turpem esse sinũt. Auctor. Conciliantur ergo eodem sensu & ista verba, & Pauli sententia, quòd Christus Iesus venerit in hunc mundum peccatores saluos facere: vtique quantum in se est, quódque nemo nisi per Christum saluatur, aut illuminatur. Coincidit & hæc Psaltis sententia, (Psal. 44.) Alleuat Dominus omnes qui corruunt, & erigit omnes elisos. Non quòd omnes corruentes & elisi alleuentur, & erigantur, sed quòd nemo eorum eleuetur, aut erigatur, nisi à Deo. Ita nemo illuminatur, saluatur, aut ad Patrem trahitur, nisi per Christum. Nemo, inquit, venit ad Patrem nisi per me. Et Paulus, Per ipsum, inquit, habemus accessum, ambo in vno spiritu ad Patrem. Sic & Christus, (Ioann. 12.) Cùm exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum: omnia, inquam, quæ trahi possunt, cùm nemini vis impendatur. Sic, Benedicentur in ipso omnes tribus terræ. (Psal. 71.) Cyrill. Alexandr. cap. 9. lib. 1. in Ioann. *Venientem in hunc mundum*, non lucem, sed hominem intelligamus. Nam à primo statim creationis tempore natura hominis illuminata est, & vnà cum esse, vim etiam intelligendi ab vnigenita luce, quæ in mundo est, adipiscitur. Omnia enim loca, & omnem creaturam diuina manus conseruat, vitam infundens iis quæ vita indigent, & intellectualem lucem susceptibilibus immittens: etsi nec in loco sit, nec transeundi motum patiatur. Sed quispiam obiiciet: Cùm ipse Christus sit lux mundi, & Psaltes sic orauerit, (Psal. 42.) Emitte lucem & veritatem tuam: consequitur filium Dei à mundo abfuisse, antequàm veniret. At verò veniisse in mundum dicitur, quamuis in eo semper præsens fuerit, vtique ratione habita ad incarnationis mysterium. Visus est enim in terra, & veluti homo cum hominibus conuersatus est, manifestiorem præsentiam suam in mundo efficiens. Auctor. Agit autem hæc sententia in illos, qui simul cum Platonicis, animam cuiusque hominis ab initio conditam esse censent: cùm veniat homo in mundum, id est, non solùm formetur hîc eius corpus, sed & anima à Deo creata corpori infundatur, vt tum homo existat cùm in mundo est, nec priùs eius anima fuisse censeatur, quàm corpus formari inciperet. Interim verò & alia quorundam occurret obiectio: Si homo venit in mundum, alicundè igitur venit. Cyrillus Alexandrinus, vt suprà. Venit omnis homo in mundum, quia ex nihilo ad esse producitur. Locus enim quasi quidam creaturarum confingitur ipsum nihil, à quo, modo quodã profectæ, locum, vt ita dicam, essendi acquirunt. Auctor. Cyrillus Alexandrinus cap. 9. lib. 1. in Ioan. hunc textũ explicans, multis tandem argumentis ostendit, nec eos esse audiendos, qui dicunt animã deliquisse, antequàm corpori infunderetur. Ideò autẽ infusam esse, vt humiliaretur & torqueretur. Huic sententiæ fauere videtur Origen. tom. 5. in Ioan. maximè cùm explicat id quod interpretati sumus, fuisse hominẽ missum à Deo. Origenes. Si enim missus est Ioannes, alicunde missus est, sicut emisit Dominus Adã è paradiso voluptatis, vt coleret terram è qua sumptus fuerat. Proinde fatendum est antiquiorem esse Ioannis animam quàm corpus, & antea subsistentem missam fuisse ad ministerium testandi de luce. Auctor. Hanc

Photini & Pauli Samosateni hæresis.

Duobus modis illuminamur à Verbo.

Chrysost.

Quomodo lux illuminat oẽs, & tamen quidam sine lumine sũt.

August.

Theoph.

Quomodo pro omnib⁹ Christus venerit.

Cyrill. Alex.

An lux abfuerit à mundo, antequàm veniret in mundum.

Anima nõ est condita ab initio.

Cyrill. Alex.

Vnde venit Ioannes.

Error Origenis.

Origenes.

An anima sit ãtiquior corpore.

F G H I K

opinio-

A opinionem Iudæos tenere ex ipsis etiam audiui. Cyrillus verò hanc illudit, potissimùm his rationibus. Cyrillus Alex. cap. 9. l. 1. in Ioann. Si ante hominum corpora fuerunt animæ, & corporibus velut loco supplicij connectuntur: quomodo venientes in hunc mundum illuminari dicuntur? Non enim vexatur, qui lumini diuino participat. Si autem dum in corpus venit, illuminatur, necesse est antequã veniat, ipsam lumine carere. Quo modo ergo intellectus integer ac purus erit, si tunc tandem illuminari cœpit, cùm venit in mundũ? Sed & iniuriæ ac ignorãtiæ crimine Deus medicus accusari posset, qui ea ratione ægram sanari posse putauit, si in maiora pluráque delicta depelleretur. Corpus enim quod corrumpitur, aggrauat animam. Quòd si vt torqueretur, corpori immersa est, oporteret ergo statim atque corpore liberatur, à pœnis eximi: quod absurdum est in multis. Insuper si ad supplicium corpus animæ connectitur, quid boni nobis destructa morte, ac immortalitate corpori per resurrectionem donata seruator cõtulit? Cyrillus Alex. 1. 2. 3. 4. 5.

B Augustin. tom. 7. lib. 1. de peccat. merit. & remiss. cap. 25. Ex eo autem quod dictum est, *illuminat omnem hominem venientem in mundum*, hæc opinio nata est, quòd in exortu corporali ab vtero matris recentissimo illuminet mentes nascentium paruulorum. quamuis in Græco ita sit positum, vt possit etiam intelligi lumen ipsum veniens in hunc mundum. Auctor. Vrget etiam Cyrillus hanc difficultatem, ratione habita dictionis ἐρχόμενον, quam nos aut in neutro genere & casu nominatiuo vertimus, referentes ad τὸ φῶς, lumen, vt sit sensus, Erat lumen verum, quod illuminat omnem hominem veniens (id est, ipsum lumen apparens & accedens) in mundum. Aut etiã in masculino genere & accusatiuo casu reddita hæc dictio referetur ad πάντα ἄνθρωπον, vt sit sensus, quòd illud lumen illuminet omnem hominem veniẽtem in mundum. Cyrill. vt suprà. Sed ne ambiguum fieret, vtrum venientem hominem in mundum illuminet, accuratissimè, quasi sua exponens verba de luce subijcit: Quia ipsa in mundo erat, vt venientem in mundum non hominem, sed lucem, intelligamus. Augustinus vt sup. tom. 7. lib. 1. de pec. mer. & rem. Aut ergo hoc simpliciter dictum est, aut propter aliquam distinctionem. Simpliciter, si rationem ipsam, qua humana anima rationalis appellatur, consideremus. Hæc enim ratio velut quieta & quasi sopita, tamen insita, & quodammodò inseminata in paruulis latet: quæ & illuminatio dicitur. Si autem distinctionem admiseris, hoc fortasse ad discernendam spiritualem illuminationem ab ista corporali: qua siue per cœli luminaria, siue quibuscunque ignibus illuminat oculos carnis. Tanquam diceret, Illuminat omnem hominem venientem in corpus, secundum illud quod scriptum est: (Sap. 8.) Sortitus sum animam bonam, & veni in corpus coinquinatum. Veruntamen necesse est, vt ipse iam creatus oculus in tenebris maneat, si non credit in eum qui dixit: Ego lux in seculum veni, vt omnis qui credit in me, non maneat in tenebris: quæ per sacramentum baptismatis in paruulis fieri non dubitat mater Ecclesia, quæ cor maternum eis præstat, vt sacris mysterijs imbuantur, quia nondum possunt corde proprio credere ad iustitiam, nec ore proprio confiteri ad salutem. Auctor. Sic tantum abest vt ex hoc loco D. Augustinus virtutem & necessitatem baptismatis euerti putet, quasi statim atque natus est infans, illuminetur à Verbo: quòd ex eo loco, contra Pelagianos & Anabaptistas baptismum paruulorum elicit. Nec enim sufficit in illis lumen naturæ, seu vis quædam animis eorum insita à Verbo, quę eos à brutis secernat, nisi accedat & lumen gratiæ per baptismi sacramentum, quæ eos à peccatis expurget, & maioris cognitionis participes efficiat. Nam baptismus, etiã à Dionysio Areopagita cap. 2. lib. Eccles. Hierarch. mysterium illuminationis dicitur. Sed & consequentia satis ostendunt, ita debere illuminationem intelligi, cùm adijcitur, *Qui non ex consanguinibus, sed ex Deo nati sunt*. Renascimur enim ex aqua & spiritu sancto, vt Christus ipse docuit. Alioquin eodem, sed deprauato sensu, abuterentur Turcæ, Saraceni, & quique infideles, etiã si Christum nesciant. Se enim illuminatos dicerent, statim atque in mundum venerunt: seque filios Dei factos esse gloriarentur: quod omninò absurdum esset. Titelmanus elucid. Ioã. Vera igitur illa lux erat, quę non solùm vnã aliquam mundi portionẽ, nec vno solùm tẽpore illuminat, quemadmodũ Ioãnes in sola Iudæa, & modico luxit tempore, sed quæ mundũ vniuersum omni tempore & vult, & potest illuminare, omnem scilicet hominẽ qui vel natus est, vel nascetur in mundo. Nihil enim omninò luminis est in quoquã vel naturæ, vel gratię, quod nõ ab illa vna, & prima luce effluxerit. *In mundo erat*. Theophil. vt suprà. Sicut Deus vbique prẹsens, quin & propter prouidentiam & conseruatiuam vim, dicendus est in mundo esse: quamuis ita in mundo fuerit, vt neque mundus ipse fuisset, nisi illum condidisset. Thomas lection. 5. in cap. 1. Ioan. Ita verò in mundo erat, quia si Deus in momento virtutem suam à rebus conditis subtraheret, omnia in nihilum redigerentur, & esse desinerent. Origenes hom. 2. in diuers. In hoc ergo loco mundum appellat, non solùm generaliter sensibilem naturã, verumetiam spe-

C Augustin.

Lumen veniens illuminat. Cyrillus.

Alia lectio huius loci interpretatur.

D *Paruuli baptizãdi sunt, cùm apti sint ad lumen.* Dionys. Areop.

E Titelman. *Omne lumẽ naturæ & gratiæ à Verbo est.* Theophi. Thomas. Origenes.

Mũd⁹ quid. cialiter rationalis creaturæ, quæ in homine eſt, ſubſtantiam. In his ſiquidem omnibus, & (vt F
ſimpliciter dicam) in vniuerſitate conditum Verbum lux vera erat: idem ſubſiſtit, & ſemper
erat, quia nunquam in omnibus ſubſiſtere deſiſtit. Vt enim qui loquitur, dum loqui ceſſat,
vox eius deſinit, & euaneſcit: ſic cœleſtis pater, ſi Verbum ſuum loqui ceſſauerit, effectus Ver-
Sine Verbo pereunt omnia. bi, hoc eſt, Verbo vniuerſitas condita non ſubſiſtet. Vniuerſitatis namque con-
Thomas Aquin. ditæ ſubſtitutio atque permanſio, Dei patris locutio, hoc eſt, æterna & incommutabilis ſui
Verbi generatio eſt. Thomas Aqui. Vnde ſicut videmus, quòd deficiẽte verbo noſtro, vox ſen-
ſibilis deficit: ita ſi virtus Verbi diuini ſubtraheretur à rebus, ſtatim omnes in ipſo momento
deficerent. Portat enim Deus omnia verbo virtutis ſuæ, vt ſcribit Paulus (Heb. 1.) Ex his etiam
manifeſtum eſt, quòd defectus diuinæ cognitionis non eſt in hominibus ex Verbi abſentia,
quia *in mundo erat*. Non eſt etiam ex Verbi occultatione: fecit enim opus, in quo eius quædã
ſimilitudo reluceret. Inuiſibilia enim Dei per ea quæ facta ſunt viſibilia, cognoſcuntur: (Rom. G
1.) ſempiterna quoque eius virtus & diuinitas. Ideò ſubiungit Euangeliſta, *Et mundus per ipſum*
Theoph. *factus eſt*. Theoph. vt ſuprà. Vbique ipſum oſtendit opificem, partim vt Manichæi inſaniam re-
primeret, qui dixit malignum opificem produxiſſe omnia (viſibilia): & Arium confundat, qui
dixit filium Dei eſſe creaturam: partim & omnem hominem induceret, vt confiteatur factorẽ,
Ingratitudinis humanæ argumentum. & non ſeruiat creaturis, ſed adoret conditorem. Auctor. Ingratitudinem enim humanam ma-
Thomas Aq. xime exaggerabimus, ſi conſideremus nos in conditorem & patrem noſtrum delinquere. Sic
Auguſt. per Prophetam exprobratur, Deum qui creauit te, dereliquiſti. Et rurſus: An nõ ipſe pater tuus
eſt, qui fecit te? Thom. Aqu. Mundus enim per ipſum factus eſt, vt ſicut ars artificis in ſuo opere,
ita lux ipſa in mundo manifeſtaretur. Auguſt. tract. 2. in Ioan. *Per ipſum factus eſt mundus, Et*
mundus eum non cognouit. Quid eſt, Mundus factus eſt per ipſum? Cœlum, & terra, mare &
Quomodo mundus à Verbo factꝰ eſt, & tamẽ nõ cognouit Verbum. omnia quæ in eis ſunt, mundus eſſe dicuntur. Iterũ alia ſignificatione dilectores mũdi mũdus H
ſunt, qui eum non cognouit. Num ſcilicet cœli aut Angeli non cognouerũt creatorem ſuum,
num ipſa etiã ſidera, quem confitentur dæmonia? Omnia vndique teſtimonium perhibuerũt.
Sed non cognouerunt eum, qui amando mundum, dicti ſunt mundus. Nam qui non diligunt
mundum, carne verſantur in mundo, ſed carne inhabitant cœlũ, ſicut Apoſtolus dicit, (Phil. 3.)
Origenes. Noſtra autem conuerſatio in cœlis eſt. Origenes hom. 2. in diuerſ. Animaduertere igitur debe-
Tres mundi ſignificationes. mus beatum Euangeliſtam quater mundum nominaſſe, tres tamen mundos oportet nos intel-
ligere. Quorum primus, qui abſolutè ſolis inuiſibilibus, & ſpiritualibus virtutum impletur ſub-
1. ſtantijs, in quem quicunque venerit, plenam veræ lucis poſſidet participationem. Secundus,
2. qui præfato ponitur è diuerſo, quoniam abſolutè ex viſibilibus & corporalibus naturis conſti-
tuitur: & quamuis vniuerſitatis infimam obtineat proportionem, in eo tamen erat Verbum, &
per Verbum factus eſt, & eſt primus gradus, ad cognitionem veritatis aſcendere per ſenſum
volentibus. Species namque viſibilium ratiocinantem animũ attrahit. Tertius mundus eſt, qui I
3. ratione medietatis, & ſuperiorem ſpiritualium, & inferiorem corporalium in ſeipſo copulat, &
de duobus vnũ facit: & in homine ſolo intelligitur, in quo omnis creatura adunatur. Corpore
enim conſtat, & anima. Corpus de hoc mũdo, & anima de altero collecta, vnum facit ornatũ
& corpus. Omnis namque creatura in ipſo, velut in officina quadã conflatur. Iſte igitur *mũdus*,
hoc eſt homo, creatorem ſuum *non cognouit*, neque per legis ſcriptæ ſymbola, neque per viſi-
bilia creaturæ paradigmata Deum ſuum voluit cognoſcere, carnalium cogitationum vinculis
Prophetæ Verbum cognouerũt. detentus. Auctor. Neque verò de omni homine hoc intelligendum eſt. Fuerunt enim & Pa-
Cnryſoſt. triarchæ & Prophetæ Deo dilectiſſimi, iſtius veræ lucis cultores. Chryſoſt. hom. 7. in Ioan.
Nam Dei amici & venerabiles illi viri etiam ante Chriſti incarnationem ipſum cognouerunt,
& Patriarcham eius præuidiſſe aduentum, ipſe Chriſtus nominatim teſtatur: (Ioan. 8.) Abra-
ham pater veſter exultauit vt videret diem meum: vidit, & gauiſus eſt. Et frequenter in eos in-
uectus, Moſi meminit. (Matth. 22.) Et quòd Dauid ipſum præuiderit, Iudæos arguens K
oſtendit. Quomodo Dauid in ſpiritu dominũ ipſum vocat, dicens: (Pſal. 109.) Dixit dominus
domino meo, ſede à dextris meis? Et quòd reliqui Prophetæ eãdem habuiſſent cognitionem,
Apoſtolus Petrus teſtatur his verbis: (Act. 3.) Et omnes Prophetæ à Samuele, & deinceps qui
locuti ſunt, annunciauerunt dies iſtos. Iacob autem & patri quemadmodũ auo apparuit Deus
& locutus eſt: multa & magna eis ſe daturum bona pollicitus, quę quidem reipſa executus eſt.
Mundus pro terrenis & peccatoribus hominibus. Hoc igitur loco, mundum peccantium multitudinem & terrenis rebus deditam, ſtultúmque
& abiectum & omnibus obnoxium perturbationibus vulgus appellat. Auctor. Huc recurrunt
& iſtę ſententiæ, 1. Cor. 1. Non cognouit mundus per ſapientiam Deum. & 1. Cor. 2. Animalis
homo non percipit quæ Dei ſunt. & Iac. 4. Qui autem non diligit Deum, non poteſt eum co-
gnoſcere.

A gnoſcere. 1. Ioan. 5. Totus mundus in maligno poſitus eſt. Eſa. 1. Cognouit bos poſſeſſorẽ ſuũ, & aſinus præſepe domini ſui: Iſraël autẽ me non cognouit, & populus meus non intellexit. Ioan. 17. Pater iuſte, mundus te non cognouit. Dionyſ. Carthuſianus, art. 4. Enarr. in cap. Ioan. 1. Interdum mundus pro reprobis ſumitur, ſicut ait Saluator, Me odit mundus. Nunc ergo accipitur mundus pro peruerſis ac cæcis hominibus, qui Chriſtum non cognouerunt per fidem formatam. Et licet nonnulli cognoſcant eum per fidem informem, factis tamen eundem negant. (Tit. 1.) Cyrillus Alexandrinus, capite vndecimo in Ioann. libro primo. Ita occurrit obiectioni, quam facilè quiſpiam opponere poſſet. Si verbum Dei lux eſt, ſi hæc lux corda hominum illuminat, ſi præterea ſemper erat in mundo, & ipſa opifex mundi eſt, quomodo tam longis temporum ſpatiis ignorata eſt? Sequitur enim potius, quoniam ignorata eſt, nec ab ipſa mundum illuminari, nec ipſam penitus lucem eſſe. Hoc ne quis obijcere poſſit, diuinitùs intulit, *Et*

B *mundus eum non cognouit.* Non Verbum Dei, ait, & æternam hanc lucem, ſed imbecillitatem ſuam creatura accuſet. Illuminat enim, repellit autem hanc gratiam creatura, quæ intelligendi acumine, vt natura Deum cognoſceret, ſibi dato abuſa eſt, & vt prodiga, ad creaturas vim aſpiciendi conuertit. Nam quemadmodum, quamuis vniuerſis ſol oritur, nihil tamen inde cæcus vtilitatis conſequitur, nec propterea meritò quiſpiam ſplendorem ſolis accuſabit, ſed non videndi culpam cæcitati attribuet: ſic de vnigenito intelligendum eſt. Cæcitatem autem aduenire homini dicimus, non quia penitùs ille luce priuatus ſit: conſeruat enim natura ſemper intelligendi vim ſibi conceſſam: verùm quia peiore habitu homo hebetat, & ad peiora diuertẽs, languefacit quodammodò gratiæ menſuram. Idem cap. 12. l. 1. in Ioann. *In propria venit, & ſui eum non receperunt.* Explanatius modò Euangeliſta culpam ignorantiæ in mundum reijcit, qui ab vnigenito illuminatus, vnigenitum ignorauit, & ab errore Iudæorum gentium etiam pec-

C catum oſtendit. Chryſoſt. hom. 9. in Ioan. Ineffabiles profectò, & quæ omnem excedunt cogitationem, diuinæ bonitatis diuitiæ ſunt. Conſidera quæſo, *In propria venit*, non ſuæ neceſſitatis gratia, ſufficiens enim eſt per ſe diuinitas, ſed ad ſuorũ vtilitatem, & tamẽ *ſui eum non receperũt.* Auctor. Græca autem ſententia ſonat, quòd in propria, id eſt, ad ea venerit, quæ illi iure creatoris & opificis competebant. Sed & ſui & proprij dicuntur, non Iudæi modò, ſed & quotquot illius ſunt rationales creaturæ, id eſt homines. Dictio Græca eſt, εἰς τὰ ἴδια ἦλθε, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρέλαβον. In propria, id eſt quæ ſua erant, venit: & proprij, ſeu ſui, & qui illius erant, illum non receperunt. Theophil. in Ioann. Hoc loco manifeſtiſſimè ingreditur ſermonem de incarnatione, & eſt hic totus ſententiæ contextus. Erat quidem abſque carne lux vera in mundo, & non agnoſcebatur: deinde in propria venit, cum carne. Propria autem eius, vel mundum totum intellige, vel Iudæos quos elegit vt funiculum hæreditatis, & vt

D portionem, peculiúmque ſuum. Chryſ. lib. vno contr. Gentil. Etenim proprium ipſius erat vniuerſa hominum natura, quemadmodum diſcipulus eius ait, *In propria venit.* Theoph. vt ſup. Et proprij eum non receperunt, vel Iudæi, vel cæteri homines, qui ab eo ſunt conditi. Nullum enim Dominus neceſſitate cogit & attrahit, ſed voluntatem reliquit, & electionem. Chryſ. vt ſup. Sed vnde venit, qui omnia implet, qui vbique præſens eſt? Quem locum aduentu ſuo vacuum reddidit, qui omnia cõprehendit, omnia ſuſtinet? Auguſt. tract. 2. in Ioan. Hîc erat, & huc venit. Hîc erat per diuinitatem, & huc venit per carnem: quia cùm hîc eſſet per diuinitatem, à ſtultis & cæcis videri non poterat. Chryſoſt. vt ſup. Pòſt autem ſeipſum oſtendit, cùm noſtrã carnem induere dignatus eſt, & hanc eius apparitionem aduentum appellat. Aug. tom. 6. lib. contra Adimant. cap. 13. Hîc erat, & tamen huc venit: quia illa ſublimitas ineffabilis, vt hominibus congruat, humanis ſonis ſignificanda eſt. Thom. Aquin. lec. 6. in c. 1. Ioann. Dicendum

E ergo quòd venire in aliquem locum dupliciter intelligitur: vel quòd aliquis veniat, vbi nullo modo priùs fuerat: vel quòd locum adeat, in quem priùs aduenerat, ſed non cũ tali gradu, reſpectu, aut modo. Vt ſi rex, qui priùs authoritate ſua in aliqua ſui regni vrbe eſſe dicebatur, perſonaliter tandem illam ingrediatur. Sic quidem filius Dei per potentiam & præſentiam priùs erat in mundo: ſed venit per carnis aſſumptionem. Priùs erat inuiſibilis, venit vt eſſet viſibilis. Sed *ſui eum non receperunt.* Rupertus lib. 1. in Ioan. Parum eſt, *non receperunt*, inſuper & occiderunt. Nam qui ſunt hi ſui, niſi maligni illi & perdendi agricolæ, quibus ipſe ſuam locauerat vineam? (Matt. 21.) Vinea enim Domini domus Iſraël eſt. Chryſ. vt ſup. Admiratione profectò dignum, vt diſcipulus magiſtri ſui contumeliis cõmemorandis non erubeſcat, ſed apertè omnia literis mandet. Etenim non paruum veritatis argumentum eſt. Sed & hic poſt acceptam iniuriam claruit, cùm adeò hominibus contumelioſis conſuluerit. Illi verò tam beneficum, tamque liberalem, velut inimicum atque hoſtem expulerunt. *Quotquot autem receperunt eum,*

Dionyſ. Carth.

Cyrill. Alex.

Culpa ignorantiæ noſtræ in nobis.

Idem.

Chryſoſt.

Propter nos venit Verbum.

Theoph.

Chryſoſt.

Theoph.

Chryſoſt.

Auguſtin. *Quomodo Verbum hîc erat & huc veniat.*

Chryſ. Auguſt. Thomas. *Venire in aliquem locũ dupliciter dicitur.*

Rupertus.

Chryſoſt.

Cyrillus Alex. *dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius.* Cyrill. Alex. cap. 13. Æquo certè F
& Deo digno iudicio primogenitus Israël eligitur: nō enim voluit in affinitate Dei permanere.
Fructꝰ aduentus Verbi. Fruentur autem Gentes bonis fidei, & ad locum illorum transplantabuntur, ab oleastro secundum naturam abscissi, & fœcundæ naturæ oliuę inserti. (Roman. 11.) Et Israël audiet: Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, filiis sceleratis. (Esa. 40.) Dereliquerunt Dominum & sanctum Israël irritauerunt. Gentes autem longè aliter illud ab Apostolis audient: (1. Pet. 2.) Vos estis genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, vt virtutē eius annuncietis, qui vos à tenebris ad lucem suam inuitauit. Nam quoniam Gentes filium per fidē receperunt, potestatem etiam accipiunt vt filij Dei fiant. Accipiunt autem à filio, cui soli naturaliter hoc inest, atque ideò hoc potest in commune hoc proponere, in signum misericordiæ
Necessitas incarnationis Verbi. suæ atque charitatis. Non enim erat possibile aliter terrestris imaginē hominis, corruptionem G
scilicet quam peccato induimus, effugere, nisi cœlestis hominis imago & pulchritudo eius, vocatione adoptionis nobis impressa esset. Participes enim ipsius facti per spiritum, & suo signati sigillo, ad similitudinem eius, & in primam imaginis figuram conscēdimus, ad quas fuisse creatos diuina scriptura testatur. Sic enim tandem priscam naturæ pulchritudinem recuperantes, & ad diuinam naturam conformati, ea mala superabimus, quæ maxima transgressionis
August. vitio nobis acciderunt. Aug. tr. 2. in Ioan. Magnam beneuolentiam! magnam misericordiam!
Adoptio nostra per filium vnigenitum. Vnicus natus est, & noluit manere vnus. Multi homines, cùm filios non habuerint, peracta ætate adoptant sibi, & voluntate faciunt, quod natura non potuerunt. Si autem aliquis habeat filium vnicum, gaudet de illo magis, quia solus omnia possessurus est, & non habebit qui cum illo diuidat hæreditatem. Non sic Deus. Vnicum eundem ipsum quem genuerat, per quem cuncta creauerat, misit in hūc mundum, vt non esset vnicus, sed fratres haberet adoptatos. Nō
Idem. enim nos nati sumus de Deo, quomodo ille vnigenitus, sed adoptati per gratiam ipsius. Idem H
to. 4. lib. 2. de consens. Euang. c. 3. Sic dicit Iacobus, Voluntariè genuit nos, verboveritatis, vt simus initium aliquod creaturæ eius. Ne scilicet in eo quod ait, genuit, hoc nos fieri putaremus quod ipse est, ideò principatum quendam in creatura hac adoptione concessum satis ostēdit. Vt enim Pater genuit filiū, non vt homo esset, sed vt filius esset: sic nos genuit Deus, vt filij eius
Athanas. simus, quos fecerat vt homines essemus. Vnicum autem genuit, non solùm vt filius esset, quod Pater non est: sed etiam vt Deus esset, quod & Pater est. Athanas. ser. 3. cōt. Arianos. In summa, vbicunque scriptura filium significare proponit, non per (creauit) sed per vocabulum (genuit) denotare solet. Duo autem de homine dicuntur, vt (Deut. 32.) Nónne ipse est pater tuus qui creauit te? Et paulò pòst in codē cantico: Deū, qui te genuit, dereliquisti. Nā in vocabulo (fecit) seu (creauit) verè declarat id quod est humanæ naturæ: in voce (genuit) ostendit quod est gratiæ: vt cùm credentibus dedit potestatē filios Dei fieri, qui ex Deo nati sunt. Illud porrò verbū I
Thomas Aqu. (geniti sunt) ideò planè vsurpatum est, quòd illis nomen filij esset inditum. Attamen significat
Nihil maius quàm quod simus filij Dei. non naturales, sed adoptatitios nominibus filiorū appellari. Thom. Aquin. lect. 6. Hic fructus est aduentus filij Dei. Magnus vtique. Quid enim maius esse potest, quàm filios Dei fieri? Docet autem quibus hic detur. His qui credunt. Sed & modum donationis ostendit, non ex sanguinibus neque ex voluntate carnis, &c. Sic (Gal. 4.) Misit Deus filium suum factum ex mulie-
Triplex assimilatio & triplex modus quo filij Dei efficimur. re, vt adoptionem filiorum reciperemus. Et quoniam homines fiunt filij Dei per assimilationem ad Deum: ideò secundum triplicem assimilationē triplex quoque modus assignabitur, quo filij Dei efficiamur. Primò, per gratiæ infusionem. Nam quicunque habet gratiam gratū facientem, efficitur filius Dei. Rom. 8. Non accepistis spiritum seruitutis, &c. Gal. 4. Quoniam estis filij Dei, misit Deus spiritum filij sui in corda vestra clamantem Abba pater. Secun-
1. dò, assimilamur Deo per operum perfectionem: quia qui facit opera iustitiæ, est filius. Matth. 5. K
2. Diligite inimicos vestros, vt sitis filij patris vestri. Tertiò, per gloriæ adoptionem, & quantum
3. ad animam, per lumen gloriæ. Ioan. 3. Cū apparuerit, similes ei erimus. Et quantum ad corpus Phil. 3. reformabit corpus humilitatis nostræ. Vnde de istis duobus dicitur, Rom. 8. Adoptionē filiorum Dei expectantes. Auctor. Has distinctiones post Chrysostomum sequitur Theophi-
Chrys. ho. 9. in Ioan. lactus, ne fortè sit qui ita ratiocinetur. Quicunque Christum recipiunt, eo ipso filij Dei censentur. Quid ergo opus fuit adijcere, potestatem eos accepisse, vt filij Dei efficiantur? Theoph. Non enim sufficit ad custodiam puritatis baptizari, sed & multo studio opus est, vt imago adoptionis filiorum Dei figurata in baptismate, incontaminata seruetur. Idcircò multi quidem in baptismo gratiam acceperunt adoptionis: per ignauiam autem non fuerunt filij Dei vsque in finem. Fortassis autem quis etiam hoc dixerit, quòd multi recipiunt eum, per hoc quod solùm credunt, quales sunt, qui dicuntur Cathecumeni, nondum autem facti sunt filij Dei: po-

testatem,

A testatem autem tunc habent, cùm voluerint, baptisari, & hanc gratiam consequi: adoptionem, inquam, in filios Dei. Dicet autem quis & hoc. Quamuis in baptismo adoptionis beneficium accipiamus, tamen quod perfectum est in resurrectione accepturi sumus. Quapropter & hîc Euangelista non dixit, Quotquot receperunt eum, fecit eos filios Dei, sed, dedit eis potestatem filios Dei fieri, hoc est, dedit vt in futuro seculo gratiam illam susciplant. Auctor. Hinc fit vt antiqui Patres, omnes istas particulas expendant, Quotquot, & Receperunt eum, & Dedit eis potestatem, & Filios Dei fieri. Si enim *quotquot*, nulla est apud Deum personarum acceptio, sed quicunque fecerit iustitiam, acceptus est illi. Si nostrum est recipere filiũ Dei, & in nostra potestate situm est vt filij Dei efficiamur, sequitur nos libero arbitrio donatos esse. Chrysost. vt suprà. Quotquot receperunt eum, siue serui sint siue liberi, siue Græci siue barbari, siue insipientes siue sapientes, siue viri siue mulieres, siue pueri siue senes, siue nobiles siue ignobiles, siue diuites siue pauperes, siue principes siue priuati, omnes, inquit, eodem honore dignati sunt. Fi-
B des enim & spiritus sancti gratia mortalium omnium diuersitatem comprehendens, in vnam redit formam, & vno regio charactere imprimit. Quid huic humanitati par? Rex eodem, quo nos, luto formatus est. Serui eandẽ cum rege naturam cõmunicant, & nonnunquã melioribus moribus præditi sunt. Non dedignatur rex in exercitum suum adscribere, qui seruili sunt conditione. Vnigenitus autem Dei filius, neque publicanos, neque magos, neque seruos, & his etiã despicatiores & pauperiores homines, nonnullos etiam manco, distorto, & sordido corpore in filios accipere non dedignatur. Tanta fidei vis, tanta gratiæ exuberantia. Et quemadmodum ignis, si metallorum terram attigerit, eam quamprimùm aurum reddit: sic & longè magis, pro luteis aureos eos baptisma facit, quos abluerit, cùm spiritus sanctus tanquam ignis ea ipsa hora ingrediatur animos nostros, & terrena absumpta similitudine, cœlestem illam nouam & clarã,
C tanquam ex fornace fulgentem referat. Auctor. Quid autem arbitrij libertatem magis exprimit, quàm quod hominis est aut recipere, aut non recipere? Priùs enim dixit, quòd sui eum nõ repererũt, nunc etiam adijcit, quòd nõnulli receperunt. Neque tamen cum Pelagianis gratiam negamus. Ex nobis quidem Christum reijcimus, sed non nisi per gratiam Christum amplectimur & recipimus. Hanc igitur gratiã apertiùs exprimit, cùm scribit, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα θεοῦ γενέσθαι, Dedit eis potestatem filios Dei fieri, seu esse. Chrysost. vt suprà. Ita per hanc particulam, gratiam nõ temerè, neque sine labore nostro in nobis infundi significatur, sed cùm ipsi volumus, tum eam inquirimus. In nostra enim potestate est, filios Dei fieri. Quippè nisi primùm ad eam accipiendam promptum animum exhibeamus, neque diuinum ad nos munus accedit, neque quicquam in nobis operatur. Vbique igitur, non violentum, non coactum, sed
D voluntarium penitùs & liberum ostendit arbitrium, quod in hoc loco significauit. In ipsis enim arcanis & supernis bonis, Dei quidem est dare gratiam, hominis autem fidẽ adhibere. Origen. hom. 2. in diuers. Hic enim diuiditur, non humanitas rationabilis mundi, sed voluntas: segregãtur receptores incarnationis à respuentibus eam. Fideles credunt aduentum Verbi, & libenter recipiunt dominum suum: impij negant & contumaciter renuunt, Iudæi per inuidiam, pagani per ignorantiam. Recipientibus dedit potestatem filios Dei fieri: non recipientibus dat adhuc spatium recipiendi. A nullo enim auferetur possibilitas credendi Dei filium, & possibilitas essendi Dei filium. Hoc enim in arbitrio hominis & cooperatione gratiæ constitutũ est. Thom. Caietan. Com. in Ioan. Cæterùm non dicit datam esse potestatem, vt filios Dei se facerent, sed
E vt fierent filij Dei. Sicut enim in naturalibus elementis est potestas, non vt sẽ moueant sursum & deorsum, sed vt moueatur terra deorsum, & ignis sursum: ita Christi fidelibus data est potestas, non efficiendi se filios Dei (actio enim hæc omnem creatam facultatem excedit) sed vt fierent filij Dei. Potestas autem hæc donum gratiæ gratum facientis est: illa enim possumus potentia propinqua, potentia quæ est velut inchoatio eiusdem generis, fieri filij Dei. Et est sermo de filijs Dei adoptione consummata, hoc est in statu gloriæ. Hanc enim summam vtilitatẽ fidei intendit fidelibus proponere, vt patet ex subiunctis, *his qui credunt in nomine eius*. Duo siquidem receptæ fidei adiungit. Vnum est perseuerantia in fide. Non enim dicit, His qui crediderunt, sed, qui credunt, hoc est, perseuerant credendo. Alterum est studium ad diuinam gloriam: multi enim perseuerant credentes, sed non tendendo in nomen, in gloriam, famã, & laudem Dei. Dionys. Carthus. art. 4. in Euãg. enarr. Ergo si quæritur, cùm homines fiant filij Dei, eo ipso quòd credunt in Christum, quemadmodum ait Apostolus ad Galatas, Omnes vos filij Dei estis, per fidem in Christo Iesu: quomodo recipientibus Christum per fidem datur potestas filios Dei fieri, & non potius ipsa filiatio adoptiua? Respõdẽdum est dupliciter. Primò, quòd licet homo, dum conuertitur ad Christum, per fidẽ & dilectionem efficiatur filius Dei:

Baptismo nõ tollitur per fidem.

Omnes quãtumuis abiecti possũt fieri filij Dei.

Virtus Baptismi.

Liberum arbitrium ex hoc loco colligitur.

Gratia virtus. Chrysost.

Origenes.

Thomas Caietan.

Potestas adoptionis à Deo, & nobis quomodo.

Dionys. Carthus.

Quomodo homini credenti potestas adoptionis potius quàm adoptio detur.

1. *Propoſitum ad baptiſma requiritur.*

hoc tamen non eſt, niſi in quantum habet propoſitum recipiendi baptiſmum, in quo ſpiritualiter renaſcatur, & filiatio adoptiua perficitur. Nã baptiſma non datur adultis, niſi credentibus: immò nulli, niſi fidem profiteatur, vel per ſe, ſi ſit compos rationis, vel per aliũ, ſi ſit infra annos diſcretionis. In baptiſmo autem gratia augetur, character imprimitur, & homo Chriſto perfectè conformatur & incorporatur, atque ab omni labe peccati & reatu abſoluitur, vt ſit omninò filius Dei. Secundò reſpondetur, quod omnibus qui Chriſtum nunc per fidem recipiunt, datur poteſtas filios Dei fieri filiatione gloriæ conſummata in patria. Per fidem enim peruenitur ad ſpeciem. Filiatio quoque gratiæ adoptionis ordinatur ad filiationem gloriæ beatificæ fruitionis. Filiatio autem fundatur in aſſimilatione. Thom. Aqu. lect. 6. Si ergo accipiamus poteſtatem filios Dei fieri, quantum ad operum perfectiones, & gloriæ adeptionem, nullam difficultatem habebit hic ſermo. Intelligitur enim de poteſtate gratiæ, qua habita, poteſt homo facere opera perfectionis, & adipiſci gloriam Dei. Eſt enim gratia Dei vita æterna. (Rom. 6.) Chryſoſt. vt ſuprà. Quòd enim per myſticam regenerationem omni crimine abluamur, per baptiſma nobis largitus eſt Deus. Quòd autem in puritate mentis in poſterum perſtemus, neque vllis ampliùs ſordibus vitam coinquinemus, noſtræ virtutis eſt, & diligẽtiæ. Dionyſ. Areop. lib. Eccl. Hierarch. cap. 2. par. 2. Itaque Pontifex in dies, ad Dei ſimilitudinem omnes homines ſaluos fieri cupiẽs, & ad agnitionem veritatis venire, (1. Tim. 2.) prædicat omnibus Deum, cùm ſit mortalibus ex propria & naturali bonitate propitius, eximiæ benignitatis gratia, ad noſtra infirma deſcendere dignatum eſſe, noſq́ue ſibi iungendo, atque inſerendo ignis inſtar, quos iunxerit, iuxta ſingulorum propoſitum atque aptitudinem ſibi ſimiles efficere. Clemens Alexãdr. libro ſeptimo Strom. Itaque per ſcientiam colligens viaticum contemplationis, poſtquàm magnificè quis acceperit magnitudinem contemplationis, procedit ad tranſlationis ſanctam remunerationem. Audiuit enim Pſalmum dicentem: (Pſal. 47.) Circundate Syon, & comprehendite eam, narrate in turribus eius. Significat enim, vt arbitror, eos, qui verbum altè ſuſceperunt, futuros altos vt turres, & firmiter & ſtabiliter manſuros in fide & cognitione. Chryſoſtomus vt ſuprà. Porrò carnalium parentum comparatione noſtræ regenerationis ſignificat excellentiam, cùm inquit: *Qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt.* Hoc enim fecit, vt vilitate & humilitate prioris partus, magnitudine alterius per gratiam cognita, magnum quiddam de Deo & genitoris noſtri beneficio ſentiamus. Theophilact. Dicit igitur, Qui non ex ſanguinibus nati ſunt, menſtruis ſcilicet. Ex illis enim embryo nutrimentum habet & incrementum. Dicunt autem, quòd & ſemen primum naturam ſanguinis abijciat, & deinde in carnem & aliam diſpoſitionem trãſformetur. Quia autem probabile eſt, quoſdã dicturos, quòd & natiuitas Iſaac ferè talis fuerit: etenim Iſaac non ex ſanguinibus natus eſt, defecerant enim Saræ menſtrui: (Geneſ. 18.) Ideò ſubdit, Neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri. Fuit enim Iſaac ex voluntate viri. Voluit vir ſibi puerum generare de Sara, & ille ex voluntate carnis, hoc eſt Saræ, natus eſt. Origenes vt ſup. Sic duplex intelligitur ſexus, ex quo in carne naſcentium numeroſitas propagatur: Carnis quidem nomine fœmineum, viri verò Euangeliſta maſculum ſignificat habitum. Auguſt. tra. 2. in Ioan. Sanguines non eſt Latinũ, ſed quia Græcè poſitum eſt pluraliter, maluit interpres minus Latinè loqui, & tamen explicare veritatem ad captum infirmorum. Si enim diceret ex ſanguine, in ſingulari numero, non explicaret quod volebat. Ex ſanguinibus enim homines naſcuntur maris & fœminæ. Non timeamus ergo ferulas Grammaticorum, dum tamẽ ad veritatem ſolidam & certiorem perueniamus. Carnem verò pro fœmina poſuit, quia de coſta cùm facta eſſet, Adam dixit: Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea, (Geneſ. 2.) Et Apoſtolus ait: Qui diligit vxorem ſuam, ſeipſum diligit. Nemo enim vnquam carnem ſuã odio habuit. Ponitur ergo caro pro vxore, quomodo & aliquando ſpiritus pro marito. Quare? Quia ille regit, hæc regitur: ille imperare debet, iſta ſeruire. Nam vbi caro imperat, & ſpiritus ſeruit, peruerſa domus eſt. Quid ergo peius domo, vbi fœmina habet imperium ſuper virum? Recta autem domus eſt, vbi vir imperat, fœmina obtemperat. Dionyſ. Carthuſ. vt ſuprà. Sic diſtinguit generationem ſpiritualem à generatione carnali. *Qui* credentes & filij adoptiui, *non ex ſanguinibus*, id eſt ſeminibus viri & fœminæ. Semen enim eſt ſuperfluum alimẽti ſanguinei, & ſanguis coagulatus. Itaque non ex ſanguinibus, id eſt ſemine viri, in quo eſt virtus formatiua & ſemine mulieris, quæ præbet in generatione materiam. *Neque ex voluntate carnis*, id eſt concupiſcentia ſenſualitatis, vel fœminæ, quæ nomine carnis exprimitur, quoniam mollior, & in ratione debilior: *neque ex voluntate*, id eſt concupiſcentia *viri, ſed ex Deo nati ſunt*, id eſt diuina virtute & gratia ſpiritualiter regenerati, ac diuinũ eſſe ſortiti. Nam loquendo de eſſe naturæ tunc

2. *Filiatio gloriæ.* Thom. Aq.

Chryſoſt.

Dionyſ. Areop.

Clem. Alexandr.

Chryſoſt. *Antitheſis natiuitatis carnalis & ſpiritualis.* Theoph.

Origenes. *Caro mulier.* Auguſtin.

Sanguines quid.

Dionyſ. Carthuſ.

F G H I K

A ræ,tunc nati ſunt ex ſeminibus parentum, ſicut & infideles: ſed loquendo de eſſe gratiæ, per quod conſtituti ſunt filij Dei adoptiui,nati ſunt ex Deo,tãquam ex parte principali, hominem ſibi aſſimilante,ac deificante. Porrò in generatione carnali ſemen ſe habet per modum cauſæ materialis,parentes per modum cauſæ efficientis,concupiſcentia verò mouet ad actũ. Gregor. Nanzanz. Orat.in ſanct.baptiſma. Ita triplex natiuitatis genus orthodoxa fides agnoſcit: primũ corporum,alterum baptiſmi,tertium reſurrectionis. Horum primum nocturnũ & ſeruũ eſt, libidiníque obnoxium:alterum diurnũ & liberũ, profligandarúmque animi perturbationũ vim habens,omne illud à natiuitate contractũ velamen reſcindens,& ad ſupernã vitã nos reuocãs: Poſtremum formidabilius ac breuius,creaturas omnes tẽporis momento in vnum cogens, vt creatori ſiſtantur,ſuaéque ſeruitutis,& vitæ actæ rationem reddant. Atque has omnes natiuitates à Chriſto meo affectas honore fuiſſe conſtat: illam per primam & vitalem inſufflationem, ſecundam per incarnationem& baptiſmum,tertiam denique per reſurrectionem. Auctor. Hic verò poteris meditari,quàm vilis ſit & abiecta hominis natiuitas,quàm miſera illius conditio: quàm leuis nobilitas illa carnis,de qua tamen nonnulli velut de ſummo aliquo bono gloriãtur. Sed & concludere potes,nihil excellentius eſſe illa nobilitate ſpirituali,quam per Chriſtũ nacti ſumus. Auguſtinus. Quid verò miraris quia homines ex Deo naſcuntur? Attẽde ipſum Deum natum ex hominibus. *Et Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis.* Sic ex ipſa natiuitate nobis collyrium fecit,vnde tergerentur oculi noſtri, vt poſſimus videre maieſtatem eius per illius humilitatem. Fulgentius lib.de incarn.& gratia Ieſ.Chr.cap.7. Nam quia in ipſa natiuitate carnis noſtræ,mortis vinculo tenebamur obſtricti,à quo ſolius beneficio natiuitatis poſſemus abſolui,Deus natus eſt ex homine,vt ex Deo homines naſcerentur. Chriſti ergo filij Dei prima natiuitas ex Deo,ſecunda ex homine:Noſtra verò prima natiuitas ex homine,ſecũda ex Deo.

C Chryſoſt.hom.10.in Ioan. Sic cùm dixiſſet ex Deo & filios Dei factos qui eũ receperunt, tanti honoris cauſam adiicit,quòd *Verbum caro factum eſt*, & ſerui formã Dominus accepit. Factus eſt enim filius hominis,dilectiſſimus Dei filius, vt filios hominum filios Dei faceret. Nam quũ ſupernum homini copulatum eſt,illud quidem nullo in propria gloria detrimento affectũ:hoc autem ex multa elatum eſt humilitate. Suam namque naturam deſcenſu ſuo nihilo inferiorem reddidit. Nos autem quum in ignominia antè,& in tenebris eſſemus,ad ſupernam erexit gloriam. Non aliter quàm quum rex inopem mendicúmque ſtudio & beneuolẽtia quadã alloquitur,nihil ſe indignum facit,illum verò admirandum reddit:quòd ſi in contingenti hominũ dignitate nihilo honoratiorem conſuetudo offendit,multò minus immortalẽ illã ſubſtantiam, quum nihil non proprium habeat,quod adſit,nihil quod abſit:quum omnia bona firma ſtabiliáque in æternum poſſideat. Itaque quum audieris, *Et Verbum caro factum eſt*, ne perturberis,

D néve titubes:non enim ſubſtantia tranſiuit in carnem(hoc etiam cogitatu impium eſt)ſed eadẽ permanens ſerui formam accepit. Theoph. Non enim Deus fuiſſet,ſi Verbum alteraretur: ſed manens quod erat,factum eſt quod non erat. Athanaſ. Epiſt.ad Epictet. cõtr. hæreticos. Itaque *Verbum caro factum eſt*, hunc habet intellectum, quatenus in re ſimili deprehendere licet ex verbis Pauli:(Heb.2.) Chriſtus pro nobis factus eſt execratio: non quòd ex ſeipſo in execrationem tranſmutatus ſit,ſed quia pro nobis execrationẽ in ſe ſuſcepit. Ita quoque factus eſt caro, non conuerſus in carnem,ſed quòd carnem pro nobis aſſumpſerit,&homo factus ſit. Idẽ ſerm. 3.in Arianos. Sic audientes eum qui peccatum non nouit,pro nobis peccatum factũ eſſe, illud piaculum,quod in nobis fuit,ſuſcepiſſe intelligimus: vt Eſaias(cap.53.)& Petrus docent, quòd peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo. Leo Papa, Epiſt.10.ad Flauian. Epiſ. Salua igitur proprietate vtriuſque naturæ,& in vnam coëunte perſonam, ſuſcepta eſt à maieſtate humilitas, à

E virtute infirmitas,ab æternitate mortalitas,& ad reſoluendũ conditionis noſtræ debitũ, natura inuiolabilis naturæ eſt vnita paſſibili,vt quod noſtris remediis congruebat,vnus atque idẽ mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus,& mori poſſet ex vno,& mori non poſſet ex altero. Auctor. Cæterùm in hanc Ioannis ſententiam impegerũt multi. Eutychiani (inquit Thomas lect.7.in Ioan.)ſic Verbum carnem factum interpretati ſunt, vt naturæ commiſcerentur, quaſi vna eademq; natura fuerit,Dei & hominis,& Verbũ,vel eius aliquid in carnẽ cõuerſum ſit. Ariani hærent in dictione Carnis,quaſi ſolã carnẽ,non etiã animã humanã filius aſſumpſerit. Apollinaris carnẽ etiã nudã aſſeruit,quódque Verbũ vices animæ ſuppleuerit. Neſtorius ita Verbũ carnẽ factũ intelligit,vt quia duæ naturæ ſunt Verbi & hominis,duas in Chriſto perſonas eſſe cõcluderet,& duos eſſe filios. Inde negabat Mariã eſſe Deiparam. Greg. Nyſſ.li.2.de anima,c.12. Porrò dicũt quidã,& maximè Eunomiani, Deũ Verbũ corpori tantũ eſſe,nõ ſecundũ ſubſtãtiã,ſed ſecundũ vtriuſque virtutes. Theod.li.5.diuin.decret.c.de ſeruat.diſpẽſ. Ebionei

Duplex eſſe, vnũ naturæ, alterũ gratiæ. Gregor. Nanzanz.

Triplex natiuitatis genus. 1. 2. 3.

Neceſſitas incarnationis Verbi. Auguſt.

Fulgẽtius.

Chryſoſt.

Verbũ carnem aſſumens nõ eſt alteratum. Theoph. Athanaſ.

Idem.

Leo Papa.

Error hæreticorũ in hanc ſentẽtiam. Thomas.

Eutychiani Ariani. Apollinares. Neſtoriani. Gregor. Nyſſen.

Eunomiani. Theodor.

Ebionei.

autem & Theodotiani,& Artemoniani,& Photiniani,dixerunt ſolum hominem Chriſtum F
ex Virgine natum eſſe. Auctor.At verò rationes eorum,qui Verbum in carnem conuerſum
eſſe contendebant,Theodoretus in Dialogo primo, quem nomine Immutabilis nuncupauit,
explicat,& refellit,non modò rationibus,ſed & ſcripturæ,& ſanctorum Patrum receptis ſen-
tentiis. Inducit autem Eraniſtem pro hæreticis diſputantem,& Orthodoxum reſpondentem
eo modo. Theodoret. dial.1.Immubabilis.ORTHO. Illud autem factum eſt, quomodo in-
Theodor. *Nihil Verbo impoßibile.* telligitis?ERANISTES. Qui mutationem in carnem ſuſtinuit,caro factus eſt.Scimus enim
nihil eſſe,quod ipſe non poſſit.Nam & aquam Nili in ſanguinem, & diem in noctem muta-
uit,& mare terram ſolidam,& continentem effecit.Audiuimus etiam Prophetam dicentem:
Omnia quæcunque voluit,Dominus fecit in cœlo,& in terra.ORTHO. Creaturam creator
transformat vt voluerit, eſt enim mutabilis,eiúſque qui ipſam fabricatus eſt,nutum ſequitur.
Ipſe autem naturam habet immutabilem, & quæ nec verti, nec variari poteſt. Et ideò de G
creatura quidem dicit Propheta, Qui facit omnia & transformat: De Deo autem Verbo
dicit magnus Dauid, Tu autem idem ipſe es,& anni tui non deficient. Et rurſus ipſe Deus
Chryſoſt. de ſeipſo, Ego Deus,& non mutor. Chryſoſtomus hom.10. in Ioann. Ergo ſi qui dicerent
omnia in Dei eſſe poteſtate, & idcircò in carnem potuiſſe transferri : id ei reſpondebimus,
Deum profectò omnia poſſe, quouſque Deus permanet: ſi autem mutaretur in deterius,
Cyrill. Alex. quonam pacto ampliùs Deus eſſe poſſet? Cyrillus Alex. libro de incarnatione, cap. 24. An
verò fas erat illum commutationem ſuſtinere, quæ magis creaturæ conueniat? Paulus
Paul. Emiſenus. Emiſenus, homilia de incarnatione,præſente Cyrillo. Peperit nobis Deipara Maria Emma-
nuelem.Deus namque Verbum ante ſecula ex Patre arcano & indicendo modo genitus,no-
uiſſimis diebus natus eſt ex muliere.Natura namque noſtra perfectè aſſumpta,& humanitate
Ioan. Damaſcenus. *Incarnatiũ & carni vnitũ idẽ.* ex prima conceptione ſibi appropriata,& corpore noſtro in templum ſibi conſtructo,ex Dei- H
para progreſſus eſt,perfectus Deus,& perfectus homo.Ioan. Damaſcenus libro 3.de fide Or-
thodoxa, cap.11. Relinquitur ergo vt dicamus idem eſſe incarnatum,quod carni vnitum. Ac
rurſus,Verbum carnem factum eſſe,idem quod ipſam Verbi perſonam carnis perſonam citra
vllam conuerſionem factam fuiſſe.Eodem modo illud quoque dictum eſt, quòd Deus homo
factus eſt: at quòd diuinitas homo facta & incarnata ſit, aut humanitate ſe induerit,nuſquam
audiuimus.Auctor.Cæterùm primi illi Patres,vt creditu facilem hanc naturarum in vna hy-
Similitudines quibus vnio naturarum exprimitur. poſtaſi vnionem,& nullam tamen confuſionem earum conſequi oſtenderent, has ſimilitu-
dines propoſuerunt.Cyrill.Alexandrinus libro de incarnatione,cap.8. Beatus Eſaias, Miſſus
eſt, inquit, ad me vnus de Seraphin,& in manu habebat carbonem,quem forcipe accepit ab
altari,& dixit ad me: Ecce,tetigit hoc labia tua, vt peccata tua depurget. Carbonem autem
Cyrill. Alex. dicimus, figuram & imaginem nobis exhibere Verbi hominis facti: quòd ſi labia noſtra
Carbo ignitus. tetigerit,id eſt fide in id confeſſi fuerimus,tunc nos ab omni peccato puros effecit,& priſtinis I
criminibus liberabit.Cæterùm tanquam in imagine licet conſpicere,in carbone,adunatum in
carbone humanitati Deum Verbum,non tamen proiecciſſe quod fuerat: transformaſſe autem
magis aſſumptam naturam in ſuam gloriam & operationem. Quemadmodum enim ignis
ligno affixus,& in id penetrans,comprehendit quidem ipſum,& quamuis lignum eſſe non de-
ſinat, vim tamen ſuam,ſpeciémque ſuam tranſmittit omnem,ſéque confert in lignum, & cũ
ligno iam quaſi vnum aliquid æſtimatur: idem intellige & de Chriſto. Adunatus enim,quaſi
vnus iam cum ipſa putatur,ea quæ ſunt illius,ſua faciens, conferens autem ei etiam ipſe na-
Athanaſ. turæ ſuæ operationem.Athanaſius.Nam ſicut anima rationalis & caro vnus eſt homo, ita
Anima & caro. Deus & homo vnus eſt Chriſtus: vnus autem non conuerſione ſubſtantiæ,ſed vnitate perſo-
Gregor. Nyſſen. næ.Greg.Nyſſ.lib.2.Philoſ.de anima.Deus autem Verbum,nunquam à cõmunione vlla, quæ
eſt ad corpus & animam, alteratur, neque particeps eſt illorum imperfectionis, ſed tradens
eis ſuæ diuinitatis virtutem,manet idem quod erat & ante vnionem.Valde nouus eſt certè K
hic coitionis modus,vnitus enim eſt,& manet omnifariam impermixtibilis, incorruptibilis,
non ſimul patiens,ſed ſolùm cooperans,neque vnà interit,aut coalteratur,verùm illa coniun-
gens nequaquam minoratur ab eis, quum purus ſit,& omnis alterationis expers.Teſtis eſt Por-
phyrius,qui aduerſus Chriſtianum dogma linguam ſuam mouit.Fortia nempè ſunt inimico-
rum pro nobis teſtimonia,& nullam contradictionem ſuſcipientia.Is ergo in ſecundo Miſcel-
lanearum quæſtionum in hæc verba ſcribit.Non eſt abnuendũ quin accipere poſſimus quan-
dã rẽ,vt nõ ſimul in intellectione eius alia,vel alia eſſentia,cõprehẽdatur:quæ quidẽ res in ſua
propria natura,poſt completã huius vel illius rationẽ maneat,cum qua ſanè non fiat,ſed ſuam
naturalem ſeruet vnitatem:& (quod maius eſt)ipſa immutabili manente,ſua præſentia mutet

A ca quibus se coniunxit, pro sua operatione. Dicit autem hoc de vnione verbi Dei cum anima & corpore. Auctor. Prosequitur etiam Tertullianus vnionem animæ cum corpore, ex qua Verbi cum humana natura coitionem concludit, ita scilicet, vt & diuina & humana natura inconfusæ credantur. Tertull. lib. de carne Christi. Fides nominum, salus est proprietatũ. Etiam cùm demutantur qualitates, accipiunt vocabulorum possessiones. Verbi gratia. Argilla excocta testæ vocabulum accipit: nec communicat vocabulo pristini generis, quia nec cum ipso genere. Proinde & anima Christi caro facta, non potest non id esse quod facta est, & id non esse quod fuerit, aliud scilicet facta. Auctor. Ita tamen aliud esse intelliguntur, si proprietatem animæ & carnis spectes: non autem aliud esse dicuntur, si totum compositum, seu speciem attendas, quæ anima & corpore constituitur. Et hoc sanè modo, alia est humana, & alia diuina natura in Christo, si idiomata seu proprietates vtriusque conferantur. Attamen vbi vnio illa vtriusque in diuino supposito facta est, iam non aliud esse dicuntur: vnum enim efficiunt Christum

Tertull. *Argilla excocta.*

B Deum & hominem. Greg. Nanzanz. in Carmine Virginitatis.

Greg. Nanzanz.

Res mira infirmis animis, terræque volutis
Non factura fidem: Deus & mortalis in orbem
Venit, naturam duplicem complexus in vnum.
Altera mortales hominum fugiebat ocellos,
Altera perspicuo feriebat lumina sensu.
Illa Deus sublimis erat dominator olympi,
Hæc nostræ causa tandem producta salutis,
Tunc cùm mortali Deus est in corpore iunctus
Vnus vtrinque Deus. Deitate namque superna
C *Iunctus homo, Deitásque homini simul addita Christus.*

Hieronym. serm. de Assumptio. ad Paulam & Eustoch. Et hæc est mira & admirabilis nouitas, immò omnium nouitatum supereminẽs nouitas vnitatis. Cõstat enim vnum, eundémque Christum, vtrasque formas operatum, humanitatis scilicet, ac diuinitatis, ac per hoc duas exercuisse operationes. Operata est enim vtraque forma vel natura, cum alterius cõmunione quod proprium habuit: Verbo siquidem operante quod Verbi est, & carne exequente quæ carnis erant: communicante siquidem Verbo in eadem operatione, dũm & idem Deus atque homo in vna substantia vel persona, sine diuisione aut commixtione creditur, & prædicata vna identitas prędicatur. Verumtamen Deus Verbum est, & non caro, quanquam carnem rationabiliter animatam assumpserit, háncque sibi vnione naturali, & secundum substantiam coüniuit. Similiter & caro est animata, & non Verbum, licet Verbi Dei caro conspecta sit ac visa. Ruffi-

Hieronym.

D nus in Symbolo. Nouus huic seculo datus est hic partus, nec immeritò. Qui enim in cœlis vnicus filius est, consequenter & in terra vnicus est, & vnicè nascitur. Leo Epist. 11. ad Iulianum Epis. Coensem. Quod Deitatis est, caro non minuit: quod carnis est, Deitas non peremit. Idem enim & sempiternus ex patre, & temporalis ex matre, in sua virtute inuiolabilis, in nostra infirmitate passibilis, in Deitate Trinitatis cum Deo patre & cum Spiritu sancto vnius eiusdémque naturæ. In susceptione autem hominis non vnius substantiæ, sed vnius eiusdémque personæ, vt idem esset diues in paupertate, omnipotens in abiectione, impassibilis in supplicio, in morte immortalis. Nec enim Verbum aut in carnem, aut in animam aliqua sui parte conuersum est, cùm simplex & incommutabilis natura Deitatis tota sit semper in sua essentia, nec damnum sui recipiens, nec augmentum, & sic assumptam naturam beatificans, vt glorificata in glorificante permaneat. Cur autem inconueniens aut impossibile videatur, vt videlicet Ver-

Ruffinus.

Leo Papa.

Verbũ nullo modo mutatum est.

E bum & caro & anima vnus Iesus, & vnus Dei hominisque sit filius: si caro & anima, quæ dissimilium naturarum sunt, vnam faciunt, etiam sine Verbi incarnatione personam: cùm multò facilius sit, vt hanc vnitatem sui, atque hominis Deitatis præstet potestas, quàm vt eam in substantiis suis obtineat solius humanitatis infirmitas? Nec Verbum igitur in carnem, nec in Verbum caro mutata est, sed vtrumque in vno manet, & vnus in vtroque est, non diuersitate diuisus, non commixtione confusus, nec alter ex patre, alter ex matre: sed idem aliter ex patre ante omne principium, aliter de matre in fine seculorum, vt esset mediatrix Dei & hominum homo Christus Iesus, in quo inhabitaret plenitudo diuinitatis corporaliter: quia assumpti, non assumentis prouectio est. Iustinian. Imperator, in Edicto de fidei confess. ad Ioannem 2. Papam, tempore 2. Concilij Toletani. Si quis dicens vnam naturam Dei Verbi incarnatam, non sic hoc intelligit, quòd ex diuina natura & humana vnus Christus effectus est, consubstantialis Patri secundum Deitatem, & consubstantialis nobis idem ipse

Iustinian. Imp. Anathema hęreticorũ

secundum humanitatem: sed quòd Deitatis & carnis Christi vna natura atque substantia F
Clem. Alexandr. effecta est, secundum Apollinarij & Eutychetis perfidiam, anathema sit. Clemens Alex. lib. 1.
Paidag. cap. 3. Verbum enim ipsum apertè caro factum est, eandem simul virtutem actiuam &
Gregor. Nyssen. Ambros. contemplatiuam ostendens. Greg. Nyss. ad Simplicium, de fide, & Ambros. lib. 3. de fide, cap. 4.
Aduersus autem eos, qui dicunt illud ex prouerbio, Dominus creauit me, & per hoc putant se
aliquod firmum adferre argumentum, ad probandum quòd creatus sit omnium conditor &
creator, hæc conuenit dicere, quòd multa propter nos factus sit vnigenitus Deus. Etenim quũ
Verbum sit, caro factus est: atque his etiam amplius, & peccatum, & maledictio, & lapis, & se-
curis, & panis, & ouis, & via, & ostium, & petra, & eiusmodi multa factus est, cùm naturâ nihil
horum sit, sed propter nos per dispẽsationem & administrationem talis euaserit. Quemadmo-
dum igitur quum verbum sit, propter nos caro factus est, & Deus quum sit, homo factus est: ita
creator quum sit, propter nos creatura factus est, quippè quum caro res creata sit. Hilarius lib. G
Hilarius. 9. de Trinit. Deo itaque proprium fuit esse aliud quàm manebat, nec tamen non esse quod
manserat. Nasci in hominẽ Deum, nec tamen Deum esse desinere: contrahere se vsque ad cõ-
ceptum & cunas, & infantiam, nec tamen Dei potestate decedere, hoc non sibi, sed nobis est
August. sacramentum. Augustin. tom. 3. lib. Enchir. ad Laurent. cap. 34. Quis enim hoc solùm con-
gruentibus verbis explicet, quòd Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, vt crederemus in Dei Patris vnicum filium natum de Spiritu sancto, & Maria virgine? Ita quippè Ver-
bum caro factum est, à diuinitate carne susceptа, non in carnem diuinitate mutata. Carnem
Caro quid hîc significet. porrò hîc hominem debemus accipere, à parte totum significante locutione, sicut dictum est,
(Rom. 3.) Quoniam ex operibus legis non iustificabitur omnis caro, id est homo. Idem tom.
Idem. 4. lib. 83. Quæst. q. 80. Volens itaque Euangelista commendare pro nobis dilectionem humi- H
litatis Dei, qui sese humiliauerit, & quousque humiliauerit exprimens, Verbum carnémque
nominauit: prætermittens animæ naturam, quæ Verbo inferior est, carne verò præstantior.
Magis enim commendat humilitatem, quia dictum est, *Verbum caro factum est*: sicut caro hu-
mana, cùm fit cinis, non est caro & cinis, sed ex carne cinis. Et secundum loquendi modum
consuetudinémque celebriorem, quicquid fit quod non erat, desinit esse quod erat. Nec ta-
men ita hæc verba intelligimus, sed quòd manens Verbum id quod est, serui formam acce-
perit. Ambrosius lib. de incar. Dom. sacram. cap. 3. & 4. Nam quia Verbum Dei vnigenitum
Ambros. secundum naturam suam nemo videre poterat, suscepit quod erat præter naturam diuinita-
tis, vt secundum naturam corporis videretur. Denique Spiritus sanctus in specie columbæ vi-
sus est, quia videri diuinitas in suæ claritatis veritate non poterat. Noli igitur & tu secundum
naturam interpretari, quod præter diuinitatis naturam est. Nam etsi credas à Christo carnem
Cõclusio ex Patribus. esse susceptam, diuide quod meum, diuide quod suum Verbi est. Auctor. Hanc fidem vnani- I
mes vno ore omnes Ecclesiæ Patres confirmant, in illam suam spem reponunt, & ad eam an-
tiquorum Prophetarum vaticinia reuocant, qui Christum non modò verum hominem, sed
& verum Deum repromiserint. Hoc ipsa etiam Iudæorum Commentaria, hoc Sibyllarum,
dixerim etiam dæmonum oracula confitentur. Petrus Galatinus per tertum totium librum,
Petrus Galatinus. quem scripsit de arcanis nostræ fidei in Talmud inuentis, id confirmat variis argumentis. Cap.
Filius Dei, incarnatus probatur scripturis. 5. ex eo Messyam Deum esse astruit, quia & idem Verbum Dei nuncupatur, quod Deus mis-
surus erat, vt sanaret vniuersum genus humanum, vt legitur Psal. 106. De quo etiam Psal. 109.
Dixit Dominus domino meo, sede à dextris meis, vt habet Thargum Ionathan. Cap. 17. pro-
bat Messyam rorem esse dictum, Osee 14. ad significandum filij Dei in vterum Virginis de-
scensum. Cui etiam id Psaltis quadrat, Descendet sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stil-
lantia super terram. Cap. 18. idem conuincit ex nomine Emmanuel, quod soli Messyæ con-
gruit, & idem sonat, quod Nobiscum Deus. Nam Verbum caro factum est, & habitauit in no- K
Lactant. bis. Lactant. lib. 4. de vera sap. cap. 13. Summus igitur Deus ac parens omnium, cùm religionem
Idem probatur Gentilũ libris. transferre voluisset, doctorem misit è cœlo, vt nouis cultoribus nouam legem in eo, vel per
eum daret: non sicut antè fecerat per hominem, sed tamen nasci eum voluit tanquam homi-
nem, vt per omnia summo patri similis existeret. Ipse enim Pater Deus & origo & principium
Christus sine patre, et sine matre. rerum, quoniam parentibus caret, ἀπάτωρ (sine patre) atque ἀμήτωρ (sine matre) à Trismegisto
verissimè nominatur, quòd ex nullo sit procreatus. Idcircò etiam filium bis nasci oportuit, vt
ipse etiam fieret ἀπάτωρ atque ἀμήτωρ. In prima enim natiuitate spirituali ἀμήτωρ fuit, quia si-
ne officio matris à solo Deo patre progeneratus est. In secunda verò carnali ἀπάτωρ fuit, quo-
niam sine patris officio, virginali vtero procreatus est, vt mediam inter Deum & hominem
substantiam gerens, nostrã hanc fragilem imbecillámque naturã, quasi manu ad immortalitatẽ

posset

A posſet educere. Factus eſt & Dei filius per ſpiritum, & hominis per carnem, id eſt Deus & homo. Interim & Deum fuiſſe, & hominem ex vtroque genere permixtum, Prophetis vaticinantibus diſcimus. Eſaias Deum fuiſſe teſtatur his verbis: Fatigata eſt Ægyptus & natio Æthiopũ & Saba, viri alti ad te tranſgredientur, & tui erunt ſerui, & poſt te ambulabunt vincti compedibus, & adorabunt te, & te precabuntur, quoniam in te Deus eſt, & non eſt alius Deus præter te. Tu enim Deus es, & neſciebamus, Deus Iſraël ſaluator. Confundentur & reuerebũtur omnes qui aduerſantur tibi, & cadent in confuſionem. Item & Propheta Hieremias ſic ait: Hic Deus noſter eſt, & non deputabitur alius abſque illo, qui inuenit omnem viam prudentiæ, & dedit eam Iacob puero ſuo, & Iſraël dilecto ſibi. Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt. Item Dauid in Pſal. 44. Thronus tuus Deus in ſecula ſeculorũ, virga æquitatis virga regni tui. Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis. Quo verbo etiam nomen oſtendit. Si quidẽ ab vnctione appellatus eſt Chriſtus.

B Deinde hominem fuiſſe eundem Hieremias docet, dicens: Et homo eſt, & quis cognouit eũ? Et Eſaias: Et mittet eis Deus hominem, & ſaluabit eos, iudicans ſanabit eos. Propterea Mileſius Apollo conſultus, vtrúmne Deus an homo fuerit, hoc modo reſpondit: *Apollo Mileſius.*

θνητὸς εἶω καὶ σάρκα, σοφὸς τεραπώδεσιν ἔργοις. id eſt,
Mortalis erat ſecundum carnem, ſapiens portentoſis operibus.

Sibylla Erythr. lib. 1. Oracul. *Sibylla Erythr.*

Δὴ τότε καὶ μεγάλοιο θεοῦ παῖς ἀνθρώποισιν
ἥξει σαρκόφορος θνητοῖς ὁμοιούμενος ἐν γῇ. id eſt,
Tunc ad mortales veniet mortalibus ipſis
In terris ſimilis, natus patris omnipotentis
Corpore veſtitus.

C Sibylla Europ. *Virginis æternum veniet de corpore Verbum.* *Sibylla Europ.*

Sibylla Tiburt. *Verax ipſe Deus dedit hæc mihi munia fandi,*
Carmine quòd ſanctam potui monſtrare puellam,
Concipiet quæ Nazaræis in finibus, illum
Quem ſub carne Deum Bethleemitica rura videbunt. *Sibylla Tiburt.*

Sibylla Agripp. *Summus erit ſub carne ſatus chariſsimus atque,*
Virginis & veræ complebit viſcera, ſanctum
Verbum, conſilio, ſine noxa ſpiritus almi. *Sibylla Agripp.*

Auctor. Cæterùm varias rationes aſſignant primi Patres, quibus Verbum Dei incarnatũ fuiſſe meditantur. Gregor. Nyſſ. ſerm. catech. cap. 11. Nam quòd Deus nobis in carne apparuerit, ſi D quis demonſtrationes inquirit, is eius opera conſpiciat. Quòd Deus ſit, nullo alio quàm operum eius teſtimonio comprobatur. Vt ergo rerum vniuerſitatem intuentes, earundem moderationem & ordinem, vitæque noſtræ commoda diuinitùs data conſiderantes, vim quandam mundi effectricem, conſeruatricémque cognoſcimus: ſic in Deo nobis per carnem patefacto, admiranda illius opera ſimilia iis, quæ ſcripta ſunt, quibuſdam quaſi nobis diuinitatis eius teſtimonium afferunt. Dei namque eſſe cognoſcimus hominibus vitam tribuere: Dei, ea quæ ſunt prouidentiâ ſuâ tueri: Dei, cibum & potum iis, quæ ex carne vitam degũt, elargiri: Dei, de pauperibus & egenis benè mereri: Dei, naturam quæ ex infirmitate ſua de recta via deflexerat, ad ſanitatem reducere, & in priſtinum ſtatum reuocare: Dei, cunctis æquè rebus creatis imperare, terræ, mari, aëri, & iis, quæ ſupra aërem ſita ſunt: Dei, perpetuam in omnia poteſtatẽ habere, atque imprimis eſſe morte & corruptione ſuperiorẽ. Horum ſi quid in hiſtoria deſideraretur, E qua vita Chriſti deſcribitur, ij qui à religione alieni ſunt, myſterium fidei noſtræ meritò repudiarent. Irenæus lib. 5. in hæreſ. Porrò Verbum Dei ſemetipſum homini, & hominem ſibimetipſi aſſimilans, fecit vt per eam, quæ eſt ad filium, ſimilitudinem, precioſus homo fiat patri. In prę teritis enim temporibus dicebatur quidem ſecundũ imaginem Dei factum eſſe hominem, non autem oſtẽdebatur. Adhuc enim inuiſibile erat Verbum, cuius ſecundum imaginẽ homo fuerat, propter hoc autem & ſimilitudinem facilè amiſit. Quando autẽ caro Verbum Dei factũ eſt, vtraque confirmauit: & imaginẽ verã oſtẽdit, ipſe hoc fiens quod erat imago eius, & ſimilitudinem firmans reſtituit, conſimilem faciens hominem inuiſibili patri, per viſibile Verbum. Idem lib. 3. in hæreſ. cap. 20. Et quia non erat poſſibile, eum hominem, qui ſemel victus fuerat & eliſus, per obedientiam replaſmare, & obtinere brauium victoriæ: iterum autem impoſſibile erat, vt ſalutem perciperet, qui ſub peccato ceciderat: vtraque operatus eſt filius, Verbum Dei exiſtens, à Patre deſcendens, diſpenſationem conſummãs ſalutis noſtræ. Idem lib. 3. cap. 22.

Cur Verbũ Dei ſit incarnatum. Gregor. Nyſſen.

Irenæus. *Homo per Verbum homine Deo placet.*

Idem. *Homo per Verbum homine reparatur.* Idem.

Ipſe Dominus erat,qui ſaluabat,quia per ſemetipſos non habebant homines ſaluari. Et propter F
hoc Paulus infirmitatem hominis annuncians ait: Scio enim quoniam non habitat in carne
mea bonum,ſignificans quoniam non à nobis,ſed à Deo eſt bonum ſalutis noſtræ. Et iterum:
Miſer ego homo,quis me liberabit de corpore mortis huius?Deinde infert liberatorem. Gra-
Gregorius Nauzanz. tia Ieſu Chriſti Domini noſtri.Greg.Nanz.in carm.virginitatis.

Hac porrò ratione noua eſt commixtio facta
Quòd prior à nobis fœdè calcata fuiſſet.

Cyrill. Hieroſol. Cyrill.Hieroſol.Catech.12.Neque enim hominẽ dicere abſque Deitate vtile eſt, neque Dei-
tatẽ confiteri abſque humanitate ſalutare.Confiteamur regis & medici præſentiam.Rex enim
Medici præſentia. Ieſus homines curaturus,linteo humanitatis præcinctus curauit morbum.Perfectus infantium
magiſter,paruulus factus eſt paruulis, vt erudiret imprudentes. Cœleſtis panis venit ſuper ter- G
ram,vt alat eſurientes.Et poſt pauca.Maximum erat vulnus humanitatis. A pedibus vſque ad
caput non erat in homine ſanitas,neque fomentum apponebatur,neque oleum,neque vincu-
lum.Deinde deplorantes,& dolentes Prophetæ dicebant: Quis dabit ex Syon ſalutare Iſraël?
Et rurſus:Fiat manus tua ſuper virum dexteræ tuæ,& ſuper filium hominis, quem confirmaſti
tibi,& non deficiamus à te.Et alius Propheta orat,dicens:Domine,inclina cœlos tuos, & de-
ſcende:ſubueni noſtræ medicinæ,& humanitatis vulneribus. Exaudiuit hanc Prophetarũ ora-
tionem Dominus,non deſpexit humanum genus perditum,miſit de cœlis Dominum,& me-
Fulgẽtius. dicum filium ſuum.Fulgent.ſerm.de dupl.natiuitate Chriſti. Quinetiam vt panem Angelorũ
manducaret homo,creator Angelorum factus eſt homo, vtroſque paſcens, & integer perma-
Verbũ incarnatũ eſt vt pane Angelorũ nutriremur. nens.Et qui eſt Angelorum eſca,factus eſt nobis medicina. Veruntamen hîc, dilectiſſimi fra-
tres,attendite magnitudinem gratiæ. Ille ex ſeipſo ſanctos Angelos paſcit, ſed tamen Angeli-
cam naturam non accepit. Accepit animam noſtram ſine iniquitate, & cum mortalitate, per H
quam noſtris animabus iuſtitiam redderet:carnem verò dignatus eſt habere mortalem, vt ſe-
cundum ipſam moriens mortem vinceret,ſecundum ipſam etiam reſurgeret,per quam noſtra
corpora ſuſcitaret.Magnum myſterium,dilectiſſimi fratres, magnum diuinæ dilectionis indi-
cium.Homo Deum contemnens à Deo diſceſſit:Deus hominem diligens, ad homines venit.
Dilexit impium,vt faceret iuſtum:dilexit infirmum,vt faceret ſanum:dilexit peruerſum,vt fa-
Auguſt. ceret rectum:dilexit mortuum,vt faceret viuum.Auguſt.lib.13.de Trinit.cap.17. Sunt & alia
Quæ cogitanda in Chriſti incarnatione. multa,quæ in Chriſti incarnatione,quæ ſuperbis diſplicet,ſalubriter intuenda,atque cogitanda
ſunt. Quorum eſt vnum,quòd demonſtratum eſt homini, quem locum haberet in rebus quas
condidit Deus:quandoquidem ſic Deo coniungi potuit humana natura, vt ex duabus ſubſtã-
1. tiis fieret vna perſona,ac per hoc iam ex tribus,ſcilicet Deo,anima,& carne:vt ſuperbi illi ma- I
ligni ſpiritus,qui ſe ad decipiendum,quaſi ad adiuuandum medios interponũt,non ideò ſe au-
deant homini præponere,quia non habent carnem: & maximè quia & mori in eadem carne
dignatus eſt filius Dei,ne ideò illi tanquam Deos ſe coli perſuadeant,quia vidẽtur eſſe immor-
2. tales.Deinde vt gratia D ei in nobis ſine vllis præcedentibus meritis in homine Chriſto com-
mendaretur,quia nec ipſe tanta vnitate Deo vero coniunctus,vna cum illo perſona, id eſt ipſe
homo aſſumptus,mox vt homo etiam Deus Dei filius viueret,vllis eſt præcedentibus meritis
aſſecutus.Sed ex quo homo eſſe cœpit,ex illo eſt & Deus.Vnde dictum eſt,*Verbum caro factũ*
Superbia hominis & inobedientia retunditur per incarnationem. *eſt*.Etiam illud eſt,vt ſuperbia hominis, quæ maximè impedimento eſt, ne inhæreatur Deo,
per tantam humilitatem redargui poſſet atque ſanari: diſcátque homo quàm longè receſſerit
à Deo,& quid illi valeat ad medicinalem dolorem, quando per talem mediatorem redit, qui
hominibus & Deus diuinitate ſubuenit,& homo infirmitate conuenit. Quod autem maius
obedientiæ nobis præberetur exemplum,qui per inobedientiam perieramus,quàm Deo Patri K
Deus filius obediens vſque ad mortem crucis?Quod præmiũ tantæ obedientiæ oſtenderetur
melius,quàm in carne tanti mediatoris,quæ ad vitam reſurrexit æternam?Pertinebat etiam ad
iuſtitiam,bonitatémque creatoris,vt per eandem rationalem creaturam ſuperaretur diabolus,
quam ſe ſuperaſſe gaudebat,&de ipſo genere venientem,quod genus origine vitiata,per vnum
Irenæus. tenebat vniuerſum.Irenæ.lib.3. in hæreſ.cap. 20. Oportebat enim eum qui inciperet occidere
peccatum,& mortis reũ redimere hominem,idipſum fieri,quod erat ille,id eſt hominẽ: qui à
peccato quidem in ſeruitium tractus fuerat,à morte verò tenebatur, vt peccatũ ab homine in-
terficeretur,&homo exiret à morte.Quemadmodũ enim per inobedientiã vnius hominis,qui
primus de terra rudis plaſmatus eſt,peccatores facti ſunt multi,& amiſerũt vitã:Ita oportuit &
per obedientiã vnius hominis,qui primus de Virgine natus eſt,iuſtificare multos, & percipere
ſalutem.Si igitur Verbũ Dei homo factus eſt,quemadmodum & Moyſes ait, Deus vera opera

eius.

A eius. Si autem non factus caro parebat quasi caro, non erat verum opus eius. Quod autem parebat, hoc & erat, Deus hominis antiquam plasmationem in se recapitulãs, vt occideret quidẽ peccatum, euacuaret autem mortem, & viuificaret hominem, & propter hoc vera opera eius. Richardus de S. Victore, lib. 1. de incarnat. Verbi, cap. 9. Probat oportuisse filium Dei incarnari, non Patrẽ, aut Spiritum sanctũ. Nam quia, vt diximus, ad reparandũ primum hominẽ opus erat satisfactione: vt autem satisfactio fieret, oportuit esse qui exigeret, & qui eã exolueret. Et cap. 10. Vt igitur modus satisfactionis respõderet modo præuaricationis, ratio exigebat, vt ruinæ nostræ reparator per exinanitionem descenderet de similitudine Dei ad similitudinẽ lapsi. Filius autẽ est imago & figura patris. Ipsum itaque oportuit descendere & assumere similitudinẽ hominis, vt vnus atque idem haberet similitudinẽ Dei ex generatione diuina, & similitudinem hominis ex generatione humana. Scimus autem quia humanæ propagationis modus iuxta naturã non

B habet, vt procedat homo ex homine sine generante: sed habet hoc Spiritus sancti proprietas, vt ipse procedat Deus de Deo sine generatione. Sicut ergo Spiritus sanctus non potuit iuxta mutuam similitudinum congruentiam, de summis ad ima descẽdere: sic nec congruum fuit, eum causam hominis ad delẽdam affectatæ similitudinis culpam assumere. Auctor. Ita necessarium fuit, ad nostram reparationem, Verbum illud æternum incarnari, vt & nos in spiritualem regenerationem renouari possemus. Greg. Nanz. orat. 3. Theologiæ. Quod erat, permansit, quod nõ erat, assumpsit. In principio citra causam erat: quæ enim Dei causa afferri queat? At postea quo-

Richard. de S. Vict. *Quòd filius non autem Pater incarnari debet.*

Greg. Nanzanz.

que certa de causa natus est, nimirùm vt tu homo contumeliose, salutẽ consequereris. Nonnus Panopolites in Expos. Ioan. ita complectitur diuinæ & humanæ naturæ connexionẽ, ista Euãgelistæ verba explicans, *Et Verbum caro factum est.* Ait enim:

Nonnus.

C Καὶ λόγος αὐτοτέλεστος ἐσαρκώθη θεὸς ἀνὴρ
Ὀψίγονος, πρωτογένεθλος, ἐν ἀῤῥήτῳ τινὶ δεσμῷ
Ζευγώσας ζαθέῳ βροτοείδεϊ σύζυγα μορφὴν. id est,
Et Verbum per se consummatum est, Deus homo,
Tardigenitum, primogenitum, in indicibili quodam vinculo,
Connectans diuinam humanæ naturæ coniugem formam.

Et habitauit in nobis. Auctor. Nonnulli sic istud interpretantur, ac si diceret Christum verum Deum habitasse in nostra natura, quia complacuit in eo omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare corporaliter: quidam verò, quòd per gratiam suam magis in nobis spiritualiter habitauerit, & vberiora per aduẽtum suum in carnẽ dona cumulauerit. vt huc referatur id quod in Apocalypsi legimus, Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Chry-

Quomodo Verbum in nobis habitauit.

Chrysost.

D sost. hom. 10. in Ioan. Habitare nõ idẽ est quod habitatio, sed alterũ in altero habitat, aliter non esset habitatio. siquidem nihil in seipso habitat. Alterum dixi secundum substantiam: vnitate tamen & coniunctione vnum est, Deus Verbum & caro, non confusione & interitu substantiarum, sed arcana quadam & inexplicabili vnitate. Sed quamnam habitationem habitauit? Audi Prophetam (Amos 9.) Suscitabo tabernaculum Dauid quod cecidit. Cecidit profectò natura nostra, eo casu quòd restitui nullo pacto à quoquã, nisi ab illa potẽtissima manu posset: neque enim aliter exurgere poterat, nisi qui in principio eam effinxerat, manum porrexisset, & cœlestis aquæ & spiritus regenerationem informasset. Euthymius in Ioan. Ergo habitauit in

Euthymi. Theoph.

nostra carne, in ea quæ nobis propinqua est, in ea quæ à nobis assumpta est. Theophilact. Nam quia suprà dixerat, Verbum caro factum est: vt ne quis suspicetur, quòd vna natura factus sit Christus, ideò subdit, *Et habitauit in nobis*, vt ostendat duas naturas, nostram scilicet ac Verbi. Nam sicut alterius naturæ est tabernaculum, & alterius is qui habitat in eo: ita & Verbum in

Habitauit in carne.

E nobis habitare dicitur, hoc est in nostra natura, & alterius est naturæ quàm sit nostra. Confundantur Armenij qui vnam colunt naturam. Leo ser. 10. in Natiu. Dom. Habitauit vtique in

Leo.

nobis, quos sibi Verbi diuinitas coaptauit, cuius caro de vtero Virginis sumpta nos sumus. Quæ si de nostro, id est verè humana non esset, Verbum caro factum non habitasset in nobis. In nobis autem habitauit, qui naturam nostri corporis suam fecit, ædificante sibi sapientia domum, non de quacunque materia, sed de substantia propriè nostra, cuius assumptio est manifestata, cùm dictum est, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Theodoretus dial. 1. qui dicitur Immutabilis. Græcè ἐσκήνωσεν, Tentoria fixit in nobis, hoc est, fixis in nobis tabernaculis, & veluti quodam templo, carne à nobis accepta vsus, dicitur factum fuisse caro. Audi Flauianum Antiochenum Episcopum. Cùm ipse, inquit, templum suum ædificasset, & generatione & passione in eo habitauit. Flauian. serm. de S. Ioan. Bapt. Tuus enim creator & opifex corporeum suum templũ, quod ex te nascitur, fabricatur. Cyrill. Alex. lib. de incarn. Vnigeniti, cap. 6.

Theodor. *Metaphora sumpta à tabernaculis.*

Flauianus. Cyrillus Alex.

Plurimi quidem ante Christi aduentum sancti fuerunt, sed nemo eorum Emmanuel nominatus est. Quam ob causam? Nondum enim venerat tempus, quo deberet esse nobiscum, id est, in nostram venire naturam per carnē is, qui est omni superior creatura. Illis enim tantùm erat adiutor, nobiscum autem fuit, quòd factus est similis nostri, cùm suam non amisisset naturam. F

Idem. *sumus in Christo, & Christus in nobis.*

Est enim inconuertibilis vt Deus. Itē lib. 1. in Ioan. cap. 16. In nobis verò habitasse, confirmat sublime quoddam mysterium. Sumus enim omnes in Christo, & communis nostræ naturæ persona in Christo reuixit. Propterea & Adam nominatur, quòd per naturæ nostræ communitatem, gloria & immortalitate ita omnes locupletat, sicut cōtrà morte & vituperatione omnes Adam primus multauit. Ita in nobis habitauit Dei templum in templo vno, quod propter nos & de nobis sibi condidit, vt omnes in seipso habens, in vno corpore Patri, vt Paulus ait (Ephes. 1.) reconciliaret. Dionys. Carthus. art. 5. in Ioan. In cæteris sanctis habitat Verbum per fidem & gratiam: in Christo homine habitauit per hypostaticam vnionem, & beatificam visionem, atque inseparabilem copulam. Vel sic interpretari potest, Habitauit in nobis, id est, inter nos commorari ac conuersari dignatus est, prout dictum fuit per Baruch: (cap. 3.) Post hæc in terris visus est, & cū hominibus cōuersatus est. Hinc quoque per Zachariā prædixit: (cap. 12.) Gaude & lætare filia Syon, quia ecce ego venio, & habitabo in medio tui. Auctor. Thomas de vio Caietanus, præter duas illas interpretationes, quibus modò Christus verus Deus in nostra natura, modò etiam inter nos habitasse dicitur, tertiam adijcit, quam ex vi dictionum ἐν ἡμῖν, *in nobis* elicit. Caietanus Comm. in Ioann. Dicendum enim fuisset, habitauit inter nos, vel nobiscum, si localis habitatio significaretur. De habitatione itaque in cordibus nostris est sermo. Hoc autem dixit, ne ex eo quod Verbum caro factum est, existimes impeditū esse ab habitādo spiritualiter in animis nostris: quia caro habitare non posset in spiritu, id est anima nostra. *Et vidimus gloriā eius.* Theoph. Spectauimus, inquit, gloriā eius, cùm videlicet esset in carne. Etenim cū facie Mosi ex colloquio Dei factā clariorē Israëlitæ videre nequiuerint, multo magis Apostoli nudæ deitatis vnigeniti capaces non fuissent, nisi per carnē apparuisset. Spectauimus autē gloriā, non talē qualē habebat Moses, vel cum qua gloria Cherubin atque Seraphin Prophetæ apparuerunt: sed talem gloriam, qualem decuit esse *vnigeniti à patre*, quæ illi naturaliter inest. Cyrillus Alex. lib. 1. in Ioan. cap. 17. Quamuis ergo Verbum caro factum sit, non tamen infirmitate carnis superatū est, nec de prisca potestate atque omnipotentia decidit. Vidimus enim, inquit, gloriam Christi adeò superiorem creaturarum gloria, vt mentis quisque compos, nulli alij quàm vnigenito Dei filio conuenire illam fateretur. Chrys. hom. 11. in Ioan. Idcircò verò habitauit in nobis, vt ad ipsum accedere, cum ipso loqui & conuersari audenter liceret. Quid autem significat *gloriā quasi vnigeniti à patre*? Quoniam multi etiam Prophetarum glorificati sunt, vt idem ipse Moses, vt Elyas, vt Elysæus, ille ab igneo curru tractus, hic autem simpliciter receptus. Et post hos Daniel, & tres pueri, & alij complures, quicunque miracula fecerunt, hominibus apparuerunt, & suæ naturæ clarissimam lucem ostenderunt. Ab his autem omnibus hoc in loco nos Euangelista abducit, & à creatura, & conseruorum nostrorum claritate mentibus nostris amotis, in ipso nos bonorum culmine constituit. Euthym. in Ioan. Hæc Verbi gloria per carnem, tanquam per velum illuxit. Quæ autem erat illa? Certè antea nunquam visa variaque miracula: perlucida ac supernaturalis transformatio, & tempore passionis solis præter naturam obscuratio, formidabilis veli scissio, horribilis terræmotus, petrarū scissiones, monumentorum apertiones, mortuorum suscitationes. Quódque omnium caput est, mirabilior quàm dici aut cogitari possit Domini resurrectio, & post hanc quæcunque gloriosa Apostoli deinceps conspexerunt. *Vidimus hanc gloriam tanquam vnigeniti à patre.* Nam dictio ὡς, tanquam, idem significat quod verè. Chrys. hom. 11. in Ioan. Nec enim hęc particula ὡς hoc in loco similitudinis est, aut parabolæ, sed confirmationis, & definitionis certissimæ. Vt qui regem, precioſissimóque cultu ornatum, precioſisque vndique fulgentem lapidibus conspicati, alijs speciem illam atque maiestatem enarrare volunt, purpureum florem, gemmarum magnitudinem, albas mulas, auratos currus enarrant. Cùm verò & his & alijs collectis cultū illum verbis comprehendisse sibi non videantur, continuò addunt: Quid multis opus est? vno verbo dicam. Quasi rex. cùm ex hoc verbo *quasi*, non regi similem, sed ipsum regem velint significare: ita hoc in loco Euangelista *quasi*, inquit, ad gloriæ maiestatem, & incomparabilem excellentiam significandam. Rupertus lib. 1. Commentar. in Ioannem. Gloriam, inquit, eius vidimus, & ab eo signo videre cœpimus, quo aquam in vinum conuertit ad nuptias inuitatus. Hoc enim initium signorum fecit coram discipulis suis, & manifestauit gloriam suam. Deinde vidimus cæcos oculos illum illuminantem, lepram tactu suo fugantem, febres depellentem,

Dionys. Carthus. G

Verbum inter nos conuersatum.

Caietanus.

Theoph. H

Cyrill. Alex.

Chrysost.

Quæ fuerit gloria vnigeniti. I

Euthymi⁹.

Chrysost.

Quasi *non simpliciter similitudinem importat.*

Rupertus.

Luc. 17. Matth. 8. Ioan. 11. K

A lentem,patres mortuos ſuſcitantem,linguam conſtrictam & ſurdas aures reſerantem, ſuper vndas ambulantem, ventos ſedantem, fluxum ſanguinis conſtringentem,& multa millia de paucis panibus ſaturantem. Vidimus & tranſmutatæ faciei eius reuelandam ipſis Angelorum choris gloriam. Vidimus ad extremum,quod maximum & glorioſiſſimũ eſt,à mortuis reſurgentem. Vidimus in manibus & pedibus eius fixuram clauorum. Vidimus,inquam,& inſpeximus,palpauimus,& manus noſtræ contrectauerunt latus eius lancea confixum, manducauimus cum illo & bibimus,& in cœlum glorioſè aſcendentem,& promiſſum ab illo Spiritum ſanctum paracletum accepimus. Hanc gloriam eius vidimus,tantam quanta nullus omnium Dei filiorum glorificari dignus eſt habitus. Nam cæteri filij Dei omnes adoptati ſunt,hic genitus,immò *vnigenitus* eſt:cæteri ſunt omnes filij per gratiam,hic vnus & ſolus per naturam. Iure ergo hic ſpecioſus forma præ filiis hominum,differentem præ omnibus habet, quam vidimus,gloriam. Dionyſ. Carthuſ. art. 5. in Ioan. c. 1. Porrò gloria in ſcripturis diuerſis modis accipitur: Interdum pro maieſtate,interdum pro clara cum laude notitia,interdum pro beatitudine ſeu lætitia,interdum pro quacũque excellentia,ſeu opere magno. Apoſtoli ergo viderũt oculo corporali gloriam Verbi incarnati,id eſt magnificentiam miraculorum ipſius,& claritatem quam habuit in transfiguratione & poſt reſurrectionem. At verò maieſtatem diuinitatis in carne latentis,& beatitudinem animæ Chriſti Deo ſemper fruentis,viderunt Apoſtoli oculo intellectuali,ſeu viſu interiori per fidem,præſertim poſt reſurrectionem,& Spiritus ſancti miſſionem, excellentiam quoque eius in prædicando & operando. Viderunt, quomodo erat docens ſicut poteſtatem habens,& nouam ac propriam legem tradens, dæmones imperiali verbo eijciens,atque ad nutum propria virtute miracula faciens,cordium arcana aperiens, cũcta futura prænoſcens,poſt reſurrectionem clauſis ianuis intrans,Spiritum ſanctum inſufflans, in conſpectu diſcipulorum aſcendens. Et quoniam iſta fuerunt ſupra hominem,& vltra omnẽ poteſtatem creatam,ſoliq́ue Deo poſſibilia,ideò ſubijcit,*Gloriam quaſi vnigeniti à patre*,id eſt talem,qualem decet videri & eſſe in vnico naturaliq́ue filio patris æterni. Propter hanc viſionem Chriſtus dixit diſcipulis,Beati oculi qui vident,quæ vos videtis. (Luc. 10.) Hinc per Eſaiam fuerat prophetatum:(cap. 12.) Simul laudabunt,quia oculo ad oculum viderunt. Et iterum dixit Eſaias: Erunt oculi tui videntes præceptorem tuum,& aures tuæ audient vocem poſt tergum monentis. Et Pſaltes: Viderunt ingreſſus tuos Deus,ingreſſus Dei mei,regis mei qui eſt in ſancto. (Pſal. 67.) Poſtremò omnia etiã humana & infima,quæ in Chriſto fuerunt, gloria & honore ornãtur: immò ſupernaturalibus magnificentiùs decorantur,diuiniſque plena fuerunt præconijs. Nam conceptus & natus eſt ex muliere:ſed mulier iſta ante partum,in partu,& poſt partum virgo permãſit,omniq́ue macula caruit,tota pulchra,ineffabilitérque ſanctiſſima. Denique hanc conceptionem & natiuitatem prædixerunt Prophetæ ac Patriarchæ,& nunciarũt Angeli. Turpiſſima quoque & acerbiſſima morte occiſus eſt,ſed tempore paſſionis ſola voce omnes aduerſarios ſuos deiecit in terram,& cùm in cruce penderet,ſupernaturaliter obſcuratus eſt ſol, mota eſt terra,& cum reſurgente multi ſancti dudum mortui ſurrexerunt. Auctor. Porrò non modò Patres retulerũt particulam ſimilitudinis ὡς, tanquam,vel quaſi,ad dictionẽ vnigeniti,ſed & nonnulli referunt ad gloriam, vt ſenſus ſit. Eraſmus Annotat. in Ioan. Spectauimus gloriam eius,gloriam inquam,non quamlibet,ſed gloriam à Patre exhibitam, quæ declararet eum eſſe vnicum filium. Sentit enim,opinor,de baptiſmo Ieſu & transfiguratione, cùm audita eſt vox Patris:Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacitum eſt, ipſum audite. *Plenum gratiæ & veritatis.* Plenum hîc πλήρης non accuſandi caſus eſt,ſed nominãdi, & refertur ad ὁ λόγος,quod & ipſum Græcis eſt generis maſculini,vt ſit ſenſus: Verbum illud caro factum eſt plenum gratiæ & veritatis. Auctor. Theophilactus legiſſe videtur πλήρη, id eſt plenam, in fœminino genere, & accuſandi caſu,cùm adiectiuum hoc referat ad gloriam. Theophil. Reuera fuit gloria filij plena gratia & veritate. Gratia quidem plena,ſecũdum quod ſermo eius gratioſus erat. vt ſic dicam iuxta Dauid: Diffuſa eſt gratia in labijs tuis. (Pſ. 44.) Et Euangeliſta, Admirabãtur omnes ſuper ſermonibus gratiæ,qui procedebant ex ore eius. Veritate autem plena erat, cùm ipſamet veritas eſſet,aliiſque ſuppeditaret eam. Chryſoſt. hom. 11. in Ioann. Nec duo tantùm aut tres,non decem,non centum: ſed totæ ciuitates & Gentes facillimè Chriſti fidem acceperunt. Quid ego præceptorum ſapientiam,cœleſtium legum virtutem, Angelicæ vitæ ordinem enarrem? Talem enim nobis vitam propoſuit, tales apud nos leges condidit,& tales mores inſtituit,vt qui his vtentur, Angelorum mox naturam induant,& quantum homini licebat,Deo ſimiles reddantur, etſi omnium hominũ maliciam exceſſerint. His igitur omnibus ab Euangeliſta collectis in corporibus videlicet,& in animis,in elementis,

Matth. 12. Ioan. 6. Matth. 9. Luc. 9. Ioan. 20. 1. Ioan. 1. Dionyſ. Carthuſ. *Gloria quot modis ſumitur.* Matth. 17. Act. 1. Mar. 1. Luc. 11. Luc. 24. Ioan. 20. Gal. 4. Cant. 4. *Tãquã ſeu quaſi refertur ad gloriam.* Eraſmus. Theoph. Chryſoſt.

Christi miraculis,præceptis arcanis illis,& cœlo altioribus donis,legibus,moribus, persuasionibus, futurorum promissionibus,tormentis etiam,& cruciatibus,in admirandam hanc & cœlestis doctrinæ plenam vocem prorupit: Vidimus gloriam eius,gloriã quasi vnigeniti à patre, plenum gratiæ & veritatis. Auctor. Hæc ita complectitur Nonnus Panopolitanus Expositione sua in Ioannem. F

Nonnus.

Εἴδομεν ἀνθρωμέοισιν ἐν ὄμμασιν, οἷά τε τιμὴν
Υἱὸς μουνογόνοιο παρ' ὑψίστοιο τοκῆος·
Καὶ χάριτος πέπλητο, καὶ ἀτρεκίης γενετῆρος. id est,
Vidimus humanis in oculis, sicut honorem
Filij vnigeniti ab altissimo parente:
Et gratia repletus est, & veritate patris.

Videre aut corporaliter aut specialiter sumitur Thom. Aq.

Visionem igitur ad corporalem aspectum refert: vt sensibilibus argumentis Ioannem,& cæteros Apostolos in Christi Dei cognitionem venisse colligamus: sed & ipsum veritate Patris, id est, ipsa Patri coæquali maiestate plenũ intelligamus. Thom. Aqu. lec. 8. in. 1. cap. Ioan. Possunt autem hæc verba de Christo tripliciter exponi. Primò in ratione vnionis. Nam ille tanto gratia plenus esse dicitur, quanto magis Deo vnitur. Et omnes quidem Deo coniunguntur per participationem similitudinis naturalis: sic enim Dominus de homine dixit Genes. 1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Alij per fidem. Eph. 6. Habitare Christum per fidem in cordibus nostris. Alij per charitatem. 1. Ioan. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet. Sed neque per naturalis similitudinis participationem perfectè quis Deo coniungitur: G

Tripliciter Christus videtur gratia plenus.

1. neque per fidem, quia nondum illo fruitur: neque per charitatem, quia cùm sit infinitè bonũ, infinito quoque modo diligi potest: ad quem humana natura pertingere non potest, & per consequens, nec quidem Deo perfectè coniungi. At verò in Christo inuenitur plena & perfecta coniunctio ad Deum, qualis nec in vlla potest esse creatura: cùm in vno & eodem suppositio humana natura diuinæ cõiungatur: Vnde fit, vt ratione suppositi, vtriusque naturæ idiomatum seu proprietatum fiat communicatio. 2. Possunt & hæc Euangelistæ verba intelligi de Christi animæ perfectione, Ioan. 3. Non enim datus est ei spiritus ad mensuram. Nam secundũ Augustinum, sicut in singulis membris corporis est vnus sensus communis, scilicet sensus tactus: in capite verò sunt sensus omnes: Ita in Christo, qui est caput omnis rationalis creaturæ, & specialiter sanctorum, qui ei vniuntur per fidem & charitatem, superabundanter omnes virtutes,& gratiæ,& dona inueniuntur. 3. Potest & hæc gratiæ & veritatis plenitudo de Christo intelligi, inquantum & ipse veritas est, in quam conspirabant lex & Prophetæ. Nam cùm ipse omnia implere debuerit, gratiam quoque quæ legi deerat, Euangelio communicauit: sicut & tandem dicitur, quòd lex per Moysen data est, gratia autem & veritas per Iesum Christum facta est. Dionys. Carthus. art. 5. in Ioan. c. 1. Nam quoniam Christus caput est totius Ecclesiæ militantis & triumphantis, ideò membris suis spiritualem & viuificum sensum communicare debuit, & per consequens ita abundare, vt de plenitudine eius nos omnes acciperemus. Beda in Ioan. post Aug. Idem, inquit, veritate plenus erat, & est, ipsa videlicet Verbi diuinitate, quæ hominem illum singulariter electum, cum quo persona Christi esset, assumere dignatus est: nõ aliquid diuinæ substantiæ, vt hæretici volunt, in hominis naturam commutans, sed ipsa apud Patrem manens, totum quod erat, totam de semine Dauid naturam veri hominis, quam non habebat, suscipiens. H I

Dionys. Carth.

Beda.

De Zacharia sacerdote, Gabriele Angelo, mirabili conceptione Præcursoris, hæsitatione Zachariæ, & pœna illi eapropter inflicta. K

Matth. Marc. Ioan.

LVC. I.

Fuit in diebus Herodis regis Iudææ sacerdos quidam nomine Zacharias, de vice Abia, & vxor illius de filiabus Aaron, & nomen eius Elizabeth. Erant autem iusti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis, & iustificationibus Domini sine querela: & non erat illis filius, eò quòd esset Elizabeth sterilis, & ambo processissent in diebus suis. Factum est autem, cùm sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis suæ ante Deum, secundum consuetudinem sacerdotij, sorte exiit vt incẽsum poneret, ingressus in templum Domini: & omnis multitudo populi erat orans foris hora incensi. Apparuit autem illi Angelus Domini, stans à dextris altaris incensi. Et Zacharias turbatus est, videns: & timor irruit super eum.

Ait

A Ait autem ad illum Angelus: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua: & vxor tua Elizabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Ioannem: & erit gaudium tibi, & exultatio: & multi in natiuitate eius gaudebunt. Erit enim magnus coram Domino: Et vinum & siceram non bibet: & Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ: & multos filiorum Israël conuertet ad Dominũ Deum ipsorum, & ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Eliæ: vt conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum, parare Domino plebem perfectam. Et dixit Zacharias ad Angelũ: Vnde hoc sciam? ego enim sum senex, & vxor mea processit in diebus suis. Et respõdens Angelus, dixit ei: Ego sum Gabriel, qui asto ante Deum: & missus sum loqui ad te, & hæc tibi euangelizare. Et ecce, eris tacens, & non poteris loqui vsque in diem quo hæc fiant: pro eo quòd non credidisti verbis meis, quæ implebuntur in tempore suo. Et erat plebs expectans Zachariam: & mirabantur quòd tardaret ipse in templo. Egressus autem non poterat loqui ad illos: & cognouerunt, quòd visionem vidisset in templo. Et ipse erat innuens illis: & permansit mutus. Et factum est, vt impleti sunt dies officij eius, abiit in domum suam. Post hos autem dies concepit Elizabeth vxor eius: & occultabat se mensibus quinque, dicens: Quia sic fecit mihi Dominus in diebus, quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines.

B

Introductio.

QVICVNQVE aliquid aggrediuntur, primùm omnium mediorum & ipsius finis rationem habent. Quo medio gerenda bella, hostes conciliandi, morbi curandi, vita comparanda, periculum vitandum. Nihil enim sine medio exequimur. Et quidem Philosophi medium appellant, id quo efficiunt veram aut falsam propositionem. Itaque sicut prius est vt punctum statuas, quàm ducas circumferentiam: ita quoque à mediis ad cognitionem rerum, & institutionem agendorum deueniendum est. Atqui Ioannes ille Baptista inter vetus & nouum Testamentum interiectus est, inquit Gregorius Nanzanzenus, Orat. in sancta lumina. Inde fit, ait Tertullianus lib. 4. contra Marcion. vt & nos quasi limitem quendam agnoscamus Ioannem constitutum inter vetera & noua, ad quem desineret Iudaismus, & à quo inciperet Christianismus. Hic medius fuit inter legem & Christũ, vt ipsum nobis non viua modò voce, sed & digito demonstraret. Itaque sicut ignotum per notius confirmatur, & extrema per media declarantur: ita Ioannes notissimus fieri debuit, vt per eum ad cognitionem abstrusi illius Verbi deueniremus. Ex eo effectum est, vt Deus non tantùm illum post mortem, aut in morte, aut etiam vita, sed & in ipsa eius natiuitate & cõceptione illustrem reddiderit. Hoc ex Euangelica historia notum est: quæ cùm eius conceptionem explicat, Gabrielem illius paranymphum, diffidentem verò patrem mutum redditum fuisse recensẽt. Quo verò tempore ista contigerint, ex Luca colligimus. Semestri quidem ante solennem illam Gabrielis ad virginem legationem, & Christi conceptionem: si autem Iudaicæ reipublicæ statum consideres, *in diebus Herodis regis Iudææ*. Porrò Lucas mentionem facit regni Herodis, inquit Theophilactus in Lucam, vt narrando Prophetarum formam seruet. Illi enim sic incipiunt. (Esa. 1.) In diebus Ioacham & Ezechiæ regum Iuda, aut alterius cuiuspiã facta sunt hæc. Tum quia de Christo dicturus est, ideò meminit Herodis, vt ostendat quòd sub Herode verè venerit Christus, eo nimirùm tempore, quo iuxta Patriarchæ Iacob Prophetiam è regia domo sceptrum Iuda defecerat, (Genes. 49.) & ad alienigenam transierat. Sed & ex temporis circũstantia certius reddit Euangelium. Nam, vt adiicit Euthymius, Comment. in Luc. cap. 1. quia ea narraturus erat, quæ apud Iudæos contigerunt, meritò quoque tempus Herodis regis oculis omnium præfigit, ex quo Messyam aduenisse coniiciant. Et ne quis audito Herodis nomine hæsitet, cùm tres cognomines fuisse legerit, illum *regem Iudææ* nuncupat. Fuit enim hic Herodes Antipatri filius, cui, vt scribit Nicephorus, lib. 1. hist. Eccles. cap. 6. primùm Antonius regnum authoritate sua confirmarat: tandem verò Antonio & Cleopatra ad Actium deuictis, Augustus diadema imposuit, regémque totius Iudææ promulgans, cùm plures ei alias adiecit regiones, tum Arabiæ etiam procurationem commisit. Hæc ex Iosephi historia, lib. 15. Antiq. Iud. cap. 9. colliguntur. Herodem igitur intelligit, ait Euthymius, eum qui infantes occidit, patrem illius Herodis, qui præcursorem interemit. Sed neque Herodes eius filius, aut quiuis alius rex Iudææ dictus est. Nam cùm primus iste Herodes quatuor filios reliquisset, Archelaus quidem Iudææ princeps constitutus est, Philippus Ituræam & Trachonitidem recepit, Lysanias Abylenem, Herodes verò Galilæam consecutus est, ait Nicephorus, lib. 1. hist. Eccles. cap. 15. quod & nos in Euangelio legimus. Neque verò nomen *Iudææ*, cui Herodes iste præ-

C

Medio vtẽdum ad omnia.

Gregorius Nanzanz.

Tertull.

Ioannes notissimus esse debuit.

Summa.

D

Narratio.

Theoph.

Cùm regis Herodis meminit.

Euthym.

E

Nicephor.

Quis hic Herodes.

Ioseph. Euthym.

Vnus Herodes rex fuit Iudææ.

Nicephor.

fuisse narratur, restringas ad illam Palestinæ portionẽ, quæ tribui Iuda obtigerat, sed ad omnẽ F
illam regionem Hebraici populi: Aliter enim Archelaus regnasse legitur in Iudæa, aliter iste
Herodes. Archelaus enim partem paterni imperij sortitus erat. Huius Herodis regis diebus,
fuit sacerdos quidam nomine Zacharias, de vice Abia. Ita Ioannis personã à parentum nobilitate,
& virtutibus illustriorem reddit. Quid enim sacerdotio nobilius esse potest, cùm nec illi rega-
Chrysost. lem authoritatem Chrysostomus, lib. 3. de sacerdotio, cõferre audeat? Sint qui regio stemmate,
iste sacerdotali sanguine gloriabitur, & eo maximè, quòd & pater gradum illum sua probi-
Non nobilitas sanguinis, sed mẽtis apud Deum. tate cohonestarit. Nec enim apud Deum solius gradus, sed & pietatis est ratio: alioquin ipsos
& principes, & reges, & sacerdotes duriùs increpat, & teste Salomone, (Sap. 6.) Iudicium du-
Idem. rissimum fiet his qui præsunt. Quantam integritatem à sacerdote exigemus? ait Chrysosto.
lib. 6. de Sacerdotio. Quantam religionem? Considera enim quales manus esse oporteat ad-
ministrantes: qualem linguam, quæ verba illa effundat: qua denique re non puriorem & san- G
ctiorem animam esse conueniat, quæ tantum illum, támque dignum spiritum receperit. Talis
erat anima Zachariæ, vt merito sacerdotij illius à Luca mentio facta sit. Sancti estote, quoniã
ego sanctus sum, ait Dominus. Et, Sancti estote qui fertis vasa Domini. Illius sanctitatem &
Petr. Chry sologus. pietatẽ ex historia audiemus. Interim verò, vt obseruat Petrus Chrysologus, ser. 86. dum dici-
Consolatio datur per mentionem Zachariæ. tur sub quo rege quis sacerdos sit, temperãtur mala, adest semper in mœrore solatium, nec cõ-
solator deest, cui imminet persecutor. Vsque ad Herodem Iudaicæ Genti sacerdotalis sanctitas, senum grauitas, patrum pietas præsidebat. Ius erat lex diuina: ambitio nihil ibi, nil temeritas,
præsumptio nil valebat, quia gerebatur totum diuino ordine, non humano. Sed Herodes ve-
niens ex Gente aliena inuasit regnum, violauit sacerdotium, cõfudit ordinem, mutauit mores,
spreuit senes, infecit iuuenes, tribus miscuit, deleuit stemmata, corrupit genus, tulit quicquid
erat diuinæ & humanæ funditùs disciplinæ. Sed hoc quid ad Zachariam sanctum? Ne quid H
ergo tale & in ipso Zacharia crederetur admissum, hoc Euangelista ad nostram consolationẽ,
& diuinam prouidentiam retulit. *Fuit*, inquit, *in diebus Herodis regis sacerdos quidam nomine Zacharias.* quia vsque ad ipsum ab auis, atauis, patribus transfusum genus mansit sacerdotij, tẽ-
Sacerdotis meritum superat regis Tyrannidem. pus legis, sacrificij omnis seruata est disciplina: eò quòd impietatem regis, iniquitatem tempo-
ris, ambitionis rabiem, temeritatis furorem, sacerdotis & meritum superauit, & vita. Et quidẽ,
vt olim Iudæorum respublica, ita & nostra tamdiu integra futura est, quamdiu sacerdotalis di-
gnitas suo in honore permanserit, & superfuerint, qui cum reuerentia & morum probitate sa-
cerdotio perfungantur. Hinc magnum conquerendi nobis suppetit argumẽtum, quòd passim
sacerdotium contemnatur, & ab his qui illud indignè appetunt, & his qui ex indignitate sacer-
dotum, in ipsius sacerdotij contemptum feruntur. Atqui translato sacerdotio necesse est vt le- I
Sacerdotiũ continet regnum. gis translatio fiat: (Heb. 7.) & cum illa simul rempublicam transferri oportet. Eapropter inter-
Euseb. Cæsar. prete Eusebio Cæsariensi, lib. 10. Demonstrat. Euang. cap. 4. Zacharias Propheta (cap. 11.) Sa-
cerdotem, Prophetam, & Regem, vt præcipuos reipublicę magistratus agnoscit, quibus integris
salua quoque illa permãsura sit. Alioquin ait Propheta, Succidi mihi tres pastores simul in mẽ-
se vno, & contracta est anima mea in eis: siquidem & anima eorum variauit in me. Et dixi: Nõ
Exciso sacerdotio excinditur regnum. pascam vos. Quod moritur, moriatur, & quod succiditur, succidatur, & reliqui deuorent vnus-
Chrysost. quisque carnẽ proximi sui. Excisis enim sacerdotibus, quis offeret dona & sacrificia pro pec-
catis, & quis populo præficietur in his quæ sunt ad Deum? (Heb. 5.) Hæc est illa postrema va-
statio, quam ex Daniele colligit Chrysostomus, hom. in Matth. talem ab Antichristo suscitan-
dam esse, vt deficiat hostia & sacrificium, & non sit, inquit, qui aut Ecclesiam intret, aut obla-
Trãslatio regni translato sacerdotio. tionem offerat Deo. Cæterùm vt transfertur regnum de Gente in Gentem propter iniustitias,
ita & sacerdotium ad alium populum transmigrasse didicimus, quòd tanta iam dignitas in cõ-
temptum venisset. Ideò Dominus sacerdotes legales per Malachiam (cap. 1.) reijcit. Et non est, K
inquit, mihi voluntas in vobis. Ideò Christus, Transferetur, inquit, à vobis regnum, & dabitur
Quã timẽdum regno, cùm sacerdotes indignè se gerũt Bernardus. Genti facienti fructus eius. Nam si ipsos sacerdotes spectes, quàm indignè procedunt ad altare?
Num & hîc panem pollutum offerunt, ait Hieronymus, cùm & impuritate sua Christi san-
ctissimum corpus polluũt, id est, ita ad diuinum illud epulum, vt ad prophanos cibos accedũt,
non diiudicantes corpus Domini? Quòd si ad Ecclesiæ prælatos animum efferas, Vbi, inquit
Bernardus, serm. 77. in Cantica, qui orando flectat iram? qui prædicet annum acceptabilem
Domino? Atque vtinam tam vigiles reperirẽtur ad curam, quàm alacres currunt ad cathedrã.
Non sinerent de se dici, Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt, & stete-
runt. (Psal. 37.) Iusta omninò querimonia, nec ad vllam iustiùs, quàm ad nostram referenda
ætatem. Parum est nostris vigilibus, quòd non seruant nos, nisi & perdãt. Alto quippè demersi

obliuionis

A obliuionis somno, ad nullum diuinæ comminationis tonitruum expergiscuntur. Inde est, vt non parcant suis, qui non parcunt sibi, perimentes pariter & pereuntes. Et hinc quidem contemnitur sacerdotalis dignitas à populo. Hinc filij Syon inclyti, & amicti auro primo, computati sunt in vasa testea, opus manuũ figuli: (Thre. 4.) cùm interim multis argumẽtis & scripturæ testimoniis & exemplis, sacerdotum veneratio cõprobetur. Num. 16. 1. Reg. 8. Eccle. 7. Act. 23. Exod. 26. Matth. 8. Ioan. 18. vt colligit Cypria. li. 3. Epist. 9. ad Rogat. Atq; vtinã nobis tot cladib⁹ ventilatis succurrat alter Zacharias sacerdos, quẽ & Angelica visio, & diuina legatio dignetur. Cyprian.

Nominis Zachariæ etymon.

Nomẽ ipsum eius, quod & magnũ portẽdebat, quasi Dei memorẽ ipsum repromittẽs, nomine deducto à *Zachar*, q̃ est meminisse, & *Iah*, quod Dei nomẽ est, Iudæis celebratissimũ. Porrò q̃ legitur fuisse *sacerdos de vice Abia*, adnotat Theophil. in Lucam, quosdam sic intellexisse, quòd Theoph.

Quid vicis nomine intelligatur.

B fuerint duo sacerdotes, successione ministeriũ perficiẽtes, quorũ vn⁹ Abia, alter autẽ Zacharias: quodq; expleta vice ipsius Abiæ, post illi⁹ ministeriũ ministrauerit & Zacharias. Videtur autẽ non sic esse, inquit. Salomon enim cùm perfecisset templũ, cõstituit & vices, hoc est hebdomadas: & in vna cõstituit filios Chore, in alia filios Asaph, & alia Abia, in alia quempiã alium. Græca enim dictio ἐφημερία, successionem quandam & temporis distributionem designat. 1. Paral. 24. recensentur 24. ἐφημερίαι, seu sortes sacerdotum, quarũ octaua euenit Abia. Nam cùm Dauid sacerdotum multitudinem quotidiano templi ministerio maiorẽ esse cerneret, hanc in viginti quatuor sortes distribuit. Horũ autẽ erat suo ordine per hebdomadã ministerium exequi, & eapropter sabbato die illud aggredi, vt legimus 4. Reg. 11. & 2. Paral. 23. & apud Iosephum, li. 7. Antiquit. Iudaic. Itaque cùm Zacharias ex Abia descẽderit, vicem illius suæ familiæ obibat.

Ephemeriæ sacerdotũ.

Iosephus.

Et vxor eius de filiabus Aaron. Ita vterque ex Aaron genus ducebat. Sic enim, ait Theophilactus, ostendere voluit Ioannem legitimè ex sacerdotali genere descendisse. Nec enim licebat Theoph.

C ex alia tribu vxorem ducere. Sed & id Zachariæ laudi ducitur, quòd non, vt illi qui promiscuè ex aliis tribubus vxores sumebant, contra Dei legem fecerit. Hanc autem vtriusque parentis nobilitatem Lucas consultò præfatur. Nam cùm non nisi honesto & grauissimo testi in rebus seriis fides adhibeatur, quid non possit Ioannis authoritas, qui ex tribu Leui & Aaronis familia descenderit, quæ ad functionem sacerdotij, & diuinorum mãdatorum promulgationem delegata fuerat? Quam cæteræ tribus suspicere, cui etiã in omnibus obaudire, & parere tenebãtur? Adde quòd, vt scribit Beda, redemptor noster in carne apparens, sicut rex nobis fieri dignatus est, regnum cœleste tribuendo, ita etiam Pontifex factus est, Deo semetipsum offerendo hostiam in odorem suauitatis. Eph. 5. Eapropter sacerdos in æternum nuncupatur secundũ ordinẽ Melchisedech, Ps. 109. Gen. 14. Heb. 7. Quis verò meliùs translationem illam legis & legalis sacerdotij doceat, quàm sacerdotis filius? Ita enim, teste Tertulliano, cõtra Marcionem lib. 4. vnũ

Vxores eiusdem tribus quarum & viri.

Beda.

D vtriusque Testamenti Deum esse, & vtrumque conciliari docemur, cùm intelligimus ipsum, qui ad legale sacerdotium pertinebat, Christo attestari. *Erant autem iusti ambo ante Deum.* Maximum quidem erat in Israële fungi sacerdotio, & maius sanè in Christiano populo: sed tamen insignis est commendatio, si quis cum dignitate iustitiã coniunxerit. Alioquin, vt scribit Poëta, Tertull.

Nanum cuiusdam Atlanta vocamus,
Aethiopem cygnum.

Erant, inquit, *iusti ambo ante Deum.* Potuerat simpliciter scribere, *Erant iusti ambo*, ambulantes in omnibus mandatis. Nunc autem, ait Origenes, ho. 2. in Lucam, additur in conspectu Dei. Potest quippè fieri, vt sit aliquis iustus in conspectu hominum, sed non in conspectu Dei. Verbi gratia, Quando non habet homo quod de me malè loquatur, & in me vniuersa considerans, nihil cui detrahat reperit, iustus sum in conspectu hominum. Finge omnes de me æqualem habere sententiam, & quærere quid detrahant mihi, & tamen inuenire non posse, sed consono me ore laudare: Iustus sum in conspectu hominum plurimorum: verùm hominum non est certum iudicium. Nesciunt enim vtrum in abscondito cordis mei aliquando peccauerim, vtrum viderim mulierem ad concupiscendum eam, & adulterium mihi in corde sit natum. Ignorant homines, cùm me viderint secundum vires meas eleemosynam facere, vtrum propter mandatum Dei fecerim, an hominum laudem, fauorémque quæsierim. Difficilis res est in conspectu Dei iustum esse, vt non ob aliam causam quid boni facias, nisi propter ipsum bonum, & Deum tantùm quæras boni operis retributorem. Verùm fortè quis obiiciet, Quomodo Zacharias & Elizabeth iusti esse dicantur, cùm apud Psaltem legamus: (Psal. 142.) Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens: & apud Ioannem, (1. Ioan. 1.) Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est? Sed & quis tam arroganter insanit, vt non sibi pro suis qualibuscunque peccatis Dominica oratione opus esse arbitretur? Resoluit autem Augustinus,

Origen.

Iustum esse coram Deo maximũ.

E

Quomodo quis iustus esse possit.

Augustin.

tom.7. lib.2. contr. Pelag. de pecc.meritis & remiſſ.cap.13. ſcripturam euidenter teſtari eminenti iuſtitia fuiſſe Zachariam præditum, ad offerenda veteris Teſtamenti ſacrificia. Nam cùm ſacerdotes opus haberent offerre primùm pro ſuis, demum pro populi peccatis, ex eorum verò numero fuerit Zacharias, conſequitur Zachariam huic legi & neceſſitati obſtrictum fuiſſe. Solus enim Chriſtus repromittebatur iuſtus, & à peccatoribus ſegregatus, (Heb.7.) Itaque Zachariæ non fuit abſoluta, & ſumma quædam iuſtitia, ſed eminens. Vt cùm quis perfectus eſſe legitur, (Matth.5. Philipp.3.1.Cor.3. & 2.) non ita intelligendum eſt, vt non poſſit adhuc proficere: ſed quia ex maxima parte profecit, ait Auguſtin. (cap. 13.) Sicut in doctrina legis dici poteſt quiſquam perfectus, etiamſi eum aliquid adhuc latet: ſicut perfectos dicebat Apoſtolus, quibus tamen ait, (Philip.3.) Et ſi quid aliter ſapitis, Deus quoque vobis reuelabit. Amplificat autem vtriuſque iuſtitiam, cùm adiicit, *incedentes in omnibus mandatis & iuſtificationibus Domini, ſine querela.* Priùs mandatum, demum iuſtificatio, inquit Ambroſius, libro in Lucam. Cùm enim mandatis cœleſtibus obedimus, in mandatis Domini incedimus. Cùm iudicamus, & congruè iudicamus, tenere Domini iuſtificationes videmur. Plena igitur laudatio, quæ genus, mores, officium, factum, iudicium comprehendit: genus in maioribus, mores in æquitate, officium in ſacerdotio, factum in mandato, in iuſtificatione iudicium. Aut, vt ſcribit Theophilactus, mandata ſunt, vt ne occidas, ne adulterium committas: Iuſtificationes autem, vt qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur. Thomas de vio, mandata ad moralia, iuſtificationes ad ceremonialia transfert. Sunt qui præcepta, ſeu quod Græci ἐντολὰς, Hebræi *Pecudim* vocant, leges eſſe dicant pertinentes ad æquitatem naturæ: Iuſtificationes autem, ſeu δικαιώματα, aut Hebræis *Huquim*, leges ſcriptas eſſe aſſerant: quòd vterque & naturæ bonitatem, & legis ſcriptæ ſequeretur æquitatem. Quid eſt autem quod adiicitur, *ſine querela?* Fierine poteſt, vt aliquis in omnibus Domini mandatis incedat cum querela? Verùm niſi hoc eſſet, ait Origenes, homil.2. in Lucam, nunquam in alio loco noſceremus ſcriptum, Iuſtè id quod iuſtum eſt ſequere. (Deut.16.) Niſi enim eſſet iuſtum aliquid quod non iuſtè ſequeremur, nequaquam id nobis præciperetur. Quando enim facimus mandatum Dei, & in conſcientia noſtra vanæ gloriæ ſordes reſpergimus, vt placeamus hominibus, aut alia quæcunque non placet Deo, boni operis cauſa præcedit, quamuis faciamus præceptum Dei, tamen illud abſque querela non facimus, & iniuſtè id quod iuſtum eſt ſequimur. Græca dictio eſt ἄμεμπτοι, quæ irreprehenſibiles ſonat. Quod mirè congruit cum Prophetico dicto, inquit Ambroſius, libro primo in Luc.cap.primo, quo ſanctus Salomon vſus eſt, dicens (Prou.20. Rom.12.) Prouide bona ſemper coram Deo & coram hominibus. Quid autem ad hoc referunt, addit ille, qui peccatis ſuis ſolatia præferentes, ſine peccatis frequentibus hominem putant eſſe non poſſe, & vtuntur verſiculo, qui in Iob (cap.15.) ſcriptus eſt, Nemo mundus à ſorde, nec ſi vnius diei vita ſit in terra: numeroſi menſes eius ab ipſo? Et nos quidem id retorquere poſſemus in noſtri temporis hæreticos, qui ſibi ita blandiuntur, vt impoſſibilem mandatorum obſeruationem etiam poſita Dei gratia geſtiant, & iuſtitiam homini imputari, verè tamen hominem ad aliquem iuſtitiæ gradum prouehi poſſe negant. Docet autem Ambroſius, non ideò aliquem ſine peccato dici poſſe, quaſi nunquam peccauerit, ſed quòd per gratiam reparatus, iam immaculatus eſſe cenſeatur: ſicut & Chriſtus legitur reddidiſſe Eccleſiam ſine ruga & macula, (Epheſ.5.) vt quæ per eius gratiam reſtituta ſit. Ita Chriſtus nos ſua, non noſtra iuſtitia, iuſtos facit, vt ſcribit Auguſtinus, libro de gratia Chriſti, contr. Pelag.capit. 47. & 48. vt vera ſit noſtra iuſtitia quæ nobis ab illo eſt. Et ita quiſque conſideret, quemadmodum Ambroſius in laudibus Zachariæ & Elizabeth dicat, hominem in hac vita poſſe ſine peccato eſſe. Hoc vtique abſoluta Dei poteſtate, ſi Deus velit, fieri poteſt: aut intelligendum eſt ſecundum quandam inter homines conuerſationem probabilem atque laudabilem, quam nullus hominum iuſtè poſſet in accuſationis & criminationis querelam vocare. Hanc autem vtriuſque parentis ſanctitatem ideò explicat, non modò ad prolis commendationem, ſed ne illi diuina quadam vindicta priùs ſteriles fuiſſe exiſtimentur. Additur enim, *Et non erat illis filius, eò quod Elizabeth eſſet ſterilis, & ambo proceſſiſſent in diebus ſuis.* Atqui coniugij benedictio erat, Creſcite & multiplicamini, & replete terram. Et, Ecce ſic benedicetur homo qui timet Dominum, inquit Pſaltes. (Pſ.127.) Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. Filij tui ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſæ tuæ. Verùm ſterilitas hæc piis coniugibus diuina quadam prouidentia contigit, vt & proles ei ſuccedens, non tam naturæ ordine, quàm diuina diſpenſatione donata eſſe videretur. Sic enim Abrahamo proles ex vxore Sara data eſt, nõ in ipſo ſuę ętatis flore, ſed cùm iam ille vetulus eſſet, & Saræ muliebria deſiiſſent. Gen.17. vt

Ambroſ. — *Mandata Dei quid.* — Theoph. Thomas de vio. — *Iuſtificationes quid.* — *An quis ſine querela ſit.* Origenes. — Ambroſ. — *Dei mandata non ſunt impoſſibilia.* — Auguſtin. — *Cur ſterilitas accidit Elizabeth.*

tanto

A tanto magis fides eius confirmaretur, qui contra spem in spem credidisset. Sed & noua ista & 2.
desperata parentum fœcunditate, Dominus omnium animos excitabat in admirationem Ioannis, vt nihil ab eo plebeium expectarent, qui cœlesti beneficio natus esset. Hinc nimirùm factum est, vt succurrente in ipso patre silentio, & stupenda nominis impositione, omnes dixerint: Quis putas puer iste erit? Adde quòd illorum exemplum steriles coniuges consolatur, si tamen spiritualem fœcunditatem habeant. Plus enim illa, quàm corporalis fertilitas apud Deum commendatur. Admodum igitur stolidè & imprudenter agunt, qui vxoribus adscribunt sterilitatem vel fœcunditatem, inquit Chrysostomus, homil. 38. in Genes. quasi nescientes quòd à naturæ conditore fiant vniuersa: & quòd neque coitus, neque aliud quicquam ad procreandos liberos sufficere potest, nisi cooperetur manus superna, quæ naturam ad procreãdum excitet. Ideò scilicet exclamat Iob, (cap. 10.) Manus tuæ, Domine, fecerunt me, & plas- Chrysost. *Consolatio sterilium mulierum.*
B mauerunt me totum in circuitu. Memento, quæso, quòd sicut lac mulsisti me. Idem etiã Machabæorum mater filios exhortabatur: (2. Mach. 7.) Nescio, inquit, qualiter in vtero meo apparuistis: neque enim ego spiritum & animam donaui vobis & vitam: & singulorum membra non ego ipsa compegi. Sed enim mundi creator, qui formauit hominis natiuitatem, quique omnium inuenit originem, & spiritum, vobis cum misericordia reddet & vitam. Ad tempus igitur Elizabeth sterilis erat, vt in desperata ætate prolẽ haberet. *Processerant* enim *in diebus suis*, & iam ad prouectam ætatẽ peruenerant. Hebraismus enim est, quo etiam Gen. 18. Abrahæ & Saræ senectus designatur. *Factũ est autem, cùm sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis suæ ante Deum, secundum consuetudinem sacerdotij.* Quærunt nonnulli fuerítne Zacharias summus sacerdos, præsertim cùm adoleret incẽsum, &, vt scribit Ambros. li. 1. in Luc. cæteris per singulos *An Zacharias fuerit summus sacerdos.*
C dies priùs tabernaculum ingredientibus, & ministeria consummantibus, solus summus sacerdos semel in anno in sancta veniret, nec sine sanguine, quem pro suis & populi peccatis offerret. Quinetiam Hieronymus in Epistola sua ad Eustochium, Ioannes Baptista sanctam matrem habuit, inquit, Pontificisque filius erat. Tamen nec matris affectu, nec patris opibus vincebatur, vt in domo parentum cum periculo viueret castitatis. Obsistet tamen huic sententiæ, teste Nicolao Lyrano (Gloss. in Luc.) quòd nec Iosephus, nec vllus alius ex antiquis scriptoribus inter summos Pontifices Iudæorum Zachariam recenseat. Sed neque cum sanguine venisse, nec sancta ingressus esse legitur, sed tantùm secundum consuetudinem sacerdotij incensum posuisse, & ad altare thymiamatis procubuisse: quod & minoribus sacerdotibus licuerit, Hebr. 9. Erat enim altare istud in atrio. Nec obest quod nonnulli dicunt, propter festum expiationis, quod in illa istius conceptionis tempora incidebat, illum cum incenso ingressum esse. Vbi enim meminit Lucas sancti sanctorum? vbi sanguinis? vbi aspersionis, & eo- Ambros. Hierony. Nic. Lyra.
D rum omnium quæ semel in anno à summo Pontifice fiebant? Sed adiiciet etiam aliquis hæc Bedæ, in Luc. quòd per Moysen quidem Dominus vnum constituit summum sacerdotem, cui mortuo alterum per ordinem succedere iussit, & hoc ad Dauid vsque tempora seruatum est, à quo plures fieri decretum est, qui vicissim ministrarent. Huc etiam recurret & hoc, quod frequenter legimus in Euangeliis, congregatos fuisse summos sacerdotes, & Pontifices, & Iesum à summis sacerdotibus esse traditum. Quinetiam Pontificem anni huius Caypham designari, quod etsi non in omni tempore pro ratione principatus, æquarentur tamen in ordine. Nos autem & multos sacerdotes & Pontifices inter Iudæos fuisse cognouimus, ita tamen vt non omnes, sed vnus solus sibi summum Pontificatum vendicaret. Quod à Machabæis adusque Hyrcanum & Aristobulum, id est vsque ad Herodis istius & Zachariæ tempora facilè colligitur. Sed vbi primùm status ille labi cœpit, extincto & suf- Beda.
E focato in aquis Hiericunthinis Aristobulo, vt scribit Iosephus, & regia dignitate Herodi à Romanis collata: tum demum annui cœperunt esse Pontifices. Ex eo fit, vt Zachariam summum fuisse non arbitremur, cùm nec putemus illum precio & amicis apud Romanorum procuratores gradum hunc sibi vendicaturum. Ex eorum igitur sacerdotum erat numero, quibus sors incumberet, & non longè à summo sacerdote deferretur, non tamen summa illa potestas: Qui etsi ex suæ tribus conditione summus esse potuisset, non tamen sibi viis illicitis, auro nimirùm & pretio, ex prophanis & ethnicis hominibus hunc honorem sibi procurandum esse putasset. Cæterùm *consuetudinem vicis* intelligit, non quam lex, sed Dauid ipse decreuisset, quæ in eum vsque diem permansisset, iuxta quam *sorte exiit vt incensum poneret.* Mos enim erat, inquit Lyranus in Lucam, vt sacerdos in priore tabernaculo completo ministerio, id est, oblato sacrificio in altari holocaustorum, quod erat in atrio vbi ministrabant minores sacerdotes: lotis priùs manibus & pedibus accipe- *Quando cœperunt esse annui pontifices.* Ioseph. *Quæ consuetudo vicis.* Lyranus.

ret prunas de altari holocaustorum, & intrans partem primam templi, quæ vocabatur F
Altare illud nō fuit intra sacta. Hierony. August.
sanctum, vel sancta, concremaret in illa super altare incensi thymiama, & tunc sacrificium inchoatum consummaret. Nam illud altare non erat intra sanctum sanctorum, vt & Hieronymus, & omnes Hebræi & Catholici testantur, excepto Augustino, cuius sententia huic loco dissonare videtur, qui legitur Exod. vlt. & 30. Facies quoque altare thymiamatis (hoc est incensi) de lignis Sethim. Et paulò pòst. Adolebit incensum super eo Aaron suaue fragrans manè: quando componet lucernas, incendet illud: & quando collocabit eas ad vesperum, vret thymiama. At verò non nisi semel in anno sanctum sanctorum ingredi licebat. Nec nos mouebit, quòd summus sacerdos in festo expiationis incensum adoleuerit in sancto sanctorum: nec enim hoc incensum ad oblationem erat, id est, vt offerretur in altari thymiamatis, cùm nec legamus istud altare in sanctuario fuisse: sed illud solùm adolebatur, vt nebula inde consurgens operiret oraculum, interim dum tandem idem Pontifex sanguine hirci & vituli vasa & sancta G
aspergeret, vt habetur Leuit. 16. At verò Zacharias venerat vt ad altare incensi thymiama offerret. Denique quod dicitur, ἔλαχε τῷ θυμιᾶσαι, quasi quòd sortibus in vrnam missis illi munus hoc obuenerit, vt incensum offerret: non ita intelligitur *sorte exiisse*, quasi per sortem sacerdotium nactus sit, cùm fuerit ex familia *Abia*: sed quòd tum fortè plures sacerdotes occurrebant vnius vicis, qui in illa hebdomada ministrare possent, sors inter illos missa sit, quis eorum oblaturus esset, illa verò cecidérit in Zachariam. Ex quibus perspicimus illum non fuisse summum sacerdotem. Nam quorsum sorte opus esset illi, qui neminem parem agnoscit, cui sacerdotium ex patribus obuenit? Quid hîc vicissitudo est, vbi perpetuum sacerdotium intelligitur? Nec enim cum iis comparandus est Zacharias, qui gradum illum perpetuum rescideruntvt legimus 2. Mach. 4. de Iasone, Menelao, & Lysimacho, & 14. de Alchimo. Demum
Quid hîc sors.
ita sors illi obuenisse putanda est, vt & aliis obueniens, eos etiam designasset ingressuros. Nec H
verò sorte creabantur summi Pontifices. Porrò sortem istam dirigebat Spiritus sanctus, vt teste Irenæo, lib. 3. in hær. cap. 11. Zacharia sacerdote sacrificante, saginatum vitulum parare intelligamus, qui pro inuentione minoris filij inciperet mactari. Porrò *ingressus* est *in templum Domini*, in eam scilicet templi partem, quæ sanctum dicitur: *Et omnis multitudo populi erat orans foris hora incensi.* Foris, inquit, quia neque in priore tabernaculo, nec in sancto sanctorum, sed
Irenæus.
seorsim sacerdotes & seorsim populus. Dionys. Chrysost.
in atrio populi. Fuit enim hic ordo priscis Israelitis positus, vt seorsim sacerdotes, seorsim populus precaretur. Et hic quidem in primitiua Ecclesia locum habuit, quo nulli intra septa altaris nisi ministris aditus patuit, nec nisi apertis cancellis, vt scribit Dionysius ad Demoph. & Chrysostomus homil. 62. ad populum Antiochen. sancta mysteria videre licuit. Quid enim? Si neque Oza impunè Domini arcam contrectauit, quid non timendum erit temerariis nostro- I
Laici ne ap propinquēt altari. Cl. Rom.
rum temporum laicis hominibus, qui nihil non sibi peruium putant, altare, ceremonias, mysteria, sacramenta? Et quidem melius Clemens Romanus libro secundo Const. Apost. capit. 61. Ecclesiam adinstar nauis composuit: in qua secreta sit Episcopi sedes, ad cuius, inquit, vtrumque latus consideant Presbyteri, & Diaconi assistant succincti & expediti. Hi enim
Quid dum diuina fiūt faciendū. Chrysost.
sunt ad nautarum similitudinem. Porrò laici in altera sedeant, cum omni quiete & ordine, mulieres etiam separatim silentium seruantes. Sed & quòd populus orabat hora incensi, docetur populus non modò Ecclesiæ & sacrosanctis mysteriis adesse, sed & interim dum illa celebrantur, non colloquiis, sed precibus vacare debere. Atqui, inquit Chrysostomus, hom. vigesimaquarta in Acta Apostolorum, alios video stare & nugari dum preces fiunt: neque solùm dum preces fiunt, sed & dum sacerdos benedicit. Nescis quòd cum Angelis stas, cum illis cantas, cum illis hymnos dicis? Et stas ridens. Non mirum esset, si fulmen emitteretur non so-
In prophanationem templorū.
lùm in eos, sed etiam in nos. Digna enim fulmine sunt hæc. Neque enim, vt dicit alibi, (hom. K
36. 1. ad Corinth.) tonstrina, aut vnguentaria taberna est Ecclesia, aut officina forensis, sed locus Angelorum, locus Archangelorum, regia cœli, cœlum ipsum. Ecce Iudæorum pietas indeuotionem nostram confundit. Exurgent illi in iudicio, & condemnabunt generationem istam pessimam, vt qui plus honoris & reuerentiæ suo templo, suisque typicis sacrificiis detulerint, quàm nos tremendis & diuinis hisce mysteriis. *Apparuit autem illi Angelus Domini*
Angeli adsunt sacrosanctis mysteriis. Chrysost.
stans à dextris altaris incensi. Adsunt vtique Angeli precantibus, vt ex Cornelij historia didicimus, Act. 12. Perferunt enim orationes nostras. Adsunt & sacrificātibus, his maximè, qui Christi sacratissimū corpus conficiunt, vt multis in concionibus Chrysostomus testatus est: vt hom. 61. ad pop. Antioch. Cōsidera, inquit, mensam regis appositam, Angelos Missæ ministrātes. Ipse rex adest, & astas oscitans. Idem ho. de myst. Ecclesiæ non cōtemnendis. Tū enim Angeli Dño procumbunt, inquit: & Archangeli nobiscū canunt. Habent enim tēpus adiuuās, & oblationē

sibi

A ſibi auxiliantem: & tunc Dominum pro natura humana precantur. Pro his, inquiunt, rogamus, quos tu prior dilexiſti, vt animam tuam dares, pro quibus ipſe ſanguinem profudiſti, pro quibus corpus hoſtiam obtuliſti. Etſi verò huic interſint ſacrificio, tamen non ſemper apparent. Hoc igitur diſpenſatione quadam ſpeciali factum eſt in Zacharia. Apparuit, inquit, à dextris. Non ſatis fuit dicere Angelum apparuiſſe, ſed adiicit, *à dextris*, ait Chryſologus, hom. 87. vt nihil ſiniſtrum, ſed omnia læta & proſpera, immò & æterna bona nunciaturum ſe doceret. Ita enim Angelus Chriſto reſurgẽti à dextris mulieribus adſtitiſſe legitur. Nam ſicut per ſiniſtram præſentia, ſic per dextram bona prænunciantur æterna, inquit Beda. Iuxta quod in ſapientiæ laudibus canitur: Longitudo dierum in dextera eius, in ſiniſtra illius diuitiæ & gloria. Cæterùm Origenes, hom. 3. in Luc. non modò ad ſpeciem viſibilẽ aſſumptam refert, quòd Angelus apparuerit, ſed & ad animæ Zachariæ mundiciem, quam Deus ſua gloria illuſtrarit: ſine qua nec ipſe Chriſtus verè videri potuerit ab his etiã qui illum corporeis oculis intuebantur. Ideò enim

Chryſologus. *Quid à dextris.* Beda. Origenes. *Quomodo Angelus viſus ſit.*

B ait, Ioan. 14. Philippe, qui videt me, videt & patrem. Et rurſùs, Matth. 5. Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Interim tamen dictio ὤφθη, viſus eſt, non ad imaginariam, ſed veram apparitionem, quæ corporalibus oculis ſubducta ſit, refertur. *Et Zacharias turbatus eſt, videns: & timor irruit ſuper eum*: non quòd aliquem terrorem Angelus ingereret, ſed quòd inſolitò & repẽtè aderat. Hîc autem etiam in ſanctiſſimis viris noſtra infirmitas, Dei autem maieſtas attendenda eſt. Quis enim Patriarcharum & Prophetarum non eſt cõmotus, ſtatim atque Deus ſuæ præſentiæ ſignum aliquod obtulit? Hoc mihi in Manué & eius vxore (Iud. 6. & 13.) hoc in Daniele (cap. 9.) hoc in ipſo etiam Ioanne dilectiſſimo Chriſti diſcipulo conſpice. Ita nouit vi quadam ſecreta natura hominis ſe à diuina virtute immutandam. Et hæc quidem meditatio nos eleuat in Dei timorem, qui poteſt & corpus & animam mittere in gehennam ignis. (Matth. 10.) Ergo non mirum, ſi ſtupet doctor, ſi turbatur ſacerdos, ſi pauefcit antiſtes, ſi

Turbatio ſequitur viſionem Angeli.

C tacet minima, cùm viderit maxima, ſi deſerit verba, cùm ſigna conſpicit, ait Petrus Chryſologus, hom. 86. Et ne ſolus Zacharias timuiſſe videatur, audi alium Prophetam dicẽtem, (Abac. 3.) Domine audiui auditum tuum, & timui, conſideraui opera tua, & expaui. Concuſſionẽ autem & pauorem exaggerat, cùm & turbatum Zachariam, & timorem ſuper eum irruiſſe ſcribit. *Ait autem ad illum Angelus, Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita eſt deprecatio tua.* Tremẽtem Zachariam confortat Angelus, inquit Ambroſius: quia ſicut humanæ fragilitatis eſt, ſpiritualis creaturæ viſione turbari, ita & Angelicæ benignitatis eſt, pauẽtes de aſpectu ſuo mortales, mox blandiẽdo ſolari. At cõtrà dæmonicæ ferocitatis eſt, quos ſui præſentia territos ſenſerit, ampliori ſemper horrore concutere: quæ nullà meliùs ratione, quàm fide ſuperatur intrepida.

Pet. Chryſ. Ambroſ. *Angelorũ eſt cõſolari, non dæmonum.*

D Eadem habet Theophilactus, & Athanaſius in vitam S. Antonij magni. Huc referri poſſunt eà quæ hominibus horrori ſunt apud Pſaltem, à quibus iuſtus eripitur: (Pſal. 90.) à negotio perambulante in tenebris, ab incurſu & dæmonio meridiano. Nã tanquã leo rugiens nos circuit, quærens quem deuoret, (1. Pet. 5.) aut quouis modo abſorbeat, aut diſſoluto quodã gaudio, aut deſperato timore. Ideò rogat Dauid: Non me demergant aquæ, neque abſorbeat me profundũ, neque aperiat ſuper me puteus os ſuum. Verùm quæritur, cur Angelus exauditã Zachariæ deprecationẽ differens, adiiciat, *Et Elizabeth vxor tua pariet tibi filiũ.* An verò ille, qui ſe iam ætate prouectũ cernebat, & tandẽ de promiſſione ſeminis per Angelum facta diffidit, ſperabat adhuc

Theoph. Athanaſ. *Cur inter preces Angelus meminit Ioãnis.*

E ſibi prolem affuturam? An hæc erat eius deprecationis ſumma, vt filium ex ſterili coniuge nãciſceretur, qui ſpem omnem depoſuerat? Dicunt quidam, vt ſcribit Theoph. ad ſignũ exauditæ petitionis Angelum meminiſſe natiuitatis Ioãnis, ex quo nimirùm intelligeret populo remiſſa eſſe peccata. Aut ad redundantiam diuinæ beneficentiæ exaggerandam hæc dicta ſunt, vt non modò, teſte Ambroſio, quod ille precatus fuerat, ſed & quod vix ſperare poterat, ei cõcedatur. Auguſtinus verò exaùdiri deprecationem Zachariæ in filio ſcribit. Nam licet pro conſequẽdis liberis minimè precaretur, obſecrabat tamen aliquã afflictis Iudæis cõſolationẽ afferri, & cùm aduentũ Meſſyæ inſtare non dubitaret, illũ mitti cõcupiſcebat. Huius igitur vota ex alto Deus proſpiciens, ex filij promiſſione, eũ de Meſſya proximè venturo ſecurũ reddit. Quid enim magis eum confirmare poſſit, notat Chryſoſtomus, quàm ex ſterili coniuge ſibi naſciturum filiũ, qui ex Virgine Chriſtũ oriundum, ex ipſo etiam materno demõſtraret vtero, & tandem digito deſignaret? Quid autẽ magis cõmunia omnium vota ſpectet, quàm Iſraëlis redemptio? Interim ex hoc facto obſeruare licebit, Angelorum eſſe & noſtras preces offerre, nóſque ſolari. Ita enim ſunt adminiſtratorij ſpiritus, his qui hæreditatem accipiunt ſalutis, vt monet Paulus Hebr. 1. Vnde Raphaël Angelus ad Tobiam: (Tob. 12.) Quando orabas cum lachrymis, & ſepeliebas mortuos, ego obtuli orationem tuam Domino. Adiicit & Chryſoſto. hom. de natiu. Ioannis,

Theoph. Ambroſ. Auguſt. Chryſoſt. Chryſoſt.

nobis magnam confidentiam relinqui,quòd noſtras deprecationes Deus exauditurus ſit,ſi tamen præcepta eius ſeruauerimus.Sed & audimus hic,quàm liberalis ſit Dominus,qui plus largiatur quàm rogetur.Non enim ſolùm populo gratiam, ſed & Zachariæ prolem repromittit. Sic Deus diues eſt in miſericordia,& dat omnibus affluenter,& non improperat.Itaque redẽptionis humanæ ordinem explicat,exorſus à præcurſore:illam etiam in eius nomine ſignificãs. *Vocabis*,inquit,*nomen eius Ioannem*,quo Dei gratia intelligitur. Singularis autem meriti indiciũ datur,quoties hominibus à Deo vel imponitur nomen,vel mutatur,inquit Beda. Sic Abrahã, ſic Iacob,ſic Ioſias rex, ob eximiæ virtutis culmen à Deo vocatus eſt, antequàm naſceretur. *Et erit gaudium tibi & exultatio,& multi in natiuitate eius gaudebunt.*Meritò gaudet pater,quòd in ſenecta filium tantæ taliſque gratiæ acceperit. Sic quando iuſtus huius vitæ ſtadium ingreditur,inquit Origenes,hom.4.in Luc.miniſtri natiuitatis eius lætantur, & ſe efferunt in ſublime.Prouerb.23.Exultat pater iuſti,qui ſapientem genuit filium,lætabitur in eo. Gaudeat pater tuus & mater tua,& exultet quæ te genuit.Quando verò ille naſcitur, qui malæ vitæ præparatus eſt,& quaſi ob pœnas in ergaſtulum relegatus,miniſter cõſternatur & concidit. Vis exemplum accipere ſancti viri,cuius omnis fructus in laude ſit? Vide Iacob duodecim genuiſſe mares,qui omnes populi Dei,& partis illius Patriarchæ fuerunt & principes. In his omnibus Iacob lætabatur pater,ſicut & nunc cunctis de Ioannis natiuitate gaudium nunciatur. Quid autem non triſte ſuccurrat parentibus,ſi aut facem quandam patriæ, qualis olim Paris Troianis, aut viperam ſe eniti audiant?Quot enim ſunt ex filiisfamilias,qui patris canos demittant ad inferos,quibus melius fuiſſet non naſci,quàm ad ſui generis cõtumeliam,& parentum miſeriam huius vitalis aëris fuiſſe participes? Hinc Sapiens Prou.19. Dolor patris filius ſtultus. & 17. Ira patris filius ſtultus,& dolor matris quæ genuit eũ.Eccl.16.Ne iucunderis in filiis impiis ſi multiplicentur,nec oblecteris ſuper ipſos,ſi non eſt Dei timor in illis. Melior eſt enim vnus timens Deum,quàm mille filij impij.Et vtile magis mori ſine filiis,quàm relinquere filios impios.Cæterùm iſtud mirum eſt,quòd Ioannis natiuitati indulget Angelus. Nam cùm omniũ noſtrum deploranda ſit natiuitas, in huius tamen natali multos gauiſuros pollicetur. Fuit verò priſcus quorundam Gentilium mos, vt recèns natos infantes deflerent. Hinc & Theodoretus affectionum Græcarũ ſermone de natura hominis,hos tragicos apud Euripidem ſenatiolos adfert:

Oportuit nos funeris luctu graui
Deflere natum maxima ad diſcrimina:
At mortuum qui caſſus eſt laboribus,
Efferre læto corde,lætis vocibus.

Neque ſanè Ioannes mundum hunc ingreſſurus erat,niſi ad maxima diſcrimina: vt qui præter voluntariam illam vitæ ſeueritatem,temperantiam,frugalitatem,nuditatem, etiam impetentium ſe Phariſæorum inſultus,& Herodis furorẽ ipſo vitæ exitu probaturus eſſet. Verùm quia illa omnia in ſuæ gloriæ augmentum,noſtræ verò de Chriſto fidei confirmationem, & ipſius Chriſti honorem & obſequium cedebant,tanto lætior eius natiuitas eſſe debuit.Hinc mihi diuinã prouidentiam proſpicite.Date enim mihi,inquit Auguſtinus,to.10.hom.44. inter hom. 50.alium ſeruum præter Ioãnem,inter Patriarchas,inter Prophetas,inter Apoſtolos, cuius natalem diem celebret Eccleſia Chriſti. Paſſionum dies ſeruis plurimis celebramus, natiuitatis diem nemini,niſi Ioanni.At verò hæc lætitia non tam ad Ioannis,quàm Chriſti perſonam,cuius ille præcurſor erat, referebatur. Geſtiebant enim omnes Meſſyam ſuum videre, in quem omnis Iſraëlis ſpes eſſet repoſita.Et hoc ſolum reliquum eſſe putabant,illo nato,cuius eſſet parare vias Domini,& vnumquemque per pœnitentiam ad Chriſtum ſuſcipiendum diſponere. *Erit enim magnus coram Domino.*Magnus erit virtute,ſanctitate,& officio.Origenes hom.4.in Luc.ad magnitudinẽ,id eſt animæ dotes refert,quæ oculis Domini pateãt. Multi enim magni fuerunt coram hominibus,ait Theoph.vt hypocritæ,at non item corã Deo.Sicut ergo paruus dicitur & minimus is qui ſcandaliſatur,quia puſillanimis:(Matth.18.)ſic magnus intelligitur is, quem diuina gratia confirmauerit. Eſt enim quædam in nobis ſpiritualis ætas per profectum virtutum,vt obſeruat Ambroſius. Sic ambulamus de virtute ad virtutem, donec in illa conſeneſcamus.Quod etiam Dominus in Euangelio (Matth.18.) videtur exprimere. Nolite, inquit, contemnere vnum ex his puſillis. Et, iuxta Apoſtolum, paruulus ſub elementis eſt. Cùm enim eſſemus paruuli,ſub elementis mundi huius eramus ſeruientes.(Gal.4.)Ergo magnus eſt ſupra mundi elementa. Erit itaque Ioannes magnus, non corpore, non fortunis, ſed anima. Nec enim fines alicuius propagauit imperij, non triumphos aliquos bellici certaminis præoptauit:ſed quod eſt amplius,in deſerto prædicans, delicias hominũ, corporiſque laſciuiam

Dei liberalitas. Beda. Origenes. *Gaudium in natali iuſti.* *Non lætandum in natali impij.* *Lugebãtur recens nati.* Theodor. Euripides. Auguſtin.. *Nulli præterquã Ioãnis natalis celebris.* Origen. Theoph. *Magnus corã Deo quis.* Ambroſ. *Magnitudo mũdi alia.*

A lasciuiam, magna animi virtute depressit. Paruulus ergo in seculo, magnus in spiritu. Et hæc est vera, non adumbratitia magnitudo, qualem homines venãtur, dolis, rapinis, pretio, furore, ambitione. Quod enim hominibus altum est, ait Christus (Luc. 16.) abominatio est apud Deum. Maioris portò virtutis est & imperij, vt ipse Diogenes Cynicus apud Alexandrum (teste Diog. Laërtio, de vitis Philosoph.) seipsum, & huius mundi delicias, & carnis irritamenta domuisse, quàm multas sibi gentes subiecisse. Refertur & illa Ioannis magnitudo ad delegatum ei munus à Deo, quemadmodum tandem agnouit Pater, dicens: Et tu puer Propheta altissimi vocaberis: præibis enim ante faciem Domini parare vias eius. Magnus zelo & constantia, adeò vt Christus dixerit, Matth. 11. Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. *Et vinũ & siceram non bibet.* Ita ex eius abstinentiæ rigore magnitudinem Ioannis colligit, vt qui Nazaræus, & à communi hominum lege & instituto etiam & officio secretus esset. Sicera verò dicitur à *Sachar* Hebraica dictione, quæ inebriare significat. Cuius nomine nõ modò ceruisiã, B sed & quemuis alium potũ, qui inebriare possit, intelligit, seu ex frugibus, hordeo, aut alijs granis, seu ex fructibus, seu ex arborum liquoribus cõponatur, vt interpretatur Theophilactus. Vnde Num. 6. vbi legimus, Omne quod inebriare potest, vox Hebraica est *Sechar*. Hac abstinentia designabat Angelus, magnum quid de Ioanne concipiendum esse. Sic nimirùm cùm Angelus Samsonem nasciturum promitteret, adiecit, Iud. 13. Caue ne vinũ bibas, nec siceram, & ne aliquo vescaris immundo. Erat enim puer Nazaræus Dei ab infantia sua. Fuit autem eadem lex Nazaræorũ, vt ab omni quod inebriare potest, abstinerent, vt legitur Num. 16. Quod & Rechabitæ ex paterno decreto obseruarunt, Hier. 35. Sed & Daniel, vt dignum se præberet reuelatione diuina, Dan. 9. Caro, inquit, & vinum non introierunt in os meum. Quod & Paulus attendisse videtur, Rom. 12. dicens: Bonum est homini carnem non manducare, & vinum C non bibere. Huius etiam vsum sacrificãtibus interdictum fuisse satis probat Philo Iudæus, lib. de Temulentia, & lib. de plantatione Noé. *Et spiritu Sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ.* Sicut enim Deus illum externo abstinentiæ symbolo ab alijs discernet, ita & interiùs animam eius purgabit & illuminabit, non tantùm vbi ad ætatem peruenerit, sed ex ipso matris vtero. Sunt enim qui sanctificantur recèns nati, vt infantes Christianorum, statim atque sacrosancto baptismate diluti fuerint: sunt qui iam adulti vocantur, vt & ipsi Apostoli, & paganorum permulti, vbi verbo Dei crediderint, & ad Ecclesiam confugerint: & sunt qui adinstar latronis in extrema vitæ periodo diuinæ bonitatis radijs illustrãtur. Isteverò *Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero*, necdum natus, & in lucem editus. Hoc autem facto ipso testatus est, cùm ex ipso vtero Christum nondum natum infans infantem salutauerit, & in occursum eius erumpere gestiuerit. Hinc & ista matris eius ad Virginem acclamatio: Ecce enim vt audita vox tua auribus D meis, exultauit infans in vtero meo. Fuerint qui è longè positi, qui iam ætate prouecti, qui iuniores Christum prædixerint: iste propè stantem, etiam nondum natus agnouit. At verò non habitat Spiritus s. in corpore subdito peccatis. Ioannem igitur ex vtero sanctificatum colligimus. Nec mirum, cùm vt de Hieremia, ita & de Ioanne dici possit: Dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ recordatus est nominis mei. Cui enim, vt scribit Ambrosius, Spiritus sanctus infunditur, magnarum virtutum plenitudo adest. Erat autem simul in eo spiritus vitæ, & spiritus gratiæ, ait Origenes, hom. 4. in Luc. Nec enim Spiritus sanctus vice animæ fungebatur, sed eam illustrabat. Quod autem legimus Hieremiæ dictum, (cap. 1.) Priusquàm te formarem in vtero, noui te, & antequàm exires de vulua, sanctificaui te: hoc Augustinus in Epistola ad Dardanũ, quæst. 57. ad prædestinationẽ Hieremiæ trãsfert, cùm interim non modò Ioannes antequã natus esset, prædestinatus sit, sed verè in ipso vtero sanctificatus sit. Nec mo- E uet quòd ἐκ τῆς κοιλίας legitur, *ex vtero*, quasi non in vtero. Immò scilicet in vtero, & extra vterum. Quoniam Ioannem ex vtero, id est, ab ipso vtero considerantes, & illius vitæ exitũ perpendẽtes, videmus vbique Spiritu sancto repletũ esse. Itaque dictio *ex* initiũ sanctificationis ita ducit ex ipso vtero, vt & in vtero, & per totã etiã vitã illustratum fuisse demonstret. *Et multos filiorum Israel conuertet ad Dominum Deum ipsorum.* Nam quoniam verus legis sensus, & Dei cultus inter Israëlitas, non solùm nouis Pharisæorum traditionibus, sed & Gẽtilium moribus, bellisque ciuilibus conspurcatus & obscuratus erat: ideò summo quodam beneficio Ioannes suscitatur, vt dixit Gregor. Nyssenus, Orat. in Basilium fratrem, qui filios Israël ad Deum conuerteret. Hæc erit operatio Spiritus sancti non ociosa. Et quidem benè *multos* dicit, non omnes: cùm neminem obaudire nolentem Spiritus sanctus conuersurus sit. Nec scilicet Pharisæi Christum aut Ioannem agnouerunt. Vnde liberè ille ad eos clamabat, Genimina viperarum, quis vos docuit cauere à ventura ira? Ecce publicani & meretrices præcedẽt

In quo magnitudo Ioannis.

Quid hîc sicera.

Theoph.

Nazaræi abstemij.

Philo Iudæus.

Varietas eorũ qui sanctificãtur.

Ambros.

Origenes.

Auguſt.

Fructus aduentus Ioannis.

Gregorius Nyſſen.

Status prædicationis Ioannis.

vos in regno cœlorũ. Luc. 7. Matth. 22. Luc. 20. audire potes, quàm malè in Christum, & Ioannem, eiúsque baptisma fuerint affecti. Et benè dixit, *conuertet*. Hoc enim vnum agebat Ioannes, baptisans baptismo pœnitentiæ populum, (Act. 19.) monens vt in eum, qui post ipsum vẽturus esset, crederent. Cæterùm, vt Beda scribit, cùm Ioannes conuertere niteretur plebem suam ad Christum, dicat autem Lucas illos conuertisse ad Dominum Deum ipsorum, patet profectò Christum esse Dominum Deum Israel. Quod etiam concludit in Marcionem Tertullianus, libro quarto. Si autem Christus est, immò quia Christus est, Dominus Deus Israel, desinant Ariani Christum Dominum Deum esse negare. Erubescant Photiniani Christo ex Virgine principium dare. Cessent Manichæi alium populi Israel, alium Christianorum Deum credere. *Et ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Eliæ.* Petrus Chrysologus, hom. 88. Ante quem ait? Ante Christum, qui est Deus ipsorum, Deus noster, Deus omnium, Deus absque quo alius non est. Et nemo cùm audit *in spiritu Eliæ, μεμψύχως* imputet: hic spiritum dicit illum, quem per diuinam gratiam meruit, non quem carnis est consecutus ad vitam: & *virtutem* dicit illam, quam de supernis habuit, non illam quam propter corporis adeptus est firmitatem. Nec enim, ait Origenes, hom. 4. in Lucam, in anima Eliæ dixit, sed in spiritu & virtute Eliæ. Fuit enim in Elia virtus & spiritus, sicut in omnibus Prophetis, & secundum dispensationem corporis in ipso quoque Domino saluatore. Hinc est, quòd cùm Helisæus descendentem Eliam visurus esset, Fiat, inquit, spiritus tuus duplex in me, 4. Reg. 2. & de spiritu Moysi septuaginta participes effecti leguntur: cùm tamen nec anima Eliæ duplex, nec anima Moysi in septuaginta multiplicari potuerit. Sed ea de gratiarum donis intelliguntur, quæ ab vno eodémque diuino spiritu proficiscuntur. Nunquam enim sine virtute spiritus, nec sine spiritu virtus est, ait Ambrosius, in Luc. ca. 1. lib. 1. Et ideò hoc dictum est, quia sanctus Elias & virtutem magnam habuit, & gratiam. Cæterùm Theophilactus & Euthymius Eliam considerant, non modò in ijs temporibus, quibus Achab, Iesabeli, & cæteris monstris, cultui etiam Baalitico obstitit, antequàm in currum igneum reciperetur, sed illum secundi aduentus Christi præcursorem asserunt, cui vt nec spiritus, ita neque tunc minor virtus affutura sit, qua sæuienti Antichristo resistat. Nam sicut Ioannes primi, sic & Elias secũdi aduentus præcursor futurus est, ait Theophilactus. Dicit ergo quòd gratiam quoque & efficaciam habebit Eliæ, inquit Euthymius: quam videlicet habebit Elias, præcurrens secundũ Christi aduentum. Porrò virtus illa non modò consideratur in efficacia zeli, & prædicationis, sed vt scribit Ambrosius, in virtute abstinentiæ atque patientiæ. In deserto Elias, in deserto Ioannes. Ille coruis pascebatur: hic cùm diues esset, calcata omnis voluptatis illecebra, parsimoniam prætulit, luxúmque contempsit. Ille Achab regis gratiam non quæsiuit, hic spreuit Herodis. Ille Iordanem diuisit, hic ad lauacrum salutare conuertit. Hic cum Domino versatur in terris, ille cum Domino apparet in gloria. Ille post triennium pluuijs terram rigauit, & hic post triennium arescentẽ nostri corporis humum imbre fidei perfudit. Quæris quod trienniũ? Ecce, inquit, anni tres sunt ex quo venio quærens fructũ in ficulnea hac, & non inuenio. Mysticus enim numerus debebatur, vt salus populis redderetur: vnus in Patriarchis annus, alius in Moyse & Prophetis cæteris, tertius in Domini saluatoris aduentu. Hæc autem omnia operatus est in illo Spiritus sanctus. Adeò nos illum præsto nobis adesse concupiscamus, cùm omnia per ipsum nobis facilia sint, sine ipso autem nihil virtutis sit reliquum. Iam effectus illius ostẽditur, cùm adiicit, *Vt conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum, parare Domino plebem perfectam.* Iisdem verbis Ioannis virtutem explicat, quibus Malachias efficaciam prædicationis Eliæ, postremis temporibus. Ecce, inquit (cap. 4.) ego mittam vobis Eliã Thesbytem, antequàm veniat dies Domini magna, & horribilis: & conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum. Quorum verò patrum corda ad filios conuertit? Qui patres, & qui filij? Sunt qui de Iudæis, qui tum viuebant, interpretentur, quorum filij à parentibus non minus discreparent in cultu Dei, & fide religionis, quàm Eliæ temporibus. Tunc enim inualescente cultu Baal per Pseudoprophetas, non modò in vna vrbe, sed & in vna domo etiam inter parentes & filios inuentæ sunt diuersæ religiones. Quod & nos hac nostra ætate inter multos locum habere videmus: sic inimicus homo in agro Domini superseminauit zizania, & inter electas familias dispersit hæreses: adeò

Infœlix lolium, & steriles dominantur auenæ.

Ideò clamabat Elias, 3. Reg. 18. Vt quid claudicatis in duas partes? Si Baal Deus est, sequimini eum. Sin verò Deus Israël verus Deus, sequimini eum. Eandem diuisionem, immò maiorem posterioribus seculis, quibus rursus Elias aduenturus est, succession̄ colligimus, Daniel 12. & Matth.

Pet. Chrysologus.

Quomodo Ioannes in spiritu Eliæ.

Origenes.

An in anima Eliæ.

Ambros.

Theoph. Euthy.

Theoph. Euthym.

Ambrosius.

Conferũtur Ioannes & Elias.

Quorum patrum corda ad filios conuersa.

In eos qui modò hæreticis, modò catholicis fauent.

A Matth.22.Ideò ſcilicet Chriſtus ait: Niſi breuiati fuiſſent dies illi, non ſalua fieret omnis caro. At verò ideò venit primùm, & tandem venturus eſt Elias: ideò etiam Ioannes Chriſto præmiſſus eſt, vt religionem labefactatam, & diuiſam in tot opiniones, ſuæ vnitati & ſimplicitati reſtituat. Summum vtique omnium deſiderabilium, cùm ex hæreſibus & ſchiſmatibus tot mala naſcantur. Elias quidem ita filios patribus reſtituit, & corda patrum ad filios conuertit, vt vnum Dei vnius cultũ aſſereret. Idẽ ille facturus eſt. Ioãnes verò cùm hac ętate veniſſet, qua Iudæorũ alij Sadducęos, alij Phariſæos, alij Eſſæos, alij Samaritas, alij Ethnicos ſectabantur: ille omnes ad vnũ Chriſtum ita reducere conabatur, vt vnum eſſet patrum & filiorum cor, & vna anima. Theophilactus ad illum ſenſum alludere videtur. Patres, inquit, fuerunt Iudæi, illorum autem filij Apoſtoli: conuertet igitur corda patrum ad Apoſtolos, docens & teſtificans de Chriſto. Nã & ſua prædicatione permultos eorum, qui patres & ſeniores populi dicebantur, Ioannes alle- *filij Patri-*
B xit, & vt idem cum Apoſtolis ſentirent, effecit, vt obſeruat Lyranus. Hieronymus verò, ſuis in *archarum.*
Malachiam Commentarijs (cap.4.) Patres Prophetas & Patriarchas interpretatur, vt Abrahã, Iſaac & Iacob, qui quidem hactenus à Iudæis filijs ſuis diſſenſiſſent in fide, pietate, & ſanctimonia. Nam & illi crediderunt in Chriſtum venturum, Rom.4. & eum videre deſiderarunt, Luc.10. Ioan.10. quem tamen præſentem Iudęi negauerunt. Ideò Chriſtus, Si Moyſi, inquit, crederetis, crederetis vtique & mihi. De me enim ille dixit. Sed & rationem operum habens, Si filij, inquit, Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite, (Ioan.8.) Quantum diſtabant à patrum ſuorum religione? Ideò ſcilicet & antiqui illi patres malè in eos affecti erant, & rectè dicebant: Abraham neſciuit nos, Iſaac ignorauit nos. Auerſabantur illos, vt degeneres filios. Nam ſicut ſancti, cùm ex hoc mundo exierunt, in nos benè afficiuntur, ſi illorum pietatem ſequamur: ita *ſancti benè*
non modò illi, ſed & ipſi Angeli nos auerſantur, ſi religionem, Dei cultum, & vitæ puritatem *afficiuntur*
C auerſati fuerimus. Hoc ipſe Chriſtus docuit apud Iudæos. Eſt, inquit, Moyſes apud Patrem, *in bonos.*
qui accuſat vos, in quo vos ſperatis. Sperabant in Moſe, & tamen Moyſes accuſabat eos apud Patrem. Magnæ enim ſunt virtutis preces orationéſque ſanctorum, ait Chryſoſtomus, hom.7. Chryſoſt.
in Matth. ſed tum vtique, cùm nos vitam in melius commutauerimus. Alioquin non eſt, nec in progenitorum virtutibus gloriandum. An non ſcilicet audimus ſub altare Dei animas occiſorum clamantes, (Apoc.6.) Vindica Domine ſanguinem noſtrum ab habitantibus in *ſancti malè*
terra. Ita cùm Iudęi Prophetas occidiſſent, & ex ijs quoſdam perſecuti eſſent, quomodo eorũ *affecti in*
beneficio aliquid ſperabant ſe conſecuturos, niſi ad mentem redirent, & idem cum ipſis ſape- *impios.*
rent? Itaque corda patrum non conuertebantur ad filios, quamdiu filij à pietate & cultu Dei deſciuerant. Cor enim alicuius ad aliquem eſſe, phraſis eſt Hebræa, qua aliquem alteri benè velle & benè precari ſignificamus. Sed tũ benè velle & benè precari Iudæis cœperunt Patriar-
D chæ & Prophetæ illorum patres, cùm Ioannes eos ad Chriſtum reduxit. Ex eo loco manifeſta ſunt duo iſta. Vnum eſt, quòd ſancti cùm ex hac vita migrauerint, norunt, ſed Domino reue- *ſãcti norũt*
lante, quę ſit filiorum religio, quæ pietas. Alterum, quòd hinc aut illis benè volunt & benè pre- *noſtra.*
cantur, aut voluntatem ſuam, id eſt, quam naturaliter benè affectam habent, ab eis auertunt, ne diuinæ iuſtitię & æquitati iniuriam faciant. Audi ſcilicet Deum omnium, ad euin, qui de vtero matris ſanctificatus eſt, Ieremiam Prophetam dicentem, (Hier.7.) Non ores pro populo hoc, quia ego non exaudiam te. Sed & quid illi profuit, nónne Deum adijt oraturus, & idem tertiò audiuit? Quid commodi contulit Samuel Sauli? Iuuant ergo orationes ſanctorum, immò cooperantur & auxiliares fiunt, cùm nonnihil boni conficimus. Hæc Chryſoſto. tom.4. hom.1. Chryſoſt.
in 1. ad Theſſal. & hom.44. in Gen. cap.19. Et quidem ſtatus hic eſt omnis Euangelicæ concionis, immò & paſtoralis curæ præcipuus, vt diſperſa congregentur, confracta alligentur, &
E debilia conſolidentur, Ezech.34. Quomodo verò magis diſperſa congregabuntur, quàm ſi ſanctis & Patriarchis & Prophetis & Apoſtolis ipſis reſtituamur, ſitque vnus in nobis & Eccleſia illa triumphante ſenſus, ſit vna anima. Ita *incredulos conuertit ad prudentiam iuſtorum.* Eſt autem prudentia iuſtorum, inquit Beda, nõ de legis operibus iuſtitiam præſumere, ſed ex fide ſalutem Beda.
quærere: vt quamuis in lege poſiti legis iuſſa perficiant, ſe tamen gratia Dei per Chriſtum ſal- *Prudentia*
uandos intelligant. Iuſtus enim ex fide viuit. Theophilactus iuſtos pro Apoſtolis ſumit. Horũ *iuſtorum*
autem prudentiam vocat, gratiam Spiritus ſancti in illis, à qua gubernabantur. Sed hoc magis *quæ.* Theoph.
videtur ad Patres referri, cùm dictio ἀπειθεῖς, inobedientes ſonet, committatur verò inobedientia maximè in ſuperiores, qui patrum nomine cenſentur. Niſi fortè & eorum patres Apoſtoli cenſendi ſunt, non carnis ordine, ſed dignitate, ſicut & ex Pſ.44. colligit Hieronymus Hierony.
in Malachiam, vbi de ijs dicitur, Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij. Horum enim prudentiam requirebat Chriſtus dicens: Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ.

Prudentia enim erat, cauere à ventura ira, quam ſecuti ſunt quidam ex Iudæis, qui audita Iuſti F
prædicatione, acclamarunt, Quid faciemus viri fratres? At ille, (Act. 2.) Pœnitentiam agite, &
baptiſetur vnuſquiſque veſtrûm in nomine Domini Ieſu. Primùm inobedientes erant, ſed tã-
dem prudentiæ Apoſtolorum ceruices ſubiecerunt. Adiicit, *parare Domino plebem perfectam*:
non quòd hîc perfecta ſit euaſura, ſed paretur vt tandem perfecta euadat. Sic enim Chriſtus
Eccleſiam ſibi deſpondit, & tradidit ſemetipſum pro ea, vt reddat eam ſine ruga & ſine ma-
cula: quod in futuro complebit, vbi nimirùm illa à ſua militia & peregrinatione, in patriam &
Hieron. in Epiſt. ad Gal. triumphum peruenerit. Aut ſi Græcam vocem ſpectes κατασκευασμένον, plebem paratam
reddendam eſſe pronunciat: ad hoc alludens quod apud Eſaiam & Malachiã legitur. Eſa. 40.
Mal. 1. & 4. Hoc ſcilicet illius prædicationis & officij fuit argumentum, quod & pater eius a-
gnouit, cùm ait: Præibis enim ante faciem Domini parare vias eius. An ſcilicet aliter Chriſto
perfrui poterant, aut in ſua venientem excipere, niſi ſecreta quadam purgatione, & diuino ver- G
Theophil. bo præparati? Nam, vt ſcribit Theophilactus, ſi quis in domum veniat noctu, non ab omnibus,
ſed tantùm ab his quivigilant, & illum expectant, excipitur: ita quidem non ab omnibus Chri-
ſtus & agnitus & admiſſus eſt, ſed ab his qui Ioannis prædicationi obaudierunt. *Et dixit Za-
charias ad Angelum, Vnde hoc ſciam? Ego enim ſum ſenex, & vxor mea proceſſit in diebus ſuis.*
Dubitatio Zachariæ differt à verbis Abrahæ & Mariæ. Prima quidem facie videntur hæc verba conuenire cum verbis Abrahæ & Mariæ. Cùm
enim Abrahæ terra Chanaan promitteretur: (Gen. decimoquinto) Vnde, inquit, ſcire poſſum
quòd poſſeſſurus ſum eam? Maria quoque cùm filium Dei ſe enixuram audiret, Quomodo,
inquit, fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? At verò longè alia mens erat in Zacharia.
Nihil diffidebant Abraham & Maria, ſed tantùm inſtrui ſe poſtulabãt: At verò Zacharias hæ-
ſitat adinſtar Saræ, quæ cùm naſciturum ſibi filium audiret, poſt poſtem oſtij riſit, dicens: Gen.
17. Nunquid centenario naſcetur filius, & Sara nonagenaria pariet? Id verò quomodo contigit
Theophil. viro ſancto & iuſto, vt de Domini promiſſione diffideret? Reſpondet Theophilactus, reſpexiſ- H
ſe illum ad prodigioſam filij generationem. Et hic vtique omnis quæſtionis & incredulitatis
fons eſt latiſſimus, quòd Dei opera & promiſſiones iudicio noſtro, immò & temeraria noſtra
infirmitate metiri volumus. Hoc in ſacramentis, hoc in ſpe futurorũ, hoc in remediis ſpiritua-
libus nobis occurrit, vt quæramus, quomodo iſta aut illa fiant. Tantáne ſit bonorum futurorũ,
& tam certa expectatio? Siccine ad Eccleſiæ miniſtros recurrendum eſt vt ſanemur? Et hinc
diuinæ in nos iracundiæ flagella emittuntur, quòd in his omnibus, quæ firma fide apprehende-
re deberemus, hæſitamus. Nam ſi nec Zachariæ pepercit Angelus, quid non miſerrimis nobis,
Cauẽdũ ab hæſitatione ĩ reb° fidei. & tot tentationibus fluctuãtibus incumbat? Sed & huius exemplo docemur, vt qui ſtat, videat
ne cadat. Ne dixerit aliquis ſe in fide perfectum eſſe, nihil quærere, de nullo dubitare: du- I
bitauit etiam Moyſes & Aaron num ex rupe aquam educere poſſet: dubitat & hîc Za-
Tertullia. charias. Gratia Dei ſtas, ſed vide ne excidaris. Vidit Tertullianus ſuo tempore & Epiſcopos,
& Diaconos, & martyres ab Eccleſia defeciſſe, vt idem ſcribit libro ſuo de Præſcriptionibus
contra hæreticos. Igitur noli altum ſapere, ſed time, & iſtud Apoſtolorum in mente ſimul &
ore ſit: Domine adauge nobis fidem. Fides enim Dei donum eſt, vt ne quis glorietur. Epheſ. 2.
*Et reſpondens Angelus dixit ei, Ego ſum Gabriel qui aſto ante Dominum, & miſſus ſum hæc an-
nunciare tibi.* Suam authoritatẽ exprimit, vt quantum fidei ſuis verbis debeatur, oſtendat: quaſi
dicat, Quid tuam & vxoris ſenectutem conſideras? conſidera potius quis ego ſim, quid officij
habeam, à quo miſſus ſim. Probandi ſunt vtique ſpiritus, an ex Deo ſint. At verò non ego ſum
cacodæmon aliquis, non ſpectrum, ſed Angelus: nec quilibet, ſed Gabriel. Non veni vt impo-
nam tibi & illudam te, ſed vt inſtruam. Nec enim partium mearum eſt circuire vnumquem-
que & inſidiari, ſi quem ad tentationem pertrahere valeam: nõ qualis ille Sathanas, qui (Iob. 1.)
K
ſe orbem circuiſſe iactitat: ſed ego aſſiſto ante Dominum, & ad te ab eius maieſtate miſſus
ſum. Aſtare autem, pro miniſtrare ſumitur, vt Daniel 7. Millia millium miniſtrabant ei, & de-
cies centena millia aſſiſtebant ei. Itaque non ego hæc ad te à meipſo depromo, ſed ab omni-
potente illo, apud quem omninò nihil eſt difficile. Nec id me effecturum polliceor, ſed tantũ
annuncio quæ Deus facturus eſt. Cur tu verbis meis detrahis? Cur dubitas? An neſcis quòd
Deus non modò in ſua, ſed & ſuorum perſona audiendus ſit? An non graue ſcelus eſt non obe-
dire? Obedientia autem illa debetur etiam Angelis, etiam & hominibus Dei miniſtris. Ex eo
Quanta reuerentia diuina legatio ſit audienda. igitur loco diſcimus, quanta reuerentia Dei legatio audienda & ſuſcipienda ſit. Ne tu mihi ho
minem aut Angelum eſſe iactes, & dicas ſolum Deum, aut ſolum Chriſtum eſſe audiendum.
Vtique ſolum Deum & ſolum Chriſtum audimus, ſed & Deum in Chriſto, & Deum &
Chriſtum in ipſis Euangelij miniſtris. Sic enim Paulus, An experimentum, inquit, quæritis il-

lius

A lius qui in me loquitur Christus? Alioquin Christus suis ait: Qui vos spernit, me spernit, & qui vos audit, me audit. Sic Deus ad Samuel: Non te spreuerunt, sed me. Sic Apostolus (Rom. decimotertio.) Itaque qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deum. Hæc copiosè Cyprianus, Epistola de simplicitate Prælatorum. Inde fit vt pœna designetur Zachariæ. *Et ecce eris tacens, & non poteris loqui vsque in diem, quo hæc fient: pro eo quòd non credidisti verbis meis, quæ implebuntur in tempore suo.* Ita qua parte peccauit, plectitur. Lingua enim sua temerè locutus fuerat, nunc mutus redditur. Ita docet Angelus vnum quemque sui ipsius iudicium facere debere, vt qui furabatur, iam nõ furetur: qui lingua, qui oculis, qui manibus, qui pedibus offendit, ea castiget, & ita moderetur, vt oculi claudantur, aures obturentur, manus retrahantur, pedes quiescant, lingua conticescat. Sic enim Iob: Pepigi fœdus cum oculis meis, inquit, vt non cogitarem aliquid de virgine. Et tandem sicut exhibuistis membra vestra seruire impudicitiæ ad iniquitatem, sic illa deuouete Dei cultui & iustitiæ. Rom. 6. Ita Angelus veniabiliter non

Cyprianus

B credenti, pœnam signi tantùm dedit, ait Petrus Chrysologus, hom. 90. & sic infirmantem curat de vulnere, nutantem confirmat, & de supplicio fidei perficit argumentum. *Eris*, inquit, *tacens, & non poteris loqui*, vt ex te, & in te credendi regulam consequaris, & vernaculo exemplo, Deum posse credas facere quod promittit. Nam cùm vult, tuæ vocis organum claudit, & cùm vult, idem aperit: vt scias eundem & sterilem & fœcũdam efficere posse. Nam qui omnia fecit ex nihilo, quomodo non ex aliquo faciat quod vult, & desperato reddat quod promittit? Ita duplex ei inflicta pœna est, ait Theophilactus: quia enim non obedierat, condemnatur vt surdus sit: & quia contradixerat, mutus redditur. Ex eo quidem ostendẽs, quàm grauior pœna secutura sit incredulos. Ait enim Esaias: Excæca oculos populi huius vt non videant, & aures eorum aggraua vt non intelligant. Itaque quisque caueat ab infidelitate, ne fortè quod hîc in

Petr. Chrysologus.

Duplex pœna Zachariæ inflicta.

Theoph.

C corpore Zachariæ, illis in anima contingat, vt nec audiant, nec loquantur. Nam, vt scribit Ambrosius, lib. 1. cap. 5. in Luc. condemnatur silentio incredulitas sacerdotis, & fides Prophetarũ probatur oraculo. Clama, inquit Esa. 40. Et dixit, Quid clamabo? Omnis caro fœnum. Vides iubentis imperium, obtemperantis obsequium, interrogantis affectum, obsequentis oraculum. At verò Zacharias, quia non credidit, non potuit loqui. Verùm quæritur, cur hæc pœna iusto Zachariæ infligatur, solius hæsitationis habito respectu, maximè cùm moneat Apostolus, ne omni spiritui credamus, sed probemus num ipsi ex Deo sint, 2. Cor. 11. Denique Gedeoni dubitanti non pœna inflicta est, sed statim signum exhibitum est. Iud. 6. At verò multo maiora Zachariam impellebant ad fidem de Angelo concipiendam. 1. Angelus enim erat, non homo. 2. Tunc apparuit cùm Zacharias sacerdotio fungeretur: tanta autem est dignitas sacerdotij, vt

Ambros.

Cur Gedeoni dubitãti nõ inflicta est pœna.

D ei ipsi Angeli suffragentur. 3. Sed & temporis & loci conditio illum inducebat, quia in die expiationis & hora incensi apparuit. 4. Et in ipso sacratiore loco, à dextris altaris. 5. Quin & ipse habitus terribilis & mitis satis attestabatur Angelo, qualis nimirùm legitur Iud. 13. vxore Manuè dicente, Vir venit ad me, habens vultum Angelicum, terribilis nimis. Ita, inquit Bonauentura in Luc. 1. illud Psaltis dicere potuit, (Psal. 37.) Ego autem tanquam surdus non audiebam, & tanquam mutus non aperiens os suum. Nec mirum si mutus factus est propter incredulitatem propriam, cùm Ezechielem mutum fecerit incredulitas aliena. Ezech. 3. Eris mutus, nec quasi vir obiurgans, quia domus exasperans est. Non credebat primùm Zacharias: sed è contra de Maria dicitur, Beata quæ credidisti, quoniam perficiẽtur ea quæ dicta sunt tibi à Domino. Pœna quidem eum ad fidem impulit, Es. 28. Vexatio dabit auditui intellectum. Non ergo con-

Quæ Zachariam impellebant ad fidem.

Bonauent.

Cauendum ne Angelos irritemus.

E temnenda sunt verba nunciorum Dei, Exod. 23. Ecce ego mitto Angelũ meum, obserua eũ, & audi vocem eius, nec contemnendum putes, quia non dimittet, cùm peccaueris. Heb. 2. Si enim qui per Angelos dictus est sermo, factus est firmus, & omnis præuaricatio & inobedientia accepit iustam mercedis retributionem: quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem? Quæ cùm initium accepisset enarrari per Dominum, ab eis qui audierunt, in nos confirmata est, contestante Deo signis, & portentis, & variis virtutibus, & Spiritus s. distributionibus secundùm suam voluntatem. Interim verò temperatur pœna Zachariæ diuina liberalitate, ideoque adijcit Angelus, *Vsque in diem quo hæc fient.* Pronomen demonstratiuum non ad illa omnia quæ per Ioannem implenda erant, refertur: sed ad illius natiuitatem, & nominis impositionem. Zacharias enim in nascituro puero dubitauerat. Atqui, ait Angelus, ipse natũ illum videbis, & facto cognosces nihil esse in Dei promissis diffidendum, & tunc vsus linguæ restituetur tibi. *Complebuntur enim hæc in tempore suo*, vt iam rata, queque neque tua, neque alicuius diffidentia remorari possint. *Et erat plebs expectans Zachariam, & mirabantur quòd tardaret ipse in templo.* Ad populum enim pertinet expectare, ait Bonauentura. Vnde Moyses,

Bonauent.

cùm aſcenderet in montem, dixit ſenioribus, Exod. 24. Expectate hîc, donec reuertamur ad F
vos. Quia, vt dicitur Thren. 3. Bonum eſt in ſilẽtio præſtolari ſalutare Dei. Plebis eſt etiam admirari diuina ſecreta, non perſcrutari. *Mirabantur autem quòd tardaret*: quia nulli templum ingredi licebat hora illa oblationis incenſi per ſacerdotem: vnde fiebat vt nullus morę huius rationem reddere poſſet. Quanta eſt igitur noſtrorum temeritas, vt dum diuina celebrantur myſteria, altaris ambitum adeant, oculos myſteriis immiſceant? Ecce Iudæi expectant foris, & tu quaſi ſacra facturus, ſanctum altare temerare audebis? Sed quid hæc ego? Cùm Iudæis tam diligenter conueniẽtibus, pauci ſacris interſint, ſed nec in ipſo Dominico die? Ecce nullus egreditur ante ſacerdotis egreſſum: & tamen, vt conqueritur Theophilactus, nos Chriſtiani, niſi mox vt ingreſſi fuerimus in templum, iterum egrediamur, exiſtimamus malè nobiſcum agi. Nec ipſi quidem Apoſtoli cœnaculum priùs egreſſi ſunt, quàm hymnum dixiſſent. Eo enim dicto exierunt in montem oliuarum. Audiatis, ait Chryſoſtomus, hom. 83. in Matth. quicũque G
vltimam orationem non expectatis. Atqui non ante benedictionem populus à Salomone dimiſſus eſt in ſolenni templi dedicatione: (3. Reg. 8.) & completis ſui aduentus myſteriis Chriſtus ipſe ferebatur in cœlum, & diſcipulis benedixit. (Act. 1.) Ita benedictio poſtrema expectãda eſt, qua diuina myſteria conſummantur. Hoc præcipitur can. 10. Apoſtolorum, & refertur, de conſecrat. diſt. 1. Omnes fideles qui conueniunt in ſolennibus ſacris ad Eccleſiam, ſcripturas Apoſtolorum & Euangelium audiant: μὴ δὲ παραμυθούμενος τῇ προσευχῇ καὶ τῇ ἀγίᾳ μεταλήψει, & non permanentes in oratione quandiu ſacra participatio celebratur, velut inquietudinem Eccleſiæ mouentes, ἀφορίζεσθαι χρή, foras mittere oportet. *Et egreſſus non poterat loqui ad illos.* Aut enim populum diuino verbi pabulo excepturus erat, aut benedictione quadam illum donaturus: quod etiam Aaroni moris fuiſſe legitur, Leuit. 9. ſtatim atque ſacrificium ob-
latum eſſet. *Et cognouerunt quòd viſionem vidiſſet in templo*: tum ex tam diuturna mora, tum H
ex ipſo vultu, qui inſolitam quandam lætitiam præ ſe ferret, quódque elinguem illum eſſe animaduerterent. Solent enim diuinæ viſiones & vultum immutare, & aliquo ſaltem tempore ita ſuos concutere, vt mutos illos reddant. Vtrumque Moyſi accidit. Nam & facies eius ex cõgreſſu numinis illuſtrata eſt, & idem ipſe ait Exod. 4. Ex quo locutus es ad ſeruum tuum, impeditioris & tardioris linguæ ſum. Et Daniel. 10. Domine mi, in viſione tua diſſolutæ ſunt compages meæ, & nihil in me remanſit virium: & quomodo poterit ſeruus Domini mei eloqui cum Domino meo? *Et ipſe erat innuens illis.* Ita quod lingua proloqui non poterat, nutibus indicabat, nimirùm fœliciter eſſe litatum, gratias agerent Deo, qui vota ſuorũ exaudiſſet. *Et permanſit mutus* in templo, fungens officio ſuo in adminiſtrandis ſacris vſque ad
expletum dierum numerum. Habebat interea Iudaicus populus mutum ſacerdotem, mox ceſ- I
ſaturæ legis indicium, eíque ceſſuræ, qui prolata veritate rerum vmbras ſummoueret, vt Origenes, hom. 5. in Luc. & Ambroſ. in Luc. obſeruant. Sed &, vt ſcribit Theophilactus, ſignificabat indignam Iudæorum vitam: qui vbi Verbum occiderunt, rationem reddere nõ poſſunt de his quæ dicunt vel faciunt. Cęterùm dictio κωφὸς, pro qua hîc habemus mutum, ſignificat etiam & ſurdum, ait Euthymius. Sed & Laurentium vallam arguit Eraſmus, Annotat. in Luc. vt qui non mutum, ſed ſurdum verti debere putet, quaſi κωφὸς tantùm ſignificet ſurdum. Vnde igitur prouerbium illud, κωφὸν πρόσωπον, id eſt, muta perſona? Is qui collegit Græcarum vocum ętymologias citatis authoribus, docet κωφὸν, dici Græcis, non ſolùm qui ſurdus ſit, verũ etiam qui mutus, quem ἄλαλον vocant, neque quicquam intereſſe, niſi quòd ἄλαλος dicatur, qui fari non poſſit, velut infantes: κωφὸς, cui nulla ſit omninò vox. *Et accidit, vt impleti ſunt dies officij eius, abijt in domum ſuam.* Dies officij dicũtur τῆς λειτουργίας. Eſt autem liturgia, vt ſcribit Suydas, miniſterium & munus publicum, à voce λήϊτον, quæ publicum, & τὸ ἔργον, quæ opus ſignificat. Hæc cùm ad diuina transfertur, cultum, preces & oblationem complectitur, K
ea denique omnia, quæ ad Epiſcoporum munus Paulus retulit, vt offerant dona & ſacrificia pro peccatis. Act. 13. ad hunc ſenſum leguntur Apoſtoli miniſtraſſe, cùm ex Spiritus ſ. decreto Paulum & Barnabã ad Gentes eſſent dimiſſuri: λειτουργούντων δὲ αὐτῶν τῷ κυρίῳ, ſacrificantibus enim illis Domino dixit Spiritus ſanctus, Segregate mihi Barnabã & Paulum, in opus ad quod elegi eos. Has voce Patres antiquiſſimi ſacrum: Miſſæ cultum, ſeu Chriſti in cœna incruentam oblationem expreſſerũt. Sic can. 28. Apoſtolor. vbi legitur: Si quis Epiſcopus, aut Preſbyter, aut diaconus depoſitus iuſtè ſuper certis criminib⁹, auſus fuerit tãgere τῆς πολὲ ἐγχειρισθείσης αὐτῷ λειτουργίας, aliquando ſibi commiſſam liturgiam, ſeu oblationem, hic ab Eccleſia penitùs abſcindatur. Eandem dictionem vſurpat Ignatius in Epiſt. ad Trallianos, cap. 4. Baſilius & Chryſoſtomus frequentiùs. Ancyranum etiam concilium cap. 1. λειτουργεῖν vocat ſacrificare. Itaque

Zacharias

1. *Ne quis ſe altari ingerat, cùm diuina celebrantur.*
2. *Ne quis egrediatur ante ſacra facta.*
Theoph. Chryſoſt.
Canon. Apoſtol.
Ex quibus populꝰ nouit viſionẽ viſam à Zacharia.
Eraſmus in Paraphraſi.
Origenes. Ambroſ. Theoph.
Euthym. *Eraſmus in Vallam.*
Zacharias ſurdus & mutus.
Liturgia quid.
In Etymol.
Chriſti in cœna factũ liturgia eſt.
Can. Apoſt.
Ignatius. Cõcil. Ancyranum.

A Zacharias peracto,sed Mosaico ministerio,*abiit in domum suam.* Non enī priùs illi licebat, quā exactis sui ministerij diebus.Non illū res domesticæ,non curæ huius seculi torquere debuerūt, interim dum totus diuinis rebus incumberet.Quam tamen omnium primā curam esse arbitrantur permulti nostrorum temporum Episcopi,& Ecclesiæ pastores, vt diffusè conqueritur Bernardus,Dialogo de Simone & Petro:qui plus inuigilant marsupiis subditorum exhaurien-dis,quàm vitiis extirpandis. Aberat à Hierusalem montana regio, quam Zacharias incolebat. Quamuis autem & Hierosolymis domū habuisset,inquit Theoph. non licuisset tamen & extra ambitū templi per tempus vicis suæ exire.Ita,vt scribit Apostolus, nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus.*Post hos autem dies* ministerij,*concepit Elizabeth.* Debuerunt enim spiritualia carnalibus anteponi,& carnalis illa cohabitatio spirituali Dei ministerio cedere.Nec enim,vt Hierony.contra Iouin.monet,illa Christianis indulta est in magna alicuius festiuitatis B solennitate,cùm tamen nihil tam licere nonnullis videatur.1.Cor.7.Nolite fraudare inuicem, nisi fortè ad tempus,ex cōsensu,vt vacetis orationi,& iterum reuertimini in idipsum.Exod.19. Sacerdotes quoque & populus qui accedunt ad Dominū,sanctificentur,ne percutiā eos.Et ex hac causa dicunt Hebræi Ozam percussum,2.Reg.6.quia nocte vxorem cognouerat quando tetigit arcam. Non enim licebat ab amplexu Liæ ad Rachelem immediatè transire, sicut 19. Genes.dicitur ad Iacob:Imple hebdomadam dierum huius copulæ.Hæc Bonauent.Concepit igitur Elisabeth, & sanctum reuiuiscit in partum.Arida atque exarata rugis medulla medullis vitalibus in viscera fœcunda viridantur,& vetustate nimia domus vteri dilapsa,in faciem nouā repentè reparatur, vt meditatur Petrus Chrysologus,hom.92. *Et occultabat mensibus quinque.* Origenes,hom.6.in Luc.Quæro,inquit,quā ob causam, postquàm intellexit se esse prægnantem,publicum declinarit?Ni fallor,hoc est etiam,quòd hi qui nuptiis copulati sunt, non omne C tempus coitus liberum inter se habent,sed est tempus quando recedunt ab opere nuptiarum. Si enim vir senex fuerit,& mulier anus,pudoris est maximi seruire eos libidini, seruire coniugio.Eapropter abscondit illa se mensibus quinque,donec Christi conceptio instaret, quæ pudorem illum auferret.Sed & docebat copulam ad intentionem generationis, non autem libidinis fuisse. Nam cùm concepisset, abscondit se,quasi carnali huic operi renuncians. Quinetiam ipsi iuuenes,suscepta plerunque sobole,renunciant operibus iuuentutis, inquit Ambrosius.Et quid mirum de hominibus,si pecudes quoque muto quodam opere loquuntur, generandi sibi studium,non desiderium esse coëundi?Si quidem vbi semel grauem aluum sibi senserint,iam nec concubitu indulgent, nec lasciuiam amantis, sed curam parentis assumunt. At verò homines nec conceptis,nec Deo parcunt:illos contaminant,hunc exasperant.Et quid de pecudibus loquar?Terra ipsa à generandi opere sæpè requiescit,& si impatienti hominum studio,iactis frequenter seminibus occupetur,impudentiam mulctat agricolæ, & fœcunditatem D sterilitate commutat.Ita quidem in ipsis elementis ac pecudibus, ab vsu non cessare generandi,naturæ pudor est. Meritò ergo etiam sancta Elisabeth erubescebat gratiam, etsi non recognosceret culpam.Læta quidem erat de conceptu,sed,vt est verecunda probitas, suppudescebat,quòd his qui nondum nouerant hæc autore Deo geri,ait Erasmus,iam anus adhuc libidini vacasse posset videri. Nec enim ignorabat quàm sit pronum ad malè suspicandum simul & malè loquendum vulgus hominum. Spectabat & illud prudens mulieris animus, non esse iactandum Dei donum apud populum,donec certum esset:ne si quid fefellisset, sterilitatis probrum,ob frustrà speratam anui prolem conduplicaretur. Interim verò spirituali gaudio diuinæ gratiæ congratulabatur,dicens:*Sic mihi fecit Dominus in diebus quibus me respexit, auferre opprobrium meum inter homines.*Hactenus,inquit,sterilis & effœtæ probro traducta sum apud populum Israëliticum,cui turpior est corporis sterilitas,quàm animi improbitas. Sed, vt video,Do-E minus in hoc fœcunditatem distulit,quò non solùm me eximeret à probro sterilitatis, verumetiam cumulatius adferret gaudiū præter spem nata proles.Nam planè Dei munus est,qui quo ipsi visum est tempore,dignatus est ancillam suam respicere: quòd posthac vnica, seráque, sed insigni prole,quā Deo genui,prædicabor mater fœlicior multis,quæ numeroso partu locupletant suos maritos.Cęterùm Respiciēdi verbo declaramus gratiam seu beneficium aliquod etiā indignis obtigisse:cuius contrarium est,auersari,oculos auertere. Psal.138. Humilem respicit, & alta à longè cognoscit. Aspicere enim gestus miserantis est. Cæterùm probro ducebatur sterilitas eo tempore, quo Christus ex hominibus nasciturus expectabatur. Nunc autem diuinæ prouidentiæ ita quisque illam referat, vt non statim aliquem iudicet & condemnet, quia prolem non habet.Similem ergo gratiarum actionem reddit,quam & Rachel,Genes.30. Concepit enim Rachel,& peperit filium,dicens:Abstulit Deus opprobrium meum.Tunc sci-

Abdicetur cura terrenorum cùm diuinafiūt. Bernard.

Theoph.

Copula coniugatis interdicta pre cum tēpore. Hieron.

Bonauent.

P.Chrysol.

Origen.

Pudor in coitu senū etiam coniugatorum.

Ambros.

Quiescēdū à copula.

Erasmus.

Respicere quid.

licet hæc audiebantur. Deut. 7. Non erit apud te sterilis vtriusque sexus. Vnde dicitur 1. Reg. 1. F quòd æmula Annæ affligebat eam, & vehementer angebat: intantum vt exprobraret quòd Dominus conclusisset vuluam eius. Ideò lætatur, quasi hoc Psaltis occinat, Psal. 112. Ecce habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum lætantem.

De annunciatione facta per Gabrielem Angelum ad virginem Mariam, vnde fuerit illa virgo, de salutatione Angelica, turbatione Mariæ, & iis argumentis, quibus Angelus demonstrauit facilem esse Deo, Verbi incarnationem, & virginis grauidationem, & de consensu virginis.

Matth. | Marc. | LVCAS. | Ioan. G

Missus est Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid, & nomẽ virginis Maria. Et ingressus Angelus ad eam, dixit: Aue gratia plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Quæ cùm audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum: ecce concipies in vtero, & paries filium: & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur: & dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius: & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respõdens Angelus, dixit ei: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obũbrabit tibi. Ideóque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Et ecce Elizabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua: & hic mensis, sextus est illi, H
quæ vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.

Introductio.

QVI MAGNVM aliquod imperium corruisse audiunt, si in pristinũ splendorem reparatum illud fuisse intellexerint, id quibus authoribus & mediis contigerit, latiùs explicari gestiunt. Et olim quidem, vt scribit Diodorus Siculus, apud Ægyptios ægroti in locum publicum efferebantur, vt ibi quisque quod simili morbo medicum fuisse obseruasset, publicè pronunciaret. Nec quidem tantum aut ægrotis lætitiæ argumentum est, si medicum aduenisse: aut, lõgis iam discordiis & bellis lacessito populo, si principem prudentem & patrem patriæ datum esse intellexerint, quantum nobis hodie suppetit in Angelica legatione, & virginis assensu. Qui non animi morbi, quæ non peccata Christum animarũ nostrarum medicum præcesserunt? Esa. 1. A planta pedis vsque ad verticem non erat in homine I
sanitas. Omnes declinauerunt, inquit Dauid, simul inutiles facti sunt. Quot clades præcesserãt? Quid non horrendum vindex Dei manus incusserat in diluuio, sulphure Sodomitico, tot captiuitatibus, bellis, dissidiis, & toties repetita captiuitate & fame? Præter hæc, aperuerat infernus animam suam absque vllo termino, ait Esaias.

Diod. Siculus. *Ægroti in publicum elati.*

Vindex Deo olim.

Prudẽtius.

Stragem sed istam non tulit
Christus cadentum Gentium
Impunè, ne forsan sui
Patris periret fabrica,

vt scribit Prudentius in Hymno de natali pueri Iesu. Ecquis verò nostrûm est, quem non delectet audire remedia allata ei, quem moribundum iudicarit? Luc. 10. Atqui Samaritanus hic noster hominem semiuiuum relictum visitauit, & curauit. Etiam & Ioan. 9. curiosè nonnulli cæcum curatum interrogant, Quomodo aperti sunt tibi K
oculi? Nos si remediũ istud explicare voluerimus, à saliua illa luto nostro cõmixta, à diuino verbo & sapiẽtia carni nostræ vnita ordiamur, & statim proferemus, quòd Verbũ caro factum est. Hoc nimirũ nostræ reparationis exordiũ est, quòd Christus cõceptus est de Spiritu sancto. Hoc nostræ fidei fundamentum est. Quod quia quisque & ore fateri, & corde credere tenetur: ideò Lucas nihil tacere voluit, quod faceret ad huius historiæ certitudinẽ. Præmissa enĩ miraculosa Ioannis conceptione, legationis ad Mariã factæ summã explicat: exprimens locũ, tempus, personas, & velut dialogismo illarũ verba interserens. Fœcundatã præcursore sterilem narrauit, nũc Virginem Deo imprægnatã describit. Hęc enim fœcundatio facta est Deo destinante, Angelo nunciãte, & virgine cõsentiente. Contigerũt hæc mense sexto à cõceptione Ioãnis: vnde tandẽ

Christi incarnatio collyriũ est.

Quãdo Angelus missus sit.

Ange-

A Angelus adiecit, Et hic mensis est sextus illi quæ vocatur sterilis. Scribit Chrysostomus, Ioannem mense Septembri luna vndecima, quando celebrabatur ieiunium scenopegiæ, in æquinoctio autumnali decrescentibus diebus Elisabeth filiũ concepisse: ex quo tempore si sex menses cõputaueris, Christi conceptionem in mensem Martium incidisse perspicies: Immò & in eundem ipsum diem, vt scribit Athanasius in Quæstionibus ad Antiochũ principẽ (quæst. 17.) quo & primus homo cõditus, & Christus pro nostra salute mortuus est. Vt sic reparatio primæ creationi responderet, ait Bonauentura, in Luc. & impleri videatur illud Esaiæ 66. Sicut cœli noui, & terra noua, quæ ego facio stare coram me, dicit Dominus, sic stabit semen vestrum. Et erit mensis ex mense, & sabbatum ex sabbato, veniet omnis caro vt adoret coram facie mea. Cæterùm Lucas, vt obseruat Bernardus, ho. 1. super Missus est, nominat quidem nuncium qui mittitur, Dominum à quo mittitur, virginem ad quam mittitur, sponsum quoque virginis, amborúmque genus: ciuitatem ac regionem propriis designat nominibus. Vt quid hoc? Putásne aliquid horum superuacuè positũ sit? Nequaquam. Si enim nec folium de arbore sine causa, nec vnus ex passeribus sine patre cœlesti cadit super terram, putem ego ex ore sancti Euãgelistæ superfluum diffluere verbum, præsertim in sacra Verbi historia? Non puto. Plena enim sunt omnia supernis mysteriis, ac cœlesti singula dulcedine redundantia, si tamen diligentem habeant inspectorem, qui nouerit sugere mel de petra, oleúmque de saxo durissimo. *Missus est*, inquit, *Angelus Gabriel à Deo*. Non arbitror hunc Angelum de minoribus esse, qui qualibet ex causa crebra soleant ad terras fungi legatione. Quod & ex eius nomine palàm intelligi datur, quod interpretatur Fortitudo Dei: & quia non ab alio aliquo fortè excellentiore se, vt assolet, spiritu, sed ab ipso Deo mitti perhibetur. Nam quia Christus Dei virtus est, & fortior ille, qui fortem Sathanam deuicturus erat, qui vt Gigas fortis decursurus erat viam suam: ideò rectè per Angelum, qui Dei fortitudo dicitur, nunciatur. Sed & diuinæ fortitudinis, seu potentiæ, testis esse debuit, quæ in virgine operaretur, eámque fœcundaret. Virgo enim, quandiu talis, ad conceptum impotens est, ait Albertus Magnus, in Luc. Itaque nouum hoc & inauditum est, nec nisi à diuina virtute proficiscitur, quòd peperisse dicitur. Hier. 31. Nouum faciet Dominus super terram, fœmina circũdabit virum. Apoc. 21. Dixit qui sedebat in throno, ecce noua facio omnia. Eccl. 36. Innoua signa, immuta mirabilia. Ita respondet veritas promissioni, vt sicut per Gabrielẽ mysterium istud prædictum fuit Danieli, sic aperiatur & virgini. Dan. 9. Ecce vir Gabriel, quem videram in visione à principio, citò volans, tetigit me in tempore sacrificij vespertini, & docuit me. Sequitur: Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt super populum tuum, & super vrbem sanctam tuam, vt cõsumeretur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur visio, & Prophetia, & vngatur sanctus sanctorũ. Cæterùm quia tunc visio de præliis erat, regúmque certaminibus, immò regnorum successionibus, Gabriel qui præpositus est præliis, huic officio apud Danielem mãcipabatur, ait Hieronymus, in c. 8. Daniel. Gabriel enim in linguam nostram vertitur, Fortitudo, vel Robustus Dei. Vnde & eo tempore, quo erat Dominus nasciturus, & indicturus bellum dæmonibus, & triũphaturus de mundo, Gabriel venit ad Zachariam & ad Mariam. Et quidem cùm per Angelos natiuitas Isaaci, Genes. 18. Gedeonis, Iud. 16. immò & Ioannis nunciata sit: quantò decentius fuit, vt docet Andræas Hierosolymitanus, serm. in Salutat. Angel. Archangelum Gabrielem ex altissimis in huius stupendæ rei ministerium demitti? Habuerat vtique Christus à Prophetis testimonium: idcircò Philippus ad Nathanaëlem, Ioan. 1. Quem, inquit, prædixerunt Moyses & Prophetæ, inuenimus Messyam. Immò verò quò simul omnia illi vicem redderent, inferni specus testimonium fecere, cacodæmonum scilicet agmina, dum aut oracula redderent, aut ex ipsis etiam obsessorum corporibus clamarent: Quid nobis & tibi Iesu Nazarene? Luc. 4. Quid itaque mirum, si nec cœlestis defuit paranymphus, qui aduentũ illius prænunciaret? Addè quòd conueniens erat nunciũ inde pendere, vnde & ille processurus erat. Psal. 44. A summo autẽ cœlo egressio eius, & occursus eius vsque ad summũ eius. Deniq; quia supermundanũ est hoc mysteriũ, ab illo meliùs nunciatur, qui non ex hominũ consilio, aut opinione, sed Dei voluntate totus pendeat, qui denique nihil humanum & terrestre habeat. Generationẽ eius quis enarrabit, inquit Esaias? At verò illã Angelus edisseruit. Sic olim data est lex per Angelos, & illi sæpissimè patres edocuerunt, Abrahamum Gen. 15. Iacob Gen. 32. Mosem Exod. 19. Dauidem 2. Reg. 24. Quantò fuit conuenientius per Angelum, virginẽ illã Angelicam, de recõditis hisce erudiri? Ideò Esa. 18. ita prænunciatur: Ite Angeli veloces ad Gentem conuulsam & dilaceratam, ad populum terribilem, post quem non est alius, ad Gentem expectantem & cõculcatam, cuius diripuerunt flumina terram eius, ad montem nominis Domini exercituũ, mõtem Syon.

Chrysost.

Athanas. *Eadem die Christus cõceptus & mortuus, et primus homo cõditus.*

Bonauent. Bernard. *Omnes circunstantiæ designatæ à Luca.*

Angelus quis et quid Gabrielis nomen.

1.

2.

Albertus Magnus.

3.

Gabriel fortitudo Dei. Hieron.

4.

Angeli nunciant electorum natalem. Andr. Hierosolymit.

6.

Conueniebat Angelũ nunciare Christi natalem.

Albertus Magnus. Iudæorum enim Gentem describens, inquit Albertus Magnus, in Luc. vocat cõuulsam tentationibus, & dilaceratã peccatis: Gentem tamen Dei promissa expectantem, & conculcatã seruitute dęmonũ, cuius terram & habitationem iam flumina vanitatum diripuerant, cùm tamen ex scientia legis & Prophetarum esset terribilis, cui, si Dei protectionẽ spectes, Gentem nullam comparaueris. Ad hanc igitur Angeli veloces mittuntur, vt annuncient opus redẽptionis. Mittitur Gabriel ad Virginẽ, multitudo verò cœlestis exercitus ad pastores. *Missus est* ergo *à Deo*. Non ingessit se, quod malignorũ spirituum proprium est, vt Sathanę, Iob. 1. & spiritus mendacis in ore Prophetarum, 3. Reg. 13. Nam ad eorum instar Pseudoprophetæ sese ipsimet non vocati, velut lupi in ouile obtrudunt, vt grassentur. Hierem. 22. Currebant, & non mittebam eos. Missus est iste. Facit enim Deus nũcios suos spiritus, & ministros suos flammã ignis, ait Psaltes. Leguntur verò nonnunquã Angeli missi ab aliis Angelis, si hæc noua superueniens authoritas à nullo nisi à Deo præsumitur. Sed & hoc ideò positum est *à Deo*, ne cui vel beatorum spirituũ, suum Deus antequàm virgini reuelasse putetur consilium, ait Bernardus, serm. 1. super Missus, excepto duntaxat Archangelo Gabriele, qui vtique tantæ inter suos inueniri potuerit excellẽtiæ, vt tali & nomine dignus haberetur, & nuncio. Porrò loci congruentiam notat, missum illum dicens *in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth*. Erat autem Galilæa confinis Iudæorum & Gentium, ait Bonauentura, in Luc. vnde & illum venisse nunciabat, in quo benedicerentur omnes tribus terræ, vt Abrahæ dictum est, Genes. 22. & Iacob asseuerat, Genes. 49. quòd esset expectatio Gentium. Sed & Nazareth, si legatur per literam Hebraicam Tsade, florigeram significat, in qua flos campi & lilium conuallium, Cant. 2. primùm conciperetur. Abiectum erat tum temporis hoc oppidulum. Hinc & istud Nathanaëlis, Ioan. 1. E Nazareth potest aliquid boni esse? Sed nunc hac solenni legatione, & Christi educatione nobilitatum est, vt obseruat Andr. Hierosolymitanus, serm. in Salut. Angelicam. Sed & Christus Nazaræus dici debuit, vnde & in Nazareth primùm concipitur. Quinetiam persona conueniens erat, quæ hanc legationem admitteret: mittitur enim *ad Virginem*. Debuit enim restitutio nostra quodammodò alludere ad ruinam nostram. Ad hanc quidem concurrerunt Angelus malus in serpente, Eua desponsata, & vir: ad reparationem autem nostram cõcurrit Angelus bonus, Virgo, & Christus. Hoc obseruat Irenæus, lib. 5. in hære. Seducta est malè illa, inquit, quæ iam viro destinata erat virgo Eua: per veritatem euangelizata est ab Angelo virgo Maria. Quemadmodum enim illa per Angelicum sermonem deducta est, vt effugeret Deum, præuaricata verbũ eius: ita & hæc per Angelicum sermonem euangelizata est, vt portaret Deum, obediẽs eius verbo. Et sicut illa seducta est vt effugeret Deũ: sic & illa suasa est obedire Deo, vti virginis Euæ virgo Maria fieret aduocata. Ita pro inobedientia obedientia commutatur, & fides pro perfidia compensatur, inquit Augustinus, serm. 1. de annunciat. Dominica. Per virginem venit mors, vt scribit Cyrillus Hierosolymitanus, catech. 12. Dignum ergo erat de virgine apparere vitam, vt sicut illam serpens decepit, ita & istam Gabriel annunciaret. Et quidem conueniens erat Christi & Dei nostri genitrici virginitas. Quid enim? Cùm primus homo de virgine terra sumptus & plasmatus sit, num conuenientius erat secũdum perfectiorem hominem de virgine nasci? Adde quòd integra mente & corpore esse debuit, vt obseruat Bernardus. vtroque enim Deum acceptura & possessura erat. Neque verò in maliuolam animã intrabit Spiritus sanctus, aut habitabit in corpore subdito peccatis. Quæ enim conuentio luci ad tenebras, aut Christi ad Belial? Itaque cùm multò sit purior & acceptior virginitas aut coniugio, aut quolibet alio statu, vt contra Iouinianum probat D. Hieronymus: ideò virginem illam esse decuit, quæ Christum exciperet. Sancti estote, inquit, quoniam ego sanctus sum. Quinetiam veniebat vt omnẽ corruptionem tolleret, & redderet nos Deo mortificatos quidẽ carne, viuificatos autem spiritu. At verò vbi maior est carnis mortificatio quàm in virginitate? Sed & altiore quodam mysterio factũ est, vt qui in cœlis patrem haberet sine matre, in terris matrem haberet sine patre: & indè mirabilior eius esset natiuitas, & liberè quisque cum Esaia exclamaret, Generationẽ eius quis enarrabit? Et id Malachiæ: (cap. 3.) Et quis poterit cogitare diem aduentus eius? Ita scilicet sacerdos secundũ ordinẽ Melchisedech fuisse comprobatur à Paulo, si eius generationem spectes: Neque principiũ neque finem dierũ habens: cuius nec mater in generatione æterna, nec pater in temporali censeatur. Albertus Magnus, in Luc. Sicut enĩ diuina generatio est de patre sine fœmina, sine corruptione: ita humana generatio sine patre est, sicut candor nascitur de luce, & flos de terra. Quia, sicut dicit Philosophus Abrutallus, flos in terra est sine patre, sed in cœlo habet patrem solem, hîc autẽ habet matrem terrã. Sap. 7. Candor enim est lucis æternæ, & speculũ sine macula Dei maiestatis, & imago bonitatis illius. Cæterũ virgo illa eius mater *erat desponsata Ioseph de domo Dauid.*

Mittuntur Angeli.

Bernard.

Locus Nazareth. Bonauent.

Andr. Hierosolym. *Virgo cur electa.*

Irenæus. *Euæ & Mariæ cõparatio.*

Augustin. Cyrillus Hierosol. *Antitheſis Euæ & Mariæ.*

Bernard.

Hieron.

Mater Christi debuit esse virgo.

Albertus Magnus.

Abrutallus Philosoph.

A *Dauid.* Cyrillus Hieroſolymit. catech. 12. obſeruat deſponſatam dici, non vxorem, quòd propter ſolam deſponſationem vxor dici poſſet, eo nimirùm modo, quo Iacob ad Laban dicebat de Rachele: Da mihi vxorem meam. Et quidem Auguſtinus ſponſum ſumit pro coniuge, habita copulæ ratione, cuius reſpectu non erat deſponſata virgo. Sic enim ſcribit, ſerm. 13. in natali Dom. Concepit virgo antequàm ſponſum haberet, parit antequàm nubat: & quod ad laudem pertinet matris Domini, & virgo cœpit eſſe poſt partum. Virgo enim concepit, virgo peperit, virgo poſt partum illibata permanſit. Cæterùm ſi quis requirat, quid illam deſponſari opus fuerit, cùm virginem illam permanere conuenientius eſſet: reſpondet Hieronymus, libr. 1. Comment. in Matth. opus fuiſſe cognoſci familiam virginis ex familia Ioſephi. ſiquidem nemini licebat ex alia quàm ſua tribu vxores ducere. Num. 36. Nubãt, ſed tantùm ſuæ tribus hominibus, ne commiſceatur poſſeſſio filiorum Iſrael. Rom. 1. Qui natus eſt ei ex ſemine Dauid. Sic enim Pſal. 131. promiſſum Dauidi fuerat: De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.

Cyrill. Hieroſ.

Deſponſata pro cõiuge. Auguſt.

Hieron. *Quomodo liquet Mariam fuiſſe de domo Dauid.*

B Ideò adiicit, *De domo Dauid.* Miſerè afflicta fuit hæc domus, quòd ei quiſque regiam dignitatem deberi intelligeret. Ideò nunc à Iudæorum Pontificibus, nunc ab Herode, nunc etiã à Romanis variis modis impetita eſt. Ex quo factum eſt, vt & abiecta lateret, aut ſaltem paupertate & opprobriis vexaretur. Euſeb. lib. 3. cap. 12. hiſt. Eccleſ. & cap. 20. narrat Veſpaſianũ capta Hieroſolyma omnes de tribu Dauid inquiri iuſſiſſe: ſed & Domitianum eapropter curiosè & acriter Iudæ nepotes de eadẽ ſtirpe interrogaſſe ſcribit. Et hoc quidẽ hinc emergebat, quòd Chriſto ex illa domo oriũdo omnia imperia, magiſtratus, & regna ſubiicienda eſſe Prophetæ prædixerant, & Iudæi profitebantur. Sed & de vtroque, Maria nimirùm & Ioſepho, domus Dauid dici poteſt. Nec tantũ Ioſephus domũ Dauid Chriſto & Virgini deſignabat, ſed &, vt ſcribit Beda, per deſponſationem illam latere Dominus volebat incarnationis myſteriũ. Nam, ne velut adultera, virgo lapidaretur à Iudæis, maluit aliquos de ſuo ortu quàm de pudore dubitare

Domus Dauid miſerè afflicta. Euſeb.

Beda. 2.

C parentis. Simul & virginibus impudicis occaſionem tollebat, ne matrem quoque ſaluatoris dicerent falſis ſuſpicionibus infamatam fuiſſe. Denique in Ægyptũ fugiens, & inde rediens, ſolatium viri habere debuit, qui integerrimæ virginitatis cuſtos, pariter ac teſtis exiſteret. Quinetiã eo factum eſt, vt partus ipſe diabolũ lateret: ne fortè q. cæteris hominibus eminentiorem morti tradere timeret. Orige. ho. 6. in Luc. hoc confirmat Ignatij teſtimonio, qui in quadam ſuarum Epiſtolarum ita ſcribit. Principẽ huius mundi latuit virginitas propter Ioſeph, propter nuptias, quia habere virum putabatur. Has & ſuperiores rationes adducit Baſilius, hom. 25. de humana Chriſti generat. Gregorius Nyſſenus, ſerm. de ſancta Chriſti natiuitate, Virginem dicit è ſterilibus parentibus natam, templo ſtatim dicatam fuiſſe: quæ cùm nubilis eſſet, exiſtimaſſe eos ſa-

Cur deſpõſata Virgo. 3. Cap. 1. lib. 1 in Luc. 4. Origen. Ignatius. Baſilius. Gregor. Nyſſen.

D crilegium fore, ſi homo ius & poteſtatem in donarium Deo conſecratum haberet. Ideò priùs habito ſacerdotum conſilio, hos illi prouidiſſe Ioſephum virginitatis cuſtodem. Idem ſcribit Ioan. Damaſcenus, Orat. 1. de beatę Mariæ dormitione. Vnde & lib. 4. de fide Orthodoxa, cap. 15. Hac, inquit, deſponſatione id agebatur, vt & Virgini cuſtos præſtò eſſet, & ei qui virgines obſeruabat, impoſtura fieret. Ita primùm Virgo in domo Dei plantata, atque per Spiritum ſanctum ſagnata, inſtar oliuæ frugiferæ, virtutum omnium domicilium efficitur, vt quæ videlicet ab omni huiuſce vitę, & carnis concupiſcentia mentẽ abſtraxiſſet, atque ita virginem, vnà cum corpore, animã conſeruaſſet, vt eam decebat, quæ Deũ ſinu ſuo exceptura erat. Ita ſimul in illa virginitas & coniugium commendantur, ſed in vtriuſque corporis & animæ puritate. Benè deſponſata, ſed virgo, inquit Ambroſ. lib. 2. in Luc. quia Eccleſiæ eſt typus, quæ eſt immaculata, ſed nupta. Cõcepit nos virgo de ſpiritu, parit nos virgo ſine gemitu. Et ideò fortaſſe ſancta Ma-

Diuina prouidentia Virgo deſpõſata eſt. Io. Damaſ. 5. *In Maria virginitas & cõiugiũ* Ambroſ.

E ria alij nupta, ab alio repleta: quia & ſingulæ Eccleſiæ ſpiritu quidem replentur & gratia: iunguntur tamen ad temporalis ſpeciem ſacerdotis. Bernardus, hom. 2. ſuper Miſſus eſt: Hic cùm tu Ioſephi nomen, eidémque gratiam collatam audieris, memento magni illius quondam Patriarchæ venditi in Ægypto, Gen. 37. & ſcito, inquit, non ſolùm ipſius iſtum vocabulum fuiſſe ſortitum, ſed & caſtimoniam adeptum, innocentiam & gratiam. Ille Domino ſuo fidem ſeruans, dominæ ſuæ noluit commiſceri: iſte dominam ſuam Domini ſui matrem virginem agnoſcens, & ipſe continens fideliter cuſtodiuit. Illi data eſt intelligentia in myſteriis ſomniorũ: iſti datũ eſt conſciũ fieri atque participem cœleſtiũ ſacramentorũ. Ille frumenta ſeruauit, nõ ſibi, ſed omni populo: iſte panem viuũ è cœlo ſeruãdũ accepit, tã ſibi quàm toti mũdo. Porrò vt nomen viri, ita nomẽ virginis exprimit Lucas. *Nomen*, inquit, *virginis Mariæ*: ita omnia ob oculos ponit, immò & omnia myſteriis plena eſſe teſtatur. Ex quo fit, vt Bernardus, Ioan. Damaſ. Beda, & cõplures Patres ex nominis interpretatione conſolationẽ hauriãt. Bernardus quidem & Beda Mariã, quaſi maris ſtellã dictam eſſe ita perpẽdunt, vt verè in ea impletũ ſit, quod pridẽ

Bernardus. *Collatio Ioſeph Patriarchæ cũ Ioſeph viro Virginis.* *Ex nominis Maria interpretatio neco ſolatio*

Balaam cecinit, Orietur ſtella ex Iacob, & virga conſurget ex Iſraël. Nam, vt canit Eccleſia, ſi- F
cut ſtella radium parit, virgo filium pari forma. Neque ſidus radio, neque mater filio fit corru-
Bernard. pta. Hæc eſt illa nobilis ſtella ex Iacob orta, inquit Bernardus, hom. 2. ſuper Miſſus, cuius radius
vniuerſum orbem illuminat, cuius ſplendor & præfulget in ſupernis, & inferos penetrat. Terras
etiã perluſtrans, & calefaciens magis mentes quàm corpora, fouet virtutes, excoquit vitia. Ipſa,
Maria ſtella maris. inquam, eſt præclara & eximia ſtella, ſuper hoc mare magnum & ſpatioſum neceſſariò ſubleuata, micans meritis, illuſtrans exemplis. O quiſquis te intelligis in huius ſeculi profluuio, ma-
gis inter procellas & tempeſtates fluctuare, quàm per terram ambulare: ne auertas oculos ab
hoc fulgore ſideris, ſi non vis obrui procellis. Si inſurgant venti tentationum, ſi incurras ſcopu-
Damaſ. los tribulationum, reſpice ſtellam, voca Mariam. Damaſcenus, lib. 4. de fid. Orthod. cap. 15. Ma-
riam Dominam nuncupat. Id enim, inquit, Mariæ nomine ſignificatur. Verè etenim rerũ om-
Maria domina maris nium conditarum domina facta eſt, cùm creatoris mater extitit. Reſpexit autem ille ad Syria- G
cam dictionem, quæ Hebraicè commixta in nomine *Maria*, dominam maris ſignificat. At-
Auguſt. qui Auguſtinus, lib. Meditat. cap. 23. Sub Chriſti confeſſione poſiti, inquit, ligno crucis ferimur,
nauigãtes per hoc mare magnum & ſpatioſum, vbi ſunt reptilia, quorum non eſt numerus, vbi
animalia puſilla cum magnis, vbi draco ſæuiſſimus paratus ad deuorandum, vbi loca periculo-
ſa, Scylla & Charibdis. Ideò recurrit is ad ſanctorum patrocinia. Orate, inquit, omnia agmina
Angelorum, & vniuerſi cœtus beatorum, vt veſtris precibus, meritiſque adiuti, ſalua naue, &
integris mercibus peruenire mereamur ad portum perpetuæ ſalutis & quietis. Cur nõ & idem
nobis à Maria maris domina ſupplices obſecremus, ſi quando ſalui & incolumes emergamus,
ne nos demergat tempeſtas aquæ, aut abſorbeat nos profundum, aut aperiat ſuper nos puteus
os ſuum? Sed nunc ex ipſis coniugibus, ex virgine & Ioſepho, ad penitiora myſteria progredia-
Angelus corporali modo apparens. mur: & quid legatus expedierit, audiamus. *Ingreſſus eſt Angelus ad eam.* Nunc innuit Euange- H
liſta Angelum corporali modo apparuiſſe, & locum deſignare videtur vbi virginem inuenerit.
Caietanus. Ingreſſus enim corporalem motum deſignat, vt obſeruat Caietanus. Nec enim apparuit tan-
quam ex improuiſo in aula, ſed gradiens ad virginis aulam introiuit. Hoc etiam longè antè Si-
Sibylla Erythr. bylla Erythræa cecinerat, lib. 8. Oraculor. his verbis:

Πρῶτα μὲν οὖν Γαβριὴλ ἄνακτα δέμας ἀγνὸν ἐδείξη.

id eſt, *Ac primùm corpus Gabriel oſtendit honeſtum*
Nuncius.

Maria ſolitaria. Quinetiam locus intelligitur ſecretus fuiſſe. Non enim foris illam vagantem, non in oſtio do-
Damaſ. mus ſuæ garrientem, ſed intus ſolitariam inuenit. Ioan. Damaſcenus, Orat. 1. de Mariæ dormi-
tione. Apud Ioſephum, inquit, ſacra hæc & immaculata puella commorabatur, domi ſe conti-
Ambroſ. nens, eorúmque quæ ante fores gererentur, nihil omninò cognitum habens. Ambroſius, lib. 2. I
Comment. in Luc. Diſcãt mulieres propoſitum pudoris imitari, inquit. Solam in penetralibus,
quam nemo virorum videret, ſolus Angelus reperit, ſola ſine comite: ſola ſine teſte, ne quo de-
generi deprauaretur affatu, ab Angelo ſalutatur. Hoc nimirùm virgines decet, ne fortè ſi adin-
Bernard. ſtar Dynæ, congreſſus hominũ ſectẽtur, ipſæ ſuę corruptionis occaſionẽ præbeant. Puto, inquit
Bernardus, hom. 3. ſuper Miſſus, quòd Angelus ingreſſus eſt ſacrarium pudici cubiculi, vbi illa
fortaſſis clauſo ſuper ſe oſtio orabat Patrem in abſcondito. Nec mirum eſſe debet, quòd Ange-
Quomodo Angelus ĩ aſſumpto corpore ianuis clauſis intrauerit. lus clauſo oſtio ingredi dicatur, etiam aſſumpto corpore. Nam & hoc ille adeò ſubtile reddere
poteſt, vt nec ei opus ſit illa aditus proportione, quæ ad noſtrorum corporum ingreſſum requi-
ritur. Quis enim putauerit Angelum, cùm è carcere Apoſtolos educeret, Act. 5. aut cùm Petrũ
è vinculis eriperet, Act. 12. opus habuiſſe aperto oſtio? Sed nec ipſe Chriſtus, cùm ad Apoſto-
los poſt reſurrectionem ianuis clauſis ingreſſus eſt. Sicut enim ſolis radij vitrum permeant ſine
illius diſruptione, ita & ipſi Angeli obſerata omnia penetrant. Angelicis ſpiritibus parietes non K
Bernard. obſiſtunt, inquit Bernardus: ſed cuncta illis viſibilia cedunt, cuncta æquè corpora quantumli-
bet ſolida vel ſpiſſa, penetrabilia ſunt eis ac peruia. Suſpicandum igitur non eſt, quòd apertum
inuenerit Angelus oſtiolum virginis, cui nimirùm in propoſito erat hominum fugere frequen-
tias, vitare colloquia, ne vel orantis perturbaretur ſilentium, vel continentis caſtitas tentaretur.
Angeli adſunt orãtibus. Porrò ſolent Angeli aſtare orationibus, & delectari in his quos vident leuare puras manus, vt
ſe in holocauſtum offerant in odorem ſuauitatis. Sic effudit in conſpectu Dei orationem
ſuam, & petitionem ſuam ante ipſum pronunciauit, (Pſal. 141.) vt longas hominum ærumnas
miſeratus, tandem viſitaret nos oriens ex alto. Nimirùm his qui ſic ad Dominum rapiuntur,
apparuerunt Angeli, Danieli cap. 9. Petro Act. 10. Ioanni etiam in Pathmos. Quin & ipſi Za-
chariæ idem Gabriel præcurſoris exortum repromiſit, cùm ille in templo ſacrificiis &

ora-

A orationibus incumberet. *Aue*, inquit. Ab ipso gaudio initium sumpsit, inquit Andræas Hie- *Gaudium*
rosolymitanus, serm. in Salutat. Angelic. lætitiæ signa statim ei annuncians. Sed &, vt Gregor. *per Aue.*
Nyssenus, serm. de Christi natiuit. censet, verba hæc initiationis benedictio erant. Nouum hoc Andr. Hie-
salutationis genus est, vt obseruat Orige. ho. 6. in Luc. Immò negat se in omni scriptura simile rosol.
inuenire potuisse. χαῖρε enim non saluere tãtũ, sed & gaudere significat, & valere. Porrò licet & Gregor.
gaudere & valere significet, interpres mediã significationẽ eligẽs, traduxit Salue, ea ratione, quia Nyssen.
hæc significatio propria est salutãti. Angelũ enim salutãtis officio fungi intellexit, ait Caietanus. Origenes.
Hæc autem, inquit Hesychius Hierosolymitanus, serm. de laudib. Virg. Mariæ, fausta Gabrie- Caietan.
lis nuncia fuerunt illi mox initium lætitiæ. Cùm enim prima virgo concluderetur molestijs, Hesychius.
per sententiam condemnatoriam, ob transgressionem inflictis, & ab ea gemitus plurimi pro- Hieros.
dirent, omnisque mulier illius causa in dolore esset constituta, & partus omnis propter eam a- *Antitheſis*
B cerbitatem pateretur: secunda virgo, ex denominatione etiam Angelica, miseriam omnem *Mariæ &*
fœminei sexus repulit, omnémque tristitiæ fontem, qui inter pariendum adesse solet, obstru- *Euæ.*
xit: & nubem desperationis, qua premũtur mulieres in partu, dissipauit, & lumina lætitiæ co- Theophil.
ruscare fecit. Hanc sententiam sequitur Theophilactus. Et præclara sanè, inquit Damascenus, Damas.
serm. 1. de Beatę Mariæ dormit. Angeli ad eam, quæ Angelis præstabat, oratio. Gaudium enim *Præclara ſa*
vniuerso orbi affert. Nam, vt explicat Petrus Chrysologus, sermone 140. in hac voce oblatio *lutatio.*
est muneris, non simplex salutationis officium. Quod munus nato Christo, pastoribus ob- Petr. Chry
tulerat Angelus, dicens: Euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia sologus.
natus est vobis hodie saluator. Gaudium hoc Euæ soluit maledictionem, inquit Euthymius, in Euthym.
cap. 1. Luc. Gaude, inquit, vtpotè inter omnes virgines in Dei matrem electa. Si enim gaui- *Argumen-*
sus est Abraham & Sara in natali filij sui Isaac, cóque hoc nomine donauerunt, quasi virum il- *tum gaudij*
C lum risus esse censerent: quomodo non gaudeat virgo tanto dignata priuilegio, vt fieret Dei sui *in Chriſti*
& saluatoris mater? Eua portat peccatorem, at Virgo agnũ gestatura erat, qui tolleret peccata *cõceptione.*
mundi. Fulgentius, serm. de natiuitate Christi. Tria namque mala à tribus bonis Mariæ probã- Fulgenti⁹.
tur excusa. Nam Euæ dictum est, In doloribus & in tristitia paries, & ad virum conuersatio
tua, & ipse dominabitur tui. Tribus ergo his malis se subiungũt fœminæ, dolori, tristitiæ, seruitu-
ti. Maria autem è cõtrario quàm præclarissimis tribus bonis sublimetur, auscultа, salutatio-
nis Angelicæ, benedictionis diuinæ, & plenitudinis gratiæ. Cùm dixit *Aue*, salutationem illi
cœlestem exhibuit. Cùm dixit, *Gratia plena*, ostendit ex integro iram exclusam primæ senten-
tiæ, & plenam benedictionis gratiam restitutam. Cùm dixit, *benedicta tu in mulieribus*, virgini-
tatis eius benedictum fructum expressit. *gratia plena*, dictio Græca est κεχαριτωμένη, quam *D. Virgo*
neochristiani Gnostici, inuidentes gloriæ Virginis, ita vertunt, vt quantum possunt, ei detrahãt. *gratia ple-*
D Modò habent gratis dilectam, modò gratificatam, modò receptam in gratiam: quasi nec ipsa *na contra*
gratiosa, id est, gratijs donata fuerit: seu nulla sit actio aut voluntas ex parte virginis, vt diuinæ *hæret icos.*
gratiæ cooperaretur. Ambrosius: Benè, inquit, plena gratia, quæ sola gratiam, quam nulla alia Ambros.
meruerat, cõsecuta est, vt gratiæ repleretur authore. Nec sanè ita operatur Deus in electis suis, *Aliud gra-*
vt artifex in materia inanimata & insensibili. Requirit enim ille assensum nostrum, quem *tioſa, aliud*
etiam Angelus ex virgine assecutus est, cùm illa dixit: Ecce ancilla Domini. Itaque non eo tã- *gratijs do-*
tùm modo gratiosa dicitur, quòd gratijs donata sit, sed quòd & illis sit cooperata, vt cõciperet *nata.*
filium Dei. quod & statim ipse Angelus testatur, cùm adijcit, *Inuenisti gratiam.* Vtique quia *Gratia per-*
gratiam illa quæsiuerat, & magno cordis affectu concupierat. Athanasius, serm. de sanctiss. Dei- *ficiens non*
para. Hac, inquit, de causa factum est, vt gratia plena appellata sis, vtpotè quæ omni gratia a- *ſine aſſen-*
bundares, idque per superuentum in te Spiritus sancti: ideóque vultum tuum deprecatur om- *ſu.*
E nes diuites plebis, ditati scilicet istiusmodi bonis & spiritualibus contẽplationibus. Huc Chry- Athanaſ.
sippus Hierosolymitanus, de S. Maria, recurrit his verbis: Gratia plena, quia tecum est vniuer- Chryſipp⁹
sus gratiæ thesaurus, totius gratiæ & lætitiæ rex cum ancilla: cum speciosa inter mulieres, spe- Hieroſol.
ciosus forma præ filiis hominum: (Psal. 44.) cum puella impolluta, is qui sanctificat omnia.
Epiphanius idem exaggerat in tractatu suo de laudibus Deiparæ virginis. Multos demũ ho- Epiphan.
noris titulos ei tribuit, quòd sit columba pura, (Cant. 5.) sponsa cœlestis, cœlum, templum, & *Honoris D.*
thronus diuinitatis, quæ coruscantem in cœlo & terra solem, Christum haberet: nubes lucida, *Virginis ti-*
quæ fulgur de cœlo lucidissimum Christum, ad illuminandum mundum deduceret: Porta *tuli.*
clausa, Ezech. 46. Hortus conclusus, fons signatus, Cant. 4. Nubes leuis, Esa. 19. mons non in-
cisus, Daniel. 2. Sed & Effrem Edessenus, Oratio. in Deiparam, simili stylo, gratiarum dona Effrem
cumulat, dicens: Aue lux, aue pax, aue gaudium, & salus mundi: aue generis humani lætitia, Edeſſenus.
patrum præconium, lignum vitæ, paradisi deliciarum, liberatrix & auxiliatrix. Eadem coacer-

Hesychi⁹. Andr. Hierosol. Per. Chry.

uat & Hesychius. Quin & Andræas Hierosolymitanus, Salue, ait, benedicta, illuminata, tem- F
plum, palatium, thalame. Salue electa antequàm fieres, diuina cum hominibus reconciliatio.
Petrus Chrysologus ex Augustino, hęc etiam inserit, serm. 143. *Aue gratia plena*: Quia singulis
gratia per partes data est, Mariæ verò se totam infudit gratiæ plenitudo. Omnes, inquit Euan-
gelista, (Ioan. 1.) de plenitudine eius accepimus. Vnde & Dauid dicit, Psal. 71. Descendit sicut

Maria vellus Gedeonis.

pluuia in vellus. Vellus cùm sit de corpore, nescit corporis passiones: sic virginitas cùm sit in
carne, vitia carnis ignorat. Cœlestis ergo imber virgineum in vellus placido lapsu sese infudit,
& tota diuinitatis vnda, bibulo se nostræ carnis celauit in vellere: donec per patibulum crucis
expressum, terris omnibus pluuiam salutis infunderet. Et sicut stillicidia stillantia super terrã:

Petrus Cluniacensis. Bonauent.

vt vitalibus partita stillicidiis, tempora fidei rigarent, germina non necarent. Ita Petrus Cluniacensis, lib. 5. epist. 5. Gratia, inquit, qua plena fuit Maria, charitas intelligenda est, qua illa præ
cæteris excelluit. Bonauentura, in Luc. hoc cõparationibus confirmat. Ideò, inquit, benè per G

Hester figura D. Virginis.

Hester designatur, quæ, vt legitur Hester 2. formosa erat valde, & incredibili pulchritudine,
omnium oculis gratiosa, & amabilis videbatur. Vnde de ipsa dici potest illud, Eccl. 24. In me
gratia omnis viæ & veritatis, in me omnis spes vitæ & virtutis. Huc reduci potest & illud
Canticorum: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Cùm enim de peccatis a-

Augustin.

gitur, nullam prorsus de beata Virgine fieri volo mentionem, ait Augustinus, lib. de natura &
gratia, cap. 36. Non sine gratia fuit Sara, Rebecca, Rachel, Delbora, Susanna, Iudith, vt illis

Aliter D. Virgo, aliter Apostoli pleni gratia aliter Christus.

conferrentur insolita quædam Dei beneficia: quantò magis Maria plena gratia erat, vt nobis
Deum & redemptorem nostrum pareret? Sed & Apostoli repleti sunt Spiritu sancto, & Ste-
phanus plenus fuisse gratia & fortitudine legitur: quantò plenior virgo? Nec id quidem ei ple-
nitudini, quæ in Christo est, prejudicium facit. Nam & in ipso omnem diuinitatis plenitudi-
nem corporaliter inhabitasse, & non ad mensuram datum esse spiritum, & plenitudinem H
omnem effusam esse credimus: non autem pari gradu Mariam accepisse, sed quantum ele-
cta creatura, præter vnionem cum Deo hypostaticam, capax esse potest, Deo illam seligente, &
perficiente. Ita de virgine dicere possumus id Psaltis: Elegit eam Deus & præelegit eam.
Nam si omnia parari debuerunt in propitiatorio Mosaico, quãtò magis sanctificauit illud suũ

Origenes.

tabernaculum altissimus! Hinc fit vt Origenes, hom. 6. in Luc. hæc pronunciet. Id quod ait,
Gratia plena, quòd Græcè dicitur κεχαριτωμένη, vbi in scripturis alibi legerim, non recordor.

Quomodo Deus qui vbique est specialiter fuit in Virgine.

Soli Mariæ hæc salutatio seruatur. *Dominus tecum.* Hoc secundum est dignitatis sacratiss. Vir-
ginis elogium. Vbique sanè Deus, qui ait: Ego cœlum & terram impleo. Cœlum mihi sedes
est, terra autem scabellum pedum meorum. Nam quò ibo à spiritu tuo, inquit Dauid, & quò
à facie tua fugiam? Si ascendero in cœlum, tu illic es: si descendero in infernum, ades. Ita in-

Chrysost.

comprehensibilem Dei naturam probat Chrysostomus tribus libris, de incomprehensibili
Dei natura. Interim tamen speciali quodam priuilegio quibusdam adesse dicitur: in beatis per I

Modi esse Dei.

gloriam, in electis per gratiam, in carne assumpta per vnionem, in omnibus per prouidentiam:
sed in Virgine per supereminentem quandam virtutem & operationem. Hac quidẽ salutatio-

Quibus dictũ Dominus tecum.

ne Angelus Gedeonem dignatus est, Iud. 6. Dominus tecum virorum fortissime: & Booz ad
messores, Dominus vobiscum, Ruth. 1. At non similem illæ vim habuerunt cum ista. Quid
enim comparationis est aut messoribus, aut Gedeoni cum diua Virgine? Iam mihi vide quid

Nihil sine Domino possumus.

sine Domino possimus, quàm manci & inutiles simus: & iterum prospice, quàm verè Psaltes
dixerit, quòd in ipso infirmi accincti sunt robore. Nihil mirum olim in Samsone, quòd leonẽ
suffocauit, quia spiritus irruit in eum: nihil mirum in Daniele, quòd adolescens iniquam iudicũ
sentẽtiã detexerit: excitauerat enim Deus spiritũ eius: sed nec in Iosue, quòd tot reges vicit, aut
in Dauide, quòd vrsum & leonem fugauit: illis enim Deus adfuisse scribitur. Sed & de Ioanne
dicitur: Puer crescebat, & confortabatur spiritu, etenĩ manus Domini erat cum illo. Quid ergo
miramur diuam Virginem gratiæ plenissimam agnosci, cùm Dominus cum illa fuerit? Porrò K
nec sic intelligendum est, quòd Dominus filius in vtero iam virginis per assumptam carnem
fuerit: sed quòd priùs fuerit in mente, vt demum in vtero conciperetur. Nam de futuro adiici-

Epiphani⁹. Andr. Hierosolym.

tur, Ecce concipies in vtero, & paries filium. Sic, vt scribit Epiphanius, tract. de laudib. Mariæ,
pater misit arrabonem de cœlo Spiritum sanctum, præparauit virginem vnigenito filio cœle-

Dominus cum Beseleel, vt templũ ædificaret.

sti sponso. Sed & Andræas Hierosolymitanus, in simili tractatu: *Dominus tecum*, ait, qui ante te
hodie vnà tecum est, & ex te paulò pòst nascetur. Nam sicut priùs spiritus Beseleel impleuit, &
ei Dominus adfuit, quàm tabernaculi vasa fabricaret: ita priùs Dominus Mariam sua gratia

Franco Abbas.

impleuit, quàm ex ea filij sui corpus efformaret. Franco Abbas, tom. 6. de gratia Dei, Dominus
tecum est ô virgo, inquit: non generali tantùm benedictionis gratia, qua & cùm cęteris sanctus
est:

A est:verùm & singularis prærogatiua gratiæ,sicut cum matre filius. Dominus tecum, vt viscera tua sanctificet, vt in carne tua humanam sibi naturam associet. *Benedicta tu inter mulieres.* Tertium est diuæ Virginis elogium: quod non optandi, sed iudicandi verbo intelligendum est,vt sit sensus,Tu es benedicta inter mulieres.Nam quia maledicta fuit Eua,hæc dicitur benedicta,inquit Theophilactus. Et,vt Petrus Chrysologus,serm.140.facta est nunc verè mater viuentium per gratiam,loco illius quæ antè extitit mater morientium per naturam. Et rursus, serm.145.Verè benedicta,quæ fuit maior cœlo,fortior terra, orbe latior. Nam Deum, quem mundus non capit,sola cepit.Portauit eum qui portat orbem,genuit genitorem suum,nutriuit omnium viuentium nutritorem.Fuerit olim Patriarcharum benedictio in pinguedine terræ: ecce terra nostra dedit fructum suum.Terra desuper venientem recipiens imbrem,producens B tamen tribulos & spinas,maledicta est:hæc nullo ab homine semine susceptо, sed tantùm Spiritus sancti gratia perfusa,tam copiosum fructum edidit,vt quisque in illa cumulatissimam gratiam agnoscat.Maledictæ pridem censebãtur vxores,quæ viris suis prolem non edidissent. Hęc virgo,nihil experta virile,speciosum forma præ filiis hominum proferens,quomodo non nouo quodam modo benedicta censeatur?1.Reg.25.dixit Dauid ad Abigail:Benedicta tu,quæ prohibuisti me hodie,ne irem ad sanguinem,& vlciscerer me manu mea.Et Iudith.13. Benedicta es tu filia à Domino Deo excelso,præ omnibus mulieribus super terram. Et Iud.5. benedicta inter mulieres Iahel prædicatur. Quid verò illæ censendæ sunt,seu Iahel, quòd Sisarã clauo perfoderit,seu Abigail,quòd iratum Dauidem in Nabal virum,ne cladem perpetraret, præuenerit,seu Iudith,quòd Holofernem obtruncarit? Nunquid non maius est, quòd diua Virgo caput serpentis obtriuerit,iram Dei per filium suum mitigauerit, & nobis spem salutis pepererit? Accedant & istæ cõtemplationes Andreæ Hierosolymitani.Benedicta tu in mulie- C ribus,inquit,quam Esaias Propheticis oculis conspicatus, Prophetissam & Virginem nuncupauit: laterem insuper & locum,visionémque,& libri caput,idque sigillo consignatum manifestè appellauit.Verè benedicta tu,quam Ezechiel Propheta verum solis ortum proclamauit. Sola verè benedicta es,quam montem magnum vir ille desiderabilis Daniel vidit,ac mõtem obumbrantem Habacuk ille admirabilis,montem præterea Dei,montem pinguem,mõtem quem Deo inhabitare placuit.Benedicta tu,quam Zacharias vir diuinissimus, aureũ ceu cãdelabrum septem vidit lychnis ornatum, nimirùm septem illis Spiritus sancti donis clarum & lucidum. Verè benedicta tu,viuidi nostræ salutis ligni paradisus,quæ ipsum horti Eden colonum, Christum,inquam,Dominum intra te habes figuris adumbratum:qui ineffabili quadam potentia,fluminis instar viuiparum vterum tuum egressus,quatuor velut initiis per Euangelium suum,orbis faciẽ irrigauit. Epiphanius,lib.de laudib.sanctiss.Marię virginis. Quid di- D cam,& quid proloquar? Quo pacto beatam prædicabo gloriæ radicem? Solo enim Deo excepto, cunctis superior existis,natura formosior es ipsis Cherubin, Seraphin,& omni exercitu Angelico,cui prędicãdæ cœlestis & terrena lingua minimè sufficit, immò verò nec Angelorũ. Etenim ipsi quidem hymnum,laudem,honorem protulerunt,non tamẽ eo modo eloqui pro dignitate potuerunt.Chrysippus Hierosolymit.Presbyter,hom. de Virgine.Hactenus, inquit, Gabriel verbis salutationis finem imposuit:nos autem peropportunum est modò,vt plurimarũ Prophetiarum faustas acclamationes illi ascribamus, & dedicemus. Aue igitur semper, Aue gratia plena,Aue fons lucis omnem hominem illuminantis (Ioan.1.) Aue solis ortus,qui nullum ferre potest occasum.Aue armarium vitæ,Aue quæ es hortus patris, Aue quæ es pratum totius fragrantiæ Spiritus sancti, Aue specimen gemmæ omne precium excedentis, Aue nubes pluuiæ potum animis sanctorum exhibens,Aue puteus semper viuentis aquæ,Aue rubus ardens igne spirituali,Aue mõs vnde lapis angularis excisus est sine manibus.His enim & aliis E permultis huiusmodi,cuncti,qui Deum gestant,particulatim eam alloquũtur.Hoc etiam Virginis præconium assumpsit Elisabeth,aliud etiam de Christo adiiciens,his verbis,*Benedicta tu inter mulieres,& benedictus fructus ventris tui.* Vtrumque etiam in vulgari Virginis salutatione pronunciat Ecclesia.Tertullianus,lib.de velandis virginib.Sed quid Angelus, cùm benedicit virginem,inter mulieres,non inter virgines illam deputat, dicens: *Benedicta tu inter mulieres.* Sciebat & Angelus mulierem etiam virginem dici.Sed & ad hæc ingeniosè quidam mihi respondisse visus est:quoniam quidem desponsata est Maria,idcircò & ab Angelo,& ab Apostolo mulierem esse pronunciatam. Desponsata enim quodammodò nupta. Sed & mulier censetur,propter sexum. Verùm,vt pietati omni,immò & sanctorum gloriæ aduersantur hæretici,ita hîc obganniunt,& reclamant in Salutationem Angelicam:hoc adiicientes,non opus esse illam, quæ semel ab Angelo prolata fuit,rursus à nobis repeti.Salutatio est,aiunt,non ora-

Theophil. Pet. Chrysologus.

Argumẽta benedictionis D. Virginis.

Abigail.

Iahel.

Andr. Hie. *Contemplationes in D. Virginem.*

Epiphani⁹.

Chrysip. Hierosol. *Epitheta Virginis ex typis illam figurãtib⁹.*

Tertull. *Virgo etiã mulier.*

Contra hæreticos qui supprimũt salutationẽ Angelicã.

Primaratio hæreticorũ eluditur. tio. Sed quàm absurda est illa conclusio, vt id quod semel pronunciatum est ab Angelis, aut F piissimis viris, rursus à nobis pronunciari non possit. Ecce olim Psalmos suos cecinit Dauid, & tamen quotidie illi in Ecclesia recitantur. Lectæ sunt olim Pauli Epistolæ, aut à Colossensibus, aut Corinthiis, aut Galathis, aut Ephesiis, & tamen à nobis, immò ab omni Ecclesia, leguntur. Sed & Christus semel orationem illam Dominicam protulit, & eadem tamen illo doctore ab omnibus profertur. Fatetur ipse etiam Brentius, hom. 6. in Luc. recitationem Salutationis istius vtilem esse. Audiunt Gnostici Angelos hoc Christo nato canticum cecinisse, Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Legunt & Cherubim acclamasse id, Esai. 6. Sanctus sanctus sanctus Dñs Deus Sabaoth: sed & turbam, maximè verò pueros, hoc intonasse Christo, Osanna in excelsis, benedictus qui venit in nomine Domini. Quid vetat verò, quin, vt fit, eadem ab Ecclesia frequententur? Sed salutatio est, aiunt, non oratio. Quasi verò non se quis insinuare possit in gratiam illius quẽ rogaturus est, aliis modis G quàm per simplicem postulationem. Cur ergo laudes, gratiarum actiones, præter obsecrationes, locum apud nos habent, & Dauidis exemplo, & D. Pauli doctrina? Adde quòd qui Deum laudat, ipsum etiam orare videtur, & beneuolum reddere. Ita ipsi se suo iugulant gladio, dum Angelum istius Salutationis doctorem & authorem agnoscunt, & tamen illa vti refugiunt. At qui, vt probat Dionysius, nos ad instar cœlestis hierarchiæ componi debemus. Vnde & Athanasius, serm. de Deipara, Ecce iam nunc, inquit, & in exordio diei, vt primitias laudis tibi hoc encomium Archangelus contexit, dicens, Aue gratia plena, Dominus tecum, &c. Ab istis deinde nos hierarchiæ terrestres, siue quòd didicimus, siue quòd mutuò hæc verba sumpserimus, exaltamus te magna & canora voce, dicentes: Aue gratiosa, intercede hera & domina, & regina & mater Dei, ora pro nobis: Quoniã ex nobis oriunda es, & is qui editus est ex te, carnigerus H Deus noster est, quem decet gloria & magnificentia in secula seculorũ. Effrem, Orat. ad diuã Virginem, idem ad instar Angeli sequitur. Moue linguam meam, inquit, & labia, ad laudes tibi alacri & læto animo canendas, & melos illud Angelicum celebratissimum, quod Gabriel in Nazareth seruili habitu ad te virginem & matrem Dei mei integerrimam, clamans cecinit, salutationem maximè congruam & dignissimam. Hanc etiam Chrysostomus in sua Liturgia, adiectis etiam rationibus, vsurpat. Sic enim ad sanctiss. Mariam conuertitur. Vt verè dignum & iustum est, glorificare te Deiparam, & semper beatissimam, & penitùs incontaminatam Dei nostri matrem: honoratiorem Cherubim, & glorioriorem incõparabiliter Seraphim, quæ citra corruptionẽ Deum peperisti, verè Deiparam te magnificamus. Aue gratia plena Maria, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui: quoniam saluatorem animarum nostrarum peperisti. Quidni glorificemus autem? Quidni magnificemus eam? Quam electam à seculo, quam ab altissimo præcognitam, sibique præparatam, quam longè antè patribus nostris cœlitùs promissam, quam typis mysticis adumbratam, quam Prophetarum oráculis videmus esse prænunciatam? Nam si quotannis Iudaica plebs viduæ Iudith beneficium agnoscens, nõ erubuit illius laudes & salutationem illam, quam ei Ioachim reddidit, redeunti in Bethuliam, & tyranni desectum caput asportanti: quid erubescamus Salutationem hanc Angelicam? Ioachim quidem, immò & omnium Presbyterorum fuit hæc ad Iudith acclamatio, (Iudith 15.) Tu gloria Hierusalem, tu lætitia Israel, tu magnificentia populi nostri: quia feciſti viriliter, & confortatum est cor tuum, eò quòd castitatem amaueris, & post virum tuum alterum nescieris, & ideò manus Domini confortauit te, & eris benedicta K in æternum. Quanto verò conuenientius erit hoc Angelico elogio D. Virginem præuenire, quæ caput serpentis contriuit, Ecclesiæ pacem impetrauit, & Deo suam virginitatẽ consecrauit? *Quæ cùm audisset*, &c. Introduxit priùs Angelum salutantem, nunc virginem auscultantem inducit, & eam tripliciter commendat: in auditu scilicet, affectu, & cogitatu. In auditu cõmendatur modestia. Eccl. 32. Audi tacens, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia. Promptior ad audiendum, quàm ad loquendum. Iac. 1. Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus ad loquendum. Ideò enim ait, *cùm audisset*, id est, promptam aurem præbuisset. Eccli. 3. Auris enim bona audiet, cum omni concupiscentia, sapientiam. In affectu commendatur verecũdia, cùm *turbata est*. Habac. 3. Audiui & conturbatus est venter meus, contremuerunt labia mea. Iob. 23. A facie eius turbatus sum, & considerans eum timore sollicitor. Exemplũ huius Hester 15. Vidi te domine q. Angelum Dei, & conturbatum est cor meũ præ timore gloriæ tuæ. Etiam neque hoc Sibylla Erythræa omisit, lib. 8. Oracul.

2. Semel dicta salutatio. Brentius.

3. Salutatio est, non oratio.

Dionys. Athanas.

Didicimus salutationẽ ab Angelis.

Patres anti quiusurpãt hanc salutationem. Effrem.

Chrysost.

Argumentũ à minore ad maius pro salutatione Angelica.

Triplex cõmendatio Virginis. Bonauent.

1.

2.

Sibyll. Erythr.

τὴν ἄρα Παρθένος ὁμῶς, &c. id est,

—tum Virginitatis amatrix

Per-

A *Perpetuæ, magno ſubito correpta ſtupore,*
Atque metu, trepida preſſit formidine mentem,
Ignotis verbis commoto corde tremiſcens.

In cogitatu notatur prudentia, cùm adiicitur: *Et cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio.* Sap.6. Cogitare de ſapientia ſenſus eſt conſummatus. Ita Daniel (cap.4.) cuius nomen erat Balthaſar, cœpit intra ſemetipſum tacitus cogitare, quaſi vna hora: & cogitationes eius conturbabant eum. Hæc Bonauentura in Lucam. Porrò Petrus Chryſologus, ſerm. 140. Quid eſt, inquit, quòd perſonam videt, & de ſermone turbatur? Quia venerat Angelus blandus in ſpecie, fortis in bello, mitis in habitu, in ſermone terribilis, humana proferens, & diuina repromittens. Vnde Virginem, quam leuiter viſus ſollicitauerat, nimiùm turbauit auditū, & quam miſſi præſentia parum mouerat, concuſſit toto pondere mittentis authoritas. Euthymius in Luc. cap.1. Turbatam illam cenſet, quòd timuerit, ne fortè doloſus eſſet. Bernardus, ſerm.3. ſuper Miſſus, Solēt B enim, inquit, virgines ſemper eſſe pauidæ, & nunquam ſecuræ, ſcientes ſe in vaſis fictilibus theſaurum portare precioſum, & nimis arduum eſſe Angelicè viuere inter homines, & in terris more cœleſtium conuerſari. Vnde omne nouum ſuſpectas reddit inſidias. Et quidem pauorē incutit Angelica præſentia, maximè ſi cum gloria appareat. Ita enim paſtores circunfulſi lumine terrentur, Luc.2. Sed & cuſtodes ſepulchri facti ſunt velut mortui, & mulieres conſternatę ſunt, Angelis apparentibus, Matth.28. Marc.16. Nec enim dubium, aliquid ad aſſumptū corpus maioris gloriæ acceſſiſſe, quod virginem moueret: cùm canat Eccleſia, Et expaueſcit virgo de lumine. Sed & probandi ſunt ſpiritus ſi ex Deo ſunt, nec cuiuis eſt temerè credendū. Vnde adiicit, turbatam illam fuiſſe *in ſermone eius.* Andr. Hieroſolymitanus, *Turbata eſt*, inquit. Num ex incredulitate aliqua mente fuit perculſa? Abſit vt id dicamus, ſed pietate magis & reuerentia propter inſuetum alloquium, magni proculdubiò faciens hoc vaticinium. Origenes, hom.6. in Luc. Si enim, inquit, ſciſſet Maria ad alium quempiam factum eſſe ſermonē ſimilem, habebat quippè legis ſcientiam, & erat ſancta, & Prophetarum vaticinia quotidiana meditatione cognouerat, nunquam quaſi peregrina illam Angelica ſalutatio terruiſſet. Idem obſeruat Ambroſius, in Lucam: & adijcit, quòd trepidare virginum eſt, & ad omnes viri ingreſſus pauere, omnes viri affatus vereri. Bernardus, hom.3. ſup. Miſſus. Sciebat denique prudēs virgo, quòd ſæpè Angelus Sathanæ trāsfigurat ſe in Angelum lucis. Et quia nimirùm humilis & ſimplex erat, nihil tale penitus à ſancto Angelo ſperabat, & ideò *cogitabat*, &c. Ita non ad inſtar Euæ leui vento doctrinæ, aut verbis ſuauibus credere, ſed prudenter & eum qui loqueretur, & illa quæ diceret, expendere voluit, ne fortè in tentationis laqueum pertraheretur. *Et* D *ait Angelus ei: Ne timeas Maria.* Bernardus, hom.3. in Miſſus. Tunc enim Angelus intuitus virginem, varias illam ſecum cogitationes voluere deprehendit: ideò pauidam conſolatur, confortat dubiam, ac familiariter vocans ex nomine, benignè ne timeat, perſuadet. *Ne timeas*, inquit. Nihil hîc doli, nihil fallaciæ eſt. Nullam circumuentionem, nullas hîc ſuſpiceris inſidias. Non ſum homo, ſed ſpiritus: & Dei, non Sathanæ Angelus. His autē verbis innuere videtur nomen Mariæ conſolationis plenum eſſe, quodque multum à terrore & comminatione abſit. Luc.10. Gaudete quòd nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis. Sed & diſcimus, teſte magno illo Antonio, vt ſcribit Athanaſius, in vitam S. Antonij, non eſſe difficilem bonorum ſpirituum à malis diſcretionem. Nam ſi poſt timorem ſucceſſerit gaudium, à Domino ſciamus veniſſe auxilium, quia ſecuritas animæ præſentis maieſtatis indicium eſt. Si autem incuſſa formido permanſerit, hoſtis eſt qui videtur. Sic Zachariæ dictum eſt, Ne timeas: ſic paſtoribus, Nolite ti- E mere, Luc.2. ſic mulieribus, Mar.16. Ita & ſi nihil Maria reſponderit, Angelus tamen ex vultu pauorem cognouit. Ne timeas, inquit, ſalua tibi ſunt omnia. Timere debuit Eua, non tu. *Inueniſti gratiam apud Dominum.* Hoc quis inuenire dicitur, quod quærit. Quærite, & inuenietis, pulſate & aperietur vobis. Ergo gratiam illam quærebat virgo. Et quam gratiam? Nimirùm quam Luc.10. Chriſtus exprimit. Multi reges & Prophetæ voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt. Magnam gratiam nactus eſt Abraham, cùm Angeli ad eum diuerterūt, Geneſ.18. Vnde dicebat: Si inueni gratiam coram oculis veſtris. Sed maiorem gratiam inuenit virgo, cùm rex Angelorum ex ipſa natus eſt. Magnam ſibi gratiam futuram cenſebat Moſes, ſi Dei faciem videret. Exod.32. Si, inquit, inueni gratiam in oculis tuis, oſtende mihi faciē tuam. At virgo non vidit tantùm, ſed & genuit, Deum & hominem. Inuenit Moſes gratiam electionis. Exod.33. Inueniſti gratiam coram me, & teipſum noui ex nomine. Noé habuit gratiam perfectionis. Geneſ.6. Noé inuenit gratiam coram Deo. Et paulò pòſt: Noé vir iuſtus atque perfectus fuit in generationibus ſuis, cum Deo ambulauit. Heſter gratiam inuenit, vt

3. *Turbatio qualis in Virgine.* Petr. Chry.

Euthym. Bernard.

Virgines pauidæ.

Angelica præſentia timorem incutit.

Andr. Hie. *Vnde turbatio in Virgine.* Origenes.

Ambroſ. Bernardus.

Maria ſibi timet à dæmone.

Bernard.

Athanaſ. *Malorum ſpirituū præſētia auget & confirmat timorē*

Inuenimus quod quærimus.

Qui inuenerunt gratiā coram Deo.

fieret ſponſa Aſſueri regis, Heſt. 2. & tunc ſuperbæ Vaſthi reſtitit, & humili dedit gratiam, Iac. 4. Omnia hæc nacta eſt ſanctiſſima virgo: electa eſt vt eſſet templum Salomonis, thronus regis, reclinatorium pietatis: & omnium fuit perfectiſſima, & deſignata eſt Dei ſponſa & mater. F

Quantum ſit inueniſſe gratiã apud Dominum. Andr. Hieroſolymit.

At verò quanti ducunt nõnulli gratiam apud principem, aut regem? Tu *inueniſti gratiam apud Dominum*, illum ſcilicet, per quem reges regnant, & cui potentatus omnis ſubijcitur. Habuerit Ioſeph gratiam apud Pharaonẽ, Daniel apud Darium, tu inueniſti gratiam apud Dominum: Gratiam, inquam, vt obſeruat Andræas Hieroſolymitanus, quam non accepit Sara, non ſenſit Rebecca, non cognouit Rachel: quoniam hæ matres quidem ex ſterilibus factæ ſunt, ſed vnà cum orbitate virginitatem amiſerunt. Sed tu vt mater ſis, interim virginitatem illæſam retinebis. *Ecce concipies in vtero, & paries filium.* Eadem ferè verba ſunt, quæ leguntur Eſa. 7. Ecce concipies in vtero, & paries filium: quod conſultò pronunciat Angelus, vt iſtius vaticinij Maria meminerit, & ſe illã virginem eſſe recognoſcat, quam Propheta prædixit. Eadem etiam leguntur in carminibus Erythrææ Sibyllæ, lib. 8. G

Conferũtur Eſaiæ & Angeli verba.

Δέξαι ἀμόλυντοισι θεὸν σοῖς παρθένε μόλπαις. hoc eſt,

Accipe virgo Deum gremio intemerata pudico.

Cur in vtero. Theoph.

Ecce concipies: hoc ſingulare, quod nulli alteri conceſſum eſt. *In vtero* autem dixit, vt oſtendat Dominum ex ipſius virginis vtero incarnatum eſſe ſubſtantialiter, inquit Theophilactus. Ita eludit Valentinianos, qui carnem Chriſti per virginem quaſi per canalem tranſiſſe, & nihil ex ea ſumpſiſſe: Apollinares, qui ipſum carnem è cœlo attuliſſe: Marcionitas, qui fantaſticã carnẽ habuiſſe dixerunt. Verus erat vterus virginis, & verè in vtero cõceptus, & de vtero Chriſtus natus eſt. Ne igitur hîc tu aliquid per fidem ſolam cõtigiſſe putes. In quem errorem incidunt, qui dicũt Chriſti corpus ſola fide eſſe in Euchariſtia, cùm par ſit ratio, vt doctè Iuſtinus Martyr, Apol. 2. pro Chriſtianis demonſtrat. Quemadmodũ ait, per verbũ Dei, caro factus Ieſus Chriſtus ſeruator noſter, carnem & ſanguinem pro ſalute noſtra habuit: ſic per verbum precationis, & gratiarum actionis ſacratam ab ipſo alimoniam, ex qua caro noſtra & ſanguis aluntur, illius carnem & ſanguinem didicimus eſſe. Nam, vt ſcribit Hilarius, lib. 2. de Trinita. ſi verè Verbum caro factum eſt, & nos verè Verbum carnem cibo dominico ſumimus: ſi verè carnem corporis noſtri Chriſtus aſſumpſit, & verè homo ille, qui ex Maria natus fuit, Chriſtus eſt: nos quoque verè ſub myſterio carnem corporis Chriſti ſumimus, & per hoc vnum erimus. Ideò Petrus Chryſologus, ſer. 144. Propter reuerentiam, dixiſſe ſuffecerat, Concipies: quod exaggerat, *in vtero*, quid eſt? vt conceptus eſſet veritas, non figura: vt partus eſſet proprietas, non imago: vt ſicut de Deo vero Deus verus natus eſt, ſic de vero conceptu veritas humani corporis naſceretur. In ortu Chriſti, Fratres, humani corporis iniuria ſublata eſt, non natura: nec eſt creatura deleta, ſed culpa damnata. Eſt ergo hæreſis, quæ Chriſtum aëreum corpus aſſumpſiſſe mentitur: nec habuiſſe carnem, ſed hominem ſimulaſſe confingit. Et hoc quidem ipſum, vt obſeruat Bonauentura, & nouum, & mirum, & magnum eſt, vt concipiat in vtero, nihil ab extra recipiendo. Ierem. 31. Creauit Dominus nouum ſuper terram, fœmina circundabit virum. Et quia conceptum ſine libidine, ſequitur partus ſine parturitione & dolore: ideò addit, Et paries filium, ſecundum illud Eſai. 66. Antequàm parturiret, peperit: antequàm veniret partus eius, peperit maſculum. Non dixit, *Paries filium tuum*, quia ſanctum vocabitur filius Dei, inquit Petr. Chryſologus, ſerm. 143. Virgo, te gratia matrem præſtitit, non natura: genitricem te dici pietas voluit, quam non ſinebat integritas: in tuo conceptu, in tuo partu, creuit pudor, aucta eſt caſtitas, integritas roborata eſt. Ille quo tibi aucta ſunt omnia, nihil minuit virgo. Virgo concipitur ex te auctor tuus, tua ex te oritur origo, in quo tuo germine eſt genitor tuus, in tua carne eſt Deus tuus, & ipſe lucem mundi per te cepit, qui lucem mundo dedit. *Et vocabis nomen eius Ieſum.* Hebraicum nomen eſt, à *Iaſſa*, ſaluauit: vnde & σωτῆρα Græcis, nobis autem ſaluatorem ſignificat. Ratio redditur ab Angelo apud Ioſephum. Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum. Act. 4. Nec enim eſt aliud nomen ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Huius nominis præfiguratio præceſſit in Ieſu filio Naue, inquit Bonauentura. Vnde Eccleſ. 46. Fortis in bello Ieſu Naue ſucceſſor Moyſi, in Prophetis, qui fuit magnus ſecundum nomen ſuum, maximus in ſalutem electorum Dei. Huius & præfiguratio præceſſit in Ioſeph, de quo dicitur Gen. 41. quòd Pharao vertit nomẽ illius, & vocauit illum lingua Ægyptiaca, ſaluatorem mundi. Hoc nomen impoſitura erat virgo, vtpotè ſola parens Chriſti. Nam cùm Iſaaci, ſeu nomen Ioannis imponendum prædicitur, de eo pater monetur: nũc ſola mater, quam ſine patre in terris Chriſtus habuit, huic muneri ſatisfactura erat. *Hic erit magnus.* Vt primùm Ioannis, ita nunc naſcituri Chriſti conditiones

Eluduntur hæretici. Iren. in hæret.

Maria non cõcepit ſola fide. Iuſtin. Martyr.

Mãducatio carnis Chriſti non ſola fide, ſed & realis eſt. Hilarius. Pet. Chry.

Chriſti corpus nõ fuit aëreum. Bonauent.

Pet. Chry.

Nomẽ Ieſu quid ſignifi cet.

Typi huius nominis. Bonauent.

H I K

A tiones exprimit. De Ioanne dictum est, Erit magnus coram Domino, sed, interprete Ambrosio, quasi homo magnus: Christus verò, quasi Deus magnus. Vnde nec Ioannes, sed Christus Altissimi filius dictus est. Sub illo magnitudinis nomine, intelligimus quòd potens futurus sit in opere & sermone: omnia illi cessura sint, peccatum, morbi, venti, mare, dæmones, mors, infernus. Erit igitur, non quasi non antè fuerit, per quem facta sunt omnia. Quis enim magnus sicut Deus noster? Tu es Deus qui facis mirabilia. Notam fecisti in populis virtutem tuam. Magnus in creatione, magnus in prouidentia, & rerum omnium regimine. Quomodo ergo magnus erit, nisi in ipsa carnis dispensatione? In ipsa externa specie, magnus coram Deo & omni populo. Vnde & hi clamores, quia Propheta magnus surrexit in nobis. Et rursus, Nũquid Christus cùm venerit, plura signa faciet? Erit simul magnus & paruus: magnus diuinitate, paruus humanitate. Esa. 9. Paruulus natus est nobis. Psal. 48. Simul in vnum diues & pauper. Prouerb. 22.

Quomodo Ioãnes, & Christus dicitur magn⁹ Ambros.

B Diues & pauper obuiauerunt sibi. 2. Cor. 8. Propter me egenus factus est, cùm esset diues. Immò & idem homo magnus & paruus: magnus, si dispensatam in carne maiestatem: paruus, si assumptam infirmitatem consideres. Origenes, hom. 6. in Luc. Magnitudo saluatoris non tunc apparuit, quando natus est, sed tunc quando oppressa ab aduersariis videbatur, emicuit. Vide magnitudinem Domini. In omnem terram exiuit sonus doctrinæ eius, & in fines terræ verba illius. Ille enim, qui virtus Dei est, in omnem orbem diffusus est, & in præsentiarum nobiscum est. Itaque magnorum nomen assecuti sint, qui populis imperarunt: ipsum quidem Deus constituit super omnem principatum & potestatem, vt in nomine eius flectatur genu cœlestium, terrestrium, & infernorum. *Et filius altissimi vocabitur.* Hoc autem quid maius dici potest: cùm filius sit, non per gratiam, aut adoptionem, sed per naturam? Deus scilicet de Deo, lumen de lumine, Deus verus de Deo vero. Fuerit quidem hic honor & principibus & regibus delatus, vt

Christus simul magn⁹ & paruus.

Origen.

Quando apparuit Christi magnitudo.

C filij Dei dicerentur. Sic enim Homerus scribit,

θυμὸς δὲ μέγας ἔῤῥι διοτρεφέος βασιλῆος.

summũ est esse filium Dei.

Homerus.

Quin & illos διὸς καὶ ἀντίθεους vocat & Euripides & Hesiodus, vt obseruat Clemens Alexandrinus, lib. 4. Strom. Scriptum fuerit etiam à Psalte, Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes. Hoc tamen excellentiæ & proprietatis nomen in Christo est. Cui enim vnquam Angelorum dixit Deus, filius meus es tu, ego hodie genui te? Hebr. 1. Ps. 2. Neque enim ita intellige dictum, quòd vocabitur in futuro filius altissimi, quasi non ab æterno talis fuerit, sed tunc tantùm esse cœperit, postquàm è virgine natus est. Hoc scilicet ita dictum est, vt qui ab æterno Dei filius est, talis innotescat tandem hominibus, & vbi innotuerit, ita ab illis vocetur. Latebat enim homines æterna filij Dei generatio, ante temporalem ex virgine natiuitatem: quemadmodum & totius Trinitatis mysterium Iudæis inuolutum erat ante Christi aduentum. At verò ille tandem effe-

Clem. Alexandr.

Cognitio filij posteà nationem facta est.

D cit, vt & Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum vnum Deum confiteremur. Ioan. 1. Filius Dei vnigenitus, qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Cæterùm Altissimus epithetum Dei frequentissimum est in scripturis sine substantiuo Deus. Psal. 83. Solus tu altissimus super omnem terram. Psal. 92. Bonum est psallere nomini tuo altissime. Esai. 14. Ero similis altissimo. Porrò Nestorij & Eutychetis impietas his verbis confunditur. Nam, vt scribit Vigilius, lib. 3. contra Eutychem Constantinopolitanum, Nestorius duas inducendo naturas, duas putauit esse personas: & ob hoc arbitratus est duos Christos esse. Eutyches respiciens vnam personam, vnã censuit esse naturam, & ob hoc humanam ausus est denegare. Atqui per veram personæ vnitatem in Christo, illud profectum est, inquit Vincentius Lirinensis, lib. contra hær. cap. 21. vt carne Verbi ex integra matre nascente, ipse Deus Verbum, natus ex virgine credatur: sitque verissimè theotocos, id est Dei genitrix confitenda. Condemnata est hæresis Nestoriana in cõcilio generali Ephesino, tempore Cœlestini Papæ 1. quo & hæc habentur. Igitur quia Deum carne

Eluditur error Nestorij & Eutychetis.

Vigilius.

Vincent. Lirinensis.

Maria Dei genitrix.

E vnitum iuxta subsistentiam, sancta virgo corporaliter peperit, idcircò eam Dei genitricem esse profitemur. Non quòd Verbi natura existendi principium de carne sortita sit: (Erat enim in principio Verbum, & Deus erat Verbum, & Verbũ erat apud Deum, & ipse conditor seculorũ, patri coæternus, & vniuersalis creator:) sed, quod superiùs diximus, iuxta subsistentiã sibimet vniens humanã naturam, natiuitatem sustineret ex ipsa vulua corporea. Vnde caput primũ huius concilij tale est. Si quis non confitetur Deum esse veraciter Emanuel, & propterea Dei genitricem sanctam virginem, anathema sit. Porrò Eutychiana impietas condemnata est concilio Chalcedonensi, quod vnũ est ex quatuor generalibus, à sexcentis triginta sacerdotibus sub Marciano principe celebratum circa annum Domini 474. Cyrillus Alexandrinus contra vtrumque, maximè verò contra Nestoriũ, agit lib. Apolog. pro duodecim capitulis, ad Episcopos Orientales. Ita communi omniũ consensũ diua virgo Dei genitrix appellata est. Ille verò,

Concil. Ephesinum.

Quãdo Eutyches damnatus.

Conc. Chalcedonense.

Cyrillus Alexandr.

qui eandem cum patre maiestatẽ habet, ille Messyas est, Dauidi promissus. Nam *dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius*, inquit Angelus. Sic enim Ps.132. promisit Dominus Dauidi, De fructu ventris tui ponã super sedem tuam. Cæterùm sedes Dauidis, seu regnum ipsius, non illud terrenũ est, quod finibus angustis circumclusum accepit, sed quod Deus filio Dauidis promisit. Ps.72. Et dominabitur à mari vsq; ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarũ. F

Athanas. Coram illo procident Æthiopes, & inimici eius terram lingent. Athanas. ser. de Deipara. Capiens Christus thronum Dauidis, transtulit illum, & dedit sanctis Christianorum regibus, ipso interim summam omnium potestatem habente. De hac sede dicitur: Sedes tua Deus à seculo seculi, virga directionis virga regni tui. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ. Nam & hæc de Christo dicũtur, cuius hæc sunt naturarũ nomina, Deus, & Christus. Sedes tua Deus. Ad Deum igitur sermo fit, qui quia dilexit iustitiam, ideò vnctus est. Et quomodo Deus vnctus est, nisi quia homo factus est? Vngi enim non potest nisi creatura. Ergo ei sedes inæternum repromittebatur. Et vide, quomodo illa in Dauide præcesserit. Imperabat ille Israëli secundum carnem, Christus Israëli secundum spiritũ. Non enim qui ex carne sunt, hi sunt Israëlitę, sed q̃ ex spiritu. Vnde & de Nathanaële dicit: Ecce verè Israëlita, in quo dolus non est. *Dedit* autem *ei Dominus hanc sedem*: quia, vt scribit Paulus, ipsum cõstituit caput super omnem Ecclesiam, siue quæ in cœlo, siue quæ in omni terra est. Vnde cùm resurrexisset, ait: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Petrus Chrysologus, ser. 144. Dicit autẽ, inquit, hæreticus: Nónne maior est qui dat, quàm qui accipit? Ergo cui dat, aut cui dat? Vtique Deus homini dat, diuinitas carni. *Dabit illi Dominus Deus.* Quis Deus? Vtiq; Verbum, quod erat à principio semper Deus. Cui dat? Quod caro factum est, & habitauit in nobis. Audi Apostolum dicentem (1.Cor.5.) Deus erat in Christo mundum sibi reconcilians. Sibi vtique, non alij. Hic ergo Deus, qui in Christo erat, regnum sibi dabat in Christo, & conferebat susceptо corpori, quod semper sua diuinitate possederat. Hoc autem accepit elatus in cœlum, sedens nunc ad dexteram maiestatis eius. Lactantius, lib. 4. Institutionum diuin. cap. 13. satis ostendit de Christo intelligenda fuisse, quæ Dauidi promittebãtur de filio, cuius thronus stabiliretur in seculum seculi: cùm nec ea in Salomone obseruari possint, qui tantùm quadraginta annis regnauerit. Idem argumentum prosequitur Eusebius Cæsarienſis, lib. 7. de Demonstr. Euangelica, cap. 9. Et hoc quidem Hieremias ita prædixerat (cap. 23.) Et suscitabo Dauidi germen iustum, & regnabit rex, & sapiens erit. Esaias verò, cap. 9. Paruulus datus est nobis, &c. Super solium Dauid, & super regnum eius sedebit, vt confirmet illud, & corroboret in iudicio & iustitia, amodò & vsque in sempiternum. Et Daniel, Antiquus dierũ sedit, inquit, & dedit filio hominis potestatem, & honorem, & regnum: & omnes tribus & populi & linguæ seruient ei. Vigilius martyr, lib. 5. contra Eutychen, idem confirmat, & gloriam regni, & iudicij potestatem his verbis creditam esse Christo ostendit: adiiciens & hęc Dauidi promissa: Ponam in seculum seculi sedem eius, & thronum eius sicut dies cœli. Et primogenitum ponam illum, excelsum præ regibus terræ. Et illud: Propter veritatem & mãsuetudinem & iustitiam procede & regna. Quæ omnia cur acceperit, non tacetur. Ait enim: Vincenti & seruanti opera mea, dabo potestatem super Gentes, & reget eas in virga ferrea, sicut & ego accepi à patre meo. Porrò quod *sedem Dauidis*, idem domum Iacob vocat, dicens: *Et regnabit in domo Iacob in æternum.* Hæc est illa domus in vniuersa terra, qua dilatatur Ecclesia. Sic enim Dominus ad Iacob, in monte in quo scalam viderat, innixum autem Dominum scalæ, Genes. 28. Ego sum Dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Isaac. Terram in qua dormis, tibi dabo, & semini tuo: erítque semen tuum quasi puluis terræ. Dilataberis ad Orientem, & Occidentem, & Septentrionem, & Meridiem: & benedicentur in te, & in semine tuo omnes tribus terræ. Hoc verò ad Christum reduxit Paulus: quòd dictum sit, in semine tuo, non in seminibus, quia in vno Christo. Ergo domus Iacob omnis terra est. Esa. 61. Ecce dedi te in lucem Gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ. Et Psal. 2. Postula à me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Domus enim Iacob non carnaliter intelligenda est, sed sumenda pro omni fidelium congregatione, quæ Iacob religionem sequatur. Amplificat autem Christi imperium, quod nullo temporis interuallo, aut nulla violentia dissolui possit. Rex est hodie, & cras morietur, ait Sapiens. Omnis enim potentatus breuis vita: sed Christi regnum in æternum duraturum est. Daniel. 7. Potestas eius potestas æterna, & regnum eius quod non corrumpetur. Psal. 71. Et permanebit cum sole & ante lunam in generatione & generationem. Mich. 4. Et regnabit Dominus super eos in monte Syon, ex eo tempore & vsque in seculum. *Et regni eius non erit finis.* Hinc desumitur hic Concilij Niceni articulus, qui inter fidei

Quæ sedes Dauid.

Typus sedis Christi in Dauide.

Pet. Chrysologus.

Quomodo maior non sit qui dat, accipiente.

Lactant.

Promissiones Dauidi factæ de filio, intelliguntur de Christo.

Euseb. Cæsar.

Vigilius.

Quæ domus Iacob.

Ecclesia domus Iacob.

Regnũ Christi longè aliud à regno hominum.

Cõcil. Nic.

symbola

G H I K

A symbola recenſetur: Cuius regni non erit finis. Et quidem magnæ ſunt imperiorum mutationes, nec eorum vllum videmus diu in eodem ſtatu permanſiſſe, ſed paulatim ſuo pondere tanto magis corruiſſe, quò magis efferri viſum eſſet. Ita de Aſſyriorũ, Perſarum, Medorum, Græcorum, & Romanorum monarchia dici poteſt. At verò Chriſti regnum inæternum permanſurum eſt. Nemo in Eccleſiam eius prævalebit, nec ipſæ inferi portę, Matth. 15. Nemo domum Iacob dituit, fundatam ſuper firmam petram, Matth. 7. Clament impudentes hæretici Eccleſiam aliquando deſiiſſe, lucernam poſitam fuiſſe ſub modio, Euangelium è profundis latebris ab eis excitatum fuiſſe: ſatis eſt ad eorum omnia ſophiſmata eludenda, quod ait Angelus, Chriſti regni finem nullum eſſe. Hoc nos in ſpe confirmat, & hæreticos quantumuis elatos miro modo concutit. Eccleſia enim pugnare poteſt, expugnari non poteſt, inquit Auguſtinus, libro 1. de ſymbolo, cap. 5. Hæreſes omnes de illa exierunt, tanquam ſarmenta inutilia de vite præciſa, ipſa autem manet in radice ſua. Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt, inquit Chriſtus. Effluẽt enim omnia iſta, ſed electorum Eccleſia, quæ Dei verbo colligatur, & Chriſti regnum nuncupatur, ex hac militia terrena in triumphum æternum emigrabit. *Eccleſia nunquam deſitura.* Auguſt.

B *Dixit autem Maria ad Angelum, Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?* Poterat virgo multa in quæſtionem vertere, vt Dauidis ſolium, cùm iam regia maieſtas in exteros tranſiiſſet, & genus regium ferè interiiſſet, aut Iacobi domum, cùm iam tot domeſticis & externis bellis laceſſiti Iudæi, primam nobilitatem amiſiſſe viderentur: ſed altiùs iſta meditatur virgo, nec dubitat Deum ex radice Ieſſe regẽ conſtituturum eſſe, Eſa. 11. Itaque modum tantùm requirit, non diffidens de Dei omnipotentia, ſed vt prudens & intelligens, vt diſcat, modum requirit, inquit Theophilactus. Neque omninò quærit modum ſciendi, ſeu ſignum quod fidem faciat, vt Zacharias, inquit Bonauentura: ſed quærit modum faciendi, vt conſentiat, ſecundum illud Prou. 4. Oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ præcedant greſſus tuos. Bernardus, hom. 4. in Miſſus eſt. Primò quidem, inquit, prudenter tacuit, malens humiliter non reſpondere, quàm temerè loqui quod neſciret. Iam verò confortata & benè præmeditata, Angelo quidem foris loquente, ſed Deo intus perſuadente, erat enim Dominus cùm illa: fide depellente timorem, lætitia verecundiam, ait: *Quomodo fiet iſtud?* Non quærit an fiat iſtud, ſed quomodo. Nec hæſitat, vt olim Eua, inducta Sathanæ verbis, aut vt Nichodemus, minus aduertẽs ea quæ ſunt ſpiritus Dei, Ioan. 3. aut vt Capernaitæ, qui iam Chriſti myſteria deludebant, Ioan. 6. ſed inſtrui deſiderat. Quaſi dicat, Cùm ſciat Dominus teſtis conſcientiæ meæ, votum eſſe ancillæ ſuæ non cognoſcere virum, qua lege, quo ordine placebit, vt fiat iſtud? Hoc verò profectò non diceret, niſi Deo virginem ſe antè vouiſſet, inquit Auguſtinus, lib. de ſancta Virginitate, cap. 4. Gregorius Nyſſenus, ſerm. de ſancta Chriſti natiu. Hæc, inquit, vox Mariæ demonſtrat eſſe vera, quæ per occultam illam hiſtoriam traduntur. Nam ſi nuptiarum cauſa aſſumpta erat à Ioſepho, quomodo Angelum de partu prædicentem, quaſi re noua atque inſolita obſtupefacta, auerſata eſſet: quum prorſus ſperaret ſe quoque ipſam aliquando iuxta legem naturæ matrem eſſe futuram? Sed quoniam Deo dicatam & conſecratam carnem, veluti ſanctum quoddam donarium, intactam ſeruari oportebat: propterea, etiamſi Angelus ſis, inquit, ac de cœlo veneris: etiamſi ſupra hominem ſit, id quod apparet: attamen vt virum cognoſcam, fieri non poteſt. Quî mater ero abſque viro? Ioſephum enim ſponſum quidem noui, virum autem non agnoſco. Hæc Gregorius Nyſſenus. Concurrit & Ioan. Chryſoſtomus, hom. 49. in Gen. his verbis. Ne quæras, inquit Angelus, naturæ modum, & ordinem: quando ſuper naturam ſunt quæ fiũt. Nam ſi cognoſceres virum, non fuiſſes habita digna, vt huic miniſterio ſeruires: non quia malum nuptiæ, ſed quia melior virginitas. Hunc enim ingreſſum noſtri omnium Domini dignio-

C *Quæſtio Mariæ non è diffidẽtia.* Theoph. Bonauent. Bernard.

D *D. virgo deſiderat inſtrui.* *Votũ virginitatis Mariæ.* Auguſt. Gregor. Nyſſen.

E rem eſſe oportet, quàm noſtrum. Regius enim fuit introitus. Oportebat autem & partim cum noſtra natiuitate communicare, & partim alienum eſſe, & vtraque hæc fuerunt. Nam de vtero prodire, commune habet nobiſcum: abſque nuptiali autem congreſſu naſci, ſupra noſtrã eſt natiuitatem. Petrus Galatinus, lib. 7. de arcan. noſtræ fidei in Talmud inuentis, cap. 14. ex Rabbinorum Commentariis colligit, quòd cauſa, quare Meſſyas non magis accelerauit aduẽtus ſui tempus, fuit conſcientiarum virginum Iudaicarum corruptio, quæ omnes ferè, vel per coniuges, vel per alios deflorari cupiebant. At ſola virgo Maria, inter cæteras omnes, virginitatẽ perpetuò ſe ſeruaturã propoſuit: vnde & ipſa ſola Meſſyam cõcipere meruit. Nam quod ait, *Non cognoſco virum*, more Hebraico dictum eſt, pro non cognoſcam. Hebræi enim vna eadémque voce & præſens & futurũ tẽpus enunciant. Itaque non de effectu dubitauit, inquit Ambroſ. l. 2. in Luc. ſed qualitatẽ ipſius quæſiuit effectus. Hęc iã de negotio tractat, Zacharias autẽ adhuc de nũcio dubitabat: nec dubitat virgo faciẽdũ eſſe, ꝙ quomodo fieri poſſit, inquirit. Ait enim,

Filij Dei ingreſſus in mundũ noſtro longè dignior. Pet. Galat.

Cur Chriſtus non accelerauit aduentum ſuum. Ambroſ.

Quomodo fiet istud. Incredibilis & inaudita generatio: antè audiri debuit, vt crederetur. Virginem parere diuini est signum mysterij, non humani. Vnde adiicit Angelus, *Spiritus sanctus superueniet in te.* F

Chrysost. Chrysostomus, hom. 49. in Genes. Sic, inquit, poteris parere. Totum enim operatione spiritus erit. Ne igitur spectes ad terram, è cœlis operatio est. Spiritus gratiæ est quod fit, ne quæras naturæ modum, ne iuxta nuptiarum leges intelligas. Spiritus ille sanctus nouit conseruare, non violare integra, neque habitat in corpore subdito peccatis. Ideò etiam copiosiùs in te operabitur. *Superuenire* enim dicitur, vt qui copiosiori gratia in virginem illabetur, vt Athanas. serm. de Deipara obseruat. Ad eundem modum Christus discipulos monuit, vt expectarent virtutem desuper venientis Spiritus sancti in eos: vt qui copiosioribus eos gratiarum donis cumularet. Sicut autem antea Spiritum sanctum acceperant Apostoli, sed non ad eum effectum, quem in die Pentecostes nacti sunt: ita quidem priùs Spiritum sanctum acceperat virgo, cùm gratia plena est: non tamen ad hunc effectum vt grauida fieret, & Christum concipere peret. Nam, vt Athanasij verbis vtar, tametsi sine seminio id factum credimus, tamen non ita loquimur, quòd secundum eam diuisionem gratiarum, qua Spiritus sanctus singulis diuidit, prout vult, caro ista formata sit, citra interuentum essentiæ filij Dei. Absit. Ea enim est mens Pauli Samosatensis & reliquorum hæreticorum: verùm ita loquimur, secundum orthodoxorum dogmatum rectitudinem, virtute & spiritu impletam esse virginem, tum vt corpus eius sanctificaretur, tum vt salutarem illum fœtum concipere posset. Ita sanctificauit tabernaculum suum altissimus, Psal. 45. Bernardus serm. 4. in Missus. Nunquid, inquit, repleri potuit gratia, & necdum habere Spiritum sanctum, cùm ipse sit dator gratiarum? An fortè ideò non dixit simpliciter, *Veniet in te*, sed super te, quia priùs quidem in ea fuit per multam gratiam: sed nunc superuenire dicitur propter abundantioris gratiæ plenitudinem? At verò cùm plena iam sit, illud amplius quomodo capere potuit? Si adhuc & aliquid capere potest, quomodo & antea plena fuisse intelligenda est? An prior quidem gratia, eius tantùm repleuerat mentem, sequens verò eius carnem perfundere debebat: quatenus scilicet plenitudo diuinitatis, quæ antè in illa, sicut & in multis sanctorum, spiritualiter habitabat: etiam sicut in nullo sanctorum, corporaliter in ipsa habitare incipiat? Hoc ergo tale est, ac si dicat Angelus, vt meditatur Andræas Hierosolymitanus, serm. in Salut. Angelicam. Cogita quomodo virga floruit, quomodo aquam petra ediderit: vndenam ipsa fuit grauida? Quomodo rubi ignis arbusta peruaserit, vt tamen non cremaret eum? Si hisce fidem habes, nec mihi diffidere debes. Nouo enim & præternaturali modo mater eris. Non sicut Elisabeth, nec veluti Anna quæ te peperit: illæ enim virili semine matres factæ sunt. Tu verò virgo paries. Non ex viri voluntate, neque ex voluntate carnis, qui nascetur, proueniet. Hesychius, homil. de laudibus virgin. Mariæ. Alius te appellauit portam clausam in Oriente sitam (Ezech. 44.) quæ introduxit clausarum portarum regem: necnon etiam portam emittentem te vocauit (Ezech. 1.) quoniam porta præsentis vitæ vnigenito effecta es: Portam in Oriente sitam, quia lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, ex vtero tuo procedet, velut è thalamo regio. Clausa es, quia cùm rex ille gloriæ conciperetur, vuluæ tuæ portas prorsus aperuit, neque virginitatis vincula laxauit. Vocauit te hortum conclusum, fontem signatum, Cantic. 4. Franco Abbas, tom. 6. de gratia Dei. Dignum enim erat, inquit, vt qui corruptam in Adam massam sanare veniebat, non de semine corruptionis, sed de potentia Spiritus sancti nasceretur. Quæsita est ergo sponsa speciosissima inter filias hominum, de cuius vtero tanquam sponsus de thalamo procederet speciosus forma præ filiis hominum. Quæsitum est dignum sapientia Dei signaculum, sub quo signaret mysterium à seculo absconditum. Quæsitum est vitrum mundissimum atque solidissimum, per quod igneos radios transmitteret sol iustitiæ, ad effugandas tenebras Gentium: ex quibus puritas vitri, & claritatis augmentum conciperet, & integritatis detrimentum non sustineret. Et post pauca. Sapientia enim, ait Sapiens, ædificauit sibi domum. Et ipsa sanè sine viri adminiculo domum in Maria ædificauit, ipsa columnas excelsas domui suæ excidit: quibus suffultus castissimus virginis Mariæ vterus, in æterna pudoris sui stabilitate permaneret. Hieronymus Epistol. ad Eustochium & Paulam de Assumptione beatæ Mariæ. Hoc quippè est, inquit, quod Dauid canit: Descendet sicut pluuia in vellus. Vellus itaque cùm sit de corpore, nescit corporis passionem: sic & virginitas cùm sit in carne, nescit vitia carnis. Cœlestis planè imber in virgineum vellus placido se infudit illapsu, & tota diuinitatis vnda se contulit in carnem, quando Verbum caro factum est: ac deinde per crucis patibulum expressum, terris omnibus salutis pluuiam effudit, & stillicidia gratiæ humanis mentibus præstitit. Etsi verò actiua virtus in Spiritu sancto sit vberior, vt ex nihilo etiamsi

superuenire spiritũ sactũ quid. Athanas.

An Virgo priùs fine spiritu sancto fuit.

Bernard. *D. Virgo plena erat gratia, & tamen in eam rursus superuenit spiritus sanctus.*

Virtus diuina attendenda in conceptione Christi. Andr. Hie.

Hesychi⁹. *Prophetiæ & figuræ D. Virginis*

Fran. Abb. *Oportebat Christum concipi non de semine viri.*

Hieron. *Vellus Gedeonis.*

G H I K

A etiamsi velit, quodcunque voluerit, efficiat, & per consequens agat maiori cum energia quàm quoduis semen viri: non tamen ita vice seminis in virginem superueniisse intelligendus est, vt materiam corporis Christi suppeditarit. Vnde & Hieronymus, tractatu de Assumpt. obseruat Spiritum sanctum, *Ruah* Hebræis in fœminino genere, Latinis in masculino, Græcis in neutro πνεῦμα dici: non quis sexus in Deo monstretur, immò ne suspicetur quidem. Itaque remittit Angelus virginem ad omnipotentiam Dei, ad eum, cuius virtute, ipsa etiam tellus virgo, primùm tot flores & plantas produxit: & Adamus formatus, & Eua ex eius costa constructa est. Idcircò adiicit, *Et virtus altissimi obumbrabit tibi.* Beda, in Luc. & Gregorius, 18. Moralium: Per obumbrationem refrigerium carnalis concupiscentiæ designare videtur: vt sicut nubibus calor solis, ita Spiritus sancti adueniente gratia, præseruetur virgo ab omni carnis illecebra. Sed hæc interpretatio minus probatur, vt quæ carnalem in virgine concupiscentiam supponere videatur. Tamen Franco Abbas, tom. 6. de gratia, ita habet. Ne timeas pudicitiæ speculum æstum li-

B bidinis, virtute altissimi adumbraberis. Sicut vmbra feruorem remouet, refrigerium præstat: sic interposita virtus altissimi excludet actum peccati. Euthymius ita interpretatur: Virtus Dei te proteget, & potentem faciet ad huius rei operationem. Dionys. Carthusian. Virtus altissimi, hoc est omnipotens Deus pater obumbrabit tibi, id est, suam potestatem immensam tuæ capacitati contemperabit, vt eius influentiam ferre queas. Nec irradiabit tibi secundum plenitudinem suæ claritatis, sed velut vmbram suæ claritatis causans, exercebit in te effectum suæ potestatis. Theophilactus ita habet: Obumbrabit, hoc est, conteget te, & vndique circundabit, si-

C cut auis obumbrat pullos suos, totos alis complectens. Fœcunditatem igitur intelligimus virgini datam, nō minus, quàm cùm legimus, quòd primùm Spiritus sanctus ferebatur super aquas, &, vt legitur iuxta Hebraicam veritatem, incubabat aquis, aut aquas obumbrabat, fœcundans illas piscibus, & amphibiis: vt etiam ex ipsis volucres assumerentur. Athanas. serm. de Deipara. Obumbrauit, inquit, virtus altissimi, corroborans virginem, & diuinæ vmbræ imaginem induxit, vt inde lineamentis collectis, videre posset, quatenus possibile est, Deum formæ expertem in se concipi. Non enim suspicandum est, quòd secundum simplicem naturæ suæ proprietatē, virgo in se habitantem Deum videre potuerit, aut quòd ipsa animata, rationalisque & intellectualis incarnatio ipsum conspicere voluerit: sed quatenus possibile fuit, vtpotè obumbrante illam virtute altissimi, & vmbras & quasi lineamenta faciente, vt videret, quatenus fieri poterat, Deum in se habitantem. Hanc interpretationē sequitur Bernardus, ser. 3. de Ascensione, dicens, Visum Verbum in carne ab Apostolis, vt solem in nube, lumen in testa, cæreum in laterna. Et serm. 5. in eadem solennitate. Vnde, inquit, & virgini spiritus legitur obumbrasse, ne vehemen-

D tiori reuerberata splendore, ad candidissimam illam lucem, purissimúmque fulgorem diuinitatis, etiam illius aquilæ acies posset hebetari. Gregorius Nyssenus etiam hoc ad filium traducit, ser. de natiuit. Domini. Ergo, inquit, altissimi Dei virtus, qui est Christus, superuentu Spiritus sancti in virgine informatur. Quemadmodum enim forma corporum ex forma progredientium effingitur, eodē modo indicia filij Deitatis in virtute nascentis elucebunt & apparebunt, imago videlicet, & sigillum, & vmbra, & splendor primarij authoris. Fulgent. li. 2. ad Monimū, cap. 10. Quanto autem, inquit, congruentius, quàm ad cōsecrandum sacrificiū corporis Christi, sancta Ecclesia, quę corpus est Christi, Spiritus sancti depoſcat aduentum, quæ ipsum caput suum secundum carnem de Spiritu sancto nouerit natum. Ergo hinc duo nos colligimus: nimirùm Christi corpus mysticum, quod est Ecclesia, & ipsum Christi corpus naturale in Eu-

E charistiæ sacramento virtute Spiritus sancti exhiberi nobis & communicari. De corpore quidem mystico ita prosequitur ibidem Fulgentius. Et ob hoc necessarium est, vt sicut ex Spiritu sancto natus est Christus: sic Ecclesia dono Spiritus sancti adhæreat Christo, tanquam mulier viro suo, & tanquam corpus capiti suo. Dicit enim Apostolus, Ephes. 5. quia Christus caput est Ecclesiæ, ipse saluator corporis. Hilarius, libro secundo de Trinitate. Humani enim, inquit, generis causa Dei filius natus est ex virgine & Spiritu sancto, ipso sibi in hac operatione famulante, & sua, videlicet Dei, inumbrante virtute, corporis sibi initia conseuit, & exordia carnis instituit: vt homo factus in virgine naturam in se carnis acciperet, pérque huius admixtionis societatem, sanctificatum in eo vniuersi generis corpus existeret: vt quemadmodū omnes in se, per id quod corporeum se esse voluit, conderentur: ita rursum in omnes ipse, per id quod eius est inuisibile, referretur. Porrò quòd ad confectionem Eucharistici mysterij, & Christi corporis in sacramento præsentiam, Spiritus sancti aduentus requiratur, testantur antiquissimi Patres. Nam Iacobus frater Domini in sua Liturgia, inter ipsa consecrationis verba sic orat. Demitte super nos, & super dona proposita, spiritum tuum sanctissimum,

Idem. Ruah *nomen Spiritus Hebr. fœminini generis.* 1. *Quid sit obūbratio.* Beda. Gregor. Franco Abbas. Euthym. 2. Dionys. Carthus. Theophil. Athanas. 3. *Maria non erat capax tanti numinis, sine Spiritu sancto.* Bernardus. Gregor. Nyssen. 4. Fulgētius. *Aduentus spiritus sancti depoſcendus ad consecratio. nē corporis Christi.* Idem Ful. *Corpꝰ Christi mysticū Ecclesia spiritus sancti consistit.* Hilarius. *Probatur requiri Spiritum sanctū ad sancta mysteria.* Iacobus.

consubstantialem,coæternum,qui locutus est in lege & Prophetis,& in nouo Testamento,qui F
descendit in specie columbæ super Dominum nostrum Iesum Christum in Iordane fluuio,&
mansit super eum:qui descendit super Apostolos:vt superueniens,sancta & bona & gloriosa sua
Basilius. præsentia sanctificet,& efficiat hunc panem corpus sanctum Christi tui. Idem ferè Basilius in
Liturgia.Obsecramus te Pater,sancte sanctorum,venire Spiritum sanctum tuum super nos,&
super proposita munera ista,& benedicere,& sanctificare, & ostendere panem quidem istum
Proclus. ipsum honorificum corpus Domini Dei,& saluatoris Iesu Christi. Hinc fit vt Proclus, in tra-
ctatu de traditione liturgiæ,hæc scribat.Per has igitur liturgiæ preces, Spiritus sancti aduẽtum
expectabant,vt eius diuina præsentia,propositum in sacrificiũ panem & vinum aquæ permix-
Damas. tum ipsum illud corpus & sanguinem seruatoris nostri Iesu Christi efficiat.Et Ioan.Damas.lib.
4.de fide orthodox.cap.14.Si modum requiris,inquit,quonam pacto panis & vinum transmu-
tantur in corpus & sanguinem Dei:sat sit tibi audire,quoniam per Spiritum sanctũ, quemad- G
Tertull. modum ex sancta Deipara,seipso & in seipso Dominus carnẽ sustentauit.Inde fit, ait Tertull.
in Apolog.vt coëamus in cœtum & congregationem,& Deum precationibus ambiamus,orã-
tes.Cæterùm vbi modus Christi incarnationis explicatus est,& ipsius authoritas,qui virginem
fœcundaturus est,designata,concludit Angelus: *Ideóque & quod nascetur ex te sanctum, vocabi-*
Beda. *tur filius Dei*. Beda,in Luc.Congruit conceptioni natiuitas,vt quæ contra humanæ cõditionis
morem virgo concipis,supra humanæ conditionis modum,filium Dei generes.Et benè,quod
Nemo nasci nascetur sanctũ,vocabitur filius Dei.Nos quippè,etsi sancti efficimur,non tamen sancti nasci-
tur sanctus mur,inquit Greg.lib.18.Moral.c.33.quia ipsâ naturæ corruptibilis conditione constringimur:vt
præter Chri cum Propheta dicamus,Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis peperit me
stum. mater mea.Ille autem solus veraciter sanctus natus est, qui vt ipsam cõditionem naturæ corru- H
Gregor. Pet. Chry- ptibilis vinceret,ex commixtione carnalis copulæ conceptus non est.Petr. Chrysol.serm. 143.
sologus. Nemo hîc cõmuniter accipiat sanctum,sed illa singularitate, qua clamatur in cœlestibus,San-
Gregor. Nyssen. ctus,sanctus,sanctus Dominus Deus sabaoth.Greg. Nyssen.lib. de testimoniis aduers.Iudæos.
Dictum est Exod.13.Num.8.Omne masculinũ adaperiens vuluam sanctum Domino vocabi-
tur.Nullus autẽ masculus aperit vuluam,sed consuetudo viri cum muliere.Igitur dictũ illud de
Domino est intelligendum. Contingit autem vt multi primogeniti impij sint & peccatores.
Quî igitur illi sancti Domino,& inculpati atque innocẽtes? Cur item non etiam omne fœmi-
ninum?Perspicuũ est igitur,quòd ipse sanctus sit solus.Dauid Ps.86.Nũquid Syon dicet,homo
Athanas. & homo natus est in ea,& ipse fundauit eam altissimus? Athanas. serm.de Deipara. Cæterùm
neque hoc,quòd vocandus erat filius Dei,pro hæreticorum Arianorum more intelligentes au-
thores concilij Niceni, ex operatione spiritus & virtutis altissimi, & imprægnatione virginis,
Deiferum hominem eum,qui ex virgine prodiit,credendum esse statuerunt,gestasse eam Dei
virtutem & energiam spiritus,quæ operata est coram Pharaone,& omnibus filiis Israël. Qua-
propter filius Dei carne indutus,homo factus esse dicitur, quemadmodum & alibi Apostolus I
dicit,Gal.4.Cùm venisset plenitudo temporis,misit Deus filium suum, factum ex muliere, fa-
Bernard. ctum sub lege.Bernardus, serm.4.de annunciat. Dominica. Si diceret Angelus,quæ nascetur
Sanctũ ab- ex te sancta caro,vel sanctus homo, parum dixisse videretur. Posuit ergo indefinitè sanctum,
solutè quid. quia quicquid fuit,quod virgo genuit,proculdubiò ac singulariter sanctum fuit. Cæterùm fi-
lius Dei vocatus est,sed ab his qui in eũ crediderunt.Matth.16. Tu es Christus filius Dei viui,
inquit Petrus.Idem Maria,Ioan.11.Idem etiam Centurio,Matth.27.Porrò quia nonnulli ex-
Athanas. plodendas censẽt has particulas *ex te*,& ita legendum, Quod nascetur sanctũ:libet hîc Atha-
Nascetur nasij sententiam inferere,qui ex hac expressa sententia sui temporis hęreticos conuincit.Ita ille
ex te *vim* habet in Epist.ad Epictetum Corinth.Episcopum.Et Gabriel,inquit,circumspectè,& cum bo-
habet. na cautione euangelizauit,non simpliciter dicens,id quod fuerit natum in te,ne forinsecus in- K
Theoph. troductum in eam corpus existimari possit:sed quod ex te,inquit,nascetur,quò ex eius natura
eum primogenitum esse agnoscere liceret.Sed & ex eo loco Nestorium confundit Theophi-
lactus.Audiat,inquit,quòd illud quod nascebatur in vtero,erat filius Dei. Et non alius quidem
fœtus est vteri,alius autem filius Dei, sed vnus & idem fuit filius virginis, & filius Dei. Vide
item quomodo sanctam Trinitatem declarauit,dicens Spiritum sanctum,virtutem Filium,al-
Andr. tissimum Patrem.Idem Trinitatis mysterium ex hoc loco deducit Andræas Hierosolymita-
Hierosol. Bernard. nus. *Et ecce Elisabeth cognata tua,& ipsa concepit filium in senectute sua,& hic mensis est sextus illi*
Cur Elisa- *quæ vocatur sterilis*. Bernardus sermone 4. de Annunciatione. Quid fuit necesse etiam huius
beth facta *mentio.* sterilis virgini nunciare conceptum? Nunquid fortè dubiam adhuc, recentiori voluit confir-
mare miraculo? Absit. Legimus & Zachariæ incredulitatem ab hoc ipso Angelo fuisse ca-

stigatam.

A ſtigatam. Mariã autem in aliquo reprehenſam non legimus, quin potius fidem ipſius Eliſabeth prophetãte, laudatam fuiſſe agnouimus. Sed ideò ſterilis cognatæ conceptus virgini nunciatur, vt dum miraculum miraculo additur, gaudium gaudio cumuletur. Chryſoſtomus, hom. 49. in Geneſ. Sed & hanc præbet demonſtrationem. Nam quoniam prior demonſtratio maior erat quàm quæ facilè caperetur, audi quomodo & humiliorem ſermonem affert, per ſenſibilia ipſam manu ducens. *Ecce*, inquit, *Eliſabeth cognata tua, & ipſa concepit*, &c. Vides quòd ſterilis propter virginem? Quoniam cuius gratia alioqui retuliſſet partum cognatæ, cuius item gratia adiiciebat, *quæ vocatur ſterilis*? Planè per omnia manu ducebat eam ad credendum annunciationi: propterea & tempus dixit, & naturæ ſterilitatem, ſed & tempus diſtulit conceptionis. Nõ enim ſtatim à principio ei annunciatum eſt, ſed præterito tempore ſemeſtri, vt vteri ſarcina conceptionem doceat. Nam licet poſt quartum menſem certa quædam indicia grauidas mu- Chryſoſt.

B lieres oſtendant, ſexto tamen menſe elapſo iam nullus hæſitationis locus relinquitur. Sed & exaggerat, quòd vocetur *ſterilis*, vt quæ hoc nomine ab omnibus nuncuparetur, quaſi in opprobrium, cùm tamen ex ea ſuperioribus annis proles ſummis omnium votis expectaretur. Et vide quanta Gabriel vtitur ſolertia. Non enim in memoriam ei reducit vel Saram, vel Rebeccam, vel Rachelem. Quam ob cauſam? Et hæ quidem fuerunt ſteriles, & vetulæ, & magnũ miraculum fuit. Sed quia erant antiquæ narrationes, adducit eam ad hoc quod nuper contigerat, vt mentem eius ad credendum prouocaret. Andr. Hieroſolymitanus. Nam qui matricem præter omnium ſpem, prolificam in ſenectute reddere poteſt, virginem quoque grauidam exhibebit. Et licet mirabilius ſit iſtud in virgine, vtrumque tamen diuinæ omnipotentiæ opus eſt. Ideoque Abraham contra ſpem in ſpem credidiſſe legitur, vt fieret pater multarum Gen- *Eliſabeth prius vocata fuit ſterilis.* Andr. Hieroſolym.

C tium, cùm conſideraſſet emortuam vuluam Saræ. Ruffinus, in Symbolo, virginis partum & contra Iudæos & contra Gentiles argumentis etiam confirmat: quorum quædam è natura, alia ex figmentis Gentilium ducta ſunt. Et quid mirum videtur, ait, ſi virgo conceperit, cùm Orientis auem, quam Phœnicem vocant, intantum ſine coniuge naſci vel renaſci conſtet, vt ſemper vna ſit, & ſibi ipſi naſcendo, vel renaſcendo ſuccedat? Apes certè neſcire coniugia, nec fœtus nexibus edere, omnibus palàm eſt. Sed & alia nõnulla deprehenduntur ſub huiuſcemodi ſorte naſcendi. Sed & hoc mirandum, cur Gentilibus impoſsibile videatur, qui Mineruam de cerebro Iouis natam credunt, Liberum Patrem de femore eius, Venerem de ſpuma maris, Pollucem & Caſtorem de ouo, Myrmidones ex formica, homines ex lapidibus à Deucalione & Pyrrha iactis natos eſſe credunt. Eadem argumẽta ſequitur Cyrillus Hieroſolymitanus, catech. 12. Vterque quidem demum oſtendens, non fuiſſe indecens filium Dei incarnatum naſ- Ruffinus. *Argumẽta contra Gentiles, quibus Virginis fœcũditas probatur.* Cyrill. Hieroſ.

D ci ex vtero, eo reſpectu habito, quòd aliqua ſit pars immunda: cùm nec quid in natura integra immundum ſit, nec ſol omninò inquinari nouerit, etiam in noſtram humum irradiet. Cæterũ nonnullos mouet, quòd Eliſabeth Zachariæ ſacerdotis coniux virginis cognata dicatur. Ità enim oportuit eos, qui ex tribu Leui inter eos qui ex Iuda ortum ducebant, cognationem ſortiri. Hæc quæſtio reſoluitur à Theophilacto, Euthymio, & Beda. Sed quoniam illam Beda latiùs explicat, hîc eius verba inferam. Animaduerte, inquit, proauos Mariæ & Eliſabethæ, liberis inuicem nuptum traditis, vtramque tribum potuiſſe coniungere. Cui ſi hæc expoſitio fortè non ſuffecerit, contentioſiùs inſiſtenti, quaſi hoc contra interdictum legis fieri nequiuerit, legat Exodum, vbi ſcriptum eſt: Accepit autem Aaron vxorem Eliſabeth filiam Aminadab, ſororem Naaſon, quæ peperit ei Nadab & Abiud & Eleazar, & Ithamar. Exod. 6. Adiicit etiam Euthymius, poſtmodùm Ioiadam ſummum ſacerdotem (2. Par. 22.) vxorem è regia tribu duxiſſe: & poſt hos alios: vnde conſecutum ſit, vt hæ duæ tribus eſſent inter ſe co- *Non fuit indecens filium Dei eſſe in vtero. Quæſtio quomodo Eliſabeth fuerit cognata Mariæ, cũ hæc tribus Aaron, illa tribus Iuda fuerit.*

E gnatæ. Quia enim, inquit, in diuinis rebus primas ferebat ſacerdotale genus, in humanis verò regale: meritò commixta ſunt, vt & ſacerdos regalis eſſet, & rex eſſet ſacerdotalis. Vt videlicet, inquit Beda, Dominus Ieſus Chriſtus, qui ſecundum carnem verus rex & ſacerdos erat futurus, ipſam quoque carnem de vtraque, Dauid ſcilicet & Aaron, ſtirpe ſuſciperet: vnde & in hac vtraque tribu chriſma myſticum per legem celebrabatur, Chriſti nimirùm nominis & generationis prænuncium. Et ipſe Dauid domum Dei ingrediens, panem ſanctum & gladiũ quaſi rex & ſacerdos accepit: Illum videlicet, de ſuo ſemine venturum præfigurans, qui & pro noſtra libertate, regis iure pugnaret, & pro noſtra abſolutione, panem ſuæ carnis offerret. Itaque diuinæ virtutis exemplum prẽmiſſum eſt, cùm ſterilis ex domo Leuitica peperit, ne quis hæſitet in eo, quòd virgo de domo regia peperiſſe legitur. *Quia non erit impoſsibile apud Deum omne verbum.* Neutrum enim naturalis, ſed diuinæ virtutis eſt: quam vbi attenderis, nihil tibi aut in rerum creatione, aut Chriſti carnis diſpenſatione, aut ſacramentorũ confectione difficile Beda. Euthym. Beda. *Chriſma myſticum in tribu Leui & Iuda.*

videbitur. Huic verò ſimilem ſententiam legimus Hierem.32.Cùm enim Dominus reditum F
populi ſui è Babylone promitteret,illúdque videretur quibuſdã impoſſibile,adiecit: Ecce ego
Dominus Deus vniuerſæ carnis.Nunquid mihi difficile(ſiue impoſſibile) erit vt abſcondatur
Verbum hîc quid. omne verbum?Nam quæ apud homines impoſſibilia ſunt,poſſibilia ſunt apud Deum.Verbũ
autem hîc, & in multis aliis locis,pro rebus debemus accipere, inquit Hieronymus,lib.6. in
Hierony. Hier.cap.22.Sic Geneſ.20. Quid feciſti verbum hoc,id eſt,rem iſtam.Exod.18.Non eſt bonũ
iſtud verbum,quod tu facis.Exod.9.Cras faciet Dominus verbum iſtud in terra.Pſal. 56.Tota
die dolore afficiebant me verba mea, id eſt,negotia.Eſa.39.Non fuit verbum quod non oſtẽ-
deret eis Ezechias in tota domo ſua.Act.5. Nos ſumus teſtes horum verborum,id eſt harum
rerum.Hoc igitur oſtenditDei mandato,voluntati,aut promiſſioni nihil omninò eſſe difficile.
Eccl.8. Omne quod voluerit faciet, & ſermo illius poteſtate plenus eſt. Matth.19. Omnia ei
Bernard. poſſibilia ſunt. Geneſ.18.dictum eſt Saræ: Nunquid Deo quicquam eſt difficile? Bern. ſer.4. G
de Annunciat.Apud Dominum idem eſt facere quod loqui,& loqui quod velle.Meritò ergo
noueris non eſſe impoſſibile omne verbum.Num.23.Non enim eſt Deus quaſi homo vt mẽ-
Hilarius. tiatur,nec vt filius hominis,vt mutetur. Hilarius, enarrat.in Pſal.52.Ecce dabit vocem ſuam,
vocem virtutis. In omnibus quidem,quæcũque in corpore manens geſſit, virtutis vocem de-
dit, cùm Paralytico dixit,Surge & ambula,Matth.9.Ioan.5.cùm Lazarum vocat è ſepulchro.
Ioannis 11. cùm Petro, cæteriſque Apoſtolis dixit: Quæcunque ligaueritis ſuper terram,
erunt ligata & in cœlis : & quæcunque ſolueritis ſuper terram , erunt ſoluta & in cœ-
Baſilius. lis.Baſilius,in Moralibus,capit. primo Regulæ 8, id confirmat iiſdem argumentis. Regulam
hanc autem deſcribit. Quòd ab iis, inquit,quæ dicuntur à Domino,dubitatio omnis,omniſ-
que hæſitatio repelli debet: quódque quicquid à Domino dictum ſit, id & veriſſimum tenere
oportet, & ciuſmodi quod fieri poſſit, licet natura ipſa videatur repugnare, quando in hoc fi- H
Verbum Dei importat facultatem. Auguſtin. dei conatus declaratur. Itaque Verbum, ſeu pro re,ſeu pro Dei promiſſione ſumatur, ſecum
importat facultatem: vt neque in ipſis naturæ difficultatibus hæreas, cùm etiam impoſſibilia
nobis perficiat, vt ſcribit Auguſtin. ſerm.4. feriæ 3. Paſchę,tom.10. Nec eſt quòd aliquis ea
quæ ſunt imperfectionis & impotentiæ ſeu debilitatis,adducat contra Dei potentiam : nimirũ
quòd nec mentiri, nec malè agere,nec ruere poſſit. Hæc enim quomodo ſtarent cum omni-
potente? Sed neque locum habebunt illa ſophiſmata,quæ contradictionem important. Indi-
gna ſunt enim quæ ab homine rationem aliquam profitente adducantur. Ea ſanè omnia po-
Thomas Aquinas. teſt quæcunque vult. At verò non Deus volens iniquitatem eſt,vt demõſtrat Thomas Aqui-
nas, lib. 1. Summæ contra Gentiles,cap.96.Sed & lib.2.cap.25. oſtendit qualiter Deus om-
nipotens dicatur quædam non poſſe : nimirùm illa quę ſunt potentię paſſiuę,vt moueri, obli-
uiſci,fatigari: quæ defectus, non autem potentiam deſignant. Itaque virgo hoc axiomate An-
gelico confirmata, omnia diuinæ voluntati & maieſtati remittens,ſeſe ſubiicit,dicens,*Ecce an-* I
Euthym. *D. Virgo optat fieri mater.* Theophil. *cilla Domini*. Euthymius:Iam non ſolùm credidit,inquit,ſed etiam optabat vt ſibi contingeret
quod Angelus dixerat. His autem verbis ſuam fidem ſatis oſtendit, vt quæ nulla mora inter-
poſita aſſentiatur. Et Theophilactus: Tabula ſum pictoria, pingat pictor, & faciat Deus quod
volúerit. Sic Rom.10. Corde creditur ad iuſtitiam,ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Ergo
quia credit Angelo,id adiicit. Itaque verba hæc non modò acquieſcentis,ſed & optantis ſunt.
Simile reſponſum dixit Abigail mulier prudens,cùm Dauid eam in vxorem accipere vellet,
1.Reg.25. Ecce famula tua ſit in ancillam tuam,vt lauet pedes ſeruorum Domini mei. Et illa
Ruth,(cap.2.) Vnde mihi hoc,inquit ad Booz,vt inuenirem gratiam ante oculos tuos? Locu-
tus es ad cor ancillæ tuæ,quæ non ſimilis vnius puellarum tuarum. Et quia ſe virgo Maria hu-
Humilitas D.Virginis Ambroſ. miliauit, ideò ſe ad gratiam præparauit.Ambroſius,lib.2.in Luc.c. 2. Vide humilitatem, vide
deuotionem. Ancillam ſe Domini dicit,quæ mater eligitur,nec repentino promiſſo exaltata
Bernardus. eſt.Mitem enim humilémque paritura, debuit etiam ipſa humilitatem præferre. Bernardus, K
ſer.4.ſuper Miſſus. Videas pleroſque in Eccleſia de ignobilibus nobiles,de pauperibus diuites
factos ſubitò intumeſcere, priſtinæ obliuiſci abiectionis , genus quoque ſuum erubeſcere,&
infimos dedignari parentes. Videas & homines ad honores Eccleſiaſticos peruolare, & quæ
adepti ſunt nummis, attribuere meritis. Et vbi eſt qui Mariæ humilitatem ſequatur? Ecce,in-
quit,ancilla Domini. Non ad inſtar Agar eleuatur, ſed gratiam Dei agnoſcit. *Fiat mihi ſecun-*
Oratio Virginis. *dum verbum tuum.* Fiat,deſiderij eſt ſignum, non dubitationis indicium: quanquam nihil ob-
ſtat eſſe verbum orationis. Nemo quippè orat, niſi quod credit & ſperat. Vult autem à ſe re-
Cooperandum Deo. quiri Deus, etiam quod pollicetur. Et ideò fortè multa, quæ dare diſpoſuit, priùs pollicetur,
vt ex promiſſione deuotio excitetur: ſicque quod gratis daturus erat, deuota oratio promerea-

tur.

A tur. Sic pius Dominus, qui omnes homines vult saluos fieri, merita nostra extorquet à nobis: & dum nos præuenit tribuendo quod retribuat, gratis agit ne gratis tribuat. Hoc vtique prudens virgo intellexit, quando præueniendi se muneri gratuitæ promissionis, iunxit meritum suæ orationis: Fiat, inquiens, mihi secundum verbum tuum. Verbum quod erat in principio apud Deum, fiat caro de carne mea, secundum verbum tuum. Hæc Bernardus. Franco Abbas, tom. 6. de gratia Dei. Fiat mihi vt digna inueniar, per quam mundus gratiam reconciliationis inueniat. Fiat mihi vt in terris præbeam ei corporis mei hospitium, qui me postmodùm in cœlis assumat in regni sui consortium. Augustinus. to. 10. ser. 2. de Annunciatione. O Maria, quis tibi dignè valeat iura gratiarum & laudum præconia impendere, quæ singulari tuo assensu mundo succurristi perdito? Quas tibi laudes fragilitas humani generis persoluat, quæ solo tuo commercio recuperandi aditum inuenit? Ita mihi assensum istum oppone illi qua Eua serpẽti consensit in perniciem nostram. *Tunc Angelus Domini discessit ab illa*, cùm commissum sibi B ministerium sedulò peregisset: ita suo discessu rem, ob quam aduenerat, peractam esse ostendit. In ipso enim momento, quo illa assensum præbuit, Christum ipsum in vtero concepit, non ad instar cæterorum, qui sensim formantur, ex rudi primùm massa, demum ex fœtu, vt tãdem anima infundatur. Si quidem in instanti Dei filius perfectam nostram naturam, carnem scilicet animæ coniunctam, accepit ex virgine. Sibylla Erythræa hoc prædixit in suis carminibus.

Bernard. Fran. Ab.

Augustinus. *Oratio ad D. Virginẽ.*

Christi corpus in momento perfectè formatum.

Sibylla.

---ἔπος δ' εἰσέπτατο πηδῶ,
Σαρκωθὲν δὲ χρόνῳ, καὶ γάστρι ζωογονηθέν. id est,
---*Verbúmque volauit in aluum,*
Idque suo factum atque animatum tempore corpus
Mortali facilè cretum est.

Nam & in ipso tempore, quo C Dei filius incarnatus est, totum hominem assumpsit. Sedulius, lib. 2. Carminum, id confirmat his verbis:

Sedulius.

Et dictum comitata fides, vterúmque puellæ
Sidereum mox implet onus, rerúmque creator
Nascendi sub lege fuit. ---

Damas.

Ioannes Damas. li. 3. de fide Orth. c. 2. idẽ apertè demonstrat. Quocirca, inquit, post sanctæ virginis assensum, post Domini sermonẽ ab Angelo prolatũ, Spiritus sanctus in eã superuenit, eã lustrans, vimque ei tum ad suscipiendũ Verbi deitatẽ, tũ ad gignendũ suppeditans. Ac tum illa verè subsistens altissimi sapientia atque potentia, ille inquã Dei filius, semen in eam obũbrauit, atque ex castissimis & purissimis ipsius sanguinibus, carnem anima rationali animatam primitias videlicet nostræ consperfionis sibiipsi condidit: non id quidem per seminis emissionem, D verùm procreationis modo, per Spiritum sanctum: nec ita vt paulatim, tacitisque incrementis figura corporis absolueretur, sed vno eodémque momento perficeretur. Et quidem ipsum Dei Verbum carnis hypostasis fuit. Neque enim Deus Verbum præ existenti seorsim carni vnitus est: verùm posteaquàm in sanctæ virginis vterum emigrauit, citra vllam circunscriptionem, in hypostasi sua ex castis ipsius perpetuæ virginis sanguinibus carnem anima rationali, atque intellectuali animatam condidit. Quo fit, vt non hominem deitate affectum esse, sed Deũ humanitatem assumpsisse dicamus. Nam cùm natura perfectus Deus esset, idem natura perfectus homo factus est. Ita, vt obseruat Clithoueus, suis in Damascenum Commentariis, tria Christi conceptum admirabilem reddunt. Primum, quòd non viri semine, sed Spiritus sancti virtute factus est. Esa. 17. Secundum, quòd vno eodémque momento statim post virginis assensum, sanctum Christi corpus omnibus suis membris & lineamentis absolutum fuit. Hier. 31. Nouum creauit Dominus super terram, fœmina circundabit virum. Glossa. Nouum vtique in E virgine, vt quæ statim virum conceperit & circundederit. Tertium, quòd anima carni priùs coniuncta non fuit, quàm & ijsdem diuinitas in propria hypostasi vniretur.

Materia Christi corporis ex purissimo sanguine Virginis.

Clithoue⁹. *Quæ de Christi cõceptu crẽdenda.*

Num. 17: Glossa.

ORATIO.

Damascenus, Orat. 1. de beatæ Mariæ dormitione.

Damas.

O Altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei (etenim ipsa quoque Apostoli verba tempestiuè vsurpabo) quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius! O singularem Dei bonitatem! O charitatem eiusmodi, quæ nulla ratione indagari possit! Is qui vocat ea quæ non sunt tãquam ea quæ sunt, is qui cœlum & terram implet, cuius cœlum thronus, & terra scabellum pedum est, ex ancillæ suæ ventre latissimum domicilium fecit, atque in

Rom. 11. Rom. 4. Hier. 23. Esai. 66.

ea mysterium recentium omnium recentissimum conficit. Nã qui Deus erat, homo efficitur, F
& ita procreatur, vt interim virginitatis claustra minimè labefactet. Quodnam ingens, ô sacra mater atque virgo, mysterium hoc te circumstat? Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Ecce enim beatam te dicent omnes generationes. Te filiæ Hierusalem, hoc est Ecclesiæ viderunt, ac reginæ, hoc est iustorum animæ, beatam te dixerunt, atque in secula collaudabunt. *Vide cætera.*

Quomodo D. Virgo cognatam suam Elisabeth grauida grauidam visitauerit, & in illius occursu, clausus vtero Ioannes Baptista exultauerit in gaudio: qua verò gratiarum actione Elisabeth sanctissimam Virginem exceperit.

Matth. | Marc. | LVC. 1. | Ioan. G

In diebus illis exurgens Maria, abiit in montana cum festinatione in ciuitatẽ Iuda, & intrauit in domum Zachariæ, & salutauit Elisabeth. Et factum est, vt audiuit salutationem Mariæ Elisabeth, exultauit infans in vtero eius: & repleta est Spiritu sancto Elisabeth, & exclamauit voce magna, & dixit, Benedicta tu in mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi vt veniat mater Domini mei ad me? Ecce enim vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo: & beata quæ credidisti, quoniam perficientur ea quæ dicta sunt tibi à Domino.

Introductio. Christ⁹ sol quomodo primùm apparuerit.

NON potest ciuitas supra montem posita abscõdi, nec tamdiu nubes solem continere poterunt, quin ipse illas peruincat, & nobis appareat. Et quidẽ H
sol iustitiæ Christus Deus noster vtero virginis quasi nube contegebatur, eduxit tamen ex ipso vtero, suæ maiestatis radios: & antequàm nasceretur, ipsi etiam nondum nato Ioanni & eiusdẽ matri innotescere cœpit: Ideoque diuino impulsu factum est, vt Maria statim atque filium Dei concepit, in montana perrexerit, Elisabeth salutarit, & ipse infans in materno vtero gaudio gestiens exultarit. Hoc factum est *in diebus illis*, inquit Lucas. Vbi enim Elisabethæ collatam gratiam intellexit, ad eam abeundum decreuit: Non quasi incredula de oraculo, inquit Ambrosius, l. 2. in Luc. c. 3. nec quasi incerta de nuncio, nec dubitans de exemplo: sed quasi læta pro voto, religiosa pro officio, festina pro gaudio. Non vt incredula, inquit Theophilactus, sed vt diligens rem ipsam explorare volebat. Nam cùm in rebus omnibus similis similem sibi quærat, illas huius temporis sanctissimas mulieres, quasi eiusdem spiritualis temperamenti sociabat. *Exurgens* igitur ex suo illo in Nazareth conclaui, *abijt in montana*. Nõ tardauit, sed diluculo surrexit, inquit Bonauentura. Hoc enim significat ἀναστᾶσα, exurgens, vt quæ ipsa etiam nocte magna isthæc meditata sit mysteria, vnde & prima luce exurgẽs I
se ad iter accinxerit. Ita hanc sponsus prouocabat, Cant. 2. Surge, propera amica mea, formosa mea, & veni. Et illi competit hoc Prou. 31. quod de muliere forti legitur: De nocte surrexit, deditque prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis. Nam si qui temporalibus curis torquentur, noctes quantumuis breues prolixiores esse existimant, & vbi nunc huc illúcque se in lecto verterint, etiam ante lucem excitentur: quid his euenire putandum, qui tota mente Deũ concupiscunt? *In montana perrexit cum festinatione.* Non illam asperitas itineris & montium retardauit, vt olim Loth, qui Gen. 19. ait: Non possum in montem ascendere, ne fortè apprehẽdat me malum: sed in omnibus potens, per spiritum qui illam confortabat, & animi promptitudinem, montana illa assequitur, & praua in directa, & aspera in vias planas. Esa. 40. Quid enim alacribus animis difficile est? Non illam remoratur viæ prolixitas, vt veniret *in ciuitatem* K
Iuda, Hierosolymam. Hæc enim & regni caput, & proinde tribui Iuda addicta erat. Nam licet confinia tribus Iuda & Beniamin in ipsa Hierosolyma concurrerent, vt patet Ios. 15. & 18. pars tamen potior, seu nobilior ad tribum Iuda pertinebat. Hinc fit, vt Beda & Magister historiæ Ecclesiasticæ, per ciuitatem Iuda, Hierosolymam intelligant. Sunt tamen alij, qui vnum ex his oppidis esse existiment, quæ de tribu Iuda & Simeon Leuitis data sunt, vt scribitur Ios. 21. Inter quæ Cariath-arba, quæ & Hebron in monte Iuda, Ios. 14. Brocardus verò, in descriptione terrę sanctæ, Zacharię domũ sitam fuisse scribit ad vallem Rephaim, non lõgè à Hierosolymæ finibus, sed tamen in montanis. Idem satis ostendit & Nazareth ciuitati, & Hierosolymis montes vicinos fuisse, cùm & ipsam Hierosolymam, & iter ab Acone versus Eurum describit. Venit autem *cum festinatione*. Festinabat Christus, qui in vtero illius erat, adhuc in

Ambros.

Theophil.

Diligentia Virginis. Bonauent.

Nihil remoratur Virginẽ ab officio.

Beda. Magister hist. Eccl. Vbi sita fuerit domus Zachariæ.

Brocard.

Cur festinabat Virgo.

ventre

A vētre matris positum sanctificare Ioannem, inquit Origenes, hom. 7. in Luc. Nescit enim tarda molimina Spiritus s. gratia, inquit Ambrosius, l. 2. in Luc. Festinabat etiam ne diu videretur in publico, vt notat Glossa. Virgo igitur, inquit Ambrosius, cum festinatione, officij memor (in seniorem) iniuriæ immemor, affectu vigente non sexu, relicta perrexit domo. Discite virgines non circumcursare per alienas ædes, non demorari in plateis, non aliquos in publico miscere sermones. Maria in domo sera, festina in publico. Ita occurrit Euangelista omni calumniæ. Si quis enim obganniat virginum esse domi se continere, Dynam corruptam fuisse, quòd ad publica Gentium spectacula conuenerit: Bersabæam in publico se lauantem, Dauidi adulterij occasionem præbuisse: quódque Paulus scribat ad Timotheum, mulieres iuniores οἰκοδεσποτεῖν, domi suæ, non publicis negotiis dominari: & ad Titum, vt sint οἰκουρούς, id est domus custodes: statim Lucas ostendet virginem ideò festinasse, ne diu maneret in publico: Ad seniorem verò se contulisse, instinctu Spiritus sancti, non modò vt

B ei obsequeretur, sed vt Ioannes sanctificaretur, & Christus ab ipso testimonium acciperet. Ita promouebatur affectu, vt diutiùs quiescendum non putaret: & cognatam seniorem visitat, vt ei de accepta gratia congratuletur. Sic Genes. 29. Rachel viso Iacob festinans nunciauit patri suo: sic Iethro (Exod. 18.) Moysen generum suum visitauit in deserto, cùm audijsset magnalia quæ per eum operatus fuerat Dominus: sic Ioachim summus sacerdos, de Hierusalem venit in Bethaniam, vt videret Iudith insignem viduam, & de victoria in Holofernem habita congratularetur ei, Iud. 14. Sic ad Iob ex magna illa calamitate & tentatione ad magnas diuitias & honores restitutum, fratres & sorores conuenerunt, vt congauderent ei, Iob. 42. Sic demum ad Thobiam seniorem recepto quod amiserat lumine, & reducto filio, consobrini se contulerunt, & Dei beneficiis congratulati sunt. Hoc officium nostra in Deum & proximum charitas requirit, vt nedum in rebus prosperis, sed & in aduersis fratres visitemus.

C Quàm ardens Paulo desiderium erat vt fratres inuiseret, quos toties in Epistolis suis salutat! Et quidem mundanorum applausus nō nisi prosperitatem sequitur, auersatur calamitatem. Hinc verè Poëta,

Aspicis vt veniant ad candida tecta columbæ?

Cæterùm hæc animi promptitudo satis exemplo est, quàm diligentes esse debeamus in bonis operibus exequendis. Heb. 4. Festinemus ingredi in illam requiem, vt ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplum. 1. Cor. 9. Sic currite, vt comprehendatis. Diuersum dicitur de fatuis virginibus, vt obseruat Bonauētura, in Luc. Matth. 25. Moram enim faciente sponso dormitauerunt, nec promptum habuerunt oleum in vasis suis. Eccl. 5. Non tardes autem conuer-

D ti ad Dominum, & nō differas de die in diem. Discite & vos sanctæ mulieres sedulitatem, quā prægnantibus debeatis exhibere cognatis, inquit Ambrosius. Nam cùm vniuscuiusque necessitati præstò esse debeat, quomodo non magis ei, ad quam ex conditione sexus inuitantur? Tertullianus, in lib. ad vxorem, non excusat mulierem, quamuis coniugatam, à visitandis infirmis. Hoc verò quàm conuenientius est, vt sexum sibi similem, & in ea potissimùm necessitate visitent, in qua maledictionem communi omnium matri indictam agnoscunt, vt in dolore pariant filios suos? Quanta laus obstetricum Hebræarum, & quòd filios seruauerint, & suo in parturientes officio minimè defuerint? Ædificauit enim illis domos, & magnas ob eam causam, earum familias reddidit. Agnosce hîc tu, quæcunque es, quantumuis magnæ authoritatis & dignitatis mulier, charitatem & humilitatem Mariæ. Conformis vtique Domino Iesu extitit, vt qui inter discipulos fuerit non velut qui ministrat, & se venisse asseruerit, nō vt ministra-

E retur, sed vt ministraret. Matth. 20. Luc. 22. Eapropter eorum etiam pedes lauit, Ioan. 13. Tu, quid etiam in inferioris conditionis mulieres, tuo deeris officio? Hîc & Christum & virginem imitare, vt adeandem humilitatis coronam peruenias. Sed & obserua quantum debeas seniori. Beda, homil. in Visitationem Mariæ. Vt enim ex hodierna Lectione audiuimus, sanctissima virgo, eandem quam Angelo exhibuerat humilitatem, hominibus quoque curauit exhibere, & (quod maioris est virtutis) se etiam minoribus. Quis enim nesciat virginem Deo consecratam, muliere Deo dedita gradum habere potiorem? Quis dubitet matrem regis æterni, iure matri militis esse præferendam? Attamen ipsa memor scripturæ præcipientis Eccles. 3. Tanto magnus es, te in omnibus humilia: mox vt Angelus qui loquebatur ei, ad superna rediit, surgit, ac montana conscendit, & seniorem visitat. Euseb. Emissenus, hom. lectionis eiusdē. Sic Maria ad Elisabeth, Christus ad Ioannem, Domina ad ancillam, ad seruum Dominus venire non dedignatur. Hoc autem quid aliud est quàm humilitatis exemplum? Nec quidem apud Lacedæmonios nobilibus licuit ante quoscunque seniores accūbere: & ibi quidem olim

Origen. Ambros. Glossa.

Cur D. Virgo in publicū prodierit.

Affectus D. Virginis Confertur Virginis factū cū alijs.

Mūdanorū applausus in prosperis.

Bonauent. *Quòd virginū officiū sit parere et obsequi senioribus.* Ambros. Tertull.

Beda. *Honor senioribus exhibendus.*

Euf. Emiss.

Cicero. honorabile fuit domicilium senectutis, vt scribit Cicero, lib. de Senectute. Audi quid præci- F
piat Dominus Leuit. 19. Coram cano capite consurge, & honora personam senis, & time
Dominum Deum tuum. Et quantum Salomon inuehatur in impios, qui dicunt, Sap. 2. Non
parcamus veterano, nec reuereamur canos multi temporis. Thren. 4. Neque senum miserti
sunt, ait Hierem. & rursus Thren. 5. Facies senum non erubuerunt. Nostrorum vtique tempo-
rum miseria, quam præsumptio & arrogantia iuuenum, senilis quoque ætatis contemptus
Miseria nostrorum temporum. reddit non minus timendam, quàm cùm Roboammi tempore reiecto senum consilio, regi
iuuenes adhærerent. Disce igitur in virgine fidem. Eapropter enim viam aggreditur, vt Deo
gratias referat, cùm id verum esse facto perspexerit in Elisabeth quod credidit. Disce diligen-
Grauidatio Virginis non ipsam grauabat. tiam, quòd cum festinatione perrexit: discè charitatem, quòd grauidæ adfuerit: discè humili-
tatem, quòd seniori obsecuta est. Et intellige nihil illam ex fœcunditate prolis remoratã esse,
quin montanam illam regionem leuis ipsa scanderet. Illa enim, vt ait Bernardus, sine corru- G
Bernard. ptione fuit fœcũda, sine grauamine grauida, & sine dolore puerpera. Albertus Magnus, in Luc.
Albertus Magnus. Alioquin duobus temporibus grauidis mulieribus motus quiuis festinus interdicitur à Physi-
cis: primùm in conceptionis initio, cùm fœtus mollis facilè dissolui possit: & in fine, post sex-
Nemo ingrediatur domum malæ famæ. tum aut quintum mensem. *Et intrauit in domum Zachariæ.* Indecorũ est mulieres, immò quos-
cunque viros probos aut iuuenes illas domos ingredi, quæ malè audiant. At verò, vt Euseb.
Euseb. Emiss. Emissen. hom. in Visitationem Mariæ scribit, domum religiosam ingreditur virgo, iustam copu-
salutandi hospites. lam & sine querela incedentem videre desiderans. *Et salutauit Elisabeth.* Hoc primum & de-
corum & honestum est, vt quamprimùm domum alterius ingressi fuerimus, obuium hospitẽ
salutemus. Nam & Angelus Gedeonem, Iud. 6. & Raphael Thobiã seniorẽ salutauit, Tob. 5.
Sed & Dominus Luc. 10. hoc Apostolos facere monuit, vt in quãcunque domum intrarent, H
primùm dicerent, Pax huic domui. Quod idem ipse ad Apostolos ingrediens, Ioan. 20. obser-
uauit, dicens, Pax vobis. Rom. 16. Salutate inuicem in osculo sancto, inquit Paulus. Nec obe-
Obiectio. rit, quod obiici potest, Helisæum vetuisse Giezi famulo suo, quem cum baculo suo ad domũ
Sunamitidis mittebat, ne quem occurrentem salutaret, 4. Reg. 4. & Christum ipsum prohi-
buisse suis, ne quem in via salutarent, Luc. 10. Aliud enim est obuium aliquem habere, aliud
domi etiam suæ reperire. Nolebant illi suos iam ad iter accinctos colloquiis occurrenti-
bus ab officio auocari, adinstar illius Prophetæ, 3. Reg. 13. qui à Pseudopropheta se-
ductus est: interim non prohibuerunt illam honestatem, quæ quantumuis barba-
Cur non salutatus est Zacharias. ros inter se continet, ne fortè vt hostes, domos alienas adirent. Cæterùm etsi potuisset illa
occurrentem Zachariam salutare, tamen aut ille maioribus negotiis occupatus primùm ob-
uius factus non est, aut ad cognatæ virginis colloquium decentius fuit seniorem cognatam I
conuenire: vt illæ legationes, quæ viros decent, viris pro rebus suis: quæ autem mulierum sunt,
mulieribus remittantur: etsi quidem vtriusque, viri scilicet & mulieris commune gaudium
virginis aduentus requireret. Porrò sequitur huius salutationis effectus. *Nam factum est, vt au-*
diuit salutationem Mariæ Elisabeth, exultauit infans in vtero eius: & repleta est Spiritu
Christus operatur in matre & prole. *sancto Elisabeth.* Ita Deus ipse filius, qui in vtero virginis gestabatur, per hãc salutationem miro
quodam modo operatus est in matre & in filio: in matre quidem, vt Spiritu sancto repleretur:
in filio verò, vt exultaret in gaudio. Et hoc sanè primùm obseruare licet, boni viri aut mulieris
accessum magnam domi benedictionem inferre. Benedixit Dominus domui Laban propter
Præsentia Christiquã ta virtutis. Iacob, & multiplicauit greges eius, Gen. 30. Et Ioseph magnã non modò domui Phutipharis,
sed & toti regno Ægypti abundantiam inuexit, Genes. 39. Quin & arca Domini per tres
menses in domo Obed-Edom posita vbertatem rerum omnium intulit, 1. Reg. 6. Quid quòd
Hospitalitatis meritũ. Helyas apud Sareptanam oleum & farinam multiplicat, & eius filium suscitat, 3. Reg. 17. Et
Helisæus hospiti suæ Sunamitidi filium impetrauit, & mortuũ tandem suscitauit ad vitam, 4. K
Reg. 4. Ita nõ deest hospitalitati sua merces, maximè si quos admiserimus, qui pietatẽ, & san-
ctitatem magis quàm diuitias assecuti sint. Habent suam mercedem qui diuites excipiunt, vt
ab illis excipiantur, & par pari referatur: at Dominus solus eorum est merces, qui solius pietatis
& humanitatis ratione aliquos excipiunt. Cæterùm quòd effectus sequitur salutationem, &
vocem virginis, mihi ipse assequi videor, quàm miro modo per verba, seu precationes piarum
personarum operetur Deus. *Factum est*, inquit, *vt audiuit*. Stat etiam sol ad imperium Iosue,
& cœlum clausum est ad mandatum Helyæ. Quòd si non tam ad virginem, quàm ad Christũ
Virtus verbi in sanctis mysteriis. intus latentem, secretam illam salutationis virtutem refer as: insistam quoque nos in tremendis
Chrysost. & horrendis mysteriis mira virtute per verba operari, non tam quæ nos, quàm quæ Christus
in nobis pronunciat. Ille enim est qui conficit & sanctificat, inquit Chrysostomus, hom. 83. in

Matth.

A Matth. Cæterùm quòd legimus *exultauit*, non in ea ſignificatione accipi debet, qua in Cãtico Virginis, cùm ait, καὶ ἠγαλλίασε, & exultauit: nam dictio ἐσκίρτησε, quæ hîc legitur, idem eſt quod ſaliit. nam & ſaltu quodam ad inſtar tripudiantiũ puerorum, infans nouũ gaudium teſtatus eſt. Ambroſ. Vide diſtinctionem, inquit, ſingulorúmque verborum proprietates. Vocem prior Eliſabeth audiuit, ſed Ioannes prior gratiam ſenſit. Illa naturæ ordine audiuit, iſte exultauit ratione myſterij. Illa Mariæ, iſte Domini ſenſit aduentum: fœmina mulieris, & pignus pignoris. Ita docuit quantũ reuerentiæ Chriſto deberet. Nam quod verbis non poterat, hoc ſaltu teſtatur, quo in cæteris omnibus magnum aliquod gaudium oſtẽditur. *Et repleta eſt Spiritu ſancto Eliſabeth*, exuberauit in matrem gratia filio collata, vt & ipſa Dominum & eius matrem agnoſceret. Verùm fortaſſe quis obiiciet, Auguſtinum, in Epiſtola ad Dardanum, ſenſiſſe, quòd Ioãnes minimè Chriſtum cognouerit, ſed ſolùm ſubſilierit, etiam nondũ rationem nactus: vtique ad inſtar
B duorũ illorũ Iacob & Eſau, qui gemini collidebãtur in vtero Rebeccæ. Gen. 25. Et ſicut Aſinę Balaam cõtigit, vt ore aperto loqueretur quod non intelligeret, ita Ioãnes ſubſilierit, nouo quodam miraculo, etſi cauſam non agnoſceret. Nec obeſſe quod additur, Exultauit præ gaudio, ἐν ἀγαλλιάσει, cùm ἀγαλλίασις geſtum exultantis magis exprimat. At verò nos Ioannem quidem ſubſiliiſſe, eundémque geſtu ipſo gaudium teſtatum fuiſſe legimus: id verò quomodo ſine cognitione illi cõtigit, qui Spiritu ſancto repletus eſt ex vtero matris ſuæ, ex cuius vbertate mater ipſa prophetare inceperit? Origen. ho. 7. in Luc. Non eſt dubium, inquit, quin quæ tunc repleta eſt Spiritu ſancto, propter filium ſit repleta. Neque enim mater primùm Spiritum ſanctũ meruit: ſed cùm Ioannes clauſus adhuc in vtero Spiritum ſanctum accepiſſet, tunc & illa poſt ſanctificationem filij repleta eſt Spiritu ſancto. Chryſoſtom. hom. 27. in cap. 11. Matth. Quod amplius eſt, inquit, quem in vtero conſtitutus, non ſolùm priuſquam naſceretur, cognouit, ſed etiã
C exultatione ſpirituali matrem ſuam fecit eſſe Prophetam: ipſe nunc quaſi neſciens, interrogat: Tu es qui venturus es? Idem, hom. 11. in cap. 1. Ioan. Nec viri tantùm nato Chriſto lætati ſunt, verùm nondum infans in hanc venit cognitionem. Cuius inquam Eremi Ioannes adhuc in vtero matris poſitus gaudio exultauit. Pantaleon Diaconus, hom. de ſanctis luminibus, Ioãnem Baptiſtam ita loquentem inducit. Non ego ex iis ſum, qui tuam ignorant eminentiam: nam ex materno vtero, qua parente eſſes naſciturus, conſpicatus exclamaui, Vnde hoc mihi vt veniat mater Domini mei ad me? Theophil. in Luc. Quæcunque enim dixit Eliſabeth propheticè ad Mariam, non verba fuerunt Eliſabeth, ſed infantis. Os autẽ Eliſabeth tantùm miniſtrauit, ſicut & os Mariæ miniſtrauit filio Dei, qui in vtero eius erat. Didymus Alexãdr. lib. 1. de Spiritu ſancto. Ioãnes quippè adhuc in matris vtero ſanctificatus exultat, inquit: ita referens exultationem hanc ad Spiritus ſancti fœcunditatem. Hieronymus eiuſdem eſt ſententiæ. Ita enim ſcribit lib.
D 1. Comment. in Hier. c. 1. Ioannes quoque Baptiſta ſanctificatur in vtero, & ſanctum Spiritũ accipit, & mouetur in vulua, & per os matris loquitur. Bernard. ſer. 1. in natiuitate S. Ioãnis Baptiſtæ. Fuit ergo iam tunc in vtero ardens lucerna, ſed interim adhuc ſub modio, donec ſuper candelabrũ poneretur, & luceret omnibus qui erãt in domo Dñi. In illo tẽpore, ſolũ adhuc potuit illuminare modium ſuũ, ſoli interim lucere matri: magnum ei pietatis ſacramentũ reuelãs, ipſo motu nouæ exultationis. Vnde mihi hoc, inquit, vt veniat mater Domini mei ad me? Quis enĩ tibi indicauit matrem Domini, mulier ſancta? Vnde me noſti? Vt facta eſt, inquit, vox ſalutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo. Illuminauit ergo iam tũc modium ſuum ſub quo latebat, ſed quem non latebat adhuc ardens lucerna ſub modio, totũ paulò pòſt mundum nouis illuſtratura fulgoribus. Ex his conſequitur, non ſolùm Ioãnem in vtero exiliiſſe, ſed & Spiritu ſancto repletum eſſe, & Chriſtũ cognouiſſe. Implebatur ergo, quod prædixerat Angelus: Et Spiritu ſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ. Si enĩ ſolùm exiliiſſet,
E quid amplius habuiſſe videretur, quàm quod cæteri infantes etiam nondum nati? Nam & matres ipſæ grauidæ experiuntur, ſtatim atque ſubito gaudio aut metu perculſæ fuerint, infantes, ſi ſextum menſem attigerint, ſeſe in vtero mouere, & quaſi exilire: quinetiã ſubitaneis ſe partus doloribus opprimi, quòd infans in lucẽ ex vtero erumpat, & prodire conetur. At verò quid maius Euangeliſta pronunciat, totum iſtud ad Mariæ, immò ad Chriſti per matrem loquẽtis referens. In quo oſtenditur, quòd Ioannes erat amicus ſpõſi præcipuus, inquit Bonauẽtura: ſecundũ quod de ipſo ſcribitur, Ioan. 3. Amicus autem ſponſi, qui ſtat & audit cum gaudio, propter vocem ſponſi. *Exultauit*, inquam, præ deſiderio, ſicut etiam Patres, Ioan. 8. Abraham pater veſter exultauit, vt videret diem meum, vidit & gauiſus eſt. Exultanti enim animo ſalutat, & ſuæ prę-curſionis officium inchoat. Ex quo datur ſpiritualiter intelligi, quòd propoſitum ſanctum non poteſt latere, quin ſe manifeſtet, & amor interior prorumpat in opus. 1. Cor. 12. Charitas non

Ambroſ.

Auguſtin. *An Ioannes nõdum natus Chriſtum cognouerit.*

Origenes.

Chryſoſt.

Idem.

Pant. Diac.

Theoph.

Didymus Alexandr.

Hierony.

Bernard.

Eliſabeth prophetat.

Bonauent.

Infantis nondũ nati exultatio.

est ociosa. Numquid ignem quis in sinu portare poterit, ita vt non ardeat? Immò quanto magis F
primùm in interioribus versatur, & in corde radices agit, tanto tandem erumpit magis. Sic o-
dor vnguenti concluſus, ſtatim atque exerit ſe, ſuauior eſt, & ea virgulta, quæ ex magnis radici-
Eliſabeth plena Spiritu ſancto rurſus repletur. bus prodeunt, fœcundiora ſunt. Cæterùm non ita intellige Eliſabetham Spiritu ſancto repletã
eſſe, Maria ſalutante: quaſi priùs Spiritum ſanctum non habuerit, cùm illa & vir eius iuſti eſſe
dicantur. Sed ſicut Apoſtoli Spiritum ſanctum habebant ante diem Pentecoſtes, & eum ta-
men acceperunt in illa die, ſed ad nouam gratiam, linguis vt eſſent profluí, & charitate feruidi:
ita Eliſabeth Spiritu ſancto repleta eſt, vt prophetaret: cùm eundem tamen accepiſſet, vt iuſtè
& ſine querela ante Dominum verſaretur. *Et exclamauit voce magna.* Magnitudo vocis, ſignum
Bonauent. Theoph. eſt magnæ affectionis, inquit Bonauentura, quia voces ſunt notæ paſſionum. Theophilactus.
Itaque ſicut dicunt Prophetas primùm mẽte excedere, & diuinum quid pati, ac tum denique
prophetizare: ita Ioannes fortè priùs ſaltauit, vt diuinum quid patiens, poſtea per os matris pro- G
phetizauit. Ideò ſcilicet voce magna clamabat, cùm per illam vox Verbi loqueretur, de quo
Eſa. 40. Vox clamantis in deſerto, parate viam Domini. Cui etiam dicitur, Super montẽ excel-
ſum aſcende tu qui euangelizas Syon: exalta in fortitudine vocem tuam, qui euangelizas Hie-
ruſalem: exalta, noli timere. Ita quæ priùs latuerat, & quòd iam ſenex concepiſſet, erubeſcere
videbatur, nunc diuino afflatu Chriſti agnita præſentia, cuius præcurſorem filium futurũ iam
antè audiuerat, quaſi præ ſtupore exclamat: *Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus vẽ-*
Cõparatio Angelicorũ verborũ cũ Eliſabeth. Ambroſ. *tris tui.* Ita ſuam ſalutationem auſpicatur ab ea parte, quam poſtremã Angelus habuit. Ambro-
ſius, Eadem voce Maria ab Angelo, & ab Eliſabeth benedicta dicitur, inquit: vt Angelis & ho-
minibus ſimul venerãda monſtretur, quia ſcilicet vtriſque benedictionem attulit. Et ſicut pec-
catum à muliere cœpit, ita bona diuinæ benedictionis à muliere inchoantur, ſcilicet à Maria &
Eliſabeth, cùm hæc illã & benedictã & beatã prædicat. Ita idem in Angelo & Eliſabetha ſpi- H
ritus proloqui oſtenditur. Cõpletum eſt in Maria illud Eccl. 24. In multitudine habebit laudẽ,
& inter benedictos benedicetur. Benedicta fuit Iahel, Iud. 5. Benedicta inter mulieres Iahel. Be-
nedicta fuit Ruth, Ruth. 3. Benedicta es à Domino filia. Inter has, & ſuper omnes mulieres be-
nedicta eſt virgo Maria. Adiecit autem Eliſabeth, *Et benedictus fructus ventris tui*, quod prætер-
miſerat Angelus. Agnoſcit enim illã iam cõcepiſſe, & ideò fructũ illũ ventris eius exiſtere, quẽ
tempore ſalutationis Angelicæ nondũ conceperat, ideóque nec ipſum eius vteri fructũ ille no-
minabat. Quin etiam agnoſcit Chriſti carnẽ non aliundè in illam inuectam, aut ſumptã, ſed ex
eius puriſſimis ſanguinibus eſſe formatã, Chriſtum *fructũ ventris* virginei deſignans. Ita Virgo
Chriſtus fructus vẽtris. Ambroſ. vocatur *mater Domini* contra Neſtorium, & Chriſtus *fructus ventris* eius nuncupatur. Iſte eſt
enim fructus, qui Dauidi iureiurando promittitur: De fructu ventris tui ponam ſuper ſedẽ tuã.
Hunc deſiderabat Moyſes dicens, Deut. 28. Benedictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ.
Ambroſ. l. 2. in Luc. c. 3. Quis enim ille fructus eſt ventris, niſi de quo dictũ eſt Pſ. 126. Ecce hæ- I
Theophil. reditas Dñi, filij merces fructus ventris. Ipſe fructus eſt, flos radicis, de quo prophetauit Eſaias,
Exiet virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet. Nam, vt ſcribit Theoph. quia multæ
ſanctæ mulieres pepererũt improbos, vt Rebecca Eſau, ideò aptè dicit, Benedictus fructus vẽ-
Chriſtus ſolus fructus eſt matris. tris tui. Et quidem pueri alij fructus ſunt patrum, Chriſtus verò ſolus Mariæ ventris fructus eſt:
ipſa enim ſola hunc fructũ protulit. Cæterùm longo interuallo Chriſtus Mariã matrem ſuã ſu-
perauit. Vnde cũ illa dicatur benedicta inter mulieres, Chriſtus ſimpliciter, & nullo ad hũc vel
Bernard. illũ ſexũ reſpectu benedictus eſſe prædicatur. Bernardus, ho. 3. ſuper Miſſus. Non quia tu bene-
dicta, ideò benedictus fructus ventris tui: ſed quia ille te præuenit in benedictionibus dulcedi-
nis, ideò tu benedicta. Verè etenim benedictus fructus vẽtris tui, in quo benedictæ ſunt omnes
Chriſtus vt benedictus. Gentes: de cuius plenitudine tu quoque accepiſti cum cæteris, etſi differẽtiùs à cæteris. Et pro-
pterea quidẽ benedicta tu, ſed in mulieribus: ille verò benedictus, non in hominibus, non inter
Angelos: ſed qui, vt ait Apoſtolus, ſuper omnia benedictus Deus in ſecula. Dicitur benedictus K
vir, benedictus panis, benedicta mulier, benedicta terra, vel ſi quid tale in creaturis benedictum
eſſe memoratur: ſed ſingulariter benedictus fructus vẽtris tui. Benedictus in odore, benedictus
in ſapore, benedictus in ſpecie. Huius odoriferi fructus fragrantiam ſentiebat, qui dicebat: Ecce
odor filij mei, ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Geneſ. 27. De ſapore huius fructus,
quidã quod guſtauerat, taliter eructabat, Pſal. 33. dicens: Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt
Dominus. Et alibi. Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine. Audi etiam de ſpecie. Si
enim fructus ille mortis non ſolùm ſuauis fuit ad veſcendum, ſed etiam, teſte ſcriptura, dele-
ctabilis aſpectu: quantò magis huius vitalis fructus viuificum decorẽ debemus inquirere, in quẽ
teſte etiã alia ſcriptura, deſiderant Angeli proſpicere? 1. Pet. 1. Nam ex Syon ſpecies decoris eius,

& ſpe-

A & ſpecioſus forma præ filiis hominum, Pſ. 49. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in æternũ, Pſ. 44. Itaque quia benedictus fructus ventris, ideò & benedicta mater eſt. Inde fit, vt quidam exiſtiment particulam, *Et*, hoc in loco pro rationali particula ſumi, ac ſi ita reſoluas, Benedicta tu, &, id eſt quia, benedictus fructus vẽtris tui. Interim verò nec hac ſolùm ratione benedicta virgo cẽſenda eſt, quia Chriſtum in vtero geſtauit, aut lactauit, ſed quia credidit & dilexit. quod & tandẽ concludit Eliſabeth, & Chriſtus aſſeruit mulieri dicenti: Beatus vẽter qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti. Adiecit enim: Quinimmò beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud. *Et vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me?* Vim habent, & admirationem Eliſabethæ, ſimúlque Mariæ humilitatem exprimunt hæc omnia. Origenes, hom. 7. in Luc. Non enim ignorans hæc dicit, quaſi neſciat quòd iuxta Dei voluntatem mater Domini venerit ad eam, maximè cùm Spiritu ſancto repleatur: ſed iſto ſenſu loquitur, Quid B boni feci? Quæ opera mea tanta ſunt, vt mater Domini ad me veniat? Per quam iuſtitiam, ex quibus bonis, de qua fidelitate mentis hoc merui? Eraſmus. Si tantùm æſtimetur ætas, non erat incõgruum puellam venire ad auum: ſin æſtimetur fœtuum dignitas, meum erat ad te properare. Ego quidem ſat eram fœlix diuino beneficio, quòd prolem geſto, magnum quiddã olim futurã: ſed quonã meo merito tanta fœlicitas mihi cõtigit, vt mater Dñi mei vltrò veniat ad me? Ita nouit Eliſabeth D. Virginem plus præſtitiſſe quàm par eſſet. Atqui cõmune eſt omniũ malum, vt quiſque omniũ obſequia requirat, neque renuamus omnes rebus noſtris inſeruire, cùm interim à rependendo officio liberi eſſe velimus: adeò in omnes ſumus ingrati. Expendit verò Eliſabeth, quantum ſit D. Virginis in eam officium. Vnde fit, vt ſua humilitate penſata admirans, exclamet, *Et vnde hoc mihi?* Simile humilitatis argumentum præbuit Areuna Iebuſæus, C cùm Dauidem regem cum ſeruis ſuis, iuxta Prophetæ mandatum, venientem animaduertit. 2. Reg. 24. Adorauit enim regem prono vultu in terrã, & ait: Quid cauſæ eſt, vt veniat Dominus meus rex ad ſeruum ſuũ? Neque à matre degenerauit Ioannes, qui conſpicatus Ieſum venientem, vt baptiſaretur ab eo, magna cum humilitate dixit: Ego à te debeo baptiſari, & tu venis ad me. Matth. 3. Idem Centurio præbuit humilitatis exemplum. Nam Domino promittente ſe in domum Centurionis venturum, reſpondit ille: Domine non ſum dignus vt intres ſub tectũ meum. Quin & Petrus in ſtuporem elatus ob capturam piſcium, Luc. 5. Exi, inquit, à me Domine, quoniam homo peccator ſum. Exaggerat perſonam, quia *mater* non cuiuſlibet infantis, ſed *Domini mei*. Gregorius, lib. 18. Moral. cap. 35. obſeruat eandem virginem matrem eſſe Domini, & eandem ancillam Domini: eo nimirùm modo, quo & idem Chriſtus author eſt operis, & opus authoris: idem templum, & idem factor templi: idem ipſe qui fecit, & idem qui fa- D ctus eſt. Si enim Chriſtum in ratione diuinæ naturæ contemplemur, ipſius ancilla virgo eſt, ipſius eſt creatura, & factura. Si autem humanitatem aſſumptam ſpectemus, illa Domini mater eſt. Theophilactus, in Luc. Priuſquàm pariat Dominum, matrem vocat eam quæ in vtero gerebat. Aliàs enim, antequàm pariant, non ſolemus matres vocare, propter metum abortiẽdi: In virgine autẽ nihil tale ſuſpicari oportebat, & idcircò priuſquàm pariat, mater eſt. Et quoniã requiri poterat, quo ſigno nouiſſet Eliſabeth, & illam eſſe Domini matrẽ, & indignã ſe ad quã virgo veniſſet, adiecit: *Ecce enim vt facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus, exultauit in gaudio infans in vtero meo*. Bonauentura. Ex quo infans ſic ſupra naturam exultauit, certum eſt quòd naturæ Dominus ei occurrerit. Et ex quo infantulus reſpondet ex vtero, certũ eſt te concepiſſe illum qui vocat ab vtero, ſecundũ illud Eſa. 49. Dominus ab vtero vocauit me, de vẽtre matris meæ recordatus eſt nominis mei. Ex quo puer tam mirabiliter exultauit, certũ eſt iam verè cõſummatum eſſe id ad quod Eſaias cõuocabat, Eſa. 12. Exulta & lauda habitatio Syon, quia magnus in medio tui ſanctus Iſraël. Et Zach. 9. Exulta ſatis filia Syon, iubila filia Hieruſalem: ecce E rex tuus venit tibi iuſtus, & ſaluator. Origen. hom. 7. in Luc. Sancta, inquit, erat anima Ioannis, & adhuc in matris vtero clauſo: quæ ventura erant in mundum, quaſi per experientiæ ſenſum ſciebat, quæ Iſrael ignorabat. Vnde exiliuit, & non ſimpliciter exiliuit, ſed in gaudio. Senſerat enim veniſſe Dominum ſuum, vt ſanctificaret ſeruum ſuum, antequàm de matris vtero procederet. Ita longè aliter Ioanni ſuccedit, quàm olim Adamo. Cùm enim ille vocem Domini Dei audiiſſet, terrore concuſſus eſt, & ait, Gen. 3. Domine audiui vocẽ tuam, & timui, eò quòd nudus eſſem: ſed Ioãnes audita voce Virginis, miro gaudio exultauit. Adam de publico in abſconditum fugit, Ioannes de vteri penetralibus, vt ſe Domino ſuo offerret, geſtiuit erumpere. Frãco Abbas, tom. 7. de gratia Dei. Agnoſcit igitur ſeruus dominũ, miles regẽ, præco iudicẽ: & quia videt iudicẽ iamiã incipiẽtẽ ingredi, qua interim poteſt voce, exultatione videlicet gaudij, mundo inclamat aduentũ iudicis ſui. O nouitas! ô miraculũ! ô pulcherrimũ, & theatro mundi

Origen. *Eliſabeth admiratio vnde prodiit.*

Eraſmus.

Humilitatis Eliſabeth comparatio.

D. Virgo mater Dei. Gregor.

Theoph.

Bonauent.

Origen.

Antitheſis Ioannis & Adami.

Franco Abbas.

incognitum ſpectaculum! Paruuli ſui in vtero ſibi inuicem alludunt, ſed non ſicut Iſmaël Iſaac F
alter alteri illudit. Ecce paruuli noſtri, ſicut illi in vtero Rebeccæ contendunt, non tamen vt alter alterum ſupplantet, ſed vt alter alterum mundo commendet. Perſiſtit demum Eliſabeth in virginis laudibus, firmam eius fidem prædicans. *Et beata, inquit, quæ credidit, quoniam perficientur ea quæ dicta ſunt ei à Domino.* Quam ſententiam cum ſuperiore coniungit, quâ illam inter mulieres benedictam eſſe dixit. Græcum Participium πιστεύσασα, ſeu credens, non modò ad tertiam, ſed & ad ſecundam perſonam referri poteſt: ſed per tertiam vertitur, reſpectu habito ad Pronomen αὐτῇ, quod tertiam perſonam notat. Quod verò dicitur παρὰ κυρίου, à Domino, ita intellige: quòd legatio Angelica à Domino profecta ſit: vnde & ille per Angelum ſuum quæ volebat nunciabat, & promittebat. Poteſt etiam illa clauſula referri, non modò ad verborum authoritatem, ſed & ad rei promiſſæ perfectionẽ, quæ à Domino pendeat. A Domino enim factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris. Ita Eli- G
ſabeth prophetizat præterita, præſentia, & futura: Præterita quidem, Angeli legationem, virginis fidem & conſenſum: Præſentia, ipſam iam effectam eſſe Domini ſui matrem: Futura, quæ à Domino perficienda tandem erant, nimirùm quòd ille regno Dauidis dominaretur, & do-
Fidei virtus. mui Iacob præeſſet. Cæterùm fides nos propter ſpem beatos efficit, & maximè quia illã Deus remunerat. Matth. 16. Beatus es Simon Barjona, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus, qui eſt in cœlis. Ioan. 20. Beati qui non viderunt, & crediderunt. Fides enim inchoando meritum, diſponit ad præmij conſummationem, Philipp. 1. Confidens hoc ipſum, quia qui
Fidei laudes. cœpit in vobis opus bonum, vſque in diem Ieſu Chriſti perficiet. Magnæ autem virtutis fidem eſſe ex ſcripturis colligimus. 1. Sicut enim lux ad viſum, ita illa ad intellectum concurrit: & ſicut ſine lumine viſus obiectum ſuum non apprehendit, ita neque intellectus capiet quæ diuina
ſunt, niſi mediante fide. Eſa. 7. Niſi credideritis, non intelligetis. 2. Fides requiritur, vt ea aſſeramus quæ credimus. Pſ. 115. Credidi propter quod locutus ſum. Epheſ. 6. In omnibus ſumentes H
ſcutũ fidei, in quo poſſitis tela nequiſſimi ignea extinguere. 3. Per fidem miracula impetrantur. Ioan. 11. Si credideris, videbis mirabilia. 4. Confirmat & illa nos contra aduerſa. Sap. 16. Sermo tuus hos qui credunt in te, confirmat. 2. Tim. 1. Patior, & non confundor. 5. Viuificat etiam nos, ſeu communicat vitam in radice Chriſto manentem. Hab. 2. Iuſtus ex fide viuit. Act. 15. Fide viuificans corda eorum. 6. Eapropter à nobis mortem illam æternam auertit, vt nihil damnationis ſit his, qui ſunt in Chriſto Ieſu. Ioan. 11. Omnis qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum. 7. Quinetiam nos in gloriam introducit. Qui enim crediderit, & baptiſatus fuerit, ſaluus erit. Horum omnium ſumma in Virgine locum habuit, vt quæ per fidem Chriſtum, & per Chriſtum omnia bona adepta ſit. Porrò ex eo quod dicit, Perficienda eſſe illa quæ dicta I
ſunt, docet, quantum nos tribuere debeamus diuino verbo, ſiue illud per Angelos, ſeu per homines prolatum ſit: cùm nec mentiatur ille, nec ei rei, quam enunciat, deſit.

Canticum Virginis Mariæ, quo Dei in omnes, in ſe verò potiſſimùm miſericordiam, & virtutem prædicat, per aduentum Chriſti ſui in carnem: cuius liberalitate permoti omnes illam tandem beatam prædicaturi ſint, cùm videant ipſam in illius matrem ſelectam eſſe, per quem omnis patrum expectatio, & factæ illis promiſſiones impletæ ſunt.

Matth.	Marc.	LVC. 1.	Ioan.	
		Magnificat anima mea Dominum. Et exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo, Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes, Quia fecit mihi magna qui potens eſt, & ſanctum nomen eius. Et miſericordia eius à progenie in progenies, timentibus eum. Fecit potentiam in brachio ſuo: diſperſit ſuperbos mente cordis ſui. Depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles. Eſurientes impleuit bonis, & diuites dimiſit inanes. Suſcepit Iſraël puerum ſuum, recordatus miſericordiæ ſuæ, Sicut locutus eſt ad patres noſtros, Abraham & ſemini eius in ſecula. Manſit autem Maria cum illa quaſi menſibus tribus, & reuerſa eſt in domum ſuam.		K

A NVITAMVR quidem ab ipsa natura ad mutuam beneficẽtiam,& gratitudinem.Sicut enim conchæ haustum priùs maris humorem euomũt, ita & illi,qui beneficium acceperunt,illud refundunt in authores. Et quidem terra,si benè culta,si stercorata,& apto tempore semine cõsperſa fuerit,tantò vberiorẽ fructum dabit. Et bruta domestica tantò maiorẽ referũt vtilitatem,quantò non eis defuerint pabula,& quæcunque sint ad victum necessaria.Hoc in equis,vaccis,pecudibus,hoc etiam in gallinis cõspicies. Tributum illa dominis suis pendunt,& acceptum agnoscunt beneficiũ. Quanto minus nos in Deum ingratos esse conuenit,à quo omne bonũ perfectum est? Alioquin (Sap.16.) ingrati spes tanquam hybernalis pruina tabescet. Itaque cùm tot gratiarũ donis D.Virgo cumulata fuisset, in Deum horum omnium bonorum authorẽ gratias refudit:nihil hinc sibi arrogans,sed & suã humilitatẽ tanto magis aperiens. Et quidem potuisset altera è Iudæis mulieribus multa offerre B holocausta:obtulisset & Ethnica mulier hecatombas. Maria quod omnium potissimũ habuit, seipsam scilicet Deo deuouit,& cõsecrauit in actionem gratiarum:& quæ in tẽporalibus bonis erat pauperior,in spiritualibus tanto magis abundat,quæ Deo accepta referat. Igitur sui animi gratitudinem,quã cæteræ externis opibus,illa cantico testatur, quod & ipsa spiritu Prophetico percita cecinit. Idem scilicet spiritus Mariam Moysi sororem impulerat,(Exod.15.) vt parta de Ægyptiis victoria,& populo Israëlitico in deserti securitatem educto,simul cum Hebręis mulieribus tympanum acciperet,& id canticum vsurparet:Cãtemus Domino,glorioſè enim magnificatus est,equum & ascensorem eius deiecit in mare. In quo sanè huius sacratissimæ virginis typum gessit,non modò quòd vtrique commune nomen Mariæ fuerit, sed & quòd idem ferè argumentum vtrisque est,nisi quòd soror Moysi typicã,virgo verò perfectã & consummatã de spirituali Pharaone,& exercitu eius per Christum victoriam, nostri generis reparationẽ, C superborum deiectionem,& humilium exaltationem cecinerit. Eiusdem generis ferè & argumenti est id quod Sisara Chananæorum duce occiso,Delbora & Barach cecinerunt,(Iud.5.) his verbis:Qui spõte obtulistis de Israël animas vestras ad periculũ,benedicite Domino. Idem & quod Iudith obtruncato Holoferne,principe regis Assyriorũ decantauit,(Iudith.16.) dicẽs: Incipite Domino in tympanis,cantate Domino in cymbalis,modulamini illi psalmũ nouum, exultate & inuocate nomen eius. Quid memorem Annam Samuelis, quæ cùm iam à probro sterilitatis ad honorem matrisfamiliâs processisset, animi sui gratitudinem tãtam cãtico declarauit,vt summũ aliquod beneficium accepisse videretur? Mitto Tobiæ canticũ,vbi pro accepta cæcitatis curatione,(Tob.13.) Ezechiæ verò regis pro vitæ prorogatione, (Esai.38.) Salomonis D in gratiam sponsæ suæ filiæ regis Pharaonis,& in typum spiritualis despõsationis Ecclesiæ cum Christo: Trium puerorum in fornace,in gratiarum actionem,quòd illos Deus saluos & incolumes ab ignibus reddidisset: Ionæ,ad flectendam Dei misericordiã,vt à ceto emergeret: Habacuk verò,vt aliquando populus Israëliticus è Babylonica captiuitate,liber in patriam regrederetur. Istud quidem quod sacratissima virgo cecinit,breui omniũ ferè argumenta cõplectitur,si modò res,quæ tunc in figuris illis cõtingebant,ad veritatẽ perducantur. In hoc cantico tria notantur,inquit Bonauentura. Primum est laudantis affectio,quã notat ibi,*Magnificat anima mea Dominum*. Secundum est laudãdi ratio,subiiciens:*Quia respexit humilitatem ancillæ suæ*. Tertiò diuinæ laudis amplificatio,cùm adiicit:*Et misericordia eius à progenie in progenies*. Orige.ho.8.in Luc. Ita quomodo peccatũ cœpit à muliere,&deinceps ad virũ vsque peruenit:sic & principiũ salutis à mulieribus habuit exordiũ,vt cæteræ quoque mulieres,sexus fragilitate depositа, imiE tarentur vitam conuersationémque earum maximè mulierum,quæ in Euangelio cõmendantur. At verò vnde perfectius iustitiæ,& gratiarum actionis argumentum duces,quàm à sanctissima virgine? Euæ peccatum ab arrogantia profectum est,cùm scientiam illam Deorum appeteret,de qua serpens loquebatur:Eritis sicut Dei scientes bonum & malum. Summa autem in virgine virtus humilitatis est. Vnde effectum est,vt sicut Euam superbia deiecit, ita Mariam humilitas exaltaret. Nam in ipso cantici initio, *Magnificat*, inquit,*anima mea Dominum*. Texerat illa hactenus interna animi sui gaudia: nunc sacro correpta spiritu, hymno gratulabundo prorumpit in laudem Dei. Et quidem meritò, inquit, mihi gratularis Elisabeth, quòd crediderim, & eapropter perfecturus sit Deus omnia quæ promisit:sed ego hîc diuinam agnosco beneficentiam,& liberalitatem,qui me ancillam suam selegit,quantumuis ego ipsa sim humilis & abiecta in oculis meis. Inde fit,vt in Deo potentiam,misericordiam & sanctitatem admirer:in me verò nihil agnoscã prẽter humilitatẽ. Itaq; *Magnificat anima mea Dominũ*.μεγαλυνει, id est altè & magnificè prædicat. Ita principium hoc magnam lætitiam præ se fert:cõmemorat

Gratitudo nostra ergo Deum.

Maria se totam Deo deuouit.

Typi D.Virginis cãtici.

Argumẽta canticorũ quorundam.

Canticum Mariæ sororis Mosis.

Canticum Delboræ.

Canticum Iudith.

Canticum Annæ.

Canticum Tobiæ.

Canticum Salomonis.

Canticum triũ puerorum.

Canticum Habacuk.

Bonauent.

Origenes.

Principium salutis à muliere.

D. Virgo primũ Dei munificentiam agnouit.

Origenes. enim quid intus ſentiat, nimirùm ſe totam magnificando Deo intentam eſſe. Origenes, ho- F
mil.8.in Luc. Duæ autem res,anima ſcilicet & ſpiritus, duplici laude funguntur. Vnde addi-
Anima et ſpiritus quid. dit,*Et exultauit ſpiritus meus.*Non quòd alia Domini,alia Dei ſit laus: ſed quia qui Deus eſt,
idem & Dominus eſt.Sed & per animam,id quod vitale eſt in homine,ſignificatur: per ſpiri-
tum autem cor ſeu hominis voluntas & animi deſiderium,ſeu pars illa ſuperior quæ cœleſti-
bus intendit, exprimitur.Hinc autem monemur,vt quicquid laudis & confeſſionis Deo red-
diderimus,iſtud omne ex intimo cordis proficiſcatur:ne de nobis dici poſſit,quod Eſa.29.Po-
pulus hic labiis me honorat,cor autem eorum longè eſt à me.Pſallam ſpiritu, pſallam & men-
te,inquit Apoſtolus:non quòd detrahat canticis illis,quæ in populi ſeu Eccleſiæ frequẽtia pro-
ponuntur:illa enim ibidem commendat:ſed quòd diuinus cultus à corde prodeat,Matth.15.ſi-
cut & ab illo emergunt homicidia & adulteria.Quòd verò *Dominum* vocat,nomen maieſtatis
& omnipotentiæ vſurpat,quam ſcilicet maximè agnoſcit in ſe operatam eſſe,vt Dei filiũ con- G
ciperet.Eſt autem hæc locutio apud Hebræos ſatis vulgaris, vt animam inuitent ad ea exoluẽ-
da quæ Dei ſunt.Benedic anima mea Domino,inquit Pſaltes,& omnia quæ intra me ſunt,no-
mini ſancto eius.Et rurſus:Anima mea viuet,& ſemen meum ſeruiet ipſi. Et rurſus: Dic ani-
mæ meæ, ſalus tua ego ſum. Quòd verò Deum ſe magnificare dicit,requiret fortaſſe quiſ-
Origen. piam,quod & Origenes mouet & reſoluit.Si Dominus nec augmentum, nec decrementum
Quomodo Deus magnificatur, cùm tamen cremẽtũ nõ admittat. recipere poteſt,& quod eſt, eſt: qua ratione magnificari dicetur? Reſpondet illum magnum
fieri,non ſui,ſed reſpectu noſtri,cùm anima noſtra,quæ ad imaginem eius formata eſt,propiùs
ad eum fuerit eleuata. Ambroſius verò, lib.2. cap.3. in Luc.Magnificatur,inquit,Deus, ſicut
& alibi legiſti, Magnificate Dominum mecum. Non quòd Domino aliquid humana voce
poſſit adiungi,ſed quia magnificatur in nobis. Imago Dei Chriſtus eſt, & ideò ſi quid iuſtum H
Ambroſ. religioſúmque fecerit anima illa, imaginem Dei, ad cuius ſimilitudinem eſt creata, magnifi-
cat.Et ideò dum magnificat eam, magnitudinis eius quadam participatione ſublimior fit, vt
illam imaginem ſplendido bonorum colore factorum, & quadam æmulatione virtutis in ſe
Bonauent. videatur exprimere. Bonauentura. Tunc anima noſtra verè Deum magnificat, quando ſub
Magnificatur Deus noſtra humilitate. ipſo ſeipſam captiuat & humiliat. Eccleſ.3. Quoniam magna potentia Dei ſolius, & à ſolis
humilibus honoratur. Vnde virgo Maria, quæ præ cæteris ſeipſam humiliauit, ideò cæteris
altiùs Dominum magnificauit. Et ideò à magnificatione incepit, quia hoc competebat hu-
militati virginis:ſed & competebat dignitati Dei,cuius ſumma humilitas non prẽcognoſcitur,
niſi dignitas præcognoſcatur. Philip.2. Qui cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus
eſt eſſe ſe æqualem Deo,ſed ſemetipſum exinaniuit,ſerui formam accipiens.Sed & quemad-
modum per prauam conuerſationem Deus blaſphematur, ita per puram ſanctámque vitam
laudatur & magnificatur.Rom.3.Quotidie nomen meum per vos blaſphematur inter gentes.
Simili quoque ratione nomen Dei pollui dicitur,aut inhonorari, cùm facta & verba ita ſe ha- I
bent,quaſi Deus non eſſet honore, gloria & reuerentia dignus.Sic per Ezechielem (cap.28.)
Deus filiis Iſrael improperat, quòd polluerint nomen ſanctum ſuum in Gentibus. Et Pſaltes:
Polluerunt nomen ſanctum tuum. Sic qui in vanum illud aſſumunt. Matth.5. Homines vi-
deant opera veſtra bona,& glorificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt.Philip.1.Nunc magni-
ficabitur Chriſtus in corpore meo,ſiue per vitam,ſiue per mortem. Sed & magnificare idem
ſonat quod extollere laudibus:ſicut & beatificare aliquando ſumitur pro beatum aliquem prẽ-
dicare.Daniel.4.Ego Nabuchodonozor laudo,& magnifico,& glorifico regem cœli,quia eius
omnia opera vera ſunt.Et quia non poteſt eſſe verus laudandi affectus,niſi præcedat gaudium,
illud autem mentem & cor ſeu ſpiritum excitat,ideò velut illius laudis cauſam adiicit:*Et exul-
tauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo.* Nam dictio ὅτι, in iſta ſententia, ὅτι τῷ θεῷ, ſuper, aut
Beda. in Deo,declarat cauſam,ipſámque adeò gaudij materiam.Tanto, inquit, me Dominus, tám- K
que inaudito munere ſublimauit, quod non ſolùm vllo linguæ officio explicari, ſed vix ipſo
intimi pectoris affectu valeat comprehendi, & ideò totas animi vires in agendis gratiarum
laudibus offero, totum in contemplanda magnitudine eius cui non eſt finis, quicquid viuo,
ſentio,diſcerno,gratulanter impendo:quia & eiuſdem Ieſu, id eſt ſalutaris, ſpiritus meus æter-
na diuinitate lætatur,cuius mea caro temporali conceptione fœtatur. Cui ſimile eſt illud Pſal-
miſtæ:Anima mea exultauit in Domino, & delectabitur ſuper ſalutari eius. Hæc Beda. Sic
& Habacuk in Cantico:Ego verò gaudebo in Domino,& exultabo in Deo Ieſu meo,ſeu ſa-
Ieſus verus Deus. lutari meo.Nam Ieſus ſaluatorem ſignificat.Ita Pſaltes,Habacuk,& diua Virgo Ieſum ſeu ſal-
uatorem Deum eſſe agnoſcunt.Pſaltes enim vocat Dominum & ſaluatorem: virgo verò,vt &
Habacuk,Deum ſuum Ieſum prædicat.In quo enim magis exultandũ eſt, quàm in eo qui eſt

ſalus,

A salus, redemptio, reconciliatio, & fœlicitas noſtra? Sic Anna Samuelis, 1. Reg. 2. Exultauit cor meum in Domino, & exaltatum eſt cornu meum in Deo meo. Dilatatũ eſt cor meum ſuper inimicos meos, quia lætata ſum in ſalutari tuo. Quid autem veriùs ſalutare Dei dici poteſt, quã Chriſtus Ieſus? Sic Pſal. 84. Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam, & ſalutare tuum da nobis. Et rurſum: Viderunt omnes fines terræ ſalutare Dei noſtri. Et Simeon in Cãtico: Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum. Nam licet hoc epitheton Deo referatur, etiam non habito reſpectu ad humanitatem aſſumptam: tamen hîc videtur Chriſtum deſignare. Eſt quidem omnibus matribus, etiam prægnantibus, neſcio quis inſitus videndæ prolis affectus, in qua & gloriantur & exultant. Sic

Chriſtus Verum Dei ſalutare.

Matri longa decem tulerint faſtidia menſes,

inquit Poëta, in Æglog. Ideò ſcilicet, etſi mater cruciatur vt pariat, & in ipſo partu doloribus Virgilius.

B agitetur, vbi tamen viderit infantem natum, iam non meminit preſſuræ, vt docet Chriſtus. Quanto tenebatur virgo maiore deſiderio ſalutaris noſtri & prolis ſuæ, quam Spiritu ſancto operante conceperat, quem tot tantiſque votis reges & Prophetæ videre concupierant? Luc. 10. Ideò nonnulli ei accõmodant viſionem illam mulieris, quæ cruciatur vt pariat, licet & de Eccleſia intelligenda ſit: ita tamen vt virgo cruciatum corporeum non habuerit in partu filij, ſed quaſi cruciari videretur ſummo illo deſiderio quo tenebatur vt pareret. Hæc erat lætitia ſpiritualis, qua geſtiebat in prolem ſuam. Auguſtinus, ſermone 2. de Annunciat. Promittitur virgini filius per viſitationem ſancti Spiritus. Hæc illa audiens, gaudet, cupitque effici mater. Et rurſus: Exultat Maria, & matrem ſe læta miratur, & de Spiritu ſancto ſe protuliſſe gaudet: nec quia peperit innupta terretur, ſed quia genuerit, cum exultatione miratur. Cauſam autem illius & gratiarum actionis, & ſpiritualis exultationis explicat: *Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ.* Reſpicere pro diligere, & gratuito amore complecti, etiam à Latinis vſurpatur. Solent enim homines, ſi cuius eos capit commiſeratio, in eum intueri: ſi quem autem aſpernantur, ab eo auertere oculos. Itaque eoſdem etiam habitus Deo tribuunt, eo tropo qui dicitur ἀνθρωποπάθεια, inquit Vatablus. Ὅτι τὸ ταπείνωσιν τῆς δούλης αὐτοῦ, ad humilitatem ancillæ ſuæ. Poteſt iſtud varijs modis interpretari, vt & variis modis humilitas alicuius dicitur. Humiliare enĩ pro affligere ſumitur, Pſ. 119. Bonũ mihi, Domine quia humiliaſti me. Gen. 29. dixit Lya: Vidit Dominus humilitatem meam, id eſt afflictionem. Sic Philipp. 3. Dominus eſt reformaturus corpus humilitatis noſtræ: id eſt corpus noſtrum vile & abiectum. Et eo ferè modo explicabitur hæc ſententia. Eram vtique hactenus in oculis hominum omnium abie-

C ctiſſima, tanto vtique, quanto è regia Dauidis familia omnium celeberrima genus duco. Nam

D præter regiam maieſtatem è domo noſtra ſublatam, & extremam egeſtatem in quam impulſa ſum, ecce genus illud regale à Romanis, ab Herode, & omnibus tyrannorum patronis ſic impetitur, vt viris multis peremptis, nobis etiam nos regię puellæ timeamus, nihilque Dauidi domui ſpei reliquum eſſe videamus, niſi Deus nos ex alto reſpexiſſet, & domum Dauid, ſoliũ & regnum ipſius per Chriſtum ſuum reparãdum & confirmandum eſſe promiſiſſet. Ita Deus afflictos non dereliquit, reſpexit in orationem humilium, & non ſpreuit preces eorum. Pſ. 101. Quid enim aliud rogare poteramus, quàm vt mitteret quem miſſurus eſt, eum qui ſuper ſedẽ Dauid ſederet, immò & à dextris patris, donec ponat inimicos ſuos ſcabellum pedum ſuorũ? Pſ. 109. Et in eo ſenſu, nos conſolatur virgo: proponens nullam tam vrgentem eſſe afflictionẽ, è qua non aliquando per Dei miſericordiam emergere poſſimus. Non patietur nos tentari vltra id quod poſſumus, inquit Paulus, ſed faciet cum tẽtatione prouentũ. Sed etiam ταπείνωσις

E deſignat vilem & abiectam conditionem, qualis eſt nimirùm vilium ſeruulorum, quam quidam ſectarij ita virgini tribuunt, vt interim in ea nihil conſiderent eſſe modeſtiæ. Quid enim vile in diua virgine cenſebunt, ſeu mundi iſtius faciem, ſeu diuinum iudicium conſiderent? Vilem illam fuiſſe in oculis Dei, nemo ſanæ mentis exiſtimabit, cùm à Gabriele Archangelo ita ſalutata ſit, Aue gratia plena, Dominus tecum. Et rurſus: Inueniſti gratiam apud Dominũ. Sed neque in oculis hominum adeò vilis & abiecta erat, vt & id illa in eum ſenſum vſurparet. Quid enim? Vilem habuerunt homines, vnicam ſui patris filiam, à Deo donatam? Vilem exiſtimauerunt eam, quæ à teneris in templo præſentata eſt, & ab ipſis templi miniſtris ob ſingularem gratiam honorata? quæ non niſi conſulto oraculo Ioſepho deſponſata fuerat, vt ſcribit Greg. Nyſſ. hom. de Chriſti natiuitate. Ex ijs conſequitur humilitatem Virginis non Gregor. in ipſius contemptu, ſed modeſtia conſiderari: & modeſtia illius effecit, vt ita de ſe ſentiret. Nyſſen. Sic Dauid, Si ambulaui in magnis neque in mirabilibus ſuper me. Si non humiliter ſentiebã, ſed exaltaui animam meam. Qui cùm Domino placere ſtuderet, ante arcam Domini, ſaltans

Virgilius. D. Virgo deſiderabat videre Chriſtum. Auguſt. Reſpicere quid. Vatab. Varia huius loci interpretatio. Humilitas pro abiectione. Humilitas pro virtute hîc ſumitur

& ludens cithara, Psalmósque personans, etsi à quibusdam propter hanc humilitatem contẽni videretur, respondit: Vilior fiam magis quàm factus sum,& humilis ero in oculis meis. Itaque etiamsi de se ipsa humiliter sentiret virgo, cò tamen eius humilitas seu modestia cõmendatior erit, quanto etiam in Ioanne, qui se indignum censebat vt Christi calciamenti corrigiam solueret. Qui enim se indignum Deo iudicat, dignum efficit, vt Centurio: cuius etiam fidem Christus prædicauit. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat. Vnde est istud Pauli: Qui stat, videat ne cadat. Rom. 12. Itaque cum tremore gradiamur viam iustam, inquit Augustin. tom. 7. lib. de bono perseuer. c. 8. donec ex hac vita, quæ tentatio est super terram, transeamus vsque ad aliam, vbi iam non sit elatio comprimenda. Et rursum, cap. 13. Discamus, inquit, non alta sapientes, sed humilibus consentientes, (Rom. 12.) & cum timore & tremore (Phil. 2.) nostram ipsorũ salutẽ operemur. Deus enim est, qui operatur in nobis velle & perficere pro bona voluntate. Nos ergo volumus, sed Deus operatur in nobis velle: nos operamur, sed Deus operatur in nobis, & operari pro bona volũtate. Hoc nobis expedit & credere, & dicere: hoc est pium, hoc verum, vt sit humilis & submissa confessio, & detur totũ Deo. Idem tom. 6. de sancta virginit. c. 38. Et ea sentẽtia quam cõmemoraui, ne aduersus fractos oleę ramos insertus superbiret oleaster (Rom. 8.) ipse vsus est, dicens: Noli altum sapere, sed time: ne ad vetus Testamentum videatur pertinere quod scriptũ est Ps. 2. Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Itaque D. Virgo non effertur aut gloriatur nisi in misericordia Domini, qui humilem ancillam suam respexerit, & tot gratiarum donis cumulauerit, ad gratiam Dei referens quicquid in se est lætitiæ & exultationis. Interim verò quis vetat nos hic humilitatem, id est modestiam & virtutem virginis expendere: hancque omnium asserere in nobis potissimam esse virtutem, quam Deus acceptam ferat, & propter quam maiora gratiarum priuilegia nobis impartiatur? Nam dictio *Respicere* pro approbare frequenter sumitur: vt cùm legimus Gen. 4. Respexit Dominus ad Abel & ad munera eius, ad Cayn autem & munera eius non respexit. Et cùm dicit Psalmus, (112.) Quis sicut Dominus Deus noster qui in altis habitat, humilia respicit in cœlo & in terra. Et Psal. 137. Quoniam excelsus Dominus, & humilia respicit, & alta à longè cognoscit. Atqui Deus non ita respexit contemptum virginis, qualis esse potuit apud homines, vt illum approbaret. Immò Luc. 16. Quod hominibus altum est, abominatio est apud Deum, inquit Christus: & ratione simili, quod stultum est hominibus, sapiẽtius est apud Deum: ideóque, vt scribit Paulus, non multi nobiles, non multi sapientes, sed infirma mundi elegit Deus vt confundat fortia. Ita non approbat aut sapientiam huius mundi, aut ridet illum qui in mundo est, hominum contemptum. Si ergo respicere humilitatem, id est illam approbare dicetur: profectò humilitas illa ad virtutem animi referenda erit. ac si dicat virgo: Hoc nuncio ad me perlato, me semper indignam iudicaui tantis mysteriis, sed Deus humilitatem meam respexit. Statim enim atque hoc protuli, *Ecce ancilla Domini*, & me Dei voluntati & verbo submisi, sensi in me diuinum operari spiritum, & in instanti corpus dilectissimi filij sui ex sanguine meo formari. Et hunc quidem sensum sequitur Origenes, hæc scribens hom. 8. in Luc. In quam humilitatem Mariæ respexit Dominus? Quid habebat mater saluatoris humile atque deiectum, quæ Dei filium gestabat in vtero? Quod ergo dicit, respexit in humilitatem ancillæ suæ, tale est ac si dixerit: Respexit in iustitiam ancillæ suæ, respexit in temperantiam, respexit in fortitudinem, ac sapientiam. Dignum quippè est vt virtutes respiciat. Respondeat aliquis, & dicat: Intelligo quomodo Deus iustitiam ancillæ suæ, sapientiámque respiciat: quomodo autem intendat humilitatem, non satis liquet. Consideret qui quærit talia, quoniã propriè in scripturis vna de virtutibus humilitas prædicetur. Ait quippè saluator: Discite à me quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Quòd si vis nomen huius audire virtutis, quomodo etiam à Philosophis appellatur, auscultа eandem esse humilitatem quam respiciat Deus, quæ ab illis ἀτυφία siue μετριότης dicitur. Respexit ergo Deus humilitatem ancillæ suæ, id est humilem me, & mansuetudinis sectãtem, deiectionisque virtutem respexit Deus. Hæc Origenes. Nec mouere quemquam debet, quòd Lucas nõ ταπεινοφροσύνην, sed ταπείνωσιν posuit: quasi Tapinofrosyni virtutem sonet, Tapeinosis autem abiectionem. Legimus enim hanc dictionum significationem in plerisque variare. Hieronymus in epist. ad Algasiam, quæst. 10. obseruat ταπεινοφροσύνην pro vitio interdum accipi, vt in epistola Pauli ad Colossenses, vbi hæc leguntur: Nemo vos superet volens, in humilitate mentis, & religione Angelorum. Pro humilitate enim in Græco ταπεινοφροσύνη legitur, inquit Hiero. id est humilitas mentis, siue sensus. Verè enim humilis sensus est, & miseranda superstitio, Deum credere hircorum atque taurorum sanguine delectari. Sed & dictio Tapeinosis,

Quomodo beata Virgo hanc humilitatis virtutẽ prædicauerit. Augustin.

Idem.

Quomodo hîc humilitas pro virtute sumatur.

Origen. *Nihil abiecti in Virgine.*

Quid humilitatis virtus.

Hierony.

F G H I K

A peinosis,qua hîc vtitur Lucas,numquam pro virtute sumitur, vt probat celebrata ista sentẽtia quæ apud Petrum,&Iacobum legitur(1.Pet.5.Iac.4.)ὁ θεὸς ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν,Deus superbis resistit,humilibus autem dat gratiam. Humiles enim *Tapeinous* vocat,quos opponit superbis. Et eandem dictionem vsurpans addit ταπεινώθητε &c. id est,humiliamini sub potẽte manu Dei. *Tapeinothite* inquit,cùm etiã dicere potuisset *Tapeinofroneite*: sed vtriusque dictionis vnam vim asseruit. Matth.11. Christus ita se vocat ταπεινὸν,humilem corde. Eodem sensu *Tapeinosin* pro virtute accipit Beda. Decebat enim,inquit,vt sicut per superbiam primæ nostræ parentis mors in mundum intrauit:ita denuò per humilitatem Mariæ, vitæ introitus panderetur. Hanc humilitatem meam respexit. quasi dicat: Quid enim aliud vnquam de me ipsa iudicaui, quàm non meis meritis,sed Dei beneuolentiæ & gratiæ tribuendam esse hanc conceptionem? Nemo enim prudens,inquit Basilius,hom.22.de humilitate, B vel de sua ipsius sapiẽtia,vel aliis prerogatiuis gloriatur,sed obtẽperabit paræneſi beatæ Annæ & Prophetæ Hieremiæ,qui dicit: Ne glorietur sapiens in sapientia sua,nec glorietur robustus in robore suo,nec diues in diuitiis suis. Quænam igitur est vera gloriatio? In hoc,inquit,glorietur, qui gloriatur scire & nosse me. Et,vt dicit Apostolus,Qui gloriatur,in Dño glorietur. Hæc est hominis sublimitas,hæc magnificẽtia,verè cognoscere hoc quod magnũ est,& illi cõglutinari, ac gloriam à Domino gloriæ authore quærere. Neque sanè virgo gloriatur aut exultat in se, sed in Domino, neque sibi vendicat aliud quàm abiectionem animi, Deo autẽ gratiam. Hoc enim sonat,*Respexit*,quòd & eius misertus sit, huic magis quàm cæteris fauerit. Magnum est hîc de humilitate dicendi argumentum,& de humilitatis fructu: quantúmque illa nos ad gratiam Dei præparet. Adiicit,*Ecce ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Ecce, exultantis, seu nouum munificentiæ & diuinæ liberalitatis genus admirantis, particula est. quasi dicat: C Tanta est Dei in me suam humilem ancillam dignatio, tam copiosè effusa gratiarum illius dona sunt, vt ex isto tempore quo concepi filium Dei, beata celebrer ab hominibus. *Ex hoc* enim ad tempus refertur, cùm Græcæ voces sint ἀπὸ τοῦ νῦν, ex nunc. Ita prænunciat sanctissima virgo omnium se fidelium ore celebrandam esse. γενεαὶ autem generationes,designãt non modò omnes nationes,sed & successiones nationum. Nimirùm futurum esse prædicit, vt accepto per vniuersum orbem Euangelio,quotquot erunt ex vniuersis tribubus & populis & linguis homines fideles, simul atque Christi incarnationem & natiuitatem celebrauerint, etiam beatam illam esse dicturos,cuius humilitatem & fidem Deus adeò respexerit,vt & illam filij sui,redemptoris autem nostri matrem esse voluerit. Quòd si quis virginem non ab Heluidio,& Antidicomarianitis,& aliis permultis hæreticis, & impiis Iudæis calumniatã esse obijciat: esse etiam horum temporum homines impurissimos,qui ore sacrilego eius laudes non D modò recipiant,sed & persequantur:respondebimus hîc non à singulis & indiuiduis omnibus hominibus prædicandam asseri,sed à singulis omniũ hominum generibus. Sicut enim omnes in Christum credidisse dicuntur,pro omnium permultis: ita nulla est natio,quę non aliquem fidelem habeat,aut habuerit,aut habitura sit,qui simul cum Christo matrem eius beatissimã fatebitur. Et quidem consimilis huic sentẽtia est Lyæ,nato Ruben primogenito suo, Gen.29. Vidit Dominus humilitatem meam:propterea amabit me vir meus. Et cùm ex Zelpha ancilla natus esset viro suo Aser filius: Hoc quippè,inquit,pro beatitudine mea, beatam me dicent omnes mulieres. Pro.31. Surrexerunt filij eius,& beatissimam prædicauerunt eam. Vir eius,& laudauit eam. Beata vtique virgo fuit propter meritum castitatis, inquit Bonauentura. Ps.118. Beati immaculati in via. Apoc.16.Beatus qui vigilat,& custodit vestimenta sua,ne nudus ambulet,& videant turpitudinem eius. Sap.3.Fœlix est sterilis & incoinquinata,quæ nescíuit thorum in delicto. Fuit etiam beatior propter consilium virginitatis.1.Cor.7. Beatior autem erit,si E sic permanserit secundum consilium meum. Fuit etiam beatissima,propter priuilegium fœcunditatis,ob quod cæteræ mulieres beatissimam eam prędicant.Cant.6. Viderunt eam filiæ Syon,& beatissimam prædicauerunt. Damascenus,orat.1. de dormit. Mariæ. Beata es inter omnes generationes,sólaque digna,quæ beata prædiceris. Te filiæ Hierusalem,hoc est Ecclesiæ,viderunt,ac reginæ,hoc est iustorum animæ,te beatam dixerunt, ac in seculum collaudabunt. Tu enim es solium illud regium,cui astiterunt Angeli,Dominum & effectorem insidentem cernentes. Esa.6. Tu spiritualis Eden extitisti,antiqua illa sanctior & diuinior, Gen.2. Si quidem in illa terrenus Adamus commorabatur,at in te Dominus cœlestis. Te arca illa, quæ secundi mundi semina conseruabat,adumbrauit,Gen.7. Tu enim Christum, mundi salutem, quíque peccatum obruit, atque fluenta compressit,peperisti. Te rubus deliniauit,tabulæ diuinitùs præscriptæ significarunt,legis arca prænunciauit,vrna & candelabrum,& mensa & virga

Beda.

Humilitas in Virgine requirebatur.

Basilius.

Beatitudo Virginis ab omnib⁹ celebranda.

Obiectio, quòd D. Virgo impetita fuerit ab hæreticis.

Confertur verbũ Mariæ cũ aliis similibus.

Bonauent.

Damasc.

Laudes D. Virginis & typi.

Aaronis quæ floruit, apertè præfigurarunt. Ex te enim illa diuinitatis flamma, ille patris ter- F
minus ac ratio, suauissimum illud & cœleste manna, nomen illud nominis expers, atque nomẽ
omne superans, lumen illud sempiternum & inaccessum, ille panis vitæ ac cœlestis, ille nullis
Idem. agricolæ manibus excultus fructus, corporeo modo pullulauit. Idem, Orat. 2. de assumptione
Mariæ. Ecquis enim, inquit, dubitat, quin ipsa benedictionis fons, ac bonorum omnium sca-
Chrysipp. Hierosol. turigo sit? Chrysippus Presbyter Hierosol. hom. de laudibus sanctiss. virgin. Mariæ. Virgam
Iesse semper virentem, quæ cuncto humano generi vitam pro fructu attulit, omni quidem
tempore beatam prædicare, admirari, & laudibus extollere conuenit. Iis autem qui hymnis
eam celebrant, est quoddam tempus præscriptum, quo vtplurimùm præclara solennitas
hæc peragitur: cúmque planè circa mysterium istud quippiam gestum sit, quod sensum mul-
torum effugiat. Deo autem totum illud suæ imposterum beatitudinis argumentum refert,
adiiciens: *Fecit mihi Dominus magna, quia potens est.* Agnoscent, inquit, omnes opus, & digna- G
tionem Domini Dei, in me autem humilitatem & obedientiam. Voluit ille, iussit & fecit:
Eudoxius. ego verò retrorsum non abiui, sed me eius ancillam agnoui. Eudoxius, in hoc Canticum. Quæ
enim sum ad tantum officium? Ipse respexit, non ego expectaui: humilis namque eram &
Quæ magna in D. Virgine facta sunt. abiecta, & nunc à terra in cœlos transeo. Quomodo verò non fecit ei magna? 1. Hanc ab
æterno prælegit, & prædestinauit, vt esset filij sui mater. 2. Hãc oraculis & figuris præsignauit,
Clithoue. prædixitque semen illius serpentis caput contriturum esse. 3. Hanc, inquit Clithoueus, cap. 8.
de visitatione Mariæ, superna benedictione præueniens, ab originali maculæ contagio vnicè
ac mirificè præseruauit. 4. Hanc ab omni labe mundam semper custodiuit. 5. Hanc Spiritu
sancto, & virginitatis gloria permanẽte fœcũdauit. 6. Fœlicẽ ei partũ sine dolore cõtulit. 7. Hãc
nutricem filij sui, quem castis vberibus lactaret, esse voluit. 8. Sed & immunem illam à corrup- H
tione & putrore fecit: 9. simulque cum corpore & anima in cœlum assumpsit. 10. Quinetiam
super omnes cœlestium spirituũ ordines in cœlis exaltauit, & in supremo gloriæ solio sublimi-
Theoph. ter collocauit. Cõsonat his conspicuus auctor Theophilactus, in huius loci explanatione, dicẽs:
Verè magna & mira & multa Deus operatus est in Maria: cùm eam à peccatis præseruauit, cũ
eam sanctificauit, cùm filium Dei ex ea nasci voluit, & humanum genus per ipsam reparauit,
Fulgẽtius. cùm virgo peperit, virgo permansit. Et ideò hæc fecit, quia potens est, quoniam nullus alius
potuit hæc facere. Hæc apud Clithoueum. Fulgentius, serm. de laudib. Mariæ. Facta est Ma-
ria fenestra cœli, quia per ipsam Deus verum fudit seculis lumẽ. Facta est Maria scala cœlestis,
quia per ipsam Deus descẽdit ad terras, vt per ipsam homines ascendere mereantur ad cœlos.
Facta est Maria restauratio fœminarum, quæ per ipsam à ruina maledictionis primæ, proban-
Bernard. tur esse subtractæ. Bernardus, serm. 2. in Aduẽtu. Age gratias ei qui talem tibi mediatricem, be-
nignissima miseratione prouidit, in qua nihil possit esse suspectum. Si quidem omnibus omnia
facta est, sapientibus & insipientibus copiosissima charitate debitricem se fecit, omnibus mise-
ricordiæ sinum aperit, vt de plenitudine eius accipiant vniuersi: captiuus redemptionem, æger I
curationem, tristis consolationem, peccator veniam, iustus gratiam, Angelus lætitiam, denique
tota Trinitas gloriam, filij persona carnis humanę substantiam, vt non sit qui se abscondat à ca-
Innocent 3. *Maria aurora quomodo iuxta Cantica.* lore eius. Innocentius tertius, serm. 2. de assumpt. Mariæ virginis. Ipsa est ergo aurora consur-
gens, pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata. Cantic. 6. Luna lucet
in nocte, aurora in diluculo, sol in die. Nox autem est culpa, diluculum pœnitentia, lux gratia.
Qui ergo iacet in nocte culpæ, respiciat lunam, deprecetur Mariam, vt ipsa per filium, cor eius
ad compunctionem illustret. Quiverò ad diluculum pœnitentiæ surgit, respiciat auroram, de-
precetur Mariam, vt ipsa per filium, cor eius ad satisfactionem illuminet. Quia verò militia est
vita hominis super terram, Iob. 7. nam mundus positus est in maligno, caro concupiscit aduer-
sus spiritum, oculus deprædatur animam, mors ingreditur per fenestras, & aduersarius noster K
diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret: quicunque sentit impugnatio-
nem ab hostibus, vel à mundo, vel à carne, vel à dæmone, respiciat castrorum aciem ordinatã,
deprecetur Mariam, vt ipsa per filium, mittat auxilium de sancto, & de Syon tueatur. Hæc sunt
Augustin. illa magna, quæ Deus in illa operatus est. Exaggerat & eius puritatem Augustin. lib. de natura
& gratia, cap. 36. Excepta sancta virgine Maria, de qua propter honorem Domini, nullam
prorsus, cùm de peccatis agitur, habere volo quæstionem. Vnde enim scimus, quòd ei plus
gratiæ collatum fuerit, ad vincendum omni ex parte peccatum, quæ concipere & parere me-
Anselmus. ruit eum, quem constat nullum habuisse peccatum? Iam cùm tot magna Deus in illa operatus
Oratio ad D. Virginẽ. sit, & operetur, quis dubitet illam multa etiam posse pro nobis apud filium? Hinc fit, vt Anselmus ita oret, in lib. de excellentia glorioſissimæ virginis, cap. 12. Rogamus te Domina, per ip-

sam

A ſam gratiam,quia te pius & omnipotens Deus ſic exaltauit, & omnia tibi ſecum poſſibilia eſſe donauit,quatenus id apud ipſum nobis impetres & obtineas,vt plenitudo gratiæ,quam meruiſti,in nobis ſic operetur,quo participium beati præmij nobis miſericorditer quandoque condonetur. Abundat enim Dei potentia in electos ſuos. Signa eos qui crediderunt, ſecuta ſunt, vt dæmones eijcerent,languidos curarent,& mortuos ſuſcitarent:& omnia poſſibilia ſunt credenti: quia in eo operabitur Deus. Quanto maiora poterit virgo,cùm fecerit ei Dominus magna qui potens eſt? Qui enim virginis virtuti,idem Dei potentiæ derogat, cùm illam ſelegerit, & tot gratiis exornarit. Si quid ergo eorum ambigitur,quæ de ſacratiſſima virgine dicuntur,recurre ad Dei potentiam,& audi quid illa reſpondeat: *Fecit mihi magna qui potens eſt.* Audis illam gratia plenam,benedictam in mulieribus, Dei matrem eſſe, ab omni macula ſecretam,& nunc in throno gloriæ reſidentẽ,& pro nobis patrocinantem: ne quid in queſtionẽ vertas.ſufficit enim quòd & tandem dicat:*Fecit mihi magna qui potens eſt.* Et quidem Deus per

Virgo fulcitur Dei virtute.

B emphaſim potens eſſe prædicatur,ſicut & Pſal.23. Dominus fortis & potens, Dominus potẽs in prælio.1.Tim.6.Quem ſuis temporibus oſtendet beatus & ſolus potens rex regum,& dominus dominantium. Eccls.8. Omne quod voluerit faciet,& ſermo illius poteſtate plenus eſt, nec dicere ei quiſquam poteſt, Quare ita facis. Ex.15.in Cantico illo poſt eductum Iſraelem: Dominus quaſi vir pugnator,omnipotens nomen eius.Ita ſolius diuinæ omnipotentiæ argumentum omnem difficultatem ſoluet,non modò in ijs quæ de matre Domini,ſed & quæ de ſacramentis omnibus dicuntur. Pſal. 134. Omnia quæcunque voluit fecit, in cœlo, terra & omnibus abyſſis. Sap.12. Subeſt tibi cùm volueris poſſe.Idcircò eius voluntas requirenda erit, quæ vbi conſtiterit,de facto dubitandum non erit.*Et ſanctum nomen eius.* Ita magis magíſque Dei beneficium,& eius nomini gloriam omnem reddendam eſſe agnoſcit. Etſi enim,inquit,

Deus potẽs.

Deus ſancti ficatur in conceptione Chriſti & laudibus Virginis.

C nomen meum ab omnibus celebrabitur,& beatam me dicturæ ſint omnes generationes,quia fecit mihi magna qui potẽs eſt:in his tamen omnibus glorificabitur Deus.Damaſcenus,lib.4. de fid. Orthod.cap. 16. Ecquid igitur cauſæ eſſe poteſt,quin eos honore complectamur, qui Dei ſerui,& amici,ac filij appellati ſunt? Etenim is honor qui probis conſeruis habetur, beneuoli erga communem dominum animi argumentũ eſt. Hieronymus ad Paulam & Euſtoch. ſer.de aſſumpt. beatæ Mariæ.Idcircò dilectiſſimæ,lætamini & laudate. Quia ſi Deum ore Prophetico in ſanctis ſuis laudare iubemur:multò magis eum in celebritate beatæ Mariæ virginis matris eius,oportet cum hymnis & canticis diligentiùs extollere,& dignis Deo iubilare preconiis,ac myſticis honorare muneribus. Nulli enim dubium eſt,quin totum ad gloriam laudis eius pertineat,quicquid dignè genitrici eius impẽſum fuerit,atque ſolenniter attributũ.

Damaſ. Hierony.

D Ex quo timeo ſatis,& valde pertimeſco,dum veſtris cupio parere profectibus,ne fortè ſicut improbus, ita & indignus laudator inueniar.Profectò cùm nec ſanctitas vel facundia ſuppeditet, vt beatam & glorioſam virginem Mariam dignè laudare queam:quoniam, vt verum fatear, quidquid humanis verbis dici poteſt,minus eſt à laude cœli: quia diuinis eſt & Angelicis excellentiùs prædicata & laudata præconiis. A Prophetis quidem prænunciata, à Patriarchis figuris & ænigmatibus præſignata, ab Euangeliſtis exhibita & monſtrata, ab Angelo venerabiliter atque officioſiſſimè ſalutata. Vnde fit, vt qui diuæ virginis honori detrahit, detrahat Prophetis, Patriarchis, Euangeliſtis, immò Deo & ipſis Angelis. Nos autem in omnibus eius encomiis agnoſcimus,quòd fecerit ei magna qui potens eſt,ideóque *ſanctum ſit nomen eius*,& in omnibus adorandum. Hierem.14.Nomen tuum inuocatum eſt ſuper nos. Pſ. 98. Confiteantur nomini tuo magno,quoniam terribile & ſanctum eſt. Pſ.144. Laudationẽ

E Domini loquetur os meum, & benedicat omnis caro nomini ſancto eius.Pſal.111.Sanctum & terribile nomen eius. Agnoſcitur autem ſanctitas nominis eius in operibus, qualia in ſanctis, & maximè in diua virgine reluxerunt. Bonauentura,in Luc. Vnde,inquit,ſancta & pia facit,vt ſanctificatio nominis eius oſtendatur.Daniel.3.Benedictum nomen gloriæ tuæ ſanctum. Et quia nomen eius,ſicut & domum eius,decet ſanctitudo,ideò oramus,Matth.6. Sanctificetur nomen tuum. Verratus Carmelita,lib.de incarn.Verbi,to. 2.cap.4.ad Chriſtum transfert nominis ſignificationem. Nec eſt putandum, inquit, quòd hîc accipiat nomen mentale, vocale, vel ſcriptum:ſed nomen Dei potens & ſanctum,id eſt Verbum Dei incarnatum, quod tanto deſiderio Patriarchæ & Prophetæ concupierunt.De quo Deus dixit Moyſi: Nomen meum nondũ reuelaui Abrahæ nec Iſaac nec Iacob.Hoc enim eſt nomen,de quo dixit Eſaias:(c.30.) Ecce nomen Domini venit de longinquo.Et cap.62. Vtinam diſrumperes cœlos & deſcenderes,vt notum fieret nomen tuum,id eſt Chriſtus. Hoc eſt nomen Domini incomprehenſibile,de quo dicitur in Prouerbiis,(cap.30.)Quod eſt nomen Dei,aut filij eius? Dic ſi noſti. Sed

Bonauent.

Verratus Carmelita.

Quod nomẽ Domini.

F est soli Deo comprehensibile, notum, & manifestum: de quo Ioannes in Apocalypsi, (cap. 19.) Christus habet nomen scriptum in diademate, quod nemo nouit, nisi ipse. Et vestitus erat veste aspersa sanguine: & vocabatur nomen eius, Verbum Dei. Hoc est illud nomẽ Dei, de quo Christus, In nomine meo dæmonia eiicient. Marc. vlt. Apostolus quoque, Phil. 2. In nomine Iesu omne genu flectetur, cœlestium, terrestrium, & infernorũ. Agnoscit igitur virgo se à Deo & filio eius esse sanctificatam, & ad eum veluti omnis pietatis & puritatis fontem, quicquid in se est, acceptum refert. Et in omnibus Dei prædicat beneficentiam & liberalitatem, vt & cùm adiicit: *Et misericordia eius à progenie in progenies timentibus eũ.* Beda, lib. 1. in Luc. A specialibus se donis, ad generalia Dei iudicia conuertens, totius humani generis statum describit: & quid superbi, quid humiles mereantur, quid filij Adæ per liberum arbitrium, quid filij Dei sint per gratiam, alternis versibus explicat. Non ergo soli mihi fecit magna qui potens est, inquit, sed in omni gente & progenie, qui timet eum, & operatur iustitiam, acceptus est illi. Act. 10. Ita non G quasi debitor Dñs hominibus benefacit, sed vt largus & liberalis pater, creaturę suæ miseretur. Itaque omnia illa, quæ & olim ante legẽ, & sub lege, & quæ tãdem per Christi ad nos aduentũ præstantur, Dei misericordiæ tribuenda sunt. Rom. 9. Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei. Ps. 93. Si dicebam, motus est pes meus, misericordia Domini adiuuabat me. Misericordia Domini, quia non sumus consumpti. Misericordia eius à progenie in progenies. Incipe tu à primo homine, quid ne ipsum post peccatum mors corporalis & æterna vendicaret prohibuit, nisi Dei misericordia? Quid Noe à diluuio, Gen. 7. Loth ab excidio, Gen. 19. Abraham ex Hur Chaldæorum, Gen. 12. Iacobum ab Esau, Gen. 30. Iosephum à carcere, Gen. 41. populum ab Ægyptia seruitute, Exod. 14. eundẽ ex Babylonica captiuitate eripuit, 1. Esd. 1. nisi Dei misericordia? Sed & in Christi Iesu incarnatione, quæ ad omnes omnium fidelium progenies, fructum copiosissimum retulit, quid magis intueberis & miraberis quàm Dei mise- H ricordiam? Ephes. 2. Deus enim, qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, & cùm mortui essemus peccatis, conuiuificauit nos in Christo. Et rectè adiecit *timentibus eum*. sicut & Psal. 102. Misericordia Domini ab æterno & vsque in æternum super timentes eum. Psalm. 30. Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te. Eccli. 2. Qui timetis Dominum, sperate in illum. Qui enim sine timore est, iustificari non poterit. & Malach. 2. Vobis timentibus nomen meum, orietur sol iustitiæ. Theophilactus ita diuæ virgini accommodat, ac si dicat: Neque in me sola est misericordia eius, sed in omnes qui timent illum. Qui enim non timent ipsum, non assequuntur misericordiam. Ideò Greg. Nanzanzenus, Orat. in laudem Cæsarij, timorem magistrũ ad salutem vocat. Attamen, vt Nicetas scholiis suis in Greg. Nanzanz. Orat. I 2. de Paschate, scribit, Duplex est timor: alter elementaris, qui pœnæ metu exprimitur, de quo scriptura ait Ps. 110. Initiũ sapientiæ timor Domini, & perfecta charitas foras mittit timorem. Alter perfectricem vim habens, nec sinens nos ex immodica licentia in contemptum labi. De quo Dauid sic loquitur, Ps. 18. Timor Domini sanctus. & Ps. 33. Non est inopia timentibus eũ. Non enim hoc diuinum misericordiæ munus, aut ex opum cẽsu, aut ex generis æstimatione, aut ex aliis humanis præsidiis, sed ex cordis modestia, contritione & humilitate, id est, ex filiali timore commendatur: immò etiam ex eo timore, quem nobis diuina illa & horrenda iudicia incutiunt. Chrysost. ho. 15. ad pop. Antiochenum. Vides, inquit, quantum ex timore lucrum est? Nisi bonum esset timor, filiis parẽtes paidagogos non præponerent, non legislatores ciuitatibus vllos magistratus. Quid gehenna grauius? Sed huius metu nihil vtilius: gehennę namque timor, regni nobis adfert coronam. Vbi timor est, liuor non est, pecuniarum amor non vexat, extinctus est furor, cupiditas improba correpta, & omnis irrationabilis passio exterminata est. Et sicut in domo stante milite semper armato, non latro, non fur, non alius quis talia mala pa- K trantium apparere propiùs audebit: sic & metu animas nostras detinente, illiberalium nulla perturbationum facilè nobis subrepit, sed omnes fugiunt, & impelluntur, timoris imperio vndique exactæ. Nec improbas tantùm nostras pellit passiones, sed & omnem cum facilitate virtutem inducit. Vbi timor est, ibi eleemosynæ studium, & orationis intentio, & lachrymæ feruentes & continuæ, & gemitus multam habentes compunctionem. Propterea qui nõ viuit in timore, rectè illum agere non est facile: sicut viciſſim cum timore viuentem est impossibile peccare. Hilarius in Psal. 128. Et quantum ad communem humanæ opinionis sensum, timor est humanæ imbecillitatis trepidatio, metuentis id perpeti, quod sibi nolit accidere. Existit autem & commouetur in nobis, de reatus conscientia, de iure potioris, de impetu fortioris, de ægritudinis casu, de feræ occursu, & de omnis mali passione. Hîc ergo timor non docetur, sed

Beda.

Misericordia Dei in omnes.

Theophil.

Gregor. Nanzanz. Nicetas.

Timor quotuplex.

Chrysost. *Timor Dei quàm fructuosus.*

Hilarius.

ex

A ex naturæ infirmitate occurrit. Neque quid timendum ſit, diſcimus: ſed terrorem ſuum ipſa illa nobis iniiciunt, quæ timentur. At verò de timore Domini ita ſcriptum eſt, Pſal. 33. Venite filij, audite me, timorem Domini docebo vos. Diſcendus ergo Dei timor eſt, quia docetur. Non enim in terrore, ſed in ratione doctrinæ eſt: neque ex trepidatione naturæ, ſed ex præceptorum obſeruantia, & operibus vitæ innocentis, & cognitione veritatis ineundus eſt. Nam ſi idcircò Deus timendus eſt, quia plura fulminibus arſerint, tonitruo proſtrata ſint, terræ nunc motu cõſiderint, nunc hiatu receptæ ſint, nullũ fidei meritum in timore eſt, qui ex terrore accidentium commouetur. Nobis autem timor Domini omnis in amore eſt, motúmque eius dilectio perfecta conſumat. Dilectionis autem noſtræ in eum hoc proprium officium eſt: parere monitis, ſtatutis obtemperare, pollicitis confidere. Audiamus ſcilicet ſcripturam dicentem, Deut. 10. Et nũc Iſraël, quid Dominus Deus tuus poſtulat à te, niſi vt timeas Dominũ Deum tuum, & am-

B bules in omnibus viis eius, & diligas eum, & cuſtodias mãdata eius ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, vt bene ſit tibi? Hunc maximè timorem intelligit virgo in iis eſſe, qui Dei miſericordiam conſequuntur. Porrò miſericordia aliquando conſiderat beneficium conſeruationis, inquit Bonauentura, & illa in omnes extenditur, etiamſi Deum non vereantur. Eccl. 18. Miſeratio hominis circa proximum ſuum, miſericordia autem Dei ſuper omnẽ carnem. Hæc miſericordia etiam Turcas & infideles conſeruat. Si quidem pater ille cœleſtis ſolem ſuũ oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Matth. 6. Eſt autẽ & alia miſericordia, iuſtificans, & ad ſalutem prouehens, de qua hîc agitur, quæ ad ſolos timentes ſe extendit. Confirmat autem hoc in ſequentibus, dicens: *Fecit potentiam in brachio ſuo, diſperſit ſuperbos mente cordis ſui.* ἐποίησε κράτος, fecit robur ſiue imperium: vtrumque enim Græca dictio ſignificat. Proſequitur autem vtriuſque attributi, potentiæ ſcilicet & miſericordiæ opera, reſpectu rationa-

C lium creaturarum, vt referuntur ad beatitudinem, vel miſeriam æternam. Poteſt autẽ per Hebraiſmum hæc ſententia interpretari, qui nõnunquam per brachium diuinã virtutẽ exprimũt, qua alios feriat, alios periculis liberet. Hieron. lib. 1. c. 2. in Lament. Hier. Brachium pro robore dicimus, quoniam ipſo dimicante pugnatur. Dextera enim ſignificat proſperã partem, brachiũ fortitudinem, illuminatio conſilium, quæ Dominus præliantibus confert, quando victoriã donare dignatur. Hoc genere loquendi vtitur ſcriptura, Pſ. 88. In brachio virtutis tuæ diſperſiſti inimicos tuos. Et Pſ. 78. Secundũ magnitudinẽ brachij tui poſſide filios mortificatorũ. Pſ. 135. Qui eduxit Iſraël de medio Ægypti in manu forti, & brachio extẽto. Poteſt vtique & brachiũ de Dei filio intelligi, nec mirum, cùm illius ſit virtus. Theophil. in Luc. Brachium, Patris filius. Fecit igitur robur & virtutem ac potentiam contra naturam Deus in filio ſuo. Incarnato enim

D filio, victa eſt natura, virgine pariente, Deo homine facto, homine verò deificato. Hieron. lib. 17. Comment. in Eſ. 62. Vbi dicitur, Iurauit Dominus per dexteram ſuam, & per fortitudinem brachij ſui: Omnipotens Deus, inquit, qui dixerat ad Eccleſiam, Super muros tuos cõſtitui cuſtodes, qui perpetuò non tacebunt: quibúſque præcipiam vt nunquam orare deſiſtant, niſi impetrauerint quod precẽtur: nunc iurat per dexteram ſuam, & brachiũ fortitudinis ſuæ. De quo crebrò diximus quòd ſit Dominus noſter, atque ſaluator: qui iuxta Apoſtolum Dei virtus eſt, Deíque ſapientia. 1. Cor. 1. Sic Eſa. 53. Et brachium Domini cui reuelatũ eſt? Eſ. 40. In brachio ſuo congregabit agnos. Cyrillus Alexandr. lib. 8. in Ioan. cap. 10. Satis autem conſtat brachium Domini, ipſum Dei filium nuncupari, qui virtus eſt ipſius Patris, inquit. Quomodo & in Cantico ſacroſanctæ Virginis dicitur, Fecit potẽtiam in brachio ſuo, & crebrò apud Prophetas hoc pacto ſumitur. Non quidem quòd Deus pater figura carnis humanæ detineatur, ſed quia omnia per ipſum filium facta ſunt, ideò brachium Domini dictum eſt: quandoquidẽ homines potiſſimam operandi vim brachiis exercent. Si enim homo tanta poteſtate prẽualeret, vt ſine vllo

E motu corporis ſui, quod diceret, fieret: brachium eius, verbum ipſius eſſet. Hæc etiam ſequitur Beda. Fecit ergo Deus potentiam, ſeu opera ſingularis potentiæ, *in brachio ſuo*, id eſt in filio ſuo. Primò quidem mundum creando, Eſ. 18. Manus mea fundauit terram, & dextera mea menſa eſt cœlos. ſicut c. 38. Figulus ſedens ad opus ſuum, in brachio ſuo formabit lutum: tandem verò ſuperbos deiiciendo, & humiles exaltando. Quod exprimit Virgo, *Diſperſit ſuperbos mente cordis ſui.* αὐτῶν, ipſorũ cordis, non quòd Deus è mente diuina illos deiecerit, quaſi in illa primùm extiterint: ſed quòd è ſuis eos conceptibus deturbarit. διεσκόρπισεν. Tranſlatio eſt ſumpta à turbine, qui paleas arreptas huc & illuc diſpergit: qua ſimilitudine frequenter vtuntur Prophetæ, vt oſtendant nihil leuius & inconſtantius eſſe ſuperborum conſiliis. ὑπερηφάνους autẽ vocat, eos qui cæteris ſupereminere volunt, ſeu cõſiliis conferẽdis, ſeu rebus expediẽdis, quíque aliis minimè cedãt. Quales permultos videmus, qui ſtatim atque aliquẽ apud principes fauorẽ ſe nactos

Timor in conſecutis miſericordiam. Bonauent.

Brachium virtus. Hierony.

Brachium filius Dei. Theoph. Hierony.

Cyrillus Alexandr.

Beda.

Metaphora

Superbia et fastus auticorum. esse putant, fastu quodam cæteros despiciunt, quicquid in mentem venerit statuunt, omnium F
iudicia aspernantur, totúmque mundum suo arbitratui subiicere volunt, nihil Deo, nihil eius
ministris deferentes. Dicitur autem διάνοια τῆς καρδίας, mens, seu secreta quædam cordis co-
gitatio, quam illi sibi tantùm cognitam, & sufficientem esse volũt, ad ea omnia efficienda quæ
Superborũ vanitas. nituntur: cùm interim vanas eorum spes, aut quantumuis secreta consilia Deus non minus in
momento dissipet, quàm vehemens quidam ventus aut puluerem aut paleam dispergit. Cùm
dixerint, pax & securitas, tunc repentinus illis superueniet interitus, tanquam dolor in vtero ha-
bentis, & non effugient, inquit Paulus. Magnã hoc Ecclesiæ Christi semper attulit consolatio-
nem. Vidit in se eleuari tyrannos, hæreticos, infideles, & hoc vnum niti, vt Christi gregem per-
derent: sed in momento Deus illos disperdidit, tunc etiam cùm ad caput omnis consilij se per-
uenisse putarent. Deus quidem paululum eos crescere permittit, vt fidem & patientiam nostrã
exerceat: & ita aliquãdo permittit eos impunè in electos suos furere & grassari, vt omnia in eo- G
rum esse potestate putentur. Sed mera illorum somnia deridet Deus. Sicut enim somniãtibus
aliquando contingit, vt putent se multa possidere, cùm statim atque euigilarint, nudos se, & nõ
alios à seipsis esse perspiciant: ita quidẽ superbi & arrogãtes homines multa moliuntur. At verò
Deus omnes eorum nugas in momento proponit, & expectationem omnem rescindit. Sed &
eos aliquando suis consiliis inuoluit, vt in foueam quam foderunt, cadant, & laqueo irretiantur,
quẽ parant pedibus innocentium. Ps. 56. Iob. 5. Dissipat cogitationes malignorũ, ne possint im-
plere manus eorum quod cœperant. Qui apprehendit sapientes in astutia eorum, & consilium
prauorum dissipat. Esa. 8. Inite consilium, & dissipabitur. Et 19. Dominus miscuit in eis spiritũ
vertiginis, & errare fecerunt Ægyptũ in omni opere suo. Sathanas superbiæ princeps hoc apud
se statuerat, Ascendam in cœlum, & similis ero altissimo, sed deiecit eum Deus. Es. 14. Mox
enim audit, Verumtamen ad infernum detraheris in profundũ laci. Quid verò illis turris Babel H
ædificibus aliud quàm confusio contigit, vt nec ipsi sese mutuò intelligerent, & ita ab eo quod
cœperant, opere auocarentur? Gen. 11. Quid princeps Tyri, qui apud Ezechielem cap. 28. dice-
bat in corde suo, Deus sum, & in cathedra Dei sedeo: An non statim audit, Adducam super te
alienos, robustissimos gentium, & nudabunt gladios suos, & detrahent te? Quid verò profuerũt
Chore, Dathan, & Abyron, contra Moysen & Aaronem consilia, vt illos spernerent: cùm ter-
Quàm dis- ræ hiatu ipsi & familiæ eorũ absorptæ sint? Num. 16. Vasta est hoc loco dicendi materia, quan-
sperſa sunt tum disperserit Dominus cõsilia Nabuchodonosor, cùm ille à populo eiectus, cum belluis fœ-
à Deo su- num vt bos comedit: cõsilia Balthasar, Sennacherib, Holofernis, Aman, Antiochi, Nichanoris.
perborum Sic Eccle. 10. Radices gentium superbarum arefecit Dominus. Et, Quare fremuerunt gentes,
consilia. & populi meditati sunt inania, & principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & ad-
uersus Christum eius? Num Dominus deridebit eos, & de cœlis deridebit eos? Illa autem de I
Theoph. superbis victoria maximè per Christum obuenit. Theophilactus. Disperſit Dominus superbos
dæmones, eiectis illis ex humanis animabus, & aliis quidem in abyssum, aliis in porcos missis.
Poterit autem & de Iudæis intelligi, quos in omnẽ regionem disperſit. Qui etiam cùm Christi
gloriam per mortem obscurare niterentur, illi occasionem, vt tandem amplior esset, obtulerũt:
cùm sic oportuerit illum pati, & intrare in gloriam suam. Luc. 24. Sed & in omnibus Christus
Chryſost. vincit, Christus regnat, Christus imperat. Nec quidem hîc extra propositum erit audire Chry-
sostomi exhortationem contra arrogantes & superbos. Hæc ille habet contra desperationem
Contra su- & superbiam, hom. 20. Et sunt vtique, inquit, illi non solùm ex dictis, verumetiam ex gestu, &
perbos & arrogãtes. corporis motu ridiculi. Quid enim, dic mihi, ceruicem extendis? Quid summis incedis vngui-
culis? Quid attollis supercilia? Quid pectus tumidum geris? Capillo tibi albescenti non licet ni-
gredinem inducere, vel nigro candorem: & tamen veluti rerum potitus, aërem volitando ob- K
erras, cupidior fortè, vel alas tibi adnasci, ne terram desuper pedibus incedas: Forsan etiam de-
mutari vel in monstrum desideras, cùm volatum tentes: & corde sublatus, omni ex parte intu-
mescis. Quo ergo te nomine appellauerim, vt hac te arrogantia eximam? Si cinerem te, aut fu-
mum, aut puluerem dixerim, tenuitatem exprimam: figuram tamen & similitudinem, quod e-
quidem maluissem, haud satis attigerim. vellem enim inanem illum tumorem omnem depro-
mere. Quam igitur excogitauerim, quę his congruere possit, imaginem? Mihi certè posse vide-
tur horum hominum tumiditatem cum stuppa aliqua flammescenti conferri, quando post in-
cendium mox illa inflatur & surgit, postmodùm leuiori quodã in annum tactu dissoluitur om-
nis in cineres tenuissimos. Eiusmodi sunt istorũ animi, quorũ tumores & inflatos spiritus qui-
Dissolutio uis aduersus casus cõprimere poterit, ac disturbare. Vt enim aquis ampullæ solent, sic illorũ cõ-
superborũ. silia facilè à Deo dissoluuntur. *Deposuit potentes de sede.* Potẽtes δυνάστας vocat, id est primores,

seu

A seu magistratus. Sic Eusebij tabulæ historicæ per Dynastias, id est principatus diuiduntur. Siquidem in Oriente ita vocabantur, qui principes quidem essent, sed regibus & tetrarchis inferiores: iidem fortassè atque illi, quos Persæ Satrapas vocabant, inquit Vatablus. Satis autem constat ex antitheſi, quoſuis hîc ſignificari, qui opibus aut genere ſunt inſignes. Quod legimus *de ſede*, Græcè eſt, ἀπὸ θρόνων, è thronis, aut ſoliis. Videtur enim his nominibus auguſtius aliquid ſignificare, quàm ſedis appellatione declaretur. Et hoc eſt quod Daniel dixit, Deum mutare regna, Eccl. 10. Sedes ducum ſuperborum deſtruxit Dominus, & ſedere fecit mites pro eis. Ita comparat Dei & Chriſti ſui potentiam cum omnibus potentatibus. Etſi enim regum nonnulli dicantur potentiſſimi, inuictiſſimi, victorioſiſſimi, hoc tamen illis tribuitur, vel honoris gratia, vel comparatione ad inferiores quoſdam regulos. Solus autem Dominus ſatis ſemper oB ſtendit hæc ſibi ſoli deferenda eſſe. Poſſint multa reges, quid contra morbos, contra mortem, contra cõſcientiæ vermem, & continuũ animi cruciatum. Victorioſiſſimi ſunt, qui & ipſi à deprauatis carnis motibus vincuntur. Hoc enim argumento Diogenes Cynicus Alexandri faſtum deprimebat, vt ſcribit Diogenes Laërtius, lib. de vitis Philoſoph. Accedunt autem proximè ad hanc Cantici ſententiam ſequentia antiquiſſimi Aſcræi poëtæ Heſiodi carmina:

Euſeb. Vatablus. *Regum vanitas & ſceptrorum ſi Chriſto conferãtur.* Diogenes Laërt. Heſiodus.

Ῥέα μὲν γὰρ βεβάᾳ, ῥέα δὲ βεβάονθα χαλέπτᾳ,
Ῥεῖα δ' ἀεί ζηλον μινύθᾳ, καὶ ἄδηλον ἀέξᾳ·
Ῥεῖα δὲ τ' ἰθὺν σκολιὸν, καὶ ἀγλαὸν ἔμπα κάρφᾳ
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης. id eſt,

Facilè enim eleuat, facilè etiam elatum deprimit,
Facilè illuſtrem minuit, & ignotum adauget.
Facilè etiam erigit incuruum, & ſuperbum deſiccat
C *Iuppiter altitonans.* Ita omnibus celebratiſſima eſt ſententia, quæque idcircò vniuſcuiuſque menti hærere debeat, vt ſeipſum agnoſcat, & timeat Deum creatorem ſuum. Quis enim omnium hominum quantumuis potens eſt, quem Deus cùm voluerit, non in inſtãti deprimat? Iob. 36. Deus potentes non abiicit, cùm ipſe ſit potens, ſed non ſaluat impios. Ezech. 7. Quieſcere faciam ſuperbiam potentium. Potens Pharao demerſus eſt, Exod. 14. Antiochus funeſta morte extinctus eſt, 2. Mach. 9. Herodes à vermibus conſumptus eſt, Act. 12. Et vt aliquid de altaris miniſtris dicam, potens erat Sobna præpoſitus templi Hieroſolymitani: comminatur ei Dominus quòd ſacerdotio deſtituendus ſit. Eſ. 22. Expellam te, inquit, de ſtatione tua, & de miniſterio tuo deponam te. Et erit in die illa, vocabo ſeruũ meum Eliachim, filium Helchiæ, & induam illum tunica tua, & cingulo tuo cõfortabo eum, & poteſtatem tuam dabo in manu eius. Theophilactus. Porrò Chriſtus detraxit etiã potentes de ſedibus, dæmones dico, qui contra homines præualuerant, & ſedes in humanis habebant corporibus, in illis requieſcentes. Sũt & Phariſæi potentes, nimirùm ea quæ pauperum, diripientes, & cathedras habent vt doctores, à quibus depoſiti ſunt. 1. De ſede doctrinæ eos deiecit, de quib⁹ Eſaias, c. 6. Excæca cor populi eius, vt videtes non videant, & audientes non intelligant. 2. De ſede etiã ſynagogæ ſeu Eccleſiæ eos repulit, Matth. 21. Ideò Dominus, Auferetur, inquit, à vobis regnũ, & dabitur genti facienti fructus eius. 3. Ideò eos de templo ſuo diſturbandos docuit, cùm vendentes & emẽtes ex ipſius aditu flagellis depelleret, dicens: Domus mea domus orationis vocabitur cunctis Gẽtibus. Vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum. 4. Sed & ſedes iudiciaria ab illis ad Apoſtolos eſt trãſlata. Iob. 36. Iudicium pauperibus tribuit, ſcilicet Apoſtolis, quibus dixit, Matth. 16. Sedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſraël. Nec ſolùm primores illorum ex hac amplitudine deiecit, ſed & omnes Iudæos ſuo loco, ciuitate, libertate, templo deſtituit,
E & perpetuæ ſeruituti addixit. Euſebius Emiſſenus, in hom. Viſitat. Ita ſuperbos Iudæos vbique terrarum Dominus diſperſit, & cunctis nationibus ſubiugauit. Vnde Pſaltes (Pſ. 58.) Diſperge illos in virtute tua, & deſtrue eos protector Deus Domine. Quod autẽ de Iudæis, ſeu tenebrarum principibus, idem etiam de hæreticis, tyrannis, & infidelibus quantumuis potentibus dici poteſt: vt & ipſi perierint, & ad inſtar aquarum effluxerint, inquit Auguſt. enarr. in Pſal. Eccleſia autem Chriſti humilis ſemper fuerit exaltata. Huius rei infinita ſunt & quotidiana exempla, à quibus ſuperſedeo. *Exaltauit humiles.* Huic ſententiæ conſonat illud Prophetæ Pſ. 17. Quoniam tu populum humilem ſaluum facies, & oculos ſuperborum humiliabis. Et illud Sapiẽtis Prou. 29. Superbum ſequitur humilitas, & humilem ſpiritu ſuſcipiet gloria. Prou. 15. Domum ſuperborum demolietur Dominus, & firmos faciet terminos viduæ. Et Iob de Deo loquens, cap. 12. Effudit deſpectionem ſuper principes, & eos qui oppreſſi fuerant, releuauit. Et per Ezechielẽ ait Dominus: Quieſcere faciam ſuperbiam potentiũ. Chriſtus ipſe, Luc. 14. Omnis qui

Theoph. *Phariſæi à quadruplici ſede depoſiti.* 1. 2. 3. 4. Euſeb. Emiſſenus. *Hæreticorũ ſuperborũ ruina.* Auguſtin. *Humilitatis laus.*

se humiliat, exaltabitur, & qui se exaltat, humiliabitur. 1. Pet. 5. Inquit & Petrus: Humiliamini F
sub potẽti manu Dei, vt vos exaltet in tempore tribulationis. Ita 1. Reg. 2. Dominus pauperem
facit, & ditat, humiliat, & subleuat. Suscitat de puluere inopem, & de stercore erigit pauperem:
vt sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat. Exemplũ de Saül & Dauid. 1. Reg. 16. De
Vasthi & Esther. Est. 1. & 2. Et quos exaltat Christus nisi humiles? Es. 66. Super quem respiciã
nisi super humilem & trementem ad sermones meos? Ps. 50. Sacrificiũ Deo spiritus contribu-
latus, cor contritum & humiliatum Deus non despicies. Quos verò magis auersatur, quàm su-
perbos? Superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Luc. 14. Ita humilem Publicanum iu-
stificauit, inflatum Pharisæum auersatus est. Hanc in se Christus humilitatẽ docuit, quantum-
uis iustus. Phil. 2. Exinaniuit semetipsum factus Patri obediens vsque ad mortem. *Esurientes im-*
Liberalitas in quibus consistat. *pleuit bonis, & diuites dimisit inanes.* Vbi Dei potentiam, nunc etiam amplius liberalitatem ex-
plicat. Illa autem maximè consistit, si pauperũ misereamur, & eis benefaciamus. Prodigalitatis G
aliquam speciem habere videbitur, qui diuites, parasitos, thrasones, & id genus homines muni-
ficentia donauerit. Vnde Christus non inuitandos esse diuites, tanquã par pari relaturos docuit,
sed pauperes. Prou. 13. Iustus comedit, & replet animam suam, venter autem impiorum insatia-
bilis. Es. 65. Ideò ecce serui mei comedent, & vos esurietis: ecce serui mei bibent, & vos sitietis:
Pauperes recreandi. ecce serui mei lætabuntur, & vos confundemini. Quia, vt scribitur 1. Cor. 1. non multi sapiẽtes
secundũ carnem, non multi potentes, non multi nobiles: sed quæ stulta sunt mũdi, elegit Deus,
vt confundat sapientes: & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia: & ignobilia mundi
Quos diuites auersatur Deus. & cõtemptibilia mundi elegit Deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret, vt non glo-
rietur omnis caro in conspectu Dei. Ps. 32. Non enim saluatur rex per multam virtutem, & gi-
gas non saluabitur in multitudine virtutis suæ. Diuites autẽ intelligit scriptura, eos non qui sim-
Omnes Christiani esuriunt, quia solum Deũ attendunt, cætera contemnunt. pliciter abundant, sed qui diuitiis suis intumescunt, abutuntur, & in his gloriantur. Qui sperant H
in incerto diuitiarum, vt scribit Paulus, 1. Tim. 6. Et hi nonnunquam diuitiis etiam suis spoliã-
tur, aut per æruginem, aut tineam, aut fures, Matth. 6. Chrysosto. hom. de aduers. Eutropij, ideò
sic Eutropium, qui è primario Imperatoriæ maiestatis cubiculario, requirebatur ad mortẽ: An
non, inquit, fugitiuas esse diuitias assiduè dicebam? An non eas, inquit, ingratum esse famulum
prædicabam? Tu verò mihi fidem adhibere recusabas. Et nunc ipso rerum experimento didi-
Chrysost. *Diuitiæ fugitiuæ.* cisti, eas non solùm seruum fugitiuum & ingratum esse, verumetiam carnificem. Quid quòd
diues, cùm interierit, non sumet omnia, neque transibit cum eo gloria domus eius? Basil. in Ps.
Basilius. *Magna vicissitudo exacta hac vita.* 1. Viator es in hac vita, omnia præteris, omnia à tergo relinquis. Vidisti in via stirpem, aut her-
bam, aut aliquid spectatu dignũ? Parumper oblectatus es, ac deinde præteriisti? Ita nec vita ista
iucũditates & stabiles voluptates aut diuitias habet. Fuerint alij ex aduerso tui pauperes, afflicti, I
& miseri: vt tuæ diuitiæ, ita & illorũ paupertas & miseria simul cum hac vita præteriit. An non
scilicet & ij qui viam agunt, in saxa, & valles, & præcipitia, & scopulos, aut etiã fortassè in feras,
& reptilia, & spinas, aut aliud quiddam molestum & acerbum incidunt? Nonnihil hinc mœro-
ris contrahunt, at mox ea deserunt. Ita exacto huius vitæ curriculo magna rerũ vicissitudo est.
Tunc Deus *esurientes replet bonis*, cùm ad patientiæ mercedem eis gloriam rependit: *& diuites*
dimittit inanes, cùm illi simul cum vita, etiam bonis suis omnibus, seruis, epulis, & deliciis spo-
liati fuerint, & iam suam spem euanescere viderint. Sic Luc. 16. Diues in tormentis, & Lazarus
Esuries spiritualis. in sinu Abrahæ legitur. Potest & istud intelligi per antithesim diuitiarum & esuriei: vt diuitiæ
dicantur quidem penes tẽporalia, sed esuries referatur ad spiritualia. Nam si esuries in tempora-
Esuries tẽporalis qualis. libus intelligitur, etiam de diuitibus dicitur, qui semper quærant, & nunquam impleantur. Tres
enim sunt filiæ auaritiæ sanguisugæ, quæ semper dicunt, Affer, affer. K

Ouidius in Fastis.

Sic quibus intumuit suffusa venter ab vnda,
Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.

Qui hodie Prætor, cras Dictator, tandem Consul, aut Imperator esse contendet. Et hi qui-
dem esurientes, per ambitionem & auaritiam non replentur, sed à Domino dimittuntur
inanes:

Vt qui nimias poscebat opes, numerosa parabat
Excelsæ turris tabulata, vt fortior esset
Casus, & impulsæ præceps immane ruinæ.

Iob. 27. Diues cùm dormierit, nihil secum afferet, aperiet oculos suos, & nihil inueniet. Appre-
hendet eum quasi aqua inopia: nocte opprimet eum tempestas. Ille, inquam, vbi ad finem hu-
ius cursus venerit, dimittetur vacuus bonis operibus, gratia, gloria, & benedictione: sed illi qui
esurierunt iustitiam Dei, replebuntur æternis bonis. Non enim pro esurie illa iustitiæ bona

tempo-

A temporalia,ſed ſpiritualia promittuntur:cùm videamus Chriſtum,& Apoſtolos bona illa huius ſeculi contempſiſſe,& frequenter iuſtos opprimi, vexari & ſpoliari, impios verò bonis iſtis perfrui. Pſ. Ipſi peccatores in ſeculo obtinuerunt diuitias. Pſ. 33. Diuites tunc egueruũt & eſurierunt,inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono. Sed & in præſenti ſeculo illi qui ſe pauperes,nudos bonis operibus,& miſeros in peccatis agnoſcunt,& magna fide, & charitate diuinam miſericordiam ſitiunt,replentur Chriſti bonis,nec ab illius pedibus vacui reuertuntur:ſicut nec peccatrix,Luc.7.nec Syrophœniſſa,Matth. 16. nec illa mulier quæ ſanguinis fluxum patiebatur. Theophilactus. Sed & eſurientes dicere licet Gentiles, vtpotè non habẽtes vel ſcripturas,vel legem,vel mandata,quos impleuit bonis ſcripturarum: Ita & Iudæos diuites in lege & mandatis,emiſit extra terrenam & cæleſtem Hieruſalem inanes. nihil enim habent Iudæi,etiamſi quid habere videantur. Quinetiam & ipſi,& hæretici,& infideles,quid per ſciẽtiã ſuã, aut ſacramenta proficiũt,niſi vt inanes & vacui euadant? Sic vtique prodigus filius nihil
B habet præter ſiliquas. Inflat vtique doctrina ſine charitate,ſed inanis eſt. Quid prodeſt Ethnico Sophiſtica,quid hæretico laruata & apparentia ſacramenta,quid ſpecies illa diuini Verbi, non ipſius interim veritas:quid denique omnia illa,quæ ſibi à mendacibus ſpiritibus vendicãt,ſcripturarum interpretationes,linguæ,& tot commentaria? Meræ nugæ. Diuites ſibi videtur, quia ſe aliis omnibus,etiam antiquiſſimis Eccleſiæ Patribus præferunt,eiſque ſe ſapiẽtiores eſſe cenſent:cùm interim fiant inanes & vacui. Quòd ſi illa ſacramenta,quæ ſpecie tenus à nobis accipiunt hæretici,conſideremus,omnia ſunt inania. Accipiunt baptiſma,ſed ſine gratia,vt docet Auguſtin.to.3.de fide,ad Petrum,cap.36.& 39. Firmiſſimè tene,& nulla dubites,inquit, ſacramentum baptiſmatis non ſolùm intra Eccleſiam Catholicam, ſed etiam apud hæreticos eſſe poſſe,ſed extra Eccleſiam Catholicam prodeſſe non poſſe: Immò ſicut intra Eccleſiam rectè
C credentibus per ſacramentum baptiſmi conferri ſalutem: ſic extra Eccleſiam baptiſatis,ſi ad Eccleſiam non redierint, eodem baptiſmo accumulari perniciem. Imitantur nonnulli,vt Sacramentarij, Euchariſtiam, ſed non habent rei ipſius veritatem. Chriſtum enim toto cœlo ab illa ablegant. Ergo inanes ſunt & vacui,cùm tamen ſe cæteris ditiores exiſtiment. Proclamant ſe accipere Chriſti corpus,hoc illis dari,eo ſe veſci & paſci:& tamen inania,cùm tantum Chriſti corpus ab Euchariſtia diſtare fateantur, quantum terra diſtat à ſummo cœlo. Ita vacuum introducunt,quale nunquam admiſerunt Philoſophi. Quis enim eorum vbi aliquid adeſſe cõfeſſus eſt, illud idem inane eſſe putauit? Quis vnquam de eodem & eodem modo contradictionem admiſit, vt ſimul eſſe & non eſſe ſuis elenchis ſophiſticis concludere auſus ſit? Adeò verò Sacramentarij nos naſo ſuſpendere nituntur,vt prorſus contradictoria affirment,& nobis
D eadem perſuadere conentur. Sed ſimus nos eſurientes,miſeri,pauperes: tales enim ab eis reputamur,idiotæ,ignari,carnales,ſtupidi,indocti:ſaltem nos Deus ſuis bonis replet in Eccleſia ſua. Nam & Chriſtus Verbi & carnis ſuæ,& ſuæ gratiæ veritatem nobis communicat: iſti autem diuites,ambitioſi,elati,cupidi,ſuperbi,dimittuntur inanes cum Iudæis,Turcis,Barbaris,& omnibus infidelibus. Porrò vt oſtendat non inanes nos eſſe & vacuos per Chriſtum, ſed omnia nobis bona communicari,quæ per illum promittebantur,adiecit Virgo: *Suſcepit Iſrael puerum ſuum, recordatus miſericordiæ ſuæ.* Dictio Græca eſt ἀντελάβετο, id eſt porrecta manu ſuſtinuit cadentem,vel proſtratum erexit, vel fulciuit. Legitur ſimile Eſai.41. Quia ergo Dominus Deus tuus apprehendens manum tuam, dicénſque tibi, Ne timeas, quoniam audiui te. Itaque ita hoc conſtrui poterit. Dominus recordatus miſericordiæ ſuæ, quam promiſerat Abrahamo patri noſtro ſe nobis daturum, vt promiſſa exoluat,ſuſcepit nunc Iſraëlem, id eſt
E populum ſuum fidelem, per Chriſtum ſuum. Itaque per Iſraëlem, non Patriarcham illum Iacob,qui & Iſraël dictus eſt,quaſi vir videns Deum, poſtquàm cum Angelo luctatus eſt, intelligit: ſed omnes quotquot illius fidem ſecuti ſunt, ſiue illi ex eius carne, ſeu alterius ſerie deſcenderint, inquit Beda, in homil. Viſitationis. Et hæc eſt domus Iacob, de qua ſuperiùs Angelus dixit, & in qua Chriſtus in æternum regnaturus eſt. Eſa. 2. domus Iacob venite,& ambulemus in lumine Domini Dei noſtri. Non enim qui in manifeſto Iudæus eſt, neque quæ in carne eſt circunciſio, ſed quæ in ſpiritu, inquit Paulus. Itaque ſicut Eſau reproborum omnium,ita Iacob electorum typum geſſit. Hos omnes in carne ſua ſuſcepit Chriſtus, quia naturam noſtram aſſumpſit,& in ea nos oues errantes humeris impoſuit,& peccata noſtra in corpore ſuo portauit. Ita non Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ, & ita Iſraëlem ſuum, vt ei manum porrigeret,eúmque fulciret,& in ſe adoptionis diuinæ participem faceret. Beda, homil.in Viſitatione Virginis. Suſcepit Iſraël quaſi medicus ægrum, quem curaret: quaſi rex populũ,quem ab hoſtiũ incurſione defenderet, immò hoſte proſtrato liberũ redderet, ac ſecũ

Quibus ẽ-ſurientibus diuina bona promittuntur. Peccatores.

Theoph. *Gentiles. Iudæi.*

Hæretici inanes.

Auguſt.

Sacramentum corporis Chriſti nõ eſt inane.

Quid per Iſraël. Beda.

Eſau reproborũ Iacob electorũ typus. Idem.

Euſeb. Emiſſenus. perpetuò regnare donaret. Euſeb. Emiſſe. in ho. Viſitat. *Suſcepit*, id eſt recõciliauit, tenuit, & in patriam & promiſſam hæreditatem induxit. *Puerum* autem vocauit, aut ob ſimplicitatẽ & innocentiam, quæ in Chriſti fidelibus requiritur. Matth. 18. Niſi efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Aut quia maximè diliguntur à Deo. Oſee 11. Quia puer meus eſt Iſraël, dilexi eum, ex Ægypto vocaui filium meum. Eſ. 42. Ecce ſeruus meus, ſuſcipiam eum: electus meus, complacuit ſibi in illo anima mea. Cęterùm quia Deus in promiſſis ſuis verax eſt, & non cadit de verbis eius, ne vnum quidem ſuper terram: adiicit hanc illum per Chriſtũ ſuũ populo fideli gratiam contuliſſe, quia *recordatus eſt miſericordiæ ſuæ*. quod per ſimilitudinẽ dicitur, non quòd memoria, & obliuio propriè de eo dicantur: ſed pro ratione effectorum ſuorum, oſtendat ſe alicuius recordari. Pſ. 97. Recordatus eſt miſericordiæ ſuæ, & veritatis ſuæ domui Iſraël. *Sicut locutus eſt ad Patres noſtros, Abraham & ſemini eius in ſecula.* Expreſſè quidẽ Abrahamum nuncupat, vt qui fuerit pater multarum Gentium, ſeu fidelium, cuique primùm promiſſio facta ſit. Gen. 12. Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi, atque in te benedicentur vniuerſæ cognationes terræ. Et Geneſ. 22. Benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cœli, & ſicut arenam, quæ eſt in littore maris: poſſidebit ſemen tuum portas inimicorum tuorum, & benedicẽtur in ſemine tuo omnes tribus terræ, quia obediſti voci meæ. Gal. 3. Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones & ſemini eius. Semen eius ſunt fideles. Rom. 9. Non qui filij carnis, hi filij Dei, ſed qui filij promiſſionis, æſtimantur in ſemine. Luc. 3. Potens eſt enim Deus de lapidibus hiſce, id eſt quantumuis barbaris & idiotis hominibus, facere filios Abrahæ. Sic enim Zachæum filium Abrahæ nominat, & mulierem illam fidelem, quæ decem annos incuruata, & tandem curata fuerat. Hanc enim Luc. 13. filiam Abrahæ nuncupat. Locutus eſt autem Dominus Abrahamo, & ſemini eius. Locutus eſt Eſa. 7. & 11. Hier. c. 23. Zachar. 9 Malach. 3. Denique multipariè multiſq; modis olim Deus locutus eſt Patribus in Prophetis de filio ſuo, locutus eſt Gentibus per Apoſtolos, & nunc Eccleſiæ ſuæ Catholicæ loquitur per Verbi ſui miniſtros. Cæterùm amplificat fidelium Eccleſiam, adiiciens *in ſecula*, εἰς τὸν αἰῶνα: id eſt in æuum, vt quæ nunquã defutura ſit. Tranſeant cœli & terra, ſalui fiẽt interim electi Dei, & ſuſcipientur à Chriſto in gloriam ęternam. Ita ſuſcipiet Iſraëlem puerum ſuum. Hæc eſt omnium firmiſſima ſecuritas, quòd in æternum permanſura ſit: ſiquidẽ illa non humanis viribus, aut quibuſuis mediis, ſed Dei verbo, & benedictionibus Chriſti ſui cõfirmata eſt. Hic eſt fructus aduentus Chriſti, æterna noſtra redemptio, ſalus, & de inimicis ſpiritualibus victoria: quódque quamuis numeroſi exurgant hæretici, ſemper excitandũ ſit Abrahæ ſemen, ne quaſi Sodoma vel Gomorrha efficiamur. Relinquet enim Deus ſibi, qui non flectant genua ante Baal, & aliquos ſibi reſeruabit, qui Abrahæ ſucceſſionem continuã reddant. *Manſit autem Maria cum Eliſabeth quaſi menſibus tribus, & reuerſa eſt in domum ſuam.* Ita poſt Canticũ ſuum, non vnico tantùm in Eliſabeth officio contenta fuit, aut perfunctoriè, & ſolo tẽporis momento obſecuta eſt ei, ſed per tres menſes: docens vtique eandem imitari virtutẽ, ne leuiter alicuius

Ambroſ. neceſſitati, aut obſequiis adſimus, ſed quantũ dabit facultas. Ambroſ. l. 2. in Luc. c. 3. Vngebatur interim, & quaſi bonus athleta exercebatur in vtero matris Propheta. Ampliſſima enim virtus

Theoph. eius certamini parabatur. Theoph. in Luc. Quia autem paritura erat Eliſabeth, abſcedit Virgo propter multitudinem eorum, qui ad partum conuenturi erant: indecens eſt enim virgini in talibus verſari.

Naſcitur Ioannes Baptiſta, puer circunciditur, quæſtio mouetur de nominis impoſitione, Pater Zacharias nomen refert in tabulas, & illicò ſoluitur os eius in gratiarum actionem.

Matth. Marc. LVC. 1. Ioan.

Eliſabeth impletum eſt tempus pariendi, & peperit filium. Et audierũt vicini & cognati eius, quia magnificauit Dominus miſericordiã ſuam cum illa, & congratulabantur ei. Et factum eſt, in die octauo venerũt circuncidere puerum, & vocabant eum nomine patris, Zachariam. Et reſpondens mater eius dixit, Nequaquam, ſed vocabitur Ioannes. Et dixerunt ad illam, Quia nemo eſt in cognatione tua qui vocetur hoc nomine. Innuebant autem patri eius quem vellet vocari eum. Et poſtulans pugillarẽ, ſcripſit, dicens, Ioannes eſt nomen eius. Et mirati ſunt vniuerſi. Apertum eſt autem illicò os eius, & lingua eius, & loquebatur benedicens Deum. Et factus eſt timor ſuper omnes vicinos eorum: & ſuper omnia montana Iudææ diuulgabantur omnia verba hæc: & poſuerunt omnes qui audierãt in corde ſuo, dicẽtes, Quis putas, puer iſte erit? Etenim manus Domini erat cũ illo. Et Zacharias pater eius repletꝰ eſt Spũ ſancto, & prophetauit, dicẽs.

AD

A D exortũ ſtellæ quæ ſerenitatẽ promittat, exultant nautæ, nec illi modò ſed & omnes agricolæ, & qui longum iter agrediuntur. Ioannes verò & ſi non exhiberet ipſam gratiam, illam tamen demonſtraturus erat, ſolem ſcilicet iuſtitiæ Chriſtum, & verbo, & ſacramẽto, & digito prædicaturus: vt illius habita cognitione per fidem, ſtatim de plenitudine gratiarũ eius accipiamus. Hinc fit, vt non tantùm alacres illum baptiſantem, in deſerto prædicantem, & digito Dominum Ieſum demonſtrantem audiamus: ſed & in ipſa eius natiuitate lætemur. Ad hoc commune omnium gaudium, nominis impoſitio, & manifeſtum in Zacharia miraculum inuitat. Maximus Taurinenſis, hom. 1. in natalem Ioannis, Solennitatem, inquit, nobis diuerſorum martyrum, vitæ præſentis occaſus, & ſuſcepta ab eis pro Chriſti nomine paſſio conſecrauit. Multimoda nãque veterum relatione,

B dedicimus nonnullos martyrum proſtratos gladio, igni alios concrematos, complures beſtiarũ dentibus dilaceratos, innumeros etiam variis tormentorum cruciatibus affectos, ſpreta ſui corporis morte, Chriſtianæ fidei teſtimonium reddidiſſe. Beatus verò Ioannes Baptiſta, cuius nunc feſtiuitate lætamur, cœleſtia mundo gaudia ſterili ab vtero natus inuexit. Et illi quidem indubitata iam gloria regnantem confeſſi ſunt Dei filium: hic verò & naſciturum Dominũ Prophetalis ſpiritus illuminatione præuidit, & natum priuilegio gratiæ ſingularis oſtendit. Euſ. Emiſſenus, hom. 1. de S. Ioan. Baptiſta, idcirc ò præ cæteris Baptiſtæ natalem celebrari ſcribit, quòd atteſtante Domino inter natos mulierũ non ſurrexerit maior Ioanne Baptiſta. Sed & ad communem hanc in eius natiuitate lætitiam Angelus inuitarat, dicens: Et multi in natiuitate eius gaudebunt. Itaque *Eliſabeth impletum eſt pariendi tempus & peperit Filiũ.* Origen. hom. 9.

C in Luc. Multi putant id ſuperfluè dici. Quæ enim mulier poteſt parere, niſi tempus pariendi antè compleuerit? Sed qui ſcripturas diligentiſſimè contemplatur, & audit populum loquentẽ, attendat lectioni: obſeruans tam in veteri quàm nouo Teſtamento, ſicubi ſcriptũ in ortu peccatoris inueniat, Impletum eſt tempus pariendi, nunquam omninò reperiet: ſed vbicunque iuſtus naſcitur, ibi compleatur dies. Ortus iuſti plenitudinem habet: peccatoris natiuitas, vt ita dicam, vacuitatẽ atque inanitatẽ. Eſt enim noſtra natiuitas iã culpæ cõſcia, & rea diuini iudicij Epheſ. 2. Eramus natura filij iræ. Iob. 15. Nemo mundus à ſorde, nec quidem infans vnius diei. Triſtis eſt. Sap. 7. Primam vocem ſimilem omnibus emiſi plorãs. Hæc autem & pura eſt, quia Ioannes eſt ſanctificatus in vtero, & ideò læta, quia quaſi aurora ſolem, & quaſi vox verbũ ſalutis præcedebat. Vtitur verò ſcriptura verbo impletionis in tribus: in ortu bonorũ, in obitu, & in quibuſdam eorum actibus. De ortu, eundem habes loquendi modũ, cùm agitur de Chri-

D ſti natali. Impleti ſunt dies Mariæ, vt pareret filium ſuum primogenitum. De actu, 2. Reg. 6. Impleuit Salomon ædificare domum. De obitu. Gen. 25. Defunctus eſt Abraham plenus dierum. Quinetiam Paulus Gal. 4. tempus aduẽtus Chriſti, plenitudinem vocat, qui miſit Deus filium ſuum, factum ex muliere, factum ſub lege. At verò vani dies hominis ſunt, maximè verò peccatoris. Pſ. 54. Viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos. Aut fortè Euangeliſta ita docuit, impletum fuiſſe tẽpus pariendi, quòd hic Eliſabethæ partus non naturæ, ſed gratiæ ordine proceſſiſſet. Nec enim ſenecta apta eſt partui, ſed iuuẽta. Verùm cùm diuina illã dignata ſit gratia, vt poſt longam ſterilitatem grauidaretur, effectum eſt etiã, vt tempus partus in ea iam ſene & prouecta impleretur. Chryſoſtomus, hom. 3. in cap. 3. Matth. Ioannes quidem parentibus ſuis donatus eſt pro munere pietatis ipſorũ, quã natura deſperabilis in ætate produxit: quoniam & mundus per tot millia annorum ſterilis conſtitutus, illo naſcente, fructus iuſtitiæ facturus erat, quem parentes non ex amore carnis ſeminauerunt, ſed ex vnanimitate &

E concordia diſciplinæ ſuſcipere meruerunt. Nec enim decebat vt ex carne naſceretur, qui ideò naſcebatur vt filium virginis predicaret. *Et peperit filium.* Ita nihil Angelicę promiſſioni defuiſſe oſtenditur. Talem autem prolem Anna petierat, 1. Reg. 1. Domine exercituum, ſi reſpiciẽs videris afflictionem famulæ tuæ, & recordatus mei fueris, nec oblitus ancillæ tuæ, dederíſque ſeruæ tuæ ſexum virilem, dabo eum Domino omnibus diebus vitæ eius, & nouacula non aſcendet ſuper caput eius. Fœlix vtique futura erat, ſi in deſperata illa ſterilitate filiam genuiſſet ſed multò fœlicior facta eſt in partu virili. *Et audierunt vicini & cognati eius, quia magnificauit Dominus miſericordiam ſuam cum illa, & cõgratulabantur ei.* Οἱ γείτονες enim illi ſunt, qui domibus noſtris adiacent, & συγγενεῖς, qui eius generis ſeu ſanguinis ſunt. Beda, lib. 1. ca. 4. in Luc. Habet ſanctorum editio lætitiam plurimorum, quia commune eſt bonum. Iuſtitia enim communis eſt virtus. Et ideò in ortu iuſti futuræ vitæ inſigne præmittitur, & gratia ſecutura virtutis, exultatione vicinorum præfigurante ſignatur. Quomodo verò non ei omnes applauderent, qui

Introductio

Alacritas ad Ioannẽ audiendũ.

Summa.

Maximus Taurinenſ.

Euſ. Emiſſ.

Origen.

De ſolis iuſtis dicitur impletum tẽpus parturiendi.

Impletionis Verbũ cur.

Chryſoſt.

Beda.

Lætitia in ortu ſanctorũ

plurimorum bono naſcebatur, prænunciaturus & oſtenſurus Seruatorem? Sic (Ruth. 4) vicinæ F
mulieres congratulantes dicebant, Natus eſt filius Noëmi. Luc. 15. Mulier quæ dragmam perdidit, ea inuenta conuocat amicas & vicinas, dicens: Congratulamini mihi, quia inueni dragmam quam perdideram. Sed & exultat poſtea in erratica oue reperta: quantò maioris exultationis occaſio ſeſe obtulit in eius natiuitate, qui & dragmas, & oues perditas, homines nimirùm errantes ſua predicatione, exemplo, baptiſmate ad Deum & Chriſtum eius reducturus erat: & hoc vnum enixurus, vt rectas facerent ſemitas, & viam Domini dirigerent? Tunc igitur illud impletum eſt, quod Angelus cecinerat, dicens: Et multi in natiuitate eius gaudebunt. Auguſt. tom. 10. ſer. 23. de Sanctis, qui eſt 4. in natalem Ioan. Baptiſtę. hinc elicuit, potius Ioannis quàm cæterorum ſanctorum natiuitatē celebrari, quòd etiam alios idē ſanctos Domini cognitione, & ipſius confeſſione præuenerit. Diſcipuli Domini nati ſunt, inquit, & per ætatis acceſſum ad annos capaciores perducti, in diſcipulatum aſſumpti ſunt. Illorū poſtea fides Domino adhæſit: G
ſed nullius illorum natiuitas Domino militauit. Recordemur & Prophetas, recolamus Patriarchas: nati ſunt homines, ætatis acceſſu Chriſtum prophetauerunt. Nati ſunt, vt poſtea prophetarent. Ioannes autem Dominum Chriſtum ipſa natiuitate prophetauit, quem conceptū, ex vtero ſalutauit. Ea propter ſicut illum in ipſa natiuitate Chriſti teſtem agnoſcimus, ita & illi diei congaudemus. Sed & Eliſabethæ partus nos ad aliam fœcunditatem eleuabat, quæ communem omnium requirit lætitiam. Euſeb. Emiſſenus, ho. 2. de S. Ioā. Baptiſta. Myſteriū enim, inquit, debemus agnoſcere. Nam dum ſterili naſcitur filius, de Eccleſia, quæ antè ſterilis erat, Gentium populus intelligitur procreādus: & ideò Propheta quodā loco ad Eccleſiā loquitur. Lętare ſterilis quæ non paris, exulta & clama quæ non parturis, quia plures filij deſertæ, quàm eius quæ habet virum. Synagoga namque legis vinculis, quaſi viri iugo ſubdita, per ſenſum carnalem malè fœcunda, in Domini paſſione filios ſuos perdidit: Eccleſia verò totum mundū H
fructu ſacræ prædicationis impleuit. Et ſicut Ioannes aduentu ſuo gratiam Domini ſaluatoris, ita Eliſabeth mater eius partu ſuo fœlicitatem Eccleſiæ prædicat. Vtrobique gaudium & lætitia eſt: non modò in Eliſabethæ, ſed & Eccleſiæ partu. *συνέχαιρον αὐτῇ, Congratulabantur ei*, ſeu congaudebant ei vicini: nam & ipſa etiam mater exultabat. Ioan. 16. Mulier cùm parit, triſtitiam habet: cùm autem peperit puerum, iam non meminit preſſuræ propter gaudium, quia natus eſt homo in mundum. Quantò verò maius lætitiæ argumentum in Ioanne ſuppeditabatur, ſeu modum natiuitatis illius, ſeu creditum ei officium, ſeu collatā gratiam ſpectes? Ideò cauſam communis iſtius lætitiæ explicat, *Quia magnificauit Dominus miſericordiam ſuam cum illa*, id eſt magnifica in illam miſericordia vſus eſt. 1. quia abſtulit opprobrium ſterilitatis ab ea. 2. puerum in ſenectute concepit, 3. Spiritu ſancto ex vbertate illius gratiæ, quæ in filio erat, repleta eſt. 4. nobiliſſima prole donata eſt, filio ſcilicet, quo inter natos mulierū nemo maior ſurrexit. 5. ſed & illam in virgine Maria Chriſtus ipſe viſitauit, & aduenientem ei ſalutem re- I
uelauit. Hæc ſunt illa magnifica opera, quæ è diuina miſericordia prodierunt: quæ & ſi non omnia, vt ea quæ in Marię viſitatione facta ſunt, fortè non omnes vicini & cognati perſpecta habuerant, norant tamen plurima. *Et factum eſt, in die octauo venerunt circuncidere puerum.* Illa quidem die & circuncidebatur infans, ex Dei præſcripto: & ei nomen imponebatur, qua impoſitione idem ipſe libro vitæ ſeu iuſtorum aſcriptus eſſe deſignabatur. Alioquin anima, inquit Dominus, quæ circunciſa non fuerit, delebitur de populo meo. Præſcriptum diuinæ legis de circunciſione legitur, Gen. 17. Leuit. 12. Theophilactus. Sed quare, inquit, poſt circunciſionem imponebatur nomen? Quia priùs ſuſcipiendum eſt ſignaculum Dei, demum humanū nomē. Vel aliter: Circunciſio ſignificat carnalium abiectionem. Nullus igitur, niſi priùs abiiciat & amputet carnalia dignus eſt vt nominetur miles Dei, & in libro cœlorū ſcribatur nomē eius. Porrò magni ducunt circunciſionis ſacramentum, cùm ſua illud præſentia cohoneſtent: ex quo diſcimus, quanta cum reuerentia, & aſſiſtentia noui Teſtamenti ſacramenta miniſtranda K
ſint, niſi fortè neceſſitas vrgeat, quæ amicorum & vicinorum præſentiam remoretur. Quàm ſcilicet indignum fuerit & baptiſma & matrimonium, ipſam etiam Euchariſtiam & extremā vnctionem ſepoſita neceſſitate, quaſi ſub camino furtim adminiſtrari? Adſint amici & parētes paruulis baptiſandis, adſint matrimonij ſolennitati, adſint & his qui Euchariſtiam & extremā vnctionem ægrotis adminiſtrant. *Et vocabant eum nomine patris ſui Zachariam.* Nulla hîc ſuperſtitione ducuntur, non venātur nomē pueri ab Ethnicis, vt Cæſar, Pompeius, Timoleon, Pauſanias, Cicero, Demoſthenes, aut aliud quiduis nuncupetur. Quod tamen malum in noſtris, ijs etiam qui ſe Chriſtianos vendicant, eſt frequentiſſimum. Auita illis ſanctorum Patrū, Martyrum, Apoſtolorum, & Doctorum nomina diſplicent. Forſan illis prælaturi Idolorū vocabula,

Auguſtin. *Cur Ioannis potius quā cæterorū natiuitas celebretur.*

Euſeb. Emiſſ.

Circunciſionis lex.

Theophil.

Sacramēta cohoneſtanda ſunt.

A Ven eris, Iouis, Martis, quibus filios exornent. Atqui vocabãt puerũ nomine paterno. Ita patris memoria in filiis cõseruabatur, nõ modò si ad illius imaginẽ effict⁹, sed & illius nomine insignitus esset. Adde quòd Zachariæ nomẽ sua significatione satis est illustre. Memorẽ enim Dei significat. Fuit quoq; & alter Zacharias filius Ioiadæ sacerdotis, qui martyrio vitã finiuit, & alter Propheta, cuius scripta cõmendãtur. Atqui ad illorũ instar & Prophetia donãdus, & Dei testis futurus erat. *Respondens autẽ mater eius, dixit: Nequaquã, sed vocabitur Ioannes.* Nõ obstat cõsuetudini, aut illam condemnat, sed aliud de puero ordinatum esse ostendit. Nonnulli enim ex antiquis sua nomina filiis imposuerunt. Sic Tobias filium habuit cognominem Tobiam. Et hoc legi diuinę consonum fuisse demonstratur, Deut. 25. Quando habitauerint fratres simul, & vnus ex eis absque liberis mortuus fuerit vxor defuncti non nubat alteri, sed accipiat eam
B frater eius, & suscitet semen fratris sui, & primogenitum ex ea filium nomine illius appellabit, vt non deleatur nomen eius ex Israël. Cæterùm si lex mansura fuisset, congruum vtique erat nomen patris in filio suscitari, quasi ad successionem sacerdotij. Sed quia translato sacerdotio debuit & legis translatio fieri, ideò nec nomen paternum in filio successit. Verùm vnde istud nomen imponendum esse mater cognouit? Neque enim illam, sed solùm Zachariam Angelus commonuit. Potuit verò hoc à Zacharia accepisse, inquit Dionys. Carthusianus. Fortè enim quæ sibi in templo fuerant reuelata & illata, suæ coniugi scripto insinuauerat. Origenes tamẽ, hom. 9. in Luc. hanc reuelationem ad spiritum sanctum retulit, sicut & post eum Ambrosius, & Theophilactus. Hoc enim, ait Ambrosius, l. 2. in Luc. c. 4. per Prophetiam Elisabeth didicit à Spiritu sancto, quod non didicerat à marito. *Ioannes*, inquit, *est nomen eius.* hoc est, Non ei nos nomen imponimus, qui iam à Deo nomen accepit. Habet vocabulum suum quod agnouimus, non quod eligimus. Habent hoc merita Sanctorum, vt à Deo nomen accipiant. Sic Ia-
C cob Israel dicitur, qui Deum vidit: sic Dominus noster Iesus nominatus est antequàm natus: cui non Angelus, sed Pater nomen imposuit. Reuelabitur enim, inquit 4. Esd. 7. filius meus Iesus, cum his qui cum eo iocundabuntur, qui relicti sunt in annis quadringentis. Et erit post annos hos, & morietur filius meus Christus, & conuertetur seculũ. Bonauentura in Luc. Nec mirum si nomen patrimum non accipit. Quia enim non virtute naturæ, sed gratiæ conceptus fuerat, non debebat vocari Zacharias à patre, sed Ioannes à dono gratiæ: vt nouo modo natus nouo nomine nuncuparetur. Esa. 62. Vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominabit. Id enim Esaiæ c. 49. sibi vendicare puer poterat: De ventre matris meæ recordatus est Deus nominis mei. Cæterùm vicini & cognati nondum ex Spiritus sancti lumine intelligẽtes hoc mysterium, matri aduersantur. Ita enim solet caro obstrepere spiritui, & mundus Deo. Hac autem concertatione futurum quoddam inter gratiæ & legis discipulos dissidium signi-
D ficabatur. Beda, hom. de sanctis vltima. Nam qui natum puerum patris Zachariæ nomine magis, quàm Ioannem vocandum esse decernebant, eos vtique figurant, qui Domino noua gratiæ munera declarante, cuperent eum potiùs consueta sacerdotij veteris edicta prædicare. *Dixerunt autem ad illam: Quia nemo est in cognatione tua qui vocetur hoc nomine.* Hoc de superstitibus, aut his qui non diu adeò defuncti ex familia illa fuerant, intelligendum est. Nam inter maiores eius, nonnulli Ioannis nomen habuerunt: vt & is qui sacerdotio fungebatur, eo tempore quo Salomon templum ædificari curabat, & cæteri, de quibus Hierem. 40. 1. Machab. 2. 9. & 13. Et quidem rectè hoc nomen renouatur, eo tempore quo verius & sanctius nostri Salomonis templum expectabatur. Itaque concertationis istius decisionem ad patrem deuoluũt. *Innuebant* enim *patri eius, quem vellet vocari eum.* Ita nutu, non verbo, eius voluntatem requirunt, cùm mutus simul & surdus esset. Incredulitas enim, inquit Ambrosius, & affatum simul eripuerat, & auditum. *Et postulans pugillarem, scripsit, dicens: Ioannes est nomen eius.* πινακίδιον
E tabellam cæratam vocat, qualis olim scribentibus erat in vsu. Verùm quomodo postulasse dicetur qui mutus erat? Sed quod ille lingua non poterat, supplet nutu, & scripto. Nutu quidẽ, cùm tabellam postulat: scriptione verò, cùm pueri nomen designat. Ita scripto loquebatur, quod voce non poterat. *Ioannes*, inquit, *est nomen eius.* Nulla hîc contentione opus est, iam impositum est nomen: nec vestra disquisitio, aut mea hîc voluntas requiritur. Ita vterque parens conueniunt, quoniam ab vno spiritu, non autem cognatorum consiliis mouentur. Ex quo discimus, Deo & Angelis eius parendum esse, non autem attendenda hominum, quantumuis se amicos dicant, consilia. Ita sinamus mortuos sepelire mortuos suos. Porrò Ioannes idem sonat, quod Gratiosus. deducitur enim à verbo *Hanan*, gratificauit, à quo etiam est *Hen*, id est gratia. Ita Deo acceptus & gratia donatus designabatur, quem nimirùm ille sibi præconem & præcursorem delegisset. Sed & ideò nomen accipit à gratia, quòd Christũ authorem gratiæ

vnde mater nouerit Ioannis nomẽ. Dionys. Carthus. Origen. Ambros.

Bonauent. *Cur Ioãnes vocatus.*

Beda.

Ambros.

Ioannis nomen quid sonat.

demonſtraturus eſſet. Ioan. 1. Lex enim per Moyſen data eſt, ſed gratia & veritas per Ieſum F
Origen. Chriſtum facta eſt. Origenes, hom. 2. in diuerſos. Ioannes, inquit, Hebræum nomen eſt, Latinè verò, cui donatum eſt. Ita recurrit ad eius ſignificationem, quod donatum à Deo, gratioſum aut acceptum ſignificat. Ita Deus iis, quos ad res magnas deligebat, nomina rebus illis correſpondentia indidit: vt Abrahamo nomen auctum eſt, ad prolis multiplicationem: ſed & Sarai & Iacobo nomina aut aucta, aut mutata ſunt. Quinetiam Chriſtus ſelectioribus Apoſtolis poſtea nomina mutauit, Ioan. 1. Marc. 3. Sunt autem huic Ioannis nomini oppoſita illa quæ legimus Oſee 1. *Lorihama*, id eſt non donata miſericordia, & *Lo ammi*, non populus meus. Hunc nimirùm à Deo ſpecialiter electum ipſa nominis impoſitio oſtendebat. *Et mirati ſunt vniuerſi*, propter conſonantiam patris & matris, vt iam in ore duorum teſtium ſtaret omne verbum: Vel etiam mirati ſunt in puero tantam prærogatiuam, vt illi nomen non ab hominibus, ſed Deo per parentes id iubente imponeretur. Eccl. 11. dicitur de vero iuſto: Oculus Dei G
reſpexit illum in bono, & erexit eum ab humilitate ipſius, & exaltauit caput, & mirati ſunt in illo multi, & honorauerunt Deum. Vnde ipſe illud poterat dicere, Sapiēt. 8. In conſpectu potentium admirabilis ero, & facies principum mirabuntur in me. Adeò magna eis reponebatur de puero expectatio, cùm expenderent parentis vtriuſque ſenectam, concordem nominis impoſitionem, eiuſdémque ſignificationem. Eſt autem aliud quod in maiorem eos admirationē
Lingua Zachariæ ſoluitur. rapiat. Nam *apertum eſt illicò os* Zachariæ, *& lingua eius, & loquebatur benedicens Deum.* Ita impletur quod Angelus prædixerat. Fit enim ſurdus & mutus vſque in hanc diem, qua filium, de quo dubitauerat, & ſibi natum, & iam in populum Dei per characterem circunciſionis cooptatum videt. Ita incredulitas linguam eius obuinxerat, ſed fides illam ſoluit, & os eius aperit. Quod legimus, apertum os eius, & lingua eius, in Codice Complutenſi additur διηρθρώθη, dearticulata eſt, hoc eſt, veluti articuli & ligamenti ope cœpit moueri lingua eius, vocaliſque red- H
dita eſt. Os autem & lingua connectuntur, quia his duobus formatum verbum. Os enim quoad vocis prolationem apertum eſt, quam priùs proferre nō poterat. Lingua verò ſoluta eſt, quoad verbi formationem. Vox namque communis eſt omnibus animalibus: verbum autem proprium eſt hominibus. Verùm quæritur, quare non ante diem octauam Zachariæ lingua
Beda. ſoluta ſit. Cur non in ipſo pueri natali? Sed Beda hoc ad myſterium retorquet, lib. 1. Commēt. in Luc. c. 4. Perpulchrè, inquit, Zacharias octaua die prolis editæ loquitur, quia per Domini reſurrectionem, quæ octaua die, hoc eſt, poſt ſeptimam Sabbathi facta eſt, occulta ſacerdotij legalis arcana patuerunt, linguáque Pontificum Iudæorum, quam diffidentiæ vincula ſtrinxerant, intelligentiæ rationabilis eſt voce ſoluta. Sed & nos adijcere poſſumus, in Ioannis circunciſione, noſtræ regenerationis per ſanctum baptiſma typum præmitti. Etſi verò parētes
actionis gratiarum argumentum habeant, in carnali puerorum natiuitate: ſunt enim illi in pi- I
gnus coniugij: maximum tamen ſeſe offert, hocque potiſſimum, cùm illi ſacramento tincti & loti fuerant. Sicut enim olim in circunciſione, multò magis in baptiſmate, inter fideles coaptantur. Gaudete, inquit Chriſtus, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis. Naſcimur filij iræ ſicut & cæteri, Eph. 2. & in peccatis concipimur, Pſ. 50. & ad exilium in hunc mundum educimur: ſed per baptiſma efficimur ciues & domeſtici Dei, Epheſ. 2. Lauamur à peccatis in ſanguine Chriſti, Apoc. 1. & renaſcimur, vt regnum cœlorum ingrediamur, Ioan. 3. Tunc Deum benedicere, & eum laudare debent parentes, vbi filios renatos viderint, quos ad ſummas miſe-
Lætantur parentes filiis baptiſatis. rias produxerat. Iob. 7. Militia enim eſt vita hominis ſuper terram. Ita vt legitur Eccl. 7. Melior eſt dies mortis die natiuitatis: niſi nos natiuitatem ipſam alteram attendamus, quâ ex aqua & Spiritu ſancto renaſcimur. Tunc enim exultant Angeli ſuper vnius peccatoris conuerſione, Luc. 15. Exultat & omnis Eccleſia, quòd numerum fratrum ſuorum eo modo compleri quotidie videat, Apoc. 6. Eapropter ex antiquiſſimo Patrū ritu, baptiſatus alba ſtola tegitur, quaſi K
Paulinus. tunc omnes ad gaudium inuitet. Hinc & hi verſus Paulini Nolani:

Alba veſtis baptizatorum.

Inde parens ſacro ducit de fonte ſacerdos
Infantes niueos corpore, corde, habitu.
Hinc ſenior ſociæ congaudet turba cateruæ,
Allelu-ia nouis balat ouile choris.

Tertull. Vnde & Tertullianus, lib. de reſurrect. carnis, inſignia manumiſſionis recenſens, albam etiam
Lactantius. enumerat. Ita vt Lactantius, ſeu Fortunatus cecinerunt:

Fulgentes animas veſtis quoque candida ſignat,
Et grege de niueo gaudia paſtor habet.

Ita lætatur, & Deum benedicit pater in ipſa circunciſionis die, qua & lingua eius ſoluta, & os apertum

A apertũ est.2.Sed & ex eo quòd ille passus,satis intelligimus quæ sit illarum afflictionum, quas iusti patiuntur,catastrophe. Si quid enim patitur vir pius & iustus,temporale est & momentaneum,quod,vt dicit Apostolus,salutem stabilem operatur. Hoc mihi conspice in Israelitis, in Iob, Tobia,Dauide,cæterisque, quanto demum cum fœnore ex afflictionibus in meliores successus euaserũt. Hoc etsi non omnibus in præsenti vita obuenit,succedet tamen in futura. Væ qui ridetis hîc, inquit Christus,quoniam flebitis. Beati qui lugent,quoniam consolabũtur, Matth.6.Et hoc ipsum sanè nobis resurrectionis spem suppeditat,vt obseruat Chrysostomus, ho.1.ad populum Antiochenum. Audi,inquit,Paulum dicentem, 1.Cor.15. Si secundum hominem cum feris pugnaui Ephesi,quid mihi prodest si mortui non resurgunt? Et iterum: Si in hac vita tantùm in Christo sperantes sumus,miserabiliores sumus omnibus hominibus. Innumera patimur mala in præsenti vita, inquit: si igitur non speratur altera vita, quid nobis esse possit miserabilius? Et hoc clarum ex tentationibus efficitur. Numquã enim Deus pateretur
B tot & talia mala passos,& præsentem vitam omnem in tẽtationibus,& infinitis degentes periculis,multo maioribus non remunerari muneribus. Quinetiam præter hanc melioris successus expectationem,in ista Zachariæ curatione resurrectionis argumentum relinquitur. Sicut enim dicit Psaltes,Nunquid qui dormit,non adijciet vt resurgat: Ita num ille, in quo auditus & loquela mortua erant,rursus audire incipit, & loqui? Nam cùm legimus cæcos,claudos, & surdos curatos: num etiam colligimus eundem totum hominem restituere in integrum posse, qui partem eius sopitam & mortuam denuò in integrum excitat? Hoc argumento Paulus Athenis Dionysium Areopagitam cæco curato ad fidem Christi & resurrectionis pellexit. Hoc item Æneas Gazæus in Theophrasto confirmat,quòd cæco visus restitutus fuerit, & in Lybia contigerit, vt hi, quibus lingua tyrannorum iussu abscissa fuerat, loquerentur tamen.
C Ipse,inquit,hos viros vidi,& loquentes audiui,& vocem adeò articulatam esse posse miratus sum: instrumentum vocis inquirebam, & auribus non credens, oculis iudicandi munus remisi, atque ore aperto, linguam totam radicitùs euulsam vidi, ac stupefactus mirabar, non sanè quo pacto vocem conformarent,sed quomodo conseruati essent. Hoc etiam Romano martyri contigisse scribit Prudentius, in lib. περὶ στεφανῶν, vt Asclepiadis præfecti iussu maxillis perforatis,verba inania reddere contenderit. Sed

Quẽ exitũ habeat iustorum tentatio.

Chrysost.

Argumẽtum resurrectionis in curatione muti.

Æneas Gaz.

Martyres linguis abscissis loquuntur.

Prudent.

Rimas patentes inuenit vox edita,
Multisque fusa rictibus reddit sonos
Hinc inde plures,& profatur vndique
Christi Patrísque sempiternam gloriam.
Tot ecce laudant ora,quot sunt vulnera.

D Sed & ex eo collige, Deum ita suos affligere,vt tandem sanet. In manu enim eius virga est & baculus,quæ nos consolantur,vt scribit Psaltes. Quod non contingit prophanis spiritibus. Quicquid enim per magos,veneficos & incantatores agere videntur, ad hominis ruinam cõtendit,seu etiam primùm in eius consolationem operari putetur. Eapropter Petrus apud Clementem,lib.3.Recognitionum,ad Iacobum fratrem Domini: Dic quæso quæ vtilitas est ostẽdere statuas ambulantes, latrare aureos & lapideos canes, salire montes, volare per aërem, & alia his similia quæ dicitis feciſſe Simonem? Atqui quæ à bono sunt, ad hominum salutem deferuntur, vt sunt illa quæ fecit Dominus noster,&c. quæ etiã me facere videtis. Verùm arguis,quòd Dominus percutit,& affligit nos: vtique propter peccata nostra. Sed & idem sanat propter suam misericordiam & gloriam: vt & in Zacharia obseruauimus. Alioquin obduratos ad internecionem reducit,vt & Ægyptum decem plagis percussit,& vndis obruit Pharaonẽ,
E & pueros irridentes Helisæum,ab vrsis dilaniari permisit. Ita iocunda est catastrophe earum afflictionum quas iusti patiuntur, vt illis gaudium maius succedat. Deus enim super sanctos suos,in æternum conseruabuntur. At verò tragica est impiorum prosperitas. Iob.20. Ducunt in bonis dies suos,& in puncto ad inferna descendunt. Quid priùs assecutus fuerat Zacharias, si vxoris sterilitatem spectes,nisi opprobrium apud Gentem suam? quid item,si ipsum surdum & mutum consideres,nisi iustè à Deo afflictum fateberis? At verò Deus vtrumque abstulit: nam & illi sanctissimam prolem dedit,& auditum verbúmque restituit. Hîc etiam expende quid resipiscentia possit. Restituit ea quæ insipientia abstulerat. Hoc in Manasse in regnum restituto,hoc in Nabuchodonozor & Niniuitis obseruari potest. Vnde apud Hieremiam Dominus: Si pœnitentiam egerit Gens illa à malo suo,quod locutus sum aduersus eam: agam & ego pœnitentiam super malo,quod cogitaui vt facerem ei. Hier.18. Ita *apertũ est os eius*, quod clausum fuerat,non virtute naturæ,sed supernæ potentiæ. Sap.10. Sapientia aperuit os mutorũ,

Deus tandẽ sanat quos afflixit: è contra diabolus.

Clemens.

& linguas infantium facit disertas. Ille nimirùm in Zacharia operabatur, quem miratæ sunt F
turbæ, dicentes: Benè omnia fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui. Mar. 7. Et vt osten-
Ambros. deretur miraculum verum, dicitur *illicò*. Vt enim dicit Ambrosius, nescit tarda molimina Spi-
ritus sancti gratia. Et vt ostenderetur plenum & perfectum, subditur: *Et loquebatur benedicens Deum*, recognoscens collata sibi beneficia. Sic Tob. 13. curatus à cæcitate senior Tobias, reducẽ
filium, eúmque iam vxore donatum videns, aperiens os suum, benedixit Dominum. Esa. 62.
Qui reminiscimini Domini, ne taceatis, & ne detis silẽtium ei, donec stabiliat & donec ponat
Hierusalem laudem in terra. Ita monemur, ne taceamus, sed & corde credamus ad iustitiam,
ore autem confessio fiat ad salutem. Rom. 10. Ideò Psaltes (Ps. 50.) Domine labia mea aperies,
& os meum annunciabit laudem tuam. nunc quidem maximè, cùm per Christum redempti
simus. Dicant qui redempti sunt à Domino, quos redemit de manu inimici, & de regionibus
congregauit: Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. G
Nam exacta redemptione, Esa. 35. tũc saliet sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorũ.
Econtrà verò de impiis dicitur Iob. 16. Aperuerunt super me ora sua, exprobrãtes percusserũt
maxillam meam, satiati sunt pœnis meis. Quia, vt Psaltes cecinit Ps. 5. sepulchrum patens est
Ambros. guttur eorum, linguis suis dolosè agebant. Cæterùm Origenes hîc & Ambrosius ex sacerdotis
Origen. silentio, antiquæ legis reprobationem colligunt, vt quæ meliori mandato cedere debeat. Ori-
genes, homil. 5. in Luc. Silentium Zachariæ, silentium Prophetarum est in populo
Israël, inquit. Nequaquam loquitur eis Deus, & sermo qui à principio erat apud Pa-
trem Deus, ad nos transiit, nobísque non tacet Christus, apud illos vsque hodie silet, quam-
Zacharias Propheta et sacerdos. obrem & Zacharias Propheta tacuit. Nam manifestissimè ex sermonibus ipsis comprobatur,
quòd & Propheta fuerit, & sacerdos. Hieronymus idem colligit lib. Comment. in Iob, cap. 31.
Hierony. illud explicans, quod legitur Iob. 29. Principes cessabant loqui, & digitum superponebant H
ori suo. Vocem suam cohibebant duces, & lingua eorum gutturi suo adhærebat. Quibus ver-
bis Iob quantum à suis honoraretur, & quanta cum reuerentia suam præsentiam suspicerent,
declarat. Hoc verò ad Christi typum Hieronymus reducit, ac si ipse hæc per Iob dixerit. In
aduentu, inquit, meo, omnium sanctorum meorum Prophetia concluſa est, & signata: quod in
Prophetia clausa. Zachariæ silentio præfiguratum est. Clausa quidem est Prophetia in mysterio annunciatorũ,
Augusſt. sed in sacramentorum mysteriis patefacta est. Et hoc indicat apertum os Zachariæ, & illius
lingua soluta, statim atque puer circuncisus est. Augusſt. to. 10. lib. 50. Homil. hom. 44. Quid
dixerat Propheta de Ioanne? (Esa. 40.) Vox clamantis in deserto. Tacet Zacharias generaturus
Ambros. vocem. Quia non credidit, tacuit, meritò obmutuit quousque vox nascereturAmbrosius, l. 2.
in Luc. c. 4. Credamus & nos igitur vt loquamur, & lingua nostra, quæ incredulitatis vinculis I
est ligata, rationis voce soluatur. Scribamus Spiritus mysteria, si volumus loqui: scribamus
prænuncium Christi, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Etenim qui Ioã-
Os quod peccatum clauſit, per gratiam aperitur. nem loquitur, Christum prophetat. Quinetiam obserua significationẽ nominis Ioannis. Nato
Ioanne, qui gratiam Dei sonat, mutus loquitur: quia os quod per peccatum clauditur, oblata
Dei gratia aperitur, inquit Hugo Cardinalis, in Luc. Vnde Ps. 118. Os meum aperui, & attra-
xi spiritum. Sunt enim quinque, quæ claudunt os prædicatori. Primum est, peccati consci-
Hugo Car. entia. Ezech. 16. Et scies quia ego Dominus, vt recorderis, & confundaris, & non sit tibi vltra
aperire os præ confusione tua. Esai. 6. Væ mihi quia tacui. Secundum est, ignorantia. Eccli.
20. Est tacens, non habens sensum loquelæ. Esa. 56. Speculatores eius cæci omnes, nescie-
runt vniuersi, canes muti, non valentes latrare. Tertium est, timor potestatis. Ezech. 13. Non
ascendistis ex aduerso, neque oppositistis murum pro domo Israël, vt staretis in prælio in die K
Domini. Et super hoc iactat se diabolus, irridens prædicatores huiusmodi, Esa. 10. Vniuersam
terram ego congregaui, & non fuit qui moueret pennam, & aperiret os, & ganniret. Quartũ
est, malitia populi. Ezech. 3. Linguam tuam adhærere faciam palato tuo, & eris mutus, nec
quasi vir obiurgans, quia domus exasperans est. Quintũ est, obliuio beneficiorum Dei. Ps. 126.
Adhæreat lingua faucibus meis, si non meminero tui. Sed hæc omnia obstacula remouet Dei
gratia & sapientia. Hic enim est qui docet hominem scientiam, & qui in ore infantium &
lactantium perfecit laudem, Ps. 8. Cæterùm benedicit Deum Zacharias, hoc ipso redundan-
tiam Spiritussancti, quo plenus est, verbis suis demonstrans. *Et factus est timor super omnes vicinos eorum, & super omnia montana Iudææ diuulgabantur verba hæc.* Timor reuerentiam signi-
ficat: & simul admirationem, & horrorem indicat. Mirati quidem stupenda hæc, quæ à parẽ-
tibus & puero obueniebant, vt dictum est: horrorem autem concipientes, ex illa Dei omnipo-
tentia, qua Zachariam mutum surdúmque reddiderat: & tandem tamen pristinę integritati
restituebat.

A restituebat. Nã si neque iusto Zachariæ dubitanti pepercit, quomodo non timeant peccatores? Ita enim Petrus: Iustus vix saluabitur: impius autẽ & peccator vbi parebũt? Ita Matth. 9. Turbæ visis Christi miraculis timuerunt: & Luc. 7. Naimitani: & Matth. 28. custodes sepulcri: & Act. 2. populus visis tot miraculis per Apostolos: & Act. 5. Ecclesia percussio Anania cũ vxore sua. Propter quod Hieremias cap. 10. Non est, inquit, similis tui Domine. Magnus es tu, & magnũ nomen tuum in fortitudine. Quis non timebit te, ô rex Gentium? Quinetiam quæ rara sunt & insolita, nos in admirationem eleuant. Nec verò fuerat hoc miraculum editum in patre, vt à paucis cognosceretur: cùm redundaret illud in magnam de puero expectationem, & præconij sui authoritatem, simul & Christi Iesu cõfessionem. Neque enim in suis miraculis ludit Deus, sed in iis nos erudit. Inde si quid rarum & insolitum euenerit, Dei memores esse debemus, &

B iusta eius iudicia timere. Ideò per omnem montanam regionem diuulgabantur *verba hæc*, id est, de his rebus quas perspexerant. Ita communicant multis, quæ ad communem omnium lętitiam faciebant. Tob. 12. Sacramentum regis abscondere bonum est, opera autem Dei reuelare honorificum. Et Tob. 13. Confitemini Domino filij Israël, & in conspectu Gentium laudate eum. *Et posuerunt omnes qui audierant in corde suo.* Ponere in corde, more Hebraico dictum est, pro alta mente reponere, cogitare apud se, & rem aliquam quanta, qualisque sit, in animo reputare. Ita non leuiter accepta sunt hæc verba, sed quisque apud se in corde suo expendebat, quid sibi hęc mirabilia vellent. *Dicentes, quis putas puer iste erit?* Erasmus. τίς ἄρα, id est quisnam. Nam ἄρα, Coniunctio est expletiua. Plerique codices habebant τί ἄρα, id est quidnam. Nam puer Græcis neutri generis est, παιδίον. Quantus igitur, inquiunt, qualisque puer iste futurus est? Si-

Erasmus.

C quidem ex his præludiis colligebant, natum puerum olim magna & inaudita patraturum, cuius conceptus & natiuitas iam tum prodigiis insigniretur. Videbãt patris effœtam senectutem, anus deploratam sterilitatem, considerabant linguæ subitò ademptæ & redditæ miraculum, audierant Gabrielis interfuisse ministerium: sentiebant in vtroque parente spiritus cœlestis afflatum, nihil non esse præter morem communem, nihil non præ se ferre virtutem diuinam. Quisnam, inquiunt, puer iste futurus est? Nemo Prophetarum tam prodigiosè natus est. *Etenim manus Domini erat cum illo.* Dei manus virtutem designat, quæ in puero manifesta videbatur. Ita nonnullorum prodigiosa natiuitas effecit, vt qui aderant, aut horrore, aut expectatione pel-

Prodigiosa quorumdã natiuitas.

licerẽtur. Sic risus Zoroastris futuram stultitiam, sic Seruij Tullij flammæ species caput obumbrans, regiam dignitatem: Platonis apes ad os quasi ad alueare aduolantes, mellifluam eloquentiam: Cyro etiam nascituro visum Astyagi de filia proluente sua vrina totam Medorum & Persarum regionem somnium, magnum puero imperium repromittebat. Hoc etiam in natalibus Esau & Iacob. Nam & antequàm nascerentur, collidebant se in materno vtero, ex quo factum

D vt Rebecca oraculum consuluerit, & audierit duos se populos, id est duorum populorum patres portare, qui tandem sibi inuicem aduersarentur. Sed & cùm nascerentur, posterior Iacob prioris fratris plantam tenebat, futuræ illius supplantationis præsagium, qua fratris primogenita præripuit. Instante item partu Thamar, Gen. 25. apparuerunt gemini in eius vtero, atque in effusione infantium, alter protulit manum, cui obstetrix manum alligauit, dicens, Iste egredietur prior. Ille verò manum retraxit, alteri cedens. Nihil tam in his omnibus mirabile, quòdque maiorem in puero expectandam gratiam moueret, quàm in Ioanne Baptista. *Et Zacharias pater eius repletus est Spiritu sancto, & prophetauit.* Ambrosius. Vide quàm bonus Deus, & facilis in-

Ambros.

dulgere peccatis. Non solùm ablata restituit, sed etiam non sperata cõcedit. Hæc enim est gratia maxima, quòd eum qui negauerant, confitentur. Nemo ergo diffidat. Nemo veterum conscius delictorum præmia diuina desperet. Nouit Dominus mutare sententiam, si tu noueris emendare delictum. Cæterùm quòd legitur repletus fuisse Spiritu sancto, non ita intelligendum

E est, quasi antea Spiritu sancto fuerit destitutus: sed significat illum abundãtiore gratia fuisse donatum, vt hoc Cantico non modò Deo gratias ageret, sed & redemptionem proximam per Christum implendam prædiceret. Sic legimus factam esse manum Domini super Prophetas, non quòd priùs ea destituerentur, sed quòd tunc maximè in illis eluceseeret, cùm futura prædicerent. Alioquin quomodo illum iustum fuisse, & sine querela ambulasse coram Domino intelligimus, quod Euangelista in vtriusque parentis laudes descripsit, nisi & vtrique parenti Spiritum sanctum adfuisse fateamur? Et rectè priùs repletus Spiritu sancto, quàm vaticinatus esse dicitur, eò quòd prophetare opus Dei sit, iuxta illud Petri: (1. Pet. 1.) Non voluntate humana ablata est Prophetia, sed Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines.

Canticum Zachariæ, gratiarum actio quòd Christum miserit saluatorem, impleuerit promissiones patribus factas, & ipsos suæ misericordiæ etiam vita functos participes effecerit. De securitate, quam hîc electis & in futuro maximè repromittit, quo fine nos liberauerit à spiritualibus hostibus. De Ioannis officio, & fructu cùm illius prædicationis, tum Christi aduentus. F

Matth.	Marc.	LVC. 1.	Ioan.

Benedictus Dominus Deus Israël, quia visitauit & fecit redemptionem plebis suæ: Et erexit cornu salutis nobis, in domo Dauid pueri sui. Sicut locutus est per os sanctorum qui à seculo sunt Prophetarum eius, Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos. Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: & memorari testamenti sui sancti. Iusiurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis. Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi. In sanctitate & iustitia coram ipso, omnibus diebus nostris. Et tu puer Propheta Altissimi vocaberis: præibis enim ante faciem Domini parare vias eius. Ad dandam scientiam salutis plebis eius, in remissionem peccatorum eorum. Per viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitauit nos Oriens ex alto, Illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Puer autem crescebat, & confortabatur spiritu: & erat in desertis vsque in diem ostensionis suæ ad Israël. G

Introductio.

NEMO potest ignem in sinu continere, qui non tandem ardeat, vt scribit Sapiens: & nemo tamdiu zelum apud semetipsum ita coërcebit, vt non aliquando erumpat aut per verba, aut facta. Iam per nouem menses, à die nimirùm conceptionis Ioānis ad diē natalis, tacitus & occultus Zacharias meditabatur, quæ à Gabriele Archangelo audiisset: contulerat per id tēpus quanta Dei virtus, quāta pridem in aliis bonitas eluxisset. Et quidem tunc resipiscēs his acquiescebat quæ audierat, & quātū poterat, incitabatur spiritus eius ad gratiarum actiones. Verùm illas tamdiu in corde retinuit, quamdiu nec loqui, nec audire datum est. Nunc vbi tot sē beneficiis cumulatum videt, cùm iam os apertum & linguam solutam experitur, quomodo non statim in Dei gratitudinem prorumpat? Ergo & illud primum suæ linguæ officium deputat, vt Deum fateatur, illum prædicet, & interim ea prænunciet, quæ à Spiritu sancto edoctus est. Ita scilicet Esaias Propheta statim atque purgatus est, mittitur, & palàm Dei verbum annunciat, Esa. 6. Ita Hieremias, licet primùm hæreat, Dei gratia confirmatus mittitur ad Gentes & regna, Hier. 1. H

Summa.

Porrò hoc Canticum diuiditur in duas partes. In prima agitur de beneficio incarnationis, passionis, generisque humani, & potissimùm Israelitici saluatione: In altera, de beneficio præcursori specialiter collato. Quod manifestè verbis ipsius approbatur, inquit Origenes, ho. 10. in Luc. In quibus quasi de præsentia saluatoris, ac si in mundo versaretur, loquitur: ac deinde de Ioanne prænunciat, quo tandem officio perfuncturus sit. Omnia autem ad gratiarum actionem, & Dei laudem reducit, à qua etiam auspicatur, dicens: *Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitauit & fecit redemptionē plebis suæ.* Vatabl. Benedict⁹, εὐλογητὸς, subauditur ἔστω. perinde ac si dicat, ἐπαινέσθω, vel δοξασθήτω, id est, laudetur ac prædicetur. Vel εὐλογητὸς declarat omni laude & gloria dignum, vt incipiat Zacharias ab epiphonemate. Nota est phrasis Hebraica, *Baruch Adonai*, qua fideles vsi sunt, quoties summum aliquod beneficium acceperunt à Deo: quam toties pueri in fornacē coniecti repetere videntur, cùm omnes creaturas ad Dei laudem inuitant. Dionys. Carthus. in Luc. art. 5. Quamuis autem in Cantico isto per Dominū Deum Israel intelligi possit Deus absolutè, seu Trinitas tota superbenedicta, & quælibet diuina persona: appropriatiùs tamen de filio totum exponitur. Itaque *benedictus* est, atque ab omnibus iugiter prædicatur (*Dominus*) vniuersorum, ratione possessionis, gubernationis, ac præsidentiæ omnium. De quo in Gen. (cap. 14.) Abraham ait, Leuo manum meam ad Dominum Deum possessorem cœli & terræ. de quo etiam scriptum est in libro Iob: (cap. 34.) Quem constituit alium super terram, aut posuit super orbem quem fabricatus est? Præterea nomen & ratio Dñi soli omnipotēti Deo plenè, summè, purè, ac propriè cōpetit: quippè qui solus vniuersale, primordiale, independēs, ac nulli subiectū habet dominiū. Omniū verò sequentiū Angelorū, hominúm- I K

Origen.

Vatablus.

Dionys. Carthus.

Dominus simpliciter vnus.

A minúmque dominia sunt particularia, secũdaria, indigẽtia, ac seruituti permixta, quia Deo suppositа. Hinc apud Hieremiam, (cap. 32.) Esa. quoque (c. 47.) & Amos 4. ait scriptura: Dominus exercituum nomen eius. Et in Ps. 67. Dominus nomen illi. Qui iterum ait per Esaiam: (c. 48.) Ego Dominus, hoc est nomen meum. Gloriam meam alteri non dabo. *Deus Israël*, qui omniũ Deus generaliter fuit, iure creationis, specialiter autem Deus tunc dicebatur Israëlitici populi, de Iacob, qui alio nomine dictus est Israël, nati: quoniam præcipua, ac specialia beneficia populo illi donauit, quemadmodum scriptum est: Qui annunciat verbum suum Iacob, iustitias & iudicia sua Israël: & quia à populo Israël specialiter colebatur, cæteris ad idololatriam lapsis. Vnde in Deuteronomio Moyses huic populo ait: Te elegit Dominus, vt sis ei populus peculiaris de cunctis populis, qui sunt super terram, quia dilexit vos Dominus. Cæterùm ita Deus Israëlis à nobis agnoscitur, vt qui non tam Israëlem secundum carnem, quàm illum qui secun-

Cur Deus Israël potiùs quàm cæterorum.

B dum spiritum est, suum esse & peculiariter electum velit. Ita non est Deus mortuorum, sed viuentium: nec infidelium Deus, sed fidelium. Sic, Vocabo, inquit, non plebem meam, plebem meam: & non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam. Et hoc pacto nulla erit nisi per spiritum habenda circuncisionis & præputij, id est Iudæorum & Gentium acceptio: sed in omni Gente qui facit iustitiam, Deo acceptus erit. Act. 10. Alioquin non noui vos, inquit his qui & lampades, & ipsum veritatis oleum accipere contempserint. Matth. 25. Portò de Christo Deo hoc intelligendum, & omnia ad gratiæ tempus transferenda esse, satis ostendunt sequentia. Ita Deus Israelis intelligitur, vt qui nobiscum fœdus suum pepigerit. Nec enim tam Deus Adæ aut Abelis nuncupatur, quàm noster: si nouum illud Testamentum, quod reliquit, perspiciamus. *Quia visitauit & fecit redemptionem plebis suæ.* Vatablus, ὅτι ἐπεσκέψατο. Hebr. *Pacad*, visitauit, id est, quòd se memorem esse declarauerit populi sui: adeò quidem vt ipse è cœlo

Christus idem Dominus & Deus.

Vatablus.

C descenderit, vt præsens eos inuiseret, & infinito pretio redimeret. Ita enim loquitur Dominus, Exod. 3. cap. Vidi afflictionem populi mei in Ægypto, & clamorem eius audiui, propter duritiam eorum qui præsunt operibus: & sciens dolorem eius, descendi vt liberem eum de manibus Ægyptiorum, & educam de terra illa in terram bonam & spaciosam, in terram quæ fluit lacte & melle. Quem locum videtur respexisse Zacharias, simul tamen designans Deum reipsa præstitisse, quod olim adumbrarat: id est è cœlis verè descendisse, vt verum Israelem à captiuitate diaboli, peccati & mortis, sanguine suo redemptum, sibi acquireret. In his autem verbis, inquit Beda, hom. in natalem Ioannis, notandum est, beatum Zachariam, quod inchoatum & proximè futurum in spiritu præuiderat, Prophetico more, quasi iam factum sit, narrare. *Visitauit* enim nos in carne apparens Dominus, quasi longiùs à se recedẽtes, quos in peccatis positos quærere, & iustificare curauit. Visitauit quasi medicus ægrotos, vt inueteratum superbiæ

Beda.

Visitare quid.

D nostræ languorem sanaret, nouum nobis suæ humilitatis exemplum adhibens. Etsi enim Deus visitare dicatur cùm perdit, & multat: hîc tamen pro summo beneficio sumitur. Visitat aliquando vt iudex, aliquando vt pater benè affectus in filios. De iudice dicitur, Hierem. 51. Ecce dies veniunt, & visitabo sculptilia Babel, id est destruam. Psal. 89. Si statuta mea prophanauerint, visitabo in virga iniquitates eorum. Esa. 27. Visitabit Dominus in gladio suo magno & forti super Leuiathan. Exod. 34. Visitans, id est puniens iniquitatem patrum super filios. Hîc verò visitatio sumitur pro Christi incarnatione, qua in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Sic enim homo visitare aliquem dicitur, quoties illum conuenit, aut ei consilium, aut consolationem suggesturus, aut se suáque illi communicaturus. 1. Reg. 17. Fratres tuos visitabis in pace. Esa. 26. In angustia visitauerunt te. Ita visitari rogabat Dauid, Psalm. 105. Memento nostri Domine, in beneplacito populi tui, visita nos in salutari tuo. Hoc autem factum

E est, quando carnem sumpsit ex virgine. Psalm. 64. Visitasti terram, & inebriasti eam, multiplicasti locupletare eam. Visitauit pastor gregem suum, Ezech. 24. Visitabo oues meas, sicut visitat pastor gregem suum. Prouerb. 27. Diligenter agnosce vultum pecoris tui. Quid enim non debeant spirituales pastores gregi Christi? Ego sum pastor bonus, inquit Christus. Et quæ non illos manet condemnatio, qui etsi reditus colligant, ne semel quidem gregem visitarunt? Visitauit nos Christus, vt agricola vineam suam. Psalm. 79. Respice de cœlo, & vide, & visita vineam istam, & perfice eam quam plantauit dextera tua. Quis enim sibi vineam elocari contendit, nisi & ipsam purgare, & colere nitatur? Quis Ecclesiæ præfici, nisi & quæ sunt præfectorum, obire voluerit? Prouerb. 24. Per agrum pigri hominis transiui, & per vineam viri stulti, & ecce totum repleuerãt vrticæ, & oppleuerãt superficiem eius spinæ. Vnde scilicet non & morum & doctrinæ corruptiones, nisi ab incuria pastorũ? Et hoc suo facto docuit nos, quantum infirmis & in necessitate positis debeamus. *Visitauit* ægrotos, peccatores, impios, captiuos,

Exẽplo Dei inducimur ad visitationem infirmorum. Tertull.

reprobos,& moribundos,si omnia ad spiritum referas,id est,ad animæ conditionẽ,quæ qualis F
cuiusque erat,antequàm Christus aduenisset,& suã nobis gratiam communicasset?Ideò nemo
à visitandis infirmis,& captiuis excusatur.Matth.25.Infirmus fui,& visitastis me.In carcere po-
situs,& venistis ad me.Quod enim vni ex minimis meis feciſtis,mihi feciſtis.Ita Christo repẽ-
dimus,quod ille nobis contulit.Itaque,vt Tertull.lib.ad vxorem,monebat:Si quis ex fratribus
infirmatur,visitandus est.Ne dixeris,Pauper est,miser est:& eò sanè magis opus est,vt tu illum
visites.Eapropter enim Christus visitauit plebem suam,quia summa in necessitate posita erat.
Et hîc tu mihi conspice Dei bonitatem,& Christi humilitatem. Quid enim nos meditare-
mur, si rex infirmum homuncionem sibi subditum, ipso etiam regio fastu depositò visitaret?
Atqui Christus tantò regibus est excellentior, quantò Deus omnes superat creaturas. Et ta-
men ille nos omni peccatorum colluuie,& labe scatentes visitauit,cum peccatoribus & publi-
canis comedit,& se ad hoc venisse asseruit,vt peccatores saluos faceret.Non enim,inquit,egẽt, G
qui sani sunt,medico:sed malè habentes.Et ideò Psaltes exclamat,Ps.8.Quid est homo quòd
memor es eius, aut filius hominis quia visitas eum? Et apud Iob: Visitas eum diluculo,&
subitò probas illum. Etsi enim etiam minatur aliquid electis,cùm illos visitat, ita tamen vt il-
los probet, & sibi vendicet. Amplificat autem fructum Christi aduentus & incarnationis,

Vatablus.

quia *fecit redemptionem plebis suæ.* ἐποίησε λύτρωσιν. Vatablus. Hoc obseruandum est, quum
multæ sint liberationis species,eam demum significari λυτρώσεως nomine,quæ nec vi(vt olim

Redemptio fit iusto pretio.

contigit, cùm Dominus eriperet populum Pharaoni)nec cum bona hostium gratia (vt cùm
populus Babylone reuerteretur)sed iusto soluto pretio impetratur.Ideò toties repetit Apostо-
lus nos sanguine Christi redemptos, ingenti scilicet illo pretio, quod olim adumbrabatur vi-
ctimarum cruore,vt de salute nostra dubitare sit nefas. Ita hæc impleuit, quæ olim præcine-
bantur.Psal.110.Redemptionem misit Dominus populo suo.Psal.129. Quia apud Dominum H
misericordia,& copiosa apud eum redemptio. Esa. 52. Gratis vænundati estis, & sine argento
redimemini.Non quòd gratis redempti simus,nisi ex parte nostri. Sed si Christum ipsum spe-
ctes,& Deum,quid gratis dicendum est,quod tantum habet pretium? Qui enim proprio filio
suo non pepercit,sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non cum illo omnia nobis
donauit? Vnde 1.Pet.1. Non corruptibilibus auro vel argẽto redempti estis de vana vestra con-
uersatione paternæ traditionis, sed precioso sanguine quasi agni immaculati Christi Iesu. Ita

Gregor. Nyssen.

non aliquem tyrannicum,sed iustum nostræ reuocationis modum instituit, inquit Gregorius
Nyssenus,Orat.catech.cap.23.Is autem est dare quodcunque pretium redemptionis, pro eo
quem possidet. At verò quid,aut quonam pretio diabolus cõmutaret eum quem possidebat,
nisi quòd esset longè maximum, maiora accipiẽdo pro minoribus,vt magis aleret suam super-
biæ affectionem? Atque in his quæ prioribus seculis aut narrata,aut literis mandata fuerant,in- I
telligebat nihil fuisse tale,quale videbat in Christo,qui tũc apparebat.Et quid quæso est,quod
nos captiuis redimendis non impendamus,cùm seipsum Christus dederit in pretium redem-
ptionis nostræ?Nec ipsis sacris vasis parcitur,nec Ecclesiarum reditibus, vbi de redimendis fi-
delibus agitur. Quinetiam Paulinus Nolanus seipsum pro captiuo viduæ filio apud Barbaros

Gregor. Papa. Vatablus.

in Africa commutauit,vt scribit Gregorius Papa,in Dialogis.*Et erexit cornu salutis nobis, in do-*
mo Dauid pueri sui. ἤγειρε κέρας σωτηρίας. Totum hoc dicendi genus translatũ est, inquit Vatabl.
quo significatur,quum planè collapsæ viderentur vires Israëlitis,ac in primis actum esse videre-
tur de magnificis illis promissis Dauidi factis super regno ipsius æterno, Dominum excitasse
Christũ illum suum,sicut scriptum est Amos.9.qui inuicto suo robore,tanquam cornu quodã

Cornu robur significat.

prostratis aduersariis,Israëlis æternum illud regnũ assereret.Est autẽ Hebræis familiare *Keren,*
id est cornu,pro vi & robore vsurpare,translatione sumpta ab animalibus cornupetis.Ideò Se- K
dechias Pseudopropheta aptauit sibi cornua ferrea coram Achab,dicẽs,His cornibus ventila-
bis Syriã.Sic 2.Reg.22.Dauid in Cãtico:Deus fortis meus sperabo in eũ, & cornu salutis meæ.
Et 1.Reg.2.Anna cecinit:Dominũ formidabunt aduersarij eius,& super ipsos in cœlis tonabit.
Dominus iudicabit fines terræ,& dabit imperiũ regi suo,& sublimabit cornu Christi sui.Porrò
videtur hoc vaticinium sumptũ esse ex Ezechiel.29. In illa die pullulabit cornu domui Israël.
Ps.132.Illuc producam cornu Dauid,paraui lucernam Christo meo.Inimicos eius induã con-

Hierony.

fusione,super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea.Hierony.l.2.Cõment.in Esa.c.5.regnũ
hîc & potentiã per cornu significari scribit,cui etiam phrases alias similes adducit,vt quod Esa.
5.legitur,Facta est vinea dilecto, in cornu filio olei. Et Psalm. 43. In te inimicos nostros ven-
tilabimus cornu.Et in Zacharia (cap.1.)quatuor cornua quatuor potentissima regna demon-

Origenes.

strant. Origen. hom. 10. in Luc. Et verè, inquit, quia fuit cornu salutis in domo Dauid, ista

Pro-

A Prophetia occinitur, Vinea facta est in cornu. In quo cornu? In Christo Iesu, in illo in quo nūc scribitur, Erexit cornu salutis nobis. Ita per cornu salutis potentiam salutarem Christi intelligit. Sed & ideò dicitur, inquit Theophilactus, quia ex cornu reges inungebantur. Itaque cornu salutis Christus excitatus est. Videbatur enim dormire, contemnens multorum peccata, longanimitatem in simulacrorum insano cultu præ se ferens: sed in nouissimis temporibus incarnatus excitatus est, & contriuit omnes qui oderūt nos dæmones. Sed & hoc ad Christi passionem referri poterit. Tunc enim erectum est cornu salutis, cùm Christus in cruce eleuatus est. Nam & ibi fortitudo eius, vt ait Habacuk, cornua in manibus eius, ante faciē eius ibit mors. Quinetiam ibi rex agnitus est, scripto Pilati, quod tale erat: Iesus Nazarenus rex Iudæorum. Etsi verò aut illum Pilatus & Herodes contempserint, aut alij illuserint, alij verò in eum blasphemarint: ibi tamen ipsa eum natura Dominum & regem agnouit. Nam terra concussa est, monumenta aperta sunt, lapides collisi sunt, & multi eorum qui dormierant, surrexerunt: sol autem

B & luna obscurati sunt, & tenebræ factæ sunt super vniuersam terram. Ex quo factum est, vt maiestatem eius, seu cornu erectum assererent nonnulli, qui tristes reuertebantur percutientes pectora sua, & dicentes: Verè filius Dei erat iste. Tunc exaltata est eius potentia, cùm confregit potentias, arcum, scutum, gladium, & bellum: &, vt scribit Apostolus, principatus & potestates tenebrarum harum traduxit confidenter, palàm triumphans, & delens quod aduersum nos erat chirographum decreti, affigens illud cruci. Ergo vbi per contumeliam ab hominibus exaltatus est Christus, ibi *erexit Deus cornu salutis nobis*. Nimirùm in typo serpens exaltatus est à Moyse, (Num. 20.) in salutem eorum qui à serpentibus sauciati erant. Hîc grande miraculum, inquit Macharius Ægyptius, homil. 11. de virtute Spiritus sancti. Quomodo serpens mor-

C tuus viuos occidebat? Certè typus erat corporis Domini. Hoc enim exaltatum in cruce & mortuum, vicit & interfecit serpentem, qui reptabat in corde. Noua erat hæc, & recèns instituta serpentis similitudo. Ita etiam Dominus nouum opus ex Maria condidit, quod ipse induit, non autem ipse attulit corpus è cœlo, nec corpus nouum immune à peccato apparuit in mundo vsque ad Christum. Ecquis autem est, qui si in Christi mortem mētis oculos eleuet, & sibi eum qui pro nobis crucifixus est, proponat, non sentiat cornu salutis, seu vim Christi salutarem? Ita erit vita tua pendens ante te, inquit Moyses, Deut. 28. vt obseruat Cyprianus, l. 2. adu-

D ersus Iudæos. Qui & in sequenti capite ostendit in passione crucis & signo, virtutem omnem & potestatem sitam esse. Tertullianus etiam per cornua Christi crucē intelligit, in qua triumpharit. sic enim habet, lib. aduersus Iudæos. Ioseph & ipse Christum figurauit, vel hoc solo, ne cursum demorer ipse, quòd persecutionem à fratribus passus est, & vænundatus est in Ægyptum ob Dei gratiam, sicut & Christus ab Israël à fratribus vænundatus, cùm à Iuda traditur. Nam & benedicitur à patre in hæc verba Ioseph, Gen. 49. Tauri decor, cornua vnicornis cornua eius, in eis nationes ventilabit pariter ad summum vsque terræ. Non vtique Rhinoceros destinabatur vnicornis, vel Minotaurus bicornis, sed Christus significabatur. Taurus ob vtramque dispositionem, aliis ferus vt iudex, aliis mansuetus vt saluator, cuius cornua essent æstimata. Nā in antenna nauis, quæ crucis pars est, hoc extremitates huius vocantur: Vnicornis autem, media stipite palus. Hac deniq; virtute crucis, & hoc modo cornutus, vniuersas Gentes & nunc

E ventilat per fidem, auferens à terra in cœlum: & tunc ventilabit per iudicium, descendens de cœlo in terram. Sunt qui per cornu publicam denunciationem magnæ rei significari dicant, quia per cornua solent magnalia significari. Hoc igitur referunt ad id, quod iam ore Angelico reuelatum Zachariæ fuerat, statim se incarnandum, venturum & saluaturum genus humanū, quod vtique è domo Dauid profecturum intelligebat. Quidam istam erectionem referunt ad Christi resurrectionem, vel ascensionem, quia tunc Christus cornu salutis, id est potestatem ac gloriam beatitudinis erexit, seu publicè demonstrauit, resurgendo ad vitam immortalem, patres quoque educēdo de lymbo, & regna ascendēdo cœlestia. Hæc Dionys. Carthus. Cæterùm hoc cornu, hæc potestas, & vis nostræ salutis incōcussa erecta est *in domo Dauid pueri sui*. Quoniam ipse Christus ex eius progenie natus, sicut & ei pridem promissus est. Psal. 131. De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Hoc in tribu & familia Dauid, iuxta illud Apostoli ad Romanos, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Dauid autem *puerum* vocat vt dilectum, & Dei cultorem. Est enim ætas puerilis & dilectior, & obsequiosior. Potest & domus Dauid pro Ecclesia sumi: nam & huius typū expressit domus illa, quam in monte Syon habuit. Et Luc. 1. Angelus ita domum Iacob intellexit, dicens: Et regnabit in domo Iacob in æternū, & regni eius non erit finis. Cōcidisse videbatur domus Dauid, nūc verò illa excitatur per Christū, & summo honori ducitur: cùm audimus aliquādo tandē ipsum ex ea oriundū esse, qui non

Christus cornu. Theoph.

Ad christi passionē cornu refertur.

Macharius Ægyptius. *Christus in salutē eleuatus & velut in cornu.*

Cyprian.

Tertull.

Dionys. Carthus.

Dauid quo modo puer.

Collatio regnorũ cæterorũ cum regno Christi.

tantùm toti huic orbi dominetur, sed & omnia subiiciat pedibus suis. Psal. 8. Cuius cornu, id est, regnum sit cæteris erectius & altius. Psalm. 112. Cornu eius exaltabitur in gloria. Psalm. 75. Et omnia cornua peccatorum confringam, & exaltabuntur cornua iusti. Alia regna videbuntur ingentia, ampla, & facultatibus & populorum multitudine exuberantia: sed his tantùm, qui nihil nisi quæ in procinctu sunt, perspexerunt. At verò si quando montis aciem in summa illa bona quæ Christus assecutus est, defixerit, agnoscet quantum ista distent ab illis. Quæ sursum sunt quærite, inquit Apostolus, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Tunc cum rege Dauide exclamabis: Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine! Et rursus: Quàm dilecta tabernacula tua! Et alibi: Melior est dies vna in atriis tuis super millia. Tunc intelliges quàm longè terrena superentur à cœlestibus. Tunc adinstar pastoris, qui villæ suæ Romanam vrbem primùm æquabat, sed antequàm quid Roma esset, oculis perspexisset, dicere poteris.

Virgilius.

Sic canibus catulos similes, sic matribus hœdos:
Noram, sic paruis componere magna solebam.
Verùm hæc tantum alias inter caput extulit vrbes,
Quantum lenta solent inter viburna cupressi.

Cornu Christi cæteris altius.

At tantum cornu Christi cæteris altius est. Nam potestas eius, potestas æterna, & regnum eius non corrumpetur. Daniel. 7. Immò illud omnia prophanorum hominum regna, Persarũ, Tartarorum, Medorum, Turcarum, & quorumuis infidelium conteret & comminuet: Quia exaltabitur solus Dominus in die illa, vt vaticinatur Esaias c. 2. Et incarnabitur sublimitas hominũ, & humiliabitur altitudo virorum. Et introibunt in speluncas petrarum, & in voragines terræ, à facie formidinis Domini, & à gloria maiestatis eius, cùm surrexerit percutere terram. Hoc *cornu*, hanc potestatem, hoc Christi regnum & imperium *erexit* Deus. Non enim comparatum est auro, argento, fauore, violentia humana, non etiam successione aliqua carnali: quæ omnia in regibus terrenis magnam vim habere videntur: sed hunc Deus exaltauit, Phil. 2. & dedit illi nomen quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus noster Iesus Christus in gloria est Dei patris. Vnde & Micheæ 4. Dominus Israëli spem iniiciebat, dicens: Surge & tritura filia Syon, quia cornu tuum ponam ferreum, & vngulas tuas ponam æneas, & comminues populos multos, & interficies Domino rapinas eorum. Hoc imperium solum summum & æternũ

Hieron.

est. Hieron. lib. 3. Commẽt. in Esa. cap. 9. in id Prophetæ, Multiplicabitur eius imperiũ, & pacis non erit finis, super solium Dauid, & super regnum eius, vt confirmet illud, & corroboret, in iudicio & in iustitia, amodò & vsque in sempiternum. Nec, inquit, dubitare poterit de multiplici saluatoris imperio & pace eius, quæ non habeat finem: qui in Psalmis legerit, Postula à me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Et rursus Ps. 51. Et multitudo pacis donec auferatur luna, id est vsque ad consummationem seculi. Principatus autem illius & imperium erit super solium & regnum Dauid, quod post Babylonicam captiuitatem fuerat dissipatum: vt confirmet illud, & roboret, & doceat esse perpetuũ, ne cassa Dei promissio videretur, ab incarnationis tempore vsque in sempiternum. Promissionem autẽ notat,

Quæ ex hoc loco colligantur. 1. authoritas veteris Testamẽti.

cùm adiicit, *Sicut loquutus est per os sanctorũ, qui à seculo sunt Prophetarum eius.* ἐλάλησε, loquutus, id est pollicitus est. Verbum enim meum stabit, inquit, & omnis voluntas mea fiet. Hic locus valet ad asserendam sacræ scripturæ, maximè verò veteris Testamenti authoritatem: ne fortè sit, qui cum Marcione & Manichæis, vetus Testamentum reiiciat, aut ab alio Deo conditum esse blasphemet. Olim erant promissiones, olim in figuris omnia contingebant illis. (1. Cor. 10.) Hæc autem in nouo Testamento omnia completa sunt, Luc. 4. Ioan. 20. Vnde & finis legis Christus ad iustitiam omni credenti. Rom. 10. Quòd ergo Deus misit filium suum factũ ex muliere, factum sub lege, non improuisè fecit, sed sicut promiserat, verè impleuit. Erat enim

2. A seculo præordinata salus in Christo.

Deus *ab initio* mundum sibi in Christo reconcilians, quia hunc sibi recõciliationis modum instituerat, non dicam ab initio creaturæ, sed & ab æterno. Quidni dixerim? Cùm dicat Apostolus Ephes. 1. nos prælectos esse ante mundi cõstitutionem, vt essemus sancti & immaculati. Et quomodo nisi in Christo prælecti sumus? Tandem verò hanc suam voluntatẽ Deus omnibus ferè temporibus ab homine cõdito, manifestã fecit, verbis, signis, figuris seu factis. In nulla enim

Augustin.

mundi ætate defuit Prophetia de Christo, vt Augustinus declarat. Nam & Adam de Christo verbis & rebus loquutus est, similiter cæteri Patriarchæ & vates. Propter quod Petrus in Actis testatur: Deus qui prænunciauit per os omnium Prophetarum pati Christum suum, impleuit. Sed & alibi ait: Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent. Tantum quippè mysterium decuit diu antè ac multipliciter prænunciari, vt eius dignitas agnoscatur, & factum credibilius

3. Omniũ finis Christus.

ostendatur,

A ostendatur,firmiúsque credatur.Vnde in hoc fides nostra certissimè confirmatur,quòd omnia quæ de Christo credimus & tenemus,taliter prophetata probamus.Sed & ipsi doctores Hebræorum fatentur, quòd omnes Prophetæ non sunt loquuti,nisi super dies Messyæ,id est pro tempore Christi : quia videlicet quicquid loquuti sunt,ad Christum finaliter retulerunt,& de ipso principaliter effati sunt. Cæterùm non ita intellige , Deum loquutum esse, quasi corporeus sit,& organis vsus sit corporeis. Deus enim spiritus est.sed per translationem hæc dicũtur, quia modo inuisibili Prophetas commonuit,& eis non minus reuelauit,quàm si ore ad os aliquis cum eis loquutus fuisset, & eadem illis nunciasset. Immò tantò excellentiùs eis loquutus est, quantò modus ille loquendi internus animam magis illustrabat.Nec enim prosunt verba in aurem admissa,nisi tandem in animum perueniant.Fiunt alioquin velut æs sonans,& cymbalum tinniens. Et quidem primus omnium & incomprehensibilis Dei loquendi modus est

4. *Quomodo Deus loquutus est.*

6.

B in filij generatione,vt noster Verratus obseruat:vt cùm scriptũ est Ps.2.Dominus dixit ad me, Filius meus es tu,ego hodie genui te.Secundus in rerũ omniũ productione, cùm dixit Gen.1. Fiat lux,& facta est lux.Manifestat autẽ suamvolũtatem modò internis inspirationibus,Ioan.3. modò per Angelos,modò per homines, Hebr.1.Ita multipariè multísque modis olim Deus loquutus est patribus in Prophetis,nouissimè autem diebus istis loquutus est nobis in filio.Ne sit ergo qui Deo obganniat,aut Ecclesiæ traditionem & doctrinam reiiciat. Reiiciunt autem nonnulli, cùm sanctorum authoritate & scriptis superantur: tunc enim, vt euadant, clamant eos homines fuisse : veritatis autem doctrinam inniti Deo & Spiritui sancto.At verò Deus & Spiritus eius per Prophetas loquutus est:ipsi os,ille verba suppeditauit.Matth.10.Non vos estis qui loquimini,sed spiritus Patris qui loquitur in vobis. Et hinc quidem certissimum & firmissimum habemus Propheticum sermonem,ait Petrus.Paulus verò, Superædificati,inquit,estis

Quomodo Pater in filio loquut⁹.

Verratus.

7. *Contra eos qui detrahũt verbis patrũ sanctorum.*

C super fundamẽtum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu. Ideóque *sanctos* illosvocat.Nam tametsi per os Balaam arioli vaticinatus sit de stella ex Iacob, & virga quę contritura esset duces Moab, id est de Christo ipso : Et de Saule aliquando dictũ sit, Num & Saul inter prophetas? Ita tamen *sanctos* nuncupat, quòd præter Balaamum alios pios & iustos selegerit,vt ab omnibus testimonium haberet.Habet ab Angelis,à dæmonibus, à rerum ordine, à Sibyllis,ab oraculis dæmonum,ab ariolis,& ab ipsis sanctis Prophetis. Nec cecidit de his omnibus quæ Prophetæ loquuti sunt,ne quidem verbum vnum super terram. Luc.24. & Ioan.20. In summam hanc omnia contrahit,quòd oportuerit impleri omnia quę prædicta fuerant in lege,Prophetis,& Psalmis de eo.Ita in omnibus verax est Deus,vt ne quid de promissionibus eius dubitemus,sed tantò magis in illum spem nostram coniiciamus.1.Par. 17.Dauid ait:Nunc Domine,sermo quem loquutus es famulo tuo,& super domum eius con-

Deus per sanctos loquutus est.

De⁹ verax.

D firmetur in perpetuum: & fac sicut loquutus es. Permaneatque & magnificetur nomen tuum vsque in sempiternum,& dicatur: Dominus exercituum domus Israël,& domus Dauid serui eius,permanens coram eo.Hoc optabãt sancti præcedentes Christi aduentũ.Eccli. 36. Suscita precationes quas loquuti sunt in nomine tuo Prophetæ priores. Da mercedem sustinentibus te,vt Prophetæ tui fideles inueniantur. Amos. 3. Quia non faciet Dominus Deus verbum, nisi reuelauerit secretũ suum seruis suis Prophetis.Et rectè in singulari legitur ἀφ' ἑνὸς στόματος, *per vnum os*, non in plurali,per ora. Etsi enim multi loquuti sunt, omnium tamen quasi vnum os erat, quia concorditer omnes de Christo loquuti sunt. Et hæc est mirabilis diuinæ veritatis harmonia,quòd vna & eadem sit,in ore omnium,quantumuis à se distantium. Pone tu Christianum qui in Scythia natus sit,audi alium qui in India, alium qui in Arabia,alium qui in Persida,aliũ qui in Græcia,Germania,Italia,aut alia regione Christi doctrinam acceperit: os erit vnum

Vnum os omniũ fidelium, vna fides.

E omnium , vnus Deus, vna fides. Hæc est consensio populorum,qua Augustinus in Epist.Manich.cap.4.se in Ecclesia contineri scribit.Nã licet in ceremoniis variare videantur, vna tamẽ omnium fides est,vnum omnium symbolum Apostolicum. Ab omnibus Missah susc ipitur, Christi corpus in Eucharistia adoratur, sacramenta agnoscuntur: & omnia nostræ doctrinæ capita retinentur.Nec enim hîc de hæreticis loquimur,qui iam exierunt à nobis,quia non erãt ex nobis. Ioan.6.Nam Caluiniani,Sacramentarij,Anabaptistæ,& cæteri Christum quidem aliquando prædicant,sed suis dogmatibus,& peculiaribus opinionibus impugnant,& reiiciũt. Vnum est os omnium fidelium,non tantùm qui nunc sunt, sed & qui tandem futuri sunt. Ita enim dicitur *loquutus esse Deus per os omnium Prophetarum qui à seculo sunt*.Hebraicè *Meolam*, Græcè ἀπὸ αἰῶνος, ita reuocat ad antiquissima tempora, è quibus quoscunque Prophetas nouissimis conferas, nihil illos in his quæ Christum spectant,variare cognosces. Quid autem per eos Deus pollicitus est? Adiicit. *Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt*

Augusti.

nos. Sic Petrus 1. Epist. 1. De hac salute exquisierunt & scrutati sunt Prophetæ, qui de futura in F
vobis gratia prophetauerunt. Hæc autem salus maximè consistit in liberatione ab inimicis.
Origen. Nec verò inimicos carnales, sed spirituales intellige, vt scribit Origenes, hom. 10. in Ioan. Sic
Iudæi pter enim errant Iudæi. Expectant enim terrenum sui Christi regnum, & quoscunque alterius re-
suos habẽt ligionis populos, quos pro inimicis habent, per eum conterendos & subijciendos esse: ita vt
reliquos ho terrena ista Hierusalem reædificetur, & in illius templo sedem teneat. Atqui vera salus est
mines pro interna & spiritualis, & peiores inimici domestici sunt, Mich. 7. & in animam agunt. Et quidẽ
hostibus. aduersus carnales hostes egerunt Moses in Pharaone, Iosuë in quinque reges, & principes nationũ, Gedeon in Moabitas & Ammonitas, Othoniel, Ehud, Sangar, in alios sui temporis populos, sed & mulieres Delbora, Iudith, Iahel, Hester, eodem fortitudinis genere claruerunt. Verùm quis horum omnium Sathanæ principatum deijcere potuit? quis principatus & potestates tenebrarum harum profligere? Hoc fortiori Christo debebatur, & cuius cornu, seu im- G
perium cæteris esset erectius. Sic Ioan. 14. dicebat, Iam princeps huius mundi eijcietur foras. Hic est qui spondebat omnia regna mundi, dicens, Matth. 4. Cuique voluero do ea. Et hæc
Dæmones omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Et illi sanè verè *inimici nostri* sunt. Reconciliari pos-
sũt inimici. sunt homines inter se, immò frequenter è summis hostibus summi amici euaserunt. Sed &
Terentius. amantium iræ amoris redintegratio est, vt Comicus Terentius scribit. At verò quæ vnquam futura est Sathanæ nobiscum conuentio, nisi qualis lupi cum ouibus, vulpis cum gallis, felis cum muribus, vt nos rapiat & deuoret? Ita enim insidiatur in abscondito, quasi leo in spelunca sua. Insidiatur vt rapiat pauperem, rapere pauperem dum attrahit eum. Hoc sibi præmium exigit ab iis quibuscum paciscitur, magis, veneficis, sortilegis, ariolis, incantatoribus: vt eos aliquando ad eandem æternam calamitatem pertrahat. Itáne igitur amicus erit Sathan, quantumuis blandiat, & polliceatur, cùm nos tandem deuorare nitatur? Ne putet quis illum mul- H
cere ieiuniis, execrationibus, sacrificiis, quasi propitium redditurus: nec enim gratis aderit, sed teipsum in commutationem sibi vendicare conatur. Nec sanè aliquis pro inimico habendus est, nisi quantũ à spiritualibus illis hostibus abundat magis. Si hæreticus, idololatra, Turca: damnamus in illis hæreses, mendacia, impostura, ea scilicet omnia quæ Sathan eis suggessit, & illis aduersamur: amplectimur autem creaturam Dei. Sed neque nisi ex spiritu & voluntate inimicitia emergit. Liberat etiam nos à carne & mundo, omnisque beatitudinis impedimento. In hoc enim apparuit filius Dei, vt dissoluat opera diaboli, inquit Ioannes. Et Paulus, Col. 1. Eri-
Euthym. puit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ, in quo habemus
Hostes visi- redemptionem & remissionem peccatorum. Euthymius traducit ad hostes etiam visibiles, ni-
biles qui. mirùm qui inuisibilium spiritu afflati, nostram pernicie moliãtur. Et summa sanè hæc nobis securitas reposita est, quòd ille spirituales hostes prostrauerit: quid ergo corporales faciãt? Quid I
Turca, quid hæreticus exequatur? Quis vobis noceat, si boni æmulatores fueritis? Verũ vincit Turca, vincit aliquando hæreticus. Non vincit Christum, sed peccatores qui Christum negãt operibus. Num etiam illos sibi dæmones subijciunt, quoties eius suggestionibus magis quàm Deo præcipiẽti acquiescunt? Hìc se homines accusent, non Deum. Prævaluit Pharao Israëli, prævaluerunt aliquando tyranni. Ergo nec eos Dominus eripere poterat? Poterat quidem. Et potest Christus Turcam & alios prosternere. Sed audi Prophetam. Nõ est abbreuiata manus Domini, vt saluare nequeat, neque aggrauata auris eius, vt non exaudiat: sed iniquitates nostræ diuiserunt inter nos & Deum. Alioquin Deus super sanctos suos, in æternum conseruabuntur. Porrò quod ait, *De manu omnium qui oderunt nos*, quidam exponunt de Gẽtilibus, quos Christus conuertit, quos Iudæis ita reconciliauit, vt fieret vnũ ouile & vnus pastor: etsi priùs
Quomodo magno odio se inuicem auersarentur. Potest quoque de cunctis peruersis hominibus accipi, K
Deus liberet à quibus liberantur electi: non quòd ab illis in hac vita tribulentur, & trucidentur: sed
de manu o- quòd per timorem inordinatum eis non subijciuntur, nec ad vitia inducuntur, & per tem-
dientium. poralem, quam ab illis patiuntur persequutionem, ad gloriam perducuntur æternam, sicque
Augusſt. æternaliter liberantur ab omni infestatione illorum, quemadmodum pleniùs Augustinus declarat, super illud Psalmi 65. A timore inimici eripe animam meam. Hoc est quod apud Michæam (cap. 5.) promissum est primitiuæ Ecclesiæ. Exaltabitur manus tua super hostes tuos, & omnes inimici tui interibunt. Et ibidem de Christo prædictum est, Et erit pax cùm venerit, & calcauerit in domibus nostris. Es. 19. Clamabunt ad Dominum à facie tribulantis, & mittet eis saluatorem & propugnatorem, qui liberet eos. Ille enim est, qui, vt legitur Iob. 5. dissipat cogitationes malignorum, ne possint implere manus eorum quod cœperant. Et de tanto beneficio laudãdus est Dominus Deus. 2. Mach. 1. De magnis periculis à Deo liberati, magnificè

gratias

A gratias agimus ipsi. Et Ps.17. Eripuit me de inimicis meis fortissimis,& ab his qui oderunt me. Et Ps.114. Eripuit animam meam de morte,oculos meos à lachrymis,pedes meos à lapsu. Idē etiam Dauidi promiserat,vt ipse cecinit Ps.88. Inueni Dauid seruum meum,oleo sancto meo vnxi eum:manus enim mea auxiliabitur ei,& brachium meum confortabit eum. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non apponet nocere ei. Et concidam à facie eius inimicos eius,& odientes eum in fugam conuertam. Hæc autem in typo Dauidi obuenerunt, quæ impleta sunt, & quotidie in Christo & Ecclesia implentur. Impetitur enim illa à variis hostibus: non solùm à principatibus & potestatibus tenebrarum harum, sed & ab hæreticis, idololatris, Turcis, Barbaris, schismaticis: sed eripit illā Christus. Et hoc est,quod Esaias per insulas Ecclesias intelligit, Cyrillo Alexandrino interprete. Quemadmodum enim insulæ iuxta mare iactantur quidem semper fluctuum motibus,ait ille,lib.3. in Es.cap.45. & tamen manent B inconcussæ,& naues quandoque periclitantes recipiunt,& sinum illis vacuū porrigentes, seruant à fluctibus: sic Ecclesiæ Christi iacent quidem tanquam in mediis vitæ turbis,& solitudine,& innumeris agitantur tentationibus,verùm in Christo domicilium habent immotum: & eos,qui mundanarum rerum inutilem,inanémque turbationem ac tumultuationem fugiunt, ac velut tempestatibus acti sunt à Sathana & peccato,in domum admittunt. Deus enim Ecclesiam ædificat,& eam sartam tectam conseruat ne nutet,Christo protegente & concedēte vt inconcussa sit,& immota, inquit idem Cyrillus,lib.5. in Es.cap.54. Ex quo fit,vt Esaias differens de Ecclesia, illam à Deo parari,fundamenta illius poni,propugnacula erigi, munitiones & omnia electa dari scribat,his verbis: Ecce ego præparo tibi carbunculum lapidem tuum, & fundamenta tua sapphirum, & propugnacula tua iaspin, & portas tuas lapides crystalli, & munitionem tuam lapides electos,& omnes filios tuos doctos à Deo, & pax multa filiis tuis. C Ita Christus sufficienter nos muniuit,reliquum est vt efficaciter. Efficiet autem,si nullum nos iniecerimus obstaculum,&,vt diximus,diuinam illius gratiā minimè illudamus. Sic ergo erexit nobis salutem, *ad faciendam misericordiam cum patribus nostris.* id est, ad hoc, vt Patriarchis, & iustis olim defunctis consummatam misericordiam, vtpotè plenam fœlicitatem impenderet,educendo eos de lymbo,& constituendo in regno cœlesti: quemadmodum apud Zachariam Christo dicitur: (Zach.9.) Tu quoque in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos de lacu in quo non erat aqua. Irenæus,lib.5. in hære. ad finem. Et quidem,inquit, tribus diebus, post mortem,conuersatus est Christus,vbi erant mortui,quemadmodum Prophetia de eo ait: Cōmemoratus est Dominu sanctorum mortuorum suorum, eorum qui antè dormierunt, in terram stipulationis,& descendit ad eos extrahere eos,& saluare eos. Et ipse Dominus: Quēadmodum, ait, Ionas in ventre ceti tres dies & tres noctes mansit, sic erit filius hominis in D corde terræ. Sed & Apostolus ait: Ascendit autem quid est,nisi quia & descendit in inferiora terræ? Hoc & Dauid in eum prophetans dixit: Et eripuisti animam meam ex inferno inferiori. Theophilactus,in Luc. *Fecit* igitur *misericordiam*,non solùm cum viuentibus, inquit: sed & cum patribus nostris (vtique mortuis.) Christi enim gratia etiam in illos,qui olim mortui sunt, pertingit. Dedit nobis viuentibus spem resurrectionis, & resurgemus: sed non soli nos hanc gratiam assecuti fuimus,sed & qui ante nos defuncti fuerant. Origenes etiam hanc sententiā de gratia interpretatur,quam mortui tandem per Christum acceperint. Sic enim scribit,hom. 10.in Luc. Ego puto quòd in aduentu Domini saluatoris,& Abraham,& Isaac,& Iacob fruiti sint misericordia Dei. Neque enim credibile est, vt qui priùs viderunt diem illius, & lætati sunt: postea in aduentu ipsius,& natiuitate ex virgine,nihil vtilitatis acceperint. Ecquid de Patriarchis loquor? Ad altiora scripturarum sequēs audacter ascendam,quoniam præsentia Domini, non solùm terrena,sed etiam cœlestia iuuerit. Vnde & Apostolus ait, (Ephes.2.) Pacem E faciēs per sanguinem crucis suæ, siue super terram,siue in cœlis. Quid quòd etiam Prudentius in hymno ad incensum cerei Paschalis,ita scribit:

Dauid typus iustorū

Cyrillus Alexandr. Ecclesia sēp liberatur ab hostib⁹.

Idem.

Christus eduxit Patres defūctos de lacu.

Irenęus.

Theoph. Misericordia in defūctos.

Origenes.

Prudent.

Sunt & spiritibus sæpè nocentibus
Pœnarum celebres sub Styge feriæ,
Illa nocte,sacer qua rediit Deus
Stagnis ad superos ex Acheronticis.
Marcent suppliciis tartara mitibus,
Exultátque sui carceris otio
Vmbrarum populus,liber ab ignibus:
Nec feruent solito flumina sulphure.

Pœnæ defūctorū releuātur die resurrectionis

Tantum potest Christi beneficium,vt & mortuis profuerit, & prosit. Eius igitur misericordiæ

& omnipotentiæ aduersantur hæretici, qui fideles animas nihil à Christo emolumenti accipere posse contendunt, siue pro illis orationes fiant, seu ipsum Christi corpus in eorum propiciationem offeratur. Nec obstat, quod obijciunt, defunctos esse extra statum meriti, id est iam mereri non posse aliquid sibi, recepturos autem illos, teste Apostolo, 1. Cor. 5. prout gesserint in corde, siue bonum, siue malum. Siquidem illud priusquàm morerentur, apud Deum impetratunt, vt post mortem Christi merito, & gratia, nostris etiam suffragiis iuuarentur. Nũ scilicet de nouo id sibi promeruerant antiqui patres statim ante Christi aduentũ, vt per Christum eriperentur? Sed hoc sibi promeruerant dum viuerent, cùm testamenti & fœderis diuini participes fuerint. Ex quo fit, vt adijciat Zacharias, *memorari testamenti sui sancti, quod iurauit ad Abraham.* Ita nimirùm Augustinus de his resoluit, qui etsi in Christo dormiant, luunt tamen pœnas pro negligentiis & venialibus peccatis quæ commiserunt. Nam in Enchiridio ad Laurentium, cap. 110. Neque negandum est defunctorum animas, pietate suorum viuentium releuari, inquit, cùm pro illis sacrificium mediatoris offertur, vel eleemosynæ in Ecclesia fiunt. Sed eis hæc prosunt, qui cũ viuerent, vt hæc sibi postea prodesse possent meruerunt. Est enim quidam viuendi modus, nec tam bonus, vt non requirat ista post mortem: nec tam malus, vt ei non prosint ista post mortem. Est verò talis in bono, vt ista non requirat: & est rursus talis in malo, vt nec his valeat, cùm hæc vita transierit, adiuuari. Quocirca hîc omne meritum cõparatur, quò possit post hãc vitã releuari quispiã, vel grauari. Non igitur ista, quæ pro defunctis cõmendandis frequentat Ecclesia, illi Apostolicæ sententiæ aduersantur, qua dictũ est: Omnes enim stabimus ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque, secundũ ea quæ per corpus gessit, siue bonũ, siue malũ: quia etiam hoc meritũ sibi quisque, cùm in corpore viueret, cõparauit, vt ei possent ista prodesse. Non enim omnibus prosunt. Et quare non omnibus prosunt, nisi propter differentiam vitæ, quam quisque gessit in corpore? Eadem etiã habet Augustinus ad Dulcitium, quæst. 2. Sed neque Christi aduentus omnibus defunctis profuit, non dæmonibus, non infidelibus, & Ethnicis, sed piis viris, qui in spe Messyæ dormierant. Ex eo igitur loco duo discimus. Primum est, vt non ita definiamus duo loca supereesse suscipiendis animabus, aut duos fines considerari, vitam scilicet & mortem, damnationem & fœlicitatem: vt non interim saluti, seu beatitudini illi æternæ substitui aliquem locum existimemus. Cedo scilicet, cùm Christi aduentus profuerit patribus defunctis, cùm illos eduxerit: quis illorum iam defunctorum status erat? Beatine censendi sunt, qui adhuc miseri Christũ expectabant? Quid enim sonat quòd illorum misertus sit, nisi quòd & illi adhuc erãt miseri? Et quomodo miseri? Quia Dei visione carebant. Nam & Tobias isto sensibili sole priuatus dicebat, Quod mihi gaudium esse potest qui cœli lumen non video? Illis verò quodnam verum gaudium aderat, qui nondum in clarã Dei visionem admissi erant? Hinc est quòd anima fidelis viri, in eo loco constituta, in quo patiatur, & exoluat ad nouissimum vsque quadrantem, Matth. 5. donec in regnum cœlorum admittatur: clamat per Michæam Prophetam, Vsquequò sperabo sic? Mich. 7. Hoc nimirùm ita Hieronymus interpretatur, suis in Michæam Comment. vt spem post mortem animabus relictam esse colligat, iis scilicet, quæ Deo crediderunt in hac vita, & ei adhæserunt. Itaque neque illæ adhuc beatæ sunt. Quod enim videt quis, quid sperat? inquit Apostolus. Beati autem Deũ vident, & ita spes illorum impleta est. Itaque patres illi ante Christi aduentum beati non erãt. Quis autem damnatos illos fuisse sentiat, id est, æternis ignibus & pœnis adiudicatos? Alioquin quid eis profuisset Christus? Reliquum est vt concludamus illos nec beatos fuisse, nec damnatos, sed in eo statu, in quo priuarentur Dei visione propter peccatum Adami, & suas ipsorũ in carne infirmitates: sperarent tamen se aliquando ex hoc exilio emersuros, per gratiam saluatoris. Ita non sic duo sunt status finales, beatitudinis scilicet, & damnationis, vt non aliquis locus post hanc mortem beatitudini substituatur. Alterum autem discimus ex hac sententia Zachariæ, illos scilicet, qui ita è viuis migrarunt, vt fidem & spem haberent, & à Dei pacto non recederent, sed eius misericordiæ inniterentur: per Christi meritum releuari, & aliquãdo tandẽ in gloriam admitti: Hanc autem gratiam, seu meritum illis applicari per memoriam mortis eius, & oblationem illam sui corporis incruentam. Hoc scilicet & ipse significabat, cùm peractis huius oblationis mysteriis, ad patrem pro defunctis illis patribus precatus est, vt sibi darentur, saluandi nimirùm, & ex captiuitate in libertatem æternam educendi. Ait enim, Ioan. 17. Sicut dedisti filio potestatem omnis carnis, vt omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam. Ego pro his rogo, non pro mundo, sed pro his quos dedisti mihi, quia tui sunt. Ita Deus Christum erexit in salutem, ad faciendam misericordiam cum patribus nostris, *Et memorari testamẽti sui sancti.* μνησθῆναι διαθήκης, vt recordaretur, id est reipsa declararet se memorẽ esse pacti

&

Quomodo mortui sint extra statũ meriti, & tamen iuuãtur.

Augustin.

Sacrificiũ mediatoris & defunctis

Omne meritũ hîc cõparatur, quod prosit in futuro.

Idem.

Quæ ex hoc loco colligũtur. 1.

Quòd præter locũ beatorum & damnatorũ sit & aliº.

Quibus defunctis spes relicta est.

Hieron.

2.

Defuncti fideles Christi misericordia iuuantur.

Quod testamẽtũ patribus factũ.

A & fœderis sui, q̃ sonat Hebraica dictio *Berith*. De hoc pacto vide Gen. 15. 17. Leuit. 27. Deut. 7. 2. Reg. 23. 2. Par. 13. Et quidem primùm iris in cœlo constituta est, in memoriam pacti quod cũ Noé iniit: tandẽ cum Abrahamo circuncisio instituta est, demũ lex data est in monte, & signis euidentibus ignis, tubarum & caliginis Dei maiestate cõprobata, in ipsa vitulorũ & vaccę oblatione, & sanguinis aspersione, Testamentũ vetus confirmatũ est. Idem verò consummatũ, & ad perfectionẽ perductũ est, Christo adueniẽte, & nos è peccati iugo, & legis seruitute redimente. De hoc Testamento lege Esa. 55. & Hier. 31. & 33. Itaque reipsa ostendit ne minimam quidem promissionem vanam fuisse. Perfecit enim Deus per filium suum omnia, seu quæ in defunctorum patrum gratiam, seu quæ in eorum salutem & redemptionem erãt, qui postmodùm essẽt crediturí. Cæterùm hoc Testamentum morte Messyæ confirmandum esse præuidebat Zacharias. Vt enim testamentum valeat, mors intercedat testatoris necesse est, inquit Paulus. Testamentum enim in mortuis confirmatur. Inde fit, vt olim sub lege, morte animalium testa- *Testamẽtũ per mortem Christi velut testatoris confirmatum.*
B mentum sanciretur, non quòd mors illa aliquid valeat ad expiationem peccati: sed, vt adumbraretur mors testatoris, qui tunc temporis, vt nondum incarnatus, ita necdum mori poterat. Sed vbi carnem mortalem assumpsit, idem testator sic mortuus est, vt consuetam, & velut tũc inutilem animalium mactationem abstulerit: & mortis suæ precio, & veritate, veram esse omnium bonorum suorum legationem, & iam de testamẽto eius minimè quærendum esse ostẽderit. Itaque non modò prædicit Zacharias Christum adueniſſe, vt nostri & patrum nostrorũ misereretur, sed passurum & moriturum esse, vt ratum & indubiũ esse suum testamentum demonstret. Habuit enim tantam vim mors illius, vt in ea, seu ipsius morientis merito, fundetur omnis virtus sacramentorum, remissio peccatorum, spes etiam pœnitentium, & libertas eorũ patrum, qui Christi misericordiam licet defuncti, ante eius aduentum expectabant. Adijcit
C dictionem *Sancti*: siquidem testamentum illius ad nostram tendit sanctificationem, quæ per meritum passionis eius impletur in nobis. Sic prælegit nos in operibus bonis, vt in illis ambulemus, & simus sancti, & immaculati coram eo. Explicat autem testamentum illud, cùm adijcit, *Iusiurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum daturum se nobis*. Testamentum vocat iusiurandum, quia iureiurando confirmatum est. Omnes autem per maiorem se iurant. Heb. 6. Deus verò cùm superiorem non haberet, per semetipsum iurauit, vt in Genes. cap. 22. legitur. Nam cùm Abraham filium suum prompto animo, & manu extenta mactaturus esset, vt Deo præcipienti morem gereret: Per memetipsum iuraui, dicit Dominus, quia fecisti hanc rem, & non pepercisti vnigenito tuo propter me, multiplicabo te, & benedicam tibi, & benedicentur in semine tuo omnes Gentes. Vbi per semen Abrahæ intelligitur Christus, secundum Apostolum, Gal. 3. sicque verbis illis promisit pater vnigenitum suum ex
D semine Abrahæ incarnãdum. Vel ipsemet vnicus Dei patris filius, verbis illis promisit se taliter incarnandum, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus, Rom. 8. Complectitur autem iusiurandum, cùm adijcit, *daturum se nobis, Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi*. Sunt qui ita priorem versum examinant, vt obseruẽt Christum dedisse semetipsum nobis, exhibendo se fratrem, saluatorem & aduocatum nostrũ. Quod & D. Thomas, in Hymno de sacramento Eucharistiæ, sic complectitur. Se nascens dedit socium, conuescens in edulium, se moriens in pretium, se regnans dat in præmium. Hinc & Abrahæ in Genes. ait. Ego protector tu⁹, & merces tua magna nimis. Denique, vt scribit Rikelius Carthusianus, illis Deus se dare dicitur, quibus charitatem, & gratiam suam infundit. Illi & habent, & possidẽt Deum, tanquam suæ dilectionis & occupationis obiectum: in quo plena liberalitas, summa dignatio, purissimáque Dei ad nos dilectio demonstratur: quoniam dãdo nobis dona sua, pariter præstat
E seipsum, videlicet ad habendum, ad possidendum, ad intuendum, ad diligendum, ad perfruendum, ad conseruandum, ad auxiliandum, ad defendendum, ad commanendum in sempiternum. Illa namque liberalissima est dilectio, qua quis alteri præstat seipsum. Ideò ait Psalmista: Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei. Et in libro Threnorum legitur, Pars mea Dominus, dixit anima mea, propterea expectabo eum. Sed præter hæc, ostenditur quòd summũ omnium bonorum, pax animæ & securitas per Christum collata sit. Iurauit enim τὸ δοῦναι ἡμῖν, dare nobis, id est, quòd daret ipse, seu filius cum Abrahamo contrahens, seu pater per filium, *Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi*. Dedit se Christus nobis, dedit carnem suam in cibum & redemptionem. Ioan. 6. Panis, inquit, quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita. Hic est filius hominis, qui dedit semetipsum in redemptionem pro multis. Vnde seu corpus suum, seu sanguinem in cœna porrigeret, adiecit, Quod pro vobis tradetur, & sanguis, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionẽ

Thomas. Dionys. Carthus. *Christus se totũ dedit.*

Finis & fructus adūentus Christi.

peccatorum. Quorsum hæc? *Vt sine timore liberemur, & seruiamus illi.* Hic finis & fructus est F
tanti & tam precioſi doni. Gen. 12. dixit ad Abraham, Benedicam benedicentibus tibi, & ma-
ledicam maledicentibus tibi. Et c. 22. Poſſidebit ſemen tuum portas inimicorum ſuorum. Hic
fructus nobis per Chriſtum multiplicatus eſt. Rom. 6. Nunc liberati à peccato, ſerui autē facti
Deo, habetis fructum in ſanctificatione, finem verò vitam æternam. Hæc ſententia pendet à
ſuperiore, ſed maiorem habet collati beneficij amplificationem. Potiſſimùm enim ſpirituales
inimicos attendit, licet & de omnibus carnalibus liberet Deus, ſaltem in futuro. Nam tametſi

Quomodo iuſti liberētur ab hoſtibus.

hic iuſtus torqueatur, affligatur, & nouerit per multas tribulationes oportere nos in regnū cœ-
lorum peruenire: quamuis nec Paulus à Sathana colaphiſatus, ſtatim exauditus ſit, ſed ei dictū
fuerit, Sufficit tibi gratia mea Paule, quia virtus in infirmitate perficitur: quamuis denique mi-
litia ſit vita hominis ſuper terram, & ferenda ſit crux poſt Chriſtum, & perſecutiones patienter
tolerandæ ſint: liberantur tamen iuſti ſaltem cùm ex hac vita migrauerint. Beati enim mortui G
qui in Dño moriuntur, amodò iam dicit ſpiritus, vt requieſcant à laboribus ſuis. Tūc quidē nō
eſurient, neque ſitiēt amplius, neque cadet ſuper illos ſol, neque æſtus, quoniā priora tranſierūt.
Itaque ſicut Paulus ad Galathas ſcribens, Eccleſiā dicit à Chriſto reddi ſine ruga & macula: hoc
autē intelligit omninò perfici poſt hanc vitā: ſic & Zacharias dicēs liberari nos ſine timore, non
in hac vita intelligit, ſed maximè in futura. Niſi fortè timorem ita diſtinxerimus, vt dicamus

Sine noſtro periculo erepti ſum⁹. Origenes.

ideò Chriſtum aduenisſe, vt *ſine timore* inordinato, carnali, ſeculari, ſeruili, *ſeruiamus illi.* Aut
ſine timore poteſt referri ad verbū *liberati*: vt ſit ſenſus, quòd ſine noſtro periculo Chriſtus nos
ab hoſtibus liberauit. Origenes hom. 10. in Luc. Crebrò de hoſtium manu aliqui liberantur, ſed
non abſque timore. Cùm enim metus diſcrimen antè præceſſerint, & ita eruti fuerint de ini-
micorum manibus, liberantur quidem, ſed non ſine timore. At verò ſine timore nos eripuit
Chriſtus. Non enim ſenſimus inimicos noſtros, nec eos vidimus repugnantes, nec modum H
nouimus noſtræ libertatis. In puncto enim & momento tranſtulit nos Chriſtus in hæreditatē
partemque iuſtorum. Subiit ille omnia diſcrimina, & in ſe noſtros timores & languores aſſum-
pſit. Peccata noſtra portauit in corpore ſuo, inquit Eſaias, & ipſe vulneratus eſt propter iniqui-
tates noſtras, cuius liuore ſanati ſumus. Et poſuit in eo Deus iniquitates omniū noſtrūm. Hoc
autem quomodo intelligimus, an quòd peccatum habuerit, aut inuentus fuerit in ore eius ali-
quis dolus? Abſit. Hoc enim negat Propheta. Clamat item Paulus: Talis decebat vt nobis eſſet
Pōtifex, ſanctus, innocēs, impollutus, ſegregatus à peccatoribus, & excelſior cœlis factus. Quo-
modo igitur poſuit Deus in eo iniquitates noſtras, niſi habito pœnarum reſpectu, quæ noſtris
iniquitatibus debebantur? Agnus erat, innocēs, abſque macula: ſed iuſtus pro iniuſtis mortuus
eſt, & innocens pro ſontibus pœnas luit, quas ipſi demerebantur. Itaque ille pro nobis paſſus
& mortuus eſt. Quæro verò num priùs ipſi nos dilexerimus Deum, quia dilexit nos? Num I
priùs inuocauimus, aut aliquid ipſi fecimus, tanto dignum beneficio? Sed præuenit ille nos in
benedictionibus ſuis. Audiamus Paulum commonentem Titum ſuum: (cap. 3.) Eramus ali-
quando & nos inſipientes, increduli, errantes, ſeruientes deſideriis, & voluptatibus variis, in
malitia & inuidia agentes, odibiles, odientes inuicem. Cùm autem benignitas & humanitas
apparuit ſaluatoris noſtri Dei: non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam
miſericordiam ſaluos nos fecit, per lauacrū regenerationis, & renouationis Spiritus ſancti. Ipſe

Solus Chriſtus timuit et dimicauit p̄ nobis.

prior timuit pro nobis, ipſe horruit, pugnauit, paſſus & mortuus eſt, & prior inimicos noſtros
proſtrauit. Cœpit tædere & mœſtus eſſe, & ait ſuis: Triſtis eſt anima mea vſque ad mortē. Ipſe
etiam mortis horrorem, & noſtram condemnationem, ſummúmque contra peccata noſtra
iudicium & timorem apprehendit, non modò cùm transferri calicem à ſe poſtularet, ſed & K
cùm factus eſt ſudor eius tanquam guttæ ſanguinis decurrentis in terram. Timebat, horrebat,
ſanguineum ſudorem emittebat pro nobis. Nos autem interim dum pugnā ille tantam cōtra
ſpirituales noſtros hoſtes ſuſciperet, qualesnam eramus? An ſimul cum illo horreſcebamus,
ſudabamus, precabamur, & calicem admittebamus? Immò neque nos dixerim, ſed quis tunc
ex omnibus cum Chriſto pugnabat? Audi apud Eſaiam, quid dicat. Torcular calcaui ſolus, &
de Gentibus non eſt vir mecum. Lege Euangelium, & audies, quòd Apoſtoli relicto eo om-
nes fugerunt. Solus ille dimicabat, ſolus timenda timebat, non ſibi, ſed nobis. Solus liberare

Quomodo Apoſtoli ī Chriſti paſſione timebāt & erāt ſine timore.

nos contendebat ex inimicis noſtris. Nos interim, & ipſi etiam Apoſtoli *ſine timore* eramus.
Verùm fortè aliquis obiectauerit, fuiſſe illos in magno timore conſtitutos, hoc ipſo paſſionis
Chriſti tempore: Timorem illum prodi fuga ipſorum, abſentia, Petri negatione, & quòd ipſi ſe
domi concluſerint, & ſibi à Iudæis formidarint. Et hoc ſanè. Timuerunt Apoſtoli, & tamen
erant ſine timore. Timebant, ſed quæ timeri non debebant. Audierant enim Chriſtum dicē-

tem:

A tem: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Timebant ea, quæ postmodũ accepto Spiritu sancto lætis animis amplexi sunt, tormenta, minas, carceres, mortem etiam ipsam. Ibant enim gaudentes à conspectu concilij, quoniã digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliã pati. Erant autem *sine timore* eorum quæ magis timenda erãt. Timete eum, inquit Christus, qui potest corpus & animam mittere in gehennam ignis. Ergo & horrere mortem illam æternam debebant, & hominum scelera, quibus toties Deus offenditur. Non timebant tunc hostes spirituales, non timebant Sathanam qui expetierat eos vt cribraret sicut triticum, non Dei horrendum iudicium. Et interim Christus hunc in se timorem suscipiebat, solus nobis timenda timebat, solus apprehendebat in seipso, quod nos concutere debuerat. Ita eramus omnes extra teli iactum, cùm Christus contra spirituales hostes nostros dimicaret.

Dicitur etiã sine timore coli Deus, et quomodo.

B Quòd si dictionem ἀφόβως, sine timore, ad subsequentem referamus λατρεύειν, adorare, seruire: vt sit sensus, eapropter Deum misisse filium suum in mundum, vt liberati ex hostibus spiritualibus seruiamus, seu colamus eum sine timore: tunc timor ita expendendus erit, vt minimè stet cum latria, seu vero Dei cultu. Nec enim hîc ait δουλεύειν, ex quo dulia est, seu seruitus: sed λατρεύειν, ex quo latria, seu vera illa adoratio Deo debita, deducitur. Atqui cùm cultus ille purus sit, & supereminens, excludit omnem timorem: quod eo sensu erit intelligendũ, quo Ioannes scribit (1. Ioan. 4.) Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem. Et quid latria est, nisi ipsa charitas quæ Deo debetur, qua illum diligimus ex toto corde, anima, mente & virtute nostra, & nosipsos nostráque illi submittimus, vnde omnia nostra bona ab eo expectamus, & in eum nostram omnem spem reponimus? Neque enim φόβον hîc vocat religiosum illum timorem, qui alio vocabulo dicitur εὐλάβεια, & præcipua pars est pietatis: sed seruilem, carnalem, & inordinatum timorem, quem Latini metum vocant, pugnantem

Timor hîc sumitur pro metu repugnante fiduciæ.

C ex diametro cum fiducia illa filiorum Dei, qui fide iustificati pacem habent, vt loquitur Paulus, Rom. 5. Basilius, hom. in Psal. 33. in hoc, Timorem Domini docebo vos. Quoniã suprà iussit timere Dominum, & ex timore lucrum proueniens ostendit, dicendo: quoniam non est inopia timentibus eum: nunc demum doctrinam aliquã nobis diuini huius timoris tradit. Non enim quiuis timor bonus est, aut salutaris. Est enim quidam hostilis timor, quẽ Propheta deprecatur, dicens, A timore inimici eripe animam meã: qui ingignit mortis timorẽ, & vt toti cõtrahamur pauore, ad fastũ personæ eminentis persuadet. Quomodo enim hæc metuẽs, martyrij tempore poterit vsque ad mortem aduersus peccatũ resistere, & Domino qui pro nobis mortuus est, & resurrexit, satisfacere? Et qui dæmonum imaginatione facilè consternatur, & expauescit, hostilem in se timorem habet. Omninò scilicet timor huiuscemodi perturbatio animæ esse videtur, prognata ex infidelitate. Tertull. lib. de fuga in persecutione. Denique Ioannes memor Apoca-

Basilius.

Tertull.

D lypsis suæ, in qua timidorum exitum audierat, de suo sensu admonet & ipse timorem reiiciendũ. Timor, inquit, non est in dilectione, sed perfecta charitas foras mittit timorem. Qui autem timet, non est perfectus in dilectione, Dei scilicet. Porrò quis fugiet persecutionem, nisi qui timebit? Quis timebit, nisi qui non amauit? Idem, lib. de testimonio animæ. Non est timendum, quod nos liberat ab omni timendo. Si times vita decedere, quia optimam nosti: certè non debes mortem timere, quam malam nescis. Sed & nemo timeat, quod vitare non potest. Ex altera parte congredior, lætiores spei post mortem. Ita neque omninò pericula metuenda sunt, maximè si pro fide suscipiantur: nec mors etiam erit timenda, vt Deo testimonium perhibeamus. Interim verò non excluditur omnis timor. Et quidem timor legis siue seruilis tanquã pædagogus perducit hominem ad timorem castum, qui timor cum charitate coniunctus est. Et ideò Dauid sic orat Psal. 118. Confige timore tuo carnes meas, à iudiciis enim tuis timui. hoc est,

Idem.

Pericula pro fide nõ metuenda.

E vt interpretatur Augustinus, Enarrat. in eund. Psalmum, da mihi castum timorem, ad quem petendum, me tanquam pædagogus timor legis ille perduxit, quo timore, à iudiciis tuis timui. Hunc autem seruilem timorem introducta charitas foras mittit, & castum timorem admittit. Peccare enim timet charitas, etiamsi sequatur impunitas: quia nec impunitatem indicat securam, quando amore iustitiæ peccatum ipsum deputat pœnam. Et tom. 10. ser. 15. de verbis A-

Augustin.

postoli, Timore pœnæ non omninò iustificari hominem monet, nisi timor ille filialis seu castus accesserit. Et quidem, inquit, timendo pœnam, fit secundum iustitiam quæ ex lege est, homo sine querela, non furatur, non adulterat, non dicit falsum testimonium, non facit homicidium, non concupiscit rem proximi sui. Potest hoc, potest fortassis. Vnde? Timore pœnæ. Quanquam qui timore pœnæ non concupiscit, puto quia concupiscit. Terrore ingenti armorum atque telorum, & circundantis forsitan multitudinis, vel obuiam euntis, etiam leo reuocatur à præda: & tamen leo venit, leo redit, prædam non rapuit, malitiam non posuit. Si talis es,

Idem.

Timor pœnæ, & filialis.

Quomodo timet latro & timet iustus.

adhuc iustitia tua es, qua tibi consulis ne torquearis. Quid magnum est pœnam timere? Quis eam non timet? Quis latro? Quis sceleratus? Quis nefarius? Sed hoc interest inter timorem tuum, timorémque latronis, quòd latro timet leges hominum: & ideò facit latrocinium, quia sperat se fallere leges hominum: tu autem leges eius times, eius pœnam times, quem fallere non potes. Nam si fallere posses, quid non feciſſes? Ergo concupiscentiam tuam malam timor non tollit, sed premit. Ad ouile venit lupus. Latratu canum & clamore pastorum ab ouili reuersus est lupus: & ipse fortassè lupus in ouem vertitur. Facit enim hoc Dominus. Sed ipsa est iustitia eius, non tua. Nam quamdiu habes tuam, potes timere pœnam, non amare iustitiam. Bonus est igitur timor ille etiam seruilis, sed donec incipias verè diligere, & colere Deum: tunc autem sine illo timore Deum colis & illum adoras. Quia non propter aliud, sed propter seipsum illum colis. Alioquin si propter aliud, iam non illum verè colis & adoras. Interim verò non est admittenda temeraria illa hæreticorum præsumptio, qua sibi omnem iustitiam, & securitatem promittunt, nec Dei iudicia, nec iustitiam, nihil denique sibi timendum esse ducentes, quantumuis in peccatis sint. Nam cùm dicit Zacharias, *seruituros nos Deo sine timore*, non intellexit, cultum illum cum Pharisaica præsumptione, aut Dei blasphemia coniunctum esse, vt desides, & ocioſi, nobis certò spondeamus gloriam illam, quam tantis laboribus Christus & comparauit, & à nobis esse comparandam ostendit. Absit timor seruilis, his qui iam sunt perfecti Dei cultores: non autem absit timor ille filialis, quo Deum vt patrem diligimus. An non, vt scribit Esaias, spiritus timoris Domini, magnum Dei donum est? Et sanè, vt docet Augustinus, lib. de gratia & libero arbitrio, cap. 18. non dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis & charitatis & continentiæ, vt monet Apostolus, 2. Tim. 1. Sed non intellexit spiritum timoris Dei, verùm illius carnalis timoris, quo timore Petrus turbatus est, & Christum negauit. At verò quid excellentius spiritu timoris Domini? Ait enim Esaias: Requiescet super eum spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & spiritus timoris Domini. Idem Augustin. tom. 6. lib. de sancta Virginitate, cap. 38. Timor quidem, inquit, non est in charitate, sed perfecta: sicut scriptura dicit, Charitas foras mittit timorem: sed timorem hominum, non Dei, timorem temporalium malorum, non diuini in fine iudicij. Rom. 11. Noli altum sapere, sed time. Ama Dei bonitatẽ, time seueritatem: vtrumque te superbum esse non sinit. Amando enim times, ne amatum & amantem grauiter offendas. Nam quę grauior offensio, quàm vt superbia illi displiceas, qui propter te superbis displicuit? Igitur Augustinus præsumptionem illam ocioſorum hominum, qui statim sibi pollicentur summa in Christo bona, neque omninò se Deum timere iactitant, vocat superbiam. Hac autem quid homini perniciosius, quid Deo aduersarium magis esse potest? Si quando enim hæreticum hominem ex his, qui Caluini seu Zuuinglij dogmata profitentur, lecto mortis decumbentem, qui hactenus omni impudicitia, fornicatione, crapula, immunditia se polluerit, qui sanguinem innocentem effuderit, concupierit, & rapuerit aliena: si, inquam, illum admoneris vt ad se redeat, fateatur peccata, veniam imploret, conteratur: tunc protinus illum audies respondentem sibi Christũ sufficere, hisce sibi opus non esse: certò sibi polliceri requiem illam beatam. Idem dicet quod Paulus, sed non omninò, neque tam verè: Iam mihi reposita est corona iustitiæ, quam reddet mihi in æternum iustus iudex. Nam nec istud sibi vendicare possunt, quod ille præmisit. Bonum certamen certaui, cursum consummaui. Itaque certus sum, quia potens est depositum meum seruare in illum diem iustus iudex. Sed nec ille priùs erat sine timore, cùm diceret: Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne fortè cùm aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Ergo nobis timor supereſt cum amore, & tamen sine timore sumus. Cum timore Dei, sed sine timore huius mundi, qui Deo aduersatur. Cum timore Dei sumus, ne altum sapiamus, sed tantò magis humiliemur, & agnoscamus nos stare non nostro merito, sed Dei gratia: vt qui existimat se stare, videat ne cadat. Definitur ergo cultus summus, seu Dei adoratio pura, simplex, qua omnia quæ ab eo aliena sunt, excludamus. Porrò Dei timor non est à Deo alienus. Seruire debemus Deo cultu latriæ, id est propter semetipsũ, non propter aliud: sed interĩ & ille timor propter seipsum, quia cum humilitate & confessione propriæ infirmitatis nostræ, & agnoscitur, & colitur. Explicat autẽ quomodo coli debeat. *In sanctitate & iustitia coram ipso, omnibus diebus nostris.* Non enim vocauit nos Deus in immunditiã, sed in sanctificationem, ait Paulus. Et alibi. Vocauit nos Deus in operib⁹ bonis, vt in illis ambulem⁹. Ne quærat igitur hæreticus suæ præsumptioni prætextũ, q, electus sit, & confidat se saluãdũ: sed primùm videat vt in sanctitate & iustitia coram Deo ambulet omnibus diebus suis. Audiat Christũ dicentẽ, Matth. 6. Nõ omnis qui dicit mihi, Domine Dñe, intrabit in regnũ cœlorũ, sed qui facit voluntatẽ Patris

Cultus noster non est coniunctus præsumptioni. Augustin.

Idem.

Hæretici timorẽ omnem abiicientes præsumunt de salute.

Quomodo colatur Deus. Præsumptio longè differt à sanctitate.

A tris mei. Quid est quòd fidei nomine quasi montes montibus congerant, & contempto Deo, præceptisque illius, se in cœlum ascensuros gloriantur? An non pietas, vitæ sanctimonia, & iustitia requiritur, quantum ad illa cum Dei gratia eniti possumus? At verò obganniunt, nos liberos, non autem in timore constitutos esse à Christo. Quibus iam respondimus, à timore mundi & carnis eximi, non autē à timore Dei. Et pari ratione liberos nos esse, sed à peccato, & mũdo, cùm interim serui efficiamur Deo. Num scilicet Zacharias dixit, idcircò nos ab hostibus nostris liberatos esse, vt *seruiamus* Deo? Libertas igitur datur, vt Deo seruiatur. Libertas, inquã, datur ea ratione qua timor tollitur, mundi nimirùm & carnis respectu: non autē Dei respectu, quem timere, & cui seruire debemus. At verò filij isti Sathanæ acclamãt libera illis esse omnia, vt de sui temporis hæreticis scribit Tertullianus, lib. de Præscriptionibus contra hæretic. Et libertatem promittũt, cùm ipsi serui sint corruptionis. At verò vbi Dei cultus est? vbi religio? vbi

Contra Libertinos.

Libertas impura hæreticorum.

B vitæ sanctimonia? Exquire tu mihi blasphemе sycophanta, & expende hæc omnia Zachariæ vocabula. Non eximeris ab obediẽtia, à sanctis operibus, à iustitia, ne quidem minimo vitæ tuæ interuallo, si modò quid iustè operari potueris. Addit enim, *omnibus diebus nostris*. Augustinus, tom. 2. epist. 144. ad Anastasium. Nec libera, inquit, voluntas dicenda est, quamdiu est vincentibus, & vinciẽtibus cupiditatibus subdita. Rom. 6. 2. Pet. 2. A quo enim quis superatus est, eius & seruus est. Et tom. 4. de fide & operibus, cap. 24. & 25. Apertissimam possunt legere sententiam Apostoli Petri, (1. Pet. 2.) qui cùm loqueretur de iis qui in occasionem carnis acceperant, & in velamentum malitiæ quod scriptum est, (Gal. 4.) Nos ad nouum Testamentum pertinentes non ancillæ filios esse, sed liberæ: qua libertate Christus nos liberauit: & putauerant hoc esse liberè viuere, vt tamquam de tanta redemptione securi, quicquid liberet, licere sibi arbitrarentur: non intuentes quod dictum est, (Gal. 5.) Vos in libertatem vocati estis, tantùm ne liber-

Tertull.

Augustin.

Idem.

Libertas qualis Christianis relicta.

C tatem detis in occasionem carnis. Vnde & ipse Petrus dicit, Liberi, non sicut velamen habentes malitiæ libertatem: aut de illis in secunda Epistola, (cap. 2.) Hi sunt fontes sicci, & nebulæ à turbine exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reseruata est. Superba enim vanitatis loquentes, illiciunt in concupiscentiis carnis impudicitiæ eorum, qui paululum effugerunt, in errore conuersati, libertatem illis promittentes, cùm ipsi serui sint corruptionis. Et tract. 41. in Ioann. Noli ergo libertate abuti ad liberè peccandum, sed vtere ad non peccandum. Erit enim voluntas tua libera, si fuerit pia. Eris liber, si fueris seruus, liber peccati, seruus iustitiæ, dicente Apostolo: Cùm serui essetis peccati, liberi eratis iustitiæ: (Gal. 5.) nunc autem liberati à peccato, serui autem facti Deo, habetis fructum vestrum sanctificationem, finem verò vitam æternam. Itaque sanctificatio illa exprimitur, cùm definitur Dei seruitus, *In sanctitate & iustitia*. Sanctitas puritatem mentis significat, ab omni terrena, & carnali affectione excluſam, vtpotè in perfecta

Idem.

sãctitas fidelẽ decet.

D cordis conuersione ad Deum, vniuersis animæ affectibus reformatis, ordinatis, & ad Deum reductis. Sic enim sanctissimo, penitúsque immensæ mundiciæ Deo obsequendum: propter quod in Leuitico loquitur, (cap. 12.) Nolite contaminare animas vestras, ego sum Dominus Deus vester. Sancti estote, quoniam ego sanctus sum. In Deuteronomio quoque dicitur (c. 18.) Perfectus, & absque macula eris cum Domino Deo tuo. Et ideò Exod. 28. Dominus ad Moysen: Sanctificabis, inquit, Aaron & filios eius, vt sacerdotio fungãtur mihi. Et pòst. Vt ministrẽt in sanctuario meo, ne iniquitatis rei moriãtur. Et 1. Pet. 1. Propter quod succincti lumbos mentis vestræ, sobrij, perfecti, sperate in eam, quæ vobis offertur, gratiam. Et demum. Et secundum sanctum illum qui vocauit vos, vt & ipsi in omni conuersatione sancti sitis, quoniam scriptum est: Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum. Vnde & Christus, Matth. 6. Estote perfecti sicut & pater vester cœlestis perfectus est. Ad quod exigitur, vt homo reuerenter & purè non solùm

E se habeat ad Dominum: sed etiam iustè ad proximum, dando cuique quod suum est: & proximos suos ædificando in omnibus, iuxta illud Apostoli, Quæ pacis sunt sectemur, & quæ ædificationis sunt, in inuicem custodiamus. Rom. 14. Et rursus. Ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum. Noli illum perdere, pro quo Christus mortuus est. Liberati igitur sumus, non vt lasciuiamus, epulemur, & Epicuræam vitam ducamus, sed vt tantò magis ad sanctimoniam & iustitiam contendamus. Hæc alibi Paulus apertis verbis exponit ad Tit. cap. 2. Apparuit gratia Dei saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, vt abnegata impietate, & mundanis desideriis, sobriè & iustè, & piè viuamus in hoc seculo, expectãtes beatã spem & aduentũ gloriæ magni Dei, & saluatoris nostri Iesu Christi. Qui dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, vt redderet sibi populũ acceptabilem, sectatorem bonorũ operũ. Et ne quid desit ad vitæ perfectæ summã, adiicit, *& in iustitia*, nos Deo seruire debere, id est, vt D. Rikelius Carthusianus commentatur, in actibus iustitiæ, tam distributiuæ, quàm commuta-

Curliberati sumus.

Dionys. Carthus.

tiuæ. Licet & per iustitiam omnis virtus intelligi possit, qua Deo & homini redditur quod F
suum est: sicut & in charitate cætera ad Deum & proximum officia includuntur. Interim sanctitas interioris hominis, iustitia verò externorum maximè actuum rationem habet. Non vult
Nihil nobis contra æquitatem licet. Deus aliquid suis contra fas æquúmque licere. Non ita eos liberos constituit, vt interim nec prælatis Ecclesiæ, nec regibus aut principibus pareãt. Diuina enim iustitia decreuit, cui honorẽ honorem, & cui tributum, tributũ esse reddendum. Et subditorum in principes, seruorum in dominos, filiorum in patres officia explicat. In his iustitia attenditur, si homines spectes. Quid vir vxori debeat, & vxor viro, quid omnes omnibus: vt adinstar membrorum eiusdem corporis inuicem suffragemur, & mutuo simus auxilio. Ita Dauid Psal. 16. Ego autem in iustitia apparebo in conspectu tuo. Quia & hæc in Deo summa iustitia est, vt reddat vnicuique secundum opera eius. Et ne fortè iustitiam aliquam Pharisaicam, & simulatam intelligas, aut eos verè iustos esse arbitreris, qui tales apparere volunt, adiicit, *Coram ipso*, scilicet Deo testimonium G
habere debere. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commẽdat. Nolite iustitiam vestram facere coram hominibus, vt videamini ab eis, inquit Christus. Non quòd vetet bonis operibus, & vitæ sanctimonia proximum ædificare, & in idem puritatis exemplum pertrahere: sed prohibet ne gloriam ab hominibus quęramus. Sic enim & hoc loco Zacharias monet Deum coli in sanctitate & iustitia coram ipso, non quòd interim prohibeat
Deum testẽ habet iust⁹. externam illam sanctitatem & iustitiam apud homines, sed, quod primum est, vt nos à Deo testimonium habeamus. Simplicem igitur intentionem habeat, quisquis Deo obsequitur. Non hũc iactantia, non fumus istius gloriæ, quæ ab hominibus habetur, demulceat, sed Deo seruiẽs, omnem ei laudem & gloriam referat. Et sibi illum solum suarum meditationum & actionum testem meditetur: sibi satis esse existimans, modò illi placeat, etsi hominibus displiceat. Hanc & vitæ & intentionis suæ puritatem Ezechias designat, dicens 4. Reg. 20. Obsecro, Domine, me- H
mento quæso quomodo ambulauerim coram te in veritate, & corde perfecto, & quod placitũ est coram te, fecerim. Sic puer Samuel ministrabat Domino corã Heli, 1. Reg. 2. Et 1. Par. 29. Dauid, Scio, inquit, Deus meus, quòd probes corda, & simplicitatem diligas. Ideò Sap. 1. Salomon ait: In simplicitate cordis quærite illum, quoniam inuenitur ab his qui non tentant illum. Et mihi quidem videtur Zacharias docere, quonã breui compendio Deo seruire possimus in sanctitate & iustitia, cùm adiicit, *coram ipso*. Meditemur scilicet Deum vbique præsentem esse,
Deus semper oculis obuersari debet. nos intueri, & omnia nostra interna & externa obseruare. Nónne scilicet, vt ait Iob, ille omnes vias meas & gressus meos dinumerat? Nam si ne quidẽ hominibus præsentibus mœchari, furari, & alia permulta facere audemus, quid non timeamus Deo præsente, & omnia prospiciẽte? Meditemur illum sanctum & iustum esse, nullum peccatum impunitum futurum esse: Etiam de omni verbo ocioso reddendam esse rationem: ita fiet vt facilè nos componamus cum Dei I
gratia ad vitæ sanctimoniam & iustitiam. Et quoniam in his omnibus perseuerantia requiritur,
Perseuerãtia necessaria est. adiicit, *omnibus diebus nostris*. Si enim iustus auerterit se à iustitia sua, & fecerit iniquitatẽ secundũ omnes abominationes, quas operari solet impius, numquid viuet? Omnes iustitiæ eius quas fecerat, non recordabuntur. In præuaricatione sua qua præuaricatus est, & in peccato suo quod peccauit, in ipsis morietur, dicit Dominus, Ezech. 18. Non vult Deus temporalem, & pauci duraturum obsequium, quasi tibi satis fuerit semel in anno illi officium aliquod exhibuisse, cæteris interim diebus Sathanæ obsequi possis. Scio vtique dies festos esse, esse & dominicos dies
Quomodo dies quidã festiuiores. specialiter ad Dei cultum consecratos: non ita tamen vt non omnibus diebus vitæ tuæ, te Deo consecrare debeas. Nec enim stolida isthæc sententia audienda est,

Diuisum imperium cum Ioue Cæsar habet:
quia *Nocte pluit tota, redeunt spectacula manè.* K

Deo debentur omnia. Domini scilicet est terra & plenitudo eius: & Domino omnia tempora & momenta debẽtur. Æternus est Deus, & æternum obsequium requirit. Apud ipsum non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Itaque ne Deo vices suas tribuas, sed siue comedis, siue bibis, aut aliud aliquid facis, omnia in nomine Domini facito, vt monet Apostolus 1. Cor. 10. Tibi Deum præsentem & iudicem præfige. Non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit. Quid tu in ipso Paschate Christianum te agnoscis, & statim adinstar canis ad vomitum redis, & adinstar suis ad volutabrum reuolueris? Bonum facientes non deficiamus, tempore enim suo metemus. Hic fructus est aduentus Christi, & redemptionis nostræ. Liberauit ille nos ab hostibus nostris spi-
Zacharias de Ioanne Propheta. ritualibus, à timore mundi, & docuit quis esset verus Dei cultus.

Hæc vbi Zacharias de Christo cecinit, delabitur ad filiũ suũ, & Prophetico spiritu plenus prædicit eius officiũ, fructũ prædicationis, intentionẽ seu finẽ, reducẽs hæc ad Christi cognitionem

&

A & gloriam, noſtram verò conſolationem, & illuminationem, qua ſimul cum Chriſto omnibus bonis perfruamur. Itaque ad filium infantem conuerſus ait: *Et tu puer Propheta altiſſimi vocaberis.* Verùm dixerit aliquis, qua ratione ducitur, vt infantem octo dierum alloquatur? Quis enim mentis compos ad eum ſermonem fecerit, quem rationis capacem, aut verbi minimè ſcientem eſſe intellexerit? At verò tales ſunt omnes infantes, qui vt effari aliquid, ita neque capeſſere poſſunt. At verò, inquit Ambroſius, libro 2. in Luc. potuit profectò vocem patris natus audire, qui Mariæ ſalutationem, adhuc in vtero matris poſitus audiuit. Sciebat Prophetа alias eſſe aures Prophetæ, quæ ſpiritu Dei, non autem corporis ætate reſerantur. Habebat intelligendi ſenſum, qui exultandi habebat affectum. Eadem habet Theophilactus. Niſi fortè, inquit Beda, libro 1. in Luc. cap. 4. putandus eſt Zacharias propter eos potius qui aderant inſtruendos, futura ſui filij munera, quæ dudum per Angelum didicerat, mox vt loqui potuit, prædicare voluiſſe. Et quidem multis nominibus honoratur Ioannes. Dictus eſt enim amicus
B ſponſi, præcurſor Chriſti, baptiſta, Angelus, lucerna ardens & lucens, & Helyas, nunc etiam Propheta nuncupatur, aliâs à Chriſto pluſquàm Propheta: eáque omnia conſecutus eſt, propter varia gratiarum dona ei à Deo collata. Videtur autem mihi per antitheſin Dei donũ exaggerare, dicens, *Et tu puer Propheta altiſſimi vocaberis.* quaſi dicat, Quæ comparatio eſt pueri ad altiſſimum? Et quis hoc aliquando de puero putet, quòd Propheta altiſſimi vocandus ſit? Verùm tanta illum ſtatim gratia irradiauit, vt & hoc ei munus delatum eſſe, ſignis euidentibus Deus teſtaretur, & illum omnes homines talem eſſe faterentur. Cæterùm, vt monet Beda, audiant Ariani & erubeſcant, audiant manſueti & lætentur, quòd Chriſtum Dominum, quem Ioannes prophetando præibat, altiſſimum vocat. Iuxta quod & Pſalmiſta Deum hominémque perfectum, in vna perſona collaudans, ait: Mater Syon dicet homo, & homo factus eſt in
C ea, & ipſe fundauit eam altiſſimus. Eum factum qui fundauit, eundémque hominem, quem altiſſimum nuncupat. Ita emphaſis notanda eſt in dictione Pueri, & Altiſſimi. καὶ σὺ δὲ παιδίον, ſed & tu puerule, inquit, qui nunc tantillus es, tamen in Chriſti regno velut primas tenebis. Eris enim ὑψίστου, altiſſimi illius prænuncius. ſi quidem hoc nomen Dei etiam Hebræis frequentius eſt, quod *Helyon* dicunt. Ita *vocaberis*, κληθήσῃ, id eſt omni publico teſtimonio Propheta nuncupaberis. Nec mouebit aliquem, quòd Ioannes à Iudæis interrogatus, eſſétne Propheta, ſeipſum Prophetam eſſe negauerit: ſi quidem ad eorum mentem reſpondit, qui per Prophetam, aut Heliſæum, aut ex antiquioribus aliquem illum eſſe opinabantur. quod & Gloſſa in Ioannem annotauit. Et ne fortè ſic illum Prophetam dici exiſtimemus, quaſi adinſtar veterum, è longè ventura præuiderit, & prædixerit, adiecit: *Præibis enim ante faciem Domini parare vias eius.* Per faciem corporalem Chriſti præſentiam intelligit. Dominum autem
D vocat, vt ſimul nos & Deum & hominem eſſe intelligamus. Homo enim externa facie apparuit, qui interim Dominus erat omnium, rex regum, & dominus dominantium. Theophilactus. Præibis autem, inquit, ante Dominum, me paulò pòſt derelicto. Sciebat enim Zacharias, quòd non multò pòſt priuãdus eſſet eo, cùm in deſertum ſe reciperet. Quare autem *præibis? Vt parentur viæ Domini.* Viæ autem ſunt animæ, in quibus incedit Dominus, quas præparauit præcurſor, vt in eis ambularet Chriſtus. Eandem habet ſententiam Origen. homil. 10. in Luc. Et ideò, inquit, feſtinauit Zacharias, vt reor, loqui ad paruulum, quia ſciebat eum poſt paulum in eremo moraturum, nec ſe eius præſentiam diu habiturum eſſe. Alludit autem ad Malachiæ vaticinium, (cap. 3.) Ecce ego mitto Angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam. Pluraliter autem vias dicit, inquit Bonauentura, in Luc. Intelligit enim viam cognitionis in fide, & affectionis in charitate. De prima, Iob 17. Caligauit ab indignatione oculus
E meus, & membra mea quaſi in nihilum redacta ſunt. Stupebunt iuſti ſuper hoc, & innocens contra hypocritam ſuſcitabitur, & tenebit iuſtus viam ſuam, & mundis manibus addet fortitudinem. Rom. 1. Iuſtus ex fide viuit. De via charitatis, 1. Cor. 12. Adhuc excellentiorem viam vobis demonſtro, inquit Paulus. Viam fidei præparauit Ioannes, ea ratione qua vox dicitur. Luc. 3. Ego vox clamantis in deſerto, parate viam Domini. Viam charitatis vt lucerna docuit. Ioannis 5. Ille enim erat lucerna ardens & lucens. Aut vias dicit in plurali, propter differentiam vocationum. Eorum enim qui ad Ioannem acceſſerunt, & ab eo ſalutis ſcientiam acceperunt, alij milites, alij publicani, alij ex populo, alij ex primoribus. Omnibus autem quid in ſua vocatione facto opus eſſet oſtendit: ita tamen vt ſic illi & illi in ſua vocatione procedentes, ad vnicam ſummam Domini, & ſalutis viam contenderent. Et quid opus fuit illum parare vias Domini? Vtique *ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius, in remiſſionem peccatorum eorum.* Annunciaturus enim erat ſalutem in ſanguine agni illius, quem etiam digito commonſtra-

Cur ad infantem ſermo. Ambroſ. Theoph. Beda. *Nomina Ioannis.* Beda. *Chriſtus Deus altiſſimus.* *Quomodo Ioanes Propheta ſit.* Gloſſa. Theoph. *Quæ viæ Domini.* Origenes. Bonauent.

Beda. turus erat. Beda. Cæterùm quasi Iesu, id est saluatoris nomen exponere, ac diligentiùs commendare desiderans, salutis mentionem frequentat, cùm cornu salutis erigendum, salutem ex inimicis futuram, & scientiam salutis plebi dandam commemorat. Et ne temporalem carnalémque promitti salutẽ putares, adiecit, *in remissionem peccatorum eorum*. Et quidem solus Deus per spiritum suum illucescit cordibus, & veram cognitionem donat: ad eam autem rem conficiundam opera ministrorum vtitur, qui ad eum omnem gloriam referant. Sic Christus suis ait: Ego elegi vos, & posui vos, vt eatis & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Et rursus: Vos estis, quibus nota feci omnia, quæ accepi à patre. nimirùm quia alibi ait: Eritis mihi testes in vniuersa Iudæa & Hierusalem, & vsque ad vltimum terræ. Ita olim per Angelos docuit scientiam salutis, demum per Patriarchas & Prophetas: Ioannes demum ad Christum suos remisit, qui eos & doceret, & saluaret, simulque illorum peccata remitteret. Ita finis legis Christus ad iustitiam omni credenti. Neque verò dixit, *ad dandam* salutem, sed *scientiam salutis*. quia Ioannes salutem non dedit, sed prædicauit. Non enim erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine. De hac scientia Apostolus ad Philippenses ita scribit: Existimo omnia detrimentum esse, propter eminentem scientiam Domini nostri Iesu Christi. Quæ enim scientia illi comparari potest, quæ salutem & remissionem peccatorum docet? Quid hîc sophistarum elenchi, & astrorum obseruationes? Vanitas vanitatum & omnia vanitas. Etsi noueris omnes artes, loquaris omnibus linguis, intelligas omnes humanas scientias: hanc verò, quam Ioannes prædicauit, non consequaris: nihil illa tibi proderunt, immò indoctissimus omnium eris. Qui se existimat scire, cùm nihil scit, ipse se seducit, inquit Paulus. Ita per Prophetam, Perdam, inquit Dominus, sapientiam sapientum. Etsi verò cætera ignores, non sis astrologus, mathematicus, chirurgus, medicus, nauta: sed fortè simplici labore tibi victum compares, & interim scientiam hanc salutis didiceris, superasti sapientes & doctores omnes. An non ad hanc summam reducit Paulus omnem scientiam suam? Non, inquit, existimaui me aliquid scire, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Opus olim fuerit consulere Stoicos, Peripateticos, Academicos: à quibus præter pugnantia dogmata nihil referebatur. Ecquis ipsorum viam salutis ostendit? Magna laus fuerit Socratis, quòd Philosophiam ab astris ad mores reuocauit, vt scribit Cicero libro 1. Quæst. Academ. Docuerint ex his nonnulli, quod iustitiæ, quod fortitudinis munus esset, & viam virtutis commonstrarint. Non ita tamen vt *scientiam* veræ *salutis* agnoscerent, quam interim plebi suæ, immò quantumuis idiotæ ex omni plebe Ioannes commonstrauit. Huius antiquæ Philosophiæ capaces non sunt, nisi qui in aliis minoribus disciplinis progressus aliquos fecerunt. At verò simplicem quémque ex populo Ioannes docuit, quæ scientia salutis esset. Venerunt meretrices, publicani, milites, venit promiscua populi multitudo in desertum. Ille verò vnicuique dedit *scientiam* illam *salutis*. Et quis non vult saluus esse? Et quis non curiosè inuestigare illam debeat? Sunt qui audiant Caluinistas, Sacramentarios, Anabaptistas, & cæteros impietatis ministros. Rogati autem cur id faciant, respondent: se quærere scientiam salutis. Hanc verò ne ex illis require, sed à Ioanne, à Christo, ab Ecclesia eius sponsa, quæ vtriusque, & amici sponsi, & sponsi ipsius doctrinam profitetur. Rogarunt nonnulli Christum, quid faciendo vitam æternam possiderent. Et ille ait: In lege quid scriptum est? Diliges Dominum Deum tuum, &c. Itaque si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Sed & in ipso die Pentecostes, nonnulli ex Iudæis, & repentino sono è cœlo, & Apostoli Petri, & omnium diuersis linguis commoti, dixerunt: Quid faciemus viri fratres? Act. 2. Petrus verò, Pœnitentiam, inquit, agite, & baptisetur vnusquisque vestrum. Hanc illis salutis viam commonstrabat, quam etiam Ioannes sua prædicatione & baptismate delineauit. Clamabat enim, Pœnitentiam agite, & quis vos docuit cauere à ventura ira? Ecce iam securis ad radicem posita est. Et baptisabat in eum qui venturus erat, *in remissionem peccatorum*. Marc. 1. Fuit Ioannes in deserto baptisans, & prædicans baptismum pœnitentiæ, in remissionem peccatorum. Non quòd ille remissionem conferret, sed conferendam per Christum moneret, per agnum scilicet, qui tolleret peccata mũdi. Vnde dicitur ἐν ἀφέσει, in remissione. In hoc enim perfecta salus nostra consistit, vt remittantur peccata nostra. Hæc autem scientia, quam Ioannes intulit, disponebat, & incitabat ad diluẽda peccata, quia per eam ad pœnitentiam, Christique fidem explicitã populus inducebatur, vt docet Tertullianus, lib. de Baptismo. Solus autem Deus dimittit peccata effectiuè, secundum illud: Ego solus deleo iniquitates. Passio Christi meritoriè, iuxta quod in Apocalypsi habetur, Christus dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Fides autem formata hoc agit formaliter, prout in Actis dicitur, Fide purificans corda eorum. Opera verò pœnitentiæ, hoc faciunt satisfactoriè. Itaque Zacharias prædicit Ioannẽ sua prædicatione non esse denuò

F

G

H

I

K

Ioannes dedit scientiã salutis, Christus salutem.

scientia salutis, omnia superat.

Cicero.

scientia salutis omniũ potissima.

Ioãnes præparabat ad remissionẽ, quam Christus daret.

Tertull. Dionys. Carthus.

reuo-

A reuocaturum ad legis ceremonias,adholocaustomata,ad hircorum sanguinem,ad aspersiones, & baptismata illa permulta,quæ saluos facere credentes non poterant: quæ significabant quidem & promittebant in posterum perChristum remissionem conferendam esse:sed ad ipsum Christum præsentem plebem suam missurum esse,vt ab eo quicquid est internæ salutis, accipiant. Fundamentum autem huius salutis,& remissionis peccatorum nostrorum,non à nobis aut ab ipsis inferioribus rebus requirendum ostendit:ne quis rursus vmbris & typis legalibus adhæreat,aut fodiat sibi cisternas dissipatas, quæ aquam gratiæ minimè contineãt:sed ab ipso Deo patre luminum,omnis boni perfecti optimo parente,id est ab eius in nos charitate, qui, vt ipse docet Christus,sic dilexit mundum,vt filium vnigenitum daret,vt omnis qui credit in eum,non pereat,sed habeat vitam æternam.Requirat illud etiam à filio,qui dilexit nos,& lauit nos à peccatis nostris. Ideò adiicit ad emphasim dilectionis eius,nobis salutem & remissionẽ

B peccatorum donari,*per viscera misericordiæ Dei nostri.* Viscera enim misericordiæ, significant misericordiam,quæ ex intimis præcordiis atque visceribus oritur.Metaphora autem sumpta est ab hominibus. Sentimus enim re aliqua permoti, viscera etiam nostra commoueri.Propterea de visceribus loquitur scriptura, quũ misericordiæ mentionem facit,vt finitimam affectuum commotionem significet:veluti quum matris viscera commouentur erga filium morientem,id est,quum omnia eius intima propter filium crucientur:sicut & de ea scriptum est, quæ audita Salomonis sententia de dissecãdo filio suo,intimis visceribus commota est, 3.Reg. 3.Et de Ioseph legimus,Genes.43.Festinauitque,quia commota fuerant viscera eius super fratre suo.Sic Paulus dilectionem Dei in Colossenses exprimit,dicens,(Col.3.) Induite vos ergo sicut electi Dei,sancti & dilecti,viscera misericordiæ,benignitatem,humilitatem,modestiam, patientiam.Hac locutione summam Dei in nos misericordiam & dilectionem adumbrauit,

C velut causam primam salutis nostræ. De his autem visceribus hæc ante Christi aduentum protulit Esaias, (cap.63.) Vbi zelus tuus & fortitudo tua, multitudo viscerum tuorum,& miserationum tuarum? Super me continuerunt se. At verò Christo adueniente, viscera illa misericordiæ satis commota sunt,cùm ipse Christus nihil asperum reijceret, quod faceret ad salutem & redemptionem nostram. Ephes.2. Deus enim qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam,qua dilexit nos,& cùm essemus mortui peccatis,conuiuificauit nos in Christo,cuius gratia saluati estis.Hæc erat intima,& in ipsis visceribus inhærens misericordia.Quod eius maius & dilectionis genus esse potest,quàm vt mortem Christus tam cõtumeliosam,& tot opprobria pro nobis,etiam inimicis subiret? *His* misericordiæ & charitatis *viscer*ibus commotus *visitauit nos oriens ex alto.* Dictio Oriens nõ pro Participio, sed Nomine construenda est. Vox Græca est ἀνατολὴ,significans exortum solis,aut regionem vnde oritur.

D Christum igitur solem orientem vocat,eo nimirùm sensu quo Mal.4.legitur:Et orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitiæ,& sanitas in pennis eius.Et Zach.6.Ecce vir,oriẽs nomẽ eius.Et ne nos sensibilem hũc illum solem esse cum Manichæis existimemus,addidit, ἐξ ὕψους, ex alto,siue altitudine aut sublimitate,quum hic corporeus sol nobis oriatur ab inferis surgens in altum:hic è contra è sublimi exortus, descendit ad nos vt nobis illucesceret.Non enim habuit ex virgine diuinam illam maiestatem,non ex ea genitus est inquantum Deus,sed descendit de cœlis, & nostram in ea naturam assumpsit.Ioan.3.Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo.Alludit autem Zacharias ad Dauidis vaticinium, Ps.18.A summo cœlo egressio eius,& occursus eius vsque ad summum eius.Hic enim (Heb.1.)candor est lucis æternæ, & splendor paternæ substantiæ,ex supersplendidissimo Dei patris corde æternaliter oriens & emanans:qui deinde per humanitatem assumptam hominibus innotuit atque resplen-

E duit.Vnde adijcit,*Illuminare his qui in tenebris,& in vmbra mortis sedent.* Alludit ad illud Esaiæ,(cap.60.) Populus qui ambulabat in tenebris,vidit lucem magnam.Itaque sicut sol corpora illustrat,& alacriora reddit,ita Christus animis nostris illucescet,& eos recreabit.Tenebræ enim intelligendæ sunt pro caligine mẽtis, quæ ab ignorãtia seu peccato profluit. Sedere autẽ dicit,pro esse prostratũ.Ita enim succedit peccatoribus, vt ad instar ægrotorum decumbere, & ad instar mortuorum iacere dicantur.Atqui à planta pedis vsque ad verticem non erat in homine sanitas.Esaiæ.1.Et mortui priùs eramus in delictis,inquit Apostolus.Venit igitur vita ad mortuos,medicus ad ægrotos,lux ad cæcos & in tenebris constitutos:& ita visitauit iacẽtes in morte,decumbentes in lecto,sedẽtes in tenebris.Et quidem cæcos illuminauit,illis corporalem visum reddidit:& iam vltimum spiritum agentes ad integram sanitatem, mortuos verò ad vitam restituit.Horum Euangelia plena sunt. Sed & Esaias cap.49.ita prædixerat. Dedi te in lucem Gentium,vt aperires oculos cæcorum,& educeres de conclusione vinctum, & de

Misericordia curvisceribus nomine intelligitur

Oriens nomen est.

Christus sol oriens.

Christus candor lucis paternæ.

Tenebræ.

sedere quid

domo carceris ſedentes in tenebris. Magna vtique hæc ſunt eius aduentus beneficia, ſed maiora ſunt, quæ in animis fidelium operatus eſt. Imminebant illis exteriores tenebræ, pœnæ mortis æternæ: ſed ipſe contra tenebras illas ſuam claritatem, & contra vmbram mortis, veram nobis vitam per gratiam communicauit. Ille enim lux eſt, ille etiam vita, vt Ioannes in ſui Euãgelij initio teſtatus eſt. Vita, inquit, erat lux hominum, & lux in tenebris lucet. Expungit igitur tenebras, quia lux eſt: mortem etiam, quia vita eſt: vita inquam vera, vt & lux vera. Hęc autem in nobis progreſſus magnos faciunt, *Ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis.* Pedes pro affectibus ſumuntur multis in locis. Purgantur autem illi per Chriſtum & ad iter pacis diriguntur. De his pedibus ita Dauid Pſ. 39. Et ſtatuit ſupra petram pedes meos, & direxit greſſus meos. Et in Canticis loquitur ſponſa, cap. 5. Laui pedes meos. Itaque quemadmodum ad noſtram ſalutem, ad peccatorum noſtrorum remiſſionem, & hoſtium noſtrorum victoriã venit Chriſtus: ita voluit nos vitæ puritate & integritate illi obſequi: non ſtertere, ſedere, aut iacere, quod ocioſorũ eſt, ſed pedes noſtros, id eſt omnes cogitationes, affectus, & actiones dirigere *in viam pacis*. Eſt autem via pacis, ſancta & pura hominis conuerſatio. Per hanc enim pacem habet cum Deo, & ſibi ipſi conſtat pacificus, & cum hominibus. Hæc eſt pax Dei, quæ exuperat omnem ſenſum, quæ cuſtodit & dirigit corda & corpora noſtra, Philip. 3. Videtur igitur nos velut infantes conſiderare, quibus directore opus eſt: aut velut ignaros itineris ſuſcepti, qui alios locant, viæ ſuæ duces. Sic autem meditabimur nos etiam infantibus infirmiores eſſe. Illos nutrices, nos Deus ipſe per Chriſtum ſuũ dirigit. Meditabimur etiam nos eſſe viatores, ita tamẽ vt neſciamus qua via gradiendum ſit, niſi ipſe dirigat nos, ad viam pacis. Alioquin, vt pridem de Hercule finxit Prodicus Sophiſta, multæ ſeſe viæ produnt, ſed quæ ducant ad perditionem. Lata via eſt, quæ ducit ad mortem, inquit Chriſtus. Itaque, vt legitur Prou. 16. cor hominis diſponit viam ſuam, ſed Domini eſt dirigere greſſus eius. Et Prou. 3. Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ. In omnibus viis tuis cogita illum, & ipſe diriget greſſus tuos. Pſ. 142. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Sap. 10. Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas, & oſtendit illi regnũ Dei. De quo regno dicitur Pſ. 147. Lauda Hieruſalem Dominum, quoniam confortauit ſeras portarum tuarum, benedixit filiis tuis in te. Qui poſuit fines tuos pacem. Hanc autem aſſequimur gradientes per mãdata Dei. Pſ. 118. Pax multa diligentibus legem tuam. Eſ. 48. Vtinam attendiſſes mandata mea, facta fuiſſet ſicut flumen pax tua. Pacis igitur nomine omnia bona intelligit, quæ nobis per gratiam & gloriam obueniunt. Eſ. 34. Erit opus iuſtitiæ, pax.

Via pacis pura cõuerſatio.

Xenophon lib. 2. de factis & dictis Socrat.

Hoc expedito Cantico, Lucas compendioſam interſerit pueri educationem, & vitæ inſtitutum, vſque ad id tempus, qua munus prædicationis exequi cœpit. *Puer*, inquit, *creſcebat, & cõfortabatur ſpiritu.* ἐκραταιοῦτο, fiebat validus ac robuſtus, non corpore tantùm, ſed ſpiritu. Orig. hom. 11. in Luc. Per ſingulas horas atque momenta ſpiritu ſuccreſcente, anima quoque ſua incrementa capiebat: & non ſolùm anima, ſed etiam ſenſus & mens augmenta ſpiritus ſequebãtur. Et quidem caro infirma, confirmatur autem ſpiritu. Theophilact. Cum corpore ſimul creſcebat & ſpirituale donum. Et tanto magis efficacia ſpiritus in illo ſe oſtendebat, organo illius capace exiſtente. Hic enim ſpiritus Prophetas ſuos præparat, imbuit & edocet. Ezech. 3. Spiritus leuauit me, & aſſumpſit me, & abij amarus in indignatione ſpiritus mei. Manus enim Domini erat mecum, confortans me. Vnde dicere poterat illud Apoſtoli, Philip. 4. Omnia poſſum in eo qui me confortat. Hic autem eſt Spiritus ſanctus, à quo virtus eſt omnium creaturarum. Pſal. 32. Verbo Domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. *Et erat in deſertis*, ſtatim atque in ea ſe conferre potuit, teneris ſub annis. Non expectauit enim vt à patre ſeu in domo paterna nutriretur, *vſque ad diem oſtenſionis ſuæ in Iſrael*: ſed receſſit fugiens tumultum vrbium, inquit Origen. fugiens populi frequentiam, viciniam ciuitatum, & abijt in deſerta vbi purior aër erat, & cœlum apertius, & familiarior Deus: vt quia necdum ſui miniſterij tempus aduenerat, interim vacaret orationibus, & cum Angelis conuerſaretur, appellãretque Dominum, & illum audiret reſpondentem, Ecce adſum. Theophil. Receſſit etiam, ne multitudinis malitiæ particeps fieret, & vt neminem reueritus, omnes liberè reprehẽderet. Nam ſi fuiſſet in mundo, fortaſſis conſuetudine amicorum, & ſocietate coinquinatus fuiſſet. Fecit igitur ad inſtar Moſis, qui quadraginta annis manſit in deſerto, antequã in Ægyptum deſcenderet, & populi ſui ſalutem nunciaret. Illud dicere poterat Pſ. 34. Ecce elongaui fugiẽs, & manſi in ſolitudine. Hinc edocetur verbi diuini miniſter priùs vacare contemplationi, quàm docere incipiat.

Origen.

Theoph.

Origen.

Ioannes in deſerta ſe ſubtrahit ab hominibus.

Theoph.

A *De Iesu ex Dauide & Abraham generatione secundum carnem, iuxta Dei promissiones & Prophetarum vaticinia, ex qua consequitur illum verum Messyam esse.*

MATTH. 1. | Marc. | Luc. | Ioan.

Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham. Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Iudam & fratres eius. Iudas autem genuit Phares & Zaram de Thamar. Phares autem genuit Esron. Esron autem genuit Aram. Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naasson. Naasson autem genuit Salmon. Salmon autem genuit Booz de Rahab. Booz autem genuit Obed ex Ruth. Obed autem genuit Iesse.
B Iesse autem genuit Dauid regem. Dauid autem rex genuit Salomonem ex ea quæ fuit Vriæ. Salomon autem genuit Roboam. Roboam autem genuit Abiam. Abia autem genuit Asa. Asa autem genuit Iosaphat. Iosaphat autem genuit Ioram. Ioram autem genuit Oziam. Ozias autem genuit Ioatham. Ioatham autem genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezechiam. Ezechias autem genuit Manasses. Manasses autem genuit Amon. Amon autem genuit Iosiam. Iosias autem genuit Iechoniam & fratres eius in transmigratione Babylonis. Et post transmigrationem Babylonis, Iechonias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel. Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliacim. Eliacim autem genuit Azor. Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Achim. Achim autem genuit Eliud. Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Mathan. Mathan autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ: de qua natus est Iesus qui vocatur Christus. Omnes itaque generationes ab Abrahã vsque ad Dauid, generationes quatuordecim. & à Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis, generationes quatuordecim. & à trãsmigratione Babylonis vsque ad Christum, generationes quatuordecim. Christi autem generatio sic erat.
C

Introductio.

QVOTIES de hærede quæritur, vt rerum possessio cuius sit intelligatur, edunt illi origines generationum suarum, qui sibi ius vẽdicant. Et hãc vtique legem Tertullianus lib. de præscript. contra hæretic. ita vsurpat, vt excludat Marcionem, Cherintũ & cæteros hæreticos, à fidei & sacrarum literarum possessione. Ad quos, inquit, meritò dicendum est, Qui estis, & vnde venistis? Quid in meo agitis non mei? Quo denique, Marcion, iure syluam meam cædis? Qua licentia, Valentine, fontes meos transuertis? Qua potestate, Apelles, limites meos commoues? Mea est possessio, olim possideo, prior possideo. Habeo origines firmas ab ipsis autoribus, quorum fuit res. Et hoc vtique iure Matthæus Iesum Messyam esse confirmat, ipsius generationem assignans: non quòd à patribus, è quibus secundum carnem natus est, hæreditatem Ecclesiæ, & Messyæ nomen assecutus sit: sed quod à Deo per Prophetas ex illorũ progenie repromissus esset. Theophilactus, Procœmio in Matth. Matthæus enim, inquit, de sola substantia Christi in carne differens ad Hebræos scribebat, quibus sufficiebat discere, quòd ex Abraham & Dauid natus est Christus. Nam qui ex Hebræis crediderit, contentus est si certior fiat ex Abraham & Dauid natũ esse Christum. Euthymius, in Matth. Itaque Matthæus auditorum mentes erigit ad promissorum memoriam. Olim enim promiserat Deus Abraham & Dauid ex semine ipsorum nasciturũ esse Christum. Cùm autem auditores essent Iudæi, nouerant illas promissiones. Itaque, vt Ioannes Iesum verè Dei filium testatus est, ita Matthæus potissimùm curauit illum non modò verum hominem, sed & Messyam in lege promissum ostẽdere: quod & initio pollicetur, ita scribens. *Liber generationis Iesu Christi*, &c. Subintelligitur, hic est: quasi dicat, hæc est enumeratio eorum, à quibus Christus duxit genus secundum carnem. Hebraicè enim legitur *Sepher hatoldoth*, liber generationum. Dictio autem *Sepher* deducitur à radice *Saphar*, numerauit, recensuit, narrauit. Itaque liber sumitur pro catalogo, & enumeratione: aut pro eiusmodi libro, in quo aliquid recensetur. Vt liber iustorum, in quo iusti scribuntur. sed & idem liber Dei, Exod. 32. Ios. 10. Hebraismus autem iste frequens est in veteri Testamento, vt Istæ sunt generationes Noe, & istæ sunt generationes Iacob. Gen. 5. Liber generationis Adæ. & 2. Istæ sunt generationes cœli & terræ. Theophil. Sed quam ob causam non dixit Visio, vel Sermo, sicut Prophetæ, qui suos libros sic inscripserunt? Audi quod discas. Prophetæ loquebantur ad duros corde & inobedientes, & ideò dicebant: Diuina est visio, & sermo est à Deo, vt timeret

Tertull.

Christus ex generatiõe demõstratur.

D

Theophil. *Cur Matthæus de tẽporali generatione dixerit.*

Euthym.

E

Liber seu enumeratio

Theoph. *Cur non dixit, sermo, aut Visio.*

populus,& non contemneret dicta. Matthæus autẽ ſermonem habebat ad credulos, gratos & obediẽtes,& propterea nihil tale prædixit,quale Prophetæ.Poſſẽ & aliud dicere, q̃ Prophetæ mente videbãt ea quæ videbant, Spiritu ſancto apparitionem faciente. Matthæus autem non mentaliter & per apparitionem Chriſtũ vidit,ſed corporaliter cũ eo fuit,& ſenſibiliter audiuit eum,videns eum in carne. Et idcircò non dicitur viſio,ſed liber.Verùm quæritur quomodo Matthæus generationem Chriſti aggrediatur,cùm Eſaias clamet, Generationem eius quis enarrabit? Reſpondet Hieronymus in Matth. Euangeliſtam non eſſe Prophetæ contrarium, vt quod ille impoſſibile dixit effatu,hic narrare incipiat:quia ibi apud Eſaiam de generatione diuinitatis,hîc de incarnatione eſt dictum. Auguſtinus,lib.2.de conſ.Euang.cap.1. Hoc enim exordio ſuo ſatis oſtendit generationem Chriſti ſecundum carnem, ſe ſuſcepiſſe narrandam. Secundum hanc enim Chriſtus filius hominis eſt,quod etiam ſe ſæpiſſimè appellat,commendans nobis quid miſericorditer dignatus eſt eſſe pro nobis. Nam illa ſuperna & æterna generatio,ſecundum quam vnigenitus Dei filius eſt ante omnem creaturam, omninò ineffabilis eſt. Sed & ipſa temporalis generatio non omninò exprimi poteſt. Hieronymus. A carnalibus autem incipit Matthæus,vt per hominẽ,Deũ diſcere incipiamus. Itaque ſicut Moyſes Geneſeos librum edidit,quo mundi,cœli,terræ,aſtrorũ,piſcium,volucrũ, demũ hominis creationẽ, & generationem explicat,à cœlo verò & terra auſpicatur:ita Matthæus iſtius orbis renouationem & reparationem per Chriſtum narraturus,à Chriſti generatione exorditur. Noua enim omnia per eum ſunt reddita, noua Eccleſia,ſacramenta,lex,ſacrificium, noua etiã noſtra per Chriſtũ in aqua & ſpiritu ſancto generatio.Eſa.65. Ita enim Dominus per Eſaiam dixit: Ecce ego creo cœlos nouos,& terram nouam,& non erunt in memoria priora. Non aſcendent ſuper cor,ſed gaudebitis & exultabitis in ſempiternũ.Chryſ.hom.2.in Matth.Cuius verò gratia librum iſtum generationis Chriſti vocat,vbi non ſola Chriſti generatio ,ſed tota prorſus ipſius myſterij diſpenſatio continetur? Quia totius ſcilicet diſpenſationis caput,& radix,& principiũ omnium nobis in hoc conſiſtit bonorum. Vt enim Moyſes librum cœli appellauit ac terræ, cùm certè non de cœlo ſolùm,& terra loqueretur,ſed de cunctis,quæ inter ipſa ſubſiſtunt: ita etiam Euangeliſta ab ipſo omnium fonte & capite bonorum librum vocauit.Omni ſiquidem admiratione pleniſſimum eſt,& ſupra ſpem expectationemq́ue mortalium,quòd Deus homo factus eſt. Hoc autem impleto illa omnia quæ ſequuntur, iuxta ordinem & rationẽ procedũt. Col.1. In Chriſto enim omnia ſunt condita. Et omnia per ipſum & in ipſo creata ſunt:in quo vim diuinitatis eius ſuſpicimus. Quòd ſi ad humanam quam aſſumpſit naturam, oculos cõuertamus, audiemus Pſaltem dicentem,(Pſ.8.)Minuiſti eum paulo minus ab Angelis,& omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. Itaque ſicut Moſes hominis geneſim velut caput orbis primi aſſeruit,cui Deus animantia cuncta ſubiecit:& ex illo homine hiſtoriam ſuam deducit:ita Matthæus Chriſtum hominem aſſerens,etiam ab eo cætera deriuat noſtræ reparationis myſteria. Moſes enim in vno Adamo,etiam mulierem & omne earum genus complectitur, cùm ait: (Geneſ.5.)Hic eſt liber generationum Adam, in die qua creauit Deus hominem, maſculum & fœminam creauit eos.Ita Matthæus in Chriſto,etiam ſponſam Eccleſiam ita complectitur, vt Chriſti temporali generatione poſita,etiam omnia bona facilè ſuccedere meditetur. Nam qui ſacramentorum veritatem,paſſionis & mortis Chriſti vim aſtruunt,primùm omnium recurrunt ad veritatem aſſumptæ carnis:qua negata,negentur cætera neceſſe eſt: hac autẽ poſita in ſua veritate,vera quoque cætera conſequantur,vnde & maiorem virtutem,quàm quæ in figuris olim contingebant,nanciſcantur. Tertullianus,lib.3.contra Marcionem.Nam ſi mẽdax eſſe caro deprehenditur,ſequitur vt & omnia,quæ per carnem Chriſti geſta ſunt,mendacio geſta ſint,congreſſus,contactus, conuictus,ipſæ quoque virtutes. Si enim tangendo aliquẽ liberauit à vitio,vel tactus ab aliquo,quod corporaliter actum eſt, non poteſt verè actum credi, ſine corporis veritate.Nihil ſolidum ab inani,nihil plenum à vacuo perfici licuit. Putatiuus habitus,putatiuus actus:imaginarius operator,imaginariæ operæ.Sic nec paſſiones eius fidẽ merebuntur. Nihil enim paſſus eſt,qui non verè eſt paſſus. Euerſum eſt igitur totum Dei opus.Totum Chriſtiani nominis & pondus & fructus,mors Chriſti negatur,quã tam expreſſè Apoſtolus demandat. Tradidi enim,inquit,vobis imprimis, quòd Chriſtus mortuus ſit pro peccatis noſtris,& quòd ſepultus ſit,& quòd reſurrexit tertia die. Porrò ſi caro eius negatur, quomodo mors eius aſſeueratur? Negata verò morte,dum caro negatur,nec de reſurrectione conſtabit. Eadem enim ratione non ſurrexit,qua mortuus non eſt: non habendo ſubſtantiam ſcilicet carnis,cuius ſicut & mors,ita & reſurrectio eſt.Proinde reſurrectione Chriſti infirmata, etiam noſtra ſubuerſa eſt. Nam ſicut illi, qui dicebant reſurrectionem mortuorum non eſſe,

reuincuntur

Quomodo enarretur Chriſti generatio. Hieron. Auguſt.

Hierony. *Confertur Matthæus cũ Moſe.*

Chryſoſt. *cur liber iſte generationis Chriſti eſſe dicatur, quæ & aliorũ meminit.*

1. 2.

Veritas aſſũptæ carnis primò ſtatuenda eſt fidelibus. Tertull.

A retiincuntur ab Apostolo ex resurrectione Christi: ita resurrectione Christi nõ consistente, aufertur & mortuorum resurrectio. Atque ita inanis est & fides nostra, inanis est prædicatio Apostolorum. Idem lib. de carne Christi. At verò Christus mori missus, nasci quoque necessariò habuit, vt mori posset. Non enim mori solet, nisi quod nascitur. Mutuum debitum est inter se, natiuitati cũ mortalitate. Forma moriendi, causa nascendi est. Hinc occurrit his, qui assumptã à Verbo carnem, comparabant iis corporibus, quæ assumunt Angeli, quæ tamen nata nõ sunt. Non venerant, inquit, mori, ideò nec nasci. Ergo veritas omnium mysteriorum pendet à veritate carnis Christi, & à vera illa generatione tẽporali. Anselmus, Enarrat. in Matth. c. 1. Cuius autem sit generatio, postea subijcit. Non Adæ nos perdentis, sed Iesu nos saluantis. Nõ expellentis à paradiso, sed Christi reducentis nos ad paradisum. Et quidem multis olim hoc nomẽ Iesu datũ est, sed in figura istius, sicut Iesu Naué, id est Iosue filius Nun. Eccl. 47. Fortis in bello Iesu Naué successor Moysi. Fuit & Iesus filius Iotsedech. Zach. 3. At verò nihil illi contu-

B lerunt, præter figuram & salutis, & ædificationis spiritualis templi per Christum factæ. Heb. 12. Ipsum enim habemus auctorem & cõsummatorem in sanguine eius. Itaque ne quis in nomine hallucinetur, adijcit nomen *Christi*. Quod, vt scribit Cyrillus Alexandr. lib. de incarnat. Vnigeniti, cap. 1. nec definitionis vim obtinet, nec cuiuspiam substantiæ qualis sit significat, sicut fortè homo, aut equus, aut bos: sed rei magis, quæ in aliquo agatur, habet significationem. Oleo namque vngebantur Prophetæ, sacerdotes, & reges. Vnde Dominus per Dauid ait, Ps. 104. Nolite tãgere Christos meos, & in Prophetis meis nolite malignari. Tertullian. lib. de baptismo: Christus dicitur à chrismate, quod est vnctio, quæ Christo nomen accommodauit, facta spiritualis, quia spiritu vnctus est à Deo patre. Ita discernit Matthæus hunc de quo tractaturus est, ab his qui nomen Iesu prætulisse visi sunt. Nullus enim eorum fuit Christus. Verùm

C fortassè quis obijciat, eos vnctos fuisse chrismate. Tres enim vnctiones in veteri Testamento legim°. Vnctus est Aaron in sacerdotẽ, Leuit. 3. Vnctus est Saul à Samuele in regẽ, 1. Reg. 10. & Dauid, 1. Reg. 16. Vnctus est & Helisæus in Prophetã, 3. Reg. 19. Verùm nulla earũ vnctionum Christi chrismati cõferri potest. Vnctio enim eius non corporalis, sed spiritualis fuit, tãtò quidẽ copiosior, quantò pleniùs accepit spiritum Domini. Es. 61. Spiritus Domini super me, eo quòd vnxerit me. Act. 10. Quem vnxit Deus spiritu sancto. Ps. 44. Vnxit te Deus Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Chrysostomus, hom. 2. in Matth. Vides quanto inter ipsa principia splendore lucet Christus, quomodo Matthæus tibi regem ipsum humana specie, sic mortalibus, velut exercitui admixtum ostendit. Neque enim in bello semper propriam rex dignitatem habere cernitur, sed purpura & diademate relictis, militis habitum frequenter in-

D duitur. Sed illic, ne cognitus hostes in se conuertat: hîc verò noster Christus contrà, vt ne ante congressum subitò omnes auertat, suósque maiestatis fulgur conturbet. saluare enim, non terrere studuit. Et idcircò illum hac appellatione continuò nominauit (quæ accessum nobis ad eum facilem promitteret) Iesum vtique nominando. Iesus enim non est Græci sermonis vocabulum, sed Hebraica lingua saluatorem significat, ab eo quòd salutem populo suo præstaturus aduenerit. Iámne igitur intelligis quemadmodum Euangelista auditorem in alta subuexerit, & ea certa nomina (Iesu, & Christi) quæ in vsu esse viderentur, locutus: longè tamẽ maiora quàm omnes sperare poteramus, edocuit? Et vtriusque sanè nominis (Iesu & Christi) apud Iudæos erat celebrata notitia. Quia enĩ incredibilia erant quæ promittebãtur futura, etiã nominum præcesserunt figuræ. Cyrillus Hierosolym. catech. 10. Et Iudæi quidem concedũt illum esse Iesum, Christum verò negant. Atqui vtrumque simul credendum & confitendum est. Ideò dicit Apostolus: Quis est mendax, nisi qui negat quòd Iesus est Christus? Et quidẽ

E si prærogatiuas vnctionis antiquæ consideres, illas omnes, sed perfectissimas in Christo reperies. Vngebantur Prophetæ: & ille Propheta est, quem Deus suscitauit de fratribus Israëlis, vt præcinuit Moses. Vngebantur reges: ille verò rex regum est, & dominus dominantium. Vngebantur sacerdotes: & ille in æternum sacerdos est, secundum ordinem Melchisedech. Adijciam & in eam rem Cyrilli verba in consequentibus, vt intelligamus quonam modo Iesus præ cæteris nomen Christi habeat. Non ex corporea successione accepit sacerdotium, inquit, neque factitio oleo vnctus est: sed tanto excellentiùs aliis, quanto hic cum iureiurando factus est sacerdos. Ioan. Damascenus, lib. 3. de fide orthod. cap. 3. Christi porrò vocabulum personæ esse dicimus, vt quod non vnimodè dicatur, sed duplicem naturã significet. Ipse enim seipsum vnxit, corpus videlicet diuinitate sua vngens, vt Deus: vnctus autem, vt homo: quandoquidẽ ipse & hoc & illud est. Vnctio porrò humanitatis est diuinitas. Hesychius, lib. 2. in Leuit. cap. 8. Et quidem vnctio illa spiritualis nobis cum Christo communis est, & non communis-

Idem.

Anſel.

Cyrillus Alexandr. *Christi nomen quid sonet.*

Tertullia. *Vnctiones quæ olim, & quæ in Christis.*

Chryſoſt. *Christ° rex sine fastu regio.*

Cyrill. Hierosol. *Christus propheta.*

Idẽ rex & sacerdos.

Ioan. Da. *Christus vnctus secũdũ carnẽ.*

Heſych.

Communis quidem,participatione ipsius Christi,à quo dicimur Christiani: Non communis F
autem,quia inæstimabili quadam sublimitate excellit Deus hominibus,& gratia in qua ei cõ-
municamus. Propterea vnguntur quidem simul cum Aaron filij eius,sed non talia in eis,qua-
lia in Aaronis vnctione aguntur. Cernis enim,quemadmodum præcipuè exultationis oleo,id
est spiritu,præ participibus vtique nobis,vnctus est Christus,vt scribit Psalmista:ipse siquidem
substantialiter vnctus est,nos verò operatione eius & gratia. Hunc Prophetæ prædixerant,
Christũ dæmones & ipsi Gẽtiles norunt. hunc dæmones venturum nouerant, ipsa etiam mulier Samaritis. Exoptatum igitur ab om-
nibus & cunctis gentibus desideratum aduenisse testatur Matthæus, enumerationem eius ge-
nerationis contexens. Et dicit eum *filium Dauid*, illum ipsum esse assignans, quem omnes
quærerent,& ita discernens ab ijs qui nomen Iesu simul cum vnctione prætulerunt, qui non
Cur Christus potius Dauid quã cæterorum filius. erant de familia Dauid,vt obseruat Chrysostomus,hom.2.in Matthæum.qui & hãc quæstio-
nem adijcit. Qua de causa,inquit, non priùs Matthæus Christũ filium Abrahæ,quàm filium
Dauid nuncupauit? Non sicut opinantur aliqui,ab inferioribus volens ad superiora conscen- G
Chrysost. dere. Non enim idem facit quod Lucas. Et tamen sunt qui sic interpretantur, Liber genera-
tionis Iesu Christi filij Dauid, quoniam Dauid fuit filius Abraham.Sed hunc sensum non ap-
probat Chrysostomus. Cur ergo commemorauit priorem Dauid? Quia ipse,inquit, procul-
dubiò in omniũ versabatur ore,ob insigne honoris & gloriæ,ob ipsius quoque temporis spatia
iunctiora. Non enim olim defunctus fuerat,sicut Abraham. Etsi enim vtrique promiserat
Deus, sed tamen illud quasi antiquum reticebatur: hoc verò quasi nouum & recens ab om-
nibus celebrabatur. Ipsi enim Iudæi dicunt, Nónne ex semine Dauid,& Bethleem castello,
vnde erat Dauid,venit Christus? Nemo igitur illum filium Abrahæ,sed omnes filium Dauid
nominabant. Etenim propter tempus,vt dixi,& propter regnum,hic magis in hominum me-
moria vigebat.Lege in Euangelio,quid inclament cæci,(Luc.18.)Iesu fili Dauid,miserere mei. H
Et cùm idem ipse Pharisæos interrogasset,(Matth.22.)Quid vobis videtur de Christo, cuius
filius est?Responderunt ei, Dauid. Sic passim acclamabant Christo,Fili Dauid.Hosanna filio
Dauid. Rom.1.Qui factus est ei ex semine Dauidis secundum carnem. Adde quòd magis se-
cernebatur, & designabatur Messyas per Dauidis, quàm Abrahæ generationem. Siquidem
omnes Iudæi sunt ex Abraham, neque tamen omnium eadem est tribus. Diuidi autem illæ
cœperunt, iuxta numerum Patriarcharum,qui ex Iacob orti sunt. Et vni tantùm harum, sci-
licet tribui Iuda,promissus erat Christus,è qua Dauid ortus est.Itaque Dauid,vt propinquior,
ita magis ostendit Iesum illum, qui ex eo natus est, esse Messyam à Deo promissum. Hiero-
Hieron. *Abrahæ promißiões factæ.* nym.in Matth. Ideò autem cæteris prætermissis, horum filium nuncupauit,quia ad hos po-
tissimùm est facta de Christo repromissio. Promissiones Abrahæ factæ leguntur,Genes.12.In
te benedicentur omnes tribus terræ. Et cap.22.Et benedicentur in semine tuo omnes gentes
terræ. Gal.3. Dixit autem non in seminibus,quasi in multis,sed in semine tuo vno, quod est I
Christus. Dauidi autem factæ leguntur,2.Reg.7.Quumque completi fuerint dies tui,suscita-
bo semen tuum post te.Eadẽ promissio habetur,1.Par.17.& Ps.89. Iuraui Dauid seruo meo,
Vsque in æternum præparabo semen tuum. Et Ps.132. Iurauit Dominus Dauid veritatem,
&c.Vnde Hierem.23. Suscitabo Dauid germen iustum,& regnabit rex,& faciet iudicium &
iustitiam, & vocabunt eum,Dominus iustus noster. Quod legitur Hebraicè *Iehoua tsidkenu*,
Deus iustus noster. Et quis Deus germen Dauid, nisi Messyas verus Deus & verus homo?
Vnde & apud eundem Hier.31.& 33.Si irritum potest fieri pactum meum cum die & nocte,
pactum meum irritum esse poterit cum Dauid seruo meo,vt non sit ex eo filius, qui regnet in
throno eius. Huius autem regni durationem explicat, qualis nulli ex hominibus conuenit.
Es.9. Super solium Dauid, & super regnum eius sedebit,vt confirmet & corroboret illum a- K
Theoph. modò,& vsque in sempiternum. Præter promissiones illas,Dauid expressiorem Christi typũ
prętulit,vt obseruat Theophilactus in Matth.Sicut enim ipse post Saul reprobatum à Deo,&
odibilem,regnauit: ita Christus,postquàm priuatus est Adam regno & principatu, quem ha-
bebat in omnia & animantia,& dæmonia,incarnatus venit,& regnauit. At verò nónne & aliis
Leo. eadem promissio facta esse videtur? Leo,serm.2.in Natiuitat.Domini. Deus enim omnipotẽs
& clemens,cuius natura bonitas, cuius voluntas potentia,cuius opus misericordia est: statim
Quomodo olim promissus Christ⁹. vt nos diabolica malignitas veneno suæ mortificauit inuidiæ, prædestinata renouandis mor-
talibus suæ pietatis remedia,inter ipsa mundi primordia præsignauit:denuncians serpenti futu-
rum semen mulieris,quod noxij capitis elationem sua virtute contereret: (Gen.3.) Christum
scilicet in carne venturum Deum hominemque signans,qui natus ex virgine, violatorem hu-
manæ propaginis incorrupta natiuitate damnaret. Quid quòd eadẽ Isaaco repromissio facta

legitur,

A legitur, quæ priùs Abrahamo patri eius? Geneſ. 26. Cùm enim ille orta fame ſuper terram, abiiſſet ad Abi-melech regem Palæſtinorum in Gerara, ait illi Dominus. Complebo iuramentum, quod ſpopondi Abraham patri tuo. Et multiplicabo ſemen tuum, ſicut ſtellas cœli, dabóque poſteris tuis vniuerſas regiones has, & benedicentur in ſemine tuo omnes Gentes terræ. Idem rurſus confirmauit Iacobo Patriarchæ, cùm ille in Bethel obdormiens ſcalam vidiſſet, & Dominum innixum ſcalæ, Gen. 28. Tunc enim ad eum Dominus. Erit ſemen tuum quaſi puluis terræ. Dilataberis ad Orientem & Occidentem, & Septentrionem & Meridiem, & benedicentur in te & in ſemine tuo cunctæ tribus terræ. Sed hæc non fuit noua aliqua promiſſio, aut alia ab ea quæ Abrahæ facta fuerat, ſed confirmabatur in filiis eius. Hinc fit, vt Abrahæ & Dauidis potius quàm cæterorum mentio fiat. Iſti enim erant præcipuè maximéque mirabiles, inquit Chryſoſt. hom. 2. in Matth. ille quidem quòd eſſet rex & Propheta, hic verò quòd eſſet Chryſoſt.

B Propheta & Patriarcha. Et rurſus inducit hanc quæſtionem. Et vnde, inquis, manifeſtum eſt ex Dauid eſſe Chriſtum? Si enim non ex viro, ſed tantummodò ex virgine natus eſt, de cuius certè generatione reticetur: quomodo ſcire poterimus illum ex Dauid ſtirpe deſcendere? Duo ſunt enim, quæ pariunt quæſtionẽ. Vnum, qua de cauſa in generationũ catalogo, virgo ſileatur: *Diſcimus* alterũ verò, qua ratione Ioſeph memoretur, cui certè cum generatione Chriſti nihil eſt cõmu- *Virginem* ne. Videtur enim & vnum abũdare, & alterũ deeſſe. Quid ergo dicemus? Quòd vtiq; primùm *matrem eſſe* illud neceſſe fuerit memorari, quemadmodum ex Dauid virgo deſcenderit. Vnde hoc itaque *ex Dauid* diſcemus? Audi ad Gabriel loquentẽ Dominum: Vade ad virginẽ deſponſatã viro, cui nomen *per virum:* Ioſeph, de domo & familia Dauid. Quid igitur vis audire manifeſtius, cũ ex domo & familia Dauid illam virginem eſſe cognoſcas? Inde patet, quòd inde vtique erat Ioſeph. Fuerat quippè in lege præceptum, ex diuerſis tribubus non licere vſurpari coniugiũ. Cuius verò rei gratia Io-

C ſephi nomen exprimit Euangeliſta, non item virginis: cõtexens interim Chriſti generationem, qui ex virgine, non autem ex eius viro natus eſt? Reſpondet etiã Chryſoſtomus, his verbis. Non Idem. erat mos apud Hebræos generationũ catalogum per fœminas texere. Vt ergo morem cuſto- *Cur non te-* diret, ne in ipſo ſtatim principio videretur antiqua deſtruere, & nobis virginem certiùs indica- *xitur gene-* ret, parentes eius reticens atque maiores, de Ioſeph generatione non tacuit. Hoc enim decla- *ratio Chri-* rato, illud quoque pariter oſtendit, quòd ſcilicet inde eſſet & virgo: quia nequaquam iuſtus iſte *ſti per Ma-* pateretur vxorem ſibi aliunde, quàm vnde lex præcipiebat, eligere. Eadem habet Ioan. Damaſ. *riã, ſed per* ſerm. 3. de beatæ Mariæ natiuitate. Leo Martyr, ſerm. 3. de natiu. Domini, diuam Virginem è *Ioſeph.* domo Dauid colligit, ex Eſai. 7. cap. Ibi ſcilicet domui Dauid virgo repromittitur, quæ pariat Ioan. Da. Emmanuelem. Audite, inquit, domus Dauid, nunquid parum vobis eſt moleſtos eſſe homini- Leo. bus, quia moleſti eſtis & Deo meo? Propter hoc dabit Dominus ipſe vobis ſignum. Ecce vir-

D go concipiet & pariet filium, & vocabis nomen eius Emmanuel, quod eſt Nobiſcum Deus. Adiicit & hoc eiuſdem Prophetæ vaticinium, cap. 11. Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet. In qua, inquit, virga, non dubiè beata virgo prædicta eſt, quæ de Ieſſe, & Dauid ſtirpe progenita, & Spiritu ſancto fœcundata, nouum florem carnis humanæ, vtero quidem materno, ſed partu eſt enixa virgineo. Rurſus autem obiiciet aliquis, etiam hoc poſito *Quomodo* & accepto, quòd diua virgo è Dauidis familia profluxerit, quomodo tamen Chriſtus à Dauide duxit originem, etiam carnis aſſumptę reſpectu, cùm mater virgo in partu permanſerit. Ve- *Chriſtus à* rùm id ſolius matris ratione concedi diximus. Nam ſimul virgo erat & mater: Virgo, quia virilis *Dauid, quũ* ignara conſortij: mater, quia de ſe Chriſtum genuit, & è ſuis ſanguinibus ei corpus miniſtra- *mater virgo* uit. Illa verò è Dauidis domo profluxerat, & ita Chriſtus per matrem ad Dauidem genus *fuerit.* ſuum retulit. Sic Matthæus Chriſti generationem recenſens, multas ſimul hæreſes eludit.

E Nam qui hanc admiſerit, deridebit Valentinianos, qui Chriſtum per Mariam quaſi per canalem tranſiiſſe, nihil autem de ea accepiſſe: Apollinares, qui ipſum corpus ſuum è cœlo attuliſſe: Marcionitas, qui corpus fantaſticum habuiſſe blaſphemabant. Chriſtus enim filius eſt & Dauidis & Abrahæ, quia filius eſt virginis. Et quid habuit virgo ab illis, quod Chriſto noſtro ſuppeditarit? An non carnem? Hanc igitur illa Chriſto communicauit. Sed contendes hoc opus fuiſſe Spiritus ſancti. Vtique vt virgo pareret, & ſuppleretur quod naturæ deerat, quæ non niſi ex vtroque parente filios procreat. Attulit Spiritus ſanctus Mariæ fœcunditatem, ſed tamen illa corporis materiam ſuppeditauit. Cyrillus Hieroſolymitanus catech. 12. Cyrill. Mutuata eſt à viris fœmineo generi gratia. Eua enim ex viro nata eſt, & non ex matre con- Hieroſol. cepta, ſed ex ſolo viro, tanquam partu edita. Reddidit igitur Maria gratiæ huius mutuum officium: & non ex viro, ſed ex ſeipſa ſola impollutè, Spiritus ſancti virtute peperit. Ordienda igitur eſt à celeberrimo illo Patriarcha Abrahamo Chriſti generatio. *Abraham genuit Iſaac,*

Isaac Christi typum prætulit.

Irenæus. Theoph. Antioch. *1. in natiuitate.*

2. in tempore. Cyrill. Alex. Irenæus. *3. in sacrificio.* Cyrill. Alex.

Origen.

Cyrill. Alex.

Chrysost.

Cur Iacob & nō Esau meminerit.

Irenæus. *Typus Ecclesiæ & ipsius Christi in Iacob.*

1.

2.

3.

supernaturali virtute, de Sara nonagenaria naturaliter sterili, quando & ipse ferè centenarius erat. Genes. 21. Genuit & Ismahelem, Genes. 17. & 11. Verùm ad generationem Christi carnalis propagatio non sufficiebat, sed electio diuina requirebatur. Propterea dixit Abrahæ Deus, In Isaac vocabitur tibi semen. Et huic Isaac, omne ius familiæ collatum est, quia non ex Agar ancilla, sed Sara libera natus est. Adde quòd, vt scribit Irenæus, libro quarto, cap. 38. in hæres. ea quæ circa Isaac, non sine significatione facta sunt. Theophilus Antiochenus, libro primo Allegoriarum in 4. Euangelist. ab ipsa mirabili natiuitate Isaac, typum Christi requirit, qui & proinde Nazaræus dictus sit, sicut & Samson, & Samuel, & Hieremias, quia ex repromissione natus erat, & ideò ferrum eius caput non tetigerat. Sed & Isaac Vir risus interpretatur. Nam eo nato, Sara mater eius, risum, inquit, fecit mihi: omnis qui audierit, corridebit mihi. Quæ verò maior est spiritualis exultationis occasio, quàm in Christi natiuitate? Ad hanc Angeli prouocabant, dicentes pastoribus: Annuncio vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis saluator mundi, Christus Dominus in ciuitate Dauid. Et Isaac vltima patris, Christus verò postrema seculi ætate natus est, vt meditatur Cyrillus Alexandrinus, libro octauo, in Genes. Prætulit & ille typum Christi. Etenim Abraham prono animo vnigenitum & dilectum filium suum obtulit sacrificium Deo, inquit Iren. lib. 4. in hæres. cap. 13. Vt & Deus beneplacitum habeat pro vniuerso semine eius, dilectum & vnigenitum filium suum præstare sacrificium in nostram redemptionem. Cyrillus Alexandrinus, libro 7. in Genes. Sed & cùm puer lignis pro sacrificio paterna manu oneraretur, & vsque ad sacrificij locum proficisceretur: Christum significat, qui super humerum suum crucem vehens, extra portam, non humana vi coactus, sed sua sponte, patríque voluntate passus est, vt ipse ad Pilatum asseruit. Non haberes, inquiens, in me potestatem, nisi tibi datum esset desuper, Ioan. 19. Quòd autem Isaac mortem euasit, & aries loco eius ad sacrificandum datus est, Christum repræsentat: qui quamuis ex substantia patris esset, in templo tamen suo, quod ex virgine sumpserat, patibulo crucis affixus est. Origenes etiam, homil. 8. in cap. 22. Genes. Mouet me, inquit, satis diligens & cauta Abrahæ responsio. Nescio quid videbat in spiritu, quia non de præsenti, sed de futuro dicit: Deus prouidebit ipse sibi ouem. Futura respondit filio de præsentibus requirenti. Ipse namque sibi Dominus ouem prouidebat in Christo, quia & sapientia ipsa sibi domum ædificauit, & ipse se humiliauit vsque ad mortem. Cyrillus Alexandrinus libro octauo in Genes. etiam typum requirit, ex eo quòd Abraham filio suo, vxorem non ex Chananæis, sed ex his qui idolis addicti erant, seligi voluerit. Deus enim, inquit, congregationem Iudæorum noluit coniungere Christo, quorum Chananæi notam gerebant: sed Ecclesia ex Gentibus est, ad quam ministri Dei missi sunt. Ita Isaac potius selectus est, quàm Ismaël, & ideò illum exprimit Matthæus. *Isaac autem genuit Iacob.* Genuit etiam Esau, sed non ex Esau Christus. Chrysostomus homil. 1. Operis imperfect. in Matth. Esau asper & hispidus, Genes. 25. hoc prauum & nequam seculum significat: Iacob leuis & nitidus futurum seculum designat. Magna inter vtrumque distantia fuit, etsi gemelli fratres essent. Vnde & apud Malachiam Prophetam loquitur Dominus (cap. 1.) Nónne frater erat Iacob Esau? Et, Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Quod etiam antequàm nascerentur, dictum est, & antequàm quicquam boni aut mali egissent, vt scribit Paulus. Præuidebat enim Deus impiam & sceleſtam Esau conuersationē & vitam, & ideò iam illum oderat: præuidebat & bonā Isaaci indolem, & illi gratiā præparabat, magnum suæ in eum dilectionis argumentum. Sed etsi Esau prior natus sit, ius tamen primogenituræ ad Isaacum translatum est, quod & ab initio cùm egrederetur ex vtero, repromittere videbatur: fratris enim plantam tenebat, vt quem à primogenitura supplātaturus esset. Irenæus, lib. 4. in hær. cap. 38. ex eo facto Christi victoriam & Gentilis populi vocationem colligit. Si quis autem & actus qui sunt Iacob, addiscat, inquit, inueniet eos non inanes, sed plenos dispositionum: & imprimis in natiuitate eius, quemadmodum apprehēdit calcaneū fratris, & Iacob vocatus est, id est supplantator, tenens, sed qui non tenetur, ligans pedes, sed qui nō ligatur, luctans & vincens, tenens in manu calcaneum aduersarij, id est victoriam. Ad hoc enim nascebatur Dominus, cuius typum generationis monstrabat, de quo & Ioannes in Apocalypsi ait: Et exiuit vincēs vt vinceret. Deinde autē primogenita accipiens, quando vituperauit ea frater eius: quemadmodū & iunior populus (Gentilis) eum primogenitū Christū accepit, cùm eū repulit populus (Iudaicus) prouectior ætate, dicens, Non habemus regem nisi Cæsarē. In Christo autē vniuersa benedictio: & propter hoc benedictiones prioris populi à patre subripuit posterior populus, quemadmodū Iacob abstulit benedictiones huius Esau. Ob quā causam fratris

pa-

A patiebatur insidias,& persecutiones Isaac ab eo, sic & Ecclesia hoc idem à Iudæis patiebatur. Varię oues,quæ fiebant Iacob merces,& Christi merces ex variis & differentibus Gentibus,in 4.
vnã cohortem fidei cõuenientes fiunt homines,quemadmodũ pater promisit ei:Postula,dicẽs, à me,& dabo tibi Gentes hæreditatem tuam,& possessionem tuam terminos terræ.Et quẽad- 5.
modum Iacob ex duabus sororibus plures filios habuit,sic & Christus ex duabus legibus,similiter vt Iacob ex ancillis,ita Christus ex liberis & seruis secundũ carnem constituet filios Dei. Omnia autem ille Iacob faciebat propter iuniorem Rachel,bonos oculos habentẽ: quæ præfigurabat Ecclesiam,propter quam sustinuit Christus.Eucherius Lugdunensis, lib.2.in Gen.c. Eucherius
46. alia etiam ratione Christi typum in ipsa Iacob natiuitate requirit.Sicut enim Iacob manũ Lugdun.
priùs dum nasceretur,emisit ex vtero,inquit:quæ etiam pedẽ prænascentis fratris tenebat;tum deinde secutum est caput,tum demũ necessariò cætera membra:sed tamen caput, nõ tantùm
B ea membra quæ secuta sunt,sed etiam ipsam manum, quæ in nascendo præcessit, dignitate ac potestate superat,& licet non tempore apparendi,tamen ordine naturæ prius est:Ita Dominus 6.
Iesus Christus,etsi antequàm appareret in carne, & quodãmodò ex vtero secreti sui ad homi- *Christus*
num oculos mediator Dei & hominũ procederet,qui est super omnia Deus: præmisit in san- *præsignatus in natiuitate Iacob.*
ctis Patriarchis & Prophetis quandam partem sui corporis, qua velut manu nasciturum se esse prænuncians,etiã populum superbè præcedentem,vinculis legis,tanquam digitis quinque supplantat,quia & per temporum quinque articulos,prænunciari vẽturus,prophetarique non destitit.Vnde quinque libri,in quibus lex.Nec aperta manus fuit,sed concluſa,vt non omnimodã Iudæos benedictionem assecutos esse credamus.Illi obligati sunt pede,& ceciderunt:nos autẽ surreximus,& erecti sumus.Caput illæ primæ partes corporis sequũtur.Vbi enim prophetarũt veteres,Christum tandem fideles Apostoli sequuti sunt. Ita Iacob ab ipsa statim natiuitate, &
C demum in consequẽtibus suis actionibus Christum præsignauit:ita à Deo selectus est,& singulari præ Esau priuilegio dignatus,vt non abs re eum prælegerit, ex quo ipse nasceretur. *Iacob autem genuit Iudam & fratres eius.*Chrysost.Oper.imperf.in Matth.ho.1.Et noster Iacob duo- Chrysost.
decim Apostolos in spiritu,non in carne,verbo & sanguine genuit.Nam sicut ille cum suis de- 7.
scendit in Ægyptum vt multiplicaretur,sic & Christus cum suis descẽdit Apostolis in mundũ, & multiplicatus est per totum mundum,sicut res ipsa testatur.Cæterùm Iudam primo loco recenset,cùm interim,si seriẽ carnis spectemus,primogenitus non fuerit,quarto enim loco natus est.Primogenitus fuit Ruben,hũc Simeon,Simeonẽ Leui,Leui verò Iudas secutus est,vt legi- *Ius primogenituræ ex*
tur Gen.46.Verùm certis de causis,& mystica reuelatione ius illud primogenituræ ad succes- *Ruben ad*
sionem deuolutum esse videtur,ex postremis verbis Iacob,& filiorum benedictione,Gen.49. *Iuda trãslatum.*
De Ruben enim ait.Effusus es sicut aqua,non crescas:quia ascẽdisti cubile patris tui,& macu-
D lasti stratum eius.Et addidit.Simeon & Leui fratres,vasa iniquitatis bellantia. In consilium eorum non veniat anima mea, & in cœtu illorum non sit gloria mea: quia in furore suo occiderunt virum,& in voluntate sua suffoderunt murum.Ergo à posteris eorũ gloriã primogenituræ abstulit.Ius autem imperij Iudæ detulit,& summam in fratres potestatẽ,adiiciens: Iuda te laudabunt fratres tui:manus tuæ in ceruicibus inimicorũ tuorũ,& adorabunt te filij patris tui. Sed *in Iuda*
& Christum ex illo oriundũ,& eius mortem & resurrectionem prædicit,dicẽs:Catulus leonis *Christus*
Iuda(id est Christus filius leonis altissimi,& Iuda Patriarchæ.aut *Iuda*, id est Iudæ filius Chri- *promittitur*
stus,filius etiam supremi Dei,qui per leonem significatur.)Ad prædam fili mi ascendisti(è mor- *& præsignatur.*
tuis captiuam ducens captiuitatem)requiescens(in sepulchro per dies tres,idq; ratione corporis 1.
ibi positi,sed tamen interim secundũ animam descendẽs ad inferos.)Accubuisti vt leo,& quasi *Christi*
leæna,quis suscitabit eum?Origen.ho.17.in Gen.Manifestè,inquit,recubuisse & dormiisse di- *mors &*
E ctum de passione mortis ostenditur.Nam Physiologus de catulo leonis hæc scribit,quòd cùm *resurrectio.*
fuerit natus,tribus diebus & tribus noctibus dormiat,tũ deinde patris gemitu vel mugitu tre- Origenes.
mefactus cubilis locus,suscitet catulũ dormientẽ.Hîc tu etiã terræmotũ cõsidera, qui Christo Physiolog.
resurgente factus est magnus:hîc etiã lapidis reuolutionẽ,& quasi cubilis,id est sepulcri cõmotionẽ attẽde,virtute patris excitatã.Vnde & quod adiicit,Quis suscitabit eum,per admirationẽ 2.
intelligitur.Magnus enim est ille qui suscitauit Iesum à mortuis, & suscitabit mortalia corpora *Tẽpus Christi venturi.*
nostra.Quinetiã expressius in Iuda tempus aduenientis Messyæ designarat Iacob,dicens:Non 3.
auferetur sceptrum de Iuda,& dux de femore eius,donec veniat qui mittendus est, & ipse erit *Postrema*
expectatio Gentium.Christi etiam passionem,& mortis in cœna memoriã,celebrẽ etiã ingres- *Christi mysteria.*
sum in Hierusalem exprimit.Ligans ad vineam pullum suũ,& ad vitem, ô fili mi, asinã suam, Iustin.
lauabit in vino stolam suã, & in sanguine vuæ amictum suum. De his enim mysteriis tractant Martyr.
Iustinus Martyr,Dialogo cum Tryphone Iudæo,& Tertull.lib.contra Iudæos.Verùm quæri- Tertull.

tur,cur cùm ex ſolo Iuda Chriſtus ortus ſit,meminerit Matthæus cæterorum eius fratrum,nec F
Cur hîc fratrum Iudæ mentio fiat. tamen ita fecerit,cùm Abrahæ,aut Iſaac filium exprimeret. Nec enim tunc ita ſcripſit,Abraham genuit Iſaac & fratres eius.aut,Iſaac genuit Iacob & fratrem eius. Reſpõdet Theophilactus,eorum ſolùm mentionem fieri, è quibus Iudæi deſcenderunt, quòd cæteri ad ſemen electum non pertineant. Atqui illi non ex Iſmaele,aut Eſau ſe natos eſſe iactitant, ſed ex Iacob filiis. Inde fit vt ſimul cum Iuda fratres eius inſerat. Cæterùm fuerũt illi non ex vna, ſed pluribus matribus: Sex ex Lya,Ruben,Symeon,Leui,Iuda, Iſſachar & Zabulon : duo ex Rachele, Ioſeph & Beniamin:duo ex Bala,Dan & Nephtalim:duo ex Zelpha,Gad & Azer. Fuerũt autem Bala & Zelpha ancillæ. Ita duodecim eius filij ſunt,in typũ duodecim Apoſtolorum. Adoptati ſunt & alij filij,ſcilicet Ioſeph, Ephraim,& Manaſſe,in typum eorum,qui tandem præter duodenarium numerum,in Apoſtolatũ acciti ſunt,qualis erat Paulus. Tres igitur illos Patriarchas, Abrahamum,Iſaacum & Iacobum ſuſpicit antiquitas,vt à quibus electorum Eccleſia edocta, educata,& prouecta eſt,qui vnius veri Dei,& cultus eius profeſſores & prædicatores extiterũt. G
Vnde & Dominus Deus ab iis denominatus eſt Deus Abrahã,Deus Iſaac,Deus Iacob,Deus non mortuorum,ſed viuentium,vt monet Chriſtus. Ex illis diuinum ad nos fœdus profluxit, ex his Chriſtus à quo omnis benedictio & ſanctificatio dimanat. Obſerua interim quantã habeat pater in filios poteſtatem,quantam vim pietas & probitas. Horum enim contemplatione, audimus patres ius primogenituræ ad filios minores tranſtuliſſe: vt iam præſignaretur ius illud, quod per Chriſtum apud Deum habemus,non ex carnis ſucceſſione,ſed electione,vocatione, & gratiæ vbertate pendere. *Iudas autem genuit Phares & Zaram de Thamar.* Hi autẽ extra coniugium nati ſunt. Erat enim Thamar nurus Iuda. Siquidem ille tres filios habuit, Her, Onam, & Sela, Gen. 38. Primogenito dedit Thamar,ſed mortuus eſt ſine ſemine. Secũdus cùm nequã eſſet,nolens ſuſcitare ſemen fratri ſuo,interfectus eſt à Domino. Quo mortuo,dixit Iudas ad H
Thamar,Sede in domo tua vidua,donec adultus ſit filius meus Sela. Poſt aliquot dies, videns Thamar quòd defraudaret eam,ſciẽs quòd iturus eſſet Iudas ad tonſores ouium,aſſumpto habitu meretricio ſedit in biuio:& inuenta à Iuda,pacto inito cognouit eam,& concepit. Chryſo. ho. 2. Oper. perfect. in Matth. Quid agis,ô homo? Quid nobis recordationem talis infers hiſtoriæ,qua adulteriũ turpe continetur? Quid hoc verò rei eſt? Quia ſi nudi tantummodò hominis deſcriberetur genus, meritò hæc reticuiſſet. Quia verò de incarnati Dei myſterio ſcribimus,nõ modò non tacere iſta,verùm oſtẽtare debemus:ſic enim magis virtus eius ac pietas refulgebit. Venit enim non vt noſtra fugeret opprobria,ſed vt ea potiùs extingueret. Sicut enim admirabilis iudicatur,nõ quia mortuus tantùm, verumetiam quia crucifixus ac ſepultus eſt: quanquã eſt certè res iſta per ſe exprobratione pleniſſima:ſed quanto magis exprobrabile iſtud eſt,tanto magis illum oſtẽdit de miſericordia glorioſum: ſic etiam in generatione illius dici poteſt,quòd I
non ſolùm quia ſuſcepit carnem,& homo factus eſt,admiratione dignus ſit:ſed etiam quia natus tales progenitores habere dignatus eſt, nihil de noſtris vilitatibus erubeſcens. Idq; ex ipſis naſcendi primordiis oſtendit,quàm nihil illum omninò pudeat carnis aſſumptæ : per iſta proculdubiò docens,vt nos quoque nunquam erubeſcamus de vitiis parentum:ſed vnum quæramus illud,atque omnibus ſtudiis aſſequamur,nobilitari propriarũ honore virtutum. Huiuſmodi enim,etiamſi quis alienigenam matrem habeat,etiamſi fornicatione pollutam,vel quolibet huiuſmodi dedecore ſordidatam: nihil tamen de eius aut vilitate fuſcabitur, aut crimine polluetur. Quòd ſi fornicatorem ipſum ad meliora conuerſum,nequaquam prior vita commaculat:multò magis è meretrice natus & adultera,ſi propria virtute decoretur, parentum ſuorum non decoloratur opprobriis. Neque verò,vt tantummodò nos doceret, hoc fecit, ſed etiam vt
reprimeret Iudæorum tumorem. Quia enim illius nobilitatis, quæ ad animam pertinet , inſi- K
gnia negligebant,nimiúmque inſolenter de Abrahæ ſtirpe gloriabantur,virtutem parentũ defenſionem ſuorum rati eſſe vitiorum:idcircò in ipſo Euangelij principio docet non alienis, ſed propriis virtutibus gloriandum eſſe. Simul etiam oſtendit omnes progenitores eorum ſubditos eſſe peccatis. Vrget enim Thamar,fornicationẽ Iuda accuſans. Dauid quoque, qui Salomonẽ ex muliere primũ adultera accepit. Quòd à maioribus cuſtodita lex nõ eſt,multo minus à minoribus. Si ergo nõ eſt impleta lex,omnes vtiq; peccauerũt,& ſatis neceſſaria oſtẽditur Chriſti præſentia. Requirit etiam Chryſoſtomus myſteria in ipſa Phares & Zaram natiuitate. Vnde & vtrumque conſulto Euangeliſta expreſſerit. Cùm enim Thamar eſſet paritura,prior Zara emiſit manum ex vtero:obſtetrix autem ei alligauit coccinũ,dicens:Iſte egredietur prior. Illo verò retrahente manum, egreſſus eſt alter:dixitque mulier, Quare diuiſa eſt propter te maceria? Et ob hanc cauſam vocauit nomen eius Phares. Poſtea egreſſus eſt frater eius , in cuius manum

Chryſoſt. *Cur Matthæus Thamar meminit, cuius factum exhorreſcim°.*

1. *Noſtra opprobria non detrahunt Chriſto.*

2. *Reſtitutio per Chriſtũ.*

3. *Tumor Iudæorũ deprimitur.*

Myſteria in Phares & Zaram natiuitate.

coccinum

A coccinum erat, quem appellauit Zara. Per duos illos fratres, duos populos aut respublicas significari scribit Chrysostomus. Nam, inquit, republica illa spirituali, quæ temporibus Abrahæ fuit, illucescente, & medio cursu subitò reuocata: Iudæorũ populus venit, & legalis respublica. Rursus post legem nouus ille totus iam prodiit populus, qui sepem legis sustulit, & cœptam spiritu libertatem introduxit. Procopius Gazæus paulò aliter mysterium hoc requirit, in Gen. cap. 38. Hic mirabilis partus, inquit, symbolum est vocationis Gentium: Iudæos primò quidem vocatos esse, at primogenituræ iura nactas esse Gentes. Sed & Israëlitæ tandem agnoscẽt Christi sacrificium. Siquidem sacrosanctus Christi cruor demonstraturper coccinum. Atqui quòd Zaram manu porrecta prætulit, in Christi passionis typum: hoc etiã subobscurè primùm, & Gentium primitiæ Patriarcharũ tempore, & ipse tandem Gentilis populus apertè testatus est. Cæterùm hoc loco Hieronymus scribit, in genealogia saluatoris nullam sanctarum assumi mulierum, sed eas quas scriptura reprehendit, vt qui propter peccatores venerat, de peccatricibus B nascens, omnium peccata deleret. Vnde & in consequentibus Ruth Moabitis, & Rahab meretrix, & Bersabee vxor Vriæ ponitur. Lyranus tamen, suis in Euang. Comment. excipiendã monet Diuam virginem, cuius tandem Euangelista meminit. Sed & Hieronymus sibi videtur aduersari, cùm tres reges à Christi genealogia rescissos propter impietatem parentũ suorũ, Achab & Iesabelis, esse scribit, ne in sanctæ natiuitatis ordine ponerentur. Verùm ita ille mulieres non sanctas, sed peccatrices vocat, non quòd in vitiis cõsummatæ fuerint, sed quòd in illis aliquãdo versatæ, & quasi diffamatæ sunt, sed tandem pœnituisse creduntur: & demũ tanta gratia à Deo cumulatæ sunt post resipiscentiam, vt in electorum generatione parentes agnoscerentur. Quid enim vetuit illam, quæ erat in ciuitate peccatrix, ab Euãgelio celebrari, quam Christus etiã ore proprio commendauit: non quòd eius peccata, sed pœnitentiæ fructus, & ad meliora cõuersionem comprobaret? Atqui tales non fuerunt illi reges, quos propter parentũ peccata Matthæus C subticuit. Vt enim mali corui malum ouum, ita & illi mensuram patrum suorum adimpleuerunt. Itaque recensentur peccatrices, sed iustificatæ à Deo, & ad meliora tandẽ conuersæ. Nam Ambrosius factum Thamar excusat, ob mysterium, & affectum prolis. Ruth autem Moabitas suos Gentiles reliquit, vt Hebrææ Noëmi adiungeretur. Rahab autem & meretricum quæstum, & idola plebis suæ abominata est, vt vni vero Hebræorum Deo adhæreret, & populo eius connumeraretur. At verò Bersabee post adulterium commissum, Dauidi in coniugem accepto fidelissimam se præstitit. *Phares autem* cum patre suo Iuda Ægyptum ingressus, *genuit Esrom.* Hebræi scribunt Esron per n. Ruth vlt. & Gen. 46. Cuius nominis filium habuit etiam Patriarcha Ruben, qui tamen Græcis per m. scribitur. Est & Esron, nomen loci in finibus Iuda, Ios. 25. *Esrom autem* in Ægypto *genuit Aram.* Hic Aram, vocatur Ram, Ruth. 4. Sed nec D infrequens est in scripturis, variè scribi nomina hominum & locorum. *Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naasson.* Vterque autem, Aminadab scilicet & Naasson, cum Mose Ægyptum egressus est. Dicunt autem Hebræi, quòd mari rubro diuiso, & Mose illud ingresso, cùm cæteræ tribus formidarent eum sequi, Aminadab eum tribu Iuda; cuius erat princeps, primò sequutum esse: & reliquas demũ tribus idem feciſſe: & eapropter tribum Iuda meruisse principatum & regnum. Cant. 1. Anima mea conturbata est, propter quadrigas Aminadab: quod in Ecclesiæ mysterio dictum esse scribit Nicolaus Lyranus, Comm. in Matth. cap. 1. Considerandum enim, inquit, quòd liber Canticorum, secundum Hebræos, est de Deo & Ecclesia Israël per ipsum educta ex Ægypto. Et ideò ait: Anima mea conturbauit me, &c. Quia videlicet vidẽtes filij Israël Aminadab præcedentem cum curribus suis, admirati sunt propter eius audaciam, & secuti sunt eum. Porrò Naasson fuit princeps tribus Iudæ in deserto, vt legi- E tur Num. 1. *Naasson autem genuit Salmon.* Hic natus est in deserto, fuitque dux eo tempore, quo Iosué terram promissionis ingressus est simul cum Caleph, mortuis cæteris aliis exploratoribus in deserto, propter infidelitatem suam. Fuit enim vnus ex duodecim illis qui missi fuerãt in terram Chanaan, vt explorarent fertilitatem & aditum eius: qui cum cæteris latuit in domo Rahab, ne in regis Hiericho potestatem deueniret. Et hic tandẽ Hierichunte euersa, Rahab illam meretricem seu cauponariam accepit in vxorem, diuina scilicet inspirãte gratia. Vnde additur, *Salmon autem genuit Booz de Rahab.* Inseritur ista generi electo propter virtutẽ, non modò suæ fidei, qua credidit Hebræis eam docentibus Dei sui maiestatẽ, & promissiones ab eo suæ plebi factas, vt Paulus ostendit, Heb. 11. sed & propter hospitalitatẽ, qua extraneos excepit, & insidiis petitos, & in discrimine vitæ positos cõseruauit. Ios. 11. Nec obest quòd à Iacob vocatur ἡ πόρνη, *fuerit meretrix*, c. 3. Et in libro Iosue nuncupatur *Zonah*, quæ meretricem, & aliquando cauponariam sonat. Ambrosius etiam, lib. 1. de virginibus, & in cap. 3. Lucæ, meretricem illam appellat. Ni-

Chrysost.

Procop. Gazæus.

Hierony. *Cur in hac christi generatione peccatrices mulieres recẽsentur.* Lyranus.

Hierony. *Peccatrices istæ iustificatæ fuerũt*

Factũ Thamar excusatur. Ambros.

Vnde tribus Iuda meruerit principatũ. Lyranus.

Salmon vn⁹ ex 12. exploratoribus.

Cur hîc Rahab.

1.

2. *An Rahab fuerit meretrix.*

Ambros.

Lyranus. colaus de Lyra, in Matth. Quòd dicitur meretrix, non obstat, inquit: quia hoc erat tãtùm ipsius F
cognomen, & ideò non oportuit quòd esset talis secundũ rem: sicut aliquando è contrario aliquis pauper rusticus cognominatur nomine regis, etsi rex non sit. Hebræi etiam dicunt hospitatricem, vbi nos habemus meretricem. Resoluit & aliam quæstionem Lyranus, Quî fiat vt
Idem. Salmon princeps tribus Iudæ in vxorem duxerit mulierem Chananæam, præsertim cùm filiis Israël omninò prohiberetur, (Deuteron. 7.) ne quam ex illo populo in coniugem acciperent. Respondet autem hoc eis prohibitum fuisse, ne per Chananæos à Dei veri cultu auerterentur, & ad idola deflecterẽt, vt lex ipsa exprimit. Quòd si ex illo populo aliquis veram fidem admitteret, & profitebatur, & quid magnum egisset, ex quo suam fidem protestatus fuisset, tunc & ille populo Dei inseri poterat. Quemadmodum & Rahab factum est, ob causas quas diximus.

Cur Booz Ruth Moabitidẽ duxit contra legis præscriptum. *Booz autem genuit Obeth ex Ruth* Moabitide, quæ, vt legitur in libro Ruth, venit cum Noëmi à terra Moab in terram Iuda, quam Booz accepit in coniugem, eò quòd esset propinquus priori marito Ruth, filio Noëmi sine prole defuncto. Quamuis enim illicitum fuerat Israëlitis con- G
trahere cum Moabitis, & propter disparem cultum contractum non esset verum matrimoniũ (hac enim ratione Esdras abiecit à filiis Israël vxores earum Moabitidas, Neem. 13.) nihilominus tamen vbi illæ ad Iudaismum conuersæ sunt, & vnius Dei cultrices, & in quotidiana conuersatione insignes euaserunt, tunc illas in vxores accipere permittebatur cum dispensatione. Atqui talis erat Ruth, humilis, & obsequiosissima in omnibus. Vnde & Booz dixit ad eam: Scit

Chrysost. omnis populus vrbis meæ mulierem te esse virtutis. Chrysost. hom. 3. Operis perf. in Matth. Id-

1. circò verò & Ruth & Rahab mentio facta est, vt disceres idcirco Christum venisse, vt mala

Ruth nostri typus. nostra deleret omnia. Non enim quasi iudex, sed quasi medicus aduenit. Sicut igitur hic olim

2. meretricem, ille alienigenam in vxorem accepit, sic etiam Christus fornicatricem hominum naturam sibi copulauit. Quod Prophetæ quoque olim in synagoga factum esse dixerunt, sed H
illa quidem cohabitatori suo semper fuit ingrata: Ecclesia verò semel à malis suis liberata, in sponsi amore permansit. Sed & considera etiam ea quæ in Ruth facta sunt, nostri figuram fuisse. Hæc enim erat alienigena, & in extremam delapsa pauperiem: sed videns eam Booz, nec ob ipsius paupertatem despexit, nec ob impietatem Gentis exhorruit: sicut etiam & Christus Ecclesiam suscipiens, & alienigenam, & magnorum oppressam egestate bonorum, suo consortio

3. copulauit. Sed quemadmodum Ruth illa ex alienigenis mulier, nisi priùs reliquisset parentes,

Ruth parentes reliquit. nisi domum contempsisset, & Gentem & patriam atque cognatos, nunquam profectò tali fuisset nobilitata connubio: ita & Ecclesia etiam non antè amabilis efficitur sponso, quàm priorem conuersationem relinquat. Quod Propheta quoque ad ipsam loquens, ait Psalm. 44.

Prosper Aquitan. Obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, & concupiscet rex decorem tuum. Prosper Aquitanicus, lib. de promiss. & prædict. part. 2. cap. 15. ex gratia illa collata Rahab colligit spem I

Typus Ecclesiæ in Rahab & Ruth. salutis dari fornicatoriæ animæ pœnitenti. Sic enim Matth. 21. Publicani & meretrices Pharisæos præcedent in regno Dei. Et Osee Prophetæ iubetur, cap. 1. mulierem accipere fornicariam, atque ex ea procreare filios, vt sit iam vxor, quæ paulò antè fuerat meretrix, habeátque filios, quæ studebat filios non habere, nec iam libidini, sed suscipiendæ seruiat proli. Euidentiùs hoc per Hieremiam Prophetam exponitur, cùm tota arguitur Iudæa, cap. 3. Si contaminata fuerit mulier, ait Dominus, nunquid reuertetur ad eam vir suus? Et tu fornicata es in pa-

Idem. storibus multis, & sic reuertere ad me, dicit Dominus. Idem Prosper, capit. 23. partis 2. de promiss. & prædictionibus, per Ruth Moabitidem à Booz sumptam in coniugem, Gentium Ecclesiam à Christo desponsatam ostendit, quæ populo Israëlitico in fide Christi propinquior extitit. Vnde factum est, vt sicut Booz non specie tractus iuuenculæ, non adolescentiæ suæ captus ardore, sese ingerentem Ruth admiserit, ita tamen vt quia (Deuter. 23.) excalciandum lex censeret, qui propinquam accipere noluisset, hac nota sibi ius quibusdam cedentibus reseruari K
intelligens, hanc vt propinquior assumpserit. Ita populo Israëlitico Ecclesia Gentium vt pro-

Theoph. pinquiori debebatur, sed hanc suscipere noluit, & excalciauit se gloria collatę legis: noluit enim

Quomodo Ruth quæ fuit tempore Heli, despondit Booz, qui fuit salmõ contemporaneiIosuè. benedictionem, & elongata est ab eo. Christus demum illam sibi despondit, vt ex ea filios fideles susciperet. Theophilactus in Matth. Ruth hæc alienigena coniuncta fuit Booz, inquit: ita & Ecclesia ex Gentibus alienigena existens, & à testamentis extraria, oblita autem populi sui & cultus simulacrorum & diaboli, cui iuncta erat, nupsit filio Dei. Itaque nemo sicut in Osea mulierem priùs fornicatricem, ita neque in hac successione, alienigenam aut meretricem, sed fidelem tandem redditam, in coniugium assumptam miretur. Verùm oritur & alia quæstio, quomodo fieri potuerit, vt Booz Ruth desponderit, cùm Salmon & Rahab fuerint temporibus Iosué, Ruth autem circiter tempora Heli, interiacente 325. annorum

spatio,

A ſpatio, vt confirmari poteſt, connumeratis intermediis iudicibus, obſeruatore Nicolao Lyranus. Lyranus. rano, in Matth. Venit enim, inquit, iſta Ruth cum Noëmi in Iudæam effluxis 325. annis à principio Ducatus Ioſué vſque ad tempus in quo cœpit Heli iudicare populum. Et ideò dicendum, quòd tres fuerunt Booz ſibi ſuccedentes, auus, filius, & nepos. Primus genitus eſt à Salmon ex Rahab, & tertius genuit Obeth ex Ruth. Et quia Euangeliſta volebat vſque ad Dauid vnam quaterdenam tantùm ponere, ideò iſtos tres ſimiliter nominatos, & ſibi inuicē immediatè ſuccedentes, voluit vno nomine comprehendere. Attamen Hebræorum Chronicon, quod *Seder Olam Zuta* dicitur, vnum tantùm Booz aſſignat, filium Salmon, qui Obeth genuerit: id autem quomodo concilietur, fortaſſè manifeſtum erit, ſi diutius vtrumque vixiſſe, & prouectiorem generaſſe intelligamus. Sed & hæc Matthæus deprompſiſſe videtur ex libro Ruth, cap. 4. quo hæc leguntur: Hæ ſunt generationes Phares. Phares genuit Eſron, Eſron genuit Aram, Aram genuit Aminadab, Aminadab genuit Nahaſſon, Nahaſſon genuit Salmon, B Salmō genuit Booz, Booz genuit Obeth, Obeth genuit Iſai, Iſai genuit Dauid. Ideò adijcit, *Obeth autem genuit Ieſſe.* idem enim eſt Ieſſe, & Iſai. Sed hoc nomine vulgatiori vtitur, vt alludat ad Eſaiæ vaticinium: (cap. 11.) Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet. Et rurſus. Erit radix Ieſſe in ſalutem populorum. Hic Iſai ſeu Ieſſe, qui & *genuit Dauid regem.* Vltimus filiorum Iſai Dauid ſcribitur, ſeptimus nempè, 1. Par. 2. cùm aliàs dicatur habuiſſe filios octo, & filias duas, Saruiam & Abigail matrē Amaſa, vbi & alio nomine Iſai Naas dictus perhibetur à Iudæis. Ephratæus itaque fuit Iſai, & nobiliſſimus Bethleemitarum ciuis, qui poſtremum ſuorum genuit Dauidem. Hic præ cæteris fratribus, etiam minimus, à Deo *Dauid fratrū minimꝰ.* ſelectus eſt, non modò quem populo ſuo regem conſtitueret, ſed & à quo templum ædificari inciperet, & Chriſtus naſceretur. Hic eſt quem Samuel vnxit in regem, qui tot inſidias pertu- C lit à Saule, cui Dominus hoc teſtimonium perhibuit, vt diceret de Dauide: Inueni Dauid ſecundum cor meum. Iſte autem nominatur ſolus rex, vt obſeruat Lyranus, licet ante eum Saul Lyranus. hanc dignitatem aſſecutus ſit, & poſt eum fuerint plures alij reges: quia iſte fuit primus electus in regem ſecundum beneplacitum diuinum. Nam & Saul in furore datus eſt tumultuanti populo. Demum ille verè regem ſeipſum præbuit, qui non aliena rapuit, non ex ſuæ voluntatis temerario decreto, ſed Dei oraculo omnia inſtituit: niſi quòd, vt humanum eſt peccare, & alterius vxorem concupiuit, & virum occidi curauit, & populum ſuum numerari voluit. Sed his flagitiis aut ipſe ſibi inflixit, aut à Deo patienter inflictam pœnam tulit. Itaque ille propter *Dauid ĩter cæteros cur ſolus Rex dicitur.* excellentiam ſanctitatis, rex inter cæteros ſolus nuncupatur. Nec enim tam faciunt regem ſceptra & coronæ, quàm illarum rerum ſignificationes: nimirùm vt ſit pietate, iuſtitia, & vitæ ſanctimonia inſignis. *Dauid autem rex genuit Salomonem ex ea quæ fuit Vriæ.* Tacetur nomen D Berſabee, & exprimitur vir eius iuſtus & bonus, vt patet 2. Reg. 11. Et vt oſtendatur quòd per occaſionem mortis viri ſui, coniūcta fuerit Dauidi. Theophilactus: Et vt doceat, inquit, quòd Theoph. nemo debeat erubeſcere propter progenitores, ſed tantò magis curare, vt noſtra virtute illos clariores efficiamus. Cæterùm in ipſo adulterio infans Dauidi natus eſt, qui ſtatim mortuus eſt: at verò coniugio contracto habuit ex ea Salomonem. Narrat verò Salomon in Prouerb. libro, quomodo à matre ſua inſtructus ſit. Hic eſt qui inclinauit femora ſua mulieribus, & dedit maculam in gloria ſua. Qui, vt illis congratularetur, varia idola extruxit, & Diis alienis ſacrificauit: etſi priùs ab omnibus admiraretur propter ſapientiam. Verùm, vt idem ipſe teſtatus eſt, vinum & mulieres apoſtatare ſapientes faciunt. Hic ædificauit templum Domini, & propter ſuperſtitem apud Deum patris ſui memoriam, pacem in diebus ſuis nactus eſt. Cæterùm hucuſque, ſcilicet ad Dauidem, conueniunt Matthæus & Lucas: ſed variant tandem, quia E non ad Salomonem vt Matthæus, ſed ad Nathan Lucas Chriſti genus retulit. Euſebius Cæſa- Euſeb. rienſis, lib. 1. hiſt. Eccleſ. cap. 7. Quoniam autem, inquit, Matthæus & Lucas in ſuis Euangelijs Cæſar. Chriſti genealogiam varia ratione & modo nobis tradiderunt, & ob eam cauſam à pleriſque plurimùm inter ſe diſſidere putantur (in quorum locorum explanationem, fidelium quiſque, veritatis ignorantia adductus, ſuo marte aliquid commentari magnoperè laborauit) de his hiſtoriam ad noſtram vſque ætatem ductam in medio ponamus. Quamquidem Africanus à ve- *Diſſonãtia inter Lucã & Matthæum, & eorum conciliatio.* tuſtioribus acceptam, in Epiſtola ad Ariſtidem de Euangeliorum conſenſu ſcripta, dilucidè commemorat: reliquorum opiniones, non modò tanquam vim veritati inferentes, verum- etiam falſò confictas eſſe commonſtrans. Hiſtoriam autem, quam ipſe acceperat, his ipſis verbis refert. Quoniam generum & familiarum nomina inter Iſraëlitas aut natura, aut lege enumerari ſolent: natura, cùm proles ex parentum ſemine orta ſuccedit: lege autem, cùm alter filium procreat in nomen fratris ſui, qui abſque liberis exceſſerit è vita. Nam quia nondum Africanus.

certa & indubia resurrectionis spes eorum animis penitùs insidebat, idcircò futuram resurrectionis promissionem, in hac mortali & caduca resurrectionis specie, imitatione quadam adūbrarunt, quo nomen eius, qui vitam cum morte commutauerat, non prorsus ex omni memoria deleretur. Et quoniam etiam illorum, qui in ista genealogia introducuntur, alij verè & ingenuè successerunt, vt filius patri: alij ab aliis procreati aliorū nomen adepti sunt: idcircò vtrorumque fit mentio, & illorum qui verè genuerunt, & horum qui quodammodò eos genuisse dicuntur. Et ob eam causam neutrū est ex Euangeliis ementitū: cùm alterū naturā, alterū legē percenseat. Genera enim, tum quæ à Salomone, tū quæ à Nathan ducta sunt, in sobole suscitāda, pro his qui liberis caruerunt, quodquidem secundis nuptiis, & renouatione seminis fit, ita confunduntur: vt non sine causa, ijdem liberi interdum diuersorum patrum putentur, tum horum qui opinione, tum illorum qui verè patres extiterunt. Ita efficitur, vt vtraque genealogiæ declaratio reipsa & propriè vera sit, licet varia quidem & diuersa, accurata tamen & exquisita ratione gradatim descēdat. Verùm, vt quod oratione proposuerim, planius fiat & apertius, ipsa generum & familiarum seriem persequar. A Dauide per Salomonem, dum Matthæus generationes numerat, tertius à fine reperitur Mathan, qui genuit Iacob patrem Ioseph. A Nathā autem per Dauid, vt Lucas numerat, similiter tertius à fine inuenitur Melchi, cuius filius erat Heli, pater Ioseph. Ioseph enim filius fuit Heli, qui ex Melchi prognatus fuerat. Cùm igitur Ioseph nobis sit propositus, quem inuestigemus, explicandum videtur, quo pacto & Iacob, & Heli suum genus, alter ex Salomone, alter ex Nathan deducens, vterque illius pater esse dicatur. Ac primùm qua ratione isti, Iacob & Heli probentur fratres fuisse: deinde quomodo istorum patres, Mathan & Melchi, qui diuerso orti sunt genere, aui Ioseph ostendantur. Sic igitur se res habet. Mathan & Melchi vicissim eandem duxerunt vxorem: & fratres ex eodē vtero progenuerunt, cùm lex minimè obstaret, quominus vidua, vel libello repudij dimissa, vel viri morte matrimonij vinculis soluta, alteri nuberet. Ab Estha quidem (hoc enim nomine fuisse mulier illa traditur) primus Mathan, qui à Salomone ducebat genus, suscepit Iacob: ac simulatque Mathan è vita migrauit, Melchi originem generis sui ad Nathan vsque referens, cùm ex eadem quidem tribu, sed ex diuerso genere ortus esset, istam, quam suprà diximus, viduam duxit vxorem, ex qua filium Heli procreauit. Ita factum est vt Iacob & Heli ex diuersis generibus satos, vterinos quidem fratres reperiamus (id est ex eadem matre, licet diuerso patre natos:) quorum alter, nempè Iacob, vbi frater ipsius Heli absque prole occubuerat, vxorem eius in matrimonium assumēs, ex illa Ioseph & natura & ratione sibi filium tertium produxit. Quapropter scriptum est, *Iacob genuit Ioseph*, qui secundum legem filius erat Heli. Nam cū Iacob frater esset illius, ei semen suscitauit. Quocirca neque hæc; quæ de eo apud Matthæum Euangelistam citatur genealogia, *Iacob genuit Ioseph*, neque rursus illa, quæ apud Lucam est, Iesus, qui vt putabatur (nam hoc etiam addit) filius Ioseph, qui fuit Heli, qui fuit Melchi: inanis aut irrita existimari, atque generandi ratio, quæ ex lege ducta est, non poterat significantiùs, aut magis propriè exprimi. Idcircò istud vocabulum, *genuit*, in tali liberorum procreandorum ratione, dum familias ab Adam vsque, qui à Deo creatus est, gradatim ascendendo repetit, ad finem vsque silentio omninò præterijt. Hanc eiusdem Africani historiam transcripsit Nicephorus, hist. Eccles. lib. 1. c. 11. qui & hæc rursus inseruit ex eodem, ad calcem eiusdem Epistolæ ad Aristidem. Mathan à Salomone prognatus genuit Iacob. Quo mortuo, Melchi à stirpe Nathan profectus, ab ea quæ vxor fuerat Mathan, procreauit Heli. Vterini ergo fratres erant Heli & Iacob. Heli absque prole occumbente, Iacob illi semen suscitauit, & genuit Ioseph, qui natura eius filius erat, lege verò Heli. Ita vtriusque filius erat Ioseph. Hęc Africanus. Eandem sententiam sequitur D. Ioan. Damascen. lib. 4. de fid. Orthod. cap. 15. & Orat. 3. de beatæ Mariæ natiuitate. Eandem Hilarius, can. 1. in Matth. & Augustin. lib. 2. de consens. Euāgelist. c. 3. Facile est, inquit Augustin. vt aduertant duos patres habere potuisse Ioseph, vnum à quo genitus, alterum à quo fuerit adoptatus. Antiqua est enim consuetudo adoptandi, etiam in illo populo Dei, vt sibi filios facerent, quos ipsi non genuissent. Nam excepto quòd filia Pharaonis Moysē adoptauerat, illa quippè alienigena fuit: ipse Iacob nepotes suos ex Ioseph natos, verbis manifestissimis adoptauit, dicens: Nunc itaque filij tui duo, qui facti sunt tibi, prius quàm ad te venirem, mei sunt. Effraim & Manasse tanquam Ruben & Simeon erunt mihi. Natos autem si genueris postea, tibi erunt. Vnde etiam factum est, vt duodecim tribus essent Israël, excepta tribu Leui, quæ templo seruiebat. Ergo vt scribit Damascenus, Orat. 3. de beatæ Mariæ natiu. Alter Euangelistarum naturales duntaxat patres commemorans, legales silentio præterijt: alter rursum prætermissis naturalibus, legalium priuatim mentionem fecit. In quo neuter ab eo quod

Generatio alia à Dauide per Nathan, alia per Salomonem.

Iacob & Heli fratres.

Mathā & Melchi, sed successiuè, vnā vxorē habent.

Vide ista omnia faciliùs conciliari in interpretatiōe generatiōis per Lucam.

Nicephor.

Ioseph duos patres habuit, vnū naturæ, alterū vsu legalis.

Ioan. Da. Hilarius. Augustin.

Ioan. Da.

A quod par erat,aberrauit. Idem sequitur Lyranus,qui & hæc adijcit. Ratio autem quare Matthæus describit genealogiam Christi per Salomonem filium eius naturalem,hæc est: quia describit assumptionem nostræ humanitatis à Deo.Lucas autem per Nathan filium adoptiuum, quia describit reductionem nostram in Deum,quæ fit per gratiam adoptionis. Itaque nos ex Salomone genus deductum audiamus. *Salomon genuit Roboam*.Pij & impij reges hîc narrãtur, & qui se in subditos tyrannicè gesserunt.De Roboam vide 3. Reg.12.2.Par.10. Malus erat,& cor eius desciuit à Domino. Matrem habuit Naaman Amanitidem,2.Par.12.Hic est qui cõ- Lyranus. *Cur Matthæus per Salomonẽ, Lucas per Nathã Christi generationem describunt.*

silium iuuenum secutus,populum tributis vexatum releuare noluit,sed respõdit,percussurum se subditos scorpionibus,quos pater flagellis diuexasset.Ita tumore iuuenili inflatus,à se populi sui animos auertit:quo factum est, vt decem tribus Israël ab eo deficerent, & iam seditiones

B liberè grassarentur,2.Par.10.Vnde & sub isto percussa est Iudæa,& ablatum aurum templi à Pharaone rege Ægypti,2.Par.12. *Roboam autem genuit Abiam*, ex filia Absalonis fratris sui, quam secundum legem habere non potuit,propter cognationis propinquitatem.Et hic etiam à Domino declinauit,3.Reg.15.Et tamen memor Dominus pacti quod cum Dauide inierat, protexit Hierosolymam,& tribum Iuda,ne ei Hieroboam Ephratæus dominaretur, qui iam sibi decem tribus subiecerat,& regiam sedem in Samaria constituerat, 2.Par.13. Hic vxores habuit 14. ex quibus nactus est 22.filios,& 16.filias. *Abia autem genuit Asa*. Et hic primùm quidem Domino Deo Israel adhæsit,imitator factus Dauidis patris sui:sed trigesimo regni sui anno, cùm Basa rex Israel contra illum exercitum mouisset,ille iam quasi de vnius Dei omnipotentia diffidens,non ad eum cõuersus est,sed à rege Syriæ auxilium implorauit: quo factum est, vt Anani Propheta eum grauiter increparet:ille verò in scelus deterius seipsum conijciẽs, Prophetam neruo adegit.Neque cùm tandem graui morbo laboraret,ad Dominum reuersus

C est,sed medicorum industriæ sese totum commisit,2.Par.14.15.& 16.In quo relinquitur nobis exemplum, ne ad hominum potentiam,aut artem, etiam in quauis necessitate positi, priùs & potiùs quàm ad Deum confugiamus. Quærite primùm regnum Dei, & iustitiam eius, inquit Christus, & tum omnia adijcientur vobis. Quærite & accipietis,pulsate & aperietur vobis. Alioquin,vt dicitur Hier.17.Maledictus,qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum. *Asa autem genuit Iosaphat*. Est hic in scripturis celeberrimus ob suam in Deum fiduciam,ad quem in necessitate positus recurrendum & clamandum docuerit. Hoc solùm illi labem inussit, quòd cum Achab impio rege Israel fœdus contraxit. Interim tamen Pseudoprophetas auersatus est,& Michæam Prophetam Domini plurimi fecit. Interim tamen pluris feciſſe videtur hominum fauorem,quàm Dei legem,ad eorum instar qui putant se pacẽ nanciſci,si cùm in authoritate constituti fuerint,homines sibi amicos etiam cum diuinæ legis

D dispendio faciant. Rursum enim cum Ochozia filio Achab amicitiam inijt:& eapropter correptus est ab Eliezer Propheta,filio Dodam de Maresa. *Iosaphat autem genuit Ioram*, virum impijssimum, qui Athaliam filiã Achab & Iesabel sumpsit in coniugem,cuius consilio plurima scelera operatus est. Induxit enim in Hierusalem fornicationes Iesabelis & impietates Achab:occidit & omnes fratres suos filios Iosaphat: vnde & à Domino digna supplicia exoluit.2.Par.21. Ita videmus à probis parentibus filios degeneres effici,si cum impiis consuetudinẽ habeant. Corrumpunt enim bonos mores colloquia & cõsortia praua. Hinc caueat quisque, cui mulieri filium in virum collocauerit,& è conuerso:ne fortè quod debet iniri in sacramentum Christi & Ecclesiæ,contra Christum & Ecclesiam directè militet. *Ioram autem genuit Oziam*. Omittuntur tres reges intermedij. Ioram enim genuit Ochoziam,Ochozias autem Ioas,Ioas Amasiam,qui genuit Oziam,alio nomine vocatum Azariam,cuius tempore Esaias prophetare orsus est. Itaque tres illi omittuntur,Ochozias,Ioas,& Amasias. Cuius ratio est

E vna,secundum Hilarium,can.1.in Matth. Chrysostomus,hom.3.in Matth.& Hieronym.Cõment.in Matth.nimirùm vt posteritas Ioram,quæ fuit ex flagitiosissima muliere Iesabel,excluderetur. Tolluntur scilicet eius filij vsque ad quartam generationem,iuxta hanc Domini sententiam:Ego Dominus zelotes, vendicans iniquitatem patrum in filios,in tertiam & quartã vsque generationem. Denique,vt scribit Hilarius,per Prophetã, non nisi quarta generatione in throno regio Israelis,quemquã in domo Achab sessurum esse dicitur. Purgata igitur labe familię Gentilis,tribus quæ præteritis iam regulis in quarto generationum consequentium ordine numeratur,illis rescissis in numero 14.reperietur. Altera scilicet ratio etiam ab Hieronymo assignatur,id consultò factum ab Euangelista fuisse. Cùm enim proposuisset omnes generationes ter per quatuordecim diuidere, ita vt à Dauide vsque ad transmigrationem Babylonis quatuordecim assignaret,occurrere sibi videbat decem & septem generationes: ideò

Asa impius.

Iosaphat Rex pius.

Filius impius ex pio patre.

Cur tres reges omissi. Hilarius. Chrysost. Hieron.

1. *Tolluntur impiorũ filij vsque ad quartã generationẽ.* Hilarius.

2. Hieron. *Per 14. generationes ordo decurrere debuit.*

factum est, vt tres istos, velut indignos, & quasi superfluos subticuerit, & ad Oziam deuenerit. F
Et hic primùm quod rectum erat in oculis Domini fecit, nec Iesabelis impietatibus se addixit: at verò postquàm firmata sibi in regno omnia vidit, superbia inflatus, Dominum contempsit: & ingressus templum, thus adolere voluit super altare thymiamatis: ob quã præsumptionẽ
Rex lepra cõsperſus ob temeritatẽ. lepra percussus est à Domino, 2. Par. 26. Nec enim Azariæ dehortanti acquieuit, quin potius
Dionys. Areopag. minas adiecit, ni se id muneris exequi pateretur. Dionysius Areopagita, in Epist. ad Demophilum Monachum, hoc exemplum vsurpat, in eos qui temerè sese sacris altaris mysteriis ingerunt. Nec enim id licet omnibus, neque regibus, cùm distincta sint regis & sacerdotis offi-
Chrysost. Hierony. cia, vt docet Chrysostom. lib. 3. de sacerdotio. *Ozias autem genuit Ioathan*: qui rexit palatium, patre eius propter leprã seorsum habitante. Hunc Ioathan scribit Hieronym. in Esaiam, fuisse iustissimum. Correptione enim patris cautior euasit. *Ioathan autem genuit Achas*, hominem impurissimum, 2. Par. 28. qui declinauit ad impietates regum Israël, erexit statuas Baali, iis in-
Achas flagitiosissimꝰ censum obtulit, lustrauit igni filios suos, & præter antiquas Iesabelis fornicationes, è Damasco G
effigiem altaris idoli adferri sibi voluit, & adinstar illius aliud effingi. Hic confregit & diripuit vasa domus Domini, templum clausit, & in omnibus angulis Hierosolymæ alienis & prophanis diis aras extruxit. Ideò Deus magnis illum bellis premi permisit, sed tamen adhuc eius misertus est, propter fœdus suum cum Dauide. Eapropter enim ad eum Esaias missus est, qui auxilium à Domino polliceretur, eo maximè respectu, quòd sibi domum conseruare vellet, & ex illa Messyam mittere, qui omnem Sathanæ virtutem comprimeret. Vnde factum est, vt Achas ridente Deum & Prophetam, subintulerit tamen ille in populi Iudæi consolationem: Audite ergo domus Dauid. Numquid parum vobis est molestos esse hominibus, quia molesti estis & Deo meo? Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet, & pariet filium. Hinc factum est, vt Achas domus non resciſa sit, sed adhuc ei filios nasci voluerit, H
Ex impio patre pius filius. ne scilicet spes venturi Messyæ sublata esse videretur. *Achas autem genuit Ezechiam*, qui tantã apud Deum gratiam nactus est, vt de ipso in libro Reg. legatur, quòd nec ante eum, nec post eum aliquis ei æquari possit. Hic est, qui magna bonæ conscientiæ fiducia, sic ad Deum orare ausus est (Esa. 38.) Memento Domine quomodo ambulauerim coram te in veritate & corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis feci. In eo spectare possumus elegans pij regis ex-
Inafflictiõe ad Deũ recurrẽdũ est. emplum, vt in tribulatione positus, & angustiis opprimentium se aduersariorum constitutus, ad Dominum sua vota, & omnem suam expectationem contulerit: vt graui morbo in lecto decumbens, supplicem ad Deum orationem fuderit. Ex quo factum est, vt & eius ætati quindecim anni adderentur, & ipse & vniuersa Hierosolyma diuina manu ab Assyriis eriperetur. Voluit autem Deus ita eius vitæ dies longiores reddere, vt filium haberet, & ita spem illius cõfirmaret, de Messya ex suo semine nascituro, 2. Par. 29. Eapropter etiam ei in horologio signũ I
datum est, sole decem lineis per quas descenderat, reuerso. Typus enim erat Christi veri iustitiæ solis, qui decem lineis retrogredi visus est, cùm paulo minus ab Angelis minoratus, nouem ordines ipsorum transgressus, ad hominem qui in decima velut linea constitutus erat, venit. *Ezechias autem genuit Manasſen:* qui à paternis virtutibus omninò desciuit, & omnium superiorum regum, immò & Gentium, flagitia superauit, 2. Par. 33. Hic Esaiam lignea serra dis-
Epiphaniꝰ. secari iussit, vt scribit Epiphanius, lib. de vita & exitu Prophetarum: Prophetas Domini persecutus est, & nihil non tentauit, quod facere putaret ad penitùs subuertendum Dei vnius cultũ.
Manaſſis pœnitẽtia. Sed, quia vexatio dat intellectum, Deo vendicante eius scelera, cùm à rege Assyriorum captiuus & compedibus cõstrictus teneretur, tum Dei iusta iudicia cogitãs, & priora scelera perpendens, pœnitentiam egit, & corde contrito & abiecto ad Dominum clamauit: qui vt in pœnitentes benignus est, Manassen eripuit, & ad regnum reduxit. In eo vides quantum sit tribulationis bonum, quæ hominem alioquin diuini numinis contemptorem, & hominum oppres-
K
sorem, superbum & arrogantem, humiliat, & ad mentem reducit: Vnde fiat, vt cooperante Dei gratia, ex tribulatione purior emergat. *Manaſſes autem genuit Amon:* qui etsi paterna malitia imbutus, & Manassis impietates secutus est, non tamen sicut ille, pœnitentiam egit. *Amõ autem genuit Iosiam.* In eo pietas Dauidis & Ezechiæ refloruit, 2. Par. 34. Hic legem & religionem ferè collapsam restituit. Huius temporibus liber diuinæ legis, per Mosis manum traditus,
Iosias excitat cultum Dei. & in templo abscõditus, repertus est: quem rex cum Dei timore accepit, & supplicem ad Deũ orationem effundi iussit, ne iracundiæ suæ flagella in plebem Israëliticam, suorum mandatorũ præuaricatricem immitteret. Hinc etiam pridem apud Hieroboam per Prophetam suum Dominus promiserat, 3. Reg. 13. Stante enim Hieroboam super altare Bethel, & thus iaciẽte, exclamauit Propheta in sermone Domini: Altare, Altare. Hæc dicit Dominus. Ecce filius

nascetur

A nascetur domui Dauid, Iosias nomine, & immolabit super te sacerdotes excelsorum, qui nūc in te thura succendunt, & ossa hominum super te incendet. De huius laude scriptum est, Eccl. 49. Memoria Iosiæ in compositione odoris facta, opus pigmentarij in omni ore quasi mel dulcorabitur, & vt musica in conuiuio vini. Occisus est autē à sagittariis Pharaonis Nechao regis Ægypti, quem Hieremias maximè deplorauit. In eo vident principes quo zelo religionē tueri, Pseudoprophetas persequi, Dei legem admittere, & templū Dei curare debeant. *Iosias autem genuit Iechoniam & fratres eius in transmigratione Babylonis.* 2. Par. vlt. Id non ita intelligendum est, quasi Iosias in ipso exilio filios genuerit, cùm nec in Babylonem abductus fuerit, nec transmigratio illa temporibus eius contigerit: sed quòd illa iam imminente filios habuerit, aut quòd in Babylonem posteritas eius abducta sit. Cæterùm videtur Iechonias non fuisse filius Iosiæ, sed nepos ex patre Ioachim (3. Reg. 13.) filio Iosiæ, qui hîc omittitur, satis alioquin notus ex historicis & Propheticis libris. Nam &, 1. Par. 3. hæc leguntur. Filij Iosię fuerunt, pri-
B mogenitus Ioannan, qui & Ioacham, secundus Eliachim, qui & Ioachim, tertius Sedechias, quartus Sellum. De Ioachim natus est Iechonias & Sedechias. Erat igitur Iechonias nō Iosiæ, sed Ioachim filius. Epiphanius, lib. 1. contra Hæres. binomium fuisse Ioachim putat, dictum Epipha. scilicet Iechoniam esse, à quo & filius tale nomen sortitus sit. Porrò 3. Esdræ 1. Ioachim vocatur Iechonias, qui tribus tantùm mēsibus regnauerit in Hierusalem. Et, vt ibi dicitur, 2. Par. 36. amouit eum rex Ægypti, cùm veniisset in Hierusalem, & condemnauit terram 100. talentis argenti, & talento auri. Constituitque pro eo regem Eliachim fratrem eius, super Iudam & Hierusalem, & vertit nomen eius Ioachim. Ipsum verò Ioacham tulit secum, & abduxit in Ægyptum. Vigintiquinque annorum erat Ioachim, cùm regnare cœpisset, & vndecim annis regnauit in Hierusalem: fecitque malum coram Domino Deo suo. Cōtra hunc ascendit Na-
C buchodonozor rex Chaldæorum, & vinctum cathenis duxit in Babylonem. Liber etiam Hebræorum Seder Olam Zuta, Ioachim & Iechoniam eadem sonare ostendit, cùm filium Ioachin, vocet etiam Ioachin seu Iechoniam. Hæc enim habet. Ioacham patri Iosiæ successit tribus mensibus, Ioachim superioris regis frater regnauit annis 11. Et regni tertio anno captiuus factus est à Nabuchodonozor in vinculis, vt impleretur prædictum Hieremiæ, (cap. 22.) Sepultura asini sepelietur. Post patrem Ioachim regnauit Ioachin, siue Iechonias tribus mensibus, diebus decem. Traxit autem illum in exilium Nabuchodonozor cum octodecim millibus, Sedechiámque patruum eius, filium Iosiæ, in locum eius suffecit. Ex his colligimus, fratres Ioachin, seu Iechoniæ, omnes in exilū abductos, aut à rege Ægypti, aut à Nabuchodonozor rege Babylonis. Et illo quidem occiso, filius tandem eius, eiusdem nominis Ioachim seu Iechonias, cùm videret se denuò & vrbem Hierosolymam obsideri à Chaldæis, consilio Hieremiæ tra-
D didit se regi Nabuchodonozor: & hic quidem propriè dicitur transmigrasse in Babylonem, vt scribit Thomas, lib. Comment. in Matth. Et ille est de quo dicitur, *Et post transmigrationem Babylonis Iechonias genuit Salathiel.* Igitur Matthæus præterit Ioachas, & ad fratrē eius Ioachim delabitur: ita tamen vt & eum simul & filium vno nomine Iechoniæ complectatur, vt in quatuordecim generationes partiatur. Porrò regnum à Iechonia seu Ioachim patre ablatum fratri Sedechiæ, qui tertius erat ex filiis Iosiæ, traditum fuerat à Nabuchodonozor, quem similiter tandem captiuum excæcauit, & filios eius laqueo occidit. Magna tum populo Dei clades, magnæ principibus à Deo persecutiones imminebant, cùm extraneorum libidini subiicerentur. Nec interim tamen Deus passus est semen Iuda, & domum Dauid rescindi, etiam ipsis regibus in Babylonem abductis. Nisi enim Dominus reliquisset nobis semen, quasi Sodoma, aut Gomorra fuissemus. Hæ autem rerū vices, hæc reipublicæ Iudaicæ, simul & regij status euer-
E sio, non aliundè emersit, quam à Dei & religionis contemptu, à principum tyrannide, à secessione populi, à ciuilibus bellis, & à contracto cū prophanis hominibus fœdere. Ideò exclamat Hieremias, c. 22. Nunquid vas fictile atque contritum vir iste Iechonias? 1. Par. 3. Legitur Iechoniæ filios fuisse Asir, Salathiel, Melchiram, Phadaiam, Sennezer, Iechoniam, Samam, & Nadabiam. Etsi autem in ipso exilio geniti sint, posteritas tamen superfuit, eo tempore quo liber in Palæstinam populus regressus est. Aut sic intelligendum, quòd genuerit Salathiel μετὰ τὴν μετοικεσίαν Βαβυλῶνος, vt legitur in contextu Græco, id est post deportationem in Babylonem, seu postquàm ipse & populus in Babylonem transmigrauit, non autem postquàm à Babylone reductus est. Chronicon Hebræorum Seder Olam Zuta narrat Sedechia abducto ne vllum quidem relictum esse de familia Dauidis, præter illum Iechoniā filium Ioachim, quem antea Nabuchodonozor in exilium traxerat. Ita illum à postrema clade Gentis Hebraicæ, quæ diebus Sedechiæ contigit, exilium securum reddit. Frequenter enim contingit,

Ioachim binomius, qui & Iechonias.

Seder Olā.

Thom.

stat° regni Israelitici miserè agitatus.

Qui filij Iechoniæ.

Seder Olā.

vt si quo malo primùm premamur, ab imminente immunes, aut cautiores efficiamur. In quibusdam mala profuerunt, vt dicit prouerbiũ. Obseruat hoc Chronicon tres transmigrationes in Babylonem: primam sub Ioachim filio Iosiæ, secundam sub Iechonia eius filio, tertiam sub Sedechia, qua Nabuchodonozor abduxit Iuda è patriis sedibus. Tum videbatur spes nascituri Messyæ decidisse, occisa omni familia Dauid, cùm tamen existerent 38. cognationes: nisi Dominus Iechoniam olim captiuum, & in quem inimicorum furor deferbuerat, reseruasset. Ac, vt prosequar ex Seder Olam, imperium quidem obtinuit Nabuchodonozor, vsque ad annum 37. exilij regis Iechoniæ. Post eum mortuum, Euilmerodah filius eius imperauit annis viginti tribus. Is anno primo regni sui eduxit Iechoniã de carcere, qui postea discessit de vita, Sedechia iam mortuo. Hunc Iechoniam virum fuisse sanctissimum tradunt nonnulli, quique continuis apud Deum precibus pro populi sui liberatione egerit. Porrò Salathiel filius Iechoniæ, vt quidam narrant sapientes, in captiuitate erat imperãte tribus annis Balthazare. *Salathiel autem genuit Zorobabel*: cuius præconia in libris Esdræ (lib. 1. c. 3.) narrantur. At eius quippè petitionem Darius rex Persarum, liberum Iudæis in terram suam reditum fecit: de quo etiam in Ecclesiastico (cap. 46.) dicitur: Quomodo amplificemus Zorobabel? ipse enim quasi signũ in manu dextra Israël. Et apud Haggæum (cap. 2.) In die illo, dicit Dominus, assumam te Zorobabel fili Salathiel, serue meus, & ponam te quasi signaculum, quoniam te elegi. Hoc duce populus lætus ab exilio remigrauit. *Zorobabel autem genuit Abiud.* Hoc recedere videtur à 1. Par. 3. quo legitur Zorobabel tres filios habuisse, Mosollam, Ananiam & Salomith: Salathielis autem nulla fiat mentio. Sed soluit Lyranus, quòd Abiud vno nomine intelligi potest, vt qui ad aliorum multorum instar, binomius fuerit: vel quòd non omnes hîc in Paralipom. Zorobabelis filij expressi sunt, aut quòd Abiud rescissus fuerit ab Herode, vt regia successio rescinderetur, aut quòd Matthæus diuina ratione, aut arcana traditione intellexerit, hunc etiam fuisse Salathielis filium, è quo Ioseph originem traxerit. Sunt qui Ananiam illum esse censeant, qui post Mosollam obtinuit principatum. *Abiud autem genuit Eliachim*, illum fortè, quem Neemias cap. 12. primo loco inter sacerdotes enumerat: aut eum, quem liber Seder Olam Zuta Barachiam nuncupat. *Eliachim autem genuit Azor, Azor autem genuit Sadoc, Sadoc autem genuit Achim, Achim autem genuit Eliud, Eliud autem genuit Eleazar, Eleazar autem genuit Mathan, Mathan autem genuit Iacob, Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ.* De his in Canonicis scripturis nulla fit mentio, & quòd illæ, id est historicæ, fuerint antiquiores, & quòd si quæ tandem editæ sunt, quæ illas, seu regalis, seu Leuiticæ tribus successiones exprimerent, tẽporum iniuria perierunt. Narrat enim Africanus in Epistola ad Aristidem, quam suprà citauimus, & Eusebius Cæsariensis, & post eum Nicephorus locis supradictis, Herodem id curasse, vt catalogi successionis regalis cremarentur. Verùm nec tam prævaluit eius inquisitio, vt non interim aut quid apud quosdam scriptum, aut traditione mandatum supereesset, ex quo Matthæus hæc, sed maximè ex diuina reuelatione colligit. Hieron. in Matth. Cùm virum Mariæ audieris, suspicio tibi non subeat nuptiarum: sed recordare consuetudinis scripturarum, quòd sponsi viri, & sponsæ vocentur vxores. *De qua natus est Iesus qui vocatur Christus.* Non dicit, de quo natus est Iesus, aut sicut in superioribus obseruauit, non ita scripsit, Ioseph genuit Iesum: sed vt vnicam in terra Christi parentem virginem agnoscamus, dixit, *De qua*, scilicet Maria, *natus est Iesus.* Christum autem nuncupat per excellentiam: ne fortè vnctum illum esse putemus adinstar regum, sacerdotum, aut Prophetarum antiquorum. Nemo enim talis est natus, sed sensibili oleo consecratus hoc habuit, vt Christus Domini diceretur. At verò Iesus talis est natus, qualis prædicatur. Natus est Christus. Hunc enim Deus vnxit Spiritu sancto, & omni gratiarum plenitudine repleuit, ab instanti conceptionis. De hoc Christi nomine habes Daniel 9. Esai. 61. Luc. 4. *Omnes itaque generationes ab Abraham vsque ad Dauid generationes quatuordecim.* id est, qui geniti sunt, aut qui vixerunt ab Abraham vsque ad Dauidem. Sic Genes. 6. Noé vir iustus perfectus in generatione sua. *A Dauid* autẽ excluiuè (oportet enim illum tantùm includi primo quaterdenario) *vsque ad transmigrationem Babylonis*, nimirùm vsque ad Ioachim seu Iechoniam primùm incluiuè, his etiam quos iam diximus è Iesabele exclusis, *generationes quatuordecim. Et à transmigratione Babylonis*, videlicet à secundo Iechonia patre Salathielis *vsque ad Christum* incluiuè, id est illum connumerando cum cæteris, ad complendam generationem quartamdecimã, vt Hieronymus obseruat, *generationes quatuordecim.* In tres autem generationes totam istam seriem partitur, diuersorum temporum, & variæ administrationis reipublicæ rationem habens, vt Chrysostomus obseruat: Ita tamen vt quemadmodum è tribu Iuda omnium nobiliori, sic ex præcipuis & insignioribus Christus genus deducat.

Tres transmigratiões in Babylonẽ

Conciliatur Matthæi cũ historia Paralipomenõ

Lyranus.

Africanus. Euseb. Cæsar. Nicephor. Hieron.

Hieron.

Chrysost.

F G H I K

A ducat. Siquidem primùm à iudicibus, demum à regibus, tandem à ducibus seu Pontificibus res eorum gerebantur. Ita Christi generatio è quatuordecim iudicibus, totidem regibus, & totidem ducibus profecta est. Tandem verò omnia hæc ad Christum vnum deuoluta sunt, vnus ille iudex, rex, & Pontifex est. Omnium enim illorum & status religionis & reipublicæ mutatio per Christum facta est: ita tamen vt nihil destruxerit, sed omnia ad perfectionem & integritatem perduxerit. Interim verò qui à Christo sunt seiuncti Iudæi, priuantur propriis iudicibus, regibus, & sacerdotibus. Christum enim eiecerunt, qui iudex, rex, & sacerdos noster est. Esa. 33. Dominus iudex noster, Dominus legifer noster, Dominus rex noster est. Psal. 109. Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Chrysostom. homil. 4. in caput Matthæi 1. Operis perfecti. Benè autem captiuitatis Babylonicæ recordatur, vt scilicet doceat

Christus ab illustrioribus prognatus est.

Chrysost.

Cur meminit captiuitatis Babylonicæ.

B populum Iudæorum, ne aliqua quidem castigatione correptum: modisque omnibus necessariam fuisse Christi præsentiam. Cur verò non etiam de Ægypto mentionem fecit? Quia Israëlitæ captiuitatem Ægypti non timebant, Babylonios verò audire sine timore non poterant: quippè cùm illud esset antiquum, hoc verò recens, atque oculis semper occurrens. Illuc quidem propter peccata ingressi fuerant, huc verò ob scelera translati. Et quidem ita ostenditur necessarius Christi aduentus. Siquidem in primo quaterdenario petierant regem contra voluntatem Dei, & ita legem transgressi sunt: in secũdo propter peccata sua ducti sunt in captiuitatem: sed in tertio per Christum ab omni culpa & miseria, & à seruitute peccati spirituali liberamur. Sed & per tres quaterdenarios numeros tria tempora signantur, quibus hominum vita ducitur. Per primum significatur tempus ante legem, quia ad illum nonnulli referuntur qui ante legem fuerunt: secundus numerus legis tempus designat, cùm non recenseat

Mystica numerorũ istorũ ratio.

alios, quàm qui erant sub lege. Tertius numerus tempus gratiæ significat, quia in Christo ter-

C minatur, per quem gratia facta est, Ioan. 1. Thom. in Matth. Sed & ista distinctio congruit mysterio, quia quaterdenarius est numerus, compositus ex quatuor & decem. Per decem ergo, intelligitur vetus Testamentum, quod datum est in decem mandatis: per quatuor autem Euangelium, quod quatuor libris distinguitur. De numero autem generationum est duplex opinio. Nam Hieron. in Matth. alium facit Iechoniam in fine primi quaterdenarij, & in principio secundi: ex quo efficiuntur generationes 42. In eum enim numerum recurrunt tres quatuordenarij. Sed secundum Augustin. non sunt nisi 41. ita tamen vt Christus eorum vnus sit: & hoc mysterio competere videtur. Quadragenarius enim numerus consurgit ex ductu quatuor in decem, & è conuerso. Atqui secundum Platonicos, quaternarius est numerus corporũ, vt quæ quatuor elementis constituantur. Denarius autem numerus consurgit ex aggregatione numerorum linealium. Vnus enim, duo, tres, & quatuor, faciunt decem. Et quia Matthæus

Thomas.

Hierony.

D intendit declarare Christum linealiter ad nos descendisse, ideò per 40. generationes illum ad nos deducit. Lucas autem, qui intendit in Christo commendare sacerdotalem dignitatem, cui competit expiatio peccatorum, ponit generationes 77. Consurgit enim iste numerus ex ductu 7. in 11. Nam septies vndecim sunt 77. Inde fit, vt per 11. transgressio Decalogi intelligatur: per septem, septiformis gratia, per quam fit remissio peccatorum.

De sanctiß. Virginis Mariæ desponsatione, Ioseph hæsitantis per Angelum confirmatione, & Deiparæ purißima Virginitate.

MATTH. 1. | Marc. | Luc. | Ioan.

E Cùm esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph, antequàm conuenirent, inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto. Ioseph autem vir eius cùm esset iustus, & nollet eam traducere: voluit occultè dimittere eam. Hæc autem eo cogitãte, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens, Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est. Pariet autem filium: & vocabis nomen eius Iesum: ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Hoc autem totum factum est, vt adimpleretur quod dictum est à Domino per Prophetam dicentem: Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filium: & vocabitur nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum, Nobiscum Deus. Exurgens autem Ioseph à somno, fecit sicut præcepit ei Angelus Domini, & accepit coniugem suam. Et non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum: & vocauit nomen eius Iesum.

Introductio. Origo quarumdã rerum singularis.



RVCTVS ex suis arboribus colliguntur. Nemo enim ex spinis vuas, aut F
ex tribulis ficus decerpsisse visus est. Sed & habent nonnulla singularem quandam originem, qua etiam maiorem vim sortiuntur. Corallum enim, quod effluo sanguini medetur, in fundo maris è rupibus sensim emergit, & suas radices & ramos habet, etiamsi tandem ad rupis duriciem accedat. Sed & magna & mirabilia quædam de plantarum quarumdam procreatione narrant, qui earum naturas describunt. Et quomodo non pura & admiranda debuit esse Christi Iesu generatio? Fatetur quidem Salomon, se eundem cum omnibus ortum habuisse, se statim atque natus est, vocem similem omnibus plorantem emisisse: verùm & ille quid præter regiam dignitatem habuit excellentius? sed nec ipsam ab vtero materno nactus fuerat. Peccator erat, & ad illas omnes miserias natus, quæ nobis communes sunt. Christus verò ab ipso conceptionis instanti, omnes reges, sacerdotes, & Prophetas superabat. G

Christus digniorẽ omnibus generationem habere debuit.

Et, quod omnium est maximum, immò & summum, simul Deus erat & homo. Itaque digniorem generationem sortiri debuit, nequid non cæteris dignius habere videretur. Augustin. serm. 16. in natali Domini. Primus enim homo, inquit, quo cadente omnes cecidimus, cuius ruina est mortalitas nostra, non est natus, sed factus: patre nullo, nulla matre, sed Deo operante. Hæc est prima conditio, Adam de terra. Secunda conditio est hominis, qua creauit fœminam de latere viri. Tertia conditio est hominis, qua natus est homo ex viro & fœmina. Quarta conditio est Dei & hominis, qua natus est Christus, sine viro, de fœmina. In istis quatuor conditionibus, vna sola nobis vsitata est, cæteræ tres non sunt in oculis carneis, sed in fide cordis. De terra factum hominem sine patre & matre nouimus: nunquam vidimus: lecta & audita credimus. Tertia illa vsitata, est nobis quotidiana. Quarta igitur restabat sine viro de fœmina, sed ista quarta liberauit tres. Prima & secunda ruerunt, tertiam de ruina generauerunt, in quarta salutem inuenerunt. Leo Martyr, sermone decimo, in natiuitate Domini. Agnoscendum sanè dilectissimi, inquit, & toto corde confitendum, quòd hæc generatio, qua & Verbum & caro, id est Deus & homo vnus Dei filius, vnúsque Christus efficitur, supra omnem originem humanæ creationis excellit. Nec enim aut Adæ de limo terræ formatio, aut Euæ de viri carne plasmatio, aut cæterorum hominum de vtriusque sexus permixtione conditio, Iesu Christi potest ortui comparari. Genuit Abraham senex diuinæ promissionis hæredem, & transgressa fœcunditatis annos sterilis Sara concepit. Genes. 21. & 22. Iacob dilectus est à Deo antequàm natus, & præueniente gratia voluntarias actiones, ab hispida congeniti fratris asperitate discretus est. Malach. 1. Rom. 9. Hieremiæ dicitur: Priusquàm te formarem in vtero, noui te, & antequàm exires de vulua, sanctificaui te. Hiere. 1. Anna diu fœcunditatis aliena, Samuelem Prophetam, quem Deo offerret, enixa est, vt & partu clara esset, & voto, 1. Reg. 1. Zacharias sacerdos de Elisabeth sterili sanctam prolem concepit, & præcursor Christi futurus Ioannes spiritum Propheticum intra viscera matris acceperat, & nondum editus puer, genitricem Domini, signo clausæ exultationis ostenderat. Magna hæc omnia, & diuinorum operum sunt plena miraculis, sed hoc ipso immoderatiùs stupenda, quo plura. Natiuitas enim Domini nostri Iesu Christi omnem intelligentiam superat, & cuncta exempla transcendit. Nec potest vlli esse comparabilis, quæ est inter omnes singularis. Descripta igitur consueta ac naturali generatione patrum, nunc noua ac supernaturalis Christi generatio describitur. *Christi autem generatio sic erat.* tanquam dicat, Prædicti solito modo generati sunt per seminis descensionem, Christi autem generatio singulari modo & ordine facta est. Petrus Chrysologus, serm. 146. Non dixit, Christi generatio sic facta est, sed, sic erat: quia Christi generatio erat apud patrem, quando generabatur ex matre. Quod erat, semper erat: quod factum est, hoc reddebatur: erat Deus, reddebatur homo. Ex vtero nos susceptit ille, qui nos plasmauerat ex luto. Totus igitur scopus Matthæi est ostendere, Christum quidem ex Abraham & Dauide originem ducere, non interim tamen Ioseph filium esse, quod permulti ex Iudæis credebant, Matth. 13. Ioan. 6. sed conceptum esse de Spiritu sancto ex Maria virgine. Hoc autem quia nouum & inauditum erat, quędam testimonia adiungere voluit. Et primùm, vt ostendat Christum non esse Ioseph filium, narrat virginem grauidam ab ipso Iosepho inuentam esse, antequàm cõuenirent. Et vt probet illum de Spiritu sancto natum esse, Angeli testimonium addunt, qui de ea re Iosephum certiorem reddit. Quòdque Christus non solùm à virgine conciperetur, sed & ex ea nasceretur verus Deus & homo, Esaiæ vaticinium profert, cap. 7. Ecce virgo concipiet, & pariet filium. Sed & Christum ipsum tandem natum, à Magis adoratum esse recenset. Sed & ne quid

Ortus Christi superexcellit.
Adam & Eua.
Isaac.
Iacob.
Hieremias.
Samuel.
Ioannes.

Leo.

P. Chrys.

Christus non fuit Iosephi filius.
Cur Matthæus hanc de Iosephi hæsitatione historiam inseruerit.

1. 2. 3. 4.

in Io-

A in Ioſepho leuitatis,aut vitioſæ credulitatis fuiſſe putemus,illum iuſtum, diu penſitaſſe, & virginem obſeruaſſe,& in votis habuiſſe vt illam dimitteret,ſcribit,niſi ab Angelo audiiſſet, quid in ea myſterij eſſet reconditum. Ita enim habet. *Cùm eſſet deſponſata mater Ieſu Maria Ioſeph, antequàm conuenirent,inuenta eſt in vtero habens de Spiritu ſancto.* Deſponſatam dicit, promiſſam,& in matrimonium traditam Ioſepho,de eiuſdem Mariæ cognatione exorto, qui, vt ſcribit Hieronymus, eapropter illã vt propinquam accipere cogebatur. Iam erat mater Ieſu,iam ipſum conceperat,& tamen deſponſata erat Ioſeph. Et virgo erat, inquit Baſilius, homil. de humana Chriſti generatione,& viro deſponſata, & apta coniugali officio obeundo putata: vt & virginitas in honore ante omnia haberetur,& matrimonium non propterea improbaretur. Virginitas enim vt apta proximáque ſanctitati electa eſt:per deſponſationem verò, nuptiarum initia expreſſa ſunt. Simul autem vt & Ioſeph domeſticus Mariæ puritatis teſtis eſſet:& ne propterea calumniatoribus illa foret obnoxia, vt virginitatem commaculans ſponſum habuit, vitæ ſanctæ cuſtodem. Adducit & alias rationes communes vtique Origeni, Theophilacto, Auguſtino, Ignatio, Euthymio, & cæteris Patribus antiquis, nimirùm vt myſterium Chriſti Sathanam lateret. Euſebius Emiſſenus, homil. in vigilia Natiuitat. Domini. Et ſanè, ſi virum, inquit, non habuiſſet,& grauida videretur, nulla ei excuſatio ſubuenire poſſet, vt quaſi adultera non lapidaretur. Quis enim ei crederet ſine viro concepiſſe? Quis ei crederet de Spiritu ſancto eius vterum intumuiſſe? Erat enim hoc inuſitatum, & ſine exemplo. Melius ergo fuit vt ſemper virgo ad tempus, non virgo putaretur, quàm accuſata ſecundum legem lapidaretur. Non enim violatur virginitas falſa opinione. Occiditur autem innocens plerumque etiam falſa accuſatione. Poterat enim Dominus & aliter matrem ſuam non ſolùm ab iniuſta damnatione, verùm & à falſa opinione defendere, ſi vellet, qui ſemper in poteſtate habuit facere quic- C quid vellet. Cur autem hæc magis voluerit,ipſe ſcit,non ego. Sic ei placuit,placeat igitur & nobis. Indigebat præterea viri auxilio multis modis virgo Maria, quia ſecundum Dei diſpoſitionem in Bethleem paritura erat, & eam ſimul cum filio in Ægyptum fugere oportebat: ſic enim fuerat à Deo diſpoſitum,ſic à Prophetis nunciatum:ſic futurum erat,& mutari non poterat. Origenes, homil.1.in diuerſ. Ideò deſponſata fuit Ioſeph, non tamen in concupiſcentia iuncta. Mater,inquit,eius. Mater immaculata,mater incorrupta,mater intacta. Mater eius. Cuius eius? Mater Dei vnigeniti, Domini & regis omnium, plaſmatoris & creatoris cunctorum, illius qui in excelſis ſine matre,& in terra eſt ſine patre: qui in cœlis ſecundum deitatem, in ſinu eſt Dei patris, & in terris ſecundum corporis ſuſceptionem, in ſinu eſt matris. O magnæ admirationis gratia! ô inenarrabilis ſuauitas! ô ineffabile magnúmque ſacramentum! Ipſa eadémque virgo, ipſa mater Domini, ipſa & genitrix, ipſa eius ancilla, plaſmatio eius ipſa quæ genuit. Petrus Chryſologus, ſerm. 146. Sic Chriſtus, quòd naſcitur, non eſt conſuetudo, ſed ſi- D gnum: non eſt natura, ſed virtus: non ordo eſt, ſed poteſtas:& eſt cœleſte miraculum, ratio non humana. Hîc mundana ſcientia quid capiet? Hîc carnis intelligentia quid requiret? *Cùm deſponſata eſſet mater eius Maria.* Virginitate ſponſa, fœcunditate mater: mater viri neſcia, partus conſcia. Addunt antiqui Patres, eapropter diuam Virginem deſponſatam fuiſſe, vt Eccleſiæ vniuerſalis virginis ſpirituale cum Chriſto connubium deſignaretur: vt ſcribit Paulus, 2. Cor. 11. Quod & Petrus Chryſologus, his verbis, eodem etiam ſuperiore ſermone explicat. Quid tenemus fratres? inquit. Non apices, non literæ, non ſyllabæ, non verbum, non nomina, non perſonæ in Euangelio diuinis vacua ſunt figuris. Sponſa quæritur, vt iam tunc Eccleſia Chriſti ſponſa ſignetur: iuxta illud Oſee Prophetæ, (cap. 2.) Sponſabo te mihi in iuſtitia, iudicio, miſericordia,& miſerationibus,& deſponſabo te mihi in fide. Hinc Ioannes ait, (Ioann. 3.) Qui E habet ſponſam, ſponſus eſt. Et verè ſponſa, quæ virginali partu, nouam Chriſti regignit infantiam. Procuratur Ioſeph ſponſus, vt iſte in illo Ioſeph Chriſti figuram impleat paſſionis. Ioſeph Prophetalibus ſomniis incurrit zelum, Chriſtus Propheticis viſionibus ſuſcepit inuidiam. Ioſeph miſſus in lacum mortis, viuus emergit è lacu: Chriſtus mortis ſepulcro datus, viuus reſurgit à ſepulcro. Ioſeph vænundatus eſt, pretio taxatus eſt Chriſtus. Ioſeph traducitur ad Ægyptum, ad Ægyptum fugatur Chriſtus. Ioſeph eſurientibus populis panem copioſè ſubminiſtrat: Chriſtus cœli pane manentes orbe toto exaturat nationes. Sic lucet,cur Ioſeph iſte cœleſtis ſponſi typum prætulerit, portauerit imaginem, ambulauerit in figuram. *Maria mater* vocatur: & quando non Maria mater? Congregationes, inquit,aquarum appellauit maria. Nónne hæc exeuntem populum de Ægypto concepit vno vtero, vt emergeret cœleſtis in nouam creaturam tranſlata progenies? iuxta illud Apoſtoli, 1. Cor. 11. Patres noſtri omnes ſub nube fuerunt,& omnes mare tranſierunt,& omnes in Moyſe

5. *Deſponſata quia promiſſa.* Hieron. Baſilius. *Virginitas cum matrimonio ſtare poteſt.*

Cur Maria deſponſata quæ virgo eſſe debuit.

1. *Vt Ioſeph teſtis eſſet.*

2. *Vt Sathanam lateret myſterium.* Euſeb. Emiſſenus.

3. *Vt virgo à ſuſpicione liberaretur.* Origenes.

P. Chryſol.

Typus Chriſti & Eccleſiæ, in Ioſeph & Maria.

Idem.

Ioſeph Patriarchæ cõfertur cum Chriſto.

1.
2.
3.
4.
5.
6.

Cur hîc Maria matervocatur.

baptiſati ſunt,in nube & mari.Et vt ſemper Maria humanæ ſit præuia ſalutis, populum,quem F
vnda generatrix emiſit in lucem, ipſa iure præceſſit in Cantico. Maria, inquit, ſoror Aaron
ſumens tympanum in manu ſua, dixit: Cantemus Domino, glorioſè enim magnificatus eſt,
Exod.15.Hæc ille.

Quæritur fueritne verum matrimonium inter Ioſeph & Mariã.

Iam cùm ſimul & virgo credatur,& deſpõſata:quæritur à nonnullis,fueritne matrimonium perfectum inter Mariam & Ioſeph.Qui contrà nituntur,obiectant id Hieronymi contra Heluidium,quòd IoſephMariæ cuſtos fuerit potius quàm maritus.Verùm hîc Hieronymus maritum nuncupat ab actu matrimonij conſummati,& eo quidem ſenſu Ioſeph maritus nõ fuit. Fuit tamen,ſi matrimonij veritatem & ſacramentum ſpectemus.Alij rurſus opponunt votũ caſtitatis à virgine emiſſum,quod repugnabat matrimonio:ſed reſpondetur,quòd poſito etiã abſoluto virginitatis voto,cùm interim illud ſub conditione emiſſum fuerit (id eſt, niſi Deus aliter ordinaret)abſolutus quoque fuit virginis cõſenſus ad matrimonium:cùm diuinitùs certior eſſet reddita de ipſius Ioſeph continentia,& ipſa de ſe cum Dei gratia certa eſſet,quòd à carnis G
ſtimulis vindicaretur,vnde nunquam per vſum vxorium eſſet violanda. Quòd autem Ioſeph cogitabat illam dimittere,non intelligitur quoad vinculum,ſed quoad thorum. Thomas Aqu. 3.part.diſt.29.De turre cremata,quæſt.2.in vigil.Natiuitat.Scotus,diſt.30.q.2.lib.4.Sent. A ſoto,lib.4.Sent.art.2.d.30.& omnes ferè quotquot ex Catholicis hanc quæſtionem attigerunt, ita definiunt perfectum fuiſſe matrimonium,quòd,vt dicitur Deut.32. Dei perfecta ſunt opera:illud autem matrimonium fuit diuinitùs inſpiratum, ergo perfectum. Duplex enim eſt rei perfectio:vna eſſentialis,quæ ad eius naturam ſpectat: atque alia accidentaria, quæ ſecundum eius operationem conſideratur.Ignis enim licet in vacuo poſitus non calefaceret, eſſet tamen eſſentialiter perfectus in ſuis partibus.Perfectio autem eſſentialis matrimonij cõſiſtit in mutuo conſenſu de præſenti, quo ſe alteruter coniugum alteri tradit: quo pacto inter Mariam & Io- H
ſeph fuit perfectiſſimum matrimonium. Commixtio verò per copulam eſt vſus & operatio matrimonij,atque adeò accidentaria perfectio, quæ non eſt de eius eſſentia. Hanc autem ſentẽtiam Vvitcleph impugnauit, contra ipſum autẽ eandẽ confirmauit Thomas Vvalden Carmelita,to.2.de ſacramẽtis,c.130. Aſſeruit enim Vvitcleph,quòd ad neceſſitatẽ ſacramenti matrimonij copula carnalis ad propagationem prolis requiratur.Opponit autem Vvalden ſacri illius coniugij, quod vtique non ſine ordinatione diuina, & primæuo inſtinctu Spiritus ſancti contraxerunt:cùm interim ſibi illã copulã minimè virgo proponeret: cùm iam illa deſponſata hæc ad Angelum dixerit:Quomodo fiet iſtud,quoniam virum non cognoſco?Qua reſponſione propoſitum ſuæ mentis aperuit, inquit Beda, in Luc. vitam verè virginalem ſe ducere decreuiſſe.Aut ergo inter iſtos non erat verum coniugium, & mentitus eſt Angelus, dicens ad Ioſeph,Noli timere accipere Mariam coniugem tuam:Aut quandoque ad procreandum fœ- I
tum erant carnaliter copulandi, quo ſenſu impiè Heluidius hæreticus coniugium iſtud explicauit:Aut,quod omnium eſt veriſſimum,cõiugium etiam inter eos,qui à carnali copula abſtineant,ſtare poteſt.Quid enim,vt inquit Apoſtolus,1.Cor.7. ſi coniuges hoc haberent in voto? Tempus,inquit,breue eſt.Reliquum eſt,vt qui vxores habent,tanquam non habentes ſint.An eapropter coniuges eſſe deſinerent, & matrimonium eorum diſſolueretur, quia hoc apud ſe ſtatuerunt? At verò Chriſtus non niſi propter fornicationem ablegandam vxorem cenſet, ipſo etiam ſtante ſacramẽto,& vinculo,interim dum thori ſeparatio fit.Ambroſius,in Epiſt.ad Corinth.ita locum illum Pauli exponit, vt & qui habent vxores, ſint quaſi non habentes. Quia enim,inquit,mundi finis in proximo eſt,ad generandum non erunt ſoliciti, neque ad vſum illum dediti,vt propenſiores,& vigilantiores,in diuinis operibus exercitati,circa curam legis,imminente prælio repugnent. Sed & mulier ſi à viro diſcedat, à liberorum procreatione ceſſat, K
& tamen non deſinit eſſe coniux,ſed poteſt reuerti ad virum dicente Apoſtolo, 1. Cor. 7. His autem qui matrimonio iuncti ſunt præcipio non ego,ſed Dominus, vxorem à viro diſcedere: Quòd ſi diſceſſerit,manere innuptam, aut viro ſuo reconciliari. Non ego tamen in his dictis nego prolem eſſe magnum bonum coniugij,ſed circunſtantiale bonum non omninò neceſſarium, ſine quo coniugium eſſe non poſſit.Itaque Vvitclephi error perniciоſiſſimus eſt, quo reiicit omnia coniugia,vt ſpes prolis defuerit.Ita enim habet,quarto lib. Trilogi,cap.ſecundo, vt ſcribit Thomas Vvalden. Videtur, inquit, mihi probabile, quòd tales qui non poſſunt procreare carnaliter,quodammodò illicitè copulentur.Vnde antiqui,qui ex cupiditate temporaliũ, ex ſpe mutuorũ iuuaminũ,aut ex cauſa excuſandæ libidinis,licet deſperent de prole,copulantur ad inuicẽ:non verè matrimonialiter copulãtur.Hęc Vvitcleph.Atqui,vt obſeruat Vvalden,cùm Paulus ait, Propter fornicationẽ vnuſquiſque ſuã vxorẽ habeat,& vnaquæque ſuum

Quale votũ virgo emiſerit.

Matrimonium verũ fuit.

Thomas. Scotus. Lombard⁹. A ſoto.

Perfectio rei duplex.

Vvitcleph hæreticus contrà nititur.

Th.Vvald.

Beda.

Non deſinit eſſe matrimoniũ verum inter continẽtes.

Ambroſ.

Vvitcleph.

Error et hæreſis Vvitcleph,quòd nõ ſtet matrimonium inter eos qui procreare non poſſunt.

virum

A virum habeat. Et iterum. Reuertimini in idipsum, ne tentet vos Sathanas propter incontinentiam vestram: hoc autem dico secundum indulgentiã, non secundũ imperium. Et iterum. Dico autem non nuptis & viduis, Bonum est illis si sic permanserint, sicut & ego. Quòd si non continent, nubant. Melius est nubere quàm vri. 1. Cor. 7. Vbique laxat nuptiarum sinus, & maximè propter fornicationem vitandam, cùm interim procreationis prolis nullam faciat mentionem. Ita igitur Apostolus falsa coniugia indulgeret. Et quidem Augustinus exponens Apostolum, libro suo de bono coniugali, statim post initium: Quicquid, inquit, coniugati immodestum, inuerecundum, sordidúmve gerunt, vitium est hominum, non culpa nuptiarum. Iam in ipsa quoque moderatione, ex actione debiti carnalis, quam eis non secundum imperium, sed secũdum veniam concedit Apostolus, vt iam præter causam procreandi, sibi misceantur: etsi eos praui mores ad talem concubitum impellunt, nuptiæ tamen se ab adulterio seu fornicatione defendunt. Neque enim illud propter nuptias admittitur, sed propter nuptias ignoscitur. Cui cõsen-

B tit Hugo, lib. 2. de Sacramentis, par. 11. cap. 3. Officium, inquit, coniugij, hoc est carnis cõmixtio ante peccatum, non ad remedium infirmitatis, sed ad multiplicationem prolis institutum est. Post peccatum autem idem ipsum ad remedium infirmitatis concessum, beatus Augustinus his verbis testatur, dicens: Vtriusque sexus infirmitas propendens in ruinam turpitudinis, rectè honestate nuptiarum excipitur, vt quod sanis esset officium, sit ægrotis remedium. Iam cùm nec infirmitas virginem & Ioseph impelleret, sed Dei gratia conseruaret: quid hîc quæritur, quin simul cum castitate & virginitate matrimonij vinculum staret? Augustinus libro de nupt. & concupiscentia. Nuptiarum, inquit, bonum impletum est in illis parentibus Christi, proles, fides, & sacramẽtum. Prolem agnoscamus ipsum Dominum Iesum Christum (sed quasi à Ioseph adoptatum) fidem, quia nullum adulterium: sacramentum, quia nullum ibi diuortium. Solus ibi nuptialis concubitus non fuit. Hoc autem explicatur in sequentibus. *Antequàm*

C *conuenirent, inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto.* Anselmus, Enarrat. in Matth. & Rabanus: Antequàm conuenirent, inquit, id est, antequàm nuptiarum solennia celebrarent, vel antequàm ad omnem cohabitationem seu domum conuenirent, aut carne commiscerentur. Remigius etiam & Druthmarus, in Matth. ad solennem nuptiarum celebrationem hoc traducit. Antè enim, aiunt, fiebat per aliquot dies desponsatio, per verba de præsenti: & interim sponsa non erat sub custodia viri. Postea autem fiebat solennis celebratio nuptiarum, & tunc traducebatur ad domum viri. Sed & cùm filij sanctorum essent Israëlitæ, iuxta Raphaëlis præceptum ad Thobiam, non statim conuenire debuerunt, sed saltem per tres dies & noctes orare. Eusebius Emissenus homil. in vigil. Natiuitatis. Quid est, inquit, antequàm conuenirent? Antequàm simul in vna domo habitarent: nondum enim conuenerant, nondum simul habitabant.

D Et in isto sensu, obiectio Heluidij nihil proficit. Interpretatur enim ille, Antequàm conuenirent, ac si diceret, antequàm commiscerentur. &, vt scribit Thomas Aquinas, Commentar. in Matth. ita disputabat: Si antequàm conuenirent Maria & Ioseph, ergo aliquando conuenerũt. Hinc & ille virginitatem Mariæ negauit, non ante partum, nec in partu, sed post partum. At verò respõdet Hieronym. hanc Matthæi sententiã explicans, non inde sequi quòd postea virgo & Ioseph conuenerint, sed quòd scriptura illud ostẽdat, quod factũ non est. Vt si quis dicat iudices de causa pronunciasse, priusquàm causam cognoscerẽt, quod nihil aliud est quàm non cognita causa: ita enim intelligit, sine congressu connubiali grauidatã fuisse virginem. Vt & si quis dicat, antequàm pœnitentiã ageret, morte præuentus est: aut antequàm creditores persolueret, bona illius confiscata sunt: non eo sensu intelligendũ, quasi aut hic post mortem pœnitentiam egerit, aut ille post bonorũ suorum confiscationẽ, creditores persoluerit: sed quòd nec hũc omni-

E nò pœnituerit, nec ille reddendô fuerit. Porrò virginitatem Mariæ perpetuã cõmendat oraculum Ezechielis sub typo templi. Nam & sanctus virginis vterus templum Domini factus est. Itaque portam templi, quam Christus egressus est, explicans, ait: Porta hæc clausa erit, & non aperietur, & nemo transibit per eam, nisi qui ingressus est per eam. Nec enim decuit illam alterius matrem esse, quæ tantum filium genuisset: nec à virginitatis proposito desciscere debuit, quæ tanta gratia in ipsa virginitate donata fuisset, vt & Domini Dei mater vocaretur & esset. *Inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto.* A quo verò inuenta est? Vtique à viro, diligenti corporis eius custode. Origenes, homil. 1. in diuersos. Inuenta est primò ab Angelis custodientibus eam, protegentibus eam, conseruantibus eam: vel eius beatissimam animam, ad illius honorem, qui generandus erat. Denique non incongruè ab ipso Ioseph, qui licet eam non contingeret, futuræ tamen, vt putabatur, vxoris omnia nouerat. Euseb. Emissen. homil. in vigil. Natiuit. Multa, inquit, signa sunt, quibus grauidæ mulieres cognoscuntur. Videbatur grauida

August. *Quomodo coniugium in remedium esse dicatur*

Hugo.

August. *Infirmitas nõ induxit virginẽ aut Iosephum ad nuptias.*

Idem.

Anselmus. Rabanus.

Remig. Druthmar.

Euse. Emis. *Conuenire pro simul habitare.*

Tho. Aqu.

Hierony. *Refellitur Heluidius.*

Probatur perpetua virginitas Mariæ.

Origen.

Euse. Emis.

ab iis qui ei familiares erant: nemo tamen eam suspectam habebat, quoniam desponsatam esse F
sciebant. Nam cùm desponsatio facta esset ante salutationem Angelicam, non mox cohabitauit sponso suo, sed mox perrexit ad cognatam suam Elisabeth, & cum illa mansit tres menses,
Tho. Aqu. antequàm reuerteretur. Inter illas moras agnoscitur esse grauida. Thomas Aquinas, Commen-
Ioseph post hæsitatione & suspicionem, inuenit Virginem de spiritu sancto grauidam. tar. in Matth. cap. 1. Cæterùm non intelligendum est, quòd Ioseph inuenerit eam habentem in vtero de Spiritu sancto: sed solùm quòd inuenit eam grauidam. Et ne oriretur auditoribus interim suspicio adulterij, addidit, *de Spiritu sancto*. Aut hoc referendum est, non ad primam suspicionem, quam Ioseph habere potuit de virgine, sed ad illam instructionem & resolutionem, quam tandem accepit ab Angelo. Vtrumque enim euenit ante omnem commixtionem carnis. Obseruat autem Thomas ex Augustino, quòd quamuis indiuisibilia sint opera Trinitatis, & ideò ipsam conceptionem non solùm Spiritus sanctus, sed etiam Pater & Filius operati sint: tamen per quandam appropriationem Spiritui sancto attribuitur, & hoc tribus rationi-
Cur Christus de spiritu sancto esse dicatur. bus. Prima ratio est, quia Spiritus sanctus amor est: hoc autem fuit signũ maximi amoris, quòd G
Deus filium suum incarnari voluit, Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Secũda, quia Spiritui sancto attribuitur gratia. 1. Cor. 12. Diuisiones gratiarum sunt,
1. idem autem spiritus: & hoc fuit maxima gratia. Ioan. 1. Lex enim per Moysen data est, gratia
2. autem & veritas per Iesum Christum facta est. Tertia autem ratio desumitur ex concilio Ni-
3. ceno. Nam cùm duplex sit verbum, vnum cordis, & alterum vocis: verbum cordis est ipsa conceptio intellectus, quæ occulta est hominibus, nisi quatenus per vocem exprimitur, siue per verbum vocis. Verbo autem cordis comparatur Verbum æternum, ante incarnationẽ, quando erat apud Patrem, & nobis absconditum: sed verbo vocis comparatur Verbum incarnatum, quod iam apparuit, & manifestum est. Verbum autẽ cordis non coniungitur voci, nisi mediãte spiritu: & ideò rectè incarnatio Verbi, per quam nobis visibilis apparuit, mediante Spiritu san- H
cto facta est. *Ioseph autem vir eius cùm esset iustus, & nollet eam traducere*, id est Iudæis quasi adulteram tradere, seu puniendam exponere, vel publicè accusare. Hoc enim sonat verbum παραδειγματίσαι: à quo παραδειγματισμὸς, traductio, & ignominiosa pœna. Fuit autem ignominia, pœnæ genus apud veteres maximum & grauissimum: quod & παράδειγμα vocabant, id est exemplum. Nam communi probro exponebatur, vt cæteri ignominia illata ducti, à simi-
Hieron. Bernard. li crimine auocarentur. *Voluit occultè dimittere eam.* Secundum Hieronym. & Bernardum, sanctus Ioseph certus fuit de castitate Mariæ. Si enim cognouisset eam fuisse adulteram, & non
Ioseph certus fuit de castitate Mariæ. traduxisset eam, fuisset iniustus: quia secundum legem, non solùm actor sceleris, sed & conscius eius obnoxius est peccato, si taceat. Dum ergo Euangelista affirmat Ioseph iustum fuisse, atque ob id Mariam non traduxisse, innuit quòd de castimonia sponsæ suæ non dubitauit.
Nam si Christus noluit Iudæos de suæ matris pudore siniſtrum quid suspicari, probabile est I
Cur ergo voluit dimittere. quòd non permisit iustum Ioseph de tanta virgine adulterium opinari. Sed cur tunc voluit eam occultè dimittere? Ideò, quoniam se reputauit cohabitatione præsentiáque Mariæ indignum. Origenes, homil. 1. in diuersos. Nam quoniam virtutem mysterij, & sacramẽtum quoddam magnificum in eadem cognoscebat, cui approximare se indignum æstimabat: ideò humilis ille quærebat se longè facere, sicut & Petrus, cùm dixit: Exi à me Domine, quoniam homo
Origenes. 1. *ob reuerentiam.* peccator sum: aut sicut ille Centurio, cùm diceret, Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum, nec me dignum existimaui vt venirem ad te: vel sicut Elisabeth, cùm exclamaret, Et vnde hoc mihi vt veniat mater Domini mei ad me? Maior est enim eius dignitas, in-
Euseb. Emissenus. quit, superexcellit eius sanctitas, nec meæ congruit indignitati. Eusebius Emissenus, homil. in vigil. Natiu. Nolebat eam traducere in domum suam, inquit, quam videbat grauidam esse de
Augustᵉ. non suo. Sed & Augustin. hom. 14. in Natali Domini, ad suspicionem aliquam Ioseph primo impetu raptum esse scribit, etsi nec aliquid de illa mali opinaretur, verùm ambiguus staret.
2. *ob ignorationem mysterij.* Sic enim inducit ipsum Ioseph dicentem: Vnde hoc contigit quod euenit? Non cognoui, K
non tetigi, non violaui, non grauidaui: heu heu, quid cõtigit, quid putas euenit, per quem Maria sic cecidit, quem sibi plusquàm me adulantem inuenit? Ego enim cùm licentiam haberẽ maritalem, ante thorum nuptialem, non vexaui puellarem pudorẽ. Timui, multúmque pertimui, quod in illo Mosaico libro legis sententiale verbũ audiui, (Deut. 22.) Quòd quæcunque virgo paternã domũ fœdauerit adulterio, lapidibus obruetur. Similiter & vir, qui pudoris vestimẽtũ nõ detulerit, nec corã testibus demõstrauerit, morietur & ipse cũ virgine. Hãc Moysi sententiã præcauebã: sed quoniam nihil mirũ est, nihil nouum, nihil absconditum quod non reueletur, in Dauid regis filia ipsam de Dauide recolo historiã. 2. Reg. 11. Dauid rex Vriæ Cethæi mulierem
Anselmus. regali audacia extulit. Quid ergo faciam? Quid agam? Anselmus in Matth. Cùm rem adeò

mirabilem

A mirabilem inueniat, Ioseph dubius est quid faciat. Cùm enim castam nouisset, & vnde malũ posset suspicari de ea nesciret, impium esset si eam diffamaret. Ex altera parte iustitia non exigebat, vt rei incognitæ se copularet, quia aut bona erat, aut mala. Si mala erat, rei malæ sociari non debebat: si bona erat, timebat ne indignus esset. Itaque medium consilium inuenit, vt occultè eam dimittat, vt eã dimissam videatur non dimisisse. Rupertus lib. 1. in Matth. Hîc percunctari libet, Quare timorem eiusmodi illi Deus euenire permisit? Quare non præuenit? Quare hunc ipsum Angelum, quem tandem missurus erat, non misit antea, tunc scilicet quãdo misit ad virginem quæ ei despõsata erat? Videlicet vt tentaretur, & manifestum fieret, tam sanctis Angelis, quàm nobis hominibus de ipso, quòd esset iustus, & talis qui dignè sic appellari posset, Ioseph fili Dauid. Chrysostomus, hom. 4. in Matth. Sed etsi Angelus id non dixit viro, qua tamen ratione id virgo celauit? Quæ enim & ab Angelo audierat, & virum turbatum vi- B debat, cur tantum mœrorem sermone non abstulit? Cur hoc, inquam, Angelus non antè dixit? Ne scilicet Ioseph de rei nouitate dubitaret, & tale forsitan quid pateretur, quale legimus Zachariam pertulisse. Facile enim est credere verum esse quod dicitur, quando iam res ipsa oculis offertur: antequàm verò incipiat fieri quod promissũ est, laboriosè prorsus dicta, & præsertim inusitata creduntur. Propterea istud nec Angelus indicauit, & virgo id quod audierat & sentiebat, abscondit. Neque enim sibi vllo modo à sponso credendum putauit, si ad eum rem nimis nouam suspectamque deferret: quin-immò magis eum in iram credidit concitãdum, si quasi crimen admissum, hoc videretur obumbrare figmento. Si enim etiam ipsa virgo, cui tanta erat gratia conferenda, aliquid tamen patitur humanum, & dicit: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco: quanto magis ille dubitasset, maximè cùm id audiret ab vxore suspecta? Idcircò de hac re virgo nihil quidem loquitur, Angelus verò tem- C pore aduenit congruente. Adijcere possumus in hæsitatione Iosephi, nostram omnium dubitationem esse curatam. Cùm enim ille instruitur, nos etiam confirmamur. Adeò nobis vt Thomæ, ita & Iosephi hæsitatio profuit. Dionysius Carthusianus, art. 3. in Matth. cap. 1. Cæterùm sapienter superiùs dicta intelligenda sunt. Nam quod scribunt nonnulli, Iosephum timuisse ne Maria adultera esset, referendum est ad tempus, quo primo vidit eam prole fœcũdã. Quod verò scribunt alij, non potuisse fornicationem de ea suspicari, referendum est ad tẽpus excusationis receptæ, & sanctitatis pensatæ. Dubium enim non est, quin interior gratia, sanctitas, castitásque Mariæ, mirabiliter & potenter refulserit non solùm in eius vultu, sed in toto corporis gestu & apparatu: in tantum quòd qui eius conuersationem diligenter aduertit, fornicationem aut crimen aliquod de ea suspicari non potuit. *Hæc autem eo cogitante*, vt Mariam occultè dimitteret, *ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph.* Thomas Caiet. in Matth. D Ita testatur Matthæus opportunè Angelum apparuisse. Ante illud siquidem tempus nõ oportuit Iosephum instrui: nec ante illud tempus dispositа erat mens eius ad suscipiendam Angelicam instructionem, cùm nihil de vtero coniugis cogitaret. Sed tunc imminebat periculum dimissionis, & animus iustus cogitationibus sanctis fluctuans, præparabatur ad diuinum lumen suscipiendum: sicut animus Nabuchodonozor cogitans quid post se futurum esset, præparatus est ad suscipiendum somnium, futurorum præsagium. Thomas, Cõment. in Matth. Duo autẽ in Iosepho commendantur, sapientia scilicet, & clementia. Sapientia, quia prius quàm aliquid faceret, deliberauit. Prou. 3. Palpebræ tuæ præcedãt gressus tuos, id est, nihil sine iudicio facias. Alioquin insipientes multi illud statim publicant quod habent in corde. Prouerb. 25. Sicut vrbs patens, & absque murorum ambitu: ita vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum. Eapropter Iosepho Angelus Domini opportunè adfuit. Augustinus, tom. 3. lib. Enchi- E ridij ad Laurent. cap. 59. Quis autem explicet, quomodo spirituali potentia quasdam visiones non oculis corporeis, sed spiritualibus, vel mentibus ingerant Angeli, vel dicant aliquid, non ad aurem forinsecus, sed intus in animo hominis, etiam ibidem constituti, sicut scriptum est in Prophetarum libro: (Zach. 2.) Et dixit mihi Angelus qui loquebatur in me: Non enim ait, qui loquebatur ad me, sed in me: Vel appareant in somnis, & colloquãtur more somniorum, sicut & apparuit Ioseph. Cùm ista quæruntur, & ea sicut potest quisque coniectat: quid opus est vt hæc, atque huiusmodi affirmentur aut negentur, vel definiantur sine discrimine, quãdo sine crimine nesciuntur? Interim intellige Angelum sic apparuisse Iosepho, vt manifestauerit se esse Angelum Domini: alioquin ille verbis eius fidem nullam adhibuisset. Thom. Aquin. Comment. in Matth. Apparere enim propriè est illius rei, quæ de natura sua est inuisibilis, in cuius tamen potestate situm est, vt videatur, sicut est Deus, vel Angelus. Dionys. Carth. art. 3. in Matth. c. 1. Apparuit autem ei apparitione visionis imaginariæ, & hoc tempore somni, in quo

Rupertus. *Cur Deus permisit Iosephũ vrgeri hac suspicione.*

Chrysost. *cur Virgo nõ respõderit Iosephi mœrori.*

Iosephi hæsitatio nobis profuit. Dion. Car.

Thom. Ca. *In tẽpore tentationis Angelus adest.*

Thomas.

Augustin. *Quomodo Angeli appareant.*

Tho. Aq.

Dionys. Carthus.

reuelationes diuinæ, atque Propheticæ fieri ſolent: quia tunc anima aptior eſt ad talium receptionem, propter exteriorum ſenſuum clauſuram, & à ſenſibilium perceptione vacantium, & F
Thomas. præſertim propter imaginationis ampliorem quietem. Thomas. Sicut enim ſcribit Apoſtolus, 1. Cor. 13. Prophetia data eſt fidelibus, ſigna autem infidelibus. Prophetica autem reuelatio
Cur Ioſepho in ſomnis Angelus apparet. propriè fit in ſomnis. Numer. 12. Si quis fuerit Propheta Domini inter vos, in viſione apparebo ei, vel per ſomnium loquar ad illum. Et ideò quia Ioſeph iuſtus erat & fidelis, ipſi tanquam fideli debuit fieri apparitio, non quidem corporalis, qualis miraculoſa eſt, ſed Prophetica, & in
Thomas Caietanus. ſomnis. Thomas Caietanus, in Matth. Et hæc tamẽ apparitio præſtare videtur, aut æquiualere omnibus apparitionibus Angelorum, in vetere Teſtamento: quoniam hæc fuit cum tanta claritate mentis, quòd nulla interuenit hæſitatio. In apparitionibus enim factis Abrahæ ad illicem Mambre, Iacob, Ioſue, & cæteris, immò etiam in apparitione facta Zachariæ patri Ioã-
Chryſoſt. nis Baptiſtæ, interuenit aliqua hæſitatio. Chryſoſtom. hom. 4. in Matth. Et ideò quia fidelis G
erat, manifeſtiori reuelatione non indigebat. Cur verò non eodem modo, ſed apertè paſtoribus & virgini apparuit? Quia ſcilicet virgo ante rem ipſam de re tanta doceri debuit per apertiſſimam reuelationem. Paſtores quoque tantò debuerunt inſtrui manifeſtiùs, quantò magis
I. Verrat⁹. *Duplex ſõnium.* ab ciuſmodi eruditione, per agreſtem vitam remoti erant. Ioannes Verratus Carmelita, lib. de incarn. Verbi, cap. 8. Porrò duplex eſt ſomnium, quod accidit dormienti. Quoddam nãque eſt naturale, vt eſt fantaſma in ſomno factum, exterioribus ſenſibus ligatis, quod fit multiplici de cauſa, vt docet Philoſophus, lib. de ſomno & vigilia. Aliud verò ſomnium non pendet ex motu fantaſmatum, ſed eſt quædam reuelatio præteritorum, præſentium, vel futurorum, immediatè à Deo, vel ab Angelo ſecluſis fantaſmatibus: quales permultæ leguntur in ſcripturis. Gen. 28. Sic in ſomnis vidit Iacob ſcalam, Angelos aſcendentes & deſcendentes, & Dominũ innixum ſcalæ: eundemque dicentem, Ego ſum Deus Abraham, &c. Gen. 20. In ſomnis co- H
hibet Deus Abimelech, ne tangat vxorem Abraham. Gen. 31. In ſomnis admonet Laban, ne noceat Iacob. In ſomnis hortatur Salomonem, vt petat ab eo quicquid voluerit (3. Reg.) Narrat & Ioſeph ſomnium fratribus ſuis, Gen. 37. Sed & Pharao in ſomnis videt ſeptem ſpicas plenas, & ſeptem vacuas. Gen. 41. & 1. Reg. 3. In ſomnis ter apparuit Deus Samueli, dum in templo excubaret. Non ergo mirum eſt, ſi Ioſepho in ſomnis apparet. Hæc autem ſomnia diſtinxit Dominus ab alijs, quæ ex corporis diſpoſitione proueniunt. Nam certam habent veritatis notam: vt hîc Ioſeph habet adiunctam ſacræ & Propheticæ ſcripturæ probationem. Interim hîc videmus quæ ſit Dei erga ſuos prouidentia, qua dormientes etiam, paterna vigilãtia quid agendum ſit, quidve cauendum, inſtruit: citiúſque illos extraordinario hoc modo doctu-
rus eſt, quàm vt errare periculoſè permittat. Examinãda tamen ſunt ſomnia, nec illis fides præceps adhibenda eſt, ſed probandi ſpiritus ſi ex Deo ſint: cùm Sathanas trãsfiguret ſe in Angelũ I
lucis. Verũ audiamus quid ad eum Angelus dixerit. *Ioſeph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam.* Hieron. in Matth. Ioſeph filius eſſe Dauid dicitur, vt Maria quoque de
Hieron. ſtirpe Dauid monſtraretur. Erat autem eius filius, non ſolùm carnis propagine, ſed etiam virtutis imitatione. Demulcet autem eum, & attẽtum reddit, & propria nominis, & domus Da-
Euthymi⁹. uidis appellatione. Euthymius, in Matth. Sed & mẽtem eius ad Dauid reducit, à quo Chriſtũ
Origen. eſſe venturum expectabant Iudæi. Origenes, hom. 1. in diuerſ. Ne timueris, inquit, ne conturberis, ſed ſecurus & intrepidus accipe eam, ſicut commendatum cœleſtem theſaurum, vt deitatis diuitias, & pleniſſimam ſanctitatem. Aut, vt Euſeb. Emiſſenus, hom. in vigil. natiuit. Do-
Euſe. Emiſ. mini. Noli dubitare, tolle hanc zelotypiam, tolle omnem ſuſpicionem, non eſt vt cogitas. Ipſa enim eſt templum Dei, ipſa eſt porta cœli, ipſa eſt domina tua, quam putas eſſe ſponſam tuã.
Euthym. *Quid ſit accipere.* Hieron. Euthymius. Quid eſt autem *accipere*? Intus retinere, vel ad ſeipſum rurſus capere. Iam enim K
mente ab ipſo diuiſa erat. Accipere verò non ad nuptias, ſed ad cuſtodiam. Vxorem quoque dixit, vt inde eum certiorem faceret, quòd à nullo viro cognita eſſet. Hieronym. tom. 1. lib. aduerſus Heluidiũ de perpetua virginitate Mariæ. Nullum autem mouere debet, inquit, quaſi
Maria vxor & ſponſa. ex eo quòd vxor appellata ſit, ſponſa eſſe deſierit: cùm hanc eſſe ſcripturæ diuinæ conſuetudinem nouerimus, vt ſponſas appellet vxores. Sicut cùm legitur in Deuteronomio: Si quis inuenerit virginem deſponſatam viro in campo, & vim faciens dormierit cum ea, morte moriatur, quia humiliauit vxorem proximi ſui. Et in alio loco. Si autem fuerit adoleſcentula deſponſata viro, & inuenerit eam homo in ciuitate, & dormierit cum ea, educetis vtrumque ad portas ciuitatis illius, & lapidabuntur lapidibus, & morientur. Adoleſcentula quidem, quia non proclamauit, cùm eſſet in ciuitate: vir autem, quia humiliauit vxorem proximi ſui. Et alibi. Quis eſt ille homo, cui deſponſata eſt vxor, & non accepit eam? Vadat, & reuertatur in domum

ſuam,

A ſuam,ne fortè moriatur in bello,& fortè alius homo accipiet eam. Auguſtin.tom.4.de conſenſ.Euangel.libro ſecundo,cap.primo.Hoc ſanè exemplo magnificè inſinuatur fidelibus coniugatis, etiam ſeruata pari conſenſu continentia, poſſe permanere vocarique coniugium, non permixto corporis ſexu,ſed cuſtodito mentis affectu. Idem,tom.7.libro 1. de nuptiis & concupiſcent. cap.11. Quibus placuit ex conſenſu ab vſu carnalis concupiſcentiæ in perpetuum continere,abſit vt inter illos vinculum coniugale rumpatur: immò firmius erit, quo magis ea pacta ſecum inierint,quæ cariùs concordiúſque ſeruanda ſunt, non voluptariis corporum nexibus, ſed voluntariis affectibus animorum. Neque enim fallaciter ab Angelo dictum eſt ad Ioſeph, Noli timere accipere Mariam coniugem tuam.Coniux autem vocatur ex prima fide deſponſationis,quam concubitu nec cognouerat,nec fuerat cogniturus. Eadem etiam contra Iulianum Pelagianum proſequitur,lib.5.cap.9.& tom.6.contra Fauſtum Manichæum,lib.23.

B c.8. Iacobus de Vitriaco,poſt Ambroſium,hic quidem,ſerm.in vigilia Natalis Domini, ille verò lib.in Luc. Non enim defloratio virginalis facit matrimonium,ſed pactio coniugalis. Itaque non ſolùm initiatum fuit per ſponſalia,ſed per verba de præſenti & per mutuum conſenſum conſummatum, etſi ratum non fuerit per carnalem commixtionem. *Quod enim in ea natum eſt,de Spiritu ſancto eſt.* Non dicit,quod conceptum eſt, ſed τὸ γεννηθὲν ἐν αὐτῇ γεννηθὲν, quod in ea genitum eſt,vt oſtendat non ſucceſſiuam,ſed momentaneam Chriſti corporis formationem fuiſſe,vt obſeruat Baſilius,lib.de humana Chriſti generat. Maximus Martyr, hom.1.in Natali Domini, ob iſtud miraculum ſcribit Abacuk Prophetam obſtupuiſſe,cùm diceret: Domine audiui auditionem tuam,& timui,conſideraui opera tua & expaui. Quis verò, inquit,non expaueſcat & metuat tanti profunditatem myſterij,quandoquidem vnus idemque ſine conceptione natus eſt Deus,& ſine creante factus eſt homo? Rupertus, lib.1.in Matth.

C Cæterùm Spiritus ſanctus maximè ex hoc facto ſuo nominatur,quia quod in ea natum eſt,de Spiritu ſancto eſt. Antehac ſpiritus Dei,ſiue ſpiritus Domini dicebatur,nec facilè in omni ſerie veteris inſtrumenti reperies hoc inſigne vocabulum,niſi apud Dauidem, Pſ.50. Et Spiritũ ſanctum tuum ne auferas à me. Nec ipſe ſic abſolutè Spiritum ſanctum dixit,ſed tuum addidit,ſicut in aliis ſcripturis legalibus & Propheticis relatiuè dicitur Spiritus Domini. Et quam ob cauſam primum hoc inſigne nomen Spiritus ſancti auditum eſt ab Angelo, niſi quia (quod cum magna reuerentia cogitandum eſt) maximè ex hoc opere,quod in Maria operatus eſt,claruit Spiritus Domini,quod verè ſanctus ſit? Thom. Aquinas in Matth. Notandum verò,quòd in conceptione aliarum mulierum, in ſemine viri eſt virtus formatiua, cuius ſubiectum eſt ſemen,& per hãc virtutem formatur fœtus,& vegetatur in corpore mulieris. Hãc autem ſuppleuit virtus Spiritus ſancti: & ideò aliquando inuenitur dictum à ſanctis Patribus,

D quòd Spiritus ſanctus fuit ibi pro ſemine:aliquando tamen dicitur quòd non fuit ibi ſemen. Et hoc eſt,quòd in ſemine viri duo ſunt,ſcilicet ipſa corrupta ſubſtantia,quæ deſcendit à corpore viri:& ipſa formatiua virtus. Dicendum ergo,quòd Spiritus ſanctus fuit ibi pro ſemine, quantum ad virtutem formatiuam: ſed non fuit ibi pro ſemine,quãtum ad corpulentam ſubſtantiam: quia non de ſubſtantia Spiritus ſancti facta eſt caro Chriſti: Et ideò patet,quòd Spiritus ſanctus non poteſt dici pater Chriſti, nec ſecundum diuinam naturam,nec ſecundũ humanam. Secundum diuinam naturam quidem,quia quamuis Chriſtus ſit eiuſdem gloriæ cũ Spiritu ſancto, Filius tamen nihil ab eo accipit,cùm interim proprium ſit filio, vt accipiat aliquid à patre. Similiter nec ſecundum humanam naturam, quia Pater & Filius debent conuenire in ſubſtantia,quod ſecus eſt in Spiritu ſancto,& Chriſto homine. Verratus Carmelita lib.de incar. Verbi,cap.9. Et ſi quæras cur magis dicatur de Spiritu ſancto concepiſſe, quàm

E de Patre vel Filio: dicendum eſt primò propter cauſam incarnationis, quæ conſideratur ex parte Dei. Eſt namque Spiritus ſanctus amor Patris & Filij. Sic autem Deus dilexit mundũ, vt filium ſuum vnigenitum daret, Ioan.3. Secundò conuenit hoc ex parte naturæ aſſumptæ: quia cùm dicitur facta cõceptio per Spiritum ſanctum,innuitur quòd natura humana aſſumpta eſt à filio Dei in vnitate perſonæ,non ex aliquibus meritis noſtris, nec propter dignitatem naturæ humanæ,ſed ex ſola gratia,quæ Spiritui ſancto congruit,iuxta illud Apoſtoli,1.Cor.12. Diuiſiones gratiarum ſunt,idem autem Spiritus. Tertiò conuenit ex parte obiecti & finis incarnationis,ad hoc ſcilicet, vt ſicut homo ille, qui concipiebatur,ſanctus erat,& filius Dei,ita & nos & ſancti & Dei filij efficeremur:quod per Spiritum ſanctum perficitur.Gal.3. Quoniã eſtis filij Dei, miſit Deus ſpiritum filij ſui in corda veſtra clamantem, Abba pater. Et idem Spiritus ſanctificationis nuncupatur. Gaudentius Brix. Epiſcopus, tract.13. de natali Domini. Filius enim Dei eſt,ait,qui ſancto Spiritu formauit hominem ſuum. Siquidem ſapientia ædi-

Auguſt. — *Coniugium ſtat cũ continentia.* Idem. — *Coniux ſimul & virgo.* Iac. de vit. Ambroſ. — Baſil. Maximus martyr. — Rupertus. — *ſpirituſſanctus in nouo Teſtamẽto ſingulariter agnoſcitur.* Tho.Aq. — *An ſpiritus fuerit in Virgine pro ſemine.* *ſpiritus ſanctus nõ poteſt dici pater Chriſti.* Verratus. *Cur magis de ſpiritu ſancto quã de patre Virgo concepiſſe dicatur.* Gaudenti⁹.

Vœnantius. ficauit sibi domum: pro, quasi habitaculum quippè corporis sui. Vœnantius, in Symbolum. Ille F
qui de Patre ante secula natus est, postea eius templum de Spiritu sancto in virgine fabricatũ
est. Nam sicut in sanctificatione Spiritus nulla fragilitas extitit, sic nec in partu eiusdem causa
corruptionis apparuit. Hoc tamen notandum est, quia dum Spiritus sanctus est Dominicæ car
nis creator, Spiritus sancti hinc maiestas ostenditur. Quòd verò Deus maiestatis de Maria in
carne natus est, non est sordidatus nascendo de virgine, qui non fuit pollutus, hominem con-
Quid ex Iosepho doceamur. dens de puluere.

Cæterùm ex eo quòd priùs hæsitans Iosephus, & consilij inops ita resoluitur, admonemur,
1. quotquot à Domino in obsequium eius vocamur, nihil dubitemus, adfuturum scilicet illum,
si modò cum timore eius charitatis regulam excedamus, sed patienter & cum certa fiducia il-
lum expectemus. Non enim suos Deus deserit, qui clamat per Prophetam, In tempore placito
exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Nouit Dominus quando succurrendum sit, qui facit cũ
tentatione prouentum, vt scribit Paulus. G

2. Sed & hoc discant, qui etsi innocentes sint, in mali suspicionem trahuntur, ne animum de-
spondeant, sed Deo causam suam commendent. Ps. 37. Deuolue ad Deũ curam tuam, & ipse
faciet, & educet quasi lumen iustitiam tuam. Hoc in Iosepho, quem falso Putipharis vxor ac-
cusauerat, Genes. 39. Hoc in Susanna, Daniel. 13. Hoc etiam nunc in virgine considera. Suo
enim tempore illius causam apud Iosephum Angelus suscipit, & quàm piè de illa sentiendũ
sit, edocet.

3. Quinetiam videmus quàm vanè credamus coniecturis, nisi illæ & frequentes, & violentæ
fuerint. Hinc scilicet moueri videbatur Ioseph, cùm interim nõ haberet vnde virginem con-
uincere posset. Attendamus verò reliqua Angeli verba. *Pariet*, inquit, *filium, & vocabis nomẽ*
Chrysost. *eius Iesum.* Chrysost. hom. 4. in Matth. Non dixit, Pariet tibi (vt & Zachariæ, Luc. 1.) sed po- H
suit illum suspensum. Non enim illi, sed vniuerso prorsus orbi virgo peperit Christum. Vide-
bis tu ipse natum puerum, & illi hoc præstabis officium, vt vocetur Iesus. Hic nimirùm ille
puer est, de quo Esa. 9. dicitur: Puer natus est nobis, & filius datus est nobis. Cæterùm ratio
Ratio nominis Christi. nominis indicatur. *Ipse enim saluum faciet populum suũ*, id est, omnes electos peccato obnoxios,
à peccatis eorum, originali & actuali. Christus enim merito sanctissimæ conuersationis, & diris-
simæ passionis, liberauit genus humanum ab omni peccato sufficienter, quantum in se est: so-
los autem electos saluauit efficaciter. Oportet tamen meritum Christi, seu virtutem passionis
eius applicari nobis, per sacramenta Ecclesiæ, seu fidem & charitatem, vt à Christo liberemur.
Libertas autem illa spiritualis non temporalis, aut carnalis est, qualem Iudæi expectant. Qui
enim magis hoc in mundo opprimuntur, & patiuntur quàm electi? sed interna libertate per-
fruuntur, *à peccatis.* Et hæc vera libertas est, cùm summa seruitus à peccatis pendeat. Et in hoc I
ostenditur quantum Christus cæteris omnibus sit excellentior, qui aliquid populo Dei con-
tulerunt: qualis Moses, Iosué, Gedeon, Samson, & alij permulti: nullus enim eorum à peccatis
liberare potuit populum suum. Quinetiam ex eo Christi maiestas demonstratur, & humilitas
exaggeratur: maiestas quidem, vt cuius sit peccata remittere: humilitas verò, cuius ratione tãtũ
meritum profluxerit, vt pro omnium salute & redemptione, remedium & precium sufficiens
exhibuerit. *Hoc autem totum factum est, vt adimpleretur quod dictum est à Domino per Prophetã*
Chrysost. Esaiam, *dicentem: Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel, quod*
Theoph. *est interpretatum Nobiscum Deus.* Quidam hæc verba ab Angelo prolata esse scribunt, vt magis
Euthym. ex oraculo Iosephus confirmaretur, vt Chrysostom. hom. 5. in Matth. Theophil. & Euthym. in
Thomas Caietanus. Matth. Alij hæc ab Euangelista consultò inserta esse arbitrantur, ne cui superesset in tanto
Quomodo Lucas Hebraicè scribẽs nomen Emmanuel Hebraicum interpretatus sit. mysterio ambigendi locus, maximè cùm Hebræa lingua in vsum Hebræorum Euangelium
suum conscriberet. Etsi tamen hîc hæsitare videatur Thomas Caietanus, num Hebraicè scri- K
pserit Matthæus, quia attẽdit nomen Emmanuelis à Matthæo interpretatum esse. Quasi nec
eadem lingua, sed pluribus & facilioribus verbis, nomina composita exponi & explicari absur-
dum sit. Vnde ergo nobis tanta dictionariorum copia, eadem ipsa lingua edita, cuius sunt di-
ctiones quæ explicantur? Sed neque Hebraicus Matthæi contextus hanc explicationẽ habet,
verùm simpliciter Esaiæ vaticinium profert. Statim enim atque dixit וקראת שמו עמנואל, Et
Hahalma so nat verè Virginẽ, si sẽsũ dictionis attendas. vocabitur nomẽ eius Emmanuel: nulla huius nominis interpretatione prolata, adiicit, ויקיץ יוסף,
Et euigilans Ioseph. Cæterùm dictio העלמה, *Hahalma*, maiorem vim habet, ex adiectione li-
teræ ה. emphatica enim est: vt significet virgo, viro ignota & abscondita: immò quæ non modò
in aperto seu corpore virgo sit, sed & in mente. Chrysostom. hom. 5. Operis perfecti in Matth.
Chrysost. traductionem Septuaginta interpretum obseruat, qui sic transtulerunt: ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ

λήψ-

A ἰδοὺ ἡ παρθένος, Eccé virgo in vtero accipiet filiũ. Petrus Galatinus, lib. 3. de arcanis fidei in Thalmud inuentis, cap. 18. ad fœmininum ſexum referri obſeruat, *Vekarath*, vt ſic transferamus, Et vocabit ipſa, ſcilicet mater virgo, filium ſuum, Emmanuel. *Et vocabitur nomen eius Emmanuel*, noſtra, inquit, editio habet: ſed Hebraica litera ſic prorſus dicit. Quod longè meliùs veritati fidei noſtræ congruit. Nam ex eo quòd vocabit ipſa nomen eius Emmanuel, Propheta dixit: Meſſyam ipſum non habiturum hominem patrem oſtendit, qui ei nomen imponeret. Patres enim apud Hebræos ferè ſemper, & non matres, filiis nomina imponere ſolebant: vt & ex veteri Teſtamento multis in locis apparet, & ex Ioannis Baptiſtæ natiuitate manifeſtè colligitur. Ex hoc igitur, quòd nominis impoſitionem, quæ ad patrẽ pertinebat, ad ſolam matrem Propheta retulit, apertè innuere voluit, Meſſyam in terris patrem non habiturum fuiſſe, qui ei nomen imponeret. Quod etiam Angelus videtur inſinuaſſe, in eo quod Mariæ dixit: Vocabis nomen eius Ieſum. Vocabis ergo dixit, & non vocabitur, vt cum Propheta ſe conueniſſe palàm oſtenderet. Vel aliter quoque dici poteſt, quòd ipſa ſola certitudinaliter ſcire debebat, illum eſſe Emmanuelem, id eſt Nobiſcum Deum. vt ſit ſenſus, Et vocabit apud ſemetipſam eum nobiſcum Deum: quod Lucas innuere videtur, dicens: Maria autem conſeruabat omnia verba hæc, conferens in corde ſuo. Et Ioannes indicat, per illud quod nuptiarum miniſtris dixit: Quodcunque dixerit vobis, facite. Quaſi intra ſeipſam reſeruans, quòd filius Dei eſſet, qui poſſet vinum vndequaque producere. Verùm obijciunt Iudæi, Chriſtum à matre non Emmanuel, ſed Ieſuah vocatum eſſe. Sed reſpondemus aliud eſſe naturæ nomen, aliud impoſitionis. Conſtat enim naturam ipſam, quæ dat rei formam, nomen quoque eidem rei dare: ſicut dat homini humanitatem, & nomen quod eſt Homo. Non enim homo nominatur aliquis, niſi propter hominis naturam, cuius eſt particeps. Itaque Meſſyas noſter Emmanuel, id eſt nobiſcum Deus, & à Spiritu ſancto, & à matre dictus eſt: & talis à Chriſtianis omnibus & creditur & vocatur, cùm duas participet naturas, diuinam ſcilicet & humanam. *Exurgens autem Ioſeph à ſomno, fecit ſicut præcepit ei Angelus Domini, & accepit coniugem ſuam*, vel ad cohabitandum, & obſequendum, inquit Dionyſ. Carth. ſecundum eos qui nondum illam in domum Ioſephi admiſſam fuiſſe contendũt: vel ad permanendũ cum ea ex animo, ſecundũ eos qui dicunt, quòd iam antea in domum ſuam illam acceperat. *Et non cognoſcebat eam, donec peperit filium ſuum primogenitum.* Hoc Chryſoſtomus de intellectuali cognitione ſubtiliter exponit. Nec enim ante virginis partum Ioſeph perfectè cognouit, quantæ gloriæ & prærogatiuæ eſſet ſanctiſſima virgo, donec peperit. Poſt partum verò ipſius, pleniùs ei reuelata eſt. Quidam exponunt de cognitione ſenſitiua, dicentes quòd Chriſto in vtero virginis conſiſtente, tantus in vultu eius ſplendor claritatis ex præſentia Chriſti refulſit, vt Ioſeph illam intueri non potuerit, ſicut nec filij Iſraël vultum Moſi inſpicere poterant, contracto fulgore ex colloquio Angeli. Exod. 34. Exponitur & ab aliis literaliter de cognitione copulæ carnalis. Hieronymus, lib. aduerſ. Heluid. hæreticum, impugnatorem virginitatis ſacratiſſimæ matris Chriſti, hinc Heluidium hæreſim ſuam fouiſſe ſcribit. Apparet, inquit cognitam eſſe poſt partum, cuius cognitionem filij tantùm differebat generatio. Probat Hieronym. Aduerbium tẽporis *Donec*, non ſemper præſcribere tempus, ſed & infinito modo conſiderari. Vt cùm Paulus ſcribit, Oportet Chriſtum regnare, donec ponat inimicos ſuos ſub pedibus ſuis: non quòd illis ita deuictis regnare deſiſtat, cùm vtique tunc magis regnare incipiat, cùm inimici cœperint eſſe ſub pedibus. Sed & Dauid in quarto graduum Pſalmo: Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ, ita oculi noſtri ad Dominũ Deum noſtrum, donec miſereatur noſtri. Ergo tãdiu Propheta oculos habebit ad Dominum, inquit, quamdiu miſericordiam impetret, & poſt impetratam miſericordiam oculos torquebit in terram? In fine Deuteronomij ita legitur: Et defunctus eſt Moyſes ſeruus Domini in terra Moab per verbum Domini, & ſepelierunt eum in Geth, prope domum Phegor, & nemo ſcit ſepulcrum eius, vſque in diem iſtũ. Certè hodiernus dies illius temporis exiſtimandus eſt, quo hiſtoria ipſa cõtexta eſt: ſiue per Moyſen dicere volueris authorem Pentateuchi, ſiue Eſdram inſtauratorem operis, nõ recuſo. Nunc hoc quæritur: An id quod dictum eſt vſque in diem iſtum, ad illam referatur ætatem, qua libri editi atque conſcripti ſunt. Doceat igitur poſt illam diem, tot iam annorum vſque ad nos voluminibus exactis Moyſi tumulum inueſtigatum: quia obnixè aſſerit, Poſt, Donec, & Vſque, eſſe incipere quod tamdiu non fuit, quamdiu Vſque cõpleretur, & Donec: quinpotius animaduertat ſcripturæ ſanctæ idioma, & nobiſcum, in quo hæſitabat, intelligat ea, de quibus poſſet ambigi, ſi non fuiſſent ſcripta, ſignari: cætera verò noſtræ intelligentiæ derelinqui. Chryſoſt. hom. 5. Oper. perfecti in Matth. Sæpè enim ſcriptura diuina hac vti elocutione cõſueuit: vt dicẽdo

Pet. Galat.

Cur ad ſolã matrẽ relata eſt impoſitio nominis Ieſu.

Obiectio, quãdo mater Chriſti eũ vocauerit Emmanuel.

Dionyſ. Carthuſ.

Chryſoſt.

Cognoſcere hic & intellectualiter & ſẽſualiter dici poteſt.

Hierony.

Donec *infinito modo ſumitur.*

Chryſoſt.

Donec nõ semper præscribit tempus.

Donec, non definitum aliquod tempus includat. Nam & cùm à Noë coruus ex arca emissus F
esset, (Genes. 8.) Non est, inquit, reuersus donec siccaretur aqua. Et certè nec postea inuenitur
redijsse. De ipso etiam loquens Deo, (Ps. 89.) A seculo, inquit, & vsque in seculum tu es. Sed
nullum hîc profectò terminum posuit. Rursus altitudinem pacis annuncians (Ps. 71.) Orietur,
inquit, iustitia & abundantia pacis, donec auferatur luna: non tamen vt post illam pacem, finẽ
statuat huius, quod spectamus, elementi. Ita etiam hoc loco *Donec* posuit, vt à suspicione illud
quod ante partum tempus fuit, absolueret. Postea verò quod sequitur, tibi iam æstimandum
reliquit. Quod enim ab eo tibi discendum erat, hoc ipse dixit: quòd intacta fuit vsque ad partũ
Maria semper virgo. virgo: q; verò apertũ erat atque manifestum, tuo intellectui dereliquit: vt est certè istud, Quòd
nec postea quidẽ eã, quæ Christi mater effecta est, & nouo illustrata partu, nouóque cõceptu,
ille iustus aliquando fuerit ausus attingere. Primogenitus autẽ Mariæ Christus dicitur, non re-
latione ad alios, quia virgo post partũ permansit: sed quia priorẽ non habuit. Sic enim Exod. 12.
legimus Dñm percussisse omne primogenitũ in terra Ægypti, quodq; domus non erat in Æ- G
gypto, in qua non iaceret defunctus: nunquid in qualibet domo plures erãt filij? Sic etiã in lege
Mosi (Exod. 13.) præceptum fuit omne primogenitum Deo offerri: num etiam vnigenitus ex-
pectandus erat? Et quomodo primogenitus censeri debebat, relatione ad consequentes, cùm
40. die à partu, illum mater offerre teneretur? Nunquid expectare debebat, vt secundum ha-
beret, si primogenitus censeri non potuisset, nisi qui haberet secundò genitum? Hæc fusiùs cõ-
tra Heluidianos à Patribus disputantur. Quod verò subiicitur, *Et vocauit nomen eius Iesum*,
tam de Maria, quàm de Ioseph intelligi potest. Vtrique enim seorsum Angelus præceperat, vt
hoc nomine puerum vocarent. Propter quod in typo ab Esaia dictum est (cap. 49.) Dominus
ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ recordatus est nominis mei.

H

Quo tempore, sub quo principe, qua mundi ætate, quo in loco Christus natus est. Qua occasione sacratissima Virgo in Beth-lehem ascenderit, quem in locum diuerterit: quod & Prophetarum vaticinia, omnes temporis, pacis, loci, principis, circunstantias prænotauerant.

Matth. Marc. | LVC. 2. | Ioan.

Exiit edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. Hæc de-
scriptio prima facta est à Præside Syriæ Cyrino. Et ibant omnes vt profiteren-
tur, singuli in suam ciuitatem. Ascendit autem & Ioseph à Galilæa de ciuitate
Nazareth, in Iudæam, in ciuitatem Dauid, quæ vocatur Beth-lehem: eo quòd
esset de domo & familia Dauid, vt profiteretur cum Maria despõsata sibi vxo-
re, prægnante. Factum est autem, cùm essent ibi, impleti sunt dies vt pareret. I
Et peperit filium suum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit
eum in præsepio: quia non erat ei locus in diuersorio.

Introductio. Extrema superbia extrema humilitate reparari debuit. August.

EXTREMIS morbis extrema remedia, & extremis peccatis repurgandis extrema iustitia necessaria fuit. Contra superbiam humilitas, contra ignorantiam & cæcitatem sapientia, contra iniquitatem sanctitas ipsa procedere, & ita summa summis repugnare debuerunt. Ex quo factum est, vt cùm hominum summa peccata minarentur interitum, hæc Deus optimus max. per Christi sui iustitiam, sapiẽtiam, virtutem, voluerit reformari. August. lib. 11. de Genesi ad literam, cap. 5. ad superbiam retulit primum illud primorum parentum peccatum. Neque enim, inquit, putandum est, quòd diabolus fuis- K
set hominem primum deiecturus, nisi in corde eius præcessisset quædam elatio comprimẽda per humiliationem peccati. Quia (Prou. 16.) ante ruinam exaltatur cor. Ex illo demum pec-
cato omnis se vitiorum colluuies in omnes homines effudit, quæ & simul, & cum hominum
Gregor. Nanzanz. Homo variis modis ob peccata castigatus. propagatione maius incrementum accepit. Ita scilicet, inquit Gregorius Nanz. Orat. in Chri-
sti natiuitatem, multis priùs modis propter multa peccata, quæ ex vitij radice pullularunt, se-
cundum diuersas causas & tempora castigatus, sermone, lege, Prophetis, beneficiis, comminа-
tionibus, plagis, aquis, incendiis, bellis, victoriis, cladibus, signis è cœlo, ex aëre, ex terra, ex mari,
hominũ, vrbium, gentiũ insperatis mutationibus (quæ omnia eò tendebant, vt malitia protereretur) validiori tãdem medicamento propter grauiores morbos indigere cœpit, nimirùm ob
mutuas cædes, adulteria, periuria, masculæ libidinis insaniam, &, quod omnium malorum ex-
tremum ac primum est, idolorum cultum, adorationísque à creatore ad creaturas translationẽ.

Quæ

A Quæ quoniam maius auxilium requirebant, maius etiam acceperunt. Hoc autem erat ipse Dei filius, seculis prior, ille inuisibilis, ille incomprehensibilis, ille incorporeus, illud ex principio principium, illud ex lumine lumen, ille fons vitæ & immortalitatis, illa archetypi expressio, illud immotum sigillum, illa per omnia similis imago, ille patris terminus & ratio ad imaginem suam se confert, carnémque carnis causa gerit, & cum intellectuali anima propter animam meam iungitur, vt simile similis opera & adiumento repurget. Athanasius, tractatu de salutari aduentu Christi contra Apollinarium. Nam si in peccatrice natura impeccabilitas non apparuisset, inquit, quomodo peccatum carne damnari potuisset, neque carne præuaricationem habente, neque diuinitate peccatum sciente? Aut cur ab Apostolo dictum: Vbi abundauit peccatum, ibi superabundauit gratia. non locum describens, sed naturam subiiciens, vt quemadmodum ab illo dictum est (Rom. 5.) Vt per vnum hominem, peccatum intrauit in mundum, B & per peccatum mors: ita per vnum hominem Iesum Christum, gratia regnabit per iustitiam in vitam æternam, vt per quam naturam peccatum progressus suos accepisset, per eam quoque declaratio iustitiæ conficeretur, & ita soluerentur opera diaboli, liberata humana natura à peccato, & glorificaretur Deus. Ex quibus manifestum est, quòd, vt scribit D. Thomas, libro 4. contra Gentiles, cap. 42. humanæ naturæ assumptio potissimè competit personæ Verbi. Nam si assumptio naturæ humanæ ad salutem hominum ordinatur, vltima autem salus hominis est, vt secundum intellectiuam partem perficiatur veritatis primæ: oportuit per Verbum, quod secundum emanationem intellectualem à patre procedit, humanam naturam assumi. Itaque, vt cecinit Prudentius, hymno de natali Christi:

cur christus incarnatus.

Athanas.

Thomas. *Verbū cur debuerit incarnari.*

Prudētius.

„ *Mortale corpus induit,*
„ *Vt excitato corpore,*
C *Mortis catenam frangeret,*
Hominémque portaret patri.
Hic ille natalis dies,
Quo te creator arduus
Spirauit, & limo indidit
Sermone carnem glutinans.

Siquidem id quod Esaias Propheta prædixerat, impletur: Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus super humerum eius. Eusebius Emissenus, homil. 1. de natiuitate Domini. Quid enim est, Paruulus natus est nobis, filius datus est nobis? Natus est nobis, qui sibi erat. Datus est ergo ex natiuitate, natus ex virgine. Natus, qui sentiret occasum: datus, qui nesciret exordium. Natus, qui moreretur: datus, ex quo vita nasceretur. ac si qui erat, D datus est: qui non erat, natus est. Illic dominatus, illic humiliatus. Sibi regnat, & mihi militat. Quod verò audiuimus, Paruulus natus est nobis: paruulus datur, quia exinaniuit semetipsum, & formam serui, non deposita, sed abscondita maiestate, suscepit: vt & humanis oculis videri posset, & seruum Domini claritate vestiret. Porrò ne quid cognoscendæ huius natiuitatis veritati deesset, hanc Lucas omnibus circunstantiis expressit. Primùm quidem quo tempore, sub quo principe, quo loco, quibus præsentibus, contigerit, & quibus & per quos primùm manifestata sit, quæ signa prodita sint, fusiùs declarat. Et quoniam à Prophetis tempora designata fuerant, quæ tandem illorum facies fuerit, enarrat. *Exiit*, inquit, *edictum à Cæsare Augusto.* Cuius decreti mentionem ideò facit, ne quis obiiceret: Quomodo factum est vt Christus in Bethleem nasceretur, cùm virginis domicilium in Nazareth fuerit? Nimirùm reuersa ab Elisabeth cognata sua, legitur in Nazareth rediisse. Causam igitur hîc ostendit, quæ virginem tempore sui partus in Nazareth impulerit, nempè vt censum suum profiteretur simul cum sponso, *iuxta* E *Cæsaris edictum.* Paulus Orosius, libro 7. hist. cap. 3. hoc scribit contigisse anno ab Vrbe condita septuagentesimo quinquagesimo secundo. Octauiani verò Cæsaris Imperij quadragesimo secundo, vt scribit Euseb. Cæsarien. lib. 1. hist. Eccles. cap. 2. Iosephus lib. 18. cap. 1. narrat hanc descriptionem factam anno 27. post victoriam Actiacam: nauale scilicet contra Antonium & Cleopatram prope ciuitatem Actium. Porrò Sabellicus Ænead. 7. libro 1. cap. 1. Bergomensis in Supplemento Chronicorum, lib. 8. & Ferculphus Episcopus Lexouiensis Chronicorum tomo 1. lib. 7. cap. 15. secundum scripturā, & Africani supputationem numerant ab orbe cōdito annos quinquies mille centum nonaginta nouem, licet in quibusdā nōnulli hæsitent. Cōputant enim à reædificatione tēpli, quæ sub Dario facta est, quingētos quindecim annos: à Salomone autē, & prima templi ædificatione, mille viginti septem: à Mose & egressu Israëlis ex Ægypto, annos mille quingētos sex: ab Abrahā & regno Nini & Semiramidis, annos bis mille vndecim:

Es. 9. Euse. Emis. *Natiuitas Christi prophetata.*

Omnes huius facti circunstantiæ. 1. 2. 3 4. 5. 6. 7.

Cur Virgo à Nazareth venerit in Beth-leem. P. Orosius.

Quibus tēporibus id contigerit. Euse. Cæs. Iosephus. Sabellicus. Bergomēs. Ferculph.

Auguſt. à diluuio verò annos bis mille nongentos viginti & vnum. Auguſt. lib. de catech. rudibus, c. 23. F
hunc natalem ſexta mundi ætate contigiſſe ſcribit, primam aſſignans ab Adam vſque ad Noé,
ſecundam à Noé vſque ad Abraham, tertiam ab Abraham vſque ad Dauid, quartam à Dauide
vſque ad captiuitatem Babylonicam, quintam ab illa tranſmigratione vſque ad aduẽtum Do-
Sexta ætate chriſtus. mini noſtri Ieſu Chriſti. Ex cuius aduentu ſexta ætas agitur, vt hac ſexta ætate mens humana
Gregor. Nyſſen. renouetur ad imaginem Dei, ſicut ſexta die homo factus eſt ad imaginem Dei. Gregor. Nyſ-
ſenus, homil. de ſancta Chriſti natiu. Quòd autem, inquit, non ab initio Dominus apparuerit,
ſed in extremis temporibus deitatis ſuæ manifeſtationem & appatitionem humanæ vitæ lar-
Cur Chriſtus nõ venit in principio morbi. gitus ſit, vel hanc forſitan aliquis à ratione cauſam non alienam animo conceperit: quòd nimi-
rùm is, qui vitioſitatis tollendæ cauſa vitæ humanæ ſe immixturus erat, neceſſariò expectauit,
donec omne peccatum opera inimici radicibus actis germinaſſet, atque ita deinde radici ſecu-
rim, vt Euangelium dicit, admouit. Etenim ex medicis ij, qui artem exercent, dum adhuc fe- G
bris corpus intrinſecus vrit, ac paulatim à cauſis morbi efficientibus accenditur, indulgent infir-
mitati, donec ad ſummum vigorem ægritudo proceſſa fuerit, nullum à cibis auxilium ægro-
tanti adhibentes: cùm autem cõſtiterit malum, ac morbus ſe totus exeruerit atque prodiderit,
tunc demum adhibẽt artem. Itidem is, qui animo malè valentibus medetur, expectauit donec
nequitiæ morbus, quo oppreſſa fuit hominum natura, totus reuelatus atque detectus eſſet, vt
nihil latens & occultum curationis expers maneret, ſi medicus id ſolùm, quod apparuiſſet, cu-
raret. Idcircò neque tẽporibus Noé, cùm omnis caro ſcelere corrupta eſſet, apparitione ſua re-
medium adhibet, quia Sodomiticæ nequitiæ germen nondum enatum erat: neque tempore
Sodomorum euerſionis Dominus apparet, propterea quòd multa, etiã nũc reliqua mala ab hu-
mana natura occultabantur. Vbi enim hoſtis Dei Pharao? Vbi Ægyptiorũ indomita nequitia?
At ne nunc quidem, quum Ægyptiorum, inquam, nequitia vigeret, tempeſtiuũ erat vniuerſa- H
rum rerum correctori, vt vitæ ſe immiſceret: ſed oportebat quoque Iſraëlitarũ iniquitatẽ mani-
feſtari: oportebat item Aſſyriorum regnum & Nabuchodonozoris ſuperbiã latentẽ adhuc vitæ
fieri manifeſtã: oportebat cædem Sanctorum tanquã malum ac ſpinoſum malæ diaboli radicis
germen excreſcere: oportebat Iudæorũ rabiẽ aduerſus Sãctos Dei manifeſtari: qui interfecerũt
Prophetas, & lapidauerunt legatos, & tandem inter templũ & altare piaculũ illud aduerſus Za-
chariã perpetrauerunt. Adde ad hanc enumerationem prauorũ germinum, cædem infantiũ ab
In ſummo periculo ſũmum adfuit remedium. Herode cõmiſſam. Poſteaquã igitur omnis nequitiæ vis ex mala radice edita eſt, & variis mo-
dis in animis eorum, qui per quamque ætatem improbitate atque nequitia nobiles & inſignes
fuerunt, luxuriando creuit: tum, quemadmodũ Paulus ad Athenienſes ait, (Act. 17.) quũ tẽpora
ignorantiæ Deus quaſi conniuentibus oculis diſſimulaſſet ac tolerauiſſet, nouiſſimis tempori- I
bus aduenit, quum non eſſet qui intelligeret & exquireret Deum: quum omnes declinaſſent, ſi-
mul inutiles facti eſſent: quum omnia intra peccatum cõcluſa eſſent, quum ſcelus abundaſſet,
quum ad ſuum modum nequitiæ caligo creuiſſet: tunc apparuit gratia, tunc veræ lucis radius
exortus eſt, tunc iuſtitiæ ſol apparuit in tenebris, & in vmbra mortis ſedentibus, tunc pede ni-
tens impreſſo, multa illa capita draconis contriuit, & per carnem humanam ad terram afflixit
Gregor. Nyſſen. & conculcauit. Eãdem ſententiam habet idem Gregorius Nyſſenus, maioris Catechetici cap.
28. Porrò Cæſaris Auguſti nomen ſatis oſtendit tum Chriſti tempus incidiſſe, quod ad quar-
Chriſtꝰ ſub 4. monarchia natus. tam mũdi monarchiam Daniel retulit, ex ſomnio Nabuchodonozor, vt probat Hieronymus,
Hierony. ſuis in Danielem Comment. Prima enim monarchia Aſſyriorum fuit, ſecunda Perſarum &
Pax vniuerſa. Medorum, tertia Græcorum, quarta Romanorum: è quibus Iulio Cæſare occiſo, Octauius Au-
guſtus regnauit annos 56. duodecim ſcilicet cum Antonio & Balbo, demũ quadraginta qua-
tuor ſolus. Per viginti & octo annos bella continua habuit: ſed tandem pax confirmata eſt eo K
Oroſius. tempore quo Chriſtus eſt natus. Oroſius, tom. 2. Chronicor. lib. 1. cap. 2. Toto, inquit, terrarum
Iani portæ clauſæ. orbe vna pax omnium fuit, non ceſſatione, ſed abolitione bellorum: clauſæ Iani gemini portæ,
extirpatis bellorum radicibus. Sic feritate, atque rabie ſingularum gentium, immenſaque libi-
dine dominandi repreſſa, in vnius ditionis pariter omnia conſiderũt regna, & hoc non hominũ
fortitudo vel prudentia, ſed Dei omnipotẽtia, quod antea nuſquam fuerat, præparauit. Adonis
Adon. Viennẽſis. Viennenſis in Breuiario Chronicorum, ætate quinta. Per omnia igitur (inquit) venturi Chriſti
gratia præparatum Cæſaris imperium cõprobatur. Nam cùm primùm Caio Cæſare auunculo
Sol in circulo viſus. ſuo interfecto ex Apollonia rediens vrbem ingrederetur, hora circiter tertia, repentè liquido
ac puro ſereno circulus ad ſpeciem cœleſtis arcus orbem ſolis ambiit, quaſi eum ac potiſſimũ
in hoc mundo, ſolúmque clariſſimum natum eſſe demonſtraret, qui ipſum ſolem ſolus, mun-
dúmque totum & feciſſet, & regeret. Deinde cùm ſecundò in Sicilia receptis à Pompeio

& Le-

A & Lepido legionibus, triginta millia seruorum dominis restituissẽt, & sex millia, quorũ domini non extabant, in crucem egissẽt, ingentiq; animo viginti millia militum exauctorauissẽt, atque quadraginta quatuor legiones solus imperio suo ad tutamen orbis terræ distribuissẽt, ouánsque vrbem ingressus, omnia superiora populi Romani debita donanda, literatũ etiam monumentis abolitis censuissẽt, in diebus ipsis fons olei largissimus de taberna meritoria per totũ diẽ fluxit. Quo signo quid euidentius quàm sub principatu Cæsaris, Romanóque imperio per totũ diẽ, hoc est per omne Romani tempus imperij, Christũ atque ex eo Christianos, id est vnctũ atque ex eo vnctos de meritoria taberna, hoc est hospita largáque Ecclesia, affluenter atque incessabiliter processuros? restituẽdósque per Cæsarẽ ómnes seruos, qui tamen cognoscerẽt dominũ suũ: cæterósque qui sine domino inuenirẽtur, morti supplicióque dedendos? remittẽdáque sub Cęsare debita peccatorũ in ea vrbe, in qua spontaneũ fluxissẽt oleũ? Tertiò autẽ cùm vrbẽ triumphans quintò Consul ingressus est, octauo scilicet Idus Ianuarias, cùm & Ianum post ducentos annos primùm ipse clausit, & clarissimum illud Augusti nomen assumpsit. Quid fidelius ac verius credi potest, quàm occulto gestorum ordine ad obsequiũ præparationis eius prædestinatũ fuisse, qui eodẽ die quo ille manifestandus mundo post paululũ erat, & paucis signũ præferret, & potestatis nomen assumeret? Eadem ferè scribuntur ab Orosio. Et hanc quidẽ toti orbi pacẽ succesturam, non modò Prophetæ, sed & Sibyllæ prædixerant eo tempore, quo ad vnum summum principẽ totius orbis summa reuolueretur. Vnde Tertull. l. 3. in Marcionẽ, regnũ Christi pacificũ concludit. Esaias enim hæc habet: Conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces. Non leuabit gens contra gentem gladium, neque exercebuntur vltrà ad prælium. Et Michæas, vbi Christum ex Bethleem Effrata nasciturum prædixit, adiicit: Et erit pax, & pascẽt terram Assur in gladio, & terram Nembroth in lanceis suis. Vnde fit, vt Hieron. l. 1. Comment.

Mira omnia in christi natiuitate.

Pax in diebus Meßyæ prænunciata.

Tertull.

Hieron.

C in Esa. c. 2. Veteres, inquit, reuoluamus historias, & inueniemus vsque ad vicesimũ octauũ annũ Cęsaris Augusti, cuius quadragesimo primo anno Christus natus est in Iudæa, in toto orbe terrarum fuisse discordiã, & singulas nationes cõtra vicinas gentes arsisse studio præliãdi, ita vt cæderẽt, & cæderentur. Orto autem Domino saluatore, quando sub Præside Syriæ Cyrino prima est in orbe terrarũ facta descriptio, & Euãgelicæ doctrinæ pax Romani imperij præparata, tũc omnia bella cessauerunt, & nequaquam per oppida, per vicos exercebantur ad prælia, sed ad agrorum cultum, militibus tantùm legionibúsque Romanis contra barbaras nationes bellãdi studio delegato, quando impletus est Angelorum ille concentus, Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis: & in diebus eius orta est iustitia & multitudo pacis. Idẽ etiã Esaias, c. 11. Egredietur, inquit, virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Et paucis interiectis: Habitabit, inquit, lupus cum agno, & pardus cum hœdo accubabit: vitulus & leo

D & ouis simul morabuntur, & puer paruulus minabit eos. Vitulus & vrsus pascentur, simul requiescent catuli eorum, & leo quasi bos comedet paleas. Et delectabitur infans ab vbere super foramine aspidis: & in cauerna reguli, qui ablactatus fuerit, manum suam mittet. Quæ idem Prophetiæ spiritus iisdem ferè verbis per Erythræam Sibyllam expressit, lib. 4. Oracul. quæ etiam Lactantius, lib. 7. de diuino præmio, transcripsit, cap. 24.

Sibylla. Lactant.

Οὐ δὲ λύκοι σὺν ἄρνεσ' ἐν ὄρεσιν ἀμυδὶς ἔνται,
Ἀρνοὶ σὺν μόχοισιν ὁμῶς, καὶ πᾶσι βροτοῖσιν,
Σαρκοβόρος τε λέων φάγεται ἄχυρον παρὰ φάτναις.

id est, *Tunc verò lupi cum agnis in montibus versabuntur,*
Vrsi cum vitulis simul, omnibúsque pecoribus,
Carniuorus verò leo comedet paleas ad præsepia.

E Nimirùm id prædicebatur, quòd nulla futura esset natio tam immansueta neque tam barbara, quæ non accepto Christi Euangelio mansuescceret. Siquidem & Paulus, Beniamin lupus rapax (Gen. 49.) habitauit cum agno, vel Anania, à quo baptisatus est: vel Petro, cui dictum est, Pasce agnos meos. Et pardus, qui priùs nõ mutabat varietates suas, lotus in fonte Domini, accubauit cum hœdo, non qui à sinistris est, sed qui immolatur in Pascha Domini. Qui autẽ ablactatus est, & iam solido Verbi cibo vescitur, iste in reguli cauernam mittet manũ: hoc est in ipsius Sathanæ habitaculũ, & inde eum extrahet. Vnde & Apostolis potestas data est, vt calcarẽt super serpentes & scorpios, & super omnem fortitudinem inimici. Hæc Hieron. l. 4. Cõment. in Esa. c. 11. Recurrant & ad hæc tum Prophetæ, tum Erythrææ Sibyllæ carmina, sequẽtes ex Cumæa versus, quos Constãtinus Imperator Oratione sua ad Sanctorum cœtum, c. 20. colligit ex Virgilij Ægloga, qua Soloni Pollionis filio vendicat ea quæ tum Christo nascenti debebantur.

Hieron.

Constant. Cæsar. Sibylla Cumæa.

Pacatúmque reget patriis virtutibus orbem.

Virgil. *Ipſæ lacte domum referent diſtenta capellæ* F
Vbera, nec magnos metuent armenta leones.
Ipſa tibi blandos fundent cunabula flores.
Occidet & ſerpens, & fallax herba veneni
Occidet, Aſſyrium vulgo naſcetur amomum.

Serpentis autem nomen ad Sathanam traducit Conſtantinus, cuius caput, per Chriſtum mulieris ſemen, contritum eſt. Itaque Deus, per quem reges regnant, & ſapientes iura decernunt,

Qui nutu ingentes mundi moderatur habenas:

vt toti orbi pacem dederat, ita quoque Cæſaris animum ad edicti huius promulgationem exerat: quamuis ille alio cōſilio duci videretur. Ambroſius, lib. 2. in Luc. cap. 2. Quid enim profeſſio ſecularium ad generationem Domini pertineret, niſi vt aduertamus hoc quoque diuinum eſſe myſterium: quia dum profeſſio ſecularis obtenditur, ſpiritualis impletur, non terrarū regi dicanda, ſed cœli? Profeſſio iſta fidei, cenſus animarum eſt. Abolito enim ſynagogæ cenſu vetuſto, nouus cenſus Eccleſiæ parabatur, qui tormenta non exigeret, ſed auferret: & ſpiritualiter in typo plebs ſua iam Chriſto nomina cōferebat. Non hîc ſpatia terrarum animorúmque cenſentur. Nec deſcribuntur limites, ſed proferuntur. Nec ætas diſtinguitur, ſed omnis aſcribitur. Nullus enim ab hoc immunis eſt cenſu, quia omnis ætas munifica Chriſto eſt: quem vagientes pueri martyrio confitentur: quem intra vterum poſiti exultatione teſtantur. Nihil in hoc cenſu verere terribile, nihil immite, nihil triſte: ſola vnumquemque fides ſignat. Vis Chriſti audire cenſores? Iubentur cenſere, ſed non virgis: nec terrore, ſed gratia plebem quærere: recondere gladium, non poſſidere. Denique vt ſcias non Auguſti cenſum eſſe, ſed Chriſti: totus orbis iubetur profiteri. Quis autem poterat profeſſionem totius orbis exigere, niſi qui totius habebat orbis imperium? Non enim Auguſti, ſed Domini eſt terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuerſi qui habitant in ea. Gothis non imperabat Auguſtus, non imperabat Armenijs: imperabat Chriſtus. Ad hæc accedit Gregorius Papa, in hom. Quid eſt quòd naſcituro Domino mundus deſcribitur, niſi hoc quod apertè monſtratur: quia ille apparebat in carne, qui electos ſuos aſcriberet in æternitate? Vt contrà de reprobis per Prophetam dicitur, (Pſ. 68.) Deleantur de libro viuentium, & cum iuſtis non ſcribantur. Theophilactus, in Luc. Decebat autem, inquit, vt quum Deus vnus Deorum multorum cultui finem eſſet impoſiturus, vnus etiam rex, nempè Cæſar, imperaret. Cæterùm non ita intelligendum eſt, *deſcribi vniuerſum orbem:* quaſi omnes Romano parerent imperio: cùm, vt ex Ambroſio diximus, & obſeruat Gloſſa, nec Armeniis nec Gothis imperaret. Adiecerit, nec Indis, nec Tartaris, nec Aſſyriis. Verùm hæc locutio hyperbolica eſt, vt ſcribit Dionyſ. Carthuſ. adinſtar eius quæ in Euangelio de Chriſto legitur, Ecce mundus totus poſt eum abit, id eſt, magna populi pars. Ad eundem enim modum deſcribi dicitur vniuerſus orbis, quia eius pars maxima deſcribebatur. Porrò non legimus quo, & quali modo fieret hæc deſcriptio. Nonnunquam enim ſola capita cenſebantur, & enumeratio tantùm eorum fiebat, qui principi nomen darent. Aliquādo ſimul cum capitibus, ſeu perſonis, etiam facultates enumerabantur, è quibus tributum aliquod principi pendebatur. Vtrumque autem ſimul factum eſſe Ioſephus ſcribit, lib. 18. Antiquit. cap. 1. At verò contrà obſtare videtur, quòd ſi facultates recenſeri debuerūt, conuenientius fuerit id in loco cuiuſque fieri, quàm in deſignata aliqua aut tribus, aut prouinciæ ciuitate. Sed facilè quiſque vtrumque factū putabit, ſi modò primò quemque ſuis in locis proprias facultates ſuas enumeraſſe, coram iudicibus ad hoc delegatis, intelligat. A quibus ſubductione facta, tum quis cenſus pendendus eſſet, quiſque intelligeret: ideóque ad ciuitatem communem ſuæ tribui ſe cōferret. Ioſephus, l. 7. de bello Iud. c. 26. tradit, Veſpaſianū cēſum Iudæis impoſuiſſe, quo binæ dragmæ singulis annis in Capitolium deferendæ darentur. Nec quidem abſurdum videri debet, quod à Dionyſ. Carthuſ. aſſeritur: denariū aliquem cenſus, cui principis imago inſculpta eſſet, oblatum fuiſſe, cúmque priùs capiti ſuperpoſitum, idq; in teſtimoniū ſubiectionis. Quod enim capiti ſupereminet, illud etiā dominari intelligitur. Vnde mos Orientalibus eſt, vt ea munera quæ principibus penduntur, eleuentur, & capiti ſuperponantur. Sed & nos ad huius inſtar, Chriſti ſacratiſſimū corpus in Euchariſtia, capiti ſuperponimus, ad noſtri obſequij, ſed & cultus argumentum. Idq; iuxta Pſaltis vaticinium: Et erit placenta in capite montium, & exaltabitur ſuper colles. Quòd autem nummum offerrent, quidam ex denario cenſus colligunt, ex quo Chriſtus concluſit, Cæſari reddenda eſſe quæ Cæſaris eſſent. Quinetiam eapropter Iudas Gaulonites adiuncto ſibi Saddoco Phariſæo, cùm populum à Romanis deficere ſuaderet, cenſum dicebat nihil aliud eſſe quàm integram ſeruitutem Dei populo indignam. Accedit quòd quoties

populus

Ambroſ. *Quid ſignificaret deſcriptio hæc generalis.* G

Cēſus Chriſti, non Auguſti. H

Gregor.

Theoph.

Non totus orbis parebit Romanis. I

Dionyſ. Carthuſ. *Quali modo fiebat deſcriptio.*

Ioſephus.

Idem. K

Dio. Cart. *Denarius cēſus oblatus.*

Eleuatio Euchariſtiæ cur.

A populus apud Hebræos numerabatur, singuli dimidiũ sicli iuxta mensuram templi pendebãt, idque ex Moysi decreto. Hæc autem descriptio prima facta est à Præside Syriæ Cyrino. quod non ita intelligitur, quasi nec altera priùs facta sit, sed quòd non præsidente Syriæ Cyrino. Ambrosius, libro 2. in Luc. cap. 5. Facta est, inquit, hæc prima professio, vt quasi Consulem quendam signi gratia huic libro Euangelista ascripsisse videatur. Nam si Consules ascribuntur tabulis emptionis, quanto magis redemptioni omnium debuit tempus ascribi? Habes ergo omnia, quæ in contradictionibus esse consuerunt: vocabulum summam illic potestatem gerentis. Diem, locum, causam, testes quoque adhibere solẽt. Hos quoque natiuitati suæ & generationi secundum carnem Christus adhibuit, qui signarent Euangelium, dicens: Vos eritis mihi testes in Hierusalem. Iosephus, libro 18. Antiq. cap. 1. refert Cyrinum hunc, cùm Romæ præcipuorum magistratuum munera obiisset, destinatum fuisse Syriæ regendæ, ad quam etiam Iudæa referebatur, & cum eo Copinum ductorem equestris ordinis. Ideò quoque prima hæc descriptio dicitur sub Cyrino, quòd & illam altera consecuta sit sub finem Imperij Augusti per eundem Cyrinum, vt qui peritus esset ex primo censu rerum Iudaicarum. Cuius quidem Iosephus meminit, cùm interim Lucas de prima scripsisse cognoscatur. Rabbi Abraham in Cabbala historia, vniuersæ terræ tributum æris impositum fuisse scribit, vt fluuium Tyberim pontibus & tabulis æreis admodum crassis consterneret ad viginti milliaria. Florus, in Epitome Liuij, libro 139. scribit, ob eum censum magnos tumultus excitatos esse, qui vix in Gallia comprimi potuerint. Sunt etiam qui montem testaceum ex testis illis quibus denarij census condebantur, conflatum putent. Præcesserãt autẽ multæ particulares descriptiones, sicut & hæc, quæ 2. Reg. 24. Dauidis iussu à Iacob facta est: sed hæc generalis extitit, non alicuius regionis rerũ totius Romani Imperij. Bonauent. in Luc. descriptionẽ hanc excusat, si cum illa conferatur quam sanxit Dauid. Non enim propter vanitatẽ facta est, inquit, sicut & illa, propter quã percussus est populus, sed propter Imperij vtilitatẽ, vt sciretur quãtitas tributi: & hoc est discretionis, non elationis. Eccles. 42. Vbi manus multæ sunt, claude: & quodcunq; trades, numera & appende: datũ verò & acceptũ omne describe. *Et ibant omnes vt profiterentur, singuli in suam ciuitatem.* Ἀπογράφεσθαι, descriptionem sonat: sed & vtrumque, describi scilicet, & profiteri, hac dictione designatur. Vocat autem cuiusque ciuitatem, illam quæ cuiusque tribus, aut regionis præcipua erat, ad quam illos confluere necesse esset, si quid omnibus commune accideret: sicut & iuri dicendo non modò vna aliqua in omni Imperio celeberrima seligitur, qualis Roma olim, aut Constantinopolis: sed & nonnullæ cuique regioni designantur. Itaque cùm de singulorum sua ciuitate dicitur, requirendum erat, cuius tribus essent singuli: demum quænam ciuitas tribui illi præesset. Habebat Ephraim, habebat Zabulon, habebant & cæteræ familiæ suas vrbes præcipuas: habuit & tribus Iuda, ciuitatem Dauidis. Erat sc. Hierosolyma non vni alicui, sed omnibus tribubus communis. *Ascendit autem & Ioseph à Galilæa de ciuitate Nazareth in Iudæam, in ciuitatem Dauid: eò quòd esset de domo & familia Dauid, vt describeretur cum Maria desponsata sibi vxore prægnante.* Magnus vtique huius itineris labor fuit virgini, si spectemus vtriusque coniugis paupertatem, hyemis inclementiam, magnum hominum concursum, & oppiduli angustias. Verùm hæc omnia reuelare, his etiam mederi Christus nondum natus videbatur, cùm neque grauidam matrem dolore affecerit, sed potiùs exhilararit. Ita promptam se exhibet, & officium præstat: ne quis fortè se à principum obsequiis retrahat, aut propriæ iustitiæ, aut religionis etiam prætextu. Etsi enim Cæsar & natione & religione Ethnicus esset, ita tamen virgo reddidit quæ Dei sunt, Deo, vt Cæsari quoque quæ Cæsaris essent, persolueret. Habebant autem vir & vxor communem in nominum descriptione causam, cùm & vterque velut familiæ capita censeantur, & vt ad principem, ita & ad Deum communem causam habeat, vt scribit Tertullianus, lib. de Monogamia. Porrò Bethleem ciuitas erat Dauid, quoniam inde natus est. Ibi enim & pater eius moratus est. Vnde manifestum est, Christum è domo Dauid, & tribu Iuda oriundum esse: & vtrumque impleri oportebat, tum vt in Nazareth conciperetur, tum vt in Bethleem nasceretur. Pulchrè autem in Bethleem ciuitate Dauid, inquit Hieronymus, libro secundo Commentar. in Michæam, ad distinctionem eius Bethleem, quæ in Galilæa sita est. Est quoque in ipso nomine sacramentum בית לחם. Bethleem enim domum panis sonat, propter panẽ viuũ qui de cœlo descendit. Ad quod accedit Gregorius Papa, in ho. Locus, inquit, in quo Dominus nascitur, domus panis antea vocatus est: quia futurũ profectò erat, vt ille ibi per materiam carnis appareret, qui electorum mentes interna satietate reficeret. *Factum est autem cùm essent ibi, completi sunt dies vt pareret.* Factũ, inquit, nimirùm Dei cõsilio, vt vbi præscripserat, ibi Christus nasceretur. Impletos autẽ dies esse dicit, non quòd illorũ successu

Ambrosius.

Iosephus. *Quis Cyrinus.*

Rabbi Abraham. *Quàm magnum æs redditum Romæ.* Florus.

Bonauent. *Descriptio alia discretionis, alia elationis.*

Cuique tribui vrbs præcipua.

Tertull. *Christus hinc colligitur è Dauide ortus.*

Hieron. *Beth-leem domus panis.*

Gregor. Papa. *Cur impleti dies dicantur.*

Christus in vtero formatus sit, quem diximus in momento perfectum corpus assumpsisse: sed F
neque tempori obstringebatur, vt aut in vtero deliteſceret, aut ex ipso erumperet, & matrẽ vr-
geret, quod in cæteris fieri videmus. Nec enim ille dolorem incussit matri, aut aliquid non spõ-
taneum passus est: sed hucusque ille distulit, vt & præscriptioni temporum, sicut & legi, se sub-
mitteret. Impletio igitur dierum magis ad diuinum quàm naturale decretum referenda est. *Et peperit filium suum primogenitum.* πρωτότοκον autem dicit, non quasi alterum tandem filium ha-
Hieron. buerit, sed quia nullũ priùs nacta est. Nos enim ita definimus, inquit Hieron. aduersus Heluid.
Primogenitus etiã de eo dicitur cui nullus secũdus est. Omnis vnigenitus, & primogenitus: non omnis primogenitus, & vnigenitus. Primogenitus est non tantùm post quem & alij, sed ante quem nullus. Omne (inquit Dominus ad Aaron) quod aperit vuluam, ab omni carne quæ offertur Domino, ab homine vsque ad pecus, tibi erũt: tan-
tummodò preciis redimant primogenita hominum, & primogenita pecorum immundorum. Definiuit sermo Dei, quid sit primogenitum. Omne, inquit, quod aperit vuluã. Alioqui si non
esset primogenitus, nisi is tantùm quẽ sequuntur fratres, tamdiu sacerdotibus primogenita non G
deberentur, quandiu & alia fuerint peccata: ne fortè partu postea non sequente, vnigenitus sit,
& non primogenitus. Redemptio eius, inquit, erit ab vno mense, æstimatio quinque siclorum.
Siclus, secundum siclum Sanctuarij, viginti oboli sunt. Tantummodò primogenita vitulorum,
& primogenita ouium, & primogenita caprarum non redimes, quia sancta sunt. Cogit me ser-
mo Dei, vt omne masculinum, quod aperit vuluam, si de mundis animalibus sit, Deo voueam:
si de immundis, redimam dans precium sacerdoti. Possum respondere, & dicere: Quid me in
vnius mensis stringis articulo? quid primogenitum vocas, quem an fratres sequantur, ignoro?
Expecta donec nascatur secũdus. Nihil debeo sacerdoti, nisi & ille fuerit procreatus, per quem
Cyrill. is qui antè natus est, incipiat esse primogenitus. Diuus Cyrillus, de recta fide ad Reginas. Vnũ
& solum peperit filium Emmanuelem sancta virgo. Quomodò igitur dicit, *Peperit filium suum* H
primogenitum, quum non pepererit secundum post illum, sed manserit virgo? Assignatur igitur
in scriptura diuinitùs inspirata. Nominatus est enim primogenitus Dei Verbum: nam parti-
ceps fuit carnis & sanguinis, & societatem nobiscum habuit: sicque factus est in multis fratri-
bus primogenitus, & nihilominus adoratur tum à nobis ipsis, tum à supernis spiritibus. Hinc fit,
vt Paulus ad Hebræos scribens, cap. 1. eadem primogeniti dictione vtatur, dicens, ὅταν δὲ πάλιν
εἰσαγάγῃ τὸν πρωτότοκον εἰς τὴν οἰκουμένην. Et inducens primogenitum in orbem terrarum, di-
Primogenitus Christꝰ quomodo. Cyrill. Hierosol. Eucher. cit Psaltes. Et adorent eum omnes Angeli Dei. Primogenitum vtique designans ex multis, sed
non naturalibus fratribus, quemadmodum docet Cyrillus Hierosolymit. catech. 11. Præter hęc
ius primogenituræ, quod olim Patribus ante legem cõditam non modò temporalis in fratres,
sed & spiritualis dominij in sacerdotij ratione principatum habebat, vt scribit Eucherius Lug-
dunensis, Commentar. in Gen. lib. 2. Christo debebatur: vnde summus rex, Propheta, & sacer- I
dos esset. Ex quibus velut primis mysteriis Christus primogenitus sanciebatur. Cæterùm re-
Cur Christus in hyeme nasci voluerit. Bernard. quirendum est, cur hyemali tempore & media nocte Christus nasci voluerit. Bernardus, serm.
3. in natali Domini. Nunquid, inquit, credimus casu factum esse, vt in tanta aëris inclementia, &
in tenebris nasceretur, cuius est æstas, hyems, & dies, & nox? Non eligunt cæteri paruuli quãdo
nascantur: quippè quibus adhuc vix viuere incipientibus nullus subest rationis vsus, nulla eli-
gendi libertas, facultas nulla deliberandi. Christus, fratres, si homo erat, tamen in principio a-
pud Deum: & Deus erat eiusdem cuius nunc est sapientiæ & potestatis, vtpotè Dei virtus &
sapientia. Nasciturus itaque Dei filius, cuius in arbitrio erat quodcunque vellet eligere tem-
Paupertas christi nascentis. pus, eligit quod molestius est, præsertim paruulo, & pauperis matris filio, qui vix pannos habe-
ret ad inuoluendum, præsepe ad reclinandum. Et cùm esset tanta necessitas, nullam audio pel-
lium fieri mentionẽ. Primus Adam pelliceis vestitur tunicis, pannis secundus obuoluitur. Non
est tale iudiciũ mundi. Aut iste fallitur, aut mundus errat. Sed diuinam impossibile est falli sa- K
Christꝰ nascens cõfundit insolentiam diuitum. August. pientiam. Meritò proinde & carnis prudentia. Mors siquidem & ipsa inimica est Deo: & seculi
quoque prudẽtia, stultitia nominatur. Quid enim? Christus vtique nõ fallitur: eligit quod carni
molestius. Id ergo melius, id vtilius, id potius eligendũ: & quisquis aliud doceat, vel suadeat, ab
eo tanquã à seductore cauendum. Iam verò etiam nocte voluit nasci. Vbi sunt qui tam impru-
denter ostentare gestiunt semetipsos? Christus eligit quod salubrius iudicat: vos eligitis quod re-
Cur Christus octauo Calendas Ianua. natus. probat ille. Quis prudentior è duobus? cuius iudicium iustius? cuius sentẽtia sanior? Augustinus,
lib. quæstion. ex nouo Testamento, qu. 53. Si omnia, inquit, ratione facta sunt, quid est quòd
octauo Calẽdas Ianuarias saluator natus esse dicatur? Nemo sic poterit hebetari, vt neget Deũ
omnia facere cum ratione. Ideò ergo Christus descendens de sacris sedibus ad salutem mũdo
tribuendã, vt etiam mundum ipsum & tẽpora à se instituta doceret, tunc nasci homo voluit, ad

dimi-

A diminutionem humani generis augmentandam in Deũ: quando ex magna diminutione lux quæ dies est, crementum incipit accipere, vt tempus natiuitatis eius congruat naturæ diuinæ, quæ ex vmbra mortis homines cœpit multiplicare ad vitã. Ad quod alluſit Prudẽtius, hymno de natali Chriſti, his verbis: Prudenti⁹.

Quid eſt quòd arctum circulum
Sol iam recurrens deſerit?
Chriſtús ne terris naſcitur,
Qui lucis auget tramitem?

Obſeruant & antiqui Patres, ipſum media nocte natum eſſe, nimirùm vt ex tenebris lux ſplẽdeſceret. Quod & Sapiẽtiæ 18. prædictum fuerat: Cùm quietum ſilentium contineret omnia, & nox in ſuo curſu medium iter haberet, omnipotens ſermo tuus Domine exiliens de regali-

B bus ſedibus venit. Tertullianus, aduerſus Marcion. lib. 5. Fortaſſe, inquit, ac myſticè factũ eſt vt nocte Chriſtus naſceretur, lux veritatis ignorantia futurus in tenebris. Hoc etiã manifeſtum eſt ex teſtimonio Angeli, inquit, qui nocte nunciauit paſtoribus natum eſſe Chriſtum, & ex loco partus: in diuerſorium enim nocte conuenitur. Neque verò putandum eſt aliquid ex partu diuæ Virgini doloris acceſſiſſe, maximè cùm omnibus lætitia communis ſignificetur, neque illa primæ parẽtis maledictioni ſubiaceat: aut Chriſtus hac in parte in matrem crudelis fuerit, qui ad parentum primorum lapſum reparandum venerat. Fuit igitur & ſine onere grauida, & ſine dolore puerpera. Hoc ſi cui creditu difficile eſſe videtur, quantò magis quòd illibato virginitatis ſigillo mater effecta ſit? Cyrill. Hieroſolymit. Catech. 12. Sed cõuincere nos ſtudẽt tam Græci quàm Iudæi, & dicunt, quòd erat impoſſibile Chriſtum de virgine naſci. Græcis igitur primùm ex ipſorum met fabulis os obſtruamus. Qui enim dicitis proiectos lapides in

C homines mutari, quomodo virginem parere poſſe negatis? Qui ex Iouis cerebro natam filiã fabulamini, quomodo ex virginis vtero naſci aliquem impoſſibile dicitis eſſe? Qui de femore veſtri Iouis prognatum falſò eſſe dicitis Bacchum, cur noſtram veritatem reijcitis? Scio me indigna præſenti auſcultatione dicere: ſed vt opportunè tu Græcos redarguas, hæc attulimus ex ipſorum fabulis. Euſebius Emiſſenus, hom. 2. de natiuit. Domini. Miraculum, inquit, illud, quod Euangeliſta protulit tempore reſurrectionis, dignè mihi vſurpem etiam tempore natiuitatis, cum Ioanne dicendo: Venit Ieſus ianuis clauſis, & ſtetit in medio. Ecce nũc ianuis clauſis proceſſit in mundum, materni pudoris ſignaculo minimè reſignato: ſimulque illud impletur Propheticum Ezechielis oraculum, Et porta erat clauſa, & non eſt aperta, quia Dominus tranſiuit per eam. Eadem nunc potentia mundi iſtius ianuam per partum inuiolatæ matris intrauit, qua poſtmodùm ad diſcipulos clauſis foribus penetrauit. Quid hîc rationem quærimus?

D quid intellectum fatigamus humanum? Generationem eius quis enarrabit? Quid nouitatem ſtupemus, vbi cernimus maieſtatem? Miramur Dominum noſtrum abſque vllius viri ſemine intra virginea viſcera hominem conſummaſſe, quem ſcimus cœli terræque immenſitatem ex nihilo condidiſſe. Quis ei vllum initium, quis præbuit incrementum, quando ipſa rerum initia atque incrementa faciebat, quando verè quaſi dominus rerum, iubebat eſſe quæ nõ erant? Quæramus in conditione vniuerſæ fabricæ, quo ſeminario vſus ſit. Ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt. Adducit Lactantius rationes ex ordine naturæ deſumptas, lib. 3. de vera ſapientia, cap. 12. Nam ſi, inquit, animalia quædam vento aut aura concipere ſolere omnibus notum eſt: cur quiſquam mirum putet, cùm ſpiritu Dei, cui facile eſt quicquid velit, grauatam eſſe virginem dicimus? quod ſanè incredibile poſſet videri, niſi aut futurum ante multa ſecula Prophetæ ceciniſſent. Salomon in Ode vndeuigeſima ita dicit: Infirmatus eſt

E vter virginis, & accepit fœtum, & grauata eſt, & facta eſt in multa miſeratione mater virgo. Sed quænam obſtetrices, aut ſaltem ex Bethleemitanis mulieribus adfuerunt? Hieronymus in Heluidium. Nulla, inquit, tibi obſtetrix, nulla mulierculam ſedulitas interceſſit, ipſa *pannis inuoluit* infantem: ipſa mater & obſtetrix fuit. Cyprianus, ſermone de natiuitate Domini. Nullus, inquit, ibi erat locus lauachris, quæ ſolent puerperis præparari. quippè nec aliqua naturæ iniuria matrem Domini læſerat: quoniam ſine tormento peperit, quæ in conceptione carnit voluptate. Ambroſius, lib. 2. in Lucam. Infantis audis vagitus, non audis bouis dominũ agnoſcentis mugitus. Agnouit enim bos poſſeſſorem ſuum, & aſina præſepe domini ſui. Ad quod alluſiſſe viſus eſt Abacuk Propheta, dicens: Conſideraui Domine opera tua, & expaui: in medio duorum animalium cognoſceris, vt obſeruat Auguſtin. ſermon. cõtra Iudæos. Scribunt enim nonnulli, bouem & aſinum à Ioſepho in Bethleem deducta fuiſſe, velut præcipua ſuæ ſubſtantiæ pignora. Interim verò credi vix poteſt, quòd immundis faſcijs illum mater in-

Lactant: *Rationes partus ſumptæ ex ordine naturæ.*

Maria pepe rit ſine dolore.

Hieron.

Cyprian⁹.

Ambroſ.

Auguſt.

uoluerit,etsi multi vilibus & veteribus pannis obductum illum fuisse dicant. Scribit enim F
Brigitta. Brigitta in suis Reuelationibus,hoc se à diua Virgine in visione accepisse,quòd sciuerit se pariturã in Bethleem,vt scriptura impleretur:Idcircò de mundissimis & decentissimis lineis panniculis sibi prouiderit,quibus & filium suum mox reuerenter inuoluit:nempè (vt ibi legitur)sacratissima virgo in genua procumbens,& ad Deum tota mente erecta, vbi puerum e-
Augusti. nixa est,ipsum quem genuit, adorauit,vt scribit Augustinus,serm.6. de natali Domini. Vincuntur dolore cæteræ matres,vt non facilè modò genitos infantes curent:at verò prompta ista in virgine sollicitudo,nihil illi à partu molestiæ illatũ fuisse ostẽdit.Stat Maria(inquit Augusti.) & matrẽ se læta miratur,& de Spiritu sancto protulisse se gaudet:nec quia peperit innupta,ter-
Greg. Nanzanz. retur,sed quia genuerit,cũ exultatione miratur.Greg.Nãzanz.l.3. Theologiæ. Nascitur quidẽ, inquit,sed iam olim natus erat è muliere quidẽ,sed virgine:illud humanũ,hocverò diuinũ:hîc sine patre,sed illic sine matre.Fasciis quidẽ est inuolutus:sed resurgẽs ex sepulturæ inuolucris se G
ipse exoluit. In præsepi reclinatus est,sed ab Angelis est glorificat⁹,à stellis præsignatus,à Magis adoratus.Et quomodo tu in eo quod vides,offenderis,& non potius illud q̃ percipitur,cõsideras? Discant hic matres & filios lactare,& illos ipsos pannis inuoluere,nec aliis mulieribus eos committant. Quid enim ipsis aut mammæ,aut lac ipsum à natura indultum est, nisi vt quos genuerint,educent? Alioquin brutis ipsis animãtibus peiores sunt,quæ partus suos aliis credere
Plutarchus. non possunt,vt docet Plutarchus,lib.de educatione puerorũ. Ita Christus,qui in cœlis patrem sine matre agnoscebat,in terris matrem sine patre nactus est.*Et reclinauit eum in præsepio*, iuxta se posito,quod vel Ioseph faber lignarius ibi tunc fecit propter bouem & asinum,quos secũ
Dionys. Carthus. fertur duxisse, vt notat Dionys. Carthusianus,in Luc.vel iamdudum fuerat ibi cõstructum.
Nicepho. Iust. Mar. Nicephorus,lib.1. hist.Eccleslast.cap. 10.& Iustinus Martyr,dialogo in Tryphonem Iudæum, hoc antiquum fuisse Ioscphi domicilium scribunt,sed bellis labefactatum & dirutum: quod ei H
stabulum dirutum. occasionem præbuerit,vt in Nazareth habitaret: coactus tandem locorum angustiis, *quia non*
Euseb.Cæs. *erat ei locus in diuersorio*,in veterem illam ruinam sese contulerit.Eusebius Cæsariensis,lib.3.de demonstratione Euang.cap.2.Quinetiam,inquit,incolæ eius loci speluncam ibi monstrant iis,
Christus in specu nat⁹. qui ab externis terris venerint ad spectandum. Et locus quidem hic,vbi natus est, à Prophetis prædictus fuerat. Iustinus Martyr,in dialogo cum Tryph.huc refert Esaiæ vaticinium,cap.33. quo hæc leguntur, Habitabit in excelso specu petræ fortis:panis dabitur ei,& aqua eius fidelis: quòd Gentiles ad Deum Mithram detorserint,quem è specu seu lapide genitum finxerunt,
Chrysost. cuique panem & vinum sacrificant,vbi primùm suos aqua tinxerint. Chrysostomus,hom.35. de natiuitate Domini,huc etiam reducit id Esaiæ,cap.1. Cognouit asinus præsepe domini sui. & id Psaltis, Homines & iumenta saluabis,domine.Si enim homo es,inquit,panem comede, Christum scilicet,qui in domo panis nascitur:si iumentũ es,id est peccator & carnalis,ad præ- I
Gregor. Nyssen. sepium accede,vt sensim instruaris,quo tandem pane vesci possis.Gregor.Nyss.serm.de sancta Christi natiuit.Medius igitur,inquit,inter bouem & asinum Dominus est,vt soluto interstitio
Prophetiæ. sæpis,ambos in se erect in vnum nouum hominem,& ab hoc graue iugum legis auferat, & il-
Greg.Nãz. lum simulacrorum cultus onere leuet. Greg. Nanzanz. idem meditatur, Orat. in Christi natiuitat. his verbis: Cognosce vt bos possessorem,quemadmodum ab Esaia admoneris, & vt asinus,præsepe domini tui,siue purus quispiam sis ac legi subiectus,rectámque doctrinam ruminatus,atque ad sacrificium idoneus,(ad instar bouis:)siue etiam adhuc impurus,ac cibo sa-
Sibyl.Ery. crificiisque inutilis(ad instar asini) Ethnicæque partis.Hoc etiam Erythræa Sibylla,lib.8.Oraculor. prædixerat,his verbis.

Σπαργανωθεὶς δὲ βρέφος, δείδηθεοπεί θεσι φάτνη.

id est, Fasciis verò inuolutus infans, & ostensum est Dei cultoribus præsepe. Ita primùm ter- K
Crudelitas in matrem & Christũ nõdum natum. rena hæc spernebat,& meliora sperare docebat. *Quia non erat ei locus in diuersorio.* Crudeles ciues locum grauidæ denegarunt.Quòd enim locum per totum oppidum quæsierint, docet hic textus,qui illis locum non fuisse asserit.Erat aliis locus, nõ erat illis:erat diuitibus,non pauperibus. Sic, vt scribit Poëta,

Ouidius. *In precio precium nunc est,dat census honores,*
Census amicitias,pauper vbique iacet.

Ita in propria venit,& sui cum non receperunt, Ioann.1. Hic ille primus eius in mundum in-
Ingratitudo Bethleẽ. gressus fuit. Et quid ô Bethleemitani,dicturi estis,cùm venerit ille in maiestate, quem in humilitate nascentem contempsistis? Si talia regis filio denegantur obsequia,quam ab ipso rege misericordiam expectatis? En illius aduentum tot antiqui patres desiderabant, quem explo-
ditis. Exultauit Abraham vt videret diem eius, & gauisus est:vos ne domo quidem excipitis. Ita

verò

A verò ille & veſtrum faſtum,& terrena,quibus tanto ſtudio incumbitis,deludebat.

Fœno iacere pertulit,præſepe non abhorruit:
Vagit infans inter arcta poſitus præſepia.

Bernardus,ſer.3.de natiuit. Ecce in ſtabulo reclinatur Chriſtus. Et nónne ipſe eſt qui dicit, Meus eſt orbis terræ,& plenitudo eius? Quid ergo ſtabulum elegit? Planè vt reprobet gloriã mundi. Auguſtin.ſer.6.in natali Dom. Hæc ſunt enim Domini prima cunabula, nec regnator cœli has dedignatur anguſtias. Chryſoſtom.hom.35.de natiu. Domini, in illud præſepe ſic exclamat:O ſi mihi liceret videre hoc præſepe,in quo Dominus iacuit!Nunc nos Chriſtiani quaſi pro honore tulimus luteum,& poſuimus argenteum:ſed mihi precioſius luteum eſt. Chriſtiana fides meretur præſepe luteum. Qui in iſto præſepi natus eſt, aurum condemnat & argentum. Non condemno eos, qui honoris cauſa fecerunt vaſa aurea,& aureum præſepe: B ſed in luto admiror creatorem. Hierony.in Epitaphio Paulæ matris,ad Euſtochium virginẽ: Paula,inquit,Beth-leem ingreſſa,& in ſpecum ſaluatoris introiens,poſtquàm vidit ſacrum virginis diuerſorium,& ſtabulum, in quo agnouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui:vt illud impleretur quod in eodem Propheta ſcriptum eſt, Beatus qui ſeminat ſuper aquas,vbi bos & aſinus calcant:me audiente,iurabat cernere ſe oculis fidei infantem pannis inuolutum,vagientem in præſepe Dominum, matrem virginem,nutritium ſedulum,paſtores nocte venientes,vt viderent verbum quod factum erat. Mixtíſque gaudio lachrymis loquebatur: Salue Beth-leem domus panis,in qua natus eſt ille panis,qui de cœlo deſcendit. Salue Ephrata regio vberrima,atque καρποφορε,cuius fertilitas Deus eſt.

Bernard. *Quarechriſtus elegit ſtabulũ.* Auguſt. Chryſoſt. Hierony.

C *Paſtoribus vigilantibus,noctu,in regione illa Angelus apparet,natum Chriſtum euangelizat,gaudium vniuerſo mundo ſucceſſurum prædicit,ſignum dat agnoſcendi infantis:plures Angeli canunt gloriam Deo,pacem hominibus. Paſtores ad præſepe properant,ſigna recognoſcunt, puerum adorant. Maria hæc omnia conſeruat in corde ſuo.*

Matth. Marc. | LVC. 2. | Ioan.

Et paſtores erant in regione eadem vigilantes,& cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem ſuum. Et ecce, Angelus Domini ſtetit iuxta illos, & claritas Dei circumfulſit illos,& timuerunt timore magno.Et dixit illis Angelus,Nolite timere: ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo: D quia natus eſt vobis hodie Saluator, qui eſt Chriſtus Dominus in ciuitate Dauid.Et hoc vobis ſignum,Inuenietis infantem pannis inuolutum,& poſitum in præſepio.Et ſubitò facta eſt cum Angelo multitudo militiæ cœleſtis laudantiũ Deum, & dicentium,Gloria in altiſſimis Deo: & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.Et factum eſt,vt diſceſſerũt ab eis Angeli in cœlum, paſtores loquebantur ad inuicem,Tranſeamus vſque Beth-lehem, & videamus hoc verbum quod factum eſt,quod fecit Dominus,& oſtendit nobis. Et venerunt feſtinantes,& inuenerunt Mariam & Ioſeph,& infantem poſitum in præſepio.Videntes autem cognouerunt de verbo quod dictum erat illis de puero hoc.Et omnes qui audierunt,mirati ſunt & de his quæ dicta erant à paſtoribus ad ipſos.Maria autem conſeruabat omnia verba hæc,conferens in corde ſuo.Et reuerſi ſunt paſtores,glorificantes & laudantes Deum in omnibus quę audierant,& viderant, ſicut dictum eſt ad illos.

E

SIcut olim Athenienſes, ita nos diligentes eſſemus in inquirendis & audiendis iis quæ noua feruntur:omnes hodie accurrerent,& aures arrigerent ad illa audienda, quæ ego vobis ex commiſſione impoſiti mihi oneris ſignificanda accepi.Vt enim omnia naturaliter ſuum eſſe appetunt, ita ea audire & docere quæ faciunt ad vitam,ſanitatem, honorem cuiuſcunque, & cõmune & ſingulare omnium bonum. Horrent nonnulli & audire refugiũt, quæ his ſunt contraria,quibus deſtruuntur, qualia ſunt bella, ignominiæ, ſcandala,morbi,& quæ mortem accelerant. Sed quis audire non geſtiat,quæ faciunt ad communem omnium lætitiam?Non enim ego nunc vobis annuncio bella, ſeditiones, diſtrictam iudicis ſententiam,regis offenſi iram & vindictam:non flagella Dei cætera,morbos,peſtes, fa-

Introductio. *Quanto gaudio geſtiendũ in natali Chriſti.*

mẽ:ſed quod quiſque appetere & deſiderare debeat,communem omnibus pacem,reconciliationẽ & gratiam: Pacem,inquam,quæ in æternum duratura ſit:reconciliationem,quæ omnes ſimultates ſit extinctura,lites & inimicitias:gratiam,quæ cuique hactenus erranti quantumuis malo repromittatur. Nam hodie nobis natus rex Chriſtus repromittitur, vt non ſit qui tam diuturnis bellis, conflictationibus,qui tot odiis,tot hactenus commiſſis ſceleribus frangatur.Iã aperta eſt miſericordiæ porta. Licet enim eadem dicere quæ Paulus. Sicut abundauit peccatum in mortem,ita ſuperabundauit & gratia in iuſtitiam & vitam æternam.Preclara enim viciſſitudo atque conuerſio mihi ſentienda eſt, inquit Gregorius Nanzanz. Vt quemadmodũ ex ſecũdioribus rebus aduerſæ res notæ ſunt,ſic contrà ex aduerſis ad læta proſperaque redeamus.Hactenus cùm floreremus magna apud omnes reputatione,diuitiis,honoribus & deliciis & pace,inuidit inimicus homo,& ſuperſeminauit zizania, diſcordias,quæſtiones, rebelliones, ſeditiones,bella, & vaſtationes. Ita nimirùm inuidit primùm homini. Videbat illum ad imaginem Dei & ſimilitudinem effictum,caput vniuerſi opificij,ſubmiſſa illi animalia omnia,datum omnis terræ pulcherrimum locum Eden,fructus & delicias illi eſſe conceſſas,immortalis illum beatitudinis factum eſſe participem. Quid ergo? vt pacem illam turbet. Non erat rebellis aliquis motus concupiſcentiæ,non efferata animantia homini obſiſtebant, nullum erat venenum quo homo periret. Quid ergo? Omnes requirit artes & ſubtilitates. Mulierem vt infirmiorem adoritur,& ſuperſeminat quæſtiones. In dubium vertit verbum:& vſus ſerpentina lingua,tandem verbum Dei negat: mulieri imponit vt ſeducatur:tantúmque ille ſua arte proficit vt pacem rumperet,diſcordias ſeminaret,inſereret miſerias & vaſtationes. Senſerunt enim motum rebellem carnis ſuæ tanquam reciprocam pœnam inobediẽtiæ ſuæ.Tum ergo rebellio ſpiritus in carnem,domeſtica. Tum diuiſus eſt homo à Deo expulſus, in ſudore vultus ſui cogitur veſci pane ſuo. Maledicta terra redditur in opere eius:& mulier in dolore pariendi ſententiam accipit. Nec quieuit ille, donec fratrem Cayn à fratre diuideret, parentes deſpiciendos in Cham doceret,homines in ſeinuicem armaret, & ad omne flagitium impelleret. Itaque ab eo ruina,& omnia illa quæ Deo & noſtro generi ſunt inimica: tum luctus & miſeriæ.Nunc verò omne gaudium vobis ſignificatur. Exercitus cœleſtes armãtur pro nobis, & ipſi nos conſolantur.Hæc autẽ communis omnium exultatio, non regibus,principibus,aut templi ſacerdotibus primùm ſignificata eſt,vt obſeruat Bernardus, ſerm.4. in natalem Dom. ſed paſtoribus.Origenes,hom.12. in Luc. Natus eſt,inquit,Dominus meus Ieſus, & Angelus deſcendit de cœlo,annuncians eius natiuitatem.Videamus itaque quos quæſierit,quibus eius nunciaret aduentum. Non venit Hieroſolymam,non quæſiuit Scribas & Phariſæos,non Synagogam ingreſſus eſt Iudæorum:ſed paſtores reperit ſuper greges ſuos vigilias excubantes. *Erant* enim *paſtores in regione eadẽ vigilantes*. Græca dictio eſt ἀγραυλοῦντες. Euthymius,in Luc. Græca dictio ἀγραυλεῖν,inquit, à quibuſdam interpretatur,quaſi ἐν ἀγρῷ αὐλεῖν, in agro tibia canere,ſiue fiſtula vti. Alij verò ἐν ἀγρῷ αὐλίζεσθαι, in agro degere, ſiue pernoctare. ἐν ἀγροῖς αὐλιζόμενοι,vt hîc explicat Theophilactus. Sic apud Heſiodum, ποιμένες ἄγραυλοι dicuntur. ἀγρὸς enim ager eſt,& αὐλὴ,ſtabulum:vt ſignificẽtur illi in agris pernoctaſſe, extructis ſtabulis. In ſeptis enim noctu ſeruantur greges ob incurſum luporum, & ea ſepta in agris ſunt. Cæterũ Bethleemitica regio paſcuis abundabat, vt Gen.35. legitur. Hieronym. in Epitaphio Paulæ ad Euſtochium. Haud procul inde turris Ader,id eſt gregis eſt,inquit: iuxta quam Iacob pauit greges ſuos,& paſtores audire meruerunt, Gloria in altiſſimis,&c. Idem,libro de traditionibus Hebraicis. Si ſequamur,inquit,ordinem viæ, paſtorum iuxta Beth-leem locus eſt, vbi vel Angelorum grex in ortu Domini cecinit, vel Iacob pecora ſua pauit,loco nomen imponens: vel,quod verius eſt,quodam vaticinio futurum iam tunc myſterium mõſtrabatur. Beda, lib.1. in Luc.cap.2. Vt videlicet,inquit,per hoc oſtenderetur adfuturum tempus, quod verus & ſolus bonus paſtor olim promiſit, dicens: Ecce ego requiram oues meas,& viſitabo eas,ſicut viſitat paſtor gregem ſuum,& liberabo eas de omnibus locis, in quibus diſperſæ fuerant in die nubis & caliginis. Et paulò pòſt. Et ſuſcitabo ſuper ea paſtorem vnum,qui paſcat ea ſeruum meum Dauid,& ceſſare faciã beſtias peſſimas de terra,&c. Quæ mirabiliter à Propheta prædicta, mirabiliùs videmus à Domino impleta. Meminit & Michæas Propheta loci huius, & temporis,dicens: Et tu turris gregis nebuloſa,filiæ Syon vſque ad te venient,& veniet poteſtas prima regum filiæ Syon. Turris quippè gregis,quæ Hebraicè turris Ader vocatur, mille circiter paſſibus à ciuitate Beth-leem ad Orientem diſtat: vaticinio ſui nominis paſtores hos multò antè demonſtrans,ad quam vſque filiæ Syon,angelicæ videlicet poteſtates, paſtoribus apparendo venerunt. Gregorius Papa,in hom. Quid eſt autem,inquit, quòd vigilantibus paſtoribus

Diaboli inuidiam hominem.

Miſeria hominis poſt peccatum.

Paſtorũ excubiæ.

Curnõ lõgè à paſcuis chriſtº natus.

Prophetia.

Gregor. Nanzanz.

Bernard. Origenes.

Euthymiº.

Theoph. Heſiod.

Hieron.

Idem.

Beda.

Gregor. Papa.

A storibus Angelus apparet,nisi quòd illi præ cæteris videre sublimia merentur, qui præesse gregibus solicitè sciunt? Gregorius Nyssenus,de sancta Christi natiuitate. Nam si nos verè pastores sumus,ait,& pro gregibus nostris excubias agimus, & vigilamus: ad nos prorsus pertinet hæc vox Angelorum quæ annunciat hoc gaudium magnum. Bonauentura,in Luc. Hoc igitur spectat,inquit,ad pastorale officium, quod legimus illos vigilasse. Vnde Iacob pastor ouiũ dicebat,Genes.31.Die & nocte æstu vrgebar,& gelu,fugiebatque somnus ab oculis meis. Officium autem illorum amplificat,cùm adiecit: *Et custodientes vigilias noctis super gregem suum.* Græcus textus est, καὶ φυλάσσοντες φυλακὰς νυκτὸς, custodientes custodias noctis. Hebraica locutio est,pro eo quod est, custodientes noctu gregem suum. Bonauentura. Nocte enim potissimùm vigilandum est, ait, propter hostilem incursum repellendum, scilicet luporum & latronum. Per hoc autem insinuatur spiritualis vigilantia, quæ debet esse in Prælatis.Vnde 1.ad Timoth.4.Tu verò vigila, in omnibus labora, opus fac Euangelistæ, ministerium tuum imple,sobrius esto. Et ideò Hebr. decimotertio: Obedite præpositis vestris, & subiacete eis. Ipsi enim vigilant,quasi rationem pro animabus vestris reddituri. quia Roman. 12.Qui præest in solicitudine,vigilare etiam debet quilibet contra hostem spiritualem,secundum illud Thren.2. Consurge,lauda in nocte in principio vigiliarum: effunde sicut aquã cor tuum ante conspectum Domini:leua ad eum manus tuas pro anima paruulorum tuorum,qui defecerunt fame in capite omnium compitorum. Vigilare etiam debet in contemplatione, Psal.138. Et dixi,forsitan tenebræ conculcabunt me, & nox illuminatio mea in deliciis meis. Et Isa.26. Anima mea desiderauit te in nocte:sed & spiritu meo in præcordiis meis de manè vigilabo ad te. Et hoc est,quia talis hora competit diuinæ inspirationi, talis etiam hora conueniebat diuinæ natiuitati, secundum illud Sapient.18. Cùm quietum silentium contineret
B omnia,& nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus Domine exiliens de cœlo à regalibus sedibus venit.Et signanter dicit *super gregem suum*, secundum illud Prou. 27. Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuósque greges considera. Contra quod dicitur Zachar.11. O pastor & idolum derelinquens gregem.Et Hierem.13.Vbi est grex qui datus est tibi,pecus inclytum tuum? Quid dices cùm visitauerit te?Tu enim docuisti eos aduersum te, & eruisti caput tuum. Cæterùm hęc obseruari possunt,ex eo quòd pastoribus,non autẽ huius mundi sapientibus, quòd in agro seu ab vrbibus semoto loco Angelus apparuit. Pastores selecti sunt in testes Christi,sicut & tandem piscatores. Non enim cognouit mundus per sapiẽtiam Deum:sed quę stulta sunt mundi,elegit Deus vt confundat fortia. Vnde & Christus, Gratias, inquit,ago pater,quia abscondisti sapientibus, & reuelasti hæc paruulis. Nam & illos
D aptiores inuenit ad capiendam doctrinam,primùm vt magis humiles.Deus enim superbis resistit,humilibus dat gratiam.Demum vt purgatiores, quos non fermentum Pharisæorum,sed cordis simplicitas,nõ aliqua doctrinæ præsumptio præoccupasset,sed adinstar tenerarum plãtarum quouis flecti possent.

» *Nam mundum est nisi vas,quodcunque infundis, acescit.*

Denique locus à plebe semotus,vt visioni commodior,selegitur:ne fortè doctrinam expectes popularem & huius mundi,sed quæ non nisi ab his,qui secesserint,cõmunicetur. Videt Iacob in loco secreto scalã:semotus Esaias videt Cherubim:Daniel precans,futura: Ezechiel ad fluuium Chobar videt Dei gloriam: videt animalia quatuor,& virum vestitum lineis.Ipsi etiam Ioanni in Patmos reuelatio facta est. Non enim id annunciabant Angeli, quod à sapientibus huius mundi capi posset. Generationem enim eius quis enarrabit, inquit Esaias? Et rursus. Vbi sapiens,vbi scriba,vbi inquisitor huius seculi? *Et ecce, Angelus Domini stetit iuxta illos.*
E Ἐπέστη,id est,repentè venit,cùm nihil minus expectarent.Bonauentura in Luc.cap. 2. In hoc, quòd iuxtà stetit,ostendit familiaritatem,& humilitatem ministerij, quo Angelus condescendit homini,& astat illi modò vt adiutor,secundum illudDanielis 12.Consurget Michaël princeps magnus,qui stat pro filiis populi tui. Modò vt eruditor & illuminator, secundum illud supra.1. Apparuit ei Gabriel stans à dextris altaris incensi. Similiter & hîc. Vnde Ambrosius: Angelus Mariam, Angelus Ioseph, Angelus pastores docet. In cuius rei signum subditur, *Et claritas Dei circunfulsit illos.* id est,fulsit circa illos. Simile dicitur de Angelo, qui apparuit Petro,Act.12. Ecce Angelus Domini astitit, & lumen refulsit in habitaculo,scilicet carceris. Ideò autem Angelus hic lumen attulit,quia filius lucis fuit, & quia eum annunciare venerat, qui est lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum,sicut dicitur Ioan.1.Et ideò nocte lumẽ attulit,vt significetur impleri illud Esa.9. Habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta est eis. Gregorius Papa,in hom. Dum, inquit, ipsi piè super gregem

Greg. Nyssen.

Bonauent.

Vigiliæ necessariæ.

Idem.

Vigilandũ pastoribus.

Pastores aptiores ad Euãgeliũ.

Locus semotus meditationi cõmodus.

Bonauent.

Ambros. *Cur lumẽ & quale.*

Gregor. Papa.

vigilant,diuina ſuper eos gratia latiùs coruſcat. Sed & per lumen,quod in mediis tenebris ap- F
parebat,docebatur quòd lux in tenebris lucebat,etſi tenebræ eam non comprehenderent:*circumfulgeret & illos* gratia quædam ſpiritualis,quæ nec cæteris affulſerat:nihilque eſſe neque tã cæcũ neque tã ſpiritualibus tenebris, id eſt peccatis obductũ,quod non Chriſti gratia illuſtrari poſſet. Verbum enim caro factũ erat,& videbatur gloria eius quaſi vnigeniti à Patre,pleni gratiæ & veritatis. Ex hac autem claritate timuerunt timore magno, ſicut & Zacharias in conſpectu Angeli. Luc. 1. Quid enim non terribile ſuccedat ex inſolita luminis & Angeli viſione, maximè ſi media nocte, ſi in loco ab hominibus ſeiuncto contingat? cùm & ipſa temporis locíque circunſtantia timorem incutere ſoleant? ſed & mali ſpiritus his maximè locis & temporibus hominibus illudant? Sic Numæ per hydromantiam,ſic noctu ad Lunæ ſplẽdorem Magis imponitur. *Et dixit illis Angelus,Nolite timere.* Non enim terrorem,ſed deſideriũ potius eius rei,quam prædicabat,incutit:ſicut & ille qui reſurrectionẽ mulieribus annunciauit,dicẽs,

Cõſolatio ĩ Chriſti natali.

Nolite expaueſcere,*annuncio vobis gaudium magnum,quod erit omni populo.* id eſt,non venio vt G
vos terream: non velut Cherub, vt miniter vobis gladium illum verſatilem, & vos reuocem ab ingreſſũ paradiſi,ſed potius vt nunc meliorem & digniorem locum vobis repoſitum eſſe prædicem. Non venio adinſtar eius, qui vindictam vrbium Abrahæ breui faciendam declarauit: ſed potius vt annunciem apertam omnibus miſericordiæ ianuam. Ecquod eius maius vobis gaudium eſſe poſſit,quàm vt regrediamini in meliorem illam hæreditatem qua excidiſtis? Et quidem Lamech magnam in filio conſolationem accepit,cùm videret mores omniũ

Cõparatur gaudiũ natalis Chriſti cũ cæteris.

corruptos,illum autem velut ſolẽ inter eclypſes exortum eſſe. (Geneſ. 5.) Vocabit ipſum Noé: iſte conſolabitur nos ab operibus & laboribus manuum noſtrarum in terra,cui maledixit Dominus. Magnum enim gaudium concepit Sara de adimplendis promiſſionibus Dei,& multiplicanda electorum progenie in filio nato: (Gen. 21.) vnde Iſaac,quaſi Vir riſus vocatus eſt,& H

Iſaac natale.

Abraham grande fecit conuiuium in die ablactationis eius. Verùm quicquid fuit in illis gaudij, ad Chriſtum dirigebatur. Noé ſcilicet reparatoris noſtri figura eſt, cùm ſolus excidium orbis euaſerit,& electorum genus multiplicarit. Nam & nos ſimilis formæ ſaluos facit baptiſma,non carnis ablutio ſordium, ſed conſcientiæ bonæ interrogatio. 1. Pet. 3. Ille quidem per aquam ſaluatus eſt arca,nos cruce Chriſti,& aqua baptiſmatis. Dirigebantur & promiſſiones Iſaac in Chriſtum viuum ſemen,cùm Dominus ad Abraham dixit: In ſemine tuo benedicẽtur omnes tribus terræ. Non ait,in ſeminibus,quaſi in multis,inquit Paulus:ſed in ſemine tuo vno,quod eſt Chriſtus. Et vt ad poſteriora tempora,quibus etiam noſtræ miſeriæ exprimãtur, veniam, ex 3. & 4. Regum legimus,quàm miſer fuerit ſtatus religionis & reipub. in Iſraël, ſeceſſione facta per Hieroboam. Quot Pſeudoprophetæ? quot ſchiſmatici? quot perſecutiones tunc paſſi ſunt viri Dei,ludibria & verbera experti? Quot ſeditiones inter eundem populum, I

Noe typus Chriſti.

donec ab extraneis captiui deducerentur? Quomodo mutatum eſt aurum optimum, & diſperſi ſunt lapides? quanta mutatio è regni culmine ad deſperatam rempublicam? Et tamen Deus rurſus ex aduerſis illis & quaſi deſperatis ad læta & ſperanda reuocauit. Nam & miſit Prophetam ad Hieroboam,qui naſciturum regem promitteret, per quem pietas & iuſtitia refloreſceret. Venit enim de Iuda in ſermone Domini in Bethel, Hieroboam ſtante ſuper altare & thus iaciente,& exclamans contra altare in voce Domini,ait: Altare,altare. Hæc dicit

Ioſiæ natale.

Dominus. Ecce filius naſcetur domui Dauid Ioſias nomine, & immolabit ſuper te ſacerdotes excelſorum,qui nunc thura in te ſuccẽdunt,& oſſa hominum ſuper te incendet. Deditque in

Quãta ſpes ex Chriſto naſcituro.

illa die ſignum,dicens: Ecce altare ſcindetur,& effundetur cinis qui in eo eſt. Num ſi quis tũ hîc fidelis fuiſſet, gaudium de naſcituro rege concepiſſet? Num ſperaſſet ipſum Iſraëlem reſtituturum? Atqui maiora nunc & meliora nunciantur. K

Sibyl. Ery.

Hoc puero nato properauit gaudia tellus,
Cœleſtis riſit ſedes,& geſtiit orbis, vt ante Poëtam ſcripſit Erythræa Sibylla.

Virgilius.

Ad quod ex Cumæis carminibus alluſit Virgilius:

Aſpice venturo lætentur vt omnia ſeclo.
Magnus ab integro ſeclorum naſcitur ordo:
Iam redit & Virgo,redeunt Saturnia regna.

Conſtant.

Quod Conſtantinus Imperator, Oratione ad Sanctorum cœtum, cap. 19. ita interpretatur. Quid ergo? Quæ eſt illa virgo quæ rediit? an quæ plena & grauida facta eſt è Spiritu ſancto? Et

Gaudiorũ ratio.

quid obſtat, quominus hæc puella grauida è ſpiritu Dei, virgo maneat perpetuò? Reuertetur etiam Dominus ipſe, qui virgo eſt. Secundò & orbem afflictum aduentu ſuo leuauit. Eſt *gaudium* victoriæ,quod victis dolorem & miſeriam ingerat. Gaudium eſt,quod aut vnam Rempublicam,

A publicam,aut regionem afficiat.Hoc autem, quod ab Angelo nunciatur, omnibus commune
est:omnibus,inquam,qui Christum piis animis amplectentur. Hoc optabat Raphaël Tob.5.
cùm dicit, Gaudium semper sit tibi.Propter hoc,ait Bonauentura, gauisi sunt Magi. Matth.2. Bonauent.
Videntes autem stellam gauisi sunt gaudio magno valdè. Et dicitur *magnum*, ad differentiam
gaudij hypocritarum,quod est momentaneum.Iob.20. Gaudium hypocritæ adinstar puncti.
& Iob.21.Tenent tympanum & citharam,& gaudent ad sonitum organi:ducunt in bonis dies
suos,& in puncto ad inferna descendunt. Magnum est etiam, quia amplum. quod notat, cùm
subdit, *quod erit omni populo*: ad differentiam gaudij mundanorum , quod non est vniuersale.
Ioannis decimosexto:Mundus gaudebit,vos autem contristabimini. Contra quod dicitur in-
frà 13. Et omnis populus gaudebat in vniuersis quæ glorioſè fiebant ab eo. Vtitur autem pro-
pria dictione, quæ bonum nuncium significet. Non enim simpliciter ait, *annuncio vobis gau-*
B *dium*,sed,*euangelizo:* Euangelium, hoc est promissionem Dei de Christo adimpletam signifi-
cans,quæ omnem metum excutiat.Gaudium autem dolori opponitur & tormentis, quæ sunt
ex peccato & damnatione.Eximit enim hunc horrendũ diuini iudicij metum,filij Dei incar-
natio & natiuitas.Vnde & Paulus,Philipp.4.Gaudete in Domino semper: iterum dico , gau-
dete.Et rursus.Pax Dei quæ exuperat omnem sensum,custodiat corda vestra, & intelligentias
vestras per Christum Iesum.*Natus est vobis hodie Saluator mundi,qui est Christus Dominus.*Non *saluatoris*
frequenter Saluator per Prophetas repromittitur, qui populum suum restituat. Ad hunc filiæ *repromis-*
Syon præparabantur,quum diceret Zacharias,Ecce Saluator tuus venit.Hunc Esaias exopta- *siones.*
bat,cap.45.dicens : Rorate cœli desuper,& nubes pluant iustum : aperiatur terra,& germinet
Saluatorem.Et rursus.Non est absque te Deus:verè tu es Deus absconditus,Deus Israël salua-
tor.Israël saluatus est in Domino,salute æterna.Et quomodo Deus absconditus, inquit Cyril- Cyrill.
C lus Alexandrinus, in Esai.Prophetam,nisi in carne?Ita enim oportuit,vt infirmitate virtus, hu- Alex.
manitate diuinitas celaretur,ad prosternendum humanæ naturæ aduersariu m. Paulinus No- Paul.Nol.
lanus,epist.4.ad Seuerum.Ideò,inquit,dictum puto,Frater non redemit,redimet homo : quia
quos frater non redemerat,hoc est Propheta & legislator, qui homo tantùm erat , hos homo
redemit,qui & Deus erat.Deus,inquit,erat in Christo mundum sibi reconcilians. Itaque non
modò Esaias Propheta Saluatorem Deum absconditum vocat,sed & ipse Angelus in eam
venit sententiam.Vocat enim illum,qui natus est,Saluatorem & Christum Dominum.Quid
est autem illum natum esse dicere,nisi hominem prædicare?Immò qui vnctus esse potuit,nisi *Christ⁹ etiã*
homo esset.Quid est autem χύριος,nisi quòd quantumuis infans esset,& verè,abiectóque loco *infans Do-*
conditus,verè tamen *Dominus* erat,rex regum,& dominus dominantium,qui in omnem crea- *minus ta-*
turam ius habebat?Hoc enim illum habere oportuit,qui nos à seruitute diaboli eriperet,vt qui *men.*
D reposceret creaturam suam,quam Sathan detineret.Quis enim impignoratũ,aut iniustè quid
detentum reposcere potest,nisi is cuius est res?Ergo ipse Dominus natus est,vt reposceret opus
suum,& se potius in precium redemptionis porrigeret: nempè simplicem Dominum dicere,
summæ cuiusdam est maiestatis.Non ait,Dominus Iudææ,aut alicuius alterius loci,sed χριστὸς
κύριος,vt præter quem nullus est *Dominus*. Sic enim Paulus: Etsi multi sint qui dicantur Do-
mini,nobis tamen vnus Deus,& Dominus est.Ergo ille Dominus creaturæ saluator, quia ad
hoc venit,vt perditam requireret, deiectam erigeret,mortuam visitaret. Ideò etiam Christus.
Et hîc mirum:vnguntur alij,sed vbi ad ætatem maturam veniunt:vnguntur,inquam,aut sacer- *Christus in*
dotes,aut reges.Iste in ipsa etiam natiuitate Christus est. Quomodo?Vnxit enim eum Deus o- *ipsa nati-*
leo exultationis præ participibus suis.Non idem oleum,non eadem participatio , non idem in *uitate vn-*
omnibus ordo. Vnxit eum Dominus Spiritu sancto. Itaque quoniam plenitudo Spiritus san- *ctus est.*
E cti,immò Spiritus sanctus,& ipsa diuinitas humanitatem perficiebat,ideò Christus ab ipso cõ-
ceptionis instanti nuncupari potest.Et quidem mira sunt & stupenda cætera quæ dicuntur ab
Angelo.Dicit Dominum esse natum.Si enim Dominus est ab æterno , quomodo in tempore
nasci potuit?Sed & quomodo qui immensus est , adinstar pusionis apparebit? Immensæ maie-
statis erat,sed comprehendebatur naturà humanà quam assumpsit. Natus est inquantum ho-
mo.Philippens.secundo:Serui formam accepit,habitu inuentus vt homo.Gregorius Nanzan- Gregor.
zenus. Nascitur quidem , sed iam olim natus , & muliere quidem , sed virgine. Illud huma- Nanzanz.
num,hoc verò diuinum:hîc sine patre,illic sine matre. Nam & de æterna generatione Domi-
ni legimus Psalmo 109. Tecum principium in die virtutis tuæ,&c. Augustinus: *Ecce natus est* Auguſt.
vobis Saluator. Non factus est, inquit, sed natus , nimirùm Spiritu sancto. Porrò locum na- *Cur locus*
tiuitatis diligenter notat,propter veritatem Prophetiæ,quæ à Michæa scripta est , capit. quin- *natiuitatis*
to, cuius Matthæus meminit capite secundo , quasi dicat: Expendite quid Deus Dauidi *exprimitur*

Beda. promiserit, quid Michæas de Beth-leem vaticinatus sit, & fatebimini hodie præstitisse veracissimum Deum, quæ patribus antiquis pollicitus fuerat. F

Cur Angelus dixit Christum hodie natũ qui nocte natus erat. Beda, libro primo in Lucam, cap. 5. Vbi notandum est, inquit, quòd Angelus, qui in noctis vtique vigiliis pastores affatur, non ait, hac nocte, sed *hodie*, natus est vobis Saluator: Non aliã scilicet ob causam, nisi quia gaudium magnum euangelizare veniebat. Nam vbi tristia quæque nocturnis temporibus gesta, vel gerenda significantur, ibi sæpè nox vel adiungitur, vel etiam sola nominatur: vt est illud, Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte. Et alibi. Amen dico tibi, quia tu hodie in nocte hac, priusquàm bis gallus vocem dederit, ter me es negaturus. Neque enim frustrà Angelus tãto lumine cinctus apparuit, vt claritas Dei pastores circumfulsisse, hoc est in omni parte illorum radios luminis aspersisse dicatur, quod nunquam in tota Testamenti veteris serie toties Angelis apparentibus adiungitur: sed mysticè præmonuit, quod apertè postea monuit Apostolus, dicens: Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Abiiciamus ergo opera tenebrarum, & in- G

Signũ Christi in paupertate. duamus nos arma lucis: sicut in die honestè ambulemus. Verùm cùm ibi tantus rex nasceretur, Dominus scilicet & Saluator, & Christus, requirendum est quænam palatia, quæ ministeria ipsum exceperint. Forsan insigne aliquod domicilium, ibi commoda & delectabilia omnia, suffitus, tapeta, obstetrices, cunæ, quæq; potest humana mens ad tanti principis ortum expendere. Non hæc quidem in Christo. *Hoc vobis signum, inuenietis infantem pannis inuolutum, & positum in præsepio.* Ne quærite pannos pretiosos, sed simplices. Quid enim aliud à matre paupere expectare possitis? Sed neque putate illi thalamum paratum, aut ignem copiosum, præsertim hoc hyemali nocturno, & tam difficili tempore: nihil horum est. Ingrediemini stabulum, & inuenietis ipsum positum in præsepio. *Hoc*, inquit, *vobis erit signum.* Hoc quidem minus aptum signum esse videbitur, quo Deus, quo Christus, quo totius mundi saluator dignoscatur. An verò

Christ⁹ deridebat fastum hominum. Deo aliquid cum pannis, cum præsepi, cum ipso etiam fœno? Quid istud regi, quid Christo? H Verùm deridere incipiebat fastum hominum, & in ipsa sua natiuitate nostram carnalem natiuitatẽ reparabat. Nam & illa nostra natiuitas rea est, peccatrix est: filij iræ nascimur sicut & cæteri: vtique primorum parentum peccato. Peccauit Adamus, peccauit & Eua, dum adinstar deorum scientiam boni & mali curiosè appetunt. Christus ergo in ipsa sua natiuitate summam

sũma Christi humilitas contra Adami et Euæ superbiam. præscribit humilitatem, vt superbiam illam euacuet. Quid enim, vt scribit Leo, sermone 5. in Natiuitate Domini, sanandis ægris, illuminandis cæcis, viuificãdis mortuis aptius fuit, quàm vt superbiæ vulnera humilitatis remediis curarẽtur? Quid autem humilius censeri potest, quàm

Leo. Deum incarnari & nasci, quàm in stabulo, in ipso etiam fœno iacere, & nequidem diuersorio excipi? Aspera quidem olim carnalibus hominibus hæc doctrina videbatur: sed non perspiciebant sic impleri oportuisse omnem iustitiã. Quid enim est quod legitur, Deum in ipso posuisse

Christus ab initio patitur. iniquitates omnium nostrum, ipsum verò peccata nostra pertulisse in corpore suo, nisi quòd & I ipsum à natiuitatis etiam exordio pati oportebat, vt recenter natis spem sanctificationis & salutis ingereret? Perferre enim peccatum non potest, qui in deliciis est. Ideò vt ex Psal. Paulus allegat, Ingrediens mundum dixit, holocaustomata pro peccato non postulasti: corpus autẽ aptauisti mihi: tunc dixi, Ecce venio. In capite libri scriptum est de me, vt faceremvoluntatẽ tuam, Deus meus volui. Ideò ipse à natiuitate seipsum offerre incipit. Ideò patitur vt & nos Deo pa-

Beda. tri reconciliet. Ad hoc accedit Beda lib. 1. in Luc. cap. 5. Et notandum solertiùs, inquit, quòd signum nati saluatoris datur, infantem non Tyrio exceptum ostro, sed pannis squalentibus inuolutum, non in ornatis auro stratoriis, sed in præsepibus inueniendum: hoc est, non tantùm humilitatis eum & mortalitatis, sed & paupertatis habitum suscepisse pro nobis. Quia cùm diues esset, pauper factus est pro nobis, vt nos illius inopia ditaremur. Cùm esset Dominus cœlorum, pauper factus est in terris, vt terrigenas edoceret paupertate spiritus acquirere pos- K

Vestes & fastus non faciunt regem. se regnum cœlorum. Sed & tu mihi prospice quouis habitu & loco, illum cui verè regia dignitas deferenda sit, agnosci posse. Non faciunt palatia, non externa illa insignia reges, sed virtus & industria: non ex parentibus longa successione deducta nobilitas. Nec quidem ignotus fuit Alexander in aliena veste veniens cum legatis ad reginam Amazonum, vt scribit

Alexãder. Tartarorũ reges. Plutarchus. Quinetiam apud Tartaros hic fuit olim mos constituendi reges, vt vnus ex filiis, aut nepotibus defuncti in throno aureo sederet, quem demum super nudum lignum statuerent, cum hac acclamatione: Respice cœlum, & alteri subiectum te esse cognosce: sicq; te deiiciendum existima è summa in abiectissimam sedem, nisi summa æquitate vnicuique iustitiam administraueris. Ex hac demum abiectione illum rursum in thronum aureum exaltabãt. Præmittit igitur Christus humilitatẽ gloriæ, & ab ipso exordio satis ostendit, quàm sit mitis &

Theod. humilis corde. Theod. Græcarũ affect. ser. 6. de prouidentia. Neque enim illos, inquit, etiã reges

admi-

A admirari,laudibúſque ornare ſoliti eſtis,qui in regalibus thalamis molliter enutriti, omni gene- *Quos reges miramur.*
re deliciarũ perfrui ſolent:ſed quibus graue non eſt pro ſubditis hominibus caput periculis ob- Tertull.
iectare,quiq; armis obtecti in prima acie cum hoſte fortiter pugnant.Sed &,vt ſcribit Tertull.
lib.ad Martyres,nemo miles ad bellum cum deliciis venit,nec de cubiculo ad aciem procedit,
ſed de papilionibus expeditis & ſubſtrictis, vbi omnis imbonitas & inſuauitas conſtitit. Atque
ipſe exultabat vt Gigas fortis ad currendam viam. A ſummo cœlo egreſſio eius,& occurſus
eius vſque ad ſummum eius.Et ab ipſa ſtatim natiuitate in mundum,vt in campum, cum ho-
ſte pugnaturus progrediebatur.In hoc enim apparuit filius Dei,inquit Paulus,vt diſſolueret o-
pera diaboli.Itaque non ſtratum molle & delicatũ, non palatium aliquod, ſed præſepe & ſta-
bulum ſeligit,velut aptum militiæ papilionem.Theodoretus,affect. Græcarum, ſerm. de mar- Theodor.
tyribus.Neque enim,inquit,Apoſtolica monimenta regnum oſtentant,quod hîc videri à fu-
B turis poſſeſſoribus queat.Non illic purpura exornatum regem,non corona inſignẽ vident, non
ſcutariorum numero metuendum,non exercitu cõmunitum,non ducibus, aut iis qui fortitu-
dinem in bello perdocti ſunt:nihil denique eorum vident,quibus homines ſplendore nominis,
& gloria inclareſcunt:ſed trophacæum ſpecu vident,in quo præſepe, in quo pauperculam vir- *Trophacaũ ſpecu.*
ginem,in quo tenui faſcia inuolutum infantem, ipſo in præſepis ſinu humiliter reclinatũ: præ-
terea & oppidum vident,vbi hæc accidiſſe narrantur,ignobile,inglorium,ac puſillum. Propo-
nitur illis etiam ſpectatus infans,in paupertate educatus. Bernard.ſerm.4.de Natiuit. Domini. Bernard.
Neque verò,inquit,ſine certi myſterij ratione pannis Saluator obuoluitur,& ponitur in præſe-
pio,quando id manifeſtè in ſignum nobis commendatur ab Angelo. In ſignũ poſiti ſunt pan-
ni tui,Domine Ieſu:ſed in ſignum,cui à multis hodie contradicitur. Multi quidem vocati, ſed
non multi electi:ideò nec ſignati.Agnoſco certè,agnoſco Ieſum magnum ſacerdotem,ſordidis *Sacerdos*
C opertum veſtibus,dum altercaretur cum diabolo.Scientibus ſcripturas loquor, & quibus non *magnus*
ignota eſt Prophetica viſio Zachariæ. Vbi verò exaltatum eſt caput noſtrum ſuper inimicos *ſordidis o-*
noſtros:ex hoc planè mutauit veſtem,decorem induit,amictus lumine ſicut veſtimẽto. Exem- *pertus.*
plum dedit nobis,vt & nos eadem faciamus.Vtilior ſiquidẽ in cõflictu lorica ferrea,quàm ſto-
la linea: licet oneri ſit illa, hæc honori. Erit & cùm membra ſequentur caput,vt corpus iam
vniuerſum vno pſallat ſpiritu,& dicat,(Pſ.29.)Concidiſti ſaccum meum,& circumdediſti me
lætitia.Petrus Bleſenſis,ſermone de Natiuitate Domini:O infœlices,inquit,diuites huius mun- P.Bleſẽſis.
di,qui habetis hîc conſolationem veſtram,vt in futuro ſit vobis ſtridor dentium & fletus, re- *In diuites*
cepturi pro deliciis tormenta & luctum. Ea hora qua Chriſtus naſcebatur, erant multi diuites *delicioſos.*
dormientes,multi etiam laſciuientes in delicatis & mollibus ſtratis. Sed qui in labore homi-
num non ſunt,non merentur de Angelica viſione ſolatium. Erãt fortaſſè vigilantes & ſolliciti
D circa ſapientiam huius mundi. Sed Chriſtus ſapientiam hanc infatuauit,& ſimplicibus & vigi-
lantibus pãſtoribus ſeſe reuelauit. *Et ſubitò facta eſt cum Angelo multitudo cœleſtis exercitus laudantium Deum,& dicentium,Gloria,&c.* Militiam cœleſtem vocat Angelos,more ſcripturæ:ſi-
militudine ſumpta à terrenis principibus. Ἐγένετο, facta eſt.Ita Dei nutu obuenit,vt non vnus *Chriſtum*
modò, ſed & permulti Angeli Chriſti natiuitatem nunciarent. Nihil enim Chriſtum naſci *cognoſci o-*
nobis profuiſſet, niſi & ipſum cognoſceremus.Si quidem induit carnem,non vt hîc lateret, & *portuit.*
poſtea rediret ad patrem: ſed in terris viſus eſt,& cum hominibus conuerſatus eſt. Et vidimus
gloriam eius,gloriam quaſi vnigeniti à patre, plenum gratiæ & veritatis. Itaque ſeipſum nobis
manifeſtauit,ſignis,prodigiis,doctrina,& ſanctitate:& ne quid illi deeſſe videretur,teſtes habuit
homines rediuiuos,defunctos,viuentes:teſtes ipſos dæmones, ſed & Angelos, & ipſum ſuum
Patrem.Hæc eſt enim vita æterna,vt cognoſcamus Patrem,& quem ille miſit Ieſum Chriſtũ.
E Beda,lib.1.in Luc.cap.5.Et benè chorus Angelorum militiæ cœleſtis nomen accipit,inquit: vt Beda.
duci potenti in prælio, qui ad debellandas aëreas poteſtates apparuit, humiliter obediret: qui *Angeli ad-*
& ipſe eaſdem poteſtates contrarias,ne ſua tentatione homines ſuperent, fortiter armis cœle- *miniſtri.*
ſtibus perturbat. Iob. 25. Numquid eſt numerus militum eius, & ſuper quem non ſurgit lu-
men eius?Ideò 4.Reg.6.dicebat Heliſæus puero ſuo:Noli timere,plures nobiſcum ſunt quàm
cum Syriis.Aderat enim Angelorum militia,quæ obſeſſum eum in Dothaim à Syriorum im-
petu eriperet.Ita Hebr.duodecimo:Acceſſiſtis ad Syon montem, & ciuitatem Dei viuentis,
Ieruſalem cœleſtem, & multorum millium Angelorum frequentiam. Porrò ſimul laudant
& glorificant Deum,vt ſuo nos exemplo ſpirituali gaudio exultare doceant, in hodierna feſ-
tiuitate.Hinc eſt,inquit Bernard.ſer.4.de Natiuit.Domini,quòd ſolennis ducitur nox iſta præ Bernard.
cæteris,in pſalmis,hymnis,& canticis ſpiritualibus. Etſi verò canticum eorum breue ſit, multa
tamen cõplectitur.Deo gloriam rependit,& quæ hominibus ſumma bona collata ſint,oſtẽdit.

Beda. *Gloria in excelsis Deo.* Beda. Nam quia Deus & homo nascitur, iure hominibus pax, & Deo F
Quãta Dei gloria ex Christi natali. gloria canitur. Glorificant Angeli Deum, pro nostra redemptione incarnatum, quia dum nos
conspiciunt recipi, suum vident numerum repleri. Bonauentura, in Luc. Glorificandus enim
Bonauent. Deus est in Christi incarnatione, seu bonitatem, seu sapientiam, seu potentiam, & iustitiam
eius consideremus. Bonitas est, qua non despexit proprij plasmatis infirmitatem. Gal. 1. Dedit
semetipsum pro peccatis nostris, vt eriperet nos de præsenti seculo nequam, secundum volun-
tatem Dei & patris nostri, cui est gloria in secula seculorum, Amen. Sapientia est, qua inuenit
difficillimi decentissimam solutionem. Rom. 11. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ
Dei! Et sequitur. Ipsi honor & gloria in secula seculorum, Amen. Potentiæ opus est incarna-
tio. Quid enim potentius est, quàm Deum fieri hominem? Rom. 4. Abraham cõfortatus est
fide, dans gloriam Deo, plenissimè sciens, quia quæcunque promisit Deus, potens est & facere.
Et Ephes. 3. Ei autem qui potens est omnia facere superabundanter, quam petimus, aut intelli-
gimus, ipsi gloria in Ecclesia, & in Christo Iesu in omnes generationes seculi seculorũ, Amen. G
Iustitia est, quia simile simili re saluauit. Apoc. 5. Sedẽti in throno & agno, benedictio & honor
& gloria in secula seculorũ. Vnde ad Tit. 3. Apparuit gratia & humanitas saluatoris nostri Dei,
non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos. siquidem per suam summam misericordiam saluos
nos fecit. Ergo *Gloria in altissimis Deo.* id est Deo qui in cœlis est. Asseritur enim habitare in cœ-
lo, præsertim Empyræo, inquantum ibi euidentiùs ac magnificentiùs operatur, clariúsque per-
spicitur: quamuis secundum se sit penitus supersimplicissimus, incircumscriptus, immẽsus, nul-
lam ad locum habitudinẽ habens. Vel, gloria seu illustratio diuinæ dignitatis, sit in altissimis, id
est mentibus beatorum, Deo, vt ipsi in omnibus honorẽ & gloriam Deo exhibeãt. Et hoc qui-
dem modo congratulantur magis quàm exhortãtur: iuxta illud Ps. 148. Laudate Dominũ om-
nes Angeli eius. Et illud Apostoli 1. ad Tim. 2. Soli Deo honor & gloria. In hoc ergo cõforme- H
mus nos Angelis sanctis, vt soli Deo gloriã adscribamus. Nam ipsemet ait per Esa. cap. 48. Glo-
riam meam alteri non dabo. Et sic cum Psalte dignè cantabimus, Ps. 113. Non nobis Domine,
Dionys. Carthus. non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Dionys. Carthus. mouet in eum locum quæstionẽ istam.
Sed nónne & nos, inquit, gloriã desiderare possumus & debemus, præsertim cùm propter fœ-
licitatem seu gloriam sempiternam omnia finaliter sint agenda? Respondendum autem, quòd
Gloria in Deo, secundum Deũ, & propter Deum. gloriam optare debemus in Deo, secundum Deum, & propter Deum. In Deo, vt obiecto, da-
tore & causa: secundum Deum, hoc est secundũ voluntatem ipsius, non secundum propriã cu-
piditatem, videlicet ordinatè, vt competit menti creatæ: propter Deum, id est finaliter ad laudẽ
& honorẽ eius, ad quẽ nos ipsos & quicquid in nobis est, referre debemus. Ideò dicit Apostо-
lus: Qui gloriatur, in Domino glorietur. Et Psalmista, (Psal. 33.) In Domino laudabitur anima
mea. Sed vani & vitiosi homines in se & propter se volunt laudari, ea sibi vsurpantes, quæ solius I
Origen. Domini sunt. Orig. ho. 13. in Luc. Vide itaque mihi vrbem, in qua ægrotent plurimi, & medi-
corum frequens adhibeatur manus. Sint diuersa vulnera, quotidie in emortuam carnem serpat
Angeli cedũt Christo vt summo omniũ medico. putredo, & tamen medici qui adhibiti sunt ad curandum, nequeant alià vltrà inuenire medica-
mina, & artis suæ scientia magnitudinem mali vincere. Adueniat autem archiater aliquis, qui
summam habeat in arte notitiam: & illi qui priùs sanare nequiuerant, cernentes magistri ma-
nu putredines cessare vulnerum, non inuideant, non liuore crucientur, sed in laudes erum-
pant archiatri, & prædicent Deum, qui & sibi & ægrotantibus tantæ scientiæ hominem mi-
serit. In hanc ergo similitudinem & multitudo Angelorum audita est, dicens, *Gloria in excelsis*
Deo. Postquàm enim Dominus in terrã venit, pacem fecit per sanguinem crucis suæ, siue eorũ
quæ in terra erant, siue eorũ quæ in cœlis. Siquidẽ volentes Angeli vt recordarentur homines
creatoris sui, cùm feciſſent omnia, quæ in suis viribus erant, vt sanarentur, & noluissent illi reci- K
pere sanitatem: cernunt eum qui sanare potuit, & glorificantes dicunt, *Gloria, &c.* In actiones
gratiarum erumpũt, quòd is adueniret, qui nos & sanare, & in integrũ restituere possit. Ad quẽ
Esaias ait, Sana me Domine, & sanabor: saluum me fac, & saluus ero. Ad quem Psaltes: Sana
Domine animam meam, quia peccaui tibi. Et rursus. Qui sanat omnes infirmitates tuas, qui
redemit de interitu vitam tuam, qui coronat te in misericordia & miserationibus. Nam cùm
illi in cœlo exultent super vno peccatore pœnitentiam agente, quanto magis de Christi natiui-
tate lætantur, qui venit in hunc mundum peccatores saluos facere? Adiiciunt, *Et in terra pax*
Tres Christi incarnationis fructus. *hominibus bonæ voluntatis.* Sunt qui varient hanc lectionem, & ita legant, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν
ἀνθρώποις εὐδοκία. id est, Et super terram pax, in hominibus beneuolentia, seu bona voluntas &
beneplacitum, vt hymnus Angelicus tres distinctas partes habeat: Nimirùm primùm Deo
gloriam referat, secundò pacem hominibus, sublata omni religionis discordia, relictam esse:
demum

demum Dei beneplacitum in homines designet. Thomas Caietanus has tres partes velut tres præcipuos Christi incarnationis fructus meditatur: quòd & nobis inde Dei gloria innotescat, qua in cœlis illustratur, relinquatur & in terra pax, & propensior sit in homines Dei voluntas. Et hanc trium partium distributionem efficit inserta virgula, & dictio εὐδοκία, in nominatiuo posita, quæ alioquin in genitiuo legitur à nonnullis, vt ad homines referantur, qui bonæ voluntatis esse definiantur. Attamen Chrysostomus pluribus in locis, vt homil. 36. in Matthæum, & serm. de Ascensione Domini, & homil. de Natiuitate Domini: vetus denique Interpres, εὐδοκίας legunt in genitiuo casu. Sed & Origenes, εὐδοκίας coniungit cum εἰρήνη. Quinetiam Gregorius Nyssenus, homil. de sancta Christi natiuitate, Quare, inquit, vox Angelorum eam quæ in altissimis videtur, Deitatem glorificat? Quoniam in terra quoque pax gaudio perfusi sunt Angeli, ob id quod apparebat. *In terra pax*, quæ priùs erat maledicta, quæ spinarum tribulorúmque fertilis, locus ac regio belli, locus exilij damnatorum hîc pacem recepit. O miraculum ingens! Veritas ex terra orta est, & iustitia de cœlo prospexit. Huiusmodi fructum suum terra hominum edidit: atque hæc fiunt pro ea, quæ est erga homines, bona voluntate, ac animi propensione & bono affectu. Gregorius Pontifex, in homilia de Natiuitate Domini. Priùs quippè quàm redemptor noster nasceretur per carnem, discordiam cum Angelis habuimus: à quorum claritate atque munditia per primæ culpæ meritum, per quotidiana delicta longè distabamus. Quia enim peccando extranei eramus à Deo, extraneos nos à suo consortio deputabant Angeli ciues Dei. Sed quia cognouimus regem nostrum, recognouerunt & nos Angeli ciues suos. Et quia cœli rex terram nostræ carnis assumpsit, infirmitatem nostram illa iam Angelica celsitudo non despicit. Euocant igitur nos in suam familiaritatem, non modò cùm Deo pro nobis adueniente Christo, gratias persoluunt, sed & pacem annunciant. Cæterùm vt hæc bona pastoribus vigilantibus nunciantur, ita, vt scribit Cyprianus, libro primo, Epist. 2. ad Cornelium, hoc in tempore pacem nos non dormientibus, sed vigilantibus damus: pacem non deliciis, sed armis damus: pacem non ad quietem, sed ad aciem damus. Nam pax nostra bellum est contra Sathanam, vt scribit Tertullianus, libro ad Martyres. Bonauentura in Luc. Præmittit, inquit, gloriam Dei paci, quia nullus pacem habere potest, qui Dei gloriam obscurare conatur. Iob. 9. Quis restitit ei, & pacem habuit? Iob. 22. Acquiesce igitur ei, & habeto pacem, & habebis fructus optimos: Pacem scilicet pectoris, de qua Philipp. 4. Pax Dei quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra & intelligentias vestras, in Christo Iesu. Et pacem æternitatis, de qua Esa. 66. Declinabo super eam quasi fluuium pacis. Et Ps. 147. Posuit fines tuos pacẽ, & adipe frumenti satiat te. Sed & ista pax nato Christo nunciatur, quia per Christum pacem habemus apud Deum. Esa. 27. Faciet mihi pacem, pacem faciet mihi. Pacificatur cum Angelis. Col. 1. Pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in cœlis, siue quæ in terris sunt. Pacificatur cum homine. Ephes. 2. Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum. Pacificatur in se. Iob. 5. Scies quòd pacem habeat tabernaculum tuum. In horum figura dicitur, Iosué 21. Datáque est pax in omnes per circuitum nationes. Theophilactus in Luc. Super terram nunc pax facta est, & quum priùs humana natura inimica fuisset Deo, nunc ita conciliata est, vt & Deo adiuncta sit, & incarnato vnita. Vides igitur pacem Dei cum homine? Et aliter quoque intelligitur. Pax est ipse filius Dei. Ego enim pax, inquit Ioannis decimosexto. Ista, inquam, pax, filius Dei inquam, super terram facta est. Et in hominibus bona voluntas, hoc est, Deo requies in illis hominibus. Requieuit enim, siue refocillatus est nunc, & bene habitus in hominibus, quemadmodum priùs quidem non sibi complacuit in illis. At quoniam de filio dixit, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui: ideò & in illo insertos nos elegit, & dilexit. Ad quod accedit Andræas Hierosolymitanus, in Salutationem Angelicam. Gloria celebratur, inquit, qua per Christum genus humanum est gloriosum factum supra cœlos euectum, ac supra omnem principatum & potestatem, vt habet magnus ille Apostolus. Pacem autem, quam ipsemet interponendo se, nobis restituit, coniunctis arctè terrestribus cum cœlestibus, ac nouam redeundi in cœlos semitam terrigenis gratuitò donauit: Bonam autem voluntatem, qua ipsemet beneplacuit patri, filium suum ad condemnatos nos mittere, vt probatam & acceptam patri per ipsum salutem, quasi consentiens patri, in nobis expleret. Porrò si in genitiuo casu legamus εὐδοκίας, id est voluntatis, & in duas tantùm partes sententiam diuidamus, vt legunt Origenes, Chrysostomus, Theodoretus, in Deuter. quæst. 42. Augustinus, & permulti antiquorum Patrum: ita definiri homines pace fruituros intelligeremus, vt non ad omnes perueniat illa pax, quæ terris successura significatur, sed tantùm ad eos quorum fuerit bona voluntas. Bernardus, sermone primo, de sancto Andræa. Audi, inquit, Angelum, nato eo qui

Tho. Caie.
Chrysost.
Origen.
Gregor. Nyssen.
Gregor. Pontifex.
Angeli propter gratiam nos recognoscunt.
Bona spiritualia non nisi vigilãtibus dantur.
Cyprian.
Tertull.
Bonauent.
Theoph.
Christus pax.
Quid bona voluntas.
Andr. Hierosol.
Origenes.
Chrysost.
Theodor.
August.
Bernardus.

Pax nõ omnibus hominibus datur.

factus est pax nostra, exultantem atque canentem: Pax in terra hominibus bonæ voluntatis. F
Quæ autem bona, nisi ordinata voluntas? Quænam est illa, inquis. Profectò quæ rationi consentanea est, dicenti: quia non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Hoc si iam sentire cœpisti, haud dubium quin libenter feras crucem Domini, & dicas: Paratus sum & non sum turbatus, vt custodiam mandata tua. Accedit

Beda.

& Beda, libro in Luc. cap. 5. Cùm Angeli pacem hominibus exoptant, exponunt & quibus, videlicet bonæ voluntatis, hoc est eis qui suscipiunt natum Christum, non autem Herodi, Pontificibus, & Pharisæis, cæterisque Antichristis, qui eius natiuitate audita turbati sunt, eúmque quantum valuere, gladiis insequuti sunt. Non est enim pax impiis, dicit Dominus. Pax autem

Dionys. Carthus.

multa diligentibus nomen tuum, Domine, & non est illis scandalum. Dionysius Carthusianus, artic. 6. in Luc. cap. 2. Cæterùm dicendo voluntatem bonam, non optatiuam tantùm intelligit, quæ imperfecta est, sed voluntatem imperatiuam & efficacem, quæ dum opportunitas exi-

Voluntas hominem discernit.

git, procedit in opus. Qui autem talem voluntatem habent, in statu salutis & gratiæ sunt: repu- G
tatur enim illa à Deo pro opera. Siquidem hîc voluntas sumitur pro actu interiori voluntatis, non pro potentia tantùm. Denique à voluntate potissimùm dicitur homo bonus vel malus, quoniam prima radix merendi in voluntate consistit, secũdum quod libertas primò directè ac propriè competit voluntati. Hinc bonum & malum dicuntur esse in voluntate, verum & falsum in intellectu. Porrò pax temporalis, quæ tum Christo nato orbi donata est, spiritualis illius, quæ à Christo pendet, & ab Angelis promulgatur, typum gessit: de qua Coloss. 4. Pax Christi exultet in cordibus vestris. Mich. 5. Pax erit in terra nostra, dum venerit, & calcauerit in domibus vestris. Ps. 21. Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis. Esa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis iustitiæ, & requie opulenta. Hierem. 23. In diebus illis saluabitur Iuda, & Israël habitabit confidenter. Hac simul omnia bona continentur, H
quæ nobis per Christi aduentum donata sunt. Hi sunt enim fructus spiritus, pax, patientia, gaudium, longanimitas.

Verùm nunc ad pastores redeamus. *Et factum est vt discesserunt Angeli ab eis.* id est, cùm se humanis aspectibus abstraxissent, & rediissent in cœlum, quò solẽt reuerti absoluto ministerio suo, quemadmodum Tobiæ Raphaël ait, (Tob. 12.) Tempus est vt reuertar ad eum qui me misit: *Pastores loquebantur ad inuicem.* Quamuis enim primò territi, ac stupefacti fuissent: tamen ex consideratione Angelica, ac dulcissima tam gloriosæ rei receptione confirmati, læti alacréque dixerũt: *Trãseamus vsque Beth-leẽ*, sequamur Angeli monita, *& videamus* oculis corporis, quod nunc oculis fidei apprehendimus, quod auribus accepimus, vt proniore fide prædicemus aliis *hoc verbum quod factum est*, id est, rem verbis ad nos significatã. Sumitur enim in scripturis verbum, pro re: non autem tantùm pro Dei filio. Vt cùm legimus 4. Reg. 20. Non fuit verbum in I

Facere verbum.

domo mea, quod non ostenderim eis: vt dixit Ezechias. *Quod Dominus fecit.* Hoc potest ad reuelationem referri, quam agnoscunt Angelorum ministerio à Deo profectam esse: aut ad incarnationis opus, quod non est hominum, sed Dei. Verbum enim caro factũ est, & in Mariam superuenit Spiritus sanctus, & obumbrauit eam. Porrò incarnatus ille Dei filius pastoribus manifestatus est. Vnde & dicunt, *quod Dominus ostendit nobis.* Ita pastores Angelorum verbis credunt, & illa pro diuinis habent oraculis. Nec sanè otiosi auditores facti sunt, vt doceant Deum, Deíque verbum in Angelis, eiúsque ministris mirari: nec tãtùm illis credere, sed quantum in nobis erit, hæc operibus adimplere, illíque obsequi. Etsi enim magnæ virtutis sit fides, per charitatem tamen operari debet, ne ablatis operibus mortua esse censeatur, vt scribit Iacobus.

Beda.

Beda lib. 1. in Luc. cap. 6. Verba pastorum, inquit, quàm sint rationabilia, & pastoribus Ecclesię digna, diligenter inspice. Verè enim quasi vigilãtes non dixerunt, Videamus puerũ, videa-

Videre verbum melius quàm videre puerũ.

mus quid dicitur, sed, videamus verbum quod factum est. In principio erat Verbũ, & Verbum K
caro factũ est. Verbum quod semper erat, videamus quomodo pro nobis factũ est, quod fecit Dominus, & ostendit nobis. Verbũ hoc, ipsum se fecit. Siquidem hoc ipsum Verbũ, Dominus est. Videamus igitur quomodo hoc ipsum Verbũ, hoc est Dominus ipse se fecerit, & ostenderit nobis carnẽ suã. Quod enim videre nõ poteramus, dũ erat verbũ, videam° factũ, quia caro est. Cui simile est quod Ioãnes ait: Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod prospeximus, & manus nostræ tractauerunt, de verbo vitæ, & vita manifestata est, & vidimus, & testamur, & annunciamus vobis vitam æternã, quæ erat apud Patrem, & apparuit

Gregor. Nyssen.

nobis. Greg. Nyss. ser. de sancta Christi natiuitate. Hoc mihi longè antè per eã, quæ per lumen facta est, Dei apparitionẽ magnus ille Moyses animaduertisse videtur, quũ ignis accẽderetur ex

Moses typ° pastorũ.

rubo, & rubus non conflagraret, neque cõsumeretur. Trãsgressus enim, inquit, videbo magnam

hanc

A hãc visionẽ: non de loco ad locum, opinor, motum significans transgressionis verbo, sed transitoriam temporis transgressionem. Quum enim, quod intercessit, medium transijsset, id quod tunc in flamma ac rubo per figurã disponebatur & significabatur, apertè in eo, quod in virgine contigit, mysterio reuelatum atque detectum est. Vt enim illic frutex & incendit ignem, & nõ crematur: idem etiam hîc virgo lumen parit, & pariendo non corrũpitur. Quòd si rubus Deiparum virginis corpus per figuram præsignificat, ne te pudeat ænigmatis, & inuoluti tectique sermonis. Omnis enim caro propter peccatũ admissum, & à maioribus acceptũ, per hoc ipsum duntaxat, quod caro est, peccatũ est: peccatũ autẽ à scriptura cognomento spinæ appellatur. Itaque ad instar Mosis, cum illo transibo, inquit, & videbo visionẽ hanc magnam. *Pastores dicunt, Transeamus vsque Beth-leem, & videamus hoc verbum quod factum est.* Ita se mutuò cohortantur secundum illud Pauli (Heb. 3.) Videte fratres, nequando sit in aliquo vestrum cor malum

B incredulitatis discedendi à Deo viuo: sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies. Nam sicut ferrum ferro acuitur, sic homo exacuit faciem amici, vt legitur Prouerb. 27. *Et venerunt festinantes.* Extimulabat eorum animos pietas & feruens deuotio. Et quidem mira pastorum fides, non tam quòd verbo Dei fortiter credunt, quàm quòd relicto grege suo in agris festini ad Christum properant. Nihil illos periculum rerum suarum moratur, quòd gregem nocte mediis in agris, & loco solitario relinquunt. Ita suo nos exemplo docent, ne rerum terrenarum solicitudine obruti, ad Christum moremur accedere, aut hodiernæ festiuitati interesse. Porrò Bonauentura ex hoc facto pastorum tria meditatur esse necessaria volenti Christũ inuenire. Primum est, vt inuicem colloquamur per meditationem scripturarum. Eccl. 9. Cum sapientibus & prudẽtibus tracta, & omnis enarratio tua sit in præceptis altissimi. Secundum est, transire per contemplationem creaturarum. Cant. 3. Surgam & circuibo ciuitatem per vicos & pla-

C teas, quæram quem diligit anima mea. Et, Paululum cùm pertransissem, inueni quem diligit anima mea. Postremum est, festinantia, qua diuino conspectui nos ipsos offerimus. Prouerb. 22. Vidisti virum velocem in opere suo? coram regibus stabit. Heb. 4. Festinemus ergo ingredi ad illam requiem. Ita nescit molimina Spiritus sancti gratia. Et, vt scribit Ambrosius, lib. 2. in Luc. Nemo cum desidia Christum requirit. *Et inuenerunt Mariam & Ioseph, & infantem positum in præsepio.* Ita Deus illorum gregem non modò tutatur, sed & pastores votorum cõpotes efficit. Ex quo docemur, ne quid in periculis metuamus, sed ad Christum contẽdamus, qui nos cumulatiore gratia donaturus est. Cæterùm aliud pastorum fidei argumentum expẽ-

D de. Non enim offenduntur parentum Christi paupertate, non hospitij humilitate, non præsepij abiectione, quo minus positum & fascijs inuolutum infantem pro Messia agnoscant. Est enim fides, argumentum rerum non apparentium. Superbi Pharisæi nec aspectu quidem humilitatem hãc dignati fuissent, tantum abest vt puerum venerarentur: sed pastores altiùs oculos eleuant, & Dei verbum attendunt, quod solum omnem diffidentiam excludat. Hac fide incitabantur Paula & Eustochium, cùm suis literis Marcellam viduam cohortarẽtur, vt Bethleem commigraret. Quo, inquiunt, sermone, qua voce speluncam possumus tibi Saluatoris exponere? Et quidem illud præsepe, in quo infantulus vagijt, silentio magis quàm infirmo ser-

mone honorandum est. Vbi sunt latæ porticus, vbi aurata laquearia, vbi domus miserorũ pœnis & damnatorum labore vestitæ, vbi instar palatij operibus priuatorum extructæ basilicæ, vt vile corpusculum hominis pretiosius inambulet, & quasi mundo cuiquam possit esse ornatius, tecta magis sua velint aspicere, quàm cœlum? Ecce in hoc paruo terræ foramine cœlorũ conditor natus est, hîc inuolutus pannis, hîc visus à pastoribus, hîc demonstratus à stella, hîc adoratus à Magis: & hic sanè locus sanctior est Tarpeia rupe, quæ de cœlo sæpius fulminata ostendit quòd Domino displiceret. Hîc in humilitate inuenitur Christus, non in ambitione & diuitiis, non in auro & margaritis: quia quod stultum hominibus, sapientia est apud Deũ.

E Ista nostram fœlicitatem metitur, non ab his quæ mundus probauerit: sed quæ despexerit, & infœlicia esse duxerit. Sic itur ad astra, & per multas tribulationes oportet nos ingredi regnũ Dei. Ita Beth-leem paruam illam honora, inquit Greg. Nanzanzen. Orat. in natiuitatẽ Christi, quæ te in paradisum eduxit, & præsepe adora, propter quod, cùm rationis expers esses, à Verbo nutritus es. *Videntes autem cognouerunt de verbo, quod dictum erat illis de puero hoc.* Erasmus, ἰδόντες δὲ διεγνώρισαν. i. Vbi vidissent, notũ fecerũt, siue diuulgarũt. vt intelligas illos quod viderant, aliis qui non viderant prædicasse. Est enim verbum compositum à γνωρίζειν, quod modò vertit, *ostendit nobis.* Nimirùm & illi primùm experti sunt ea omnia signa coram oculis posita, infantẽ scilicet in præsepi, & eundẽ pannis inuolutũ. Quòd verò hęc illi diuulgauerint, sequentia confirmant. *Et omnes qui audierunt, mirati sunt de his quæ dicta erant à pastoribus ad*

Cohortari inuicẽ debemus.

Festinandũ ad Christũ. Bonauent.

Fides pastorum.

Ambros.

Fideles non scãdalizãtur Christi humilitate.

Gregor. Nanzanz.

Præsepe honorandũ.

Euthymi⁹. *ipſos.* Euthym.in Luc. Statim enim,inquit,annunciauerunt Ioſeph,& matri pueri, quæcũque F
erant ipſis ab Angelo:nec his ſolùm,verumetiam omnibus,quibus occurrebant. Theophilact.
Theoph. Paſtores,inquit,figura ſunt ſpiritualium paſtorũ. Oportet igitur Epiſcopos cuſtodire gregem
ſuum, & ἀγραυλεῖν,in agro canere,hoc eſt,canere ſpiritualia, & docere populum,& ſic audire
diuinas viſiones & auditus. Beth-leem interpretamur domum panis. Quæ autem alia eſt do-
mus panis,quàm Eccleſia,in qua panis repoſitus eſt? Officium itaque ſpiritualium paſtorum
fuerit quærere panem cœleſtem,quem cùm viderint,debent illum & aliis prædicare, ſicut &
paſtores qui viderunt infantem,loquuti ſunt de eo & aliis. Euſeb.Emiſſenus, hom.de natiuit.
Euſe.Emiſ. Chriſti,Quis autem,inquit, non vſque hodie miretur,audiens paſtores in Eccleſia prædicare?
Quis non miretur,audiens Preſbyteros & Epiſcopos Chriſti magnalia & verba Euangelica
Paſtorũ Eccleſiæ eſt Euãgeliʒare nunciare? Quis non miretur,quòd ille,qui omnia fecit,hodie natus eſt,& quòd verbum caro
factum eſt, & quòd ille,qui cœlum palmo concluſit, hodie in præſepio poſitus eſt, & paruis G
pannis inuolutus eſt? Sed pauca ſunt illa, quæ tunc illi paſtores nũciabant:multò plura noſtri
paſtores, Epiſcopi videlicet & ſacerdotes,prædicant & nunciant,valde miranda, multúmque
ſtupenda,& cunctis fidelibus fideliter firmitérque credenda & tenenda. Vnde & ſubditur:
Maria autem conſeruabat omnia verba hæc, conferens in corde ſuo. Ita nõ eſt apud illam vilis per-
Ambroſ. ſona paſtorum. Certè,inquit Ambroſius,quò vilior eſt ad prudẽtiam,eò pretioſior eſt ad fidẽ.
Simplicitas in Euãgeliʒando. Non gymnaſia choris referta ſapientum,ſed plebem domus ſimplicem requiſiuit,quæ phale-
rare audita & fucare neſciret. Simplicitas enim quæritur,non ambitio deſideratur. Sed & diſ-
camus ſanctæ virginis in omnibus caſtitatem,quæ non minus corde pudica,quàm corpore,ar-
Nemo quã tũuis ſãctus erubeſcat doceri à ſacerdotib⁹. gumenta fidei conferebat in corde. Si Maria à paſtoribus diſcit,cur tu declinas diſcere à ſacer-
dotibus?Si Maria ante præcepta Apoſtolica tacet,cur tu poſt Apoſtolica pręcepta magis cupis
docere,quàm diſcere? Diſce perſonæ vitium eſſe, non ſexus. Sexus enim ſanctus eſt. Denique H
Maria præceptum non accepit, exemplum edidit. Verùm, vt exclamat Euſeb. Emiſſenus, O
Euſeb. Emiſſen. mater ſapientiſſima,& ſola talis filij digniſſima,quæ omnia verba hæc in corde ſuo ideò con-
ferebat, nobíſque conſeruabat, & memoriæ commendabat, vt poſtea ipſa docente, ipſa nar-
rante & nunciante,ſcriberentur,& in vniuerſo mundo prædicarentur, cunctíſque nationibus
nunciarentur. Ab ipſa enim hæc Apoſtoli audierunt,& ipſa dictante ſcripſerunt,nobíſque le-
genda mandauerunt. Quis igitur Euangeliis non credat? quis eis contradicere præſumat,quæ
Euãgeliorũ reuelatio. aut matris,aut filij authoritate muniuntur? Quædam enim Apoſtoli & Euangeliſtæ à matre
Domini audierunt, quemadmodum iſta,& cætera quæ de Saluatoris noſtri infantia ſcripta
ſunt: plurima verò viſu & auditu ab ipſo Domino didicerunt. Nos quoque à matre Domini
exemplum capiamus, & ea quæ de Saluatore noſtro nobis annunciantur,fideliter in corde ſer-
uare, & memoriæ commendare ſtudeamus. De illis nempè,qui verbum Dei audiunt,& me- I
moriæ non commendant,ſcriptum eſt: Quia venit diabolus,& tollit verbum de corde eorũ,
ne credentes ſalui fiant. Vnde & illa animalia, quæ non ruminant, immunda eſſe dicuntur:
quia ſuſcepti cibi obliti,poſtquàm illum transferunt,eius vlteriùs non recordantur. Munda
verò animalia non ita faciunt,ſed cibum ſuſceptum iterum comedendo,& tenuiſſimè com-
minuendo,eius nullatenus obliuiſcuntur. Tales igitur ſunt viri catholici,qui verba ſacri eloquij
ſine intermiſſione perſcrutantur,& in lege Domini die ac nocte meditantur. *Et reuerſi ſunt pa-*
Poſſum⁹ & diuinarum & domeſticarũ rerũ ſatagere. Athanaſ. *ſtores.* Ita nihil vetat,quin & religionis, & rerum domeſticarum ſatagant: ita tamen vt primas
partes religioni tribuant. Reuertuntur igitur ad greges ſuos, *laudantes & glorificantes Deum in*
omnibus quæ audierant & viderant,ſicut dictum eſt ad illos. Ita adinſtar Angelorum formantur,
ſecundum quos & hierarchiæ terreſtres Deum laudare debent,vt ſcribit Athanaſius, ſerm. de
Deipara.Fidei enim effectus ſunt, gratiarum actiones:non modò quibus fides ſe Deo gratam K
exhibeat, ſed & confeſſione verbi alios ad ſuſcipiendum verbum prouocet. Ita meminiſſe
oportet in omnibus operum & miſerationum Dei, vt ſiue edamus, ſiue bibamus, aut aliud
quiduis faciamus,Deo gratiarum actiones rependantur.Et nunc quidem ſimul cum Ioſeph &
Sanazari. paſtoribus Chriſtum noſtrum hac gratiarum actione præuenire licebit, quam ex Sanazario,
Gratiarum actio. li.de partu Virginis,tranſcripſimus.

Sancte puer,non te Phariis operoſa columnis
Atria,non variata Phrygum velamina textu
Excepere:(iaces nullo ſpectabilis auro)
Anguſtum ſed vix ſtabulum,malè commoda ſedes,
Et fragiles calami,lectæque paludibus herbæ,
Fortuitum dant ecce thorum.Laqueata Tyrannos

Tecta

A *Tecta, & regifico capiant aulæa paratu:*
Te Pater æterno ſuperum ditauit honore
Illuſtrans, tibi ſyderei domus aurea cœli
Plaudit, inextinctóſque parat natura triumphos.
Tu paſtor, tu diſperſas reuocare per agros
Miſſus oueis late, pectúſque offerre periclis.
Nate Deo, Deus ipſe, æterno è lumine lumen,
Tete ego, te circùm genitrix, lætique miniſtri
Concinimus, primique tuos celebramus honores.

B *Chriſtus puer octauo die circunciditur, eíque nomen Ieſu imponitur.*

Matth. Marc. LVC. 2. Ioan.

Et poſtquàm conſummati ſunt octo dies, vt circunciderétur puer, vocatum eſt nomen eius IESVS, quod vocatum eſt ab Angelo, priuſquàm in vtero conciperetur.

C QVI curandi corporis humani rationem ineunt, ſæpè pro vnius membrorum infirmitate alteri adhibent medicinã. Dolet caput, inquit Bernardus, ſerm. 3. de Circunciſione, & in brachio fit coctura: dolent renes, & fit in tibia. Ita & hodie pro totius corporis putredine, cauterium quoddam infixum eſt in capite. Corrupta erat ab ipſa conceptione hominum natura, & per peccatum originale quiſque hominum à natiuitate reum ſe agnoſcebat. Contra hanc labem circunciſio inſtituta fuerat. Hanc Chriſtus ſuſcipit, vt propter nos ſanctificaret ſeipſum. Ioan. 17. Duo itaque explicat Lucas facta die octauo à Chriſti natiuitate. Primum eſt circunciſio pueri. Alterum, mirabilis nominis eius impoſitio. *Et poſtquã*, inquit, *conſummati ſunt dies octo, vt circunciderétur puer.* Innuit ergo circunciſionem octauo die fieri conſuetam, ſed & puerum eadem die circunciſum eſſe. Vbi dicendum eſt, quæ fuerit illa circunciſionis lex, & cur illam Chriſtus ſuſceperit. Circunciſio erat abſciſſio præputij, quam Deus primùm inſtituerat Abrahæ iam nonaginta nouem annos agenti, mutato primùm eius nomine, & promiſſione facta de multiplicando eius ſemine. Geneſ. 17. Hoc eſt, ait, pactum meum, quod obſeruabitis inter me & vos, & ſemen tuum poſt te. Circuncidetis ex vobis omne maſculinum, & circuncidetis carnem præputij veſtri, vt ſit ſignum fœderis mei

D inter me & vos. Infans octo dierum circuncidetur in vobis, omne maſculinũ in generationibus veſtris, tam vernaculus quàm emptitius circuncidetur. Et quicunque non fuerit de ſtirpe veſtra maſculus, cuius caro præputij circunciſa non fuerit, delebitur anima illius de populo ſuo, quia pactum meũ irritum fecit. Ideò & legitur Abraham & ſe & vernaculos ſuos, necnon Iſraëlem tredecim annos natũ ſtatim in ipſa die circuncidiſſe. Eam omnes patres ad Chriſtum vſque ſtrictiſſimè ſeruauerunt, quam & denuò Moſes obſeruari poſt longam conſuetudinem demandauit, vt docet Chriſtus, Ioannis 7. his verbis. Propterea Moyſes dedit vobis circunciſionem, non quia ex Moyſe eſt, ſed ex patribus. Anaſtaſius Nicenus, lib. quæſt. in ſcripturam, quæſt. 28. Cùm enim Dominus de incolatu priùs Abraham locutus fuiſſet, pietati quandam excogitat cuſtodiam, ne cum impiis commixti, corrumperent ſui generis nobilitatem. Vnde cùm in deſerto verſati eſſent 40. annos, ſuperuacuam exiſtimarunt circunciſionem, vt qui

E eſſent ſeparati à Gentibus, & per ſe vitam agerent. Quando verò deducti ſunt in terram promiſſam, tunc rurſum Deus imperauit Ioſuẽ, vt omnes circuncideret, & ſic terra traderet dominium. Erant enim alienigenis futuri propinqui. Quamobrem neceſſario opus habebant ſignaculo, quod eos ſepararet ab alienigenis. Irenæus, lib. 4. contra hæreſ. c. 42. Cùm enim vnus eſſet Abraham, in ſeipſo duo teſtamenta præfigurabat: cùm in præputio primùm, demũ in circũciſione Deo acceptus fuerit. Et hoc quidem mirum quibuſdam occurrit, quòd Deus Abrahamum & ſucceſſores eius tam leui ſignaculo ſibi deuinxerit. Vnde fortè quidam obijcere poterunt, Ergó ne tantum malum in præputio erat, vt eo manente ſequeretur damnatio alicuius, illo verò ablato ſalutem aſſequeretur? Verùm hoc non è præputij ratione, ſed ex fœdere & mandato Domini vim habebat. Vnde non dixit quia malum eſſet præputium: ſed, Delebitur anima illa de populo ſuo, quia pactum meum irritum fecit. Alioquin quis circũciſionem non contempſiſſet, niſi iubentis maieſtatem attendiſſet? Cui non riſum fœditas, non

Introductio. *Bernard.*

Summa. 1. 2.

1. *Quid circũciſio, & quando inſtituta ſit.*

2. *Cur inſtituta.* Anaſt. Ni.

Irenæus.

Obiectio.

horrorem crudelitas ingessisset? Quid enim homini carnali ferius esse videatur, quàm id fieri F
in parte corporis verēda, quam ipsi aspicere erubescimus? Quid eo leuius, quod in carne quidem fiebat, neque tamen animam purificabat? Quid eo crudelius, quo semineces infantuli relinquebantur, quo simul contra illos cum vberibus maternis gladius inimicus sæuiebat, & lac
Cyprian°. potius quàm sanguis fundebatur? Cyprianus, lib. de cardinalibus operibus Christi: Inde fit, inquit, vt multæ gentes factum hoc irrideant, & Deo minimè asserant conuenire, vt Saluatoris benignitas plagis infantium delectetur, & immeritos in ipso vitæ initio, periculo mortis addicat. Hoc de bono Domino sentire, qui neminem vult perire, absurdum & irrationabile iudicant. Nec eis tamen reliqua omnia sacrificia sunt horrori, sed in multis legem naturalem sequentes, expiationum retinēt instrumenta, & immolant victimas, & incendunt adipes, & cum odoramentis & libaminibus fundunt coram Deo vota & preces. Verùm qui attentè perspexerit, nullam huiusce mandati leuitatem, nullam crudelitatem, nullam denique fœditatem G
3. *Nulla huius mādati leuitas est.* suspicabitur. Leuitas enim mandati nulla est, vbi Dei authoritas intercedit. Pone scilicet regē quid leue iussisse, ita tamen vt in eo subditorum obedientiā probare velit: alioquin vt rebelles plectat: num grauitas mandati à præcipientis authoritate metiēda erit? Leue forsan videbitur, quòd primo homini fructum scientiæ boni & mali sub tali præscriptione interdixerit. Mirum quòd huius mandati præuaricatio omnibus hominibus mortē intulerit. Et quid erit quod non quisque contemnat, si solius rei quæ præcipitur, non præcipientis maiestatem consideret? Eapropter Iudæus Man contempsit, dicens, Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo. Eludent & nonnulli baptismatis necessitatem, quasi illud ab elemento corruptibili, non autē à virtute spirituali & Christo præcipiente vim habeat. Sed & qui audient à Christo, iugū eius suaue esse, & onus leue, ad obseruationem mandatorum eius pigriores reddētur. Quid quòd à speciebus seu signis visibilibus sacramenta metiuntur? quasi non reposuerit Deus thesaurum H
magnum in vasis fictilibus, vt sublimitas sit virtutis eius, & hoc non ex nobis. Adde quòd, vt scribit Apostolus, Rom. 4. Circumcisio signaculum erat iustitiæ fidei, quæ est in præputio. Nā quia Abraham adhuc in præputio contra spem in spem crediderat, vt fieret pater multarum gentium: nec considerauit corpus suum emortuum, cùm iam ferè centum erat annorum, nec emortuam vuluam Sarræ, sed Dei omnipotentiam, qui facilè scit ea quæ pollicetur, implere, signum circumcisionis accepit: signum, inquam, fidei & benedictionis, quæ in fidele semen defluxura erat. Quid si hoc quantulumcunque Deus pro magno obsequio admittebat? Persa-
Plutarch. rum & Orientalium mos est, ne quis ad regem sine munere accedat. Artaxerxes Persam gratanter hominem excepit aquam offerentem, quam ambabus manibus hauserat. Metiebatur enim munus, non à rei quæ dabatur pretio, sed ab offerentis obsequio, vt scribit Plutarchus in Apophtheg. Quid autem dignum offeram Deo, inquit Micheas? Etsi verò nec circumcisio I
4. *Nulla in circumcisione crudelitas.* tanta erat ex sua parte, satis tamen fuit quòd hāc Deus acceptauit. Crudelitas quoque nulla est in circumcisione, cùm pro morte æterna plagam tantùm corporalē infligit: Interim simul cum misericordia iustitiam concilians, & sanguinem effundi iubens, vt à sanguinibus seu concupiscentiis ad gratiam præpararetur. Durum non est vri & secari, inquit Tertullianus, lib. de pœ-
Tertull. nitentia, si fuerit salutare. Quòd si fœditas aliqua in circumcisione deprehenditur, hæc ad pri-
5. *Nulla fœditas.* morum parentum lapsum retorquenda est. Erubuerunt enim se eo quòd nudi essent, nō quidē
Auguſt. in statu innocentiæ, sed post peccatum. Augustinus, lib. 13. de Ciuitate Dei. Senserunt enim inobedientem motum carnis suæ, tanquam reciprocam pœnam inobedientiæ suæ. Hinc factum est, vt consuerint sibi folia ficus, & se absconderint. Quin & Adam, Vocem, inquit, tuam Domine audiui, & abscondi me, eò quòd nudus essem. Et Dominus ad eum: Quis indicauit tibi quòd nudus es, nisi quòd de fructu, de quo præceperam tibi ne comederes, comedisti? Itaque hac in parte rescindi hominem volebat, quam magis erubescit, vt hac rescissione, K
Cyprian°. ipsum etiam peccatum originis rescindendum moneret. Cyprianus, lib. de cardinalibus operib. Christi. Manet itaque erubescentia propter sensum, vt qui in agone contendit, sciens circumcisionis mysteriū, ab omnibus se abstineat, quæ possunt huic flammæ ministrare fomentū.
6. Ferebatur enim illa corporalis circumcisio in spiritualem, de qua Deuter. 10. restauratis tabulis,
Circumcisio spiritualis. quæ fractæ fuerant, dixit Moses: Circumcidite præputium cordis vestri, & ceruicem vestram ne induretis amplius. Deut. 30. Circumcidet Dominus Deus cor tuum, & cor seminis tui, vt diligas Dominum Deum tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, vt possis viuere. Rom. 2. Circumcisio quidem prodest, si legem obserues: si autem præuaricator legis sis, circumcisio tua præputium facta est. Et reducit ad spiritualem circumcisionem, adijciens: Non enim qui in manifesto Iudęus est, neque quæ in carne est circumcisio: sed qui in abscondito Iudæus est, & circun-

A cunciſio cordis in ſpiritu,non in litera, cuius laus non ex hominibus,ſed ex Deo eſt.Circunciditur autem cor,cùm ab omni labe purgatur, aut à peccatis abſtrahitur. Maximus Martyr, capitum Oecumenicorum cent.1. cap.85. Noui, inquit, Teſtamenti myſterium denunciat conuerſionem vitæ,cultum conuerſionis Angelicum,ac ſpontaneam animæ alienationem à corpore, necnon diuinæ tranſmutationis procreationem in ſpiritu. Spiritualem autem circũciſionem vocat ſermo diuinus, amputationem habitudinis plenæ affectionum erga corpus. Hanc olim in typo,ſecundam fuiſſe circunciſionem,ſcribit Lactantius,lib.4.de vera ſapient. cap.17. quam Dominus Ioſué præcepit. Nam quia nullus eorum,qui per 40.annos in deſerto nati fuerant,circunciſi erant: cæteri autem viri bellatores circunciſi,& egreſſi de Ægypto, è viuis abſceſſerant:ideò Dominus dixit Ioſué: Fac tibi cultros lapideos,& circuncide ſecundò filios Iſraël.Quibus circunciſis, ait,Hodie abſtuli opprobrium Ægypti à vobis.Quibus verò magis ſpirituale & æternum opprobrium aufertur,quàm interiori purgatione & ſanctificatione? Hoc ſcilicet in baptiſmo aſſequimur, quod in circunciſione repromittebatur. Per illum enim ab omnibus penitùs delictis emundamur,ab omni condemnatione liberamur,&ęternæ hæreditatis participes efficimur. Vnde legitur,de conſecr.diſtinctione 4.cap. Quod apud nos valet baptiſma, hoc olim circunciſio. Primùm autem ſola fides pro paruulis, & virtus ſacrificij. Eorum enim omnium vnica erat ſignificatio, ſed non idem effectus. Erat enim circunciſio in eius rei ſignum,quam baptiſma exhibet. Sic Auguſtinus, in Pſalm. 73. Sacramenta veteris & nouæ legis diſtinguit:quia inquit,alia ſunt quæ dant ſalutem, alia quæ promittunt ſaluatorem. Hoc nimirùm mihi proſpice in circunciſione & baptiſmo. Circunciſio ſignaculum erat iuſtitiæ fidei. Cuius? Abrahæ. Quæ autem erat illa fides?Et cùm ſit ſperandarum rerum ſubſtantia,in quem ſpes ferebatur? In ſemen Chriſtum,in quo benedicendæ erãt omnes C tribus terræ. Ergo ſignum illud erat venturæ & conferendæ gratiæ,venturi ſcilicet Chriſti. Interim quis credat redemptionem,& omnem originalis labis purgationem olim factam ante Chriſtum,niſi vanum & ſuperfluum eius aduentum,natiuitatem, paſſiones,& mortem concludat?Sed neque negare quis poterit veteris Teſtamenti patres,quum è viuis deceſſiſſent, in cœlum non eſſe receptos:quin potius fatebitur illos exilio multatos,donec Chriſtus primitiæ dormientium aſcendens in cœlum,illos etiam ſecum ſuſtulit. Iam ſi illius captiuitatis ratio pẽſanda eſt,ad obligationem vtique peccati originalis referetur,quæ per circũciſionem non tolleretur. At verò per baptiſma non modò purgamur à peccatis,ſed & hæreditatis æternæ participes efficimur. Qui enim crediderit,& baptiſatus fuerit, ſaluus erit. Cyrillus his epithetis baptiſma deſcribit, in Præfatione Catecheſeon. Donatiuum eſt, inquit, liberatio captiuitatis, peccatorum remiſſio,mors peccati,animæ regeneratio,veſtimentum candidum, ſignaculum D ſanctum & indelebile,currus ad cœlum,regni cœleſtis conciliatio. Primum ſacramentorum omnium olim erat circunciſio,nunc baptiſma. Quod & Baſilius, Oratione exhortatoria ad ſacrum baptiſma,his verbis docet.Iſrael ſi non tranſiſſet mare,liberatus nõ fuiſſet à Pharaone. Non bibiſſet vtique ille ex ſpirituali petra.Neque tibi quis potum dabit verum,niſi baptiſatus fueris. Concedit panem Angelorum ille poſt baptiſmum:tu verò quomodo comedes panem viuentem,ſi non priùs baptiſma ſuſceperis? Hoc ne Catechumenis quidem licuiſſe ſcribit Dionyſius Areopag.lib.Eccleſ.hierarch.ca.3.Circunciſio paruulis iniungebatur poſt octauum diem: ita & baptiſma in paruulos effunditur,ſed & quauis hora & neceſſitate, cùm ſit ſacramentum neceſſitatis. Nec audiendi ſunt Anabaptiſtæ, qui hoc ad 30. annum differunt, cùm Chriſtus dicat, Sinite paruulos venire ad me:talium enim eſt regnum cœlorum. Nam ſi regni E cœleſtis participes ſunt,erunt & baptiſmatis:quũ alibi dixerit, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto,non poteſt ingredi regnum cœlorum. Sed neque Chriſtus Moſe ſeuerior eſt, vt paruulos excludat à fœdere quos Moſes admittit. Porrò magnum damnum conſequebatur & paruulum & parentes non facta circunciſione. De paruulo quidem dicitur, Delebitur anima illa de populo ſuo. De parentibus exemplum eſt in Moyſe & Sephora eius,Exod.4. Nã cùm ille eſſet in itinere vt veniret in Ægyptum,in diuerſorio occurrit illi Dominus,& volebat occidere eum. Tulit illicò Sephora acutiſſimam petram, & circuncidit præputium filij ſui, tetigítque pedes eius,& ait: Sponſus ſanguinum tu mihi es. Quis autem dubitat maximum ſcelus eos incurrere,qui dilatione longiore, aut alia quauis cauſa faciũt,vt non baptiſentur filij, & morte præueniantur? Illi ſcilicet ipſimet parricidis peiores ſunt, vt qui æterna vita priuent illos,quos ad fluxam & tranſitoriam vitam produxerunt. Quòd autem baptiſma eluat hanc labem, quam circunciſio reſcindendã deſignabat, docet Paulus ad Coloſſ.2. In patre, inquit, circunciſi eſtis circunciſione, non manufacta in expoliatione corporis carnis, ſed in circunci-

Maximus Martyr.

Lactant.

7. *Circunciſio, figura baptiſmi.*

Quomodo differt circũciſio à baptiſmate.

Auguſt.

Quomodo circũciſio erat ſignaculũ iuſtitiæ fidei.

Peccatum originale non tollebatur per circũciſionẽ, tollitur per baptiſma.

Cyrill.

Baptiſma primũ omniũ ſacramẽtorum.

Baſilius.

Dionyſ. Areopag.

Paruulorũ baptiſma.

Baptiſma eluit peccatum,quod circũciſio nõ abſtulit.

sione Christi,consepulti ei in baptismo,in quo & resurrexistis per fidem operationis Dei, qui F
Multipliciter dicitur circũcisio,et baptisma. suscitauit illum à mortuis:& vos cùm mortui essetis in delictis,in præputio carnis vestræ conuiuificauit cum illo,donans vobis omnia delicta.Cæterùm in scripturis multiplex circunciſio legitur, aurium,carnis,& cordis:sed vna quæ cordis est,pauciorem locum habet. Ita Damas-
Damas. cenus,lib.4.c.10.de fideOrthodoxa,multa baptismata enumerat,sed vnum sacramẽtale.Vnus
Fideiussores in baptismo vt olim in circũcisione. enim Deus,vna fides,vnum baptisma.Et quidem cùm circunciſio signaculum esset iustitiæ fi-
Dion. Are. dei,paruulis opus erat fide parentum.Ad eius instar in baptismo fideiussores requiruntur.Dionys.Eccles.hier.c.7.Visum est,inquit,piissimis ducib⁹ nostris Apostolis infantes vni ex fidelibus tradere,pręclaro diuinarum rerũ magistro,sub quo iam puer sit quasi sub patre diuino,sanctęq; salutis alumno,qui spondeat puerum se iuxta sanctam educaturum vitam.Augustin.serm.163.de
Augustin. tempore. Quicunque viri, inquit, quæcunque mulieres de sacro fonte filios spirituales exce-
Quare Christus circũcisus est. perint,agnoscant se pro ipsis apud Deum fideiussores extitisse: Ideò semper illis solicitudinem veræ charitatis impendant. Verùm cùm circunciſio contra peccatum originis instituta sit, G
Bernard. quid illa Christo opus fuit,cùm nullam peccati maculam contraxerit? Bernardus,serm. 3. de circunciſione Domini.Quid est enim circunciſio,nisi superfluitatis & peccati indicium? In te Domine Iesu quid est superfluum quod circuncidatur?Nónne tu verus Deus es deDeo patre, homo verus sine omni peccato de virgine matre? Quid facitis circuncidentes eum? Putatis quia super eum possit cadere illa sententia: Masculus, cuius præputij caro circunciſa non fue-
1. rit,peribit anima ipsius de populo suo? Potest obliuisci pater filij veri sui? aut non cognoscere
Christ⁹ patri acceptus in circũcisionis humilitate. eum, nisi signum circunciſionis haberet? Immò verò si modò posset non agnoscere filium,in quo ei benè complacuit,ex hoc maximè signo poterat ignorare eum,inuenta in eo circũciſione,quam peccatoribus ipse prouiderat. Denique quid mirum,si pro nobis dignatus est circũ-
Euseb. Emissen. cidi,pro quibus dignatus est mori? Totus siquidem mihi datus est,& totus in meos vsus expẽ- H
Bernard. sus est. Euseb. Emissenus,hom. de circunciſione.Nobis,inquit,non sibi circunciditur Dominus.Sicut namque nobis natus est,nobis baptisatus & passus:ita & nobis circũcisus est. Esa.53.
2. Liuores nostros ipse pertulit in corpore suo. Demum hoc facto humilitatem suam testabatur,
Veritas assũptæ naturæ per circũcisionẽ manifesta. vt scribit Bernardus,serm.1. de circunciſione.Sed dicas,inquit,quidni susciperet paruulus?Immò verò quidni susciperet humilis & mansuetus?Quidni obmutescceret coram circuncidente, qui coram tondente obmutuit,coram crucifigente siluit? Alioquin non erat illi difficile carnẽ suam conseruare ne scinderetur,qui fecerat ne virginalis vteri porta in exitu suo aperiretur.Nõ erat difficile prohibere,ne caro illa circũcideretur,quando nec mortuo fuit difficile custodire ne corrumperetur. Sed & circunciſio veritatem susceptæ humanitatis probat. Nec enim hæc in phantasticum corpus cadere potuit.Vniebat etiam in seipso vetera nouis,idem ipse circun-
3. ciſus, & tandem baptisatus:vt vnicum veteris & noui Testamenti Deum contra Manichæos,
Christus vt mediator, ĩ se suscipit circũcisionẽ et baptisma vnicum etiam se mediatorem & petram angularem assereret,qui duos populos, Iudæum sci- I
licet & Gentilem,in seipso coniungeret.Non enim,inquit,veni legem soluere, sed adimplere.
4. Hac denique obseruatione circunciſioni finem imponebat,cui sacramẽtum aliud succederet.
Finẽ imponit circunciſioni. Sic enim,vt scribit Hieronymus in Matth.finitis veteris Paschæ solẽniis,seipsum,id est corpus
Hieron. suum substituit,quod pro agno Paschali manducaremus. Euthym.in Luc.Legem enim hanc
Euthym. Christus in seipso cessare fecit. Hebræorum enim circunciſio, baptisma Christianorum præsignabat,ac præfigurabat. Quemadmodum enim illa signabat eos,& ab omni Gente distinguebat: ita & hoc Christianos. Oportebat autem cessare figuram,veniente exemplari,& quiescere signum, adhibito significato. Itaque etsi Christus circunciſus sit, minimè tamen sequitur & nos circuncidi debere. Necesse est enim legis translationem fieri, Heb.7. & ad Gal.5.
Ecce ego Paulus dico vobis,quoniam si circuncidamini,Christus nihil vobis proderit.Fuerũt K
Hæretici Iudaizarunt, admittẽtes carnalẽ circũcisionem. quidem olim complures hæretici,qui circunciſionem acciperent,& eandem Christianis necessariam prædicarent. Sed Iudaizare vetat Paulus, dissensionem suam cum Petro referens,
Gal.4. Dicebat enim:Si tu Iudæus sis,gentiliter viuis,& non Iudaicè,quomodo Gentes cogis
Iudaizare? Huic autem errori Sabbatiani & Corinthiani olim fauerunt. Eum etiam Mahometus obseruat,& qui non tantùm Iudæos per circunciſionem, sed & Christianos alliciat,baptisma instituit. Atqui lex & Prophetæ vsque ad Ioannem,ait Christus,Matth.11.& ad Gal.6.
Paulus. In Christo Iesu neque circunciſio aliquid valet, neque præputium, sed fides, quæ per
Augustin. charitatem operatur. Vnde Augustinus contra Faustum:Sacramenta,inquit,quæ obseruabãtur, prænuncia erant Christi venturi,quæ cùm suo aduentu impleret,ablata sunt, & alia instituta virtute maiora,vtilitate meliora,actu faciliora,numero pauciora.Hæc ille.Irenæus,lib.4.
Irenæus. contra hæres.c.42.Oportebat enim quædam quidem prænunciari paternaliter à patribus,

quædam

A quædam autem præfigurari legaliter à Prophetis:quædam verò deformari, ſecundũ deformationem Chriſti,ab his qui adoptionem perceperũt:omnia verò in vno Deo oſtendi. Et in eodẽ capite,paulò altiùs. Et hæc quidem,quæ eſt in præputio fides, vtpotè finẽ coniungens principio,ex prima nouiſſima facta eſt. Et lib.4.c.30. Etenim circunciſionem non quaſi cõſummatricem iuſtitiæ,ſed in ſigno datã à Deo diſcimus, vt cognoſcibile perſeueraret genus Abrahã. Quòd autem per eam non iuſtificabatur homo,manifeſtum eſt,quum Abraham ſine circunciſione crediderit,& placuerit Deo,& amicus Dei appellatus eſt. Sed & Loth ſine circunciſione eductus eſt de Sodomis,percipiẽs ſalutẽ à Deo. Noé incircunciſus liberatus eſt à diluuio,& Enoch ad Deum tranſlatus eſt. Obiiciũt autem circunciſionis fautores,circunciſionem datam in fœdus æternum,vt dicitur Gen.17. Sed id ſoluitur,ibi pro ſeculo, vel longa duratione accipi: vel,vt ait Ioan.de turre cremata,c.8.in errorem Mahometi, Circunciſio eſt fœdus æternũ,non

B ad literam,ſed quantum ad ſuum ſignificatum,quod eſt duplex. Vnum eſt,circunciſio ſpiritualis,quæ eſt omniũ vitiorum amputatio,de qua Moſes Deut.3.prophetauit,dicens: Circuncidet Dominus cor tuum & cor ſeminis tui,vt diligas Dominum Deum tuum. Item Propheta Ieremias 4. Circuncidimini Domino,& auferte præputium cordium veſtrorum,viri Iuda & habitatores Hieruſalem. Hæc eſt prima ſpiritualis circunciſio,qua abſcindentes concupiſcentiæ pruritũ peccatũ,ſancti & immaculati coram Deo ambulamus. Hinc ſæpius in ſcripturis aures, Act.7.& verba:itẽ & oculi,immò & lingua circunciſa dicitur,quæ à delicto immunis eſt. Hac deponimus veterem hominẽ, & induimus nouum. Vnde & in æternum durat:quia opera Sãctorum ſequuntur eos in æternum. Circunciſio pro reſurrectionis ſtatu ſumitur,in quo anima ab omni corruptione,imò & caro à putredine eruitur. Nam corpus quod ſeminatur animale, ſurget ſpirituale, & quod in ignominia,reſurget in gloria. Immò expiata erunt omnia delicta,

C hæcq; circunciſio in æternum duratura eſt. De hac Ambroſ.l.2.in Luc.c.7. Sed quoniam, inquit,prona quadam cupiditate peccandi humanæ carnis, & mentis fragilitas inexplicabilibus vitiis explicatur:eo per octauum circunciſionis diem culpæ totius futuræ propagatio, reſurrectionis præfigurabatur ætate. Et quoniã ſimul cum circunciſione nomen imponebatur,vt oſtẽderentur eorum,qui circunciſi erant,nomina ſcripta eſſe in libro vitæ: *Ideò vocatũ eſt nomẽ eius Ieſus,quod vocatũ eſt ab Angelo,priuſquàm in vtero cõciperetur.* Ita nomen iſtud non ab hominibus impoſitũ eſt,ſed à Deo per Angelum. Lactant.lib.4.de vera ſap.c.7. Nam quamuis,inquit, nomen eius,quod ei à principio pater ſummus impoſuit,nullus alius præter ipſum ſciat: habet tamen & inter Angelos aliud vocabulum,& inter homines aliud. Ieſus quippè inter homines

D nominatur:nam Chriſtus non proprium nomen eſt,ſed nũcupatio poteſtatis & regni. ſic enim Iudæi reges ſuos Chriſtos appellabant. De nominis impoſitione ſic ſcripſerat Eſaias c.62. Vocabitur tibi nomen nouum,quod os Domini nominabit. Nam,vt ſcribit Pet.Galat.lib.3.de arcanis fidei in Talmud inuentis,c.20. nemini illud ante Meſſyam impoſitum eſt. Quòd ſi quis obiiciat,Ieſum Naue,Ieſum Syrach,& Ieſum Joſedech, hoc nomen prætuliſſe, & Ieſu nominis figuram geſſiſſe:reſpondendum erit,eos quidem typum Chriſti,non autem nomen prætuliſſe. Typus quidem talis eſt,quòd quemadmodum Ieſus Naue vir fortiſſimus,inquit, hoſtibus deuictis,filios Iſraël ad terram promiſſionis introduxit:& Ieſus Syrach doctor ſapientiſſimus, ſuis,vt legitur, temporibus ſapientiam renouauit:ac Ieſus Joſedech ſacerdos ſanctiſſimus templum Domino ædificauit: Ita Chriſtus verus Ieſus ſua quidem fortitudine hoſtibus humani generis ſuperatis, fideles ſuos ad patriam cœleſtem introduxit: ſua verò ſapientia ac veridica doctrina mundum illuminauit, ipſum ab erroribus expurgans:ſua autem ſanctitate ſacerdos in æternum ipſe exiſtens,ſpiritale templum(hoc eſt,Eccleſiam fidelium)ex viuis & electis lapidibus conſtruxit. Quòd autem nullus eorum nomen Ieſu aſſecutus ſit,confirmat Galatinus his

E verbis. Figuras quidem veri Ieſu eos geſſiſſe concedo, ſed nomine Ieſu vocatos fuiſſe, omninò nego. In hoc enim (vt verum fatear)quamplurimi ex noſtris plurimùm falluntur, putantes eos hoc nomine fuiſſe nuncupatos:quod ex Hebraicarum literarum ignorantia prouenisſe certum eſt. Vnuſquiſque enim eorum, quos hoc nomine Ieſu appellatos aſſerunt,non Ieſua,id eſt Ieſus vocatus eſt, ſed Iehoſua: quod non idem nomen eſt cum Ieſua,id eſt Ieſus,ſed longè aliud ab illo,aliudque ſignificans. Nam Ieſua,ſiue Ieſus,idem eſt quod Saluator, ſiue ſalus, ſeu ſaluatio:Iehoſua verò,Deus ſaluatio,interpretatur: vt ex ipſo nomine clarè patefaceret, quòd ſaluare nullius eorũ intererat,ſed ſolius Dei,qui humanę naturæ hypoſtaticè vnitus eſſet,humani generis verus Ieſua,ſiue Ieſus,hoc eſt ſaluator. Quare ipſi nõ Ieſuoth ſeu Ieſus,id eſt ſaluatores vel ſaluationes appellati ſunt:ſed Iehoſua,hoc eſt Deus ſaluabit: vt indè palã innueretur,vnũ tantũ venturũ fuiſſe ſaluatorẽ,qui Deus & homo futurus eſſet:& Deus quidẽ,vt ſaluare poſſet:

Obiectiones pro circunciſione.

Ito de turre cremata.

Circunciſio quoad ſignificationem.

1.

2.

Ambroſ.

Cur circũciſio die octauo fiebat.

Nominis impoſitio in circunciſione.

Lactant.

Chriſtus,nomen poteſtatis.

P.Galat.

Typi eorũ, qui nomen Ieſu prætuliſſe videntur.

Ieſu nomẽ ſoli Chriſto datum.

Ieſua & Iehoſua differunt.

Præconia nominis Ieſu.

homo verò, vt pro humani generis ſalute mortẽ obeũdo, diuinæ iuſtitię ſatisfaceret, quæ ipſum F ſatisfactorem eiuſdem generis cum præuaricatore eſſe requirebat. Hoc nomen Angelus interpretatus eſt, cùm Ioſephum alloqueretur, Vocabis nomen eius IESVM. Ipſe enim ſaluũ faciet populum ſuum à peccatis eorum. Hoc Prophetæ reuelarunt. Habacuk quidẽ in Cantico. Ego autẽ (inquit) in Domino gaudebo, exultabo in Deo Ieſu meo. Vbi ſimul & nomen nato puero impoſitum, & ipſum Deum agnoſcit. Eſdras etiam 4. l. c. 7. in perſona Dei patris loquẽs ſic aiebat. Reuelabitur filius meus Ieſus *Beni Ieſuah*, cum his qui cum eo lætabuntur. Et rurſus ibidẽ. Morietur filius meus Ieſus, & conuertetur ad me ſeculum. Et Eſaiæ 25. Ecce Deus noſter iſte, expectauimus eum, & ſaluabit nos: Iſte Dominus, ſuſtinuimus eum, exultabimus, & lætabimur in ſalutari eius. Et cap. 62. Propter Syon non tacebo, & propter Hieruſalem non quieſcã, donec egrediatur vt ſplendor iuſtus eius, & ſaluator eius vt lampas accendatur. Adducit etiam Petrus

P. Galat.

Galatinus Rab. Heccados teſtimonium, qui tempore Conſulum Romanorum fuit, quẽ Iudæi G magiſtrum noſtrum ſanctum vocant. Hic in libro *Gale Razeia*, Antoninũ Conſulem alloquẽs, hæc de ipſo nomine inter cætera dicit: Quia Meſſyas homines ſaluabit, vocabitur *Ieſuah*. Gentes autem alterius nationis, quæ fidẽ eius ſectabuntur, vocabunt eum Ieſum. Et propterea inuenies hoc nomen Ieſu deſignatum in textu Gen. 49. quo hæc leguntur. Non recedet ſceptrũ de Iuda: in primis literis horum verborum יבא שילה ולו, *Iauo ſilo velo*. Si enim acceperis primas literas harum dictionum, Ieſu nomen efficiẽt. Hæc Rab. Heccados. Et quoniam ad Chriſti cognitionem non modò Iudæi, ſed & Gentiles cõuocandi erant: ideò non modò per Prophetas,

Auguſt. Euſe. Cæſ.

ſed etiam per Sibyllas nomen iſtud pronunciatum eſt. Leguntur enim apud Auguſt. in l. de ciuit. Dei, & Euſeb. Cæſ. in vita Cõſtantini, permultóſque ex antiquiſſimis ſcriptoribus Heritocæ

Sibyllæ de nomine Ieſu.

Sibyllæ carmina de fine mundi & generalis iudicij ſignis: ex quorum primis literis ſuo etiã ordine ſumptis hæc conficiuntur, Ἰησοῦς, χριστὸς, θεοῦ υἱὸς, σωτὴρ, σταυρὸς. id eſt, Ieſus Chriſtus, Dei fi- H lius, ſaluator, crux. Et hæc etiã, quot literas nomen eius haberet, annotauit lib. 1. Oracul. dicens:

Τέσσαρα φωνήεντα φέρῃ, τὰ δ' ἄφωνα ἐν αὐτῷ. id eſt,

-- Vocales quattuor autem
Fert, non vocaléſque duas, binũm geniorum.

Cyrill. Hieroſol.

Quatuor enim vocales ſunt, ι, η, ο, υ. duæ autem conſonæ ſunt duo σ. Cyrill. Hieroſ. Catech. 10. Ieſu nomen interpretatur. Apud Hebræos, inquit, Saluatorẽ ſignificat: lingua verò Græca Medicũ ſonat: quandoquidẽ & corporum medicus eſt, & animarum curator, & peccatorũ dux ad pœnitentiã: qui dixerat ad Paralyticũ, Non pecces amplius: & tollẽs grabatũ tuũ ambula. Cùm enim propter animi morbũ languerat corpus, priùs animã curauit, vt corporis etiã induceret ſanitatẽ. Et ſi quis hîc modicæ fidei: Adiuua incredulitatẽ meã. Hæc ille. Bernard. ſer. 15. in Can-

Bernard.

tica. Multa quidẽ, inquit, ſponſi vocabula ſparſa per omnẽ diuinã paginam legitis: ſed in duo ea I

Varia Chriſti vocabula quid ſignificent.

vobis vniuerſa complector. Nullum, vt arbitror, reperietis, quod nõ aut pietatis gratiã, aut potentiam maieſtatis ſonet. Spiritus ita dicit etiam per ſibi familiarius organum, Duo hęc audiui: quia poteſtas Dei eſt, & tibi Domine miſericordia. Ergo ſecundũ maieſtatẽ ſanctũ & terribile nomen eius: ſecundũ pietatem non eſt nomen aliud ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Sed exemplis magis perſpicuum fiet. Hoc eſt, inquit, nomen quod vocabũt eum, Dominus iuſtus noſter. Nomen potentiæ eſt. Item & vocabitur, nomen eius Emmanuel: pietatem inſinuat. Item ipſe de ſe: Vos vocatis me, ait, Magiſter & Domine. Primũ gratiæ eſt, ſecundum maieſtatis. Non enim minus pium eſt docere animum ſcientiã, quàm præbere eſcã corpori. Rurſum Propheta. Vocabitur, inquit, nomen eius admirabilis, conſiliarius, Deus fortis, pater futuri ſeculi, princeps pacis. Primũ, tertium, quartum maieſtatẽ ſonant, reliqua pietatem. Quid ergo horum effunditur? Profectò maieſtatis ac potẽtiæ nomen, in id quod eſt pietatis & K gratiæ, quodãmodò transfunditur, ipſumq; effunditur abundè per Ieſum Chriſtũ Saluatorem noſtrũ. Vtrumque cõplectitur nomen Ieſu, ſed maximè pietatẽ. Act. 4. Non enim aliud nomen ſub cœlo datũ hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Quid magis ſpẽ cõciliet quã nomen iſtud? Terrentur ſubditi ambitioſis magiſtratuũ titulis, quòd ſint inuincibiles, potẽtiſſimi, altiſſimi, magnanimi, monarchæ. Indè factum eſt, vt Tertull. teſte in Apol. contra Gentes, Auguſtus

Tertull.

hæc nomina abiecerit, ſeq; Patrem patriæ vocari maluerit. Sed habet peccator in nomine iſto vnde veniã expectet, habet ſubditus vnde gratiã & beneuolentiã principis ſui ſibi polliceatur. Blaſphemarem in nomen illud, ſi deſperarẽ: quia, vt ſcribit Paulus, Chriſtus Ieſus venit in hunc

Bernardus.

mundum peccatores ſaluos facere. Bernardus, ſer. 15. in Cantica. Triſtatur aliquis? Veniat in cor

Virtus nominis Ieſu.

Ieſus. Labitur in crimen, & currit deſperando in laqueum mortis? nónne ſi inuocet nomen vitæ, continuò reſpirabit vitam? Cui in periculis inuocatum non ſtatim fiduciam præſtitit? Ni-

mirùm

A mirùm languores & morbi animi isti sunt,illud medicina.Ps.49. Inuoca me in die tribulationis,eruam te,& honorificabis me.Nihil ita iræ impetum cohibet,superbiæ tumorem sedat, sanat liuoris vulnus,restringit luxuriæ fluxum,extinguit libidinis flammam, sitim temperat auaritiæ,ac totius indecoris fugat pruriginem. Deus in nomine tuo saluum me fac,inquit Psaltes. Et rursus.Propitius esto peccatis propter nomen tuum.Origen.hom.1.in diuers.Duo enim,in- Origen.
quit, per verbum Iesus præclara designantur, quòd & Deus fuerit, & Dominus ante incarnationem,& quòd populum suum saluaturus esset à peccatis eorum.Dei enim virtus est,à peccato saluare,vel peccata dimittere,ne tu salutem referas ad libertatem aliquam temporalẽ.Vnde *Cur Christus dicatur saluator.*
fit,vt aliqui multis rationibus Christum Saluatorem dici asserant,vt scribit Dionys.Carthus.in caput 2.Lucæ.Primò,à potentia saluandi: sicq; conuenit sibi nomen hoc ab æterno, videlicet Dionys. Carthus.
secundum suam diuinitatem, qua ab æterno habuit potestatem saluandi. Secundò, ab habitu
B saluandi.Et sic impositum fuit sibi ab Angelo,& competit ei à primo suæ conceptionis instanti, in quo secundum humanitatem suam accepit gratiam tam perfectam,qua postea fecit,& pertulit ea,per quæ actualiter mundum sanauit.Tertiò,ab actu saluandi:sicq; vocatum fuit nomen istud in circunciſione:& cõpetit Christo ratione suæ passionis.In circũcisione autẽ primò sanguinem suum fudit pro nobis.Insuper intuendum,quòd saluare competit Christo secundũ vtramque suam naturam:quia secundum diuinitatem competit ei authoritatiuè & principaliter,secundum humanitatem verò instrumentaliter,vt suprà dictum est pleniùs.Ideò secũdum vtramque naturam Iesus potest vocari.Ex quo efficitur,vt non modò in corporibus,sed & animabus inuocatum hoc nomen salutem operetur:In animabus quidem purgationem,consolationem,securitatem,& fiduciam.

C

Magi stella duce ab Oriente veniunt Hierosolymam è Perside,Christum natum adoraturi. Hîc quærunt vbi Christus nascatur, veniunt in Beth-leem. Christum puerum adorant,ei munera offerunt,aliâ viâ redeunt in regionem suam.

MATTH. 2. | Marc. | Luc. | Ioan.

Cùm ergo natus esset Iesus in Beth-leem Iudæ in diebus Herodis regis, ecce Magi ab Oriente venerunt Hierosolymam, dicentes, Vbi est qui natus est rex Iudæorum?Vidimus enim stellam eius in Oriente,& venimus adorare eum.Audiens autem Herodes rex,turbatus est,& omnis Hierosolyma cum illo.Et con-
D gregans omnes principes sacerdotum & scribas populi,sciscitabatur ab eis vbi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei, In Beth-leem Iudæ. Sic enim scriptum est per Prophetam,Et tu Beth-leem terra Iuda,nequaquam minima es in principibus Iuda:ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israël.Tunc Herodes clàm vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus stellæ quæ apparuit eis,& mittens illos in Beth-leem,dixit, Ite, & interrogate diligenter de puero: & cùm inueneritis, renuntiate mihi, vt & ego veniens adorem eum. Qui cùm audissent regem,abierunt:& ecce stella quam viderant in Oriente, antecedebat eos, vsquedum veniens staret suprà, vbi erat puer. Videntes autem stellam, gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius,& procidentes adorauerunt eum:& apertis thesauris suis obtulerunt ei munera,aurum,thus,& myrrham.Et responso accepto in somnis ne
E redirent ad Herodem,per aliam viam reuersi sunt in regionem suam.

NVPER creatum regem subiecti debitis præueniunt obsequiis, eique faustis acclamationibus congratulantur.Ita populus Ægypti ante Iosephum, (Genes.41.)sese prostrauit. Ita illi, & Salomoni regi designato à præconibus acclamatum est, 3. Reg.1. Iam cùm Christus per natiuitatem mundum ingressus sit, eidémque pater dixerit, Psal.2.Postula à me,& dabo tibi gentes hereditatem tuam,& possessionem tuam terminos terræ:æquum fuit vt ex ipsis gentibus,& extremis mundi partibus, subditorum præcipui illũ salutarent,seque & omnia sua obsequia illi deuouerẽt.Hoc narrat Matthæus factũ à Magis, qui ab Oriente primùm venerunt Hierosolymã: demũ instructione accepta sese in Beth-leem *Introductio.* *summa.*

contulerunt, Christum infantem adorarunt, eíque munera obtulerunt, aurum, thus, & myrrhã. F

1. *Qui Magi hi fuerint.* Verùm priusquàm Matthæi contextum explicemus, requirendum est, qui fuerint hi Magi, vnde, & quo tempore venerint. Magos illos fuisse scribit Matthæus, non ita tamen, vt eos incantationibus seu dæmoniacis artibus addictos fuisse significet. Magi enim apud Persas sapientes sunt, & Magia nihil aliud est quàm consummatus naturalis Philosophiæ apex, quam Pythagoras, & Plato & Empedocles, cæteríque inter Philosophos præstãtissimi velut sanctiorem quandam disciplinam indefatigabili studio, longinquísque peregrinationibus conquisierunt. Altera tamen Magia est, quam Goëtiam, vel Theurgiam vocant dæmonum inuocationem, infandísque incantationibus constat, quam leges omnes execrantur. Hieronymus, lib. 1. Commentar. in Danielis cap. 2. Quos nos, inquit, ariolos, cæteriq; ἐπαοιδοὺς interpretati sunt, id est incantatores. Ergo videntur mihi incantatores esse, qui verbis rem peragunt: Magi, qui de singulis philosophantur: malefici, qui sanguine vtuntur & victimis, & sæpè contingunt corpora mortuorum. Porrò in Chaldæis γενεθλιαλόγους significari puto, quos Mathematicos vocant. Consuetudo autem & sermo communis Magos pro maleficis accipit: qui aliter habentur apud gẽtem suam, eò quòd sint Philosophi Chaldęorum: & ad artis huius scientiam reges & principes eiusdem gentis omnia faciunt. Vnde & in natiuitate Domini Saluatoris ipsi primum ortũ eius intellexerunt, & venientes in sanctam Beth-leem, adorauerunt puerum, hunc eis stella desuper ostendente. Hanc Magiam ex Physica & Mathematica sibi compararunt: ita tamen vt ex his quæ Dei essent, contemplarentur. Hos Indi Gymnosophistas, Galli Druydes, Græci sapientes, Hebræi Prophetas nuncuparunt, ad quos etiam rerum futurarum cognitio referebatur, nisi quòd Prophetis ex inspiratione diuini numinis, cæteris ex rerum ordine colligerentur. Vnde & Poëta ex motu & cœlestium progressu ea cognosci scribit, in Georgicis. G

Magia dæmonica. Hierony.

Incantatores. *Magi.* *Malefici.*

Virgilius.

Hinc tempestates dubio prædiscere cœlo H
Possumus, hinc messísque diem, tempúsque serendi,
Et quando infidum remis impellere marmor
Conueniat, quando armatas deducere classes,
Aut tempestiuam in syluis euertere pinum.

Cedrenus. Cedrenus, in Compendio historiar. ex Iosepho libro primo Antiquitat. cap. 16. colligit, Abrahamum Ægyptios Astrologiam καὶ Μαγεῖαν docuisse. Definit autem Magiam hoc modo, vt ab Astrologia pendeat, & à Persis primùm edocta sit. Ἀστρολογία γὰρ καὶ Μαγεῖα, ἀπὸ Μαγουσαίων, ἤτοι Περσῶν ἤρξατο. Astrologia enim & Magia à Magusæis seu Persis orta est: & quidem Persæ ab indigenis Magog appellantur. Iosephus Antiq. lib. 1. cap. 15. scribit Abrahamum multa coniecisse ex terra, mari, & iis quæ contingunt circa solem & lunam, & ex omnibus quæ circa cœlum eueniunt. Hoc autem Chaldæum illum ex Chaldæorum disciplinis accepisse. Cic. lib. 1. de Diuin. Siquidem, inquit, & in Gallia Druydes sunt, è quibus ipse Diuitiacũ Heduum hospitem tuum, laudatorem cognoui: qui & naturæ rationem, quam Physiologiã Græci appellant, notam sibi esse profitebatur, & partim auguriis, partim coniectura, quæ essent futura, docebat. Et in Persis augurantur, & diuinant Magi, qui congregantur in fano cõmentandi causa, atque inter se colloquendi. Neque sanè putandum est hos Magos, siquidem dæmoniacis artibus addicti fuissent, & in malignos spiritus iurassent, ad Christum accessuros fuisse, cùm nihil nisi illorum consilio facturi essent. Quæ enim conuentio Christi ad Belial, quæ luci ad tenebras? Nemo potest duobus dominis seruire: nemo Deum & dæmones colere. Non admittit regia Christi incantatores, veneficos, ariolos. Admittant aulici, admittant reges terreni: non admittit Christus, non Ecclesia. Hæc enim Domini lex posita est: Anima quæ declinauerit ad Magos, & ad ariolos, separabo eam de medio populi mei. Quinetiam regibus & principibus male cessit, quoties huic Magiæ crediderunt. Sic Iamnes & Mambres Pharaonem, sic Sedechias & Pseudoprophetæ Achab regem deceperunt. Sic Sauli malè cessit, cùm Phytonissam consuluisset. Quòd si ad Christum conuolarunt hi, qui priùs fuerant curiosa sectati: ita tamen vt libros suos comburerent, teste Luca in Act. Apostolorum, & Magicum dæmonum cultum abiurarent. Cyprianus Martyr primùm quidem dæmonum cultor erat, Magiæ infami & Sathanicæ addictus. Verùm vbi nihil se suis incantationibus ad inducendam Christianam virginem profeciisse vidit, dæmones abiurauit, vt Christum profiteretur. Sed &, vt scribit Gregorius Nanzanzenus, Oratione in laudem eius, Magicos libros publicè proposuit, amentiam prædicauit, & ingentem ex illis flammam excitauit. Relinquitur igitur illos, qui Christum adorarunt, aut imposturis Magicis minimè se adiunxisse, sed rerum naturalium cognitione præditos fuisse: maximè cùm hoc nomen illis Christum adorantibus deferatur: aut, si per-

Iosephus.

Cicero. I

Cõtra principes et aulicos incãtatoribus et diuinis cõfidentes. *Comburendi libri incãtatorum & diuinorum.* Gregor. Nanzanz. K

A si pernicioſæ huic Magiæ olim incubuerant, & per dæmonum inuenta diuinarant, huic nunc impietati renunciaſſe. Potuiſſe enim eos à Deo inſpirari, quanuis priùs ariolandi ſcientiam ſectarentur, Balaam oſtendit: qui ſimul Ariolus dicitur, & tamen ita ſpiritu Dei futura prædixiſſe narratur, vt neque verbum Dei immutare potuerit. Origenes hom. 22. in cap. 24. Numer. Origen.
Colligitur, inquit, quòd etiam Balaam ſcientia, pro qua accerſitus eſt ex Meſopotamiæ montibus ab Oriente, vt malediceret Iacob, habeat quidem initia & originem ab excelſo: & inde ſit ei agnitio, qua didicerit vel naturas animalium, vel motus auium, vel differentias vocum: ſed ea quæ ad ſcientiam bonorum acceperit, contulerit ad vſum malorum. Vnde dicitur Num. 24. Dixit Balaam filius Beor, homo verè videns, & audiens ſermones Dei, ſciens ſcientiam excelſi, & viſionem Dei videns in ſomnis. Baſil. hom. de humana Chriſti generat. Genus, inquit, Perſi- Baſilius.
cum Magi, incantationibus, & Magicis & naturalibus quibuſdam affectibus, Aſtronomiæque
B & rebus ſublimibus vacabant. Eiuſdem ferè Magicæ Balaam ille videtur fuiſſe, qui à Balac miſſus eſt, vt verbis quibuſdam populo Iſraël malediceret. Forſan & per aduentum Domini, aduerſariam poteſtatem iam debilitatam, irrita ſua energia, ſentientes, magnæ virtutis teſtimonium Chriſto nato attulerunt. Ita ſcilicet non modò Cyprianus, ſed & complures Magi temporibus Apoſtolorum, vt ſcribit Abdias Babylonicus in certamine Apoſtolorum, ad Chri- Abdias Babylon.
ſti fidem ſe contulerunt, cùm ſuæ doctrinæ vanitatem, Chriſti verò virtutem contra dæmones impoſtores perceperunt. Requirendum eſt autem, fuerintne reges. Qui contrà nituntur, exiſtimant ſapientiam naturalem, aut dominandi ſcientiam, idq; per res phyſicas minus reges decere. Gotthica prorſus concluſio. Suos enim reges Gotthi, non propter ſapientiam, ſeu rerum cognitionem, ſed propter ignorantiam mirantur, ſi modò ſuis ſubditis animum adiungat: quaſi verò nec Philippus Macedo magnum illum Ariſtotelem Alexandro filio præceptorem deſti-
C narit: Nec, vt ſcribit Plato, beatæ ſint hæ ciuitates, in quibus aut reges philoſophantur, aut philoſophi imperant. Idem ipſe in Alcibiade, ſeu de natura hominis, ita regum filios educari ſcribit, vt 14. anno puerum ſuſcipiant hi, quos regios pædagogos appellant. Sunt hi profectò ex omnibus Perſis ea ætate electi, præcipuique quatuor, ſapientiſſimus, iuſtiſſimus, temperatiſſimus, atque fortiſſimus aliquis vir: quorum primus Magicam Zoroaſtri Oromanſij filij docet: eſt autem illa Deorum cultus, atque idem tradit inſtituta regia. Cicero, libro primo de Diuinatione. Quid, inquit, Aſiæ rex Priamus, nónne & Helenum filium, & Caſſandram filiam diuinantes habebat, alterum auguriis, alteram mentis incitatione diuina? quo in genere Martios quoſque fratres, nobili loco natos, apud maiores noſtros ſcriptum fuiſſe videmus. Quid Polybum Corinthium, nónne Homerus & aliis multa, & filio ad Troiam proficiſcenti mortem prædixiſſe commemorat? Omninò apud veteres qui rerum potiebantur, iidem augu-
D ria tenebant. Vt enim ſapere, ſic diuinare regale ducebant, vt teſtis eſt noſtra ciuitas, in qua & reges, augures, & poſtea priuati eodem ſacerdotio prædíti, rempublicam religionum authoritate rexerunt. Quid quòd Salomon rex omnium ſapientiſſimus, & Dauid Prophetiæ dono inſignis habitus eſt? Quot imperatores in Philoſophia claruerunt? Quot etiam Perſarum reges? Permulti in Magia celeberrimi habiti ſunt. Regnarunt etenim Magi ante Darium, & magnum illud Perſarum, Medorúmque Imperium direxerunt. Itaque cùm ex il- Tertull.
lis partibus Magi iſti prodiiſſe videantur, concludunt permulti illos reges fuiſſe, nimirùm Ter- Athanaſ.
tullianus libro contra Iudæos, Athanaſius, quæſtione ſecunda ad Antiochum, Cyprianus in Cyprian.
ſermone de Baptiſmo Chriſti, Hieronymus in Pſalmo 71. Auguſtinus, ſermone quadrageſi- Hierony.
motertio ad fratres in eremo, Druthmarus in Matth. Theophilactus etiam ſuis Commentariis Auguſt.
in Matth. Albertus Magnus, & D. Thomas Aquinas, Nicolaus Lyranus, Dionyſius Carthu- Druthmar.
E ſienſis in Matth. & recentiores ex Catholicis. Quod ex longa traditione accepiſſe videntur Theoph.
per manus à maioribus acceptum: cùm nemo hiſtoricorum hanc rem ſeſe affirmet aut vidiſſe, Albertus.
aut ex viris fide dignis, qui viderint, audiuiſſe. Nituntur etiam qui hos reges fuiſſe ſentiunt pro- D. Tho.
babilibus coniecturis, qualis eſt quòd in Magis videtur impletum illud (Pſalm. 71.) Reges Lyranus.
Tharſis & inſulæ munera offerent: reges Arabum & Saba dona adducent. Et hoc Eſaiæ. Am- Dionyſ.
bulabunt reges in ſplendore ortus tui: quæ à primis etiam temporibus in Epiphaniæ ſolenni- Carthuſ.
tate canit, & proponit Eccleſia. Porrò qui exiſtimant illos reges non fuiſſe, obiiciunt non ſilen-
tio prætermiſſurum Euangeliſtam hoc nomen, nec Herodem illos tam imperioſè & inciuili-
ter excepturũ eſſe. Verùm nihil facit vtraque obiectio. Non enim exiſtimauit Mattheus Euan-
gelij teſtimoniũ regio apparatu cumulandũ eſſe, quod Magorũ, id eſt ſapientũ grauitas ampliſ-
ſimè ornauerat. Adde quòd vt tyrãnorũ Græcis, ita regũ Romanis nomen diſplicuit. Non po-
teſt autẽ nomen ſapientũ non omnibus acceptiſſimũ eſſe. Quid ſi auriculas aſini Midas habet?

1. An Magi fuerint reges.

Cõtra principes illiteratos, quique literatos contemnunt.

Cicero.

Plato.

Regis.

& ſtolidus aliquis regale ſceptrum teneat? Non enim ambitione, & magiſtratuũ amplitudine F
ſapientia menſuratur: & ad confirmationẽ veritatis plus valet teſtimoniũ ſapientis quàm regis.
Ideò Matthæus Magos dicere maluit, quàm reges. Quod ſecundò obiicitur, illos inciuiliter
exceptos eſſe ab Herode, hoc non ad eorum conditionem, ſed ad Herodis faſtum, aut Roma-
3. *Vnde venerint hi Magi.* næ gloriæ maieſtatem, quæ nemini cederet, deferendum eſt. Succedit nunc quæſtio, vnde ve-
nerint. Scribit Matthæus illos ab Oriente veniſſe Hieroſolymam. Cyprian. ſer. de ſtella & Ma-
Cyprian. gis, hoc refert ad Arabiam, Auguſt. lib. 3. de mirabilibus ſacræ ſcripturæ, c. 4. ad terram Euilath,
Auguſt. Leo Martyr & Origenes ad Meſopotamiam, quidam ad Ægyptum. Sed hæc Hieroſolymæ
meridionalis eſt. Potior autem pars illos ex Chaldæa veniſſe aſſerit, rationem habẽtes, tum do-
ctrinæ illorum, tum nominis: ſed & Balaami, à quo traditionem ſtellæ accepiſſe narrantur. Ad-
de quòd & Meſopotamia, & terra Euilath, & Euphrates & Aram, Chaldæam definiũt: & olim
G Chaldæis etiam ex Apollinis oraculo, ſimul & Hebræis, maior quàm cæteris nationibus, rerum
Iuſtinus Martyr. diuinarum cognitio delata eſt. Sic enim ſcribit Iuſtinus Martyr in Apologetico contra Gen-
tes illum dixiſſe,

Μόνοι Χαλδαῖοι σοφίαν λάχον, ἠδ' ἄρα Ἑβραῖοι.
Soli Chaldæi ſapientiam ſortiti ſunt, ſimul & Hebræi.

Neque enim putandũ eſt illos è remotioribus orbis partibus veniſſe, quia ex Oriente profecti
eſſe narrantur: ſed quòd ex partibus illis, quæ ad Orientem Chaldæam reſpiciunt, iter aggreſſi
ſint, ſicut & Balaam, Num. 23. De Aram, inquit, adduxit me Balach rex Moabitarum de mon-
tibus Orientis. Arameus autem fluuius Euphrates eſt, qui Chaldæam & Aſſyriam alluit. Sic in-
gratis vicinis Sabæis ipſi vltrò accedunt. Sic ex Hur Chaldæorum Abraham proficiſcitur: ſic
4. ex Oriente Orientem verum ſolem adorant. Quo verò tempore Hieroſolymam venerunt?
Quo tempore venerint. Sunt enim qui exiſtiment illos biennio exacto Chriſtum adoraſſe. Melius tamen Hieronymus, H
Auguſtinus, D. Thomas, & recentiores Catholici ex Matthæo colligunt illos ante purificatio-
nem veniſſe. Id etiam communis opinio obtinet, incidiſſe in diem 13. à Chriſti natali. Sed quæ-
ritur rurſus, quomodo tam breui tempore ex Oriente veniſſe potuerint. Siquidem ita ſcribit
Matthæus, *Cùm natus eſſet Ieſus in Beth-leem, ecce Magi.* quaſi diceret, ſtatim atque natus eſt,
Magos adfuiſſe. Dictio enim *Ecce* præſens aliquid indicat, vt Geneſ. 24. Necdum intra ſe verba
compleuerat, & ecce Rebecca egrediebatur. Et in ſequentibus: Et ecce quum inducerent pue-
rum parentes eius, Simeon, &c. Quinetiam in Beth-leem veniſſe dicuntur, & ibi infantẽ agno-
uiſſe: quod neceſſe fuit contigiſſe ante quadrageſimum diem poſt natiuitatem eius, cùm ela-
pſo quadrageſimo die in templo oblatus, non tãdem in Beth-leem, ſed in Nazareth relatus ſit,
Obiectio. vbi & educatus fuerit vſque ad fugam eius in Ægyptum. Nec obſtat quod obiici poteſt, Ma-
riam in die purgationis ſuæ ditiorem aliquam oblationem facturam, quàm vt pro more paupe- I
rum par turturum, aut duos pullos columbarum offerret, ſi priùs munera illa Magorum acce-
piſſet. Reſpondetur enim reſeruare illa hæc potuiſſe diuinitùs monitam, quibus ſibi, filio, & vi-
ro viaticum in Ægyptum pararet. Denique ab omni faſtu & oſtentatione virgo erat aliena:
nec mutare paupertatis conditionem voluit, quam ſciebat Dei filio placuiſſe. Ita præſcriptum
2. pauperibus munus obtulit. Nec obeſt quòd Herodes occidit pueros à bimatu & infrà ſecun-
Altera obiectio. dum tempus quod exquiſierat à Magis, quaſi biennio elapſo Hieroſolymam acceſſerint. Non
enim pueri illi à bimatu occiduntur ſoli, ſed & recentiores nati ſecundum præſcriptum à Ma-
gis: adeò vt in illos non modò ſæuiiſſe dicatur, qui nati erant à tempore apparentis ſtellæ, ſed &
in grandiores, qui iam duos annos nati erant. Itaque Matthæi contextus ſic explicandus eſt,
Cùm natus eſſet Ieſus in Beth-leem Iudæ, ſicut ex Luca plenius colligimus, qui & Beth-leem Iu-
Herodes quis. dæ nominat, ad differentiam alterius Beth-leem in Galilæa. *In diebus Herodis regis* Aſcaloni- K
Cur meminit Herodis. tæ, natione Idumæi, cuius filius Herodes Antipas occidit Ioannem, & Chriſtum in paſſio-
Chryſoſt. ne illuſit. Fuit enim alter Herodes Agrippa, qui Iacobum decollauit, & Petrum carceri man-
cipauit: qui percuſſus ab Angelo, conſumptus à vermibus expirauit. Refertur autem nomen
1. Herodis, vt ſcribit Chryſoſtomus, homilia ſecunda in Matthæum, ad oſtendendum quòd
Ob hebdomades 70. Danielis. Prophetia Daniëlis de natiuitate Chriſti poſt 70. hebdomadas annorum ſit in Chriſto im-
Tertull. pleta: quia à tempore Danielis vſque ad regnum Herodis tot hebdomadæ tranſierunt. Vna au-
Leo Mart. tem hebdomada continet ſeptem annos, omnéſque ſimul continent circa quadringentos an-
nos, vt docet Tertullianus, lib. contra Iudæos. Alia ratio eſt, vt ſcribit Leo Martyr, ſermone 3.
2. de Epiphania. Huius, inquit, ineffabilis miſericordiæ manifeſtatio facta eſt Herode apud
Ob Prophetiam Iacob. Iudæos regium ius tenente, vbi legitima regum ſucceſſione ceſſante, & Pontificum poteſtate
deſtructa, alienigena obtinuerat principatũ, vt veri regis ortus illius Prophetię voce probaretur,

quæ

A quæ dixerat: Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium. Quoniam ergo tempore Herodis alienigenæ ablatum fuit sceptrum, id est dominium de Iuda, & dux de eius prosapia: certum est Christũ tunc aduenisse, qui est expectatio gentiũ, prout in Aggæo habetur: Veniet desideratus cũctis gẽtibus. Nam vsque ad tẽpus Herodis, aliqui de tribu Iuda præfuerunt Iudæis. Quamuis enim tẽpore captiuitatis Babylonicę regia dignitas videretur ablata à Iuda, restituta tamẽ est tribui illi in Zorobabele & Machabæis. *Ecce*, id est paulò post natiuitatẽ, *Magi*, sapiẽtes viri, *ab Oriente*, à Persida, quæ est in plaga Orientali respectu Iudææ, *venerunt Hierosolymã*. Illa enim totius Iudææ caput erat: hîc præcipuæ scholæ, & homines legis peritissimi. Sed &, vt scribit Thomas in Matth. & Leo Martyr, ser. 4. de Epiph. Domini, regia ciuitas erat: vnde regẽ Iudæorũ in regia ciuitate quærebãt: Idq; diuina dispẽsatione fiebat, vt primò testimoniũ de Christo Hierosolymis daretur, ad implendã Esaiæ prophetiã, c. 2. De Syon exibit lex, & verbum Domini de Hierusalem. Sic, vt scribit Petrus Chrysologus, hom. 156. ab Oriente ad Orientem veniunt Magi, vt susciperet venientes, ipse qui iusserat vt venirent. Hîc itaque Hierosolymis velut in florenti Academia resolutionem quæstionis requirunt. Est enim, vt scribit Salomon, in multitudine sapientum sanitas orbis. Quærunt ergo, *Vbi est qui natus est rex Iudæorum*? Quàm certa atque secura hæc interrogatio est? Quis enim audeat in media regia alium regem quærere præter eum, qui regni gubernaculã dirigit? Omnis potestas impatiens consortis erit. Et locum in omnibus regnis habet hæc Alexandri ad Darium sententia: Neque cœlum duos soles, neque terram duos reges ferre posse, vt scribit Plutarchus in Apophthegmatis. Quanta etiam inter diuersorum regnorum principes æmulatio? An non alter alteri insidiatur, & vendicandæ sibi alterius ditionis occasionem captat? Quis nisi cum vitæ dispendio apud regem de alio rege quæstionem moueat? An non hoc erit eius maiestati & dignitati derogare? An non proditionis & insidiarum suspicionem ingerere? Adde quòd Herodes erat Ascalonita, non Iudæus. Ambrosius, super Luc. Fertur enim, inquit, quòd Idumæi latrones Ascalonem ingressi, Antipatrum inter alios abduxerunt captum. Is igitur imbutus mysteriis Iudæorũ Hircano Iudææ regi amicitia copulatur, quem pro se ad Pompeium Hircanus direxit: & quia legationis fructu potitus est, propter eam gratiam partem regni affectauit. Occiso autem Antipatro, filius eius Herodes ex Senatusconsulto regno Iudæorum præfectus est. Ex quibus liquet nullam illum cum Iudæis affinitatem habuisse. Quomodo igitur non sibi timeret, qui contra ius & cõsuetudinem Hebræorum sceptrum obtineret? Verùm tanta erat Magorum istorum auctoritas, vt nihil in illorum vitam moliretur, etsi de alio rege quærerent. Tantus fortè comitatus, vt nihil attentare auderet: sed & tanta illorum constantia, vt nihil sibi timendum censerent, vbi causa religionis ageretur. Qui erubuerit me corã hominibus, inquit Christus (Matth. 10.) erubescam & ego illum coram patre meo. Et rursus. Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Non possunt in causa Christi dissimulare, non Herodi blãdiri: quod tamen aulicorum plurimi faciunt, qui magis terrenis hominibus, principibus scilicet & regibus, quàm Deo vero obsequuntur. Mirum denique quòd isti, quamuis extranei, & ex prima Persarum nobilitate oriundi, sese regi Iudæorum submittere velint, & eapropter iter istud susceperint, vt illum adorarent. Verumenimuerò aliquid maius de Deo concepe-rant, quàm vt solis Iudæis dominaretur. Hic enim est rex regum, & dominus dominantium, cui data est omnis potestas in cœlo & in terra. De quod apud Esaiam legitur, Et erunt reges nutricij tui. vnde & ipsis regibus terrenis dicitur, Psal. 2. Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram: נשקו בר *Nasku bar*, id est, vt vertit Sanctes, osculamini filium. Nam cũ exarserit in breui ira eius, beati omnes qui confidunt in eo. Cæterùm Christum verum hominem, verum regem, verúmque Deum prædicant. Cùm enim natum esse dicunt, humanitatẽ fatentur: cùm regem Iudæorum vocant, dignitatem eius agnoscunt. Deum etiam annunciãt, cùm adijciunt, *Et venimus adorare eũ*. Petrus Galatinus, lib. 8. de arcanis fidei in Talmud inuentis, cap. 3. probat olim prædictum fuisse à Prophetis, & traditum ab eorum interpretibus Iudæis, quòd reges gentium ad Messyam cum muneribus adorandum venturi essent. Et ne quis fortè illos leui coniectura inductos fuisse censeat, *Vidimus*, inquiunt, *stellam eius in Oriente*. Cyprianus, serm. de stella & Magis. Erant enim in illis regionibus viri syderũ inspectionibus assueti, qui arte Mathematica vim discursúmque nouerant planetarum, qui ex elementorum natura rationem temporum metientes, astrorum ministeria certis experimẽtis propriis didicerant effectibus assignata. Hi ex vaticiniis Balaam olim audierant stellam oriri ex Iacob, *stimaiestatẽ* & hominem in Israël, cuius fortitudo quasi rhinocerotis, ad quem in trieribus de Italia veni-

Thomas. Leo. Mart. P. Chrysol. *Libera Magorum de Christo cõfessio.* Plutarchus. Ambros. *Quomodo fiat vt reges alterũ regẽ adorauerint.* P. Galatin. Cyprian* *Vnde Magi isti didicerint Christi* *& natalẽ*

rent,qui ſuperarent Aſſyrios,& vaſtarent Hebræos,quo tempore nec in Iacob idolum,nec in F
1. Iſrael ſimulachrum eſſet. Diuini homines illi huius Prophetiæ prouentum expectauerant,&
Quãdo ſtella apparuerit. vbi venit plenitudo temporis, orto repentè nouo ſydere, ad antica recurrentes volumina,
tam teſtimonio muniti,quàm ſigno, dromadis inuecti in Iudæam ſtella duce perueniunt.Idẽ
Hierony. Hieronymus in Matth.Chryſoſtomus,Theophilactus in eundem Euangeliſtam, Gregorius
Chryſoſt. Nyſſenus,hom. de natali Chriſti, Ambroſius in Luc. Euſebius Emiſſenus, Nicephorus Cal-
Theophil. liſtus,lib.1.hiſt.Eccleſ.cap.13. Fulgentius,Leo Martyr,& antiquiſſimi Patres teſtantur. Petrus
Gregor. Chryſologus,hom.58.Non Chaldæa,inquit,arte,ſed de priſca ſanctorũ traditione maiorum,
Nyſſen. erant iſti de genere Noé,de filiis Abrahæ,qui Chriſtum naſci per Deum didicerant, non per
Ambroſ. artem : eumque hominem, Deum,regem moriturum alto cognouerunt ſacramẽto.Beroſus,
Euſeb. lib.3.Breuiarij, videtur accedere ad hanc Petri Chryſologi obſeruationem. Narrat enim Noé
Emiſſen. iam ſenem,vbi Theologiam & ſacros ritus docuiſſet,humanam ſapientiam profeſſum eſſe: & G
Nicepho. quidem multa naturalium rerum ſecreta mandaſſe literis, quæ ſolis ſacerdotibus Scythæ Ar-
Fulgenti', Leo Mart. meni commendant: Docuiſſe aſtrorum motus,annum diſtinxiſſe ad curſum ſolis, & duode-
P.Chryſ. cim menſes ad motum lunæ, qua ſcientia prædicebat illis quid in anno & cardinibus eius fu-
Beroſus. turum contingeret (vtique in rebus naturalibus,non iis quæ ab electione voluntatis pendent)
P.Chryſol. vnde & diuinæ naturæ velut participem, cœlum & ſolem nominabant. Petrus Chryſologus,
homil.156. Quando enim,inquit, Deum Magus,quando regem cœli,niſi reuelante Deo, A-
ſtrologus inueniſſet? quando vnum Deum ſine Deo Chaldæus adoraret in terra, qui in cœlo
Diis totidem,quot ſyderibus, ſeruiebat? Hoc olim ab Erythræa Sibylla,lib.8. Oraculorũ præ-
Sibyl.Ery. dictum fuerat. Sic enim habet:

Καινοφανὴς δὲ μάγοισι σεβάσθη ἄστρατος ἀστὴρ.

id eſt, *Diuinam Magi ſtellam coluere recentem,* H
Monſtratuſque Dei præcepta ſequentibus infans.

Proſ.Aqu. Proſper Aquitanicus,de promiſſ.& prædict.part.3.prom.6.huc etiam refert hæc Virgilij car-
mina, tanquam è Sibylla deprompta.

Virgil. *Stella facem ducens multa cum luce cucurrit:*
Muneribus cumulant,& ſanctum ſydus adorant.

Fulgenti'. Fulgentius,ſerm.de Epiphania. Hæc ſtella,inquit, nunquam apparuit,quia tunc eam puer iſte
creauit, & Magis ad ſe venientibus præuiam deputauit. Iſte puer in præſepi quidem paruulus
collocatur,ſed magnus in cœlo mirabiliter operatur. Permittit ſe manibus in terra portari,ſed
præcipit ſibi cœleſtia famulari.Quid eſt ergo,quòd infantilem attendis ætatem,& eius diuinã
non intelligis poteſtatem? Sic fuit veraciter intimanda pueri huius naturalis diuinitas,& natu-
ralis humanitas,vtraque naturaliter vera,vtraque vnita,nec in ſe inuicem confuſa,nec in ſe in- I
uicem ſeparata. Ipſum enim habuit Maria filium de ſe natum,cui ſtella debitæ ſeruitutis de-
buit famulatum. Ipſum eundémque Maria in Beth-leem Dominum hominem peperit, quẽ
Maximus. ſtella Magis in Oriente poſitis nuntiauit.Maximus Epiſcopus,hom.1. in Epiph.Dom. Qui-
bus verò radiis,inquit, quantóve lumine illam Domini ſtellam antiqua credimus tunc inter
aſtra fulſiſſe,quantum in ſplendore præceſſit,quæ tantum præibat in munere,quæ velut quidã
Auguſt. totius orbis oculus,caligantis mundi veterem nouauit aſpectum? Auguſtinus,tom.3.lib.3.c.4.
de mirabilibus ſacræ ſcripturæ.De iſta verò ſtella dubitatur,vtrum ſtella ſimplex,an Angelus,
an Spiritus ſanctus accipiatur : etſi Catholico ſenſui nihil repugnat, cùm de ſingulis diſputatũ
2. fuerit,arbitris maioribus eligendi liberam voluntatem ingenioli noſtri menſura concedet. Si
Quæ fuerit hæc ſtella. enim quis ſimpliciter ſtellam eſſe accipiendam maluerit, à cæteris ſtellis in hoc ducatu quo-
modo deuiauit? quarum natura ab initio condita in firmamento conſtituta fuiſſe dignoſcitur, K
ſicut libri Geneſeos authoritate manifeſtatur.Si ergo in firmamento cœli maneret inter Beth-
leem & Hieruſalem, dux fieri ambulantibus qualiter poſſet? etſi per aëra ſagittæ more, quan-
uis paulo lentiore curſu propter ſequentes peruolaret,aſſuetum in firmamento locum & cur-
ſum interim deſereret. Quod nec maioribus quidem luminaribus accidiſſe ſcripturæ deſcri-
bunt,cùm in ſignis aut ſteterunt, aut reuerſa ſunt:niſi fortè aëreus ille ignis,qui tale miniſteriũ
accipit propter ſimilitudinem,ſicut in multis diximus, ſtellæ vocabulum accepit: aut ſi Ange-
lus habitu ſtellæ hoc miniſterium fecit. quod non repugnat,dum ſe Angeli, quando ſe homi-
nibus oſtendunt, in multos trãsformant habitus:quomodo & Moyſi in Oreb de rubo Ange-
lus ignita facie loquebatur,(Exod.3.) & velut miles armatus Ioſué filio Nũ extra caſtra in Gal-
galis oſtenditur.(Ioſ.5.)Sicut currum & equos igneos aſcenſione Heliæ Angeli funguntur,(4.
Reg.2.) & quando Heliſæus pueri ſui oculos aperuit,(4.Reg.6.)in ijſdem habitudinibus An-

geli

A geli manifeſtantur. In forma hoſpitum Abrahæ & Loth conſpectibus ſe præbuerunt,(Geneſ. 18.&19.)& Manne & vxor eius Prophetali habitu loquentem ad eos Angelũ viderunt. (Iud. 13.) Nimirùm & iſta vice Angelus dux Magorum efficitur,qui aſtrologis in ſtellæ ſimilitudinem & clariſſimi ſyderis fulgorem transformatur. Licet enim per imaginem rerum,quæ Ioãni in Apocalypſi ſua per viſionem dicuntur, huic tamen intellectui non contrafacit, ſtellæ ſeptem eccleſiarum,ſeptem Angeli ſunt.(Apoc.1.)Vnde quamuis in ſpiritu, dum tamen ſtellæ Angeli dicuntur, quid repugnat ſi etiam in loco ſtella Angelus dictus eſſe ſentiatur? Vel certè ſi neque Angelus,neque ſtella firmamenti,neque alius quiſpiam ignis,hæc ſtella fuiſſe dignoſcitur,Spiritus ergo ſanctus hæc ſtella fieri concedatur:qui ſicut poſtmodùm corporali ſpecie columbæ deſcendit ſuper Ieſum Dominum in Iordane,ſic gentes adoratrices,ſtellæ ſpecie duxit ad cunabula Domini naſcentis in carne. De quo ſpiritu per parabolam Balaam Aſtrologus

B loquebatur:Orietur ſtella ex Iacob,rutilum ſcilicet lumen ſpiritalis gratiæ Chriſti,qua nox infidelitatis gentium illuminatur. Sicut ergo in igne ſuper Apoſtolos poſtea in cœnaculo Syon deſcendit,ita in ſpecie ſtellæ Magos ad Dominum Spiritus ſanctus deduxit. Hæc Auguſtinus non alia ratione in quæſtionem vertit,quàm vt ſtellam hanc non ex earum numero fuiſſe,quæ primò creatæ ſunt,concludat. Theophilactus. Quando audis ſtellam,ne talem putes illã, qua- Theoph.
les videmus,ſed diuinam virtutem & angelicam in figura ſyderis apparentem. Quòd autem angelica virtus fuerit ſtella,manifeſtum ex eo,quòd in die refulſerit, & ad motum Magorum ſe mouerit, & ad quietem eorum quieuerit. Quin & à Septentrionali parte,quæ eſt Perſidis, ad Meridiem,in qua eſt Hieruſalem,mouebatur. Nunquam autem ſtella à Septentrione ad Meridiem vertitur. Gregorius Nyſſenus,ſerm. de ſancta Chriſti natiuit. Sed & ex reliquis ſtel- Greg. Nyſſ.
lis,inquit,cùm aliæ quidem penitus in ſtabili atque erroris experte ſphæra defixæ, atque im-

C mobilem ſtatum ſortitæ ſint, aliæ verò nunquam moueri deſinant:hæc & mouetur,dum Magis dux itineris eſt,& conſiſtit,dum locum indicat ijſdem. Euthymius in Matthæum, rationes Euthym. *Cur hæc ſtel*
omnes colligit. Et verè,inquit, diuina quædam inerat potentia in hanc figuram transformata, *la de nouo*
& quidem in multis manifeſtum eſt. Primùm à via. Nam quælibet ſtella ab ortu progreditur *formata di*
in occaſum,ſola hęc à Septentrione in Meridiem ferebatur. Talem nempè ſortitur Palæſtina *catur.*
ſitum, ſi ad Perſidem conferas. Secundò à ſplendore. ſiquidem nulla in die apparet, propter 1.
exceſſum lucis ſolaris:hanc ſolam in die apparentem ſol occultare non poterat. Tertiò,ex hoc 2.
quòd prout opus erat,apparebat,rurſúſque occultabatur. Vſque ad Palæſtinæ enim regionem 3.
ducatum illis præſtans,apparuit. Ex quo autem Hieroſolyma acceſſerunt,ſeipſam occultauit,
rurſúſque à Hieroſolymis,exeuntibus demonſtratur,& illis quidem euntibus præcedebat,ſtãtibusverò circummanebat,iuxta illorum neceſſitatem ſuum præbens motum. Quartò,ex eo, 4.

D quòd terræ proxima incedebat. Neque enim ſpeluncam ad diuerſorium demonſtraſſet,ſi aliis proxima ſtellis,ſublimis lata fuiſſet:nunc autem veniẽs,ſtetit ſupra locum vbi erat puer. Ex his Euthym.
manifeſtum eſt,vt idem concludit Euthymius, contra Genethliacos,nullum fatum aut neceſ- *Contra Ge-*
ſitatem homini ab aſtris pendere,cùm neque hoc ſidus ex numero primorum fuerit. Thomas *nethliacos*
Aquinas in Matthæum,duos hinc errores dimanaſſe colligit, ex malè intellectis Magorum *et fatarios.*
verbis. Alij enim,vt Priſcillianiſtæ,omnes actus hominum fato dirigi confirmarunt, per hoc Thomas.
quod Magi dicunt, *Vidimus ſtellam eius.* Alij, nimirùm Manichæi, Euangelium Matthæi re- *Priſcillian.*
probant: quaſi fatum hoc loco admittat,quod ipſi reijciunt. Auguſtin.tom.6.lib.2.cap.5.cõtra *Manichæi.*
Fauſtum Manichæum. Et nos quidem,inquit,ſub fato ſtellarum nullius hominis geneſim po- Auguſt.
nimus, vt liberum arbitrium voluntatis,quo vel benè vel malè viuitur,propter iuſtum iudiciũ
Dei ab omni neceſſitatis vinculo vindicemus. Quanto minus illius temporalem generationẽ
ſub aſtrorum conditione credimus factam, qui eſt æternus vniuerſorum creator & dominus?

E Itaque illa ſtella,quam viderunt Magi, Chriſto ſecundum carnem nato, non ad decretum dominabatur, ſed ad teſtimonium famulabatur. Nec enim ſubijciebat imperio,ſed indicabat obſequio. Idem lib.5. de ciuitate Dei, cap.1. oſtendit cauſam Romani Imperij, omniúmque re- Idem.
gnorum,nec fortuitam eſſe,nec in ſtellarũm poſitione cõſiſtere. Cap.4.in eam rem producit
Eſau & Iacob geminorum multum inter ſe diſpares mores & actiones,qui tamen eodem tẽporis momento nati ſunt, ſic vt poſterior plantam prioris teneret. Cap.5.ex his,quæ quotidie
videmus,in his qui eodem tempore nati ſunt,nec tamen eoſdem mores, fauores, opes, poſſeſſiones,eadem pericula nanciſcantur, Mathematicorum vanam ſcientiam conuincit. Cap.7. *Contra eos*
vanam ſuperſtitionem eludit,qua dies eliguntur,quibus vxor ducenda, aut domeſtica quædã *qui ſuperſti*
negotia ineunda ſint. Nec illud,inquit,volunt aduertere,quòd electo ad ſeminandum agrum *tioſè dies*
die,tam multa grana ſimul veniunt,ſimul germinant, exorta ſegete ſimul herbeſcunt, pube- *eligũt ſuis*
actionibus.

ſcũt,flaueſcũt,&tamẽ inde ſpicas cæteris coæuas,atque,vt ita dixerim,cõgerminales alias rubigo interimit,alias aues depopulantur,alias homines auellũt. Quomodo iſtis alias cõſtellationes fuiſſe dicturi ſunt,quas tam diuerſos exitus habere conſpiciũt? An eos pœnitebit his rebus dies eligere,eáſque ad cœleſte negabũt pertinere decretũ,& ſolos ſyderibꝰ ſubdẽt homines, quibus ſolis in terra Deus dedit liberas voluntates? His omnibus conſideratis non immeritò creditur, cũ Aſtrologi mirabiliter multa vera reſpondẽt,occulto artificio fieri ſpirituum non bonorum, quorũ cura eſt has falſas & noxias opiniones de aſtris & fatis inſerere humanis mẽtibus atque firmare, non horoſcopi notati, & inſpecti aliqua arte,quæ nulla eſt. Hanc Mathematicorum impietatem Gregorius Nyſſenus, lib.6. Philoſophiæ, conuincit. Nam cap.1. diſputat contra fatum Stoici. Cap.2. interimit fatum Ægyptiorum,quod ab aſtris pendere aſſerebant. Cap. autem 3. aduerſus eos agit,qui dicunt liberam electionem eſſe à nobis, euentum verò à fato. Et vt pauciores rationes in ſummam contrahamus, non ſuperfluum erit audire,quid Baſilius, hom.6.diuini opificij ſex dierum,de ea re ſcripſerit. Primùm igitur illud ipſos interrogabimus, ſitne vt ſingulis diebus ſyderum figuræ mille modis mutentur, ac varientur? Nam cùm vagæ ſtellæ perpetuò continuóque moueantur,citiùs planetæ alij in alios incurrant & apprehendãt, & partim tardiore motu ſuos efficiãt orbes: fit vt in eadem hora ſæpenumerò tum mutuò ſeſe conſpiciant, tum occultentur. Et cùm maximam vim habeat geneſeos ſiue natiuitatis,ab effectrice bonorum an malorum conſpici ſtella,vt ipſi cenſent, ſitne vt ſæpè,cùm haud id attigerint ipſi tempus,quo bonorum effectrix ſtella dominabatur, ob vnius ignorantiam minutæ, cam tum vt in mala ſitum fortuna deſignent? Cogor enim eiſdem nunc vti verbis, quibus & illi ipſi vti conſueuere. In verbis igitur huiuſmodi magna quidẽ amentia, multò verò maior impietas continetur. Maleficæ enim ſtellæ ſuę ipſarum malignitatis cauſam in ſuum tranſferibunt factorem. Nam ſi natura ſtellis cõpetit maleficium, ipſe ſanè creator effector malignitatis: ſin improbæ voluntate ſua, malæque euadunt: primùm quidem, animantia quæque erunt boni malique electiua, & ſolutis appetitionibus imperioſiſque vtẽtur: quod quidem inanimis falſò tribuere,ſummæ dementiæ conſtat eſſe. Deinde quantum à ratione diſſonat, malum ac bonum non pro dignitate cuique diſtribuere? ſed cùm hoc in loco fuerit,bonam: cùm ab hoc conſpecta ſydere fuerit,malam eandem dicere ſtellam: cùm parumper denique declinauerit à figura, ſuæ protinus obliuiſci malignitatis? Sed hæc quidem hactenus ſunt dicta. Si verò ſingulis in momentis temporis atque punctis,in aliam atque aliam ſydera figuram permutando ſe accõmodant: in innumeris autem huiuſmodi mutationibus,quæ vna die tantædem contingunt, figurationes eiuſmodi regiarum natiuitatum perficiuntur: cur ſingulis quæſo diebus nõ reges naſcuntur? aut cur apud ipſos reges omninò regna per ſucceſſiones traduntur? Nõ enim quemque regem ortum filij ſui, ad regiam ſyderum figuram obſeruãtem accõmodare dicere audent. Quis enim mortalium rei talis dominus eſſe poteſt? Cur ergo Ozias genuit Ioatham, Ioatham Achas, Achas Ezechiam, & horum nulli nanciſci contigit ſeruilem natiuitatis ſuæ horam? Deinde ſi non probarum ac improbarum operationum principia penes nos ſita ſunt, ſed ex ortu neceſſitudines emergũt: fruſtrà profectò legumlatores agendas res & non agẽdas, ſed fugiendas præſcribunt: fruſtrà ſunt iudices etiam, virtutem honore,vitium pœnis afficientes. Non enim hoc pacto iniuria commiſſa,furis eſt,aut homicidæ: quippè cui neque volẽti quidem, ob ineuitabilem ipſum impellentem ad agendum neceſſitudinem, manũ continere licuerit. Vaniſſimi denique homines ſunt,& qui dant artibus operam, in ipſiſque elaborant: quando rectè quidem facturus videtur agricola,ſi neque ſemen vllum in terram deiecerit, neque ad meſſem falcem exacuerit ſuam: quin & mercator, velit nolit, ſupra modum diteſcet, quando ipſi fatum affatim accumulat luculentas & vberes diuitias. Spes porrò magnæ illæ Chriſtianorum euaneſcent omninò in nobis,atque peribunt: quippè cùm neque iuſtitia honoribus vllis afficiatur, neque peccata puniantur, propterea quòd nihil prorſus ab hominibus libero animi propoſito agatur. Nam vbi neceſſitas vrget, fatúmque dominatur, nullum id ibi locum obtinet, quod pro dignitate penditur: id,inquam,quod iuſti iudicij munus præcipuum eſſe conſtat. Sed contra illos eouſque ſit diſputatum. Nunc dicamus,cur ſtellæ ſigno Magi vocati ſunt Magi. Cur non potius Angelus illis ſicut & paſtoribus apparuit? D. Gregorius Pontifex in homelia. Quia videlicet,inquit, Iudæis,tanquam ratione vtentibus,rationale animal, id eſt Angelus, prædicare debuit: Gentiles verò,quia vti ratione neſciebant, ad cognoſcendũ Dominum non per vocem,ſed per ſigna perducuntur: quia & ipſis Prophetiæ tanquam fidelibus,non infidelibus,& iſtis ſigna tanquam infidelibus,& non fidelibus,data ſunt. Et notandũ quòd redemptorem noſtrum,cùm iam perfectæ eſſet ætatis,eiſdem Gẽtibus Apoſtoli prædicant,

Greg.Nyſ.

Baſil.

Stellæ non ſunt maleficæ.

Quãta cõſequãtur abſurda ſi ſtellæ maleficæ ſint.

1. *Differẽtia naturæ.*

2. *Varietas loci, in quem ſtella fertur aut aſpectꝰ.*

3. *Varietas natiuitatum in vnomomẽto occurrentiũ*

4. *Varietas actionum.*

5. *Vana ergo præmia & ſupplicia.*

6. *Vanæ artes.*

7. *Vana ſpes.*

Cur Magi ſtella vocati ſunt, & nõ ab Angelo apparente.

D.Greg.

1. *Doceri debuerunt per ſigna.*

A cant, eúmque paruulũ, & necdum per humani corporis officium loquentem ſtella Gentibus denunciat, quia nimirùm rationis ordo poſcebat, vt loquentem iam Dominum nobis prædicatores innoteſcerent, & necdum loquentem elementa muta prædicarent. Theophilactus in Matth. Nam quoniam aſtrologi Magi erant, propterea Dominus familiari ipſis ſigno eos adduxit, ſicut Petrum piſcatorem à multitudine piſcium ad nomen Chriſti venatus eſt, & ſtupeſcere fecit. Thomas Aquinas in Matth. Eſt enim rex cœlorum, & ideò per cœleſte iudicium voluit manifeſtari. Pſal. 18. Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. Iudæis quidem lex data eſt per Angelos, Gal. 5. Gentiles verò (Rom. 1.) inuiſibilia Dei per ea quæ facta ſunt, viſibilia cognouerunt. Vnde & eorum vocatio promiſſa eſt Abrahæ ſub figura ſtellarum. Geneſ. 15. Suſpice cœlum, & numera ſtellas ſi potes. Leo Martyr, ſerm. 3. de Epiphan. Commouet Magos remotioris Orientis habitatores ſtellis cæteris fulgentior ſtella, & demirandi luminis claritate. Viri ad hæc ſpectanda non inſcij, magnitudinẽ

B ſignificationis intelligunt, agente hoc ſine dubio in eorum cordibus inſpiratione diuina, vt eos tantæ viſionis myſterium non lateret, & quod oculis oſtendebatur inſolitum, animis nõ eſſet obſcurum. Idem hom. 4. de Epiphania. Vnde enim hi viri, cùm proficiſcerentur de patria, qui nondum viderant Ieſum, nec aliquo contuitu eius, quòd eum tam ordinatè venerarentur, adduxerant, hanc deferendorum munerum ſeruare rationem? niſi quia præter illam ſtellæ ſpeciem, quæ corporeum incitauit obtutum, fulgentior veritatis radius eorum corda perdocuit, vt priuſquàm labores itineris inchoarent, deſignatum ſibi intelligerent, cui in auro regius honor, in thure diuina diuinatio, in myrrha mortalitatis confeſſio deberetur. Et hæc quidẽ quãtum ad illuminationem fidei pertinebat, potuerunt illis credita & intellecta ſufficere, vt corporali intuitu non inquirerent, quod pleniſſimo mentis viſu inſpexerant. Euſebius Emiſſenus,

C hom. in Epiphan. Domini. Sed nunquid iſta (inquit) ſtella videbatur ab omnibus? Si enim ab omnibus videretur, nequaquam ſe eam in Oriente vidiſſe dicerent, quæ non ſolùm in Oriẽte appareret. Factum eſt autem, vt viſa ſtella quicquid per eam ſignificabatur, mox intelligerent, non tamen Aſtrologiæ certa demonſtratione, ſed Spiritus ſancti. Chriſtũ igitur in ſtella quærebant, quem diuina inſpiratione per ſtellam ſignificari intelligebant. Chryſoſtomus, ex variis in Matth. locis homelia 1. Vt per ſignificationem ſtellæ & hominis, in filio Dei diuinæ & humanæ naturæ coniunctio noſceretur. Vnde & in Apocalypſi (22. cap.) ita de ſe Dominus teſtatur: Ego ſum radix Ieſſe, & genus Dauid, & ſtella ſplendida matutina: quia per natiuitatis ſuæ ortum, diſcuſſa ignorantiæ nocte, in ſalute mundi, tanquam fulgidum ſydus emicuit. Petrus Chryſologus, ſerm. 157. Itaque ſi dixerit aliquis, quare Magi? quare per ſtellam, ſi cũ ſtellis

D cum origine nulla cauſa eſt, nulla ratio cum natura? Quare Magi? quare ſtella? Vt per Chriſtũ ipſa materia erroris ſic fieret ſalutis occaſio, quemadmodum per Chriſtum mortis cauſa, cauſa facta eſt vitæ. Hoſtem proprio mucrone turbare ſingulare eſt inſigne virtutis. Apud Magos in culpa erat ignorantia, non voluntas: & erat in crimine non ſtudium, ſed error, quærere Deum, & noſcere. Quærere, neceſſitas magis eſt, quàm reatus. Fuit ergò pium, vt & Deus inuenire quærentibus daret, & culpam deputaret errori. Denique Paulus iudicio tali de perſecutore factus eſt prædicator: quia per zelum legis impugnabat legem, & in Deum Dei amore peccabat. Hinc eſt, quòd fides currit ad Paulum, perfidia ad ignorantiã recurrit. Diſcernunt igitur ſtellam eius à cæteris ſyderibus, vt qui cætera ex artis ſuæ profeſſione dignoſcerent, hoc autem ſydus præter naturæ ordinem illuceſcere viderent. Vnde tanquam ex patribus accepto per manus oraculo de rege naſcituro, ſimúlque de indice natiuitatis eius, *Vidimus*, inquiunt,

E *ſtellam eius in Oriente*. Adiiciunt autem, *Et venimus adorare eũ*. καὶ ἤλθομεν προσκυνῆσαι αὐτῷ. *Venimus* in præterito interpretandum eſt, vt ad occaſionem itineris referatur. Adorare autẽ etſi hîc ſuccumbere & venerari ſignificare videatur ex vi dictionis, interpretandum eſt tamen pro λατρεύειν, id eſt adorare. Theophilactus in Matth. Videntur, inquit, hi Magi magna virtute præditi. Nam qui in aliena regione adorare voluerunt, quomodo non in Perſide ipſa magna libertate prædicauerunt? Et primùm quidem à paſtoribus Iudæis Chriſtus agnitus eſt, demum ab his Gentilibus. Fulgentius, ſerm. de Epiphania Domini. Nã quia ipſe, inquit, eſt Deus, qui ſibi in veteri Teſtamento primitias offerri mandauit: idem Deus homo natus, Gentium primitias ſuo cultui dedicauit. Apoſtolica verò teſtatur authoritas, quia vnus eſt Deus, qui iuſtificat circunciſionem ex fide, & præputium per fidem: circunciſionis nomine Iudæos, præputij nomine Gentes indubitanter oſtendens. Iſti ſunt duo parietes, qui ex diuerſo venerunt, & in lapidem, qui factus eſt in caput anguli, in vnitatem fidei conuenerunt. Vnus paries venit ex Iudæis, alter ex Gentibus. Longè à ſe diuerſi erant, quando diuerſa credebant. Poſitus eſt in

Theoph. 2. *ſignũ ſtellæ illa familia rius fuit.*

Tho. Aqui. 3. *Inuiſibilia perviſibilia cognoſcũtur.*

4. *ſic promiſſa eorum vocatio.*

Leo Mar. *Fides Magorũ quantũ nobis proſit.*

Euſeb. Emiſſen.

5. *Chriſtꝰ per ſtellam exprimitur.*

Chryſoſt.

P. Chryſol.

Theoph. *Magi gẽtiũ primitiæ.*

Fulgentꝰ.

medio lapis angularis, qui ad se vtrũque parietẽ duceret, & vtrũque vno nomine nuncuparet: F
essentque vnũ cõmunione vocabuli, qui vnũ fierent in gratia sacramẽti. Per Christũ enim, qui
est pax nostra, faciens vtraque vnũ, Iudæi & Gentiles facti sunt vnũ, quibus fidei vnitas, vnum
indidit nominis Christiani vocabulũ. Ad lapidem ergo angularẽ vterque paries venit, & verũ
angulum fidei vnitas fecit. Horum duorum parietũ vnus adductus est, quando pastoribus Iu-
dæis Christum natum Angelus nunciauit: alter paries adductus est, quando gentibus Magis
nouum sydus apparuit. Illi fuerunt primitiæ Iudæorum, isti facti sunt primitiæ Gentium: illi de
proximo adducti, isti de longinquo reducti. Propè enim erant Iudæi, qui Deum colebant:
Leo Papa. longè erant Gentes, quæ idolis seruiebant. Leo Papa, serm. 3. in Epiphan. Domini. His igitur,
dilectissimi, diuinæ gratiæ mysteriis eruditi, diem primitiarum nostrarum, & vocationis Gen-
tium inchoationem, rationabili gaudio celebremus, gratias agentes misericordi Deo, qui di-
gnos nos fecit, sicut ait Apostolus, in partem sortis Sanctorum in lumine, qui eripuit nos de po-
testate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suę: quoniã, sicut prophetauit Esaias G
9. cap. Gentium populus qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam, & qui habitabant in
regione vmbræ mortis, lux orta est eis. De quibus idem Esaias 55. cap. dicit ad Dominum: Gẽ-
tes quæ te non nouerunt, inuocabunt te: & populi qui te nesciebant, ad te confugient. Hunc
diem Abraham vidit, & gauisus est, quum benedicendos fidei suæ filios in semine suo, quod est
Christus, agnouit, & omnium se futurum Gentium patrem credendo prospexit, dans gloriã
Deo, & plenissimè sciens, quoniam quod promisit, potens est & facere. Hunc diem Dauid ca-
nebat, Ps. 85. dicens: Omnes Gentes, quascunque fecisti, venient, & adorabunt coram te Do-
mine, & glorificabunt nomen tuum. Et illud Ps. 97. Notum fecit Dominus salutare suum,
ante conspectum Gentium reuelauit iustitiam suam. Quod vtique exinde fieri nouimus, ex
Greg. Papa. quo tres Magos de longinquitate suæ regionis excitatos ad cognoscendum & adorandum re- H
Omnia Christũ cognouisse vi sa sũt, præter Iudæos. gem cœli & terræ stella perduxit. Gregorius Papa, in hom. Epiphaniæ. Sed in omnibus, in-
quit, signis, quæ vel nascente Domino, vel moriente eo monstrata sunt, considerandum nobis
est, quanta fuerit in quorũdam Iudæorum corde duritia, quæ hunc nec per Prophetiæ donũ,
nec per miracula agnouit. Omnia quippè elementa authorem suum venisse testata sunt. Vt
1. enim de eis quiddam vsu humano loquar, Deum hunc cœli esse cognouerunt, quia protinus
2.3. illam miserunt. Mare cognouit, quia sub plantis eius se calcabile præbuit. Terra cognouit,
4.5. quia eo moriente contremuit. Sol cognouit, quia lucis suæ radios abscondit. Saxa & parietes
6. cognouerunt, quia tempore mortis eius scissa sunt. Infernus agnouit, quia hos, quos tenebat
mortuos, reddidit. Et tamen hunc, quem Deum omnia insensibilia elementa senserunt, adhuc
infidelium Iudæorum corda Deum esse minimè agnoscunt, & duriora saxis scindi ad pœni-
tentiam nolunt, eumque confiteri abnegant, quem elementa, vt diximus, aut signis, aut scissio-
Fulgenti⁹. nibus Deum clamant. Fulgentius, serm. de Epiphania. Quid est verò, dulcissimi fratres (in- I
quit) quòd isti Magi regem Iudæorum adorandum quærunt, cùm ipsi Iudæi non essent? Et
quem regem, vtique non Herodem, sed Christum, volunt adorare, regem nuper natum, nec
adorant regem ante annos aliquot ordinatum. Adorare cupiunt infantem lactantem, nec
adorant regem populis imperantem. Nam & de Herode rege Iudæorum filij iã fuerant nati,
qui erant patre mortuo regnaturi. Mortuo enim isto Herode, Archelaus in Iudæa regnauit, &
Galilææ principatum iunior Herodes obtinuit. Archelaus natus est in palatio, Christus in di-
Christus dignior ĩ præsæpi regum filius in auro recũbentibus. uersorio. Archelaus natus est in lectulo argenteo positus: Christus autem natus in præsepio
est breuissimo collocatus. Ille forsitan pretiosis inuolutus est sericis, iste vilissimis inuolutus est
pannis. Et tamen ille natus est in palatio, cõtemnitur: iste natus est in diuersorio, quæritur. Ille
à Magis nullatenus nominatur: iste inuentus simpliciter adoratur. Omninò spernitur primo- K
genitus regis, & muneribus honoratur primogenitus pauperculæ mulieris. Quis est iste rex
Rex pauper adoratur à regibus. Iudæorum? Pauper & diues, humilis & sublimis. Quis est iste rex Iudæorum, qui portatur vt
paruulus, adoratur vt Deus? Paruulus in præsepio, immensus in cœlo, vilis in pannis, pretiosus
in stellis, cuius natiuitate comperta, *Herodes turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo.* Quid
est quòd turbaris Herodes? Quoniam natum Iudæorum regem audisti, turbaris, suspicionibus
agitaris, inuidiæ stimulis inflammaris: & ob hoc natum regem occidere conaris. Inanis est ista
Vana turbatio Herodis turbatio tua, & vana prorsus cogitatio tua. Rex iste, qui natus est, non venit reges pugnando
superare, sed moriendo mirabiliter subiugare. Nec ideò natus est, vt tibi succedat, sed vt in
eum mundus fideliter credat. Venit ergo non vt pugnet viuus, sed vt triumphet occisus: nec
vt sibi de aliis Gentibus auro exercitum quærat, sed vt pro saluandis Gentibus pretiosum san-
guinem fundat. Inaniter inuidendo timuisti successorem, quem credendo debuisti quærere

salua-

A ſaluatorem: quia ſi in eum crederes, cum eo regnares: & ſicut ab illo accepiſti temporale regnum, acciperes etiam ſempiternum. Huius enim pueri regnum non eſt de hoc mundo, ſed per ipſum regnatur in mundo. Ipſe enim eſt ſapientia Dei, quæ dicit in Prouerbiis (Prouerb. 8.) Per me reges regnant. Puer iſte verbum Dei eſt, puer iſte virtus & ſapientia Dei eſt. Si potes contra Dei ſapientiam, cogita. In tuam perniciem verſaris, & neſcis. Tu enim regnum nullatenus habuiſſes, niſi ab iſto puero, qui tunc natus eſt, accepiſſes. Puer, qui tunc à Magis rex Iudæorum, idem creator eſt & dominus Angelorum. Quapropter cuius times infantiam naſcentis, magis debes timere omnipotẽtiam iudicantis. Noli ergo eum timere regni tui ſucceſſorem, ſed time infidelitatis tuæ iuſtiſſimum damnatorem. Similia in Herodem habet Leo Martyr, ſermone quarto de Epiphania. Petrus Chryſologus, ſermone 158. Sed eſto, inquit, quòd Herodes rex amore regni, ſucceſſoris timore, coactus ſit talia moliri, quare Hieroſolyma? quare Principes? quare Scribæ? Quia naſci non vult prophanus Deum, ſeruus dominum, iudicem reus, rebellis principem, perfidus cognitorem. Hieroſolyma varia ſe contaminatione perfuderat: Sacerdotes prophanauerant ſancta, & peccata vendentes, in quæſtum veniam pietatémque conuerterant. Scribæ doctrinam cœleſtem, ſcientiam ſalutarem, vitale magiſterium, in ſuum cenſum, in perfidiæ lapſum, lethale vaniloquium commutarant. Hinc eſt quòd Chriſtum nolunt naſci. Viuere timent, quia nouerant ſe mox ignominiæ dandos, trahendos opprobriis, eiiciendos templo, priuandos ſacerdotio, oblationum munere vacuandos. Semel enim cupiditate inflammati, capti pompa, vitiis ſauciati, vanitate ebrij, madefacti luxu, quia de correctione nihil cogitare poterant, de venia nihil ſperabant. Et ibidem. Si Hieroſolyma, ſi rex, ſi Scribæ, ſi Principes ſacerdotum ad Chriſti ſic turbantur infantiam: quid iſti facerent, Chriſtus perfectum mox in hominem ſi veniſſet, ſi fultus diuitiis & multitudine, ſi cum ſuſpectis, ſi cum extraneis? Qui nihil dant tempori, nihil ætati, nihil pauperi, nihil parenti: ſed vt audiunt natum, parant naſcenti mortem, innocenti dolos, ſcelus pio, nudo gladios, ſoli milites, vagienti necem, pœnam parenti: & vt vis miſceatur ſanguini, crudelitas acerba cunabulis bella indicit, vbera telis vrget, clypeos illidit gremiis, quatenus humanam diuinámque ſobolem antè ſepulchrum faciat intrare, quàm mundum. Sic fugit impius nemine perſequente: timet ne Iudæi paruulum aliquem ex veterum regum ſanguine ſecretò nutriant, ſicut aſſeruatus eſt Ioas, 4. Reg. 10. vt grandior tyrannum expelleret. Ita malunt magnates Chriſtum perdere, quàm bona temporalia. Euſebius Emiſſenus, in homilia de Epiphania Domini. Lætari & exultare debuerant, & ecce timore perturbantur. Sic enim infirmi oculi viſo lumine excæcantur, & bene iſti in Prophetarum libris per illas aues ſignificantur, quas dies excæcat, & nox illuminat. *Turbatus* enim *Herodes* quieſcere non poteſt, angitur, anguſtiatur: & impletur id Pſalmi 47. quoniam ecce reges congregati ſunt, conuenerunt in vnum. Ipſi videntes ſic admirati ſunt, conturbati ſunt, conuicti ſunt, tremor apprehendit eos. Et ne ex improuiſo capiatur, *Principes ſacerdotum, Scribas populi congregans, ſciſcitabatur ab eis vbi Chriſtus naſceretur.* Tum intellexit non vulgarem aliquem regem, ſed Chriſtum requiri: illum ab omni populo Iudæorum expectari, tempus autem illius aduentus iam elapſum eſſe. Ideò non quærendum eſſe putat, quiſnam eſſe poſſit, cui nomen Iudæorum regis deferendum ſit, nullum alium coniiciens quàm Chriſtum: ſed de loco natiuitatis eius tantùm ſciſcitatur. Optimum autem ordinem ſeruat ad tantam inquiſitionem. Non enim conuocat aliquos ex plebe, aut militum ordine, quorum ſtudia non intendunt ſacra myſteria: ſed *omnes Pontifices ſacerdotum, & Scribas populi.* Ad quos enim magis ſpectat rerum diuinarum cognitio, quàm ad Pontifices & ſacerdotes? Malachiæ ſecundo. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent ex ore eius. Eccleſiaſtici trigeſimoſecundo. In medio magnatorũ loqui non præſumas, & vbi ſunt ſenes, non multum loquaris. Sap. ſexto. In multitudine ſapientum ſanitas orbis terrarum. Si quidem, vt ſcribit Thomas in Matthæum, ad ſciendam rei alicuius certitudinem, tria requiruntur. Creditur enim multitudini, authoritati, & literatis. Authoritas in Pontificibus & doctrina fuit: copioſa demũ multitudo, cùm omnes congregati ſint. Ex his patet, difficiles quæſtiones ad conſilia referenda eſſe: authoritatem autem conſiliorum haberi ex matrice eccleſia. Sic enim, vt ſcribit Irenæus, libro 3. cap. 3. contra hæreſes, & Tertullianus, lib. de præſcriptionibus contra hæreticos: Siquid ambiguum reſoluendũ erat, conſulebantur olim matrices eccleſiæ, qualis fuit, & eſt Romana: vtique adinſtar antiquæ Hieroſolymæ, cuius Synagoga cæteris prælata eſt. Ex eo igitur loco multa de conciliorum & Pontificũ authoritate, multa de eccleſia Romana in definiẽdis fidei quæſtionibus dici poſſent, à quibus nunc abſtinemus, ne in præſentẽ hiſtoriam latior ſeſe infundat interpretatio. Porrò hi qui dicuntur Principes ſacerdotum, ἀρχιερεῖς, Pontifices intelliguntur, qui 2. Paralip. 24. Prin-

Leo Mart. P. Chryſologus.

Cur Hieroſolyma turbata.

Malũt quidã Chriſtũ perdere, q̃ temporalia. Euſe. Emiſ.

Herodes agnoſcit regẽ illum eſſe Chriſtum.

Quis inquiſitionis ordo de Chriſto i

1. *A ſacerdotibus inquirendũ.* Thomas.

1.

2.

3. Irenæus. Tertull.

2. *Inquirẽdũ in vna Hieroſolyma, Romana Eccleſia.*

Theoph. cipes sanctuarij,& 2.Paralip.36.idem nomen sortiuntur.Theophilactus,in cap. 14. Marci, intelligit Pontifices maximos,non quòd multi simul & eodem anno hoc munere fungerentur, sed quòd aliquando hunc gradum adepti essent. Nam quia Romanorum auaritia vænale factum fuerat sacerdotium,quotannis mutabantur.Porrò Scribæ hi sunt, quos Lucas cap. 7. & 11.legis peritos vocat.Matth.7.Marc. 12.1.Cor.1.*At illi dixerũt,In Beth-leem Iudææ,*ἐν βηθλεὲμ ἡ ἰούδαίας. *Sic enim scriptum est per Prophetam,Et tu Beth-leem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iudæ ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel.* Hæc verba habentur Micheæ 5.cap.Porrò Matthæus verba Prophetæ paulò diuersiùs citare videtur, quàm in Hebræo leguntur. Si quidem negatiua particula non legitur *nequaquam*, sed Beth-leem paruula esse affirmatur.Quod etiam Septuaginta interpretes obseruant,his verbis Hebraicum contextum traducentes,Καὶ σὺ βηθλεὲμ ὁ οἶκος εὐφραθᾶ, ὀλιγοστὸς εἶ, Et tu Beth-leem domus Ephratha.Sed sensum mentémque Prophetæ potius attendit, qui etsi Beth-leem vulgò paruulam G censeri scribat,ipsam tamen nequaquam minimam esse in millibus Iudææ affirmet. Hoc nimirùm argumento,quòd ex ea Christus nasceretur. Attamen Hieronymus,lib. 2. Commentariorum in Michæam, Arbitror, inquit, Matthæum volentem arguere Scribarum & sacerdotum erga diuinæ scripturæ lectionem negligentiam, sic etiam posuisse vt ab eis dictum est. Et paulò pòst inquit Hieronymus: Exponamus ergo Hebraïcum. *Et tu Beth-leem*, id est, domus panis,quæ vocaris *Ephratha*,*minima quidem es in ciuitatibus Iuda*, & tãtis millibus comparata,vix paruus es viculus: sed ex hoc paruo viculo egredietur Christus, qui est dominator in Israël. Aut si particulam negatiuam *nequaquam* adiungas, talis sequetur interpretatio, quam habet Euthymius in Matthæum.Etsi,inquit,vilis appares ad aspectum, quantum tamen ad id quod animo concipitur,non es minima inter omnes principes tribus Iuda.Quælibet enim tribus diuersos habebat in propriis ciuitatibus principes, Et verè nominatissima fuit post Salua- H toris natiuitatem:quotidie enim ab vniuerso orbe accedunt ipsam visuri, locúmque vbi Christus natus est,adoraturi.Deinde magnæ famæ ac nominis causam ponit.*Ex te enim exibit*, hoc est nascetur,*dux*.Ducem autem ac pastorem siue rectorem,dixit regem. Nam & Christus secundum diuinitatem rex erat.Regnum,ait, meum non est ex hoc mũdo.Et secundum humanitatem.siquidem regis exercebat opera,leges videlicet subditis condens,corrigens illos ac fouens,& pro eis moriens:quæ maximè eum,qui verè rex est,insigniunt. Diadema enim & purpura,reliquáque similia, fastus magis sunt & arrogantiæ. Quomodo autem dixit eum pastorem siue rectorem Israël (vtrumque enim significat verbum ποιμαίνω,& regere, & pascere) cùm vniuersum pauerit orbem? Ne offendantur Iudæi, quasi cæteris nihil amplius habentes: sed occasionem magis habeant familiaritatis eius, quòd ab ipsis genitus, & apud eos natus sit. Si quis autem dicat: quomodo ergo illos non pauit, quum sint ipsi Israël? Audiat quòd I etiam hoc fecit: pauit enim illos, qui ex ipsis crediderunt: alioqui etiam Israël est omnis, qui videt Deum. Israël enim si quis interpretetur, idem sonat quod videns Deum. Dicit autem Paulus:Non omnes qui ab Israël descendunt,hi sunt Israëlitæ.Quòd si non omnes pauit Hebræos,illorum culpa est, qui ab eo pasci noluerunt. Dicit enim:Non sum missus, nisi ad oues perditas domus Israël(Matth. 15.)Euangelista autem Ioannes:(cap.1.) In sua, inquit, venit,& sui eum non receperunt. Hoc quoque deprauant Iudæi, dicentes de Zorobabel loquutam Prophetiam: quibus nos è diuerso dicimus, Zorobabel non in Beth-leem, sed in Babylonia natum esse. Tu verò Dei admirare gubernationem quomodo ordinauit, à Magis quidem doceri Iudæos,quòd ipsum stella prædicauerit:à Iudæis autem Magos,quòd & Prophetæ ipsum prænunciauerint. Leo Martyr, sermone secundo, de Epiphania Domini. Quid verò, inquit, tam cæcum,quid tam lucis alienum,quàm illi sacerdotes & Scribæ Israelitarum fuerunt? qui K percontantibus Magis, & Herode quærente vbi Christus secundum scripturarum testimonium nasceretur, hoc responderunt de Prophetico eloquio, quod indicabat stella de cœlo: quæ vtique poterat Magos Hierosolymis prætermissis vsque ad cunabula pueri, sicut postmodùm fecit, sua significatione perducere, nisi ad confutandam Iudæorum duritiam pertinuisset,vt non solùm ductu syderis, sed etiam ipsorum professione innotesceret natiuitas Saluatoris. Iam ergo ad eruditionem Gentium Propheticus sermo transibat, & prænunciatum antiquis oraculis Christum alienigenarum corda discebant,cùm Iudæorum infidelitas veritatem ore proferret, & mendacium corde retineret. Noluerunt enim agnoscere oculis, quem de sacris indicabant libris, vt quem non adorabant in infantiæ infirmitate humilem, postea crucifigerent in virtutum sublimitate fulgentem.Quæ ista, Iudæi, tam imperita in vobis scientia est, tam indocta doctrina? Interrogati vbi Christus nasceretur, veraciter & memoriter

Conciliatio Matthæi cũ Hebraico cõtextu Micheæ,et 70.

Hieron.

Euthym.

Quid verè regem faciat.

Iudæi & à stella, & à scripturis, & propria confessione conuincuntur.

Leo Mart.

dicitis,

A dicitis, quod legistis, In Beth-leem Iudææ. Sic enim scriptum est per Prophetam: Et tu Beth-leem terra Iuda, non es minima in principibus Iuda. Ex te enim exiet princeps, qui regat populum meum Israël. Hunc principem natum longinquæ Orientalium gentium nationes in insolito noui syderis splendore didicerunt: & ne de loco editi regis ambigerent, vestra erudito prodidit, quod stella non docuit. Cur vobis viam, quam aliis aperitis, obstruitis? Cur in vestra infidelitate residet dubium, quod ex vestra sit responsione manifestum? Locum natiuitatis de scripturarum testimonio demonstratis, præsentiam temporis de cœli & terræ attestatione cognoscitis, & tamen vbi ad persequendum animus Herodis exarsit, ibi ad non credendum vester sensus obduruit. Gregorius Papa, in Euangelium hodiernæ diei. Hoc profectò, inquit, benè Isaac cùm Iacob filium suum benediceret, designauit, & caligans oculis, & prophetans (Genes. vigesimosexto) in præsenti filium non vidit, cùm tamen in posterum multa præuiderit. Quia nimirùm Iudaïcus populus, & Prophetiæ spiritu plenus, & cæcus, eum de quo Gregor. Papa.

B multa in futurum prædixit, in præsenti positum non agnouit. *Tunc Herodes clàm vocatis Magis.* Theophilactus. Clanculò vocauit eos propter Iudæos. Suspicabatur enim quòd Iudæi fortassis puerum facturi essent magni, & curaturi vt seruarent eum, vtpotè liberatorem suum, & propterea clàm insidiatur. *Diligenter didicit ab eis tempus stellæ quæ apparuit eis.* Cogitauit enim, inquit Euthymius, tunc Christum aduenisse, cùm stella apparuisset. Nouerant enim Iudæi locum natiuitatis, & tempus in genere seu quadam summa, non autem præfixè, vt mensem, annum, & diem. Sunt autem, inquit Theophilactus, qui dicant stellam illis apparuisse longè antequàm Christus nasceretur: quoniam multum temporis in iter insumpturi erant, & tamen ipsum adhuc fasciis inuolutum adoraturi. Alij, quòd cùm Christo nato stella apparuerit, & Magi per biennium venerint, & non in fasciolis inuenerint puerum, neque in præsepi, sed in Theoph. *Quandiu illuxit stella: an biennio, vel tantùm 13. diebus.*

C domo cum matre bimum. Alij verò, quorum paucior est numerus, stellam hanc in die natiuitatis apparuisse scribunt, & eadem ipsa die Magos iter aggressos esse. Verùm quæritur quomodo tam breui dierum spatio ex Oriente Beth-leem peruenire potuerint, cùm audierimus appulisse eos decimatertia die post natalem Christi? Sunt qui hoc referant ad diuinam quandam virtutem, vt Remigius in Matthæum, quæ Prophetam Abacuk in momento in Babylonem ad lacum leonum transtulerit. Sunt qui referant hanc diligentiam ad velocitatem dromedariorum, quibus abundat hæc natio, quos vno die mille stadiorum iter conficere scribit Philostratus, in vita Apollonij. Sunt, vt diximus in superioribus, qui obseruent Orientem dici non remotiores Orientis partes, sed Iudææ viciniores: quomodo vocantur Aramei montes in Mesopotamia, Numer. vigesimotertio, è quibus adductus est Balaam. Oriens enim frequenter in sacris literis accipitur pro terris, quæ Orientales ad illam sint, in qua sunt qui loquuntur, vt Genes. 13. Elegit sibi Loth regionem circa Iordanem, & recessit ab Oriente. Ita- Remigius. Philostrat.

D que siue Magi, vt posteri Balaam, ex Mesopotamia Syriæ venerint, vt Chrysostomo, Hieronymo, Ambrosio, cæterisque quos notauimus, visum est, siue ex Arabia, vt Iustino placet, seu ex primis Persarum aut Chaldæorum regionibus, nihil moratur nos, quin credamus Magos sua diligentia, pietati coniuncta, non difficulter tredecim diebus hucusque peruenire potuisse. Siquidem cùm Laban insequeretur Iacob fugientem à Mesopotamia in Iudæam, vt scribitur Genes. 31. illum in monte Galaad, qui Libani principium est, attigit septimo die ab egressu Iacob. Neque tamen illius fugam nisi tertia demum die deprehenderat: vnde quatuor diebus tantùm Laban, sed celeriori cursu, Iacob verò, etsi secum greges, vxores, & paruulos duceret, & eapropter lentiùs progredi cogeretur, septem tamen diebus è Mesopotamia ad fines Iudææ peruenit. Quid si summa diligentia vsi fuissent? An *Vnde Magi, & quot itinerũ diebus venerint.*

E ne è Persida & Chaldæa duodecim aut tredecim diebus hoc iter, de quo disseruimus, consummassent? cùm non duplicetur numerus leucarum seu milliariorum à Hierosolyma in Chaldæam, qui censetur ab eadem vrbe in Mesopotamiam? Ita nulla relinqui quæstio videtur, quin tredecim diebus apparẽte stella è sua regione Magi in Beth-leem deuenerint. Scisscitatur igitur Herodes tempus apparentis stellæ, vt ex eo colligat tempus natiuitatis Christi. *Et mittens eos*, seu ire permittens, *in Beth-leem*, iuxta Micheæ oraculum, & sacerdotum omniũ sentẽtiam, *dixit, Ite & interrogate diligenter de puero*, à ciuibus Bethleemitanis, & cæteris circumuicinis, quo in loco natus sit, quibus parentibus, quos denique ministros, & quantam potentiam habeat. *Et cùm inueneritis, renuntiate mihi*, seu per vosmetipsos ad me redeũtes, seu per nuncios vestros, *vt & ego veniens adorem eum.* Petrus Chrysologus, serm. 158. Vult mentiri, sed non potest. Veniet vt ad tormenta curuetur, ad supplicia iaciatur, spernatur ad pœnam, qui adorare finxerat vt sæuiret. D. Gregor. Papa. Ita natiuitate regis cognita, ad callida argumenta P. Chrysologus. Gregor. Papa.

conuertitur, & ne terreno regno priuetur, renuntiari sibi vbi puer inueniretur postulat: adora- F
Quàm multi cum Herode Christũ colunt. re eum se velle simulat, vt quasi hunc inuenire possit, extinguat. Sed quanta est humana malitia contra consilium diuinitatis? Scriptum quippè est: Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum. Huic similes sunt permulti, qui prætextu religionis religionem euertere conantur, & adinstar Iudæ osculo filium hominis tradunt. Tales & hi, quos Politicos dicimus, qui vt sunt verè athei, qualis erat Herodes, ea tantùm ratione religionis curam suscipiunt, vt illius prætextu populi gratiam nanciscantur, etiam aliquando religionem subuertant. Hos principibus insusurrare videmus id quod à Numa Pompilio profectum est: nuper autem à Machiauello reuocatum in libro suo De institutione principis, non alia prorsus ratione religionem inductam esse, quàm vt populus timore contineretur: Idcircò principem, vbi occasio tulerit, se religionis vinculo absoluere posse. adeò nihil ob oculos principum versari volunt, quàm suam, non autem Dei causam. Bernardus, sermone tertio, de Epi-
Machiauel Atheos, principem Atheon format. phania Domini. Credo, inquit, si quis conscius est huius rei, decætero sibi cauebit, & Hero- G
Bernard. dianum execrabitur, annuum ne similem exitum sortiatur. *Qui cùm audissent regem, abierunt,* nullo eos comitante. Siquidem Herodes dedignatus fuerat comitatum. Existimantes interim non ficta, sed vera esse verba Herodis, quanta potuerunt sedulitate in Beth-leem perrexerunt.
Theoph. *Et ecce stella quam viderant in Oriente, antecedebat eos.* Theophilactus, in Matthæum. Occulta erat ad paruum tempus stella singulari dispensatione, vt Iudæos interrogarent, & turbaretur Herodes, manifestiórque fieret veritas. Vt autem ipsi egressi sunt ab Hierusalem, iterum appa-
Bernardus. ruit ducens eos. Vnde manifestum, quòd stella erat virtus diuina. Bernardus, sermone tertio de Epiphan. Ex hoc manifestè datur intelligi, quòd humanum flagitantes consilium, diuinum amisere ducatum, & conuersi ad terrenum documentum, signum cœleste non viderunt. *Ante-*
Theoph. *cedebat autem eos, vsquedum veniens staret supra locum vbi puer erat.* Theophilactus. Et hoc, in- H
Stella terræ adiacebat. quit, tarum. Descendit enim stella à summitate, & terræ propior facta, ostendit eis locum. Nam si in summitate apparuisset, quomodo certiores fieri potuissent de loco, in quo Christus esset? Stellæ enim multum locum comprehendunt: vnde tu supra domum tuam vides lunam fortè, & ego eandem video non nisi supra domum meam. Et vnicuique videtur stare non nisi supra domum suam lunam, vel aliam stellam. Vnde & ista stella non demonstrasset
D. Basilius. Christum, nisi descendisset, & quasi supra caput pueri stetisset. D. Basilus, homil. de humana Christi generatione, ex eo colligit, nec Cometem quidem fuisse. *Videntes autem stellam, gauisi sunt gaudio magno valde.* Gauisi sunt, vtpotè reperto duce nequaquam fallace. Ex hoc enim certam habuerunt fiduciam, quòd quæsitum inuenirent. *Et ingressi domum, inuenerunt puerum cum*
Euthym. *Maria matre eius.* Euthymius in Matthæum. Domum hîc tugurium, inquit, vocat, quod Lucas diuersorium dixit. Domus nempè erat, quod vtcumque inhabitaretur: diuersorium autem, I
sedes ac mansio ingredientium. Diuersorium enim dicimus, etiam ipsum tentorium. Cùm enim concurrissent in ciuitatem Beth-leem omnes, qui à Dauid descendebant, causa census, quem Cæsar fieri iusserat, prout scripsit Lucas: non inuenerunt qui cum virgine erant, domum liberam ad hospitandum. Ideò ad diuersorium quoddam declinauerunt, in quo præsepe erat iumentorum. Statim autem peperit virgo Christum, & quia alius locus non erat in diuersorio, inuolutum fasciis infantem reclinauit in præsepio. Idem habet Theophilactus & Chrysostomus. *Et procidentes adorauerunt.* Bernardus, sermone tertio, in Epiphaniam. Vnde vobis, ô alie-
Bernard. nigenæ, vt puerum adoretis? Neque enim tantam inuenimus fidem in Israël. Sic vos non of-
Humilitas externarũ rerum non tollit fidem Magorum. fendit vilis habitatio stabuli, non pauperies cunæ præsepij, non vos pauperis matris præsentia, non lactantis infantia scandalisat? Hilarius, libro secũdo de Trinitate. Adsunt Magi, inuolutum pannis adorant: & post illam inanis suæ scientiæ arcanam operationem, posito in cunis genu K
Hilarius. flectunt. Sic per Magos cunarũ sordes adorantur, sic vagitus per Angelorum diuina gaudia ho-
Leo. norantur. Leo, sermone quarto de Epiphania. Ita diligentia sagacis officij, vsque ad videndum puerum perseuerans, futuri temporis populis, & nostri seculi hominibus seruiebat, vt sicut omnibus nobis profuit, quòd post resurrectionem Domini vestigia vulnerum in carne eius Thomæ Apostoli explorauit manus, ita ad nostram vtilitatem proficeret, quòd infantiam ipsius Magorum probauit aspectus. Viderunt itaque Magi, & adorauerunt puerum de tribu Iuda, de semine Dauid secundum carnem, factum ex muliere, factum sub lege, quam soluere non venerat, sed adimplere. Viderunt, & adorauerunt puerum, quantitate paruulum, alienæ opis indigum, fandi impotentem, & in nullo ab humanæ infantiæ generalitate dissimilem: quia sicut fidelia erant testimonia, quæ in eo maiestatem inuisibilis diuinitatis asserrent: ita probatissimum esse decebat Verbum carnem factum, & sempiternam illam essentiam filij

Dei,

A Dei, hominis veram ſuſcepiſſe naturam, ne vel ineffabilium operum ſecutura miracula, vel excipiendarum ſupplicia paſſionum, ſacramentum fidei ex rerum diuerſitate turbarent, cùm iuſtificari omninò non poſſent, niſi qui Dominum Ieſum & verum Deum & verum hominem credidiſſent. Sanctus Ephrem, lib. contra eos qui filij Dei naturam ſcrutari volunt, cap. 2. Ephrem.
Attende, ô infœlix, Magos illos, qui de remotis terræ partibus ad adorandam nuper editi regis infantiam aduenerunt. Non illi regem inuenerunt in purpura iacentem, non diademate lucentibus gemmis intexto inſignitum caput, ſed infantem inuolutum vilibus pannis in præſepio repererunt, & continuò, *apertis theſauris ſuis, obtulerunt ei munera* cum gaudio cordis. Vide excellentiſſimam Magorum fidem. Offendunt in vili præſepio iacentem regem cœleſtem, ſanctum, nuper pro ſalute totius orbis in carne natum. Inueniunt, inquam, in præſepio, nec tamen vltrà inquirere pergunt. Quid enim anguſto præſepio vilius? Inter tot vilia nullum regis *Contra hominũ præſumptuoſas inquiſitiones de Deo.*
B indicium cernentes Magi, nihil de illius maieſtate dubitant, nihil pannorum vilitate mouentur, neque geniti naturam curioſè rimantur. Ipſe autem infœlix ad patris dexteram conſpicis vnigenitum filium, omni ſubnixum maieſtate regem, conſedere Patri, atque cum ipſo laudari, & audes illum temerè ſcrutari? Non expaueſcis miſer, non ſtulte terreris? qui teipſum neſcis, creatorem explorare præſumis. Quis talem non execretur audaciam? Deus & Dominus vnigenitus patris, in excelſis ad patris dexteram reſidet: Angeli, Archangeli, Cherubim & Seraphim cum metu & tremore adſtant illi, preſſis deorſum cum horrore reuerenter obtutibus: Cinis autem ac puluis in terra ſedens ſcrutatur opificem? Cherubim prope ſolum gloriæ ſub alis ſuis contegit faciem, neque in illam maieſtatem infigere lumina ſuſtinet: homo autem terrenus & luteus, qui ſemetipſum & mortis ſuæ tempus ignorat, Dominum omnium conditorem perſcrutatur? Chryſoſtomus pluribus in locis ex Magorum adoratione Chriſtum in Eu- Chryſoſt.
C chariſtia adorandum eſſe colligit. Hilarius, lib. 2. de Trinitate. Aliud intelligitur, aliud videtur. Hilarius.
Aliud oculis, aliud animo conſpicitur. Parit virgo, partus à Deo eſt. Infans vagit, laudantes Angeli audiuntur: panni ſordent, Deus adoratur. Ita in Euchariſtia panis ſpecies conſpicitur, ſed *In Euchariſtia et altari nõ minus quàm olim in præſepi Chriſtus adorãdus.*
Chriſti corpus, ipſe etiam Chriſtus Deus & homo adoratur. Chryſoſtomus, homil. de ſancto Philogonio. Hæc, inquit, menſa vicem explet præſepis in quo natus eſt Chriſtus. Nam & hîc ponitur corpus dominicum, non quidem faſciis inuolutũ ſicut tũc, ſed vndique Spiritu ſancto conueſtitum. Et homil. 24. primæ ad Corinth. Hoc corpus in præſepi reueriti ſunt Magi, & viri impij & barbari: tu non in præſepi, ſed in altari: non mulierem quæ in faſciis teneat, ſed ſacerdotem præſentem, & Spiritum ſuper propoſito ſacrificio abũdè diffuſum vide. Greg. Nanzanz. Chryſoſt.
Orat. 3. de Theologia. Cur tu, inquit, ad id quod oculis cernitur, impingis, nec ſpectas id quod Gregor. Nanzanz.
animo, & intelligentia percipitur? Faſciis quidem inuolutus eſt: verùm ſepulturæ faſcias re-
D diuiuus excuſſit. In præſepio reclinatus eſt: cæterùm ab Angelis celebratus eſt, & à ſtella proditus, & à Magis adoratus. *Et apertis theſauris ſuis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham.* Id autem faciunt aut ex more Orientalium, qui, vt in ſuperioribus diximus, ad reges acceſſuri munera offerre conſueuerunt in ſui obſequij teſtimonium: aut ad releuandam matris paupertatem, maximè verò ad maiorem ſuæ ſubmiſſionis confirmationem. Vnde & Cyprianus, ſerm. de Stella & Magis. Quia verò, inquit, neminem in conſpectu Dei ap- Cyprian.
parere vacuum lex vetus edocet, præuaricatoribus legis abeuntibus vacuis primitiæ gentium ſacramentalia munera proferunt de theſauris, & Domino aurum & odoramenta præſentant, profitentes ex ratione munerũ, de eo quem adorabant, quid crederent, quid ſentirent. In auro regem, in thure ſacerdotem, in myrrha incorruptibilem, quamuis paſſibilem, profitentur. Oblatio iſta incarnati verbi, & exponit myſteria, & breui ſubtiliq; indicio vtriuſque naturæ
E humanæ diuinæq; exprimit vnitatem, quid & proprium eſt vnicuique ſingulatim diſtinguens. Nam Deo patri, cuius regnum & imperium ſuis mundũ replet ſplẽdoribus, in odorẽ ſuauitatis ſummus ſacerdos & Pontifex Chriſtus ſe obtulit: cuius caro paſſionis cremata carbonibus, incenſionis ſuę fragrantiã tranſmiſit ad cœlos, & vſque hodie odor ille ſuauiſſimus in terreſtri cœleſtiq; eccleſia indeficiens perſeuerat. Quòd autẽ paſsibilitas, quam obediens Deo voluntariè ſuſcepit, incorruptione firmata ſit, virtus myrrhæ obuians corruptelæ ſuo probat effectu, & viſibiliũ ratione munerũ, immortalitatis ſolidæ conſtat euidens argumentũ. Fulgent. ho. de Epiph. Fulgent.
Igitur per iſta tria munerum genera in vno eodemq; Chriſto & diuina maieſtas, & regia poteſtas, & humana mortalitas intimatur. Thus enim ad ſacrificium, aurum ad tributum, myrrha ad *Quid hæc munera myſterij habeant.*
ſepulturam pertinet mortuorũ. Omnia hæc ſancta fides Chriſto veraciter offerre non deſinit, dum vnũ eundémque verũ Deum, verum regem, verúmque hominem credit, vt verè pro nobis mortuũ veraciter recognoſcat. In oblatione thuris cõfunditur Arianus, qui ſoli Patri ſacrifi-

cium offerri debere contendit. In oblatione myrrhæ confunditur Manichæus, qui Christum F
verè mortuum pro nostra salute non credit. In auro simul vterque confunditur: quia & Manichæus de semine Dauid secundum carnem natum non credit regem, & Arianus Deo vnigenito naturalem assignare nititur seruitutem. Proinde vterque non experietur regem, à quo per fidem regatur, sed à quo pro infidelitatis crimine puniatur: quia ab vno diuinitatis, ab altero carnis vnitas denegatur. In iisdem muneribus confunditur etiam Nestorius, qui nititur Christum in duas personas diuidere, cùm videat Magos non alia Deo, & alia homini, sed vni Deo homini eadem munera obtulisse. Non ergo diuidatur in personis, qui non inuenitur diuisus in donis. Confundit & Eutychetis infamiam, qui non vult in Christo vtramque veram prædicare naturam. D. Basilius, hom. de humana Christi generation. Nimirùm, inquit, Balaam vaticinium sequi sunt visi, qui de Christo talia visus est dicere, Accumbens dormiuit vt leo, & quasi pullus leonis, quis suscitabit eum? Qui benedixerit tibi, erit benedictus, & qui maledixerit, in maledictione reputabitur. Per leonem enim eius imperium sermo demonstrat: per accubitum verò, supplicium: per benedictionis virtutem, eius diuinitatem. Igitur vaticinium hoc sequentes, vt regi aurum, vt morituro myrrham, vt Deo thus obtulerunt. Petrus Galatinus, lib. 8. de arc. fidei in Talmud inuentis, ostendit hoc prædictum fuisse, Esa. 60. cùm legitur, Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, & laudem Domino annunciantes: cùm, vt legitur in Beresith Rabba, id est in expositione libri Geneseos, Deus hic nomine tetragrammaton scriptus, rex Messias intelligendus sit. Quod & Psal. 72. manifestum est, vbi hæc leguntur, Reges Tharsis & insularum munus reddent: reges Arabum & Saba dona adducent: & viuet, & dabitur ei de auro Arabiæ, & orabunt ipsum iugiter, tota die benedicent ei. Ex quo contextu Rabbenu Heccados colligit, quòd omnia munera illa, quæ dedit pater noster Iacob Esau, futurũ erat, vt reges mundi regi Messiæ restituerent. Hoc etiam Sibylla Erythræa lib. 1. Oraculorum expressit his verbis: H

Basilius. *Prædicta fuerant hæc munera.* G

P. Galat.

Sibylla Erythr.

Τῷ προσκομίσω᾽ ἱερεῖς χρυσὸν προσφέροντες,
Σμύρναν, ἄλφα λίβανον. καὶ γὰρ τάδε πάντα ποιήσει.

id est, *Illi libabunt aurum myrrhámque ferentes*
Thúsque sacerdotes: hæc omnia namque patrabit.

Gregor. Nanzanz. Bernard. Greg. Nanzanz. in Apolog. 1. Magi procumbunt, & munera offerunt, vt scilicet idolorum cultus hoc facto euerteretur. D. Bernardus, hom. 3. in Epiphan. adinstar Magorum spiritualia nos Christo consecrare dona admonet. Vt aurum offeramus, abnegando temporales diuitias, & illi, id est membris eius seu pauperibus illas consecrando. 2. Offeramus thus orationum & meditationum deuotarum, sicut legitur Psal. 140. Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo. 3. Myrrham etiam, id est, carnis mortificationem adiiciamus. Gal. 5. Quicunque enim sunt I
Christi, carnem suam crucifixerunt cum concupiscentiis. Sequitur. *Et* admoniti, seu *responso accepto in somnis*, καὶ χρηματισθέντες κατ᾽ ὄναρ, Oraculum accipientes per somnium. Dicuntur enim χρησμοὶ, oracula quæ redduntur à numine consulentibus aut petentibus. Vnde coniicitur istos de suo ad Herodẽ reditu aliquid scisscitatos esse aut à Maria, aut Ioseph, aut etiam ab ipso puero. Quid enim hoc mirum fuerit, si à puero oraculũ rogasse dicantur, cùm & ipsum adorent? aut sanè ab ipso Deo, quem huic puero adesse non dubitarunt, oraculum petiisse potuerunt. Cæterùm quoquo modo illud rogauerint, cùm ex scriptura minimè manifestum sit: sufficit quòd in somnis responsum acceperint, visione imaginaria apparente, *ne redirent ad Herodem.* μὴ ἀνακάμψαι, ne reflecterent, verbum aptum ac peculiare facientibus iter nauigio, vel equis. Noluit enim Deus in periculum eos obiicere, sed neque Herodem citiùs in pueros sæuire, quàm Christo in Ægyptum translato. *Reuersi sunt per aliam viam in regionem suam.* Euseb. Emissenus, in hom. Reuertamur igitur & nos per aliam viam in regionem nostram, quia per K
illam quâ exiuimus, redire non possumus. Hoc enim & filiis Israël de Ægypto exeuntibus præcipitur, vt per aliam viam non reuertantur. Regio nostra paradisus est, regio nostra est terra viuentium, ibi habitauerunt, inde exierunt: sed qua via? Vtique per superbiam, per inobedientiã, per vanam gloriam, per gulæ intemperantiam. Per hanc autem viam in patriam redire non possumus. Alia ergo via requirenda est, qua in patriam reuertamur. Hæc autem via Christus est. Ipse enim ait: Ego sum via, veritas, & vita. Nemo venit ad patrem, nisi per me. Inuenimus viam, curramus per eam, si recto itinere in patriam redire volumus.

Euse. Emis.

Qua-

A *Quadrageſimo die, Chriſtus natus in templo præſentatur, Maria purificatur, ſacrificium offertur, Simeon congratulatur.*

Matth. Marc. | LVC. 2. | Ioan.

Et poſtquàm impleti ſunt dies purgationis eius ſecundum legem Moyſi, tulerunt illum in Hieruſalem, vt ſiſterent eum Domino (ſicut ſcriptum eſt in lege Domini, Quia omne maſculinum adaperiens vuluam, Sanctum Domino vocabitur:) & vt darent hoſtiam ſecundum quod dictum eſt in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum.

Introductio.

B BONVS villicus, vbi copioſum fructum continuo labore conquiſierit (inquit Petrus Chryſologus, ſerm. de Magis) venire domum ſuam ad lucrũ cupit, ſuum concupiſcit ad gaudium: Diligens operarius, quando opus ſuſcepti laboris impleuerit, vt mercedem percipiat, patremfamiliâs deſiderat aduenire: Deuotus miles poſt conflictum, poſt victoriam, præſentiam regis optat, vt præmiis ſudores & vulnera remuneratione compenſet. Sic ad palmam ſuam cupit venire Chriſtũ, qui bella mundi indefeſſa virtute proſternit: Sic Chriſtum venire non vult, qui ſuperatus illecebris ſæculi, de pœna trepidat, de venia nil præſumit. Hoc ducebatur affectu Simeon vir iuſtus & timoratus, expectans conſolationem Iſraël: vnde nec priùs mortem vidit, quàm Chriſtum amplecteretur. Nec cedit Magorum aut paſtorum pietati: ſed etſi decrepitus, Chriſtum acclamat, Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebi ſuæ Iſraël. Vnde, vt ſcribit Ambroſius, Auſbertus Preſbyter ordinis S. Benedicti, ſerm. in Purificat. diuæ Virginis: Si ſubtiliter, C inquit, à fidelibus, quæ ſit huius diei feſtiuitas, perpendatur, eo deuotionis affectu hanc celebrandam ſuſcipient, quo Dominicæ natiuitatis, circunciſionis atque apparitionis ſolennia ſũt proſecuti. Illius eſt iſta ſolennitas, cuius & illa: ſed nec minor iſta, quàm illa. quod vtique hoc Sermone apertis monſtrabimus documentis. Huius quippè diei feſtiuitas, ſicut à quibuſdam Chriſtianis ignoratur, ſic à multis præ cæteris anni ſolẽnitatibus honoratior habetur: maximè autem eo loco, quo primatum eccleſia Catholica in primo paſtore ſortita eſt. In tanta enim reuerentia ab illis habetur, vt ea die cuncta ciuitatis turba in vnum collecta, immenſis cereorum luminibus coruſcans, Miſſarum ſolennia deuotiſſimè concelebrent, nullúſque aditum publicæ ſtationis intret, qui lumen manu non tenuerit: tanquam ſcilicet donum in templo oblaturi, immò etiam ſuſcepturi fidei lumen, quo interiùs fulgent, exteriùs oblationis ſuæ religione demonſtrent. Hodie namque iuxta legem atque Euangelium, peractis à natiuitate D Chriſti quadraginta diebus, in templo eſt à parentibus idem Dominus præſentatus: hodie à ſancto Simeone ſuſceptus, Patriſque cum ſacris muneribus oblatus: hodie redemptionem Iſraël expectantibus, ab eodem Simeone & Anna prædicatus. Bernardus, ſerm. 2. in Purificat. beatæ Mariæ. Celebratis ſiquidem (ait) paulò antè Natiuitate, Circunciſione, & Apparitione eius, feſtus hodie nobis oblationis eius dies illuxit. Hodie namque ſiſtitur creatori terræ fructus ſublimis: hodie placabilis & Deo placens hoſtia virgineis manibus offertur in templo, portatur à parentibus, à ſenibus expectatur: offerunt Ioſeph & Maria ſacrificium laudis, ſacrificium matutinũ: Simeon & Anna ſuſcipiunt. Ab his quatuor celebrata proceſſio eſt, quæ per quatuor orbis climata ſolennibus hodie gaudiis ad memoriam reuocatur. Hanc huius diei hiſtoriam deſcribit Lucas, intermiſſa Magorum adoratione poſt circunciſionem, quã nouerat à Matthæo eſſe deſcriptam. Tria autem proponit: Chriſti & eius matris humilitatem, vt qui E ſe legi ſubmiſerint: Chriſti clarificationem per veritatis teſtimonium: & eorum omnium conſummationem, vt ſcribit Bonauentura in Lucam. In humilitate autem (ait) quatuor ſunt conſideranda, quę tradit Euangeliſta. Deſcribit enim Chriſti oblationem quantum ad tempus ſtatutum, quantum ad locum deſignatum, quantum ad mandatum ſcriptum, & quantum ad pretium oblatum. Primò igitur, quantum ad tempus ſtatutũ, dicitur, *Et poſtquàm impleti ſunt dies purgationis eius ſecundum legem Moyſi*, id eſt quadraginta dierum, Leuit. 12. Mulier ſi ſuſcepto ſemine pepererit maſculum, immunda erit ſeptem diebus, iuxta dies ſeparationis mẽſtruæ. Et die octauo circuncidetur maſculus infantulus: ipſa verò triginta diebus manebit in ſanguine purificationis ſuæ. Omne ſanctum non tanget, nec ingredietur in ſanctuariũ, donec impleãtur dies purificationis ſuæ. Si autẽ fœminã pepererit, immũda erit duab⁹ hebdomadib⁹, iuxta ritum fluxus menſtrui: & ſexaginta ſex diebus manebit in ſanguine purificationis ſuæ. Iſychius, li. 3. in Leuiticum, cap. 12. Manifeſta eſt, inquit, legiſlatoris intentio, antiquum generis

Ambroſ. Auſbertus.

Solẽnitas Purificationis, & eius inſtitutio.

Bernard.

proceſſionis typus.

ſumma.

Bonauent.

Vnde immundicia mulieris.

Iſychius.

humani significantis excessum, atque ideò ex omnibus his cõferre nobis desiderat, vt euitemus F
seculares res, & actiones carnis: vtpotè nobis non bene valentibus profligare sanctimoniam,
sine qua nemo videbit Deum. Nam mundus quidem per seipsum bonus, ortum solis cernere,
lunam, stellásque cœlum coronantes, terram distentam, diffusum mare, vt ex his omnibus sa-
pientia colligatur & conijciatur opificis. Similiter & corpus bonũ est, & minus bonum, quod
Immũditia nõ à corpore sed ab vsu. nobis in virtutibus conlaborat. Habet enim instrumentum ad glorificandum Deum, linguã,
alióque qui in nobis sunt sensus, per quos respicientes creaturam mundi, omneque eius
solatium, per hæc aliud intuentes conijcimus, & ex his quæ facta sunt, ea quæ sunt inuisibilia.
Sed quia & sæculo & carne malè simul vsi sumus, ita vt Dominus de mundo diceret, Mundus
in maligno positus est. Paulus autem: Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi
mentis meæ. Et rursus: Ego autem carnalis sum, vænundatus sub peccato. Et rursus: Manife-
sta autem sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, adulteria, immunditia, & quæ his similia sunt. G
Ab his lex nos liberare conatur, & de hac re multa scribere non cessat ænigmata, sicut & nũc,
communia & specialia. Intende quibus verbis ad Moysen Dominus loquutus est, vt ille filiis
Israël eadem verba ministraret. Faciebat autem hoc non frustrà, sed palàm demonstrans, quòd
ipse quidem Moysi loqueretur, vt ad intelligendam virtutem legis idoneo: Moyses autem
populo, vt quia non totum capiebat, nec spiritale suscipere mandatum, nec ideò audire legẽ
sublimiora narrantem. Hinc est enim, quòd ipso Deo legem dante, dicebant ad Moysen: Lo-
quere tu nobis, & audiemus. Non loquatur nobis Dominus, ne fortè moriamur. Sed & simi-
liter eam, atque secundum humanam possibilitatem, homine videlicet tradente, suscipiunt, vt
spiritu paulatim ascendatur. Per literam igitur semen suscipiens est mulier, quæ viri cõcepit
ex semine. Hanc septem diebus esse immundam dicit. Et hoc quamobrem? Videlicet quia
sator immundus est, vtpotè hæres Adam, qui per transgressionem immundus factus, atque H
ita Euæ mixtus, omne genus humanum fecit immundum. Apertè autem hoc in sacra scri-
ptura legitur, quòd postquàm exiit de Paradiso, mulierem suam Adam cognouit, atque ita de-
duci cœpit humanum genus. Septem autem dies ideò mulierem esse præcepit immundam,
quia Adam, per cuius semen susceptit immunditiam, cum genere vitam nostram polluit. Se-
ptem dierum numerus significat, per quem tempora reuoluũtur: propter quod eius requies se-
ptima dies, id est intelligibile separatur sabbatum. Quomodo etiam nostram polluit vitam? In-
ducens ei maledictionem, & transferens ad miseriam, eam quam sortiti fueramus ab initio
beatitudinem. Quod manifestum est ex his quæ Deus ad Adam dicit: Maledicta terra in ope-
Quæ considerãda sũt ĩ hac lege. ribus tuis, spinas & tribulos germinabit tibi. Porrò in huius legis constitutione ea considerã-
da sunt. Primò, quòd lex hæc, non humanum est somnium, nec anilis fabula, cùm præmitta-
1. tur, Hæc dicit Dominus ad Moysen. Quid enim leue apud Deum? Sed & promulgatum I
2. est populo per Moysen illum præclarum legislatorem. Secundò, dicitur immunda puerpera
ob peccatum Euæ. Genes. 3. In dolore paries. 1. Cor. 15. In Adam omnes moriuntur, &c.
3. quia difficulter fit, vt non sit aliquis vitiosus pruritus. Exod. 5. Vir sanguinum mihi es. Tertiò,
quoniam sanctificatio matrimonij ab alio pendet, scilicet à Christo & Ecclesia: alioquin non
4. expiatur concupiscentia. Quartò, proponit nobis ob oculos peccatum, in quo nati sumus, à
quo nisi per Christum sanctificari non possumus. Excusatur interim sic concupiscentiæ pru-
ritus, qui in coniugatis est (siquidem naturalem modum non excedat) per sacramentũ, vt docet
Augustin. Cyrill. Alex. Augustinus l. de Genesi ad literam, c. 9. Interim considerandum est, nũ diua Virgo ad eam legem
obligaretur. Cyrill. Alex. l. 8. in Leuiticum. Primò, inquit, cõsideremus secundum historiam, si
non videtur quasi ex superfluo additum, Mulier quæ susceperit semẽ, & pepererit masculum:
quasi possit aliter masculum parere, nisi semine concepto. Sed nõ ex superfluo additur. Ad dis- K
Lex ista excludebat D. Virginem. cretionem namque illius, quæ sine semine concepit, & peperit masculum, istum sermonem
pro cæteris mulieribus legislator adiecit, vt non omnem mulierẽ quæ peperisset, designaret im-
mundam, sed eam quæ concepto semine peperisset. Addi quoque ad hoc etiam illud potest,
quòd lex ista, quæ de immunditia scribitur, ad mulieres pertinet. De Maria autem dicitur,
quia virgo concepit, & peperit. Ferant ergo legis onera mulieres, virgines verò ab his habean-
tur immunes. Sed si nobis aliquis occurrat argutus, & dicat, quia & Maria mulier in scriptu-
Gal. 4. ris nominatur. sic enim dicit Apostolus, Vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suũ
Quomodo Virgo mulier vocetur factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant, redimeret. Respondebimus ei,
quòd in hoc loco Apostolus mulierẽ non pro corruptela integritatis, sed pro sexus conditione
nominauit: vt quia dicebat filium Dei missum, simul & illud, quòd communi omniũ ingres-
su in hunc mundum veniisset, opponeret. Est porrò ætatis illud & vocabulum: eius scilicet,

qua

A qua fœmininus ſexus annos pubertatis excedit, & ad id temporis quo habilis viro videatur eſſe, tranſit: ſicut contrà vir appellatur is, qui adoleſcentiæ tempus exceſſerit, etiamſi vxorem nondum habeat, cuius vir eſſe dicatur: quo nomine appellari ſolent etiam illi, quos fœminæ admixtionis macula nulla perſtrinxit. Sic ergo rectè dicitur vir pro ſola virili ætate, etiam is qui nullius admixtionem fœminæ nouerit: quomodo non eadem conſequentia, etiam virgo, quæ intemerata permanſit, pro ſola ætatis maturitate mulier nominetur. Denique & Abraham, quum puerum mitteret in Meſopotamiam in domum Bathuëlis, & inde acciperet filio ſuo vxorem, & puer curioſiùs percontaretur, ait ad eum, Quòd ſi noluerit mulier ſequi me, reducam filium meum illuc? Et non dixit, Quòd ſi noluerit virgo ſequi me. Hæc ergo dicta ſint nobis de eo quod obſeruauimus ſcriptum, quia non ſuperfluè addidit legiſlator, Mulier ſi conceperit ſemen, & pepererit filium. Sed ecce conceptionem
B myſticam, quæ ſolam Mariam à reliquis mulieribus ſegregaret, quòd eius partus non ex ſuſceptione ſeminis, ſed ex præſentia ſancti ſpiritus, & virtute altiſſimi profectus ſit. Bernardus, ſerm. 3. in Purificat. diuæ virginis. Patet itaque, inquit, quòd lex iſta matrem Domini non includit, quæ non ſuſcepto ſemine filium peperit: ſicut prædictum erat per Hieremiam, 31. cap. quia nouam faceret domum ſuper terram. Quæris quod nouum? Mulier, inquit, circundabit virum. Non ab altero viro virum ſuſcipiet, non humana lege concipiet hominem, ſed intra viſcera intacta & integra virum claudet: ita ſanè, vt intrante & exeunte Domino, iuxta alium Prophetam, Hier. 44. porta Orientalis clauſa iugiter perſeueret. Putas ergo, non poterat moueri animus eius, & dicere: Quid mihi opus purificatione? Cur abſtineam ab ingreſſu templi, cuius vterus virum neſciens, templum factus eſt Spiritus ſancti? Cur nō ingrediar tēplū quæ peperit dominum templi? Nihil in hoc conceptu, nihil in partu impurum fuit, nihil illi-
C citum, nihil purgandum: nimirùm cùm proles iſta fons puritatis ſit, & purgationem venerit facere delictorum. Quid in me legalis purificet obſeruatio, quæ puriſſima facta ſum ipſo partu immaculato? Verè, ô beata virgo, verè non habes cauſam, nec tibi opus eſt purificatione. Sed nunquid filio tuo opus erat circunciſione? Eſto inter mulieres tanquam vna earum: nam & filius tuus ſic eſt in numero puerorum. Magna ergo humilitas in virgine, quam etſi lex ab hac ſubiectione eximeret, legamus tamen ita ſe ſubmiſiſſe. Sic Chriſtus Ioannis baptiſmati ſe ſubijciens, Sine, inquit, impleri omnem iuſtitiam. Sic indignos ſe gloria cenſent iuſti, Matth. 15. Quæ eſt ergo hominum audacia, ſi nequaquam ſe teneri traditionibus dicant? Lex quidem non eſt poſita iuſto ad condemnationem, ſed declarationem iuſtitiæ. Vnde & Paulus: State, & tenete traditiones quas didiciſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam, 2. Theſſalonicenſ. 2.
Minimum quidem erat iſta purgatio. Interim nemini occaſionem inobedientiæ ingerit pu-
D riſſima virgo. Ne dicat nobilis, Excuſor ab hac re, ab oblatione, à parochia, à concione, à feſtorum celebratione. Maior te erat Maria, & tantò magis ſe ſubmiſit, quanto maior erat apud Deum. Quantò maior es, tantò te in omnibus humilia. Luc. decimoſexto. Nec diſputemus de ceremonijs, cur hoc aut illud, quaſi cenſores. In his etiam quæ parui momenti, probare vult Deus noſtram obedientiam. Habeamus quoque ſemper ob oculos, quòd peccatores ſumus, & purgatione egemus. Petrus Bleſenſis, ſerm. 1. in Purificat. Quid eſt quòd ſancta & P. Bleſen.
immaculata (quaſi aliquid muliebre paſſa ſit, vel in conceptu, vel in partu) muliebri infirmitati quærit remedia? Sed filius pro matre reſpondet: Sic, inquit, decet nos implere omnem iuſtitiam. Mater prima ad excuſandas excuſationes in peccatis, culpam propriam in alium retorſit. Mater Dei miſericordiæ ad exemplum filij ſui, quæ non rapuit, ſoluit: & quæ extra neceſſitatem legis eſſet, quæ ſine ſeminis ſuſceptione filium pepererat, legis neceſſitati ſe ſubijcit. Venerunt ambo non legem ſoluere, ſed adimplere. Euthymius in Luc. Hoc autem
E lex ordinabat ad requiem matris, quæ ex viro genuiſſet, ne ſtatim viri ſuis, quæ peperiſſent, vxoribus commiſcerentur, nondum curato labore, qui parientes conſequitur. Radulphus Flauiacenſis, lib. 8. in Leuit. Licet mulieres purificationem hanc obſeruare ratione humilitatis, non neceſſitatis, adinſtar Mariæ, ne ſuperiores videantur. Diſt. 5. can. Cùm enixa. Gregorius ad Auguſtinum Epiſc. Anglorum. Quod legitur de puerpera, in myſterio accipitur. Nam ſi mulier eadem hora, qua genuerit, actura gratias intrat Eccleſiam, nullo pondere peccati grauatur. Voluntas etenim carnis, non dolor, in culpa eſt. In carnis enim commixtione voluptas eſt: in prolis verò partu, dolor & gemitus. Dionyſ. Carthuſien. artic. 7. in cap. 2. Lucæ. Itaque dies iſti dicuntur, *dies purgationis Mariæ*, non ſecundum realem exiſtentiam, ſed ſecundum hominum æſtimationem: quemadmodum Ioſeph pater Chriſti vocatur, quia ſic putabatur, & quia, ſecundum Hieronymum, conſuetudo ſcripturæ eſt, geſta ita referre, quomodo tunc,

Bernard.

Cur Maria legi purificationis ſe ſubiecit.

Cur hæc lex.

1. Euthym. Radul. Fla. 2. Gregor.

Dionyſ. Carthuſ.

Quomodo dies purgationis Mariæ dicãtur.

2. quando fiebant, fieri putabant. Insuper hoc modo dicuntur dies purgationis Mariæ secundũ F
3. legem Moysi, quanuis secũdum veritatem lex ista super Mariam non caderet. Vel dies purgationis eius dicuntur impleti secundum legem Moysi, non quoad obligationem Mariæ ad purgationem, sed quantum ad determinationem impletionemque temporis. Voluit autem Maria dignissima subijci legi, & quasi purgari in templo, ad dandum obedientiæ & humilitatis exemplum, ad vitandum scandalum Iudæorum, ad confirmandum se aliis mulieribus in licitis & honestis, & quoniam filium suum vidit legi circuncisionis subiectum. Perfecta quippè obedientia plus peragit quàm tenetur, dicente Bernardo: Perfecta obedientia legem nescit,
Bernard. terminis non arctatur, nec contenta angustijs professionis, largiori voluntate fertur secundum latitudinem charitatis. *Tulerunt illum*, scilicet Iesum, Maria & Ioseph. Tunc enim egressa est virgo Christifera pabulum, in quo peperit Christum, tulitq; eum ad templum: & fortè ipsa sæpenumerò cum Ioseph detulit puerum *in Hierusalem. Vt sisterent*, hoc est, eum offerrent, G
præsentarent, seu consecrarent *eum Domino*, hoc est Deo patri, seu Deo trino, ac simplici: quia & sibi ipsi secundum quod Deus est, offerri competebat. *Sicut scriptum est in lege Domini.* videlicet in Numer. 18. & Exod. 13. *Quia omne masculinum adaperiens vuluam*, id est, primò eam nascendo aperiens, hoc est, omne primogenitum tam in hominibus quàm in pecoribus, *Sanctum Domino vocabitur*, id est, consecrabitur Deo. Ita quod ei offertur, mancipatumque erit, quasi ad ipsum specialiter pertinens. Vnde Numer. 18. Quicquid erumpit è vulua cunctæ carnis, quam obtulerunt Domino, siue ex hominibus, siue de pecoribus fuerit, tui iuris erit: ita duntaxat, vt pro hominis primogenito precium accipias, & omne animal quod immundum est, redimi facias, cuius redemptio erit post vnum mensem, siclis argenti quinque, põdere sanctuarij. Siclus viginti obolos habet. Primogenitum autem bouis & ouis & capræ non facies redimi, quia sanctificata sunt Domino. Sanguinem tantùm fundes super altare, & adipẽ H
adolebis in suauissimũ odorem Domino. Carnes verò in vsum tuum cedẽt, sicut pectusculum
Bonauent. consecratum, & armus dexter, tua erunt. Bonauentura in Lucam. Interim tamen, inquit, si penitiùs ea quæ dicta sunt, cõsideremus, fatebimur diuam Virginem & eius filium ab hac lege eximi, cùm matrix eius aperta non fuerit, ita vt pudicitiæ signaculum violaretur. Maximus
Maximus martyr. martyr, hom. de natiuit. Domini. Ecce enim Christus ianuis clausis processit in mundum, materni pudoris signaculo minimè resignatum, simúlque impletur illud Propheticum Ezechielis oraculum, (cap. 44.) Et porta erat clausa, & non est aperta, quia Dominus transiuit per eam. Eâdem nunc prudentia mundi istius ianuam per partem inuiolatæ matris intrauit, quâ postmodum ad discipulos clausis foribus penetrauit. Et ideò eadem resolutio est huius facti, quæ & purificationis, nimirùm quòd propter humilitatis & obedientiæ exemplum, & Chri-
Theoph. stus, & diua Virgo huic se legi submiserint. Nisi fortè quis cum Theophilacto dicat, *omne adaperiens vuluam*, I
propriè ad Christum solum pertinere. Ipse enim aperuit vuluam virginis,
Euthym. cùm aliis vir aperiat vuluam. Ad quod alludit Euthymius in Lucam, his verbis: Consecrabantur Hebræorum primogenita Deo, quia olim primogenita Ægyptiorum morti tradidit pro libertate Hebræorum. Sed hæc quidem primogenita iam apertam adaperiunt vuluam.
Christus solus aperuit sibi vuluã, & ideò solꝰ sanctꝰ. Aperitur enim in viri congressu, quando semen infundit. Solus autem Christus nondũ apertum supernaturaliter aperuit, & clausam naturaliter seruauit: quia etiam solus hic propriè sanctus est Domino, & secundum diuinitatem, quia filius eius, & secundum humanitatem, vtpotè vnitus filio eius. Itaque licet propter dictam causam de omnibus primogenitis præsens
Origen. verbum statutum est, solum tamen Christum directè respicit. Hæc videntur esse desumpta ex
Ambros. Origene, hom. 14. in Luc. Ambrosius in Luc. lib. 2. cap. 7. Sed &, inquit, si literam sequamur, quomodo sanctus omnis masculus, cùm multos sceleratissimos fuisse lateat? Nunquid sanctus Achab? Nunquid sancti Pseudoprophetæ, quos ad Heliæ preces vltor cœlestis iniuriæ ignis K
absumpsit? Sed ille sanctus, quem in figura futuri mysterij pia legis diuinæ præscripta signabãt: eò quòd solus Ecclesiæ virginis ad generandos populos Dei, immaculatæ fœcunditatis aperiret genitale secretum. Hic ergo solus aperuit sibi vuluam. Nec mirum. Qui enim dixerat ad Prophetam, Priusquàm te formarem in vtero, noui te, & in vulua matris sanctificaui te. Qui vuluam sanctificauit alienam, vt nasceretur Propheta, hic est qui aperuit matris suæ vuluam, vt immaculatus exiret. Verùm hîc fortè Heluidianus, aut Antidicomarianita aliquis obgannit: Si Christus nascendo vuluam matris aperuit, dissolutum igitur fuit virginitatis sigillum. Respondemus, ita intelligi apertam matricem, vt tamen & ipsa semper clausa fuerit. Aperta fuit Christo, cui nihil est clausum: non fuit aperta, si rem ipsam, seu vterum virginis attenda-
Amphiloc. mus. Amphilochius, hom. de occursu Domini. Quantũ pertinet, inquit, ad virginalẽ naturã,

Virginis

A Virginis clauſtra nullo modo aperta ſunt: quantum verò ad potentiam geniti Domini, nihil clauſum, omnia aperta. Gregorius Nicomedienſis, Orat.de exitu Deiparæ,non ſoluta incorruptionis ſignacula ſcribit. Ambroſius, Epiſt. 81.ad Syricium Papam. Hæc eſt virgo quæ in vtero concepit,virgo quæ peperit filium. Sic enim ſcriptum eſt, (Eſa. ſeptimo) Ecce virgo in vtero concipiet, & pariet filium. Non enim concepturam tantùm, ſed & parituram virginem dixit. Et paulò pòſt. Quid autem mirum, ſi contra vſum originis naturalis peperit Maria, & virgo permanet: quando contra vſum naturæ, mare vidit & fugit, atque in fontem ſuum Iordanis fluenta remearunt? Non ergò excedit fidem,quòd virgo peperit, quando legimus,quòd petra vomuit aquas,& in montis ſpeciem vnda ſolidata eſt. Non ergò excedit fidem, quòd homo exiuit de virgine,quando è petra aqua profluxit,ferrũ ſuper aquas natauit, ambulauit homo ſuper aquas. Fulgentius,ſerm.de laudibus Mariæ. De cœlis, inquit, medicus tranſiens per virginem,poſt tranſitum ſuum illæſam fecit virginem permanere. Qui enim diſrupta corporum membra in aliis poterat reintegrare tangendo: quanto magis in ſua matre, quod inuenit integrum,potuit non violare naſcendo? Creuit enim eius partu integritas potius quàm decreuit, & virginitas ampliata eſt potius quàm fugata. Gregor. Nanzanz.in Tragœd.de Chriſto patiente, his verſibus idem cum eo confert, quòd Chriſtus legitur ianuis clauſis ad Apoſtolos intraſſe, dicens:

Greg.Ni. Ambroſ. Fulgent. Greg.Nan.

B

Virginis ab aluo prodijt matris ſuæ,
Clauſóque ſurgens(ſepulcro)exijt,velut antea,
Infracta ſeruans clauſtra quàm caſtiſsimè.

Cæterùm, vt ſcribit Euſebius Emiſſenus, hom. in feſtum Purificat. Præceptum hoc de offerendis primogenitis poſitum eſt ex eo tempore, quo primogenita Ægyptiorum Dominus

Euſe.Emiſ.

C interfecit, omnia primogenita filiorum Iſraël ſibi vendicauit, ſibíque offerri præcepit. Sed quare hoc,niſi vt omnia prima & maxima, omnia meliora & chariora Domino offeramus? Offeramus igitur ei fidem noſtram,offeramus ei animas noſtras, quæ non de terris,ſed de cœlis originem habent, & quæ prima in nobis,& præcipua,& maxima ſunt. Procopius Gazæus, Commentariorum in Exodum,cap.12. Conſecratione primogenitorum nos erudit,quòd ipſi vitam noſtram & animam debeamus. Eadem ratione præcipit dari didrachmum, & in Oreb iubet ouem,bouem, & aſinũ die ſeptimo quieſcere. Non enim continuò vocatos & nouitios, qui adhuc adhærent primis fidei rudimentis,adducimus ad illud diuinum & incruentum ſacrificium: ſed primùm in cathecumenorum numero retinentur,lactiſque potu, quem miniſtrat eccleſia,aluntur, & confirmantur paulatim. Sic ergo erudiebat Deus, vt quiſque paruulos ſuos à iuuenta ſiſtat Deo:&,vt ait Muſæus,vt ad tutum portum nauim protrahat, Ab Ioue

Cur primogenita Deo ſacrarentur.

1. Procopius.

2. *Pueri Dei cultui conſecrandi.*

D principiũ.Initium ſapientiæ timor Domini.Sic aquilæ pullos in ſolis aſpectũ dirigunt.Filij tibi ſunt, curua illos à pueritia. Hoc autem faciunt maximè, ſi Epiſcopis,clericis, & Eccleſiaſticis doctis & piis deuouerunt. Nicephorus, lib.13. hiſtor. Eccleſ. cap.16.narrat Eudoxiam Arcadij vxorem Chryſoſtomum liberorum ſuorum doctorem aſſeruiſſe,quódque per diuinum lauacrum ſacri partus cum ea ſocietatem inierit. Idem Gregorius Alexandrinus in vitam eius. Sic Samuel Eli ſacerdoti adhæſit. Sed vide quomodo continuum ſibi cultum exhiberi voluerit. Olim ad ſacrificia continuus erat ignis ſub Noah. Ita nec quod deſit ſacrificio, aut ſacerdotibus caret. Primogenita leuitica ad ſacerdotium reſeruabãtur. Et quidem olim etiam primogeniti ſacerdotes erant. Sic omnia electa primogenita brutorum munda ad ſacrificia deputabantur, vt ſeu templi miniſterio,ſeu diuinæ oblationi, ſeu miniſtrorum alimento, id eſt decimis perſoluendis,meliora dentur. Nam ſi templi miniſtros attendamus, nec mancos, nec

N iceph.

Greg.Ale.

3. *Vt cõtinuo eſſet cultus & miniſtrũ Dei.*

E luſcos,nec eunuchos,aut aliqua in parte corporis mutilos lex admittebat,licet nunc hæc omnia hominum genera velut mundo inutilia Deo credantur: ac ſi,vt olim dixit Phryne meretrix, teſte Plutarcho, à multis fæcem emeret propter gloriam. Hinc dolẽt parentes,cuiuſcunque etiam conditionis fuerint, à ſe filios in templi miniſterium dimiſſos eſſe,quos aut armis, aut togæ, aut mercaturæ vtiles exiſtimauerint: niſi fortè vt inter populi primores ſpurij, ita & illi congerendis eccleſiaſticorum beneficiorum reditibus,& in communem totius familiæ vſũ corradendis,ſpecioſum aliquem prætextum faciant. Ita nec gratis aliquid Deo offertur, nec primogenitum, id eſt,quod vtile, aptum & idoneum cenſeatur. Quod autem attinet ad eas oblationes,quæ Deo penduntur, etſi olim primitiæ ex frugibus, aut primogenita ex animantibus eſſent ex decreto Dei: nunc ſtipulæ & palea,& tanquam puluis,quam proijcit ventus à facie terræ: Ita & Deus, & miniſtri eius contemnuntur, licet ſcriptum ſit, Non alligabis os boui triturãti. Perijſſe putant,quæ Deo obtulerint in miniſtrorum aut templi vſum. Chry-

Ditiorũ filij Eccleſiæ addicũtur, non vt miniſtrẽt, ſed reditus ſibi & parẽtibus deprædentur.

Quæ decimæ et oblationes Deo pendantur.

Chryſoſt

ſoſtomus, homilia decimaoctaua, in quartum caput Geneſ. Non quòd Deus his indiget, ſed F
vult & per ea oſtendi noſtram gratitudinem. Sic teſtatur homo ſuum officium. Ideò reſpe-
xit Deus ad Abel & ad munera eius: ad Cain autem & munera eius non reſpexit. Ecce
quomodo per verba & facta ipſa Dominus oſtendit, quòd hæc omnia à nobis vult fieri, vt ani-
mi noſtri manifeſtè conſpiciantur. Quòd ſi Cain munera etiam offerentem, ſed non electa,
deſpexit: quid in hos facturus eſt, qui nihil Dei nomine offerunt pauperibus? Erat olim quod
obijcere poſſent, igne conſumi victimas, & perdi: melius fuiſſe dari egenis: & tamen excuſa-
ri non poterant. Hoc verò tantùm à te requirit Deus, vt indigentibus tribuas, & nihil quidem
agis. Si quid enim aut templi miniſtris, aut pauperibus largiris, aut quaſi coactus, aut per hy-
pocriſim, idque quàm potes, parciùs. Nec prætereundum eſt, quòd Chriſtus *in Hieruſalem de-*
latus eſt, quodque, etſi longè diſſiti infantes, in ciuitatem ſanctam deferebantur. Nec enim
alibi ſacrificia offerebantur, Deut. 12. 3. Reg. 8. In figuram, quòd in vna eccleſia gratum eſt
miniſterium diuinum. Nõ quòd negemus hæreticos quoſdam & cõſecrare, & baptiſare poſſe: G
ſed quòd nec Chriſti corporis, nec baptiſmi gratiam conſequantur, cùm ſint per fidem diuiſi.

Cur Chriſtus in Hieruſalẽ delatus.

Cyprian.

Cyprianus, lib. 1. Hexameron, Epiſtola ad Magnum filium. Vna eſt colũba mea, perfecta mea,
hortus cõcluſus, fons ſignatus, puteus aquæ viuæ, ſoror mea ſponſa. Quia patere res clauſa alie-
nis & prophanis non poteſt: neque bibere inde, neque conſignari poteſt, cui foris poſito ad
fontem acceſſus non eſt. Oſee. 9. Sacrificia eorum tanquam panis luctus: omnes qui mandu-

Ne ſint altaria portatilia in prophanis locis.

cant eum, contaminabuntur. Sed & hoc ipſo docemur, ne tam frequentia ſint in domibus
priuatis portatilia altaria, niſi magna ingruerit neceſſitas, quæ legem non habet. Quid enim?
Melior tu, aut Chriſto dignior, quem tamen à quatuor milliaribus paruulum, hyemali tẽpore
in Hieruſalem parentes eius detulerunt? Eſt ne quòd cum cæteris in eccleſia Dei orare durum

Chryſoſt.

exiſtimes? Chryſ. ho. 3. de incõprehenſibili Dei natura. Nam corrigit eos, qui ſuo tempore dice- H
bant domi orare poſſe. Tamen fieri non poteſt, vt domi tam benè ores, quàm in eccleſia,
vbi tot patres, vbi clamor fidei eſt: quanto minus ſacrificium Chriſti corpus offerri? Homil.

Procopius.

14. ad Epheſios, Angelos hîc adeſſe teſtatur. Cæterùm, vt ſcribit Procopius Gazęus in Exodũ,
non ſtatim animal ſiſtebatur in templo, ſed priùs ſeptem diebus ſub matre lactabatur: & pue-
ri non niſi quadrageſimo die offerebantur, vt quiſque intelligeret, quòd non ſtatim irrepere li-

Rabanus.

ceat ad diuinum & incruentum ſacrificium, ſed aliquantiſper homines in catechumenorum
numero retinere oporteat, lactíſque potu foueri, quem cõmunicat eccleſia. Rabanus, in Exo-

Nõ licet in ſacra irrepere, probari oportet.

dum. Omne fœmininum eijciebatur, quoniam ſola virilis cogitatio Deo grata eſt. Denique
ſiſtebantur infantes Domino, quòd hæc ætas à parentibus Deo conſecranda ſit, & ſeligendi
ſint, ſimul etiam inſtruendi à teneris, qui eccleſię miniſterio ſunt perfuncturi: vtique adinſtar
Samuelis, quem mater eius etiam paruulum Deo conſecrauit. Interim quia ſola tribus Leui-
tica templo deputabatur: hos autem primogenitos, qui ex alia tribu eſſent, vbi primùm Deo I
oblati eſſent, redimi oportebat: ideò Chriſtus, cùm ex tribu Iuda deſcendiſſet, redemptus eſt.
Ita pretium pro eo perſolutum eſt, qui ſui ſanguinis pretio nos in libertatem vindicaturus erat:
& redemptus eſt hic, qui peccatores erat redempturus. Quinetiam pro eo ſacrificium oblatũ
eſt, qui ſeipſum pro nobis obtulit oblationem Deo in odorem ſuauitatis. Additur enim, *Et vt*
darent pro eo hoſtiam Domino, par turturũ, aut duos pullos columbarum. Hæc ſcilicet oblatio à lege
præſcripta erat, Leuit. 12. Cumque expleti fuerint dies purgationis ſuæ pro filio, ſiue pro filia,
deferet agnum anniculum in holocauſtum, & pullum columbæ, ſiue turturem, pro peccato ad
oſtium tabernaculi teſtimonij, & tradet ſacerdoti, qui offerat illa coram Domino, & orabit pro
ea: & ſic mundabitur à profluuio ſanguinis ſui. Iſta eſt lex parientis maſculum, aut fœminam.
Quòd ſi non inuenerit manus eius, nec potuerit offerre agnum, ſumet duos turtures, vel duos K

Origenes.

pullos columbarum, vnum in holocauſtum, & alterũ pro peccato: orabítque pro ea ſacerdos,
& ſic mundabitur. Origenes, hom. 8. in Leuitic. Nunc ergo, inquit, requiramus etiam illud,
quid cauſæ ſit, quòd mulier, quæ in hoc mundo naſcentibus miniſterium præbet, non ſolùm
cùm ſemen ſuſceperit, immunda fieri dicitur, ſed & cùm pepererit: Vnde & pro ſua purifica-
tione iubetur offerre duos pullos columbinos, aut turtures pro peccato ad oſtium tabernaculi
teſtimonij, vt repropitiet pro ipſa ſacerdos, & mundabitur. Ego in talibus nihil audeo dicere:

Pro pueris offerebatur qui in peccato naſcebãtur.

cenſeo tamen in his occulta quædam myſteria contineri, & eſſe aliquid latentis arcani, pro
quo & mulier, quæ conceperit ex ſemine, & pepererit, immunda dicatur, & tanquam peccati
rea offerre iubeatur hoſtiam pro peccato, & ita purificari. Sed & ille ipſe, qui naſcitur, ſiue vi-
rilis, ſiue fœminei ſexus ſit, pronunciat de eo ſcriptura, quia non ſit mundus à ſorde, etiamſi
vnius diei ſit vita eius. Et quibuſdam interiectis. Quòd ſi placet, inquit, audire, quid etiam alij

ſancti

A ſancti de iſta natiuitate ſenſerint, audi Dauid dicentem: In iniquitatibus (inquit) conceptus ſum,& in peccatis peperit me mater mea: oſtendens quòd quæcunque anima in carne naſcitur,iniquitatis & peccati ſorde polluitur: Et propterea dictum eſſe illud, quod iam ſuperiùs memorauimus, quia nemo mundus à ſorde, etſi vnius diei ſit vita eius. Addi etiam his illud poteſt, vt requiratur quid cauſæ ſit, cùm baptiſma eccleſiæ in remiſſionem peccatorum detur,ſecundum eccleſiæ obſeruantiam etiam paruulis baptiſmum dari, cùm vtique, ſi nihil eſſet in paruulis,quod ad remiſſionem deberet & indulgentiam pertinere, gratia baptiſmi ſuperflua videretur. Eadem tribuuntur Cyrillo Alexãdr. in Leuit. Heſychius libro tertio,in duodecim. cap. Leuit. Totam,inquit,hîc intentionem ſuam legiſlator aperuit, quia pollutionem non motus naturales faciunt,ſed peccatum. de quo Dauid dicebat: Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum,& in delictis peperit me mater mea: Non ſuæ matris peccatum aliquod accuſans: ſed matrem naturam appellat, immunditiam peccati Adæ & Euæ in omne genus noſtrum deſcendiſſe ſignificans. Et propterea quando completi fuerunt dies purificationis, ſecundum prædictum modum ſacrificium pro peccato iubet offerri. At numquid placari poteſt Deus in millibus arietum? Verùm in agno Chriſtum adumbrat,Ioannis primo, per quem ab omni ſorde lauamur, Apoc. 1. & in turturibus & in columbis pudicitiam,& amorem coniugalem. Non enim perdicem offerri voluit,quæ oua ſua frangit: non coccygem,quæ parit in nidis alienis,& ſupponit oua aliena incubatoribus: non paſſerem æquò laſciuiorem, non gallum ad multas gallinas promiſcuum: ſed turturum par,aut columbarum, quæ caſtitate & amore præcellunt. Sic remittit Sapiens pigrum ad formicam. Euthymius, & Theophilactus, par columbarum fœcunditatem,turturum caſtitatem ſignificare docent: ſiquidem honorabile connubium,& thorus immaculatus,&c. Sed & in virgine fœcunda fuit caſtitas. Sed & omnes antiqui hinc docent nos, qui deſponſati ſumus Chriſto, ſi quando aliquid mente peperimus, quòd non omninò immune ſit à peccato, offerre ea,quæ per turtures,aut columbas ſignificantur. Heſychius lib. 3. in Leuitic. dicit has volucres,legis meditationem,contemplationem ſignificare,vt apud Pſaltem,Meditabor vt columba. Et priùs quidem (Geneſ. 15.) Abraham miſſus eſt ſumere vaccam triennem,& capram trimam, & arietem, demum turturem & columbam,tunc cùm pepigit Deus cum eo & ſemine eius, & diuiſit pecudes in partes, aues autem non diuiſit. Radulphus Flauiacenſ. lib. 8. in Leuitic. cap. 6. Sic myſticè examinat oblationem turturum & columbarum,vt tabernaculum,corpus, aut vitam præſentem ſignificet: iuxta id 1. Pet. 2. Scio quia velox eſt depoſitio tabernaculi mei: oſtium autem ſit exitus huius vitæ, ſeu mors: quódque ibi fieri debeat oblatio turturis per gemitum contritionis,columbæ per caſtitatem fidei & puritatem doctrinæ,agni etiam per cordis ſimplicitatem: quódque hæc danda ſint in manu Pontificis, non Chriſti, vt ita propitietur nobis Deus. Beda libro primo in Luc. Et benè,inquit,duos turtures,aut duos pullos columbarum offerebant: vnum pro peccato, & alterum in holocauſtum. Holocauſtum namque totum incenſum dicitur,quia duo ſunt nimirùm compunctionis. Deum namque ſitiens anima, prius timore compunctum, pòſt amore. Priùs enim ſeſe in lachrymis afficit,quia dum malorũ ſuorum memoriam recolit,pro his perpeti ſupplicia æterna pertimeſcit. At verò cùm longa mœroris anxietate fuerit formido conſumpta,quædam iam de præſumptione veniæ ſecuritas naſcitur, & in amore cœleſtium gaudiorum animus inflammatur. Contemplatur enim mens, qui ſint illi Angelorum chori, quæ ipſa ſocietas beatorum ſpirituum,quæ maieſtas æternæ viſionis Dei,& ampliùs plangit,quia à bonis parentibus deeſt,quàm flebat priùs,cùm mala æterna metuebat. Qui ergo ne duceretur ad ſupplicium,turturem pro peccato offerebat,de altero facit holocauſtum, cùm poſtmodùm fiere amariſſimè incipit,quia differtur à regno. Columbam pro peccato offert, qui laborat in gemitu ſuo,lauat per ſingulas noctes lectum ſuũ: hoc eſt,per ſingulas pulſantis culpæ tenebras opera ſua bona,in quibus requieſcere debeat,lachrymis abluere non ceſſat. Columbarum pullos in holocauſtum ferunt,qui patriæ cœleſtis abſentiam deflentes,aiunt, Super flumina Babylonis illic ſedimus,& fleuimus,dum recordaremur tui Syon. Sicut enim columbæ ſuper fluenta reſidere delectantur,vt accipitris aduentum vmbræ curſu per aquas præuidere ſimul & euadere queant: ſic profectò animæ pauperum ſpiritu fluctus ſeculi mente tranſcendentes, quò plura in hac Babylone, qua ſuis gemitibus paſcuntur, maligni hoſtis exempla conſpiciunt, eò crebriores ad æterna ſui deſiderij pennas ſuſtollunt. Hoc ſanè inter turturis & columbæ ſignificantiam diſtat,quòd columba,quæ gregatim conuerſari, volare & gemere conſueuit,actiuæ vitæ frequentiam demonſtrat: de qua dicitur, Multitudinis autem credentium

Cyrill. Alex. Heſych.

cur oblatio turturum & columbarum.

Euthym. Theoph.

Heſych. *Quid hæ volucres haberent myſterij.* Rad. Flaui.

Beda.

erat cor & anima vna,nec quiſquam eorum, quæ poſſidebant, aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed F
erant illis omnia communia: Turtur verò, qui ſingularitate gaudet, adeò vt ſi coniugem caſu
perdiderit,ſolus exinde permaneat,ſpeculatiuæ vitæ culmina denunciat:quia & paucorum eſt
iſta virtus,& his ſingillatim attributa.Solus Eſaias Dominum exercituum videt, laudes Sera-
phim contemplatur,& quia malè tacuerat,quaſi turtur ſingularis ingemit. Moyſes pauente
procul populo ſolus aſcendit ad Dominum,& ne idem populus feriatur,lachrymoſis precibus
impetrat.Solus fugientibus ſociis Daniel inter Angelos remanet. Solus Ezechiel quadri-
gas Cherubim,& ſupernæ ciuitatis celſa ædificia miratur. Solus Paulus ad delicias paradi-
ſi, & viſenda cœli tertij ſecreta raptatur. Item cùm intrans cubiculum clauſo oſtio oro
patrem in abſcondito, turturem offero: At cùm eiuſdem operis compares quæro, canendo
cum Propheta,Venite adoremus, & procidamus ante Deum, ploremus coram Domino
qui fecit nos, columbas ad altare deporto.Et quia vtraque conditori acceptata eſt æquè ho- G
ſtia, conſultè Lucas,vtrum turtures,an pulli columbarum pro Domino ſint oblati, non di-
xit, ne vnum alteri viuendi ordinem præferret, ſed vtrumque ſequendum, vtrumque diuinis
cultibus doceret offerendum. Aut fortaſſis id accidit,quòd Chriſtus,qui erat agnus Dei, ſe-
metipſum in holocauſtum oblaturus erat. Nonne verò poterat virgo dicere, Quid mihi alia
oblatione opus eſt, quàm filio meo? Num ille agnus? Num ille eſt,in quem conſpirant lex &
Prophetæ? Verùm ſuum tempus eſt legalibus ceremoniis, quibus & illa cedit. Ingredere ergo
templum virgo benedicta,offer benedictum fructum ventris tui, offer primitias noſtræ bene-
dictionis, offer fructum terræ ſublimis, hoſtiam ſanctam, Deo placentem, reconciliationem
noſtram.Erit quando non offeretur in templo,nec in Hieruſalem. Erit quando non offeretur
inter brachia Simeonis, ſed inter brachia crucis. Veniet dies, quando non redimetur ouibus
ſicut hodie, ſed ipſe nos redimet in ſanguine ſuo: quia ipſum redemptionem miſit Dominus H
populo ſuo.Illud enim erit ſacrificium veſpertinum, iſtud eſt matutinum. Gaudeas mater in
ſacrificio matutino,quia in veſpertino dolebis,& tuam ipſius animam pertranſibit gladius. Ad
Bernardus. veſperum demorabitur fletus,& ad matutinum lætitia. Hæc Bernardus, ſermone 3. de Purifi-
Cur Chriſtus delatꝰ. catione.Portabatur infans propter tres cauſas. Prima, vt Domino conſecraretur. Secunda, vt
diuinæ cuſtodiæ commendaretur.Tertia,vt & gratiarum actio redderetur,quòd tale donum
parentes accepiſſent.Sed duæ primæ cauſæ non habebant locum in Chriſto,quia ſtatim atque
conceptus eſt, Deo conſecratus eſt,& diuina cuſtodia per diuinitatis vnionem munitus. Ter-
tia ergo ratione ducitur Maria, vt gratias agat pro tanto fructu.Nam ſic olim de fructibus pri-
mitias, & de tritico glebas, in conſpectu Domini offerebant. Hinc Pſalmi pro torcularibus.
Origen. Origenes, homilia octaua, in Leuitic. expendit Mariæ paupertatem, vt quæ cùm agnum of-
Mariæpaupertas. ferre non poſſet,obtulerit par turturum, aut duos pullos columbarum. Vnde & Enricus, ho- I
Enricus. milia in feſtum Purificat. Dominus ergo Ieſus memor ſalutis noſtræ, inquit, cùm eſſet diues,
pauper pro nobis fieri,& pauperem pro ſe hoſtiam voluit offerri, vt nos ſua paupertate, diui-
tiarum ſpiritualium & æterni regni donaret eſſe participes. Sed ecquid opus erat agno ei, qui
agnus Dei vocatur à Ioanne? quem oblati agni in lege præfigurarunt? Columba igitur offertur
pro eo, ſuper quem deſcendit Spiritus ſanctus in ſpecie columbæ. Columba manſuetiſſima
huic conuenit,qui ait,Diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde. Simpliciſſima columba
huic reſpondet,qui ait,Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. Caſtiſſi-
ma turtur huic reſpondet,qui ex virgine natus eſt,& virgines amat:ſed & ipſa lugubris ei con-
uenit,qui ad conſolationem omnium venit in hunc mundum. Quinetiam Spiritus ſanctus,
cùm de magnis & occultioribus ſacramentis, & quæ multi capere non poſſunt, loquitur,in
turturis appellatione ſignatur,id eſt eius auis,quæ ſemper in montium iugis,& in arborum ver- K
ticibus commoratur.Quid ergo melius offerat virgo, quæ Spiritu ſancto concepit, quàm ea
quæ Spiritum ſanctum deſignant, vt Deo beneficium acceptum ferat? Quid item illa turtur
noſtra melius proferat,quæ inter omnes benedicta,& à turbis cæterarum mulierum ſecretiſſi-
ma eſt? Nam & vox turturis Mariæ audita eſt, cùm Angelo reſpondit, Ecce ancilla Domini,
fiat mihi ſecundum verbum tuum.

De

A *De Simeone Iusto, quibus gratiarum donis refulserit, quæ fides, quod canticum eius fuerit.*

Matth. Marc. LVC. 2. Ioan.

Et ecce: homo erat in Hierusalem, cui nomen Simeon, & homo iste iustus & timoratus, expectans consolationem Israël, & Spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acceperat à Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi priùs videret Christum Domini. Et vênit in spiritu in templum. Et cùm inducerent puerum Iesum parentes eius, vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo: & ipse accepit eum in vlnas suas, & benedixit Deum, & dixit. Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace: Quia viderunt oculi mei salutare tuum, Quod parasti ante faciem omnium populorum: Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israël.

B

Introductio.

SOLEM quidem istum sensibilem nemo non videt, nisi oculos clauserit, aut excæcatos habeat: Ita neque Christum nascentem ignorarunt, nisi qui mẽtis oculos clauserunt, & sua malitia excæcati Spiritui sancto restiterunt. Sic enim Pater ille cœlestis solem suum oriri fecit super bonos & malos, vt in communem nostrum omnium vtilitatem Christum natum esse agnoscamus. Hunc Simeon fatetur lumen esse ad reuelationem gentium, & gloriã plebi suæ Israël. Hunc Anna Prophetissa filia Phanuël, hunc & permulti ea ipsa die, qua in templo oblatus est, saluatorem agnouerunt. Nam, vt scribit Bonauentura in Luc. postquàm descripta est Christi humilitas secundum legis præceptum, hîc secundò describitur eius clarificatio per veritatis testimonium. Et quoniam testimonium, ad hoc quòd sit firmum, debet procedere ex ore plurium: ideò introducitur testimonium duorum sexuũ, scilicet virilis & muliebris, vtrumque tamen authenticum, quia vtrumque Propheticum, & vtrũque fide dignum, propter merita sanctitatis. Et præmittitur testimonium viri, tanquam dignioris, & subditur testimonium mulieris, tanquam inferioris, & hoc ibi (Et erat Anna Prophetissa.) Circa Simeonis testimonium tria introducuntur: Simeonis meritum & probitas: eidem facta reuelatio: eiúsque canticum. Hericus Abbas, homil. in festum Purificat. Ita, inquit, adueniens in carne Dei filius, non tantùm ab Angelis & Prophetis, sed etiam à senioribus & iustis testimonium laudis accipit. Decebat namque, vt, quia omnis ætas, omnis sexus, omnis conditio per Christum erat redimenda, omnes etiam illi deuoto famularentur obsequio. Cæterùm magnæ authoritatis fuisse Simeonem verba ipsa Lucæ obiter indicant, vt qui ab omnibus in Hierusalem notus fuerit. quod notant verba ista, *Et ecce: homo erat in Hierusalem.* Sunt enim qui in lege peritissimum & sacerdotem fuisse tradant. Petrus Galatinus, lib. 1. de arcanis fidei in Talmud inuentis, Hillelis filium fuisse scribit, ex libro *Pirkè auoth*, id est Commentariis patrum: de quo Hillele insignia permulta scribit Iosephus in Antiquitatibus. Floruit autem Hillel, inquit Petrus Galatinus, vt in libri Sabbath initio dicitur, anno secundo ante templi euersionem centesimo. Et, vt in *Baua bathra* legitur, octoginta habuit discipulos, omnes excellenti ingenio ac doctrina præditos, qui omnes ratione disciplinæ filij eius sunt nuncupati: adeóque præstantes fuerunt, quòd sicuti ibidem legitur, eorum triginta quidem, vt diuinitas super eos descenderet, digni erant, quemadmodum Moyses ipse fuerat: triginta verò, vt pro eis sol immobilis staret, vti Iehosuas fuit. Cæteri autem viginti mediocres sunt appellati, quorum maximus quidem Ionathas Vzielis filius extitit: minimus verò omnium Ioannes Zachariæ filius, E quem Iudæi *Rabam Iauan Ben Zacchai* vocant, qui tamen, vt prisci Talmudistæ dixerunt, neque scripturam, neque Talmud, neque cætera omnia vsque ad vulpium exempla ac dæmonum narrationes scire prætermisit. Si igitur ille, qui omnium discipulorum Hillelis minimus memoratur, tam magnus euasit & sapiens, quid de cæteris censendum est? Hillel autem & Samæus legis expositionem eidem Ioanni Zachei filio, & Simeoni Iusto ipsius Hillelis filio tradiderunt. Ordo iste hactenus ex Patrum capitulis, *Pirkè auoth* nuncupatis, elicitus est: vbi postremus omnium Simeon Iustus, qui Christum susceptit in vlnis, ponitur. Sunt tamen, qui ex libro *Pirkè auoth*, quem Fagius trãstulit, colligãt, Simeonẽ Iustũ diu præcessisse Hillelem. Etsi verò idipsum non definiat Lucas, ita tamen hominẽ describit, vt non modò apud homines, sed & apud Deũ magnã opinionẽ cõsecutũ. Egesippus hunc è præcipuis Iudæorũ Rabbinis fuisse scribit, & cùm pro suo munere in synagoga illud Esa. c. 7. quo de virgine paritura prænũciatur, interpretaturus esset, dictionẽ העלמה *Hahalma* displicuisse, quæ viro absconditã designat: quòd

Bonauent.

Heric. Ab.

Quis fuerit Simeon.

P. Galat.

Iosephus. Hillel.

Ionathas Vzielis.

Ioannes Ben Zacchai.

samæus.

simeon Iustus.

Egesipp.

minus credibile videretur virginem esse parituram. Adfert enim He emphasim,& vrget dictionem cui præmittitur, vt per excellentiam intelligatur. Hinc factum est vt literam illam seruilem,seu ex Heemanticis vnam sustulerit,vt non Hahalma,sed Haalma legeretur.Hanc deletam rursus reparatam vidit,cùm ad scripturæ illius textum denuò rediret. Secũdò igitur deleuit:& secundò repositam vidit. Id tertiò cũ deleret,reparatum aureis literis prospexit,non sine ingenti miraculo. Ex quo cùm fiduciam maiorem parituræ virginis cõcepisset,oraculum consuluerit:ex quo audierit non priùs se moriturum quã Christum videret.Nicephorus Callist.lib.1.hist.Eccles.cap.12.Hunc,inquit, Simeonem fama est ex eis fuisse vnum, qui virtute, dignitate,vitæq; sanctitate excelluerunt.Beda lib.1.Commentar.in Lucam.Ita, inquit,nato in carne Domino,non solùm Angeli de cœlis, sed & omnis ætas mortalium, vterque sexus testimonium reddidit.Decebat enim omnium saluatorem, sicut venturum in carne omnium toto sæculi tempore fidelium facto vel dicto præsagari, ita etiam veritatem communi omnium laude prædicari, impletà Prophetià quæ dicit, Laudate Dominum de cœlis:& cætera vsquequò ait,Iuuenes & virgines,senes cum iunioribus laudent nomen Domini:quia exaltatum est nomen eius solius.Confessio eius super cœlum & terram. *Iustus*,inquit,*& timoratus*: quia difficilè iustitia sine timore custoditur.Non illum dico timorem,qui sub lege pœnas irrogari,& temporalia bona sibi subtrahi perhorrescit, quem perfecta dilectio foras mittere consueuit:sed timorem Domini sanctum,qui permanet in seculum seculi, quo iustus Deum suũ quantò ardentiùs diligit,tantò solicitiùs offendere cauet. *Et responsum acceperat à Spiritu sancto,non visurum se mortem,nisi priùs videret Christum Domini.Et vênit in Spiritu sancto in templum.* Vide locutiones scripturarum.Mortem videre dixit.Quomodo videtur,quibúsve oculis, quæ veniendo ipsos oculos claudit,ne aliquid videant?Sed videre mortem, experiri significat. Multúmq; fœlix mortẽ videbit carnis,quicunque Christum Domini priùs oculis cordis videre satagerit, conuersationẽ habendo in cœlesti Hierusalem, templi Dei limina frequentando, hoc est,pia sanctorum,in quibus Dominus inhabitat,exempla sectando,suspirando cum Psalmista, Vnam petij à Domino,hanc requiram in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ,vt videam voluntatem Domini.Sic enim ipse Verbum Dei in manibus accipere, & fidei claritatísque suæ brachiis merebitur amplecti.Quod autem ait,*Et vênit in spiritu in templum*,significat eum eadem spiritus gratia, qua olim venturum præcognouerat,etiam nunc aduenire,& iam iámque à se videndum cognouisse saluatorem.*Et cùm inducerent puerũ Iesum parentes eius, vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo:& ipse accepit eum in vlnas suas.* Magna quidem Domini potentia:sed non minor claret humilitas,vt qui cœlo terráque non capitur, grandæui hominis gestetur totus in vlnis.Sed & tropicè accepit Simeon Christum veteranus infantem, vt doceat nos exuere veterem hominem,qui corrumpitur cum actibus eius, & renouatos spiritu mentis nostræ induere eum,qui secundum Deum creatus est in iustitia, sanctitate & veritate,hoc est,deponentes mendacium loqui veritatem,& cætera,quæ ad externi hominis statum pertinent,ore, corde & opere perficere.Accipit senior iustus secundum legem,& timoratus,puerum Iesum in vlnas suas,vt significet iustitiam operum,quæ ex lege erat(quis nesciat opera per manus & brachia solere figurari?)humili quidem,sed salutari fidei Euangelicæ gratia mutandam. Accipit senior infantem Christum,ipsummet hoc seculum,quasi senio & longæua ætate defessum,ad innocentiam,&,vt ita dixerim,infantiam Christianæ conuersationis rediturum, & sicut aquilæ iuuentutem illius esse renouandam. Audbertus presbyter ordinis S. Benedicti,in solennit.Purif.Mariæ.Nihil minus,inquit, de sanctitate isti specialiter homini adscribitur,qui & in Hierusalem,id est in visione pacis, commoratur, & fidei operatione.iustus, & reuerentia timoratus,& Israëlis consolatione attonitus,& Spiritu sancto repletus,eiúsque responsione de incarnati Verbi visione roboratus fuisse perhibetur. O quàm ardenti desiderio homo iste expectabat secundum Spiritus sancti promissionem,videre in carne redemptorem! Quæ,putamus,fuerit instantia orationis eius,qua diuino responso meruit firmari de his quæ petebat? Quæ erant eius gemituum continuata verba in sancta prædicatione? Non enim in petendo cessauit vsquequò responsum acciperet super his quæ poscebat. Fuerunt siquidem in retroactis temporibus multi simili desiderio accensi, Domino attestante, qui ad discipulos ait: Multi reges & Prophetæ voluerunt videre quæ vos videtis,& non viderunt,& audire quæ auditis,& non audierunt.Sed ex illis hoc isti soli concessum est,qui in plenitudine temporis, horum vltimus apparuit. Sed si vigilanti desiderio subsequentium sanctorum attendimus desiderium, quibus Christus viuere est, & mori lucrum, inueniemus eos non minoris anxietatis ardore diuinitatem eiusdem saluatoris intueri velle, quàm ille concupiuit inspicere carnem.

Niceph.

Beda.

Mortem videre quid.

Audbert.

Hinc

A Hinc Paulus dicit: Cupio dissolui, & esse cum Christo. Multò autem melius hinc Psalmista ex persona Ecclesiæ dicit: Sitiuit anima mea ad Deum viuum, quando veniam & apparebo ante faciem Dei? Quis ergo iam hinc non videat in vno Simeone multos, per vnum cunctos significari electos, qui nunc iusti ex fide atque operatione, & timorati ex futura expectatione, & attoniti inueniuntur ex ventura consolatione? In quibus etiam Spiritus sanctus inesse cognoscitur, quia & per Apostolũ dicitur: Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Et rursum fidelibus dicit: Corpora vestra templum sunt Spiritus sancti, quem habetis ex Deo: quíque responsum accipiunt à Spiritu sancto non visuros se mortem, nisi priùs viderint Christum Domini: quia in hac adhuc corruptibili vita, eiusdẽ Spiritus sancti gratia reuelante, apertis fidei oculis eum, qui se cum illis vsque in finem seculi mansurum esse repromisit, aspiciunt, non iam carne paruulum, sed diuinitate immensum: qui etiam
B cum Apostolo dicunt, Etsi noueramus Christum secundum carnem, sed iam nunc non nouimus. Habitant etiam iusti in Hierusalem, atque in spiritu in templum, quò Christus introducitur, veniunt. Ipsi enim sunt Hierusalem, qui habitãt in Hierusalem: ipsi & templum sunt, qui veniunt in templum, in quibus & à quibus Christus excipitur. Nicephorus, lib. 1. hist. Eccles. c. 12. & Cedrenus, in compendio Historiarum, scribunt, Simeonem ad summum senium prouectum fuisse: & ex Esaiæ vaticinio didicisse Christum venturum: Et, vt scribit Lucas, ἰῶ αὐτῷ κεχρηματισμένον, & factum ipsi responsum à Spiritu sancto, aut per Angelum, vt multi scribũt, aut per secretam & spiritualem aliquam reuelationem: *Non visurum se mortem*, id est, non passurum seu experturum se mortem: (Visus enim pro quolibet sensu apud Hebræos accipitur:) Sic autem se tandem moriturum, vbi primùm Christum oculis corporalibus aspexisset, quem spiritualibus intuebatur. Augustinus serm. 2. de tempore, rem istam exaggerat. Simeon, inquit, ille
C senex diu vixerat, cuius ætas comparatur Annæ, & audierat responsum, quòd non esset visurus mortem, nisi priùs videret Christum Domini. Intelligite, fratres, quantum desideriũ habebant antiqui sancti videndi Christum. Sciebant illum esse venturum, & omnes qui piè viuebant, dicebant: O si hîc me inueniat illa natiuitas! ô si quod credo in scripturis, videam oculis meis! Et vt noueritis quantum desiderium habebant sancti, qui nouerant per scripturas virginem parituram, sicut audistis, cùm Esaias legeretur, Ecce virgo concipiet in vtero, & pariet filium, &
D vocabitis nomen eius Emmanuel. Emmanuel quid sit, Euangelium nobis aperuit, dicens, Quod interpretatur, nobiscum Deus. Non tibi ergo vile sit quæcunque infidelis anima, non tibi videatur impossibile vt virgo pareret, virgo pariẽs permaneret. Intelligis natum Deum, & non miraris virginis partum. Vt ergo noueritis antiquos sanctos & iustos optasse videre, quod concessum est huic seni Simeoni, Dominus noster ipse Iesus Christus ad discipulos suos loquens, ait: Multi iusti & Prophetæ voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt, & audire quæ auditis, & non audierunt. Multum senex ille fuit ad audiendum serus, sed ad videndum maturus. Non expectauit vt Christum audiret loquentem, quoniam agnouit infantem. Et hoc illi concessum erat iam decrepito, quasi desideranti & suspiranti, & dicenti quotidie in orationibus suis, Quando veniet? quando nascetur? quando videbo? Putas durabo? Putas hic me inueniet? Putas isti oculi videbunt, per quem cordis oculi reuelabuntur? Dicebat ista in orationibus suis, & pro desiderio suo accepit responsum, quòd non gustaret mortẽ, nisi priùs videret Christum Domini. *Et vênit in spiritu in templum*: hoc est, in virtute spiritus, vt infrà, cap. 4. aut actus
E à spiritu, vt ibidem legitur. Hericus, in hom. Purificat. Nequaquam enim, inquit, sine corpore venisse putandus est, sed inspiratus à spiritu, à quo antea responsum acceperat, aduenit in templum. Ita commendatur à Spiritu sancto ductore, vt scribit Bonauentura, tom. 8. Quicunque enim spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei. Poterat enim illud dicere Psal. 5. Introibo in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. Et iterum, Psal. 131. Introibimus in tabernaculum eius, adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius. Deerant illi quidem vires corporis, non mentis. Ita spiritus ille, quo virtus omnium consistit, qui apud Ezechielem ossibus ossa in resurrectione coniungit, illum fulciebat. Sic Samuel excitatur, sic Abacuk in Babylonem transfertur, sic Philippus in currum Eunuchi rapitur. *Et cùm inducerent puerum Iesum, vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo*, offerendo: *& ipse* Simeon *accepit eum in vlnas suas*. Ex eo loco facilè colligimus, Simeonẽ ius aliquod in rebus sacris habuisse. Cuius enim erat, nisi sacerdotis, oblationem Deo factam excipere? & templi ministeriũ obire in his quæ tẽplo offerebantur? Omnia sancta sanctis, vt docet lex, & magna his in legibus obseruãdis, vt & in cæteris, fuit Iudææ morositas, vt scribit Tertullianus, l. de præscript. contr. hæret. Solius enim sacerdotis erat Deo sacrata accipere, & eiusdem in templo loqui. Ideò Epiphanius, libro de vita

Niceph. Cedrenus.

Augusti.

Antiqui sancti desiderarũt videre Christum.

Hericus. *Simeon spiritu duce venit in tẽplum.*

Bonauent.

Quòd Simeon fuerit sacerdos, ex ipso facto cõuincitur.

Tertull.

Epiphan.

& exitu Prophetarum. Simeon, inquit, sacerdos è tribu Aaron emicuit. Hic quippè est, qui o- F
raculum accepit à Spiritu sancto, non visurum se mortem, donec Christum incarnatũ cerne-
ret. Hic est, inquam, ille, qui gestauit Dominum in vlnis suis, & glorificauit, dicens, Viderunt o-
culi mei salutare tuum. Et mortuus est pluribus quidem annis obsitus, benè confectus, nec por-
Cyrill. Hieroſol. Auguſt. rò à sacerdotibus, postremum consecutus honorem, humatus est. Idem Cyrillus Hierosolymi-
tanus Orat. de occursu Domini, affirmat. Augustinus, ser. 2. de tempore. Gestabat, inquit, Ma-
ria mater eius infantem: vidit ille, & agnouit. Vbi nouerat quod agnouit? An intus est reuelatus,
qui foris est natus? Vidit, & agnouit. Agnouit Simeon infantem tacentem, & occiderunt Iu-
dæi iuuenem mirabilia facientem. Cùm ergò cognouisset, accepit in vlnas suas, hoc est, in bra-
chia sua amplexus est eum. Portabat à quo portabatur. Ipse enim est Christus sapientia Dei,
attingens à fine vsque ad finem fortiter, & disponens omnia suauiter. Quantus ibi erat, & G
quàm magnus, quàm paruus factus erat. Paruus factus, paruos quærebat. Quid est, paruos quæ-
Bonauent. rebat? non superbos, sed humiles colligebat. Ita, vt scribit Bonauentura in Lucam, magna se
prodit senis deuotio ad comprehendendum paruulum, qua Christo se exposuit totum, vt pos-
set dicere illud sponsæ, Cantic. 1. Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea com-
morabitur. Volebat enim implere illud Cant. 8. Pone me vt signaculum super cor tuum, vt si-
gnaculum super brachium tuũ. Immò super duo brachia tua, vt ostendat, quòd fortiter com-
prehendendus est. Cant. 3. Inueni quem diligit anima mea: tenui eum, nec dimittam. Ostẽdit
etiam, quòd vtraque manu, & tota virtute nostra debemus Domino famulari, sicut illi qui vna
manu pugnabant, & alia faciebant opus, Nehem. 4. Non sicut illi, qui imponunt onera grauia
Euſe. Emiſ. & importabilia, digito autem suo nolunt ea mouere, Matth. 23. Eusebius Emissenus, homil. in
diem Purificat. Mariæ. Occurrit, inquit, senex, brachia extendit, & parentibus ait: Mihi eum
date, mihi debetur: mei officij est, ad hoc missus sum, huic obsequio reseruatus sum. Deinde H
lætus & exultans accepit eum in vlnas suas: mox senectus fugit, & iuuenilis vigor adfuit & for-
titudo. Qui priùs seipsum ferre vix poterat, nunc leuiter puerum ferens exultat. Eleganter igi-
tur dictum est, Senex puerum portabat: puer autem senem gerebat, quem virgo peperit, & post
partum virgo permansit: ipsum quem genuit, adorauit. *Et benedixit Deum, & dixit, Nunc dimit-
tis seruum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace.* Te, inquit, Domine benedico: promissio
tua completa est, completum est & desiderium meum, quia video Christum tuum Dominum
meum. Itaque in gratiarum actionem canticum hoc cecinit, quale Delbora, Maria, Anna, &
Dauid. Ita vitæ suæ catastrophen cecinit.

Ouid. in Epiſt. Heroid.

Sic vbi fata vocant, vdis abiectus in herbis
Ad vada Mæandri concinit albus olor.

Et *nunc*, inquit, *dimittis seruum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace.* Nunc absoluis, nũc I
Theoph. liberas me ab his corporeis vinculis, vt in pace dormiam, & requiescam. Theophilact. Vide, in-
quit, quomodo sancti pro vinculo corpus habent. Ἀπολύεις igitur, id est, decedendi potestatem
facis, vt patribus meis adiungar, & ad te redeam. Nam Dominus eum ad æternã pacem prope-
rantem velut è medio cursu reuocarat: sicut Princeps quispiam, qui legatis facit copiam ex pro-
uincia reuertendi. Vel *Nunc dimittis*, id est, securum reddis, cùm iam ea promissione perfruar,
ad quam tantis votis contendebam. Quantis enim putas arietibus fidem eius cõcussam fuisse,
cùm videret intestinis seditionibus, externis etiam bellis, totam Israëlis rempublicam labefa-
Magnitudo fidei Simeonis. ctatam, pietatem etiam ferè omnem & religionis cultum pessundatum, se iam capulo instan-
tem, & sibi solum superesse sepulchrum? Sed hæc est conditio promissionum Dei, vt non im-
pleantur, nisi priùs fides eius cui dictæ sunt, exerceatur. Ita probata est fides Abrahæ, cùm mã-
datum accepit de sacrificando filio, & staret interim illa promissio de multiplicando in Isaac K
semine. Ita probata est fides Iacob, cùm ei, quamuis peregrino, & à domo paterna exuli, pro-
mitterent semen. Proinde in credendis promissionibus Dei, non committamus, vt propter ad-
uersa à fide deficiamus, sed propterea tantò magis in fide fortiores efficiamur. Non diffidit Si-
meon quantumuis senex, quin oculis Christum videret priusquàm moreretur: non illum fran-
git propria corporis infirmitas, aut communis Reipub. miseria: & statim atque votorum com-
potem se videt, ex ista mole, velut è carcere, in libertatem euolare contendit.

Mantuan. l. 1. Parthenices Marianæ.

Nam quid longa dies nobis, nisi longa dolorum
Colluuies? longi patientia carceris ætas:

vt scribit Mantuanus in prima Parthenice D. Mariæ. Absoluis me, inquit. Græca enim dictio
Ἀπολύω, significat emittere ex carcere tristi & opaco, qualis certè est hæc misera vita. Act. 16.
Ἀπόλυσον τοὺς ἀνθρώπους ἐκείνους, Dimitte homines istos è carcere. Luc. 23. ἀναγκὴν δὲ εἶχεν Ἀπο-
λύειν

A λύσῃ αὐτοῖς, Necesse habebat dimittere ipsis vnũ vinctũ. Ita scilicet electi pauci faciunt hãc tẽporariã vitam, quia sperant in meliorẽ & securiorem. Vnde & Psaltes, Quando veniam, & apparebo ante faciem Dei? Augustinus tract. 9. in Epist. Ioan. 1. illud exponens, In hoc est perfecta charitas in nobis, vt fiduciam habeamus in die iudicij: tria hominum genera constituit: Vnum eorum, qui diem iudicij non credunt, ideò ne in eo quidem fiduciam habent: Alterũ eorum, qui diem iudicij credere incipiunt, & quia credere incipiunt, incipiunt etiam timere, sed quia timent, nondum habent fiduciam in die iudicij: Tertium denique eorum, qui mortificatis membris suis; quæ sunt super terram, surgentibúsque cœlestibus membris, hoc est virtutibus, iam incipiunt desiderare quod timebant. Timebant enim ne veniret Christus, & inueniret impios quos damnaret: desiderant iam vt veniat, quia inuenturus est quos coronet. Et paulò pòst. Sunt, inquit, homines, qui cum patientia moriuntur: & sunt quidam perfecti, qui cum patientia viuunt. Quid dixi? Qui adhuc desiderat istam vitam, quando venerit B dies mortis, patienter tolerat mortem: luctatur aduersum se, vt sequatur voluntatem Dei: & hoc agit animo quod eligit Deus, potius quàm quod eligit voluntas humana. Ex desiderio vitæ præsentis, fit lucta cum morte, & adhibet patientiam & fortitudinem, vt æquo animo moriatur. Iste patienter moritur. Qui autem dissolui desiderat, & esse cum Christo, non patienter moritur, sed patienter viuit, & delectabiliter moritur. Ita Simeonem patienter carnis istius onus tulisse, & delectabiliter mortem appetijsse, vbi Christo perfrui potuit, colligimus: quasi id cum Paulo dicat, Mihi viuere Christus est, & mori lucrum. Sic enim & Basilius, cùm ei Modestus Præses minas intentaret, quàm pauci vitam præsentem faceret, suis verbis ostendit, dicẽs, vt scribit Greg. Nanzanz. Oratione in eundem Basilium. Mors porrò beneficij mihi loco erit, inquit: citius enim me ad Deum trãsmittet, cui viuo, & munere meo fungor, maxiC máque ex parte obij, & ad quem iampridem propero. Ambros. lib. 2. in Luc. cap. 8. Videte igitur iustum (Simeonem) velut corporeæ molis carcere inclusum, velle dissolui, vt incipiat esse cum Christo. Philip. 1. Dissolui enim, & esse cum Christo, multo melius est. Beda in Luc. Vides non solùm noui, sed & veteris Testamenti iustos spe futuræ vitæ, desideriũ habuisse absolui à corpore, immò pacis viam deputasse, sarcinam deposuisse terrestrem, vtpotè qui se in sinu Abrahæ requiem non dubitabant habituros esse perpetuam. Denique & Idithun, postquàm multa diu tacitus mundi mala contemplatus, interna secum cordis meditatione concaluit, tandem locutus in lingua sua, & quid intus egerit, promens: Notum, inquit, fac mihi Domine finem meum, & numerum dierum meorum quis est, vt sciam quid desit mihi. Ecce veteres posuisti dies meos. Quibus absque dubio verbis aperit, quàm maximum se præsentiũ calamitatum nacturum speret in fine solatium, quem tantisper aduenire desiderat. Et hoc quidem mihi beneficium indulges, Domine, inquit Simeon. Quid scilicet non mihi fœlicius D contingat, quàm Iacob Patriarchæ? Vidit ille filium suum Ioseph, iam plenus dierum, quem hucusque à fera pessima deuoratum esse putauerat: & statim atque illum & intueri & osculari potuit: Iam, inquit, lætus moriar, quia vidi faciem tuam, fili mi. Quàm beatius autem est, illum intueri in quem desiderant Angeli prospicere? quem tot tantisque votis & patres, & reges, & Prophetæ concupierant? Et ita *dimittis me seruum tuum in pace*. Serui in bello capti etiã perdi possunt, & tu me vt filium, immò vt hæredem, magno illo tuarum diuitiarum thesauro perfrui permittis. 2. Reg. 24. Et quid causæ est, vt veniat Dominus rex ad seruum suum? Psal. 143. Quid est homo quia innotuisti ei, aut filius hominis quia reputas eum? Homo vanitati similis factus est: dies eius sicut vmbra prætereunt. Priùs quidem id orabam, Fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam: & nunc me dimittis in pace.

E *Sicut fortis equus spatio qui fortè supremo*
Vicit Olympia, tunc senio confectu' quiescit,

vt scribit Ennius: ita tu me nunc post tot huius vitæ exantlatos labores, tot tentationes fortiter euictas, nunc quiete spirituali donas, vt iam nihil me hac in lachrymarum valle retineat. Pacẽ suam in Christo statuerat, qui conflixerat per vitam. Militia enim est vita hominis super terrã. (Iob. 7.) Ita quasi è magno aliquo naufragio, in portum se euasisse existimat. Ita duo designat: 1. nihil magis concupiscendum esse quàm pacem. 2. & illam nobis per Christum & in Christo dari. Quid enim hæc nisi post laborem quies, post vigiliam somnus? Nullus enim suam ruïnam appetit, si mentis est compos. Quid autem omnia conseruat, nisi pax? Sed & pax est, cùm iis perfruimur quæ sperabamus. Et tantum est pacis bonum, vt non tantùm ab iis sentiatur, qui illa fruuntur, sed & ab his, qui in illam votis contendunt. Ita spes non confundit. Mich. 7. Cùm sedero in tenebris, Dominus lux mea est, educet me in lucẽ. Sperat in ferro seruus,

Auguſt. *Tria homi-num genera ſe habẽt ad diem iudicij.*

Quib⁹ mors accepta ſit.

Greg. Nan.

Ambroſ.

Beda.

Cic. ex Ennio, lib. de Senect.

in lecto æger, in sepulchro mortuus: & id asserit, quod Iob: Credo quòd redemptor meus vi- F
uit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum. 2. Sed & summa nobis pax per Christum da-
Greg. Nan. tur, vt scribit Gregorius Nanzanz. Orat. 3. de pace. Hinc factum est, vt Christum amplexa-
Gregor. Papa. tus Simeon, iam se in pace positum agnoscat. Hoc igitur requirere videtur, quod & Tobias,
Pax plena, & pax inchoata. (ca. 3.) Et nunc Domine, secundum voluntatem tuam fac mecum, & præcipe in pace recipi spiritum meum. Greg. Papa. lib. 6. in Iob, cap. 23. In scriptura sacra aliter pax plena dicitur, inquit, aliter inchoata. Inchoatam pacẽ veritas discipulis dederat, cùm diceret, (Ioan. 14.) Pacẽ relinquo vobis, pacem meam do vobis. Et plenam Simeon desideraverat, cùm exoraret, dicẽs: Nunc dimittis seruum tuum, Domine, secundum verbũ tuum in pace. Pax enim nostra ex desiderio conditoris inchoatur: ex manifesta autem visione perficitur. Plena enim tunc erit, cùm mens nostra nec ignorantia cæcatur, nec carnis suæ impugnatione concutitur. Et hanc
Ambros. omnes nos desiderare cõuenit, cùm nec hîc, hoc in mundo scilicet, requiem habeamus. Am- G
brosius, lib. 2. in Luc. cap. 8. Sed, inquit, qui vult dimitti, veniat in templum, veniat in Hieru-
salem, expectet Christum, dum accipiat in manibus, verbum Dei complectatur velut qui-
busdam suæ fidei brachiis, operibus suis. Tunc dimittetur vt non videat mortem, quia viderit
Origen. vitam. Origenes hom. 15. in Luc. Ideò scilicet & hîc Simeon, Nunc, inquit, dimittis Domine seruum tuum in pace. Quandiu enim Christum non tenebam, quamdiu illum meis brachiis non arctabam, clausus eram, & de vinculis exire non poteram. Nunc vbi datur amplecti, ecce
Mori in Christo est mori in pace. dimittis me in pace. Hoc etiam omnibus fidelibus euenit, vt statim atque lecto decumbentes, & moribundi, Christi sacratissimum, dignissimum, tutissimúmque corpus acceperint, séque per conscientiæ purgationem illi adiunxerint, iam nihil vitam hanc transitoriam morẽtur, sed alacriores redditi, dicant id Psaltis: Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. H
Origenes. Et rursus. Heu mihi, quia incolatus meus prolõgatus est. Ad quod his verbis alludit Origenes: Si quis egreditur è mundo, si quis è carcere vinctorum domo dimittitur, vt ad regnandum vadat, sumat Iesum in manibus suis, & circundet eum brachiis suis, totum habeat in sinu, & tunc ire poterit quò desiderat. Et paulò pòst. Tu quoque, inquit, si vis tenere Iesum, & amplexari manibus, & dignus fieri exire de carcere, omni labore nitere, vt ducem habeas spiritum, veniásque ad templum Dei. Ecce nunc stas in templo Domini Iesu, hoc est in Ecclesia eius. Hoc est templum de viuis lapidibus extructum. Stas autem in templo Domini, quando vita tua, & conuersatio Ecclesiæ fuerit appellatione dignissima. Si veneris spiritu ad templũ, inuenies paruulum Iesum, leuabis illum brachiis tuis, & dices: Nunc dimittis seruum tuum, Do-
P. Blesens. mine, in pace secundum verbum tuum. Petrus Blesensis, serm. 1. in Purific. Virginis, hac me- ditatione suam ad Simeonem dirigit apostrophen. O senex fidelis, inquit, cuius laus in Euan- I
gelio, cuius senectus in misericordia Verbi, cùm vnicum portes, qui portat omnia verbo vir-
tutis, aperi nobis quàm salubriter insinuabat se visceribus tuis, quàm delectabiliter infundebat
se animæ tuæ, suumque spiritum pectori tuo influebat ille, quem tu gestabas in vlnis. Nonne
poterat Simeon respondere, & dicere: Acceperam responsum à Spiritu sancto non visurum
mortem, donec viderem Christum Domini? Diu expectaueram. Iam defecerant oculi mei in
eloquium tuum, dicentes, Quando consolaberis me? Factus eram sicut vter in pruina: frigidus,
aridus, marcidus, & despectus. Sed tandem memor fuisti, Domine, verbi tui seruo tuo, in quo
mihi spem dedisti. Iam in carne mea video Dominum saluatorem meum: nec solùm video,
sed teneo & amplector. Iam me sentio calere de senectute morbida in salutem. Renouata
est vt aquilæ iuuentus mea. Iam irreuerberata acie solem iustitiæ contemplor. Fidelis Domi-
nus in omnibus verbis suis. Viderunt oculi mei salutare meum. Video te in vultu meo, in car- K
ne mea: video te in vultu tuo, & gloria tua, vbi erit plena iocunditas, & plena in iocunditate
satietas: quia vultum tuum, Domine, requiram, satiabor cùm apparuerit gloria tua. Vidi Do-
minum, & salua facta est anima mea. Vidi, & videbo, nec dimittam te, donec dimittas me
in pace. In pace in idipsum dormiam, & requiescam. Non solùm Simeoni datum est videre &
portare & amplecti Dominum, sed omnibus his, qui in veritate diligunt ipsum: qui Christum
tenent, amplectuntur, & fouẽt in desiderio animæ suæ in sancta atque deuota & optabili ser-
uitute. Rectè autem adijcit, *Secundum verbum tuum.* Est enim Verbum Dei, fundamentum
spei nostræ & omnis fiduciæ, nec nostris meritis, sed Dei promissionibus innitimur. Ratione
autem tantæ exultationis adijcit. *Quia viderunt oculi mei salutare tuum.* Salutare enim Dei, in-
Salutare quid. quit Augustinus, serm. 20. de tempore, Dominus Iesus Christus est. de quo Ps. 95. Annun-
Augusti. ciate de die in diem salutare eius. Et Ps. 92. Notum fecit Dominus salutare suum. Et Iacob

Genes.

A Geneſ.49. Salutare tuum expectabo Domine. Ad quem pater ille cœleſtis hæc verba dirigit, Eſaiæ 49. Dedi te in lucem gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ. *Salutare* enim ſumitur pro Saluatore: quia ipſum Deus omnium ſaluatorem conſtituerit. Vnde per emphaſim Salutare Dei dicitur, vt in ipſo Deum Patrem operatum eſſe cognoſcamus. Origenes hom.15. in Luc. Quid verò, inquit, ei profuit vt videret Chriſtum? Vtrum hoc tantùm in promiſſione habuit vt videret illum, nihilque ex viſu eius conſequeretur vtilitatis? An latet aliquod donum dignum Deo, quod beatus Simeon & meruit, & accepit? Fimbriam veſtimẽti Ieſu mulier tetigit, & ſanata eſt. Si illa ad extremam partem veſtimenti tantum emolumẽti habuit, quid putandum eſt de Simeone, qui in ſuas vlnas accepit infantem, & brachiis tenens lætabatur atque gaudebat, videns paruulum à ſe geſtari, qui ad vinctos venerat abſoluẽdos, ſeque ipſum nodis corporis liberandum ſciens, & neminem poſſe de clauſtro corporis

B quempiam emittere cum ſpe futuræ vitæ, niſi eum quem in brachiis continebat? Ita non oculis modò corporeis Chriſtum hominem, ſed & ipſum verum Deum ſpiritualibus per fidem cognouit: eius quoque humanitatem, & quòd à Verbo aſſumpta eſſet, intellectualiter conſiderauit, adeò beatiorem ſe cæteris patribus exiſtimat, qui viderunt quidem in ſpiritu, ſed non in carne. Sic Abraham exultauit vt videret diem Chriſti. Vidit, & gauiſus eſt. Verũtamen vt Chriſtus ad ſuos teſtatus eſt, Beati oculi qui vident quæ vos videtis, ita beatiores illi cenſendi ſunt, qui præſentem Chriſtum aſpexerunt. *Viderunt*, inquit, *oculi mei*. Huius pleonaſmi magna eſt emphaſis: vt cùm Latinè dicimus, His ego oculis vidi. Non Prophetam aliquem, ſed Prophetarum Dominum, verum Deum & hominem. *Salutare*, inquam, *tuum*, quod Hebraicè dicitur *Ieſua techa*, vt Pſal.50. Redde mihi lætitiam ſalutaris tui. Is enim eſt, quem ſeruandis electis tuis deſtinaſti: vnde etiam factum eſt, vt vocetur Ieſus, quod nomen Simeon

C adumbrat. *Quod paraſti*, hoc eſt, per incarnationem videri & agnoſci voluiſti, *ante faciem* omnium populorum: eorum maximè, qui ex Iudæis & Gentibus ipſum in carne videntes, verè Dei filium agnouerunt. Dionyſius Carthuſianus, in Luc. cap.2.artic.7. Deus ergo Pater vnigenitum ſuum in diuinitate incomprehenſibilem atque inacceſſibilem lucem inhabitãtem, per hoc fecit hominibus manifeſtum, viſibilem, & cohabitantem, quòd eum humanæ coniunxit naturæ in vnitate perſonæ: quod ab Eſaia prędictum eſt, Parauit Dominus brachiũ ſanctum ſuum in oculis omnium gentium. Brachium enim Domini eſt vnicus filius Dei Patris, per quem Pater omnia fecit: ſicut & digitus Dei eſt Spiritus ſanctus, per quem cuncta reuelat. De quo brachio ait Pſalmiſta, Saluauit ſibi dextera eius, & brachium ſanctum eius. Pater ergo parauit ſalutare hoc ante faciem omnium populorum, quibus per Apoſtolos prædicatus eſt Chriſtus, iuxta illud Pſalmi, In omnem terram exiuit ſonus eorum. Et rurſus. Vi-

D derunt omnes termini terræ ſalutare Dei noſtri. Et quod in Eſaia habetur: Videbunt omnes fines terræ ſalutare Dei noſtri. Euthymius & Theophilactus in Lucam. Ante faciẽ verò omniũ populorum, inquiunt, iſtam ſalutem præparauit, vt ſaluaret mundum: & vt omnibus liquida fiat eius incarnatio, ita non modò beati illi cenſendi erant, qui cum Simeone Chriſtum in carne viſuri eſſent, ſed & qui in ipſum erant crediturí. Beda in Lucam. Sic, inquit, beati oculi qui vident quæ Simeon vidit: beati qui non viderunt, & crediderunt. Illud ipſum, inquit, quod omnibus poſtmodùm gentibus, populis, & linguis mente ac fide conſpiciendum paraſti, ſpe ac dilectione quærendum præuidiſti, ipſe diu deſideratum nunc & carnis & cordis oculis tuũ ſalutare contemplor. Et quibus quæſo, niſi fidei oculis hunc ipſum infantem ſalutare Dei eſſe cognouit? Auguſtinus, ſerm.20. de tempore. Maieſtas, inquit, ibi latebat, vbi infirmitas apparebat. Simeon infirmitatem accepit, & maieſtatem intus agnouit. Nos quoque quoties ſacro-

E ſancta Chriſti corporis & ſanguinis myſteria adoramus, non his omninò hæremus modò, quæ videntur oculis corporalibus, ſed ad Chriſtum ipſum oculos mentis eleuamus. Sic quod non capis, quod non vides, animoſa firmat fides præter rerum ordinem. Explicat autem ſalutaris illius beneficium in omnes homines, dicens, *Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Iſrael*. Ita in oculis omnium verſabitur. κατὰ πρόσωπον, Ante faciem, ſeu ante ora, vt ſcribit Poëta: id eſt, tanquam ſignum aliquod edito loco poſitum, ad quod conuertantur omnium oculi. Sic Eſaiæ cap.11. Et erit in ſignum omnium populorum. Sicut enim ſolem omnes aſpiciunt, qui volunt, vbi dies illuxerit: ita & ſe Chriſtus omnibus communicabit, vt lucẽ inferat gentibus, & ab eorum mentibus diſcutiat infidelitatis caliginem. Ioan.8. Ego ſum lux mundi, inquit: qui ſequitur me, non ambulat in tenebris. Lumen autem tenebris opponitur, vt fides infidelitati, religio impietati, & cognitio cæcitati. Immò tenebræ ſunt ſapientia mundi, prudentia carnis, & omnia peccata: de quibus ad Coloſſ.3. Epheſ.5.1. ad Corinth.6. & in

Origenes.

Pleonaſmus.

Dionyſ. Carthuſ.

Euthym. Theoph.

Beda.

Oculis ſpiritus videtur ſalutare Dei.

Auguſt.

Chriſtus vera lux.

verbis Christi, Act.26. Sic enim ad Paulum inquit: Exurge, & sta super pedes tuos. Ad hoc F
enim apparui tibi, vt constituam te ministrum & testem eorum quæ vidisti, & eorum quibus
apparebo tibi, eripiens te de populis & gentibus, in quas nunc ego mitto te, aperire oculos
eorum, vt conuertantur à tenebris ad lucem, & de potestate Sathanæ ad Deum, vt accipiãt
remissionem peccatorũ, & sortem inter sanctos per fidem quæ est in me. Videtur autem hæc
pars Cantici ex Esaia desumpta esse,(cap.42.) Ita enim Pater sibi in filio Christo complacẽs,
Dedi te,inquit,in fœdus populi, in lucem gentium, vt aperires oculos cæcorum,& educeres
de conclusione vinctum,de domo carceris sedentes in tenebris. Et cap.60. Surge,illuminare
Hierusalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est. Et cap.40. Reuela-
bitur gloria Domini, & videbit omnis caro pariter quòd os Domini loquutum est.Ille enim,
vt legitur Daniel.2. reuelat profunda & abscondita, & nouit in tenebris constituta, & lux cũ G
Christ⁹ sua incarnatione gẽtẽ Iudaicam honorauit. eo est. Ille etiam *ad gloriam plebis tuæ Israel*,id est, vt sit Iudæis gloriandi materia, cùm vide-
rint eum quem tantoperè expectauerant. Quamuis enim Christus sit eorum omnium gloria
qui in ipsum credunt: maximè tamen Israëlitici populi, cui soli ex omnibus gentibus promis-
sus erat. Adde quòd quicquid claritudinis & maiestatis huic populo contigit, id ei propter
Christum contigit,seu seminis multiplicationem cõsideremus, seu liberationem ex Ægypto,
celebres victorias contra gentes, terræ promissionis imperium,cæteráque eiusmodi expenda-
mus. Bonauentura in Lucam. Igitur, inquit,*gloria plebis Israel est*:quia de Israël natus est secũ-
Bonauent. dum carnem.Esa.4. Erit germen Domini in magnificẽtia & gloria, & fructus terræ sublimis,
& exultatio his qui saluati fuerint de Israël. Et tunc impletum est illud quod dicitur Esther 8.
Iudæis noua lux oriri visa est, gaudium & honor & tripudium.Magnificatur ergo Christus
sub ratione salutis omnium, lucis gentium,& gloriæ Iudæorum. Clementiam enim,sapientiã
& potentiam manifestat sub ratione pacis,ex consolatione senis. Vnde laudatur in hoc Can- H
tico, vt pax,vt salus,vt lux, vt gloria. Pax est, quia mediator:salus,quia redemptor:lux,quia do-
ctor:gloria, quia præmiator. Et in his quatuor consistit perfecta Christi commendatio & ma-
gnificentia:immò totius Euangelicæ historiæ quædã breuissima comprehensio, quantum ad
Vsus huius Cantici. incarnationem in pace,predicationem in luce,redemptionem in salute,resurrectionem in glo-
ria.Et quia Canticum illud sic continet laudes, Christi plenitudinem,& senis mortis consola-
tionem: ideò sub sero diei cantatur in Completorio.Vnde ista tria Cantica sunt ordinata,Ma-
riæ,Zachariæ,& Simeonis,in Ecclesia decantanda:Primũ vesperi,secundũ manè, tertiũ serò:
quia sequens incipit vbi terminatur præcedens.Significatur etiã in hoc, quòd de incarnatione
omnis status debet laudare Deum:scilicet virginum,coniugatorũ,& viduarũ,contemplatiuc-
rum,prælatorum,actiuorũ,laici,clerici,& religiosi, qui etiam Domino debent esse consecrati. I

Mirantibus Christi parentibus benedicit Simeon:prædicit quid Christo, quid item Mariæ, quid omnibus per Christi aduentum & passionem obuenturum sit. De Anna Prophetissa,illius commendatione, & Vt Christo testimonium perhibuerit.

Matth. | Marc. | LVC. 2. | Ioan.

Et erant pater eius & mater mirantes super his quæ dicebantur de illo.Et be-
nedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrẽ eius, Ecce positus est hic in ruï-
nam,& in resurrectionem multorum in Israël, & in signum cui contradicetur
(& tuam ipsius animam pertransibit gladius) vt reuelentur ex multis cordibus
cogitationes.Et erat Anna Prophetissa,filia Phanuël,de tribu Aser:hæc proces
serat in diebus multis,& vixerat cum viro suo annis septem à virginitate sua.Et K
hæc vidua erat vsque ad annos octoginta quatuor:quæ non discedebat de tem
plo,ieiuniis & obsecrationibus seruiens nocte ac die. Et hæc, ipsa hora super-
ueniens,confitebatur Domino,& loquebatur de illo omnibus qui expectabãt
redemptionem Israël. Et vt perfecerunt omnia secundum legem Domini, re-
uersi sunt in Galilæam,in ciuitatem suam Nazareth.

Introductio. NOuo quidem sole inter eclypses,& densas nubium pluuiarúmque obscuritates exorto,& in domum irrepente,omnes qui eam inhabitant, exultant:quanto ma-
gis Christo in mundũ aduentante, immò & in templum delato? Hîc enim pre-
cationes fiebant, hîc exauditionis & spei locus erat. Vnde factum est,vt in eo
maximè loco Christus insolesceret,non modò Patris verbum annuncians,& mi-
raculis suam authoritatem illustrans,quod in illo iam grandiore cognoscimus:sed & paruulus

in

A in templo oblatus. Hunc enim omnis ætas, sexus, dignitas, confessa sunt: quod vt nunc in Simeone, ita & in Anna contemplabimur. Nam postquàm Simeon breue illud verbis, sed sententiis maximum Canticum, in gratiarum actionem Deo obtulit, tum quisque prout à magno illo numine acceperat, in Christi laudes erupit. Ideò scribit Lucas, *Et erant pater eius & mater mirantes super his quæ dicebantur de illo.* Non admirantur ex defectu fidei. Siquidem Maria Gabrieli obsequuta est: & ideò concepit, quia credidit. Ioseph autem obsequutus est Angelo monenti, ne Mariam dimitteret, & doceti illam è Spiritu sancto concepisse: sed fides admirationem induxit, cùm, vt scribit Cyrill. Hieros. & Dionys. l. de diu. nom. Deũ magis per id quod non est, quàm per id quod est, intelligamus. Num terra, num cœlũ est? Sed immensus, indiscibilis cuique; vt scribit Chrysost. in hom. de incõprehensibili Dei natura, omninò cõprehẽdi non possit. Adeò, vt scribit Psaltes, Mirabilia opera tua Domine, & anima mea cognoscet nimis. Nam quis similis tui in Diis Domine? non est secundum opera tua. Exclamare licebit id

Admiratio Mariæ ex fide.

Cyrill. Hieros. Dion. Are. Chrysost.

B Pauli: O altitudo sapientiæ & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius! Ideò quantumuis aliquis scientia præfulgeat, etiamsi ad Angelorum perfectionẽ deuenerit, semper tamen habet in Deo, & Christo eius, quod miretur. Porrò Christus admirabilis est, inquit Bonauentura in Lucam, secundum quos mediator. Esther 15. Valde admirabilis es Domine, & facies tua plena est gratiarum. Admirabilis est etiam secundum quod saluator in clementia: propter quod in Psal. dicitur, Mirabilis Deus in sanctis suis: quoniam gratia & misericordia in sanctos eius, & respectus in electos illius. Sap. 4. Admirabilis secundum quod doctor in sapientia. Ps. 138. Mirabilis facta est scientia tua, &c. Admirabilis secundum quod triumphator, in potentia, secundum illud Ps. 92. Mirabilis in altis Dominus. Et Exodi 15. Quis similis tibi in fortibus Domine? quis similis tui? Magnificus in sanctitate, terribilis atque laudabilis, faciens

Bonauent. *Christus in quibus mirabilis.*

C mirabilia. Et ideò non est mirum, si pater putatiuus & mater vera mirabantur super his quæ dicebantur. Beda in Lucam. Cæterùm patrem Saluatoris appellat Ioseph: non quòd verè, iuxta Photianos, pater fuerit eius, sed quòd, ad famam Mariæ conseruandam, pater sit ab omnibus æstimatus. Neque enim oblitus est Euangelista, quòd eam de Spiritu sancto concepisse, & virginem peperisse narrarit: sed opinionem vulgi exprimens, quæ vera historiæ lex est, patrẽ Ioseph nuncupat Christi: quamuis & eo modo pater illius valeat dici, quo & vir Mariæ rectè intelligitur sine commixtione carnis, ipsa copulatione coniugij: multò videlicet coniunctiùs, quàm si esset aliundè adoptatus. Neque enim propterea non erat appellandus Ioseph pater Christi, quia nullius concubitu genitus erat: quandoquidem rectè pater esset etiam eius, quem non ex sua coniuge procreatum alicubi adoptasset. Origenes, hom. 16. in Luc. Porrò, inquit, congregemus in vnum ea quæ in ortu Iesu dicta scriptáque sunt de eo, & nunc scire poteri-

Beda. *Quomodo Ioseph sit pater Christi.*

Origenes.

D mus singula quæque digna esse miraculo. Quamobrem mirabatur & pater: sic enim appellatus est Ioseph, quia nutritius fuit. Mirabatur & mater super his quæ dicebãtur de eo. Quænam ergo sunt quæ de paruulo Iesu fama disperserat? Pastores erant in regione illa, vigilantes & obseruantes custodias noctis supra gregem suum. Venit Angelus sub ipsa hora natiuitatis Iesu, & ait ad eos, Annuncio vobis gaudium magnum. Ite, & inuenietis infantem inuolutum pannis, & positum in præsepio. Necdum Angelus verba finierat, & ecce multitudo cœlestis exercitus laudare cœpit & benedicere Deum. Cùm hoc pastores trepidi perspexissent, & Angelus recessisset ab eis, dixerunt ad inuicem: Eamus Beth-leem, & videamus factum quod Dominus ostendit nobis. Venerunt, & inuenerunt paruulum. Tam illi quàm parentes, videtes quæ facta fuerant, admirabantur super hoc. Et de Simeone scribitur, quòd rumorem auxerit miraculi, vel magna pars fuerit, tenuitque puerum in brachiis suis, & ait, Nunc dimittis,

E Domine, seruum tuum in pace secundum verbum tuum: quia viderũt oculi mei salutare tuũ. Fastigium, &, vt ita dicam, culmen super his quæ iactabantur de Iesu, & pater & mater illius mirabantur, sermo Simeonis fuit. Non enim sufficit ei tenere paruulum, & ea, quæ de illo scripta erant, eloqui: sed & *benedixit patri & matri.* εὐλόγησεν αὐτὸς, Benedixit eos. Ita vt non tam illos laudasse, & pro ratione prolis extulisse, sed velut authoritatem habens illos benedixisse intelligatur. Et quidem, vt ex fructibus arbos dignoscitur: sic & in prole benedictionem parentes consequuntur. Interim tamen maius quiddam hæc benedictio, qua parentes Christi à Simeone donati sunt, sonare videtur. Est benedictio creationis, sanctificationis, multiplicationis, & laudis. Sed est & benedictio, quę non nisi à maiore fit, vt scribitur ad Heb. 7. Minor à maiore benedicitur. & Ps. 129. Sic enim mandatum erat, vt Dei nomine populo benedicerent sacerdotes. (Num. 6.) Sic 1. Reg. 2. benedixit Heli Helcanæ & vxori eius pro Samuele eorum filio. Sic loquutus est Dominus ad Moysen dicens: (Numer.

Benedictio qualis, & quotuplex.

17.) Sic benedicetis filiis Israël: Benedicat tibi Dominus, & custodiat te: ostendat tibi Dominus faciem suam, & misereatur tui: conuertat Dominus vultum suum ad te, & det tibi pacẽ. F
Et antiquus mos fuit sacerdotibus legis benedicere parentibus & ipsis filiis, quos cum debitis hostiis in templo offerebant. Porrò Simeon *ad Mariam matrem* Domini sermonem dirigit, vt ad quam omninò Christum pertinere, vt virginis filium, agnoscat. *Ecce*, inquit, *hic positus est*
Origenes. *in ruinam & resurrectionem multorum in Israel*. Origenes, hom. 16. in Luc. Huic, inquit, simile est quod in Euangelio legitur Ioannis: In iudicium veni in mundum, vt non videntes videãt, & videntes cæci fiant. Sed & altiùs (vt scribit Origenes contra Marcionitas & Manichæos, eósque omnes, qui Deum malum, Deúmque bonum constituunt) huius sententiæ interpretatio requirenda est. Nam quia legunt Deuter. 32. Ego occidam & viuificabo, percutiam & sanabo, & non est qui eruat de manibus meis: legentes, Occidam & percutiam, superueniebant Viuificabo & sanabo: vt si istud legissent, Christum in ruinam venisse notassent, non autẽ in resurrectionem: Aut si ipsum ad Deum bonum pertinere decreuissent, ipsum quidem in G
Christus quomodo in ruinam & in resurrectionem. resurrectionem multorum, non autem ruinam venisse contendissent. Hic enim mos hæreticorum est, vt scribit Vincentius Lirinensis, vt truncatos mutilósque scripturæ contextus proVinc. Lir. *Hæretici quomodo abutãtur scripturis.* ferant. Quòd si malum est interficere, inquit Origenes, malum erit & in ruinam venire. Quid respondebunt? Vtrúmne recedent à cultu eius, an quærent aliquam interpretationẽ, & ad tropologias cõfugient, vt quod in ruinam venerit, benignitatem magis quàm austeritatem sonet?
Origen. Et quomodo iustum erit, quando quid in Euangelio tale reperitur, ad allegorias & nouas intelligentias confugere: quando verò in veteri Testamento, statim accusare, & nullam explanationem, quamuis probabilis sit, recipere? Sed & hoc quod sequitur, In iudicium ego veni in mundum istũ, vt non videntes, videant, & qui vident, cæci fiant: quamuis quærant vt ediserãt, implere non poterũt. Ego verò, quia opto esse Ecclesiasticus, & non ab hæresiarcha aliquo, H
sed à Christi vocabulo nũcupari & habere nomen, quod benedicitur super terrã, & cupio tam opere quã sensu & esse, & dici Christianus, æqualẽ & in veteri & in noua lege quæro rationẽ.
Loquitur Deus: Ego interficiam. Libenter habeo vt interficiat me Deus. Quando enim in
Ruina in bonã partẽ. me vetus homo est, & viuo adhuc quasi homo, cupio vt occidat in me Deus veterem hominem, & viuificet me ex mortuis. Primus enim, ait, homo de terra terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis. Sicut portauimus imaginẽ terreni, portemus & imaginẽ cœlestis. Secũdum hunc sensum intelligitur & illud: In iudiciũ ego veni in mundũ istũ, vt qui non vident, videãt, & qui vident, cæci fiãt. Habemus in nobis omnes homines & aspectum & cæcitatem. Adam & videbat, & non videbat. Eua quoque, antequàm aperirentur oculi eius, vidisse describitur. Vidit, inquit, mulier lignum, quia bonum ad comedendum, & optimum oculis ad videndum, & tollens de fructu ligni comedit, & dedit viro suo, & comederunt. Igitur non erant I
cæci, sed videbant. Deinde sequitur: Et aperti sunt oculi eorum. Ergo cæci fuerant, nec videbant, quorum oculi postea sunt aperti: sed qui benè antè viderant, postquàm Domini mandatum transgressi sunt, cœperunt videre malè, & aspectum obedientiæ subrepente delicto postea perdiderunt. Ego sic intelligo & illud quod dicit Deus: Quis fecit mutum & surdum, & videntem & cæcum? Nónne ego Dominus Deus? Est oculus corporis, quo terrena ista conspicimus: oculus secundum sensum carnis, de quo scriptura dicit, Frustrà incedis inflatus sensu carnis. Cui habemus alium contrarium meliorem, & diuina sapientem: qui quia cæcus in nobis erat, venit Iesus, vt faceret eum videre, vt qui non videbant, viderent, qui autem videbant, cæci fierent. Iuxta hunc ergo sensum & hoc quod nunc habemus in manibus, est intelligendum. *Ecce hic positus est in ruinam, & resurrectionem multorum in Israel.* Habeo aliquid in me, quod malè stat, & peccati superbia se erigit. Hoc cadat, hoc subruatur. Quòd si ceciderit quod K
antè ruebat, surgens stabit. Interior verò homo meus quondam iacebat elisus, & exterior stabat erectus. Antequàm crederem in Iesum, bonum in me iacebat, malum stabat: Postquàm ille venit, tunc quod in me malum fuit, corruit, & expletum est illud, Semper mortificationẽ Iesu in corpore circunferentes. & illud: (Coloss. 3.) Mortificate membra vestra super terram, fornicationem, immunditiam, luxuriam, idololatriam, veneficia, &c. Horum omnium vtilis ruina facta est. Et de hac *ruina* dicitur Matth. vigesimoquarto. Vbicunque erit cadauer, illic congregabuntur aquilæ. Cadauer quippè à casu nomen accepit. Vna est hæc ruina, ad quam primùm venit Iesus: nec potest facere resurrectionem, nisi ruina præcesserit. Venit autem destruere quod in me malum fuit, vt illo destructo & mortificato, consurgat in me, & viuificetur id quod in me bonum est, vt consequamur regnum cœlorum per Dominum nostrum Iesum Christum, cui est gloria & imperium in secula seculorum. Idem, hom. 17. in Luc.
Idem.

Qui

A Qui, inquit, simpliciter exponit, potest dicere eum venisse in ruinam infidelium, in resurrectionem verò fidelium. Idem Theoph. & Euthymius in Lucam sequuntur. Procopius Gazæus in Exodum. Christus, inquit, positus est in ruinam: non quòd benè stantem gradu deiiciat & prosternat, absit: verùm secundum liberum arbitrium, qui ipsum non suscipiunt, illis author est ruinæ, qua non corruissent, si ipse non aduenisset: quemadmodum nisi venisset, nec qui consederant, surrexissent. Pari ratione sermo eius vnus idémque cùm sit, auditoribus non videntibus causa est vt videant: quibusdã qui ante aduentũ eius erant oculati, causa est vt nunc cæcutiant. Exempli gratia. Iudæ obtulit ruinam, Paulo attulit resurrectionem. Et cùm quidem Iudas foret in numero videntium, quando misit duodecim Apostolos, vt Apostolico munere fungerentur: tandem in numerum cæcorum relatus est, cùm diaboli instinctu pergeret prodere salua-

B torem mundi. At Paulus cæcitate laborabat. Expertus auxilium Dei, cæcitas mentis fugata est. Habebat enim Dei zelum, bona facere instituens, licet non secundum scientiam. Sic sol calidus existens, vna opera ceram dissoluit & liquat, lutum verò indurat. Atque adeò istos producit effectus, vt cera signum, quod imprimitur, recipiat, lutum verò induratũ illud repudiet. Non aliter nos comparati sumus, vt vel recipiamus, vel respuamus signum siue characterem diuinũ. Ita Procopius, subiecti, nimirùm mentis humanæ rationem habẽdam monet, vt intelligamus, cur & quomodo in ruinam multorum Christus venerit. Nam quia hoc habent in sua potestate situm, vt Deo non obsequantur & acquiescant: ideò fit, vt sua electione infideles redditi, pereãt. Cyrill. Alexandr. lib. 6. in Ioan. c. 21. Christus quidem, inquit, in ruinam eorum est, qui impegerunt in lapidem offensionis, & petram scandali, & incredulitate mentis suæ, & obstinati animi duritia, credere in ipsum renuerunt: In resurrectionem verò illorum, qui doctrinam eius amplexi sunt, & mandata seruarunt, per quæ ab imo barathro damnationis ad virtutis cul-

C men, & cœli celsitudinem perducti sunt. Theodoret. lib. Quæst. in Exod. quæst. 12. Non quòd, inquit, per hoc declaretur talem fuisse Domini scopum (neque enim huius rei gratia venit, vt reddat eos, qui vident, cæcos) sed quod factũ est, indicauit. Ipse enim vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Quum igitur humana natura arbitrij libertatẽ habeat, qui crediderint, saluabuntur: qui verò non crediderint, gehennæ fiunt sibi authores. Sic & Iudas, qui Apostolus erat, quum antea cæcus esset, postea visum recepit. Sic per aduentum saluatoris, Iudæorum plurimi excæcati sunt, gentes autem visum receperunt. Non tamen ob id, quòd quidam aduersarij non erant credituri, dicendum est dispensationẽ saluatoris nostri non secundum carnem extitisse: hoc enim priuaret orbem salute. Sic & perdiuinus Simeon dixit, *Ecce hic positus est in ruinam, & resurrectionem multorum in Israël, & in signum cui contradicetur.*

D Verumtamen hoc ignorare non oportet, quòd Deus omniũ præsentẽ vitã stadium hominibus esse declarauit, vt qui certant in eo, proprium scopum declarent: In futuro verò seculo iustè iudicans, illos vt victores athletas coronabit, hos verò puniet, tanquã authores nequitiæ. Et quia non omnes credunt esse aliquam aliam vitam futuram, Deus omnium etiam in hac vita quosdam palàm punit flagitiosè viuentes, & vicissim alios religionis studiosos non mediocriter collaudat. Quapropter diuinus Apostolus (Rom. 9.) quosdam iræ vasa, nonnullos vasa misericordiæ nominauit: quia per illos declaratur Deus, nempè dũ iustè punit tanquã Dominus: per hos autẽ, dum virtutis studiosos omnimoda cura & prouidentia prosequitur. Ad hanc recurrit sententiam Fulgent. l. 1. ad Thrasimundum regem, c. 4. Certum est autem, inquit, penè omnes hæ-

E reticæ prauitatis errores hinc quibusdam multipliciter subrepsisse, dum magnũ pietatis sacramentũ, quod manifestũ in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit Angelis, prædicatũ est Gẽtibus, creditũ est in hoc mundo, assumptum est in gloria: nonnulli aut non sicut est, credũt, aut omninò non credũt. Et ille lapis, qui ab ædificãtibus reprobatus, in caput factus est anguli, quibusdã prauæ credulitatis cæcitate possessis, lapis offensionis & petra scandali efficitur. Vnde nõ immeritò, cùm Simeon infantem Christũ tẽpli Dominũ, ad templum suũ præcepto suæ legis allatum, gaudens vlnis meruisset gestare senilibus, & figuram gerens præsentis æui, carnali senio iam defessi, nouũ vetulus hominẽ sumeret, eum scilicet, qui solus posset ex peccatoribus iustos facere: sed & longæuo dicenti, Tu es Deus saluator meus, & te expectaui toto die, non solùm inolitam vetustatem demere, quinetiam iuuentutem, sicut aquilæ, renouare: vtpotè qui etiã Apostolica tuba foret veraciter canitura, sicut est veritas in Iesu, deponere nos secundũ pristinam conuersationẽ veterem hominẽ, qui corrũpitur secundũ desideria erroris: vt renouemini spiritu mentis vestræ, & induatis nouũ hominẽ eũ, qui secundũ Deũ creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Ille igitur Simeon mundanæ cernens adesse saluationis ac renouationis effectum (non enim misit Deus filiũ suum, vt iudicet mundũ, sed vt saluetur mundus per ipsum) cùm primùm

Ruina in malam partem. Theoph. Euthym. Proc. Gaz. *Quomodo Christ⁹ saluator ĩ ruinam sit infidelium, et peccatorũ, per occasionem, nõ per effectum. Cõparatio aptissima.* Cyrill. Alex. *Ruina nostra à nobis est.* Theodor. *Christus nõ est causa ruinæ.* *Ruina & resurrectio post hanc vitam apparebit.* Fulgent.

se vitæ præsentis angoribus precaretur absolui, dicēs, Nunc dimittis seruum tuum Domine se- F
cundum verbum tuum in pace, quia viderunt oculi mei salutare tuū, quod parasti ante faciem
omnium populorum, lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israël: paulò pòst
hoc de ipso testatur, *Ecce positus est hic in ruinam, & resurrectionem multorum.* Ibi ergo malè cre-
Theoph. dētibus ruinam perfidia generat, vbi recta credulitas fideles exaltat. Theophilactus in Lucam.
Vel etiam aliter, inquit, in ruinam positus est malorum, quæ in animabus nostris: in resurrectio-
Christus in sui ruinam & resurrectionem. nem verò bonorum. Cadit fornicatio, surgit continentia. Vel aliter quoque intelligi potest, Po-
situs est Dominus in ruinam, hoc est, ipse passurus est, & casurus est in mortem: & cùm cecide-
rit ipse, resurgent multi. Punctum autem pone, cùm dixeris, in ruinam: deinde incipe, in resur-
rectionem multorū. Cæterùm *positus est in signum cui contradicetur.* Comparat enim Christum
Christo ab omnibus ferè contradicitur. scopo in quem iacula diriguntur. quasi dicat, Totus mundus certatim confluet, ac si esset com- G
munis contradictionis scopus. Impugnatur enim à Gentilibus, à Barbaris, à Turcis, ab Ismaëli-
tis, ab hæreticis, sciſmaticis, & pseudochristianis. Ita prædicamus Iesum crucifixū, Iudæis quidē
Origen. scandalum, Gentibus autem ignominiam. Origenes, hom. 17. in Lucam. Omnibus, inquit, quę
1. narrat historia de Saluatore, contradicitur. Virgo mater est: signum est cui contradicitur. Mar-
In doctrina. cionitæ contradicunt huic signo, & aiunt, penitus eum de muliere non esse generatum. Ebio-
nitæ contradicunt signo, dicentes ex viro & muliere ita natum esse, vt nos quoque nascimur,
sicq; habuisse corpus humanum. Et hoc signum est cui contradicitur. Alij enim dicunt eum
venisse de cœlis: alij tale, quale nos, corpus habuisse, vt per similitudinem corporis etiam nostra
corpora redimeret à peccatis, & daret nobis spem resurrectionis. Resurrexit à mortuis: & hoc
signum est cui contradicitur, quomodo resurrexit, & vtrum ipse, & talis qualis mortuus est, an
certè in melioris substantiæ corpus resurrexerit. Et est infinita contentio, aliis alia dicentibus.
Ideò fixuram clauorū Thomæ ostendit in manibus suis, aliis è regione tractātibus si idem cor- H
pus habuit, quomodo clausis ingressus est ostiis, & stetit. Vides igitur quomodo argumentis va-
riis etiam resurrectioni eius quæstio concitetur, & fit signū cui contradicitur. Ego & hoc, quod
Prophetarum ore prædictum est, puto signum esse cui contradicitur. Sunt enim plures hære-
tici, qui asserunt eum à Prophetis penitus non fuisse prædicatum. Et quid me necesse est multa
prosequi? Omnia quæ de eo narrat historia, signum est cui contradicitur. Ita Christi doctrinæ,
2. exemplo & factis omnes contradicunt. Etsi enim à Patre nobis in exemplar propositus sit, pau-
In moribus. ci sunt tamen qui sequantur: aut si verbis profitentur, moribus impugnant. Quàm pauci sunt
enim Christiani, qui licet Christum pauperem, humilem, patientem, pro inimicis orantē, patri
denique ad mortem vsque obedientem mirentur: dum tamen mores suos efformant, non huic
signo contradicant, cùm humilitatem, paupertatem, patientiam, in aduersarios beneficentiam,
& promptum ad mortem vsque pro religione & cultu obsequiū aspernantur, & flocci faciunt: I
laudi verò ducunt diuitias, ambitionem, vindictam, contradictionem, & inobediētiam. Ita non
modò infideles, sed & ipsi Christiani Christo aduersantur. Quid dicam blasphemias, & nomē
Christi & Dei toties prophanatum ab impuris hominibus, quoties de rebus vanis, immò &
impiis sermonem mouent? Quòd & alij eius in nos extrema dilectione in effrænem peccandi
Euse. Emis. licentiam, aut successura tandem iustitia in suam desperationem abuntur. Inde fit, teste Eu-
sebio Emisseno, vt Christus illis in ruinam cedat. Ita de Christo id dici potest, (Thren. 3.) Te-
tendit arcum suum, & posuit me quasi signum ad sagittam. Heb. 12. Recogitate eum, qui ta-
lem sustinuit à peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem. Et ideò Esaiæ 41. Peri-
Euthym. bunt viri qui contradicunt tibi. Et Eccles. 4. Non contradicas verbo veritatis vllo modo. Eu-
thymius signum sumit pro miraculo, prodigio, & ostento, quale nobis in Christo à Patre pro-
positum est: Cui, inquit, ab infidelibus contradicitur. Miraculum enim erat, vtpotè neque ho- K
mo tantùm, neque Deus tātùm, sed Deus simul & homo (quod Græcè dicitur vnico vocabulo
θεάνθρωπος:) Ideóque quasi rei, quæ supra naturam est, contradicunt ij, qui omnia secundum
Crucifixo contradicitur ab infidelibus. naturam inquirunt, nec quicquam naturale intelligere possunt. Quidam verò *signum cui*
contradicitur, dicunt crucifixionem: signum quidem, quasi symbolum amoris erga homines.
Nam hanc propter homines sustinuit: huic verò ab infidelibus contradicitur, vtpotè rei
probrosæ. Ita nos admonet Simeon sua hac Prophetia, ne turbemur multitudine hostium
& contradictorum, cùm videamus hanc esse Christi & Euangelij conditionem, vt ei multi
Beda. contradicant, testante Apostolo, qui, vt obseruat Beda in Lucam, Christi, inquit, bonus
odor sumus in his qui salui fiunt. Qui enim prædicante Apostolo verbum quod audit, a-
mando sequitur, bono odore resurgit, & saluatur: qui autem odiendo insequitur, eodem
ipso bono odore corruit & moritur. Sic buffones florētem vineam ferre non possunt. Signum
enim,

A enim, cui contradicetur, fidem dominicæ crucis accipe, de qua Apostolo Paulo dicunt Iudæi, (Act. 28.) De secta hac notum est nobis, quòd vbique ei contradicitur. Augustinus, lib. 4. Quæst. super Numeros, qu. 36. Typum huius contradictionis sumit in petra, de qua aquæ copiosè profluxerunt in figuram Christi, vt scribit Paulus 1. ad Cor. 10. Aqua illa demum contradictionis sortita nomen est, quia maledixerant filij Israël ante Dominum, & iurgati fuerant contra Moysem, sed & hæsitantibus dubiisque hæc donata sit. An fortè, inquit, duo hominum genera demonstrauit, & contradicentium gratiæ Christi, & percipientium gratiam Dei, vt illis sit aqua contradictionis, istis sanctificationis? Nam de ipso Domino in Euangelio legitur, Ecce positus est in signum cui contradicetur. Adiicit autem Simeon de virgine Maria Prophetiam, dicens: *Et tuam ipsius animam pertransibit gladius.* quasi dicat, Tu quidem quæ mater es filij Dei, iustam in Deo gloriandi occasionem habes. Eapropter beatam scilicet te dicent omnes generationes: quia fecit tibi magna qui potens est, & sanctum nomen eius.

August. *Figura huius contradictionis.*

B Etsi verò te Deus elegerit & præelegerit in matrem Christi sui, & si plus cæteris omnibus te gratia & benedictione cumulauerit: si tamen ea, quæ mundus in partem beatitudinis recenset, attendas, num omni ex parte beata futura es? Abhorret mundus molestias, solicitudines, & angustias. At verò filius ille tuus non venit, vt vitam agat omnibus molestiis vacuam, sed vt ferat acerbissimos luctus. Illi igitur eris in cruce socia. Si quidem illo patiente, grauissimo mœrore tanquam gladio pectus tuum transuerberabitur. Inserta est Epistolis Augustini, Paulini ad eum Epistola 58. qua hæc habentur. Nunquid de passione Mariæ, quæ nusquam scripta est, hoc Simeonem prophetasse credendum est? An verò de materno eius affectu, quo postea in tempore passionis assistens cruci, maternorum viscerum dolore confixa est? Et animam illius, quæ eius secundum carnem filium ipsa spectante confoderat, crucis romphæa penetrabat. Video

Paulin. *Quis gladius pertransiuit animã Mariæ.*

C enim & in Psalmis de Ioseph ita dictum esse: Humiliauerunt in compedibus pedes eius, ferrum pertransiit animam eius. Non ait carnem, sed animam, in qua pietatis affectio continetur, & doloris aculeus quasi gladius operatur. Et quibusdam interiectis: Quid enim mirum, inquit, si ancipitis istius gladij, & verbi diuini ignita vis & penetrabilior acies sancti Ioseph olim, & postea beatæ Mariæ animam pertransiit? Nam neque in illius, neque in huius corpore ferrum pertransiisse legimus. Vnde Augustinus, responsione sua ad Paulinum, quæ habetur Epist. 44. in fine: Tribulationem igitur, inquit, gladij nomine significatam esse, credibile est, quo materna anima vulnerata est doloris affectu. Ipse fuit gladius in ore persecutorum, de quibus in Psalm. 58. dicitur, Et gladius in ore eorum. Ipsi enim erant filij hominum, quorum dentes, arma & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus. Nam & ferrum, quod pertransiit animam Ioseph, pro dura tribulatione sumi docent sequentia. Ferrum pertransiit animam eius, donec veniret verbum eius: id est, tamdiu fuit in dura tribulatione, donec fieret

August.

D quod prædixit. Ad eius enim instar tamdiu virgo gladio doloris transuerberata est, donec in resurrectione firmaretur, vt scribit idem Augustinus, Quæst. ex nouo Testamento, qu. 73. Idem in Psal. 104. tanto maiorem hanc tribulationem fuisse docet, quanto eius animam corpore pretiosiorem penetrabat. Amphilochius Iconij Episcopus, Orat. de occursu Domini, Deipara & Simeone, quæ apud Metaphrastem legitur: Signum, inquit, cui contradicetur, crucem appellat. In hoc autem cor quoque ipsius virginis tristitia repletum est. Quamobrem dicebat, Cur non priùs sum mortua? cur autem perueni ad hunc diem? Virgo mansi, & magis mordeor visceribus quàm matres. Ita, inquit Damascenus, lib. 4. de fide Orthod. cap. 15. ipsa virgo eiusmodi beneficiis, quæ naturæ captum excedebant, affecta, quos in partu dolores effugerat, passionis tempore sustinuit, vt quæ pro materno suo affectu viscera sibi lacerari senserit:

Idem. *Dolor Mariæ maior in anima quàm in corpore.* Amphilo. *Probantur dolores virginis ex Patribus.* Damascen.

E & dum eum, quem Deum gignendo norat, vt sontem ac facinorosum morte affici cõspiceret, intimis cogitationibus tanquam gladio discerperetur. Bernardus, serm. de beata Maria virgine. Et verè quidem, inquit, tuam, ô beata mater, animam gladius pertransibit. Alioquin non nisi eam pertransiens, carnem filij tui penetraret. Et postea sanè quàm emisit spiritum tuus ille Iesus, omnium quidem, sed specialiter tuus, ipsius planè non attigit animam crudelis lancea, quæ ipsius latus aperuit, sed tuam vtique animam pertransiuit. Ipsius enim anima iam ibi non erat, sed tua plenè inde nequibat auelli. Tuam ergo pertransiuit animam vis doloris, vt plusquàm martyrem non immeritò prædicemus: in qua nimirùm corporeæ sensum passionis excesserit ipse interioris passionis affectus. An non tibi plus quàm gladius fuit sermo ille, reuerâ pertransiens animam, & pertingens vsque ad diuisionem animæ & spiritus, quo te filius tuus alloquutus est, Mulier, ecce filius tuus? quomodo non tuam affectuosissimam animam non pertransiret hæc auditio, quando & nostra, licet saxea, etiam & ferrea pectora illorum

Bernardus.

recordatio proſcindit? Hæc autem facta ſunt, inquit Simeon, *vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes.* Hoc loco particula *vt*, non propriè ſignificat cauſam, ſed potius cõſequentiam. Nec enim dolores virginis reuelandarum cogitationum cauſam præbuerunt, niſi fortè cõiecturam & argumentum, vt ſcribit Euthymius in Luc. Eorum enim, qui ſuſpicabantur hanc non eſſe illius matrem, ſicut multi ad ea reſpicientes, quæ hominis ſunt, dicebant hominem tantùm eſſe filium Mariæ: ita rurſus alij attendentes ad ea, quæ diuinitatis eius erant, ſuſpicabantur quòd eſſet tantùm Deus, nec eſſet hæc mater eius. Tunc autem intuentes eam amarè dolentem, ac plurimùm lugentem, naturæq; cedere, crediderunt quòd mater eſſet eius, & retegebant ſiue prodebant cogitationes cordium ſuorum, quæ à ſuſpicione proceſſerant. Origenes hom. 17. in Lucam, & Theophilactus, hoc referunt ad ſcandalum crucis, quod leues & inconſtantes homines, immò & Apoſtoli paſſi ſunt Chriſto patiente. Tunc enim etſi multi permulta priùs Chriſto polliciti fuiſſent, apparuit tamen quàm leuis ſit & inconſtans hominũ fides. Apparuerunt in illa perſecutione fideles Chriſti amici: innotuerunt & inimici. Inconſtantia Apoſtolorum apparuit, cùm fugerent: apparuit & Ioannis dilectio, & pius mulierum affectus, quæ Chriſtum ad crucem vſque ſecutæ ſunt. Prodiderunt etiam ſe Nicodemus, Ioſeph ab Arimathia, multíque ex diſcipulis Ieſu, occulti propter metum Iudæorum. Manifeſtarũt ſe eorũ de Chriſto cogitationes, cùm & ſepulchrum, cæteráque inhumando corpori neceſſaria miniſtrarunt. Hic eſt enim Chriſti & Eccleſiæ afflictionum fructus, vt per illas fides hominum manifeſta fiat, vt docet Tertullianus, lib. de præſcript. contra hær. Eapropter enim Apoſtolus, Neceſſe eſt, inquit, hæreſes eſſe, vt qui probati ſunt, appareant. Vel ſic reuelandæ erant cogitationes Chriſto patiente, aut ipſius morientis memoria ob oculos mentis poſita, quoniam tunc multi viſo terræmotu, & his quæ fiebant, reuertebantur percutientes pectora ſua, & Chriſtum verè Dei filium confitentes. Nos quoque ſi in ipſum benè affecti ſumus, pia meditatione noſtram compaſſionem, pietatem, dilectionem, contritionem, fidem, & futurorum expectationem prodimus, vt ne fruſtrà Chriſtus pro nobis mortuus eſſe cenſeatur. Proinde Bonauentura in Luc. obſeruat triplici gladio animam penetrari ex meditatione paſſionis Chriſti. Primus, inquit, eſt diſcretionis rectæ fidei. Epheſ. 6. Gladius ſpiritus, verbum Dei eſt. Secundus diſcretionis ſeueri iudicij. Apoc. 1. De ore eius gladius vtraque parte acutus exibat. Tertius eſt diuiſionis humani deſiderij. Matth. 10. Non veni pacem mittere, ſed gladium. Pertranſit autem animas primus gladius per veram fidẽ. Heb. 4. Viuus eſt ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens vſque ad diuiſionem animæ ac ſpiritus, compagum quoque ac medullarum. Secundus per rigorem pœnæ. Pſ. 149. Gladij ancipites in manibus eorũ. Tertius per ardorem beneuolentiæ. Cant. 3. En lectulum Salomonis fortes ambiunt, omnes tenentes gladios. Atque vtinam his omnibus gladiis animæ noſtræ tranſuerberentur. Vtinam cum diua Virgine deteſtemur opprobria & blaſphemias Iudæorum, & Chriſto ſpirituali commoriamur. Verùm nunc ad Euangelicam hiſtoriam reuertamur. *Et erat Anna Prophetiſſa.* Vt ab Angelis & hominibus Chriſto teſtimonium redditum eſt, ita & à mulieribus. Ita omnis ſexus Chriſtum amplecti & confiteri debuit: ne fortè ſint, qui cum Turcis mulieres à beatitudine, quæ fidei rependitur, excludant. In Chriſto non eſt maſculus neque fœmina. Non eſt etiam diſtinctio Iudæi & Græci. Neque, vt Petrus agnouit, perſonarum acceptor eſt Deus, ſed in omni gente qui facit iuſtitiam, acceptus eſt illi. Ex Iudæis paſtores, ex Gentibus Magi ad Chriſtũ perducti ſunt. Ex infantibus Ioannes nondum natus, ex ſenibus Simeon ille iuſtus acceſſit: & præter hunc ſexum, muliebris conditio Chriſtum teſtata eſt. Ex mulieribus Eliſabeth cõiugata, ſed & Anna vidua: hæc naſciturum, iſta natum Chriſtum agnouit. Ita mixta infidelitati excuſatio prætexi poteſt. Bonauẽtura in Lucam. Chriſtus natus habuit teſtimonium ſeptiforme: ſcilicet à natura cœleſti, videlicet ſtellam, Matth. 2. Vidimus ſtellam eius in Oriente. A ſupercœleſti, ſcilicet Angelica, ſup. eodem: Facta eſt cum Angelo multitudo cœleſtis exercitus, &c. A natura ſubcœleſti, ſcilicet virili ſimplici, vt erant Paſtores, ſup. eodem: Et reuerſi ſunt paſtores, &c. A virili ſapiente, ſicut Matth. 2. Ecce Magi ab Oriente venerunt, &c. Senili in ſexu maſculino, ſicut erat Simeon, ſuprà eodem: Et hic venit in ſpiritu in templũ. Senili in ſexu fœmineo, vt hîc: Et erat Anna Prophetiſſa, &c. Infantuli, qui non loquendo, ſed moriendo cõfeſſi ſunt. Matth. 2. Mittens occidit omnes pueros, &c. Tunc impletum eſt illud Pſ. 8. Ex ore infantium & lactantium perfeciſti laudem. Et ſic omnis natura, omnis ſexus, omnis ætas Chriſto naſcenti teſtimonium perhibuit, quia ipſe habebat reparare omnia. Vnde & pueris in templo clamantibus, & Phariſæis reclamantibus dictum eſt infrà 19. Si hi tacuerint, lapides clamabunt. Ad commendationem verò Annæ tria proponuntur. Prærogatiua gratiæ gratis datæ, quia *Prophetiſſa erat*: Dignitas

Chriſti humanitas contra infideles per dolores virginis probatur. Euthym. Origen. Theoph.

Apparuit Chriſto patiẽte fidelis ſuorũ dilectio, et maximè virginis.

Tertull.

Bonauent. *Triplex gladius animæ*

Mulier Chriſto teſtimonium perhibet. Bonauent.

Omnis ſexus, immò & creatura Chriſto atteſtatur.

Quib⁹ præfulſerit Anna.

A gnitas naturæ,quia *filia Phanuel*:Sanctitas vitæ,quæ in triplici expenditur, virginali,coniugali, & viduali. Origenes,homil.17.in Luc. Quàm pulcher ordo,inquit. Non venit ante virum mulier,sed primùm venit Simeon,qui apprehẽdit infantem,& tenuit in brachiis suis: deinde mulier,cuius non sunt quidem verba digesta,sed dictum est generaliter,quòd confessa sit Domino,& locuta de eo omnibus qui expectabant redemptionem Israël. Et iustè sancta mulier spiritum prophetandi meruit accipere,quia longa castitate,longisq; ieiuniis ad hoc culmen ascẽderat. Prou.11. Mulier gratiosa inueniet gloriam. Sap.7. de sapiẽtia dicitur,quòd in animas sanctas se transfert,& amicos Dei & Prophetas constituit. Profert autẽ Annæ genealogiã,enumerans eius patrẽ,& tribum:vt sciamus certissimum illius esse testimoniũ, teste Theoph. in Luc. cùm mulier ista non quasi ignota,sed ex ipsa sua familia celebris,& omnibus cognita intelligatur. *Hæc processerat in diebus multis*. id est,admodum prouectæ erat ætatis. Siquidem ad minus centum & sex annos compleuerat:licet etiam quindecim tantùm annorum illam fuisse supponamus,quando viro nupserat. Conferantur scilicet anni octoginta viduitatis cum septem illis annis,quos cum viro exegerat,& quindecim prioribus:sic numerus ille annorũ succresceret, nisi fortè quòd subiungitur vidua fuisse vsque ad annos 84. totam illam temporum seriem, quibus vixit,colligamus. Ita Dei benedictionem in multitudine dierum præ se ferebat,& quotidie augescebantur merita illius. Nam,vt scribit Ambros. l. de bono mortis,quibusdam cum ætate augentur peccata:Iustis autẽ pietatis & iustitiæ fructus multiplicantur,vt qui vitam hanc sibi cõstituerint quasi cursum quendam ad brauium. Vnde & Apostolus,Sic currite,inquit,vt cõprehendatis. Et rursus. Qui in agone contendit,ab omnibus se abstinet,vt coronam corruptibilem accipiat:nos autem incorruptam. Et sic curro,non quasi in incertũ, nec quasi aërem verberans: sed castigo corpus meum,& in seruitutem redigo. Et hoc sanè modo Anna Phanuëlis filia per

Origen. Theoph. *Laus à viduitate.* Ambros.

C omnem vitam cucurrerat,seu virginitatẽ seruaret,seu cum viro maneret,seu iam vidua in templo orationibus & ieiuniis instaret. Bonauentura illam cõmendat à vita actiua,& contẽplatiua: actiua quidem,in statu coniugali:contemplatiua autem,in viduali. Sed & obseruat illã habuisse continentiam virginalem,vidualem & coniugalẽ,pro loco & tempore. Vnde laudabilis fuit in custodia corporis,propter quod ei competebat illud Iudith 15. Fecisti viriliter, & confortatum est cor tuũ,eò quòd castitatem amaueris,& post virum tuum alterum nescieris. Et ideò vidua honorãda,secundũ illud 1.ad Tim.5. Viduas honora,quæ verè viduæ sunt. Et iterũ. Vidua eligatur non minus sexaginta annorum,quæ fuerit vnius viri vxor,in operibus bonis testamentũ habens. Talis fuit Anna,in qua apparet quòd habebat perfectionẽ vitæ actiuæ. Fulgent. Epist.2.ad Gallam,de statu viduali,c.15. Annam & Iudith viduas simul confert,velut excellentissima duo paria,Iudith scilicet in vetere Testamento,Anna in nouo. Istæ,inquit,duæ viduæ, licet tẽpore

Tres status. Bonauent. *Vidualis status.* Fulgent. *Iudith Annæ comparatur.*

D fuerint diuerso,vnius tamen fidei seruierunt ambæ mysterio:quia Christum, quem Anna cognouit in carne natum,ipsum Iudith nouerat nasciturum. Quam verò multũ Deus in vtraque vidua continentiã sibi gratam esse demonstrauit? Nam Iudith spiritalibus armis accincta,caput lasciui prædonis abscidit: Anna verò ipsum caput Ecclesiæ Spiritu sancto repleta cognouit. Datus est Iudith Holofernis interitus,Annæ reuelatus est saluatoris aduentus: Illi Deus à populo repellere pestilentiam,huic tribuit humani generis medicinam agnoscere. Et quia sanctimoniã virginalem vidualis continẽtia gradu inferiore subsequitur: idcircò postquàm de virgine natus est filius Dei,vidualis linguæ dignatus est officio prædicari. Nec tamen de illo locuta est vidua deliciis dedita(quæ viuens mortua)sed quæ non discedebat de templo, ieiuniis & orationibus seruiẽs nocte ac die. Tertullianus,lib.de Monogamia,ex Anna argumentum Monogamiæ de-

Tertull.

E sumit,vt quæ vni viro iuncta fuerit,quo defuncto in viduitate permanserit. Ecce,inquit,statim quasi in limine duo nobis Antistites Christianæ sanctitatis occurrunt,Monogamia,& Continentia:alia pudica in Zacharia sacerdote, alia in Ioanne antecursore:alia placans Deum, alia prædicans Christum: alia tantùm prædicans sacerdotem, alia plus præferens quàm prophetans:scilicet eum,qui non tantùm prædicauerit,aut demonstrauerit coràm,verumetiam baptisauerit Christum. Quis enim corpus Domini digniùs initiaret, quàm eiusmodi caro, qualis & concepit illud,& peperit? Et Christum quidem virgo enixa est, semel nuptura ob partum, vt vterque titulus sanctitatis in Christi censu dispungeretur per matrem, & virginem, & vniuirã. At vbi infans templo exhibetur, quis illum in manus suscipit? quis in spiritu primus agnoscit? Vir iustus & cautus,& vtique non digamus. Vel ne digniùs mox Christus à fœmina prædicaretur,vetere,vidua,& vniuira,quæ & templo dedita satis in semetipsa portendebat: quales spirituali tẽplo,id est Ecclesiæ debeant adhærere. Hierony. Epist. ad Furiam, de viduitate seruanda. Volumus, inquit, scire, quales esse debeant viduæ? Legamus Euangelium secundum

Hierony.

Lucam. *Et erat Anna*, inquit, *Prophetissa, filia Phanuelis, de tribu Aser.* Anna interpretatur gratia. Phanuel in lingua nostra resonat, Vultum Dei. Aser, vel in beatitudinem, vel in diuitias vertitur. Quia igitur ab adolescentia vsque ad 84. annos viduitatis onus sustinuerat, & non recedebat de templo Dei, diebus ac noctibus insistens ieiuniis & obsecrationibus: idcircò meruit gratiam spiritualem, & nuncupari filia vultus Dei, & ataui beatitudine diuitiisque censeri. Recordemur viduæ Sareptanæ, quæ & suæ, & filiorum saluti, Heliæ prætulit famem, vt in ipsa nocte moritura cum filio, superstitem hospitem relinqueret, malens vitam perdere quàm eleemosynam: & in pugillo farris, seminarium sibi messis dominicæ præparauit. Farina seritur, & olei capsaces nascitur. In Iudæa frumenti est penuria. Granum enim tritici ibi mortuum fuerat, & ingentia viduæ olei fluenta manebant. Legimus in Iudith (si cui tamen placet volumen recipere) viduam cõfectam ieiuniis, & habitu lugubri sordidatam, quæ non lugebat mortuum virum, sed squalore corporis, sponsi quærebat aduentum. Video armatam gladio manũ cruentam dexteram. Recognosco caput Holofernis de mediis hostibus reportatum. Vincit viros fœmina, & castitas truncati libidinem, habitúque repentè mutato, ad victricis sordes redit omnibus seculi cultibus mundiores. Quidam imperitè & Delboram inter viduas numerãt, ducémque Barach arbitrantur Delboræ filium, cùm aliud scriptura commemoret. Nobis ad hoc nominabitur, quòd Prophetissa fuerit, & in ordine Iudicum supputetur. Eodem quoque Prophetiæ priuilegio Anna Phanuëlis filia donata est: non alia prorsus ratione, quàm quòd se ab huius mundi illecebris, & carnis allectamentis subtraxerit. Nam

Vidua Sareptana.

Iudith.

Delbora.

Vnde hauserit donũ Prophetiæ.

Quamuis & excludat sanos Helicona poëtas
Democritus,

Horat. de arte Poëtica.

& sese olim ebriis & vino perditis furor ille dæmonicus immiscuerit in Mænadibus,

Lucan. li. 1. Pharsal.

Qualis & Ogygio decurrit plena Lyæo,

vt Lucanus scribit: huic tamen Spiritus sancti gratia minimè collata est, vt prophetare posset, nisi se ab omni ebrietate, gula subtraxisset: immò *ieiuniis & orationibus* sese dedicasset, & ab omnibus carnis deliciis abstraxisset. Tertull. libro de ieiunio contra Psychicos. In limine, inquit, Euangelij Anna Prophetes filia Phanuëlis, quæ infantem Dominum & agnouit, & multa super eo prædicauit expectantibus redemptionem Israëlis, post egregium titulum veteris & vniuiræ viduitatis, ieiuniorum quoque testimonio augetur, ostendens in quibus officiis adsideri Ecclesiæ debeat, & à nullis magis intelligi Christum, quàm semel nuptis, & sæpè ieiunis. Basilius, homilia 2. de ieiunio, tantum esse huius fructum contendit, vt magnæ olim reuelationes, magna virtutum priuilegia ieiuniis indulta sint. Ieiunium, inquit, similitudo est hominum cum Angelis, iustorum contubernalis vitæ sobrietas. Per ieiunium sanctus Moyses est legislator. Ieiunij fructus est Samuel. Ieiunans Anna Deum deprecata est: Adonai Domine Deus omnipotens, si respiciens respexeris ad ancillam tuam, dederisque mihi prolem masculinam, dabo illam in conspectu tuo Domine. Vinum & siceram non bibet vsque ad diem obitus sui. Ieiunium magnum illum Samsonem educauit, idq; quandiu viro adfuit, singulis conflictibus milleni hostes prostrati sunt, vrbium portæ subrutæ sunt, leones robur manuum illius non sustinuerunt. At simulatque ebrietas ac scortatio corripuit hominem, captus est ab hostibus, atque exoculatus, pro ludo expositus est pueris alienigenarũ. Idem argumentum sequitur, ho. de laudib. ieiunij: vbi & hæc inserit. Quis enim in splẽdidis epulis, perpetuisq; deliciis particeps factus est vllius doni spiritualis? Moyses dum alteram accepit legem, altero ieiunio opus habuit. Aspice Danielis exemplum, inquit Tertullianus, lib. de ieiunio aduersus Psychicos: Circa somnum regis Babylonis omnes turbantur Sophistæ, negant vltrò de præstãtia humana posse cognosci. Solus Daniel Deo fidens, & sciens quid ad demerendam Dei gratiam faceret, spatium tridui postulat, cum sua fraternitate ieiunat, atque ita orationibus commendatis & ordinem & significationem summi per omnia instruitur tyranni, Sophistis parcitur, Deus glorificatur, Daniel honoratur, non minorem Dei gratiam, & postea quoque relaturus. Anno primo regis Darij cùm ex recogitatu prædicatorum temporum ab Hieremia dedit faciem suam Deo ieiuniis, & sacco, & cinere, Angelus missus ad eum, hanc statim professus est causam diuinæ dignationis. Veni, inquit, demonstrare tibi quatenus miserabilis es, ieiunando scilicet. Si Deo miserabilis, leonibus in lacu fuerat horribilis, vbi quidem illis sex diebus ieiunanti prandium Angelus procurauit. Hac via Prophetiæ donum Anna promeruit, vt quò magis corporalibus cibis abstinebat, eò magis spiritualibus deliciaretur. Bonauentura in Lucam. Itaque quantum ad perfectionem vitæ contemplatiuæ dicitur (quæ non discedebat de templo) tota viuebat in contemplatione deuotè. Glossa. Exemplum datur viduis quæ sunt in Ecclesia, vt dicant

Ieiuniis promeremur spiritũ Dei.

Basilius.

Virtutes ieiunij.

Idem.

Tertull.

Bonauent.

Glossa.

cum

A cum Psalmista 131. Hæc requies mea in seculum seculi. Contra illas viduas, de quibus Apostolus dicit, 1. ad Timoth. 5. quòd otiosæ discunt circuire domos: & non solùm otiosæ, sed & verbosæ & curiosæ, loquentes quæ non oportet. Vacabat etiam otiosa. vnde & additur, *Ieiunijs & obsecrationibus seruiens*, sicut illa bona vidua, Iudith 8. quæ in superioribus domus suæ fecerat cubiculum secretum, in quo cum puellis suis clausa morabatur: habens super lumbos suos cilicium, ieiunabat omnibus diebus vitæ suæ. Et hoc optimè: quia sicut scribit Paulus 1. ad Timoth. 5. vidua quæ in deliciis est, viuens mortua est. Et benè iungit ieiunium & orationem, quia ieiunio sanantur pestes corporis, & oratione pestes animæ. Tob. 12. Bona est oratio cum ieiunio & eleemosyna, &c. Vacabat etiam continuè. Vnde dicitur *die ac nocte*, secundũ formam Apostoli, (1. ad Tim. 5.) Quæ verè vidua est & desolata, sperat in Deo, & instat obsecrationibus & orationibus die ac nocte. Augustinus ad Probam, de orando Deo, Epist. 121. Duæ, inquit, fuerunt Annæ honorabiliter nominatæ: vna coniugata, quæ sanctum Samuelem B peperit: altera vidua, quæ sanctum sanctorum, cùm adhuc infans esset, agnouit. Et vtraque orationibus intenta fuit, & verè viduis simul & cæteris Christianis mulieribus seipsam in exemplum præbuit. Vnde Dominus cùm semper adorandum, & non deficiendum nos hortaretur, viduam commemorauit, quæ licet iniquum & impium iudicem, ac Dei & hominum contemptorem conueniret, ad audiendam causam suam assiduè interpellando cõuertit. Quãtum ergo præ cæteris viduę debeant vacare orationibus, satis hinc intelligi potest, quòd omnibus ad suspiciendum orandi studium de viduis propositum est exhortationis exemplum. Sunt autem qui hinc argumentum ducant earum precum, quæ die noctúque in Ecclesia fiunt, vt non abs re dictum sit, Annam *die noctuque* orationibus in templo incubuisse. D. Cyprianus, sermo. de Oratio. dominica. Siquidem, inquit, & nobis præter horas antiquitùs obC seruatas orandi, nunc & spatia creuerunt. Nam & manè orandum est, vt resurrectio Domini matutina oratione celebretur: quod olim Spiritus sanctus designabat (Psal. 5.) dicens: Rex meus & Deus meus, quoniam ad te orabo Domine manè, & exaudies vocem meam. Manè astabo tibi, & contemplabor te. Et iterum per Prophetam loquitur Dominus: Diluculo vigilabunt ad me dicentes, Eamus & reuertamur ad Dominum Deum nostrum. Recedente item sole, ac die cessante, necessariò rursum orandum est. Nam quia Christus sol verus & dies verus est, sole ac die seculi recedente, quando oramus, & petimus vt super nos lux denuò veniat, Christi precamur aduentum lucis æternæ gratiam præbiturum. Christum autem diẽ dictum, in Psalmis declarat Spiritus sanctus. Lapis, inquit, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. A Domino factum est, & est admirabilis in oculis nostris. Iste est dies, quem fecit Dominus: ambulemus, & iocundemur in eo. Item quòd sol appellatus sit, D Malach. Propheta testatur, dicens: Vobis autem qui timetis nomen Domini, orietur sol iustitiæ, & in alienis eius curatio est. Quòd si in scripturis sanctis sol verus & dies verus est Christus, hora nulla à Christianis excipitur, quo minus frequenter ac semper Deus debeat adorari, vt qui in Christo, hoc est in sole & lege decurrens vicibus alternis nox resoluta succedit. Nullum de nocturnis tenebris esse orantibus damnum potest, quia filiis lucis & nocte dies est. Quando enim sine lumine est, cui lumen in corde est? Aut quomodo sol ei & dies non est, cui sol & dies Christus est? Qui autem in Christo, hoc est in lumine semper sumus, nec noctibus ab oratione cessamus. Sic Anna vidua sine intermissione rogans semper & vigilans perseuerabat in promerendo Deo: sicut in Euangelio scriptum est. *Non recedebat*, inquit, *de templo, ieiunijs & orationibus seruiens nocte ac die*. Hunc cultum, hanc oblationem Anna Deo consecrabat. Nam, inquit Tertullianus, lib. de resurr. carnis. Et hæc Deo grata sacrificia sunt: conE fictationes dico animæ, ieiunia, & seras & aridas escas, & appẽdices huius officij sordes. Caro de proprio incommodo suo instauratur. Virginitas quoque, & viduitas, & modesta in occulto matrimonij dissimulatio, & vna notitia eius, de bonis carnis Deo adolentur. Eapropter Hieronymus in Amos Prophetam, cap. 5. Ieiunium, eleemosynam, & pudicitiam, sacrificia Deo accepta recenset. Ita non modò animam suam, sed & corpus suum Deo consecrauerat. *Et hæc, ipsa hora*, qua Simeon puerum in vlnas acceperat, *superueniens*, seu assistens, vt sonat Græca dictio ἐπιστᾶσα, *confitebatur Domino*, ἀνθωμολογεῖτο, id est, vicissim, & quasi aliorum cõfessioni respondebat, seu Simeonis confessionem confirmabat. Bonauentura. In quo apparet, quòd diuino instinctu factus est iste cõcursus: & ideò festum Purificationis dicitur festum obuiantium: quia Simeon & Anna obuiauerunt Ioseph & Mariæ sine aliqua conuocatione. Et ideò in die illo vniuersaliter fit processio. Vnde sicut eodem spiritu venit quo Simeon, ita & eodem spiritu prophetauit, & impletum est illud Ioëlis 2. Et prophetabunt filij vestri & filiæ

Duæ Annæ. Augustin.

Preces nocturnæ. Cyprian.

Omnibus horis orãdũ.

Ieiuniũ est sacrificium. Tertul. Hierony.

Bonauent. *Quomodo Anna in templo loqua sit.*

veſtræ: ſenes veſtri viſiones videbũt,&c. Attamẽ Simeonis teſtificatio explicitè deſcribitur, & per modum confeſſionis: quia docere in Eccleſia non mulierum, ſed virorum, 1. Tim. 2. Docere autem mulieri non permitto in Eccleſia, neque dominari in virum, ſed eſſe in ſilentio. Cæterùm confeſſio illa, quam reddebat, non modò ad Patrem, ſed & ad Filium, vt Patri coæqualem, ſupremúmque omnium Dominum referebatur. Eſt autem duplex confeſſio, laudis ſcilicet, & culpæ. Prima confeſſione confitemur Dei bonitatem & beneficia eius, de qua loquitur Chriſtus Matth. 11. Confiteor tibi pater. Secunda eſt, qua confitemur propria peccata. De priore autem hic textus intelligendus eſt: vt Eccleſiaſtici vltimo, Confitebor tibi Domine Rex, & collaudabo te Deum ſaluatorem meum. *Et loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem in Ieruſalem*, vt in quibuſdam codicibus legitur. Sic enim nomine Hieroſolymæ, quæ totius Iudææ metropolis erat, & omnem Iudæam, & vniuerſum Iſraëlem, ſeu etiam ipſam Eccleſiam, quæ per Ieruſalem figuratur, intelligemus. Aut, vt in aliis legitur, *loquebatur his omnibus qui expectabant redemptionem Iſraël.* vt non omnes hanc fidem, & redemptionis cognitionem habuiſſe oſtendat, ſed ex multis paucos, qui Chriſto Hieroſolymis oblato ſtatim adfuerunt. Abſconderat hæc Deus à ſapientibus, & reuelarat paruulis. *Et vt perfecerunt omnia ſecundum legem Domini*, in ritu purificationis, oblatione pueri, eiuſdemque quinque ſiclis redemptione, & ſacrificio, *reuerſi ſunt in Galilæam in ciuitatem ſuam Nazareth*, quæ dicitur vrbs eorum: quia hanc Ioſeph & Maria priùs inhabitabant quàm in Bethleem venirent. Ita noluerunt aliquid ex legis præſcripto & obſeruantia decidere. Obiter interim notandum eſt, vt obſeruat Euthymius & Beda, quòd Simeon quidem erat figura veteris Teſtamenti, Anna autem noui, medius autem Chriſtus conſtitutus eſt. Beda in lucam. Siquidem inquit, iuxta intellectum myſticum Anna Eccleſiam ſignificat, quæ in præſenti quaſi ſponſi dominique ſui eſt morte viduata. Numerus etiam annorum viduitatis eius, tempus Eccleſiæ deſignat, quæ in corpore cõſtituta, peregrinatur à Domino, magnæque deuotionis affectu cœleſtis tẽpli limina ſeruãs, quotidianúmque illum Domini præſtolatur aduentum. de quo dicit, Veniemus, & apud eum manſionẽ faciemus. Septies quippè duodeni, octoginta quatuor faciunt: & ſeptem quidem ad huius ſeculi curſum, qui diebus ſeptem voluitur: duodecim verò, ad perfectionem doctrinę Apoſtolicæ pertinent. Ideò ſiue vniuerſalis Eccleſia, ſeu quælibet anima fidelis, quæ totum vitæ ſuæ tempus Apoſtolicis mancipare curat inſtitutis, quaſi ſeptem per duodecim multiplicare, & typicis octuaginta quatuor annis Domino ſeruire laudatur. Sicut etiam tempus ſeptẽ annorum, quo cum viro ſuo manſerat, Dominicæ incarnationis tanquã decentiſſimè congruit. Septenario namque, vt dixi, numero perfectio ſolet temporis indicari. Sed ibi propter dominicæ priuilegium maieſtatis, quo in carne verſatus docuit, ſimplex ſeptem annorum eſt numerus expreſſus: hîc ob Apoſtolicæ culmen dignitatis, ſeptem anni per duodecim multiplicantur.

Quotuplex cõfeßio ſit.

Euthym. Beda. *Myſticus ſenſus huiꝰ hiſtoriæ.*

F G H I

Chriſto puero in Nazareth delato, Joſeph monetur in ſomnis, illum in Ægyptum transferre. Prædicitur Herodis infanticidium. Hoc mandato accepto Joſeph ipſa nocte fugit in Ægyptum. Impletur Oſee vaticinium, Herodes occidit omnes pueros qui erant in Bethlehem, & finibus eius. Hieremiæ prædictio de luctu matrum pro filijs occiſis. Rurſus Angelo monente, puer Ieſus mortuo Herode, refertur in Iudæam, vt & Nazaræus vocari poßit.

K

MATTH. 2. | Marc. | Luc. | Ioan.

Et cùm receſſiſſent Magi, ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph, dicens, Surge, & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Ægyptum: & eſto ibi vſquedum dicam tibi. Futurum eſt enim, vt Herodes quærat puerum ad perdẽdum eum. Qui conſurgens accepit puerum & matrem eius nocte: & receſſit in Ægyptum. Et erat ibi vſque ad obitum Herodis: vt adimpleretur quod dictum eſt à Domino per Prophetam dicentem, Ex Ægypto vocaui filiũ meum. Tũc Herodes videns quoniam illuſus eſſet à Magis, iratus eſt valde: & mittens occidit omnes pueros qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus eius, à bimatu & infrà, ſecundum tempus quod exquiſierat à Magis. Tunc adimpletum eſt quod dictum eſt per Hieremiam Prophetam, dicentem: Vox in Rama audita eſt, ploratus & vlulatus multus, Rachel plorãs filios ſuos, & noluit conſolari, quia nõ ſunt. Defuncto autẽ Herode, ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis

Ioſeph

A Ioſeph in Ægypto, dicens, Surge, & accipe puerum & matrem eius, & vade in terram Iſraël: defuncti ſunt enim, qui quærebant animam pueri. Qui conſurgens accepit puerum & matrem eius, & venit in terram Iſraël. Audiens autem quòd Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre ſuo, timuit illò ire: & admonitus in ſomnis, ſeceſſit in partes Galilææ. Et veniens habitauit in ciuitate, quæ vocatur Nazareth: vt adimpleretur quod dictum eſt per Prophetas, Quoniam Nazaræus vocabitur.

Introductio.

B DEr tria mouetur terra, inquit Sapiens (Prouerb. 30.) & quartum non poteſt ſuſtinere: per ſeruum, cùm regnauerit: per ſtultum, cùm ſaturatus fuerit cibo: per odioſam mulierẽ, cùm in matrimonio fuerit aſſumpta: & per ancillam, cùm fuerit hæres dominæ ſuæ. Facilè enim inflatur ſeruus, & deſpicit, & ſe tyrannicè gerit: cùm interim veri principes & nobiles innatam habeãt manſuetudinem. Quid autem ambitione peius eſſe poteſt? vt ſi quis iure aliquid habet, illud conſeruabit: quia iniuria emungit omnia. Hoc in Herode contemplabimur. Quid enim crudelius eo eſſe potuit, cùm nec pueris pepercerit? Nato Chriſto Magi ab Oriente venerant Hieroſolymam: mouetur Herodes, vt qui tyrannicè videret regnum à ſe occupari. Dimittit Magos, modò redeant: quaſi adoraturus ſit. Illi in ſomnis moniti, per aliam viam reuertuntur. *Qui cùm receſſiſſent,* & vt parentes Ieſu perfecerunt omnia ſecundum legem Domini, *apparuit Angelus in ſomnis Ioſeph.* Siquidem Auguſtinus, lib. 2. de conſenſu Euangeliſtarum, cap. 5. ita hiſtoriam contexit, & Lucam Matthæo conciliat. Si quæritur, inquit, quando fieri potuerunt, quæ contexit Matthæus de profectione in Ægyptum, atque inde regreſſione poſt Herodis mortem, vt iam in ciuitate Nazareth habitarent, quò eos Lucas poſtea quàm perfecere in templo circa puerum omnia ſecundum legem Domini, reuerſos eſſe commemorat alibi: hîc proinde cognoſcendum eſt, quid deinceps ad cætera talia valeat, ne ſimiliter amoueant, animúmque conturbent, ſic vnumquemque Euãgeliſtam contexere narrationem ſuam, vt tanquam nihil prætermittẽs ſeries digeſta videatur. Tacens enim quæ non vult dicere, ſic ea quæ vult dicere, vel quæ dicebat, adiungit, vt ipſa continuò ſequi videãtur. Sed cùm alter ea dicit quæ alter tacuit, diligenter ordo conſideratus indicat locum, vbi ea potuerit, à quo ea prętermiſſa ſunt, tranſilire: vt ea quæ dicere intenderat, ita ſuperioribus copularet, tanquam ipſa multis interpoſitis ſequerentur. Ac per hoc intelligitur Matthæus, vbi ait, Somno admonitos Magos ne redirent ad Herodem, per aliam viã regreſſos eſſe in regionem ſuam, illic prætermiſiſſe quæ Lucas narrauit geſta circa Dominũ in templo, & dicta à Simeone & Anna: vbi rurſus Lucas ordinis ratione prætermittens profectionem in Ægyptum (quam narrat Matthæus tanquam continuam) contexuit regreſſionẽ ad ciuitatem Nazareth. Accedit in eam ſententiam Euſebius Emiſſenus in homelia 1. Dubitari quidẽ poteſt, inquit, quomodo completis diebus purificationis, in Hieruſalẽ in templo Chriſtus offerri potuit, ſi ſtatim vt Magi receſſerunt, in Ægyptum fugiens abiit. Aut fortaſſè tamdiu Magi in Beth-leem morati ſunt, donec ſimul cum puero & matre eius Ioſeph de Hieruſalem poſt purificationem reuerteretur. Sed melius mihi videtur, vt ſic dicatur: Et cũ receſſiſſent aliquo pòſt tempore euoluto, & omnibus quæ ſecundum legem debebantur, expletis, ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph, dicens, *Surge & accipe puerum & matrem eius, & fuge in AEgyptum.* Adhuc omnia quieta erãt: adhuc Herodes Magos expectãs, nondũ ſui cordis malitiam reuelabat. Vnde & ſecurè vadunt in Hieruſalem, vt legis mandata perficiãt. Indè verò fugere in Ægyptum iubentur, vbi Abraham & Iacob & filij Iſraël peregrinati ſunt. Porrò neque mirum eſt, quòd Angelus Ioſephum de illa fuga admonuit. Nam ſi Angelus Domini in circuitu timentium eum, vt eripiat eos, teſte Dauide, idémque Angelis ſuis mandauit de homine, vt cuſtodiant eum, ne offendat ad lapidem pedem ſuum: ſi denique adminiſtratorij ſunt ſpiritus his qui hæreditatem accipiunt ſalutis, quantò magis de Chriſto erunt ſolliciti? At verò rurſus dixerit aliquis, Num diſperdere poterat Herodem puer Ieſus? Quid ergo opus erat Angelo monitore? quid fuga? Eſa. 8. Voca nomen eius, accelera, ſpolia detrahe, feſtina prædari: quia antequàm ſciat puer vocare patrem ſuum & matrem ſuã, auferetur fortitudo Damaſci & ſpolia Samariæ coram rege Aſſyriorum. Quòd ſi tantam virtutem puer Ieſus habuit, quomodo non potius Herodem proſtrauit? Sed, vt docet Iuſtinus Martyr, dialogo cum Tryphone Iudæo, hoc de ſpirituali virtute intelligendum eſt, qua ab ipſa ſua natiuitate Chriſtus aduerſarias poteſtates, regnúmque Satanæ proſternere cœpit. Ergo nõ idem in Herodem poterat? Poterat ſanè. Sed, vt oſtendit Athanaſius, lib. de Fuga ſua, maluit

Auguſt. Conciliatur Euãgeliſta.

Euſe. Emiſ. poſt Magorum adorationem, & purificationẽ Mariæ Chriſtus ẽ Ægyptum elatus eſt.

Angeli Chriſti curam gerũt.

Cur Chriſtus cũ poſſet Herodem perdere, fuga ſibicõſuluit

Iuſtinus Martyr.

Athanaſ.

ſuis exemplum præbere, vt cedant inimicis potiùs quàm reſiſtant: qui poſtmodum ait, Excu- F
tite puluerem de pedibus veſtris. Et rurſus. Si vos perſecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in
aliam. Ita nolebat malum malo diſpungi: cuius quidem imitatores Chriſtiani illi primi fue-
Tertul. runt, teſte Tertulliano, in Apologetico contra Gentiles. Vna nox, inquit, paucis faculis vindi-
care potuit Chriſtianos, ſed aut pati, aut fugere maluerunt. Eapropter igitur *apparet Angelus*
in ſomnijs Ioſeph. Poterat & apparere in vigilia, vt Abrahæ, Loth, Gedeoni, immò Zachariæ &
cur in ſom Virgini. Sed id fortaſſè fit, ne Ioſeph terreatur. Et quidem etiam in ſomnijs videtur viſio illa
nis Angelꝰ apparet. magna quatuor beſtiarum à Daniele, & ſucceſſura mundi imperia. Viſiones etiam noctu
contigerunt Pharaoni & Nabuchodonoſor. Et Ioëlis 2. ſcribitur, Seniores veſtri ſomnia
ſomniabunt. Itaque ſicut olim media nocte deuaſtator Angelus Ægyptum pertranſiuit, &
quemque primogenitum occidit, conſeruans interim Iſraëlitas: ita nũc Angelus noctu Chri- G
ſti cunam ſuſcipit. Ita altera vice Ioſephum adortus fuerat. Cæterùm apparent Angeli his,
quos pericula circumuoluunt. Apparuit Iacob, vt fugeret Eſau: Heliæ, vt fugeret Achab, &
lateret in torrente Carith: eidem etiam, vt Ieſabelis inſidias euaderet. Ita Chriſtus ſe Angelis
Remigius. in periculis ſubijcit. Remigius, in Matth. moraliter fieri dicit, vt in ſomnis Angelus Ioſepho ap-
pareat: quòd illi qui à curis terrenis quieſcunt, merentur perfrui Angelica viſione. *Et dixit illi,*
Origen. *Surge, accipe puerum & matrem eius, & fuge in AEgyptum.* Origenes, hom. 3. in diuerſos, hunc
Quomodo Angelum Gabrielem fuiſſe ſcribit, cuius verba ſic interpretatur: Surge, & accipe puerum, nõ
chriſtus tuum puerum, ſed hunc puerum, cui Pater priùs teſtimonium perhibuit, dicens: Hic puer
puer dica- meus dilectus eſt, in quo benè complacuit animæ meæ. & ea quæ ſequuntur. Hunc, dicit,
tur. puerum accipe, per quem reges regnant, & potentes exercent iuſtitiam, per quem ſapientes
magnificantur, & principes poſſident terram. Hunc puerum accipe, & *matrem eius.* Non tu
huic puero pater, ſed hæc ſola virgo huic puero mater. Non indiget patre ſuper terram: incor- H
ruptibilem enim habet patrem in excelſis. Non indiget matre in cœlis: immaculatam &
caſtam habet matrem in terra hanc multum beatam virginem Mariam. Sine matre & ſine
patre, ſimilis filio Dei, vt ait quidam: ita vt intelligatur filius Dei ſine patre, plenus ſuper ter-
ram, ſine matre in cœlis: ſine patre ſecundum corpus, ſine matre ſecundum Deitatem: ſine
patre in ſinu virginis, in nouiſſimo tempore: ſine matre in ſinu patris ante omnia ſecula. *Ac-*
cipe puerum & matrem eius. Ante generationem, illam appellauit coniugem Ioſeph: poſt gene-
rationem, matrem eam dicit pueri. Et quare ante generationem coniugem dixit? Propterea, vt
Maria ſola diabolo occultaret vtramque, vel impiis Iudæis: & poſtmodùm perfecto ſacramento, atque
mater pueri generato vnigenito ex ipſa virgine, poſt laudem quoque Angelorum atque paſtorum, poſt
adorationem Magorum, poſt circunciſionem ſanctam ſecundum legem, iam nec erat neceſſe I
vt cõiux diceretur, ſed mater huius qui natus eſt pueri, vocatur. Petrus Chryſologus, ſerm. 150.
P. Chryſ. Si, inquit, pietatis eſſe diximus quòd natus eſt Chriſtus: quòd fugiſſe legimus, quid dicemus?
Fortè ſicut natum diximus, vt repararet naturam, dicamus, Vt fugaces reuocaret, aufugit. Et
re verâ ſi vt reuocet errantem ouem in montibus, ipſe errat, quomodo ipſe non fugit, fugientes
populos vt reducat? Matth. 18. *Accipe puerum & matrem eius, & fuge in AEgyptum.* Quid eſt,
quòd ſic cœleſtis cauſa triſtatur, vt humanus ſe confundat auditus, laſſetur animus, laboret in-
telligentia, ſenſus hebetetur, fides nutet, ſpes titubet, credulitas ipſa ſuccumbat? Accipe pue-
rum, & matrem eius, & fuge in Ægyptum. Perſequente homine, Deus fugit: ſæuiente terra,
cœlum trepidat: & volitante puluere, pauore turbantur Angeli: & pauor patris filio fugiente
1. Reg. 21. monſtratur. Accipe puerum & matrem eius, & fuge in Ægyptum. Dauid perſequente Saul
3. Reg. 17. ad Iudæam confugit: recepit vicinia. Domus vnius viduæ Eliæ ſufficit ad latebras. Chriſto fu-
giente locus deeſt, prouincia deficit, non ſubuenit patria. Dum migrat, non vicinæ gentes, nõ K
finitimæ ſufficiunt regiones: ſed Ægyptij triſtem locum, extorrem habitu, lingua, moribus,
barbarum procurant exilium. Accipe puerum & matrem eius, & fuge in Ægyptum. Si rerũ
refugiũ fugit, auxilium lateſcit omnium, ſi formidat fortitudo cunctorum, ſi vniuerſorum de-
fenſio nõ defendit: quare humana notatur fuga, arguitur trepidatio, fortitudo culpatur? Quare
vocatur in crimen Petrus, qui negat? Ioannes, qui expaueſcit & fugit? diſcipuli omnes, quia
deſerunt per pauorem? Et iſta Fratres, eſto, facta ſint, quare literis mandantur, quare referun-
tur in libris, quare recitantur ſeculis, quare quotidianis lectionibus innoteſcunt, quare omnes
panduntur in gentes, numquid vt diuinum timorem lingua, locus, ætas, tempus, vniuerſa co-
gnoſcant? Sicut enim cùm virtutes leguntur, animos erigunt ad profectum: ita deponunt ani-
mos, cùm recitantur infirma. Quid ſibi vult ergo Euangeliſta, quòd hæc ſcribit ad memoriã
ſempiternam? Deuoti militis eſt regis ſui tacere fugam, referre conſtantiam: virtutes loqui, ti-

mores

A mores silere: aperire fortia, infirma reticere: aduersa dolere, prædicare victorias: quò & hostium frangere ausus possit, & sociorum excitare virtutem. Euangelista igitur referendo talia, videtur excitare hæreticorum latratus, & defensionem fidelibus sustulisse. *Tolle*, ait, *puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptum.* Mandatur fuga, non profectio: imponitur necessitas, non voluntas. Inducit Angelus latentem peregrinationem, non liberum commeatum, vt via quæ est per se molesta semper, esset molestior per timorem. Ergo ob quam causam hæc nobis scripta sint, iam tempus est vt quæramus. Tolle puerum & matrem eius, & fuge in Ægyptum. Bellicosus quòd in bello fugit, artis est, non timoris. Deus quando fugit hominem, sacramenti est, non pauoris. Potens quando se subducit infirmo, insequentem non pauet, sed foris producit: vult enim in aperto vincere, qui publicam referre cupit ex hoste victoriam. Occultum se non patitur inire conflictum, qui vult mandare suum seculis triumphũ. Secreta victoria vtriusque latens exemplum posteris non relinquit. Hinc est quòd Christus fugit, vt cedat tempori, non Herodi. Neque enim mortem fugit, qui venerat de hoste reportare victoriam: neque humanas insidias expauescit, qui totas venerat diabolicæ fraudis aperire versutias: neque hunc timuit, quando infans & secundum hominem timere nesciuit, & secundum Deum potuit non timere. *Fuge*, inquit, *in Aegyptum.* Iam vide quæ miseria Christum puerum & matrem inuadit, vt nec illis tutum fuerit manere in patrio solo. His olim afflictionibus probati sunt electi, Abrahã, Iacob, Moyses, ipse etiam Dauid, toties ad circumuicinos populos transfugiens, quòd se tyranni Saulis insidiis vndique circumuentum videret. Vnde & ait: Quoniam aduena ego sum & peregrinus, sicut omnes patres mei. Hæc tentatio non primos modò martyres, sed & Athanasium, Basilium, Chrysostomum & Hieronymum probauit. Sic

Cur christus fugit.

B

C *Omne solum forti patria est, vt piscibus æquor,*
Et volucri vacuo qui patet orbe locus. Ouidius.

Ita redit secundus Moses in Ægyptum, non tamen vt illam perdat, sed restituat, eique & cæteris Gentibus spem ingerat illius transmigrationis fidei, & prædicationis Euangelij, quæ tãdem per Apostolos facta est. De qua dicebat Paulus (Act. 13.) Vobis quidem Iudæis oportebat primùm prædicari verbum Dei: sed quia repellitis illud, ecce conuertimur ad Gentes. Christum enim Apostoli in omnem terram sua prædicatione deportarunt. Chrysost. hom. 8. prioris Oper. in Matth. Sic in illa quoque regione, inquit, spei ponuntur exordia. Quia enim Babylon atque Ægyptus, præ omnibus terris flamma impietatis ardebant, ideò ab ipsis statim principiis, vtramque emendaturum se esse docet Christus, & persuadet de aliis quoque mundi partibus speranda esse meliora. Nam Persidi quidem Magos remittit, ipse verò cum matre in Ægyptum descendit. Esai. 9. Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta est eis. Olim in Ægypto palpabiles fuerunt tenebræ inflictæ ob impietatem: nunc quia proprium est Dei, vt memor sit misericordiæ in ira, vt legitur Habacuk 3. ideò Dominus Ægyptiorum misertus, nunc seipsum verũ lumẽ eis communicat, vt meditatur Thomas Aquinas in Matthæũ. Eusebius Emissenus, in homil. Hoc enim, inquit, Propheta (Esai. 19.) prædixerat dicens: Ecce Dominus ascendet super nubẽ leuem, & ingredietur Ægyptum. Nubes enim leuis, & nullius corruptionis pondere grauis est virgo Maria, quæ in Ægyptum Christum portauit. Origenes, hom. 3. in diuersos, ad carnem Christi, nubis sensum referre videtur: item & Cyrillus Alexandrinus in Esaiã, Nicephorus, lib. 10. hist. Eccles. cap. 31. Sed & fama apud Ægyptios adhuc obtinet, inquit, Dei genitricem Iosephi ductu Hermopolin venisse, & quamprimùm vrbis portam attigisset, Persæam arborem aduentum Christi ferre non potuisse: & quamuis procera admodum esset, ad solum ipsum tamen se demisisse, & paradisi olim satorem adorauisse. Ego verò arbitror arborem hanc Græcorum moribus ab illis incolis diuino honore cultam, tum commotam esse, dæmone, qui per eam colebatur, exhorrescente ad præsentiam eius, qui aboliturus & oppressurus eos omnino fuerat. Sed tum quoque cuncta Ægyptiorum simulacra diffluxere, Christi non ferentia aduentum, iuxta id quod de eis ab Esaia est dictum. Porrò dæmone ex arbore illa pulso, ad certum rei gestę indicium, prona & inclinata permansit, fide accedentes sanãs. Harum rerum Ægyptij idonei fideque digni testes sunt. Eadem recensentur à Sozomeno, lib. 5. historię Eccles. cap. 21. Siquidem Esaias statim atque Dominum super nubem leuem ascensurum in Ægyptum dixit, cap. 19. adiecit: Et commouebuntur simulachra Ægypti. Quod etiam latiùs ad cæteras Gentes extendit Hieronymus, lib. 7. Comment. in Esaiam. Ascendit, inquit, Dominus super nubem leuem, corpus sanctæ virginis Mariæ, quod nullo hu-

Chrysost. *Restitutio Ægypti, imò et totius mundi per Christum.*

Tho. Aqui. Euse. Emis. Origen. Cyrillus Alexand. Niceph. *Miracula Christo in Ægyptum aduenięte.*

Sozomen.

Hieron.

D

E

mano se mine prægrauatum est, vel certè corpus suum, quod de Spiritu sancto conceptum F
est: & ingressus est in Ægyptum huius mũdi, statimque omnia Ægypti simulachra commota
sunt: ita vt diuinationes, & vniuersa fraus idololatriæ, quæ deceptum possidebat orbem, se
fractam esse sentiret. Eadem habet Origenes, hom. 3. in diuersos. Ioseph dicitur, Fuge in
Origen. Aegyptum, inquit, vt destruantur manifesta eorum, vt confringãtur & pereant idola ipsorum,
vt dæmones turbentur, & regum fabricæ in idolis destruãtur. Greg. Nanz. Orat. 4. de Theo-
Gregor. Nanzanz. logia: In Aegyptum quidem pulsus est: verùm impura Aegyptiorum sacra depulit ac profli-
gauit. Vnum infirmitatis, alterum maiestatis est. Et quid hoc mirum de Aegypto, cùm Au-
Suydas. gusto Cæsari sciscitanti à Pythia, quis post se regnaturus esset, vt scribit Suydas, in dictione αὐ-
γόστος, illa responderit:

Παῖς ἑβραῖος κέλεταί με, θεὸς μακάρεσσιν ἀνάσσων,
Τμί δε δόμον τοῦδε λιπεῖν τε, καὶ αὖθις ἄϊδος ἵκεσθαι.
Λοιπὸν ἄπιθι σιγῶν ἐκ βωμῶν ἡμετέρων. id est, G

Me puer Hebræus, diuos Deus ipse gubernans,
Cedere sede iubet, tristémque repellit ad orcum.
Aris ergo dehinc tacitus abscedito nostris.

Niceph. Nicephorus Call. lib. 1. hist. Eccles. cap. 17. Tali, inquit, responso accepto, Cæsar Romam est
reuersus, atque ibi in Capitolio, aram maximam extruxit, cum eiusmodi Latina inscriptione,
ARA PRIMOGENITI DEI. Sed &, vt Chrysostomus suis in Babylam martyrem ho-
Chrysost. miliis testatur, Apollo Daphnæus ob martyris illius cineres proximos, cõticuit. Ita in Aegy-
Monasteria in Ægypto copiosissima pto successura benedictio præsagiebatur: vt quò magis olim Hebræos persequuti fuerant, eò
tandem magis amplecterentur Christianos. Quis enim, si Thebaidem & vniuersam Aegy-
ptum, qualis florẽte Christiana religione constitit, expendat, non in illa Eremitarum & Asce- H
tarum multitudinem & pietatem admiretur? Quid quòd tot insignes viros protulit, Paulum
Eremitam, Antonium Magnum, Macarium, cæterosque, quorum acta ex Theodoreto in
Chrysost. Theophili, & ex Palladio in historia Lausiaca, cæterisque antiquis Ecclesiasticæ historiæ scri-
ptoribus petere possumus? Chrysostomus, hom. 8. prioris Expositionis in Matthæum, hanc
meditationem sequitur. Denique, inquit, si quis nunc ad Aegypti veniat solitudines, paradiso
prorsus omnem illam videbit Eremum digniorem, & innumerabiles Angelorũ cœtus in cor-
poribus fulgere mortalibus, & populos martyrum, & choros virginum, & omnem quidem ty-
rannidem diaboli dissolutam, Christi autem regnum coruscans. Et paucis interiectis. Non ita
Origen. variis astrorum choris cœlũ refulget, vt innumeris Aegyptus monachorũ ac virginũ distinguitur,
atque illustratur habitaculis. Hic fructus Christi aduentus fuit. Orig. ho. 3. in diuers. Fuge in
Aegyptũ, inquit Angelus, vt fugiãt de Aegypto, qui ibi sunt dæmones, vt habitent ibi Angeli I
sancti, qui Deũ cõsequũtur, qui sanctis iunguntur: vt pro multitudine templorũ atque abomi-
nationũ, multitudo exuberet Ecclesiarũ: pro vitiis & erroribꝰ multis multa castitas, sanctitas &
virginitas superabundet. Iubet igitur Angelus Christũ in Aegyptũ transferri. *Et esto ibi*, inquit,
vsque dum dicã tibi. Tantisper enim docet fugere furores humanos, donec deferuescant. Et hæc
omnia videntur timoris plena. *Futurum est enim*: non quòd ad hoc alia quadam & extranea
necessitate impellatur, sed quòd adeò peruersus & ambitiosus est is, qui summam rerum inter
Iudæos moderabatur, vt nec Deum lateat, id quod in Christum suum moliatur. *Vt Herodes*
quærat puerum ad perdendum eum. Petrus Chrysologus sermone 150. Herodes quærebat: sed
P. Chrys. *Herodes diaboli minister.* quærebat diabolus per Herodem, qui videbat sibi Magos, quos habebat in erroribus suis
principes, aufugisse. Christus si vinctus pannis, si sub matris vberibus occupatus, si tacens lin-
gua, si latens opere, si gressu nullus, diaboli signiferos, hoc est Magos, in duces fidelissimos cõ- K
mutauit: perfectæ ætatis Christus quid posset facere, diabolus iam videbat: & ideò mouebat
Iudæos, instigabat Herodem, vt Christi suspectam sibi præueniret infantiam, vt futura virtu-
tis eius anticiparet insignia: vt peremptorium sibi, nobis victoriosissimum vexillum crucis cal-
Quichristi typũ gesserũt, ab ipsa ĩfãtia multa passi sũt. lidus machinator auferret. Ita ab ipsis etiam cunabulis ij, qui Christi infantis typum gesserunt,
insidiis circumuenti, in capitis periculum vocati sunt. Euseb. Emissenus in ho. Hanc autem,
inquit, persecutionem & Moyses in seipso significauerat. Multa enim sunt, in quibus Moy-
ses Christum significat. Sicut enim Moyses à Pharaone, ita Christus ab Herode persecutione
Euseb. Em. *Moses.* passus est: & sicut infantes propter Christũ in Iudæa occisi sunt, ita in Aegypto propter Moy-
sen in flumine necati sunt. Narrat autem & Iosephus, Antiq. lib. 2. cap. 9. quendam sacerdo-
Iosephus. tem & Magum Aegyptiorum prophetasse, quòd de Hebræorum gente talis homo nasciturus esset, qui totam terram illã perderet. Vnde & Pharaoni de interficiendis Hebræorum in-

A fantibus consilium datum sit,& reseruandis interim fœminis. Hoc autem ideò faciebat, vt ille vnus,qui quærebatur,vel sic inter alios occidi potuisset.Eadem autẽ intentio fuit & Herodis, qui quoniam Christum inuenire non poterat,tot millia puerorum interfici iussit.Sed & Cyrus Christi typum prætulit.Hæc dicit Dominus Christo suo Cyro,cuius apprehẽdi dextrã, inquit Esaias.Nam licet fuerit alter Cyrus Persa,Darij successor,qui vasa sacra populo restituerit, hic tamen ab ipsa sua infantia ab Astyage Medorum rege persecutionem passus est.Herod.li.1. qui dicitur Clio,& Iustin.Historic.l.1.scribunt Astyagem somnio territum,cùm ex oracluo Magorum accepisset,Cyrum Mãdanis filiæ suæ,& Cambysis Persæ filium toti Asiæ dominaturum, in suspicionem & odium pueri venisse,ideóque Harpago præfecto iussisse,vt illum occideret. Factum est autem,vt alter bubulci filius pro eo bestiis exponeretur,& ita sepulturam regiã nãcisceretursaluo interim Cyro. Quis enim stabit contra iudicium Dei? Omne verbũ meũ stabit,inquit,& voluntas mea fiet.In vanum Pharao in Moysen,Astyages in Cyrum,Herodes in Christum molitus est.Interim tamen ad humana media recurrit Ioseph.*Consurgẽs enim accepit puerum,& matrem eius nocte,& fugit in Aegyptum.*Chrysost.ho. 8.in Matth. obseruat Ioseph fidelem fuisse & obedientem,vt qui curiosẽ non obmurmurauerit,Quomodo successurum sit illud,quod priùs ab Angelo promissum erat,nimirùm quòd Christus saluaturus esset populum suum à peccatis eorum,cùm nec quidem Herodi resistat,sed & ipse puerum in peregrinã terrã transferre cogatur?Nec in quæstionem vertit,quî fiat,vt si puer seipsum è periculis eripere potest, nunc tam longa & difficili via opus sit. In omnibus parendum esse Deo censet,adinstar Abrahæ, qui præcepto accepto de mactando Isaac filio,manè consurgens ad iter se accinxit. Quinetiã nihil moratur,sed antequàm maior dies illucescat,ipsa etiam nocte,ne quis animaduertat,viam aggreditur.Ita pauperibus pauca paranda fuerant:sufficit ei,modò infantẽ & matrem eius accipiat.Orig.hom.3. in diuers. Ante generationem, Maria coniux Ioseph vocatur, post generationem mater pueri dicitur. Agnoscitur enim illa sola pueri mater, vt qui, vt diximus in superioribus, in cœlis patrem sine matre, in terris matrem haberet sine patre. Eusebius Emissin ho.Ecce fugit Christus,& in nocte fugit,vt fuga,quæ per se difficilis est, noctis obscuritate difficilior fiat.Si ergo fugit Herodem, quantò magis nos diabolum & membra eius fugere oportet?Nulla itineris difficultate terreamur:quia melius est duro labore fatigari,quàm ab hostibus necari. Arcta namque est via,quæ ducit ad vitã. (Matth.7.)Verumtamen nec semper est fugiendum,nec semper est resistendum,sed pro temporis & negotij qualitate, & hoc & illud fieri oportet.Nam & sancti aliquando fugiebant, aliquando hostibus sponte occurrebant. Pet.Chrysolog.hom.151.Sic res vrget Christum infantem, sic non vacat intueri verecundiam virginis,laborem matris,sexus pudorem,periculum Ioseph,longinquitatis fatigationem, exitiũ totius domus,&,quod his durius,Iudæos peregrinaturos in Gentibus:quibus nec ipsa est communio,immò est profundum legis transgressione naufragium. O quàm dura est peregrinatio, etiã inter ciues fratrésque!Sapit quid sit sua domus,qui sentit alienam.Et vbi est illud(Psal.89.) Domine,refugium factus es nobis?Et(Psal.45.)Deus noster refugium & virtus. Si refugium fugit,si timet virtus,si præsidium migrat:quæ vita,quæ spes,quæ securitas,quod munimen? Eliæ contra insidias liberi regis,vidua vna sufficit(3.Reg.17.) Christo contra Herodis captiui minas Iudæa tota non sufficit.Elyas missos ad se cœlesti igne consumit (4.Reg.1.)Christus sola fuga fit saluus. Hucusque fugæ Christi querimonias exaggerasse sufficiat. Fratres, quòd fugit Christus, fuit mysterij, non timoris:fuit liberatio, non periculum creatoris: diuinæ virtutis fuit, non fuit fragilitatis humanæ: non fugit propter authoris mortem, sed fugit propter sæculi vitam.Nam qui mori venerat,quare fugeret mortem? Christus totam causam nostræ salutis occiderat,si se paruulum permisisset occidi. Christus venerat, vt quos præceptis docuerat,firmaret exemplis,& ipse faceret, quæ facienda mandauerat: & visu probaret possibilia, quæ impossibilia videbantur auditu. Venerat vt mundo notitiam suæ deitatis infunderet, & humani generis ignorantiam auferret. Venerat vt pigra mortalium corda ad fidem virtutibus excitaret. Venerat diabolum publico superare conflictu, vt ab omnibus & diuino vinceretur iussu,& humano prosterneretur exẽplo.Venerat præsentiæ suæ promissa persoluere: vt quibus scire se dederat,concederet se videre.Venerat eligere Apostolos doctores orbis,eósque cœlestib⁹ implere doctrinis,munire virtutibus,armare signis:Et ad summũ venerat mortẽ perdere moriẽdo,penetrãdo inferna dissoluere,resurgẽdo sepulchra reserare, ascẽdendo ad cœlos, cœlestibus donare terrenos.Omnia hæc vtiq; perijssẽt nobis,si Christus,cũ esset in cunabulis,nõ fugisset.Sed & Christus fugit,vt nostras fugas in persecutionibus tẽperaret.Fugit in Ægyptũ,vt

Cyrus.

Herodot: Iustinus.

Chrysost.

Cur christus non retstitit Herodi.

Fides Ioseph.

Origen.

Euse.Emis. *christus cur nocte fugit.*

P.Chrysologus.

Dura peregrinatio.

Cur fugit.

perfidiam Iudæorũ per fidẽ Gentium caſtigaret: nam Dominũ, quem Iudæa fugauerat, Ægyptus obſequenter accepit, vt Eccleſiã Synagogæ, Iudæis Gentes anteponẽdas in fide ſua ipſius figura præſagiret. *Et erat ibi vſque ad obitum Herodis.* Mortuus eſt Herodes, vixit Chriſtus. Moriũtur impij & peccatores, pereũt hæretici & Barbari: viuit & floret Eccleſia. Diſſimulat in tẽpore Chriſtus, donec hydræ præcipuo capite reſciſſo, omne eius corpus conterat. Ita timorem eorũ ne timueritis, quoniã ſimul inſipiens & ſtultus peribunt. Sed & carnalibus quibuſque dici poteſt: Vos autẽ ſicut homines moriemini, & ſicut vnus de principibus cadetis. Interim ſapiẽs quilibet ad tempus patitur, & ſuſtinet, & ſibi ſpem promittit, quòd, etſi tyrãni & Eccleſiæ perſecutores imperẽt, futurum ſit tamen, vt & ipſi, & eorum conſilia in inſtanti corruant. Horum exempla in ſacris & Eccleſiaſticis hiſtoriis quiſque petere poterit. *Hoc autem totum factum eſt, vt adimpleretur quod dictũ eſt à Domino per Prophetam dicẽtem: Ex Aegypto vocaui filium meum.* Oſee 11. Si enim in Ægyptum non fugiſſet, ex Ægypto vocari non potuiſſet. Hieron. to. 2. l. de optimo genere interpretãdi, ad Pammachiũ: Hoc, inquit, noſtri codices non habent: ſed in Oſee iuxta Hebraicam veritatem ſcribitur, Quia puer Iſraël eſt, & dilexi eum, ex Aegypto vocaui filium meũ. Pro quo & in eodem loco Septuaginta tranſtulerunt, διότι νήπιος ἰσραὴλ, καὶ ἐγὼ ἠγάπησα αὐτὸν, καὶ ἐξ αἰγύπτου μετεκάλεσα τὰ τέκνα αὐτοῦ. id eſt, Quia paruulus eſt Iſraël, & ego dilexi eum, & ex Aegypto vocaui filios eius. Num verò omninò repudiãdi ſunt interpretes 70. quia iſtum locum, qui ad Chriſti maximè pertinet ſacramentum, aliter tranſtulerunt? An danda potius venia vt hominibus, iuxta Iacobi ſententiam, dicentis: Multa peccauimus omnes: & ſi quis in verbo non offendit, iſte perfectus eſt vir, & poteſt refrænare omne corpus? Idem lib. 3. Commẽt. in Oſee cap. 11. Nulli enim dubium eſt, inquit, Matthæum de hoc loco ſumpſiſſe teſtimonium iuxta Hebraïcam veritatem. (Textus enim Hebraicus talis eſt, *Vmitſraim karathi libni.* Textus autem Hebraicus Matthæi nihilo abſimilior eſt: habet enim, *Mimmitſraim karathi eth beni*, ex Aegypto vocaui filium meum.) Hieron. proſequitur in Oſee Prophetam. Hunc locũ, inquit, Iulianus Auguſtꝰ in 7. volumine, quod aduerſum nos, id eſt Chriſtianos, euomuit, calumniatur: & dicit, id Matthæum ad Chriſtum tranſtuliſſe, quod de Iſraël ſcriptũ eſt, vt ſimplicitati eorũ, qui de Gentibus crediderant, illuderet. Cui nos breuiter reſpondebimus: Primũ, Matth. Euãgeliſt. Hebræis literis edidiſſe, quod non poterãt legere niſi hi qui ex Hebræis erãt. Ergo non propterea fecit vt illuderet Ethnicis. Sin autẽ Hebræis illudere voluit, aut ſtultus, aut imperitus fuit: ſtultus, ſi apertum finxit mendacium: imperitus, ſi non intellexit, de quo hæc dicerentur. Stultitiam ipſum volumen excuſat, quod prudenter & ordinatè compoſitum eſt. Imperitũ non poſſumus dicere, quẽ ex aliis teſtimoniis ſcripturarũ ſcientiã legis habuiſſe cognoſcimus. Supereſt vt illud dicamus, quòd ea, quæ τυπικῶς præcedunt in aliis, iuxta veritatem & adimpletionem referantur ad Chriſtũ: quod Apoſtolum in duobus montibus Sina & Syon, & Sara & Agar feciſſe cognouimus, quæ Apoſtolus retulit ad duo Teſtamenta. Sic etiam quod ſcriptũ eſt, Paruulus Iſraël, & dilexi eum, & ex Aegypto vocaui filium meũ: dicitur quidem de populo Iſraël, qui vocatur ex Aegypto, qui diligitur, qui eo tempore poſt errorem idololatriæ quaſi infans & paruulus eſt vocatus: ſed perfectè refertur ad Chriſtũ. Nã & Iſaac in typo Chriſti fuit, quòd futuræ mortis ligna ſibiipſi portauerit: & Iacob, quia Liam dolentẽ oculis, & Rachel pulchram habuerit vxorem. In Lia, quæ maior erat, cæcitatem intelligimus Synagogæ: in Rachel, pulchritudinem Eccleſiæ: & tamen qui ex parte typi fuerũt ſaluatoris, non omnia quæ feciſſe narrantur, in typo feciſſe credendi ſunt. Typus enim partem indicat: quòd ſi totũ præcedat in typo, iam non eſt typus, ſed hiſtoriæ veritas appellanda eſt. Itaque Iſrael Chriſti typum geſſit, non in omnibus, ſed in eo maximè, quòd etiã in ſingulari filius Dei appellatus eſt. Sic & apud Eſaiam: Puer meus es tu Iſrael. Et in ſuperioribus Zacharias, Suſcepit Iſrael puerum ſuũ. Nec mouere quempiam debet, quod adducunt nonnulli, inconueniens videri, vt populũ vnius perſonæ figuram prætuliſſe dicamus: cùm etiã Iſrael quaſi vnus vir ad bellũ proceſſiſſe legatur, & idẽ populus propter religionis, cultus, & charitatis vnitatẽ, quaſi ſingularis aliqua perſona in ſcripturis cõſideretur. Filius Dei, puer Dei, & non modò populus Dei nũcupatur. Et hoc ipſum ſcilicet in Eccleſia Chriſti expendamus. Nam quia credentium vnum cor eſſe debet, & anima vna, vt in Actis legimus: ideò vnũ corpus multi ſumus omnes, & in nobiſmetipſis vnius Chriſti typum exprimimus. Quinetiam Chriſtus patrem rogauit, vt vnũ ſimus, ſicut ipſe & pater vnũ ſunt. Quid quòd tot conugati inter Chriſtianos, vnius Chriſti & Eccleſiæ typum gerunt? Iam ſi multitudo illa, quantacumque ſit, non impedit, quin & Chriſtus in nobis exprimatur & effulgeat, modò idem ipſi in Chriſto ſapiamus: quis negauerit populum, vnius perſonæ typũ exprimere? Hoc ſi in populo Iſraelitico deprehendi debuit, & eapropter nominari puer Dei, & filius

Pereunt & moriuntur impij, viuit Chriſtus.

Conciliatur Matthæus Oſee Prophetæ. Hieron.

Matthæum non 70. ſed Hebraicam veritatem ſecutum.

Iſrael in quib⁹ Chriſti typum geſſit.

A filius Dei, ob gratuitam adoptionem: quis dubitauerit, & eundem filij naturalis typum expressisse? Oportet enim typos iis ipsis, quæ figurant, minores & imperfectiores esse: sicut & ius adoptionis minus est iure naturali. Ex his consequetur, nihil absurdi esse, si Israëlem typum Christi fuisse dicamus. Hic quoniã filius Dei dictus est, ideò & eius potissimùm curam gessit Deus, vt ex Ægypto educeretur. At verò quàm potior cura esse debuit de filio suo naturali Christo, vt quẽ in Aegyptũ fugere decreuerat, eundẽ etiã ex Aegypto educeret? Theoph. in Matth. Dicimus igitur (ait) quod per figuram dictum est de populo, impletum verè esse in Christo. Deinde quis est filius Dei? Populúsne, qui adorauit idolũ Beel-phegor & sculptilia, an qui verè est filius Dei? Hieron. in Matth. Possumus quoque locum istum aliter consolari, propter contentiosos: quorum consuetudinem Paulus Apostolus habere se denegat, & Ecclesiam Christi, (1. Cor. 11.) & testimoniũ proferimus ex Numeris (cap. 23.) dicente Balaam: Deus ex Aegypto vocauit eũ, gloria eius sicut vnicornis. Hũc ergo sensum habet Oseæ Prophetia, vt q, primùm in Israële filio suo adoptiuo, idem in Christo filio suo naturali & vnico perficeret. Brocard. in descriptione Terræ sanctæ, in fine libri. Inter Heliopolim & Babyloniam, inquit, ostendũtur loca, in quibus beata Virgo mãsit cum puero Iesu, & marito Ioseph, cùm à facie Herodis fugisset à Iudæa. Est etiam ibi hortus balsami, qui irrigatur à fonte paruo, vberrimè tamen fluente, in quo aiunt beatam Virginem puerũ Iesum lauisse. Ob id habetur fons ille in veneratione, nedũ à Christianis, sed etiam à Sarracenis. *Tunc Herodes videns quòd illusus esset à Magis:* nec enim, vt illis indixerat, ad eum reuersi sunt, sed per aliud iter ad suam regionem redierunt: *iratus est valde*, aut quòd illum maior de nato Iudæorum rege opinio, sed & de alienarum Gentium in eum fide certior suspicio impelleret. Theoph. in Matt. Sicut Deus illusit Pharaoni per Moysen: quoniã & Herodes & Pharao puericidæ erant. Nec enim Pharao suis qualibuscunque artibus & facinoribus Israëlis liberationem, & Aegypti spoliationem auertere, nec Herodes Christi regnum impedire potuit. Seuerinus Gabalarum Episcopus, ho. de infantium nece. Dolet, inquit, impietas se esse delusam, dilatam se crudelitas furit, fremit dolositas se deceptam, & in se fraus reuersa colliditur. Hieronymus Herodem feræ rabiosæ comparat, quæ quicquid occurrit dilaniat. *Et mittens occidit omnes pueros qui erant in Beth-leem, & in omnibus finibus eius, à bimatu & infrà, secundum tempus quod exquisierat à Magis.* Sunt qui ex eo loco colligant, hanc puerorum necem contigisse duobus tandem elapsis annis post Magorum aduentum, quos reiicit Euthymius. Attamen Nicolaus Lyran. & Glossa ordinaria in Matthæum, hanc sententiam confirmant: non quòd Herodes non statim post Christi natalem, & Magorum aduentum apud se id facere statuerit, sed auocatus fuerit profectione sua in vrbem Romanam, ad quam coram Imperatore, filiorum etiam accusatione sistebatur, vt scribit Iosephus. Reuersus demum id quod concepe-

B Theoph. Brocardus. Theoph. Hieron. Seuer. Epis. Hieron. Euthym. Lyranus. Iosephus.

C

rat, perfecit. Melius verò Euthymius hæc ita expendenda monet, vt non proinde dicantur euenisse post duos annos à Christo nato. Eos ergò, inquit, qui bimuli erant, occidit, vt tempus ampliationem haberet: Ideò securitatis causa tempus anticipauit, vt vnà cum interfectorũ multitudine, etiam Christum occideret. Itaque & tẽpus, quod à Magis didicit, obseruauit: & latitudinem alteram ipse adiecit. Restat igitur, vt verba illa, *secundum tempus quod exquisierat à Magis*, non in eo quod dicitur, *à bimatu*, intelligas: sed in eo quod additur, *& infrà*. Oportet enim post id quod dicitur, *à bimatu*, distinctionem ponere: deinde totum quod sequitur, simul legere. Seuerinus, ho. de infantium nece, hoc ad cæcam ambitionem, & dominandi cupidinem retulit. Quid enim non ambitiosus attentet? Quod crudelitatis genus nõ aggrediatur? Quid non Pharao in Israëlitas? An non Athalia sæuiit in omne semen regium, vt ipsa sola regnum Israël obtineret? Suspecta semper sunt tyrannis omnia. Quod nos in ipso Herode considerare possumus.

D *Quando occisi sunt infantes, & quomodo bimuli.* Seuerin. *Ambitio mater cædium.*

E Hic ficta cum Hyrcano summo sacerdote amicitia, lætus quòd illi Aristobulũ fratrem infensum videret, ita fecit, vt his sublatis regnum Iudæorum inuaderet. Etiam Aristobulũ ex sacerdotali tribu principem iuuenem successione Pontificia priuat, & in eius locum Ananelum Babylonium ignobilem constituit, vt scribit Iosephus, lib. 15. Antiquit. c. 1. Nec cessauit, donec iuuenem illum occideret. Et primùm quidem Alexandræ eius matri insidiatus est: demum Aristobulum 18. annos natum in Hierichunte natantem, per seruos suos suffocat, vt legitur cap. 2. Quinetiam Mariamnem vxorem suam, sororem etiã Aristobuli, veneni suspicione ductus, & Alexandram nouercam vltimo supplicio damnat: plurimos etiam amicorũ occidit, vt habetur c. 9. & 10. Nec multò pòst in filios suos conspirat, vt idem Iosephus scribit, l. 16. Antiq. c. 4. tanquã qui matris suæ Mariamnes mortẽ essent vindicaturi, & Romam profectus eos Cæsari accusat de intentato parricidio, vt illius authoritate è medio tollerẽtur: tot illum perturbationes & suspiciones impellebant, & sic sibi ab omnibus timebat. Quid ergo mirũ est, si Christo nato

Ambitio Herodis. Iosephus. *Facinora Herodis.* Iosephus. *Nec quidẽ suis pepercit*

insidiatur,quum nec propriis filiis pepercerit? Nam cùm omnes pueros interfici mandasset, ne F
filium quidē suū bimū eximi voluit,ne fortè ille grādior factus patrē regno destitueret. Hinc &
illud fuit Augusti Cæsaris in Herodem dicteriū,statim atque cædes ista illi allata est: Herodis
Macrob cōstantin⁹ parcit puerorum sanguini. mallem esse porcus,quàm filius,vt notat Macrob.lib.2.c.4.Saturnal. At quàm ei dissimilis fuit
Constantinus Imperator,qui quòd lepra infectus esset, cùm consilium à Magis & Græcis ac-
cepisset,vt in calente puerorum sanguine se lauaret:elatis infantibus, & matribus eiulantibus
Niceph. auditis,maluit in ægritudine manere,quàm tori pueris cædē inferri, vt scribit Niceph.li.7.hist.
Eccles.c.33. Vnde factum est,vt Deus hanc illi humanitatem repēderit alio lauacro. Siquidem
baptismate sancto aspersus,non modò ab internis animi,sed & externis corporis morbis sana-
Seuerian. tus est. Seuerianus,ho.de cæde innocent. Herodes tunc cæcus sic Christum gladiis quærit, in-
quit: inuestigat cruore,crudelitate rimatur:successorem timens,incessit in authorem: punit in-
Euthym. nocentes,volens innocentiam deperire. Euthym.in Matth. Dubitant autē quidam,inquit, quā
cur Christus iuuit pueros pro se iugulari. ob causam,cùm Christus fugam arripuisset,curam non habuit puerorum qui pro ipso iugula- G
ti sunt. Sed respondet,illos iniuriā nullā passos esse,neque vllum eis detrimentū accidisse, si cō-
Theoph. sideremus,inde illos occasionem,qua coronarentur,habuisse. Theoph.idem obseruat. Non,in-
Seuerian. quit,iniuria affecti sunt,sed coronas meruerunt. Omnis enim,qui aliquid patitur,vel patitur vt
peccata dissoluat,vel vt coronæ augeantur: sicut & illi pueri magis coronati sunt. Seuerianus in
ho.de innocentibus: Quorum lingua tacuit,oculi nil viderunt,nihil audierunt aures,manus ni-
hil fecerunt,& quibus actus nullus est,vnde culpa? Sumpserunt mortem,qui viuere nescierunt:
non tempus affuit,non excusauit ætas,silentium non defendit, quibus apud Herodem solùm
quòd nati sunt,hoc fuit crimen:& reuera quomodo non redderent naturæ creditum,à quibus
causa exigēbatur authoris? Infœlix homo,qui sibi ad accusationem parauit omnia: ad excusan-
dum spatium non reliquit,sed totum parauit ad pœnam. Quis excusabit, quem pulsat innocē- H
Mira crudelitas. tia,infantia impetit,lac,vt sanguis,accusat? Et paulò pòst,facti istius crudelitatē exaggerat,cùm
nec carnifices fregerit paruulorum innocentia & simplicitas. Arridebat,inquit, paruulus occi-
sori,gladio adiocabatur infantulus, nutricis loco attendebat lactans percussoris horrorem, ne-
scia lucis ætas moritura gaudebat:siquidem infans omnem hominem non hostem reputat,sed
parentem. Neque tamen hæc illos vicit simplicitas,sed omnis rationis & humanitatis expertes
sibi satis esse putant,modò tyranni decretum exequantur. Illa interim omnia cedunt in paruu-
lorum gloriam,in Christi confessionem,in tyranni perniciem,in cōmune totius Ecclesiæ gau-
Chrysost. dium. Chrysost.ho.3.ex variis in Matth.locis. Norunt,inquit,laudare Christum infantes,qui lo-
Innocentes innocentem testantur. qui non nouerant. Fiunt periti laude,qui fuerant imperiti sermone. Fiunt sine magistro diserti,
docti sine doctore. Agnoscunt Christum,non quem persuasio humana docuerat,sed quem di-
uinitas innocentibus inspirabat. Necesse est enim terrena succumbere, cùm cœlestia prædicā- I
tur,& naturalia silere,cùm virtutes loquuntur. Dignus à dignis laudatur,& innocens innocen-
tum testimonio prædicatur. Ex his Chrysostomi verbis concludunt nonnulli in pueris istis ac-
celeratum liberum arbitrium. Verùm id figuratè dictum intelligimus,vt Christum fateantur &
prædicent,non sua electione,sed ipso facto,ipsa sua morte & mortis causa,seu etiam gloria,quę
Thomas. mortem consecuta est. Thomas martyrij gloriā his gratia Dei esse collatam scribit, quā in aliis
Bernard. Martyrum diuersæ species. propria voluntas meretur. Bernard.ser.de Innocentibus,assignat tres martyrū species: Eorū qui
voluntate & opere,eorū qui volūtate tantùm,& eorū qui opere tantùm pro Christo moriūtur.
Quartū etiam aliud posse arbitror in hominibus reperiri,inquit. Habemus in beato Stephano
martyre simul opus & voluntatē: habemus solā voluntatē in beato Ioanne:solū in beatis inno-
centibus opus. Biberūt omnes hi calicē salutaris,aut corpore simul & spiritu,aut solo spiritu,aut
corpore solo. Calicē quidē meum bibetis,ait Dominus Iacobo & Ioanni(Matth.20.) Nec du- K
Nō est dubitandū de coronis innocentum. bium quin de passionis calice loqueretur. Et paulò pòst. An verò de innocentum coronis quis
dubitet? Ille pro Christo trucidatos infantes dubitet inter martyres coronari,qui regeneratos in
Christo,non credit inter adoptionis filios numerari. Alioquin quādo coæuos sibi pueros, puer
ille qui natus est nobis,nō cōtra nos,propter se pateretur occidi,q; vtiq; solo nutu poterat pro-
hibere,nisi melius aliquid prohiberet: vt quēadmodū cæteris infantibus tunc quidē circūcisio,
nūc verò baptismus,sine vllo propriæ volūtatis vsu sufficit ad salutē,sic nihilominus pro eo su-
sceptū martyriū illis sufficeret ad sanctitatē? Si quæris eorum apud Deū merita vt coronarētur:
quære & apud Herodē crimina,vt trucidarētur. An fortè minor Christi pietas,q̄ Herodis im-
pietas:vt ille quidē potuerit innoxios neci dare,Christus nō potuerit ꝓpter se occisos coronare?
Sit ergo Steph.martyr apud homines:cuius volūtaria passio euidenter apparuit,in eo vel maxi-
mè,q; in ipso mortis articulo tā pro persequētibus,q̄ pro seipso,sollicitudinē gereret amplioré:

vince-

A vincerétque in eo ſenſum corporeæ paſſionis, internæ cõpaſſionis affectus, vt illorũ magis ſcelera, quàm ſua vulnera plangeret. Sit Ioãnes apud Angelos martyr, quibus tanquã ſpiritualibus creaturis, ſpiritualia eius deuotionis ſigna certiùs innotuerunt. Cæterùm hi ſunt planè martyres tui Deus, vt in quibus nec homo, nec Angelus meritũ inuenit, ſingularis tuæ prærogatiua gratiæ, euidentiùs commendentur. Ex ore infantium & lactantiũ perfeciſti laudem, (Pſ.8.) Gloria in excelſis Deo Angeli dicunt, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Magna quidem, ſed audeo dicere, necdum perfecta laus, donec veniat, qui dicat (Matth.19.) Sinite paruulos venire ad me, quia talium eſt regnũ cœlorũ. Chryſ.ho.3.de variis in Matth.locis. Dicũt namque Domino laudes trucidati lactantes: loquũtur ſanguine, quod lingua non poſſunt: occiſi prædicãt, quod viui non poterant. Nec nouum quid dicitur, vt innocens ſanguis aut Deo referat laudes, aut ſuas indicet paſſiones: cùm Abel ſanguis clamet ad cœlum (Gen.4.) aut occiſorũ animæ ab Chryſoſt.

B altari vociferentur ad Deum, (Apoc.6.) Contulit martyrium laudem, quibus negauerat natura ſermonẽ. Et quibuſdã interiectis. Probat nouos exercitus Chriſtus, rudes milites ſignat, legiones lactantes victoria perpetrata coronat. Fiunt pro Chriſto victores, qui ætate fuerunt coæquales. Mercantur pœna martyrium, gloriã ſanguine comparant, æternam vitã temporali morte commutãt. Auguſt.ſer.10.de Sanctis. Dignè itaque natalẽ illorũ colimus. Aliorum quidem, inquit, precioſa mors martyrum laudem in cõfeſſione promeruit, horũ in conſummatione cõplacuit: quia incipiẽtis vitæ primordiis, ipſe eis occaſus initiũ gloriæ dedit, qui præſentis terminũ impoſuit: quos Herodis impietas lactãtes matrũ vberibus abſtraxit: qui iure dicuntur martyrũ flores, quos in medio frigore infidelitatis exortos, velut primas erũpentes Eccleſiæ gẽmas, quędã perſecutionis pruina decoxit. Et ideò dignũ eſt interfectis pro Chriſto infantibus honores impendere, ceremonias, non dolores, ſacramẽtis dare vota, non lachrymis: quia ipſe illis cauſa fuit pœ- *Cur natalẽ innocentiũ celebrem⁹.* Auguſt.

C næ, qui extitit & coronæ: ipſe odium cauſæ, qui præmium. Orig.ho.3.in diuerſ. Hi, inquit, paruuli, & ad memoriam æternæ laudis, à beato commemorantur Euangeliſta, & horũ memoria, prout dignũ eſt, ſemper in Eccleſiis celebratur, ſecundum integrum ordinẽ ſanctorũ, vt primorum martyrum pro Domino occiſorum, & vt ipſa Beth-leem primitias Domino martyrũ, in qua natus eſt ipſe ſaluator, obtuliſſe videatur. Greg.Nanz.Orat.in Chriſti natiuit. Vnã, inquit, Origen. Greg.Náz.

duntaxat rem, ex omnibus quæ circa Chriſti natiuitatem contigerunt, execrare, nimirùm puerorum cædem ab Herode admiſſam. Immò verò hanc quoque venerare, hanc, inquam, coætaneam Chriſto victimam, quæ ante nouam victimam mactata eſt. Vnde & Prudentius: Prudent.

Saluete flores martyrum,
Quos lucis ipſo in limine
Chriſti inſecutor ſuſtulit,

D *Ceu turbo naſcentes roſas.*

Cæterùm interim dũ hæc cædes patratur, Nicephorus hiſtoriæ Eccleſ.lib.1.c.14.ſcribit, quòd filius Zachariæ vnà cum matre Eliſabetha, in ſpelunca quadã, ad montanam regionẽ delituit. Nicepb.

Tunc adimpletum eſt, quod dictum eſt per Prophetam Hieremiam, dicentem (cap.31.) *Vox in Rhama audita eſt, ploratus & vlulatus multus, Rachel plorans filios ſuos, & noluit conſolari, quia non ſunt.* Hieronymus, lib.6.Commentariorum in Hieremiam. Nec iuxta Hebraicum, inquit, nec iuxta 70. Matthæus ſumpſit teſtimonium. Ex quo perſpicuum eſt, Euangeliſtas & Apoſtolos nequaquam ex Hebræo interpretationem alicuius ſecutos, ſed quaſi Hebræos ex Hebræis, quod legebant Hebraicè, ſuis ſermonibus expreſſiſſe. Attamen parum, aut nihil intereſſe videtur inter Euangeliſtas, Hebraicum contextum, & 70. *Kol Berhama niſma nihi bikgi tarmirrhu-* *Hieremiæ vaticinium vt ſe habet in Hebraico cõtextu.*

E *dim Rahel mibatia hal banneiah meanua leinahem hal banneiah ki einenu.* id eſt, Vox in Rhama fletus amaritudinum, Rachel plorante filios ſuos, renuit conſolari ſuper filiis ſuis, quia non ſunt. Eadem eſt & verſio 70. φωνὴ ἐν ῥαμᾶ ἠκούσθη, θρήνου καὶ κλαυθμοῦ καὶ ὀδυρμοῦ. ῥαχὴλ ἀποκλαιομένη ὅτι οὐκ εἰσὶν αὐτῆς, καὶ οὐκ ἠθέλησε παρακληθῆναι, ὅτι οὐκ εἰσίν. Et idem Matthæi Græcus contextus. Hieronym.libro ſexto Commentar.in Hieremiam. Rachel mater Ioſeph cùm Hieron. Hierony.

veniret Beth-leem, ſubito partus dolore correpta peperit filiũ: quem obſtetrix, quia moriebatur, vocauit Benoni, hoc eſt, filius doloris mei. Pater autem Iacob mutauit vocabulum, & appellauit eum Beniamin, hoc eſt, filius dextræ. Quæritur itaque, quomodo Matthæus Euangeliſta teſtimonium Prophetæ ad interfectionem tranſtulerit paruulorum: cùm perſpicuè de decem tribubus ſcriptum ſit, quarum princeps erat Ephrata, & nequaquam ſit in tribu Ephraim, ſed in tribu Iuda. Quia enim Rachel in Beth-leem, hoc eſt, in Ephrata condita eſt, ſicut & Scriptura ſancta, & titulus ſepulchri eius hodie teſtantur: flere dicitur pueros, qui iuxta ſe, & in ſuis regionibus interfecti ſunt. Quidam Iudæorum hunc locum *Prior interpretatio huius Prophetiæ.*

Posterior ex Rabbinis. sic interpretantur, quòd capta Hierusalem sub Vespasiano, per hanc viam Gazam & Alexan- F
driam infinita millia captiuorum Romam directa sunt. Alij verò, quòd vltima captiuitate sub
Hadriano, quando & vrbs Hierusalem subuersa est, innumerabilis populus diuersæ ætatis &
vtriusque sexus in mercato Therebinti vænundatus sit: & idcircò execrabile esse Iudæis mer-
catum celeberrimum visere. Dicant illi quod volunt, nos rectè testimonium sumpsisse Euãge-
listam Matthæum dicemus, pro loco in quo Rachel condita est: & vicinarum in circuitu villa-
rum filios, quasi suos fleuerit. Quod & ex sequentibus confirmat. Statim enim adiicit Prophe-
ta. Hæc dicit Dominus, Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis, quia est merces o-
peri tuo, ait Dominus. Et reuertentur de terra inimici (siue inimicorum) & erit spes nouissimis
tuis, ait Dominus, & reuertentur filij ad terminos suos. Hoc iuxta literam necdũ factum est, in-
quit Hieronymus. Neque enim decem tribus, quæ in ciuitatibus Medorum exulãt atque Per- G
Tertia desumpta ex Euangelica historia. sarum, reuersas in terram Iudæam legimus: sed iuxta spiritum, & in passione Domini comple-
tum est, & huc vsque completur, quando de toto orbe Israël saluatur. Meliùs autem & de par-
uulis intelligimus id, Est spes nouissimis tuis. Et reuertentur filij tui de terra inimici ad termi-
nos suos. Mercedem enim habẽt effusi sanguinis pro Christo, & pro terra Herodis inimici te-
nent regna cœlorum: & reuersi sunt in sedem pristinam, quando pro corpore humilitatis, cor-
pus receperunt glorioſum. Ista est spes nouissima, quando iusti fulgebunt sicut sol: & infantes
quondam paruuli atque lactantes, absque ætatum incremento, & iniuriis ac labore corporeo,
resurgent in virum perfectum, in mensuram plenitudinis Christi. Itaque Rhama non sumitur
hîc pro loco, seu vrbe iuxta Gabaa in tribu Beniamin, de qua Iosue 18. & Iud. 19. quam Baasa
reædificauit, 3. Reg. 15. Nam quomodo vsque ad vrbem illam in tribu Beniamin luctus perue-
niret earum mulierũ quæ in tribu Iuda, immò in Beth-leem & circumuicinis locis eiulabant?
Non quidem negauerim huic neci, & matrum afflictioni, omnes Iudæos, dixerim & Roma- H
nos condoluisse. Sed cur potiùs loci huius, quàm cæterorum meminisset Propheta? Itaque ad
sensum Hieronymi, hîc pro excelso sumi debet. Hanc enim Rhama significationem habet.
Noluit autem Rachel, seu ipsæ mulieres matres circumuicinæ tumulo Rachelis consolari,
ὡς ἔχουσι πρὸς, super filiis suis, quia non sunt. Hebræis, non esse, superuiuere & supereſſe signifi-
cat. Eapropter igitur immedicabilis omnium mulierum dolor fuisse, quòd omnes filios suos in-
Origen. *Quarta interpretatio.* fantes mortuos & trucidatos esse cernerent. Origenes, hom. 3. in diuersa aliò traduci hunc textũ
à quibusdam scribit. Nam cùm tribus Iuda ex Lia, tribus autẽ Ioseph & Beniamin ex Rache-
le sit, ideò Rachel non plorauit filios Ephrata, quasi essent orti è filiis suis Beniamin & Ioseph:
sed non modò per commiserationem eorum, qui suæ sepulturæ vicini erant, aut vt hi tradunt,
quòd considerata illorum infantum, qui ex Iuda occisi sunt, fœlicitate, defleuerit, quòd nec suis
cõtigerit pro Christo mori: & illos, quasi non essent, existimauit, nimirùm ad illos, qui pro Do- I
Quinta. mino mortui sunt, & martyrij coronam tulerunt. Adducit & aliam interpretationem: Quòd
non modò infantes tribus Iuda, sed & illis affines & vicinos, qui ex tribu Beniamin erant, He-
rodes interfecerit, vnde & Rachel generationem Beniamin ploraſſe dicatur. Cæterùm in no-
mine Rachelis, ait Origenes, vniuersas pias matres significat. Matres enim infantes suos maiori
affectu diligunt, quàm patres. Propterea cùm aliquid infantibus contigerit, plus tabescunt: &
ideò eorum hic luctus potius quàm patrum proditur. Exaggerat & Origenes crudelem huius
Gregor. Nyssen. *Crudelis tragœdia.* facti tragœdiam in sequentibus, quam fusiùs etiam Greg. Nyssen. hom. in natiuitatem Domini
explicat. Quis, inquit, oratione calamitates istas delineauerit? Quis ante oculos ponere narran-
do clades & funera possit? promiscuam illam lamentationem, flebilem concentum puerorum?
matrum, cognatorum, patrum ad carnificum minas miserabiliter exclamantium? Quomodo
quis cum ense nudo carnificem iuxta infantem stantem, toruis ac cæde micantibus oculis in- K
tuentem, atque alias consentaneas voces edentem, sinistra manu puellum ad se trahentem, al-
tera gladium tollentem, describere possit? Ex altera verò parte matrem contrà nitentem, & fi-
lium trahentem, propriásque ceruices carnifici submittentem, potius quàm vt puellum truci-
dari patiatur? Quis gemitus & extremos filiorum amplexus? acres naturæ faces & tormenta?
vt miser infans, simul & mammæ adhæresceret, & per viscera lethale vulnus acciperet? vt mi-
sera mater & papillam ori infantis admoueret, & sanguinem filij sinu exciperet? Sæpè autẽ ali-
cubi carnifex ruente manu, vno impetu gladij, filiũ cum matre transfixit, atque vnũ sanguinis
flumen extitit, quod tam ex materna plaga, quàm ex lethali vulnere filij cõmisceretur. Et quo-
niã non vnius anni modò, aut recenter nati, sed & bimi, ex tyrãni decreto trucidabãtur: q; tẽpus
nonnullas matres easdẽ duorũ filiorũ matres reddidit: quale putatis in talibus spectaculũ fuisse,
duobus circa matrẽ vnã carnificibus occupatis? vno quidẽ prætercurrentẽ ad se trahẽte: altero
verò,

A verò, etiam eum qui mãmæ eius admouebatur, à sinu auellente? Quomodo miserã matrẽ propter filios affectã fuisse putam⁹? quũ aduersus duos filios natura distraheretur, vtroq; æqualiter maternis visceribus ignem accendente? Quid agat? quò se vertat? quò euadat? Ad vtrius vocem clamorem referat? Vtrius morti illachrymabitur, quum ex æquo, naturæ stimulis, vtriusque nomine vrgeatur? Atque vtinam ad mitigandum & sedandum naturæ dolorem fide apprehendissent, quanta filios suos maneret fœlicitas, quàm meliores successus! Quid enim hîc plorandum est, vbi vix gustatis his miseriis, aliquis pro Christo moritur, & statim in quietem euolauerit? Raptus est Enoch, ne malitia mutaret animam eius. Rapiuntur & paruuli ex hoc sæculo, ne si superuiuerent, & parentibus molestiam, & sibi dedecus, & tandem damnationem acquirerent. Quid quòd Theognis Poëta ex Græcis sapiens habitus hæc scripsit:

Fide opus erat matribus ad leniendũ illariũ dolorem.

Theognis.

Optima non nasci res est mortalibus ægris?

B An non Iob hoc sibi exoptauit, cùm diceret: Vtinam consumptus essem, ne oculus me videret, fuissem quasi non essem de vtero translatus ad tumulum. Numquid non paucitas dierum meorum finietur breui? Ecce isti, primùm si superuixissent, parentum fortè perfidiam secuti essent: hoc autem timore per mortem eripiuntur. Liberantur & ex huius mundi miseriis, & quòd cæteri magno cursu & labore, isti breui tempore consequuntur. In paucis probati, in multis benè disponuntur. Quàm glorioſa & precioſa in conspectu Domini mors sanctorum eius! In Edessa sub Iuliano Christiana mulier, audito quòd fideles trucidarẽtur, non ipsa modò ad locum martyrij conuolauit, sed vnà etiam infantem paruulum traxit: magnæ sibi consolationi reputans, si ille pro Christo cæderetur. Cessent igitur mulieres Hebrææ paruulos suos deflere, seipsas & naturam in filios procliuem, rursus in filiorum bonum & quietem, quam per mortem nacti sunt, deflectant. Hilarius in Matth. Rachel Iacob vxor fuit diu sterilis, inquit:

Nõ sunt deflendi innocẽtes mortui.

Hilarius.

C sed nullos ex his, quos genuit, amisit. Verùm hæc in Genesi Ecclesiæ typum prætulit. Non igitur illius vox & ploratus auditur, quæ nullum habuit amissorum filiorum dolorem: sed huius Ecclesiæ diu sterilis, nunc verò fœcundæ, ploratus ex filiis, non idcircò quia peremptos dolebat, auditur: sed quia ab his perimebantur, quos primùm genitos filios retinere voluisset. Denique consolari se noluit, quæ dolebat: non enim non erant ij qui mortui putabantur: in æternitatis enim profectum per martyrij palmam efferebantur. Consolatio autem erat ei rei amissę præstanda, non auctæ. Sed nunc ad Herodem, & Christi ex Ægypto reditum delabamur. Interim enim dum hæc cædes fieret, Christus in Ægypto erat, ibi tutiùs agens quàm inter suos: sicut & Helyas olim inter Sidonios, Dauid inter Philistæos, Moses etiam inter Madianitas. Leo, ser. 2. de Epiphania Domini. Tunc, inquit, Ægyptiorũ gens antiquis erroribus dedita, iam ad vicinam salutem per occultam gratiam signabatur: vt quæ nondum eiecerat ab animo superstitionem, iam hospitio reciperet veritatem. Interim verò consilia Herodis

Christus in Aegypto interim dũ fit hæc cædes.

Leo.

D destruuntur, & idipsum verum esse apparet, quod Sapiens dicit, Frustrà iaci rete ante oculos pennatorum. Viuit Christus, cui tot insidiæ parabantur, & propter quem tantus sanguis effusus erat, & tyrannus Herodes moritur. *Defuncto Herode apparuit Angelus*, ait Lucas. Euseb. lib. 1. hist. Eccles. cap. 8. scribit, propter necem infantum magnas clades domui illius, Deo vindice, incidisse: & Herodem priùs in regno quietum, & fœliciter agentem, tandem magnis & priuatis & publicis calamitatibus oppressum fuisse. Tanta vis est irati numinis: vt qui domos quasque perturbauerat, ipse & domi suæ obsideretur: & qui quosque priuatos luctu & cladibus oppleuerat, domi suæ & neces patraret, & nihil tutum nanciscereturꝰ. Quid non attentauit in filios Aristobulum & Alexandrum? An non etiam quinto ante mortem die filium suũ Antipatrum trucidari iussit? Cic. lib. 5. Quæst. Tuscul. Dionysio Syracusano omnia diffiden-

Euseb.

Calamitates Herodis à Deo vindice.

Cicero.

E tiæ & siniſtrarum suspicionum plena fuisse scribit: adeò vt ex alta turre ad populum verba faceret, lecto pensili cubaret, & ipse sibi barbam amputaret. Quid non peius contigit tyranno Herodi? Atheos & deorum contemptor Dionysius ad extremam inopiam redactus est, vt scribit Ælianus Spartianus. Sed quis vindictã numinis in morte Herodis explicauerit? Iosephus lib. 17. Antiquit. cap. 9. Ignis, inquit, lentus inerat, non tantùm conflagrationem in superficiẽ corporis agentem prodens, quantum intrinsecus crescens operabatur incendium. Auiditas quoque inexplebilis cibi semper inerat, nec tamen satietas vnquam rabidis incitata faucibus prævalebat implere ingluuiem. Intestina interiùs vlceribus tabida putrescebant. Doloribus quoque colli sæuissimis cruciabatur. Humor liquidus ac luridus erga pedes luridos oberrabat. Similis quoque illi & circa pubem inerat afflictio: sed & pudenda ipsa putredine corrupta scatebant vermibus. Spiritus quoque incredibilis erecta tentigo (quæ fuerat satis obscœna) diri fœtoris & anhelitus respiratione creberrima. Audiens demum Iudæos cum gaudio mortem

Ael. Spart. Iosephus.

Tyrannorũ supplicia.

eius expectare, nobiliores ex illis conuocat, & in Hippodromo cõcludens, Salome sorori suæ F
præcepit, vt statim atque expirasset, illos occideret: vt hac saltem causa illo mortuo Iudæi plã-
gerent. Hæc sunt tyrannorum supplicia, vt id illi in seipsis experiantur, quod aliis intentant.
Mortuus est Herodes, mortuus Domitianus, Diocletianus, Dacianus, Iulianus, & Hæresiar-
chæ: sui interim Christi curam gessit Deus. *Illo* ergo *mortuo, apparuit Angelus Domini in somnis Ioseph.* Idem apparitionis tempus, quod in superioribus in Ioseph obseruatur. Et dixit ei,
Theoph. Hierony. *Surge, & accipe puerum, & matrem eius, & vade in terram Israel.* Theophil. non dicit, Fuge, sed, Vade: timor enim iam nullus erat. Nec, vt ait Hieronym. filium tuum, & vxorem tuam: sed, puerum & matrem eius: vt & Christum è sola matre, & matrem sine viro in ratione genera-
Tragœdia Ecclesiæ in christo. tionis designaret, vt diximus. Ita in Christo nostra tragœdia ludebatur. Etsi enim affligitur Ecclesia, & tenebris calamitatum, quasi Ægypto obducitur, aliquando tamen in Iuda, seu
Saluianus. confessionem liberè remeatura est, defunctis illis qui aduersabantur. Et quidem olim post ca- G
ptiuitatem redierunt Iudæi in Hierusalem, & Ecclesia toties cõcussa emersit. Saluianus Mas-
silienſis, in libris suis de Dei prouidentia, toties Ecclesiam redijsse in pristinum statum, quoties
priùs vexata, & tandem ad Deum conuersa, eius misericordiam sensit. Quas non clades acce-
pit per Domitianum, & cætera eiusmodi monstra? Illis mortuis reuixisse visa est. Hoc mor-
tuo Iuliano apparuit, vt fideles, qui priùs premebantur, tandem sub Iouiniano reuiuiscerent,
Niceph. vt scribit Nicephorus, lib. 11. histor. Eccles. cap. 1. Ita enim Dominus: Ego, inquit, cogito cogi-
tationes pacis, & non afflictionis: & reducam captiuitatem vestram de cunctis locis. *Defun-
cti sunt enim, qui quærebant animam pueri.* Ex hoc loco satis conuincimus, non Herodem soli,
sed permultos eius consiliarios Christo insidiatos fuisse. Ita manifesta est Sapientis sententia,
Qualis rector populi, tales & consiliarij eius. Verùm in eos conuertit Dominus ipsius Prin-
Thom. Aq. cipis seu tyranni flagellum. Thomas enim Aquinas in Matth. illos fuisse ex primorum horum H
numero censet, qui ab Herode moribundo occisi sunt. Succedit enim, vt qui cum Dei, reli-
gionis & pietatis præiudicio adblandiuntur, & sibi ad tempus tyrannum conciliant: Deo vin-
dice, & animum tyranni ab illis auertente, experiantur id verum (ait) quod monet Psaltes: No-
lite confidere in principibus, in quibus non est salus. Hostem sentiant, quem in contemptum
Dei, sibi amicum constituere nitebantur. Ita Deus simul cum vno capite plura subuertit, &
facit vt hostes sui sese ipsi interimant, disseminatis inter eos discordiis. Sic se inuicem Amale-
chitæ & Moabitæ peremerunt, dum pugnarent contra Gedeonem. Hic spiritus est vertiginis,
quem vbi Dominus aut regno, aut exercitui immiserit, efficit vt ipsi seinuicem ad instar nu-
bium & fluctuum collidant. Si inuicem mordetis, inquit Paulus, videte ne ab inuicem con-
sumamini. Ita se pridem inter se diuisi obruerunt, & subuerterunt. Sic Psaltes: Diuide linguas
eorũ. Et rursus: Dissipa gentes quæ bella volunt. Et rursus: Pone illos vt rotam, & sicut stipulã I
ante faciem venti. *Quærebant animam pueri*, vt Herodi adblãdirentur, & ecce Herodes animas
illorum effudit: aut saltem Deus suis illos, adinstar Gigantum, montibus obruit. Ioseph autẽ
P. Galatin. *consurgens, accepit puerum & matrem eius, & venit in terram Israel.* Petrus Galatinus, lib. 8. de
arcanis fidei in Talmud inuentis, cap. 4. docet prædictum, & intellectum ab antiquis Iudeis
fuisse, quòd Messyas ex Ægypto reuocaretur. Quod probat ex eo quod legitur Psal. 80. Vineã
de Ægypto transtulisti. Et ex interpretatione R. Mosis Hadarsan, qui scribens in Gen. per
vitem, Messyam interpretatur. Et hæc vitis גפנ *Chaua*, id est, benè preparata & ordinata est,
rex s. Messyas ex Ægypto transferendus. Ad prædicta quoque, inquit, plurimùm facit, quod
scriptum est in libro *Berachoth*, id est benedictionum, in capite quod incipit *Harroé Makom*,
id est, Qui videt locum. Sic enim dicitur: Quid videt per somnium *Soreka*, id est palmitẽ
vitis, *yera sappe*, id est, videbit vel contemplabitur Messyam, de quo scriptum est Ps. 80. Vitẽ K
de Ægypto transferes. Vbi notandum est, quòd Transferes dicit textus, & non Transtulisti,
vt nostra editio habet. Quod etiam lucidius per Rabbeni Heccados expositionem ostendi-
tur, eo in libro, quem *Gale-Raztya*, id est, reuelatorem arcanorum nuncupauit. In septima
enim eiusdem libri petitione legitur, quòd cùm inter cætera ab eo Antoninus vrbis Romæ
Consul quæsijsset, quid sibi vellet illud Psal. 80. Vitem de Ægypto transferes, vel remouebis:
respondit ei, Hic est Messyas. Dixit ei Antoninus: Ergo rex Messyas in Ægypto nasciturus
est? Nónne in Beth-leem, vt dictum est apud Michæam, cap. 5. Et tu Beth-leem terra Iuda,
paruula es in millibus Iuda: Ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israël? Respondit ei
Rabbenus: Fateor regem Messyam in Beth-leem nasciturum. sed dicit, Vitem de Ægypto
transferes. Cùm enim natus erit Messyas, Herodes qui in Hierusalem regnabit, quæret eum
ad necem: reuelatione autem diuina in Ægyptum fugere cogetur, vbi aliquandiu morabitur,

&

A & postea in Hierusalem iussu Dei reuertetur. Idcircò textus dicit, Vitem de Ægypto transferes. Hoc etiam Sibylla Erythræa lib. 1. Oraculorum, prædixit, dicens, Si. Eryth.

--ὁπόταν πεφυλαγμένος ἔλθῃ
ἐκ γῆς Αἰγύπτοιο καλὸς λίθος. id est,
Cùm lapis Aegypti fœlix seruatus ab oris
Venerit.

Cæterùm quòd sicut à Iudæa transmigrat in Ægyptum, demum ab Ægypto remigrat in terram Israël: ita vbi ad nationes Gentium peregrinatus fuerit Christus, redibit ad Israëlem. Cũ enim plenitudo Gentium subintrauerit, tunc reliquiæ Israëlis saluæ fient. Venit igitur in Palæstinam. *Audiens autem quòd Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre suo, timuit illò ire.* Iosephus lib. 17. Antiq. cap. 10. scribit, Herodem sublatis duobus filiis, quos è Mariamne con- Ioseph.
B iuge sua susceperat, cùm finis vitæ suæ instaret, testamentum mutasse: &, occiso Antipatro, Antipam quidẽ tetrarcham Galilææ regionis feciſſe: Archelao regnum: Gaulanitidem autẽ, *Quis Archelaus.* Trachonitidem, Batauiam, & Panaidem Philippo filio suo, Archelai autem germano tetrarchiæ iura concessisse: Salome verò sorori Azotum & Phaselidam. Theophil. Tres enim filios Theoph. reliquit, Philippum, cuius vxor Herodias: Antipam Herodem, qui tandem præcursorem sustulit: Archelaum, qui paucis annis regnauit. Timet igitur illò ire Ioseph propter Archelaũ, vt qui non esset melior patre. Ioseph. Ioseph, lib. 17. Antiq. cap. 10. illum quidem scribit in Principatus initio modestè quodammodò se habuisse, populo adblanditum esse, vnde & ipsius sibi fauorem conciliauerit: tandem verò ferocior redditus, cùm de morte Matthiæ, & aliorum cũ eo ab Herode interemptorum maxima quæstio fieret, petentibus Iudæorum iuuenibus mortis illorum vindictam, armatorum cohortem instituit, à quibus in die festo Azimorum cæsi
C sunt Iudæorum circiter tria millia, aliis fugientibus. hæc cap. 11. Hinc fauor populi ab illo auerti cœpit. Et accusantibus illum Iudæis, etiam & cognatis apud Cæsarem, eiusque insolentiam deferentibus, iudicio Senatus, anno sui regni nono, apud Viennam Galliarum vrbem exilio relegatus, vitam finiuit. Hinc fit vt rumore crudelitatis Archelai pereitus Ioseph timuerit in Iudæam venire, hoc est in loca Hierosolymæ aut Beth-leem viciniora. *Et admonitus in somnis secesſit in partes Galilææ.* At verò, cur ibi non ita Archelaum timuit? Respondet D. Thom. Thomas Aquinas, Hierosolymæ fuisse regiam sedem, ibi verò commoratum esse Archelaũ: Iuniorem autem ipso Herodem Antipam tunc Galilæam rexisse, qui vt sese in Iudæorũ gratiam insinuaret, fratremque Archelaum regno expelleret, mitiorem se & humaniorem suis Galilæis præbuerit: vnde fieret, vt tutiorem se Iosephus in Galilæa putaret. Quòd si quis rursus obijciat, singulis annis perductum esse puerum in Hierusalem, nec ei tamen damnum &
D periculum aliquod ab Archelao accessisse: Respondet Augustinus, quòd simul cum puerorum turba latuerit, & paucis hîc diebus moratus sit. Denique quòd, vt scribit Iosephus, lib. 17. Antiq. cap. 12. & 13. Archelaus breui post seditionem illam, quam diximus, Romam venerit, res autem Iudæorum per Romanos regerentur: vnde non erat Archelai timenda tyrannis. *Et veniens habitauit in ciuitate, quæ dicitur Nazareth.* Theophilact. At quomodo Lucas dicit, quòd Theoph. postquàm natus fuit, & impletis 40. diebus, à Simeone gestatus est, descenderit Dominus in Nazareth: hoc autem loco Matthæus ait, quòd post reditum ex Ægypto venerit in Nazareth? Disce igitur, quòd quæ siluit Matthæus, dicit Lucas: nec dissident inter se. Nam Lucas dicit descensum ab Beth-leem in Nazareth: Matthæus autem postea reditum ab Ægypto in Nazareth. Greg. Nanz. Orat. in sanctam natiuitatem Domini. Itaque si, inquit, in Ægyprum Greg. Nan.
E profugiat Christus, alacri animo te illius fugæ comitem adiunge. Præclarum est cum Christo persecutione presso fugam inire: si diuturniorem in Ægypto moram faciat, ex Ægypto eum voca. Quod quidem fiet, si eum pulchrè atque honorificè illic adoraueris. Nicetas, suis in hãc Nicetas. Greg. Nanz. Orationem scholiis: Theologus scilicet, inquit, hanc historiam sublimiori sensu à nobis vult intelligi. Herodes igitur, si interpretari velis, idem sonat quod crassa & passibilis, & velut pellea natura. Aegyptus autem nunc præsentem hunc mundum designat, nunc carnem, nunc peccatum, nunc ignorantiam, nunc ærumnam & afflictionem. Qua potissimùm significatione hoc loco Domini fugam in Aegyptum accipere conuenit. Si igitur, inquit, Christus in nobis conditus, id est, virtus tenera ætate sit: atque affectus carnalis & terrenus, Herodis cuiusdam instar, viuat, & Principatum teneat: ad afflictionem in actione sitam, velut in Aegyptum fugiendum est. Quòd si carnalis affectus, qui diuinam doctrinam nobis insitam interficere molitur, extinctus & enectus fuerit: tum sanè ab Aegypto Hierosolymam migran- *Mysteria istius fugæ.*
dum est, hoc est, ab afflictione, quæ in agendo suscipitur, ad contemplationem pergendũ est.

Actio enim contemplationis basis & fundamentum est. Emortuis enim affectibus, supervacaneũ postea fuerit in actione longiorem moram trahere, ac non ad contemplationem subuehi, ad quam actio ipsa spectat. Beda tom. 7. in hom. hyemalibus, de Sanctis. Christo ergo, id est, prædicatoribus in Gentes dispersis, factum est, vt Gentilitas, quæ per Ægyptum figuratur, peccatis antè tenebrosa lumen verbi perciperet. Quòd erant in Ægypto vsque ad obitum Herodis, indicat figuratè per fidem Christum in Gentibus mansurum, donec plenitudo earum introëat, & sic omnis Israël saluus fiat. Obitus enim Herodis, terminum intentionis malignæ, quæ nunc contra Ecclesiam in Iudæis sæuit, enunciat. Occisæ turbę paruulorum, mortẽ humilium spiritu, quos à se fugato Christo, Iudæi occidere conantur, designant. Quòd autem defuncto Herode redit ad terram Israel Iesus, finem seculi denunciat, quando Enoch & Elya prædicantibus, Iudæi sopita modernæ inuidiæ flamma fidem veritatis accipient. Venit autẽ in Nazareth, non tam humano, quàm diuino consilio. Non enim tam Iosephum timor Archelai, quàm Spiritus sanctus ad id impellebat. Fuerit quidem Archelai timor humana quædam causa, sed secretior & potior à spiritu Dei pendebat, qui euentus omnium rerum dirigit in suam veritatem. Causa humana erat timor, sed spiritualis & diuina, *Vt impleatur quod dictũ est per Prophetas, quoniã Nazaræus vocabitur.* Διὰ τῶν προφητῶν, id est, per Prophetas, in plurali numero, nõ autẽ in singulari p Prophetã inquit, vt obseruat Hieron. in Matth. Si enim, inquit, fixũ de scripturis posuisset exemplũ, nũquã diceret, quod dictũ est per Prophetas, sed simpliciter quod dictũ est per Prophetã. Nunc autẽ pluraliter Prophetas vocans, ostẽdit se nõ verba de scripturis sumpsisse, sed sensum. Theoph. Et quis, inquit, Propheta hoc dixit, nõ inuenitur nũc: per negligentiam enim Iudæorũ multi libri desiderãtur, & ob continuas captiuitates fortassis absque scriptura hoc dicebatur apud Iudæos. Quòd autem multi libri desiderentur, manifestum est. Vbi liber iustorum, cuius tamen mentio fit Ios. 10. simul atque de sole stante iussu hominis agitur. Et Numer. 21. cùm de Arnon torrentibus agitur. sic enim legitur: Vnde dicitur in libro bellorum Domini, sicut fecit in mari rubro, sic faciet in torrentibus Arnon. Demum vbi liber Ahiæ Prophetæ, & cæteri, de quibus 2. Paral. 33. Reliqua verborum Manassis cùm pœnitentiam egit, & verba videntium qui loquebantur, sunt in libro sermonum regũ Israël: oratio eius, & mala quæ fecit ante pœnitentiam, sunt in libro Hozai. 2. Par. 29. Liber Gad videntis, & liber Nathan Prophetæ, de scriptis prioribus & posterioribus Dauid, recensentur: qui plenius narrent peccatum, & verba, & pœnitentiam Dauid. 2. Par. 12. Liber Semeiæ & Ado de gestis Roboam. Cùm autem hi omnes libri desiderentur, quid mirum, si desiderentur & illæ sententiæ, quæ dicuntur à Prophetis enunciari de Christo? Hieronym. tamen tom. 2. lib. de optimo genere interpretandi ad Pammachium, id ex Esaia Propheta desumi posse ostendit. Nam in eo, inquit, loco, vbi nos legimus, atque transtulimus: (cap. 11.) Exiet virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet: in Hebræo iuxta linguæ illius ἰδίωμα, ita scriptum est: Exiet virga de radice Iesse, & Nazaræus de radice eius crescet. Idem etiam in Matth. Nazaræus, inquit, sanctus interpretatur. Sanctum autem Dominum futurum omnis scriptura commemorat. (Matthæus deducit à נצר *Natsar*, vt custodem significet. *Natsar* enim idem quod custodiuit, & *Notser* custodẽ sonat. Sic enim habet Matthæus כי נצר יקרא *Ki notser ikare*. Quò etiam alludit contextus Esaiæ, cap. 11. his verbis, Exiet virga de radice Iesse, ונצר *Venetser* & *Netser*, de radice eius ascendet.) Hieronym. in Matth. ita eadem verba iuxta Hebraicam veritatem, in Propheta & Euangelista obseruant. Et quidẽ legitur de Samsone, Iudic. 13. כי נזיר *Ki Nezir Elohim heiihe*, quod nos vertimus, Quoniam Nazaræus Domini erit, quod sanè in typum Christi præmittebatur. Interim differt *Notser* à *Nezir*, quòd *Notser*, per צ tsadde, *Nezir*, per ז zaiin scribatur. R. Mardochai Nathan in Concord. Hebr. docet *Nazir*, per zaiin, separatum, & ab aliis secretum significare: *Notser*, per tsadde, custodem, & *Netser*, florem. Matthæus, & Christi crucis titulus habet *Notser*, per tsadde. Interim verò nec dubium est hæc omnia Christo conuenire: vt sit Nazaræus & secretus Domino, maiori etiam iure quàm Gedeõ. Sic enim scribit Apostolus: Talis decebat vt nobis esset Pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus. Fuit & *Notser*, custos. Ad quem & id dici potest, (Iob. 7.) Quid faciam tibi, ô *Notser haadam*, id est, custos hominum? Est & *Netser*, flos, quem virga Aaronis in typo prætulit. Sileant ergo Iudæi, dicentes: E Nazareth potest aliquid boni esse? Ergo tantùm è magnis vrbibus bona nobis emergunt, & non summa potiùs mala: ex oppidulis verò nonnunquam, immò dixerim ex solitudinibus, nihil quod in pretio esse possit, enascitur. An non Væ Babyloni, Væ Corrozaim, Væ Betsaida, Væ Hierusalem: securitas autem in desertis prædicitur? Matth. 24. Qui in Iudæa, fugiant ad montes. Ne glorieris in multitudine, quam breuis

Beda.

Hieronym.

Theoph.

Iudæorũ in curia multi libri desiderantur.

Hieronym.

Quomodo Christ⁹ Nazaræus.

Idem.

R. Mardoc.

F G H I K

A breuis peſtis conſumptura eſt, & bella ſubuertent & fames. Sint qui, q̃ è magnis vrbibus orti ſint, aut illis imperent, glorientur: Chriſtus Nazaræus vocatus eſt. Quot hominũ principũ insignes tituli, vt dicantur Reges, Archiduces, Duces, Comites, Infantes, Hæredes: vt olim Imperatores, Pontifices, Conſules, Parthici, Germanici, Galli, Iberi! Poterat quidem maiora ſibi nomina vendicare Chriſtus, Rex regum, & Dominus dominantium: ſed ex eorum eſſe numero noluit, qui fecerunt nomina ſua in terris ſuis. Maluit Nazaræus nuncupari, à Prophetis, ab Euangeliſtis, etiam & ab Angelis. Siquidem poſt reſurrectionem, Angeli mulieribus dixerunt: Ieſum quæritis Nazarenum crucifixum. Deriſerit Iulianus, & Porphyrius: derideant & infideles: nos in hoc nomine Chriſti conceptionem, educationẽ, & magna myſteria agnoſcimus. Flos eſt, cuſtos eſt, & idem ipſe Domino ſegregatus.

Cur Chriſtus Nazaræus vocari voluerit.

B *Chriſtus duodennis ducitur in Hieruſalem, reperitur à ſollicitis parentibus in templo, audiens & interrogans Doctores legis, vnde & omnes ſtupebant. Deo patri ſuo teſtimonium reddit. Hæc autem beatiſſ. Virgo conſeruat in corde ſuo.*

LVC. 2.

Matth. Marc. Ioan.

C PVER autem creſcebat, & confortabatur: plenus ſapientia, & gratia Dei erat in illo. Et ibant parentes eius per omnes annos in Hieruſalẽ, in die ſolenni Paſchæ. Et cùm factus eſſet annorũ duodecim, aſcendẽtibus illis in Hieroſolymã, ſecundum conſuetudinem diei feſti, conſummatiſque diebus cùm rediret, remanſit puer Ieſus in Hieruſalem, & non cognouerunt parentes eius. Exiſtimãtes autem illũ eſſe in comitatu, venerunt iter diei, & requirebant eum inter cognatos & notos. Et non inuenientes, regreſsi ſunt in Hieruſalem, requirentes eum. Et factum eſt, poſt triduum inuenerunt illum in templo ſedentem in medio Doctorum, audientem illos, & interrogantem eos. Stupebant autem omnes qui eum audiebant, ſuper prudentia & reſponſis eius. Et videntes admirati ſunt. Et dixit mater eius ad illum, Fili, quid feciſti nobis ſic? ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Et ait ad illos, Quid eſt quòd me quærebatis? neſciebatis, quia in his quæ patris mei ſunt, oportet me eſſe? Et ipſi non intellexerunt verbum quod loquutus eſt ad eos. Et deſcendit cum eis, & venit Nazareth, & erat ſubditus illis. Et mater eius conſeruabat omnia verba hæc in corde ſuo. Et Ieſus proficiebat ſapientia & ætate & gratia apud Deum & homines.

D EX teneris quidem plantis, ſi fœliciter creſcant, ramos & folia diffundant, argumentum valiturę arboris ducimus. Ex ipſis etiam equorum pullis, ex eorum inceſſu, audacia, aſpectu, alacritate, colore, cæteriſque ſimilibus, paterfamilias ſibi meliorem ſpem repromittit: ſicut & cecinit his verſibus Virgilius, lib. 3. Georgic.

Introductio.

Virgilius.

Præcipuum iam inde à teneris impende laborem.
Continuò pecoris generoſi pullus in aruis
Altiùs ingreditur, & mollia crura reponit.
Primus & ire viam, & fluuios tentare minaces
Audet, & ignoto ſeſe committere ponto.
—Tum ſi qua ſonum procul arma dedere,
E *Stare loco neſcit: micat auribus, & tremit artus,*
Collectúmque premens volvit ſub naribus ignem.

Boues, etiam & canes, cæteráque domeſtica animantia, ex corporis conſtitutione, & animi alacritate probãtur. Quanto maius meliúſque in puero aut iuuene futuræ probitatis expectatio colligetur, ſi Deum timuerit, ſi parentibus obedierit, ſi iis ſtudiis, ad quæ naturâ duce impelletur, ſponte incubuerit: ſi in omnibus virtutis exemplaria produxerit? Filius ſapiens gloria patris eſt. Ecquis verò explicare valeat, quanto gaudio in filij ſui adhuc pueri quotidie ſuccedentibus magnarum virtútum exemplis, virgo mater perfuſa ſit? Lætantur agricolæ, ſi verno & æſtiuo tempore meſſem ſuam ſuccreſcere viderint, & ea elabi pericula quæ timebant. Nec minus, ſi quis arbores primùm floribus, demùm fructibus vberrimos, & omnem aëris perniciem ſuperari proſpexerit. Exultant quoque parentes, ſi leuitatem illam, quæ iuuenili ætati adiuncta eſt, ſenſim effluere: quotidie verò in filiis maiorem pietatis & vitæ ſanctimoniam apparere viderint. Hoc Lucas Euangeliſta in Chriſto notat. *Puer*, inquit, *creſcebat, & confortabatur ſpiritu,*

Beda, *Quomodo christus crescebat.* Fulgent.

plenus sapientia, & gratia Dei erat in illo. Beda in Luc. Crescere corpore, & confortari ætate humana intellige. Sapiētia enim est ipsa diuinitas, qua plenus erat: gratia est coniunctio diuinitatis & humanitatis in vnam personam. Similiter scripsit & Ioannes, plenū gratia, & veritate: idem dicens veritatē, quod Lucas sapientiā. Fulgent. l. 1. ad Thrasim. c. 8. Hinc demonstrat mediatorē Christū, non modò veram naturā diuinā, sed & verā & integrā naturā humanam habuisse. Nā cùm illa in anima & corpore consistat, de vtroque hîc agitur. Crescere enim, corporis est: confortari spiritu, est animæ. Origenes, hom. 19. in Luc. Hoc verò, inquit, hominum natura non recipit, vt ante duodecim annos sapiētia compleatur. Aliud est partem habere sapiētiæ: aliud, sapientia esse completum. Non ambigimus ergo diuinum aliquid in carne Iesu apparuisse: & non solùm super hominem, sed super rationalem quoque creaturam. Et *crescebat*, inquit. Humiliauerat enim se, serui formam accipiens, & eadem virtute, qua se humiliauerat, crescit. Apparuerat infirmus, qui infirmum corpus assumpserat, & ob id iterum confortatur. Et hom. 18. in Luc. Quid plus de Domino nostro, quàm de cæteris dicitur? De Ioanne siquidem (Luc. 1.) G Puer autem crescebat, & confortabatur spiritu: Hic verò de Domino, Crescebat, inquit, & confortabatur, & replebatur sapientia, & gratia Dei erat super illum. Hæc omnia de puero, qui necdū duodecim annos impleuerat, dicta sūt. ἐκραταιοῦτο πνεύματι, cōfirmabatur, seu corroborabatur spiritu. Etsi enim nō modò omnibus gratiarum donis semper plenus Christus fuerit, sed & omnium bonorum fons indeficiens: attamen quia veram nostram assumpsit, inde colligimus, quid eius humanæ naturæ conueniat, quid item nostræ. Hæc igitur ad carnem seu naturam assumptam referuntur, quæ argumentis exterioribus intus corroborari videbatur.

Origen. Idem.

Quo spiritu confortabatur.

Quis enim alius paruulorum animas ad pietatē erigat, gratiis donet, & corroboret, quàm Spiritus sanctus? Hoc sanctificatur Ioannes in vtero, hoc abluimur in baptismate. Hic enim est spiritus adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus, Abba pater. In Christo signati sumus, spiritu promissionis sancto, inquit Apostolus. Hic est, qui postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus: qui ab Esaia nuncupatur Spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus doctrinæ & pietatis, & spiritus fortitudinis Domini. Possumus & spiritum referre ad diuinitatem. Euthym. in Lucam. Tanquam puer, inquit, crescebat ætate: *corroborabatur* autem aduersus malitiam *spiritu*, siue vnita sibi diuinitate. Nam spiritus vocatur & diuinitas. Vel etiam alio modo, Corroborabatur spiritu, videlicet sancto: gratia autem Dei, siue Patris, erat super illum. Sicut enim incarnatus est ex Patris beneplacito, ac superueniente Spiritu sancto: ita etiam conuersabatur ac operabatur per beneplacitum Patris, & cooperationem Spiritus sancti. Theophilactus in Luc. Iesus quidem quantum ad corpus creuit, quamuis potuisset ex vtero matris, in staturaviri perfecti procedere. Visum tamen fuisset phantasma, & propterea paulatim crescit. Quum autem creseceret, emicuit Dei verbi sapientia. Non enim sapiens fuit proficiendo, absit: sed paulatim declarauit insitam sapientiam. Si enim, quamdiu breuis fuisset statura, ostendisset omnē sapiē- I tiam, visus fuisset prodigiosus: nunc autē iuxta rationem staturæ, seipsum pro ipsius capacitate ostendens, dispensationem implebat, non assumēs sapientiam. Quid enim perfectius eo, qui ab initio fuit perfectus? Bonauentura in Luc. Perfectio autem virtutis mentalis consistit in tribus: scilicet in vigore potentiæ, respectu irascibilis: in splendore sapientiæ, respectu rationalis: & feruore gratiæ, respectu concupiscibilis. Quantum ergo ad vigorem potentiæ irascibilis, dicitur, *& confortabatur spiritu.* Ezech. 3. Manus Domini erat mecum, confortans me. Phil. 4. Omnia possum in eo, qui me confortat. Quantum ad splendorem sapiētiæ in rationali, subditur, *Plenus sapientia.* Coloss. 2. Nam in ipso sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ reconditi. Esa. 11. Requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ, &c. Quantum ad feruorem gratiæ in concupiscibili, dicitur, *Et gratia Dei erat in illo.* Eccles. 24. In me gratia omnis vitæ & veritatis. Ioan. 1. Gratia per Iesum facta est. Hæc autem omnia non parenti- K bus modò, & circumuicinis, sed & ipsis legis doctoribus innotuerunt, ex disputatione cum illis habita ab eo tum duodecim tantùm annos agente. *Et ibant parentes eius per omnes annos in Hierusalem, in die solenni Paschæ.* Nō eos reuocabat aut temporum, aut itineris difficultas, nec summa rerum Iudaicarum discrimina, emergentibus quotidie seditionibus, interim dum Archelaus regnaret, deterrebant. Et quidem maribus tantùm præcipiebatur, vt ter in anno apparerent in loco, vbi tabernaculum erat fœderis, Deut. 16. Quod fiebat, vt Deo cultum suum & sacrificia persoluerent, à peccatis expiarentur, legem Dei certiùs discerent, & in vnum omnium Israëlitarum animi conuenirent. Porrò mulieres domi viros suos interrogare poterant. Verùm qua erat in Deum pietate virgo, comitem sese quotannis ad diem festum præbebat. Hinc discimus, quòd templi ministrorum vitia ita prætexenda non sunt, vt interim nos à tēpli con-

Theoph.

Christ⁹ nō fuit sapiens proficiēdo.

Bonauent. *In quibus consistit perfectio.*

Pietas parētū Christi.

A conuentibus,à sacramentorũ & verbi ministerio subtrahamus. Habebant tum alij Samaritanum templum celebrius,alij Herodis templum commendabãt:de quo Iosephus lib.15. Antiq. cap.vlt.Alij ei Salomonicum præferebant:alij in desertis morabantur:alij Gentiũ moribus corrumpebantur.Noluerunt autem parentes Iesu,ne in minimo quidem ab instituto Dei,& consuetudinibus recedere.Sic Tob.1.cùm omnes ad vitulos aureos se conferrent,quos Ieroboam rex Israël in Samaria conflauerat,solus Tobias omniũ consortia fugiens,pergebat in Hierusalẽ, & in templo adorabat Dominum Deum Israël,omnia primitiua sua, & decimas suas fideliter offerens.Hæc est fidei cõstantia,vt omni humano timore sepositο,Deum colamus.Matth.10. Nolite,inquit Christus,timere eos qui occidunt corpus,animam autem non possunt occidere. Et,Qui erubuerit me corã hominibus, erubescam & ego eum coram patre meo. Quot olim ob timorem tyrannorum,& violentiam persecutionũ, etiam occlamante propria conscientia, B aut impiis adhæserunt,aut dissimularunt?Ideò de ipsis agit Cyprian.ser.de lapsis, num tandem Ecclesia meliùs agente,ad pœnitentiam recipiendi essent.Quot etiam fuerunt, qui nollẽt flectere genua ante Baal?Hoc constantiæ nobis in Christi parẽtibus exemplum proponitur.Obseruabant hæc legis præscripta: Exod.23. Tribus vicibus per singulos annos mihi festa celebrabitis.Et ibid.Ter in anno apparebit omne masculinum tuum coram me. Deut.12. Ad locum quẽ elegerit Dominus Deus vester,de cunctis tribubus vestris venietis.2. Par.7. Elegi enim & sanctificaui mihi locum istum,vt sit nomen meum ibi in sempiternum.Vocat autem *diem solennem Paschæ*,vt Exod.12.Habebitis hunc diem in monumentũ, & celebrabitis eam solennẽ Domino,in generationibus vestris,cultu sempiterno.Solẽnis erat, ob significationẽ mysterij in Christo,mortis scilicet,& victoriæ,& resurrectionis:solẽnis ob agnũ Paschalẽ,& Christi cœnæ typũ:solennis denique,ob sanctificationẽ,quæ tũ fiebat,per aspersionẽ sanguinis.Euseb.Emiss. C in ho.Inde fit,vt parentes Iesu veniant Hierusalẽ,vt legẽ audirẽt,sacrificiis participarent,solennitatibus interessent,& eius adhuc vmbræ seruiebant,cuius iam tenebant veritatẽ. Tota enim illa solennitas Christi passionem & resurrectionẽ,& cętera quæ de eo scripta sunt,significabat. Et hac sanè ratione in Ecclesiam conuenitur,vt orationũ participes efficiamur,teste Chrysost. ho.3.de incomprehensibili Dei natura.Vt scripturas audiamus.Sic monet Canon Apostolorũ. Omnes fideles qui adsunt solennibus sacris,scripturas & Euangelium audiant.Vt impetremus quæ postulamus.Ambros.l.5.in Luc.Fieri namque potest Ecclesiæ cõtemplatione,vt quod alicubi Dominus negare posset,ignoscat.Tertull.in Apol.c.19.Nã quòd,cùm coit cœtus omnis, & aggregatur ad Deũ,inquit,cùm quasi manu facta precationibus ambiũt orantes,grata hæc vis est Deo,quódque singulis petentibus negaturus fortè fuerit, multorũ vnanimitati precãtiũ ferè tribuit.Et huius quidẽ gratia templũ extructũ Salomon agnoscebat,sic orans,3.Reg.8.Sint D oculi tui aperti die ac nocte sup domũ,de qua dixisti,Erit nomen meũ ibi:vt exaudias orationẽ serui tui,&populi tui Israël in loco isto.Denique fidei,& laudis diuinæ cõfessio tanto celebrior est,quanto in multitudine populi coniunctior.Vnde & Psaltes:In medio Ecclesiæ laudabo te. Itaque *cùm factus esset Iesus annorũ duodecim*.Hæc ad humanitatẽ referuntur.Sicut enim nullũ est eius diuinitatis principium,ita nec vllus est annorum successus.Tecum principiũ,in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorũ,ex vtero & ante luciferum genui te.Ps.109.Egressus eius ab initio à diebus æternitatis.Mich.5.Ideò omnia sicut vestimentum veterascent, tu autẽ idẽ ipse es,& anni tui non deficiũt.Ps.101.Cæterùm si assumptã humanitatẽ spectes,vt in tẽpore natus est,ita progressum annorũ habuit.*Ascendentibus illis Hierosolymã* Christi parentibus, Maria & Ioseph,*secundũ consuetudinẽ diei festi*,ascendit pariter & ipse Iesus cum illis. Consuetudinẽ vocat,non modò conuentũ illũ celebrem,sed & tẽpus,& traditiones,&ceremonias omnes intelligit.Cæterùm mihi in Christo prospice bonæ indolis exemplũ.Non enim tantùm grandiores E seu homines ipse virilem adeptus ætatẽ,sed & pueros suo instruxit exẽplo.Quid enim in puero commendabilius esse possit,quàm vt animo prompto in Dei templũ conueniat, hîc oret, hîc attentè verbũ Dei audiat?Puer enim iuxta viam quam ambulauerit,etiã cùm senuerit,non recedet ab ea.Laudatur Samuel,quòd ipse puer in tẽplo pernoctauerit, & diuina voce excitatus fuerit.Seuerus Sulp.D.Martinum laudat,quòd ipse duodecim annos natus, inuitis etiã parentibus ad Christianorum templa confugeret,& catechumenum se fieri postularet.Hæc ille spiritus in iis operabatur,quo Christus plenus erat,quo ad omnia quæ nobis exẽplo sunt,impellebatur.Eus.Emiss.in ho.Erat igitur cum cæteris Iesus in solennitate,qui totius erat causa solennitatis.Permixtus turbis ab omnibus videbatur, qui in lege & Prophetis prædicabatur, in sacrificiis significabatur,& à nemine cognoscebatur,quia duplici velamine tegebatur:inde velamine literæ,hinc carnis pariete.Vnde scriptũ est (Cant.2.)En ipse stat post parietem nostrũ,re-

Ioseph.

Quàm prõpto animo festis diebꝰ in Ecclesiã conuenire debeamus.

Cyprian.

Pascha solennis dies.

Euse. Emiss.

Chrysost.

Canon Apost.

Ambros.

Tertull.

Cur in Ecclesia conueniamus.

Christus pueris dat pietatis exemplum.

Seu. Sulp.

Eus. Emiss.

ſpiciens per feneſtras, proſpiciẽs per cãcellos. Ipſe iugulabatur in agnis, immolabatur in vitulis, F
& in omnibus ſacrificiis offerebatur. Mater quoque eius multa in lege & Prophetis cantari ibi
audiebat, quæ de ipſa dici intelligebat, & in ſe iam completa eſſe ſciebat: qualia ſunt Eſ. 7. Ecce
virgo concipiet, &c. Et, Exurget virga de radice Ieſſe. *Conſummatiſque diebus* ſeptem, quibus ſo-
lennitas Paſchatis ſeruabatur, iuxta illud Deut. 16. Septem diebus comedes abſque fermento:
cùm interim dies immediatè illos præcedens, in cuius veſpera immolabatur agnus 14. luna, vt
legitur Exod. 12. etiam ad præparationem feſti pertineret, vt obſeruat Gloſſa ordinaria. Ita enim
docebant ad conſummationẽ vſque ſacrorum in templo perſeuerandum, ne ſit qui non peracta
oblatione, & accepta benedictione, aut perfecta concione diſcedat. *Cùm redirent* ab Hieruſalem
in Galilæam, *remanſit puer Ieſus in Hieruſalem*, non fortuitò, aut caſu, ſed certo ſuo conſilio &
Beda. deliberatione. *Et non cognouerunt parentes eius*, quòd ibi remanſiſſet: quia, vt ſcribit Beda, ad has
ſolennitates conuenientes, atque ad propria remeantes, viri & fœminæ ſeorſum incedebant, in- G
fantes autem ac pueri cum altero parentum, quem ſelegiſſent, ire poterant. Vnde factum, vt &
Euthym. Maria Ieſum cum Ioſepho, & Ioſephus eundẽ cum Maria eſſe putarent. Euthym. in Luc. Iux-
Bonauent. ta diuinam prouidentiam hoc factum eſt, ne prohiberent eum. Bonauent. in Luc. Et ita ſolus
Figura huius facti. ſine parentũ cõſortio. Huius figura præceſſit in puero Samuele, de quo dicitur 1. Reg. 2. quòd
abiit Helcana in domum ſuam, puer autem erat miniſter in conſpectu Domini. Thren. 3. Se-
debit ſolitarius, & tacebit. Quódque non cognouerunt parentes eius, figura præceſſit in Sam-
ſone, qui noluit patri & matri indicare, quòd mel de corpore leonis aſſumpſerat, Iudic. 14. in
quo etiam præbuit exemplum, quòd in reddendo diuino obſequio non ſemper ſit à carnalibus
parentibus conſilium requirendum. Deut. 33. Qui dixerit patri ſuo & matri ſuæ, Neſcio vos, &
Deus eſt fratribus ſuis, Ignoro illos, hi cuſtodierunt eloquium tuum, & pactum tuũ ſeruauerunt. Matth.
præferẽdus 10. Qui reliquerit patrem & matrem, ſorores, fratres, vxorem, filios & agros propter me, cen- H
parentibus. tuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit. Vnde & dicẽti cuidam Chriſto, Vado primùm
ſepelire patrem meum, & ſequar te, ait: Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos. Bonum eſt hac in
Hierony. parte fuiſſe crudelem, vt ad crucis Chriſti ſignum conuolare poſſis, ait Hieronymus Epiſt. ad
Niceph. Heliodorum. Quid quòd, vt ſcribit Nicephorus Caliſtus hiſt. Eccleſ. lib. 11. cap. 37. Pior ne qui-
dem parentum ſuorum aliquẽ aſpectu dignatus eſt, ne fortè à propoſito vitæ Monaſtices auo-
caretur? Inſciis ergo parentibus manet Ieſus in templo. Et ne putes hanc eorum ignorantiam
ex contemptu & negligentia emerſiſſe, quod ſanè vtrique vitio dari poſſet, ideò Lucas adiicit,
Exiſtimantes illum eſſe in comitatu, venerunt iter vnius diei. Vox Græca propriè ſonat, comites
& ſocios eiuſdẽ itineris. Cùm autem iam veſpera primæ diei, qua regrediebantur in Nazareth,
adueniſſet, iam in hoſpitia ſua ſubductis omnibus, *requirebant eum inter cognatos & notos.* Solẽt
enim pueri illos ſectari, & nonnunquam eiuſdem ætatis pueros ſequi. *Et non inuenerunt eum.* I
Etſi enim Chriſtus verè carnem aſſumpſit, ordo tamen diſpenſationis illius, quinetiam cætera
omnia quæ eius ſunt, doctrina, virtutes & ſigna, non inueniuntur inter parentes & notos: quia
omnem naturæ conditionem ſupergrediuntur. Etſi cognouimus Chriſtum ſecũdum carnem,
inquit Apoſtolus, nunc tamen non cognoſcimus: quia caro & ſanguis non percipit quæ Dei
ſunt. Non inuenitur Chriſtus in cortice literæ, ſed in medulla & ſpiritu. Sed & ipſi eius noti
eum aliquando contempſerunt, ita vt dicere potuerit illud Iob 19. Noti mei quaſi alieni receſ-
Theoph. ſerunt à me. Theophilactus in Lucam. Quare autem quærebant illum? Num ſuſpicabantur il-
lum adinſtar puerorum, à via aberraſſe? Abſit. Neque enim hoc ſapientiſſimæ Mariæ fuerit,
quæ plurimas de illo acceperat reuelationes: neque Ioſeph, cui & de ipſo reuelatum erat, quòd
à Spiritu ſancto eſſet. Verùm quærebant illum, ne quo pacto ab illis abiiſſet, & reliquiſſet eos. K
Et reuerſi ſunt in Hieruſalem, quærentes eum. ac ſi quiſque eorum id ſibi vendicaſſet. Cantic. 3.
Surgam, circuibo in ciuitatem, quæram quem diligit anima mea. Cantic. 5. Quæſiui, & non in-
ueni illum: vocaui, & non reſpondit mihi. Adiuro vos, filiæ Hieruſalem, ſi inueneritis dile-
ctum meum, vt nuncietis ei, quia amore langueo. Hinc diſcimus exemplo Mariæ, vbi Chri-
Chriſtus re- ſtum requiramus. Vnaquæque res propria quæque loca habet. Piſces in aqua quæruntur, feræ
quirendus. in deſertis & montibus, pecora in paſcuis, fructus in arboribus: Chriſtus in Hieruſalem, quæ vi-
ſio pacis interpretatur: quia Pſ. 75. in pace factus eſt locus eius: nec niſi inter filios pacis habitat.
1. Corinth. 14. Non enim eſt Deus diſſenſionis, ſed pacis. Vnde ſuos monuit illis in domi-
bus manere, in quibus eſſet & filius pacis. Nam ſi tu Baccho ſeruias, aut Veneri, ſeu Mo-
mo Deo, ſeu cæteris idolis, ad domum pacis minimè conuenies. 1. Cor. 10. Numquid domos
non habetis ad manducandum & bibendum, aut Eccleſiam Dei cõtemnitis? Eccleſia per Hie-
ruſalem deſignatur. In vna Eccleſia inuenitur Chriſtus. Si autem quis dixerit, Hîc aut illic eſt

Chri-

A Christus, nolite credere, (Matth.24.)Ne quæras inter hæreticos,ne inter barbaros:quære inter fideles. Cæterũ hinc doceãtur parẽtes,quantã de filiis curã habere debeãt:ne eos diuagari, ne quæuis consortia sequi patiantur. Siquidem, Corrumpunt bonos mores colloquia praua.& *Quomodo instruendi sint pueri, & eis prospiciendũ.*

Quo semel est imbuta recens, seruabit odorem
Testa diu.

Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Et vt cecinit Psaltes, Cum sancto sanctus eris,& cum viro innocente innocens eris. Lætentur autem parentes, siquidem filios viderint lubenter pios & eximios viros sequi. Exultabat Philippus rex Macedonum sibi natum Alexãdrum tẽporibus Aristotelis,qui ab eo doceri posset. Cæteris in rebus obserua quæ à Sapiẽte dicuntur,Eccl.30.Non des puero potestatem in iuuentute,ne despicias cogitatus illius. Curua ceruicem eius in iuuentute,& tunde latera eius,dum infans est:ne fortè induretur, & non credat tibi,& erit dolor animæ tuæ. Verùm fortassè requires, quid tale timendum erat Christo? Nihil sanè:nec deest tamẽ cura & sollicitudo matris & ipsius Ioseph
B eius cõiugis. Quãta putas sollicitudine puerũ requirebat? Mulier quærẽs dragmã,verrit domũ, & accendit lucernam,& ne angulum quidẽ præterit, in quẽ non inspiciat. Pastor ouẽ perditã per vicinos montes inuestigat. Qua non diligentia,& summo affectu tantum thesaurum sibi commissũm piissima virgo requireret? *Et factum est, post triduum inuenerunt illum.* Euthym. in Luc. Vnum quidem in itinere diem consumpserunt, antequàm requirerẽt illũ inter cognatos & amicos: alterum, quando non inuẽto eo reuersi sunt in Hierusalẽ: tertio demum inuenerũt illum in templo, siue in sacro loco,& in sacro negotio: non in foro, aut theatro, quibus plerũque iuniores delectari solent. Ita docebamur Christum requirere in loco orationis,& meditationis, non in prophanis quibusque locis. Domus, inquit, mea domus orationis vocabitur. In tabernis, ganeis, & ludis filios Sathanæ inuenias: hîc Deum, hîc Christum blasphemari audies: in
C templo verò & Christum habebis,& Sathanam abiurabis. Itaque magna ratio templi habenda est, ne fortè illud prophanis colloquiis & cogitationibus polluamur. Inuenerũt igitur illum *sedentẽ in medio doctorum.* Ambros. l. 2. in Luc. c. 9. Post triduum reperitur in templo, vt esset indicio, quia post triduum triumphalis illius passionis, in sede cœlesti,& honore diuino, fidei nostræ se resurrectionis offerret, qui mortuus credebatur. Euseb. Emiss. in ho. Ante triduum nõ inueniebatur, quia non Deus, sed homo tantùm ab hominibus putabatur. Sed vbi inuenitur? In templo, in Ecclesia, in conuentu fidelium, in medio doctorum,& in cœtu Episcoporum. Bonauent. in Luc. Sessio designat quietem & humilitatem. Sciebat enim, quòd melius est sedere in angulo domus, quàm cum muliere litigiosa,& domo cõmuni, Prou.21. Sedet autem in medio doctorum. Ita Eccl.15. In medio Ecclesiæ aperuit os eius,& adimpleuit illum spiritu sapientiæ & intellectus. Sciebat enim scriptum esse, Prou.13. Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit:
D amicus stultorum, similis illis efficietur. Ita docebat pueros, immò & cæteros, se doctis & studiosis viris adiungere, à quibus eruditantur. Ita gloriatur Cicero, lib. de amicitia, se à senis Scæuolæ latere non discessisse:& ipse Paulus, se ad pedes Gamalielis eruditum esse. Eccl.6. Si videris sensatum, statim euigila ad illum. Et iterum: In multitudine Presbyterorum sapientum sta, & sapientiæ illorum ex corde coniungere. Describit autem Iesum, *audientem illos* doctores, *& interrogantem.* Audiebat quidem illos, non vt aliquid disceret, siue ex eorũ responsionibus proficeret: sed vt illis responderet potiùs & satisfaceret, & modestiam in disputationibus habendã ostenderet, de qua singulari oratione agit Greg. Nanz. Oportet autem vtrasque partes contendentes intelligere, de quibus loquantur,& quæ affirment. Ac profectò, inquit ille Orat. de moderat. in disputationibus seruanda, legis quoque edicto apud nos cautum esse oportebat, vt quẽ admodũ olim apud sapientes Hebræos, à quibusque scripturæ sacræ libris iuuenes arcebantur,
E vtpotè tenerioribus adhuc & infirmioribus animis obfuturis: eodẽ quoque modo non quibuslibet, nec semper, sed certo tempore, ac certis hominibus de fide disputãdi potestas fieret, iis nimirùm, qui nec animo sunt omninò tardo & ignauo, nec rursum nimiũ inexplebiles, & ambitiosi, atque impietatis studio feruentiores, quã par sit: Atque illic collocarentur, vbi nec sibiipsis noxij, nec aliis pernicioſi essent: iis autẽ, qui in disputationibus modesti, ac verè cõpositi & moderati essent, libera disputãdi facultas daretur: promiscua verò multitudo ab hac via morbo loquacitatis hac tẽpestate vigentis abducta atque auersa, ad aliud virtutis genus minus periculosũ traduceretur, vbi segnities & socordia minus periculosa futura esset, & acrius & immoderatius studiũ pietatis laudẽ haberet. Itaq; si quis cõtẽdat, quomodo factũ sit, vt legis doctores, qui tãto honore nomẽ Dñi & scripturas verebãtur, Christũ adhuc puerũ disputare pmiserit: respõdendũ erit, primũ aliquid eos quasi homine maius in eius dictis obseruasse, vnde & pleniorẽ ei loquẽdi facultatẽ fecerint: Magnã quoq; in Christo modestiã fuisse & prudẽtiã, quæ eos ad audiẽdum

Euthym. Ambros. Euse. Emis. Bonauent. Greg. Nãz. *Quomodo puer in disputationẽ admiss⁹ sit, cùm ab ea pueri & idiotæ arceantur.*

alliceret, vt in consequentibus audiemus. Ita mysticè docebat, se in medio Prælatorũ sedere, & F
eos erudire. Ait enim: Ego vobiscũ sum vsque ad consummationẽ huius seculi. Et quoties duo
Euse. Emis. aut tres cõgregati fuerint in nomine meo, in medio illorũ sum. Ibi ergo, ait Eus. Emiss. in ho.
Videbis Iesum, ibi sedet in medio doctorũ, ibi interrogat: audiens docet, & interrogãs instruit.
Ibi ei omnes actus nostri & cogitationes respõdẽt. Nihil ei absconditũ. Omnia videt, & cũcta
ei loquũtur. Ipse interrogabat, ipse respõdebat, ipse & suas & illorũ quæstiones soluebat: morem
agẽs peritissimi magistri, qui nunc interrogãdo, nunc respondendo discipulos instruit. Interim
Bonauent. tamẽ monebat, qua tandẽ via quis edoceri possit. Bon. in Luc. Hoc enim est exercitiũ addi-
scẽtis, vt audiat, & interroget de dubiis. Eccl. 32. Audi tacẽs, & pro reuerentia accedet tibi bona
gratia, quia auris bona audiet cũ omni concupiscentia sapientiã. Et ideò dicitur Ioã. 8. Qui ex
Deo est, verba Dei audit. Et quia audire solùm non sufficit, ideò subditur, *Et interrogantẽ*. Iob.
8. Interroga generationem pristinam, & diligẽter inuestiga patrũ memoriã. Et in hoc spiritua-
liter intelligẽdum est, quòd priùs discere quàm docere debeamus. Eccle. 18. Antequã loqua- G
ris, disce. Et ideò voluit in medio doctorũ inueniri, quia in scripturarum lectione & in oratio-
Vbi inuentus Christ⁹. ne veritas inuenitur. Vnde nota, quòd Christus 1. inuẽtus est in præsepio. Prou. 14. Vbi nõ sũt
boues, præsepe vacuũ est. Boues sunt prædicatores, teste Paulo, 1. Cor. 9. Non alligabis os boui
trituranti. Ita inuenitur inter prædicatores. 2. Inuentus est domi, Matth. 2. Intrantes domum.
Hæc significat scrutinium conscientiæ. Sap. 8. Intrans domum meam, conquiescam in illa. 3.
Inuentus est in templo, quia Dominus in templo sancto suo. Sed non inuenitur in monumẽto
doctrinæ erroneæ, nec in lectulo conscientiæ inquietę. Can. 3. In lectulo meo per noctes quæ-
siui, quem diligit anima mea: quæsiui illum, & nõ inueni. Nec inuenitur in consortio vitæ mũ-
Origen. danæ. Iob. 28. Sapientia vbi inuenitur? Et pòst: Non inuenitur in terra suauiter viuentiũ. Ori-
Quantum patribus Ecclesiæ de ferẽdũ sit. genes ho. 19. in Luc. Interrogat igitur pro ætatis officio, vt nos doceret, quid pueris, quamuis H
sapientes & eruditi sint, cõueniret: vt audiant potiùs magistros, quàm docere desiderent, & se
vana ostentatione non iactẽt. Greg. in cura pastorali, par. 3. admonitione 26. Inuenitur Iesus, nõ
Gregor. docẽs, sed interrogãs, ne infirmus docere quis audeat, si ille puer doceri interrogãdo voluit, qui
per diuinitatis potentiam, verbum sciẽtiæ, ipsis suis doctoribus ministrauit. Igitur à quibus me-
liùs doceamur, quã à primis illis Ecclesiæ doctoribus, quibus Christũ adfuisse, quos piè & san-
ctè vixisse, ex ipsis operibus, & vitæ periodo colligimus? Eccl. 8. Nec te prætereat narratio se-
niorũ: ipsi enim didicerũt à patribus suis: quoniã ab ipsis disces intellectum, & in tempore ne-
Augustꝰ. cessitatis dare responsum. Augustꝰ. lib. 1. cõtra Iul. Pel. c. 2. enumeratis aliquot superiorum tem-
porum patribus, adijcit: Quod credunt, credo: quod tenent, teneo: quod docent, doceo: quod
prædicant, prædico. Istis cede, & mihi cedes. Tantúm ne apud te possunt Pelagius & Cele-
stius, vt à solis ortu vsq; ad occasum, tot ac tantos Catholicæ fidei doctores & defensores, anti- I
quos, & nostræ ætati contiguos, dormientes & manentes, nõ solũ deferere, verumetiã Mani-
chæos audeas appellare? Et rursus. An tantã consensionem sacerdotum Catholicorum, con-
spirationem dicturus es perditorũ? Nec sanctũ Hieronymum, quia Presbyter fuit, contemnẽ-
dum arbitreris, qui Græco, & Latino, & Hebræo insuper eruditus eloquio, ex Occidentali ad
Orientalẽ trãsiens Ecclesiã, in locis sanctis, atque in literis sacris vsque ad decrepitã vixit ætatẽ.
Hic omnes, vel penè omnes, qui ante illum ex vtraque parte orbis de doctrina Ecclesiastica
scripserãt, legit: nec aliã de hac re tenuit, prõpsitque sententiã. Obserua qui ante illũ, ex vtraque
parte orbis de doctrina Ecclesiastica scripserint. Fuerunt enim iam inde à principio, cum ipsa
subnascente Ecclesia, viri ingenio, industria, eruditione clarissimi, Apostolorum tum discipuli,
Cyrillus. tum successores, grauissimi Ecclesiasticæ doctrinæ & assertores, & propugnatores. Cyrill. lib. 6.
in Ioan. cap. 20. Ipse, inquit, qui virtus Dei est, & sapiẽtia, in quo sunt omnes thesauri sapiẽtiæ
& scientiæ reconditi, non recusat interrogare homines, & audire illos: quid ergo nos talpæ cæ- K
Beda. cutientes, & noctuis similes, renuemus ab aliis quantumlibet mundo abiectis & exiguis, veri-
tatẽ ediscere? Eadem est obseruatio Bedæ, in id Christi factum. *Stupebant autẽ omnes qui illum audiebant.* Ecce potentia & efficacia doctrinæ Christi. Est enim stupor potẽtis & efficacis verbi
effectus, quem verbum potens & efficax prouocat in auditoribus suis. Stupenda enim sunt in
Origenes. Christo omnia, si ætatem puerilem cum gratia, & responsionibus eius conferas. Orig. ho. 19. in
Luc. Ex vno quippè doctrinæ fonte manat & interrogare, & respondere sapienter: & eiusdẽ
sciẽtiæ est, scire quid interroges, quídve respõdeas. Oportuit primùm saluatorẽ eruditæ inter-
rogationis magistrum fieri, vt postea interrogationibus responderet, iuxta rationem Dei atque
Theoph. sermonẽ. Theo. Vides quomodo profecerit in sapiẽtia, eò quòd noscereture à multis, & in admi-
ratione esset. *Super prudẽtia & respõsis eius.* Hinc manifestũ est, nõ modò quòd interrogauerit

eos,

A eos,vt doceretur:sed quòd legis doctores maiori spe cõcepta eũ,de iis,quæ abstrusiora videbãtur, interrogauerint,ad quæ ille responderit. Hieron. Epist. ad Paulinũ,illũ scribit de legis quæstionibus egisse:nec dubium est,quin occurrente tunc de Christi aduẽtu omniũ expectatione, sed & iis emergentibus scripturis & difficultatibus,quæ eius aduentũ exprimunt,ipse etiã eorũ nonnulla explicaret. Tum enim temporis frequentissimas de ea re quæstiones fuisse, docent & Magorũ interrogatio,& de Messya inquisitio facta:nec deerant, qui Simeonis aliorumq; oracula designassent. *Et videntes admirati sunt*,eo ampliùs,quo paucitatẽ videbãt annorũ,& tamen diuinam lingua sapientiam prodebat,etsi infirmitatem humanam ætas prætenderet. Iob.12. Ita adducit consiliarios in iustum finem,& iudices in stuporem. Et sic impletũ est illud Sap.8. Habebo per hanc claritatem ad turbas,& honorem ad seniores,& acutus inueniar in iudicio,& in conspectu potentiũ admirabilis ero,& facies Principũ mirabuntur me. Hoc etsi per sapiẽtiam Salomon assecutus sit,magis tamen Christus,quem totus orbis, necdũ qui tum in templo erãt

B doctores,mirati sunt. *Et dixit mater eius ad eum,Fili,quid feciſti nobis sic? Ecce pater tuus & ego,dolentes quærebamus te.* Hæc per increpationem & obiurgationem non dicuntur. Nec enim durè illi loqui virgo poterat,quem vnicè diligebat:sed verba sunt conquerentis,& affectum suũ aperientis matris. Sciebat illũ omnia prudenter efficere:interim tamen sollicitudinem illam suam, qua priùs premebatur,dissimulare non potuit. Quare diceret, Saltẽ si hîc manere decreueras, nos monere debueras, ne cũm tanto animi angore per tres dies te requireremus. An'ne est aliquid in me,& Iosepho viro meo,quòd istud nos latere volueris, & in ea re nostram in te dilectionem & affectum probare? An non nosti quanta te charitate,quanta denique cura prosequamur,& quanti te faciamus? Scilicet & nonnunquam ita suos probat & tentat Deus,num illum diligant. Et quomodo non mea in te maior,quàm matrum omniũ in filios suos,fuerit dilectio?

C Inde factum est,vt pater tuus & ego dolẽtes quæreremus te. Porrò miranda est virginis humilitas & modestia. Poterat hîc se agnoscere,& vocare solã matrem:poterat se viro præferre: sed quia Iosephus eius verus sponsus est,ideò non tantùm illũ patrẽ Christi vocat, sed & sibi illum præfert,dicens, *Pater tuus & ego:*& communem vtriusque de Christo sollicitudinem indicat. Augustinus lib.2. de consensu Euang.cap.1. Sed cùm narret Lucas,non ex concubitu Ioseph, sed ex Maria virgine natum esse Christum,vnde eum patrem eius appellat? Nisi quia & virũ Mariæ rectè intelligimus sine commixtione carnis,ipsa copulatione coniugij:& ob hoc etiã Christi patrem multò coniunctiùs, qui ex eius coniuge natus sit, quàm si ei esset aliunde adoptatus. Vnde manifestum est,illud quod ait,vt putabatur filius Ioseph,propter illos dixisse, qui illum ex Ioseph,sicut alij homines nascuntur,natum arbitrantur. Idem libro 1.ad Valerium, de nuptiis & concupiscentia, cap.11. Quibus verò placuit ex consensu, ab vsu carnalis concupi-

D scentiæ in perpetuum continere,absit vt inter illos vinculum coniugale rumpatur: immò firmius erit,quo magis ea pacta secum inierint, quæ chariùs concordiúsque seruanda sunt, non voluptariis corporum nexibus,sed voluntariis affectibus animorũ. Erat quippè illa virgo: ideò sanctiùs & mirabiliùs iocunda suo viro,quia etiam fœcunda sine viro,prole dispar, fide cõpar. Propter quod fidele coniugium parentes Christi vocari ambo meruerũt,& non solùm illa mater,verumetiam ille pater eius,sicut coniunx matris eius,vtrumque mente,non carne,siue tamen ille pater,sola mente:siue illa mater,& carne:parentes tamen ambo humilitatis eius, non sublimitatis:infirmitatis,non diuinitatis. At ille vt ostenderet,habere se præter illos,patrem,qui eum genuit præter matrem, respõdit eis: *Quid est quòd me quærebatis? Nesciebatis quia in his quæ patris mei sunt,oportet me esse?* Origen.hom.20.in Luc. Primùm simpliciter sentientes armemur aduersus impios hæreticos,qui dicunt patrem Christi Iesu non esse conditorem,neque Deum

E legis,sed nec Prophetarum. Ecce Pater,Deus templi asseritur. Erubescant Valentiniani,audiẽtes Iesum inquientem,In his quæ patris mei sunt,oportet me esse. Erubescant hæretici,qui Euangelium recipiunt secundum Lucam,& quæ in eo scripta sunt,contemnunt. Ambros.lib.2. cap.9.in Luc. Duæ enim sunt in Christo generationes:vna est paterna,materna altera. Paterna diuinior, materna verò, quæ in nostrum laborem vsumq; descendit. Et ideò quæ supra naturam,supra ætatem,supra consuetudinem fiunt,non humanis assignanda virtutibus, sed diuinis referenda sunt potestatibus. Alibi enim mater ad mysterium impellit:hîc arguitur,quia adhuc quæ humana sunt,exigat. Vides igitur matrem didicisse à filio, vt exigeret à validiore mysteriũ, quæ stupebat in iuniore miraculum. Theophilactus in Luc. Cùm enim illa Ioseph patrem eius dixisset, ille dixit: Non hic verus pater meus est, alioqui in domo eius mansissem:sed Deus est pater meus, & propterea in domo illius sum, hoc est in templo illius. Cyrillus ad Reginas, de recta fide. Vide igitur,inquit, quomodo proprium suum patrem appellat eum qui in cœlis

Hieronym. De quibus Christus egerit in templo.

An virgo filium increpauerit.

Augustin. Matrimonium etiam stat sine copula carnali.

Idem.

Origen. Christus à patre Deũ Patrem suũ prædicat.

Ambros.

Theoph. Ioseph non fuit verus pater Christi.

Cyrill.

est:sed siquidem homo esset seorsim,& talis quispiam intelligeretur esse vt nos sumus,quomodo non oportebat potius dicere:Nesciebatis quòd in his quæ omnium patris sunt, esse me oportebat?Sed proprium suum facit: solùm enim ex illo natus est, secundum naturam, diuino more:idem autem & homo factus proprium habet,ac naturæ patrem Deum. Euthym. Euthym.in Luc. Mater eius de adoptiuo patre locuta fuerat:ipse autem eum,qui natura sibi pater erat,manifestabat. Sic Ioan.6.Descēdi de cœlo,non vt faciam voluntatem meam,sed voluntatem eius qui misit me patris. Vnde nec mirum esse debet,si vos ad tempus reliqui,vt æterno patri morē gererem. Act.5.Obedire oportet Deo magis quàm hominibus. Et quia verbum erat occultum, *ipsi horum nihil intellexerunt*.1.Cor.2.Loquimur Dei sapientiam in mysterio,quæ absconditā est. Et Tob.12.Sacramentum regis abscondere bonum est. Etsi enim scirent ipsum esse Christum, non proinde tamen statim diuina omnia mysteria,de quibus loquebatur,cognouerūt:nec propterea infœliciores erant. Multa enim sunt,quæ maximam habent difficultatem:non intellecta verò,non tollunt hominis fœlicitatem. Nam & Christus,inquātum homo,multa ignorasse dicitur: vt cùm ait,De die illo nemo scit,neque filius hominis: sed nec Angeli Dei. Nec proinde aut Angeli ipsi à sua beatitudine arcebantur. Ex his etiā colligimus,quàm magna verbis Christi,immò & scripturis,inserta sit obscuritas. Augustin.in Epist.ad Volusianum,tantam in cœlestibus literis profunditatem agnoscit,vt licet ab ineunte ætate illis incumbat, & magno tandem otio,summóq; studio & ingenio in illis perseueret,semper habeat quod discat:Immò verò quæ liberalis scientia est,quam quis,quantumuis vixerit,ad plenum assecutus sit? Augustin. lib.2.de doct.Christ.c.6.Ideò scribit sacram scripturam multa obscura & intellectu difficilia inuoluere, vt superbia nostra labore dometur,& animi fastidium excutiatur:cui facilè inuestigata,plerumque vilescunt. *Et descendit cum eis,venítque Nazareth*:à qua etiā cum illis ascendit. De qua ascēsione sua ad festiuitatem legalem,per Zachariam,de ipso prædixit,dicēs (Zach.8.) Vadam etiā ego:vt meditatur Dionys. Carthus.in Luc.c.2.art.8. Nam paulò antè ibidem habetur,Hęc dicit Dominus exercituū: Vsquequò venient populi,vt habitent in ciuitatibus multis, & vadant habitatores vnusquisque ad alterum,dicentes,Eamus,& deprecemur faciem Domini? Quibus mox subditur: Vadam etiam ego,scilicet ego Dominus exercituum,qui ista loquor. Non enim de seipso hoc Zacharias ait. *Et erat subditus illis*:quoniā sicut in seipso humilimus fuit vt homo, sic in exterioribus humiliauit seipsum,non solùm matri,sed & nutritio se subiiciens,secundum naturam assumptam,&legem quam de honorandis parentibus tulit. Hoc autem impleuit non necessitate,sed dignatione & pietate. Ambros.l.2.in Luc.c.8. Quid enim magister virtutis,nisi officium pietatis impleret?& quid miramur si patri defert,qui subditur matri? Non vtique infirmitatis,sed pietatis ista subiectio est. Attollat licet sæuis emissus latebris coluber perfidiæ caput,& serpentinis euomat venena pectoribus:cùm dicit se filius missum,maiorem appellet hæreticus patrem,vt imperfectum filium dicat,qui potest habere maiorem, vt alienis auxiliis asserat eum qui mittitur,indigere:nūquid & humano egebat auxilio, vt materno seruiret imperio? Deferebat homini,deferebat ancillæ. Ipsa enim dicit,Ecce ancilla Domini. Deferebat simulato patri,& miraris si Deo detulit? An homini deferre pietas est, Deo deferre infirmitas est, vel ex humanis diuina perpende,& quid patri amoris debeatur,agnosce. Pater honorificat filiū,nō vis vt filius honorificet patrem? Ita colligit Ambros. à simili contra Arianos,Filiū non esse Deo patre maiorem,ea ratione quia illū honorat,cùm eadē diceretur esse minor Iosepho, cui subiiciebatur:immò & ipse pater minor censeri posset suo filio,quia reciprocum illi honorē reddit. Idem lib.de fide 5.cap.5. Assumptionis ergo humanæ erat illa subiectio,inquit. Nequaquā igitur diuinitatis infirmitas,sed dispensatio ista pietatis est.(Et quia cōtendunt Ariani, quòd filius subiiciatur patri,adiicit idem Ambros.)Non igitur præiudicet quòd subiectus dicitur, cui non præiudicat quòd seruus legitur,quòd crucifixus asseritur,quòd mortuus prædicatur. Bonauentura ex hoc loco colligit,quantum Deo subiici debeamus:idque ex Bernardo. Erat,inquit,subditus illis. Quis quibus? Deus hominibus. Deus,inquā,se hominibus subiicit,& tu dominari gestiens,tuo te præponis creatori? Quoties enim hominibus præesse desidero, toties Deum meū præire contendo,vt tale aliquid mihi Dñs respondeat(Matth.16.)Vade post me Sathana,nō sapis quæ Dei sunt. Vnde ipse verè dicere poterat illud,1.Cor.9.Cùm essem liber,omniū me seruū feci. Et nos omnibus amore ipsius,debemus esse subiecti.1.Pet.2. Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deū. Et quàm maiore multò ratione iugum Dñi susc ipere,eiq; in omnibus,non coactè,sed ex animo inseruire debemus?2. Theoph. in Luc. Subditus fuit parētibus; dato etiā nobis exēplo,vt simus parentibus obediētes. Euthym.in Luc. Nec solùm,inquit,naturalibus,sed & adoptiuis. Quā igitur excusationē prætexēt,qui parētes contemnūt, iisq; minimè obse-

An aliquid ignorarit B. Virgo.

Difficultas sacræ scripturæ.

Augustin. Idem.

Dionys. Carthus.

Filij subditi sint parentibus.

Ambros.

Idem.

Bonauent. *Contra superbos.*

Theoph. Euthym.

A obsequuntur? Quẽ denique hæretici, qui contra Principes seditiones mouẽt, sibi fucũ faciẽt, vt verbo & exemplo Domini se tutentur, quod in omnibus sibi præfixum esse iactitant? Origenes hom. 20. in Luc. Descendit Christus cum eis, & venit Nazareth, & subiiciebatur illis. Discamus filij subiecti esse parentibus nostris: minor enim maiori subijcitur. Nam quia Ioseph maiorem ætate videbat, propterea eum parentis honore coluit, omnibus filiis exemplum relinquens, vt subijciantur parentibus. Quòd si patres iis non fuerint, subijciantur his, qui patrum ætatem habent. Quid loquor de parentibus & filiis? Si Iesus filius Dei subijcitur Ioseph & Mariæ: ego non subijciar Episcopo, qui mihi à Deo ordinatus est pater? non subijciar Presbytero, qui mihi Dei dignatione præpositus est? Puto quòd intelligebat Ioseph, quia maior se erat Iesus, quòd subijciebatur sibi, & sciens maiorem esse subiectũ, trepidus moderabatur imperiũ. Videat ergo vnusquisque, quòd sæpè melioribus præpositus sit inferior, & nonnunquã accidat, vt ille qui subiectus est, melior sit eo qui illi præpositus est. Quod cùm intellexerit is, B qui dignitate superior est, non eleuabitur superbia ex eo quòd maior est, sed sciet ita sibi meliorem esse subiectum, quomodo & Iesus subiectus fuit Ioseph. Interim verò si quis Episcopo, Presbytero, vel alteri cuiuis naturali, diuino, aut humano iure subijcitur, ab obsequio & obedientia superioris, quouis aut dignitatis, aut diuitiarum, aut sciẽtiæ, aut magnæ familiæ prætextu, eximere se non potest: cùm nec ipse Christus, Patris virtus & sapientia, istud naturæ & legis præceptum à se minimè excusserit. Gregorius Nyssen. Orat. in dictum Apostoli, Tunc ipse filius subijcietur ei, qui subijcit ei omnia. Nam quoniã, inquit, in cæteris hominibus eius ætatis imperfecta mens est, & iuuentus opus habet, vt à perfectioribus ad meliorem frugem quasi manu ducatur: ideò duodecim annos natus matri subiicitur, vt ostenderet quòd id, quod ad perfectionem proficiendo tendit, antequàm eam assecutum sit, ei primũ subiicitur quod illud C dirigat. Ita nimirùm iuuenes non modò parentibus, sed & senioribus, & præceptoribus, & magistris subiici oportet, si modò ad frugem peruenire velint. Augustin. lib. 1. de nuptiis & concupiscentia, cap. 11. Quis autem subditus, nisi Christus Iesus? qui cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. Cur ergo illis subditus, qui longè infra formam Dei erãt, nisi quia semetipsum exinaniuit, serui formam accipiens, cuius formæ parentes erãt? Sed cùm illo non seminante, illa peperisset, propterea nec ipsius formæ parentes ambo essent, nisi inter se etiam sine carnis cõmixtione coniuges essent. *Et mater eius cõseruabat omnia verba hæc in corde suo.* Zachar. Chrysopolit. in Monotessarõ. Omnia quæ de Domino, vel à Domino dicta, vel facta cognouit, siue intellecta, siue non intellecta, in memoriam recondebat: vt tempore suo vniuersa, prout gesta erant, intelligeret, & quærentibus explicaret. Theophil. Diuina enim erant, quæ dicebãtur, & agebantur à puero, non quasi duodecim annorum, sed quasi viro D perfecto. Euthymius, Conseruabat verba, quæ de templo dixerat, ac similia, tãquã verba non simpliciter pueri, sed etiam filij Dei. Conseruabat autem examinans apud sese, vtpotè quæ non vulgariter dicta erant. Euseb. Emissen. in hom. Nisi enim ipsa conseruasset, non ea haberemus. De eius namque thesauris nos ista accepimus. Quæ enim de Christi pueritia leguntur, à sanctissima Virgine accepta, quæ non modò verba ista, sed & Pastorũ, Magorũ, Simeonis, & Annæ, in corde condidisse dicitur, nimirùm quæ aliquando reuelaret. Hinc & Ignatius ad eam scribit, vt Apostolorum doctricem, quæ, vt habet Hieronymus, Orat. de assumptione Virginis, cum illis contulerit, & eos de his, quæ nec viderant, nec audierant, informarit. Ita beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud: & beatissima est Virgo, quæ tantũ nobis thesaurum recõdidit, quem in omnium ædificationem profunderet. Ita Danieli dictum est (cap. 12) Tu autem claude sermones, & signa librum, vsque ad tempus statutum. Eccle. 8. E Tempus ad responsionem cor sapientis intelligit. Sic Marc. 9. Discipuli, qui Christum transfiguratum viderant, & verbum Patris audierant, continuerunt verbum illud apud se: donec scilicet quæ acceperant, quasi fidei symbola mutuò conferrent. Gal. 2. Contuli cum Apostolis Euangelium, quod prædico in Gentibus. Beda, tom. 7. in hom. hyemal. de tempore. Imitemur & nos, fratres mei, piam Domini matrem, ipsi quoque omnia verba & facta Domini ac Saluatoris nostri fixè in corde conseruando: horum meditatione diurna & nocturna, importunos inanium nocentiumque cogitationum repellamus incursus: horum crebra collatione & nos, & proximos nostros à fabulis superuacuis, & à detractionum colloquiis castigare, atque ad diuinæ frequentiam laudis accendere curemus. Gregorius Papa lib. 16. Moral. in Iob, c. 17. istud comparat cum eo quod dixit Iob c. 23. Et in sinu meo abscondi verba oris eius. In sinu etenim cordis verba Dei abscondimus, inquit, quando mandata illius non transitoriè, sed implenda opere audimus. Hinc est, quod de ipsa matre Virgine scriptum est: Maria autem conseruabat

obediendũ præpositis. Origenes.

Gregor. Nyssen.

Augustin.

Zacharias Chrysopo.

Theoph.

Euthym.

Euse. Emis.

Mariadoctrix Ecclesiæ.

Hieron.

Beda.

Gr. Papa.

omnia verba hæc, conferens in corde suo. Quæ nimirùm verba, & cũ ad operationẽ prodeũt, F
in sinu cordis absconsa latent, si per hoc quod foris agitur, intus agentis animus non eluatur.

Euſ. Emiſ. *Et Iesus proficiebat sapientia & ætate & gratia apud Deum & apud homines.* Euseb. Emis. in ho.
Proficiebat non secundum diuinitatem, quæ quidem in nullo vel crescere, vel minui potest:

Cyrill. Alex. sed secundum humanitatem, qua nobis similis factus est. Cyrill. Alexandr. lib. 10. Thesauri, c.
7. Nam si Verbum factus homo profecit, non ipse nobis profuit, sed magis caro quam assumpsit, profectum ei attulit, & ad perfectionem imperfectũ conduxit. Quomodo ergo nos gratias agimus ei tanquam propter nos homini facto, cùm oporteret profectò vt ipse nobis gratias referret? Quod quoniã vel cogitare impium est, non vt Verbum profecit, sed propter incarnationem illud dictum est. Et quibusdam interiectis. Verbum igitur Dei, inquit, quod factum caro describitur, quamuis sapientia & virtus perfecta Patris sit: tamen quoniam se verè factũ hominem oportebat ostendere, non prẹter naturam hominum, sed secundum naturam G
paulatim crescente corpore, paulatim quoque sapientior videbatur. Occultam ergo sapientiã

Athanaſ. suam paulatim reuelabat, lẽgem naturæ nostræ secutus. Athanas. serm. 4. cõtra Arianos, Quomodo igitur qui aliis perfectitudinẽ præbet, ipse inferior, illisque posterior profectus facit? Angeli enim humanæ illius natiuitati inseruierunt. Aut quomodo sapientia in sapientia progressus fecit? Aut quomodo is, qui aliis gratiam donat, vt Apostolus Paulus testatur per vniuersam epistolam, ipse in gratia profecit? Nam 1. Cor. 1. Dei virtus est, & Dei sapientia: & quem sapiẽtia profectum fecit? Homines certè, neque id mirum, cùm ex numero creaturarum sint, extẽ-

Quomodo Christus et quomodo nos proficimus. di aliquo modo, ampliarique, & progressus facere in virtute possunt: ac proinde Enoch translatus est, & Moses crescens proficiebat, Isaac quoque ætate proficiens reddebatur magnus: & Apostolus dixit, vt quotidie protenderetur ad ea quæ ante nos sunt. Quisque enim habuit in quo proficeret, respiciens ad vlteriorem gradum: contrà verò filius eius, qui solus est Deus, H
qui (quæso) habere potuit, quo vlteriùs porrigeretur? Siquidem omnia in ipsum respicientia

Nihil Christo accrescit secundum diuinitatẽ. progressus faciant, ipse verò cùm vnus sit, in vno patre exiſtit, extra quem extendi non potest: sed quia in eo manet, in æternum exiſtit. Hominum igitur est proficere: filius autem Dei, quãdoquidem non habebat quo proficeret, vtpotè perfectus exiſtẽs in suo patre, humiliauit seipsum pro nobis, vt illius humilitate nos magis ac magis increscceremus. Nam & Euangelista accuratè verbis istis vsus, profectui magnitudinem ętate comparatam associauit. Verbum autẽ Deus quantitate non mensuratur, sed quantitates corporibus attributæ sunt. Corporis igitur erat proficere: quo proficiente, profecit in eo exhibitio Deitatis, coram illis qui ipsum videbãt. Quantò autem magis diuinitas reuelabatur, tanto pleniùs gratia crescebat, vt hominis apud

Cyrillus Alexand. Epiphan. homines. Cyrill. Alexandrinus ad Reginas, de recta fide. Porrò impleri sapientia dicimus, propter apparentiam quandam, quæ staturam corporis decebat. Epiphan. in Ancorato. Si est sapi- I
entia, nõ opus habet sapientia. At quoniam genitus est ex vtero, si statim loquens, idque purè, ostensus fuisset, imaginatio sanè putata fuisset, & non vera ipsius cõceptio. Propterea expectat

Origen. aliquid ætatis, vt ne consequentiæ veritatem dissiparet. Origen. hom. 21. in Luc. Intellige ergo, quia ætate animæ proficiebat, & magna fiebat anima eius, propter magna & ingentia opera quæ faciebat. Denique sciens Apostolus & hanc ætatem Dei de interiori homine sentiendã, ita scribit: Donec occurramus omnes in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Nam secundum corpus crescere, & magnum fieri, non est in nobis. Corpus enim ex genitali origine, quantitatis materiam sumit, vt vel magnum, vel exiguum fiat. Anima verò in

Gregor. Nanzanz. nobis habet causas, & arbitrij libertatem, vt vel magna, vel parua sit. Greg. Nanzanz. in Theolog. Proficiebat, inquit, vt ætate, ita & sapientia & gratia. Non hæc accipere oportet per aug- K
mentum. Quid enim? Num qui ab initio perfectus erat, perfectior fieri poterat? Sed quòd hæc

Auguſt. paulatim denudaret, ac demonstraret. Augustin. lib. 10. de Gen. ad literam, cap. 18. Et sic possunt

Gregorius. etiam ista, inquit, propter humilem serui formam, & vnitatem corporis Ecclesiæ cum capite suo, eidem ipsi Domino coaptari. Gregorius in hom. Proficiebat sapientia, non per accessum temporis, accipiendo quod non habebat: sed dona sapientiæ & gratiæ quæ habebat, cæteris ad eorum ædificationem manifestando. 2. Cor. 8. Sic prouidemus bona, non solùm corã Deo, sed etiam coram hominibus. Sic Samuel puer (1. Reg. 2.) proficiebat, atque crescebat, & placebat tam Deo quàm hominibus. Et quidem tacuit Christus ad tempus: & in tempore locutus est. Sic Eccli. 20. Est tacens, non habens sensum loquelæ, & est tacens ad aptum tempus. Homo sapiens tacebit vsque ad tempus: lasciuus autem & imprudens non seruabit tempus.

A *Quo tempore Ioannes Baptista prædicationem orsus sit, cur baptizarit, quod eius exhortationum argumentum fuerit, quis vestitus, quis cibus: quàm copiosa multitudo ad eum confluxerit: de confessione peccatorum, sectis Iudæorum, eorum conuersione: quibus comminationibus Ioannes illos ad pœnitentiam induxerit: quid turbis, Publicanis, & militibus consilij dederit: de Christi baptismate, & iudiciaria authoritate.*

Matth. 3.

In diebus autem illis venit Ioannes Baptista prædicans in deserto Iudææ, & dicens, Pœnitentiam agite: appropinquabit enim regnum cœlorũ. Hic est enim, de quo dictum est per Isaiam Prophetam dicentem, Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini, rectas facite semitas eius. Ipse autẽ Ioannes habebat vestimentum de pilis camelorum, & zonã pelliceam circa lumbos suos: esca autem eius erat locustæ & mel syluestre. Tunc exibat ad eum Hierosolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanẽ: & baptizabantur ab eo in Iordane, confitentes peccata sua. Videns autẽ multos Pharisæorum & Sadducæorum veniẽtes ad baptismum suum, dixit eis, Progenies viperarum, quis demonstrauit vobis fugere à vẽtura ira? Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ. Et ne velitis dicere intra vos, Patrem habemus Abrahã. Dico enim vobis, quoniã potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Iam enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor, quæ nõ facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Ego quidẽ baptizo vos in aqua in pœnitentiam: qui autem post me venturus est (fortior me est, cuius non sum dignus calceamẽta portare) ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni. Cuius ventilabrum in manu sua, & permundabit aream suam: & congregabit triticum suum in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili.

Marc 1.

Initiũ Euangelij Iesu Christi filij Dei, sicut scriptum est in Isaia Propheta, (Ecce mitto angelum meum ante faciẽ tuam, qui præparabit viam tuam ante te.) Vox clamãtis in deserto, Parate viam Domini, rectas facite semitas eius. Fuit Ioãnes in deserto baptisãs, & prædicans baptismũ pœnitẽtiæ in remissionem peccatorum. Et egrediebatur ad eum omnis Iudææ regio, & Hierosolymitæ vniuersi: & baptizabantur ab illo in Iordanis flumine, confitentes peccata sua. Et erat Ioannes vestitus pilis cameli, & zona pellicea circa lũbos eius: & locustas & mel syluestre edebat. Et prædicabat dicens, Veniet fortior me post me, cuius non sum dignus procumbẽs soluere corrigiã calceamentorum eius. Ego baptizaui vos aqua: ille verò baptizabit vos Spiritu sãcto.

Luc 3. Ioã.

Anno autem quintodecimo Imperij Tyberij Cæsaris, procurãte Pontio Pilato Iudæam, tetrarcha autem Galilęę Herode, Philippo autẽ fratre eius tetrarcha Iturææ & Trachonitidis regionis, & Lysania Abilinæ tetrarcha, sub principibus sacerdotum Anna & Caipha: factũ est verbum Domini super Ioannẽ Zachariæ filiũ, in deserto. Et vẽnit in omnem regionem Iordanis, prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum: sicut scriptum est in libro sermonum Isaiæ Prophetæ, Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini, rectas facite semitas eius. Omnis vallis implebitur: & omnis mons & collis humiliabitur: & erũt praua in directa: & aspera in vias planas: & videbit omnis caro Salutare Dei. Dicebat ergo ad turbas, quæ exibant vt baptizarentur ab ipso, Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ: & ne cœperitis dicere, Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quia potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Iam enim securis ad radicem arboris posita est. Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Et interrogabant eũ turbæ, dicentes, Quid ergo faciemus? Respondens autem dicebat illis, Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet escas, similiter faciat. Venerunt autem & Publicani vt baptizarentur, & dixerũt ad illum, Magister, quid faciemus? At ille dixit ad eos, Nihil amplius quàm quod constitutũ est vobis, faciatis. Interrogabãt autẽ eũ & milites, dicẽtes, Quid faciemus & nos? Et ait illis, Neminẽ concutiatis, neque calumniã faciatis: & contẽti estote stipendiis vestris. Existimante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Ioanne, ne fortè ipse esset Christus: respondit Ioãnes, dicẽs omnib⁹, Ego quidẽ aqua baptizo vos: veniet autẽ fortior me, cuius nõ sũ dignus soluere corrigiã calceamentorũ eius: ipse vos baptizabit in Spiritu sãcto, & igni: cuius ventilabrũ in manu eius, & purgabit areã suã: & cõgregabit triticũ in horreum suũ, paleas autem comburet igni inextinguibili. Multa quidem & alia exhortans euangelizabat populo.

Introductio.

P. Chrysologus.

RTVM solis sidus matutinum præcedit, quod pecudes, volucres, cæteráque bruta animantia, etiam homines, ad solem ipsum promouet: nec ea modò dixerim, quæ sensibilem, sed & quæ vegetatiuam habent animam, flores, plantas & arbores, statim atque illud apparuerit, erigi, & quasi lætiora apparere videmus. Petrus Chrysologus, serm. 87. Ita, inquit, in Ioanne accẽdit, & præmisit Dominus sui luminis lucernam, vt degustato lumine, in se iam diuini solis iubar ipsum præferrent, & ipsam deitatis caperent claritatem: iuxta illud quod dictũ est de Ioanne (Ioan. 2.) Ille erat lucerna ardens & lucens: vt ille densas noctis placido lumine aperiret tenebras, & nescium noctis diem desiderantibus, ad lucem perpetem redonaret. Hinc est quòd & Magos adhuc noctis incolas, & totis obstupescentes oculis, tenuiter micans stella assuefecit ad lucem, & gradatim pertraxit ad fontẽ luminis & dierum. Itaque sicut ea, quæ nuper videndi facultatem acceperunt, paulatim educũtur ad lucem, & primùm quidem vmbris, demum maiori lumini assuefiunt, donec firmata oculorum acie, solis ipsius radios pleniùs intueri possint: Ita quoque Deus, cùm nos capaces cognitionis filij sui fecisset, paulatim in eum erexit, vt primùm eius typos & vmbras, Patriarchas, Prophetas, & antiqua legis sacrificia obseruaremus: Vbi verò confirmari sensus nostros oportuit, propiùs ad ipsum solem, Christum scilicet, eduxit, ita tamen vt sub tenuiori & faciliori lumine, sub Ioanne scilicet, antea probaremur. Neque enim qui ad Reges accedunt, statim illos obuios habent, sed aut Comites, aut Duces. Ita licet Christus, inquãtum Deus, omnia compleat, & omnia nostra prospiciat, vt aliquis nostræ infirmitati præfigeretur ordo, quo ad ipsum gradiremur, præmiserat viros pietate & vitæ sanctimonia insignes, illum etiam, quo maior inter natos mulierũ, nemo surrexit: quorum fuit & iter ad Christum dirigere, & nos ita ei parare, vt tandem tanquam ab elementis ad solidiorem doctrinam proueheremur. Hoc nos in ipso Ioanne dicturi sumus. Ille enim vt conceptus, ita & semestri ante Christum natus erat: erátque omnium iuxta Patris oraculum expectatio, quòd statim atque in virum euasisset, præiret ante faciẽ Domini parare vias eius. Hoc igitur nunc ipse historicus Euangelij ordo requirit, vt tractemus. Siquidẽ à duodecimo anno ad vsque baptisma, reticentur quæ dixerit & fecerit Christus. Priùs autem quã baptisaretur, ipse Baptista quid ageret & doceret, & quorsum sic baptisaret, differitur. Bonauentura in Luc. Primùm agit de baptismo & prædicatione Ioãnis, respectu totius populi: Secũdò verò, quid nonnullis specialiùs edixerit, vt Publicanis, Pharisæis, & militibus: Postremò quod Christo testimonium reddiderit. Inseritur demùm & eius baptisma, cui Pater è cœlo, & ipse Spiritus sanctus apparens in specie columbæ attestatus sit. Theophilactus in Luc. Et meritò quidem memor est & temporis, & Principum eorum, qui tum Rempub. moderabantur: vt sic demonstraret tempore Christi defeciſſe Iudaicorum Principum successionem, Præsidatum quidem alterius Gentis homine Pilato, Tetrarchatum autem Herodis Ascalonitæ filiis tenẽtibus, credatúrque meritò adesse Christus, iuxta Prophetiam Iacob. Euthymius. Id enim historicis moris est, vt rerum factarum tempora Principibus & Regibus, qui tum inciderant, definiant. Gregor. Papa in ho. Itaque redemptoris præcursor, quo tempore verbum prædicationis acceperit, memorato Romanæ Reip. principe, & Iudææ regibus designatur, cùm dicitur: *Anno quintodecimo Imperij Tyberij Cæsaris, procurante Pontio Pilato Iudæam, Tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autem fratre eius Tetrarcha Iturææ & Trachonitidis regionis, & Lysania Abilinæ Tetrarcha: sub principibus sacerdotũ Anna & Caipha, factum est verbũ Domini super Ioannem Zachariæ filium, in deserto.* Quia enim illum prædicare veniebat, qui ex Iudæa quosdam & multos ex Gentibus redempturus erat, per Regem Gentium & Principes Iudæorum prædicationis eius tempora designantur. Quia enim Gentilitas colligenda erat, & Gentilitas pro culpa perfidiæ dispergenda, ipsa quoque descriptio terreni principatus ostendit: quoniã & in Ro. Repub. vnus præfuisse describitur, & in Iudææ regno per quartam partẽ plurimi principantur. Voce etenim nostri saluatoris (Luc. 11.) dicitur, Omne regnum in seipso diuisum desolabitur. Liquet ergo quòd ad finẽ regni Iudæa peruenerat, quæ tot Regibus subiacebat. Cæterùm minimè sollicitus est Lucas de Imperio Tyberij à Præfectura Pilati distinguendo, cùm Imperium vocet ἡγεμονίαν, ipsum verò Pilatum præfectũ ἡγέμονα nuncupet. Sed vox illa Græca & Principem, & Præfectum, καὶ αὐτοκράτορα designat. Et quidem si res Iudæorum attendamus, Herode mortuo, Augustus Archelao *Ethnarchæ* appellationem crediderat, quã dignitatem Tetrarchia maiorem, Regia tamen minorem esse voluit. Alteram regni partem in duas Tetrarchias, & singulas duobus eius fratribus diuiserat: Herodi Antipæ Galilæam & Peræam, quarum regionum annui reditus erant 200. talenta, hoc est centum viginti millia coronatorũ: Phil-

Ioãnes lux ad Christũ solem nos direxit.

summa.

Bonauent. 1. 2. 3. 4.

Theoph. *Cur Lucas meminit Principum, cũ de Ioannis baptismate ageret.*

Euthym. Gr. Papa.

A Philippo verò Batanæam, Trachonitidem, Auranitidem, & Chalciden, quæ pendebant annua talenta centũ: hoc est sexaginta millia coronatorũ. Ethnarchia autẽ Archelai continens Idumæã, Iudæam, & Samariã, percipiebat quotannis sexcenta talenta, hoc est trecenta & sexaginta millia coronatorum. Cùm autem Archelaus multa crudeliter fecisset, vt in superioribus diximus, ab optimatibus Iudæorum Romæ accusatus est, cùm iam per nouẽ annos Iudææ Principatum post patris mortem tenuisset. Hæc Euseb. Cæsar. lib. 1. hist. Eccles. cap. 9. probat ex Iosephi lib. 17. Antiq. cap. 15. Idemque scriptor in 18. Antiq. c. 5. anno Imperij Tyberij Cæsaris duodecimo. Hunc enim in totius Reip. moderationem, cùm iam Augustus septem & quinquaginta annis Imperium administrasset, suffectum esse constat, inquit Eusebius Cæsarienſis: Pontium Pilatum Iudææ regnum obtinuisse, atque eundem decem annos continuos, ad Tyberij ferè occasum ibidem commoratum enarrat. Quocirca commẽtum eorũ, qui heri propè & nudius tertius Commentarios contra Seruatorem nostrum ediderunt, perspicuè refutatur. Euſ Cæsar. Iosеph.

B Hìc loquitur Eusebius de his, quæ actorũ Pilati nomine circumferebantur, vt notat Nicephorus, lib. 1. hist. Eccles. c. 26. In quibus primò omnium temporum ratio falsò ab illis obseruata, mendacium eorum qui talia commenti sunt, euidenter & apertè coarguit. Nam ad quartum Consulatũ Tyberij Cæsaris, qui fuit anno eius regni septimo, facinora à Iudæis in salutari Seruatoris passione admissa fuisse isti Cõmentarij complectuntur. Quo quidem tempore satis liquet Pilatum nondum ad prefecturam gerendam aduentasse, si Iosephi testimonio fidem adhibere velimus, qui in libro suo suprà posito sic planè declarat, Pilatum à Tyberio, anno eius duodecimo, Iudææ Prefectum fuisse designatum. Itaque sic digerenda erit temporum series, vt omnes ferè obseruant, vt Octauianũ Augustũ 57. annis regnasse, & anno 42. Imperij eius, præcursorem & Christum natum esse, asseramus. Ita fiet, vt quindecim annis sub Octauiano Niceph. *Quæ vera sit series temporum.*

C vtique vixerit. Et quoniam Tyberius, qui Octauiani gener, & ab eodem adoptatus fuerat, eidẽ etiã successit, *Anno eius Imperij quintodecimo*, vterque, Christus scilicet & Ioãnes, trigesimum annum ætatis agebant, hoc tantùm dempto, quòd, vt diximus, Ioannes semestri senior erat Christo. *Procurante Pontio Pilato Iudæam:* ἡγεμονεύοντος ποντίου πιλάτου, regente, moderante, nimirùm potestate à Tyberio accepta. Nam cùm Augustus accersitum ad se Archelaum, cũ testium multitudine conuictum, in Viennam Galliæ relegasset, & eius mortui bona Romani Imperij fisco illata essent: regiones illius Ethnarchiæ administratæ sunt aliquãdiu per Romanos Præsides, Coponium, Marcum, & Anicium Ruffum, qui singuli binos annos Iudæam administrarunt vsque ad mortem Augusti: cuius successor Tyberius misit in Iudæam Valerium Gracchum, & post vndecim annos, id est, duodecimo sui Imperij anno, Pontium Pilatum. *Tetrarcha autem Galilææ Herode* Antipa filij Herodis Ascalonitæ, & fratre Archelai: *Philippo autem fratre eius Tetrarcha Iturææ & Trachonitidis regionis*, quæ duę prouinciæ quartam partem efficiebant regni totius Iudææ, quod primùm pater eorum Herodes Ascalonita occupauerat. Hic autem Philippus ille est, cuius viuentis vxorem Herodiadem Herodes detinebat. *Et Lysania Abilinæ* prouinciæ *Tetrarcha.* Beda scribit hunc Lysaniam filium fuisse Herodis Ascalonitæ: sed ideò fortè illum filium vocat, quia adoptatus fuerat ab Herode, cùm interim, vt scribit Iosephus, filius fuerit Ptolomæi ex Alexandra sorore. Porrò ne quid hîc nostro desimus officio, quædam de illis regionibus annotanda sunt. Galilæa ad Septentrionem Iudææ sita est, quæ à Solis occasu Ptolomaide ciuitate, & Carmelo monte disterminata. Ab Oriente eam Hippene, siue Ioppe & Gadara suis finibus resecant. A meridiano latere Scythopolis & Samaria suis vtraque excipiuntur finibus, nec vltra fluenta Iordanis patiuntur extendi. Septentrionalia eius à dextro latere Tyrus claudit, sicut scribit Egesippus, lib. 3. cap. 6. de excidio Hierosolymitano, & Iosephus, lib. 3. de bello Iud. cap. 2. Ituræa & Trachonitis regiones sunt iuxta desertum Arabiæ, ita dictæ, quòd montanæ & saxosæ sint: olim dicta terra Huſſ, in qua beati Iob Principatus fuit, vt scribit Brocardus in descriptione Terræ sanctæ. Plinius lib. 5. hist. natural. cap. 14. Petreæ meminit, & Iudæam in decem Toparchias diuidit. Ita minimè mirum est, si in decem, & etiam in quatuor Principatus diuideretur. *Sub principibus sacerdotum, Anna & Caipha.* Non quòd isti duo simul Pontifices fuerint: sed quòd Annas Pontificatu fungeretur eo tempore, quo Ioannes suam prædicationẽ orsus est: Caiphas verò eo, quo Christus Iesus passus est: ita vt medij quidem interfuerint, vt scribit Eusebius Cæsarienſ. lib. 1. hist. Eccles. c. 10. idque ex Iosepho lib. 1. Antiquit. cap. 3. Iam verò, inquit, sacra scriptura asserit, eum omne tempus doctrinæ & prædicationis suę sub Anna & Caipha, principibus sacerdotum, confecisse: quo argumento ostendere vult, vniuersum tempus, quo salutarem Euangelij cognitionẽ Christus & Ioannes enunciarint, eo annorum spatio, quod inter horum ministerium interce-

D

E

Egesippus. Iosephus. *Ituræa & Trachonitis* Brocardus. Plinius. *Petreæ. Quãdo Annas fuerit summus pontifex.* Euſ. Cæſ. Iosephus. *Euãgelium à Christo ãnũciatũ sub Anna & Caipha.*

debat,omninò fuisse expletum: quandoquidem hoc ipsum prædicandi munus Ioannes & F
Christus ordiebantur, Anna summo sacerdotio fungente: idque ad Caiphæ procuratione cor-
tinuabat,quod quidem temporis spatium vix integrum quadriennium efficit. Nam cùm post
illud tempus legis instituta iam quodammodò deleta essent,deleta est vnà summorum sacer-
dotum successio: qui priùs propter maiorum genus & stirpem eidem muneri summo succe-
dere, & totum vitæ suæ cursum in eo obeundo terere consueuerant. Sed etiam,cùm illa,quæ
Abusus in creandis pō tificibus. ad verum Dei cultum spectabant,nullo ordine administrarentur, sed à Præfectis, qui populi
Romani authoritate delecti Iudææ præerant,modò hic,modò ille,ad summi sacerdotij fun-
ctionem designaretur,nō ampliùs vno anno vnus illo deinceps ministerio perfunctus est. Nar-
rat porrò Iosephus,quatuor summos sacerdotes ordine alterum alteri succedentes inter Annā
Iosephus. & Caipham interfuisse: vt est in lib.28. Antiq.cap.3. Sic enim refert. Valerius Gracchus,Annæ
summi sacerdotij munere adempto,Ismaëlem filium Baphi, summum sacerdotem designat.
Ac non lōgo tempore pòst,illo ipsō de hoc dignitatis gradu deiecto,Eleazarum filium Annæ, G
qui princeps sacerdotum antea fuerat,summum sacerdotem declarat. Anno item interiecto,
cùm istum abdicasset officio, Simeonem filium Camithi, illo summi sacerdotij honore do-
nauit. Atque non ampliùs vnius anni spatio huic illud amplitudinis munus exequenti, Iose-
phus, qui etiam Caiphas nominatus est, successor extitit. Perspicuum est igitur, vniuersum
tempus,quo Seruator noster sacrosanctam suam & Euangelicam doctrinam in finibus Iudææ
Christ⁹ prædicationem implet infra quadriennium. disseminauerit,non quatuor omninò annos complexum esse: qua quidem temporis interca-
pedine,quatuor summos sacerdotes ab Anna vsque ad designatum Caipham annuum mini-
sterium obijsse constat: Caipham item,anni illius,quo Seruator noster prō salute humani ge-
neris mortem in cruce perpessus sit,summum reuera sacerdotem fuisse,sacra & diuina Euan-
Ambros. gelij eloquia docent. Ambrosius,lib.2.in Luc.cap.10. Itaque,inquit, Dei filius sanctam Eccle- H
Præmittitur Ioānes Christo. siam congregaturus,antè operatur in seruulo. Et ideò benè posuit sanctus Lucas, *Factum esse*
Dei verbum super Ioannem Zachariæ filium in deserto: vt Ecclesia non ab homine cœperit,sed à
verbo. Ipsa est enim desertum: quia plures filij desertæ magis quàm eius quæ habet virū. De-
nique ipsi dicitur: Lætare sterilis,& exulta desertum: quia nullis adhuc conuenæ plebis oneri-
bus colebatur: neque vllum adhuc arbores illæ,quæ fructum ferre poterant, meritorum suo-
rum verticem proferebant. Nondum venerat qui diceret,Ego sum oliua fructifera in domo
Domini,(Ps.51.)Nondum vitis illa cœlestis fructus palmitibus suis verborum quodam suorū
traduce ministrabat. *Factum est* ergo *verbum*, vt quæ erat antè deserta,fructum nobis terra ge-
neraret. *Factum est verbum*, vox secuta est. Verbum enim intus priùs operatur, sequitur vocis
officium. Vnde & Dauid dicit Psal.115. Credidi,propter quod locutus sum. Priùs credidit,vt
loqui posset: *Factum est* autem *verbum*, vt sanctus Ioannes Baptista pœnitentiam prædicaret. I
Quomodo factum est verbum ad Ioannem. Cæterùm *factum est verbum Domini super Ioannem:* id est, diuina iussio facta est Ioanni, siue
per solam inspirationem internam, Angelicam,vel diuinam: siue per exteriorem Angelicam
apparitionem & alloquutionem, vel per imaginariam visionem. Non enim determinat Euā-
gelista,quomodo factum sit verbum Domini super Ioannem,nec exprimit,an in vigilia,an in
somno. Nec dubium,quin ante hoc tempus diuinæ illuminationes,inspirationes, & alioquu-
tiones frequenter sint factæ beatissimo præcursori: sed nūc primò facta est ipsi præceptio exe-
Theoph. Euthym. Origenes. undi de deserti secreto, & veniendi in publicum,ad prædicandum ac baptisandum. Theophi-
lactus & Euthymius pro mandato Dei verbum illud sumunt. Origenes ho.21. in Ioan. Olim,
inquit,verbum Dei fiebat ad Hieremiam filium Elchiæ in Anathoth, in diebus Iosiæ regis
Iudæ. Nunc sermo Dei fit *ad Ioannem filium Zachariæ*,qui nunquam factus est ad Prophetas,
cur in deserto. *in deserto*. Sed quia plures filij crediturī erant desertæ magis,quàm eius quæ habet virum, id- K
circò factum est verbum Dei ad Ioannem filium Zachariæ in deserto. Ex his manifestum est,
quòd Ioannes iam in deserto erat,quando factum est ad eum verbum Dei,vt etiam ex supe-
rioribus liquet. Sic enim habet Lucas: Puer autem crescebat,& confortabatur spiritu, & erat
in desertis vsque ad diem ostensionis suæ in Israël. *In deserto* igitur erat,in loco aspero. Deut.
32. Inuenit eum in terra deserta,in loco horroris, &c. Et Oseæ 13. Ego cognoui te in deserto,
in terra solitudinis: in qua terra consueuit fieri verbum Dei ad hominem, sicut ad Moysen,
Exod.3. Vocauit eum de medio rubi,&c. quando minauit gregem ad interiora deserti. Oseæ 2.
Zac.Chry. Adducam eum in solitudinē, & loquar ad cor eius. Zacharias Chrysopolitanus in Monotes-
saron: Raptus fuit,inquit, Paulus supra se, vsque ad tertium cœlum,audiens arcana verba, (2.
Cor.12.) Ioannes quoque mente ascendit ad contemplandam super se gratiam, quam prædi-
cabat: audiuit Ioannes auditu mentis verbum Domini,sola gratia desuper ei loquentis. *Et ve-*
nit

A *nit in omnem regionem Iordanis, prædicans baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionẽ peccatorum.* Regionem omnem deſertã intelligit, quæ & Bethabara nuncupatur, non longè à ſolitudinibus Helię & Prophetarũ. Eſt autẽ Iordanis fluuius Iudææ, qui à duobus fontibus, Ior, & Dan, nuncupatur, Gen. 13. eximiæ dulcedinis, qui in lacum Geneſareth funditur, deinde in mare mortuum. Hunc Helias & Eliſeus pallio diuiſerunt. Non longè ab eo filij Prophetarũ ſibi habitacula ereXerunt, vt legitur in 4. Reg. In eo Naaman lotus, & à lepra purgatus fuit: qui quoniã typum baptiſmatis, eiúſque veritatem in Iordane ſenſerat: ideò Ioannes in eodem flumine Chriſtum baptiſauit, & baptiſmi figuram prætulit. Oportuit igitur illum non longè à Iordane morari. Origenes hom. 21. in Luc. Quæ enim alia loca debuit circuire Baptiſta, niſi vicina Iordanis, vt quicunque voluiſſet agere pœnitentiam, præſtò eſſent ad lauacrum aquæ? Porrò Iordanis deſcendens interpretatur. Deſcendens autem, & largo impetu currens fluuius Dei, Saluator noſter

B Dominus eſt, in quo baptiſamur. Quòd verò dicat *baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum*, dupliciter poteſt intelligi, vt ſcribit Dion. Carthuſianus in Luc. Primò, inquit, de baptiſmo Chriſti: ſecundò, de baptiſmo Ioannis. Primo modo iſte eſt ſenſus. Prædicans, id eſt, de proximo futurum ac dandum annuntians, ſuſcipiendúmque hortãs Chriſti baptiſmum, quem Chriſtus per Apoſtolos, cæteróſque diſcipulos ſuos dedit. Non enim perſonaliter baptiſauit, ſed diſcipuli eius eo iubente, vt patet in Ioanne. Dicitur quoque baptiſmus Chriſti, quoniam eum inſtituit, & à merito eius efficaciam habuit, gratiámque ſortitus eſt, ſicut & cætera legis Euangelicæ ſacramenta. Itaque Ioannes auditoribus ſuis prædixit inſtare Chriſti baptiſmum, vt infrà habetur in iſto capitulo, & in Matthæo & Marco. Dicitur autem baptiſmus Chriſti, baptiſmus pœnitentiæ: quia adultis non datur, nec prodeſt, niſi ipſos maleactæ vitæ pœniteat. Propter quod in Actis Petrus ait Iudæis, (Act. 2.) Pœnitentiam agite, & baptiſetur vnuſquiſque ve-

C ſtrum in nomine Chriſti Ieſu in remiſſionem peccatorum. Nec obeſt quòd, vt ait Ambroſius, baptiſmalis gratia non requirit gemitum neque planctum: quia de infantibus loquitur, vel de pœnitentia exteriori, quæ dicitur punitio mali, vel ſatisfactione pro peccato, non de pœnitentia exteriori, quæ eſt diſplicentia, ſeu deteſtatio culpæ. Inſuper baptiſmum iſtum prædicauit *in remiſſionem peccatorum*, docendo quòd Chriſti baptiſmus peccata deleret, gratiámque conferret. Secundò exponitur de baptiſmo Ioãnis, hoc eſt de baptiſmo quem dedit, quẽ prædicauit, quia ad eum accipiendũ plebem admonuit: qui baptiſmus pœnitentiæ dicitur, quia quos baptiſauit, ad pœnitentiam hortabatur: vt qui baptiſmũ illum accipiebant, ſua peccata confitebantur, ſicq; ſe pœnitere monſtrabant. Rurſus ad hoc baptiſauit, vt baptiſmum ſuſcipientes, per illũ in aqua ad cordialem contritionẽ & humiliationẽ prouocarẽtur, ſicq; ad ſuſcipiendũ deuotè baptiſmũ Chriſti, & gratiam eius diſponerentur. Sic quoque baptiſmus Ioannis fuit *in remiſſionem pecca-*

D *torum*, non cauſaliter, aut directè, ſed diſpoſitiuè, ſeu præparatoriè: quia per modum iam dictum baptiſmus Ioannis aptauit, præparauitq; homines ad Chriſti baptiſmũ, vt infrà dicetur. Primo modo exponit Greg. dicens, Baptiſma quod peccata ſolueret, quia dare nõ potuit, prædicabat, vt ſicut incarnatũ Patris Verbum præcurrebat verbo prædicationis: ita baptiſmum pœnitẽtiæ, quo peccata ſoluuntur, præcurreret ſuo baptiſmate, quo peccata ſolui non poſſunt. Ambroſ. l. 2. in Luc. c. 10. Et ideò, inquit, plerique ſancto Ioanni typũ legis imponũt: eò quòd lex peccatum denunciare potuit, donare non potuit. Lex enim vnumquemque, qui viam gentiũ ſequebatur, reuocat ab errore, reſtringit à crimine, pœnitentiã ſuadet, vt gratiam conſequatur. Lex autẽ &

Prophetæ vſque ad Ioannem, Ioannes autẽ prænuncius Chriſti. Damaſ. l. 4. de fide Orthod. c. 10. Hoc enim, inquit, Ioannis baptiſma elementarium erat, & rudimentariũ, eóſq; qui baptiſabantur, ad pœnitentiã ducens, vt Chriſti fidem poſtea amplecterentur. Theoph. in Luc. Neque enim baptiſma Ioannis *remiſſionem peccatorum* habebat: ſed ad remiſſionem cõferebat, hoc eſt

E præparabat homines, vt acciperent Chriſti baptiſma, quod habebat remiſſionem peccatorum. Hierony. tom. 2. l. aduerſus Luciferianos. Vt enim antè præcurſor Domini, ſic & baptiſma eius præuiũ dominici baptiſmatis fuit. Qui de terra eſt, aiebat, terrena loquitur. At qui de ſupernis venit, ſuper omnes eſt. Et iterum: Ego baptiſo vos in aqua, ille baptiſabit vos in ſpiritu. Si autem Ioannes, vt confeſſus eſt ipſe, non baptiſauit in ſpiritu: conſequenter neque peccata dimiſit: quia nulli hominum ſine Spiritu ſancto peccata dimittuntur. Gregor. Papa in hom. Cunctis legentibus liquet, quia Ioannes baptiſmum pœnitentiæ nõ ſolùm prædicauit, verumetiam quibuſdam dedit: ſed tamen baptiſmum ſuum in remiſſionẽ peccatorũ dare non potuit. Remiſſio enim peccatorũ in ſolo nobis baptiſmate Chriſti tribuitur. Cyrill. Hieroſol. Catech. 3. Veteris teſtamẽti finis, & noui principium eſt baptiſmus. Ioannes erat dux eius, quo maior inter natos mulierum nullus: qui finis erat Prophetarum: omnes enim Prophetæ & lex vſque ad Ioan-

Iordanis.

Solitudo Heliæ.

Origen.

Dionyſ. Carthuſ. *Quis, & quomodo baptiſmus pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum.*

1. *Chriſti baptiſmꝰ quomodo pœnitentiæ eſt.* Ambroſ.

2. *Baptiſmus Ioannis pœnitẽtiæ eſt, & quomodo in remiſſionem peccatorum.*

1. Gregor.

2. Ambroſ.

Damaſcen. *Qualis fuit Ioannis baptiſmus.* Theoph. *Ioannis baptiſmus nõ contulit remiſſionem peccatorũ.* Hierony. Gregor. Papa.

Cyrill. Hieroſol. *Ioannis encomia.*

nem. Et ideò erat rerum Euãgelicarum principium. Initiũ enim Euangelij Iesu Christi,& quæ F
sequuntur. Erat Ioannes baptisans baptisma. Etiamsi dixeris Heliam Thesbitem esse in cœlum
assumptum: attamen non est hic maior Ioanne. Enoch translatus est: sed non maior est tamen
Ioanne. Moyses maximus legislator,& omnes Prophetæ: sed non maiores Ioãne. Non ego Pro-
phetas Prophetis audeo comparare: sed ipse Dominus noster & illorũ, & Dominus Iesus pro-
nuntiauit, Maior inter natos mulierum Ioanne non surrexit. Non inter natos virginũ, sed mu-
lierum. Magni serui ad conseruos comparatio: filij verò ad seruos minimè cõparanda est gratia
& excellentia. Paucis demùm interiectis: Magnus, inquit, Ioannes. Sed quid is ad Dominũ? Ma-
gnifica vox clamantis: sed quid ad domũ? Clarissimus præco: sed quid ad legem? Bonus ille qui
Augusti. in aqua baptisabat: sed quid ad illum, qui baptisabat in spiritu & igne? Augusti. tom. 7. l. 5. de ba-
ptismo contra Donatistas, c. 10. Quapropter, inquit, quanquam ita credam baptisasse Ioannem
in aqua pœnitentiæ in remissionem peccatorũ, vt ab eo baptisatis in spe remitterentur peccata, G
Remittere in spe peccata aliud est, quàm remittere ipso actu. re ipsa verò in Domini baptismo id fieret: sicut resurrectio, quæ expectatur in finẽ, spe in nobis
facta est, sicut dicit Apostol⁹ (Ephes. 2.) quia simul nos excitauit,& simul nos sedere fecit in cœ-
lestibus. Ita nimirùm suos præparabat, vt Christi gratia fruerentur, dicẽs, *Pœnitentiam agite, ap-*
propinquabit enim regnum cœlorum. Ita paucis verbis summam ferè totius Euangelicæ prædica-
tionis cõplectebatur. Sed & iisdem verbis Christus & Apostoli Euangelij promulgationẽ orsi
Pœnitentia est ianua omnis gratiæ. sunt, vt legitur Matth. 4.& 10. Hoc etiam argumentum fuit Paulo, cùm Athenis esset, vt habe-
tur Act. 17. Μετανοεῖτε, inquit, resipiscite,& pœnitentiam agite. μετάνοια, resipiscentia est, qua
quis post lapsum ad mentem rediit. Nec tantùm ad mẽtem refertur, sed ad ipsum etiam opus,
ad emendationem vitæ, adeóque ad totam hominis conuersionem. Quod apertè declarat Pe-
trus, cùm (Act. 3.) dicit, Pœnitentiã agite,& conuertimini. Posterius enim prioris declaratio est.
Mox subiungit, quare pœnitendũ sit: Vt deleantur peccata vestra. Esaias c. 45. dicit, Et salui eri- H
tis. Quid sit autem conuerti, in fine eiusdem capitis explicat Petrus his verbis: Vt conuertat se
vnusquisque à nequitia sua. Hieremias item, cap. 18. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo.
Et 36. Si fortè audiente domo Iuda vniuersa mala quæ ego cogito facere eis, reuertatur vnus-
quisque à via sua pessima. Resipiscit autem,& ad mentẽ redit, cui superior vita displicet, vt me-
Tristari ad pœnitẽtiã. liùs tandem & sapientiùs sese in conuersatione habeat. Sic 2. ad Cor. c. 7. Gaudeo quia contri-
stati estis ad pœnitentiam. Contristati enim estis secundum Deum, ita vt in nullo detrimẽtum
patiamini ex nobis. Quæ enim secundũ Deum est tristitia, pœnitentiã in salutem stabilẽ ope-
ratur: tristitia autem seculi mortem operatur. Vbi primùm definit pœnitentiã, prout resipiscẽ-
tiam sonat: hæc enim tristitiã,& displicentiam prioris conuersationis operatur. Definit & pœni-
tentiã, pro fructu illius displicẽtiæ, nimirũ pro satisfactione, qua quis admissa peccata quodam-
modò cõpensat, seipsum punit, & sui ipsius iudicium facit: quomodo frequenter à Theologis I
vsurpatur, sicut & ab August. sumitur in lib. de pœnit. Itaque duo nobis insignia sacramenta,&
Hesych. quasi tabulas post naufragiũ Ioannes præsignabat, baptismũ scilicet,& pœnitentiã. Hesych. lib.
7. in Leuit. c. 26. vbi de redimẽda possessione, quam quis Domino vouerit inter duos Iubileos,
agitur. Duorum, inquit, hîc annorum remissionis vel Iubilei memoriam facit, baptisma aper-
tè insinuans,& pœnitentiam. Vterque enim annus remissionis est, quia perfectam remissionẽ,
Præparamur ad Christũ per pœnitẽtiã. vnus quidem per donum gratiæ, alter propter eos qui vacant in oratione & ieiuniis, aliísque o-
peribus, quæ perficiunt pœnitentiam, possidet. Monebat igitur Ioannes, vt quisque peccata sua
defleret, anteactam vitam exhorresceret,& sese ad remissionẽ peccatorũ præpararet: non quam
ipse, sed Christus largiretur. Vnũ hoc à nobis requirebatur, alterum verò à Christo expectaba-
Athanas. tur. Athanas. l. de incarn. verbi Dei, eiúsque corporali ad nos aduẽtu, scribit, ita oportuisse & nos K
Humanæ reparationis ratio. præparari,& per Christũ reparari: cuius verba, quoniã sententiarum & meditationis plena sunt,
audiamus. Itaque, inquit, magis ac magis inualescẽte morte, ac corruptione cõtra homines per-
durante, genus quidẽ hominũ extinguebatur: ipse autẽ ille rationalis ad imaginẽ creatus homo
obliterabatur,& opus illud à Deo factũ simul interibat,& mors ex lege vim suã cõtra nos obti-
nebat: nec vlla spes erat effugiẽdæ legis, quia illa à Deo propter præuaricationẽ lata erat, fuitq;
ea res planè absurda & indecora. Absurdũ enim, Deũ in suis verbis mẽtiri, si (qui in lege statuis-
set morte moriturũ hominẽ, quãdocunque mandatũ præuaricaretur) mortẽ tamẽ post præua-
ricationẽ effugeret, nec verbis illis astringeretur. Non verus Deus fuisset, si (quum dixisset nos
perituros) non perissemus. Indecorũ rursus erat, eos, qui semel creati erant rationales,& ipsius ra-
tionis participes facti, pariter extĩgui,& denuò ad non existẽdi naturã per corruptionẽ reuolui.
Id enim indignum erat bonitate Dei, si quæ ab eo creata essent, in interitũ abirent, ob diaboli
aduersus homines fraudẽ. Quinimmò indecentissimũ erat Dei artẽ in hominibus extingui, vel

per

A per ipsorũ incuriã, vel per dęmonis impostũram. Pereuntibus igitur rationabilibus hominibus, vnáq; cum illis tanto opificio abolescẽte, quid (quæso) Deum, qui bonus erat, oportebat facere? Permitterétne corruptionem contra eos vim suam habere, ac mortem ipsis dominari? Ad quid necessum fuit eos vel semel creari? Præstabat eos non genitos, quàm genitos neglectui dari, & intercidere. Nam ex huiusmodi incuria magis imbecillitas Dei, quàm bonitas appareret, in finendo opus suum perire, quàm si nunquam condidisset hominẽ. Si enim nunquam homines condidisset, nemo imbecillitatẽ in eo suspicaretur. Vbi autẽ eos condiderat, & esse voluerat, absurdũ indecorumq; erat, eius opera interire, idq; potissimùm sub ipsius opificis conspectu. Non igitur fas erat ita apparere, quasi ipse sineret hominẽ corruptioni mãcipari, quia id indignũ, ac minimè cõueniẽs diuinæ bonitati. Vt igitur par erat istud in contrariũ fieri: ita è diuerso, magna cum ratione obstabat lex, quæ de hominũ interitu promulgata fuit. Absurdum quippè erat, ob

cur Deus noluit homĩ perire.

B nostrã vtilitatem perdurationémque, Deum veritatis patrem, mendacẽ videri. Quid igitur ea in re factum oportuit, aut à numine agendũ erat? Pœnitentiámne super præuaricatione ab hominibus exigere? Id enim Deo non indignum censueris, dicens, quòd quemadmodum ex præuaricatione corruptio nata esset, ita ex pœnitentia incorruptibilitas nasceretur. Atqui ista pœnitentia non ex æquo & bono cum Deo egisset. Nam ne sic quidẽ verus fuisset, si non perpetuò mortales in mortis detentione permãsissent. Pœnitẽtia enim rem à sua natura non abducit, sed

Ex pœnitẽtia incorruptibilitas.

solummodò cessationẽ in peccãdo facit. Quocirca si duntaxat peccatum fuisset, nec corruptio subsecuta esset, pulchrè se haberet ista pœnitẽtia. Sin autẽ ideò homines, quia præuaricatio iam antecesserat, sub ea quæ est cõtra naturam corruptione detinebãtur, gratiámque imaginis in se perdiderãt: quid (quæso) aliud decuit fieri, aut cuius opera ad recuperandã istam gratiã requirebatur, nisi solius Verbi, q̃ ab initio omnia ex nihilo condiderat? Eius enim fuit, id quod corru-

C ptibile erat, iterũ ad incorruptibilitatẽ reducere: & pro omnibus, id quod æquũ, rationíque cõsentaneum erat, Patri præstare. Ex his colligitur, præparationem quidẽ Euangelij à pœnitentia sumi, sed illius consummationẽ à remissione peccatorum, & illorũ expiatione, quæ per Christũ solũ fieri poterat, perfici debuisse. Et quidẽ Ioannes pœnitentiam prædicabat, & resipiscentiam omnibus persuadebat, qui Christũ venturũ expectabãt: ita tamen vt remissionẽ peccatorũ per Christũ conferendã esse cõmonstraret: alioquin vana filij Dei incarnatio probaretur, nisi & ad ipsum remissio peccatorũ remitteretur. Igitur sicut in vtres nouos nouum vinum mittitur, iuxta dictum Euangelicum: ita omnium renouari conscientiam oportuit, vt vinum nouũ Euangelicæ doctrinæ admitteret. Neque enim caducis, iisq; malè iactis fundamentis, aliquid quod

Remissio peccatorum per solum Christum.

stabile sit, superstrui potest. Renouari igitur ea oportuit. Ita nimirùm Christus ex corde, tanquã ex fonte, bona vel mala emanare dixit: (Matth. 15.) adeò vt si quis riuulum purgare voluerit, idẽ

Reparari fundamenta oportuit.

D primùm in fonte facere debeat. Hinc est quòd Ioannes à mente & ipsius resipiscentia Euãgelij promulgationem orditur. Et ne quis vanũ aliquid & hominibus inutile ipsum promulgare arbitretur, cùm nouerit omnes spe quadam futurorũ ad laboriosum quodque allici: adiicit, *Appropinquabit enim regnũ cœlorũ.* Latina vetera exẽpla legũt in præterito, Appropinquauit. Quoniã regnũ hoc iam olim à Deo per Prophetas promissum, & magno desiderio à sanctis Patribus expectatum, impleto iam tẽpore, efficaciã suã exerturum erat, dicit illud appropinquasse. Hisce verbis & Christus, & Apostoli suum Euangeliũ auspicati sunt, infrà 4. c. 17. & 20. *Regnũ cœlorũ*, id est, cui⁹ rex Christus est cœlestis, & administratio spiritualis, carnali regno opponitur. Venit in has terras, vt in nobis regnet. Ipse Christus Pharisæis interrogantibus (Luc. 17. & 20.) quando venturũ esset regnum Dei: respõdit, Non veniet regnum Dei, cum obseruatione: neq;

Regnũ cœlorũ quid.

E dicẽt, Ecce hîc, aut Ecce illic. Ecce enim regnũ Dei intra nos est. *Regnũ cœlorũ* aliquãdo significat vitã illam beatã, qua fruuntur in alio seculo beati: Hîc autẽ regnũ Christi, quo per spiritũ suum, & fidẽ Euãgelij in mentibus regnat electorũ, iustificans eos atque saluãs. Vt igitur omnia huius regni Christi spiritualia & cœlestia sunt, iure cœleste, & cœlorũ regnum appellatur. *Sicut scriptũ est in libro sermonũ Esaiæ Prophetæ, Vox clamantis in deserto, Parate viã Domini, rectas facite semitas eius.* Greg. Papa. Idem verò Ioannes Baptista requisitus quis esset, respondit, dicens: Ego vox clamantis in deserto, qui, sicut ante nos dictum est, ideò Vox à Propheta vocatus est, quia Verbum præibat. Quid autem clamaret, aperitur, cùm subditur, *Parate viam Domini, & rectas facite semitas eius.* Omnis qui fidẽ rectam, & bona opera prædicat, quid aliud q̃ venienti Dño ad corda audientiũ viã parat? vt hæc vis gratiæ penetret, lumen veritatis illustret: vt rectas Deo semitas faciat, dũ mũdas in animo cogitationes per sermonẽ bonæ prædicationis format. *Omnis vallis implebitur, & omnis mõs & collis humiliabitur.* Quid hoc loco valliũ nomine, nisi humiles: quid montiũ & colliũ, nisi superbi homines designãtur? In aduẽtu igitur Redẽptoris valles

Gregor. Papa.

Quid valles & mõtes.

impletæ,montes autem & colles humiliati sunt:quia iuxta eius vocẽ,omnis qui se exaltat, humiliabitur,(Luc.14.)& qui se humiliat,exaltabitur.Vallis etenim impleta crescit:mons autẽ & collis humiliatꝰ decrescit:quia nimirũ in fide mediatoris Dei & hominũ hominis Iesu Christi, & Gẽtilitas plenitudinẽ gratiæ accepit,&Iudæa per errorẽ perfidiæ,hoc vnde tumebat,pdidit. *Omnis* enim *vallis implebitur*:quia corda humiliũ,sacræ doctrinæ eloquio, virtutũ gratia replebũtur,iuxta hoc qꝺ scriptũ est:Qui emittit fontes in conuallibus.Et vnde rursum dicitur: Et cõualles abundabunt frumento.A montibus nãque aqua delabitur,quia superbas mẽtes veritatis doctrina deserit:sed fontes in cõuallibus surgunt,quia mẽtes humiliũ verbũ prædicationis accipiũt.Iã ista videmus,iam cõualles frumẽto abũdare cõspicimus:quia illorũ ora pabulo veritatis impleta sunt,qui mites & simplices,huic mũdo despicabiles esse videbãtur.Orig.ho.23.in Luc. Videamus ergo,inquit,quid vox de verbo annunciet.*Præparate*,inquit,*viã Domino*. Quam viã Dño præparemus?nunquid corporeã? Aut potest sermo Dei tali itinere pergere? An intrinsecus præparãda est via Domino,& in corde nostro recta & æqualis semita cõponenda? Hęc est via, per quã ingressus est sermo Dei,qui in humani corporis capacitate consistit.Magnũ est cor hominis,&spatiosum,& capax:nondũ enim fuerit eius magnitudinẽ latitudinémque cognoscere. Vide quantã diuinorũ sensuũ magnitudinẽ capiat.Ipse,ait,dedit mihi eorũ quæ sunt notitiã,rationẽ mundi scire,& opera elementorũ,principium,& finem,& medietatẽ seculorũ, temporũ varietates,& translationẽ mensiũ,annorum circulos,& siderũ sedes,naturas animaliũ,&furores bestiarum, spirituum violentias,& cogitationes nominum,diuersitates arborũ, & vim radicũ. Vides non paruũ esse cor hominis,quod tanta capiat.Neque in corporis quantitate,sed in fortitudine eius intellige,quæ tantam scientiã capiat veritatis. Vt autẽ & simplices quosque quotidianis exẽplis ad credendũ adducã,quòd grande sit cor hominis,videamus. Quascunque vrbes transiuimus,habemus illas in animo,& qualitates,& situs platearũ,murorũq;,& ædificiorũ in corde versantur. Viã,quã ingressi sumus,in memoriæ pictura ac descriptione retinemus.Mare,quod nauigamus,tanta cogitatione amplectimur.Non est paruũ,vt dixi,cor hominis, quod potest tanta capere.Si autẽ non est paruum tanta capiens,consequẽter in illo via Domini præparatur,& recta fit semita,vt ambulet in illa sermo Dei atque sapientia. Præpara viã Domino per conuersationem bonam,& egregiis operibus tene semitã:absque offensa vlla deambulet in te verbum Dei,& donet tibi mysteriorum suorũ, aduentúsq; notitiam.Animaduertendũ autẽ, quòd,vt scribit Hieron.l.1 1.Commentar.in Esa.Prophetã, c.40. in ipsa Esaiæ Prophetia, Rectæ viæ Domini,& semitæ Dei nostri,impletio vallium & montiũ,colliúmque humiliatio,& prauorum correctio,& asperorũ rupiúmque cãpestria,& gloria Domini,& salutare Dei nostri nõ implebitur in Hierusalẽ:sed in solitudine Ecclesiæ,& in deserta gentiũ multitudine, de qua suprà legimus:Lætare deserta sitiens,exultet solitudo,& floreat quasi lilium. Hæc enim deserta erat notitia Dei,& ab idolis tenebatur,humilis in cõfessione,erecta in superbia, aspera & intractabilis in feritate.Sed postquàm apparuit gloria Domini,& *vidit omnis caro Salutare Dei*, cũcta repẽtè mutata sunt,& via Domini præparata:ita vt appareret in solitudine glotia Dei,quãdo baptisatus est Dominus in Iordane,& aperti sunt cœli,& Spiritus sanctus in specie columbæ descendit,& mansit in eo,vóxque Patris desuper intonantis audita est,(Matth.3.)Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, hunc audite. *Et omnis caro vidit Salutare Dei*:quæ propterea appellabatur caro,quia priùs sanctum spiritum non habebat.De qua dicit & Dominus:Non permanebit spiritus meus in hominibus istis,quoniã carnes sunt. Illa autẽ caro videbit salutare Dei,de qua per Ioël idem loquebatur:(cap.2.) Effundã de spiritu meo super omnẽ carnẽ,& prophetabunt.Quod non solùm illo tẽpore clamabat Ioannes,qui sermonis Dei præcursor & præuius,rectè vox appellatur:sed vsque hodie in deserto Gentilium Ecclesiarum clamant magistri,vt rectas faciamus vias & semitas in cordibus nostris Deo,impleamúrque virtutibus,& inclinemur humilitate:prærupta mutemus in recta, aspera vertamus in mollia, & sic gloriam Domini & salutare Dei videre mereamur.Cyrillus Alexandr.metaphoram istam Esaiæ paulò faciliùs & fusiùs explicat.Nam quod habet,*Omnis vallis implebitur*, &c. Sunt enim (inquit lib.3.in Esaiam)quædam publicæ viæ, & semitæ minimè peruiæ,sed asperæ illæ quidẽ & inuiæ,vt aliquando assurgendũ sit ad montes & colles,aliquando per eosdem descendendũ, nunc in præcipitiis pendeas,nunc in colles profundos deferaris. Sin contingat vt edita hæc & prærupta loca subsidant,& quæ in cauo ac profundo sunt, compleantur:tunc vndiquaq; recta erunt quæ erant obliqua,& campi plani,& via expedita,quæ quondã erant aspera & abrupta. Hoc factum est intelligibiliter Seruatoris nostri potentia.Olim enim omnibus,vt sic dixerim, hominibus inaccessa erat via eximia,& Euangelicæ conuersationis semita parum trita: quòd

mens

Origen. *Quæ via Domini.*

Cor hominis magnũ.

Quomodo præparatur cor.

Hierony.

Ecclesia olim deserta.

Quod Dei salutare.

Quæ caro.

Cyrillus Alexand.

A mens omniũ mundanis & terrenis esset detẽta cupiditatibus,ac subiecta carnis iisdẽ fœdis mõ- *Montes terrenæ cupiditatis.*
tibus.Postquàm autẽ homo factus,atque caro secundũ scripturas,in carne aboleuisset peccatũ, & principatus ac potestates,& rectores mundi huius demolitus esset, æquabilem nobis, & ad currendũ aptissimã viam pietatis efficit,nihil habentem accliue, vel in altum sublatũ, nihil cauum,aut deorsum,sed in campos magis complanatam. *Omnia enim obliqua,facta sunt directa:* nec hoc solùm,sed & *apparebit*,inquit,*gloria Domini,& videbit omnis caro salutem Dei:*quia Dominus loquutus est.At quo pacto,& quomodo dicit gloriam Dei apparituram ? Erat enim, & *Quæ Dei gloria in Christo.*
est vnigenitus Dei sermo,vtpotè Deus existens,& ex Deo patre arcana ratione natus, in deitatis præstantia,super omnem principatũ & potestatem,& thronũ,& dominationes, & omne nomen quod nominatur,non solùm in hoc seculo,sed & in futuro:& ipse est gloriæ Dominus, & nouimus nos gloriam eius,etiamsi olim non nouerimus:quando sicut & nos, factus homo
B dispensatione,se potentia,operatione, gloria Deo & Patri æqualem declarauit: omnia verbo suæ potentiæ ferens,miracula facilè peragens,creaturam increpãs,mortuos excitans, & cætera mitifica citra laborem perficiens.Apparuit igitur gloria Domini,& cõtemplata est omnis caro salutem Dei,scilicet Patris.Saluatorem enim & redemptorem nobis misit de cœlo filiũ. Cùm enim lex nihil consummaret,& typica sacrificia non haberẽt vim abstergendi peccata,in Christo consummamur,& ab omni labe liberati,adoptionis spiritu honoramur. Hæc in illo gratia, quantũ quidẽ ad scopũ & animũ seruantis,per omnẽ carnẽ meauit,id est, per omnes homines. Carnẽ enim hîc intelligere oportet hominẽ.Si quidam videantur huius salutis expertes,verus *Caro quid.*
tamen sic & Prophetæ sermo.Scopus enim & propositum honorantis, & seruare volentis attenditur,non desideria vocatorum expenduntur.Eadem est sententia Theoph. in Luc. Cæterùm Hierony.lib.1.Comment.in Matth.occurrit obiectioni, quæ olim à Porphyrio facta est. Theoph. Hierony.
C Siquidem, inquit,istum locum,quem ex Esaia Lucas & Matthæus à Ioãne depromptum narrant,Porphyrius Marci Euangelico principio comparat,in quo scriptum est,Initium Euangelij Iesù Christi filij Dei,sicut scriptum est in Esaia Propheta:Ecce mitto Angelum meum antefaciem tuam,qui præparabit viam tuam.Vox clamantis in deserto,Parate viam Domini,rectas facite semitas eius.Cùm enim testimonium de Malachia, Esaiáque contextum sit, quærit quomodo velut ab vno Esaia exemplum putemus assumptum. Cui Ecclesiastici viri plenissimè responderunt. Nos autem nomen Esaiæ putamus additum scriptorum vitio : quod in aliis locis probare possumus,aut certè de diuersis testimoniis scripturarum vnum corpus effectum. Quod idem confirmat in Psalmum 13.exemplo Apostoli Pauli in Epist.ad Tim.3.vbi hæc ex Psalte producit,Sepulchrum patens est guttur eorum.quibus interim alia de Deuteronomio, & cæteris scripturæ locis inserit.Verùm quæ ad istius Prophetiæ explicationem & meditatio- *Ad Porphyrij calumnias responsio.*
D nem magis faciunt,ad alium locum remittimus. *Ipse autem Ioannes habebat vestimentum de pilis camelorum,& zona pellicea circa lumbos eius.* Theophilactus. Ad pœnitentiam hortabatur etiam habitu:lugubrem enim gerebat vestem.Vt enim vestium aliæ nuptiales sunt, aliæ primogenitorum,aliæ prædilectorum filiorum, aliæ viduarum : ita saccus & cinis olim pœnitentium, vt manifestum est in Achab rege,Niniuitis,Dauide.Pœnitentia enim,vt scribit Tertullianus, lib. de Pœnitentia,de ipso quoque habitu atque victu mandat sacco & cineri incubare,corpus sordibus obscurare,animum mœroribus deiicere,illa quæ peccauit,tristi tractatione mutare: Cæterùm pastum & potum pura nosse,non ventris scilicet,sed animæ causa:plerunque verò ieiuniis preces alere,ingemiscere,lachrymari,& mugire dies noctésque ad Dominum Deum tuũ, presbyteris aduolui,& aris Dei adgeniculari,omnibus fratribus legationes deprecationis suæ
E iniungere.Hæc omnia exomologesis vt pœnitentiam commendet,vt de periculi timore Dominum honoret,vt in peccatorem ipsa pronunciãs pro Dei indignatione fungatur,& temporali afflictatione æterna supplicia non dicam frustretur,sed expungat. Quis enim arbitretur in coccino & tyrio pro delictis supplicandum esse?Et quoniam vitæ Monasticæ typũ Ioannes exprimebat,illam in vestium asperitate definiebat, præter ea nimirùm quæ interiorem hominẽ formare debent.Victus etiam austeritas,vt ex Palladij historia Lausiaca colligitur.Quod etiam Balaam his ad Iosaphath verbis testabatur,vt scribit Damasc. lib.de eorum historia,cap.18.Victus quidẽ nobis ex pomis & stirpibus,quas solitudo cœlesti rore perfusa, & creatoris imperio parens,alit,nobis suppetit:ob quæ nemo est qui aduersus nos pugnã ineat,atque cõtendat, maioremque partẽ,vt auaritiæ lex præscribit,arripere quærat:verũ vberrimè omnibus illaboratus cib⁹,& extẽporalis mẽsa proponitur.Quòd si quis fratrũ,qui nobis vicini sunt,panis benedictionẽ afferat,hũc tanquã ad eorũ,qui cum fide obtulerunt,benedictionẽ à diuina prouidentia missum suscipimus. Vestes autem nobis ex asperis ciliciis & ouium pellibus sunt,vetustæ omnes, *Typus Monastices in Ioanne.* Palladius. Damascen. *Vestes monasticæ.*

atque ex variis pannis consutæ, imbecillam nostram carnem atterentes. Etenim eadem nobis F
est tum æstatis, tum hyemis vestis: quam etiam vt semel induimus, exuere postea nobis non licet, quousque vetustate confecta prorsus deleatur. Ad hunc enim modum, & frigoris & æstus
Greg. Nāz. molestiis corpus afflictantes, futuræ immortalitatis vestem nobis comparamus. Gregorius Nāzanz. in Apologetico, postquàm è fuga redijsset, hac se solitudine, & vitæ austeritate delectatū fuisse scribit. Ego, inquit, Heliæ Carmelum animo agitabam, Ioannísque desertum, ac cœlestē eorum, qui hoc Philosophiæ genus profiterentur, viuendi rationem, præsentiáque omnia tempestatis instar existimabam, ac rupem aliquam, aut præruptum aliquem locum, aut exiguum murum conquirebam, quibus obtegi possem. Aliorum, inquiebam, sunt labores & honores, aliorum bella & trophæa: Mihi verò à bello abhorrenti oculos in meipsum coniectos habere
Monastica vita tutior. sufficiat, vitámque vt potuero, instituere, & veluti tenui rate paruum quoddam pelagus transG
meare, ac paupere hac mea & angusta vitæ functione paruam in altero seculo mansionem mihi comparare. Abiectius quidem fortassè consilium, verùm minori quoque periculo obnoxiū, nimirùm æquo interuallo, & à summo fastigio & à casu distare. Hanc vitā duxerunt, quotquot in solitudinibus errantes, in montibus & cauernis & speluncis terræ, vt scribit Paulus ad Hebræos 11. egentes, angustiati, afflicti, quibus non erat mundus, in melotis & pellibus caprinis.
Hierony. Hieronym. in Matth. *Ipse autem Ioannes habebat vestimentum de pilis camelorum*, &c. De pilis,
Zona pellicea quid. inquit, habebat, non de lana. Aliud austeræ vestis indicium est, aliud luxuriæ mollioris. Zona autem pellicea, qua accinctus fuit & Helias, mortificationis cingulum est. Sunt autem, vt Ra-
Rabanus. banus in Matth. qui existiment, Ioannem crudas camelorum pelles accepisse, non paratas, isq; ad domandam libidinem vsum esse. Verùm nullus est Euangelistarum, qui pellibus amictum illum, sed *è pilis camelorum*, scribant. Sic enim habet Matthæus (cap. 3. Ἔνδυμα αὐτοῦ ἀπὸ τριχῶν καμήλου, vestitus eius ex pilis cameli. Marcus verò (cap. 1.) ἐνδεδυμένος τρίχας καμήλου, indutus H
pilos cameli. τρίχες autem capillos, & pilos significant. Homer. in Βαλεαχομ.

Homerus. Δευόμενοι δὲ τρίχες πλεῖον βάρος εἵλκον ἐπ' αὐτῷ.

Madentes autem pili plurimum onus trahebant in ipso.

Sumuntur & τρίχες pro villis ouium: nunc verò pro pilis camelorum. His nimirùm cilicia cōficiuntur, & aspera quæque perfricandæ carni, quam domari oporteat. Horum autem vestimētorum mysterium requirunt Theoph. & Euthym. Theoph. quidem in Matth. Dicunt, inquit,
Theoph. *Mysterium huius vestitus.* camelum medium esse inter munda & immunda animalia. Nam quia ruminat, mundum est: quia autē vngulas non diuidit, immundum est. Ioannes autem, quoniam ad Deum adducebat populum Iudaicum, qui videbatur mundus esse, & Gentilem, qui immundus, erátque mediator veteris & noui Testamenti, idcircò ferebat pilos camelorum, *Et zonam pelliceam circa lumbos suos.* Omnes sancti introducuntur à scriptura cincti, veluti semper in opere existētes. Negli-I
gentes autem & delicati non cinguntur, vt nunc Sarraceni: vel quòd affectiones concupiscentiæ mortificarunt: pellis enim mortui animalis pars est.
Hilarius. Hilarius in Matth. Pilis etiam camelorum vestis adtexta peregrinum Propheticæ istius prædicationis habitū designat, cùm exuuiis immundarum pecudum (quibus pares existimamur) Christi prædicator induitur, fitq; sanctificatum habitu prophetali, quicquid in nobis vel inutile fuerat antè, vel sordidum. Zonæ autem præcinctio, efficax in omne opus bonum est apparatus, vt ad omne ministerium Christi, vo-
Quid locustæ significent. luntatis cingulo simus accincti. In esum etiam eliguntur locustæ, fugaces hominum, & ad omnem aduentus nostri sensum auolantes: nos scilicet, qui ab omni sermone & congressu Prophetarum impiis quibusdam corporum saltibus efferebamur, voluntate vagi, operibus inutiles, in verbis queruli, sede peregrini, nunc sumus sanctorum alimonia, & satietas Prophetarum: e-
lecti sumus cum melle syluestri, dulcissimū ex nobis cibum, non ex aluearijs legis, sed ex trun-K
cis syluestrium arborum præbituri. Cæterùm quòd *cibus eius erant locustæ*, à variis variè interpretatur. Theophil. in Matth. Quidam dicunt herbas esse locustas, quidam fructus agrestes.
Theoph. Euthym. *Quæ erant istæ locustæ.* Euthym. in Matth. Quidam etiam locustas esse virgulta dixerunt, quidam herbas, alij verò insecti genus. Hilarius, in superiori sententia, eas pro animalibus sumit, cùm vocet illas fugaces.
Hilarius. Thom. Aquinas in Matth. Locustæ sunt animalia quædam apta ad comedendum. Albertus
Thom. Albertus Magnus. Magnus in Matth. Non puto quòd fuerunt locustæ vsitatæ, quia illæ venenosæ sunt: sed propter similitudinem saltuum potiùs quàm volatuum, quædam auiculæ Eremi sic dicebantur.
Locustæ erāt animalia. Vocantur ἀκρίδες in Græco contextu, in Hebræo verò ארבה *Arbeh*. Sunt autem ἀκρίδες, locustæ, Iudæis quidem in vsum indultæ, vt legitur Leuit. 11. R. Dauid in lib. Radicum, dictione
R. Dauid. Mercerus. *Arbeh* deducit à רבה, *Rauah*, id est, multiplicauit, quòd sit species multa, vel, vt annotat Mercerus in Thesaurum linguæ Heb. Sanctis Pagnini, quòd agminatim & magna copia gradian-

A diantur. Collectiuum est. De his vide Aristotelem de histor. animal. libro quarto, cap. 2. Exod. decimo. Ecce adduco cras *Arbeh*, locustam in termino tuo. Et, Ventus Orientalis eleuauit *Eth-Aarbeh*, locustam. Sic in Hebraico Matthæi contextu legitur, ואבלו היח ארבה, *Veoukelo haia Arbeh*: & eadem est Græca sententia, ἡ δὲ τροφὴ αὐτῶν ἦν ἀκρίδες. Hæ autem Leuit. 11. inter munda animalia numerantur. Sic enim habet lex diuina: Quicquid ambulat super quatuor pedes, sed habet longiora retrò crura, per quæ salit super terram, comedere debetis: vt est Bruchus in genere suo, & Attacus, & Ophiomachus, ac Locusta, singula iuxta genus suum. Plinius lib. 11. histor. naturalis cap. 29. Locustas Parthis in cibo gratas esse scribit. Idem lib. 6. cap. 30. Pars quædam Æthiopum, inquit, locustis tantùm viuit, fumo & sale duratis, in annua alimenta: in quadragesimum vitæ annum non excedunt. Hermolaus Barbarus, lib. 1. Corollario 250. in Dioscoridem: In sacris certè literis, sunt quibus locustæ mandi solitæ, non animal

B insectum, sed herbam hoc nomine significent, inquit: in qua sententia magnus author Chrysostomus, & prior eo Athanasius fuisse creduntur: quasi pro animali accepta vescendo non essent: cùm tamen in Africa, vt Dioscorides commeminit, ad Leptin, cibo etiam frequenti comedantur, hodie quoque eas vulgò comedũt Ægyptij. Plinius & Indorum gentẽ quandã, & Æthiopum quoque partem locustis tantùm viuere, fumo & sale duratis in annua alimẽta prodidit, post Diodorum, Strabonémque: vt ob id Acridophagi nomen habeant. Hieronymus l. 2. contra Iouinian. Orientales & Libyæ populos, inquit, quia per desertum, & calidam Eremi vastitatem locustarum nubes reperiuntur, locustis vesci moris est. Itaque nihil mirum est, si locustis animalibus vixisse Ioannes dicatur. Cibus quoque eius erat *mel syluestre*. Fuerũt qui rorem cœlestem in arborum folia congestum putarent. Theophil. in Matth. Mel agreste est,

quod à feris apibus conficitur, & in arboribus ac petris inuenitur. Idem habet Euthymius. Et

C hoc, inquit, amarum est ac insuaue: & hoc tamen Ioanni in cibum erat. Ita nihil peregrinum, & aliundè conquisitum ei cibum præstitit, sed quod ipse solitarius locus dabat. Nimirũ omnia domãdæ carni necessaria sunt, vestitus asperitas, & victus parcimonia & frugalitas. Potus autẽ ex Luca, mera aqua fuisse colligitur: dicente Angelo ad Zachariam patrem eius, Vxor tua pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Ioannem. Et subdit, Vinum & siceram non bibet. Apta vtique & consentanea hæc externa omnia sunt, in eo qui cæteros suo exemplo ad pœnitentiã inducit. Basilius in Ps. 29. Sed &, inquit, lamentantur nobis Prophetæ, ad luctum nos prouocantes, vt simul ad consensionem, & cognitionem peccatorum nostrorum delati, ex Propheticis sermonibus, nostrum lugeamus exitium, laboribus multis & ærumnis nostrã carnẽ affligẽdo. Et paulò pòst. Conscidisti saccum meum, ait Psaltes. Saccus enim ad pœnitentiã facit, cùm sit humilitatis signum. Olim namque patres in sacco & cinere sedentes pœnitentiã ege-

D runt. Inde factum est, vt permulti Iudæorum non modò prædicatione, sed & vitæ Ioannis austeritate, ad pœnitentiam incitarentur. Nam *tunc exibat ad eum Hierosolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem.* Sicut enim Hieremias compedes ferreos gestauit ad designandam captiuitatem, Michæas autem, Vadam, inquit, spoliatus & nudus, luctum faciam velut struthionum & draconum: sicut Ahias Silonites pallium in decem partes diuisit: & his olim externis signis populum alioquin rudem inducebant ad earum rerum cognitionem, quas verbo prædicabant: Ita & Ioannes non modò verbo, sed externis illis pœnitentiæ signis turbas ad pœnitentiam adhortabatur. Sed & Ioannes notus ex parentibus omnibus erat: vitæ sanctimonia & asperitas quemque alliciebant, vt in desertum se conferrent. Adde quòd à captiuitate Babylonica vsque ad id temporis, paucos Prophetas acceperãt. *Et baptisabãtur ab eo.* Theo-

E philactus. Tametsi baptisabantur, attamen remissionem peccatorum baptisma Ioannis non habebat, sed solam pœnitentiam prædicabat, & ad remissionem peccatorũ, hoc est, ad Christi baptisma ducebat, apud quem est remissio peccatorum. Chrysostomus, hom. 10. prioris Operis in Matth. Sic Act. 1. Ioannes quidem prædicauit baptismum pœnitentiæ, & non ait remissionis, sed vt crederent in aduenientem post eum. Cùm enim nondum pro peccatis mundi hostia fuisset oblata, cùm necdum Spiritus sanctus descendisset, nec peccatum est solutum, nec inter Dominum atque homines inimicitia sublata, nec maledictio expũcta: quomodo remissio peccatorum facta diceretur? Et quibusdam interiectis. Quia igitur propriorum obliuio peccatorum, sicut etiam Paulus ostendit, insolentes Iudæos aduersus Christi dona faciebat: è regione verò delictorum memoria, requirendi liberatoris, & consequendæ veniæ desiderium suscitabat: ad hoc Ioannes præparaturus, aduenit, suadens eis refugiũ pœnitentiæ: nõ vt castigarentur, sed vt humiliores pœnitendo facti, & peccatorum suorũ crebriùs recordantes, ad dona remissionis accurrant. Quasi diceret: Ego illis cõfiteri peccata sua, & pœnitentiam agere per-

Aristotel. Plinius. Her. Barba. Plinius. Hierony. Theoph. *Quid mel syluestre, et quale.* Euthymi. *Afflictio carnis.* Basilius. *Austeritas vestitus & victus Ioãnis turbas allexit.* Theoph. Chrysost. *Non est pœnitentia, sine cõfessio ne peccatorum.*

ſuaſi,non vt caſtigarẽtur omninò,ſed vt digniùs poſtea remiſſionis dona ſuſciperẽt. Niſi enim F
ſeipſos antè damnaſſent, minimè gratiam requiſiſſent. Ita Ioannes Chryſoſtomus occurrit
obiectioni,quæ fieri poſſet: Cur ij, qui baptiſabantur,*confitebantur peccata ſua*, niſi & ipſorum
remiſſionem Baptiſta conferret. Sed ita parabantur,inquit, vt propria infirmitate & morbo
cognito,ardentiùs tandem medicum & ſaluatorem exoptarent,& ſuſciperent. Erat igitur hoc
Gr.Nanzã. baptiſma typus pœnitentiæ,ad quem remiſſio peccatorum requiritur.Gregor. Nanzanzenus,
Orat.in ſancta lumina,Pœnitentiam baptiſmo comparat,illámque nuncupat lachrymarũ ba-
ptiſmum. Verũ,inquit,aſperior eſt,& laborioſior,quo perfunditur ille,qui per ſingulas noctes
Pſal.6.37. lectum ſuum,ac ſtratum lachrymis lauat:cui ipſæ quoque vitij cicatrices fœtent,qui lugens &
34.43.37. cõtriſtatus graditur,qui Manaſſis reſipiſcentiam,ac Niniuitarum humilitatem miſericordiam
à Deo conſecutam imitatur,qui Publicani verbis in templo vtitur,ac ſupra inſolentem & ſu-
perbum Phariſæum iuſtificatur: qui denique Chananeæ more deprimitur, & miſericordiam G
implorat, & micas poſcit,hoc eſt, canis vehementi fame correpti pabulum. Quòd autẽ pœ-
nitentia non ſit ſine peccatorum confeſſione,& hoc baptiſma Ioannis oſtendit: quòd etſi re-
miſſionem peccatorum minimè conferret,ſed tantùm pœnitentiæ typum haberet, ita tamen
per confeſſionem ſuos præparabat.Baſilius in Pſ.29.In propitiationem itaque peccatorum,in-
Baſilius. quit, remiſſionémve eorum quæ admiſiſtis,confitemini de iis,quæ à vobis nõ rectè priùs,nec
Probatio cõfeßionis ſobriè facta ſunt.Et in Pſal.32.in hanc Dauidis ſentẽtiam,Diligit miſericordiam & iudicium,
peccatorũ. miſericordia Domini plena eſt terra. Vult,inquit,tui miſereri iudex,ſi modò poſt admiſſa,hu-
milem te factum & contritum,& malefacta plurimùm deplorãtem te inueniet.Inſuper ſi quæ
clam cæteris & in arcano deſignaſti,prodideris & euulgaueris fratri citra pudorem vllum. Et
Idem. idem in Regulis breuioribus,quæſt.288.ad interrogationem iſtam,An qui peccata ſua con-
fiteri vult,omnibus paſſim,& quibuſuis ea confiteri debet,an certis quibuſdam? ita reſpondet. H
Propoſitum benignitatis Dei in his qui peccant,perſpicuum eſt ex eo,quod ſcriptum eſt Eze-
ch.18.Nolo mortem peccatoris,ſed magis vt conuertatur,& viuat. Quoniam igitur conuer-
ſionis modus accommodatus eſſe debet ei qui peccat,& præterea opus eſt fructibus dignis
pœnitentiæ,conuenienter verbis illis Ioannis Baptiſtæ,*Facite fructus dignos pœnitentiæ*: ne ſi
fructus abfuerint,illa vſu eueniant,quæ confeſtim pòſt denunciantur: *Omnis enim arbor,quæ nõ*
facit bonum fructum,excidetur,& in ignem mittetur: neceſſariò iis peccata aperiri debẽt,quibus
credita eſt diſpenſatio myſteriorum Dei.(1. Cor.4.) Siquidem rationem hanc in pœnitentia
etiã veteres illos cernimus ſecutos fuiſſe,quando & in Euangelio(Matth.3.)ſcriptum eſt,quòd
Ioanni confitebantur peccata ſua: & in Actis(cap.16.)Apoſtolis ipſis, à quibus etiam cuncti
baptiſabantur. Sic Act.19.multi credentium venerunt ad Paulum, confitentes & annuncian-
tes actus ſuos. Sunt verò qui ſic reſoluendum putent, quòd ſe peccatores eſſe in genere con- I
Propria & expreſſa peccatorum confeßio. feſſi fuerint.Verũ non iſtud eſt τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν, peccata ſua confiteri.Nam quod cuiuſque
eſt,etiam proprium alicui eſſe dicitur. Non ſimpliciter fatebantur peccata,ſed ſua ipſorũ pec-
cata. Alij luxuriæ,alij ebrietati, alij auaritiæ,alij iræ,alij hypocriſi magis dediti erãt: & hæc ipſa
in quæ labebantur,alij aliter illa etiam propria confeſſione exprimebant. Quid quòd ad illam
ἐξομολόγεσιν adigebantur ex lege? Nec enim tantùm publica quædam pro totius populi deli-
ctis quotannis fiebat in die expiationis, cùm ſacerdos impoſitis hirco emiſſario manibus,con-
Alia generalis,alia ſpecialis confeßio. fiterentur omnes iniquitates filiorum Iſraël,vniuerſáque delicta & peccata eorum, vt legitur
Leuit.16.quæ generalis confeſſio cenſenda eſt: ſed & priuata & particularis ſpecialium quo-
rundam peccatorum ab iis agebatur,qui pœnitentiam agentes,ſibi Deum propitium reddere
volebant. Leuit.5. Anima quæ iurauerit,& protulerit labiis ſuis, vt vel malè quid faceret, vel K
benè: & non fecerit,& idipſum iuramento & ſermone firmauerit,oblitáque poſtea intellexe-
rit delictum ſuum, agat pœnitentiam pro peccato. Textus Hebraicus pro eo, Agat pœniten-
Confeßio peccati ſub lege. tiam pro peccato, ſic legit, והתודה אשר חטא עליה, *Vehituadda aſſer hata haleia*,id eſt, & confeſ-
ſa fuerit quod peccauit ſuper eo.Quod ſanè ad expreſſam ipſius peccati cõfeſſionem refertur,
vt & 70. Interpretum verſio docet, quæ ſic habet, ᾧ ἐξαγορεύσῃ τὸ ἁμάρτημα, περὶ οὗ ἥμαρτηκε
κατ' αὐτῆς,& dixerit peccatum,in quo peccauerit in eo. Oportebat enim peccati circunſtan-
Peccati circunſtantiæ. tias adferre,vt ex his,illius aut leuitas aut grauitas appareret. Hæc ergo particularis & ſpecialis
Irenæus. confeſſio ad legalem pœnitentiam requirebatur. Quinetiam tam neceſſaria eſt nobis, vt ab
Tertull. antiquis Patribus,Irenæo nimirùm lib.1.contra hæreſ.& Tertull.l.de pœnitentia,ἐξομολόγεσις,
Audaciter confitendũ. id eſt, confeſſio,pro pœnitentia vſurpetur. Cæterùm non eſt graue & laborioſum dicendum,
quod factum eſt ſalutare, vt ſcribit ibidem Tertullianus. Nec enim erubeſcimus medicis &
chirurgis corporalibus ſecretos quoſque morbos &vlcera proponere:idque vt corpori bonam
vale-

A valetudinem reſtituant: quantò minus pudor ille officere debet, vt interiora ſacerdoti retegamus, & animæ ſalutem nanciſcamur? Eccl. 4. Non confundaris cõfiteri peccata tua, & ne ſubiicias te omni homini pro peccato. Seligendi enim ſunt etiam ſacerdotes, qui te ſoluant. Ita ſeligitur Ioannes, vt cui Deus præter cæteros ſpecialem authoritatem crediderit. *Videns autem multos Phariſæorum & Sadducæorum venientes ad baptiſmum ſuum, dixit eis, & ad turbas quæ exibant vt baptiſarentur ab ipſo, Progenies viperarum, quis oſtendit vobis fugere à ventura ira?* Hinc manifeſtum eſt, multas apud Iudæos ſectas fuiſſe: alij nimirùm Phariſæi, alij Sadducæi, alij Eſſæi, alij Samaritæ. Ioſephus lib. 18. Antiq. Iud. cap. 2. docet à multis iam ſæculis in priores tres iſtas ſectas Iudæos fuiſſe diuiſos: maximè temporibus Hircani innotuiſſe. Phariſæi à Phares, quaſi diuiſi: quòd cæteros ipſi, vt peccatores, à ſuo conſortio abducerent: ſederent illi in cathedra, ſed omnia ad literam interpretabantur. Ioſephus lib. 13. de Antiq. Iudaic. 18. cap. Plurimas *Multæ ſectæ apud Iudæos.* *Ioſephus.* *Phariſæi.* *Idem.*

B conſtitutiones nõ ſcriptas à Moyſe, ſed à maioribus acceptas, populo tradiderunt. Satis auſteri illi in accubitu, in oratione vigiles, in continẽtia laudabiles, in veſtitu grauiores, alligatis ad fimbrias ſpinis, circumuolantibus phylacteriis: verùm & ipſi hypocritæ, auari, cruẽti, feroces, ignorabant filium Dei. 2. ſtatuebant fatum. 3. addictiores aſtronomiæ, elementa animantia vocabãt: iudicium verò fatentur. Epiphanius lib. 1. tom. 1. hæreſ. 16. Quomodo verò poteſt iudicium eſſe & fatum: id eſt, quare circa hominem eſt bona opera, aut malas res appetere? 4. Relinquebant grauiora legis, externis addicti. 5. mundiciem & actum externum nimis efferebant. 6. præferebãt donum factum ſubuentioni parentum in neceſſitate. Sadducæi verò, vt ſcribit Philaſtrius lib. de hæreſib. ducebantur à Sadoch Iudæo diſcipulo Doſithei. Sunt qui à *Tſadik* deducant, quaſi ſint *Tſadikim*, id eſt iuſti. Hi è diametro pugnarunt cum Phariſæis. Sicut enim illi ſtrictiore cõſcientia, ſic iſti laxiore. 1. Non eſſe reſurrectionem, quòd poſſit frater fratri ſuſcitare ſemẽ:

C indignum autem ſit vnam mulierem tot habere maritos in reſurrectione. Atqui neque nubẽt neque nubentur. Non eſt Deus mortuorum, ſed viuentium. Negant Angelum aut ſpiritum, Act. 23. Dicunt in noſtra eſſe poteſtate fœlicitatem & infortunium. Ioſephus Antiq. Iudaic. lib. 13. cap. 9. Hi cum cæteris Meſſyam purum hominem expectant. Philaſtrius. Eſſæi ab opere dicti, quòd oſtentationem in Phariſæis deteſtarẽtur, mallent verò operatores eſſe: & Epicuriſmum Sadducæorum auerſarentur. Vnde ſe ad extremam oram Iudææ ad lacum Aſphaltitem prope Iericho contulerunt. Hi omnium meliores. Ioſeph. lib. 2. de bell. Iud. cap. 7. hæc de illis: quòd fuerint. 1. amore coniuncti. 2. à voluptatibus alieni. 3. intemperantia fœminarum caueant: vnde & nuptias faſtidiunt. 4. contemnunt diuitias. 5. in commune viuunt, & per procuratores. 6. ſqualorem decorem deputant. 7. in ſingulis nulla domicilia, vbi in commune ſectæ profeſſores ex aliunde venientes excipiunt. 8. amantur tantùm propter latrocinia. 9. eſt *Ioſeph.* *Philaſtri⁹.* *Eſſæi.* *Eſſæorum vita monaſtica.*

D apud eos curatio hoſpitum & veſtimentorum. 10. tantùm eſt illis vna veſtis & calceus. 11. nũquam quidquam alterutri vendunt. 12. ſolis ortum votis apud Deum præcurrunt. 13. manibus laborant. 14. in ſilentio panem comedunt, præmiſſa benedictione. 15. eleemoſynarij ſunt. 16. nihil illis licet dare curatoribus, ſiue cognatis. 17. duobus ſaltem annis probant, quos admittant in conſortium. 18. Hi demùm ſe voto alligant Deo, curatori, & conſortio, & principibus, cętera abiurantes. 19. deprehenſos in peccatis ſegregant, & humi manducare herbas iubent: cibo priuant, donec miſereſcentes humilitatis eos admittunt. 20. ſenes honorãt, nec quid quod eis diſpliceat, faciunt. 21. diſcernuntur ab inuicem in quatuor ordines ſecundum ſuſceptæ abſtinentiæ tempora. 22. paſcuntur cibo verbi à præſide. 23. contemnunt aduerſa. 24. ſubridentes illatam mortem per tyrannos. 25. animarum immortalitatem credunt. Ab his videtur ductum eſſe Monaſticum inſtitutum, quale etiam Philo Iudæus de vita ſupplicum deſcribit. *Philo.*

De Samaritis ſuo tempore dicemus. Cæterùm duarum ſectarum maximè meminerunt Euã- *Samaritæ.*

E geliſtæ, Sadducæorum nimirùm, & Phariſæorum, vt quæ eſſent in populo præcipuæ. De Phariſæis frequenter: de Sadducæis Matth. 22. de vtriſque Act. 23. Sciens Paulus quòd vna pars eſſet Sadducæorum, altera Phariſæorum, exclamauit in concilio, Viri fratres, ego Phariſæus, filius Phariſæi, de ſpe & reſurrectione mortuorum iudicor. Et cùm hæc dixiſſet, facta eſt diſſenſio inter Phariſæos & Sadducæos, & ſoluta eſt multitudo. Sadducęi enim dicunt non eſſe reſurrectionem mortuorum, neque Angelum, neque ſpiritum: Phariſæi autem vtraque confitentur. Porrò mirum eſt, quòd etſi inter ſe cõtendant, tamen omnes ad Ioannem conueniãt: vnde quaſi vi quadam adductos eſſe, aut ex celebritate nominis Baptiſtę, aut ex nouo ſigno baptiſmatis, aut venientis Meſſyæ opinione, etiam & totius populi perſuaſione credimus. Siquidem, inquit Chryſoſtomus, hom. 10. in cap. Matth. 3. Præter plurimam vultus gratiam, & admirabilem hominis ſanctitatem, illum poſt multa tempora Prophetam apparuiſſe lætabã- *Etſi iſtæ ſectæ ſibi aduerſarẽtur, cõueniunt tamen ad Ioannẽ.* *Chryſoſt.*

tur. Ipsum quoque prædicationis genus nouum erat atque diuersum. Nihil quippè vsitatum annunciabat ac solitum, nulla prælia, nulla certamina, nullas de terreno hoste victorias: non morbos ac fames, non expugnationes Babylonicas ac Persicas, non vrbis captiuitatem, neque eorũ omninò quicquam, quæ à Prophetis audire consueuerant: sed cœlum annunciabat, & illud quod ibi promittitur regnum, atque Gehennæ è diuerso supplicium. Propterea quãquã haud multò antè omnes, qui per solitudines aberrabant, trucidarentur, tanquam qui Iudæ & Theudæ complices essent: nihilo seniores tamen illi ad hunc concurrebant. Neque enim Ioãnes ad tale aliquid conuocabat, vt eis tyrannidem dissensionẽque suaderet, aut huiusmodi temerarium aliquod & inconsideratum facinus, sed vt auditores ad cœlorum regnum vocaret. Ideò neque secum illos retinet, nec per eremum circunducit sequentes, sed venientes suscipit, & ad cœlestem eruditens Philosophiam continuò domum remittit: per omnia illos docens cũcta etiã terrena despicere, atque ad præmia regni futurorum bonorum, & in eorum quotidie desiderio concitari. Idem Chrysostom. hom. 11. in Matth. Pharisæos ostendit à Ioanne quidẽ baptisatos fuisse, non tamen iis quæ prædicabat, credidisse. Atque vt discas, inquit, quoniã alia Pharisæi, alia verò populi ad eum voluntate veniebant, audi quomodo Euangelista illud quoque declaret: de populo quidem dicens, quia aduenirent vt baptisarentur ab eo, *confitentes peccata sua*: de Pharisæis verò haud similiter: quoniam Matth. 23. videns multos venientes ad baptisma, dixit, Serpentes, genimina viperarum. O admirabilem animi magnitudinem, stupendámque constantiam! quàm liberè illis loquitur omnibus, qui Propheticum semper sitiebant cruorem, quique in nullo erant serpẽtibus mitiores! quanta & ipsos, & ipsorum parentes libertate castigat! Sed dicat hîc aliquis, libertatem quidem illam fuisse præcipuam: cæterùm illud esse quærendum, vtrum rationem aliquam habuerit ipsa libertas. Neque enim peccantes videbat, sed potiùs ad se conuersos conspiciebat: propter quod nec increpare debuerat, sed è regione laudare atque suscipere: quia scilicet vrbibus ac domibus derelictis ad eremum cucurrissent, vt veritatem prædicationis audirent. Quid ergo dicemus? Non vtique illum absque cõsideratione tanta seueritate fremuisse, & neque præsentibus, neque absentibus peperciisse. Nã quia reuelante sibi Deo, cordis eorum occulta conspexerat, eósque superbum sapere de parẽtum nobilitate cognouerat, hanc illis perditionis esse causam, & hinc in vltimam eos sciebat præcipitatos esse desidiam, satis necessariè radicem arrogantiæ huius incidit. Propterea illos Esaias (.1. cap.) Sodomorum principes, & Gomorrhæorum plebem vocat. Et alter Propheta dicit: Num sicut filij Æthiopum vos estis mihi? Et prorsus omnes ab hac eos persuasione deducunt, reprimentes illorum tumorem, qui illis innumerabilium causas pariebat etiam malorum. Sed Prophetæ, inquies, consequenter: siquidem illos peccantes videbant. Hic verò qua de causa, quáve ratione idipsum facit, cùm eos certè videat ad obediendum paratos? Proculdubiò vt illam duritiem molliret. Nam si sermonem ipsius diligenter intendas, increpationi temperamentũ laudis admisceet. Hæc quippè dixit admirans, quòd ea, quæ illis penè impossibilia videbantur vel fieri, implere potuerunt. Huiusmodi igitur increpatio inuitantis est potiùs atque ad vigorem animi coarctantis. Cæterùm vocat Pharisæos *progeniem viperarum*, non ipsam procreationem viperatum considerans, quasi sint ex viperis procreati: sed indolem, malitiámque viperinam illis obijciens, quam ex vtero matris attulerũt, ita vt sua peruersitate maiorum malitiam referant. Ideò Dominus Matth. 12. Progenies viperarum, inquit, quomodo potestis bona loqui, cùm mali sitis? Nam ex abundantia cordis os loquitur. Sic Matth. 23. Serpentes, progenies viperarum, quomodo potestis fugere à iudicio Gehennæ? vbi idem per serpentes, voce metaphorica, quod per progeniem viperarum indicatur, nempè inhærens serpẽtina prauitas. Sic Christus obijciens Iudæis, quòd sint ex patre diabolo, non tantùm primam illam occupationem ac deformationem, qua Satan genus humanum in suam potestatem redactum, ex imagine Dei in suam transformauit, obijcit: sed etiam inhærentem diabolicã malitiam, quam secum ex vtero matris attulerint. Euthymius in Matth. Itaque ipsos alloquens (inquit) *progenies viperarum* appellauit. Sicut enim viperarum proles, quum pariuntur, suas occidunt matres, exroso earum ventre: ita sanè Iudæi suos patres spirituales, puta Prophetas, occiderant. Laudauit autem ipsos, dicens: *Quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira?* apparebat enim quòd sola ipsorum prudentia. Futuram verò dicit, vel quæ à Romanis in obsidione futura erat: vel quæ à Deo in die iudicij, quam ad pœnitentiã properando fugiebant. Erumpendo igitur ad Pharisæos ac Sadducæos dirigit sermonem: eos autem spiritu discernens, hæc illis dicebat, qui Christum crediturí erant, & ita iram prædictam omninò euasuri. Quòd si Lucas hæc turbis illum dixisse intelligit, nihil inde turberis. Verisimile est enim bis hæc Ioannem dixisse,

Nullus Ioãnem auersatus est.

Chrysost.

Alia voluntate Pharisæi, alia populus ad Ioãnis baptisma cõfluebat.

An rectè fecerit Ioãnes increpãs Pharisæos ad eũ cõfluentes.

Quid per Viperas significetur.

Euthym.

A dixisse, nunc quidem his, nunc verò illis. Admirabatur autem Ioannes magnam ipsorum mutationem: quomodo hi, qui Prophetas occiderant, ipsum quoque non occiderent, sed magis ad pœnitentiam venirent. Eandem sententiam sequitur Theophilactus. Aristoteles lib. 6. de historia animalium, 34. cap. hanc progeniei viperarum impietatem describit. Vipera è serpẽtibus vna animal edit, cùm intra se oua primùm pepererit. Ouum hoc vnius coloris, & Molicum piscium est: fœtus supernè consistit, nec cortice continetur, sicut nec piscium quidem: parit catulos obuolutos membranis, quæ tertia die rumpãtur. Euenit interdum, vt qui invtero adhuc sunt, prorumpant. Singulos diebus singulis parit, plures quàm viginti. Ex quibus intelligere licet, non semper quidem, sed quandoque viperarum catulos nasci cum morte parẽtis. Eapropter olim Lex duodecim tabularum cauisse videtur, vt parricidæ simul cum vipera, quasi parricidarum genimina, assuerentur. Cyrill. Hierosolym. aliunde viperarum similitudinem depromit. Sic enim Catech. 3. hæc verba Ioannis explicat. Non igitur sis deinceps vipera, B inquit: sed cùm esses aliquando genimen illius, exue primæ illius iniquæ vitæ personam. Quilibet enim serpens in angustum intrans, deponit senectutem, & vetustatem per extrusionem exuit, corporeque denuò toto renouatur. Sic & tu intra per angustam portam & strictam, affligens temetipsum per ieiunium, expelle tuam perditionem. Exue veterem hominem cum actionibus suis, & dic illud quod est in Cantic. 6. Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? Cæterùm si quis est inter vos homo hypocrita & ostentator, deuotionem quidem simulans, non ex corde autem credens, Simonis Magi habens hypocrisim, qui non vt gratiæ particeps sit, accedit, sed vt perscrutetur, anxiéque speculetur id quod datur: audiat & ipse à Ioãne: *Iam enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis igitur arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.* D. Thom. Aquinas, vt ex Chrysost. ho. 11. in Matth. ita & ex Am- Thomas.
C brosl. 2. in Luc. c. 11. viperarum cum Pharisæis similitudines conciliat. Sunt, inquit, similes in tribus. Natura enim viperæ est, quando mordet aliquem, recurrere ad aquã: & si inuenit, non moritur, aliàs moritur. Vnde Ioannes perpendens intentionem eorum, quare veniebant ad aquam baptismi, dixit, *Progenies*, &c. Sed quomodo venenati veniebant ad baptismum? quia Ioannes promittebat remissionem peccatorum: vnde compellebat eos ad aquam, deponentẽ prauam intentionem. Ideò dicit, Agite pœnitentiam: & baptisabantur ab eo. Secunda proprietas est, quòd nascendo occidit parentes: vnde dicitur quasi vi pariens. Et isti similiter. Infrà 23. Quem Prophetarum non occidistis? Tertia ratio est: quia pulchritudo exteriùs, interiùs habens venenum. Isti enim pulchri sunt exteriùs quadam simulata iustitia, interiùs habentes peccata. Infrà 23. Væ vobis, quia similes estis sepulchris dealbatis, quæ foris apparent hominibus speciosa, intus verò plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia. Et secundum hoc pro-
D genies viperarum sonat in malum. Ambrosius exponit aliter, & dicit, quòd prudentia ascribitur serpentibus. Infrà 10. Estote prudentes sicut serpentes. Vnde Ioannes commendans eos de prudentia, quia veniebant ad baptismum, dicit, *Progenies*, &c. Primùm ergo quod inducit ad pœnitentiam, est recognitio proprij peccati, secundum est timor Domini iudicij. Prouer. 15. Per timorem Domini declinat omnis à malo. Iob. 19. Scitote esse iudicium. Hoc est quod dicit: Quis demonstrauit, &c. Et sciendum, quòd Ambrosius & Chrysostomus exponunt de præteritis, Rabbanus de futuris: vnde dicit, Quis demonstrabit, &c. & secundum Ambrosium sic, *Progenies*, &c. quasi diceret, *Quis demonstrauit* vt recederetis à malo? quasi dicat, Nullus, nisi Deus. Psal. 84. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. Secundum Chrysostomum sic, *Progenies*, &c. quia retinẽt voluntatem peccati, *quis demonstrauit*
E *vobis fugere*, sicut vos vultis? Non enim hoc didicistis à solo Esaia, quem ita scribentem (cap. 1.) legitis, Lauamini, & mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarũ ab oculis meis. Nõ: quia dicit Dauid Psal. 50. Amplius laua me, Domine, ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me. Et pòst: Sacrificium Deo, spiritus contribulatus: cor contritũ & humiliatũ, Deus, non despicies. Rabbanus de futuro sic, quasi diceret, Bonum est quòd agitis pœnitentiam: quia aliter quis demõstrabit, &c. Ps. 138. Quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? Legendum tamen esse per præteritum ostendit dictio Græca ὑπέδειξεν, apud Matth. & Lucã. Gregorius Papa in hom. *Ventura ira* animaduersio est vltionis extremæ, quam tunc fugere peccator non valet, quando nunc ad lamenta pœnitentiæ non recurrit. 1. ad Thess. 5. Tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in vtero habentis, & non effugiẽt. Item Apoc. 6. Dicunt montibus, Cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira agni. Ierem. 25. Facta est terra eorum in desolationem à facie iræ columbæ, & à facie iræ furoris Domini. Propterea Iob. 19. Fugite à facie gladij. Ps. 138. Quò ibo à spiritu tuo, & quò à

Viperis parricidæ cõparantur. Theoph. Aristotel.

Cyril. Hie.

Serpentum prudentia.

Tria in vipera.
1. *Proprietas viperæ.*
2.
3.

Ambros.

Chrysost.

Rabbanus.

Gr. Papa. *Quæ sit vẽtura ira.*

facie tua fugiam? Non in Tharsis cum Iona (Ion.1.) Tharsis enim interpretatur exploratio gaudij: sed cum Propheta in deserto pœnitentiæ. Ps.54. Mansi in solitudine. Matth.24. Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes. Orate ergo vt non fiat fuga vestra in hyeme, vel sabba- F

Albe. Mag. tho. Albertus Magnus in Matth. per admirationem hoc dictum esse censet, pẽsata qualitate tum Sadducæorum, tum Pharisæorum: quia præsumptio Pharisæorum, inquit, non timet irã, quã putat se non meruisse: & perfidia Sadducæorum eam reijcit, quam non credit futuram. nimirùm, vt diximus, vt qui resurrectionem, ita & iudicium abnegant. Quantam igitur vim verbi esse oportuit, quòd corda eorum demulceret, & ad tremendum Dei iudicium cõmoueret? Quis eis fidem facere potuit, inquit Albertus? Errauerũt enim (Sap.2.) & excæcauit illos malitia eorum: & non iudicauerunt honorem sacrarum animarum, nec mercedem speraue- G
runt iustitiæ. Matth.22. Dicit eis Dominus, Erratis, nescientes scripturas, neque virtutem Dei. Esaiæ 10. Ad cuius confugietis auxilium, aut vbi derelinquetis gloriam vestram? Ioëlis 2. Magnus dies Domini, & terribilis valde: & quis sustinebit eum? Esa.30. Ardens furor eius, & grauis ad portandum: labia eius impleta sunt indignatione, & lingua eius quasi ignis deuorans. Spi-

Origenes. ritus eius velut torrens inundans vsque ad medium colli, ad perdendas gentes in nihilum, & frænum quod in maxillis eorum. Dan.8. Fluuius igneus circa thronũ iudicis. Origenes hom.22. in Luc. Et magna, inquit, huic seculo impendet ira: omnis iram Dei passurus est mũdus: tantam vastitatem cœli, & latitudinem terræ, & stellarum choros, splendorem solis & lunæ nocturnæ solatia Dei ira subuertet. Hæc enim omnia propter hominum peccata transibũt. Et olim quidẽ super omnia terrena venit ira Dei, quia omnis caro (Genes.6.) reliquerat viã suam super terram: Nunc autem & super cœlum & super terram ventura est ira Dei. Cœli trã-
sibũt, tu autem permanebis (ad Deum dicitur, Ps.102.) & omnes sicut vestimẽtum veterascẽt. Vide qualis & quanta ira mũdum omnem cõsumptura sit, & puniet eos qui pœna digni sunt, inueniẽtque materiam in qua se exerceat. Vnusquisque nostrum ex eo quod gessit, iræ materiam præparauit. Secundum duritiam enim tuam, & impœnitens cor, thesauriſas tibi iram in H

Chrysost. die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei, vt dicitur ad Ro.2. Chrysostomus, hom.11. in Matth.

Vnde ista conuersio Pharisæorũ

per admirationem hæc verba dicta esse recensẽt, vt qui ex impijs parentibus orti pietatem amplectantur, & pœnitentiam agant. Vnde facta est, inquit, repentè tanta cõuersio? Quis voluntates eorum asperas mitigauit? quis vulnera immedicabilia curauit? Sed considera, inquit, quòd illos ab ipsis omninò principijs attentos, attonitósque reddiderit: de Gehenna scilicet inferẽdo sermonem. Non enim aliquid vsitatum locutus est, neque dixit, Quis vobis demõstrauit bella vitare, & irruentes fugere impetus, barbarorũ captiuitates, morbos ac fames? sed aliud quoddã supplicium cõminatur, quod nunquam certè illis fuerat manifestum. Cuius autem vel ferreũ peccatoris pectus horrẽdi huius iudicij meditatio non molliat? quem non ad pœnitentiam inuitet? D. Effrem l. de armat. spirit. c.5. Hei mihi, dilectissimi (inquit) quales tunc & quo animo futuri sumus, quando abstrahemur nudi & aperti? Vbi tunc nequitia? vbi tũc carnis fortitudo? vbi fallax inutilisque pulchritudo? Hei mihi, quomodo introducendi sumus ad tribunal illud I horrendum? Vbi tunc humanæ vocis malè blanda suauitas? vbi mala improbáque fiducia? vbi tunc qui masculorum concubitum existimant voluptatem? vbi tunc illi, qui cum tympanis & instrumentis musicis vinum bibunt? vbi tunc illorum contemptus, qui sine metu vixerunt? vbi tunc deliciæ & luxus? Transierunt illa omnia, atque diffusa sunt vt mollis aër. Vbi tunc immodica cupiditas, & infinitus possidendi amor? vbi tunc superbia inanis & turgida, quæ cunctos execrans, se solam aliquid esse arbitratur? vbi tunc vanus & prorsus inanis humanus successus & gloria? vbi tunc tyrannus? vbi rex? vbi princeps? vbi magistratus? vbi hi qui gloriabantur in multitudine diuitiarum suarum, & Deum contemnebant? vbi Duces? Tunc profectò videntes admirati, conturbati, commoti sunt: tremor apprehendit eos: ibi dolores vt parturientis, in spiritu vehementi tunc conterentur. Hac ergo iudicij meditatione animos quan- K

Meditatio iudicij ad pœnitẽtiã inducit.

D. Effrem.

tumuis feroces Pharisæorum & Sadducæorum emollit Ioannes. Et ne frustrà hoc timore initientur, adijcit, *Facite ergo dignos fructus pœnitentiæ.* quasi dicat, Nunc cùm mutandam esse in melius vitam, & deflenda peccata didiceritis, facite vt ne frustrà manus ad aratrum admoueatis. Quid enim proderit vobis Verbum aure acceptum, nisi & operibus illud adimpleatis? Quid nosse per pœnitentiam parandum iter Messyæ, nisi & pœnitentiæ fructus edatis? Quid denique proderit percelli terrore & expectatione terribilis illius iudicij, nisi simul ea caueatis, quæ vos damnationi æternæ, & gehennæ adiudicare possunt? Nec enim omni terræ creditũ semen fructum centuplum adfert, nec omni corde acceptum verbum in vitam æternam fructificat. Euthymius in Matth. Quia ergo resipiscitis, scitote quòd non sufficit prauitatem dun-

Euthym.

taxat

A taxat fugere: sed oportet virtutem quoque operari. Declina (inquit Psalmo 33.) à malo & fac bonum. Eadem est sententia Theophilacti & Chrysostomi. Druthmarus in Matthæum. Quisquis enim (inquit) de peccatis suis sollicitus est, vt ei remittantur per bona opera, à ventura ira fugit, quia festinat se tollere à sinistra parte hœdorum, & fugit in dextram cum agnis: quoniam hœdi cruciabuntur, agni autem protegentur à Domino. Fructum autem dignum pœnitentiæ facere, est præterita mala fletibus punire, & bona è contrario agere: vt sicut exhibuimus membra nostra seruire iniustitiæ, ita exhibeamus eadem iustitiæ in sanctificationem. Vel fructus dignos pœnitentiæ agere, est malè commissa eleemosynis redimere. Basilius in Regulis breuioribus, interrog. 288. superiùs assignata, ad fructum pœnitentiæ retulit confessionem peccatorum. Cyrillus Hierosolymit. Catechesi 3. Qui sunt, inquit, pœnitentiæ fructus? Qui habet duas tunicas, det non habenti. Qui habet escas, faciat similiter. Vis frui gratia Spiritus sancti, & ci-

B bis sensilibus pauperes non reficis? Magna quæris, & parua non rependis. Ita eleemosynam, fructum pœnitentiæ assignat. Facite eleemosynam, & omnia munda sunt vobis, ait Christus. Origenes, homilia 21. in Lucam: Vultis, inquit, scire qui sunt fructus pœnitentiæ? Charitas fructus est spiritus. Gaudium fructus est spiritus, pax, patientia, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia, & reliqua huiusmodi. Si hæc omnia habuerimus, fecimus dignos fructus pœnitentiæ. In hoc maximè satisfactio pars pœnitentiæ attenditur. Chrysostomus homilia de-

C cima, in Matth. Operis imperf. Digni pœnitentiæ fructus sunt, inquit, cùm commissis peccatis aduersa facimus. Aliena rapuisti, incipe donare propria: longo tempore fornicatus es, à legitimo quoque vsu coniugij suspendere, ac perpetuam continentiam paucorum dierum castitate sæpiùs meditare: iniuria, vel opere quenquam, vel sermone affecisti, refer benedictionis verba: conuiciis te percutientem, nunc officiis, nunc beneficiis placare contende. Deliciis antea & temulentia diffluebas: ieiunio & aquæ potu vtrumque compensa, vt famem superes imminentem. Vidisti impudicis alienum decorem oculis: fœminam omninò iam non videas, maiore tactus cautione post vulnera. Gregorius Papa in homel. Obserua scilicet, quòd amicus sponsæ non solùm fructus pœnitentiæ, sed *dignos fructus pœnitentiæ* admonet esse faciẽdos. Aliud est namque fructum facere, aliud fructum dignum pœnitentiæ facere. Vt enim secundũ dignos pœnitentiæ fructus loquamur, sciendum est, quia quisquis illicita nulla commisit, huic

D iure conceditur, vt licitis vtatur: sicq; pietatis opera faciat, vt tamen, si voluerit, ea quæ mundi sunt, non relinquat. At si quis in fornicationis culpam, vel fortè, quod est grauius, in adulteriũ lapsus est: tantò à se illicita debet abscindere, quantò se meminit & illicita perpetrasse. Neque enim par fructus boni operis esse debet eius, qui minùs, & eius qui ampliùs deliquit: aut eius qui nullis, & eius qui quibusdam facinoribus cecidit, & eius qui in multis est lapsus. Per hoc ergo quod dicitur, Facite dignos fructus pœnitentiæ, vniuscuiusque conscientia conuenitur, vt tantò maiora quærat bonorum operum lucra per pœnitentiam, quantò grauiora sibi intulit damna per culpam. Augustin. lib. 21. de ciuitate Dei, cap. 27. Hinc ergo quærendum est, in-

E quit, quæ dignæ fiant pro peccatis eleemosynæ: de quibus etiam Christi præcursor ille dicebat, Facite ergo dignos fructus pœnitentiæ. Proculdubiò non inuenientur eos facere, qui vitam suam vsque ad mortem, quotidianorum criminum perpetratione, confodiũt. Qui ergo dignas pro suis peccatis eleemosynas facit, priùs eas facere incipiat à seipso. Indignum est enim vt in se non faciat, qui facit in proximum, cùm audiat dicentem Dominum, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Itémque audiat Eccl. 30. Miserere animæ tuæ placens Deo. Hanc ergo eleemosynam, id est, vt Deo placeat, non faciens animæ suæ, quomodo dignas pro peccatis suis eleemosynas facere dicendus est? Ad hoc enim & illud scriptum est: Qui sibi malignus est, cui bonus erit? Orationes quippè adiuuant eleemosynæ. Et vtique intuendum est, quod legimus Ec-

F clesiastici 21. Fili peccasti, ne adiicias iterum, & de præteritis tuis deprecare, vt dimittantur tibi. Propter hoc ergo eleemosynæ faciendæ sunt, vt cùm de præteritis peccatis deprecamur, exaudiamur, non in eis perseuerantes, licentiam malefaciendi per eleemosynas comparare credamus. Idem tom. quarto, libro de vera & falsa sapientia, cap. 2. ex hoc loco veram pœnitentiã definit, quæ sese per opera manifestam faciat. Si fides, inquit, fundamentum est pœnitentiæ, præter quam nihil est quod bonum sit, appetenda est pœnitentia, quam constat in fide esse fundatam. Non enim potest arbor bona fructus malos facere. Pœnitentia itaque, quæ ex fide non procedit, vtilis non est. Oportet autem credi, remedium pœnitentiæ à Saluatore concedi. Si enim omnis pœnitentia sterilis esset peccatoribus, nequaquam reuocarentur ad pœnitentiã Christi interfectores, quam prædicauit Dominus mitis & mansuetus, & eius præcursor. Dicit enim, Fructus facite dignos pœnitentiæ: ostendens pœnitentiam non sterilem, sed dignè

Quis fructꝰ pœnitẽtiæ. Druthmar. Basilius. Cyrill. Hierosol. Origen. Chrysost. Gre. Papa. *Fructus dignos qui.* Augustꝰ. *Qui faciãt dignos fructus pœnitentiæ.* *Eleemosyna.* Idem. *Pœnitentia vera nõ est infructuosa.*

fructificare. Itaque dictio Pœnitentiæ, in hac sententia, *Facite fructus dignos pœnitentiæ*, non pẽ- F
det à dictione, Fructus, sed ab adiectiuo, Dignos: quemadmodum etiam in Græca sententia,
καρπὸς ἀξίους τῆς μετανοίας. Nam Dignus apud Græcos, gignendi casum habet. Huius autem
sententiæ hic sensus erit. Si verè, ô Pharisæi & Sadducæi, vos peccatorum pœnitet, & ea pro-
pter baptismum susscipitis, vt & Christo viam præparetis, & remissionem assequamini: Si de-
nique non fucato animo vos gregi pœnitentium inseritis, & ex eorum numero haberi vultis,
qui regno cœlorum inscribuntur, agite nunc, & verã vestram pœnitentiã esse ostendite. Ostẽ-
detis autem, si fructus dignos protuleritis: nimirùm rerum præsentium contemptum, vestri ab-
negationem, summam modestiam & humilitatem, & ardens pietatis studiũ. Hi nimirùm sunt
fructus animi verè pœnitentis, & vitæ nouitatem seriò meditantis. Ponite igitur superciliũ hoc
vestrum, & vosipsos peccatores esse cognoscite, peccata deflete: & quò magis abũdastis in de-
liciis, eò magis susscipite tormenta & luctum: mortificate membra vestra super terram, & meo G
ipsius exemplo castigate corpus vestrum, & in seruitutem redigite, vt & Christũ, & ipsius gra-
tiã adipiscamini. *Et ne velitis dicere intra vos, Patrem habemus Abraham.* id est, ne quemadmo-
dum soletis, in genere paterno gloriemini, vt dicatis vos esse filios Abrahæ, tãquam id sufficiat
Chrysost. ad iustitiam. Chrysostomus hom. 3. Operis imperf. in Matth. Quid enim prodest ei, quem sor-
Vera nobi- didant mores, generatio clara? Aut quid nocet illi generatio vilis, quem mores adornant? Ipse
litas quæ. se vacuum ab omnibus bonis actibus ostendit, qui gloriatur in patribus. Quid profuit Cham,
quòd filius fuit Noe? Nónne separatus de medio filiorum? Qui secundum carnem frater natus
fuerat, secundum animũ factus est seruus: nec familia eius sancta potuit defendere impios mo-
res. Aut quid nocuit Abrahæ: quòd patrem habuit Thare, luteorum deorum cultorem? Nón-
ne separatus à genere suo, positus est in caput fidelium, vt iam non diceretur filius peccatorũ,
sed pater sanctorum? Nec potuerunt gloriam eius sordidare paterni errores. Nam & aurum de H
terra nascitur, sed non est terra: & aurum quidem eligitur, terra autem contemnitur. Et stãnum
de argento egreditur, sed non est argentum. Itaque argentum locatum seruatur, stannum au-
Melius il- tem foras expellitur. Melius est de contemptibili genere clarum fieri, quàm de claro genere
lustrare p- contemptibilem nasci. Qui enim de claro genere clarus nascitur, gloria claritudinis eius, non
genitores, est eius solius, sed communis videtur cum genere: Qui autem de contemptibili genere clarus
quàm ab iis egreditur, tota gloria claritudinis eius, eius solius est. Item qui de contemptibili genere con-
illustrari. temptibilis nascitur, turpitudo contemptibilitatis illius, non est eius solius, sed etiam generis
eius: Qui autem de claro genere, contemptibilis autem nascitur, omnis turpitudo illius, eius so-
lius est. Ideò melius est, vt in te glorientur parentes, qui talem filium habent, quàm tu glorieris
in parentibus. Sic & vos *nolite gloriari, dicentes, quia Patrem habemus Abraham:* sed magis cru-
bescite, quia filij eius estis, & sanctitatis eius non estis hæredes. Ipse enim vos suo testimonio I
conuincit, quòd velut de adulterio nati, non assimilamini patri. Sermonem dictum ad Iudæos
conuertamus ad Christianos: quia Iudæi putabant se propter hoc solum esse saluandos, quia
erant filij Abrahæ: sic & multi insipientes Christiani per hoc solum putant esse saluandos, quia
Idem Chri- sunt Christiani. Ad quos conuenienter dicit Ioannes: Nolite dicere quia sumus Christiani, sed
stianis dici facite dignos pœnitentiæ fructus. *Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.* La-
potest. pis quidem durus est ad opus: sed cùm factum fuerit opus ex eo, deficere nescit. Sic & Gen-
tes cum difficultate quidem crediderunt: tamen credentes permanent in æternum in fide.
Origenes. Origenes homilia 22. in Lucam. Ita prophetat Ioannes, inquit, nouissimus Prophetarum, ex-
pulsionem prioris populi, & vocationem Gentium. Illis enim, qui de Abraham gloriabantur,
dicit: Et ne incipiatis dicere in vobismetipsis, Patrem habemus Abraham. Et de Gentibus
De quibus rursum loquitur: *Dico enim vobis, quia potest Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.* De K
lapidibus quibus lapidibus? Non vtique lapides irrationabiles corporeósque monstrabat, sed homines
filij Abra- insensibiles, & quondam duros, qui quia lapides & ligna adorabant, impletum est illud, quod
hæ. in Psalm. 113. cantabatur: Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Ve-
rè qui faciunt idola, & qui confidunt in eis, similes sunt diis suis: absque sensu, sine vlla ratione,
in lapides lignáque conuersi sunt. Cùm enim tantum viderint creaturarum ordinem, decorem,
officium, tantam mundi pulchritudinem, nolunt de creaturis intelligere creatorem: neque cõ-
siderant tantæ dispensationis aliquam prouidentiam, aliquem esse creatorem: sed sunt cæci, his
tantùm oculis mundum videntes, quibus irrationabilia & iumenta & bestiæ videt. Non enim
animaduertunt in his quæ vident ratione regi, aliquã inesse rationẽ. Hæc præterea quia dixerat
Ioãnes, Potest Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ: & nos igitur obsecremus Deum,
vt si quãdo fuimus lapides, vertamur in filios Abrahæ, pro his filiis qui eiecti sunt, & remissionẽ

ad-

A adoptionémque ſuo vitio perdiderunt. Vnum teſtimoniũ adhuc de lapidibus ponam. Siquidẽ in Cantico Exod. 15. Vertantur in lapides, donec pertranſeat populus tuus, Domine, donec pertranſeat populus tuus iſte, quem poſſediſti. Rogatur itaque Deus, vt pauliſper conuertantur in lapides. Hoc enim Græcus ſermo ſignificantiùs ſonat, στηλιάτωσαν, donec pertrãſeat populus Iudæorum. Haud dubium, quin poſtquàm illi pertranſierint, Gentes lapideæ eſſe ceſſabunt, & pro duro corde recipient humanam in Chriſto, rationabilémque naturã. Tho. Aqu. in Matth. ſcribit, Ioannẽ tum baptiſaſſe in eo loco, quo populus Iſraël pede ſicco tranſiuit Iordanem ductore Ioſue: & proinde lapides illos demonſtraſſe, qui erant & extra flumen, & in medio eius erecti mandato Ioſue, in memoriam trãſitus illius. Anſelmus in Matth. Cùm enim, inquit, iuxta Iordanem eſſet, oſtendit ibi duodecim lapides, qui Gentiles præfigurabant. Ioſue enim dum filios Iſraël in terram Promiſſionis introduceret, veniens ad Iordanem, fecit per orationem ſcindi illum, & ſuperior pars ſtetit, & inferior pars defluxit in mare. Cúmque tranſiſſent, præcepit

B duodecim lapides de alueo transferri in ſiccum, & duodecim de ſicco in fluuium, in memoriã tranſitus Iſraël. Fluuius ſignificat fluxum iſtius ſeculi: duodecim lapides ſignificant Gentes, quę priùs erant in fluxu huius ſeculi, dum idololatriæ ſtudebant: Alij duodecim Iudæos, qui quaſi extra fluxum erant, dum legem & cultum Dei habebant. Significauit ergo Ioſue, quòd Iudæi ſubmergerentur, & Gentiles ad fidem venientes, à fluxu ſeculi ſaluarentur, vel retraherentur, & filij Abrahæ efficerentur. Gregorius Papa, in hom. Nec immeritò, inquit, lapidum nomine Gentes ſignificatæ ſunt, quæ lapides coluerunt. Vnde ſcriptum Pſ. 113. Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. de quibus nimirùm lapidibus filij Abrahæ ſuſcitati ſunt: quia dũ dura corda Gentiũ in Abrahæ ſemine, id eſt, in Chriſto crediderũt, eius filij facti ſunt, cuius ſemini ſunt vniti. Vnde & iiſdem Gentibus per egregiũ prædicatorẽ dicitur: Si autẽ

C vos Chriſti, ergo ſemen Abrahæ eſtis. Si igitur nos per ſemen Chriſti, Abrahæ ſemen exiſtimus, Iudæi propter perfidiam, Abrahæ filij eſſe deſierunt. Quia verò illo die tremendi examinis parentes boni malis filiis prodeſſe non poſſunt, atteſtante Propheta Ezechiele (cap. 14.) cùm dicit, Noé, Daniel & Iob ſi fuerint in medio eorum, viuo ego, dicit Dominus Deus, quia filium & filiam non liberabunt: ſed ipſi iuſtitia ſua liberabunt animas ſuas. Et rurſum. Quia boni filij nihil malis parentibus proſint, ſed ad reatum potius parentum malorum proficiat bonitas filiorum, ipſa per ſe Veritas Iudæis non credentibus dicit: Si ergo in Beelzebub eiicio dæmonia, filij veſtri in quo eiiciunt? Ideò ipſi iudices veſtri erunt. Hanc lapidum ſignificationem pro Gentibus ſequitur Clemens Alex. Orat. adhortatoria ad Gentes. Si quidem, inquit, lapidibus quoque inſenſibilior homo eſt ignorantia præditus, teſtis nobis accedat vox Prophetica veritati concinens, quæ miſeretur eorum, qui ſunt cõtriti in ignorantia & amentia. *Potens enim*

D *eſt Deus ex his lapidibus ſuſcitare filios Abrahæ:* qui miſeratus inſcitiam, & cordis duritiem eorum qui lapidauerunt aduerſus veritatem, excitauit ſemen pietatis in Deum, virtutem ſentiens ex lapidibus illis, nempè Gentibus, quæ crediderunt lapidibus. Eundẽ ſenſum ſequitur Auguſt. tom. 10. ſerm. 24. in Natali Domini. Albertus Magnus hoc reducit ad Dei potentiam non abſolutam, ſed ordinatam per conſilium, quod eſt diſpoſitio immobilis futurorum, vt ſcribit in Matth. quia ſicut Iudæos ſuſcitauit de cẽtenario & nonagenario, propter quod Abraham dicitur petra, & vulua Saræ cauerna laci, (Eſa. 51.) Attendite ad petram de qua præciſi eſtis, & ad cauernam laci de qua nati eſtis: Ita adhuc eadem potentia poteſt ſuſcitare & hos filios. Matth. 21. Auferetur à vobis regnum, & dabitur Genti facienti fructus eius. Malach. 1. Ab ortu ſolis vſque ad occaſum magnum eſt nomen meum in Gentibus. Et præmittit: Non eſt mihi voluntas in vobis, & munus non ſuſcipiam de manu veſtra. Hic ſenſus confirmatur ex Gloſſa, quæ dicit,

E quòd in huius rei teſtimonium Deus de Sara genuit filium. Et eſt locutio impropria: quia corporalis (aliâs carnalis) actus non refertur in Deum. Poteſt & iſtud ad abſolutam Dei potentiam referri, vt ſcribit Thomas Aquinas, in Matth. ſi ad literam interpretetur. Hoc eſt enim primum fidei fundamentum, credere omnipotentiam Dei. Iob 42. Scio quia potes, & nulla te latet cogitatio. Hieronymus in Matthæum, ita ſimpliciter indicat Dei potentiam: quódque de nihilo cuncta fecerit, poſſit & de ſaxis duriſſimis populum procreare. Nam qui hominem è limo terræ, mulierem è coſta hominis formauit, qui vxorem Loth in ſtatuam ſalis tranſmutauit, non poterit rurſus & ipſam ſtatuam in mulierem reformare, & ex lapidibus homines facere? Denique qui verbo ſuo lapides in panes cõuertere poteſt, vt ipſe Satan agnouit, num & lapides in homines transformabit? Conſimili argumento vſus eſt Chriſtus, Luc. 19. Quòd ſi hi tacuerint, lapides clamabunt. Has omnes interpretationes Euthymius in Matthæum ſcribens coaceruat. Ne putetis, inquit Chriſtus, quòd ſi vos abſque fructu virtutum perieritis, nulli reliqui erunt

Typus huius rei.

Tho. Aq. *Vbi Ioãnes baptiſauit.*

Anſelmus.

Lapides electi.

Gregor. Papa.

Lapides Gẽtes ſignificant.

Cl. Alex.

Auguſtin. Alb. Mag.

Gloſſa.

Dei omnipotentia. Tho. Aqu.

Hierony.

Euthym.

Abrahæ filij. Potest enim Deus de inanimatis his lapidibus suscitare filios ipsi Abrahæ. Etenim F
ipsum Isaac quoque suscitauit ei de inanimato ac lapideo Saræ vtero. Potest & alio modo dici. Ne gloriemini quòd originem habeatis ipsum Abraham. Neque enim hoc vestrum bonum opus est, sed Dei bonum: qui potest, nempè omnipotens, de apparentibus his lapidibus suscitare filios ipsi Abrahæ. Quidam autem dicunt eos, qui è Gentibus crediderunt, his verbis insinuari: qui primùm ad veritatem obdurati & insensati, postea per fidem in filios adoptati sunt. Alij verò illos designari dicunt, qui tempore passionis Christi ob petrarum scissionem, per fidem in filios adoptati sunt: Hi autem & illi in Abrahæ filios cooptati sunt, vtpotè cum ipso æternæ hæreditatis participes. Propè enim Abrahæ filij sunt, qui virtutes eius imitantur, & forte ipsius in regno cœlorum digni habentur, siue ex Iudæis sint, siue ex Gentibus. Nam tantò maior est virtutis cognatio quàm sanguinis, quantò anima corpore præstantior est. *Iam verò*

Græca sententia. *& securis ad radicem posita est.* ἤδη γὰρ καὶ ἡ ἀξίνη. vbi non ociosa est coniunctio γὰρ, enim. Indicat scilicet cum epitasi proximum instare periculum, nisi resipiscant. Siquidem quandiu spes est remedij, stercoratione aut putatione subuenitur arborum vitiis. Cæterùm vltimæ desperationis indicium est, quoties securis admouetur radici. Chrysostomus hom. 11. Operis perfecti in cap. Matth. 3. Nihil, inquit, terribilius hac ipsa exhortatione sermonis. Non enim adhuc illic falcem volantem, non destructionem sepis, non conculcationem vineæ comminatur: sed securim secantem, quódque multò est terribilius, imminentem, & iam iámque cædentem. Quia enim in Prophetarum verbis increduli, sæpè dicebant, Vbi est dies Domini? & veniat consiliũ sancti Israël, vt sciamus: eò quòd multa annorum spatia, quæ dicebantur, venirent: necessariè ab hac illos desidia retrahens, mala ipsorũ vicina constituit. Id enim egit dicendo, & radicibus securim admotam esse monstrãdo. Nihil, inquit, est mediũ, sed ipsi iam radici imminet prorsus abscisio. Neque enim aut ramis minatur, aut fructibus, sed ipsi vtique radici: ostendens illos, si fortè neglexerint, immedicabiliter esse feriendos, & ne spem quidẽ curationis esse habituros. Non enim qui aduenit seruus, vt priores: sed profectò omniũ Dominus grauissimam certè contẽptoribus suis, ac potentissimam inferens vltionem. Attamen cùm etiam maximè terruisset, non eos fiuit desperatione cõcidere: sed, vt paulò superiùs, non dixit, Quoniã suscitabit Deus: verùm, Quia potest suscitare filios Abrahæ, consolationẽ quandam admiscendo terrori. Ita huic quoque non ait, quòd radicem iam ipsam ictus securis attingat: sed, quia interim posita sit, & radici prorsus admota, nec quicquam iam esse dilationis ostendit. Cúmque, inquit, eam iuxtà admouerit, vos tamen facit ipsius incisionis authores: si velitis quippè conuerti, & esse meliores, securis ista remouebitur, nihil prorsus operata: si verò in iisdem studiis permaneatis, radicitùs arbores desecabit. Propterea nec à radice remouetur: nec tamen aduersus radicem mouetur, & cædit: quorũ vnum agit, ne vosmetipsos in otium resoluatis: aliud verò, vt discatis vos posse etiam breuissimi temporis conuersione saluari. Et idcircò vndique auget timorem, excitans eos ad pœnitentiã, I
& penè expellens. Nam & à stemmate abduci parentum, & in filiorum locum alios induci, & pœnam iam in ianuis assistere, & intolerabilia esse patienda. Vtraque hæc enim, quæ per radicẽ securimque mõstrauit, idonea erant etiã nimis iacentes, oppressásque torpore animas suscitare,

Ipsi radici minatur. *Chrysost. Prædicatio Ioãnis quãtum horrorem incutiat.* *H*

Albertus Magnus. Synagoga arbor est. & ad studium virtutis attollere. Albert. Mag. in Matth. Igitur, inquit, sub metaphora comparat sententiã securi: & condemnandos comparat arbori, & præcipuè Synagogam, cui tunc impendebat securis. Ex modo loquendi dixit extirpandam esse funditùs Synagogam à radicibus: quæ radix fuit refugium in parte vna ad legis obseruantiam cogens: & sacerdotium in parte altera, legem docens: quæ duo in proximo excindenda fuerunt: quia iam ambo illa ad Pontifices deuoluta fuerant, & illi se ad impietatem conuerterant. Rarò autem in scriptura comparatur sententia securi, & comparatio est ad similitudinem præcisionis: & sæpiùs comparatur gladio. Iob. K

sententia securis. 19. Fugite à facie gladij, quoniam vltor iniquitatis gladius est, & scitote esse iudicium. Esaiæ 27. Visitabit Dominus in gladio suo duro, grandi, & forti: super Leuiathan serpentem vectem, & super Leuiathan serpentem tortuosum. Apoc. 1. Gladius ex vtraque parte acutus de ore

Gre. Papa. eius exibat. Gregorius Papa, in hom. Omnis enim arbor, inquit, non faciens fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur: quia vnusquisque peruersus paratam citiùs Gehennæ concremationem inuenit, qui hîc fructum boni operis facere contemnit. Et idem libro 17. Moralium, in Iob, cap. 24. vbi hæc leguntur: Conteratur quasi lignum infructuosum. Terra quippè, inquit, impios temporali sumptu aluit, prædicationis insuper pluuia infudit: sed quia eorum vita nequaquam fructum boni operis protulit, iratus hanc agricola abscidit, vt iuxta veri-

Augustin. tatis sententiam locum non occupet, quem tenere alius ad fructum valet. Augustin. tom. 9. lib. de contritione cordis, cap. 4. O quàm tolerabiliùs canis putridus fœtet hominibus, quàm anima

A anima peccatrix Deo! Magis infœlix iſta Deo, quàm illa hominibus. Anima peccatrix, arbor infructuoſa es: vbi ſunt fructus tui? Talis autem arbor digna eſt ſecuri & igne, & digna ſuccidi & incendi. Qui ſunt fructus tui? Vtique ſpinæ pungẽtes, & amara peccata, quæ vtinam ſic te pœnitendo pungerent, vt confoderent: ſic amareſcerent vt euaneſcerẽt. Hilarius, can. 2. in Matth. Hilarius.
Securis enim radicibus arborum appoſita, infructuoſa harum arborũ cæde & concrematione, ſignificat inutilis perfidiæ excidium conflagrationi Iudicij comparari. Ita quemadmodum obſeruat Ambroſ. l. 2. in Luc. c. 11. Primùm quidem Ioannes homines lapidibus, demùm cum ar- Ambroſ.
boribus contulit. Exempli autem ideò facta mutatio eſt, inquit, vt illo comparationis proceſſu, *Homines lapidibus & arboribus compa-*
quidam hominis clementior profectus intelligatur. Nam illi antè deformes ad vſum, nudi ad *rantur.*
ornatum, ſteriles ad fructum, irrationabiles ad profectum, iam in arborum ſpeciem figurantur:
quæ rationabili quodam naturæ munere, decorè ad vſum, ad aſpectum venuſtè, ad fructum o-
B pimè, ſurgunt cacuminibus, funduntur brachiis, replentur fructibus, frondibus veſtiuntur. Atq; vtinam nos fœcundarum vſum arborum poſſimus imitari, meritiſq; creſcentibus longæuæ humilitatis radice fundati, ſublimes ab humore, decori ad ſpeciem, adultos fructuoſorum operum vertices erigamus, ne Euangelici ſecuris agricolæ trunci radicem excidat. Væ enim mihi eſt, ſi *Succiſio pœna æterna.*
non Euangelizauero. 1. Cor. 9. Sed vox iſta Apoſtolica eſt. Væ mihi eſt, ſi non peccata defleuero: væ mihi eſt, ſi non media nocte ſurrexero ad confitendum tibi. Væ mihi, ſi dolum proximo meo fecero: væ, ſi non locutus fuero veritatẽ. Ad radicem ſecuris eſt poſita. Faciat fructum, qui poteſt, gratiæ: qui debet, pœnitentiæ. Adeſt Dominus qui fructũ requirat, fœcundos viuificet, ſteriles deprehendat. Anni tres ſunt, ex quo venit, & fructũ in Iudæis inuenire non potuit. Vtinã inueniat in nobis. Iuſſurus eſt ſuccidi infructuoſos, ne terram occupent. Sed qui adhuc non habet fructũ, conetur vt afferat fructũ. Bonus ille cultor agri interueniet pro nobis infœcũdis, pro
C nobis infructuoſis, vt detur ſpatium, patientia deferatur, ne fortè & nos aliquẽ Deo fructũ ferre poſſimus. Ita igitur, vt obſeruat Tho. Aqu. in Matth. reſcindit omnem deſperationem, & pigri- Tho. Aqu.
tiam. Duabus enim rationibus nonnulli à pœnitentia retrahuntur. Alij, quia iudicium futurum non credũt. Eccl. 5. Ne dixeris, eſt mihi ſufficiens vita. Iob 19. Fugite à facie gladij, quoniã vltor *Duabus ra-*
iniquitatum gladius eſt, & ſcitote eſſe iudicium. Alij verò, etſi credant, retrahũtur tamen infir- *tionibus*
mitate carnis, & pigriores redduntur. Atqui 2. Pet. 3. Non tardat Deus promiſſionẽ ſuam, ſicut *quidam re-*
quidam exiſtimant: ſed patienter agit propter nos, nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitẽ- *trahũtur à*
tiam reuerti. Vtrumque igitur excludit Ioannes. Iudicium tandem ſucceſſurum per venturam *pœnitentia.*
iram & ſecurim intelligit: & ne quis differat pœnitentiã, hortatur, cùm pro foribus vindicta illa Hierony.
diuina appareat. Iam enim, inquit, ſecuris ad radicem poſita eſt. Pſ. 7. Niſi conuerſi fueritis, gladium ſuum vibrauit, arcũ ſuum tetendit, & parauit illum. Et parauit in eo vaſa mortis, ſagittas
D ſuas ardentibus effecit. Sunt etiam qui per ſecurim, intelligant comminationem horrendi illius excidij, quod per Romanos poſtea illi Genti illatum eſt: quod etiam Chriſtus defleuiſſe legitur Luc. 19. & ex quo magnam illam tribulationem, quæ poſtremis temporibus ſucceſſura eſt, expreſſit, dicens: (Matth. 24.) Veniet tempus quale non fuit, ex eo, ex quo Gentes eſſe cœperũt, *Securis, excidiũ Hieroſolyma.*
vſque ad tẽpus illud. Hieronymus in Matth. per ſecurim, prædicationẽ verbi intelligit: nec interim excludit ſenſum iudicij diuini, cùm hic nobis per verbum incutiatur. Prædicatio, inquit, ſermonis Euangelici, qui ex vtraque parte acutus eſt gladius, ſecuris appellatur: iuxta Hierem. Athanaſ.
Prophetam (cap. 46.) qui verbum Domini ſecuri comparat, cædenti petram. Athan. l. Quæſt. ad Antioch. Principẽ. q. 42. Radix, inquit, eſt fides: arbor verò eſt homo, & ſecuris eſt finis hominis. Et hunc ille ſenſum ſequi videtur, quòd fidem oporteat fructum bonorum operum per *Opera neceſſaria ad ſalutem.*
E charitatem adferre: alioquin ſicut, teſte Iacobo, fides ſine operibus mortua eſt, ita & ſecuris, ſeu finis hominis, hanc fidem ſimul ſit cum ipſo homine reſciſſurus, vt quæ tãdem non fructificet ad gloriã. Coincidunt quodãmodò hæ omnes interpretationes. Tale enim iſtud eſt Ioannis, ac ſi diceret, Facite dignos fructus pœnitentiæ: alioquin nõ ſolùm ab Abrahę genere excidetis, verumetiam vltrici excidio ex hac vita exciſi, etiã in futuro pœnas æternas luetis. An non vos cõtinuæ diſſenſiones, non Romanorum in gentem veſtram imperium, non Herodis tyrãnis, non labefactata Pontificũ ſucceſſio, non Ethnici vobis tributũ imponentes, non toties prophanatũ & direptũ templũ, admonet ſucceſſuri magni cuiuſdã excidij? An non illa propter peccata veſtra & hypocriſes euenire cognoſcitis? An non Deum requirere impietates & ſanguinẽ è manu veſtra? Olim quidẽ quãdiu in vobis ſpes melioris vitæ fuit, ſuſtinuit vaſa iræ in multa patientia, apta in interitũ carnis. Nunc verò, ſi nulla expectatio veſtræ reſipiſcentiæ ſupereſt, & induratis corda veſtra, quid aliud vobis quàm horribilis quædam diuini iudicij expectatio proponenda erit? An non videtis quouſque parcat agricola arboribus ſuis? Eouſque ſcilicet, donec fructum

ferre desinant. At verò *omnis arbor, quæ non fert fructum, excidetur, & in ignem mittetur.* Quẽ- F
admodum ergo infrugiferis arboribus fieri solet, vt, ne solum frustrà occupent, excidantur, &
comburantur: ita vos eiectos è terra, quam frustrà hactenus incoluistis, & à spe regni cœlorum,
quod frustrà expectastis, tam ingrati Deo, ignis iræ Dei consumet. Huc facit parabola de ficu,
Luc. 13. Si non pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis. Dicebat autem & hanc si-
militudinem. Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua: & venit fructum quærens
in illa, & non inuenit. Dixit autem ad cultorem vineæ: Ecce anni tres sunt, ex quo venio, quæ-
rens fructum in ficulnea hac, & non inuenio. Succide ergo illam. Vt quid etiam terram occu-
Chrysost. pat? Chrysostom. hom. 11. Operis perfecti in Matth. Cùm verò dicit, Omnis, vniuersum hono-
rem carnalis nobilitatis excludit. Etiamsi ipsius, inquit, Abrahæ fueris nepos, & mille, à quibus
ducis genus, Patriarchas enumeres, duplicem pœnam subibis, si bonorum fructuum inanis ex- G
Gr. Papa. titeris. Gregorius Papa in homelia, colligit, turbas magnam illam Ioannis comminationem in-
tellexisse, qua non pauci tantùm è populo, sed omnes, quasi è radicibus arbos, exterminarentur.
Non enim securim iuxta ramos positam, sed ad radicem dicit. Cùm enim, inquit, malorum fi-
lij tolluntur, quid aliud quàm rami infructuosæ arboris abscinduntur? Cùm verò tota simul
progenies cum parente tollitur, infructuosa arbor à radice abscinditur, ne iam remaneat, vnde
Origen. iterum praua soboles succrescat. Origenes hom. 23. in Luc. Huic autem sensui & Apostolicum
illud congruit, (Rom. 11.) fractos esse ab hac securi infidelitatis ramos & succisos, vt amputaret
ex arbore, non radicem, sed ea quæ ex radice pullularunt: vt in radice pristinæ arboris, rami pos-
Reprobatio Iudæorum. sint oleastri inseri. Et hic quidẽ Origen. sensus ad Christi verba melius accedit. Nisi fortè Gre-
gorius intelligat abscissam arborem, quæ è radice succreuerat, id est, Synagogam Iudæorum, ne
iterum praua soboles Iudæorum succrescat, donec Gentium plenitudo subintrauerit. Interim
tamen radix manet, manet Abrahæ fides, cultus, & religio, in quam fidelis quisque inseritur, vt H
filius Abrahæ dicatur. Non est excisus Abraham, aut irritæ factæ sunt promissiones, sed sumus
hæredes illarum, cõciues sanctorum, & domestici Dei. In quibus verbis Ioãnis Baptistæ, inquit
Gregor. Papa, constat quòd audientium corda turbata sunt, cùm protinus subinfertur: *Et inter-*
Origenes. *rogabant eum turbæ, dicentes: Quid ergo faciemus?* Origen. hom. 23. in Luc. Ita tres ordines indu-
cuntur sciscitantium Ioannem super salute sua: Vnus, quem scriptura appellauit populos exeũ-
Ob commi- tes ad baptismã: alius, quem Publicanos nominat: tertius, qui militum appellatione censetur.
nationes nõ Porrò obiurgationem, quam Ioannes ad Pharisæos maximè direxerat, turbæ velut omnibus
desperan- factam interpretantur. Ita optimum est ex alienis periculis sapientiorem euadere. Idcircò ter-
dum est. rore concussi, Quid, inquiunt, faciemus? Consilium requirunt, nec omninò animum despon-
dent. Ita enim nos diuinæ comminationes concutere debent, vt interim à spe salutis minimè I
decidamus. Et ita interpretanda sunt omnia, vt si consilium accesserit, iram Dei, eius comitante
gratia euadere possimus. Non despondet animum Iob: sed, Etsi, inquit, occideris me, adhuc in
te sperabo. Nec Psaltes, cùm dixit: In te Domine speraui, non confundar in æternum. Ita Act.
2. Iudæi cùm à Petro audiissent, quàm grauiter in Christum Domini offendissent, adiecerunt:
Quid faciemus, viri fratres? Isti verò, Quid ergo faciemus? quasi dicant: Ergo nulla nobis super-
est melioris sententiæ expectatio? Ergo nos ab ipsa radice vltrix diuini iudicij securis abscinder,
vt abscissi gehennæ ignibus tradamur? An non & istud nobis in spem asciscere possumus, quod
Rex Niniuitarum, audita Ionæ comminatione, vsurpauit: Quis scit, si conuertatur, & ignoscat
Deus, & relinquat post se benedictionem? Atqui etsi securis nobis immineat, nondum tamen
Synagogam & populum nostrum excidit. Itaque nihil desperatum esse censemus, si modò tuũ
Chrysost. consiliũ sequamur. Rationales arbores sumus, vt meditatur Chrys. ho. 3. Operis imp. in Matth.
vnde & in melius vitam commutare possumus, & simul Dei comminationẽ à nobis auertere. K
Respondens autem Ioannes *dixit illis: Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet escas, simi-*
Euthym. *liter faciat.* Euthy. in Luc. Per traditionem vestis ac cibi, inducuntur ad pauperum subsidiũ, cõ-
munication em, & mutuũ amorem. Nam, vt diximus, eleemosyna gratissimus Deo pœnitentię
Cl. Alex. fructꝰ est. Cl. Alex. l. 3. Pædagogi, c. 7. Fatetur enim scriptura, animę redẽptionis pretiũ, esse pro-
Eleemosyna prias diuitias: (Prou. 13.) hoc est, si diteſcat, saluus erit per elargitionẽ. Quemadmodũ enim qui-
potior est pœ cunque putei scaturiunt, exhausti in pristinam mensurã reuertũtur: ita etiam elargitio, quæ est
nitentiæ bonus fons benignitatis, potũ sitientibus cõmunicans, rursus augetur & repletur: quemadmodũ
fructus. ad vbera, quæ etiã suguntur, vel mulgentur, solet lac cõfluere. Cypri. ser. 1. de Eleemos. Quàm
Cyprian. necessaria, quàm benigna est clemẽtia diuina, quæ cũ sciat nõ deesse sanatis quædã postmodũ
vulnera, dedit curandis denuò, sanandísque vulneribus remedia salutaria. Numquam denique,
fratres chariſſimi, admonitio diuina cessauit, nunquam tacuit, quominus in scripturis sanctis
tam

A tam veteribus,quàm nouis,ſemper & vbique, ad miſericordiæ opera Dei populus prouocaretur, & cauente atque exhortante Spiritu ſancto,quiſquis ad ſpem regni cœleſtis inſtruitur, facere eleemoſynas iubetur. Mandat & præcipit Eſaiæ Deus: Exclama,inquit,in fortitudine,& noli parcere. Sicut tuba exalta vocẽ tuam,& nuncia plebi meæ peccata eorum, & domui Iacob facinora eorum. Et cùm peccata eis ſua exprobrari præcepiſſet, cúmque eorum facinora pleno impetu protuliſſet, dixiſſétque eos,nec ſi orationibus & precibus, & ieiuniis vterentur, ſatisfacere pro delictis poſſe: nec ſi cinere & cilicio voluerentur,iram Dei poſſe lenire: In nouiſſima parte demonſtrans ſolis Deum eleemoſynis placari poſſe, addidit,dicens: Frange eſurienti panem tuum,& egenos vagóſque induc in domum tuam. Si videris nudum,operi eum, & domeſticos ſeminis tui non deſpicies. Tunc erumpet temporaneum lumen tuum,& veſtimenta tua citò orientur:& præibit ante te iuſtitia,& claritas Dei circundabit te. Tunc exclamabis, & Deus exaudiet te:dũ adhuc loquêris,dicet tibi,Ecce adſũ. Chryſ.ho.14.in 1.ad Tim. Chryſoſt.

B 5.Gratias magis pauperi debet is qui eleemoſynã facit,quia dignatur accipere. Niſi enim eſſent pauperes,peccatorũ difficulter ſarcinã poneres. Medici ſunt illi vulnerũ tuorũ,manus eorũ tibi medicamenta præſtãt. Non ita medicus,vt medicamenta imponat,extendẽs manum curationem exhibet:vt pauper,abs te vt accipiat,porrigens manum. Dediſti pecuniã,& peccata ſimul exuiſti. Huiuſmodi & ſacerdotes,peccata enim populi comedunt. Fulgentius,ſerm. de Confeſſoribus, hos fructus nos reddere oportere monet, ne ſi ſteriles apparuerimus,in ignem mittamur. Arbores ſumus,fratres,in agro dominico conſtitutæ, inquit: Deus autem noſter eſt agricola. Ille nos compluit,ille colit,ipſe fœcunditatem donat,ipſe fructificandi gratiam ſubminiſtrat. Pluuia Dei eſt ſermo ſanctæ prædicationis: cultura Dei eſt infuſio gratiæ ſpiritualis. Deus igitur præcepto nos compluit,adiutorio nos colit. Dum compluit, aufert à nobis ignoFulgent.

C rantiæ ſiccitatem:dum colit,bene viuendi condonat vbertatem. Dum pluit,terram cordis noſtri irrigat:dum verò colit,de ipſa terra ſpinas & tribulos mundanæ cupiditatis extirpat. Debemus itaque fœcundari cœleſtibus pluuiis, debemus congrua fructificatione, manibus ſuperni reſpondere cultoris. Etſi nõ poſſunt omnes arbores æquales fructus afferre,nulla tamen debet in agro dominico ſterilis permanere. Multùm metuenda eſt nobis,fratres,illa ſententia comminantis,qua dicitur: *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum,excidetur,& in ignem mittetur.* Quòd ſi ſterilitas in ignem mittitur,rapacitas quid meretur? Aut quid recipiet, qui alienum tulerit,ſi ſemper ardebit,qui de ſuo non dederit? Et ſi iudicium ſine miſericordia fiet illi, qui non facit miſericordiam,(Iac. 2.) quale iudicium erit illi, qui fecerit & rapinam? Timeamus ergo,fratres,timeamus actus noſtros. Obediens Chriſto vendat quæ poſſidet,& eleemoſynã det,vt de terra cor ad cœlum eleuet,vt auaritiam calcet,vt ad perfectionis culmen tota mẽtis *Quid non timendum impiis & iniquis.*

D intẽtione feſtinet. Itaq;,vt ſcribit Greg. Papa,in ho.per hoc quòd tunica plus eſt vſui noſtro neceſſaria, quàm pallium:ad fructum pœnitentiæ pertinet,vt non ſolùm exteriora quæque, & minùs neceſſaria,ſed ipſa valde nobis neceſſaria diuidere cum proximis debeamus,ſcilicet vel eſcam,qua carnaliter viuimus, vel tunicam,qua veſtimur. Inter hæc autem ſciendum eſt,quãtum opera miſericordiæ valeant,cùm ad fructus dignos pœnitentiæ,ipſa præ cæteris præcipiũtur. Hinc etiam per ſemetipſam Veritas dicit,(Luc.11.) Date eleemoſynã,& ecce omnia mũda ſunt vobis. Hinc rurſus ait,(Luc.6.) Date,& dabitur vobis. Hinc ſcriptum eſt,(Eccle.3.) Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemoſyna reſiſtit peccatis. Hinc iterum dicitur, (Eccle.19.) Conclude eleemoſynam in ſinu pauperis, & hæc pro te exorabit. Hinc bonus pater innocentem filium admonet,dicens:(Tob.4.) Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: ſi exiguum Gr. Papa.

E fuerit,etiam exiguum libenter impartiri ſtude. Cæterùm torſit hæc Ioannis ſententia nonnullos,putantes nefas eſſe duas tunicas,aut aliquid annonæ repoſitum habere: neque plus nobis retinere,quàm ſufficiat vnicuique. Atqui & iſtud etiam de ſupellectili dicetur, de vaſis, & cæteris quæ ad rem domeſticam faciunt. Vnde verò & hæc Pauli ſententia confirmaretur,2. Cor.8. Vt veſtra copia illorum ſubueniat inopiæ: niſi & copia quædam nonnullis ſuppetere poſſit,ita tamen vt alienæ ſuccurratur inopiæ? Hæc ergo ſententia ſic intelligenda eſt, non quòd illos damnet,qui aliquid domi repoſitum habent,ſed illos,qui cùm habeãt,indigentibus non ſuccurrunt. *An liceat habere duas tunicas.* *Venerunt autem & Publicani vt baptiſarentur.* Publicani ij erant, quos Romani ad exigenda vectigalia,ſubſidia, impoſitiones,cæteroſque publicos reditus deſignauerãt: quibus hęc & certo quodam annuo pretio vendiderant: hinc nimirùm à publico dicti. Et hi quidem, inita inter ſe ſocietate, in omnibus & ſingulis ciuitatibus & locis habebant,qui portus,pontes,vrbium portas, & omnes aditus obſeruarent, ne quid è manibus elaberetur. Cuiuſque etiam facultates & commercia ſcrutabantur. Reddebant communem eorum quæ *Publicani qui.*

acceperant rationem,& communibus ſocietatis expenſis publicas pecunias colligebant. Ea- F
propter omnibus modis in populum graſſabantur,& immodica habendi cupiditate pertrahe-
bantur.Nihil enim magis quàm extrema diteſcendi libido,& effrænata auaritia,homines ad id
munus ſubeundum impellit. Quare & peculiaribus legibus eorum auaritia notata fuit. Scri-
Vlpianus. bit enim Vlpianus:Quantæ audaciæ,quantæque temeritatis ſint Publicanorũ factiones,nemo
eſt qui neſciat. Ideóque eos Iudæi exhorreſcebant,non tam ob auaritiam extremam, quàm
quòd illorum inſtitutio publicæ omnium libertati &quieti aduerſaretur.Nam quòd ex publi-
cis damnis ſua commoda colligerent,non ſatis illis erant conſueta vectigalia & ſubſidia: ſed &
communibus votis noua quædam requirebant, ex quibus nouum etiam fœnus colligerent.
Gratiſſimũ vtique hominum genus Principibus,ſed populo ſubditíſque pernicioſiſſimũ.Nã
etſi Principibus tributa iure pendantur, & iuxta Chriſti & Apoſtoli decretum,reddenda ſint
Principes caueant ab oppreſſione populi. quæ Cæſaris ſunt,Cæſari:quæ Dei,Deo: & cui vectigal,vectigal,cui tributum,tributũ:cauere G
tamen Principes debent,ne quod Roboam populo minabatur,eiúſque regni diſciſſionẽ fecit,
vt olim quidem ille flagellis,etiam ipſi ſcorpionibus populum atterant. Populum meum exa-
ctores ſui ſpoliauerunt,inquit Dominus per Prophetam:& inde magnas clades Reipublicæ
ſuæ ſucceſſuras prædicit. Interim verò ducuntur & iſti Publicani aliqua conſcientia: ea pro-
pter enim in deſertum cõtendunt,non iam terrenos,ſed cœleſtes & ſpirituales animæ ſuæ the-
Quã meliores ſunt iſti multis hui⁹ temporis Publicanis? ſauros conquirentes.Hinc factum eſt,vt etſi aliis vitiis laborarẽt,quæ correctione egerent,ge-
neralem tamẽ Publicanis omnibus doctrinam Ioannes traderet.*Dixerunt enim ad illum, Ma-
giſter,quid faciemus?* Non tam noſtra nos lucra temporalia,quàm ęterna mouent: nec tam ter-
renis diuitiis,quàm cœleſtibus excidere timemus. Quid enim nobis tot opes congeſtæ prode-
runt,ſi,vbi breui tẽpore eas adepti fuerimus,nudi & miſeri hoc ex mundo emigremus? Quid
proderit homini,ſi mundũ vniuerſum lucretur,animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? Aut H
quam dabit homo commutationem pro anima ſua?*Magiſtrum* autem honoris gratia vocant,
vt cuius doctrinæ diſcipuli facti ſint. Ecce quàm breui iſti profecerunt, induratis interim Pha-
riſæorum permultis. Vnde & liberè ad eos dictum eſt: Ecce Publicani & meretrices præce-
dent vos in regno cœlorum. *At ille dixit ad eos: Nihil amplius quàm quod conſtitutum eſt vobis,*
Theoph. Euthymi. Beda. *faciatis:* vel πράσσετε, exigatis. πράσσειν enim aliquãdo exigere ſignificat.Theophil.in Luc.Ita
monet Publicanos,ne plus quàm conſtitutũ eſt,extorqueant & exigant. Euthym.in Luc.Ha-
bebãt enim conſtitutũ de exactionibus,de quantitate,&qualitate exactorum.Beda l.1.in Luc.
Præcipit ergo Publicanis,ne vltra preſcriptũ exigãt.Publicani enim,ſicut etiã nomine probãt,
dicũtur hi qui vectigalia publica exigũt,ſiue qui cõductores ſunt vectigaliũ fiſci,vel rerũ publi-
carũ. Necnõ & hi,qui ſeculi huius lucra per negotia ſectãtur,eodẽ vocabulo cenſentur. Quos
omnes pariter,in ſuo quemque gradu,ab agenda fraude coërcet: vt dum primò ſe ab alienorũ I
Auguſt. temperarent appetitu,tandem ad propria cum proximis communicanda pertingerent. Au-
guſtin.ſerm.19.de verbis Domini, in Matth. Honeſta planè Publicanorum interrogatio, ac
ſancti Prophetæ iuſta reſponſio. Illi enim ſollicitè interrogant,ne aut ignorantes,plus exigẽdo
in peccatum incidãt,aut ceſſantes publicam decipiant functionem. Quot enim ſunt, qui præ-
textu certæ cuiuſdam colligendę ſummæ,quæ fiſco ſancita ſit,duplum etiam colligant,& po-
pulum opprimant? Non vetat quidem Ioannes,ne Principis vectigal,tributa,& ſubuentio-
Quomodo tributa debeãtur principibus. nes colligant: vt enim illa iure debentur Principi,ita & iure colligi poſſunt: Sed prohibet,ne
creditæ ſibi huius commiſſionis occaſione populum opprimant, Principes calumniis ſubdi-
torum obijciant,quaſi præter ea quæ conſtituta ſunt,tyrannorum more,ſubiectos ſpoliare cõ-
Idem Aug. tendant. Auguſtin.ſerm.19.de verbis Domini. Hic igitur moderatè præcipit, vt & iniquitas
locum non habeat, & conſtitutum vectigal habeat effectum. Non enim dixit,Nihil exigatis: K
ſed, Nihil amplius exigatis. Vnde intelligimus,quòd apud Deum non tam exactio,quàm ini-
qua exactio dãnetur. Dicit ipſe Dominus:Reddite quæ ſunt Cæſaris,Cæſari,& quæ ſunt Dei,
Deo. Igitur quod Cæſar præcipit,ferendum eſt:quod Imperator indicit,tolerandum eſt. Sed
hoc fit intolerabile,dum illud pręda exactionis accumulat. Sed & oſtendit vectigal,aut ſubuẽ-
tionem,aut tributum nullum exigi poſſe,quod non fuerit conſtitutum. *Conſtitutum* autem di-
citur,quod iure,quod ordine,quod ſine populi grauamine,quod maturè,quod iuſtam ob cau-
ſam definitum fuerit:nec quidem ab omnibus,ſed his qui Reipublicæ clauum tenent,quíque
iuxta rectam rationem gradiuntur. Alioquin quis vetabit,quin id quod potentior quiſque,ſeu
pirata,ſeu latro,regioni alicui indixerit,*conſtitutum* dicatur? Nemo enim ignorat latrones illos,
qui in montibus præruptis, quales Alpes aut Apennini ſunt,habitant,à vicinis pagis exigere
certas frumenti menſuras. Quid quòd & eo iure permulti in tutioribus locis vtuntur? An verò

hoc

A hoc constitutum esse censebitur? Ad authoritatem igitur, ad legem, & rationem constitutio vectigalium, cæterarúmque subuentionum referri debet. Itaque non approbat Ioannes temerarias & tyrannicas exactiones, quæ à pernicioso aulicorum quorundam consilio, auaritia, & crudelitate proficiscuntur: qui quoniam ad instar sanguisugarum, publico subditorum cruore satiari non possunt, semper clamant, Affer, affer: Et tributa tributis, vectigalia vectigalibus imponenda esse censent. Non approbat Ioannes consilium Roboam de opprimendo populo prætextu tributorum: nec illos, qui præter & contra omne consilium, hoc asserunt,

Aulicorũ inuenta ad opprimẽ dũ populũ.

Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas.

Vult primùm exactiones illas constitui, demum colligi permittit. Constitui autem aliquid nõ potest, nisi præmisso consilio, iisque omnibus quæ diximus. Aliud scilicet est voluntas Principis, aliud constitutio: quòd hæc præceps esse possit, ista verò minimè. Interim verò Ioannes
B innuere videtur, ne cui tributo aut vectigali colligendo se immisceant, nisi fuerit constitutũ. Alioquin, sicut qui furtum celant, furibus cõmunicant: ita & illi parẽ cum oppressoribus populi damnationis sententiam sibi acquirerent. Agentes enim & consentientes pari pœna plectuntur. Non modò digni sunt morte, qui talia agunt, inquit Apostolus, sed & qui consentiũt facientibus. Euseb. Cæsar. hist. Eccles. lib. 11. cap. 16. & Cassiod. hist. tripartitæ lib. 9. cap. 20. Beniuolum narrant cessisse seriniorum præsidis officio promptiùs, quàm vt Iustinæ & Valentiniani impiis contra religionem constitutionibus subscriberet. Ea lex tutior est, vt ne quid contra pietatem & leges agamus. Quòd si constitutum vectigal fuerit, ita exigendum est, vt ne hilum quidem plus extorqueãt. Alioquin exactores illos, vt in populo suo pernicioſissimam pestem, per Christum auferendos & conterendos Prophetæ pronunciant: tantò abest, vt illis spem in Christo relinquant. Esai. 9. Sceptrum exactoris eius confregisti, sicut in die Madian. Zach. 9.

Euseb. Cæs. Cassiodor.

C Et non transibit amplius super eos exactor. Esa. 24. Dominabuntur in exactores suos. Ideò scilicet Hieremias Babylonicis exactoribus insultat, dicẽs: Vbi est aurum Madcheua, id est, exactio auri tributarij? Aliud enim est Publicanus, aliud & exactor: cùm possit Publicanus ex cõstituto tantùm exigere, exactor autẽ plus aliquid dicat. Exactores enim pro tortoribus populi accipere possumus, Publicanos autem pro collectoribus & receptoribus. Leuit. 19. Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum. Alioquin clamat per Esaiam, (cap. 3.) Rapina pauperis in domo vestra. Quare atteritis populum meum, & facies pauperum cõmolitis? Augustinus. August. serm. 19. de verbis Domini. Hoc autẽ quale est, inquit, quòd hi qui vectigalia & tributa colligunt, fraudes suas ac rapinas commodum vocant: cùm ipsâ prædâ inferatur incommodũ? Illud autem addunt sceleribus suis, vt quos indefensos viderint, ipsos potiùs persequantur, & putent se necessitates decepisse publicas, nisi domos deceperint orphanorum. Idem Ep. 54. ad

Augustinus.

D Macedonium, illos ad restitutionem teneri docet. Qui verò, inquit, contra ius societatis humanæ furtis, rapinis, calumniis, oppressionibus, inuasionibus abstulerit, reddenda potiùs quàm donanda censemus. Huc ergo Ioannis exhortatio tendit, vt Principibus & populo, quæ sua sunt, reddantur: Non opprimatur populus, sed neque Princeps suo iure destituatur. *Interrogabant autem illum & milites, dicentes, Quid faciemus & nos?* Beda in Luc. Quantã beati Baptistæ sermo virtutem habuerit, quantúmque mentem audientium concusserit, hinc probatur, quòd etiam milites & Publicanos ad consilium salutis suę coëgerit inquirendum. Ecquis verò tantã in militibus religionis & suæ salutis curam fuisse existimasset, nisi hæc nobis ab Euangelistis proderentur? Quid enim tale requiras à nostris militibus, qui tamen se Christianos profitentur? Quæ mortis, quæ iudicij, quæ gehennæ meditatio? Quid prius illis in ore est, aut de salute sua quærere, aut prophanis & execrandis periuriis & blasphemiis Deum in testem abominationum suarum proferre? Nec enim ineptè de nostris dici potest,

Beda.

Longè alij sunt nostri milites ab istis.

E

Nulla fides pietásque viris qui castra sequuntur.

Quid autem ad illos Ioannes? *Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti estote stipendiis vestris.* Augustinus, serm. 19. de verbis Domini, in Euangel. secundũ Matth. Hîc iam, inquit, se cognoscere debet homo omnis qui militat. Non enim tantùm de his militantibus scriptura loquitur, qui armata militia detinentur: sed quisquis militiæ suæ cingulo vtitur, dignitatis suæ miles ascribitur: atque ideò hæc sententia potest dici, verbi gratia, militibus, protectoribus, cunctisque rectoribus. Quicunque stipendia sibi publicè decreta consequitur, si amplius quærit, tanquam calumniator & concussor, Ioannis sententia condemnatur. Vsque adeò autem inoleuit hoc malum, vt iam quasi ex consuetudine vendantur leges, corrumpantur iura, sententia ipsa vænalis sit, & nulla iam causa possit esse sine causa. Atqui omnes illi ad restitutionem tenentur eorum quæ ampliùs exigunt. Quod in Zachæo Publicano probat

August.

Ne quid præter stipendia ipsi Præsides et cõsiliarij.

Auguſt. Auguſtinus, Epiſt. 54. ad Macedonium, qui cùm hoſpitio Dominum ſuſcepiſſet, in ſanctam F
vitam repentè mutatus, Dimidium (inquit, Luc. 19.) rerum mearum do pauperibus, & ſi quem
defraudaui, reddo quadruplum. Sed & iuſtiùs dicitur Aduocato, Redde quod accepiſti, quãdo
In auaros ſauſidicos. contra veritatem ſtetiſti, iniquitati affuiſti, iudicem fefelliſti, iuſtam cauſam oppreſſiſti, de fal-
ſitate viciſti. Quis tandem Aduocatus, aut ex Aduocato ita vir optimus facilè reperitur,
qui ſuſcepto ſuo dicat, Recipe quod mihi, cùm tibi malè adeſſem, dediſti, & redde aduerſario
tuo, quod me agente iniquè abſtuliſti? Et tamen quem prioris non rectæ vitæ rectiſſimè pœ-
nitet, etiam hoc facere debet, vt ſi ille, qui iniquè litigauit, non vult admonitus corrigere ini-
quitatem, eius tamen iniquitatis nolit iſte habere mercedem: niſi fortè reſtituendum eſt alie-
num, quod per furtum clanculò aufertur, & reſtituendum non eſt alienum, quod in ipſo foro,
vbi peccata puniuntur, decepto iudice & circumuentis legibus obtinetur? Latiùs ergo ſe pro- G
tẽdit hæc ſententia, non modò ad eos, qui militari baltheo donati ſunt: ſed ad omnes omnis
dignitatis & officij homines, quibus aut Chriſti in Eccleſia, aut Principis in Republica, com-
municatur authoritas, aut etiam qui pro iure agere videntur. Primùm tamen de militibus
intelligitur, cùm ad ea reſponderit, quæ milites ſciſcitati fuerant. Porrò Anabaptiſtæ bellum
An bellũ à Chriſtiano geri poſſit. gerendũ Chriſtiano negãt, quòd nemini vindictam propriarum iniuriarum indulſerit Deus,
ſed omnes ad pacem vocauerit. Sed reſpondemus, bellum iuſtè ſuſceptũ, non eſſe ad vindi-
ctam particularem, ſed vindictam Dei, cuius vindex eſt magiſtratus: (Rom. 13.) ſed & pacem
bello iuſtè ſuſcepto redimi, quo radicitùs extirpatur contraria pars. Auguſtinus Epiſt. 54. ad
Auguſt. Bonifacium, etiã ratione habita charitatis nobis præceptæ, Nec ideò, inquit, ſanè fruſtrà inſti-
tuta ſunt poteſtas regis, vis gladij cognitoris, vngulæ carnificis, arma militis, diſciplina dominã-
tis, ſeueritas etiam boni patris. Habent iſta omnia modos ſuos, cauſas, rationes, vtilitates. Hæc
cùm timentur, & coërcentur mali, & quietiùs inter malos viuunt boni: non quia boni pronũ- H
ciandi ſunt, qui talia metuendo non peccant: (non enim bonus eſt quiſpiam timore pœnæ, ſed
amore iuſtitiæ:) verum tamen non inutiliter etiam metu legum humana coërcetur audacia,
& vt tuta ſit inter improbos innocentia, & in ipſis improbis, dum formidato ſupplicio frænã-
Tria ad bellum iuſtè ſuſcipiẽdum. tur facultas, inuocato Deo ſanetur voluntas. Iraque bello iuſtè ſuſcipiendo tres requiruntur
conditiones. 1. authoritas Principis. 2. honeſta cauſa, ſcilicet vt pax quæratur. 3. vt animo bono.
Plato. Plato in Alcibiade, ſcribit homines mouere bellum, cùm aut decipiuntur, aut coguntur, aut
Auguſt. ſpoliantur: ſed hæc intelliguntur per clauſulam honeſtæ cauſæ, nimirùm vt vitia re-
primantur. Auguſtinus quæſtione decima, in Ioſue: Iuſta autem, inquit, bella definiri ſo-
lent, quæ vlciſcuntur iniurias: ſi qua gens, vel ciuitas, quæ bello petẽda eſt, vel vindicare negle-
xerit, quod à ſuis improbè factum eſt: vel reddere, quod per iniurias ablatum eſt. Sed etiã hoc I
genus belli ſine dubitatione iuſtum eſt, quod Deus imperat, apud quem non eſt iniquitas, &
nouit quid cuique fieri debeat. In quo bello exercitus, vel ipſe populus, non ipſe tam auctor
Philo Iud. belli, quàm miniſter iudicandus eſt. Philo Iudæus, lib. de vita Moſis, his etiam rationibus bella
iuſtè ſuſcepta ab iniuſtis diſtinguit, cùm de Phinees exercitus ductore loquitur, cúmque in-
ducit milites ſuos hac concione adhortãtem. Nunc de imperio certamen inſtat, inquit: nec de
inuadendis, occupandíſque alienis poſſeſſionibus: quæ cauſa belli, vel ſola mouet alios, vel præ-
cipua: ſed pro tuenda pietate ac ſanctimonia, quam noſtris cognatis, amicíſque, dũ hoſtes eri-
piũt, parauerunt eis grauiſſimam perniciem. Abſurdum igitur, & periniquũ fuerit, ſi parcamus
ſceleratis hoſtibus, qui domeſticis minus noxiis non pepercimus: ſi magiſtros impietatis im-
punè abire ſinamus, qui de diſcipulis pœnas ſumpſimus, præſertim cũ totius calamitatis culpa
penes authores impietatis ſit. Bellum igitur ex iuſtitiæ decreto procedere his rationibus poteſt.
Auguſt. Auguſtin. lib. 26. contra Fauſtũ Manichæũ, cap. 74. Quid enim, inquit, culpatur in bello? An K
quia moriuntur quandoque morituri? Hoc reprehendere timidorum eſt, non religioſorum.
Quæ culpãtur in bello. Nocendi cupiditas, vlciſcendi crudelitas, impacatus atque implacabilis animus, feritas rebellã-
di, libido dominandi, & ſi qua ſimilia, hæc ſunt quæ in bellis iure culpantur: quæ plerũque ita
culpantur, vt etiam iure puniantur. Aduerſus violentiam reſiſtentium, ſiue Deo, ſiue aliquo
legitimo imperio iubente, gerenda ipſa bella ſuſcipiuntur à bonis, cùm in eo rerum humana-
rum ordine inueniuntur, vbi eos vel iubere tale aliquid, vel in talibus obedire iuſtè ordo ipſe
Ioannes nõ perſuadet arma abijcere. conſtringit. Alioquin Ioannes, cùm ad eum baptiſandi milites venirent, dicentes, Et nos
quid faciemus? reſponderet eis, Arma abijcite, militiam iſtam deſerite, neminem percutite,
vulnerate, proſternite neminem. Sed quia ſciebat eos, cùm hæc militando facerent, non eſſe
homicidas, ſed miniſtros legis, & non vltores iniuriarum ſuarum, ſed ſalutis publicæ defenſo-
res, reſpondit eis, Neminem concutieritis, nulli calumniam feceritis, ſufficiat vobis ſtipendium

veſtrum.

A veſtrum. Idem Auguſtinus ad Bonifacium ſcribit, Nihil infœlicius eſſe fœlicitate peccantium. Deinde Deus in veteri Teſtamento leges tulit de gerendo & ſuſcipiendo bello. Deuter. 20. Iubet eximi ab exercitu, qui ipſo anno ædificauerunt, plantauerunt, vxores duxerũt, aut meticuloſi fuerunt. A deſſe monitores ſacerdotes, vt in Deum fiduciam ſuam conijciãt, ne arbores frugiferas in hoſtili ſolo incidant. Numer. 10. fieri duas tabulas. Num. 31. Hoſtes vos ſentiãt Madianitæ. Exod. 17. Pugnatum in Amalech, Ioſue delectus, Moyſes in monte. Deuter. 31. promittit victoriã. Vnus veſtrum perſequetur mille, & decem, decem millia. Ioſue videt Angelũ cũ gladio diſtricto, & ait, Noſter es, an hoſtium? Deut. 13. Si ciuitas ad idololatriam defecerit, iubet eam dirui, & prædam comburi. Iud. 1. cùm contra Heuæos & Chananęos & Iebuſæos agendum eſſet bellum, conſulitur Dominus, quæ tribus prima progrederetur: & reſpondet, Tribus Iuda. Pſ. 18. & 144. Qui docet manus meas ad prælium, &c. Eccl. 1. Tempus belli,

B tempus pacis. Sed nullus eſt tempus rei iniuſtæ: ergo nec iniuſtum eſt bellum. Zach. 10. Præliabuntur prælia Domini. Saul Dauid ait, Domini bellum geres: Et Abigail, Præliaberis prælia Domini. Et 2. Par. 20. cùm rex Syriæ contra Ioſaphath conueniſſet, & ille publicè oraret Dominum, Iahaziel Leuita afflatus ſpiritu Domini, Hoc, ait, bellum Dei eſt, non hominum. In nouo Teſtamento, vbi Paulus deduci voluit Cæſaream à præſidio militum, ne comprehenderetur à Iudæis: Interim verò, inquit Auguſtinus, ſerm. 19. de verbis Domini, in Matth. nonnulli fratres, qui aut militiæ cingulo detinentur, aut in actu ſunt publico conſtituti, cùm peccãt grauiter, hac ſolent à peccatis ſuis prima ſe voce excuſare, quòd militant, & ne bene aliquando faciant, occupatos ſe malis actibus conqueruntur. Proinde quaſi militia hominum, non voluntas, in culpa ſit: ita quod ipſi gerunt, officiis ſuis adſcribunt. Non enim militare delictũ eſt, ſed propter prædam peccatum eſt: nec Rempublicam gerere criminoſum eſt, ſed ideò agere

C Rempublicam, vt rem familiarem potiùs augeas, videtur eſſe damnabile. Propterea enim prouidentia quadam militantibus ſunt conſtituta ſtipendia, ne dum ſũptus quæritur, præda graſſetur. Illud autem quale eſt, cùm ob errorem aliquem à ſenioribus arguũtur, & imputatur alicui de illis, cur ebrius fuerit, cur res alienas peruaſerit, cædem cur turbulentus admiſerit, ſtatim reſpondeat: Quid habebam facere, homo ſecularis, aut miles? Numquid Monachum ſum profeſſus, aut Clericum? quaſi ei qui Clericus non eſt, aut Monachus, poſſit licere quod non licet. Cunctis officiis ſacris literis præſcribuntur normæ viuendi, omnis ad benè viuendum prouocatur ſexus, ætas, & dignitas. Igitur nemo ſe excuſet publicis actibus, nemo de occupatione militiæ conqueratur. Monet ergo Ioannes, ne quem concutiant, id eſt, vt opprimant. *Aut calumniemini*, inquit. συκοφαντήσητε. Verbum iſtud apud Græcos non vno ſumitur modo: verùm plerumque eſt falſò deferre. *Sed contenti eſtote ſtipendiis veſtris.* ὀψωνίοις ὑμῶν. Verbo obſo-

D nij Terentius vſus eſt pro cibis lautioribus: quanquam Paulus quoque ſemel atque iterum vſus eſt hoc verbo, pro ſtipendio, ſiue authoramento militari: vt Romanorum 6. & 2. Cor. 11. ſic dictum præmium, quòd olim militibus prouideretur annona, non ære, aut argento, ſed quòd illis adminiſtraretur quotidianus victus. Apertè verò præmium ſordidorum hominum ſordido vocabulo expreſſit: ſiquidem obſonium, ventris præmium eſt, dignum iis qui ventri militant. Si ſuis ſtipendiis contenti eſſent milites, neminem concuterent, neque calumnia ſeu iniuria afficerent. Auaritia autem, qua laborant, quodque contenti non ſunt ſuo ſtipendio, concuſſionis & iniuriæ illis occaſio eſt. Interim verò monendus eſt concionator hoc Ioãnis exẽplo, vt non modò generalia vitia reprimat: ſed quæ cuique ſtatui ſunt ſpecialia, cùm aliam militibus, aliam publicanis rationem præſcribat. Quòd ſi quis obiecerit, nullam illis de

E eleemoſyna factam eſſe mẽtionem, cùm illam tamen turbis commendauerit: reſpõdebimus, priùs illũ cauiſſe & præſcindere voluiſſe ea quæ eleemoſynę aduerſantur, rapinas ſcilicet, furta & calumnias, vt tandem eos ad eleemoſynam animaret. Tum etiam eleemoſynæ præceptũ, quod turbis datum eſt, his etiam factum intelligitur, qui turbis permixti erant: nimirùm omnibus. ſimul enim omnes cum turbis ad Ioannem confluxerant. Beda in Lucam. Nullum ergo officium, nullum ab agenda miſericordia genus excipitur, quæ plenitudo virtutum eſt, & ſola à morte liberat, vitamque confert æternam: ipſo iudice atteſtante, qui ſe dicturũ eſſe promiſit, Venite benedicti patris mei, percipite regnum. Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare, &c. *Exiſtimante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus ſuis de Ioanne, ne forte ipſe eſſet Chriſtus: reſpondit Ioannes.* Ambroſius lib. 2. in Luc. Videbat ergo Ioannes cordis occulta. Sed conſideremus cuius hæc gratia. Nam quemadmodum Prophetis palàm fiant cordis occulta, Paulus oſtendit, dicens: Occulta quoque cordis eius manifeſta fient. Et procidens in faciem adorauit Dominum, pronũcians quòd verè Deus eſt in vobis. Dei ergo munus eſt, qui

Auguſt. *Probatur bellũ ex ſcripturis.*

Auguſt. *Etiã miles ſaluus fieri poteſt.*

Terent.

Cuiuſque ſtatus peculiaria vitia arguenda ſunt.

Omnibus præcepta eſt eleemoſyna.

Beda.

Ambroſ. *Iudæorum infidelitas.*

reuelat: non virtus hominis, qui diuino magis adiuuatur beneficio, quã naturali cernat officio. F
Quòd autem proficit ista cogitatio Iudæorũ, nisi vt secundum scripturas venisse Christus probetur? Erat enim qui expectabatur: & ipse vtique qui expectabatur, nõ is qui expectabatur, aduenit. Quid autem ineptius, quàm quòd is qui in alio æstimatur, in seipso esse non creditur? quem per mulierem venturum putabant, per virginem venisse non credunt? Quæ Deo secundum carnem dignior generatio, quàm vt immaculatus Dei filius, immaculatę generationis seruaret etiam in susceipiendo corpore puritatem? Et vtique diuini aduentus signum in virginis partu, non mulieris constitutum est. Sunt verò nonnulli, qui id quod à Luca narratur de opinione vulgi in cordibus suis, num fortè Ioãnes ipse esset Christus, & hęc quæ Ioannes cõmemorat de quæstione à Iudæis per scribas & Pharisæos facta, num ipse esset Christus, eãdem historiam esse, simul & eodem tempore contigisse scribant: nimirùm post baptisma Christi.

cõciliatur Ioãnes & Matthæus. Auguſt. Scriptum autem à cæteris Euangelistis per anticipationem arbitrentur, quòd responsionẽ Ioã- G
nis, quæ hîc ante baptisma scribitur, conuenire videant cum illa, quam Ioannes post baptisma factam esse narrat. Soluit autem Augustinus lib. 2. de consensu Euangelistar. cap. 12. Nihil obstare, si idem à Ioanne pluries dictum fuerit, & sæpius fuerit à populo dubitatum. quod probat expressis Ioannis verbis. *Ioannes enim*, inquit, *testimonium perhibet de ipso, & clamat, dicens: Hic erat quem dixi. Qui post me venit, ante me factus est: quia prior me erat.* Sic enim ostendit eum tunc hoc dixisse, quando eum illi dixisse commemorat: repetisse autem & cõmemorasse quod iam dixisset, cùm ait: Hic erat quem dixi, quia post me venit. Si ergo quæritur, quæ verba potiùs Ioãnes Baptista dixerit, vtrũ quæ Matthæus, an quæ Lucas eũ dixisse cõmemorat, an quæ Marcus in ipsis paucis, quæ eum dixisse posuit, tacens cætera: nullo modo huic laborandũ esse iudicat, qui prudenter intelligit ipsas sentẽtias esse necessarias cognoscẽdę veritati, quibuscũq; verbis fuerint explicatę. Quòd enim alius alium verborũ ordinem retinet, non est vtique contrarium. Neque illud contrariũ est, si alius dicit quod alius præmittit. Vt enim quisque meminerat, & vt cuique notum erat, vel breuiùs, vel prolixiùs, eandem tamen explicare sententiam, ita eos explicasse manifestum est. Ioannes igitur iis quæstionibus, quæ animis populi absconsæ erant, ita respondet, vt cognitionem secretorum hac in parte sibi nõ ignotam esse assereret. *Cogitabant omnes in cordibus suis de Ioanne, ne fortè ipse esset Christus*, inquit Lucas. Et ipse cogitationum illarum absconsa prodens, respondit. *Et prædicabat omnibus, dicens, Ego quidem baptisaui, & baptiso vos in aqua in pœnitentiam. Qui autem post me venturus est, fortior me est: cuius non sum dignus procumbens corrigiam calceamentorum eius soluere, aut calceamenta portare: ipse baptisabit vos in spiritu sancto & igne.* Chrysostomus hom. 11. Operis perfecti in Matth. Itaque postquàm mentes eorum concussit terrore iudicij, inquit, & expectatione supplicij, & nomine securis, & ipsorum repulsione, & aliorum introitu filiorum, & geminatione pœnæ, absciſionis scilicet & combustionis: cúmque vndique duritiam eorum molliuisset, atque ex tot malorũ timore ad liberationis desiderium susciitasset, tum demum de Christo intulit mentionem: neque verò simpliciter, sed multo cum cumulo, eminentiaque sermonis. Deinde cùm ostendisset grande illud medium, quod inter se Christúmque distingueret, ne ad gratiam idipsum dicere videretur, à comparatione rerum earũ, quas vterque daturus erat, pulchrè præoccupauit. Neque enim continuò dixit, *Non sum dignus soluere corrigiam calceamenti eius*: sed postquã baptismatis sui professus est simplicitatem, neque quicquam illud amplius habere monstrauit, quàm vt eos ad pœnitentiam duceret. Non enim dixit, In aqua remissionis, sed *pœnitentiæ*. Tum demum ponit etiam Christi baptisma, ineffabilium donorum libertate cumulatum. ac si diceret: Neque quia post me audistis eum venire, quasi posteriorem despiciendum putetis,

Ioannis humilitas. Donorum eius audite virtutem, & liquidò cognoscetis, quia nihil grande, nihilque dignum K
illius honore protulerim, dicendo: *Non sum dignus soluere corrigiam calceamenti eius.* Cũque audieritis, quòd me ille sit fortior, nequaquam putetis, me istud comparationis more dixisse, qui ne inter seruos quidem eius sum dignus collocari, etiam seruos extremos, neque vilissimã partem in ipsius mihi ministerio vendicare. Propterea enim non posuit calceamenta simpliciter, sed corrigiam, quæ certè omnium videtur extrema. Deinde ne humilitatis potiùs quã veritatis putaretur esse quod dicitur, ex ipsis documentum rebus assumit. *Ipse*, inquit, *baptisabit vos in spiritu sancto, & in igne.* Vidésne quanta sit baptistæ, quámque admiranda sapiẽtia? Quando enim ipse prædicat, affert omnia plena terroris, & quæ animos auditorum maxima prorsus comminatione concutiant. Quando verò illos ad Christum remittit, iucunda ponit ac prospera, quæ facilè possint recreare metuentes. Non enim comminantem securim, non excidendam & comburendam proponit arborem, non iram futuram adducit in medium: sed indul-

A indulgentiam peccatorum, interitúmque pœnarum, iuſtificationẽ, ſanctificationẽ, liberationẽ, filiorũ adoptionẽ, fraternitatem, cohæreditatem, cõmunionémque Chriſti, ſancti Spiritus dona largiſſima. Hæc etenim vniuerſa pariter cõplexus eſt, dicendo: *Ipſe vos baptiſabit in Spiritu ſancto*: ipſa quoque tranſlatione ſermonis exprimens gratiæ largitatẽ. Non enim dixit, Dabit vobis Spiritũ ſanctũ: ſed, Baptiſabit vos in Spiritu ſancto. Iamverò cõmemoratione ignis adiũcta, rurſus ipſius gratiæ vehemens atque incõprehenſibile donum ſignauit. Perpende igitur, quales tũc fieri conſequens fuerit auditores, cùm certè cernerent poſſe ſe ſubitò effici ſimiles Prophetarũ, illorum vtique magnorũ. Propterea quippè etiã ignis intulit mentionẽ, vt eos ad eorũ recordationẽ vocaret, quibus ignis ſpecie apparuerãt viſiones. Sic enim beato Moyſi in rubo locutus eſt Deus, ſic omni populo de mõte Sina, ſic Ezechieli quoque de Cherubim. Idẽ ho. 3. Oper. imp. in Matth. Quoniã ergo miſſus erat Ioãnes ad baptiſandũ, inquit, nõ tamen propter neceſſitatẽ Chryſoſt.

B dandi baptiſmatis, ſed vt per occaſionẽ ad baptiſmũ veniẽtibus, præſcientiã filij Dei in corpore prædicaret, ſicut ipſe teſtatur alibi, dicens: Sed vt manifeſtetur in Iſraël. Ideò ego veni in aqua baptiſare. Ideò nunc ad baptiſmũ venientibus, & ipſum prædicabat apparitурum confeſtim, & eminentiã poteſtatis eius annunciat. Non enim tantùm baptiſma ſuũ à Chriſti baptiſmate diſtinguit, ſed & hac ipſa ratione citò probauit non eſſe ſe Chriſtum, cui viſibili operetur officio. *Ioannes ſe à Chriſto diſtinguit.*

Nam cùm, vt ſcribit Ambroſ. l. 2. in Luc. c. 11. ex duabus naturis homo, id eſt, ex anima ſubſiſtat & corpore: viſibile per viſibile, inuiſibile per inuiſibile myſteriũ conſecratur. Aqua enim corpus abluitur, ſpiritu animæ delicta mundantur. Aliud agimus, aliud inuocamus. Licet enim in ipſo fonte ſanctificatio diuinitatis aſpiret: aqua quidẽ non omnem ablutionẽ efficit, ſed tũ quidẽ in animam operatur, & ipſam purgat, cùm ſpiritus acceſſerit. Sic hęc inter ſe diuerſa eſſe non poſſunt: & ideò aliud fuit baptiſma pœnitentię, aliud gratiæ eſt: iſtud ex vtroque, illud ex vno. Nam Ambroſ. *Differentia baptiſmi Chriſti à baptiſmo Ioãnis.*

C cùm cõmunia ſint delicta mentis & corporis, purificatio quoque debuit eſſe cõmunis. Et benè ſanctus Ioannes ſe intellexiſſe ſignificans, quid in cordibus cogitarent, & quaſi non intellexerit, declinãs maieſtatis inuidiã: non verbo, ſed opere declarauit ſe non eſſe Chriſtũ. Opus enim hominis eſt proponere pœnitentiã delictorũ: Dei munus eſt gratiã implere myſterij. Beda in Luc. Beda.

Ipſe vos baptiſabit, inquit, *in Spiritu ſancto & igni*: hoc eſt, & purgatione ſanctificationis, & probatione tribulationis. Poteſt autem idem Spiritus ſancti etiã nomine Ignis ſignificatus intelligi: quia & incendit per amorem, & per ſapiẽtiam corda, quæ replet, illuminat. Vnde & illi, quibus dictum eſt, quia Ioãnes quidem baptiſauit aqua, vos autem baptiſabimini in Spiritu ſancto, idẽ baptiſma in ignis viſione percipiunt. Sunt qui ita exponunt, quòd in præſenti in ſpiritu, & in futuro baptiſemur in igne: vt videlicet ſicut nunc in remiſſionem omnium peccatorum, ex aqua & ſpiritu renaſcimur: ita & tunc de leuibus quibuſdã peccatis, quæ hinc nobis euntibus adhæ- *Quis ignis.*

D ſerint, purgatorij ignis ante vltimum iudicium baptiſmate permũdemur: dicente Apoſtolo, Si quis ædificauerit ſuper hoc fundamentũ, aurum, argentũ, lapides pretioſos, ligna, fœnum, ſtipulam, vniuſcuiuſque opus, quale ſit, ignis probabit. Si cuius opus manſerit quod ſuperædificauit, mercedem accipiet. Si cuius opus arſerit, detrimentũ patietur. Ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem. quod quamuis & de igne tribulationis in hac nobis vita adhibito poſſit intelligi, tamen ſi quis hoc de igne futuræ purgationis accipiat, penſandũ ſollicitè eſt, quia illum dixit per ignem poſſe ſaluari, non qui ſuper fundamentum Chriſti, ferrum, æs, vel plumbum ædificat, id eſt, peccata maiora & duriora, atque iam tunc inſolubilia: ſed lignum, fœnum, ſtipulam, id eſt, peccata minima atque leuiſſima, quæ ignis facilè conſumat. Hoc tamen ſciendum eſt, quòd illic ſaltẽ & de minimis nihil quiſque purgationis obtinebit, niſi bonis hoc actibus in hac adhuc vita poſitus, vt illic, obtineat. Cæterùm quòd Euangeliſtarum alius dicit, *Non ſum dignus* *Purgatorius ignis.*

E *calceamenta portare*, alij verò, *corrigiam calceamenti ſoluere*: meritò quæri poteſt, inquit Auguſtinus, lib. 2. de conſenſu Euangeliſtarum, cap. 12. cùm Ioannes dixerit non ſe dignũ eſſe, vtrum calceamenta portare, an corrigiam calceamenti ſoluere. Si enim alterum horum dixit, ille verum videtur narraſſe, qui hoc potuit narrare quod dixit. Qui autem aliud, etſi non eſt mentitus, certè vel oblitus, aliud pro alio dixiſſe putabitur. Omnem autem falſitatem abeſſe ab Euãgeliſtis decet, non ſolùm eam quæ mentiendo promitur, ſed etiam eam quæ obliuiſcendo. Itaque ſi ad rem pertinet aliquid aliud intelligere ex eo quod dictum eſt, calceamenta portare, & aliquid aliud ex eo quod dictum eſt, corrigiam calceamenti ſoluere: quid aliud accipiendũ rectè exiſtimarim, niſi Ioannem vtrumque dixiſſe, ſiue aliud alio tempore, ſiue contectim? Potuit enim ſic dicere, Cuius non ſum dignus corrigiam calceamenti ſoluere, nec calceamenta portare: vt vnus Euangeliſtarum hîc aliud, alij verò aliud, omnes tamen verum narrauerint. Si autem nihil intendit Ioannes, cùm de calceamenris Domini diceret, niſi excellentiam eius, & Auguſt. *Concilianꝫtur Euangeliſtæ.*

humilitatem ſuam quilibet horum dixerit, ſiue de ſoluenda corrigia calceamentorum, ſiue de portandis calceamentis: eandem tamen ſententiam tenuit. Si quis etiam verbis ſuis per calceamentorum cõmemorationem eandem ſignificatione humilitatẽ expreſſit, vnde ab eadem voluntate non aberrauit. Vtilis igitur modus & memoriæ maximè cõmendandus, cùm de cõuenientia dicimus Euangeliſtarũ, non eſſe mendacium, cùm quiſque etiam dicens aliquid aliud, quod etiam ille non dixit, de quo aliquid narrat: voluntatem tamen eius hanc explicat, quã etiã ille, qui eius verba commemorat. Ita enim ſalubriter diſcimus, nihil aliud eſſe quærendũ, quàm quid velit ille qui loquitur. Theoph. in Luc. Non autem dignum eſſe vt ſoluat corrigiã calceamentorũ, clara ſententia eſt, quòd non ſit dignus, qui inter extremos ſeruos ordinetur. In ſenſu autem occultiore, duo calceamenta Domini ſunt perfectiones eius duæ: vna è cœlis in terrã, altera è terra in infernũ. Harũ duarum omniũ perfectionũ modũ non poteſt quiſquã ſoluere, niſi Ioanni quidẽ ſimilis fuerit. Quis enim explicare poterit, aut quomodo incarnatus ſit, aut quomodo in infernũ deſcenderit? Ambroſ. l. 2. in Luc. c. 11. per hæc Ioannis verba Euangelicæ prædicationis in Apoſtolos gratiam eſſe collatam ſcribit, qui ſunt calceati in Euangelium. Videtur tamen hoc ideò dicere, inquit, quòd plerumque Ioannes perſonam accepit populi Iudæorũ. Vnde ad hoc referũt quod ait: Illum oportet creſcere, me autem minorari: quòd oporteret minorem fieri populum Iudæorum, creſcere in Chriſto populum Chriſtianũ. Deinde & Moyſes accepit perſonam populi: ſed ille calceamentum non dominicum portabat, ſed pedum ſuorũ: & iſti calceati ſunt calceamento fortaſſè non ſuorum pedum. Ille autem ſoluere calceamẽtum iubetur ſuorum pedum, vt animi eius & mẽtis corporei nexus vinculis abſolutus iter ſpirituale gradiatur. Apoſtoli autẽ calceamentũ depoſuerũt corporale, quãdo miſſi ſunt ſine calceamẽtis, ſine virga, ſine pera, ſine zona: ſed non ſtatim Dei calceamenta portarunt. Fortaſſè poſt reſurrectionem portare cœperunt. Antè enim ne cui geſta Domini dicerent, admonebantur. Deniq; poſtea his dicitur, Marc. 16. Ite in orbem vniuerſum, & prædicate Euangelium: vt Euangelicæ prædicationis veſtigium proferentes, toto dominicorum ſeriem circumferrent orbe geſtorum. Eſt igitur calceamentum nuptiale, Euangelica prædicatio. Beda in Luc. paulò aliter hæc Ioannis verba accipit: ad quem accedunt Druthmar. in Matth. Albert. Mag. Zacharias Chryſopolitanus, Bonauentura, Thomas Aqu. & alij plurimi. Mos, inquit, apud veteres fuit, vt ſi quis eam quæ ſibi compareret, accipere vxorẽ nollet, ille ei calceamentum ſolueret, qui ad hanc ſponſus iure propinquitatis veniret. Quid igitur inter homines Chriſtus, niſi ſanctæ Eccleſiæ ſponſus apparuit? De quo & idem Ioannes dicit: Qui habet ſponſam, ſponſus eſt. Sed quia Ioãnem homines Chriſtum eſſe putauerunt, quod idem Ioannes negat, rectè ſe indignum eſſe ad ſoluendum corrigiam eius calceamenti denunciat. ac ſi apertè dicat, Ego redemptoris veſtigia denudare non valeo, quia ſponſi nomen mihi immeritus non vſurpo. quod tamen intelligi & aliter poteſt. Quis enim neſciat, quòd calceamẽta ex mortuis animalibus fiant? Incarnatus verò Dominus veniẽs, quaſi calceatus apparuit, qui in diuinitate ſua morticinia noſtræ corruptionis aſſumpſit. Sed huius incarnationis myſterium humanus oculus penetrare nõ ſufficit. Inueſtigari enim nullatenus poteſt, quomodo corporatur Verbũ, quomodo ſummꝰ & viuificator Spiritus intra vterum matris animatur, quomodo is qui initium non habet, & exiſtit, & cõcipitur. Corrigia ergo calceamenti eſt, ligatura myſterij. Ioannes itaque ſoluere corrigiam calceamẽti eius non valet: quia incarnationis myſterium nec ipſe inueſtigare ſufficit, qui hãc per Prophetiæ ſpiritum cognouit. *Cuius ventilabrum in manu eius.* quaſi dicat, vt ſcribit Theoph. Etſi ille vos baptiſauerit, ne tamen putetis, quòd inpoſterum inſontes ſitis. Niſi enim poſthac vitam egeritis immaculatam, *exuret vos igni inextinguibili.* Exprimit autem iudiciariam Chriſti poteſtatem. 2. iudicij effectum. 3. iudicij modum, vt obſeruat Thom. Aquinas in Matth. Vtitur autem ſimilitudine ab his ſumpta, qui collecta meſſe, & triturata, ventilabro granum à palea diſcutiũt. Sunt verò qui hoc referant ad præſens ſeculum, quomodo Origenes: ferè autem omnes hoc referunt ad futurum. Moſes Barſepha Syrus, Commentatio de Paradiſo, lib. 1. Quid enim triticum, palea, ventilabrum, quæ commemorat Ioannes Baptiſta? Num pro ipſis rebus ſunt accipienda, ac non potius arcanum quid per ea ſignificare volebat? Origenes homil. 26. in Luc. Volo, inquit, inuenire rationem, quare Dominus noſter habeat ventilabrum, & quòd blando vento leues paleæ huc illúcque rapiãtur, graue verò triticum in vnum deferatur locum. Nequeo enim abſque vento poſſunt triticum & paleæ ſeparari. Exiſtimo tentationes pro vento intelligi, quæ confuſo credentium aceruo, alios paleas, alios triticum eſſe demonſtrauit. Cùm enim anima tua fuerit aliqua tentatione ſuperata, non tentatio te vertit in paleas: ſed cùm eſſes palea, leuis videlicet & incredulus, oſtendit te eſſe tentatio quod latebas. Econtrario autem

cùm

Myſtica calceamentorũ interpretatio.

Theoph.

Ambroſ.

Beda.

Calceamẽti ſignificatio.

Theoph.

Tho. Aqu.

Moſes Bar.

Origen.

A cùm fortiter tormenta toleras, non te facit fidelem tentatio atque patientẽ: sed virtutẽ, quæ in te erat pœnitentiæ fortitudinis, & latebat, profert in medium. Cyrill. Alex. lib. 2. Thesauri, cap. 4. discussionem tritici ad futurum refert. Non perspicis, inquit, Christum aream dominum esse? Hoc enim significatur, quando dicitur, *Et purgabit aream suam.* Iudicem etiam esse ostendit, qui iustos & bonos, tanquam triticum, in cœlestia inducet horrea: iniustos verò, quasi paleam, igni tradet. Idacius Clarus aduersus Varimandum Arianum. Mundat Pater, mundat Filius, mundat Spiritus sanctus. De Patre in Ezechiele. Et saluos faciet eos de vniuersis sedibus suis, in quibus peccauerunt: mundabo eos, & erunt mihi populus, & ego ero eis Deus. Seruus meus Dauid rex super eos, & pastor erit omnium eorum. De filio in Euãgelio. Habens ventilabrum in manu sua, & mundabit aream suam. De Spiritu sancto in Esaia. Et mundabit Dominus sordes filiorum & filiarum Syon, & sanguinem Hierusalem emundabit de medio eius, in spiritu iudicij, & spiritu ardoris. Ambrosius in Lucam. Ventilabri iudicio discriminandorũ Dominus declaratur ius habere meritorum: eò quòd dum frumenta in area ventilantur, plena à vacuis, ab inanibus fructuosa, velut quõdam auræ spirantes examine separantur. Per hanc igitur comparationem ostenditur, quòd Dominus Iudicij die, solidè merita, fructúsque virtutis, ab inanis iactantiæ, exiliúmque factorum, infructuosa leuitate discernat, perfectioris meriti viros locaturus in mansione cœlesti. Ipse enim perfectior fructus est, qui meruerit eius esse conformis: qui sicut granum tritici cecidit, vt plurimos fructus afferret in nobis: inuisus paleis inanibus, meritis non amictus. Et ideò ante eum ignis ardebit, non naturâ suâ noxius: vtpotè qui mala improbitatis exurat, splendorem probitatis accumulet. Euthymius in Matth. Ex his etiam demõstrat, quòd iudex sit futuri seculi. Et aream quidem vocat vniuersalẽ orbis Ecclesiam, ad quã omnes operatores à Domini prouidentia conducuntur: ventilabrũ autẽ, iustum eius iudiciũ, quòd eos sanè, qui omni iniquitatis vento agitantur, quasi palcaceos, tradit igni gehennæ inextinguibili: illos verò, qui virtutum habent grauitatem, in aporhecam cœlestium tabernaculorum colligit. Nũc siquidẽ in area mixta sunt triticum & palea: tunc autẽ omninò discernentur, quando frumentũ in apothecam deferendũ est. *In manu* autẽ sua dixit, eò quòd prõptus ac paratus est ad dimicandũ. Vide autẽ, quòd postquàm baptisauerit in Spiritu sancto, expurgat adhuc aream suã, ne susceptο baptismo torpeas. Ita Ioannes duo credenda designat: vnum, quod hîc fiat: alterũ, quod expectetur. Credimus enim vnũ baptisma in remissionẽ peccatorũ: credimus etiã Christum Iesum iudicaturũ esse viuos & mortuos. Nam ipse quoque Christus Dominus hoc solet, inquit D. Chrys. ho. 11. Oper. perf. in Matth. sæpè in iisdem rebus, sæpè etiam in contrariis duas Prophetias pariter collocãdo: quarum vnam hîc impleat, alterã spõdeat in futuro: vt ab his, qui de promissionibus eius pertinaciùs dubitant, ex hac quæ iam facta est, etiam illa quæ impleta D nondum est, credatur implenda. Siquidem & illis, qui propter ipsum mundi huius cuncta contemnerent, centuplum in præsenti tempore, in futuro autem vitã promisit æternã: Ex his vtiq; quæ in præsenti seculo præstat, vera esse etiam futura declarans. Quod etiam Ioannes hoc fecit loco, simul vtrumque ponendo: quoniã scilicet & baptiset in Spiritu sancto, & cõburat igni inextinguibili. Si igitur non & Apostolos baptisasset in spiritu, & quotidie omnes volentes, posses de eo quoque, quod simul posuit, fortassè dubitare. Si verò quod difficilius videbatur & grandius, ac supra omnem prorsus esse rationem, factum tamen est, fitq; quotidie: quomodo illud, quod & facilè, & iuxta rationem fit, non verum esse contendis? Ex hoc etiam ostendit, neminẽ prorsus pœnas illas æternas in dubium reuocare posse. Theophilactus verò nec ipsum Origenẽ audiendũ esse, qui ad tẽpus finiendas esse tradidit, cùm Ioannes illas ignẽ inextinguibilẽ vocet. E Cæsarius Arelat. ho. 13. Flamma, inquit, illa sine misericordia cruciabit: vtique si pœnarũ æternitatem spectes, non si iniquitatum cõmissarum horrorem. Porrò Thom. Aqu. Comment. in Matth. complectitur quæ diximus, in hæc Ioannis verba. *Area*, inquit, dicitur Ecclesia. *Fruges*, fideles, qui congregabuntur per Angelos. Luc. 10. Rogate dominũ messis, vt mittat operarios in messem suã. Ioã. 4. Meus cibus est, vt faciam voluntatẽ eius qui misit me, & perficiam opus eius. *Ventilabrum*, iudiciaria potestas Christi, qua discernet triticũ à paleis. Ioan. 5. Pater omne iudiciũ dedit filio. Act. 10. Ipse est, qui constitutus est à Deo iudex mortuorũ & viuentiũ. *Permundabit*, id est, perfectè mundabit, primò per tribulationes, quæ sunt quasi quidam ventus, quo cessante, paleæ sunt cum tritico: cessante etiã tribulatione, mali bonis in Ecclesia permixti sunt: & sicut tenui vento tenues, vehemẽti vento grossiores paleæ dispelluntur: ita in Ecclesia si crescat tribulatio, etiam qui firmi videntur, cadunt. Luc. 8. Ad tempus credunt, & in tempore tẽtationis recedũt. 2. Discutiuntur etiam boni à malis per excommunicationis sententiam: idq; fit in hoc seculo. 1. Corinth. 5. Auferte malum ex vobis ipsis. Tertiò id fiet in die iudicij, cùm segre-

Cyrillus Alexand.

Idac. Clar.

Ambros.

Euthym.

Christus iudex.

Chrysost.

Cæs. Arel.

Tho. Aq.

gabuntur boni à malis. Matth. 25. *Et congregabit in horreum suum*, in Paradisum & gloriam cœ- F
lestem, *triticum*, id est, electos. Psalm. 105. Saluos nos fac, Domine Deus noster, & congrega nos de nationibus. *Paleam* autem comburet. Nota autem differentiam esse inter paleas & zizania. Aliud enim est semen palearum, aliud semen zizaniorum: quia palearum est idem semen cum tritico. Vnde per zizania possumus intelligere schismaticos, qui non communicant nobiscum in sacramentis: per paleas, fideles, sed malos. Hos tamen & illos *comburet*, id est, comburendos adiudicabit, *igni inextinguibili*. Esai. vlt. Ignis eorum non extinguetur. Et dicit, inextinguibili, ad differentiam ignis purgatorij. De hoc igne Matth. 25. Ite maledicti in ignem æternum.

Christus in Iordane à Ioanne primùm reluctante, baptisatur, vt impleat omnem iustitiam. Cœlum aperitur, Spiritus sanctus in specie columbæ super eum descendit. Vox patris auditur. Christi genealogia per Nathan ad Deum vsque recensetur. G

Matth. 3.

Tunc venit Iesus à Galilæa in Iordanem ad Ioannem, vt baptisaretur ab eo. Ioannes autem prohibebat eũ, dicens, Ego à te debeo baptisari, & tu venis ad me. Respondens autem Iesus, dixit ei, Sine modò: sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Tunc dimisit eum. Baptisatus autem Iesus, confestim ascendit de aqua: & ecce aperti sunt ei cœli: & vidit spiritum Dei descendentem sicut columbam, & venientẽ super se. Et ecce vox de cœlis dicens, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.

Marc. 1.

Et factũ est in diebus illis, Venit Iesus à Nazareth Galilææ, & baptisat⁹ est à Ioãne ī Iordane. Et statim ascendens de aqua, vidit cœlos apertos, & Spiritum sanctum tanquam columbã descẽdẽtẽ, & manentẽ in ipso. Et vox facta est de cœlis, Tu es filius me⁹ dilectus, in te cõplacui.

Luc. 3.

Factum est autem cùm baptisaretur omnis populus, & Iesu baptisato & orante, apertum est cœlum: & descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum: & vox de cœlo facta est, Tu es filius meus dilectus, in te complacuit mihi. Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta: vt putabatur, filius Ioseph, qui fuit Heli, qui fuit Matthat, qui fuit Leui, qui fuit Melchi, qui fuit Ianne, qui fuit Ioseph, qui fuit Matthathiæ, qui fuit Amos, qui fuit Naum, qui fuit Hesli, qui fuit Nagge, qui fuit Mahath, qui fuit Mathathiæ, qui fuit Semei, qui fuit Ioseph, qui fuit Iuda, qui fuit Iohanna, qui fuit Resa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri, qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cosam, qui fuit Elmadan, qui fuit Her, qui fuit Iesu, qui fuit Eliezer, qui fuit Iorim, qui fuit Matthat, qui fuit Leui, qui fuit Simeon, qui fuit Iuda, qui fuit Ioseph, qui fuit Iona, qui fuit Eliacim, qui fuit Melcha, qui fuit Menna, qui fuit Matthatha, qui fuit Nathan, qui fuit Dauid, qui fuit Iesse, qui fuit Obed, qui fuit Booz, qui fuit Salmon, qui fuit Naasson, qui fuit Aminadab, qui fuit Aram, qui fuit Esron, qui fuit Phares, qui fuit Iudæ, qui fuit Iacob, qui fuit Isaac, qui fuit Abrahæ, qui fuit Thare, qui fuit Nachor, qui fuit Sarug, qui fuit Ragau, qui fuit Phaleg, qui fuit Heber, qui fuit Sale, qui fuit Cainan, qui fuit Arphaxad, qui fuit Sem, qui fuit Noë, qui fuit Lamech, qui fuit Mathusale, qui fuit Henoch, qui fuit Iareth, qui fuit Malaleel, qui fuit Cainan, qui fuit Hennos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei. H I

Ioã. K

Introductio.



VT à capite defluxus in membra, ita à Christo in nos communicatio gratiarũ est: vnde fit, vt sano & integro capite, cætera quoque membra meliùs habeãt. Christus igitur, ne quid de spirituali nostra integritate, seu restitutione dubitaremus, sed nos purgari, & sanctificari certò intelligeremus: etsi, inquantum Dei filius est, seipsum omnis boni & sanctificationis fontẽ agnoscat, à quo omne bonũ perfectum est, Iac. 1. etsi etiã, inquantũ filius hominis, nouerit, & animã, & corpus suum immaculatum, opus Dei hæc, & Spiritus sancti: Attamen vt securos nos de spirituali illo benedictionis & sanctificationis influxu redderet, & sacrũ baptismatis fontẽ sanctificaret, ipse priùs baptisari voluit. Ad hoc enim referũtur & eius verba, Ioã. 17. Propter eos sanctifico memetipsum. Quia nõ sibi, sed nobis, hęc fieri

Cur Christus baptisari voluit.

Summa.

A fieri demonſtrabat. Hæc enim nunc Euangelica prodit hiſtoria. *Et factum eſt tunc in diebus illis, venit Ieſus à Nazareth Galilææ in Iordanem ad Ioannem, vt baptiſaretur ab illo.* Ita præparato populo per Ioannis prædicationẽ Chriſtus innoteſcere voluit: & quoniam hoc per prædicationẽ & miracula fieri debuit, à baptiſmo orditur: non tam vt ſigno viſibili Ioanni Baptiſtæ manifeſtaretur, quàm vt à baptiſmate ducendum noſtræ ſalutis initiũ oſtenderet. Siquidẽ ante baptiſmum in ordine Catechumenorum ſtamus: nec, vt ſcribit Cyrill. Hieroſol. licet nobis penitiora diſcutere, quæ patres intus dicerent: ſuſcepto verò baptiſmo, pro menſura diuinæ gratiæ, maiora quoque profiteri incipimus. Relicta igitur materna domo, iam ad ſupremi Patris ſui obſequia totum ſe conſecrat: conſecrationis autẽ illius argumentum ſuſcipit, quum baptiſatur: Non quòd non priùs totũ ſe Deo patri deuouiſſet, ſed vt nos doceret, quonã ſacramento Deo patri conſignaremur. Nam cùm nouã doctrinã veteri adiecturus fuerit, nouo quoque ſacramẽto ad illius fœdus & promiſſiones perueniendũ eſſe demõſtrauit: vt ſicut olim circunciſio participes antiquarũ promiſſionũ efficiebat, ita & nunc baptiſma nos ad Dei & Chriſti fœdus pertinere oſtẽdat. Sed & baptiſatus eſt, vt ſcribit Ambroſ. l. 2. in Luc. c. 12. non mundari volens, ſed mundare aquas, vt ablutæ per carnem Chriſti, quæ peccatũ non cognouit, baptiſmatis ius haberẽt. Et ideò qui ad Chriſti lauacrũ venerit, peccata deponit. Cyrill. Hieroſol. Catecheſi 3. inſerit & aliam rationem: Nimirùm ne quis aliquem à ſuſcipiendo baptiſmo eximi poſſe ſentiat. Sanctificauit, inquit, baptiſmum Ieſus, cùm ipſe baptiſatus eſt. Si filius Dei baptiſatus eſt, quis pius poteſt baptiſmum contemnere? Baptiſatus autem eſt, non vt peccatorum acciperet remiſſionem, (non poterat enim peccare) ſed etiam ſi peccato non eſſet obnoxius, baptiſatus eſt, vt diuinam gratiam & dignitatem exhiberet baptiſandis. Quemadmodum enim pueri participes facti ſunt corporis & ſanguinis, ſic & ipſe particeps illorum factus: vt præſentiæ illius in corpore

B

C facti participes, diuinæ quoque illius gratiæ communicent. Sic baptiſatus eſt Ieſus, vt per eius participationem, nos deinceps vnà cum ſalute honorem conſequamur. Draco erat in aquis, vt ait Iob. Cùm igitur contemnenda eſſent capita Draconis, deſcendens in aquas ligauit fortem, vt facultatem calcandi ſuper ſerpentes & ſuper ſcorpiones accipiamus. Minimè parua fuit bellua, ſed horrẽda. Nauis piſcatoria quæcunque corium vnum caudæ illius ferre non potuit. Imminebat ab illo perditio, contagione inficiens occurrentes. Succurrit deinde vita, vt mors quoque timeret, vt ſaluati omnes dicamus, Vbi eſt, mors, victoria tua? vbi, inferne, ſtimulus tuus? Per baptiſmum enim ſoluitur mortis ſtimulus. Ad hoc alludit D. Ioannes Damaſcenus in Carminibus de Epiphania, his verbis:

Hac luce, lucem quæ tulit mortalibus,
Iordanis vndis, Chriſte rex, tuum caput
D *Submittis, atri ſedibus triſtiſſimus*
Orci parentum generis vt noſtri extrahas,
Cunctiſque purges criminum nos ſordibus.

Hieronymus in Matth. Triplicem igitur ob cauſam Saluator à Ioanne accepit baptiſmũ. Primùm, vt quia homo natus erat, omnem iuſtitiam & humilitatẽ legis impleret. Secundò, vt baptiſmate ſuo Ioannis baptiſma comprobaret. Tertiò, vt Iordanis aquas ſanctificans, per deſcẽſionẽ columbæ, Spiritus ſancti in lauacro credẽtium monſtraret aduentũ. Heſych. l. 2. in Leuit. c. 8. Certus es enim, quòd Chriſtus ad ſacrãdas aquas baptiſmatis, in Iordane fluuio baptiſatus eſt. Auguſt. tom. 3. l. 3. de mirabilibus ſcripturæ, alias etiam rationes inſerit. Ad baptiſmũ, inquit, deſcendit Dominus Ieſus, non quòd baptiſmi ſacramẽto & lauacro egeret, qui proprij aut originalis peccati nullam culpam haberet: ſed vt aquas, quas quamuis in delicto Deus non maledixerit, terræ qua continebantur maledictione infectas purgaret: & ne quiſquã baptiſmi ſacramentũ negligeret, dum qui ſine peccato fuerat, baptiſmi aquas iniuit: & ne quiſquã ab inferiori baptiſari paruipenderet, dum Deus Dominus à ſeruo ſuo mergi vndis baptiſmi appeteret: Et quatenus adhuc à diabolo ſe, donec tentatio perficeretur, occultaret, qui illum velut lauacro indigentẽ, vt inter pollutos peccaminibus, ablui aquis conſpiceret. Greg. Nanz. Orat. in ſancta lumina, ex hoc myſterio has exhortationes colligit. Chriſtus, inquit, illuminatur, ſimul illuſtremur: Chriſtus baptiſatur, ſimul deſcendamus, vt ſimul etiam aſcendamus. Nec verò hoc ſolum ſpectandum eſt, quòd Ieſus baptiſatur, ſed cætera quoque obſeruanda ſunt: nimirùm quis, & à quo, & quando, purus videlicet, & à Ioanne, & ſignorum edendorum principium faciẽs. Quæ res nobis documẽto eſſe debet, adhibẽdã priùs eſſe purgationẽ, animiq; ſummiſſionẽ: nec antè ſuſcipiendã eſſe cõcionãdi prouinciã, quàm ad ſpiritualis & corporeæ ætatis perfectionẽ ventũ fuerit. Hoc ad eos dictũ velim, qui incõſultè ac temerè ad baptiſmũ accedunt, nec ad eũ præpa-

E

Cyrill. Hieroſol. *Baptiſma ianua cæterorum myſteriorum.*

Ambroſ.

Cyrillus Hieroſol.

Baptiſmi virtus.

Damaſcen.

Hierony.

Heſych.

Auguſt.

Gre. Nanz. *Quæ obſeruanda in baptiſmo Chriſti.* *Præparatio ante baptiſma.*

rantur,ac per animi inconſtitutionem ad virtutis habitũ peruectã id agunt, vt redemptio ipſis F
certa atque incolumis maneat. Cùm enim præteritarum noxarum condonationem baptiſmus
affert,tum tamen accuratiùs prouidendum eſt,ne ad eundem vomitum redeamus. Hoc quoq;
in eos valeat,qui aduerſus myſterij diſpenſatores inſolentiùs efferuntur,ſi dignitate quadã præ-
Ne ſacra myſteria ante ætatẽ maturam. ſtent. Tertium ad eos ſpectat,qui iuuenili ætate confidunt,atque ad inſtituendam doctrina ple-
bem,aut Eccleſiæ præfecturam amplectendam,tempus omne idoneum eſſe arbitrantur. Ieſus
purgatur: & tu purgationem aſpernaris? A Ioanne: & tu aduerſus præconem tuum inſurgis? Tri-
geſimum annum agẽs: & tu ante lanuginem ſenes doces,aut docere poſſe credis, nec ab ætate,
nec à moribus fortaſſe authoritatem habens? Ac deinde Daniel profertur, ac nonnulli alij iu-
uenili ætate iudicum munere functi,atque in ore ac lingua exempla ſunt. Quiſquis enim iniu-
ſtè aliquid admittit,facti ſui defenſiones in promptu habet. At pro Eccleſiæ lege nequaquam G
cenſendum eſt,quod rarò accidit: quandoquidem nec hirundo vna ver,nec Geometram linea
vna,nec denique nautam vna nauigatio facit. Cæterùm baptiſat Ioannes: Ieſus accedit,fortaſſe
vt ipſum quoque Baptiſtam ſanctitate afficiat: proculdubiò autem,vt totum veterem Adamũ
aquis obruat: Ante hos verò,& propter hos Iordanem: nimirùm vt ſpiritus & caro erat, ſic etiã
per ſpiritum & aquam initiatus. *Ioannes autem prohibebat illum,dicens: Ego debeo à te baptiſari,&*
Chryſoſt. *tu venis ad me.* id eſt,vt ſcribit Chryſoſt. ho. Operis imperf. in Matth. Quò ego,inquit,deſidero
aſcendere,tu inde aſcendis. Ergo vt tu me baptiſes, eſt idonea ratio,vt iuſtus efficiar, & dignus
Humilitas Ioannis. cœlo. Vt autem ego te baptiſem, quæ eſt ratio? Vt iuſtus efficiaris? Sed ipſe es iuſtitiæ radix. Vt
in cœlum aſcendas? Sed ipſe naturâ in cœlo es,etſi voluntate de cœlo deſcenderis. Tu es ſpiri-
tus,ego caro: numquid caro ſpiritum ſanctificare poteſt? Magis autem ſpiritus ſanctificat carnẽ.
Cuius enim credi eſt virtus,ipſius eſt & ſanctificandi poteſtas. Quis diues à paupere quærit?
Magis autem pauper à diuite diuitias quærit. Omne bonum de cœlo deſcendit in terram, non H
de terra aſcendit in cœlum. Ille antiquus Lucifer, qui manè oriebatur,cogitauit apud ſe, dicẽs:
Super cœlum aſcendam,&c. Si ergo ille Angelus conſtitutus,& pro ſola cogitatione ſuperbiæ
depoſitus eſt de Angelica gloria ad ignominiam tenebrarũ: ego quid merear pati,ſi homo car-
nalis,& corruptibilis conſtitutus,tantæ ſuperbiæ opus impleuero,& dignum me exiſtimauero
Beda. totius creaturæ Dominum baptiſare? Beda tom. 7. Homiliarum hyemalium,de ſanctis. Ita,in-
quit,exponit illum ad ſe veniſſe,vt baptiſaretur aqua,cui nulla inerat culpa: imò qui per ſui gra-
tiam ſpiritus omnem credẽtium culpam tolleret. Sed & cognouit ſe ab illo baptiſandum eſſe:
Dionyſ. Carthuſ. vnde prohibebat eum,inquit Dionyſ. Carthuſ. in Matth. non per modum imperii,cùm hoc ſit
ſuperioris: ſed per modum humilimæ abiectionis,ſciens ſe indignum eſſe qui baptiſaret filium
Dei: Quemadmodum etiam Petrus ad Ieſum, Non lauabis mihi,inquit,pedes in æternũ. Cõ-
ſiderans namque Ioannes ſuam infirmitatem,& Chriſti maieſtatẽ,incredibiliter mirabatur de I
tanta dignatione,& humiliatione Dei incarnati. Prohibebat eum itaque publicè corã populo,
dicens, *Ego à te debeo*, id eſt,egeo,& debito condecentiæ teneor, *baptiſari*, baptiſmo tuo, Euan-
Chryſoſt. gelicæ legis ſacramento,vel ſaltem interiori baptiſmo. Quod & factum eſt, ſicut ait Chryſoſt.
quòd Chriſtus poſtea baptiſauit Ioannem. Debuit autem Ioannes baptiſari à Chriſto propter
venialium remiſſionem,propter gratiæ incremẽtum,propter propriæ doctrinæ approbationẽ,
quatenus ipſe faceret ad quod alios hortabatur. Admonuit enim alios,vt Chriſti baptiſmũ ſu-
ſciperent. Apoſtolos quoque baptiſatos à Chriſto probabile eſt. *Et tu venis ad me*, ſeruum tuũ?
An Ioannes tandem fuerit baptiſatus Chriſti baptiſmate. quaſi dicat, Hoc omninò mirabile eſt, myſteriúmque ignoro. Quòd autem Ioannes à Chriſto
tandem baptiſatus fuerit,præter Chryſoſtomum, Gregorius Nanzanzenus ſignificat, Chriſtũ
Ioanni conferens. Baptiſta,inquit,non admittit: Ieſus contrà nititur. Tum à te baptiſari debeo,
inquit lucerna ſoli,vox verbo,amicus ſponſo,maior omnibus qui ex mulieribus nati ſunt, om- K
nis creaturæ primogenito: Is,inquã,qui in materno ventre priùs exilierat, ei qui in ventre ado-
Gregor. Nanzanz. ratus fuerat: præcurſor & præcurſus,ei qui apparuerat,atque appariturus erat. *Ego à te baptiſari*
debeo. Adde &, pro te. Exploratum enim habebat fore, vt martyrij baptiſmo abluereturꝰ aut,
vt Petrus,non pedibus ſolùm purgaretur. *Et tu venis ad me?* Hoc quoque Propheticum. Futu-
rum enim notat,vt quemadmodum poſt Herodem Pilatus fureret,ita eum quoque priùs vi-
ta functum Chriſtus ſequeretur. Quid autem Ieſus? *Sine nunc.* Hoc enim certo conſilio & di-
ſpenſatione fit. Sciebat namque paulò pòſt futurum,vt ipſum Baptiſtam baptiſaret. Hoc igitur
Chryſoſt. Chriſtus fecit in Ioanne,quod tandem in Petro,inquit Chryſoſtomus,hom. 12. Oper. perf. in
Matth. Cùm enim Petrus audiſſet, Quod facio ego,neſcis modò: ſcies autem poſtea,& non
habebis partem mecum: celeriter ab intentione deſtitit. Et iſte ſimiliter cùm audiſſet, *Sine*
modò: ſic enim decet nos implere omnem iuſtitiam, parere non diſtulit. Non enim erant

perti-

A pertinaciter contentiosi,sed dilationem atque obedientiã suam ostendebant, per quæ omnia Domino meditabantur esse subiecti. Considera verò,quomodo illũ per hæc ipsa à cũctatione deducat,per quæ præcipuè id quod fiebat,videbatur esse acceptius. Denique non ait ita,Iustũ est,sed *Sic*,inquit,*decet*.Quia enim Ioannes ducebat indignum,vt quis baptisaretur à famulo: ideò Christus istud opposuit: ac si diceret, Nónne istud vt quiddam indecens refugis, & idcircò me prohibes? Propterea ergo dimitte, quia est vtique decentissimum. Nec verò ait simpliciter,*Sine*: sed addidit,*modò*. Non enim,inquit,erunt ista continua: citò me in his quæ cõcupiscis, videbis. Nunc verò sine istud impleri. Deinde quemadmodum deceat, ostendit. Vnde igitur istud decere monstrauit? Quia, inquit, *omnem iustitiam implebimus*. Hoc quoque signauit,dicendo, *Sic enim nos decet implere omnem iustitiam*. Iustitia siquidem est, omniũ mandatorum plena custodia. quia vtique iam,inquit,cuncta mandata perfecimus. Hoc autẽ *Quæ iustitia.*

B solummodò erat reliquum,& id quoque ipsum oportet adiungi. Venit enim soluere maledictum,quod erat de præuaricatione legis impositum. Priùs igitur me,inquit,illam oportet implere,vósque à maledictione eius eruere,ac tum demum ei cessationem dare. Decet itaque omnem me implere legem, quia vtique decet maledictum soluere, quod ob præuaricationẽ legis illatum est: propterea quippè & carnem assumpsi,& veni. Hilarius in Matth. A Ioanne, Hilarius.
inquit,baptisari prohibetur, vt Deus:& ita in se fieri oportere,vt homo,edocet. Erat enim per eum omnis implenda iustitia,per quem solum lex poterat impleri. Atque ita & Prophetæ testimonio lauacro non eget,& exempli sui authoritate humanæ salutis sacramenta consumat, hominem & assumptione sanctificans,& lauacro. Ex qua Hilarij sententia colligimus, Christum per hæc verba significasse,mancum & imperfectum esse Ioannis baptisma, nec quẽquã *Ioãnis baptisma imperfectum.*

C iustificare posse: Ideò necesse esse ad perfectionem baptismatis, vt ipse adimpleat ea, quæ baptismo Ioannis desunt. Nec enim sacramẽtum baptismatis sola aqua perficitur:Christi meritum accedat necesse est: accedat & Spiritus sanctus sanctificator: accedat & totius Trinitatis testimonium, in cuius nomine baptisamur. Supplet igitur Christus,vox Patris,& Spiritus sanctus,in specie columbæ,quæ faciunt ad consummandam omnem iustitiam,id est, perfectam hominis sanctificationem. Nec quemquam moueat quod dicit, *Sic decet nos implere omnem iustitiam:* Ioannem secum enumerans. Id enim facit, quasi dicat: Tu quidem ministrabis aquam,quæ in baptismo minimum est: ego verò,vt saluator & hominum redemptor,meritũ meũ communicabo,& Patre simul & Spiritu sancto cooperante vim purificatricem infundã: & ea quidem ratione te mihi coniũgo,qua aqua spiritui coniungitur: non ex qua vis omnis pendeat,sed quæ in seipsa vim illam spiritualem recipiat.Optatus Mileuitanus, lib. 4. contra Opt.Mileu. *Quæ requiritur ad baptisma.*

Donatistas. Descendit in aquam,quia venturum oleum aqua debuit antecedere, ad mysteria

D initiãda & ordinanda. Secutus est enim ordo mysterij, & compleuit pater, quod rogauerat Filius,& quod nunciauerat Spiritus sanctus.Apertũ est cœlum,Deo patre vngente: spirituale oleum in imagine columbæ descendit,& insedit capiti eius,& perfudit eum, vnde cœpit dici Christus. Gregorius Nicenus, lib.de sancto Baptismate. Baptisatur igitur hodie à Ioanne,vt Greg.Nic.
sordidatum & contaminatum expurgaret, spiritúmque supernè adduceret, & hominem in cœlos extolleret,vt elapsus erigeretur, & qui confuderat,deiiceretur & dehonestaretur.Quòd si,vt scribit, Christus spiritum supernè adducere debuit, hic igitur Ioannis baptismati deerat, qui tamen omnem hominis adimplet iustitiam & perficit. *Tunc dimisit eum* Ioannes:id est,ratione tanti mysterij cognita,permisit Christum suis se manibus subiicere: interim se præparãs ad baptisandum Dominum vniuersorum.*Baptisatus autem Iesus confestim ascendit de aqua:&*

E *ecce factum est,cùm baptisaretur omnis populus, & Iesu baptisato & orante,aperti sunt ei cœli: & descendit Spiritus sanctus corporali specie,sicut columba,in ipsum. Et statim ascendens de aqua, vidit cœlos apertos,& Spiritum sanctum tanquam columbam descendentem & venientem super ipsũ, & manentem in ipso. Ecce*,inquit,*aperti sunt ei cœli*, non per diuisionem corporum cœlestium, *Quomodo cœlũ sit apertum.*
quæ incorruptibilia sunt,sed per effectum quendam cœlestem cœlitùs apparentem. Cũ enim Pater & Spiritus sanctus in cœlo habitare,& esse dicantur,tunc cœli asseruntur aperiri, quãdo per subiectam creaturam apparent hominibus.Iuxta quem modum orat Psalmista, Domine, inclina cœlos tuos,& descende. Esaias quoque : Vtinam, inquit, disrumperes cœlos, & descenderes. Propter quod dicit Hieronymus, Aperti sunt cœli, non reseratione ele- Hierony.
mentorum. Nomine autem elementorum etiam intelligit orbes cœlestes,sed spiritualibus oculis:quibus & Ezechiel in principio voluminis sui apertos eos commemorat.Et Chrysostomus, hom.5. Operis imperfecti in Matth. & hom. 12. Operis perf. Non rupta est creatura cœlestis.Veruntamen aduertendum,quòd lux quædam copiosa desuper fusa descẽdit,& circa Chrysost.

Christum apparuit, propter quam videbatur quædam scissio, siue apertio esse in cœlo, quem- F
admodum tempore magnæ fulgurationis. Vnde Ezechiel cùm visiones Dei describeret,
cœlos affirmat apertos fuisse. Similiter Stephanus de apertione cœlorũ loquitur. Si ergo aperti
Theoph. sunt ei (videlicet Christo, id est, ad manifestandam gloriam eius) cœli omnes. Theophilactus
in Lucam. Aperitur autem cœlum, inquit, vt monstretur nobis, quòd baptisma aperiat omni-
bus cœlum, quod Adam clauserat. Ita nimirùm aperitur cœlũ beato Stephano. Video, inquit,
cœlos apertos, & Iesum stantem à dextris virtutis Dei: quia duobus potissimùm cœlum aperi-
tur, statim atque ex hac vita migrauerint: scilicet nuper baptisatis, qui per Christum baptisatũ
Tho. Aqu. intelliguntur: & per dura martyrij tormenta morientibus, qui per Stephanũ. Thomas Aqui-
nas in Matth. addit tertium genus, nimirùm eorum, qui pœnitentiam egerunt de peccatis suis.
Chrysost. Sic Act. 10. Petro oranti apertum est cœlum. Chrysostomus, hom. 4. Operis imperfect. in
Matth. Ideò apertos esse cœlos scribit, vt ex eo manifestè quisque intelligeret, ante Christi ad- G
uentum cœlum omnibus, etiam iustis, clausum fuisse. Nam quotquot iusti sub veteri Testa-
mento ex hac vita migrabant, etsi in sinum Abrahæ reciperentur, à fœlicitate tamen cœlesti
Ante Christũ cœlum non apertũ est. exulabant, donec in eam per Christum introducerentur. Sic aperti sunt, inquit Chrysostom.
vt nunquam claudantur: iis nimirùm, qui in Christum crediderunt, & eius sacramentorum
fuerint participes. Albertus Magnus in Matth. Sed quæritur, inquit, quomodo baptismus cœ-
Alb. Mag. los aperit, cùm hoc dicatur esse passionis, quando romphæa sublata est. Adhuc, hoc videtur
Quomodo per passionẽ apertũ est cœlum. esse ascensionis, quando Christus actualiter in cœlum ingressus est. Responsio. Dicendum,
quòd omnibus his tribus modis dicitur aperire cœlos, quantum ad diuersa, quæ sunt in ianuæ
apertione. Est in ea remotio obstaculi, siue obicis, ex parte intrantis: & est solutio debiti, ex
parte eius ad quem intratur: & est patefactio, siue aditus viæ. Et primo quidem modo baptis-
mus cœlum aperit: quia tollit impedimẽtum ex parte nostra. Psal. 106. Contriuit portas æreas, H
& vectes ferreos confregit, suscepit eos de via iniquitatis suæ. Secũdo modo aperit passio: quæ
debitum Adæ soluit patri, oblatione animæ. Ps. 39. In capite libri scriptum est de me, vt face-
rem voluntatem tuam, Deus meus volui. Heb. 9. Quemadmodum constitutum est homini-
bus semel mori, & post hoc iudicium: sic & Christus semel oblatus est, ad multorum exhau-
rienda peccata. Quoad tertium, aperit ascensio, sicut habetur Ioan. 14. Vado parare vobis locũ.
Chrysost. Mich. 4. Ascẽdit pãdẽs iter ante eos. Quærit autẽ Chrys. ho. 5. Oper. imp. in Matth. quid opus
fuerit aperiri cœlos filio Dei, cui & ipsi semper aperti erãt. Quid enim, inquit, ante oculos filij
Dei clausi fuerãt cœli, qui etiã in terra cõstitutus erat in cœlo? Si ea quæ superiùs dixit, Sic opor
tet eos implere omnẽ iustitiã, benè intellexisti, non dubitas quòd secundũ mysteriũ aperti sunt
ei cœli. Nam sicut secundum dispensationem humanam baptisatus est, secundũ naturã autem
diuinam baptismo non egebat: sic secundum humanam dispensationem aperti sunt ei cœli, se- I
Augustin. cundum naturam autem suam erat in cœlis. Idem docet Augustinus, lib. 3. de mirabilibus scri-
pturæ, cap. 5. Non tunc ei cœperat aperiri thalamus cœlorum, qui ait, Esa. 66. Cœlum mihi se-
Euthy. des est, terra autem scabellum pedum meorum: Sed propter nos hæc facta sunt. Euthymius
in Matth. contra quosdam innuere videtur, maximè verò contra Caietanum, cœlum apertum
visum esse, non modò à Christo, sed etiam ab ipso saltem Ioanne. Et vide, inquit, quo pacto
Christus populo demonstratus est, clarè videlicet ac manifestè. Postquam enim Ioannes de
ipso turbis prædixerat, ac sensim ad eius dicta animum aduertebant: vt viderunt etiam ipsum
quasi vnum de populo baptisari, offendiculum passi sunt. Et idcircò cœli quidem aperiuntur,
ostendentes quòd ab ipsis descenderet columba, vt super eum vocem deriuaret, ne ipsam de
Ioanne testificari putarent. *Et vidit* visione corporali, tam Christus ipse, quàm Ioannes, *spiri-* K
Theoph. *tum Dei sanctum, descendentem sicut columbam super eum* Christum: vt ex hoc discamus, inquit
Theophilactus, quòd & nos quum baptisamur, descendat Spiritus sanctus. Neque enim spi-
ritu Dominus opus habebat: sed omnia propter nos facit, & primitiæ ipse sit omnium, quæ
nos sumpturi sumus, postquam fiat primogenitus in multis fratribus. In specie autem colum-
bæ descendit, vt discamus quòd mansuetos nos esse oporteat ac mundos: Et sicut tempore
Noë columba significauit quieuisse iram Dei, sic & hoc loco Spiritus sanctus conciliauit nos
Deo, facto peccati diluuio. Thomas Aquinas in Matth. *Vidit*, inquit, non imaginaria visione,
Tho. Aqu. Caietan. aliâs ipse solus vidisset. Vidit verò etiã Ioannes, vt tandem ipse testatus est. Caietanus in Matt.
Quis viderit cœlum apertũ & columbam. scribit, priùs visam esse à Ioanne, quàm à Christo: quòd Ioãnes dixerit, Qui misit me baptisare,
dixit, Super quem videris spiritum descendentem sicut columbam, ipse est, &c. Vnde distulit
illum baptisare. Verùm quicquid sit, nemo negauerit, ab vtroque saltem columbam visam
Theoph. fuisse. Theophilactus in Matth. omnes vidisse asserit. Iudei magnificabant Ioannem, ait: at

Christũ

A Christum non adeò curabant. *Viderunt* autem *spiritum omnes venientẽ super Iesum*. Augusti- August.
nus tom.3.lib.2.de Trinitate,cap.5.Facta est enim quædam creatura ſpecies ex tempore, in
qua viſibiliter oſtenderetur Spiritus ſanctus,ſiue cùm in ipſum Dominum corporali ſpecie
velut columba deſcendit,ſiue cùm decem diebus peractis poſt eius aſcenſionem, die Pente- *An fuerit*
coſtes factus eſt ſubitò de cœlo ſonus,& viſæ ſunt illis linguæ diuiſæ tanquam ignis,qui & in- *vera colũba*
ſedit ſuper vnumquemque eorum. Hæc operatio viſibiliter expreſſa,& oculis oblata morta-
libus,miſſio Spiritus ſancti dicta eſt:non ita vt appareret eius ipſa ſubſtantia, qua & ipſe inui-
ſibilis & incommutabilis eſt,ſicut Pater & Filius:ſed vt exterioribus viſis,hominum corda cõ-
mota,à temporali manifeſtatione venientis,ad occultam æternitatem ſemper præſentis con-
uerterentur. Ita docet Auguſtinus,pluribus eſſe viſam columbam,& ipſis etiam corporalibus
oculis. Et cap. 6.ſequenti addit: Columbam verò illam & ignem oculis viderunt,quicunque Idẽ Aug.
B viderunt. Porrò ſunt,qui veram columbam fuiſſe putant,quibus aduerſantur dictiones iſtæ,
non ſubſtantiæ,ſed ſimilitudinis.Non enim dicũt Euangeliſtæ viſam eſſe columbã,ſed σωμα-
τικῷ εἴδει, corporali ſpecie: & ὡσεὶ περιστερὰν, ſicut columbam. Nec dicunt Spiritum ſan-
ctum deſcendiſſe in columba,ſed in ſpecie columbæ.Aliud autem ſpecies,ſeu apparentia rei
eſt,aliud eius ſubſtantia.Nam etſi Auguſtinus,lib.de agone Chriſtiano,cap.22.verum corpus, August.
non fallax aſſerat,ita tamen vt non ſit corpus columbæ,ſed in columbæ ſpecie. Ad quod acce-
dit idem Auguſtinus,lib.3.de mirabilib. Scripturę,ita ſcribens: Quamuis verò corporali ſpe-
cie Spiritus ſanctus ſuper Dominum deſcendere dicitur,non tamen de auibus ſumpſiſſe co-
lumbam,ſed ex aëre minimè dubitatur. Nequaquam enim Spiritum ſanctum ex auibus ne-
ceſſe fuit corpus aſſumere,dum aues ſibi conuexæ ſtatutam in nullo tranſgreſſæ ſunt legem
naturę:ſed ſi in hoc tranſgrederentur,in hoc tanti meriti tranſgredi non haberent, vtpotè nec
C æterna, nec rationabili creatura,vt à ſpiritu aſſumptione carnis à delicti vindicta ſoluerentur.
Sed quòd Filij perſona corpore carnis humanæ induebatur,conueniens erat,vt Spiritusſ. per-
ſona per corporalem ſpeciem ſuper eum deſcenderet, & vox Patris corporalis de nube per *Quæ fue-*
aërem corporeis auribus audiretur. Præterea quoque idcircò in nube & columbæ imagine *rit hæc co-*
Pater & Spiritus ſanctus ad baptiſmum veniunt, quoniam aquaticæ naturæ res illæ aliquid *lumba.*
haberent. Dum enim in terra Filius ad baptiſmi myſterium aquæ creaturam elegiſſet, ne-
ceſſe fuit, vt & Pater per aquaticam nubem intonaret,& Spiritus ſanctus illud corpus, quod
de aqua in principio factum eſt, ex illa nube acceptum ſi mularet, vt ſic tota Trinitas eãdem
voluntatem,ſicut haberet,oſtenderet. Ita docet non fuiſſe veram columbã, ne fortè Spiritus
ſanctus incolumbatus,ſicut & Filius incarnatus dicatur: ſed è nube effictam ſpeciem aſſerit.
Ideò hanc columbam dicunt Theologi,ex materia elementari ab Angelo formatam, & ab
D eo motam,per quam Spiritus ſanctus repræſentaretur, quæ in præiacentem materiam reuerſa
ſit. Gregorius Nanzanzenus,Orat. in ſancta Lumina. Tum igitur Spiritus ſanctus corporeo Gregor.
modo in columbæ forma ſe conſpiciendum præbet: nempè vt corpus honore afficiat. Addè Nanzanz.
quòd multis retrò ſeculis,columba diluuij finem annunciauit. Nicetas in hanc Orat. Grego- Nicetas.
rij Nanzanz. Vt enim columba corporei diluuij ſedati nuncium attulit,eodem modo Spiri-
tus ſanctus nunc in columbæ forma apparens,compreſſam eſſe ſpiritualem illuuiem indicat.
Quòd ſi mole ac pondere diuinitatem æſtimas, inquit Gregor. Nanz. ac propterea Spiritum
paruum eſſe cenſes, quia in columbæ forma Spiritus ſanctus cernitur,homo ſordide,atque in
maximis rebus minima quęque anxiè vrgens: iam tibi regnum cœlorum quoque contemnẽ-
dum, ac pro nihilo putandum eſt, quia ſinapis grano comparatur: ac maieſtati Ieſu præferẽ-
dus eſt aduerſarius,quoniam & hic mons magnus vocatur, & Leuiathan, & rex omniũ quæ
in aquis degunt: ille autem agni,& margaritæ,& guttæ, atque idgenus nominibus appellatur.
E Nicetas ibidem. Zach.4. Quis es tu mons magne? mons,ob arrogantiam. Interim verò obſer-
uabis,ſimplicem rei ſpeciem ſtare ſine ſua ſubſtantia. Species erat columbæ, non tamen co-
lumba erat in ſubſtantia. Ex quo eos confundes, qui negant fieri poſſe,vt ſpecies panis in Eu-
chariſtia remaneat,ablata panis ſubſtantia. Sed & aliud obſeruandum erit contra Sacramen-
tarios. Quoties enim vrgentur de modo,quo Chriſti corpus eſt in cœna ſub panis ſpecie, ad
iſtam recurrunt ſimilitudinem. Eo modo,inquiũt,quo Spiritus ſanctus in ſpecie columbæ. At
verò nemo negauerit Spiritum ſanctum verè præſentem adfuiſſe,& ſe communicaſſe ſub illa
ſpecie,non per figuram,metonymiam,metaphoram, & energiam ſimpliciter, vt de Chriſti
corpore aſſerunt Sacramentarij,ſed verè,& expreſſè. Idem igitur de Chriſti ſacratiſſimo cor-
pore concedant neceſſe eſt. Sed nos de his in Tractatu de Euchariſtia. Spiritum ſanctũ verè
adfuiſſe teſtantur Euangeliſtæ,dicentes, quòd deſcenderit Spiritus ſanctus in Chriſtum. Te-

ſtatur Ioannes Baptiſta, dicens: Vidi Spiritũ ſanctum deſcendentem ſicut colũbam. Teſtatur F
Hilarius. myſterium, quòd verè baptiſatis Spiritus ſanctus communicetur, & non typicè. Hilarius in Matth. alludere videtur ad chriſma, quo vnguntur baptiſati: quaſi adinſtar Chriſti, qui baptiſatus Spiritu ſ. gratia perfuſus eſt. Significatur enim Spiritus ſanctus per vnctionem. Vnde & Ioannes dicebat, Vnctio docebit vos. Ita nimirùm ad baptiſma confert aquam, Trinitatẽ, ſeu ipſius inuocationem, & vnctionem. Sic enim ille ſcribit. Ordo etiam in eo (Chriſti baptiſmate) arcani cœleſtis exprimitur. Nam baptiſato eo, reſeratis cœlorum aditibus, Spiritus ſanctus emittitur, & ſpecie columbæ viſibilis agnoſcitur, & iſtiuſmodi paternæ pietatis vnctione perfunditur. Sed quid opus erat illum accipere Spiritum ſanctum, qui de Spiritu ſancto conce-
Auguſtin. ptus erat? Auguſtin. lib. 3. de mirabilibus ſacræ Scripturæ. Contigerant hæc, non quòd hæc omnia ante baptiſmum Dei filius nõ haberet, ſed vt baptiſmi ſacramentum quid valeat, oſtẽ- G
deret. Non enim tunc Spiritum ille cœpit accipere, qui eandem cum Spiritu ſancto ſubſtantiam habere creditur. Nec tunc illum Pater Filium ſuum primitùs profeſſus eſt: qui dixit, Pſal. 109. Ex vtero ante Luciferum genui te: ante videlicet omnem Angelicam creaturam, quæ Lucifer appellationem per ſcripturas ſæpè tenet. Itaque ad illius maieſtatis & æternæ generationis confirmationem, *Ecce vox facta eſt de cœlis, dicens: Tu es filius meus dilectus, in te cõ-*
Hilarius. *placui mihi.* Hanc vocem auditam à multis Hilarius aſſerit. Filius Dei auditu conſpectúque monſtratur, inquit, plebíque infidæ, & Prophetis inobediẽti, teſtimoniũ de Dño ſuo mittitur,
Fuerit ne vox iſta à pluribus audita. & cõtemplationis & vocis: ac ſimul vt ex his, quæ conſummabãtur in Chriſto, cognoſceremus poſt aquæ lauacrũ, & de cœleſtibus portis ſanctũ in nos Spiritũ inuolare, & cœleſtis nos gloriæ vnctione perfũdi, & paternæ vocis adoptione Dei filios fieri: cùm ita diſpoſiti in nos ſacramẽti imaginẽ ipſis retũ effectib⁹ veritas præfigurauerit. Corporaliter igitur võx iſta ſonabat in aëre,
Gloſſa. vt ſcribit Gloſſa: verùm ſi à populo illa audita eſt, quid obfuit, quin ſtatim in Chriſtũ crederent? H
Albertus. Num tandẽ etiam de illorum ignorantia hæc Ioãnes aſſerit, Medius veſtrûm ſtetit, quem vos neſcitis? Soluit autem Albertus in Matth. quòd etſi vox iſta ad quoſdam perſonuerit, attamen non niſi confuſum ſonum receperunt. ſicut in ſimili facto dicitur Ioan. 12. quòd vox Patris de cœlo ad Filium facta eſt, dicens, Et clarificaui, & clarificabo. Quæ etſi ad multos perlata eſt, non potuerunt tamen diſtinctè audire quid illa diceret. Vnde factum eſt, vt quidam putarent tonitruum eſſe factum, alij Angelum Chriſto locutum eſſe. Porrò tribus vicibus vox audita eſt: In baptiſmo, in trãsfiguratione, Matth. 17. in paſſione, Ioan. 12. In baptiſmo Filium nominat, propter filios adoptionis: In transfiguratione, propter gloriam reſurrectionis in capite & in membris: In paſſione, propter declarationem redemptionis. *Hic eſt* ſolus & vnicus: vnde Articulus additur in textu Græco, οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου, *Tu es ille filius meus* naturalis coæternus, I
qui & Pſ. 2. hoc ab æterno ſibi dictum agnoſcit, Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te. *Dilectus*, quem in ratione æternæ generationis & coæqualis maieſtatis, infinito amore ſicut meipſum diligo: at verò ſecundũ humanitatẽ aſſumptã Verbo vnitam, præ cæteris omnibus etiam ſimul poſitis creaturis diligo: ſiquidem maius ei ſoli bonum contuli, quàm omnibus aliis ſimul, videlicet perſonalem vnionem cum verbo, & gratiam ſine menſura. *In*
Theoph. Euthy. *quo mihi complacui.* Theophilactus, in Matth. In quo requieſco, in quo placor. Euthymius, In quo oblector. Hic eſt enim, in quo hominibus bona volui, hoc eſt, per quem eſt hominum ſa-
Ambroſ. lus. Ambroſ. lib. 2. in Luc. ad finem. Quid eſt, In quo complacui? Non aliena in filio, ſed ſua laudat. Quid enim eſt dicere, In quo complacui, niſi quia omnia quæ habet Filius, & Pater
Dion. Car. habet, & ſicut quæ Patris ſunt, Filij ſunt? Hoc idem eſt, ac ſi diceret, ait Dionyſ. Carthuſianus in Matth. De ſeipſo, & eius perfectione in meipſo complacentiam, delectationemque habeo, tanquam qui talem filium genui, tam ſpecioſum, ſanctum, & mihi omninò ſimilimum. Si K
enim lætatur Deus in operibus ſuis, & ſi beneplacitum eſt Domino in populo ſuo: quãtò magis in Filio ſuo vnigenito delectatur & complacet, in quo nil diſſimilitudinis, nil cõtrarietatis, nil mali inuenitur? Denique ſecundum diuinitatem Chriſti complacet ſibi pater in Chriſto complacentia infinita: ſecundum humanitatem verò aſſumptam, habet in eo complacentiã ſingularem, tanquam in filio obedientiſſimo. Vnde & ita poteſt exponi: *in quo mihi complacui*, id eſt, in quo voluntas mea implebitur, quantum ad reparationem generis humani. Propter
Alb. Mag. quod Chriſtus teſtatur, Ioan. 7. Quæ placita ſunt ei, facio ſemper. Albertus Magnus in Matth. *Hic eſt*, in cuius ſpiritu alios adopto in filios. Gal. 4. Miſit Deus ſpiritum filij ſui in corda noſtra clamantem Abba Pater. *Dilectus* eo modo, quo dilectio (quæ Spiritus ſanctus, fluens in eum à me, & è conuerſo ab ipſo in me) complectitur eos, qui in ſpiritu ſuo adoptantur. Quia horum naturam aſſumens, filium hominis naturalem mihi filium fecit. Et ideò, *in ipſo mihi com-*

A complacui, ſicut in genito, in quo natura mea, quæ paſcit voluntatem meam, ſicut paſcor me-
ipſo: quia dilectio impetus eſt bonæ voluntatis in amatum: libitum autem dulcedinem voliti
& amati præguſtans: ſed complacitum eſt tota ſimul, & perfectè in amato paſcens. Et quia ſic
eo fruor, paſcens, oblitus doloris, induco aquas, non diluuij, ſed ſpiritu fœcundas, diluentes pec-
cata. Ideò enim Spiritus deſcendit, vt in aquis animam viuam faciat, ſicut fecit à principio: fe-
rebantur autem ſuper aquas. Sed & complacuit ſibi Pater in filio, quia & in eo omnes nos eli-
git, ſanctificat, beatificat: & non eſt in alio aliquo ſalus. Extra Chriſtum nihil Patri acceptũ
eſt: nihil verò damnationis eſt his qui ſunt in Chriſto Ieſu, vt ſcribit Apoſtolus. Et eadem ferè
verba leguntur apud Eſaiam cap. 42. quæ Propheticè iſtud factum exprimunt. ſic enim ſe ha-
bent verba Patris ad filium. Ecce ſeruus meus, ſuſcipiam illum: electus meus, complacuit ſibi
in illo anima mea. Dedi ſpiritum meum ſuper eum, iudicium Gentibus proferet. Quod Hie- Hierony.
B ronym. lib. 12. Comment. in Eſaiam, ad Chriſtum refert. Nec mirum, inquit, ſi ſeruus voce-
tur factus ex muliere, factúſque ſub lege, (Gal. 4.) qui cùm in forma Dei eſſet, non rapinam
arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit, ſerui formam accipiens, &
habitu inuentus vt homo. In quo complacuit ſibi anima Dei, cernens in illo eſſe omnes vir-
tutes, immò illum eſſe Dei virtutem atque ſapientiam. Dedi, inquit, ſpiritum meum ſuper eũ,
qui deſcendit in ſpecie columbæ. Iudicium Gentibus proferet, quod antea neſciebant. Non
clamabit: erit enim clemens atque manſuetus. Euſeb. Cæſarienſ. lib. 9. Demonſtrat. Euang. Euſ. Cæſa.
cap. 6. etiam hanc Chriſti in baptiſmo gloriam ab Eſaia prædictam obſeruat. ſic enim habet il- *Prædictio*
leſuæ Prophetiæ cap. 35. Lætare ſolitudo ſitiens, exultet deſertum, & floreat ſicut lilium: & ef- *iſtius Chri-*
florebunt, & exultabunt deſerta Iordanis, & honor Carmeli, & populus meus videbit gloriã *ſti gloriæ in*
Domini. Quibus adijcit de miraculis Chriſti: Ipſe veniet, & ſaluabit nos: tunc aperientur ocu- *baptiſmo.*
C li cæcorum, & aures ſurdorum patebunt. Vbi contemplare, inquit, quòd non quamuis ſoli-
tudinem dicit, ſed definitè illam, & ſolam, quæ eſt apud Iordanem fluuium, iuxta quam verſa-
batur Ioannes Baptiſta. Datus eſt autem ſolitudini illi honor Carmeli, & gloria Libani: ſiqui-
dem in Iordanis ſolitudinem tranſtulit gloriam Hieruſalem, poſtquàm ratio piè religioſéque
viuendi non in Hieruſalem, ſed in deſerto conſummari cœpta eſt. Sed & acceſſum Saluatoris
noſtri ad baptiſmum ſignificat his verbis: Et populus meus videbit gloriam Domini, & altitu-
dinem Dei. Tunc enim viſa eſt Saluatoris noſtri gloria, cùm aſcendit de aqua, & ei aperti ſunt
cœli, & vidit Spiritum Dei deſcendẽtem quaſi columbam, & manentem ſuper eo: Cùm vox
quoque de cœlo audita eſt, dicens, Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Greg. Greg Nyſ.
Nyſſ. lib. de ſancto Baptiſmate, eandem Prophetiam obſeruat: quódque deſerto Iordanis da- *Decor Car-*
tus eſt honor Carmeli, cùm excitatus eſt Ioannes Helyæ Carmelitæ ſimilis. Quoniam enim *meli in Io-*
D Helyas Carmelum incolebat, inquit, clarus autem mons propter virtutem inhabitantis, & *anne.*
famam celebratus eſt: Ioannes autem Baptiſta in ſpiritu Helyæ reſplendens Iordanem ſancti-
ficabat: idcircò Propheta vaticinabatur honorem Carmeli illi fluuio datum iri. Atque etiam
gloriã Libani, ex ſimilitudine procerarum arborum tranſtulit ad amnem. Vt enim Libanus
ille ſatis magnam cauſam admirationis ipſas arbores habet, quas producit & alit: ita Iordanis
celebratur, quòd homines regeneraret, & plantaret in paradiſo Dei, quorum iuxta vocẽ Pſal-
mi ſemper florentium, & virtutibus quaſi frondentium folium non defluet, (Pſal. 1.) fructu au-
tem in tempore percepto Deus lætabitur, tanquam bonus plantator ſuis operibus gaudens.
Porrò diuinus Dauid etiam vocem prædicens, quam Pater de cœlis ſuper Filium, dum bapti-
ſaretur, emiſit, vt ad naturalem Deitatis dignitatem deduceret audientes, qui priùs ad eam,
E quæ ſub ſenſum cadebat, humanam vilitatem reſpiciebant, libro Pſalmorum dictum il-
lud inſcripſit, (Pſal. 28.) Vox Domini ſuper aquas, vox Domini in magnificentia. *Et ipſe Ieſus*
erat incipiens quaſi annorum triginta. Euthymius non legit ἀρχόμενος, incipiens, ſed ἐρχόμενος, Euthy.
incedens, quòd offendi videretur concurſu particulę ὡς, quaſi. Fruſtranea enim videbatur ſic
legenti, *Erat incipiens quaſi*: cùm dictio iſta, Incipiens, etiam ſimilitudinem importet. Idẽ enim
ſonare hæc videntur, Erat quaſi annorum triginta: &, Erat incipiens annos triginta: adeò vt
vna duarum iſtarum dictionum poſita, altera ſupereſſe videatur. Meliùs igitur ſonare viſum
eſt, ἐρχόμενος, incedens, quòd iam ferè illam ętatem attigiſſet. Origenes puncto ſeparat Parti- Origen.
cipiũ Incipiens, à particula Quaſi. Sic enim hom. 28. in Luc. legit, *Et erat Ieſus incipiens.* Demũ
aliam clauſulam orditur, *Quaſi 30. annorum, vt putabatur, filius Ioſeph*, quòd cœperit ille ſtatim
poſt baptiſma ſuum munus, propter quod venerat, obire: & quòd cùm eſſet ferè triginta an-
norum, omnes illum filium Ioſeph arbitrarentur. Sunt etiam qui quęrant, num ille annorum
numerus referatur ad ætatem Chriſti, qua baptiſatus eſt. Magna enim hîc à pleriſque contẽtio

est. Sunt qui anno 30. illum baptisatum, alij 29. sentiant. Sed neque cogi ista sententia poterit F
ad illam ætatem, qua baptisatus est, sed ad illam, qua etiam omnes illum arbitrabantur fuisse
filium Ioseph. Interim tamen, quia in baptismo, vt olim per circunciſionem, Patrum nomi-
na recensebant: ideò & hoc adiectum videtur à Luca, ne quis Christum Ioseph filium fuisse,
iuxta vulgi opinionem, arbitretur. Verùm neque plenè huic loco satisfactum esse putabitur,
Epiphan. nisi dicatur, qua ætate Christus baptisatus fuerit. Epiphanius to. 1. lib. 2. in hæres. 71. quæ est
Dementium & Brutorum, sic scribit. Primùm quidem baptisato Christo mensis Athyr, se-
cundũ Ægyptios, id est, Nouembris duodecima, ante sextũ Iduum Nouembris, hoc est, ante
60. dies plenę diei aduentus, quę est dies natiuitatis ipsius secundum carnem, velut habet te-
stimoniũ Euangelij secundũ Lucam: *Erat autem Iesus incipiens esse annorum fermè* 30. filius exi-
stens, velut putabatur, Ioseph. Erat enim reuera annorum 29. & mensium decem, quando ad
baptisinum venit: triginta quidẽ annorũ, sed non plenus. Quapropter dicit, Incipiens esse an- G
norũ fermè 30. Hinc 40. dies tẽtationis, & duæ Hebdomades, aut paulò ampliùs in Nazareth
à diebus tentationis, & prima dies apud Ioannem, itémque secunda. Et rursus à Ioanne prima
& secunda, quando secutus est ipsum Andræas, deinde Simon Petrus: Et postera die, velut
consequentia Euangelij habet, Philippi vocatio, & Nathanaël, & deinceps tertia die nuptiæ
factæ sunt in Chana Galilææ, post prædictos duos, quod primum signum est, & complemen-
tum 30. annorum à natiuitate aduentus ipsius in carne. In ipsa enim die natiuitatis suæ secun-
dũ carnem, primum signum feciſſe comperitur mutatæ aquæ in vinum, cùm expleuisset 30.
Chrysost. annos. Hæc Epiphanius. Quòd si quis obiecerit Chrysostomũ, hom. 10. Oper. perf. in Mat-
th. quòd post 30. annos Christus ad baptisinum venit: ita intelligendum erit, quòd post 30. an-
nos, inchoatos scilicet, & ferè completos, venerit: sicut cùm Lucas dicit, Et cùm consummati
essent dies octo, circunciſum esse Iesum: non quòd nono die circunciſus, (octauo enim fieri
circunciſio debebat,) sed quòd in ipso octauo die ferè cõsummato & impleto circuncisus sit. H
Ita post 30. annos, id est, illis ferè elapsis, aut cùm in proximo elaberentur, Christus baptisatus
intelligitur. Quòd si rursus aliquẽ moueat, quòd antiqui nonnulli Patres, vt annotauimus in
Quomodo Christus eadẽ die baptisatus, & à Magis adoratus dicatur. superiorem historiam Magorum, agnoscunt in ipsa die, qua Magi Christũ adorarunt, Chri-
stum esse baptisatum, & eadem etiam miraculum primum in Chana Galilææ esse factum: hoc
ita intelligendum erit, quòd earum quidem rerum olim Ecclesia solennem memoriam ege-
rit: non tamen quòd omninò in vnum & eundem diem inciderit. Quod hinc manifestum
est. Si hæc duo, Christi scilicet baptisma, & primum miraculum in Chana, vno eodemque
die euenerunt: oportuit igitur eadem diuersis annis, sicque interposito saltem vno anno conti-
gisse: quod absurdum omnibus videbitur. Statim enim atque Christus baptisatus est, ductus
est à Spiritu in desertũ vt tentaretur, & cùm discipulos aggregare cœpisset, hoc primum mira-
culum fecit: multa demum inseruntur ante annum primum à baptismate elapsum: sic mani- I
festum est hæc duo, baptisma scilicet & primum miraculum, diuersis diebus, & non multis
mensibus interiectis accidisse. Ex quo efficietur, vt vna eademque dies celebris dicatur ob Ma-
gorum adorationem, Christi baptisma, & miraculum in Chana factum: non quòd vno die
hæc omnia euenerint, sed quòd eorum memoria ad vnum diem transmissa sit, quæ Epipha-
niis seu manifestationibus Christi dedicata esset. Porrò Origenes hom. 28. in Luc. obseruat
Origenes. huius ætatis typum præcessisse olim in Ioseph & Dauide, qui cùm Christi figuram exprime-
Typus huius rei. rẽt, anno suæ ætatis 30. hic Ægypti, ille Israelis gubernacula susceperit. Sed & in Ezechiele, vt
Beda. scribit Beda in Luc. qui 30. annorum apertis sibi cœlis Prophetiæ dona promeruit. Et quia
per fidem & aduersa longanimiter ferri, & sublimiter debent præmia sperari; & arcæ vel tem-
pli altitudo, & tabernaculi longitudo, triginta cubitis mensuratur. *Vt putabatur*, inquit, *filius Io-*
Euthym. *seph*. Euthymius in Lucam: Vt putabatur à Iudæis. Vt enim veritas habebat, non erat filius K
Christus putabatur filius Ioseph, sed verè nõ erat: vnde eius generatio deducitur. cius, sed Virginis auctor: nisi fortè patrem Virginis attendere velimus, cuius illum esse filium,
id est, filiæ filium asserit Lucas. Si quem verò proximum, & ipsum patrem naturalem requi-
ramus, iam ipse se in baptismo, quis esset, exhibuit. Vox enim Patris audita est, dicens: Hic est
filius meus dilectus. Beda in Luc. Pulcherrimè igitur Lucas genealogiam Christi dictu-
Beda. rus, ipsum Patrem præmisit loquentem, Tu es filius meus dilectus: vt eundem tam verũ Dei
filium diuina attestatione, quàm verum hominis filium humanæ successionis ordine, cõpro-
baret. *Putabatur*, inquit, *filius Ioseph, qui fuit Heli*. Magna hîc oritur difficultas, primùm in
constructione sequentium: cùm ita legatur Græcè, ἐνομίζετο υἱὸς Ἰωσὴφ τοῦ Ἡλεὶ, τοῦ Μαθὰτ, &c.
Erasmus. Putabatur filius Ioseph, Eli, Mathani. Erasmus in Annotat. suis hoc obseruat. Hæc nomina,
inquit, connectuntur per Articulos τοῦ: proinde nostrum *qui*, non est referẽdum ad Ioseph, nec

ad

A ad Christum,sed ad proximum nomen. Verùm si ad proximum nomen,vt scribit,referẽdum est,ad Ioseph igitur referetur. Et ibi rursus quæstio isthæc orietur,quã in priore Matthæi genealogia discussimus,Quomodo inter se concilientur Matthæus & Lucas,cùm Matthæus dicat, Ioseph filium fuisse Iacob,Lucas autem Heli patrẽ eius assignet. Sed diximus ab antiquis, Aphricano,Euseb.Augustino solui,sicut & ab Euthy.Theoph.&Origene:quòd Iacob & Heli vterini fuerint fratres ex diuersis patribus,mortuo autem Heli sine liberis,Iacob eius vxorẽ duxerit,ex ea procreaturus liberos. Et sic dicitur Ioseph esse filius Iacob naturâ,filius autem Heli, lege.Iacob enim ipsũ naturâ & verè genuit:ideò Ioseph naturalis eius filius est, Heli verò eius legitim⁹.Lex enim iussit,si quis sine liberis moriatur,vt eius vxor ipsius fratri copuletur,& quod inde nascitur,mortui esse censeatur,tametsi naturâ sit viuentis. Deuter. 25. Et sic conueniunt Euãgelistæ. Matthæus enim naturalem patrem Ioseph describit, Lucas verò legalem & putatiuum patrem Heli: vt ambo ostendant, quòd propter hoc natus sit Dominus, vt naturam & legem sanctificet.Hæc Theophilact.in Lucam colligit ex antiquioribus.Ad hũc modum cùm posteritas Salomonis defecisset in Ochozia,ex Simeon cognominato Ioas,qui prognatus erat ex stirpe Nathan filij Dauid,instaurata est posteritas Salomonis. Quod arguit Præfatio nomine D.Hieronymi in Lucam edita.Sunt tamen qui Heli eundem esse & Ioachim patrem diuæ Virginis contendant: nec obstare nominum Heli & Ioachim differentiam, vt de vna eadémque persona dicantur,cùm & id frequenter in scripturis occurrat, vt vnus idémque variis nominibus nuncupetur.Quod etiam in conciliando Luca cum Matthæo obseruatur.Nam,teste Philone,binomines & trinomines fuerunt multi. *Iechonias* enim Neri appellatur,quæ vox Lucernam meam significat:quòd in isto lucerna Dauid,quæ ferè extincta videbatur, iterũ accẽsa est. *Ioas* etiã vocatur Simeon.Quòd si in eadem persona requiras hæc duo nomina,Eli,& Ioachim,vt idem possit concludi in patre diuæ Virginis,Philo in Breuiario temporũ ostendit. Sũt enim,inquit,synonyma Syris & Ægyptiis,Eli,Eliachim,Ioachim:quib⁹ nominibus donatus est Ioas,filius Dauid,sed ex stirpe Nathan.Iam cùm hoc inualuerit,vt vnus & idem Heli, & Ioachim dici posset, non mirum est,si per Heli intelligatur Ioachim pater diuæ Virginis.Sed rursus quæretur,an ille pater dicatur Iosephi, an verò dicatur pater Christi. Sunt enim qui sic interpretẽtur,*Christus putabatur filius Ioseph,qui fuit Heli*,id est *Ioachim*.quasi diceret Lucas:Putabatur quidem esse filius Ioseph:sed si quis ei pater in terris requirendus est,ad auum eius, seu patrem matris eius deueniendum est,qui fuit Heli,seu Ioachim.Præter eum siquidẽ neminẽ in terris patrem habet.Et ille non ideò pater est,quòd matri eius coniunctus fuerit,sed quòd matris pater sit,& per consequens filij eius.Alioquin frustrà hæc adduxisse videretur Lucas, quòd Christus putaretur talis,id est,filius Ioseph:nisi adiiceret,cuius filius esset.Inde fit, vt etiam hîc contexi scribant seriem seu genealogiam diuæ Virginis. Alij etsi idem admittãt,censent tamen Iosephum dici posse filium Heli seu Ioachim patris diuæ Virginis,eo nimirùm modo,quo gener filius soceri sui dicitur.Hanc opinionem scribit Augustinus,lib.2.Quæst.Euang.c.5.Nam cùm dixisset Iosephum duos patres habere potuisse,vnum naturalem,alterum adoptiuũ:sed & alio modo,præter naturalem,alterum legalem,quòd pater fratri semen suscitauerit:ad tertiã resolutionem progreditur.Aut vnus,inquit,Euãgelista,scilicet Matthæus,patrẽ à quo Ioseph genitus est,nominauit:alter verò(Lucas)vel auũ (Christi)maternum, (Ioachim)vel aliquẽ de cognatis maioribus posuit.Et ita dicendum erit,quòd Matthæus cõtexit genealogiã Ioseph, Lucas verò genealogiam Christi:vt per vtramque ostendat Christum ex Dauid descendisse.Et in hoc differunt,quòd Ioseph descendit à Dauide per Salomonem,Virgo autẽ à Dauide per Nathan.Aug.l.2.de cons.Euang.c.4.Matthæus Christum ad nostram mortalitatem descendentẽ describens,generationes ab Abraham vsque ad Ioseph,& vsque ad Christi natiuitatem,descẽdendo commemorauit. Ascendendo autem Lucas transit ad Abraham,& peruenit ad Deum, cui mundati & expiati reconciliamur(vt ostenderet nostræ adoptionis originem,quæ cum baptismo confertur)quia per adoptionem efficimur filij Dei,credẽdo in filiũ Dei:vnde & statim à Christi baptismate genealogiam Christi remisit in Deum.Satis autem demonstrauit non ideò dixisse Ioseph filium Heli,quòd de illo sit genitus,sed quòd illi fuerit adoptatus(aut in generum ascitus)cùm & ipsum Adam filium Dei dicat, non intelligens interim ipsum naturalem esse filium. Augusti. Beda,& Origenes,aliud mysterium sequuntur. Origenes quidẽ illud fusiùs explicat,hom.28.in Luc.Nec eædem,inquit,sunt personæ in generatione eius,quãdo descẽdere, & quando conscendere dicitur. Qui enim fecit eum è cœlis tibi descendentem,mulieres non quaslibet,sed peccatrices,& quas scriptura reprehenderat,introducit:qui verò baptisatum narrat, nullius facit mulieris mentionem. In Matthæo enim, vt diximus,nominatur Thamar,

conciliatio Matthæi et Lucæ.

Theoph.

Hierony.

Heli pater Virginis, qui & Ioachim.

Philo.

Heli possitne dici pater Ioseph.

Augusti.

Idem.

Ratio ordinis retrogradi in genealogia Lucæ.

Origen.

quæ cum viro fraude concubuit: & Ruth Moabitis, nec de genere Israel: & Rahab, quæ vnde F
sumpta sit, scire nequeo: & coniunx Vriæ, quæ violauit mariti thorum. Quia enim Dominus
noster atque saluator ad hoc venerat, vt hominum peccata susciperet: & eum qui non fecerat
peccatum, pro nobis peccatū fecit Deus: propterea descendens in mundū, assumpsit peccatorū
hominum vitiosorúmque personam, & nasci voluit de stirpe Salomonis, cuius peccata conscri-
pta, & Roboam, cuius delicta feruntur, & de cæteris, è quibus multi fecerūt malū in conspectu
Dei. Quando verò de lauacro ascendit, non per Salomonē, sed per Nathan nascitur, cuius no-
minis fuit & hic qui arguit patrem eius super Vriæ morte, ortúque Salomonis. Et in Matthæo
Augusſt. semper generationis nomen adiungitur, hicverò penitùs siletur. Augusſt. l. 2. de consens. Euāg. c.
4. Quapropter in generationibus Matthæi, significatur nostrorum susceptio peccatorū à Dño
Christo: in generationibus autē Lucæ eorū abolitio significatur. Ipse quoque numerus, quē Lu-
cas exequitur, certissimè prorsus hanc abolitionē indicat. Quia enim Christus est perfectè iu- G
stus, ideò quadragenarius numerus à Matthæo ponitur: denarius enim numerus præceptis de-
betur. Porrò septuagenarius numerus peccatorum censetur. Vt cùm ait Dominus: Non dico si
peccauerit septies, sed si septuagies septies. Lucas autem ad 77. personas Christi genealogiā de-
ducit, vt & se ad peccatorum expiationē venisse ostenderet, Deum designans, per quem omnia
purificantur: & ita inter duo illa, Deum & Christū, genus humanum constituens, vt hinc suam
iustitiam perfectam & consummatam agnoscat. Sed & hîc attendendi sunt ij, ad quos & Mat-
Intentio thæus & Lucas scripserint: consultò enim iis satisfacere voluerunt in enarratione genealogiæ
Matthæi Christi. Matthæus Iudæis scripsit, qui regem Messyam expectabant: idcircò huius rei probatio-
& Lucæ. nem Matthæus aggressus est, Christi genus ad Salomonem referens. Lucas verò Gentibus suū
Euangelium cōmunicauit, vnde & satis illi fuit commōstrare Deum creatorem nostri generis,
nos ex vno homine descendisse, & ideò Deum nostri curam gerere, nósque omnes in Christo H
suo selegisse, si modò omnem in nobis iustitiā per sacramenta, & Dei gratiam perfici sinamus,
& ad hoc contendamus. *Qui fuit Heli* seu Ioachim, *qui fuit Mathat, qui fuit Leui, qui fuit Mel-*
chi, qui fuit Ianne. Hunc Ianna dicunt Hyrcanum illum vltimum Principem Iudaici populi
fuisse, ex tribu Iuda, & domo Dauid, qui metu Antiochi Epiphanis sibi manus attulit: post quē
summi sacerdotes omnium rerum gubernationem ad se traxerunt. *Qui fuit Ioseph.* Hunc etiā
Iosephum dicunt fuisse nepotem Oniæ ex sorore, Principē de posteritate Dauidis: qui Ptolo-
mæum regem Ægypti placauit, irritatum aduersus Gentem Iudæorum, negata vsitati tributi
pensione. *Qui fuit Mathathiæ, qui fuit Amos, qui fuit Naum, qui fuit Esli, qui fuit Nagge, qui fuit*
Mathat, qui fuit Mathathiæ, qui fuit Semei, qui fuit Ioseph, qui fuit Iuda, qui fuit Ioanna, qui fuit
Resa, qui fuit Zorobabel. Ad Zorobabelem Principē vtraque generatio contendit, vt nemini du-
bium sit, & Ioseph, & Mariam è Dauide genus ducere: *qui fuit Salathiel.* Salathiel enim genuit I
Zorobabel, vt scribit Matthæus: *qui fuit Neri.* Et hunc modò diximus esse Iechoniam, qui ge-
nuit Salathiel: *qui fuit Melchi, qui fuit Addi.* Hi duo reges non enumerantur à Matthæo: desi-
gnantur autem aliis nominibus. Melchi est Ioachim, & Addi Ioachas. Illis autem omissis Mat-
thæus ad Iosiam refert genus Iechoniæ, seu Neri: Lucas verò aliis expressis, ait, *qui fuit Cosam.*
Et hîc binomius est Iosias ille rex, de quo apud Lucā. *Qui fuit Elmadan.* Hic est Amon, de quo
Matth. Amon autem genuit Iosiam: *qui fuit Her.* Ille est Manasses rex, qui captiuus ductus est,
pater Amon: *qui fuit Iesu.* Hic est Ezechias binomius, qui genuit Manassem: *qui fuit Eliezer.*
Hic etiam est Achas: *qui fuit Ioram.* Hic vocatur Ioatham à Matthæo: *qui fuit Mathat.* Hic est
Simeon & Osias apud Matthæum: *qui fuit Leui.* Hic est rex Amasias: *qui fuit Simeon.* hic etiam est Ioas. Hi
Ioas idem. enim omnes sunt binomines apud Philonem in Breuiario de temporibus. Porrò Ioas ille ipse K
est, quem paruulum & natu minimum inter filios Ochoziæ Iosabeth, filia Ioram, vxor Io-
iadæ, soror autem Ochoziæ, subtraxit à præsentia Athaliæ matris Ochoziæ, cùm ipsa interfi-
ceret omnes filios regis: id est, eos omnes, qui ex semine regio descendebant, & regnum iure
successionis, post Ochoziam sibi vendicare poterant: & abscondit cum nutrice sua: ex quo fa-
ctum est vt non interficeretur, vt legitur 4. Reg. 11. & 2. Par. 22. Nā cùm Iehu occidisset Ocho-
ziam regem Iuda, filium Ioram minimum, Athalia mater eius videns omnem spem sublatam,
vt quis regnaret de stirpe Ochoziæ filij sui: (erat enim Ioas infans vnius tantùm anni:) omnes fi-
lios regios sustulit: ad seipsam malens summam regni reducere, quàm ad eos, quos despiciebat.
Quomodo Verùm & hîc oritur quæstio, quomodo Ioas dicatur esse filius Nathan, cùm apud Matthæum
Ioas sit filij Ochozias pater eius dicatur filius Iorā, qui fuit Iosaphat, & inde à Salomone genus duxerit. Re-
Nathan. spōdetur quòd Ochozias quidē è Salomone prodiit, sed cū omne semē Salomonis in eo resciſſū
1. est. Quod manifestū est ex 2. Par. 21. & 22. Nā Iorā filius Iosaphat regis Iuda, omnes fratres suos

filios

A filios Ioſaphat occidit: & cùm octo tantùm annis regnaſſet, alui languore inſanabili, Deo vindice mortuus eſt. Poſt eum autẽ filius eius Ochozias à Iehu interfectus eſt, ſed & Principes Iuda, & filij fratrũ Ochoziæ quadraginta duo iugulati ſunt, & in ciſternã proiecti, nec relictus eſt quiſquam ex eis. 4. Reg. 10. Præter has clades acceſſit & furor Athaliæ, quæ, vt diximus, omne ſemen regiũ interfecit, præter Ioas, qui ab eius præſentia ſublatus eſt. Ita manifeſtũ eſt, vniuerſam domum Dauid & Salomonis ſublatam fuiſſe, præter vnum Ioas. Verùm adhuc obiectabit 2.
aliquis, ipſum Ioas Ochoziæ filium nominari, & per conſequens è Salomone prodiiſſe: ſicq; ad Nathan genus eius non eſſe referendum. Reſpondemus dici quidẽ à ſcriptura, & Ioſepho, filiũ Ochoziæ: ſed non ita intelligendũ eſſe, quòd eius naturalis filius fuerit, verùm ſucceſſione dũtaxat, iuxta ius Acheſarim. Nam quòd nullus ſupereſſet filius Ochoziæ, innuit ſcriptura, ſed & factum Athaliæ. Nemini ſcilicet dubium eſt Athaliam non fuiſſe ſæuituram in Ioas, ſiquidem
B ille fuiſſet filius naturalis filij ſui Ochoziæ: hunc enim pro filio ſuo, vt qui patrem præ ſe ferret, & educaſſet, & in regnum exaltandum curaſſet. Adde quòd ſcriptura, 2. Par. 22. hęc habet: Nec erat vltrà ſpes aliqua, vt de ſtirpe Ochoziæ quis regnaret: quod occaſionem Athaliæ tanti furoris præſtitiſſe videtur, quaſi timeret, ne ab Acheſarim ſucceſſoribus regiis, regno pelleretur. Atqui ſi Ioas Ochoziæ filius naturalis fuiſſet, num ſpes reliqua erat, vt aliquis de ſtirpe Ochoziæ regnaret? Demum quid timendum erat Athaliæ, ne regno pelleretur, ſi Ioas filius naturalis filij ſui patri ſucceſſiſſet? Immò tantò magis Athalia confirmabatur, cùm regij corporis tutrix naturalis futura eſſet. Relinquitur ergo Ioas non fuiſſe filium naturalem Ochoziæ, ſed ideò filium dici, quia vt propinquior, & quaſi filius illi ſucceſſerit. Ex horum conſideratione videndum eſt, num è Nathan genus duxerit. Perierat domus Salomonis, perierat & omne ſemen regium, præter vnum Ioas. Quis Salomoni ſuccedere debuit? Conſtat ſanè Nathan filium fuiſſe Dauid is legitimum & naturalem ex Berſabee, vt legitur 1. Par. 3. Nec veritas huius ſcripturæ (quæ etiam habetur, 2. Reg. 5. vbi Nathan inter filios natos Dauidi in Hieruſalem, computatur) ver- *Nathã fuit filius Dauid.*
tenda eſt in diſputationem: propterea quòd Pro. 4. dixit Salomon, Ego filius fui patris mei tenellus, & vnigenitus corã matre mea, & docebat me: Tum quia Vnigenitus pro dilecto ſumitur, Hebraico more, quo vnum non de ſolo, ſed de primo quandoque dicitur: iuxta illud, Et factum eſt veſperè & manè dies vnus: Tum quia ſecundum affectum & diligentiam curæ maternæ erga ipſum, tanquam ſi eſſet vnigenitus, loquitur. Nam non dicit Vnigenitus matris meæ, ſed Coram matre mea: id de materna inſtructione intelligens. Itaque cùm Nathan fue- *Quomodo Salomon dicatur vnigenitus matris.*
rit frater Salomonis ex vtroque parente, vt propinquior Salomoni ſuccedere debuit: Inde factum eſt, vt & ipſe vocaretur אחי שר *Ahi ſar*, hoc eſt, frater meus Princeps vel Rex: & filij eius, cæteríque ex eius ſanguine, ob ius ſucceſſionis, dicerentur אחישרים *Ahiſarim*, id eſt, fratres
D Principum, & מתתים *Mathathim*, id eſt, donati ad ſuccedendum, qui in pari honore cum regum filiis habebantur. Hinc factum eſt, vt ſublata omni ſtirpe Salomonis, cùm vnus Ioas è Nathan ſupereſſet, cæteris occiſis, regnum Iuda nactus ſit. Siquidem cùm legimus Athaliam occidiſſe omne ſemen regium, non modò de ſtirpe Salomonis, ſed & iis qui è Nathan *Ahiſarim* & *Mathathim* dicebantur, intelligendum. Et ita facilè conciliabuntur ſcripturæ, & Matthæus Lucæ minimè aduerſabitur. Nam Matthæus ad Salomonem reducit Ioas, in ratione ſucceſſionis: ſed Lucas reducit ad Nathan, in ratione naturalis propaginis. Et hæc etiam legimus in illo Philonis temporum Breuiario, quod Ioannes Annius Commentariis illuſtratum emiſit. Sic enim habet ille Philo. Siquidem orta lite inter filios Dauid, quos ex Berſabee genuerat, quis regno præcederet: Dauid edicto ſtatuit à iunioribus inchoari, & vt alteri ſuccederet, vbi poſteritas naturalis deficeret. Itaque à Salomone minimo cœptum eſt, & à Nathan illi
E natu proximiore filio dicto Ahiſar & Mathat, & poſteris eius Ahiſarim & Mathathim, id eſt, vt omnes dicerentur & eſſent fratres Principis, & donati tempore ad ſuccedendum. Hinc vſque ad Ioſaphat & Ochoziam poſteritas Nathan ſemper dicta eſt Ahiſarim. Nam quos occidit Ioram poſteros Nathan, quos pater in tribu Iuda propter decretum honorauerat, filij Ioſaphat, fratres Ioram dicti ſunt. Similiter infantes eorum, quos Ioram liberos quidem, ſed reditu vacuos in tribu Iuda reliquerat, dicti ſunt fratres & filij Ochoziæ: cùm tamẽ Ochozias vnicus ſolus ex Ioram & Salomone ſuperſtes eſſet: quo perempto, omnem ſtirpem regiam Ahiſarim Athalia conata eſt delere: niſi prouidentia Ioſabeth ſororis Ochoziæ, ex Ahiſarim ſaluatus fuiſſet minimus infans Eli, qui & Eliachim. Nam ſynonyma ſunt Syris & Ægyptiis Eli, Eliachim, Ioachim. Infans autem Heli cognominatus fuit Ioas, primus ex domo Dauid & poſteritate Nathan: pro quo Mizmor (canticum) à dextro & læuo choro decantatum fuit. Nec enim voluit Deus funditùs diſperdere domum Dauid, cùm periiſſet

Quomodo Ioas dicatur filius Ochoziæ.

Filij Nathan habiles ad ſucceſſionem regni. Conciliantur Matth. & Lucas. Philo.

domus Salomonis. Ex hac Philonis obſeruatione facilè intelligim⁹, quomodo Ioas dicatur eſſe F
Salomonis ſucceſſione regni, & Nathan naturâ. Matthæus igitur vſque ad Ochoziam enume-
rauit naturales filios Dauidis ex Salomone: ſed Ioas inſeruit, non quia ex Salomone eſſet, ſed
quia quaſi filius ei ſucceſſiſſet: vnde velut Salomonis filius à Matthæo recẽſetur. Sed Lucas di-
rectè illum ad Nathan patrem ſuum naturalem reducit. His expeditis, quod reliquum eſt, faci-
liùs explicabitur. *Qui* Simeon ſeu Ioas *fuit* filius *Iuda, qui fuit Ioſeph, qui fuit Iona, qui fuit Elia-*
chim, qui fuit Melcha, qui fuit Menna, qui fuit Mathatha, à quo Mathathim & Ahiaſarim. Hic
enim 3. Reg. 4. vocatur *Ahiſar*, id eſt, vt diximus, Frater meus princeps, fuitque præpoſitus do-
mus regiæ, filius Nathan. Vnde adiicit, *qui fuit Nathan*: ne quis hîc hallucinetur in nomine
Nathan alius eſt ab eo Propheta qui arguit Dauid. Nathan, vt putet illum eſſe Prophetam, qui Dauidem arguit de adulterio cum Berſabee. Hoc
enim quomodo fieri poſſet, cùm poſt adulterium commiſſum Dauidi ex ipſa eadem Berſabee G
Nathan natus eſſe dicatur? Sic enim legitur 1. Par. 3. Porrò in Hieruſalem nati ſunt Dauidi Sim-
maa, & Sobab, & Nathan, quatuor de Berſabee filia Ammiel. Quòd ſi quis obiiciat verba O-
rigen. quæ ſuperiùs annotauimus, verba etiam Bedæ in Lucam, & Auguſtin. lib. 2. de conſenſu
Euangel. dicemus Origenẽ alluſiſſe ad nomen Nathan Prophetæ, quod filio Dauidis conue-
niebat, & propterea dixit eum arguiſſe peccatum Dauidis: alioquin facilè Origenes excuſari
non poſſet. Beda verò omnia ſua, & iſta maximè ex Auguſtino deſumpſit, & non cõſiderauit
eundem Auguſtinum retractaſſe hanc ſententiam. Sic enim habet lib. 1. Retractationum cap.
Auguſt. 26. Item quod dixi (lib. 83. Quæſtion. in qu. 61.) Lucas, qui tanquam aſcendentem poſt aboli-
tionem peccatorum ſacerdotem Chriſtum inſinuauit, per Nathan aſcẽdit ad Dauid, quia Na-
Excuſatur Origenes. than Propheta miſſus erat, cuius correptione Dauid ipſius peccati abolitionem pœnitẽdo im-
petrauit: non ſic accipiendum eſt, tanquam ipſe fuerit Nathan Propheta, qui filius Dauid: quia
nec hoc dictum eſt, quia ipſe Propheta miſſus erat: vt myſterium non in eodem homine, ſed in
eodem nomine intelligatur. Idem lib. 2. Retract. cap. 16. corrigit, quod in 2. lib. c. 4. de conſenſu H
Euang. dixerit, cùm de duobus patribus Ioſeph ageret, ab altero eſſe genitum, ab altero adopta-
tum: Sed, inquit, dicendum fuit, alteri adoptatum. Quoniam qui eum genuit, eius matrem
fratris defuncti coniugem duxerat. Item, inquit, vbi dixi, Lucas verò ad ipſum Dauid per Na-
than aſcẽdit, per quem Prophetam Deus peccatum illius expiauit: per cuius nominis Prophe-
tam dicere debui: ne putaretur idẽ fuiſſe (homo) cùm alter fuerit, quamuis & ipſe hoc voca-
retur. Ex hac retractatione D. Auguſtini intelligendum, quomodo excuſari poſſint verba Orige-
nis, è quibus fortè & Aug. & cæteri, qui ſimiliter locuti ſunt, alluſionẽ iſtam ad Nathan deſum-
An Nathan ille è tribu Leui fuerit, cùm ſacerdos dicatur. pſiſſe videntur. Verùm fortaſſis obiicies, quòd Nathan ille, cuius filius fuit Ahiſar, è tribu Leui-
tica deſcẽderit, cùm dicat ſcriptura, 3. Reg. 4. quòd Zabud filius Nathan ſacerdos amicus regis
fuerit. Reſpõdebitur, quòd dictio ſacerdotis non ſignificat propriè hoc in loco, quaſi ſacerdotij
officio perfungi, & ſacrificia offerre poſſet: ſed quòd illis præfecti eſſent, nõ quaſi maiores, ſed vt
curatores & conſeruatores. Eodẽ ſ. modo filius Nathan dicitur hîc ſacerdos, quo 2. Reg. 8. filij I
Dauid ſacerdotes fuiſſe dicuntur, id eſt ſacerdotibus præfecti. Quod in 1. l. Par. 18. c. ita expo-
Io. Annius. nitur, vt obſeruat Io. Annius in Philonẽ. Filij Dauid erant ad manus regis, id eſt, ad officia regia,
quæ tria erant. Primum, vt eſſent ſuper omnes maiores regni, qui aſſiſtebant ei: hoc habuit A-
zarias primogenitus Nathan. 2. Vt præeſſent Zanhedrin, id eſt, collegio ſacerdotum & doctorũ
legis, penes quos erat publica poteſtas iudiciorum, & ſceptrum occidendi & viuificandi, eligẽ-
di reges & deponendi, vt fecit Ioiada contra Athaliam. Et huic præpoſuit ſecundò genitũ Na-
than: & ideò dicitur ſacerdos, quia illis præpoſitus, non ad ſacrificandũ, ſed vt eos contineret, ne
contra regẽ cõſpirarent: vnde amicus regis dicitur. Tertiũ officiũ fratris, vel primogeniti regis,
vt domus & omnis familia regia tanquam à primogenito regeretur, quod eſt ius ſucceſſionis:
& hoc habuit adoleſcẽtior filius Nathan, vnde vocatur Ahiſar & præpoſitus domus regis. Hæc
Annius. Hic etiam à Luca nuncupatur Mathat. *Qui* Nathan *fuit Dauid* filius ex Berſabee, *qui* K
fuit Ieſſe, qui fuit Obed, qui fuit Booz, qui fuit Salmon, qui fuit Nahaſſon, qui fuit Aminadab, qui
fuit Arã, qui fuit Eſron, qui fuit Phares, qui fuit Iudæ, qui fuit Iacob, qui fuit Iſaac, qui fuit Abra-
hæ. Ita numerat 14. patres à Dauide vſque ad Abrahã, & omninò cõuenit cũ Matthæo. Aſcen-
dit autẽ & progreditur vſque ad Adam, vt Chriſtũ ad Deum reducat: & numerat generationes
ab Abraham vſque ad diluuium, id eſt Noë: & decẽ rurſus alias à Noë vſque ad Adam. Vnde
ait, *Qui* Abraham *fuit Thare, qui fuit Nachor, qui fuit Saruch, qui fuit Ragau*. Vocatur & iſte in
Geneſi Reu. *Qui fuit Phaleg, qui fuit Heber, qui fuit Sale, qui fuit Cainam, qui* Cainam *fuit* filius
Arphaxad. Oritur hîc quæſtio. Nam cùm Geneſ. 10. & 11. enumerantur hæ generationes
Noë, legitur, quòd Arphaxad genuit Sale: & tamen Lucas ſcribit, quòd Cainam fuit filius Ar-
phaxad

A phaxad,& Sale filius Cainam. Soluunt antiqui Patres hanc quæstionem,dicentes,Lucã secutũ esse translationẽ 70. Interpretũ: qui ita digerunt generationes Noë,vt & Lucas. Alij etiã respõdent,vt scribit Dion. Carth. in Luc. quòd Arphaxad adhuc viuens adoptauit nepotẽ suũ Sale, ideóque filius eius in Gen. dicitur. Porrò 70. Interpretes interponunt Cainam inter Arphaxad & Sale,*qui* Arphaxad *fuit* filius *Sem, qui fuit Noë*. Hunc Sem Hebræi putant fuisse Melchisedech,quodq; vsque ad tempora Isaac vixerit. Nam in Gen. 5. scribitur, Sem vixisse annis sexcẽtis,propter quod(vt dicunt) Melchisedech sine patre & sine matre asseritur, non quòd non habuisset,sed quòd illi noti non fuerint posteris,ob nimiam senectutẽ viri: aut quòd si ex relatione notus his fuerit Noë,non tamen vt pater Melchisedech,sed vt pater Sem. Obsoleuerat autem nomen Sem,succedente appellatione Melchisedech. *Qui* Noë *fuit* filius *Lamech*, non digami illius qui occidit Cayn,sed eius qui è Seth originẽ duxit. *Qui* Lamech *fuit* filius *Mathusale*. Hic nongẽtis sexaginta nouem annis vixit,obiitq; ante diluuiũ eodẽ anno quo inundauit, vt scribit Hieron y. *Qui* Mathusale *fuit* filius *Enoch*, de quo Iudas in sua Canonica. Prophetauit autẽ de his septimus Adam ad Enoch: vnde patet quòd septimus fuit post Adã de stirpe Seth. Verùm quæri potest,si septimus ille est ab Adam,Noë igitur decimus erit. Quomodo ergo verũ apparebit quod scribit Petrus(1. Pet. 2.) Noë fuisse octauum iustitiæ præconem? Dicendũ est,quòd Enoch septimus fuit ab Adam,inclusione vtriusque extremi,scilicet & ipsius Adami & Enoch: Noë autem octauum esse,exclusione extremorum: nimirùm quòd inter Adam & Enoch octo præcones iustitiæ connumerentur. De hoc Enoch ita legimus Eccles. 44. Enoch translatus est in paradisum,vt det Gentibus sapientiam. Et cap. 49. Nemo natus est in terra qualis Enoch. Et Gen. 5. Ambulauit Enoch cum Deo,& non apparuit,quia trãstulit illũ Dominus. Hunc nonnulli ex antiquis Patribus scribunt cum Helya temporibus postremis contra Antichristũ surrecturũ,& hos esse duos testes,de quibus Ioannes in Apocalypsi loquitur. *Qui* Enoch *fuit* filius *Iared,qui fuit Malaleel,qui fuit Cainam, qui fuit Enos*. Et hic cœpit inuocare nomẽ Domini, vt scribitur Gen. 4. non quòd non fuerit inuocatus à Seth & Adam, sed quòd non illo modo, & cum talibus cæremoniis & præscriptionibus. *Qui* Enos *fuit* filius *Seth,qui fuit Adam*, excitatus in locum Abelis occisi: & hic non est secutus impietates Cayn. Cæterùm cùm ait, *Qui fuit Dei*, reducit Adam ad Deum, non vt filium naturalem ad patrẽ, sed vt opus ad suum opificẽ & creatorẽ. Et quia ineffabilis modus est creationis eius, eò difficilior est & modus incarnationis secundi hominis Christi,quo etiam Adamum superat in ratione Dei,cuius est filius naturalis.

Dionys. Carthus.

B

C

Christus baptisatus ducitur à spiritu in desertum: ibi ieiunat quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: tentatur à Sathana, & eum confundit. Angeli accedunt, & ministrant ei.

D

E

Matth. 4.	Mar. 1.	Luc. 4.	Ioã.
Tunc Iesus ductus est in desertũ à Spiritu, vt tentaretur à diabolo. Et cùm ieiunasset quadraginta diebus & quadragĩta noctibus, postea esuriit. Et accedẽs tẽtator, dixit ei, Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Qui respondẽs dixit, Scriptũ est, Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Tũc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatẽ, & statuit eũ super pinnaculũ templi, & dixit ei, Si filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptũ est enim, Quia Angelis suis mandauit de te, & in manibus tollẽt te, ne fortè offendas ad lapidẽ pedem tuum. Ait illi Iesus, Rursum scriptum est, Non tentabis Dominum Deũ tuum. Iterum assumpsit eum diabolus in montẽ excelsũ valde: & ostẽdit ei omnia regna mundi, & gloriam eorũ, & dixit ei, Hæc oĩa tibi dabo, si cadens adoraueris me. Tũc dicit ei Iesus, Vade Satana: scriptũ est enĩ, Dñm Deũ tuũ adorabis, & illi soli seruies. Tũc reliquit eũ diabol⁹, & ecce Angeli accesserunt, & ministrabãt ei.	Et statim spirit⁹ expuliteũ ĩ desertum. Et erat in deserto quadraginta diebus, & quadragĩta noctib⁹, & tẽtabatur à Satana: erátque cũ bestiis, & Angeli ministrabãt illi.	Iesus autẽ plenus Spiritu sancto regressus est à Iordane, & agebatur ĩ spiritu ĩ deserto, dieb⁹ quadragĩta, & tẽtabatur à diabolo. Et nihil mãducauit in dieb⁹ illis: & cõsũmatis illis esuriit. Dixit autẽ illi diabolus, Si filius Dei es, dic lapidi huic, vt panis fiat. Et respõdit ad illũ Iesus, Scriptũ est, Quia nõ in solo pane viuit homo, sed ĩ omni verbo Dei. Et duxit illũ diabol⁹ in mõtẽ excelsum, & ostẽdit illi omnia regna orbis terræ ĩ momẽto tẽporis: & ait illi, Tibi dabo potestatẽ hãc vniuersã, & gloriã illorũ: quia mihi tradita sunt, & cui volo, do illa. Tu ergo si procidẽs adoraueris corã me, erunt tua omnia. Et respõdẽs Iesus, dixit illi, Scriptũ est, Dñm Deũ tuũ adorabis, & illi soli seruies. Et duxit illũ in Hierusalẽ, & statuit eũ super pinnam templi, & dixit illi, Si filius Dei es, mitte te hinc deorsum. Scriptum est enim, quòd Angelis suis mandauit de te, vt conseruent te: & quia in manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum. Et respondens Iesus, ait illi, Dictum est, Non tẽtabis Dominum Deũ tuum. Et consummata omni tentatione diabolus recessit ab illo vsque ad tẽpus.	

Introductio.

MILITEM nemo probauerit, si comptus, ebrietati, luxuriæ & gulæ deditus fuerit. Aulus Gellius lib. 7. Noct. Attic. cap. 22. Censores olim narrat homini pinguiori & corpulentiori equum adimere solitos: minus idoneum ratos cum tanti ponderis onere ad faciendum equitis munus. Hominē ergo requirit militia laboris, inediæ, frigoris, sitis, &, vt scribit Tertullian. lib. ad Martyres, omnis imbonitatis patientē. Ita enim habet. Nemo miles ad bellum cum deliciis venit, nec de cubiculo ad aciem procedit, sed de papilionibus expeditis & substrictis: vbi omnis duritia & imbonitas & insuauitas constitit. Hoc si in corporali, quantò magis in spirituali militia requiritur, vbi spiritum liberum esse oportet, mentem sanam, carnem autem domari necesse est, ne in spiritum eleuetur? Maximus Martyr Cent. 5. num. 96. Sententiarum suarum, docet, bene habente, & lautè tractato corpore, animam obscurari: & è contrà. Eapropter cùm nos Dominus Iesus ad spiritualem militiam contra carnem, Sathanam, & mundum vocaret, suóque exemplo efformare vellet: ipse cursum sui officij peracturus, priùs in desertum se subtrahit, orat, ieiunat 40. diebus & noctibus: demùm contra Sathanam dimicat, & ipsum vincit. Et hoc etiam Tertullianus concludit, ad Martyres scribens. Itaque, inquit, Epistates vester Christus Iesus, qui vos spiritu vnxit, & ad hoc scamma produxit, voluit vos ante diem agonis ad duriorem tractationem à liberiore conditione seponere, vt vires corroborarentur in vobis. Hoc ille nobis exemplum proposuit, cùm statim à baptismate seipsum à mundo in desertum segregauit, & ibi ieiunauit: & (vt idem Tertullian. scribit lib. de ieiunio contra Psychicos) contra diriora dæmonia ieiuniis præliandum esse docuit. Tria igitur hæc dicentur: Quibus armis Christus se cōtra Sathanam munierit: Vt illum Sathan adortus sit: &, Quomodo aduersarium illum confuderit. Id verò statim ab ipso baptismate contigisse docent Cyprianus, serm. de ieiunio & tenta. Christi, & Eusebius Emissenus, in homelia. Quod etiam facilè colligitur ex cōtextu Matthæi, qui statim atque Christi baptisma & vocem auditam narrauit, immediatè adiecit: *Tunc ductus est Iesus.* & Lucas: *Iesus autem plenus Spiritu sancto egressus est à Iordane, & ductus est à spiritu in desertum.* Marcus sic habet: *Continuò spiritus ἐμβάλλει, expellit eum in desertum.* Ἐμβάλλειν autem, id est expellere, impetum designat, qualis his accidit, qui à spiritu rapiuntur, & ad nutum eius ducuntur. Sic Marcus magnam in Christo vim spiritus fuisse docet, quæ tum maximè manifestari cœperit, cùm à Ioanne in Iordane baptisatus est. Conueniunt autem omnes doctores, hunc à quo Iesus ductus est (Luc. 4.) fuisse Spiritum sanctum, qui in illum ipsa eadem die visibiliter in specie columbæ descenderit, cùm baptisaretur. Hieronymus in Matth. Haud dubium, ait, quin à Spiritu sancto ductus sit. Origenes hom. 29. in Lucam. Quia enim quotquot spiritu Dei ducuntur, hi sunt filij Dei: iste autem extra omnes, propriè filius Dei erat: ideò & ipsum oportebat Spiritu sancto duci. Theophilactus in Matth. Ducitur à Spiritu sancto: nihil enim sine spiritu fecit. Et idem in Luc. Spiritus enim sanctus ducebat eum ad certamen cum diabolo. Ambrosius lib. 4. in Luc. ex eo colligi scribit, quòd virtute Domini reuocamur in paradisum, cuius typus erat hoc desertum: Nimirùm sicut & à Spiritu sancto ductus est Iesus in desertum. Euthymius in Matth. Ita semetipsum post baptismum Spiritui sancto tradit, vt ab eo ducatur, quocunque ille iusserit. Gregorius Papa, hom. 16. reiicit quæstionem eorum qui obiiciunt, Christum à spiritu malo elatum esse in montem excelsum, ideò & ab eodem spiritu ductum esse in desertum. Sed verè, inquit, & absque vlla quæstione conuenienter accipitur, vt à sancto Spiritu ductus esse credatur: vt illuc eum suus spiritus duceret, vbi illum ad tentandum malignus spiritus inueniret. Significatur igitur totum hoc factum fuisse non fortuitò, sed diuina prouidentia, & consilio Spiritus sancti. Ab hoc enim tempore, præcipuo quodam modo, ad maiora regni Dei negotia, Spiritu sancto directore Christus Iesus progrediebatur. Et hoc quidem exemplo videmus eos, quos Spiritus sanctus ad gloriam diuini nominis seligit, in alios repentè viros demutari. Sic Moses delectus ad populi liberationē, repentè & gregem, & Iethro deserit. Sic Dauid, cùm esset vnctus à Samuële, repentè mutatus est in alium virum, & relictis paternis ouibus ad sublimiora rapiebatur. Sic Apostoli, induti virtute ex alto, & accepta Spiritus sancti gratia, repentè omnibus admirationi fuerunt. Dixerunt enim Iudæi: Nónne omnes isti qui loquuntur, Galilæi sunt? Itaque cùm priùs narrassent Euangelistæ Christum è Iordane Spiritu sancto plenum ascendisse, quasi vnctum, nunc vt in aciem processerit, explicat. Ita enim olim in Pancratiis ludis pugiles vngebantur. Vnctio autem in eo spiritualis fuit, communicata visibiliter in baptismate, cùm descēdit in eum Spiritus sanctus. Quæ etiam exprimitur, cùm paruulo in baptismo, per vnctionem visibilē confertur. Chrysost. ho. 5. Oper. imperf. in Matth. Nūquid miles

Tertull. Militia corporalis & spiritualis quales requirunt.

Max. Mar. Anima obscuratur corpore lautè educato.

Tertull. Christus qualē militē requirat.

Idem. Summa.

Cyprian. Euf. Emiff. Quando id contigerit.

Magna vis spiritus in christo.

Spiritus f. duxit Iesū in desertū.

Hierony. Origen. Theoph. Ambrof. Euthy.

Gre. Papa. Contra eos qui dicunt Iesum ductum à spiritu malo in desertū.

spiritus f. repentè in alios viros demutat.

1. 2. 3.

Act. 2. Vnctus est christus à spiritu f. pugnatur°. Chryfoft.

signatur,

A signatur,& oleo vngitur vt sedeat? Signati sum⁹ cruce Christi,oleo vncti,& Spiritu promissionis sancto purificati: sicq; Christo nomen dedimus,vt docet Tertull.l.de corona milit. Num igitur & ab illo Christi spiritu ad pugnam inuitamur? Pet. Chrysologus, hom.13. Ecce tempus quo miles procedit ad campum, quo carnis otia,quo mentis ignauia,quo ventris cura,& tota est familiaris obsequij deponenda torpedo. Hodie, Fratres, Christus rex noster commilitones suos de Euangelico tribunali allocutus est,indixit hostibus bella,promisit præmia pugnaturis,retulit bellorum causas, inimicorum dolos prodidit,& conatus: vbi,& quando, & quomodo confligendum sit,nobis triumphali constitutione signauit. *Ductus est in desertum.* Locus hic proprius duello,ieiunio,diuino cultui,& meditationi. Priùs enim in desertis olim meditabantur,qui Ecclesiæ munera obituri erant. Sic Moses quadraginta annis pascit gregem in deserto, antequàm ad Israëlis liberationem pergat, & legislatoris officium faciat. Ita Basilius, Tertull. Pet. Chrys. *Christus ad pugnã nos vocat. Desertũ locus est spirituali bello proprius.* 1.

B Chrysostomus, Gregorius Nanzanzenus è solitudine Monastica ad magnarum Ecclesiarum moderationem delecti sunt. Basilius Epist.181.ad Chilonem: In hac,inquit,solitudine dego, in qua Dominus versatus est. Hîc est quercus illa Mambre: hîc ad cœlum ferens scala, hîc Angelorum castra à Iacob conspecta: hîc solitudo,in qua populus purificatus legem accepit, & sic in Promissionis terra Deum vidit: hîc mons Carmelus, in quo Helyas commorãs Deo placuit: hîc campus,in quo secessu facto, Esdras omnes diuinos libros ex mandato Dei eructauit: hîc solitudo,in qua beatus Ioannes locustas edens,hominibus pœnitentiam prædicauit: hîc mons Oliuarum, in quem Christus oraturus ascendit: hîc arcta illa & angusta via, quæ ducit ad vitam: hîc doctores & Prophetæ,qui in solitudinibus errant,in montibus & speluncis & cauernis terræ: hîc Apostoli & Euãgelistæ,& Monachorum remota ab vrbibus vita. Ambros. 2. *Moses typus Christi. Solitudinis cõmẽdatio.* Basilius.

Sed & locus secretus tentationi & victoriæ aptissimus erat. Ambros. lib.4. in Luc. Conuenit C recordari,quemadmodum de Paradiso in desertum Adam primus eiectus sit, vt aduertas quẽadmodum de deserto ad paradisum Adam secundus reuerterit. Chrysostom. hom. 13. Operis perf. in Matthæum. Non duxit illum spiritus in vrbem, aut forũ,sed eremũ. Quia enim diabolum prouocare volebat,non de esurie solùm,verumetiam de loco occasionem illi tentationis ingessit. Tunc quippè maximè aliquos diabolus aggreditur,cùm illos viderit ab aliis segregatos. Theophilactus in Luc. In desertum abit, vt diabolo det ansam insidiandi sibi. Maximè enim cùm soli fuerimus,insidiari solet. Cypr. serm. de ieiunio & tentat. Christi. Neque enim putet homo se euasisse pericula,cùm in eremum venerit. Quia quantò subtiliùs, tantò difficiliùs à tentatore inuaditur, qui cogitationum foribus assidens,omnia virtutum germina in ipso ortu strangulare molitur. Sic Euam solitariam adortus est in paradiso,sic in secreto ab hominibus loco occisus est Abel,& contra Iosephum à fratribus conspiratio facta est. Nec de- Ambros. 2. *Antitheſis Christi & Adami.* Chrysost. *Occasio tentationis maior in deserto.* Theoph. Cyprian. *Nullibi securi sum⁹ neque cùm soli.*

D teriores magos nouimus,quàm solitarios. Sic Numa olim noctu hydromantiam faciebat,vt in aqua ad Lunæ radios,videret ludificationes dęmonum, à quibus audiret quid in sacris constitueret, atque obseruaret,vt scribit Augustin.lib.7. de ciuit. Dei,cap.35. Interim etiam locus ille victoriæ contra Sathanam aptissimus est. Cyprianus enim ita prosequitur. Verùm liberiùs anima expedita obuiat impugnanti,vbi compedes impedimentorum defuerint, & aspectus irritamenta non mouerint: fecutiórque est congressus, vbi singula non vellicant dimicantem, nec inebriant animum lenocinia voluptatum. Animi enim solitudo omninò necessaria est, vbi erecta specula,mens sibi insopita prouideat,& detersa rubigine coruscantibus armis importunum hostem terreat, & repellat. Sed & locus secretus eligitur, inquit Cyprianus, quia solius Dei iudicio ieiunia sunt agenda: & singulariter inspectorem adiutorémque Deum volunt hæc habere certamina. Adducit enim nihil peius hypocrisi,quæ ex humana gloria emer- Augustin. 3. Cypria. *Solitudo victoriæ cõtra sathanã aptissima. 4. Ieiunia solius Dei iudicio agenda.*

E git: vnde & seorsim, Deo solo inspectore & orandum & ieiunandum Christus ipse monuerit. Demùm nos reuocabat Christus ab Israëlitarum deprauata ingluuie: qui quoniam concupierunt carnes in deserto,ira Dei vindice,mortui sunt, nec in Promissionis terram deuenerũt. Itaque vt nos, qui multo meliorem viuentium terram quærimus,à nostra spe minimè excidamus,Christi nostri exemplo,& ad solitudinem,& ad ieiunia simul vocamur. Loci etiam solitudo, quam Christus statim post baptismum eligit, docet nos & diabolo,& mundo,& pompis eius renunciasse, neque iam his rebus caducis adhærere,sed per meditationem & fidem, quæ in deserto viuacior redditur,meliora & æterna bona expectare. Et primi vtique Christiani illi, qui in Alexandria à D. Marco Euangelium acceperant,ad solitudines se conferebant: ibique se acerrimis ieiunijs castigabant,vt describit Philo Iud.lib. de vita supplicum. Probabat quoque Christus suo exemplo Monasticum institutum: quod & Antonius ille magnus secutus est sub Constantino,vt testis est Sosom. Adeò autem olim illud floruit,vt in Ægypti Philo. Sosomen. *Exoppositosraelitarũ in deserto ieiunamus. 6. Renunciamus diabolo simul & mundo. Monasticũ institutum probatur.*

Niceph. partibus Serapion ad decem millia Monachorum habuerit. Nicephorus libro 11. cap. 35. F
Ex Monachis quoque prodierunt Pōtifices Romani 18. Cardinales 200. Archiepiſcopi 1600.
Epiſcopi 4000. ex vno etiam D. Benedicti ordine. De Monaſtico inſtituto ſcripſerunt Patres
percelebres, Chryſoſtomus, Caſſianus, Baſilius, Hieronymus, Auguſtinus, Antonius, & alij
Huius deſerti aſperitas. permulti. Porrò quanta fuerit deſerti huius loci ſolitudo & aſperitas, ſatis exprimit Marcus,
cùm addit, *Erátque cum feris*, μετὰ τ θηρίων, *& Angeli miniſtrabant ei*, quòd omne huma-
Euſebius. num conſortium abeſſet. Euſebius lib. 9. Demonſtrat. Euang. cap. 9. Sed quæ tandem hę be-
Cū quibus beſtijs erat Chriſtus. ſtiæ, inquit, niſi quas commemorat is qui nunc tractatur Pſalmus, dicēs: Super aſpidem & ba-
ſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem? (Pſ. 90.) Hoc quidem ſpiritualiter,
licet minimè dubitemus etiam literaliter feras interpretari poſſe, & dæmones quibuſdam, vt
Athanaſ. Antonio magno, in ferarum formis aliis atque aliis apparuiſſe, vt ſcribit magnus Athanaſius,
lib. de eius vita. Quinetiam cum beſtiis māſerunt, Malchus defenſus à Leæna, vt ſcribit Hie- G
Hierony. ronym. in vitam eius: Hieronymus ex Leone obſequium colligens: Helyas, cùm ei corui ci-
bū miniſtrarent. Et nōnūquam tutius cum furioſis quibuſque animantibus, quā cū hominibus
habitare. Porrò potior ratio huius Chriſti in deſertum ſeceſſus aſſignatur, *Vt tentaretur à dia-*
Diabolus delator. *bolo.* Sathan diabolus idem quod calumniator, infamator, & delator. Hinc Διαβολὴ, calumnia
& delatio eſt. Nimirùm eſt accuſator fratrum noſtrorū, qui vnicuique inſidiatur. Apocal. 12.
iunguntur hæc duo Sathan & diabolus. Pſ. 99. vbi Hebraicè Sathan, 70. vertunt, diabolum.
ſathā quid Iob. 1. Zach. 3. Hinc & hoſtis, & inſidiator quilibet dicitur Sathan. 2. Reg. 19. Quid mihi &
vobis filij Saruiæ? Cur efficimini mihi in Sathan? Matth. 16. ſic Petrus dictus. Talis autem
factus eſt diabolus, non natura, ſed voluntate & operatione. Ab hoc tentari voluit Chriſtus, vt
Cur chriſtus tētari voluit. nemo diffidat, ſi tot ſe diaboli circumuentum inſidiis videat. Chryſoſtomus, hom. 13. Oper.
perf. in Matth. Vt nemo turbetur, ſi cùm fuerit baptizatus, maioribus tentationibus vrgeatur, H
Chryſoſt. ſed viriliter ſuſtineat. Non enim accepiſti arma, vt ocieris. Propterea Deus in te tribulationes
1. irruere permittit: primò quidem, vt diſcas, quòd Chriſti baptiſma multò te fecerit fortiorem:
2. deinde, vt egregia illa animi mediocritate permaneas, neque donorū ſcilicet magnitudine ela-
3. tus, neque tentationum mole depreſſus. Supra hæc verò, vt malignus ille dæmon, cùm de tua
à ſe diſceſſione dubitat, ex ipſa tribulationum tolerantia diſcat, quòd perfecta ab illo abre-
4. nūciatione diſceſſeris. Quartò, vt fortior, & ipſo prorſus ferro valentior tentationum exerci-
5. tatione reddaris. Quintò, vt capias grande documentum theſaurorum tibi à Domino credi-
torū. Neque enim ſuperueniret tibi, neque aduerſus te diabolus irrueret, niſi maiore te dona-
tum honore conſpiceret. Hinc enim aduerſus Adam ſurrexit aliquando, quia multa illum di-
gnitate vidit conſpicuū. Propterea & contra ſanctum Iob nequitiæ ſuæ arma commouit.
Hilarius. Hilarius, can. 3. in Matth. Igitur quòd in deſertum Ieſus ductus eſt, ſignificatur libertas Spiri- I
6. tus ſancti, hominem ſuum iam diabolo offerētis, & permittentis tentandi, & aſſumendi occa-
Nobis ſemper cauendum & timendū. ſionem, quam non niſi datam tentator habuiſſet. Eapropter monet Sapiens, Eccl. 2. Fili, accede
ns ad ſeruitutem Dei, præpara animam tuam ad tentationem. 1. Pet. 5. Aduerſarius enim
veſter diabolus tāquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Audiamus ergo & ipſum
Chriſtum, dicentem, Videte, vigilate, & orate. Audiamus & Apoſtolū, Vt qui ſtat, videat ne
cadat. Ideò nimirùm ſi tentari Chriſtus paſſus eſt, vt quantumuis iuſtos ſibi à diabolo cauere
oſtēderet. 2. Cor. 12. Paulus tētatus eſt. Tentatus eſt, & cecidit Petrus, Luc. 22. Matth. 27. Pec-
Quæ ſpes nobis in Chriſto. cauit Moſes, Numer. 20. Dauid, 2. Reg. 11. Salomon, 3. Reg. 11. Interim verò magnā nobis re-
Leo. portandi de hoſte triumphi ſpem repromittit: ſicut cùm Apoſtolis (Ioan. 16.) diceret, In mū-
do preſſuram habebitis: ſed confidite, ego vici mundum. Leo, ſerm. 1. de Quadrag. Fortior eſt K
enim qui in nobis eſt, quàm qui aduerſum nos eſt. Et per ipſum validi ſumus, in cuius virtute
confidimus: quia ob hoc Dominus ſe tentari à tentatore permiſit, vt cuius munimur auxilio,
Pet Chry. ciuſdem etiam erudiremur exemplo. Petrus Chryſolog. hom. 11. Diabolus enim ſemper pri-
Diabolus primordia boni pulſat mordia boni pulſat, tentat rudimenta virtutum, ſancta in ipſo ortu feſtinat extinguere, ſciens
quòd ea extinguere fundata non poſſit. Hoc non ignorans Chriſtus, diabolo ſe quærenti pa-
tienter indulſit, vt inimicus laqueo ſuo ipſe teneretur, & caperetur inde, vnde capere ſe puta-
bat: ſicque à Chriſto victus, cederet Chriſtianis. Nam Chriſtus tanquam gygas fortis egreſ-
ſus eſt ad currendam viam: (Pſal. 22.) Ideò magna confidentia aduerſarium prouocat, vt au-
daciam ac temeritatem illius primo congreſſu victor illidat. Oſtendat etiam ſe compati in-
firmitatibus noſtris (Heb. 4.) tentatum per omnia in ſimilitudine, abſque peccato. Heb. 2.
Vnde debuit per omnia fratribus aſſimilari, vt miſericors fieret, & fidelis Pontifex ad Deum,
vt repropitiaret delicta populi. In eo enim, in quo paſſus eſt ipſe, & tentatus eſt, potens eſt &

A cis,qui tentantur,auxiliari. Interim verò nemo ſub fiduciæ prætextu,temeritatem incurrat, & ſeipſum tentationibus ſponte offerat. Magna enim inter nos & Chriſtum diſtantia eſt. Hoc in illo perfectionis fuit,qui peccatum non fecit,ſanctus,innocens,impollutus,ſegregatus à peccatoribus,& excelſior cœlis factus, Heb.7. At verò facti ſumus immundi omnes nos. Vnde nec Prophetæ,nec inſignes ſacerdotes ante Chriſtum, ſoliditatem ſibi attribuere præſumpſerunt. Non ita Chriſtus,in quo verbi carniſque ſic conuenit natura, vt nulla alteri ab altero iniuria adueniret, vt ſcribit Cyprianus,ſerm.de ieiunio & tentatione Chriſti:& Leo,ſer.3. de Quadrageſima. *Et cùm ieiunaſſet quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.* Multæ ſunt ieiuniorum rationes. 1. Aut enim ſponte ieiunium ſuſceptum eſt pro re domeſtica, vt Dauidis pro puero:aut quauis alia,vt Iudith,Heſther.2. Aliud ex præcepto eſt,cui obeditur.3. Aliud à Deo per famem immittitur,ad quod patientia requiritur. Rurſus ex præcepto eſt ieiunium.1. Aut B ob cladem acceptam: vt Iſraëlis bis amiſſo prælio in tribum Beniamin, Iudith. 20. Et virorũ Iabes Galaad occiſo Saule 7. diebus, 2.Reg.vlt.2. Ob cladẽ pro foribus,2.Par.20. Ion.2.3. Ob peccatum commiſſum, 2.Reg.7.3.Reg.22. 4. Ad impetrandam Spiritus ſancti gratiam, 1.Eſ. 8.Act.1. Dan.2.& 9.5. Ad carnem domãdam. Etſi verò multa eſſent legalia ieiunia,non tamẽ eapropter ieiunabat, vt legi Moſaicæ obſequeretur. Auguſt.ſerm.77.de temp. Hoc enim fecit cauſa ſalutis noſtræ, vt rem vtilem non ſolùm doceret verbis, ſed etiam exemplis inſtitueret,vt iiſdem veſtigiis,quibus ad fidem gradimur,ad abſtinentiã gradiamur. Bonus enim medicus poculum,quod ægro daturus eſt,ipſe priùs guſtat, vt peritiam artis ſuæ antè ipſe in ſe demonſtret, vt experimentum æger accipiens ſecurus ſit de poculo,ſecurior de ſalute. Tertullian.lib.de ieiunio, contra Pſychicos. Ideò,inquit,nouorum hominum in veteris ſugillationẽ virtute faſtidiendi cibi initiabat,vt eum diabolo rurſus per eſcam tentare quærenti fortiorem C fame tota oſtentaret. Præſtituit exinde ieiuniis legem ſine triſtitia tranſgrediendis. Cur enim hoc triſte, quod ſalutare docuit, etiam aduerſus diriora dæmonia ieiuniis præliandum? Quid enim mirum,ſi eadem operatione ſpiritus iniquus educitur,qua ſanctus inducitur? Ita primũ, primi parentis immoderatum appetitum temperantiæ curauit remedio,vt ſcribit Procopius Gazeus in Exodum. Nam,inquit Baſilius,hom.1. de laudibus ieiunij,quoniam non ieiunauimus,exulamus è paradiſo. Vnde ieiunandum eſt,vt ad illum poſtliminio reuertamur. Ambroſius,ſerm.35.de ieiunio Domini. Non enim iuſtificationis ſuæ cauſa Chriſtus ieiunauit,ſed noſtræ ſalutis gratia: vt quorum generatio per intemperantiam peccauerat, per abſtinentiam ſanaretur. Auguſtinus ſerm.77.de tempore, cauſam hanc latiùs examinat. Arbitror, inquit, cauſam hanc eſſe ieiunij: vt quia primus Adam in paradiſo conſtitutus, per intemperantiam gulæ,gloriam immortalitatis amiſerat,eandem immortalitatem ſecundus Adam Chriſtus per D abſtinentiam repararet: Et quia contra mandatum Dei guſtans de interdicta arbore, in peccatum mortis inciderat, nunc ſecundum mandatum Domini ieiunans, vitæ iuſtitiam mereretur. Hoc enim egit Saluator, vt iiſdem veſtigiis, quibus admiſſa fuerant, purgentur: hoc eſt, quia homo manducando deliquerat, corrigat abſtinendo, vel quia epulando mulierem cognouerat, nunc eandem ieiunando deſpiciat. Adam enim Euam non niſi intemperantia prouocante cognouit. Quandiu autem manſit in illis temperata parcitas,manſit & impolluta virginitas: & quandiu ieiunauerunt ab interdictis epulis, tamdiu & à pudendis ieiunauerunt peccatis. Fames enim amica virginitatis eſt, inimica laſciuiæ:ſaturitas verò caſtitatem prodit,nutrit illecebram. Igitur, ſicut dixi, hoc egit Dominus, vt his præiudiciis, quibus homo obnoxius peccatis fuerat, laberetur. Propterea namque per omniã ſecũdum ſimilitudinem Adæ naſci voluit,vt ſecundum ſimilitudinem Adæ omnia hominis peccata diſſolueret. Adam enim de terra virgine natus eſt, & Chriſtus de Maria virgine procreatus. Illius maternum ſolum necdum raſtris ſciſſum fuerat,iſtius maternum ſecretum nunquã concupiſcentia violatum. Adam de Dei manibus plaſmatur de limo,Chriſtus Dei ſpiritu formatur in vtero. Ideò oritur Deo patre. Vterque virgine vtitur matre: vterque,ſicut Euãgeliſta dicit, filius Dei eſt. Sed Adam creatura eſt, Dei filius Chriſtus vera ſubſtantia. Hoc ergo agit Dominus,ſicut Adam ſecundus,vt quod prior homo manducando perdiderat, hic alter ieiunando recipiat, ac legem in paradiſo abſtinentiæ datam in deſerto cuſtodiat. Ieiunauit etiã ante prædicationis ſuæ initium,vt ieiunium ſacramentorum agnitionem promereri oſtenderet. Tertull.lib.de ieiunio contra Pſychicos. Aſpice,inquit, Danielis exemplum. Circa ſomnium regis Babylonis omnes turbabantur Sophiſtæ,negant vltrò de præſtantia humana poſſe cognoſci. Solus Daniel Deo fidens, & ſciens quid ad demerendam Dei gratiam faceret,ſpatium tridui poſtulat,cum ſua fraternitate ieiunat, atque ita orationibus commendatis, & or-

Nemo prætextu fiduciæ præſumptuoſus ſit.

Cyprian. Leo.

Multæ ieiuniorũ rationes.

Chriſtus nõ ieiunat ex legis præſcripto.

Auguſtin. *Cur ieiunauit.*

1.

Tertull.

2.

Pro.Gaz.

Baſilius.

3.

Ambroſ.

Auguſt.

Antitheſis Chriſti et Adami.

4.

Confertur Adamus Chriſto.

5.

6.

Tertull. *Ieiunium ſacramẽtorũ agnitionem promereri.*

Daniel ieiunans.

dinem & significationem summi per omnia instruitur Tyranni, Sophistis parcitur, Deus glo- F
rificatur, Daniel honoratur, non minorē Dei gratiā & postea quoque relaturus. Anno primo
regis Darij, dedit faciem suam Deo ieiuniis & sacco & cinere. Angelus missus ad eum, hanc
statim professus est causam diuinæ dignationis. Veni, inquit, demonstrare tibi quatenus mi-
serabilis es, ieiunando scilicet. Si Deo miserabilis, leonibus in lacu fuerat horribilis, vbi quidē
illis sex diebus ieiunanti prandium Angelus procurauit. Redeamus ad cætera: ad noua enim
nunc documenta properamus. In limine Euangelij Anna Prophetes, filia Phanuēlis, quæ &
infantem Dominum agnouit, & multa super eo prædicauit expectantibus redemptionem Is-
Anna Phanuelis. raēlis, post egregium titulum veteris & vniuiræ viduitatis, ieiuniorum quoque testimonio au-
getur, ostendens in quibus officiis adsideri Ecclesię debeat, & à nullis magis intelligi Christū
Basilius. quàm semel nuptis, & sæpè ieiunis. Basilius hom. 1. de ieiun. Quin & Mosem cognouimus G
Moses ieiunus. per ieiunium penetrasse in montem. Neque enim id ausus fuisset, fumante montis cacumine,
neque sustinuisset ingredi in nubem, nisi fuisset obarmatus ieiunio. Per ieiunium legem ac-
cepit digito Dei scriptam in tabulis, atque in summo quidem monte per ieiunium legem im-
petrauit: in imo verò montis, luxus & ingluuies ad idololatriam dementauit. Quinetiam nos
Christus contra spiritualia nequitiæ armari debere docebat ieiunij obseruatione. Quæ enim
res fortissimum virum Samsonem inexpugnabilem reddidit? Nónne ieiunium? vt scribit idē
Basilius. Basilius hom. 1. de ieiunio: qui & hom. 2. hæc habet. Quid igitur est quod dico, fratres? Nēpè
Antitheſis militiæ corporalis & spiritualis. quòd his, qui bellicis in rebus exercentur, quique in palæstris luctando desudant, conuenit vt
copia ciborum reddant scipsos corpulentos, & obesos, videlicet quò validioribus neruis labo-
res queant capessere. Contrà verò, quibus non est colluctatio aduersus sanguinem & carnem,
sed aduersus Principatus, aduersus potestates, aduersus mundi dominos tenebrarum harum,
aduersus spirituales malitias, hos oportet per sobrietatem ac ieiunium ad certamen exerceri. H
Etenim quemadmodum oleum oblinit athletam, ita ieiunium robur addit ei, qui ad pietatē
exercet sese. Itaque quantum subtraxeris carni, tantò reddes animam habitudine spirituali
nitidiorē. Nam robur aduersus inuisibiles hostes non superat corporis distentione, sed fortitu-
dine spiritus, & erga afflictiones tolerantia. Ita ieiunium per omne quidem tempus vtile est,
iis qui illud sponte suscipiunt. Neque enim assultus dæmonum quicquam audet aduersus ie-
iunantem, ac vitę nostræ custodes Angeli diligentiùs adsunt iis, qui ieiunando purgatam ha-
bent animam: sed multò magis hoc tempore, quo per vniuersum terrarum orbem vndique
denunciatur ieiunij præconium. Potrò quàm seuerum fuerit Christi ieiunium, Lucas expli-
cat, quum adiicit, καὶ οὐκ ἔφαγεν οὐδέν, *Et non omninò manducauit in diebus illis.* siquidem repeti-
Cur per 40 dies et noctes Christus non manducauit. tio negationis οὐκ & οὐδέν, omnem exceptionem tollit, ne per aliqua temporis interualla illū I
manducasse putemus, vt à nobis fit. At verò numerum quadragenariū secutus est, 1. Ne Mose,
qui bis quadragesimale ieiunium, Exod. 24. & Deut. 9. & Helya, qui semel illud obseruauit,
3. Reg. 19. minor esse videretur. 2. Sed nec in his tantùm quadragenarius numerus commē-
datur. Nam quadraginta diebus pluit super terram, Genes. 7. 3. Quadraginta annis manse-
runt in deserto Israëlitæ. 4. Quadraginta mensibus Christus prædicauit. 5. Quadraginta ho-
ris corpus eius in sepulchro iacuit. 6. Quadraginta diebus cum suis post resurrectionem con-
Greg. Năz. uersatus est, Act. 1. Ieiunium igitur quadragesimale vnum est nostrum & Christi (ait Greg.
Nanz. Orat. 3. in lauac.) sed non paruum inter vtrumque temporis interstitium: Et Christus
quidem contra tentationes suum obiicit ieiunium: nostrum verò vt Christo commoriamur
operatur, & purgatio est, quæ festiuitatem præcedit. Et hic quidē dies quadraginta ieiunauit:
Euthy. nam Deus erat: at hoc viribus nostris commensuramus. *Noctibus* addidit, ne tu Dominum
Respōdetur eorū cauillis & argutiis, qui christianū ieiunium impugnant putes ieiunasse sicut Hebræi, qui die abstinentes, nocte edebant, vt scribit Euthymius in Mat- K
th. Cæterùm responderi oportet his, qui etsi se Christianos dicant, ieiunij tamen quadrage-
simalis obseruationem reijciunt, hanc impietatem edocti ab Aërio hæretico, vt scribit Epi-
Epiphan. *Aerius hæreticus ordinatum ieiunium reiicit.* phan. lib. 3. tom. 1. in hæres. 75. cuius hæc verba sunt. Sed neque ieiunium, inquit Aërius, erit
ordinatum. Hæc enim Iudaica sunt, & sub iugo seruitutis. Iusto enim lex non est opposita,
sed patricidis ac matricidis, & reliquis. Si verò omninò volo ieiunare, qualemcunque eligam
diem à meipso, & ieiunabo propter libertatem. Vnde apud ipsos studium est, vt potiùs die do-
minica ieiunent, quarta verò & sabbato edant. Sæpè verò etiam quarta ieiunant, non ex sta-
tuto, sed ex propria, vt inquit, voluntate. In diebus autem Paschatis quando fiunt apud nos
humi dormitiones, castitates, afflictiones, siccorum esus, preces, vigiliæ, ac ieiunia, & omnes
animarum salutes per sanctas afflictiones: ipsi à somno manè obsonantur, carnéque ac vino
venas suas explentes cachinnantur, tridentes & subsannantes eos, qui sanctum hunc cultum
hebdo-

A hebdomadis Paſchatis perficiũt. At verò licet lex iuſto non ſit poſita ad eius condemnationẽ & terrorem: poſita tamen eſt ad regulam & teſtimonium vocationis. Vnde & Pſaltes: Lex Domini immaculata conuertens animas. Nam & iuſtus ille eſt, de quo Pſal. 1. In lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Vnde & alibi orat: Legem pone mihi Domine viam iuſtificationum tuarum, & exquiram eam ſemper. Quòd verò dicebant Iudaica eſſe ieiunia, iampridem reſpondit Origenes, hom. 10. in Leuit. Habemus enim quadrageſimæ dies ieiuniis conſecratos, habemus quartam & ſextam ſeptimanæ dies, quibus ſolenniter ieiunamus. Eſt certè libertas Chriſtiano per omne tempus ieiunandi, non obſeruantiæ ſuperſtitione, ſed virtute continentiæ. Leo, ſerm. 4. de ieiunio decimi menſis. Non ideò, inquit, negligendum eſt ſolemne ieiunium, quaſi de obſeruantia veteris legis aſſumptum ſit, tanquam de illis ſit, quæ inter diſcretiones ciborum, inter baptiſmatum differentias, & auium pecudúmque hoſtias eſſe deſtiterunt. Illa enim quæ rerum futurarum figuras gerebant, impletis quæ ſignificauere, finita ſunt. Ieiuniorum verò vtilitatem noui Teſtamenti gratia non remouit, & continentiam corpori atque animæ ſemper profuturam pia obſeruatione ſuſcepit: quoniam ſicut permanet apud intelligentiam Chriſtianã, Dominum Deum tuũ adorabis, & illi ſoli ſeruies: &, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & diliges proximum tuum ſicut teipſum, & cætera talium mandatorum: ita quod in iſdem libris de ieiuniorum ſanctificatione & curatione præceptum eſt, nulla interpretatione vacuatur. In omni enim tempore, omníque vita huius ſeculi, ieiunia nos contra peccata faciunt fortiores. Ieiunia contra concupiſcentias vincunt, tentationes repellunt, ſuperbiam inclinant, iram mitigant, & omnes bonæ volũtatis affectus ad maturitatem totius virtutis enutriunt: ſi tamen in ſocietatem ſibi beneuolentiam charitatis aſſumant, & in operibus miſericordiæ ſe prudenter exerceant. Denique quòd Aëriani libertatem Chriſtianam prętexunt, quaſi nulla lege & religione teneatur, apertè in C Chriſtũ blaſphemant. Non enim talis libertas nobis relicta eſt, quæ nos excindat ab imitatione Chriſti. Quin potiùs ait (Ioan. 8.) Si ſermonem meum ſeruaueritis, verè liberi eritis. Eapropter Ignatius Epiſt. ad Phil. hæc habet: πλὴν τεσσαρακοστοῦ μὴ ἐξαθενεῖτε· μίμησιν γὰρ ἀθλήσεως τοῦ κυρίου πολιτείας. id eſt, Quadrageſimam ne contemnatis: imitationem enim continet diſpẽſationis Dominicæ: & paſſionis hebdomadẽ ne deſpiciatis. Quarto & quinto die, qui eſt Paraſceues, ieiunate, & pauperibus reliquias diſtribuite. Ambroſ. ho. 34. de Quadrag. Bonũ eſt quidẽ, inquit, cunctis diebus ieiunare, ſed meliùs quadrageſimã cum Chriſto. Hanc enim quadrageſimã nobis Dominus ſuo ieiunio cõſecrauit. Quo dixi ieiunio, non ieiuniis? Vnũ enim ieiuniũ Domini fuit, quia continuatis quadraginta diebus & noctibus cibum omninò nõ ſumpſit. Quiſquis ergo Chriſtianus conſecratam ieiunando non impleuerit quadrageſimam, pręuaricationis & contumaciæ reus tenebitur, quòd legem diuinitùs pro ſalute ſua datam pran-D dendo ipſe reſcindit. Reſcindis enim legem, qui exemplum ieiunij Dominici non cuſtodis. Qualis autem Chriſtianus es, cùm Domino ieiunante tu prandes? Qualis Chriſtianus es, cũ Chriſto eſuriente tu reficeris? Ille pro ſalute tua famem ſuſtinuit: tu pro peccatis tuis ieiunare formidas? Auguſtinus tom. 2. Epiſt. 119. cap. 15. ad Ianuarium, de ritibus Eccleſ. Quadrageſima ſanè, inquit, ieiuniorum habet authoritatem & in veteribus libris, ex ieiunio Moyſi & Helyæ, & ex Euangelio, quia totidem diebus Dominus ieiunauit, demonſtrans Euangelium non diſſentire à lege & Prophetis. In perſona quippè Moyſi lex, in perſona Helyæ Prophetæ accipiuntur: inter quos in monte glorioſus apparuit, vt euidentiùs emineret quod de illo dicit Apoſtolus, Teſtimonium habens à lege & Prophetis. In qua ergo parte anni cõgruẽtiùs obſeruatio quadrageſimæ conſtitueretur, niſi confini atque contigua Dominicæ paſſioni? E quia in ea ſignificatur hæc vita laborioſa, cui opus eſt continentia, vt ab ipſius mũdi amicitia ieiunetur, quæ vtique fallaciter blandiri, & illecebrarum fucos circumſpergere atque iactare non ceſſat. Petrus Chryſolog. ſerm. 11. Videtis, inquit, Fratres, quia quòd quadrageſimam ieiunamus, no eſt humana inuentio. Authoritas eſt diuina, & eſt myſticum non præſumptum: nec eſt de terreno vſu, ſed de cœleſtibus ſecretis. Quadrageſima quatuor decades quadratã fidei continet diſciplinam, quia ſemper eſt quadrata perfectio. Quaternarius numerus & denarius, quæ in cœlo & in terra teneant ſacramenta, aperire modò nõ vacat. Prudentius lib. Cathemerinon, Hymno de ieiunio, cùm ad ieiunij confirmationem, eiuſdémque fructum multa attuliſſet exempla, ad Chriſti præſcriptionem & regulam nos reuocauit, his verbis:

Sed cur vetuſtæ Gentis exemplum loquor,
Pridem caducis cùm grauatus artubus
Ieſus dicato corde ieiunauerit.

Lex iuſto quomodo non eſt poſita.

Ieiunium noſtrũ differt à ieiuniis Iudæorum.

Origen.

Leo.

Ignatius.

Probatur Quadrageſimæ ieiunium.

Ambroſ.

Auguſt.

Pet. Chryſ.

Prudent.

Hesych. *Qui 20. ætatis annũ attigit, 40. ieiunet.*

Hesychius in Leuit. exponit quibus,& ad cuius exemplum hoc ieiunium præscribatur. Nam F lib.7.in c.27.id explicans, A quinto anno vsque ad vigesimum, masculus dabit 20. siclos, id est, vt Septuaginta vertunt, 20. didragmas, quæ sunt quadraginta dragmæ: ita exponit, quòd is, qui 20. annos attigerit, quadraginta dies ieiunio cõsecratos obseruare debeat. Viginti enim annorum, inquit, inter fortes etiam pugnare valens, numeratus est à lege. Ieiuniorum autem atque orationis profectum, quadraginta dragmarum numerus significat: quia tot diebus ieiunasse &

Augustin.

Moysen & Helyam, & ipsum Dominum didicimus, quando à diabolo tentabatur. Augustin. serm.77.de tempore. Quadragesimam abstinendo, ipse Dominus consecrauit,& tot dierũ & noctium curriculo cibũ omninò non capiẽs, vnum ac solidum ieiunij tempus effecit. Totum non obseruare, sacrilegium est: ex parte autem violare, peccatum est. Quòd si quis obijciat quadragesimale ieiunium reprobari in Montano hæretico, Hieronymus Epist. ad Marcellam G huic respondet. Montanistæ, inquit, tres in anno faciunt quadragesimas, quasi tres passi sint saluatores: Nos autem secundum traditionem Apostolorum, vnam quadragesimam ieiunamus. Et benè sanè traditionem Apostolorum prætexuit: siquidem inter eorum canones, is qui 68.locum tenet, sic habet. Si quis Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut lector, aut cantor, τὴν ἁγίαν τεσσαρακοστὴν τοῦ πάσχα, ἢ τετράδα, ἢ παρασκευὴν ἐνηστεύοι, sanctam quadragesimam Paschæ, aut quartam feriam, aut Parasceuen non ieiunauerit, deponitor: præterquàm si imbecillitate corporis impediatur. Sin laicus sit, communione priuator. Hoc decretum sequitur & cõfirmat Thelesphorus Papa sextus à Petro, in Epistola sua decretali ad omnes Episcopos, his verbis. Quapropter cognoscite à nobis,& à cunctis Episcopis, in hac sancta & Apostolica sede congregatis statutum esse, vt septem hebdomadas plenas, aut sanctum Pascha, omnes clerici in sortem Domini vocati à carne ieiunent. Ideò Cyrillus Hierosolymitanus in Procatechesi, monet quadragesimale ieiunium Pascha præcedere, vt priùs pœnitentiam agamus,& præparemur, quàm ad sacratissimam Christi mensam accedamus. Ego te, inquit, admoneo, priusquàm Iesus animarum sponsus ingrediatur,& amictum tuum videat: satis lõgum H habes interuallum, cùm pœnitentia dierum quadraginta tibi datur: Habes magnam opportunitatem,& exeundi,& abluendi, ac rursus induendi, atque intrandi. Et Catechesi illuminatorum 2. Quadraginta, inquit, diebus non ieiunabis pro anima tua? Alludit enim ad illas diætas, quæ à medicis curandis corporibus præscribuntur. Et has, quæso, quis non lubenter perferat? Quis ex decreto medici nõ interdicat sibi vinum, carnes,& similia permulta, vt corporis sanitatem nanciscatur: quantò magis id ferri & suscipi debet pro Deo placando,& salute animarum nostrarum? Philo Iudæus lib.2. de vita Moseos: Quis enim, inquit, ieiunium non mirabundus adorat, vbi sic ieiunatur, vt nec cibum nec potum attingere liceat, ne quid corporearum affectionum purgatæ menti obstrepat? Basil.hom. 1.de ieiunio, ostendit & illud omnia loca condecorare, fora, vrbes, ciuitates, deserta. Sic nimirùm tres viros celeberrimos quadraginta diebus ieiunasse legimus, Helyam in itinere, Moysen in monte, Christum I in deserto. Et illi quidem tum temporis ab omni cibo abstinuerunt, quid tibi difficile videatur, si à carnibus abstineas? Damascenus, lib.de ieiuniis ad Cometam, eos eludit, qui satis esse putabant, si modò ad vesperam vsque carnes non ederent. Ait enim hoc non solùm esse παντελῶς ἔωθεν μέχρις ἑσπέρας ἀσιτίαν, ἀλλὰ τῶν τινῶν βρωμάτων ἀποχὴν, omnem abstinentiam vsque ad vesperam solùm, sed abstinentiam à quibusdam cibis. Sozomenus hist. Eccles. lib.1. c.11.& Nicephorus Calist.lib.8.cap.42. id confirmant ex Spiridone Episcopo. Venit enim, aiunt, ex itinere peregrinus quidam ad eum, instante iam quadragesima, qua ieiunium cum domesticis suis continuare, ac intermediis diebus ieiunus persistere solebat. Cùm autem peregrinum admodum delassatum cerneret, Age, inquit ad filiam, laua viro pedes, & appone quod edat. Respondente virgine nec panem supereſſe, nec alphita, quòd talia propter ieiunium parari non solerent: prẽmissa oratione, petitáque condonatione, iussit filiæ carnes porcinas, quas domi conditas habebat, coquere. Coctis illis peregrinum vnà secum ad mensam sedere fecit. Recusanti autẽ, ac Christianũ se esse profitenti (cui hoc non liceret tẽpore quadragesimæ, nisi in extrema necessitate) Hoc minus, inquit, recusare debes, (cùm tanta sit necessitas, nec panis mihi sit, nec alphita,& ipse sic esurias.) Mũdis enim (& non per gulam, aut contemptũ, sed cum benedictione in necessitate manducantibus) sermo diuinus omnia mũda esse pronunciauit. Vbi videmus, secluſa necessitate, quanta in Spiridone fuerit quadragesimæ obseruatio, vt qui intermediis diebus omninò ab omnibus cibis abstineret. Quanta denique in peregrino, qui vbi carnes paratas vidit, Christianum se esse pronunciauit: quòd omnibus Christianis carnium esum interdictum esse sciret. Hoc etiam manifestum erit ex alia historia, quam

Thelesph.

Cyrill. Hierosol.

Idem Cy. *Dietæ præscribuntur à medicis.*

Philo.

Basilius. *Tres viri celeberrimi 40. diebus ieiunant.*

Damas. *Abstinẽtia à cibis & vsque ad vesperam.*

Sozomen. Niceph. *Spiridonis factum in necessitate.*

Spiridon omninò à cibis abstinet.

Quomodo quadragesimæ ieiunium in Mõtano reprobatũ. Hierony.

Canon Apostolorũ.

A quam narrat Nicephorus l.12.cap.34. vbi de vario dierum quadrageſimalis ieiunij apud quoſdam numero diſſerit. Illyria, inquit, & cuncta Græcia, præterea Alexãdria, Libya, Ægyptus, & Palæſtina, ſex hebdomadibus ante feſtum Paſchæ ieiunium continuarunt, Quadrageſimã tẽpus id nominantes. Alij rurſus ante ſeptem hebdomades ieiunare incœperunt, ſicut Conſtantinopoli, & circumcirca Phœniciam. Non ſolùm autem de dierũ numero, verùm de cibis ipſis, de aditu ad ſacra myſteria, & abſtinentia diſſident. Quidam animata prorſus non attingũt: alij autem attingũt, ſed piſces ſolos, &c. Interim verò omnes cõmunem hanc quadrageſimæ obſeruationẽ tenuiſſe teſtatur. Et hic ſanè numerus, ait Hieron. l.9. Comment. in Ezech. c. 29. ſemper afflictionis eſt & pœnæ. Vnde & Moyſes, & Helyas, & ipſe Saluator quadraginta diebus ieiunauerũt & noctibus: & per 40. annos populus erat in ſolitudine, vt poſtea circunciſus in Gal-

B galis opprobrio & ignominia Ægypti liberetur. (Num. 24.) In cuius numeri ſacramẽto, & hic idem Propheta (Ezech.) pro tribu Iuda quadraginta diebus dormit in dextro latere, & quadringentis annis populus ſeruiturus in Ægypto nũciatur, qui faciũt 40. decadas. Pluuiæ quoq; diluuij 40. dieb⁹ inferũt orbi naufragiũ. Iuſtũ enim erat, vt qui per quatuor elemẽta mundi, quibus ea cõſtare dicuntur, dũ ea diligit & fouet, Deum offenderat, in ipſo numero puniretur. Albin. quæſt. in Gen. Quadragenarius numerus, inquit, tribulationẽ pœnitentiæ oſtendit. Quòd verò Noë poſt 40. dies feneſtrã arcæ aperuit, ſignificat ieiunio cœlum reſerari. Ideò Moſes, Helyas, & ipſe Saluator quadragenario numero ieiunia confecerunt, tanquam tribus temporibus neceſſaria, ante legẽ, ſub lege, ſub gratia. *Et poſtea eſuriit.* Hilarius in Matth. Hoc nõ tã ad cibos, quã ad animarũ noſtrarum ſalutẽ trãſfert. Pet. Chryſo. ſer. 11. Hoc nõ eſt infirmitatis ſignũ, ſed inſigne virtutis: quia cũ dicit, Poſtea eſuriit, docet in illo per 40. dies & noctes eſurię nõ fuiſſe, nec eius ſenſum. Et quidem eſurię vincere, laboris eſt humani: diuinæ virtutis eſt eſurię nõ ha-

C bere. Ergo Chriſtus nõ ieiunio laceſſit, nõ eſuriuit fame: ſed eſuriuit Chriſtus, vt tẽtãdi materiã diabolus inueniret: qui ad ieiunium non audebat accedere, quia ſic ieiunantem Deum, non hominẽ ſentiebat. Tũc ſenſit hominẽ, tũc mortalem credidit, tunc eũ putauit poſſe tẽtari, quãdo eum eſurire callidus explorator inſpexit. Hilarius in Matth. can. 3. Non cibum etiam hominum eſuriit, ſed ſalutem. Nam poſt quadraginta dies, non in quadraginta diebus eſuriit, Moyſe & Helya in eodem ieiunij tempore non eſurientibus. Igitur cùm eſuriit Dominus, non inedię ſubrepſit operatio: ſed virtus illa, quadraginta dierum non mota ieiunio, naturæ ſuæ hominem non dereliquit. Non enim erat à Deo diabolus, ſed à carne vincendus: quã vtique tentare auſus non fuiſſet, niſi in ea per eſuriei infirmitatẽ, quæ ſunt hominis, recognouiſſet. Ambroſ. ſer. 35. de ieiunio Domini. Poſt multa, inquit, ieiunia Chriſtus eſurire ſe ſimulat, vt diabolum, quem ieiunãdo iam vicerat, iterum eſuriendo ſolliciter. Spem enim illi congrediẽdi ex infirmitate famis

D quodammodò tribuit: vt dum veluti contra imbecillem cõgreditur, glorioſiùs ſuperetur. Hæc enim eſt vera victoria, vt quia Adã immortalẽ, glorioſum & epulantẽ ſubuerterat, nunc ab homine mortali, humili atq; eſuriẽte vincatur. Theod. ſer. 10. de prouid. tentationis huius occaſionẽ, & ab eſurie, & ab illa gloria, quã Chriſtus in baptiſmo nactus eſt, profectã eſſe ſcribit. Hinc, inquit, ad certamina cõtra tyrannũ pergit, & ſtadiũ quidẽ certaminũ deſertum fit, ſpectatores verò Angelorũ, populi. Aduerſarius autem, qui veritatis aduerſarius eſt, qui primo quidẽ cùm vocẽ audiuiſſet, & Propheticularũ oraculorũ eſſet recordatus, pugnã pertimuit: & virtutis ipſius fulgorẽ non quidẽ potuit ſuſtinere, ſed cõtrà pugnare cogebatur, certamen tamẽ timuit, vocis illius memor exiſtẽs. Cæterũ naturæ noſtræ creator & propugnator, coronator & agonotheta, hoſtẽ nõ timuit, nec belluã abigit, ſed confidẽter expectat, & ad pugnã prouocat, vt priorẽ illã auferat victoriã. Et corpori, q, quadraginta dierũ ſpatio ieiunauerat, famẽ cõciliat: nõ tamẽ eorũ

E qui olim ieiunauerãt, limitẽ tranſcẽdere ſinit, vt vera illius crederetur humanitas. Vidit infœlix hoſtis famẽ, & victoriã ſperauit, pugnamq; cõfidenter aggreſſus eſt: atq; Adamũ ſe videre putauit, vbi famis paſſionẽ cernit. Cæterũ tãquã Adamũ acceſſit: ſed Adami creatorẽ, Adami naturam amictũ inuenit, & ait ad eũ, *Si filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiãt.* Et producit quidem vocis cœlitùs delatæ confirmationẽ, ipſam verò panũ miraculoſa effectione confirmari petit. Et aptè quidẽ Theodoretus alluſionẽ conſtituit verborũ Sathanæ ad verba Dei patris. Audierat enim illũ intonantẽ, Tu es filius meus dilectus: & ille ſtatim quod anxius quærebat, miraculo definiri poſtulauit, dicens, *Si filius Dei es*, qualis ſcilicet ab illa voce è cœlo allata prædicaris: *dic vt lapides iſti panes fiant.* Cyprian. ho. de ieiun. & tentat. Chriſti. Naturarũ enim cõiunctio diabolum excæcabat, inquit: quia impoſſibile ei videbatur, vel quòd eſuriret diuinitas, vel quòd tãtæ tolerantiæ poſſet eſſe, tantæq; poteſtatis corporis humilitas. Duplicem itaque tentationem ſinuoſa calliditate orditur, vt de Chriſto, vtrum naturalis filius Dei ſit, ipſo reſpondente, certitudi-

Niceph. *Variarũ nationum varia Quadrageſimæ obſeruatio.*

Hierony. *Typi Quadrageſimæ.*

Albinus.

Hilarius. P. Chryſol. *Quomodo chriſtus eſurierit.*

Hilarius.

Ambroſ.

Theod. *certamen chriſti cũ ſathana.*

ſathan audierat vocẽ patris, Tues filius meus dilectus.

Cyprian. *Naturarũ coniunctio diabolũ excæcat.*

nem habeat: vt cùm Deum se confessus fuerit, absurdũ videatur quòd Deus esuriat: & in quã- F
Christus nõ ter solũ, sed per 40. dies tẽtatus est. cunque partẽ se responsio verterit, necessitas conclusionis occurrat: Si filius Dei es, tibi non cõ-
petit esurire. *Accedens* ergo *tentator, dixit ei:* &c. Non est putãdum, quòd tunc tantùm Sathan
Origen. Christum adortus fuerit, cùm illum esurientem vidit: cùm Lucas dicat, ἡμέρας τεσσαρακοντα
πειραζόμενος: tentabatur quadraginta diebus, vt Orig. ho. 29. in Luc. exponit. Tentatur, inquit,
quadraginta diebus Dominus, & quæ fuerint tentamenta nescimus: quòd prætermissa sint, vt
maiora q̃ quæ literis crederentur. Sed de his postremis, vt potioribus, Euangelistæ mentionem
faciunt, ex quibus etiam Christi insigniorẽ contra Sathanam victoriã colligant. Porrò *tentator*
intelligitur spiritualis ille noster aduersarius, non quidem quasi in bonum adinstar Dei tẽtet, vt
Cl Alex: corrigat & emendet: sed in malũ, vt alliciat nos, & perdat. Cl. Alex. l. 4. Strom. Est enim, inquit,
Diabolus cur tentator esse permittitur. tentator diabolus, sciens quidem quòd sumus: nesciens autem an tolerabimus, sed nos volẽs ex
fide excutere, ad se etiam conatur adducere. Quod quidem est ei solùm permissum. 1. Quoniã G
nos, ex eo quòd etiã ex nobisipsis saluos esse oporteat, occasiones ex præceptis acceperimus. 2.
Et propter eius probrum & ignominiam, qui tentauit, & non est assecutus. 3. Et propter eorum
confirmationem, qui sunt in Ecclesia. 4. Et propter eorum conscientiã, qui sunt admirati tole-
Max. Mar. rãtiam. Hæc ille. Max. Mar. Variorum capitum cent. 1. num. 8. Diabolus, inquit, est Dei hostis,
& vltor: Hostis, cùm sic odit homines, vt à bonis eius æternis auocet ad momentanea: Vltor, cũ
tandem, vbi hominẽ inescarit, patefacto odio, de illo suppliciũ exposcit. Audiant igitur omnes,
P. Chrysol. vt hîc Pet. Chrysol. obseruat, ser. 11. non Deum, non naturam, non carnem, non astra malũ crea-
Vnde malum. re, sed diabolum inuentorem eius esse. Vnde non est nobis colluctatio aduersus carnem & san-
guinem, sed contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus, Eph. 6. Interim mirum videbitur, quòd
Epiphan. Sathan Christum aggressus sit. Epiph. l. 1. tom. 3. in hæres. 42. Aliquando, inquit, disputans cum
Obiectio Marcionitæ quomodo diabolus Christum tentare poterat. quodam Marcionita, cùm dicerem Iesum à diabolo tentatum esse, audiui ex ipso: Quomodo H
poterat Sathanas tentare eum, qui Deus erat, & maior ipso, & Dominus ipsius? Ego autem per
auxiliũ Dei, consilio sub manu nato, respondi ei, dicens: Non creditis quòd crucifixus est Chri
stus? Ille verò dixit: Etiam, & non negauit. Qui ergo illum crucifixerunt? Ille autem dixit, Ho-
mines. Deinde dixi ipsi, Vter potentior est, homo, an diabolus? Ille verò dixit: Diabolus fortior
Figura tẽtati Christi. hominibus est. Si igitur, inquam, diabolus fortior hominibus est, homines autem imbecilliores
Visio Zachariæ. Christum crucifixerunt: non mirum est, si etiam à diabolo tentatus est. Et hoc sanè Zacharias
præuidit, Zach. 3. Et vir, inquit, ostendit mihi Iesum sacerdotem magnũ, stantem corã Angelo
Domini: Et Sathan stabat à dextris eius, vt aduersaretur ei. Et dixit Dominus ad Sathan: Increpet
Dominus in te Sathan, & increpet Dominus in te, qui elegit Hierusalem. Numquid non
Hierony. iste torris est erutus de igne? Hierony. lib. 1. Comment. in Zach. c. 3. vbi Iudæorum interpreta-
tionẽ de Iesu filio Iotsedech refutauit, sic visionẽ istam examinat: quòd *sacerdos magnus* Chri- I
stus sit, Ps. 109. secundum ordinem Melchisedek, & *idem Angelus Domini*, Angelus magni cõ-
silij: non quòd alter & alter sit, aut duas personas recipiamus in filio: sed quòd idem atque vnus,
& quasi homo sordidatus ostẽditur, & quasi Angelus mediator Dei & hominũ apparere dica-
tur. *Stat*, quoniam stabili gradu, facilè non succumbit tentationi. Stat & Sathan per pertinaciã
malitiæ. A dextris autem eius est, vt aduersetur ei. Heb. 4. Tentatus enim est Christus per om-
nem modũ absque peccato. *A dextris*, quia semper virtutibus eius opponitur. Et dixit Domi-
nus ad Sathan, Increpet Dominus in te. Quis Dominus cupit Dominum increpare? Filius sci-
licet cupit patrẽ increpare. Vterque enim Dominus est. Ps. 109. Dixit Dominus Domino meo,
sede à dextris meis. Non quòd ipse Dominus qui loquitur, increpare nõ possit, sed quòd ex vni-
tate naturæ, cùm alter increpauerit, increpet ipse qui loquitur. Increpauit autem, cùm ait: Vade K
Augusst. retrò Sathana. Cæterùm Augustin. lib. 9. de ciuitat. Dei, cap. 21. tentatorem istum principem
dæmonum fuisse scribit. Ad quod etiam reduci possunt hæc verba Christi, Ioan. 14. Venit ad
me princeps mundi huius, & in me non habet quicquã. Per excellentiã enim vocatur tẽtator,
diabolus, & Sathan. Sed & suam potentiam exaggerat, non modò cùm Christum trãsfert, sed
& cùm ei omnia terræ regna repromittit. Potiorem enim dæmonem contra Christum proce-
dere oportebat, ne primo saltem impetu repelleretur. *Accedens* ita videtur in visibili specie ap-
paruisse. Accedere enim seu appropinquare, & loqui, corporum est. *Dixit ei, Si filius Dei es, dic*
1. Tentatio de gula. *vt lapides isti panes fiant.* id est, Si verum est, quod nuper, postquàm baptisatus es à Ioanne, vox
illa è cœlo allata prædicauit: quid te esurire finis, & non potiùs lapides in panes conuertis?
Chrysost. Chrysostomus homil. 13. in Matth. Maxima rerum cõclusus angustia, voces emittebat ancipi-
tes: vt sicut accedens ad primum hominem, finxit illa quæ non erant, quò ea quæ erant, disce-
ret: ita ignarus suscepti hominis, de eo instrueretur. Adeò vt si Dei sit filius, saltem victus,
audiat:

A audiat: sin tantùm homo est, possit illi aliquid per laudum blandimenta furari. Theod. ser. 10. de prouidẽtia. Hinc probè perdiscere licet, quo pacto à nobis ipsis belli occasionem hostis ille arripiat. Famem enim conspicatus, ex illa, ceu edito loco, tela immittit. Nam & verum est prouerbium, Necessitas cogit ad turpia. Prodigus adolescens fame cõpulsus porcos pascit. & quàm multi aut pigritia, aut ingluuie ad necessitatem & famem compulsi, adigunt se prauis Sathanæ consiliis, vt furentur, occidant, se prostituant, & nihil non quantumuis impium attentãt, vt misero isti corpori cibum aliquem conquirant? Hinc meretricum è corpore quæstus, hinc fures, latrones, falsi testes, mẽdaces, & quotquot sunt huius generis. Chrysost. ho. 2. de lapsu primi hominis. Ergo, inquit, quia per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertrãsiit, in quo omnes peccauerunt: (Rom. 5.) Et quia sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificantur: (1. Cor. 15.) Ideò aduenies Dominus noster Iesus Christus voluit sanare labem primi hominis, in quo principale peccatũ ce-
B ciderat. Itaque vt deiiceret tẽtationem eius, & sanaret primi hominis peccata, repulit primùm concupiscentiam ventris: demùm concupiscentiam oculorum: postremò ambitionem seculi. Ambros. l. 4. in Luc. c. 4. Tria igitur, inquit, præcipuè docemur esse tela diaboli, quibus ad con-
uulnerandam mentem hominis consueuit armari: gulæ vnum, aliud iactantiæ, ambitionis tertium. Theoph. in Luc. Primùm tentat eum de gula, de qua tentauerat Adam: tentat & de vana gloria, dicens, Mitte te deorsum. Deinde & per auaritiam, mõstratis ei regnis omnibus. Euthy. in Matth. Audierat à Ioanne, & per vocẽ cœlitùs delapsam, hunc esse Dei filium. Ignorãs ergo quòd Dei filius carnem assumpsisset, siquidem latuit eum arcanum incarnationis mysterium: suspicatus est hominem quidem eum esse, à Deo tamen ob virtutes ipsius adoptatum. Itaque ei iam tantum inuidit honorem, sicut & veteri Adam: & idcircò propiùs accedens, primam pro-
C ducit tentationem, nempè gulositatem, per quam cepit & primum Adam. Quia ergo nullus aderat cibus, eò quòd desertus nimis esset locus, iubet de lapidibus panes efficiat. Nec enim in deserto solida tentationis arma inuenit. Deest illi (inquit Ambros. ser. 35. de ieiunio Domini) de paradiso amœnitas arborum, consiliatrix Eua, pomorum specioſa deceptio. Vndique excluſus, ad pauimenta se confert, & postulat in cibum saxa mutari. Versutus sanè scit quid petat: nouit factum esse quod dicit. Meminit aquam de lapide sitientibus profluxisse, Exod. 17. Dentẽ molarem asini aquam Samsoni sitienti ministrasse. Nihil enim Dei verbo impossibile est. Luc. 1. Ambrosius lib. 4. in Luc. cap. 14. Sed quid sibi vult talis sermonis exordius, *Si filius Dei es*: nisi quia cognouerat Dei filium esse venturum, sed venisse per hanc infirmitatem corporis non putabat? Aliud explorantis, aliud tentantis est. Et Deo se profitetur credere, & hominem conatur illudere. Sed vide arma Christi, quibus tibi, non sibi vicit. Nam qui maiestate sua lapides in pa-
D nem posse conuerti naturæ alterius transfusione monstrauit, docet tibi pro diaboli arbitrio, nec declarandæ virtutis contemplatione faciendum. Ita duobus contrariis tenebatur diabolus, vt scribit Hieronym. in Matth. Nam si ad imperium eius possunt lapides panes fieri, ergò frustrà tentat eum, cui tantum potentiæ est. Sin autem non poterat facere, frustrà filium Dei suspicabatur. Hilarius can. 3. in Matth. Anceps sermo est, inquit, *Si filius Dei es*. Licet esurientem videret, quadraginta tamen dierum in eo ieiunium pertimescebat: qua rerum ratione indicat, post quadraginta dierum conuersationem, quibus post passionem erat in seculo commoraturus, esuritionem se humanæ salutis habiturum: quo tempore expectatum Deo patri munus, hominem quem assumpserat, reportauit. Coniiciendum itaque nunc istud est, quibus tandem interrogationibus vsus sit. Ex hoc enim loco antiqui Patres concludunt, non ignotam fuisse Sathanæ Dei filij omnipotentiam, qua rerum naturas transmutare possit. Hinc scilicet Ambrosius in
E eos disputat, qui resurrectionem negant. Sic enim habet in Orat. de fide resurrect. Confitetur diabolus iubente Deo conuerti posse naturam: tu non credis iubente Deo reformari posse naturam. Obseruemus quoque diabolum fideliorem esse his, qui transsubstantiationẽ fieri posse etiam in sacramento Eucharistiæ omninò negant. Ecce enim credit filium Dei solo verbo lapides in panes posse conuertere: cùm tamen alia sit panis, & alia lapidis substantia. Cur nõ æquè facile erit Christo, verbo suo omnipotenti, panem in corpus, & vinũ in sanguinẽ transmutare? Virgam tenebat Moses, (ait Ambros. l. de iis qui initiantur, cap. 9.) proiecit eam, & facta est serpens. Exod. 7. Currebant Ægypti flumina puro aquarum meatu, subitò de fontiũ venis sanguis cœpit erumpere, qui rursus ad aquarum naturam rediit. Etiam virga leuata, aquæ maris se in speciem murorum congelarunt, Exod. 14. Si tantum valuit humana benedictio, vt rerum naturam conuerteret, quid dicimus de ipsa consecratione diuina? Addam hîc verba Cyrilli Hierosolymit. Catechesi mystagogica 4. Aquam Christus aliquando mutauit in vinum, quod est

Theod.

Necessitas cogit ad turpia.

Chrysost.

Ambros. Tria tela diaboli. *Theoph.* *Euthy.*

Ambros.

Idem.

Quæ sint arma Christi.

Hierony.

Hilarius. Sermo Sathanæ anceps.

Sathan credit filium Dei rerũ naturas mutare posse.

Ambros. Transsubstantiatio panis in corpus Christi probatur.

Ambros.

Cyr. Hier.

sanguini propinquũ,in Chana Galilææ,sola voluntate:& non erit dignus, cui credamus quòd F
Augusti. vinũ in sanguinẽ transmutarit?Igitur hanc in Christo potentiã,saltem à Sathana ediscant. Augusti.enarrat. in Ps.90.Quid,inquit,magnum erat Domino de lapidibus panem facere,qui de quinque panibus tot milia satiauit?De nihilo fecit panem. Tanta enim fuerat multitudo escæ,
Quid christianus in necessitate positus diabolo respõdeat. quæ saturaret tot milia.Quid ergo,Fratres,num poterat de lapidibus panem facere? Homines fecit de lapidibus,dicente ipso Ioan.Baptista, Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ:quare ergo non fecit?Vt te doceret respõdere tentatori suggerenti,quòd si Christianus esses,non te deseret.Et fortè adhuc medicus secat,& ideò deserit: sed non deserit. Quomodo ideò ipsum Paulum non exaudiuit:sed dixit,Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur?Ægrotum non exaudit medicus ad voluntatem, quia exaudit ad salutem. Ideóque
Dei prouidentia. fortes estote,Fratres,& quando aliqua inopia tentamini,Deo flagellante & erudiente vos,quibus parat & seruat æternã hæreditatẽ,nonvobis suggerat diabolus,Si iustus esses,nónne tibi per G coruum mitteret panem,quomodo misit Helyæ?Vbi est quod legisti,Numquamvidi iustũ derelictũ,nec semen eius quærens panẽ?Ps.36.Tu respõde diabolo.Verùm dicit scriptura, Nũquam vidi iustum derelictum,nec semen eius quærẽs panem.Habeo enim panẽ meum quẽ tu nosti.Quem panẽ?Audi Dominum. *Non in solo pane viuit homo,sed in omni verbo Dei.*Putásne, verbum Dei non sit panis?Si nõ esset panis,non diceret verbũ Dei, per quod facta sunt omnia, Ego sum panis viuus,qui de cœlo descendi.Hęretici vtiq;,& qui carnali libertati addicti sunt,
Athanas. etiam nunc vt diabolus,multos de gula aggrediuntur.Sed,vt monet Athan.l.de virgin.respon-
Quid respondendũ gulosis hæreticis nos tẽtantibus. dendũ illis est,Non in solo pane viuit homo, sed in omni verboDei.Si accedant aliqui,inquit, & dicãt tibi,Ne frequẽter ieiunes,ne imbecillior fias,non auscultes:istos enim diabolus subornauit.Reminiscere eius quod scriptũ est,quòd cùm Daniel & tres pueri capti essẽt à rege Babylonis Nabuchodonosor,& alij pueruli vnà cũ illis,iussumq; esset ab eo,vt de sua regia mẽsa H comederẽt,& de suo vino biberent,Danielẽ & tres pueros noluisse saturari de mẽsa regis,& ad Eunuchum dixisse qui eos curabat,Da nobis de seminibus terræ,& vescemur.Demùm refert
Tertull. eos tandẽ productos apud Nabuchodonosor cæteris pulchriores apparuisse.Idẽ recensẽt Ter-
Hierony. tull.l.de ieiunio.An ergo ieiunare desinemus?Cæterùm ideò sic respõdit Dñs,inquit Hiero.in Matth.quia propositũ erat ei diabolum humilitate vincere, non potentia. Testimoniũ autẽ de Deut.c.8.sumptũ est:authoritatem scilicet suæ respõsioni prætulit,cùm respondens,dixit,*Non in sole pane viuit homo,sed in omni verbo quod procedit ex ore Dei.* quasi dicat, Seu me filium Dei, seu tãtùm hominem arbitrere,non hac via agendum est,ô diabole.Nam si Dei sum filius,num me à cibo eximere possum,sicut & exẽptus est Helyas & Moses? Quòd si tantùm homo sum, primùm sanè consulere debueras,vt apud Deum preces funderẽ.Neque enim natiuitatis fructus pascunt homines.Nimirùm hoc Deus cõtestatus est,his quibus te,ô Sathana,adorior ver- I
Mãna suos pauit Dominus, vt non in solo pane confidamus. bis.Siquidem Deut.8.Afflixit te,ait Moses,penuria Dominus,& dedit tibi cibum mãna quod ignorabas tu & patres tui,vt ostẽderet tibi,quòd non in solo pane viuit homo,sed in omni verbo quod procedit de oreDomini.Quò ergo mihi panẽ,quẽ diabolus offert(ait Ambros.ser.35.
Ambros. de ieiu.)cùm habeã panẽ quẽ Christus impertit?Quò mihi cibũ, per quẽ protoplastũ deiectũ
Philo. memini?Esau primitiuis fraudatũ vidi?(Gen.25.) Iudã Scarioth proditionis scelere denotatum? (Ioan.13.)Nõ bonus cibus,post quẽ negatur Dominus,& ingreditur inimicus.Cęterùm verbũ hoc Domini Philo Iud.interpret.l.2.Alleg.leg.1. Manna,verbi typũ habuisse,docens,quod in-
Theoph: terpretatur.Quid est hoc?scilicet rerũ generalissimũ.Verbũ quoque Dei superius sit vniuerso mũdo,antiquius,generaliusq; creaturis omnibus.2.Quodq; Manna(ait Theoph.) etsi nõ esset panis,tamen per verbũ Dei implebat omnẽ Iudæorum indigentiã, & fiebat omnia quæcũque comedere cupiebãt,siue piscẽ,siue ouũ,siue caseũ concupiscebat Iudæus. 3. Ostẽdit his verbis K
Hilarius. Dominus,nõ in pane hoc solitario,sed in verbo Dei æternitatis alimoniã sperãdã esse,vt scribit
Tertull. Hilar.in Matth.Tertull.quoque l.de bapt.exemplo Israëlis ab aquis ad solitudinem segregati per quadraginta annos,& Christi à Iordane 40.dierũ ieiuniũ emensi,docet,cùm diuinis copiis
Ambros. alimur,nõ vẽtris & gulæ potiùs,quàm Dei meminisse debere:quòd dixerit Dominus, nõ pane viuere hominẽ Dei,sed Dei verbo.Obseruat Ambros.id dictũ à Domino, vt ostẽderet ieiunia
Cyrill. Hierosol. Cl. Alex. nostra non debere sæculi actibus,sed sacris literis occupari.Idem Cyrill.Hierosol. Catech.2.illum.Clemens Alexandrin. lib.3.cap.7. Pædagogi,ex hac sententia confidentiam nostram in
Non destituimur in necessitatibus. Deum colligit,vt qui minimè destituamur in necessitatibus.Hoc enim,inquit, nostrum verbum fungens munere pædagogi,dat nobis diuitias spirituales: nec ditescere vlla est inuidia iis, qui per ipsum possident, vt nullius egeant, & qui has diuitias habuerit, fiat hæres regni Dei. Etsi enim electi paupertate opprimi videantur,opibus tamen spiritualibus ditescunt: & si esu-

riant

A riant,pascuntur,sed spirituali cibo.Gregor. Nicænus,lib. de beatitudinibus,ex hac Christi re- Gre. Nic. *Vtendũ cibis cũ Dei verbo.*
sponsione colligit,non interdictam esse in rerum natura,modò Dei verbo coniuncta sit,sed su-
perfluitatem omnem & cibi,& eius apparatus,vt suis finibus natura gubernetur,prohiberi. Vt
hi,qui vinũ transcolant,non reprobant id quod in eo vtile est,propter immixtos ei furfures:sed
colo superflua excernentes,puri vsum non reiiciunt:Ita Christum cibum & famem verbo Dei
moderari voluisse testatur.Namque vt cibus superfluus damno est etiam animæ,ita indiscreta
fames nociua est.Omnia igitur verbo Dei,seu tradito,seu scripto,& consilio Ecclesiæ proben-
tur.Porrò Georgius Alexandrinus Patriarcha,in vita D.Ioan.Chrysostomi,recensèt Anthe- Georg.
mium quendam Gẽtilem ausum in Christi verba eniti,qui dixit,Non in solo pane,&c.Si qui- Alex.
dem non Christum,sed terram probè ab agricolis elaboratam suscepto semine,suos fructus e-
dentem nos pascere asseruit.Qua tandem blasphemia prolata,actutùm ictus ab immundo spi- *Anthemij blasphemia punita.*
B ritu,in pauimentum concidit,oculos in habitum versatilem obuertens,simul & os in diuersum
contorquens,& spumas emittẽs: Adeò vt priùs oportuerit Anthemium de blasphemia pœni-
tere,quàm sanitati redderetur.Quid quòd scribit Palladius in historia Lausiaca,puerũ ductũ Palladius:
esse in solitudinem ad Macharium Ægyptiũ,vt qui dæmonico spiritu gulæ premeretur,quòd *spiritus gulæ in puero.*
modium panis rursus etiam famelicus comederet?Factum est autẽ oratione Macharij, vt dæ- *Dei verbũ*
mon ille abscederet,&puer paucis cibis foueretur.Num hîc diuina Dei potentia illuxit?Ita er- *quanta virtutis.*
go vnumquemque ad mentẽ redire docet,si quãtumuis magna necessitate pressus,Dei verbũ, *Vnde victũ*
eiúsque maiestatẽ attenderit.Et homines quidem opinantur, quòd victus contingat ex dolis, *nobis contingat.*
vsuris,aut saltem proprio labore, habita post liminium anima. Alij tantum tribuunt creaturæ,
quemadmodum cibis corporalibus,vt Dei prouidentiam & virtutem extenuẽt.At verò vnde
ista virtus pani,vt te nutriat,nisi à benedictione Dei?Eapropter scriptũ est, Non natiuitatis fru-
ctus pascũt homines,sed sermo tuus.Vnde hæc terræ fertilitas,nisi quia benedixit ei Dominus?
C Vnde Leuit.24.Benedictus,inquit,eris in agro.Et Isaac ad filium, In pinguedine terræ erit be-
nedictio tua. Alioquin tollam,inquit,robur panis.Cyprian.ser.de ieiunio & tent.Christi. Itaq; Cyprian.
inquit,non erat digna responsione quæstio malignãtis.Neque enim technas diaboli Dominus
ignorabat,sed diuino cauillatori satisfecit eloquio,subtilissimo dogmate edocẽs corporis& ani-
mæ vitæ propriis alimoniis deberi subsidia,& cibum animæ,id est,verbum Dei,eduliis corpo- *cur Christus incertũ sathanam dimittit.*
ralibus præponendum,& citiùs attentiusq; menti prouidẽdum,quàm ventri.Nec opus erat, vt
hoc facto insidiatori innotesceret:quia nullo signo eius poterat inuidia cõmutari,cuius interro-
gabilem iniquitatem desperatio suggillauit.Superfluũ igitur erat suggestionẽ eius ibi nulla pro-
futura miracula operari,cùm satis esset diligenter consideranti,quòd esurientẽ cibi non supera-
bat appetitus,& desiderij motus affectio non esset,sed virtus.In nullo Christũ aliqua coẽgit,aut
dominata est ei necessitas,qui propriæ moderamine volũtatis disposuit & persoluit quod exe-
D git humanitas.Sicut in ipsius voluntate fuit consecrare ieiunium,ita in potestate fuit tẽpore op-
portuno sumere cibum,quod vtique nec ministerio, nec consilio diaboli fuerat ordinandum:
quia & abstinentiæ,& refectionis penes ipsum erat & arbitrium,& facultas. Itaque nihil certi-
tudinis seductor extorsit,sed dubius incertúsque dimissus est:nec obtinuit vt se proderet Chri-
stus miraculo,vel intemperanter ad cibum properans obediret seductoris consilio, quasi tunc
primùm quid fieri oporteret data doctrina,acceptáque sententia. Ita cõmunibus armis,& qui-
bus cæteri vti possunt,Christus diabolũ repulit,sacra nimirùm scriptura, vt obseruat Ambros. Ambros.
in Luc.Sed est & aliud, Fratres charissimi,(inquit Greg.Papa.ho.16.) quod in hac tentatione Gre. Papa.
dominica considerare debemus:quia tentatus à diabolo Dominus, sacri eloquij præcepta re-
spondit,& qui eo verbo,quod erat,tentatorem suum mergere in abyssum poterat, virtutẽ suæ *Vt Christus tẽtatori,ita nos hostibus doctrinam*
E potentiæ non ostẽdit:sola diuinæ scripturæ præcepta edidit,quatenus nobis suæ patientiæ prę- *respondeamus.*
beret exemplũ, vt quoties à prauis hominibus aliquid patimur, ad doctrinã potiùs excitemur,
quàm ad vindictã.Pensate quanta est patiẽtia Dei,quanta impatiẽtia nostra.Nos si iniuriis, aut
aliqua læsione prouocamur,furore permoti,aut quantũ possumus,nosmetipsos vlciscimur, aut
q non possumus,facere minamur. Ecce aduersitatem diaboli Dominus pertulit,& nihil ei nisi
mansuetudinis verba respondit.Portat quẽ punire poterat,vt hoc in laudẽ eius altiùs cresceret,
si hostem suum non extinguendo,sed interim patiendo superaret. *Tunc assumpsit eum diabolus.* *An verè Christus à sathana*
Quidam hoc sic interpretantur(ex recẽtioribus scilicet,qui Christi patientiæ aduersantur,& à
nostra Ecclesia Catholica segregati sunt) quòd Sathan illum comitem abduxerit,& quasi se- *sublatus sit*
quẽtem præcesserit:cùm tamen verba hæc, παραλαμβάνει αὐτὸν, accepit ipsum, & ἵστησιν αὐτὸν,
id est,statuit ipsum,manifestè enunciẽt,Christum siuisse & permisisse se transportari,& in pin-
na templi constitui:Non quòd è potentia diaboli id penderet,sed è patientia Christi.Chrysost. Chrysost.

hom. 5. Oper. imperf. in Matth. Quid hoc mirum, cùm se permiserit à membris diaboli crucifigi? Greg. Papa hom. 16. Etsi tamen vix Cyprianus tom. 2. in hoc Euang. fatetur à diabolo assumptum esse. *In sanctam ciuitatem.* Sancta ciuitas Hierusalem dicebatur, in qua templum Dei erat, & sancta sanctorum, & cultus vnius Dei secũdum legem Moysi. Rabanus in Matth. Nam tametsi Hierosolyma omnium ciuitatum esset corruptissima, si mores & impietates spectes: quia tamen Deus hanc elegerat, vt gratuitam suam bonitatem ostenderet, hoc nomine donari voluit. Quidam sentiunt eum raptum in spiritu, vt olim Ezechiel super fluuium Chobar, cùm metiretur Hierusalem & templum. Verùm cõsulat quisque an id fieri potuerit. Absurdũ enim est arbitrari Sathanam in superiorem animæ Christi partem potestatem habuisse, cùm neque in animam Iob id potuerit. At verò raptus agit maximè in illam partem. *Et statuit eum supra pinnaculum templi.* Cùm pinna sit rei alicuius summitas, videtur pinnaculũ cathedram seu sug- G gestum in suprema parte muri, inter atrium primum & secundum situm, ex quo sacerdotes legẽ & Prophetas interpretabãtur populo qui in secũdo atrio erat, significare. Idcircò Remigius pinnaculum, sedẽ doctorum vocat. πτερύγιον alam significat. Significat autem alterũ extremorũ fastigiorum, quibus tectum innititur. Theophil. in Matth. Pars quædam templi erat, sicut quæ apud nos dicuntur πτέρυγες. videntur enim sicut alæ esse. Euthym. in Matth. Pinnaculum domuncula erat excelsa valde, ad latus templi superstructa. Chrysost. posteriore expos. in Matth. hom. 5. Sed fortè, inquit, cogitamus, quomodo in corpore constitutũ, omnibus videntibus statuit illum super templum? Si potentiã Christi consideramus, intelligentia inueniuntur omnia. Forsitan enim diabolus quantum ad se, sic eum assumebat, vt ab omnibus videretur: ipse autem nesciente diabolo inuisibiliter sic agebat, vt à nemine videretur: sicut scriptum est de eo, Ipse autem transiit per medium eorum, & abiit sic. Sic enim Habacuk homo constitutus à nullo est visus, quando ab Angelo portabatur per comam capitis de Iudæa in Babyloniam: quantò ma- H gis est credibilius de Christo non fuisse visum, cùm volens à diabolo assumeretur? *Et statuit eum supra pinnaculum templi.* Cogitauit enim apud se, si miserit se per aërem, scio quoniam est filius Dei: sine dubio enim mittet se, vt cognoscatur quòd est. Si autem non potuerit se mittere, scio quoniam homo est. Sicut ergo concupiscentia vanæ gloriæ, ipse ruit de cœlo. Nam cùm esset Angelus, volens se ostendere Deum, perdidit & illud quod erat, dũ voluit apparere quod nõ erat. Sic putauit & Christum concupiscentia vanæ gloriæ ferri. Nam sicut difficilè aliquẽ suspicatur malum, qui ipse est bonus: sic difficilè aliquem suspicatur bonum, qui ipse est malus. *Et dicit ei, Si filius Dei es, mitte te deorsum.* Per hanc propositionem quomodo poterat cognoscere, si filius Dei est, an non? Primùm volare per aërem, non est proprium opus Dei, quia nec hoc vtile est alicui, vel ad animam, vel ad corpus. Si ergo nulli necessarium est, neque proficit ad sa- I lutem. Volauerit autem aliquis prouocatus: propter ostentationem solam hoc facit: & hoc ex diabolo magis, quàm ex Deo. Si ergo homini sapienti sufficit esse quod est, & non est necessarium ei apparere quod non est: quantò minus filio Dei sei ipsum ostentare conuenit? Ambros. lib. 4. in Luc. cap. 14. Verè diabolica vox, inquit, quæ hominis de gradu altiore meritorũ mentem præcipitare contendit. Quid enim tam proprium diabolo, quàm suadere vt vnusquisque se mittat deorsum? Discе ergo & tu diabolum vincere. Agit te spiritus: sequere spiritum. Non te reuocet carnis illecebra: spiritu plenus disce contemnere voluptates. Ieiuna, si vis vincere. Consequens est, vt per hominem diabolus te putet esse tentandum. Christus quasi fortior facie ad faciem tentatur: tu per hominem. Et illud diaboli verbum est, cùm dicit, Homo fortis esto: manduca & bibe, & similis mane. Noli tibi credere: non erubescas egere præsidiis, quibus non egebat Christus: & tamen ea non negligebat, vt te doceret, dicens, Cauete ne grauetur cor vestrũ in vino & crapula. Non erubuit Paulus, qui ait, (1. Cor. 9.) Sic enitor nõ vt aërẽ cædẽs. Aë- K rem enim non cædebat Apostolus, sed potestates aërias verberabat. Sed castigo, inquit, corpus meũ, & in seruitutẽ redigo, ne fortè cùm aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Simul suam infirmitatẽ diabolus malitiam q; designat: quia neminẽ potest præcipitare diabolus, nisi homo ipse se miserit. Nã qui relictis cœlestibus eligit terrena, voluntariũ quoddam præcipitiũ vitæ labentis incurrit: simul telũ suũ, quoniã diabolus vidit obtusum, quo omnes propè homines subiecerat potestati, plus cœpit quã hominẽ iudicare. Cypr. ser. de ieiun. & tentat. Christi. Hac igitur occasione loci hortatur & cõsulit, vt in vrbe sancta, & frequentia populorũ, quasi nouus funambulus in excelso pẽdulus, se deorsũ ad spectaculũ vulgi iactet intrepidus: addẽs ex testimonio scripturæ, Angelorũ affutura suffragia, quæ ruentẽ exciperẽt, & cõseruarẽt illæsum. O execrabilis diaboli malitia! ô stulta nequitia! ô insensata versutia! ô præsumptio excæcata! Putabat malignus, quem gula non vicerat, vana gloria superari. Experientia quippè rerum didicerat, & in

Gre. Papa. Cyprian.

Rabanus.

Remig.

Theoph. Euthy.

Chrysost.

An christus videbatur, cùm portaretur.

cur Christus supra pinnaculũ templi.

2. Tentatio de vana gloria.

Ambros.

Cyprian.

Vnde hæc vana gloria.

A & in multis probauerat, vitiorum victores sæpè nugis laudationum corruptos, & cognatum propinquúmque esse virtutibus malum adulationem: nec facilè quemquã posse euadere, quin assentatorum cãticis porrigat aures, & laudatorum modulationibus delectetur. Et sicut rarus est, aut nullus, qui de se mala dici æquanimiter ferat: ita rarus est, qui non benè de se velit sentire, & se si rectè viuit, stantem in vitæ rectitudine non diligat æstimari. Quòd si opera virtutum foras exierint, rarus est, qui hominum iudicia conspuat, & laudes humanas contemnat. Hoc generale malum in humano genere Sathan putabat ex præcedentis occasione victoriæ suggerere Saluatori, vt popularibus laudibus vellet attolli, & faceret sibi nomen iuxta nomen magnorum qui sunt in terra, si geminato miraculo ieiuniorũ cõstantia innotesceret populo, & victoribus Angelis sine offendiculo sustentatus, se filium Dei tam potenti abstinentia, quàm Angelorũ obedientia comprobaret. Huiusmodi consiliis filios hominum Sathan corrumpere
B consueuerat, & robustis quibusque animis etiam huiusmodi cogitatus immittit: & si ab ingressu mentis arceatur, retinente consensu, aliquid tamen de spurcitia sua ibi euomens, abominationem horrore nausceare compellit. Sic, vt aliquid poëticum (Ouid. 2. Metamorph.) inseram, temulentus Cyclops, illiciti coniugij appetitor, licet à Pallade repellatur, in gremio tamẽ eius Erichthonium fundit, & incorrupta Minerua, supereſt tamen deforme monstrum, nec omninò affectata scelera in membris moriuntur. Hieronym. in Matth. Vox, inquit, hæc diaboli est, quæ semper omnes cadere deorsum desiderat. *Mitte*, inquit, *te deorsum*. Persuadere potest, præcipitare non potest. Sic quem fame tentauerat, tentat & vana gloria. Chrysostom. hom. 5. Oper. imperf. in Matth. Vide autem superbiam inimici, quoniam ipsa inuitatio eius iniuriosa est. Numquid poterat dicere, Descende per aërem ambulans? Sed quid? *Mitte te deorsum*. Nec timuit cogitans, ne fortè si inuentus fuerit filius Dei, inueniatur illi feciſſe iniu-
C riam. Sed nihil dubitat dicere, nec facere, qui nihil sibi reliquit quod speret. Et vide, non impulit, non tetigit, non appropinquauit: sed tantũ dixit, *Mitte te deorsum, si filius Dei es*. vt sciamus, quòd omnis qui obedit diabolo, ipse se deorsum deponit. Nam diabolus ad malum hortari potest, cogere autem non potest. Chrysostomus, hom. 13. in Matth. priorem expositionem: Dæmonum est, inquit, seipsos iacere deorsum: Dei verò erigere homines iacentes. Prosternit ille, occidit, mactat: sed Dominus eleuat elisum, & de stercore erigit pauperem, vt sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat. Ceciderant Manasses, Dauid, & alij: hos erexit, quos priùs Sathan è gratiæ sublimitate deiecerat. Augustinus, lib. 2. contra literas Petiliani Donatistæ, cap. 51. Diabolo similes docet hæreticos. Diabolus, inquit, caput nostrum, sursum ascensurum, deorsum volebat deiicere: vos autem corpus eiusdem capitis, quod per totã terrã diffusum, ad exiguam partem vultis redigere. Cæterùm hoc in omnibus tentationibus egit,
D ait Hieronymus, vt intelligat num filius Dei sit. Sed quomodo eo facto cognoscere poterat, an filius Dei esset, cùm neque volare à Deo inspiceretur alicui, vtpotè nec profuturũ animæ, aut corpori: sit autem tantùm ad ostentationem? Conuenientiùs enim dixerit (ait Petrus Chrysolog. serm. 13.) Si filius Dei es, ascende in cœlum, cùm sit hominis ad ima cadere, Dei autẽ ad superna conscendere. Sed qui semel ex eminentissimo creaturarum loco se deiecerat, non potest non inuitare omnes, vt ad ima se mittant. Optat ergo omnes cadere (ait D. Maximus Taurinensis, hom. 2. in Euangelium) qui se sentit præ omnibus cecidisse. Chrysostom. hom. 13. in Matth. Nam si potentiam oportet ostendi, non semetipsum proiiciendo ac præcipitando ostenderet, sed alios profectò saluando. Cæterùm seipsum in præcipitia ac præ-
rupta proiicere, diabolica est mentis insania. Quoties enim istud aliqui faciũt, consilio nimirùm
E seductoris agitantur. Experientia didicerat diabolus (vt in Glosa dicitur) in cathedra doctorum, multos inani gloria deceptos esse, vt Pharisæi, Matth. 23. exemplo esse potuerunt: ideò enim in loco eorum statuit. Quot verò non Spiritus sanctus, sed Diabolus, in pinnam templi, id est Ecclesiasticas dignitates euexit? Talis Nouatus, de quo Cyprianus lib. 1. Ep. 6. ad Magnum, conqueritur: quòd cùm Ecclesiæ non esset, cathedram tamen sibi constitueret, & primatũ assumeret. Theobetem sanè in pinnam templi euehebat Sathan, cùm, quòd repulsus non acceperat Episcopatum, Ecclesiam conturbauit. Euseb. hist. Eccles. lib. 4. cap. 21. Vrsitium quoque. Is enim, cùm Pontificiam Romæ dignitatem affectaret, aliúsque, scilicet Damasus, electus fuisset, seditionem commouit. Nicephor. lib. 11. hist. Eccles. cap. 30. Hinc quoque Petrus Alexand. Epist. de Lucij crudelitate in Catholicos apud Alexandriam, Luciũ conuincit impietatis, quòd Episcopatum auro redemisset. Itaque, inquit Greg. Nanzanz. Orat. in sanctũ lauacrum: Si vana gloria tibi insidiabitur (nam & illud facere solet, statuens supra templi pinnaculum) ac te deorsum (dicens) ob diuinitatis tentationem præcipita, ne propter elationem as-

Ouidius.

Hierony. *Temeritas Sathanæ.* Chrysost.

Chrysost.

Augusti.

Hierony.

Pet. Chrys.

Max. Taur. Chrysost.

Glosa. *Vanagloria quorumdã Ecclesiæ prælatorũ.* Cypria.

Eusebius.

Niceph. P. Alexan.

Greg. Náz.

Euſ. Emiſſ. ſentiaris. Euſebius Emiſſenus,in hom. Videmus enim, inquit,illos,quos ſupra pinnaculum tẽ- F
pli diabolus ſtatuit,in quibus mihi clericorum ordo maximè ſignificari videtur. Illi enim à
diabolo ſupra pinnaculum templi eleuantur, qui dum ſe idoneos eſſe putant, qui Eccleſiam
Dei regere poſſint,& pretio, & precibus,& quibuſcumque modis poſſunt, Eccleſiæ Prælati
& Epiſcopi fieri nituntur. Neque enim ſe aliter Chriſtus illuc à diabolo duci pateretur, niſi
quia tales Chriſtianos ſuo nomine præſignatos in hoc facto ſignificare volebat. Et benè quidẽ
Quomodo etiam in Chriſto Chriſtiani mali ſunt. tunc omnium perſonas, bonorum ſcilicet & malorum in ſe ſignificando ſuſcepit, quando ſe à
diabolo tentari permiſit. Non autem inconueniens,quòd malos Chriſtianos in ſe Dominus
ſignificare voluit,qui per baptiſmi ſacramentum eius corpori vniti ſunt, cùm ipſe alibi dicat:
Ego ſum vitis vera,& pater meus agricola eſt: omnem palmitem in me non ferentem fructũ,
tollet eum. Nota quòd ait,In me. Omnes enim palmites etiam infructuoſi, per baptiſmi ſa-
cramentum in ipſo ſunt, quamuis aliquando de ipſo tollendi ſunt. Quod autem ait, *Si filius* G
Dei es,mitte te deorſum, quid aliud niſi hoc dicere videtur:Iam inter filios Dei computatus es,
iam Epiſcopus ordinatus es, iam ab his qui te non cognoſcunt, videris eſſe quod non
es: fac igitur aliquid vnde lauderis, vnde magnus ab hominibus videaris. *Mitte te*
Qui ſe deor. ſũ mittũt. *deorſum.* Semper enim hi tales ſe deorſum mittunt, qui ſolas diuitias, gloriam, & di-
gnitatem quærentes,quotidie deteriores fiunt. Ambroſ. libro 4. in Luc. cap. 14. eandem ob-
Ambroſ. ſeruationem ſequitur. Cognouit diabolus,inquit, aliquem attentum religioni, virtutibus cla-
rum, ſignis & operibus præpotentem: iactantiæ tendit laqueum, vt huiuſmodi virũ inflet tu-
more,quò pietati non ſe credat, ſed credat iactantiæ: nec Deo deputet,ſed ſibi arroget. Ideó-
que Apoſtoli,non in ſuo,ſed in Chriſti nomine dæmoniis imperabant,ne arrogare ſibi aliquid
viderentur. Sic Petrus Paralyticum curat,dicens: In nomine Domini Ieſu Nazareni ſurge,&
ambula. Diſce etiam à Paulo fugere iactantiam. Scio,inquit,hominem (ſiue in corpore, ſiue H
extra corpus neſcio, Deus ſcit) quoniam raptus eſt in paradiſum,& audiuit verba ineffabilia,
quæ non licet homini loqui. Pro homine gloriabor: pro me autem non gloriabor,niſi in infir-
mitatibus meis. Ergo & hîc diabolus, quoniam fortem ſenſit, iactantiam prætendit,quæ etiã
fortes decipit. Et quoniam Dominũ ſcripturis inniti proſpexit,ideò vt eum alliciat, ſcripturas
producit:& victus ſcripturis,ſcripturas allegat,mẽbris ſuis idẽ facere oſtendens. *Scriptum eſt*, in-
quit, *Quoniam Angelis ſuis Deus mandauit de te, Vt in manibus tollant te, ne fortè offendas ad la-*
Hierony. *Diabolus peruertit ſcripturã.* *pidem pedem tuum.* Hieronymus in Matth. Hoc,inquit,in Pſ.90. legimus: verùm ibi non de
Chriſto,ſed de viro ſancto prophetia eſt. Malè ergo interpretatur ſcripturas diabolus. Certè ſi
verè de Saluatore ſcriptum nouerat, debuerat & illud dicere, quod in eodem Pſalmo contra
ſe ſequitur: Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis,& conculcabis leonem & draconem. De
Angelorum auxilio quaſi ad infirmum loquitur: de ſua conculcatione quaſi tergiuerſator ta- I
Chryſoſt. cet. Chryſoſtom. hom. 5. Oper. imperf. in Matth. Verè filius Dei Angelorum manibus non
portatur,ſed ipſe potius Angelos portat. Nec enim creatura portat creatorẽ, ſed creator crea-
An Dei filius portetur ab Angelis. turam. Vnde & Paulus, Portans omnia verbo virtutis ſuæ,(Heb. 1.) Quòd ſi portatur,nõ ideò
portatur quaſi infirmus,ſed propter honorem poteſtatis, vt legitur Pſal. 79. Qui ſedes ſuper
Cherubim. & Matth. 25. Cùm ſederit filius hominis ſuper ſedem maieſtatis ſuæ. Ideò ſcilicet
throni dicuntur Angeli, in quibus ſedere dicatur. Origenes hom. 31. in Luc. oſtendit hanc
Origenes. Theoph. Pſaltis ſententiam de Chriſto minimè intelligi: quem etiam Theophilactus ſequitur. Et quo-
In Eraſmũ, quòd hæc ſcriptura nõ intelligatur de Chriſto. niam Eraſmus ſuis Annotationibus hanc ſuggillat,audiendum Origenem eſſe cenſemus. Aſ-
ſumit teſtimonium, & interpretatur illud de Chriſto, quod non de Chriſto,ſed de ſanctis ge-
neraliter ſcriptum eſt. Liberè quippè, & tota confidentia contradico diabolo, ſuper Chriſti K
perſona hoc non poſſe intelligi. Neque enim indiget Angelorum auxilio,qui maior Angelis,
& meliùs ipſis,hæreditatem conſecutus eſt, & nomen. Nulli Angelorum vnquam dixit,Filius
meus es tu, ego hodie genui te. Ad nullum eorum, quaſi ad filium loquutus, qui facit Ange-
los ſuos ſpiritus,& miniſtros ſuos ignem vrentem:ſed ad filium propriè ſuum,de quo innume-
rabilia loquitur in Prophetis. Non indiget,inquam,Angelorum auxilio filius Dei. Quin po-
tius diſce diabole, quòd niſi Deus adiuuerit Angelos, offendent pedem ſuum. Et ſi quis An-
gelorum viſus eſt offendere, de quibus dudum lectum eſt, quia Angelos iudicabimus: ideò
offendit, quia non extendit manum ſuam ad Ieſum, vt apprehenſus ab eo non offenderet.
Quoniam enim in propria virtute confidens,non inuocas præſidium Ieſu,offendis,& credere
in Ieſum Chriſtum filium Dei noluiſti. Vt autem ſcias, quòd malè interpretatus eſt,& non de
Chriſto,ſed de ſanctis intelligi, quæ ſequantur,auſculta. A ruina & dæmonio meridiano non
Ieſum Chriſtum liberat Deus,ſed ſanctos. Lege 90. Pſal. cuius principium, Qui habitat in
adiuto-

A adiutorio altissimi, in protectione Dei cœli commorabitur:& inuenies hæc magis iusto viro quàm Dei filio conuenire: Cadent à latere tuo mille,& decem millia à dextris tuis:ad te autẽ non appropinquabit. Verumtamen oculis tuis videbis,& retributionem aspicies peccatorum. & reliqua super personam iusti interpretans. Sed & sic quoque peruersè afferens diabolus testimonia, vt assereret super Saluatore intelligi,silet,& tranſit versiculos qui cõtra se scripti sunt. Cùm enim dixisset,Angelis suis mandauit de te,& in manibus tollent te,ne fortè offẽdas ad lapidem pedem tuum: tacuit illud quod sequitur,Super aspidẽ & basiliscũ ambulabis,& conculcabis leonem & draconem. Quare diabole siles,nisi quòd tu basiliscus, tu es omnium serpentium regulus, nocentiora habens venena quàm cæteri? qui statim vt videris aliquẽ, interficis, & aliam fortitudinem contrariam sociam tui assumis,quæ aspis appellatur,& viro iusto subiecta est,& ideircò omninò taces. Tu es draco,tu es leo,de quibus scribitur, Super aspidem & B basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. Sed licet taceas,nos qui scripturas rectiùs legimus,scimus nos habere potestatem conculcandi te,& datam hanc nobis ditionem non solùm in veteri Testamento, sicut nunc cantatur in Psalmo,sed etiam in nouo Testamento, Saluatore dicente: Ecce do vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones,& omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebunt. Sumamus arma tanta potestate firmati, & vniuersa faciamus: vt per conuersationem nostram leonem conculcemus & draconem. Porrò vt scias quomodo conculcetur leo, & conteratur draco, Pauli Epistolam lege, in qua asserit conculcari peccatores à filio Dei. Sicut ergo qui peccator est, conculcatur à filio Dei: sic è contrario qui iustus est,conculcat leonem & draconem, & omnem virtutem inimici conculcat in nomine Iesu Christi. Et quidem nobis Angeli custodes delegati sunt, ne fortè in extremis periculis succumbamus. Porrò ad eundem modum hæretici scripturas al- *Hæretici ad*
C legant, & corrumpunt. Hoc à patre suo Sathana didicerunt. Aut enim sensum scripturæ aliò *instar Sa-*
trahunt, aut textum truncant, aut mutant. Greg. Nanzanzenus,orat. in sanctum lauacrum. *thanæ scri-*
Sed & scripturas latro (Sathan) nouit. O sophista malitiæ, cur sequentia supprimis? Rectè *pturas alle-*
enim id noui,tametsi tu sileas,quoniam super te aspidem & basiliscum ascendam, & super *gant.*
scorpionibus & serpentibus trinitate circunseptus,ambulabo. Hoc modo Greg. Nanz. respõ- Greg. Nãz.
dendum Sathanæ docuit,si huius scripturæ authoritate, nos in præcipitium deducere conetur. Cyprianus,serm. de ieiun. & tentatione Christi. Ecce lex legi obiicitur,& Sathan autho- Cypria.
ritate scripturę abutens, malus legis interpres, præcipitium quasi ex ratione mandati hortatur: sed intellectus fallax & falsus veritate syncera confunditur,& generali edicto interdictum ostenditur, ne dum patet in quibuslibet angustiis quilibet exitus, Deus vlla præsumptione tẽtetur. Irenæus,lib. 5. in hæreses: Ita mendacium abscondebat per scripturam,inquit, quod fa- Irenæus.
D ciunt omnes hæretici. Illud enim,quod Angelis suis mandauit de eo,scriptum erat: nulla autẽ scriptura dicebat, Mitte te deorsum, sed à semetipso hanc suasionem diabolus afferebat. Ori- Origen.
genes,hom. 31. in Lucam. Vnde,inquit,tibi diabole,hoc scire quòd ista scripta sunt? Numquid legisti Prophetas,vel diuina eloquia cognouisti? Licet tu taceas, ego pro te respondebo. Legisti,non vt ipse ex lectione sanctorum melior fieres, sed vt simplicitate eos,qui amici literæ sunt, interficias. Scis quia si de aliis ei voluminibus loqui volueris,non decipies,neque habere poterunt authoritatem assertiones tuæ. Sic legit scripturas Marcion vt diabolus,sic Basilides, *Quomodo*
sic Valentinus,vt cum diabolo dicerent Saluatori,Scriptum est,quia Angelis suis mandauit de *hæretici le-*
te,& in manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum. Si quando testimoniũ *gũt scriptu-*
de scriptura audieris, vide ne statim loquenti acquiescas: sed considera illũ, cuius sit, ac cuius *ras.*
sententiæ, cuius voluntatis, ne fortè simulet sanctum se esse, quod non est,& venenis infectus hæreseos, sub ouis pelle lupus latitet, ne fortè loquatur in eo diabolus de scripturis. Ter- Tertull.
E tull. lib. de præscript. contra hæreticos. De scripturis agunt hęretici,inquit, de scripturis suadent. Aliundè scilicet suadere possent de rebus fidei,nisi ex literis fidei? Augustinus, tract. 18. Augustin.
in Ioan. Neque enim aliundè enatæ sunt hæreses,quàm quòd scripturæ bonæ interpretantur non benè: & quod in eis non benè intelligitur,etiam audacter & temerè defenditur. Chrysost. Chrysost.
serm. in hæretic. hinc docet fidelem terreri non debere,etiamsi Arius dicendi initium faciat à scripturis,cùm diabolus accedens ad Christum scripturis vsus fuerit. Vincentius Lirinens. lib. Vinc. Liri.
contra hæres. cap. 35. Vtuntur,inquit, & vehementer quidem scripturis hæretici. Nam videas eos volare per singula quæque legis volumina, per Moysis, per regnorum libros,per Psalmos, per Apostolos,per Euangelia, per Prophetas. Siue enim apud suos,siue alienos,siue priuatim, *Hæretici*
siue publicè,siue in sermonibus,siue libris,siue in conuiuiis, siue in plateis:nihil vnquam penè *gloriãtur*
de suo proferunt, quod etiam scripturæ verbis abundare conentur. Lege Pauli Samosateni *de scriptu-*
ris.

opuſcula, Priſcilliani, Eunomij, Iouiniani, reliquarúmque peſtium: cernas infinitam exẽplorũ congeriẽ: propè nullam omitti paginam, quæ non noui, aut veteris Teſtamenti ſententiis fucata & colorata ſit. Sed tantò magis cauendi & pertimeſcẽdi ſunt, quantò occultiùs ſub diuinæ legis vmbraculis latitant. Sciũt enim fœtores ſuos nulli ferè citò eſſe placituros, ſi nudi & ſimplices exhalentur: atque idcircò eos cœleſtis eloquij velut quodam odore aſpergunt, vt ille qui humanum facilè deſpiceret errorem, diuina facilè non contemnat oracula. Idémque faciunt, quod hi, qui paruulis auſtera quædam temperaturi pocula, ora melle circumlinunt, vt incauta ætas, cùm dulcedinem præſenſerit, amaritudinem non reformidet. Quod etiam his curæ eſt, qui mala gramina & noxios ſuccos medicaminum vocabulis præcolorant, vt nemo ferè, vbi ſuprà ſcriptum legerit remedium, ſuſpicetur venenum. Cyprian. lib. de ſimplicit. Prælatorũ. Corruptores, inquit, Euangelij, atque interpretes falſi, extrema ponũt, & ſuperiora prætereunt, partim memores, partim ſubdolè corrumpentes, vt ipſi ab Eccleſia ſciſi ſunt: ita capituli vnius ſententiam ſcindunt. Quod etiam in ſui temporis hæreticis obſeruauit Clemẽs Alexandr. Nam ſi Propheticis ſcripturis, inquit, vti auſi fuerint, qui ſequuntur hæreſes, primùm quidem non omnibus, deinde non perfectis, neque vt dictat corpus & coniecturæ Prophetię: ſed eligentes ea quæ dicta ſunt ambiguè, traducunt ad proprias opiniones, paucas voces ſparſim carpentes, non id conſiderantes quod ex ipſis ſignificatur, ſed ipſa nuda dictione vtentes. Nam in omnibus ferè dictis, quæ adducunt, inueneris ipſos ſola nomina attendentes, vt qui mutent ſignificata, neque quemadmodum dicantur, cognoſcant, neque iis quas afferũt allegationibus, ita vt earũ natura poſtulat, vtantur. Vincent. Lirinenſ. lib. cõtra hæreſes, cap. 37. Magnoperè igitur nobis doctrina loci iſtius, quo diabolus contra Dominum ſcripturas produxiſſe legitur, attendenda & retinenda eſt, inquit, vt tanto Euangelicæ authoritatis exemplo, quãdo aliquos Apoſtolica, ſeu Prophetica verba proferre contra Catholicam fidem viderimus, diabolum per eos loqui minimè dubitemus. Nam ſicut tunc caput capiti, ita nunc quoque mẽbra membris loquuntur: membra ſcilicet diaboli membris Chriſti, perfidi fidelibus, ſacrilegi religioſis, hæretici poſtremò Catholicis. Sed quid tandem dicit? *Si*, inquit, *filius Dei es, mitte te deorſum.* hoc eſt, Si filius eſſe vis Dei, & hæreditatem regni cœleſtis accipere, mitte te deorſũ: id eſt, ex iſtius te ſublimis Eccleſiæ, quæ etiam templum Dei putatur, doctrina & traditione demitte. At verò quis interroget quempiam hæreticorum ſibi talia perſuadentem, Vnde probas, vnde doces, quòd Eccleſiæ Catholicæ vniuerſalem & antiquam fidem dimittere debes? Statim ille, *Scriptum eſt enim.* Et continuò mille teſtimonia, mille exempla, mille authoritates parat de lege, de Pſalmis, de Apoſtolis, de Prophetis, quibus malo & nouo more interpretatis, ex arce Catholica in hæreſeos barathrum infœlix anima præcipitetur. Iam verò illis quæ ſequuntur promiſſionibus miro modo incautos homines hæretici decipere cõſueuerunt. Audent etenim polliceri, & docere, quòd in Eccleſia ſua, id eſt, in communionis ſuæ conuenticulo, magna & ſpecialis, ac planè perſonalis quædam ſit Dei gratia: adeò vt ſine vllo labore, ſine vllo ſtudio, ſine vlla induſtria, etiamſi nec quærant, nec petant, nec pulſent, quicumque illi ad numerum ſuum pertinent, tamen ita diuinitùs diſpenſentur, vt Angelicis euecti manibus, id eſt, Angelica protectione ſeruati, numquam poſſint offendere ad lapidem pedem ſuum, id eſt, nunquam ſcandalizari. Idem & cap. 38. Sed dicet aliquis, Si diuinis eloquiis, ſententiis, promiſſionibus, & diabolus & diſcipuli eius vtuntur, quorũ alij ſunt Pſeudoapoſtoli, & Pſeudoprophetæ, & Pſeudomagiſtri, & omnes ex tot hominibus ſunt hæretici: quid facient Catholici homines, & matris Eccleſiæ filij? quonam modo in ſcripturis ſanctis veritatem à falſitate diſcernent? Hoc ſcilicet facere magnoperè curabunt, quod in principio commonitorij iſtius ſanctos & doctos viros nobis tradidiſſe ſcripſimus, vt diuinũ canonẽ ſecũdum vniuerſalis Eccleſiæ traditiones, & iuxta Catholici dogmatis regulas interpretentur: in qua itẽ Catholicæ Apoſtolicæq; Eccleſię ſequantur neceſſe eſt vniuerſitatẽ, antiquitatẽ, conſenſionẽ. Et ſi quando pars contra vniuerſitatẽ, nouitas contra vetuſtatẽ, vnius vel paucorum errantium diſſenſio, contra omnium, vel certè multò plurium Catholicorum conſenſionem rebellauerit, præferant partis corruptioni, vniuerſitatis integritatem: in qua eadem vniuerſitate nouitas prophanitati, antiquitatis religionem: itemque in ipſa vetuſtate, vnius ſiue pauciſſimorũ temeritati, primùm omnium generalia, ſi qua ſunt, vniuerſalis concilij decreta proponant. Tũc deinde, ſi id minus eſt, ſequantur, quod proximum eſt, multorum atque magnorum conſentientes ſibi ſententias magiſtrorum: quibus adiuuante Domino fideliter, ſobriè, ſollicitè obſeruatis, non magna difficultate noxios quoſque exurgentium hæreticorum deprehendimus errores. *Ait Ieſus, Rurſũ ſcriptum eſt. Non tentabis Dominũ Deum tuum.* Hieronymus in Matth.

Fœtor hæreticorum fucatus.

Cyprian.

Fallacia hæreticorũ ĩ allegãdis ſcripturis.

Clem. Ale.

Vinc. Lir. *Diabolus per hæreticos allegat ſcripturas.*

Idem Liri. *Quomodo diſcernetur verbũ Dei, cùm illud etiam à ſathana allegetur.*

Notæ diuini verbi.

Hierony.

Falſas

A Falsas de scripturis diaboli sagittas, veris scripturarum frangit clypeis. Et notandum, quòd testimonia necessaria de Deut. tantùm protulerit, vt secundæ legis sacramenta mõstraret. Thomas Aquinas in Matth. Ita Christus, non violentia, sed sapientia se defendit. Sap. 4. Sapientia vincit malitiam. Et ideò contra authoritatem ponit authoritatem, quæ exponit promissam. quasi dicat, Tu dicis vt proiiciam me, sed hoc prohibetur in scriptura. Vnde *Non tentabis*, &c. Deut. 9. vel aliter: Tu tentas, & tentando contra authoritatem facis. Non debet autem vti authoritate sacræ scripturæ, qui contra authoritatem facit. Et scriptura dicit, *Non tentabis Dominum Deum tuum*, &c. Sed tu tentas Dominum Deum tuum, qui sum ego. Ioan. 13. Vos vocatis me Magister, & Domine, & benè dicitis, &c. Tamen prima est magis literalis. Porrò tentare Deum aliquando etiam in meliorem, aut saltem tolerabilem partem accipitur: vt Gedeon Iudic. 6. Non sine petitione veniæ tamen dicit se secundò tentaturum, vt cognoscat ex Dei miraculo roris, an velit per eum liberari Israëlitas. Contrà Achab, Esa. 7. recusans oblatũ
B Dei miraculum ex mera incredulitate ac malitia, dicit se neque petiturum, neque tentaturum Dominum. Ibi autem tentare Deum, est in vanum prẽter necessitatem, relictis ordinariis mediis, Dei potentiam prouocare: quemadmodum iis accidit, qui etsi aliter à periculo possint emergere, tamen non dicam cum fiducia, sed cum temeritate, Dei potentiam in quæstionem conuertunt, & ita se præcipitant. Augustinus lib. 22. contra Faustum Manichæum, cap. 36. Pertinet autem ad sanam doctrinam, vt quando habet quod faciat homo, non tentet Dominum Deum suum. Neque enim & ipse Saluator non poterat tueri discipulos suos, quibus tamen ait: Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Cuius rei peculiarius exemplum præbuit. Nam cùm potestatem haberet ponẽdi animam suam, nec eam poneret, nisi cùm vellet, in Ægyptum tamen portantibus parentibus fugit infans: & ad diem festum non euidenter, sed latenter ascendit, cùm aliàs palàm loqueretur Iudæis irascentibus, & inimi-
C cissimo animo audientibus, nec tamen valentibus mittere in eum manus, quia nondum venerat hora eius: non cuius horæ necessitate cogeretur mori, sed cuius horæ opportunitate dignaretur occidi. Hilarius, can. 3. in Matth. Diaboli, inquit, conatus & tentamenta contundens, & Deum se protestatur, & Dominum, docens à fidelibus abesse oportere iactantiam: quia cùm omnia possibilia Deo sint, nihil tamen in tentationem eius audiendum sit. Petrus Chrysolog. ser. 13. Si vtique Dominum se dixit, inquit, se vtique Deum intelligi voluit, hęc dicendo, qui non de pinna templi tantùm se dedit ad terram, sed è cœlis se ad inferos vsque iactauit, vt non cadentium forma, sed esset regeneratio mortuorum. Desumitur verò hæc sententia ex Deut. 6. vbi id scriptum est, Non tentabis Dominum Deum tuum, sicut tentasti in loco tentationis: nimirùm cùm (Num. 21.) populus locutus est contra Dominum & Moysen, Deest
D panis, non sunt aquæ: anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo. Vnde igniti serpentes in eos immissi sunt. Quasi dicat Dominus se, si tantùm homo esset, hoc præcipitio prouocaturũ Deum, cùm ibi nulla adsit necessitas: seu filius Dei est, Sathanam occultè confundit, vt qui verum Deum tentet. *Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde.* Hic mons est in deserto, à latere montis Nebo eminentissimus, vt loci celsitudine Christum ad elationem animi excitaret, & faciliùs hinc regiones orbis conspiceret. In eundem montem Dominus subduxerat Moses, Promissionis terram eidem demonstraturus, Deut. 33. *Et ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum:* tum manu, tum verbo, hanc vel illam prouinciam demonstrãs, vel præcipuas. Lucas addit, ἐν στιγμῇ χρόνου, in puncto temporis. Hinc quidam hæc spirituali
E visione repræsentata esse putarunt. Mirum enim, quòd in tantillo temporis momento cuncta ostenderit: nisi dixerimus commõstrasse omnia sine speciali locorum & vrbium distinctione, nisi eorum, quorum esset nomen celebrius. Origenes lib. 4. Periarchon, cap. 2. Hoc, inquit, secundum literam, quomodo fieri potuit carnalibus oculis, vt è monte regna Persarum, Scytharum, & Indorum: vel quomodo etiam reges ipsorum glorificãtur ab hominibus, prospiceret? Rupertus lib. 3. in Matth. Neque enim natura rerum siue oculorum hoc admittit, vt de monte quolibet, quantumuis excelso, cuncta terræ regna, regnorumque omnium gloria simul & in momento possit ab homine perspici. Nihil tale vspiam sacra scriptura gestum meminit. Quid quòd beatus Papa Gregorius vitæ venerabilis viro, nomine & gratia Benedicto, refert, quia dum quiescentibus fratribus instans vigiliis ad nocturnæ orationis tempora peruenisset, ad fenestram stans, & omnipotentem Dominum deprecans, subitò vidit fusam lucẽ desuper cunctas noctis tenebras effugasse, tãto splendore clarescere, vt diem vinceret lux illa, quæ inter tenebras radiasset. Mira autem valde res in hac speculatione secuta est: quia sicut pòst ipse narrauit, omnis etiam mundus, velut sub vno solis radio collectus, ante oculos eius

Tho. Aqu. *Christus sapientia se tutatur.*

Tentare quid.

Augustin. *Ne nos præcipitemus in pericula.*

Hilarius. *Christus obiter se Deũ esse docet.*

Petr. Chrys. *Vnde hæc sententia.*

Vbi mons iste.

Quomodo sathã ostenderit Christo omnia regna.

Origenes.

Rupertus.

Gre. Papa.

adductus est. Verùm illa res admirationem habet aliam: quia (sicut ait idem) animæ videnti creatorem angusta est omnis creatura, & quòd ante illius sancti oculos collectus fuisse mundus dicitur, hoc egit cum homine omnipotens Deus, & non cœlum & terra contracta est, sed videntis animus dilatatus est, qui in Deo raptus, videre sine facultate potuit omne quod infra Deum est. Cùm hæc dicit, adiicit etiam hæc: In illa ergo luce, quæ exterioribus oculis fulsit, lux interior in mente fuit, quæ videntis animum, quia ad superiora rapuit, ei quàm angusta essent omnia inferiora monstrauit: cùm, inquam, hæc dicit, palàm astruit, quia prospectus ille mentis magis quàm oculorum fuit. Illud mirantes veneramur, quod egit cum homine omnipotens Deus. De isto verò quid dicemus, quod circa hominem Deum Dei filium tentator egit diabolus? Si qua nobis scriptura narraret similiter eum fecisse circa quemlibet hominũ, vt in momento temporis mundum illi ostenderet vniuersum, non dubitaremus dicere, ostensionem spiritualis nequitiæ, visumque fuisse phantasticum. Numquid & hunc hominem, quẽ explorabat vtrum esset filius Dei, per suas phantasias diabolus ausus est aggredi? Animus fidelis hoc vel cogitare perhorrescit. Sed ne abhorrescas, quia quantò maior tentatoris iniuria, tantò glorioſior victoris patientia: confer phantasias huiusmodi cum phãtasiis quas patimur. Quotiens tentamur de omni quod in mundo est, ex concupiscentia carnis, & cõcupiscentia oculorum, & superbia vitæ, commotus vnusquisque nostrum est, qui non tentatione qualicũque concupiscentiæ lenocinio mulceatur, fortè etiam inuitus? Nec mirum. Nam nos intus phantasias patimur. Eiusmodi autem phantasiæ, quæ deforis veniunt, vel foris fiunt, aliquãdo non solùm non delectant, verùm etiam sensibus corporis molestæ sunt: & si à tentatore huic filio hominis adductæ sunt, indubitanter absque peccato eius & accesserunt, & recesserunt: vt dicas cum Apostolo, Tentatũ per omnia pro similitudine absque peccato. Chrysostomus, hom. 5. Oper. imperf. in Matth. sensibilem & oculis subiectam hanc fuisse regionum demonstrationem ostendit his verbis. Fortè tractas apud te, qualis esse potuit ille mons, de quo omnis terra videbatur: aut si erat super omnem terram, quomodo tamen poterat inde, quantum ad carnem, totam terram ille ostendere? Nam etsi quantum ad diuinitatem suam videbat: tamen, quantum ad diabolum, ostẽdere illi non poterat, quem hominem æstimabat. Sed ita intelligendum, *Assumpsit eum super montem excelsum valde:* quia quantò magis excelsior fuerit mons, tantò magis aspiciẽti ex eo spatioſior terra videtur. *Ostendit* autem ita, non vt ipsa regna, vel ciuitates eorum, vel populos, vel argentum, vel aurum videret, sed partes terræ, in quibus vnumquodque regnum, vel vniuscuiusque regni ciuitas posita erat: vtpotè si ascẽdas super excelsum locum, digito extenso dicam tibi, Ecce ibi est Roma, aut ibi est Alexandria, non sic ostendendo tibi, vt ipsas videas ciuitates, sed partes terrę, in quibus positæ sunt. Si enim nautę vnam stellam aspicientes, non dicam ad vnamquamque prouinciam, vel insulam, sed ad vnãquamque ciuitatem, & ad singula loca quæ petunt, sine aliquo errore aut diuagatione dirigũt cursum: quantò magis diabolus, qui princeps aëris constitutus, totam terram non solùm sciebat, sed etiam & videbat, poterat Christo & singula loca certissimè digito demonstrare, & vniuscuiusque regni honores, & statum verbis exponere? Nam non solum ostensum dicitur, quod ostenditur ad videndum, sed etiam quod exponitur ad intelligendum: sicut scriptũ est Esaiæ 2. Ascendamus in domum Dei Iacob, & ostendet nobis viam suam, & ambulabimus in ea. Theophilactus hanc conclusionem sequitur. Quidam, inquit, putant montem excelsum valde, afflictionem & studium in possidendis diuitiis, in quem conatur inimicus Iesũ ducere: sed non rectè opinantur. In sensibili enim forma apparuit ei diabolus: cogitationes enim tales non habuit Dominus, absit. Sensibiliter igitur ei monstrauit in monte omnia regna mundi, ante oculos ea apparere faciens. Ita hæc cõciliari sic possunt, vt visibiliter quidẽ ex altissimo monte ei ostenderit quæ videri poterant, cætera autem verbis explicauerit. Albertus Magnus in Matth. *Ostendit ei omnia regna mundi:* Non quòd visum Christi ampliauerit, quia de hoc potestatem non habuit: sed quòd indicauerit, in quibus essent mundi partibus: sicut versus partes illas Roma & regnum eius, & versus illas alias Græcia & regnum eius, & sic de aliis. Dicit autem, *Regna & gloriam eorũ:* quia in nomine regni importantur diuitiæ & potestates, & in nomine gloriæ importantur honores adiuncti, vt omnibus simul coniunctis appetibilibus faciliùs persuaderet. Eandem sententiam habet Thomas Aquinas, & Caietanus in Matth. Hilarius in Matthæum. Igitur, inquit, iam tertiò tota diabolicę potestatis commouetur ambitio. Constituto igitur Domino in monte excelso, vniuersa orbis terrarum regna, corúmque gloriam obtulit, si modò adoretur ipse. Iam gemina respõsio opinionem suspicionis excesserat. Cibo Adam pellexerat, & de paradisi gloria in peccati locũ, id est, in regionem vetitæ

Anima videnti creatorẽ angusta est oĩs creatura.

Tertia tentatio de superbia.

Chrysost.

Theoph.

Tertia tentatio etiã de auaritia

Alb. Mag.

Thom. Aq. Caietanus. Hilarius.

A vetitæ arboris deduxerat: tertiò diuini nominis ambitione corruperat, diis futurum ſimilem pollicendo. Igitur aduerſus Dominum tota iam ſeculi poteſtate pugnatur, & creatori ſuo poſſeſſio huius vniuerſitatis offertur: vt tenens ordinem fraudis antiquæ, quem neque cibo pellexerat, nec loco mouerat, nunc vel ambitione corrumperet. Chryſoſtomus, homil. 13. in Matthæum. Neque verò mireris, ſi diabolus Chriſto loquens, ſæpè huc illúcque vertatur. Nam vt præliantes ſolent, cùm acceperint lethales plagas, multo vtique ſanguine perfluentes, tenebráſque patientes, moribunda circumferre membra: ita hîc quoque prima quidem ac ſecunda ſauciatus plaga, in alia atque alia verba deuoluitur, atque tertium certamen ingreditur. Irenæus lib. 5. aduerſ. hæreſ. Manifeſtum eſt autem, inquit, quoniam mentitur diabolus, dicens, *Mihi tradita ſunt, & cui volo, do ea.* Cuius enim iuſſu homines naſcuntur, huius iuſſu & reges conſtituuntur, apti his, qui in illo tempore ab ipſis regnantur. Quidam enim illorum ad correB ctionem & vtilitatem ſubiectorum dantur, & conſeruationem iuſtitiæ: quidam autem ad timorem, & pœnam, & increpationem: quidam autem ad illuſionem & contumeliam & ſuperbiam, quemadmodum & digni ſunt Dei iuſto iudicio, ſicut prædiximus, in omnibus æqualiter ſuperueniente. Diabolus quippè apoſtata hoc tantum poteſt, quod egit in principio, ſeducere, & abſtrahere mentẽ hominis ad tranſgredienda præcepta Dei, & paulatim obſeruare cor eius, vt ſeruiat ei, ipſum autem quaſi Deum adoret. Quemadmodum autem ſi quis apoſtata regionem aliquam hoſtiliter capiẽs, perturbet eos qui in ea ſunt, vt regis gloriam ſibi vendicet apud ignorantes quòd apoſtata & latro ſit: ſic etiam facit diabolus, cùm ſit vnus ex Angelis his, qui ſuper ſpiritum aëris præpoſiti ſunt: quemadmodũ Paulus Apoſtolus in ea quæ eſt ad Epheſios, manifeſtauit, Inuidens homini apoſtata à diuina factus eſt lege. Inuidia enim aliena eſt à Deo. Et quoniam per hominem traducta eſt apoſtaſia eius, & examinatæ ſentẽtiæ eius homo factus eſt, adhuc magis magiſq; ſemetipſum contrariũ conſtituit homini, inuidens vitæ eius, & in ſua C poteſtate apoſtatica volens concludere eum. Omnium autem artifex verbum Dei, per hominẽ vincens eum, & apoſtatam oſtendens, è contrario ſubiicit eum homini: Ecce, dicens, do vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici: vt quemadmodum dominatus eſt homini per apoſtaſiam, ſic iterum per hominem recurrentem ad Deum euacuetur apoſtaſia eius. Chryſoſt. hom. 5. Oper. imperf. in Matth. Ita conſidera, quomodo omnis promiſſio eius irrationabilis eſt, & mendax. Certè vni dare non poterat omnia, niſi ab omnibus omnia tolleret. A nemine adoraretur, cùm diabolus neque ex amore, neque ex timore adoretur ab aliquo, ſed quia promittit diuitias, aut dat. Quomodo autem expediebat diabolo ab omnibus omnia tollere, & vni dare, vt ab omnibus contemnatur, & ab vno colatur? Sed neque illud dicere poſſumus, vt vnuſquiſque quidem ſua teneret, iſte autem ſuper D omnia eſſet. Vnus enim ſuper omnem mundum neque eſt, neque fuit aliquando, neque fieri poteſt vt non ſit illi aliquis non ſubditus: primùm propter Deum, quia non concedit diabolo & hoc facere poſſe: ſecundò propter ipſum diabolum. Gaudium enim, & gloria, & poteſtas diaboli, in quo eſt, niſi in ſuperbia, & in inuidia, in ira, in vana gloria, & his ſimilibus? Vbi hæc exercentur, vnum regnum ſtare non poteſt: ſed neceſſe vt diuidatur in plura. Vbi autem hæc non exercentur, diabolus non colitur, neque regnat. Quomodo ergo regnum ſibi tolleret, & illi daret? Deinde quid ſi ſancti erant in mundo aliquod regnum tenentes? Nam ſi peccatori dare & tollere poteſt diuitias, ſanctis neque dare, neque tollere poteſt. Putáſne ſemper voluit tollere diuitias Iob? Sed non potuit, niſi quando permiſſus eſt. Numquid voluit, ſi potuiſſet, tollere regnum de manu Dauid? Nam verè non eſt mundus diaboli, neque regna illius. Scri-E ptum eſt enim (Prouerb. 8.) Per me reges regnant, & per me Tyranni ſcribunt iuſtitiam. Sed quæ per iniquitatem aguntur in mundo, vtputa per furtum, aut per vim acquiſiſti diuitias, aut aliqua perditione animæ tuæ ſuſcepiſti honores: illas tibi diuitias diabolus dedit, ſed non ipſæ diuitiæ diaboli ſunt, ſed promiſſio earum. Cyprianus, homil. de ieiunio & tentatione Chriſti. Regnum hoc non eſt naturæ, ſed malitiæ: perſecutio eſt, non defenſio: & tota poteſtatis huius virtus in poteſtatem damnationémque eorum, qui ſub hoc principe militant, elaborat. Regnum hoc munitur vitiis, ambigitur flagitiis, turres eius ſunt crimina, arma quarumcunque turpitudinum molimina. Huius regis telonarij ſunt pauperũ oppreſſores, tribuni ſeductores, præfecti, iudiciorum peruerſores. Cubicularij ſunt quæſtuũ mercimonij traiectores, ærarij ſacerdotes, nummularij doctores, cõducticij defenſores, linguæ ſubdolæ vel conſilij locatores, vænales auxiliarij, bilingues cauſidici, concinnatores mendacij, fabricatores peccati, veſtitu mollibus, amicti diſcoloribus. Et poſt pauca. His verò qui ſibi obtẽperãt, multa diabolus ſe

Diabolus tẽtans huc & illuc vertitur. Irenæus. *Mendaciũ ſathanæ. cur bona dentur.* *Fraus diaboli.* Chryſoſt. *Cur diabolus à quibuſdam adoretur.* *Diabolus nõ ſemper diuitiis præualet.* Cyprian. *Regnũ diaboli quale.*

daturum promittit. Malum hoc in vniuersa vagatur Ecclesia, vt qui liberi erant, diabolo se vendant in seruos. Sic Iudas proditor (Matth. 26.) Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? In sinu sacerdotum ambitio dormit, ibi sub vmbra recubat. Ideò Simon Petrũ donis aggreditur (Act. 8.) & tentat emere potestatem, per quam plura lucretur. Hæc sacrilegij forma per omnia officia gradúsque discurrit, & nihil intentatum ambitio prætermittit. Nec dubitet quisquam diaboli hæc esse negotia, & nundinatores eius, quicunque hęc exercent commercia, nec quicquã huiusmodi ab eo, nisi præmissa apostasia, donari. Inuerecundè tentator ambitiosos aggreditur, & conditione pernicioſa præmissa pollicetur talia, vltra quæ extẽdi non possit cupiditas regnorũ, scilicet Monarchiam, & vniuersitatis dominatum, vt in omnibus mundanis vnus homo quasi Deus habeat potestatẽ, & vni omnia subiecta sint, & generale vectigal excellentia principali cuncta persoluãt. Quid vltrà cupide quæris? quid amplius auare desideras? Numquid & sic potest impleri ambitio tua, aut satiari potest fames tua, offa huius mũdi iniecta dentibus tuis, & faucibus tuis vniuersa rerum massa intrusa? Mundum habes, Deum non habes. Mundus transibit: tu cum eo, qui non stat, cades, transibis, & rues. Peremptoria sunt hæc consilia, quæ tibi alia pollicentur, in quibus te necesse est aut vomitu, aut ruptis interire viscеribus: sed & pretium, quod petitur, vt diabolum adores prostratus, & eum tibi Deum constituas, quem non dubitas seductorem, si consenseris vt concedas, casus tui te potes excusare improuidum, cùm ipse tibi casum & ruinam prænominet, & præcipitium exigat, qui tanti se facit nundinatorem culminis, & tantæ tibi promittit fastigia potestatis. Ita sicut ambitione Adamum in paradiso pulsauit, & strauit, cùm subiectionem, quam Deo debebat, fastidiens, appetiit dominatum: sic quoque auaritia, & dominandi cupiditate, sicut & permultos olim, ita & quotidie in sua retia pertrahere contendit. Interim tamen fatetur Deum se superiorem esse, à quo potestatem acceperit. Sic enim habet Lucas: *Tibi dabo potestatem hanc vniuersam: quia mihi tradita sunt, & cuicunque volo, do illa.* Nihil enim sine Dei permissione, nec ab ipsis quidem dæmonibus fit, vt docet Tertullianus, libro ad Scapulam. Quod sanè & in eo liquet, quòd cùm olim ante Christi aduentum fontibus & lucis insiderent, solo tandem crucis signo fugati sunt, vt scribit Athanasius, libro de incarnatione Verbi, & corporali eius aduentu. Porrò mentitur Sathan, cùm ait, *Et cuicunque voluero, do illa.* Quem enim etiam veneficorum, diuinorum, & dæmonici cultus sectatorum grandiorem fecit, & non fefellit? Augustinus Epist. 5. ad Marcellinum. Apuleus enim (ait) vt de illo potissimùm loquamur, qui nobis Afris Afer est notior, non dico ad regnum, sed nec ad aliquam qui dem iudiciariam Reipublicæ potestatem, cum omnibus magicis suis artibus potuit peruenire, honesto patriæ loco natus, & liberaliter educatus. Sed &, vt scribit Egesippus, quid aliud Simon Magus nactus est, quàm vt confractis cruribus caderet? *Si cadens adoraueris.* εἰ πεσὼν, id est, si prostratus, siue pronus: qui gestus est adorantis. Eodem verbo vsus est de Magis: καὶ πεσόντες προσεκύνησαν, & prostrati adorauerunt. Delectantur enim dæmones adoratione & sacrificio, vt docet Augustinus in Psalm. 96. Et hoc summum habent pro mercede, vt à Dei cultu auocent. Gregorius Nanzanzenus Orationibus in Iul. Apostatam, hoc in varietate & horrore sacrificiorum illorum, quæ à Iuliano oblata sunt, ostendit: Et túne contra Christum, inquit, tuis sacrificiis? Hoc enim pro summo iure vsurpat, vt Deo & Christo abiurato, solus adoretur. Quod Zonaras manifestum facit, tom. 3. Annalium. Narrat enim duos Hebræos præfecto cuidam diuturnam vitam pollicitos esse, si Christi & matris eius imagines dirueret. Quod ille cùm fecisset, anno nondum elapso mortuus est: & filius quidem eius animaduertere voluit in deceptores illos, sed fugerunt. Nec tantùm à magis, sortilegis, hęreticis & perfidis Christianis Sathan adoratur, sed & ab his omnibus, qui Deum deserunt vt terrena amplectantur. Est enim auaritia idolorum seruitus. Ita videmus ex vnica ambitione & habendi cupiditate nihil non attentari in Christum, in religionem, & fidem. Nam qui ambitione ducuntur, omnia potius hæc abiurant, & proni Sathanam adorant, vt potestatem quam venantur, à Sathana accipiant. Hinc summa malorum nostrorum, hinc seditiones, tumultus, perfidiæ, rebelliones. *Tunc dixit ei Iesus, Vade retrò Sathana.* Iam qui in aliis patiens fuerat, vbi videt diuino cultui directè derogari, seueritate Sathanam repellit: vt doceat eos omnes longè à nobis abigendos esse, qui Sathanæ ministri sunt, & cultum Dei corrumpunt. 2. Corinth. 6. Quæ enim conuentio Christi ad Belial? Numer. 16. Exite de medio eorum. Nec illi admittendi sunt, qui Sathanæ artificiis vtuntur, hæretici, infideles, sortilegi, & cæteri horum similes. Philo libro de specialibus legibus, occidendos monet eos, qui lethifera venena conficiunt, & longos morbos procurant, cùm aliquando satius sit mori, quàm sic viuere. Ita agendum quoque in magos & ariolos legislator ait. Non sinet procrastinari veneficorum sup-

Ambitio Prælatorũ quorundã.

Tertull. Athanas.

Augusti.

Nec quidẽ ij, qui dæmones colunt, ditescunt.

Egesippus.

Cadere, quid.

Augusti. Gr. Nanz.

Zonaras.

Sacrificatur dæmonibus ab iis qui ditescere volunt.

Eiiciendi Sathanæ ministri.

Philo.

A ſupplicia,ſed abſque mora curabit exigi:quòd dilatio noxiis opportunitatem præbeat, cæteros ſuſpicione & metu repleat. Occidendos monet vt viperas,ſcorpios, aliáſque venenoſas beſtiolas. ff. libro 50. tit. 13. Medici quidem de mercedibus ius dicere ſolent: non tamen ſi quis incantauit,ſi imprecatus eſt,ſi,vt vulgari verbo impoſtorum vtar, exorciſauit: non ſunt iſta medicinæ genera,tametſi ſunt qui hæc ſibi profuiſſe cum prædicatione affirment. hæc Vlpianus, lib. 8. de tribunalibus. ff. libro 10. tom. 2. Familiæ erciſcundæ, habet idem Vlpianus. Cùm de bonis, quæ ad hæredes veniunt,differit: Mala medicamenta,inquit,& venena veniunt quidē ad iudicium: ſed iudex omninò interponere ſe in his non debet. Boni enim & innocentis viri eū fungi officio oportet. Tantumdem debebat facere in libris improbatę lectionis,magicis fortè,vel his ſimilibus: hæc enim omnia protinus corrumpenda ſunt. Idem cōtra hæreticos, & illorū libros concludendū eſt: immò maiori etiam ratione, quòd illos in nobiliorē hominis partem, animā B ſcilicet,agere videamus. Nec fortè mireris,ſi Sathanæ filij hæretici toties victi adhuc exercitum reparant,& pertinaces malunt ſeditionibus omnia repleri,quàm ſe Deo, Eccleſiæ, & Principi ſubmittere. Pollicitis diuites ſunt,ſibi ſuiſq; cultoribus omnia regna mundi repromittūt, cùm ne pedem quidem terræ habeant: & ideò ſeditionibus,ferro,igne,& flagitiis graſſantur. Interim ſinendi ſunt illi? Dixerit enim forſitan aliquis permittendos eſſe. Obiiciet quoque, Quid tot armis profectum eſt à Principe? ecce reparantur,& victi bella renouāt. Sed tu dic mihi, etſi multis tentationibus Sathan in Chriſtum egerit,& toties victus, temerarius bellum in Chriſtū renouarit: num etiam contra tot illius aſſultus & conatus Chriſtus occurrit,donec illum fugaret, & victum confuſumq; adeò redderet,vt nec ampliùs appareret? Hac conſtantia Principes agi debent,donec reſcindātur impietates,& ex victoria tota nobis pax prodeat. *Scriptum eſt: Dominum Deum tuum adorabis,& illi ſoli ſeruies.* Hæc verba deſumpta ſunt ex Deut. 6. cap. niſi quòd C illic pro, Adorabis, ſcriptum eſt, Timebis. Sic enim habet Hebraicus contextus, *Eth Iehoua elohekà thira, veotho thahauod:* Iehoua Deum tuum timebis, & illi ſeruies. Etiam Græca vox eſt, φοβηθήσῃ, timebis. nimirùm potior timor Deo ſoli debetur,per contemplationem illius omnipotentiæ. Sic Matth. 10. Timete eum,qui poteſt corpus & animā mittere in gehennā. Mutatur autē hæc dictio apud Matthæū. Hebræa enim vox eſt *Tiſtahaue*, à radice *Saha*, quæ adorare ſignificat. Græca autem eſt προσκυνήσῃς, adorabis. προσκυνεῖν autē Hebraico verbo *Saha* reſpōdet. Significat autē humiliare & incuruare ſe: & ita propriè corporis proſtrationem, quæ reuerentiæ cauſa fit, deſignat. Tribuitur autē Deo per excellentiā, etſi etiam hominibus deferatur. Nam & Principibus incuruamur,& exterioribus quibuſdam ſignis oſtendimus,quantum illos reuereamur. Timere igitur magis cultum Dei exprimit,cùm internū animi motum explicet. Cæterùm *Seruies*,& in Deut.& Matth. Hebraico eadem dictione ſignificatur: niſi quòd dictio D μόνῳ non habetur in Deut. ſignificatur autem per articulum emphaticum *eth*. λατρεύσῃς autem ſeruire,ſeu colere eſt. Hic autem cultus diſcernitur pro conditione dominij. Cùm autem Deus ſolus ſit omnipotens,ſummus: conſequitur & illi ſoli ſummū cultū deberi. Cultus autē ille eſt in fide,ſpe,& dilectione noſtra: vt neminē illo potentiorē, meliorem, iuſtiorē putemus: ſed ab eo pendere omnē virtutē, bonitatem,& iuſtitiā,& ideò in eum ſolum noſtrā omnē ſpē & fiduciā coniiciamus: eumq; præ cæteris omnibus rebus diligamus,& ei obſequamur. Si quid verò diligitur, diligatur propter eum: ſi cui ſeruitur, ſeruiatur propter eū: quia ab ipſo, & per ipſum ſunt omnia. Hæc eſt illa vera λατρεία, quæ Deo ſoli debetur. Hieron. in Matth. Dicens diabolus ſaluatori, Si cadens adoraueris me, è contrario audit, quòd ipſe magis adorare eū debeat Dominū & Deum ſuum. P. Chryſol. ſer. 13. *Tu Dominum Deum tuum illum*, cui genu flectūt omnia, non E ſolùm cœleſtia & terreſtria, ſed etiam inferna, *adorabis*. Ergo tu in inferno ſtridens & eiulās eum quem ad te modò temerarius deſertor inuitas, adorare debueras. Hilar. in Matth. Ita, inquit, temeritatis tantæ congruum exitum tulit, cùm & criminum ſuorum in Sathana nomen audiuit, & Dominum Deum ſuum adorandum in homine cognouit. Præbuit etiam huius reſponſionis effectu magnum nobis Dominus exemplum: vt contempta humanæ poteſtatis gloria, & ſeculi ambitione poſtpoſita, ſolum meminiſſemus Deum & Dominum adorandum, quia omnis ſeculi honor diaboli ſit negotium. Theoph. in Matth. Iraſcitur illi Dominus, quando videt illum ea quæ Dei ſunt, ſibi vendicātem,& dicentem: Hæc tibi dabo. Diſce demum quomodo proſint ſcripturæ, per quas Dominus os inimici obturauit. Druthmar. in Matth. In aliis ſuaſionibus non tam potenter Dominus diabolo reſpondit ſicut in iſta: quia minus ſuperbè locutus eſt, quando vel à Deo, vel à puro homine ſe iuſſit adorari. Et quantum peruerſus, tantum peruerſa locutus dixit ei Dominus, *Vade Sathana*, hoc eſt, in abyſſum, ſiue in perditionem. Non autem ſimili reſponſione Petrum refutauit, quando illi dixit, Vade retrò, hoc

Eiiciendi hæretici.

Non mirū, ſi hæretici toties victi exercitum reparent.

Timere.

Colere.

Latria.

Vlpianus.

Hieronym.

P. Chryſol.

Hilarius.

Theoph.

Druthmar.

Adorare quid.

est,sequere voluntatē meam.*Dominum Deum tuum adorabis.* Adorare,duobus modis in nostra F
lingua intelligitur. Adorare enim dicimus inclinare. Vnde scriptū est,Adorauit regem ille vel
ille,hoc est,seipsum inclinauit. Alio modo adorare, hoc est,cultum debitum Deo exhibere:de
quo scriptum est,Adorauit Salomon Dominum. Isto ergo modo præceptum est antiquis, ne
adorarēt Deos alienos,nec quenquam,excepto Domino solo. Inde ergo dictū est, Dominum
Deum tuum adorabis. Adorare autē est, tota fide Deum credere, & ex totis præcordiis dili-
gere,remissionem peccatorū petere, & omnia bona ab illo sperare,præsentia & futura. Græcè
autē differentiùs hoc dicitur,vbi Adorare,quod ad Deum pertinet, προσκυνέω, adoro:adorare
Obiicitur à Paulo inuicem seruiendum.

quod ad hominem pertinet,κλίνω,inclino dicitur.*Et illi soli seruies.* Quid est quod dicit Domi-
nus,Illi soli seruies,cùm Paulus Apostolus dicat,Per charitatem seruite inuicem? Numquid a-
liud Dominus præcipit,aliud Paulus? Sed est & seruitium,quod pertinet ad Deum solū,& non
ad hominem,quod nulli alteri impendi debet,nisi Deo soli: videlicet credere illum firma fide, G
omnem spem suam in illo ponere,hostias illi soli offerre,cultum diuinū illi exhibere,& reliqua
quæ ad solum Deum pertinent. In Græco quoque sermone similiter est differentia de hac re.
Siquidem seruitium,quod ad hominem, δουλία dicitur,& seruus δοῦλος appellatur. Illud verò
seruitiū,quod ad solum Deum pertinet, λατρεύσις vocatur. Vnde & in Cantico Zachariæ non
dicitur δουλεύειν,sed λατρεύειν αὐτῷ, vt seruiamus illi. Has discretiones debemus inter creatorē
& creaturam habere,vt à nullo sancto petamus remissionem peccatorum, sed per eos studea-
mus impetrare,vt detur nobis à Deo: Neque credamus in aliquē,nisi in Deum: quia credimus
sanctos,sed non credimus in sanctos.*Tunc reliquit eum diabolus, & ecce Angeli accesserunt, &*
ministrabant ei. Quod diabolus sibi suaserat facere, hoc ei fecerunt Angeli,id est, adorauerunt
eum,vt ostenderet,quia ipse meritò adorandus esset,non diabolus. Angeli ministrabant,vt vi-
Victus Sathan.

ctoris dignitas comprobetur. Omnes istas tentationes Dominus patientia vicit,vt nobis exem- H
plum præberet patientiæ. Si is qui creator est,& tentatorem suum in abyssum vno verbo mer-
gere poterat,sustinuit,& sacri verba eloquij ei respondit:& nos quando tentamur visibiliter vel
Theod.

spiritualiter,semper ad memoriam,quæ præcepit Deus,reuocemus. Theodoret.ser.10. de prou-
identia. Itaque cùm hoc modo aduersarij machinationes dissoluisset, simulq; secundum ac
tertium eius assultum inanem esse demonstrauisset,ceu homo demonstrationibus vsus:vt per-
Angeli victores comitātur.

ditam hominibus recuperaret victoriam, ipse quidem noxium illum hostem in fugam vertit,
& communem hominum perniciem tyrannide exuit:ab Angelis autem,qui victoriæ spectato-
Hilarius. Hierony.

res fuerant,prædicatur. Hilarius in Matth. Ostendunt autem Angeli,à nobis victo calcatóque
diaboli capite,& Angelorum ministeria,& virtutum in nos officia non defutura. Hieronym.
in Matth. Præcedit tentatio,vt sequatur victoria. Angeli ministrant, vt victoris dignitas cōpro-
Theoph.

betur. Theoph. in Matth. Quo commonstratur, quòd & nobis post victoriam, Angeli mini- I
straturi sint. Omnia enim propter nos & monstrauit,& fecit Dominus:quoniā ei,vt Deo,An-
Euthym.

geli semper ministrant. Euthym. in Matth. Tempore quidem tentationum non permisit eos
apparere,ne prædam perderet. Postquàm autem aduersarium propria deuicit authoritate, ac
fugere coëgit,tunc iam apparent:vt noueris quòd postquam in modum eius viceris,& te susci-
pient,& stipabunt Angeli.

Mittuntur ad Ioannem Sacerdotes & Leuitæ, vt interrogarent eum quis esset. Ioannes vox in deserto, quam prædixit Esaias. De Ioannis & Christi baptismate, quanta inter vtrumque sit distantia.

Matth. | Marc. | Luc.

K

IOAN. I.

Et hoc est testimonium Ioannis, quando miserunt Iudæi ab Hierosolymis sacerdotes & Leuitas ad eum,vt interrogarēt eum, Tu quis es? Et confessus est, & non negauit:& confessus est, Quia non sum ego Christus. Et interrogauerunt eum, Quid ergo? Elias es tu? Et dixit, Non sum. Propheta es tu? Et respondit, Non. Dixerunt ergo ei, Quis es,vt responsum demus his qui miserunt nos? quid dicis de te ipso? Ait, Ego vox clamātis in deserto, Dirigite viam Domini, sicut dixit Isaias Propheta. Et qui missi fuerant, erant ex Pharisæis. Et interrogauerunt eum,& dixerūt ei, Quid ergo baptisas, si tu non es Christus, neque Elias, neque Propheta? Respondit eis Ioānes, dicens, Ego baptiso in aqua: medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis. Ipse est, qui post me venturus est, qui ante me factus est: cuius ego nō sum dignus vt soluam eius corrigiā calcea-
menti. Hęc in Bethabara facta sunt trans Iordanē, vbi erat Ioannes baptisans.

A 

Introductio.

T errantibus,& quâ vagẽtur incertis,ſummoperè neceſſarius eſt,qui certam viam demõſtret:ita & nobis fideli doctore opus eſt,qui veram ſcientiæ lucem oſtendat. Excipit enim nos, vt in Prodici de Hercule fictione Xenophon diſſerit, ſtatim ab ipſa infantia quædam recti ſpecies, qua facilè decipi poſſumus,niſi & quæ lõgiùs diſſita ſunt,proſpiciamus. Habet ſiquidem ipſum etiam vitium aliquando virtutis, & ipſum mendacium veritatis ſpeciem. Ergo ſi errantes nos quis reduxerit,quantum quæſo illi deuincti erimus? Et vtique talis fuit celeberrimus ille Baptiſta, cuius hodierno in Euangelio(Ioan.1.)meminit Eccleſia. Cùm enim tempora ſua omninò corrupta reperiſſet,omnes errarent,& inutiles fierent,vt meditatur Greg. Niſſen. Orat. in Baſil. Magnum, ipſe in deſerto quid verum eſſet,quis ei cultus deberetur,aſſignauit. Proinde ad hoc ſe miſſum docuit,vt impleret quæ per Eſaiam dicta erant de voce per deſertum clamante, vt rectas quiſ-

Gre. Niſſ. ſumma.

B que faceret ſemitas Dei noſtri. Hoc etſi ſæpiſſimè,maximè tamen cùm miſerunt Iudæi ad eũ ſacerdotes & Leuitas. His enim ſciſcitantibus quis eſſet,liberè quid non eſſet,demùm quid eſſet,& quomodo baptiſaret,qualiſque ſit in quem omnes credere debeant, profeſſus eſt. Hæc autem ab eo dicta coniiciũtur anno Chriſti ætatis 29. poſtquàm,vt Lucas obſeruat,cap.3.anno decimo Imperij Tiberij Cæſaris,procurãte Pontio Pilato Iudæam, Tetrarcha autem Galilææ Herode,&c. factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem Zachariæ filium in deſerto,&c. Cõfluebant autem ad eum omnis generis homines.1. ſeu qui ſtupendam Ioannis natiuitatem obſeruauerant.2. ſeu qui vitæ ipſius auſteritatẽ.3. aut zelum.4. aut prædicandi modum. 5. aut etiã nondum aliis Prophetis viſitatum baptiſma notauerant. Hæc dum perſpiciunt Iudæi,ab eo per legatos ſciſcitantur quis ſit,& quam ſibi authoritatem vendicet. Itaque poſtquàm Euangeliſta retulit teſtimonium Ioannis de Chriſto,ab ipſo publicè prolatũ, nulla ad eum legatione miſſã:

Quãdo hæc facta ſunt.

Cur ad Ioãnẽ confluerẽtur.

C nunc ſpecialius aliquid & excellentius refert,quod cùm ad elationem & ambitionem tentatus fuerit(ambire enim & aſſentiri poterat ſe eſſe Chriſtum)illud tamen omninò refugerit:adeò vt ſuæ potiùs gloriæ detrahens,vt par erat,laudem Chriſti augere ſtuduerit. Nimirùm duo nobis hodie proponuntur.1. de quibus interrogatus ſit Ioannes.2. & quid reſponderit. Cùm enim Iudæi confluere ad eum multitudinem viderent,ſolennem hanc ad eum legationem miſerunt. Præmittit autem Euangeliſta, *Et hoc eſt teſtimonium Ioannis* de Chriſto, *quando miſerunt Iudæi ab Hieroſolymis*. ſiquidem narrauit priùs aliud ſponte ab eo profectum,vt Euthymius in Ioannẽ obſeruat. Multa ſcilicet & ſtupenda de Meſſya Ioannes annunciabat his qui ad ſuum baptiſma properabant:quo factum eſt,vt hæſitante populo,2. & nihilominus ratũ habente tempus Meſſyæ incidiſſe,venirent primores ad Ioannẽ,vt eum interrogarent. Obſeruabant enim Danielis hebdomades impletas,ſceptrũ ablatum de Iuda. Hinc minimè dubiũ erat,ne quidẽ ſimpliciori

Euthym.

Qua occaſione ad Ioãnẽ hæc legatio directa eſt.

D ex populo Meſſyã adueniſſe:cùm ipſa etiam Samaritis dixerit,Ioannis 5. Scimus quia Meſſyas venit,& ipſe docebit nos omnia.3. Denique à quadringentis fermè annis nullum ſe Prophetam habuiſſe videbant,(ait Theodoretus in 12. Minores:) Orientem ergo Ioannẽ inter eclypſes aduertebãt.4. Maximam ab omnibus opinionem de eo cõceptam. Hinc factum eſt, vt ad illum mitterent. Cæterùm quærendum eſt,quo affectu ad Ioannem miſerũt. Aug. tract. in Ioan. Non mitterent,inquit,niſi mouerentur excellentia authoritatis eius,quia auſus eſt baptiſare. Origen. tom.6. Comment. in Ioan. ex prima,ſecunda,& tertia quæſtione ſacerdotũ & Leuitarum,colligit eos ſuſpicionem ſententiæ habuiſſe,ne fortè Ioannes Chriſtus eſſet qui baptiſaret. Chryſ. ho.15. in Ioannem, inuidia illos in Chriſtum ductos ſcribit,vt qui ſæpiùs de eo proteſtantem Ioannem,etiam hi qui ab eo baptiſati fuerant,audiiſſent:quibus,inquit, verbis humana quadã

Theod.

Auguſt. Quo affectu hæc legatio facta eſt.

Origen. Chryſoſt.

E perturbatione affecti ſunt. Docet illos tum præ manibus duos habuiſſe,Chriſtũ ſcilicet,& Ioãnem:in victu & veſtitu diſpares,etiã & genere,quòd Ioãnes clarus ex ſacerdotali domo, Chriſtus obſcurus ex tribu Dauid, tanquam fabri filius.2. Aſperitas vitæ Ioannis maxima, Chriſtus autem cum hominibus manducans & bibens.3. Veſtitus Ioannis inſolitus ex pilis cameli,Chriſti autem veſtis nihil ab vſu communi differens. Ioannem ergo,inquit,potiùs magiſtrũ habere, quàm Chriſtum voluiſſent: palàm tamen id dicere verebantur. Mittunt ergo,vt per adulationẽ ipſum alliciant ad confitendum ſe Chriſtum eſſe. Idem habet Theophilactus. Euthymius in Ioannem. Siquidem,inquit,Pontifices & ſacerdotes populi cùm circa Chriſti partum admiranda audiiſſent,ſumpto præterea de ſapiẽtia & prudentia illius experimẽto, quãdo duodecim annorũ factus immixtus eſt doctoribus,audiens illos & interrogans,veluti ſcripſit Lucas,obſtupeſcebant,inuidiáque agitari cœperunt. Quum autem Ioannem poſtea multa & mirabilia de ipſo ad ſuum baptiſma dixiſſe audiſſent, magis turbati ſunt: vnde & ad eum *miſerunt*, &c. ſic

Victus & veſtitus Chriſti & Ioannis diſpares.

Theoph. Euthy.

Iam magna de chriſto concepta opinio.

Rupert. ipſum ad ſe pellicere ſperantes, tanquam aliquid humanum ſentiẽtem. Rupertus in Ioan. Verumtamen, inquit, carnalem illorum ſpem non parum offendebat, quòd humilitatem pœnitẽtiæ prædicabat, & genimina viperarum, faciendo fructus dignos pœnitentiæ, fugere à ventura ira monebat, & ita vitia ſua regno Dei contraria eſſe audiebant: hinc prauo affectu ducebantur. Sic certum eſt primores Iudæorum, quicquid de Ioanne & Chriſto ſenſerint, in opinione ſua erraſſe, cùm minus recto animo vtrumque amplecterentur: ſuis enim commodis inhiabant, auaritiis & impietatibus, quas facilè Chriſtus exploderet. Sic aut vruntur Ioannis gloria & exiſtimatione, quæ tanta erat apud populum, vt ſuſpicatus ſit illum eſſe Chriſtum, aut Helyam, aut magnum Prophetam: aut certè illius authoritate, ſi annuat, regnum pariter & quæſtum ſtabilire moliuntur. Ad poſtremam autem hanc rationem alludere videtur Chriſtus, Ioan. 5. dicens: Vos miſiſtis ad Ioannem, & teſtimonium perhibuit veritati. Ego autem ab homine teſtimonium non perhibeo, ſed hæc dico, vt ſalui ſitis. Ille erat lucerna ardens. Vos autem voluiſtis ad horam gloriari in luce eius: id eſt, hoc vnum quærebatis, vt illius luce veſtram gloriam aliquandiu confirmaretis, non autem vt doctrinam eius ſequeremini. Quòd enim puro, & non fucato animo amplexati ſint, teſtatur Chriſtus, Matth. 11. narrans eos de Ioanne dixiſſe, quòd dæmonium haberet, non manducans neque bibens: & Matth. 21. Venit, inquit, ad vos Ioannes in via iuſtitiæ, & non credidiſtis ei: Publicani autem & meretrices crediderunt. Vos autem nec videntes hoc pœnitentiæ habuiſtis, vt credaretis ei. Etſi verò populus Iudæorum magno honore Ioannem amplecterentur, non ita tamen magnates eorum: fit nihilominus vt hæc legatio reuerenter ſeſe habeat, vt obſeruat Aquinas, lect. 12. in Ioannem. 1. Ex mittentium dignitate. Non enim Galilæi *miſerunt*, ſed illi qui præcipui fuerant ex populo Iſraël: ſc. Iudæi, qui ſunt de tribu Iuda, habitantes iuxta Hieruſalem. Ioan. 4. Salus ex Iudæis. 2. Ex loci præeminentia, quia *ab Hieruſalem* vrbe ſacerdotali & diuino cultui mancipata. 3. Ex nunciorum auctoritate, qui maiores & ſanctiores erant. Miſerunt enim *Sacerdotes & Leuitas*: vtique è quibus pendebat omne verbum. Deut. 7. & reſolutio legis. 4. Interrogationis forma, qua expectare videtur omnem ſuæ quæſtionis reſolutionem à Ioanne, quaſi eidem de ſeipſo teſtimonio perhibenti ſint crediturí. Hinc obſeruabis primùm, ad omnes quidem ſuæ ſalutis & fidei certam reſolutionem pertinere, maximè tamen ad Iudæos, id eſt, confitentes Chriſtianos & fideles: ne ſint ſicut hæretici, nubes turbinibus agitatæ. 2. Et ab *Hieruſalem* item prima omnium Eccleſia Rom. rationem expectandam. Vt enim inter multas ſynagogas Hebræorum prima erat Hieroſolymitana, ſic inter multas Eccleſias Chriſtianorum primatum tenet Romana. Auguſtinus, epiſt. 162. & Irenæus lib. 3. contra hæreſ. c. 3. 3. Nec omnes ad quæſtionum reſolutionem reddendam vocari, ſed quibus verbum Domini creditum eſt: ſicut & hîc dicit *Sacerdotes & Leuitas*. Nunquid enim omnes Apoſtoli, inquit Paulus, nunquid omnes Doctores? Origenes, tom. 6. in Ioannem. Quos tandem, inquit, ſenes ad Ioannem ex Iudæis mitti oportuit, & vnde, niſi eos, qui Dei ex delectu & electione præſtare iudicati ſunt, Hieroſolymis vbi templum erat, id eſt, ex loco, qui omni terræ, quæ bona dicitur, antelatus eſt? Sic non omnium eſt ſacra pertractare, ſed eorum, qui ad ſpiritualia munia vocati ſunt: dicente Scriptura (vt obſeruat Vincentius Lirinenſ. libro contra nouationes) Interroga patres tuos, & dicent tibi, ſeniores tuos, & annunciabunt tibi. Deut. 31. & Prou. 22. Verbis ſapientum accommoda aurem. Duo enim quædam diximus, inquit, in ipſa Eccleſiæ vetuſtate ſtudioſè & vehementer obſeruanda, quibus penitus inhærere deberent, quicunque hæretici eſſe nolint. Primùm, ſi quid eſſet antiquitùs ab omnibus Eccleſiæ Catholicæ ſacerdotibus vniuerſalis concilij auctoritate decretũ. Deinde, ſi qua noua exurgeret quæſtio, vbi id minimè reperiretur, recurrendum ad ſanctorum Patrum ſententias, eorum duntaxat, qui ſuis quique temporibus & locis in vnitate communionis & fidei permanentes, magiſtri probabiles extitiſſent. Ergo quoties quæſtio contigerit, ad antiquiora erit recurrendum, & ordinem ſucceſſionis ſacerdotũ eorum, qui Eccleſiis præſederint, vt monet Tertull. lib. de præſcript. contra hæret. Sed & de iis rebus ſollicitudo Eccleſiaſticis, Epiſcopis ſc. & vt hîc, *ſacerdotibus & Leuitis*, maximè iniungenda eſt. Malach. 2. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent ex ore eius. Deuteronom. 17. monetur rex accipere exemplar legis à ſacerdotibus Leuiticæ tribus: quòd eorum ſit natiuum textum exprimere, & difficilia quæque reſoluere. Irenæus lib. 4. contra hæreſ. Eis, inquit, qui in Eccleſia ſunt, Preſbyteris obaudire oportet, his qui ſucceſſionem habent ab Apoſtolis, vt oſtendimus: qui cum Epiſcopatus ſucceſſione chariſma veritatis certum ſecundum placitum patris acceperunt: Reliquos, qui abſiſtunt à principali ſucceſſione, & à quocunque loco, ſuſpectos habere. Namque vt olim ſacerdotes & Leuitas commendauit Deus ob cathedram Moyſi, ſic & nunc Epiſcopos ob ſuc-

Pharisæi Ioãnis prætextu ſuam authoritatem ſtabilire volũt.

Huius legationis amplitudo.

1. Tho. Aqu.

2.

3.

4.

Quæ hîc obſeruãda.

1.

2.

Romanæ Eccleſiæ authoritas. Auguſt. Irenæus.

3. Origen.

Quorum eſt ſacra tractare. Vinc. Lir.

Quæ ſunt ĩ Eccleſiæ vetuſtate obſeruanda.

Tertull.

Sollicitudo Prælatorũ Eccleſiæ quæ ſit. Irenæus.

ſucceßionis cõmẽdatio.

A ob ſucceſſionem. Verùm etſi eorum interſit os hæreticis obſtruere,& ſi quid ambiguũ fuerit,interpretari: videmus tamen permultos hoc in munere pigriores. Et quidẽ in iſta Iudæorum legatione, paſtorum non mediocris, ſaltem maior quàm nunc in multis appareat,vigilãtia depingitur,qui dubium de re ardua,& hæſitantem populum reſoluere ſatagunt:niſi aliquo Phariſaico fermento imbuerentur.4. Accedentem etiam ad Deum oportet credere quia eſt, 4.
& ſeſe ſubmittere in obſequium fidei & doctrinæ: ſicut & hi Ioanni de ſe teſtimonium perhibenti credituri erant. Quid enim proderit,ſi quis curioſè,aut malo animo verbum Dei audiat,niſi ad ſuam ipſius ruinam? Mittuntur ergo, *vt interrogarent eum, Tu quis es?* Euthymius. Euthy.
Interrogauerunt eum, Tu quis es, non tanquam id ignorantes. Nam cunctis nota erant, quæ circa natiuitatem eius contigerant,ita vt omnes dicerent, Quis putas puer iſte erit? ſed præ malitia, ignorantiam ſimulant. Nec dicunt, Quis es? ſed, Tu quis es? ac ſi dicerent, Si maior
B te eſt quem tu prædicas, tu ergo quis es? Erga quem magnopere affecti ſumus,& de quo magnificam habemus opinionem,quémque vehementer colimus. Sic enim, ait Chryſoſtomus Chryſoſt.
hom.15. in Ioan. eum inducere volebant,vt confiteretur ſe eſſe Chriſtum. *Et confeſſus eſt, & non negauit, quia non ſum ego Chriſtus.* Teſtimonium hoc Ioannis quatuor habet membra. Primum,quid non ſit.2.quid ſit. 3.quæ ſit ipſi baptiſandi ratio. 4.ipſius teſtimonium de Chriſto. Obſeruauit ergo eos ideò ſciſcitari quis eſſet,tanquam audituros num eſſet Chriſtus. Ad eorum enim mentem reſpondit. Verè autem de Ioanne dici poteſt,Potuit tranſgredi, & non eſt tranſgreſſus. Vbi maiorem fidem inueniemus? Fingamus regis cuiuſdam vnigenitum in regno patris ita obſcurum & ignotum,vt neque etiam à ciuibus,immò nec à primoribus populi cognoſcatur. Sit autem aliquis inter eos,qui eum ſolus regis filium eſſe nouerit: qui demũ *Magna pro-*
C tantum apud pop. & aulicos fauorem & gloriam nactus ſit,vt eum omnes regem regiſque fi- *batio fidei*
lium putent: ac dum omnes eam opinionem de eo concipiunt,primores è regia ciuitate ad *et humilita-*
eum ſolennem legationem mittant,qua gloriam illi,ius, ac poteſtatem regni offerant,vt nihil *tis Ioãnis.*
iam ad regij honoris acquiſitionem deſit, quàm vt ipſe regis ſe eſſe vnigenitum dicat. Hic verò ſi tunc reſpondeat, Non ſum ego filius regis,atque ita honorem hunc non agnoſcat:quis non fidem illius erga filium regis, & eius ſubmiſſionem deprædicet? Talis vtique Baptiſta: vnde ſummam apud Deum & homines laudem merebatur. Fuit hæc fortiſſima tentatio:ſed & maximam ille intulit victoriam,ſeipſum hucuſque deprimens,vt ſe vocem in deſerto clamantem eſſe diceret. Tum ſcilicet minus notus erat Chriſtus. Auguſtinus,tract.4. in Ioann. Auguſtin.
Lapis enim ille adhuc paruus erat: iam quidem præciſus de monte ſine manibus: qualem ſe Daniel Propheta (cap. 2.) vidiſſe dicit. Sed quid ſequitur? Et creuit, inquit, lapis ille, &
D factus eſt mons magnus, & impleuit vniuerſam faciem terræ. Præciſus ſine manibus, quia ſine virili opere virgo peperit Chriſtum. Sed adhuc humilis erat in oculis Iudæorum, quia nondum creuerat,& impleuerat orbem terrarum. Hinc factum eſt,vt in eum Iudæi offenderent. Demonſtrabatur illis per lucernam. Quanta cæcitas eſt, non videre montem? Sed vide- *Cæcitas*
runt humilem,& non cognouerunt. Hæc ille. Obſeruauit ergo eos ideò ſciſcitari quis eſſet, *Iudæorum.*
tanquam audituros num eſſet Chriſtus: ad eorum enim mentem reſpondit,ait poſt Chryſoſt. Theophilactus & Euthymius. Ex his verbis,inquit Beda,in Ioan. humilitas Ioannis commẽ- Beda.
datur:qui cùm tantæ virtutis eſſet,vt Chriſtus credi potuiſſet,elegit tamen ſolidè ſubſiſtere in *Quantũ ſit*
ſe,ne humana opinione raperetur inaniter ſupra ſe. Hinc eſt,quod Auguſtin.tract.4.in Ioan. *Ioannis*
ſcribit, Nullum tantum meritũ Ioannem habuiſſe,quàm de illa ipſa humilitate. Quanta verò *meritum.*
noſtra eſt omnium temeritas,qui nullum honorem refugiamus:quin potiora nobis quàm ipſi Auguſt.
E Deo deferamus? Qui cùm vix ea, quæ in proſpectu ſunt,niſi cum labore inueniamus, quæ tamen in cœlis ſunt, curioſè inueſtigamus? Qui cùm ne quidem rebus noſtris prouidere valeamus, Dei nihilominus potentiæ cenſores eſſe volumus. Sic vt rectè olim Horatius,lib. 1. Odar.

Cœlum ipſum petimus ſtultitia,neque
Per noſtrum patimur ſcelus
Iracunda Iouem ponere fulmina.

Et interrogauerunt eum, Quid ergo? Helyas es tu? Videbant enim Meſſiæ tempus incidiſſe, cuius præcurſorem Helyam didicerant. Ergo cùm eum minimè Chriſtum eſſe intelligant, de Helya ſciſcitantur: quoniam (vt notat Origenes tom. 6.in Ioann.) ſecũdum honoris gradum Origenes.
Helyæ tribuebant. Siquidem ſcriptum eſt apud Malachiam Prophetam,(cap. 4.) Mittam *Cur Helyã*
vobis Helyam Theſbitem,qui conuertet cor patrum ad filios. Falluntur tamen,cùm id aut de *putant a-*
ſecundo aduentu,aut ſi de primo intelligatur,non de Helya in perſona, verùm de Helya in *deſſe.*

Theoph. *Magna inter Ioannẽ & Helyam similitudo.*

virtute & ſpiritu interpretari debet. 2. Denique, ait Theophilactus, quærunt num ſit Helyas, eò quòd vita eius ſimilis erat vitæ Helyæ. Magna inter vtrumque conformitas, 1. in viuendi inſtituto à mundo ſeiuncto, quale tum Eſſæis, & olim Prophetarum filiis in vſu erat, in montibus & cauernis & ſpeluncis terræ. Hebr. 11. 2. in victu, quia Helyas herbis & cibo Angelico, Ioannes locuſtis. 3. in potu, quia vtrique aqua communis. 4. loco, cùm Helyas Carmeli incola fuerit, Ioannes verò ad Carmelum in Iordane habitarit. 5. veſtitu, qui vtrique auſterus fuit, cũ & vtrique zona pellicea circa lumbos fuerit. 6. zelo, qui maximus fuit & ad principes, & plebẽ vtrique: adeò vt Helyæ verbum tanquã fax ardens fuerit, nec minus Ioannis. Ita præter Prophetiam Malachiæ, qua Helyas expectabatur, viuendi inſtitutum Ioannis conforme Helyæ Iudæi attendebant. Et quidem rectè. Nam qui vtrumque obſeruant, fatentur quoque monaſticam vitam, & à ſeculo remotam duxiſſe. De Helya quidem, præter ea quæ ſcripturis traduntur, quòd in Carmelo manſerit, Heliſæum palliò operuerit, ſibi, relicto vtroque patente, eum aſciuerit, pallij hæredem fecerit: hæc etiam à Patribus didicimus. Epiphanius, lib. de vita & exitu Prophetarum, narrat patri eius Sobac viſionem in ipſius natiuitate apparuiſſe: quo viri niueum quendam præ ſe ferentes habitum puſionem ſalutabant. Hieronymus regulæ mon. c. 8. Habet, inquit, vnumquodque propoſitum duces ſuos: Epiſcopi & Preſbyteri Apoſtolos, & Apoſtolicos viros: nos autem Paulum, Antonium, Iulianum, &c. Et vt ad ſcripturarum authoritatem veniam, noſter princeps eſt Helyas, Heliſæus, & filij Prophetarum, qui habitabant in agris ac ſolitudine, & ædificabant ſibi tabernacula prope fluenta Iordanis. Gregor. Niſſ. Orat. in Baſilium fratrem, docet quis fuit Helyas & Ioannes, cuius verba hîc tranſcribere ſuperuacaneum non erit. Cùm Achab, inquit, mulieris mancipium, & ipſe patrios ritus ſacrorum deſeruiſſet, mulieri delicatæ ac molli obnoxius factus, & per illam aſcito ſimulacrorum errore, ad eandem ſecum defectionem Iſraëliticum populum traxiſſet: tunc Deus exhibet Helyam, qui magnitudini hominum pares ad ſanandum vires haberet, aſpectu venerandũ, vultu triſti, ac riſus experti, obtutu oculorum recto, & eodem quò intendiſſet vergenti, virum qui curationem & cultum corporis deſpiceret, facie ſqualẽti, qui multitudine ſuorum crinium obũbraretur, qui peculiari modo viuẽdi vteretur, pelle caprina tantũ de corpore tegẽtẽ, quantum abſcondi magis decorum eſt, reliqua parte corporis ad aëra perdurantem, & nihil iniquitatem & iniuriam vel æſtus vel frigoris curantem. Deinde ſecundum illum alius compluribus temporibus pòſt exiſtit, qui in ſpiritu & virtute Helyæ per Zachariam & Eliſabethã productus & in vita verſatus eſt, &c. Audiſti vt teſtetur Helyam peculiari modo viuendi vſũ, & ſecundum ipſum Ioannem extitiſſe? Idem lib. exhortatorio ad virginitatem, vtrũque, Ioannẽ ſcilicet, & Helyã, ſimul confert, cap. 6. 1. Quòd ambo ab adoleſcẽtia ſeſe ſtatim ab humanæ vitæ ſocietate remouerunt. 2. Vterque magnus, hic qui cœlum tenuit, ille quo maior non ſurrexit. 3. A quibuſuis, inquit, qui ſibi occurrerent, res neceſſarias petebant: (hoc cùm legerem, miratus ſum mendicitatis inter primos monachos antiquitatem.) 4. Vnus pellibus caprinis, alter pilis cameli amictus. Chryſoſtomus, hom. Quòd regulares fœminæ viris cohabitent. Propterea, inquit, Helyas, propterea Ioannes ſimplicem habentes amictum, & pelliceas tunicas, & veſtibus è pilis induti, anhelabant, & concupiſcebant veſtimenta incorruptionis accipere. Hinc nimirùm idem Chryſ. tom. 3. ho. de Ioanne Bapt. Baptiſtam monachorum principem dicit. Idem habet Cyrill. Hieroſolymitanus, Catech. 3. Ioã. Caſſianus Collat. 18. c. 6. ordinem ac principium Anachoretarum aſſignans: Ex illa, inquit, quam diximus, Apoſtolica diſciplina proceſſit aliud perfectionis genus, cuius ſectatores Anachoretæ, id eſt, ſeceſſores, meritò nuncupantur: eò quòd nequaquam contenti hac victoria, qua inter homines occultas inſidias diaboli calcauerunt, aperto certamine ac manifeſto conflictu dæmonibus congredi cupientes, vaſtos eremi ſeceſſus penetrare non timeant, ad imitationem ſ. Ioãnis Baptiſtæ, qui in eremo tota permanſit ætate, Helyę quoque & Heliſæi, & illorum, de quibus Apoſtolus ita commemorat, Heb. 11. Circuierunt in melotis & in pellibus caprinis. Ergo cùm propter vitę inſtitutum, tum veſtitum, etiam & zelum, Ioannem Helyam eſſe ſuſpicantur, maximè cùm Helyas venturus expectaretur. *Et dixit, Non ſum.* Ad mentem eorum reſpondet: cũ Helyam eũ in perſona eſſe arbitrarentur, non in ſpiritu tantùm, & virtute, ſicut Angelus, Luc. 1. Chriſtus, Matth. 11. & 17. *Propheta es tu?* ὁ προφήτης εἶ σὺ. Origenes, Euthymius, Theophilactus, Chryſoſtomus, vim faciunt in articulo ὁ: quaſi dicant, An es ille Propheta, nimirũ cuius meminit Moſes, dicens, Prophetam ſuſcitabit vobis Deus? Articulum enim addiderunt ὁ, inquit Chryſoſtom. quaſi dicat, Túne ille es qui à Moſe prædictus eſt? Quidam enim ex iis ignorare poterant num hic Propheta idem eſſet atque Chriſtus, vt Origenes, tom. 6. in Ioann. obſeruat.

Monaſticæ vitæ authores. Epiphan. Hierony. Greg. Niſſ. *Qualis olĩ Helyas.* *Helyas peculiari modo viuendi vtebatur.* *Cõparatio Ioannis & Helyæ.* Idem Greg. *Mẽdicitas in Helya.* Chryſoſt. *Baptiſta monachorũ princeps.* Chryſoſt. Cyrill. Hi. Caſſianus. *Qualis & quis Prophe ta Ioannes non eſt.* Chryſoſt. Origen.

Reſpon-

A *Respondit, Non* sum ille sc. quem quæritis: licet Propheta esset, vt ex Cantico Zachariæ, & verbo Christi manifestum est. 2. Rupertus eum Prophetam non fuisse dicit, ex more cæterorum, qui futura è longè prædiceret: sed quasi præconem, qui præsentem digito monstraret. Rupert.
3. Sunt qui putent interrogatum, num Propheta esset, aliquis sc. ex antiquis reuiuiscens: quòd opinarentur ad viuos illos quandoque reuerti, sicut Matth. 16. Christum, alij Hieremiam, aut vnum ex Prophetis esse putabant. Hinc factum, vt talem se esse Ioannes negauerit. 4. Alij nũ esset Helisæus, quem Prophetæ nomine intelligebant, 4. Reg. 4. Origenes tom. 6. in Ioann. admonet Iudæos tres magni nominis expectasse, Christum, Helyam, & quendam maximũ Prophetam, de quo Deut. 18. Quod quidem ex ordine quæstionis apparet. Euthymius. Non dicunt, inquit, Es tu Propheta, (nam sciebant eum esse Prophetam) sed, Es tu ille Propheta, de quo Moses, &c. Hinc parum rem attendisse videntur, qui articuli ὁ rationem excluserũt. Origen. *Iudæi tres expectabãt.* Euthy.

B Origenes. Cur, cùm plusquam Propheta esse dicatur, negat se Prophetã? Ad hoc, inquit, respondendum est, non idem esse ὁ προφήτης es tu, quod προφήτης es tu? Similia autẽ obseruauimus, cùm quid hoc verbum ὁ θεὸς, ab illo θεὸς, & ὁ λόγος, ab hoc λόγος differret, exquireremus. *Respondet* ergo, *Non:* Etiam fortasse responsurus, si sine articulo interrogassent. Manifestum est autem eos opinionem de metempsychosi, id est, animorum in alia corpora transmigratione habuisse, vt Origenes obseruat, non ex Iudæorum modò de Iesu opinione, sed ex Herodis verbis, Ioannem ego decollaui, quis est ergo de quo talia audio? Thomas Aquinas lect. 12. in Ioann. quosdam scribit suspicari, Iudæos nomine Prophetæ Helisæum intellexisse. 1. quia eo nomine per excellentiam nuncupatur, 4. Reg. 4. vt sciat Prophetam esse in Israël. 2. quòd vetus Testamentũ tribus deferat baptisandi potestatem, aut saltem aliquam speciem: Christo, Ezech. 36. Effundam super eos aquam mundam: Helyæ, qui pallio aquas Iordanis diuisit, 4. Reg. 2. & inde in cœlum euectus est: Helisæo, qui Naaman Syrum lauari fecerit septies in Iordane. *Dixerunt ergo ei, Quis es: vt responsum demus his qui miserunt nos? Quid dicis de teipso?* Aperit nunc Euangelista, quomodo Ioannes confessus est quod erat: præmittit autem interrogationem, vt & responsionem annectat. Hoc ergo est quasi dicant: Ad hoc missi sumus, vt sciamus quis sis, ne incassum huc venerimus. Tibi credimus, etiam de teipso testimonium perhibenti. *Ait* ergo, *Ego vox clamantis in deserto, Dirigite viam Domini, sicut dixit Esaias Propheta.* (cap. 40.) Ne quid sibi arrogare videatur, Prophetæ testimonium adfert, qui cap. 40. inducit vocem clamaturam, Omnis caro fœnum, &c. Vocis autem nomine hæc quæ Ioannis sunt, exprimuntur. 1. Officium, quia vt vox verbum quoad auditores, ita Ioãnes Christum præcurrebat. 2. Verbum tamen priùs in corde est, quàm vox sit in ore: sic ab æterno Christus. Hæc Theophilactus, Gregorius, Ambrosius, Origenes, Beda. 3. Vox aliis indiget organis, ita Spiritus. indiguit Ioannes vt prophetaret. 4. Humilitas quoque eius significatur hoc nomine, cùm volet irreuocabile verbum, & abeamus omnes in mortẽ, & q. aquæ in præceps dilabamur. *Clamantis vox* esse dicitur: quòd Ioanni proprium clamare fuerit. 1. quoniam & publicè prædicaturus erat, affluente etiam in deserto multitudine. Clamor enim manifestationem importat. 2. Clamor fit ad distantes. Iudæi autem elongati erant à Deo. Epiphanius in hæres. 69. 3. Clamatur surdis, Esa. 42. Quis surdus nisi seruus meus? 4. Clamat, qui cum indignatione loquitur. Sic & magno zelo vociferabatur Ioãnes, securim iam ad radicem esse positam. Chrysostomus, hom. 3. in 3. cap. Matth. Vox, inquit, est sonus confusus, nullum secretum cordis ostendens, sed hoc tantummodò significans, quia vult aliquid dicere ille qui clamat. Verbum autem est sermo rationabilis, mysterium cordis aperiens. Adhuc, vox inter animalia & homines communis est, verbum autem hominum tantùm. Ideò ergo Ioannes dictus est vox, non verbum: quia per Ioannem neque misericordias suas Deus, neque iustitias, neque præparata consilia demonstrauit: sed hoc tãtummodò, quia aliquid magni facere in hominibus Deus meditabatur. Postea autem per filium suum plenissimum suæ voluntatis mysterium aperuit: ideò & dictus est verbum. Origenes hom. 21. in cap. 3. Luc. Vox clamat, præparate viam. Primò enim vox ad aures peruenit: deinde post vocem auditum sermo penetrat. Iuxta hunc sensum à Ioanne annunciatus est Christus. *In deserto,* in quo & mansit, vt immunem se reddens ab omni peccato, dignior fieret qui testimonium Christo redderet. 2. Doceret & austeritate vitæ nihil Christi cum mundo cõmune esse. 3. Præfiguraret ad desertam (Es. 54.) Ecclesiam Gentium regnum Dei peruenturam. 4. Deserendum etiam mundum his qui vocem, & verbum s. qui se præcursorem & Christum audituri erant, & in veriusque doctrina profecturi. *Dirigite viam Domini.* 1. in vobis: hęc enim respectu Dei semper recta est. Hoc autem fit, quando totus homo Deo subiicitur: vt scilicet intellectus per fidem, volũ-

Metempsychosis opinio. Th. Aqui.

Baptismus trib⁹ delatus.

C

Vocis nõie quæ Ioãnis sunt exprimuntur.

1.
2.
3.
4.

Ioannis fuit clamare.

1.
2.
3.
4. Chrysost.

Vocis & verbi differentia.

D

E

Origen.

Tho. Aqu. Euthy. tas per amorem, operatio per obedientiam Deo ſubdantur. Hæc Aquinas. 2. Aut vt Euthymius in Matth. c. 3. Viam, inquit, Domini & ſemitas eius vocat animas, ad quas venturũ erat verbũ Euangelij: quas inſtrumento pœnitentiæ mundare hortabatur, affectionum ſpinas extrahendo, peccati lapides eiiciendo, & ita ſuaues ac molles ad ipſius ſuſceptionem efficiẽdo.

Theoph. Irenæus. Theoph. dictionẽ *Clamantis* refert ad Chriſtũ, qui & in templo (Ioan. 7.) & in cruce (Heb. 5.) clamauerit: cuius vox, id eſt, præcurſor, Ioannes fuerit. Irenæus lib. 3. cap. 9. in Valentinianos, ex hac Prophetia conuincit vnum eſſe Deum, qui per Prophetas locutus ſit, vt hîc per Eſaiã,

Cyrill. *Iudæorum imperitia.* & vnum patrem Domini, qui per Ioannem: vnum ſcilicet noui & veteris Teſtamenti. Cyrillus lib. 1. in Ioan. cap. 24. imperitiam Iudæorum hac Prophetia denudari confirmat. Si enim illi ſcripturas ſcrutati fuiſſent, tres expectandos audiſſent: Chriſtum ex Moſe, Deut. 18. Helyam ex Malachia: præcurſorem ex hoc Eſaiæ contextu. Ergo cùm Ioannem nec Chriſtum, G

Iuſt. Mart. *Verborum Eſaiæ explicatio.* nec Helyam eſſe intellexiſſent, de tertio interrogare debuerant. Iuſtinus Martyr, Dialogo cũ Tryphone, altiùs repetendum Eſaiæ contextum monet, vt & iſta Prophetia intelligatur. Siquidem cùm magna Hieroſolymæ calamitas per Sennacherib & Rabſacen incidiſſet: maior autẽ mortuo Ezechia euentura prædiceretur: ne inæternũ Dominus populum ſuũ repuliſſe, quin potiùs ei miſericordiã opportuno tempore cõmunicaturus eſſe videatur: additur, Cõſolamini, cõſolamini, & vox introducitur clamans, quæ populũ ad pœnitentiam flectat, vt & ad gratiã & miſericordiam flectatur Deus. Figura enim Chriſti aduentus præceſſit c. 38. in ſole reuerſo

Clem. Alc. decem lineis. Clemens Alex. Orat. ex hortatoria ad Gentes. Ioannes, inquit, eſt vox verbi adhortatoria, clamans, Rectas facite vias, &c. & vox verbum præcurrit, præparans ad ſalutẽ, per quem ſterilis & deſerta non eſt ampliùs infertilis: (ſic enim deſerti rationem explicat.) Hanc

Deſertum quid. mihi fœtus conceptionem prædixit vox Angeli: illa quoque vox præcurrebat Dominum, ſterilem annuncians mulierem, vt Ioannes deſertam. Per hanc ergo Verbi vocẽ ſterilis multos habet filios, & deſerta fert fructum. Hæ duæ voces præcurrentes Angeli & Ioannis mihi H

quidem ſignificant ſalutem repoſitam, nempè quòd cùm hoc verbum apparuerit, bonæ prolis fructum recepturi ſimus, vitam æternam. Hæc ille. Sic alludit ad deſerti ſignificationem, quo nimirùm Gentium Eccleſia olim deſerta vocem, immò & verbum Domini audiret & amplecteretur.

Euſebius. Euſebius lib. 9. de Demonſtr. Euang. cap. 5. Quid quæſo, inquit, fuit in cauſa, vt non in vrbibus, neque in ipſa Hieruſalem, ſed in deſerto Ioannes ſibi ad prædicandum elegerit?

Cur Ioãnes non in vrbibus, ſed deſerto clamauit. Ad hoc quiſpiam fortaſſe reſponderit, illum hoc feciſſe, vt Prophetia compleretur. Sed qui exquiſitiùs ac diligentiùs ſe doceri voluerit, illicò interrogabit: Atqui Prophetia hæc quid tãdem ſibi volebat, quum deſertum, & ea quæ ad id genus pertinẽt, annunciabat? Cui reſpondebimus, quòd hoc quoque ſignum erat euertendæ vrbis Hieruſalem, & eius quod in ipſa I

erat, altaris, ritúſque illius, qui ſecundum Moſaicam legem ſeruabatur: quando non ampliùs per legitima ſacrificia remiſſio peccatorum illis conciliabatur, ſed per purgationem lauacri, quod in olim ſitibunda ac deſerta, dico autem in collecta de Gentibus Eccleſia, tradebatur: in qua etiam illa, quæ facta eſt vox, *parare viam Domini* iubet, dum malitias in imo quodam fundo quaſi in conualle poſitas auferendas, & veteris vrbis Hieruſalem, atque eorum qui in illa imperabant Principum ac regum, qui montes & colles nominantur: Quibus perfectis, Omnis, inquit, caro videbit ſalutare Dei: id eſt, omnis omnium Gentium anima ad ſuum finẽ perueniſſe demonſtratur.

Origenes. *Et qui miſſi fuerant, erant ex Phariſæis.* Origenes tom. 6. in Ioannẽ. Hoc primùm, inquit, obſeruato duas ad Ioannem Baptiſtam miſſas eſſe legationes (id eſt, duos legatorum ordines) vnam quidem Hieroſolymis à Iudæis, qui ſacerdotes & Leuitas mittunt, vt eũ, Tu quis es? interrogent: Alteram autem Phariſæorum, qui mittunt, & ad reſponſum datum ſacerdotibus atque Leuitis ambigebant. Quæ autem à ſacerdotibus & Leuitis dicta ſunt, diſcendi ſtudio cum manſuetudine dicta ſunt. Nihil enim contumax neque audax in ea ineſt interrogatione. At verò ij, qui à Phariſæis miſſi erant, contumelioſis atque inhumanioribus verbis agunt cum Baptiſta, hoc modo: *Quid ergo baptiſas, ſi tu non es Chriſtus, neque Helyas, neque Propheta?* Sic ergo interrogant inſidioſè: quod in illis minimè mirum eſt, cùm Phariſæi fuerint, id eſt, ab aliis exteriori quodam cultu diuiſi, & proinde ſuperbi & contumaces, acriores ſanè in requirendis aliorum conſcientiis. Chryſoſtomus, Gregorius, & Auguſtinus putant etiã ſacerdotes & Leuitas ex eorum factione fuiſſe. Interrogant ergo, non vt diſcãt, ſed, ſicut & frequenter Chriſtum nixi fuerant, ita & Ioannem in ſermone capiant, ſicque impediant. Quia

Tho. Aqu. enim (inquit Aquinas, lect. 13. in Ioan.) videbant copioſam populi multitudinem ad Ioannem concurrere propter nouum baptiſandi ritum, & extraneum à ritu Phariſæorum & legis: inuidebant Ioanni, & pro virili conabantur impedire baptiſmum eius. Ideò ſe continere non valentes,

A lentes,ſuam manifeſtant inuidiam,& dicunt,*Quid ergo*, &c. quaſi dicat,Non debes baptiſare, cùm neges aliquem illorum trium te eſſe, in quibus præfiguratus eſt baptiſmus. Similes iſtis ſunt inuidi,animarum profectum impedientes, qui dicunt videntibus,Nolite videre,&c. Eſa. 30. Cyrillus lib.1.in Ioan. cap. 25. Hoc etiam Phariſæorum temeritati tribuit. Conſueuerant Cyrill.
enim,inquit,præſentes nimiùm contemnere,& venturum ſimulato afficere honore: & vt ipſi magni apud Iudæos eſſent, & diuitias ingentes ſibi accumularent,neminem præter ſe honorari patiebantur.Origenes tom.6.in Ioan.quærit quî fiat vt Phariſæi Ioannem de baptiſandi Origen.
ritu arguere videantur,cùm multi ex ipſis à Ioanne baptiſati fuerint. Verùm id metu populi, non reuerentia faciebant. Hoc etiam Ioannes nouerat,cùm videns eos & Sadducæos ad baptiſmũ ſuum venientes, ait: Progenies viperarum,quis demõſtrauit vobis fugere à vẽtura ira? Iam ſecuris ad radicem poſita eſt.*Reſpondit Ioannes,Ego baptiſo in aqua.* id eſt,Non debetis mi-
B rari ſi ego, qui non ſum Chriſtus,nec Helyas,nec Propheta, baptiſo:quia baptiſmus meus nõ eſt completiuus,ſed imperfectus. Nam ad baptiſmi perfectionem exigitur lotio corporis & animæ:& corpus quidem ſecundum naturam lauatur aqua,anima verò non niſi ſpiritu. Vnde, *Ego baptiſo in aqua*, id eſt,aqua lauo corpus. Veniet autem alius,qui perfectè baptiſabit in aqua & ſpiritu ſancto,Deus & homo: qui & corpus aqua,& ſpiritum ſpiritu lauabit,ita vt ſanctificatio ſpiritus deriuetur ad corpus. Act.1.Ioannes quidem baptiſauit aqua,&c. Hæc Aquinas, Tho.Aqu.
lib. 13. in Ioann.Eundem ſenſum Origenes,hom.21.in Luc. Theophilactus, Euthymius, Auguſtinus,tract.4.in Ioan. Gregorius, Rupertus,& omnes antiqui Patres ſequũtur. Ioſephus l. Ioſephus.
18.Antiq.c.10.virum bonum Ioannem vocat,qui Iudæis præciperet virtuti operã dare,iuſtitiã colere,in Deum ſeruare pietatem, & per baptiſmum in vnum coire. Auguſtin.tract.5.in Ioã. Auguſt.
Talis autem erat baptiſmus Ioannis, qualis Ioannes: iuſti hominis,terreſtris,præparatorius,nõ *Qualis erat*
Dei cœleſtis, diuinus,& perficiens, vt baptiſmus Chriſti.Hic quoque agit in Donatiſtas, qui *ioãnis baptiſmus.*
C volebant hæreticos rebaptiſari,argumento ducto ab ijs,qui cùm primum Ioãnis baptiſma acciſſent, à Paulo rebaptiſati ſunt, Act.17. Sed,inquit, hæretici baptiſma dederunt,quod baptiſma non dedit Ioannes.Miramur igitur quid impellat Gnoſticos huius temporis,vt dicant *Chriſti baptiſma excellẽtius*
baptiſma Chriſti nihil habere Ioannis baptiſmate excellentius.Si enim vnum & idem eſſet, *ioãnis baptiſmate.*
quorſumPaulus hos rebaptiſaſſet,cùm monuerit vnicũ eſſe baptiſma?Denique nihilne potius habet verbum voce, Chriſtus præcurſore, Dominus ſeruo, Deus homine? Verùm mirari deſinemus, ſi perpendamus Gnoſticos Chriſtum ſua veritate ſpoliare,& omnia illius myſteria *contra noſtri tẽporis Gnoſticos.*
ad ſimplices figuras reducere velle. Hoc etiã contra illos Auguſtanæ confeſſionis profeſſores
nobiſcum contendunt: hoc olim primi Patres Eccleſiæ contra ſui temporis hæreticos. Ter- Tertull.
tullianus lib.de Baptiſmo.Nihil,inquit,cœleſte præſtabat Ioãnis baptiſma,ſed cœleſtibus præ- 1.
D miniſtrabat,pœnitentiæ ſcilicet præpoſitus,quæ eſt in hominis poteſtate. 2. Alioquin aut da- 2.
ret & ſpiritum ſanctum, ſi cœleſtis fuiſſet: 3. & remiſſionem peccatorum.Sed neque peccatũ 3.
dimittit, neque ſpiritumſ. indulget,niſi Deus ſolus:etiam ipſe Dominus, niſi priùs aſcenderet ad patrem, aliter negauit ſpiritum deſcenſurum. Id quod Dominus nondum conferebat, ſeruus vtique præſtare non poſſet. Adeò poſtea in actis Apoſtolorum inuenimus, quòd qui Ioannis baptiſma habebant,non accepiſſent ſpiritumſ. immò ne auditu quidem nouerant. Occurrit tandem obiectioni. Nam quòd, inquit, prædicabat baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem delictorum, in futuram remiſſionem enunciatum eſt. Siquidem pœnitentia præcedit, remiſſio ſubſequitur: & hoc eſt viam præparare: qui autem præparat, non idem ipſe perfecit, ſed alij perficiẽdum procurat. Demum ipſe profitetur ſua non eſſe cœleſtia, dicẽdo,
Qui de terra eſt,de terra loquitur: qui de ſupernis venit,ſuper omnes eſt. 4. Item ſola ſe pœni- 4.
E tentia tingere,vẽturum mox qui tingeret in ſpiritu ſancto & igni.Hęc Tertullianus. Origenes Origen.
verò tomo 6.in Ioan. Hoc etiam,inquit,notandum eſt, Ioannis baptiſmum Ieſu baptiſmo, qui ab eius diſcipulis dabatur,inferiorem fuiſſe: ſiquidem ij,qui in Actis baptiſati erant Ioãnis baptiſmo, ab Apoſtolo iterum baptiſantur. Quod enim eſt regenerationis, non à Ioanne, ſed à Ieſu per Apoſtolos fiebat,cum renouatione ſpiritus,qui nunc quoque ſubſequitur:quandoquidem in Ieſu eſt ſupra aquam,ſed non in omnibus poſt aquam ingenerari ſolet. Baſilius Baſilius.
lib.1.de Baptiſ. tres Baptiſmatum ſpecies aſſignat, Moſis ſcilicet, Ioannis, & Chriſti. Porrò baptiſma Chriſti,inquit,rationem habet omnem humanam excedentem,& gloriam altiorẽ omni voto humano:excellentiam autem gratiæ ac virtutis ampliorem, quàm quantum ſol Idẽ Baſ.
ſtellas excedit. Idem Concione exhortatoria ad ſanctum baptiſma: Ioannis, inquit, baptiſma introductorium erat, hoc perfectiuum eſt: illud ſeceſſus à peccato,hoc conſortium ad Deũ. Theophilactus in Ioann. Baptiſma Ioannis non erat articulatum,non enim fiebat in ſpiritu: Theoph.

Christi autem articulatum erat: nihil enim vmbrarum vel figurarum continebat, sed fiebat in F
Ambros. spiritu. Eadem habet Ambrosius lib. 2. in Luc. c. 3. Augustin. tom. 7. de vnico baptismo cõtra
August. Petilianos, cap. 7. & lib. 5. de baptismo contra Donatistas, cap. 9. Idem omnes primæ Ecclesiæ
Patres. Quid ergo mouet Gnosticos, vt Christi & Ioannis baptisma confundant? Quis non
intelligat, quantum inter vtrumque baptisma sit discriminis? Aquæ baptismus animum non
mutat, spiritu opus est. Quantum igitur discriminis est inter aquam & spiritum sanctum, in-
ter cerimoniam significatiuam & rem signatam, inter dominum & ministrum, tantum in-
teresse inter baptisma Ioannis & Christi. Hæc ille. Adde, tria ad perfectum baptismum re-
Tria ad perfectum baptismũ requiruntur. quiri. Tres sunt enim (primæ Ioannis quinto) qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua,
& sanguis: inter hæc verò aqua minimum est. Ioannes autem non poterat dare spiritum san-
ctum, quia nondum Iesus erat glorificatus, Ioan. 7. nec sanguinem, qui nondum erat effusus:
quomodo ergo suo baptismo Christi baptismum æquaret? Sed præparabat, & quasi manu G
perducebat ad excellẽtiora Christi mysteria. Hinc est quod ait, *Baptiso aqua.* & alibi, Ille vos
baptisabit spiritu sancto & igni, & permũdabit aream suam. *Medius autẽ vestrum stetit.* Hæc per
Quomodo christus medius nostrum. antithesim, quasi d. Imperfectus est baptismus meus: at illius qui venit, perfecta sunt opera. Et
hic quidem *medius vestrum stetit.* Quod quatuor modis exponitur. 1. Si referatur ad na-
turam humanam Christi, medius vestrum dicitur, quia inter Iudæos conuersatus est, quasi al-
1. ter ex illis: in forma serui apparens, habitu inuentus vt homo. Phil. 2. Sic enim ait, Luc. 22. In
Chrysost. medio vestrum sum sicut qui ministrat. Sic Chrysostomus, hom. 15. in Ioan. Augustinus trac.
August. 4. & Greg. hom. 7. 2. Si ad Christi diuinitatem referatur, Christus in medio Iudæorum fuit,
Gregor. quia implebat omnem creaturam: vt Deus verbum, Hier. 22. 3. Si ad originem humanæ sa-
2. pientiæ, in medio eius, id est, in hominis mente est verbum, cùm quicquid lucis & sapiẽtiæ est
3. in hominibus, proueniat ex participatione verbi. Sic Origenes. 4. Si ad Propheticã de Chri- H
4. sto prænunciationem, hæc in medio Iudæorum erat, id est in mediis ipsorum scripturis. Sic
Origen. Theophilactus. *Quem vos nescitis,* inquit. 1. Licet enim hominem nouerit is, non tamen Deũ.
Theoph. 2. Licet impleat omnia, non talis tamen à vobis intelligitur. 3. Quamuis lux in vobis vt tene-
bris luceat, tenebræ tamen eum nõ comprehenderunt. 4. Licet lateat in scripturis, eum tamẽ
Obseruatio. non aduertitis. Sic disce non semper omnia intelligi quę videntur, tanguntur, præsentia sunt, &
Th Aqui. leguntur: sic enim ignotus fuit Christus. *Ipse est qui post me venturus est,* ad prædicandum, ba-
Quomodoid Ante me factus est, intelligitur. ptisandum, & moriẽdum. Præcessit enim Ioannes, vt dispositio formam, inquit Aquinas. *Qui ante me factus est.* id est, qui præfectus est mihi dignitate: sicut & ait, Illum oportet crescere,
me autem minui. Sic Chrysostomus hom. 15. in Ioann. Rupertus, Gregorius, Thomas, Augu-
1. stinus. 2. Aut ante me fuit, aut factus est. Vtrũque enim Græca voce significatur (inquit Epi-
Chrysost. phanius lib. 2. t. 2. contra hæres. 69. Ariomanitarũ) vt ostendat verbi in terra semper accessum. I
2. Siquidem fuit, non dicit hîc creationem, sed accessum & aduentum: sicut homines dicere so-
Epiphan. lent, Fui in Hierosolymis, aut in Babylone, quando veni. Tria de Christo enunciauit Ioãnes,
quibus diuinitatem, prouidentiam, & humanitatem Christi expressit. Ait enim (vt obseruat
Tria de Christo Ioãnes enũciat Epiphanius in hæres. 69. quæ est Ariomanitarũ) Hic est de quo dixi vobis, *quòd post me venit vir,* vt aduentũ in carne significet: *Quia prior me erat,* vt Deitatem ostendat: *Quoniam ante me factus est.* In mundo enim erat, inquit Euangelium, & mundus per ipsum factus est. Si autem
in mundo erat antequàm Ioannes conciperetur, ac gigneretur, ante ipsum fuit in mundo, non
Cyrillus. de creatione, sed de accessu. Cyrillus in exposit. Symboli Nic. Quomodo qui post ipsum erat,
prior ipso fuit? Soluit saluator, Iudæos alloquens: Priusquàm Abraham fieret, ego sum. Nam
christi quo modo fact. ante Ioãne. erat quidem & ante Abrahamum diuino more: intelligitur autem post ipsum, secundum
quod homo apparuit. Dicere etiam possumus Christum factum ante Ioannem: id est, fuisse
virum perfectum, si non ætate, saltem iudicio & discretione. Nam licet Ioannis conceptio se- K
mestri pręcesserit filij Dei incarnationem, ita tamẽ vt non statim, sed sensim in materno vtero
formatus sit. Christus verò statim in ipsa incarnatione vir perfectus redditus est, obumbrante
nimirùm Spiritus sancti virtute: quo factũ est, vt verè Propheta id prædixerit de Virgine, Fœ-
mina circundabit virum. Quòd si quis obijciat ipsum etiam Ioannem in vtero exultasse: factũ
Quid est soluere corrigiam. id sanè diuino priuilegio, ita tamen vt non æquauerit perfectionem illam, quam Christus ab
instanti suæ incarnationis habuit. Sic recurret interpretatio huius sententię, *Ante me factus est,*
1 ad id, Me perfectior est, & vt Deus, & vt homo. *Cuius non sum dignus vt soluam corrigiam cal-*
Theoph. *ceamenti:* id est, Me dignior est & glorioſior, intantum vt me non ausim numerare vel in vlti-
Euthy. mis eius seruis (ait Theophilactus) propter magnitudinem cõsideratæ in eo diuinitatis, inquit
2. Euthymius. 2. Gregorius hom. 7. mysticè corrigiam explicat, vt per calceamentum, quòd
Gregor. fit

A fit è pellibus animalium, humana natura mortalis: per eius corrigiam ligatura mysterij, id est, vnio diuinitatis cum humanitate per incarnationem intelligatur: cuius plenitudinem se soluere indignum iudicat Ioannes, cùm ab homine perfectè explicari non possit. 3. Aliter explicat, pro eo ac si diceret, Non sum dignus Ecclesiam, quæ Christo debetur, in sponsam accipere. Mos enim fuit apud veteres, Deut. 25. vt si vir decederet sine liberis, posset eius frater superstes vxorem eius sibi in sponsam accipere. Quòd si ille nollet, propinquus defuncti eam sibi in vxorem asciscere poterat, si modò priùs fratri viri defuncti calceamentum soluisset, in signum cessionis. Cui autem, inquit Rupertus in Ioan. magis competebat vxor esse Synagoga, quàm Christo? cuius tota patris hæreditas, vel vniuersa quæ est ab initio vsque ad finem seculi Ecclesia. Quis enim patri propinquus magis quàm filius? Origenes tom. 6. in Ioan. per duo calceamenta, duos Christi aduentus interpretatur, vnum in hunc mundum per incarnationem: al-

B terum ad patres, cùm per mortem descendit ad inferos, & in itinere quod in carcere fecit. In hoc enim, inquit, Iesus mortuus est, vt & viuorum & mortuorum dominaretur. Humilitatis autem est, quòd censet Ioannes se indignum tantis mysteriis dissoluendis. Theophilactus in Ioan. Scio, inquit, me apud sanctorum aliquem hanc etiam legisse interpretationem. Calceus semper sumitur ad peccatricem animam, corrigia vt vinculum peccatorum. Igitur Ioannes in aliis quidem, qui ad se egrediebatur, poterat soluere corrigiam: Viam enim præparabat ad hoc, vt corrigiam & calceamẽtum peccati abiicerent: In Christo autem non inueniens corrigiam, hoc est vinculum peccati, meritò neque soluit, neque soluere potuit. Cæterùm suo exemplo (inquit Cyrillus libro primo in Ioan. cap. 26.) Pharisæos ab arrogantia in humilitatem traduce-

C re conatur. Atque vtinam omnes hæretici, & curiosi, quique ambitiosè omnes scripturas se intelligere præsumunt, hanc Ioannis humilitatem attendant: nec plus quàm oportet, sapere discant. *Hæc in Bethabara facta sunt trans Iordanem, vbi erat Ioannes baptisans.* Origenes tom. 6. in Ioann. Non ignoramus, inquit, in omnibus ferè exemplaribus scriptum esse, *Hæc in Bethania facta sunt:* sed adducti sumus, vt credamus, non Bethania legendum esse, sed Bethabara, posteaquàm in locis fuimus, vt Iesu, eiusque discipulorum ac Prophetarum vestigia cognosceremus. Bethania enim, vt idem Euangelista ait, Lazari & Marthæ atque Mariæ patria, Hierosolymis quindecim stadiis abest, à qua Iordanis flumen procul distat circiter centum & octoginta stadiis ratione latitudinis. Nec verò est locus ad Iordanem eiusdem nominis, cuius est Bethania: monstrari autem ferunt in Iordanis ripa Bethabaram, vbi Ioannem baptisasse tradunt. Hæc ille. Hanc sententiam sequitur Chrysostomus. Porrò (vt obseruat Cyrillus libro primo in Ioan. cap. 26.) diligentiæ Euangelistæ, magnitudinisque rerum hoc signum est. Solent enim homines loca singula, vbi res magnæ gestæ, aut expositæ sunt, memoria diligentiùs com-

D mendare. Nam (inquit Chrysostomus homil. 16. in Ioann.) cùm non antiqua, sed quæ paulò antè contigerant, narraret, à loco etiam testimonium accipit, vt meminerint qui aderant. Mysticam huius loci interpretationem Patres requirunt, quæ nimirùm baptismo conueniat. Si Bethania legatur, id est, domus obedientiæ, docemur per obediẽtiam fidei ad baptismum peruenire. Si verò Bethabara, quæ interpretatur Domus præparationis, significat per baptismum hominem ad vitam æternam præparari. Iordanis, id est, descensus eorum, Christum designat, qui de cœlis descendit. Per eum omnes mundari necesse est, & ad pietatem & sanctitatem præparari. Iordanis etiam baptismum præsignabat, quo nos ad fœlicitatem introduci oportet, cùm sit omnium sacramentorum ianua. Si autem Iordanis Christus dicatur, ex eo potum sumimus, cuius meminit Ioan. 6. Nisi biberitis meum sanguinem, &c. Hæc satis abundè Origenes in Ioannem.

E

Mystica corrigia. 3. Rupertus. Origen. Theoph. 4. Cyrill. *Ioannes suo exẽplo Pharisæos ad humilitatem hortabatur* Origen. *Legendum Bethabara, non Bethania.* Chrysost. Cyrillus. Chrysost. *Mystica huius loci interpretatio.* 1. 2. 3. 4. 5.

Duo alia Ioannis de Christo testimonia, quibus Christi diuinitatem, & nostram per eum redemptionem prædicat: neque temerè, sed signo cœlitùs à Patre designato, se in illius cognitionem veniisse ostendit. Vnde fit, vt digito illum designet, ostensum autem quinque discipuli sequantur.

Matth. Marc. Luc.

IOAN. 1.

Altera die vidit Ioannes Iesum venientem ad se, & ait, Ecce Agnus Dei, F
ecce qui tollit peccata mundi. Hic est de quo dixi, Post me venit vir, qui ante
me factus est: quia prior me erat: & ego nesciebam eum, sed vt manifestetur in
Israël, propterea veni ego in aqua baptisans. Et testimonium perhibuit Ioan-
nes, dicens, Quia vidi Spiritum descendentem quasi columbam de cœlo, &
mansit super eum. Et ego nesciebam eum: sed qui misit me baptisare in aqua, il-
le mihi dixit: Super quem videris Spiritum descendentem, & manentem su-
per eum, hic est qui baptisat in Spiritu sancto. Et ego vidi, & testimonium
perhibui, quia hic est filius Dei. Altera die iterum stabat Ioannes, & ex disci-
pulis eius duo. Et respiciens Iesum ambulantem, dicit, Ecce Agnus Dei. Et au-
dierunt eum duo discipuli loquentem, & secuti sunt Iesum. Conuersus autem
Iesus, & videns eos sequentes se, dicit eis, Quid quæritis? Qui dixerunt ei,
Rabbi (quod dicitur interpretatum, Magister) vbi habitas? Dicit eis, Venite, & G
videte. Venerunt, & viderunt vbi maneret, & apud eum manserunt die illo: ho-
ra autem erat quasi decima. Erat autem Andreas frater Simônis Petri, vnus ex
duobus qui audierant à Ioanne, & secuti fuerant eum. Inuenit hic primùm
fratrem suum Simonem, & dicit ei, Inuenimus Messiam, quod est interpreta-
tum, Christus. Et adduxit eum ad Iesum. Intuitus autem eum Iesus, dixit, Tu
es Simon filius Ioanna: tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. In
crastinum voluit exire in Galilæam, & inuenit Philippum. Et dicit ei Iesus,
Sequere me. Erat autem Philippus à Bethsaida, ciuitate Andreæ & Petri. Inue-
nit Philippus Nathanaël, & dicit ei, Quem scripsit Moyses in lege, & Pro-
phetæ, inuenimus Iesum filium Ioseph, à Nazareth. Et dixit ei Nathanaël, A
Nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus, Veni, & vide. Vidit Iesus
Nathanaël venientem ad se: & dicit de eo, Ecce verè Israëlita in quo dolus non
est. Dicit ei Nathanaël, Vnde me nosti? Respondit Iesus, & dixit ei, Priusquàm H
te Philippus vocaret, cùm esses sub ficu, vidi te. Respondit ei Nathanaël, & ait,
Rabbi, tu es filius Dei, tu es rex Israël. Respondit Iesus, & dixit ei, Quia dixi
tibi, Vidi te sub ficu, credis: maius his videbis. Et dicit ei, Amen amen dico vo-
bis, videbitis cœlum apertum, & Angelos Dei ascendentes & descendentes su-
pra filium hominis.

Introductio.

MAGNVM bonum fiducia est, & loquendi libertas, omniáque Christi confessioni postponere: tam magnum, inquam, & admirabile, vt filius Dei vnigenitus idem de Patre prædicet, quamuis non æqua sit vicissitudo. Tu enim confiteris in terra, ipse in cœlo: tu præsentibus hominibus, ille Patre & Angelis omnibus. Talis Ioannes non multitudine, non glo- I
Ioannis animi magnitudo. ria, nulla re humana motus, omnia pessundat, liberrimè, vt debet, Christi mysteria omnibus annunciat: propterea etiam locum significat Euangelista, vt magnanimi præconis fiduciam ostenderet. Non enim domi, neque in angulo aliquo se abdidit, sed in media omnium, qui ad se baptisatum venerant, multitudine id palàm confitebatur. Hæc Chrysostomus, homil. 16. in Ioann. Nec semel tantùm Christo testimonium
Chrysost. reddidit: sed semper, & per omnes conciones, ceremonias & baptismata ipsum demonstrauit.
Tho. Aqu. Thomas Aquinas, lect. 14. in cap. 1. Ioannis. Suprà Ioannes perhibuit testimonium Christo interrogatus: hîc verò aliud testimonium Christo spontaneus. Et primò quidem fert & ipsum testimonium. Secundò testimonium latum confirmat ibi, *Et testimonium perhibuit Ioannes* &c.
Summa. Circa primum autem, primò quidem describuntur circunstantiæ testimonij. Secundò ponitur ipsum testimonium ibi, *Ecce Agnus Dei.* Tertiò excluditur suspicio testis, ibi, *Et ego nesciebam eum*, &c. Describuntur autem circunstantiæ. Et vna quidem ex parte temporis, vbi dicit,
Ioannes sæpè suum de Christo testimonium repetit. *altera die.* in qua quidem commendatur Ioannis constantia: quia non vno die, non semel tantùm, sed pluribus diebus & multotiès Christo testimoniũ perhibebat. Ps. 144. Per singulos dies benedicam tibi. Commendatur etiam eius profectus: quia non debet nobis succedere vna dies sicut alia: sed quæ succedit, debet esse altera, id est melior: iuxta illud Psal. 83. Ibunt de virtute in virtutẽ. Alia circunstãtia ponitur ex parte modi testificãdi: quia vidit Ioannes Iesum: in quo insinuatur certitudo. Nam testimonium visus certissimum est. Alia verò circunstantia ponitur
Quando Ioãnes viderit Iesum. ex parte eius, cui testimonium perhibet. Vnde dicit, *Vidit Iesum ad se venientem*, scilicet de Galilæa, &c. Nec intelligendum est de aduentu, quo venit ad baptismum, de quo ibi loquitur Matthæus: sed de alio aduentu, quo iam baptisatus, & circa Iordanem aliquandiu commoratus venit ad Ioannem. Nec enim diceret se vidisse Spiritum sanctum descendentem sicut co-

A columbam, nisi & idipsum priùs contigisset, id est, baptisatus paterna voce & specie columbæ declaratus fuisset. Huius autem Christi ad Ioannem aduentus post baptismum, tres causæ assignantur. Prima est, ne quis erraret in persona Saluatoris: id est, pro eo alterum sibi deligeret. Ideò non semel, sed pluries, etiam digito demonstrari voluit. Secunda ratio est, ne quis arbitraretur hac ratione Christum ad Ioannis baptismum venisse, quasi à peccatis hactenus contractis hac aspersione purgandus esset, vt obseruat Euthymius in Ioan. Ideò ad Ioannem accessit, vt ex ipso omnes intelligerent, quòd agnus esset qui tolleret peccata mundi: tanto abest vt his inuoluueretur, quæ tergere, expiare, omninò abradere venerat. Tertia ratio ex Christi humilitate desumitur: sed & illius affectus exemplo, quem Dei verbo, eiúsque ministro debemus. Nam cùm omnes verbi ministerium in Ioanne suspicerent, ipse eius concionibus deesse minimè voluit. Cyrillus Alexandrinus, libro secundo in Ioann. cap. 1. Ita breui admodum tem- Cyr. Alex.
B pore Propheta simul & Apostolus Baptista effectus est, inquit. Quem enim venturum prædicabat, hunc iam monstrat præsentem, & ideò Prophetarum mensuram excessit. *Et vidit Iesum venientem ad se.* Vidit scilicet, & agnouit: cùm & exterioribus signis sibi Christum delineasset quem viderat, & internis Spiritus sancti motibus, clausis etiam oculis, in vtero matris positus, Christum nondum natum agnouisset. *Et ait, Ecce agnus Dei.* Theophilactus in Ioan. Ex- Theoph.
quire autem diligenter hoc dictum, Ecce agnus ille Dei: quia sermo est ad cupientes & quærentes videre illum agnum, qui ab Esaia 16. prædictus est. Ecce, inquit, agnus, qui quærit, ille agnus, ecce adest. Probabile enim multos in Prophetico libro Esaiæ edoctos quæsiuisse, quisnam agnus ille esset. Igitur Ioannes demonstrat eum. Non dixit autem, Agnus: sed dixit, *Ille agnus.* Nam multi quidem agni, sicut & multi Christi: sed ille est verus agnus, qui à Moyse figuratur, & ab Esaia prædicitur. Porrò agnus Dei dicitur Christus, siue quòd Deus acceperit *Christus est*
C mortem Christi pro nostra salute, siue quòd Deus tradiderit illum pro nobis ad mortẽ: quem- *ille agnus, quomodo.*
admodum dicere solemus, Sacrificium hoc illius est, hoc est, ille sacrificium hoc obtulit. Sic igitur & Dominus dicitur Agnus Dei, eò quòd Deus propter charitatem suam erga nos, illum dederit ad mortem. Et agni quidem, qui in veteri lege immolabantur, nullius peccatum omninò abolebant: hic autem totius mundi peccatum tollit è medio, & abolet. Euthymius in Euthym.
Ioann. dici illum agnum Dei censet, quòd à Deo missus sit ad immolandum pro salute hominum, vel propter diuinitatem hypostaticè suæ humanitati coniunctam. Augustinus tract. 7. August.
in Ioan. Vtique singulariter iste agnus. Nam & discipuli dicti sunt agni: Ecce ego mitto vos sicut agnos in medio luporum. Dicti sunt & ipsi lumen. Vos estis lux mundi, (Matthæi quinto.) Sed aliter ille, de quo dictum est, Erat lumen verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Sic & Agnus singulariter, solus sine macula, sine peccato: non cu- *Agnus sine macula.*
D ius maculæ absterſæ sint, sed cuius macula nulla fuerit. Quid enim, quia dicebat Ioannes de Domino, Ecce agnus Dei? Ipse Ioannes non erat agnus? non erat vir sanctus? non erat amicus sponsi? Ergo singulariter ille, Hic est agnus Dei: quia singulariter huius agni sanguine solo homines redimi potuerunt. Et paulò pòst. Qualis agnus est? quem lupi timent. Qualis agnus? qui leonem occisus occidit. Dictus est enim diabolus leo circumiens & rugiens, quærens quem deuoret. Sanguine agni victus est leo. Agnus quidem Mosaicus irrationalis erat, vt meditatur Epiphanius in hæres. 8. Christus autem rationalis est, immò Dei virtus & sapientia. Thomas Epiphan.
Aqui. lect. 14. in 1. cap. Ioan. Sciendum est autem quòd, sicut dicit Origenes, in veteri lege con- Tho. Aqu. Origen.
E sueuerunt quinque animalia offerri in templo: tria de terrestribus scilicet, vitulus, capra, & *Quinque animalia cõsueuerũt offerri in templo.*
ouis: sed ouium quidem, aries, ouis, & agnus. De volatilibus verò duo, turtur scilicet & columba. Quæ quidem omnia præfigurata fuerunt veri sacrificij, quod est Christus, qui semetipsum obtulit oblationem Deo, vt dicitur Ephes. 5. Quare Baptista Christo testimonium perhibens, agnum specialiter nominauit. Huius ratio est: quia sicut dicitur Numer. 24. licet alia fierent sacrificia in templo cæteris temporibus, vnum tamen erat quotidianum, in quo iugiter vnus agnus manè, & alius vesperè offerebatur: nec hoc mutabatur vnquam, sed tanquam principale obseruabatur. Alia verò ex adiuncto: & ideò per agnum, qui erat principale sacrificium, significatur Christus, qui est principale sacrificium. Nam licet omnes sancti, qui pro Christi fide passi sunt, prosint ad salutem fidelium: hoc tamen non habent, nisi inquantum agni sacrificio principali adiungũtur. Et offertur quidem manè & vesperè: quia per Christum patet aditus ad intelligibilia diuinorum contemplanda & fruenda, quod pertinet ad cognitionem matutinã: & instruimur, quomodo vtamur terrenis absq; inquinamẽto, quod pertinet ad vespertinã: & ideò *Cur Christus dicitur agnus Dei.*
dicit, *Ecce agnus Dei*, id est per agnum significatus. Dicit autem *Dei*, quia in Christo sunt duæ naturæ, humana scilicet, & diuina: Et quòd hoc sacrificium esset virtuosum ad purgandum

& sacrificandum à peccatis, habet ex virtute diuinitatis, in quantum scilicet Deus erat, in Christo mundum reconcilians sibi, 2. Cor. 5. Vel dicitur Agnus Dei, quasi oblatus à Deo, scilicet ab ipso Christo, qui est Deus, sicut dicitur oblatio hominis, quam homo offert. Vel dicitur Agnus Dei, scilicet patris: qui ipse prouidit homini oblationem ad offerendum pro peccatis sufficientem, quam homo per se habere non potest. Vnde Genes. 22. cùm Isaac quæreret ab Abraham, Vbi est victima holocausti, &c. respondit, Deus prouidebit sibi victimam holocausti, Rom. 8. Proprio filio non pepercit Deus, &c. Dicitur autem Christus Agnus, primò propter puritatem. Exod. 12. Erit agnus anniculus, &c. 1. Pet. 1. Non corruptibilibus auro & argento, &c. Secundò, propter mansuetudinem. Esai. 53. Quasi agnus, &c. Tertiò, propter fructum. Prouerb. 28. Agni sunt tibi, &c. Et hoc quantum ad indumentum, iuxta illud Rom. 13. Induimini Dominum Iesum Christum. Et quantum ad cibum, Ioan. 6. Caro mea, &c. Et ideò dicebat Esaias 16. Emitte agnum Domine, &c. Consequenter propositam figuram exponit, cùm dicit, *Qui tollit peccata mundi*, id est, aufert quod in lege, nec per agnum, nec per alia sacrificia auferri poterat: quia, vt dicitur Hebr. 9. Impossibile est per sanguinem, &c. sanguis iste tollit, id est, aufert peccata mundi. Osee vlt. Omnem aufert iniquitatem. Vel *tollit*, id est, in se accipit peccata totius mundi: quia, vt dicitur 1. Pet. 2. Qui peccata nostra pertulit, &c. Esa. 53. Dolores nostros ipse tulit, & languores nostros ipse portauit. Dicit autem secundum Glosam, *Peccatum*, & non peccata: vt ostendat in vniuersali, quòd abstulit totum genus peccati, 1. Pet. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris: vel quia pro vno peccato, scilicet originali, mortuus. Rom. 5. Per vnum hominem peccatum intrauit, &c. Hinc scilicet Augustinus tom. septim. libro sexto contra Iulianum Pelag. cap. primo, concludit omnes, quotquot in mundo sunt, etiam infantes nuper natos, peccato obnoxios esse. Nam si nulli peccato paruuli obstricti sunt, inquit, sequitur Christum non esse pro paruulis mortuum. Dicit autem Paulus ad Corinth. 2. cap. 5. quoniam vnus pro omnibus mortuus est. Quibus & simili consecutione id adiicere possumus, Si ipse agnus est Dei qui tollit peccata mundi: ergo quicquid in mundo est, peccato obnoxium est, & paruuli statim atque in mundo sunt, peccatores esse dicentur, & egebunt gratia Christi. Tollit autem omnium peccata sufficiēter, etsi non efficaciter: tollit, inquam, quantū in se est, omnium qui ad eum recurrunt, peccata. Quòd si alicuius peccata permanent, hoc non ad Christum, sed ad ipsum peccatorem referri debet. Tollit denique ea ministerialiter per sacerdotes. Mediis etiam vtitur sacramentis. Origenes tom. 1. in Ioannem. Siquidem, inquit, imbelles fecit mors Christi eas potentias, quæ humano generi bellum inferunt, & vindicabit à peccato vitam in vnoquoque credentium, potentia indicibili. Quoniam autem aufert peccatum, vt totus sine peccato sit mundus, idq; facit, donec vniuersos hostes suos, atque adeò mortem ipsam, nempè vltimum hostem deuicerit: Idcircò Ioannes ait, ostendens ipsum, *Ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi*. Non, inquit, qui tulit aliquando: neque item qui abstulit quidem antè, nunc autem non tollit: sed *tollit*, inquit, quòd assiduè hoc agit: id est, tollit ab vnoquoque in mundo existente peccatum: neque cessat tollere, quoad è toto mundo sublatum fuerit peccatum: ac Seruator tradiderit patri regnum. Tollit itaque peccata, quoniam ab eo nostra purgatio & iustificatio pendet, & non in alio aliquo statu. Tollit, inquam, non actu, nisi peccatori eius meritum applicetur. Sic enim pharmaca & radices tollere quosdam mortbos dicuntur, propter innatam vim: etsi non eos actu tollant, nisi ægris applicentur. Applicatur autem nobis Christi virtus & meritum, mediante pœnitentia, præeunte, comitante, & consequente Dei gratia, nostra fide, sacerdotum ministerio, & sacramentis. Hoc confirmat his verbis Theophilact. in Ioan. Non dixit, qui abstulit peccatum: sed qui tollit, in præsenti, peccata nostra. Quotidie enim tollit peccata, & aliorum quidem per baptismum, aliorum autem per pœnitentiam. Quare autem non dixit peccata, sed peccatum? Fortassè hoc in genere dixit de omnibus: sicut dicere solemus, Defecit homo, id est, omnis humanitas à Deo. Aut peccatum inobedientiam intelligit, ob quam homo in varias affectiones incidit: hanc autem tulit Christus, factus patri obediens vsque ad mortem. Philip. 2. Neque verò audiendi sunt, qui ideò peccata minimè tolli arbitrantur: quòd in nobis fomites quædam illorum, ceu carnis stimuli remaneant. Beatus enim tollitur & ipsa deformitas, interim dum hîc viuentes ad designata media recurrimus. Remanet interim fomes seu infirmitas quædam in nobis: quia corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, donec expurgato & ad incorruptionem restituto corpore, ipsa etiam carnis imbecillitas omninò tollatur. Relinquitur autē illa in nobis, quandiu viuimus, non ad condemnationē nostram: multum enim differt à peccato: sed ad exercitationem, vt secūdum spiritū viuentes, & membra nostra mortificantes super terram, non iam carni, sed spiritui,

1. *cur Christ' agnus.*
2.
3.
Quomodo Christus tollit peccata.
1.
2.
Quod peccatū mūdi.
Augustin.
Infātes peccato obnoxij
Quomodo Christus tollit peccatū.
3.
Origen.
Christus in præsenti etiā tollit peccata.
4.
5.
Christus nō tollit actu cuiusque peccata, etsi auferre posset.
similitudo.
Theoph.
cur in singulari Peccatū dicit.
Peccata omninò tolluntur.
Quid fomes peccati.

A tui, neque Deo, sed mundo viuamus. Hanc resolutionem Gregorius Nicænus, serm. de sancta Christi natiu. cõfirmat his verbis. Dicet enim, inquit, forsitan aduersarius, quòd cum, qui expectasset tempora, ad manifestationem nequitiæ, vt auctam eam eximeret, ac radicitùs & funditùs tolleret, totam eam sustulisse decebat, vt nullæ eius remanerent in vita reliquiæ. Nũc verò cædes, furta, adulteria, ac pessima quæque omni remoto metu committuntur. Nam si quis ad hoc respicit, similitudine quadam insigni eam, quæ his rebus existit, ambiguitatẽ soluat. Quemadmodum enim videre licet, dum serpentes interficiũtur, non statim vnà cum capite posteriorum partium volumina emori: sed caput quidem emortuum est, postremæ verò partes suis spiritibus etiam nunc animatæ vigent, nec vitali motu priuatæ sunt: Ita draconis quoque interfector, quum magna bestia euasisset, quippè quæ vnà cum omnibus singulatim hominũ ætatibus creuisset, capite cæso, hoc est, malorum inuẽtrice, quæ multa in sese capita haberet, sublata, posteriorũ partium tactũ nihil curauit, quòd operã dedisset, vt exercitationis causa insequentibus hominibus in mortua bestia motus relinqueretur. Quod igitur contusum illud & confractum caput? Id quod vnà cum prauo consilio mortem inuexit, quod lethale venenum homini per morsum immisit. Is igitur qui imperium mortis euertit, vim, quæ in capite serpentis erat, vt inquit Propheta, contudit atque cõtriuit: Reliquus verò bestiæ tractus vnà cum vita humana satus, quoad humanum genus erit in motibus nequitiæ atque improbitatis, semper squama peccati vitam vndique exasperat & indurat: ac potẽtia quidem iam emortuus est, posteaquàm caput inutile redditum est. Vbi autem tempus præterierit, & circa eam quæ expectatur, vitæ huius consummationem constiterint ea, quæ mouentur: tunc ea quæ in cauda est, extrema pars hostis aboletur. Ea autem mors est. Atque ita plena atque absoluta fiet absolutio vitiositatis, omnibus ad vitam per resurrectionem vocatis. Vbi verò Ioannes Christi virtutem explicauit, nunc eius dignitatem declarat, dicens, *Hic est de quo dixi, Post me venit vir, qui ante me factus*

B

C *est: quia prior me erat.* Ita summatim omnia comprehendit, & superius suum testimonium cõfirmat: quasi dicat, vt meditatur Chrysostomus ho. 16. in Ioan. Meus enim aduentus nihil aliud habuit quàm prædicare commune orbi terrarum beneficium præstitum, & in aqua baptisare: huius autẽ purgare humanum genus, & largiri paracleti operationẽ. Cyrillus Alex. l. 2. in Ioan. c. 2. In memoriam reducit Baptista quæ dixerat, & gloriæ Christi vltrò & sponte cedit: nec ex charitate magis, quàm ex veritate, etiam necessitate id facit. Subiicitur enim: Etiamsi nolit creatura creatori, seruus domino, largitori id quod donatur. Theophilact. in Ioann. Et superius quidem iis, qui à Pharisæis venerant, Ioannes dicebat: Medius vestrum stat, quem vos nescitis, qui ante me fuit: nunc digito ostendit illum, & manifestat ignorantibus. Hic est de quo testificabar, inquit, Pharisæis, quòd ἔμπροσθέν μου γέγονεν, ante me factus sit, hoc est, dignior me, & insignior.

D Neque enim sic intelligi debet, vt in superioribus diximus, quasi filius Dei factus sit, id est creatura sit, in ea ratione qua tempore Ioannem præcedit: sed quòd illi prælatus sit. Cyrill. lib. 1. in Ioan. cap. 19. Solet enim qui præcedit, posterioribus glorioſior videri: sicut qui fabrilem quandã artem, aut quamuis aliam absolutè tenuit, præcedit, aut glorioſior eo est, qui adhuc discens, magistrũ sequitur, & ad vlteriora continuè graditur. Qui tamen cùm magistrũ suũ cognitione artificij vicerit, non iniuriâ à superato poterit audire magistro: *Qui post me venit, prior me factus est.* Hac igitur imagine, sensum huius orationis Saluatori & Baptistæ attribuens, rectè mea quidem sententia intelliges. Mirabantur enim omnes Ioannem, multos ille vndique colligebat: magna turba hominũ, qui baptisari ab eo volebant, ad eum quotidie confluebat. Christus verò multò præstantior ignorabatur, latebat verè ipsum Deum esse. Et quia ignorabatur, multò posterior, ac minor Baptista videbatur. Maiorem enim honorem atque gloriã ab hominibus Ba-

E ptista capiebat: sed qui venturus erat, prior factus est, maior atque præstantior in dies reputatus. Ab operibus enim ipsis Deus esse reuelabatur: cùm Ioãnes Baptista hominis terminos non excedens, in posterioribus relictus sit. Ænigmaticè igitur beatus Baptista, Qui post me venit, inquit, prior me factus est: & qui honore me inferior erat, glorioſior factus est, & incomparabili præsentia idoneam mihi mensurã gloriæ superat. Theoph. in Ioan. Quare verò insignior & dignior est, inquit? *Quia prior me erat.* Audi Ari. Non dixit, Prior me conditus est, sed erat. Audi & tu Pauli Samosateni secta, quòd non à Maria esse cœperit Dominus, sed præcursore prior fuerit secundum substantiam suam, quam ante secula habuit. Quoniam si, quemadmodum vos nugamini, Dominus à Maria initiũ suæ substantiæ assumpsisset, quomodo prior fuisset præcursore? Etenim præcursor manifestè sex mensibus antecessit Dominum iuxta natiuitatẽ in carne. *Vir* autem dicitur Dominus, fortassis propter ætatem perfectam, quoniam 30. annorum erat cùm baptisaretur. Fortassis autem, quòd & omnis animæ vir sit, & Ecclesiæ sponsus. 2. Cor. 11.

Quomodo tot peccata regnent, cũ ea Christus abstulerit. Similitudo.

Christi dignitas.

Greg. Nic.

Chrysost.

Cyrill. Alex.

Theoph.

Cyrillus.

Theoph.

Desponsi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo, inquit Paulus. Dicit ergo præ- F
cursor: Ego quidem pronubus & internuncius, veniet autem post me ὁ ἀνὴρ. Nam & ego quidem
traho animas ad fidem in Christum: ipse autem vir est, qui illas sibi adiungit. *Et ego nesciebam*
Chrysost. *eum.* Chrysostomus hom. 16. in Ioan. Aufert omnem testimonio suspicionem, cùm non humanæ familiaritatis gratia, sed diuina reuelatione id se perhibere ostendat. Nesciebam enim, inquit. Quomodo ergo dignus est fide testis? Quomodo alios docet, qui nescit? Non inquit, nescio, sed nesciebam: vt hoc verbo maximè sibi crederetur. Quo enim pacto tantum ignoto tribueret? Verùm quæritur, quomodo dicat se nesciuisse Christum, cùm illum cõspicatus postulantem baptisari, his verbis adorsus sit: Ego à te debeo baptisari? Demum quomodo nesciuit
August. eum, quem nondum natus in vtero positum salutauit? Respondet Augustin. lib. 2. de consensu Euangelist. cap. 25. Quòd etsi illum priùs nosset, aliquid tamen in eo, quod nondum nouerat, G
columbæ descensione didicit: quòd ipse scilicet baptisaret in Spiritu sancto propria quadam &
Theoph. Euthy. diuina virtute. Eandem resolutionem habet Theophilactus in Ioan. Euthymius autem in Ioã. Quòd, inquit, in vtero matris positus Christum cognouit, id supernaturaliter cõtigit, quo modo nullus omninò hominum cognouit. Nunc autem triplici cognitione cognouit, puta per visum, per auditum, per Propheticam notitiam: quarum nulla Christũ cognoscebat, priusquàm
Ioãnes tripliciter Christum nouit. ad Iordanem veniret. Deinde autem triplici hoc modo cognouit eum. Vidit & Christum, & columbam. Audiuit Christum, & vocem Patris: quinetiam Prophetica reuelatione penitiora diuinæ maiestatis confessus est. Quòd si quis obiiciat miracula multa facta esse in natiuitate Christi, Angelos scilicet auditos, & stellam à Magis esse visam, ex quibus Christus à multis
Chrysost. Theoph. agnitus est, & ita Ioanni manifestus fieri potuit: respondent Chrysostomus & Theophilactus, hæc Ioanni innotescere non potuisse, tum propter infantilem ætatem, tum quia in desertum secedens, Christi consuetudine minimè vsus sit. Adde quòd à natiuitate vsque ad baptismum H
Christus nullum miraculum fecit: cùm tandem legatur, post aquæ in vinum conuersionem, Hoc fecit initium signorũ Iesus. Ita verificabatur illud quod scribitur Esai. 45. Verè tu es Deus
Theoph. *contra libros mẽdaces de Christi pueritia.* absconditus. Hinc factum est, vt Ioannes Christum nescierit: quia nulla signa adhuc de eo viderat, neque aliis per signa innotuerat. Theophilactus in Ioan. Hoc autem loco, inquit, quòd miracula pueritiæ Christi conficta sunt, & mendacia composita ab his, qui deridere voluerunt mysterium. Nam si fuissent vera, quomodo ignotus fuisset Dominus qui hæc faciebat? Neutiquam enim verisimile fuerit, non fuisse celebrem eum, qui talia faciebat miracula. Verùm non ita est. Non enim antequàm baptisaretur, signa fecit, neque cognitus erat. Ideò subiicit, *Sed vt manifestetur in Israel: propterea veni ego in aqua baptisans.* Nimirùm vt omnes adducantur ad fi-
Cur Ioãnes baptisauerit. dem in illum, & monstretur populis. Nam propterea ego baptiso. Me enim baptisante con- I
currunt populi, & cùm congregantur, manifestatur in eis Christus, qui à me prædicatur, & præsens præsentibus monstratur. Nisi enim propter baptismum confluerent, quomodo à Ioanne monstraretur Dominus? Non enim ostiatim obambulabat, vt manu Christum ostenderet, & vnicuique mõstraret. Igitur ea de causa dicit, Veni baptisare aqua, vt populis propter baptisma conuenientibus à me manifestetur. Ita distinguit baptisma suum à Christi baptismate: quòd
Differentia inter Christi & Ioãnis baptisma. Christus non in aqua solùm, sed in spiritu baptiset: quódque Ioannis baptisma significatiuum tantùm esset, non autem effectiuum. Et Christo quidem militabat, & sicut legis veteris sacra-
August. menta, præcursorio quodam & præfiguratorio fungebatur officio, vt scribit August. tom. 7. de vnico baptismo contra Petil. cap. 7. Vnde & idem in Enchirid. cap. 49. Non enim, inquit, renascebantur, qui baptismate Ioannis baptisabantur, à quo & ipse Christus baptisatus est: sed quodam præcursorio illius ministerio, qui dicebat, Parate viam Domino, huic vni solo, in quo renasci poterant. Huius enim baptismus est, non in aqua tantùm, sicut fuit Ioannis, verumetiã K
in Spiritu sancto, vt de illo Spiritu regeneretur quisquis in Christum credit, de quo Christus regeneratus regeneratione non eguit. Et tract. 4. in Ioan. Quid profuit baptisma Ioannis, inquit? Si profuit aliquid, modò maneret, & baptisarentur homines in baptismate Ioannis, vt sic venirent ad baptismum Christi. Sed quid ait? Vt manifestaretur Israëli: id est, vt ipsi populo Israël manifestaretur Christus, venit Ioannes baptisare in aqua. Accepit ministerium bapti-
Tho. Aqu. *Quotupliciter baptismus Ioãnis Christum demonstrauit.* 1. matis Ioannes in aqua pœnitentiæ parare viam Domino, non existens Dominus: at vbi cognitus est Dominus, superfluò ei via parabatur: quia cognoscentibus se ipse factus est via. Itaque non durauit diu baptisma Ioannis. Thomas Aquinas lection. decimaquarta in cap. primũ Ioannis. Manifestauit autem baptismus Ioannis Christum tripliciter. Primò scilicet per Ioannis prædicationem. Licet enim Ioannes etiam sine baptismo potuisset prędicando parare viam Domino, & inducere turbas ad Christum: tamen propter nouitatem officij plures ad eum cõcurre-

A currebant,quàm si sine baptismo prædicatio facta esset. Secundò profuit baptismus Ioannis propter Christi humilitatem,quam demonstrauit, baptisari volens à Ioanne. Matth.3. Venit Christus ad Ioannem, &c. In quo quidem exemplum humilitatis præbuit: vt scilicet nullus quantumcunque magnus dedignetur à quoque ad hoc ordinato sacramẽta susscipere. Tertiò, quia Christo baptisato à Ioanne affuit virtus Patris in voce,& Spiritus sanctus in columba,per quam virtus Christi & dignitas magis manifestata fuit. Luc.3. Et vox Patris intonuit, Hic est filius meus, &c. *Et testimonium perhibuit Ioannes,dicens, Quia vidi spiritum descendentem quasi columbam de cœlo, & mansit super eum.* Ita authoritate confirmat ea quæ de Christo protulit, quòd sit Agnus Dei,qui tollit peccata mundi, quòd ei prælatus sit, quodque ante eum erat. Vidi, inquit, his scilicet ipsis oculis, speciem quidem visibilem columbæ, testem certissimã inuisibilis præsentiæ Spiritus sancti. Iulianus Pomerius Archiepisc. Toletan. lib. 2. contra Iu- Iul. Pome.

B dæos. Ipsis etenim signis Ioannes Christum agnouit,inquit,quibus eum prophetatum Esa. vaticiniis didicit. Sic quippè Esaias in persona Dei patris dicit, Esaiæ 42. Ecce seruus meus, suscipiam eum: dilectus meus, complacuit sibi in illo anima mea: dedi spiritum meum super eum, iudicium Gentibus proferet. In his duabus sententiis Esaiæ,quibus Pater filiũ & electum & complacentem sibi appellat,necnon spiritum suum daturum se ei pronunciat, Ioannes hîc in baptismo iam ipso Domino baptizato ea impleta sic narrat: *Vidi*, inquit, *spiritum descendentem quasi columbam de cœlo,& mansit super eum. Et ego nesciebam eum: sed qui misit me baptisare in aqua,ille mihi dixit: Super quem videris spiritum descendentem,& manentem super eũ, hic est qui baptisat in Spiritu sancto. Et ego vidi,& testimonium perhibui,quia hic est filius Dei.* Nam & baptisato iam Domino, vox de cœlo facta est, dicens, Hic est filius meus dilectus,in

C quo mihi bene complacui. Quod enim Esaias 42. cap. dicit, ex voce Patris: Dedi spiritum meum super eum: hoc etiam Ioannes præsentia corporali vidit impletum, quum dicit: Vidi spiritum descendentem quasi columbam de cœlo super eum. Et quod in Esaia scribitur iterũ, Electus meus,complacuit sibi in illo anima mea,hoc ab Euangelista repetitur, factam videlicet fuisse vocem de cœlo,dicentis, Hic est filius meus dilectus,in quo mihi complacuit. Propheta quidem Esaias speciale de Domino vaticinium præbuit: sed hîc Ioannes plusquã Propheta digito Dominum demonstrauit,in quo hæc specialiter impleta esse probauit. Ecce quibus signis atque indiciis Ioannes Christum Dei filium didicit. Chrysostom.hom.16.in Ioann. Chrysost.

Quidam autem dicunt,non omnes,sed Ioannem tantùm, & quosdam vita & moribus probatiores spiritum vidisse. Nam etsi corporeis oculis in columbę speciem spiritus descendens videri poterat,non tamen necessariò sequebatur,vt ab omnibus spectaretur. Etenim Zacharias sub corporea imagine multa suspicatus est,necnon & Daniel & Ezechiel, nullum tamen

D visionis socium habuerunt. Propterea Moyses multa vidit,qualia aliorum nemo: Et transfigurationem in monte non omnes viderunt discipuli: Sed neque in resurrectione visionis illius omnes fuere participes, Act.10. Quod significauit Lucas,cùm inquit, Qui dedit eum manifestũ fieri testibus præordinatis. *Et ego vidi,& testimonium perhibui, quia hic est filius Dei.* Dicit autem se vidisse Spiritum s. descendentem: quia, vt scribit Thomas Aquin.in Ioan. Cùm,inquit, descensus duos terminos habeat, scilicet principium sursum,& terminũ deorsum,quantum ad vtrumque conuenit baptismo. Est enim duplex spiritus,vnus mundi,& alius Dei. Et spiritus quidem mundi est amor mundi,qui non est desursum: sed ab inferiori ascendit in homine, & eum descendere facit: spiritus autem Dei, scilicet Dei amor,desursum descendit ad hominem, & eum ascendere facit. 1.Cor.2. Nos autem spiritum non huius mũdi accepimus,

E sed spiritum Dei,&c. Quia ergo ille spiritus desuperius est, ideò dicit descendentem. Similiter etiam, quia impossibile est creaturam recipere Dei bonitatem in tanta plenitudine, secũdum quod conuenit Deo: ideò bonitatis ipsius ad nos deriuatio est quasi quidam descensus. Iac.1. Omne datum optimum,& omne donum perfectum desursum est, descendens, &c. Sed quia Spiritus sanctus in sua natura videri non potest,vt dicitur Ioan. 3. Spiritus vbi vult, spirat, &c. Spiritus autem non est descendere,sed ascendere. Ezechiel. 8. Eleuauit me spiritus: Ideò consequenter Euangelista modum visionis & descensus exponit, dicens, hîc non fuisse in spiritu,id est natura, sed in specie columbæ,in qua apparuit. Vnde dicit,*quasi columbam.* Et hoc quidem congruè, vt scilicet filius Dei per carnem mundo factus visibilis, manifestaretur per spiritum sub visibili specie columbæ: quæ quidem columba à Spiritu sancto in vnitatem personæ non sicut humana natura assumpta est à filio Dei. Cuius ratio est: quia filius apparuit,non solùm vt manifestaretur,sed vt saluaret. Et ideò, secundũ quod dicit Leo Papa, oportuit quòd esset Deus & homo: Deus quidem, vt afferret remedium: homo verò, vt præ- Leo Papa.

Esaiæ vaticinium de patris voce, et spiritu in Christum illapso.

prophetia.

Quomodo spiritus s. descendit.

cur incarnatus est Christus, et tamen Spiritus s. non est incolũbatus.

beret exemplum. Spiritus verò ſanctus apparuit ſolùm ad id manifeſtãdum, ad quod ſufficie- F
Imaginum vtilitas. bat ſpeciem corporalem aſſumere ſolùm ad ſignificationem quandam. Hinc colligimus non
reiiciendas eſſe imagines, etiam rerum inuiſibilium, vtpotè Spiritus ſancti, & totius trinitatis.
Damaſ. Damaſcenus, Orat. 3. de Imaginibus. Quartum verò imaginum genus eſt ſcripturæ, quæ figuras & formas, exempláque rerum, quæ ſub aſpectum non cadunt, & corporis expertes ſunt, corpore expreſſa corporeis oculis ſubiicit, vt aliquam, licet obſcuram, Dei atque Angelorũ notitiam habeamus: quia ſine figuris humanæ conditioni conuenientibus, res corpore figuráque carentes intueri non poſſumus: quemadmodum Dionyſius Areopagita diuinis in rebus
Dio. Areo. explicandis exercitatiſſimus dixit. Quòd enim meritò rerum forma figuraque carẽtium formæ figuræque compoſitæ ſint, non eam quis dixerit cauſam extitiſſe, vt noſtræ conditionis ratio haberetur: quia ſine medio non poteſt ea quæ mente ſolùm & intelligentia comprehẽduntur exẽplari, egẽtque propriis, ſibique natura cõiunctis auxiliis, quibus ſubleuetur. Quòd ſi G
diuina ſcriptura conditionis noſtræ habita ratione vndique colligit ea, quæ nobis congruentia aptáque ſint, in rebus ſimplicibus, formáque carẽtibus, formas quaſdam accõmodat: cur imaginibus ea non exprimat, quæ ex natura ſua proprias figuras ac formas habent, quæque, cùm eorum deſiderio teneamur, quia non adſunt, à nobis exprimere non poſſunt? Mens quidem
Gregor. noſtra (quemadmodum ait Gregorius ille, diuina inſignis eloquentia, Orat. 2. de Theolog.) quamuis multum laboret, ea tamen quæ corporea ſunt, omninò tranſilire non poteſt. Quinetiam inuiſibilia Dei, per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur. Videmus præterea imagines in rebus procreatis, quæ nobis obſcuras rerum diuinarum ſignificationes præbent. Vt cùm dicimus, ſanctam omnique principio ſuperiorem Trinitatem, per ſolem, & lunam, & radiũ declarari: aut per fontem ſcaturientẽ, & riuum è fonte emanantem, & fluentum: aut per men-
Columba correſpõdet Spiritui ſ. tem, & rationem, & ſpiritum noſtrum: aut per roſæ plantam, & florem, & odoris ſuauitatem. H
Cypria. Cyprianus, lib. de vnit. Eccleſiæ. Idcircò & in columba dicitur Spiritus ſanctus: quia columba
1. ſimplex animal & innocens eſt: non fele amarum, non morſibus fœtum, non vnguium laceratione violentum: hoſpitia humana diligere: vnius domus cõſortium noſſe: cùm generat, ſimul
2. filios edere: cùm conueniat volantibus inuicem cohærere, communi conuerſatione vitam
3. ſuam degere: oris oſculo concordiam pacis agnoſcere: legẽ circa omnia vnanimitatis implere.
Quare autem potiùs in columba, quàm in alia ſpecie apparuit, multipliciter ratio aſſignatur.
1 Primò quidem propter columbæ ſimplicitatem. Nam columba ſimplex eſt. Matth. 10. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ, &c. Spiritus autem ſanctus, quia facit reſpicere vnum, ſcilicet Deum, ſimplices facit: & ideò in ſpecie columbæ apparuit. Et quidẽ ſecundum Auguſtinum apparet etiam ſuper diſcipulos congregatos per ignem: quia quidam ſunt ſimplices, ſed tepidi: quidem autem feruentes, ſed malitioſi. Vt ego ſpiritu ſanctificati I
dolo careãt, Spiritus in columbæ ſpecie demonſtratur: & ne ſimplicitas frigiditatis tepeſcat, demonſtratur in igne. Epiph. lib. 1. tom. 3. in hæreſ. 37. quæ eſt Ophitarum, propter innocen-
Epiphan. 2. tiã, & longanimitatem, & malorum in hoc animali obliuionem, Spiritum ſanctum in colũbæ ſpecie apparuiſſe ſcribit: quòd nos diuinus ſermo velit ſancti Spiritus voluntatem, & innocẽtis columbæ innocentiam imitari, vt ſimus quidem prudentes ad bonum, ſimplices verò ad
Tho. Aqu. malum. Thomas Aquin. in Ioan. alias ſimilitudinis huius rationes explicat: nimirũ quòd Spiritus ſanctus apparuerit in ſpecie columbæ, propter charitatis vnitatem. Nam columba vehementi amore in conſortem ducitur. Cant. 6. Vna eſt columba mea. Vt ergo oſtendat Eccleſiæ vnitatem, Spiritus ſ. in ſpecie columbę apparet. Nec moueat te, quòd diſcipulis diſpertitæ linguæ apparuerunt, quando ſedit ſupra ſingulos eorum Spiritus ſanctus, qui & diſpertitus appa- K
ret ſecundum diuerſa donorum officia, & tamen vnit per charitatem: Et ſic propter primum apparuit in diſpertitis linguis (vt dicitur 1. Cor. 12.) Diuiſiones gratiarum ſunt: In colũbæ ſpecie propter ſecundum. Tertiò propter gemitum. Columba enim habet gemitum pro cantu.
3. Sic Spiritus ſanctus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, &c. (vt dicitur Rom. 8.)
4. Quartò propter fœcunditatem gratiæ ſpiritualis in Eccleſia, in ſpecie columbæ Spiritus ſ. ap-
5. paruit. Hinc eſt quòd Leuit. 15. Dominus pullos columbarũ offerre præcepit. Quintò, propter columbæ cautelam. Sedet enim ſuper riuos aquarum, & reſpiciens falconem volitantẽ conſpicit, & ſibi ab eo cauet. Cant. 6. Oculi tui ſicut columbę, &c. Vnde quia in baptiſmo eſt noſtra tutela & defenſio, congruè in ſpecie columbæ Spiritus ſanctus apparuit. Reſpondet igitur figuræ veteris Teſtamenti. Sicut enim columba deferens ramum virentis oliuæ, oſtendit ſignum clementiæ Dei his qui reſidui fuerant ex aquis diluuij: ita & in baptiſmo veniens Spiritus ſanctus in columbæ ſpecie, oſtendit ſignum diuinæ clementiæ, quæ baptiſatis & peccata remit-

A remittit,& gratiam confert. Hinc fit,vt Greg. Nanz. Orat. ad ciues Nanzanzenos,similitudinem columbæ, quam Dauid vsurpat,ad Spiritum sanctum referat. Hic enim suas calamitates acerbè ferens: Quis, inquit,dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam? Ps.54. Columbæ pennas expetit, inquit,vel quòd leuiores sint ac perniciores. Talis enim est, quisquis iustitiam colit. Vel quòd Spiritum adumbrent,cuius vnius auxilio pericula fugimus, vt quàm longissimè se ab his malis remoueat quæ tum grassabantur. *Et mansit super eum.* Quia cùm in aliis Spititus non requiescat, vt scribit Albertus in Ioannem,in Christo requiescit, & ex ipso in alios procedit. Esa. 11. Requiescet super eum spiritus Domini,spiritus sapientiæ & intellectus. Quòd autẽ in aliis non quiescat Spiritus sanctus,duplex causa assignatur à Thoma Aquinate. Vna est ex peccato. Omnes enim homines alij, præter Christum, vel sauciantur vulnere peccati mortalis,per quod effugatur Spiritus sanctus: vel obsidentur malo veniali,per B quod aliqua operatio Spiritus sancti impeditur. In Christo autẽ neque mortale,neque veniale, nec originale peccatum fuit: vnde nec in eo fuit Spiritus sanctus inquietatus,sed mansit super eum,id est,quieuit. Alia causa: quia quantũ ad gratias gratis datas,non semper adest aliis sanctis potestas operandi: sicut non semper adest sanctis potestas operandi miracula,nec Prophetis spiritus Prophetiæ. Christus verò semper habuit potestatem ad omnem operationem virtutum & gratiarum: & ideò ad hoc designandum,super eum mansit. Vnde hoc proprium signum fuit agnoscendi Christum, vt dicitur in Gloss. Esai.11. Requiescet super eum spiritus Domini. *Et ego nesciebam eum.* Hoc denuò protestatur,ne quis ea ratione, qua Christi cognatus erat,eum Christo adblandiri existimet. Potest autem variè hæc sententia exponi, quasi diceret, vt explicat Rupertus in Ioan. Non voluntate humana, sed authoritate diuina veni in aqua baptisans. Et quomodo mittebatur Samuël in Bethleem, sciens esse in filiis Isai, quem C vngeret in regem, sed quis filiorum eius esset, nesciens: sic & ego veni ad Iordanem,Christũ iam venisse sciens, sed in persona quis Christus esset, nesciens. Et sicut idem Samuel ex occursu faciei Dauid agnouit(erat enim rufus, & pulcher aspectu, decoráque facie)certior autẽ factus est, dicente Domino,1.Reg.16.Surge,& vnge eum,ipse est enim: Sic & ego venientẽ hunc ad me,& reuelante spiritu agnoui, & dixi, Ecce agnus Dei, & ego à te debeo baptisari, & tu venis ad me? Certior autem factus sum,veniente super eum spiritu in specie columbæ. Albertus Magnus in Ioan. Explicari etiam istud potest,vel quia affectu carnali non cognouit, vel quia facie ad faciem non cognouit, quia ignotus fuerat ex longa absentia: vel quia propter multam humiliationis absconsionem non cognouit hunc esse in persona,quẽ tamen in mũdo sciuit esse per præsentiam carnis:vel quia non cognouit eum in potestate sacramentali, quam per seipsum exercere vellet,& non alteri cõmittere. Simile est Genes.27.vbi dicitur de Isaac: D Non cognouit eum, scilicet filium suum, quia pilosæ manus similitudinem maioris expresserãt. Sic & in Christo similitudo hispidæ carnis pro similitudine peccatorum fecerunt Christũ non cognoscibilem etiam sanctis. Es.53. Quasi absconditus vultus eius,& despectus: vnde nec reputauerimus eum. Quis enim filium Dei noscat in signis latronis? Ps.16. Propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias latronis. Et si obiiciatur, quòd Ioannes cognouit Christũ in vtero matris: dicendum quòd hoc verum est,sed hoc fuit ex instinctu Spiritus sancti. Et dicit Gregorius, quòd sæpè Spiritus sanctus tangit corda Prophetarum ad vnum,non tangit ad alterum: & sic hoc ad notitiam personalem non tetigit cor Ioannis. Ideò oportuit vt signo visibili demonstraretur vt sacramenti sanctificator. Sic ergo dicit,Et ego nesciebam eum. Adiicit autem, *Sed qui misit me baptisare,* id est, Deus,qui mihi hoc iussit occulta inspiratione, vel manifesta atque sensibili apparitione Angelica: *ille mihi dixit,* per inspirationem internam, E siue Angelicam allocutionem: *Super quem videris Spiritum descendentem,* id est, Spiritum sanctum in forma columbæ venientem, *& manentem super eum,* ad tempus in tali signo visibili: *hic est qui baptisat in Spiritu sancto,* non modò aqua corpus, sed interna & spirituali virtute animam purgans à vitiis, & eam gratia Spiritus sancti illustrans. Etsi enim cæteri à Christo baptisent,hoc tamen ministerialiter faciũt, Christus verò principaliter purgationem peccatorũ efficit, qui lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Neque interim putandum est, quòd descensu Spiritus sancti in Christum, & columbę super eum mansione, noua quædam gratia aut infusa,aut aucta sit in anima Christi, qui ab instanti conceptionis perfectissimus fuit: sed descensus hic, & mansio columbæ in Christo, designauit perfectionem & efficaciam gratiæ Christi,vt pluribus verbis demonstrat Cyrillus Alex.lib.2. in Ioan.cap.3. Non enim participatione, nec deforis, vt in sanctos,Spiritus in filium influit, sed substantialiter, & secundum naturam in ipso est. *Et ego vidi* corporalibus oculis speciem columbæ, signum certissimæ præ-

Gr. Nanz. 6.

Albertus. *Quare super Christũ solũ requieuit spũs Domini.*

Tho. Aqu.

Rupertus. *A simili ostenditur quomodo Ioãnes nesciuerit Iesũ.*

Alb. Mag.

Aliud simile.

Gregor.

Christus nõ nouagratia donatus est

Cyri. Alex.

Idem.

sentiæ Spiritus sancti. *Et testimonium perhibui, quia hic est filius Dei.* Cyrillus lib. 2. in Ioan. cap. F
4. Verum est testimonium grauissimi testis: qui non ignorans scriptum esse, Quæ oculi tui
viderunt, illa dicito: quod vidit, id loquitur. *Vidi* enim, inquit, datum mihi signum, & intel-
lexi ipsum esse qui significabatur. *Et testimonium perhibui, quia est filius Dei.* Euthym. in Ioan.
Et vbi hoc perhibuit testimonium? Neque enim vsquam scriptum est. Omninò sanè hoc te-
stificatus est: relictum autem est ab Euangelistis, quemadmodum & cætera multa. Cyrill. c. 4.
in Ioan. l. 2. ita prosequitur. Filius autem Dei tutissimè adiectione articuli dicitur (in hac sen-
tentia, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ. Quia hic est ipse filius Dei) vt ille solus secundum naturam,
omnium genitoris bonorum hæres ostenderetur: ad quem etiam nos per adoptionem confir-
mamur, ad huiusmodi dignitatem per gratiam eius inuitati. Quemadmodum enim omnis in G
cœlo & in terra paternitas ex patre est, quoniam ipse propriè primùm, & verè solus pater est: sic
omnis quoque filiatio ex filio est, quoniam ipse propriè primùm, ac verè solus filius est, non
adulterinus, neque falsò ita vocatus: sed ex substantia Dei patris, non per decisionem, aut flu-
xum, aut partitionem: cùm natura deitatis nullam penitùs passionem, nullam immutationem
recipiat, sed vt ex vno vnus, qui semper vnus est cum genitore, coæternus sibi & insitus. In
ipso enim est, & ex ipso prodit indiuisibiliter & inseparabiliter. Non enim corporis deitatis
natura est, nec loco circunscribitur, nec per locorum spatia transgreditur: sed quemadmodū
insita igni caliditas, ita ex eo prodit, & in eo est, vt quamuis aliud esse videatur, non tamen se-
paretur ab eo, sed tota in toto igne seruetur. Sic de filio Dei ad sublimiora similitudine coa-
ptata, intelligentes, sustinere quidem in propria hypostasi eum credemus: sed nec extra vnam,
ineffabilémque deitatem collocabimus, nec alterius quàm pater sit substantiæ confitebimur.
Alter enim non erit iure veréque filius, & recens nobis Deus comperietur, si aliud quid præ-
ter vnum & solum Deum esse ipsum putabimus. Nam si patri Deo consubstantialis non est, H
quomodo à vera Dei appellatione non decidet? Sed quum habeamus Baptistam testem gra-
uissimum, qui testimonium perhibet, *quia hic est filius Dei*: non ambigemus Deum verum ex
substantia patris filium prædicare. Nihil enim præter hoc veræ filiationis nomen significare
Augusti. potest. Augustinus tract. 7. in Ioan. Oportebat enim, inquit, vt ille baptisaret in spiritu, qui est
vnicus filius Dei non adoptatus. Adoptati filij ministri sunt vnici. Vnicus habet potestatem,
adoptati ministeriū. Licet baptiset minister, non pertinens ad numerum filiorum, quia malè
viuit, & malè agit, quid nos consolatur? *Hic est qui baptisat.* Beda in Ioannem. Baptisat Do-
minus in Spiritu sancto, per Spiritus sancti gratiam peccata dimittendo. Siue enim ipse aqua
aliquos discipulorum suorū primus baptisauerit, per quos ad cæteros fideles baptismi riuulus
profluueret: siue fideles eius, inuocato nomine ipsius, aqua baptisent electos, & chrismate san-
cto perungant: eosdem nihilominus ipse Spiritu sancto baptisat: quia nemo præter ipsum pec- I
catorum nexus soluere, & Spiritus sancti valet dona tribuere. Cæterùm in eo quòd Ioannes
testimonium perhibet, *quia hic est filius Dei*, & quòd suprà dixerat, *Post me venit vir*: vtriusque naturæ veritatem, diuinæ videlicet & humanæ, in vna Christi persona designat. Erube-
scat Manichæus, inquit Beda, audiens, Venit vir. Conticescat Photinus, audiēs, Hic est filius
Dei. Audiant mansueti, & lætentur: quia venit vir post Ioannem fortior Ioanne, qui baptisat
in Spiritu sancto, & quia hic est filius Dei. Quia enim per superbiam recessimus à Deo, filius
Dei per misericordiam factus est homo: vt idem ipse & per diuinitatem patri, & per humani-
tatem congrueret nobis: & per humanitatem nostræ similem, pro nobis cum hoste confligere:
per diuinitatem patri consubstantialem, ad imaginem nos Dei & similitudinem, quam peccā-
do amisimus, posset dignè recreare: per nostræ mortem fragilitatis destrueret eum qui habe-
bat mortis imperium, & per impossibilem suę diuinitatis potentiam conciliaret nos Deo pa- K
tri. *Altera die iterum stabat Ioannes, & ex discipulis eius duo. Et respiciens Iesum ambulantem, di-*
xit, Ecce agnus Dei. τῇ ἐπαύριον, inquit, id est, postero & consequenti, seu crastino die. Non
vulgari modo, neque casu idem testimonium Ioannes repetit, inquit Euthymius in Ioannem.
Hoc enim facit, quia nondum Iudæorum insensibilitatem attigerat. Chrysostomus, hom. 17.
in Ioan. Pigra enim, inquit, quodammodò humana vita est, & ad perditionem procliuis, nō
propter naturæ opificium, sed propter voluntatis desidiam. Quamobrem sæpiùs admonen-
dum est. Vnde Paulus: Hæc scribere mihi quidem non graue, vobis autem tutum. Terra
enim semel accepto semine mox profert fructus, neque indiget altera satione. In anima nostra
non ita vsu venit, sed frequenter & summa cum diligentia in ea serendum est, vt semel saltē
fructum accipiat. Primùm enim non facilè incidit, & imprimitur animo verbū Dei. Quoniā
multa sequitur difficultas, multis obstruitur spinis anima, multi adsunt insidiatores semina di-

ripien-

Non oīa Ioānis testimonia scripto prodita sunt. Euthy. Cyrillus.

Probatur Christ⁹ esse filius Dei Deus.

Diuinitas Christi definit baptismum eius. Beda.

Diuinitas et humanitas Christi. Beda.

Aliud Ioānis testimonium. Euthy. Chrysost.

Reiterandæ exhortationes.

A ripientes. Deinde cùm germinant,& radices agunt semina, iterum indigent diligentia, vt ad maturitatem perueniant: & cùm peruenerint,vt integra perstent, & à nemine lædantur. In seminibus enim cùm è vagina spica erumpit,rubiginem & cætera noxia facilè contemnit.In doctrina autem ne ad perfectum opus prodiret,nonnunquam leuis tempestas effecit: idque & rerum difficultate,& hominum. Sicut enim hi sciunt, & volunt lædere fraudibus, variisque aliis tentationibus:ita per eos doctrina penitùs labefactatur. Hæc autem non temerè vobis dicta sunt, sed vt quoties idem Ioannem repetentem audieris,nolis tanquam nugatorem contẽnere, neque superfluum & molestum arbitrari. Voluit enim semel audiri: sed cùm multi eius verbis non à principio nimio somno oscitantes vacauerint,iterũ eos excitat. Inculcat ergo rursus,*Ecce Agnus Dei*,tanquam duram quandam & immitem terram nouali frequẽter molliens,& sermone tanquam aratro subactam mentem excitans, hoc pacto semina altè deiicit. *Cur Ioãnes idem sæpè repetit.*

B Propterea non longiori vsus est ratione,quoniam vnum tantùm curabat, vt Christo omniũ animos coniungeret. Norat enim, si hoc reciperent, non ampliùs testimonio indigere, vt factum est. Nam si Samaritani audito Christi sermone dicunt mulieri, Non iam propter tuam loquelam credimus: ipsi enim audiuimus & scimus,quia hic est verè saluator mundi: longè magis discipuli id feciſſent,effeceruntque. Porrò Chrysostomus articulum Græcum obseruat in illa sententiá, ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ, Ecce ille Agnus Dei. Nam quemadmodum, inquit, cùm Verbum dixit,& Filium,vtrumque cæteris eximium intellexit: ita & Agnus,& Propheta, & lux vera,& pastor bonus, & alia quæ ab articuli adiectione dicta sunt. Et quia lucro inuitamur ad aliquid sequendum, quid maius polliceri poterat, quàm quòd Christus tolleret peccatum mundi? Quis enim non corpori consulat? & quomodo non magis animæ? quis non animæ sordes horreat? Thomas Aq. in Ioan.lect.15. ex eo quòd Ioannes stetisse legitur, differentiã *Chrysost.*

Magnũ lucrũ sequẽtibus christũ Tho.Aqui.

C statuit in modo prædicationis illius. Christus enim circumeundo docebat. Vnde dicitur Matth.3. quòd circuibat Iesus totam Galilæam, &c. Similiter & Apostoli discurrendo per mundum docebant, Matth.vlt. Euntes in mundum vniuersum, &c. Sed Ioannes stando docebat: vnde dicitur, *Stabat Ioannes*, scilicet in vno loco trans Iordanem, & instruebat de Christo omnes ad eum venientes.Ratio autem quare Christus & discipuli eius discurrendo docebant, est: quia prædicatio Christi facta erat credibilis per miracula: ideò circuibant diuersa loca, vt miracula & virtutes Christi innotescerent. Prædicatio verò Ioannis non est confirmata miraculis (vnde dicitur infrà 4. Ioannes signum fecit nullũ) sed merito & sanctitate vitæ. Et ideò stabat in vno loco, vt diuersi ad eum confluerent, & per eius sanctitatem ducerẽtur ad Christum. Similiter etiamsi Ioannes sine miraculis discurriſſet ad prænunciandum Christum,eius testimonium incredibilius redderetur,cùm videretur importunè, & quasi ingerendo se hoc

Quare Ioãnes in vno, Christus in pluribus locis docuit.

D facere. Manet igitur in eremo, & primùm suæ sanctimoniæ prodit argumentum,vt concepta tandem opinione, & Christo adueniente,ad signum sibi datum illũ & cognoscat,& cognosci cæteris faciat. *Et audierunt eum duo discipuli loquentem, & secuti sunt Iesum.* Chrysostomus. Atqui & alij discipuli Ioannis erant, qui non modò secuti sunt,sed ei æmulabantur,vt qui dixerunt Ioanni, Rabbi:qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptisat,& omnes veniunt ad eum. Ioan.3. Et qui demum Christum videntur accusare, dicentes: Quare nos ieiunamus, & discipuli tui non ieiunant? Sed meliores isti sequuntur,nõ quòd magistrum despiciant,immò verò quia eius verbis omnem fidem perhibent. Cyrillus lib.2.in Ioan. c.6. Vides enim quantus fructus doctrinæ Ioannis fuerit,& quàm magnum auditoribus emolumentum iteratio sermonis præstiterit. Discat igitur,cui docendi opus creditũ

Chrysost. *Non omnes Ioãnis discipuli christũ suspiciebant.* Cyrillus.

E est,non laudari silentium in pastore, nec talentum Domini,sicut infœcundæ terræ,taciturnitati commendandum: sed nummulariis dispertiendum,vt inde fœnus sequatur. Ita transierũt ab vmbra ad solem, à discipulo ad magistrum, & ab elementari disciplina ad liberaliorem. Nam & illis aqua elementaris erat, quæ gratiam in Christo maiorem significaret: hanc illi ab eo expectant,spiritum scilicet & ignem. Rupertus lib.2.in Ioan. Non soli auditu corporis Ioãnem audierunt, sed soli tunc obaudierunt, & testimonium eius receperunt. Nec enim omnis terra semine accepto sementem facit: nec omnis auditor verbi eapropter, quia illud audit, credit:sed qui bono corde & optimo verbum susceperit. Exprimit autem Euangelista, Andream alterum è duobus istis discipulis fuisse: quidam alterum Ioannem,alij Stephanum esse censent. *Conuersus Iesus, & videns eos sequentes se, dixit eis,Quid quæritis?* Hæc prima fuit Andreæ vocatio. Lyranus in Matth.duas alias adducit:vnam,quam secundam vocat,cùm Christus turbis irruentibus ascendit in nauim Petri, & iussit laxari rete: cùm scilicet & Petrus ait, Exi à me Domine, quia homo peccator sum. de qua Luc.5. Tertiam,quæ à Matthæo descri-

Fructus prædicationis Ioannis. Rupert.

Tres discipulorum vocationes. Lyran.

Theoph. bitur facta, ambulante Iesu iuxta mare Galilææ. Nam, vt scribit Theophilactus, Matthæus F
quidem, cùm de baptismate narrasset, statim subducit Christum in montem tentandum: at
præsens Euangelista relictis iis quæ ab illo dicta sunt, refert ea, quæ post descensum de monte
(in quo postremò tentatus est) facta sunt. Igitur postquàm de monte, vbi tentatus fuit, descē-
dit: sequitur discipulorum Ioannis comitatio, & accessus ad Christum. Opinor hoc in facto
demonstrari, neminem constitui doctorem debere, qui non priùs fastigium virtutum conscē-
derit (hoc enim mons significat) & non deuicerit tentationem, triumphum de tentatore re-
Ioannes ad christum dirigebat. Euthy. ferens. Cæterùm conuertitur ad eos Christus. Ita colligimus eum præisse primùm quidem il-
los, & siluisse. Euthymius in Ioan. Nam quemadmodum sponsus nihil interim sponsæ loqui-
tur, nec eam per seipsum accipit: sed dux sponsæ omnia differit, eámque illi tradit: vbi verò
hanc ille acceperit, ita eam immutat, vt illa priorum omnium obliuiscatur. Ita & nunc Chri-
stus adhuc tacet, Ioannes verò cuncta operatur. Ideò etiã amicus sponsi vocatus est, tanquam G
qui nuptiis præest, omniáque administrat, quæ ad sponsum pertinent. Vbi verò accepit de-
sponsatam sibi Ecclesiam, ita sibi eam copulauit, vt illa continuò omnium obliuiscereturr.
Tacet igitur primùm Christus: vbi verò illos sequentes animaduertit, ad eos conuertitur.
Conuersio christi ad nos. Conuerti autem dicitur Deus contra auersionem, opem ferens: vt cũ sic orat Psaltes, Con-
uertere Domine, aliquantulum, & deprecabilis esto super seruos tuos. Nunc autem conuer-
titur, vt eos familiares reddat, & præoccupat sermonem. Sap. 6. Præoccupat eos qui se con-
cupiscunt. *Et dixit eis, Quid quæritis?* Quid est, quòd relicto præceptore vestro Ioanne me se-
Nõ leuiter ab Ecclesiæ doctore discendum. Tertull. quimini? Ita docebat primùm pensandum esse quem sequamur, & quod testimonium eius ac-
ceperimus, qui diuini verbi ministerium aggreditur: nec leuiter nos ab vnius paidagogia ad
alterius scholam transire debere. Matth. 24. Si quis dixerit vobis, Hic aut illic est Christus,
nolite credere. In vna Ecclesia est, ne leuiter aliam sequere. Ne transferamini omni vẽto do-
ctrinæ, sub prætextu inquirendæ salutis. Tertull. lib. de præscript. in hæret. Si semper dicitur, H
Quærite, quis finis quærendi? Quære vbi inuenias. Mulier dragmam quærit, sed vbi eam
perdidit: & pastor ouem requirit, sed vbi errat: & vicinus domum vicini pulsat, à quo accipiat
quod quærit. Adeóne leuiter ab vno magistro, aut Ecclesia, ad aliam est deflectendum? Cant.
1. Vna est columba mea, & dilecta mea. Non arguit igitur Christus, quòd se sequãtur, sed ad-
monet, vt non semper omni spiritui credant. Gal. 1. Etiamsi Angelus de cœlo aliud euangeli-
zet nobis, quàm quod euangelizatum est, anathema sit. Admonet etiam, vt quisquis illum se-
quitur, primùm seipsum consulat, qua intentione, & quibus mediis illum sequantur. Matth.
6. Non enim omnis qui dicit mihi, Domine, Domine (inquit) intrabit in regnũ cœlorũ. Sequi
nonnulli videntur Christum, sed verè persequuntur, non sequuntur. Sequũtur quidã, vt com-
moda è reditibus Ecclesiæ accipiant: sequuntur isti, omnia, seipsos etiam relinquẽtes, & Chri- I
sti obsequiis deuouentes. *At illi dixerunt, Rabbi (quod est interpretatum Magister) vbi habitas?*
Totum illud, quod est interpretatum Magister, per parenthesin interiicitur, non tanquam
verbum duorum discipulorum. Hoc scilicet Euangelista adiicit, vt quia Græcè scribit, inte-
rim dum Hebraicam dictionem obseruat, eandem etiam explicet. Sic paulò pòst: Inueni-
mus Messyam, quod est interpretatum Christus. Et iterum: Tu vocaberis Cephas, quod est
interpretatum Petrus. Et apud Matthæum legitur: Et vocabitur nomẽ eius Emmanuël, quod
Rabbi quid Chryso. est Nobiscum Deus. Porrò dictio Rabbi descendit à radice רבב, multiplicare: vnde & eo no-
mine donatur is, qui magnam scientiæ & experientiæ copiam sibi cõquisiuit. Chrysostomus,
ex hac honoris prærogatiua colligit illos multum Christo detulisse. Matth. 23. Vnus est
magister vester Christus. *Vbi habitas*, inquiunt: Ne semel tantùm, sed sæpiùs te audiamus. Ec-
cl. 6. Si videris sensatum, euigila ad illum. Prou. 8. Beatus qui audit me, & vigilat ad fores K
Christus in vna Ecclesia habitat. meas quotidie. Et quidem magna discretione opus est, vt sciamus vbi, id est, in qua Ecclesia,
Christus habitet. Ait enim vox magna de throno, (Apoc. 21.) Ecce tabernaculum Dei cum
hominibus, & ipsi populus eius erant: & ipse Dominus cum eis erit eorum Deus. Atqui non
habitat cum Mahumetanis, nec cum hæreticis, qui docuit excutere puluerem pedum in te-
stimonium contra illos. Matth. 24. Venient multi Pseudoprophetę & Pseudochristi, & sedu-
cent multos. Interim vnus Deus est, vna fides, vnus Christus, vnum baptisma. Nã cum Paulus
asserat Christum per fidem habitare in cordibus nostris, consequitur illum fugari infidelitate.
Augusti. Augusti. tract. 7. in Ioan. Ne quæratis ergo Christum, nisi vbi se voluit prædicari Christus. Et
quomodo vobis voluit prædicari, sic illum tenete, sic in cordibus vestris scribite. Nullibi ve-
Idem. nia nisi in Christo, & nullibi Christus, quàm in vna Ecclesia. Augusti. to. 6. contra Fulgentiũ
Donatistam, cap. 18. Attende tibi, ne offeras holocaustomata in omni loco quemcumque vi-
deris

A deris (Deuter.12.) sed in loco quem elegerit Dominus Deus tuus in tribu tua: in hac offeras holocaustomata,& ibi facies omnia quæcunque præcipiet tibi. Audi quid sit locus electus, & quæ tribus Domini prædicata: in Psalm. 131. habes. Quoniam elegit Dominus Syon,elegit eam in habitationem sibi. Hæc requies mea in seculum seculi: hîc habitabo, quoniam elegi eam. Item in Psal.121.Stantes erant pedes nostri in atriis tuis Hierusalem, Hierusalem quæ ædificatur vt ciuitas.Illuc enim ascenderunt tribus,tribus Domini, testimonium Israël. Hîc est locus electus,hîc mons sanctificatus (Matth.5.) hæc ciuitas supra montem posita, vt abscondi non possit.Hæc radix catholica, hæc vitis fructifera, longè latéque diffusa, quæ in Ecclesiastico (cap.vigesimoquarto) clamat: In Syon fundata sum,& in Hierusalem potestas mea. Et paulò pòst:Attende igitur tibi, ne offeras in omni loco, in omni hæresi,& dicas: Et hîc Deus, & ibi Deus est:sed in loco,quem elegerit Dominus Deus tuus in tribu tua, id est,in tribu eius,

B ibi offeres holocaustomata tua. Itaque vbi cognouerimus Christi Ecclesiam, in illa ipsum, eiusdémque gratiam & veritatem requiramus.Clamet anima nostra, Indica nobis vbi pascas, vbi cubes.Et nobis prospiciamus,vt ædificemur in habitaculum Dei.Ephes.2. *Dixit eis Iesus, Venite & videte.* Pulsate,& aperietur vobis,quærite & inuenietis,petite & dabitur vobis. Omnis enim qui petit accipit, & qui quærit inuenit, & pulsanti aperietur. Itaque non refugit domum suam,non suspendit ambiguos, sed statim de sua illos habitatione resoluit. Non ita clarè respondent Sophistæ,qui adinstar Protei Ægyptij sese transformant, nec ita planè hæretici. Si quis enim illos de re quapiam interrogauerit,in ambiguo versari, & hærere, nec quæstioni satisfacere videbimus. Si quis mox Caluinum de Eucharistia interrogasset, illum modò Cinglianis,modò Augustanis blandiri audiisset, modò etiam Catholicæ fidei fauere. Ita non statim omnes virus suum explicant. Atqui nullibi resolutio certa & indubia, quàm vbi Christus

C est.Hîc plana & nuda sunt omnia. Sed neque Christus remittit eos ad crastinum diem. Verùm, inquit, Venite & videte. Noli prohibere benefacere eum, qui potest, inquit Sapiens. Nec differenda est salutis occasio,& hominis conuersio: cùm & ipse mutabilis sit. Ideóque, vt dicit Poëta,

Qui non est hodie,cras minus aptus erit.

Christus nō retinet dubios, sed resoluit omnia.

Et venerunt,& viderunt vbi maneret. Augustinus tract.7.in Ioan. Quàm beatum diem duxerunt, quàm beatam noctem! Quis est qui nobis dicat, quæ audierunt illi à Domino? Ædificemus & nosmetipsi in corde nostro, & ædificemus domum, in quam veniat ille, & doceat nos.Eccles. 6. Limen ostiorum eius exterat pes tuus, surge ad illum venire assiduè,& erudire præceptis eius. Verùm quæri potest, habueritne Christus domum vbi maneret, cùm asserat idem ipse,quòd filius hominis non habet vbi caput suum reclinet? Verùm respondet Chryso-

D stom. hom. 17. in Ioann. & Theophilactus, quòd proprium diuersorium non habebat: vtebatur autem aliena domo.Ita Basilius Epist. ad Greg. Nanzanz. Monachum depingit ἀνίδιον, ἄοικον,sine proprio,& sine domo,qui tamen in antris aut cellulis degat.Non docuit vbi maneret,inquit Cyrillus Alex.lib.2.in Ioan.cap.9. sed illicò illò ipsos ire iussit. Primùm, vt doceret nullam esse in quærendis bonis moram laudãdam,cùm vtilitatis retardatio detrimentũ afferat semper:Deinde vt ostenderet non sufficere, si quis vbi Christi domus, id est, Ecclesia fundata sit,didicerit,nisi per fidem in eam venerit,& quæ mysticè in ea peraguntur, feruenti animo viderit.Scienti enim bonum facere,&non facienti,damnum est illi.At verò olim Sathan in Ma-

E cedonianis & Donatistis hæreticis hoc primùm præstabat, vt scribit Opt.Mileu. contra Parmenianum,ne ad Christi Ecclesiam redirent,&nobis communicarent:Vt si quis magna victus ægritudine medicum & pharmacopolam abiuret:aut vulneratus stabulũ ingredi nolit, in quo eum Samaritanus noster curaturus est,Luc.10. *Erat autem fermè decima.* Hac temporis circunstantia,innuit discipulatus desiderium,& in Christo humanitatem, vt scribit Euthym.in Ioan. quòd neque propter tempus auersi sunt,cùm iam sol ad occasum declinaret: neque tẽpus, aut aliud quidpiam causati sunt. Alia tempus habent,sed conuersioni ad Deum omne tempus est commodum. Quis ergo non Christum requirat? Quis differre audeat? Quis procrastinabit? Eccli.11.Manè semina semen tuum,& vesperè non cesset manus tua: quia nescitis quid magis oriatur,hoc aut illud.Albertus Magnus in Io.mysticas horas requirit,à creatione mundi. Ioan. 11.Nónne duodecim sunt horæ diei? Sit igitur omne tempus huius seculi quasi vnus dies. Sic enim Psaltes. Mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hesterna quæ præteriit. Diuidamus & partiamur illud omne tempus in suas horas. Prima hora diei,est origo lucis naturæ, in principio creationis hominis. Secunda est illuminatio benedictionis Noë, absterså caligine peccati per diluuium. Tertia est sanctificatio Abrahæ, per circuncisionis sacramentum.

An Christus habuerit propriã domum.

Augustin.

Chrysost. Theoph. Basilius. Cyr. Alex.

Opt.Mileu.

Euthym.

Alb. Mag.

Horæ decimæ mysterium.

Quarta,ſanctificatio Moyſi ad liberationis auxilium.Quinta,collectio legis, vt peccati oſten- F
deret remedium.Sexta,ab impugnantibus defenſio iudicum. Septima hora, gubernatio Da-
uid & aliorum regum.Octaua,repromiſſio facta à Dauid,per Chriſtum exhibenda.Nona ho-
ra,liberatio de captiuitate Babylonica per Zorobabel & Ieſum magnum ſacerdotem.Decima
hora eſt redemptionis factæ per Chriſtum,& in illa cum Chriſto manſerunt. Vndecima autem
eſt remunerationis quieſcentium, vſque in finem mundi. Et duodecima eſt glorificationis,
quæ maneat in æternum.Sic enim Eſaiæ 38. Deſcendit ſol decem lineis in horologio Achaz.
Auguſt. Beda. Auguſt.& Beda in Ioan.myſterium Decalogi in iſta decima hora meditantur. Ex lege enim
Cyrillus. veniebant ad Euangelium:ad fidem Chriſti mittebat illos legis Decalogus.Cyrillus libro 2. in
Ioan.cap.10.Sed & per horam decimam nos monebat,non incipientibus ſeculis,ſed poſt ma-
gnum iam eorum progreſſum,ſaluatoris noſtri myſterium factum fuiſſe.Hiere.31. In nouiſſi-
mis enim diebus,vt ſcriptum eſt, dociles Dei omnes effecti ſumus. *Erat autem Andreas frater* G
Thomas. *Simonis,vnus è duobus,qui audierunt à Ioanne,& ſecuti ſunt eum.* Thomas, Andream primum
Vocatio Andreæ. Chriſtianum vocat,adinſtar Stephani,qui primus fuit martyr. Commendatur à cognatione:
quia frater Simonis,vtique & ipſo Simone iunior:quod & laudem illius auget,vt qui ætate po-
ſterior,fide tamen efficeretur prior.Commendatur & à diſciplina,quia vnus fuit è duobus qui
audierant à Ioanne.Et huius nomen exprimitur,vt inſignius: alterius autem tacetur, aut quia
Ioannes Euangeliſta fuerit,conſuetudo autem ei ſit,nomen ſuum ſupprimere, quoties de ſe a-
gitur:aut ſecundum Chryſoſtomum,ideò prætermiſſum eſt alterius nomen,vt minus inſigne.
Inuenit hic primùm fratrem ſuum Simonem,& dixit:Inuenimus Meſſyam, quod eſt interpretatum
Vocatio Petri. *Chriſtus:& adduxit eum ad Ieſum.* Hîc mihi venit in mentem leproſorum hiſtoria,qui cùm fu-
giſſe Syrios animaduertiſſent,& Samariam in extremis poſitam,ſua obſidione liberatam eſſe, H
tacere minimè potuerunt,ſed communem omnibus hanc lætitiam ſignificauerunt, vt legitur
4.Reg.7. Tẽporalia quo pluribus diſpertiuntur,eo minus ad quemque redit,non item de ſpiri-
tualibus.Illa enim cæteris communicata augentur.

Homo qui erranti comiter monſtrat viam,
Quaſi lumen de ſuo lumine accendat,facit
Vt nihil illi pereat,cùm alteri accenderit.

Cyrill. Cyrill.l.2.in Ioan.c.11.Ita cùm accepiſſent diſcipuli Ioannis talentum,ſtatim multiplicatũ Do-
mino reddunt.Huiuſmodi certè attentus,dociliſq; animus eſt:vt non longa egeat oratione,nec
poſt multos annos,aut menſes,fructum doctrinæ pariat:ſed ſimul cùm audierit,& aliis profuit,
& ſibi vtilis eſſe conatur.Sapienti enim da cauſam,inquit Prou.9.& erit ſapientior: doce iu-
ſtum,& proficiet.Andreas Simonis frater erat naturâ,fieri etiam fide voluit.Nam & verus Io- I
Beda. ſeph dicit,Non videbitis faciem meam,niſi adduxeritis & fratrem veſtrum. Geneſ. 44. Prou.
18.Frater qui adiuuatur à fratre,quaſi ciuitas firma.Beda.O vera pietas! Statim vt inuenit Ie-
ſum,ſtatim vt inuenit margaritam, ſtatim vt inuenit theſaurum, fratri nunciat, fratrem ſuum
Simonem vocat,fratrem non tam ſanguine quàm ſpiritu. *Inuenimus Meſſyam.* Diu quæſiui-
mus Chriſtum in Moyſe,in omnibus Prophetis:& quem inuenire cupiebamus, ipſe nos inue-
Meſſyas quid. nit,& inuenti inuenimus.Meſſyas autem Hebraica dictio eſt,משיח,quæ deſcẽdit à radice משח,
vnxit.Vnctum ergo ſignificat,ſicut & ipſa Græca dictio *Chriſtus.* Hunc enim præ cæteris vn-
xit Deus ampliſſimis gratiarum donis.Pſal.42.Vnxit te Deus,Deus tuus oleo lætitiæ,præ par-
ticipibus tuis.Et cæteri quidem ſacerdotes & reges oleo viſibili vncti ſunt: Chriſtus autem o-
Chryſoſt. leo inuiſibili.Act.10.quem vnxit Deus Spiritu ſancto. Idcircò Chryſoſtomus obſeruat, non
ſimpliciter ſcriptum eſſe nomen Chriſti,ſed cum adiectione articuli,ὁ χριστός,quòd ipſe ille in- K
telligatur,de quo tot promiſſiones factæ ſunt,& in quem conſpirant lex & Prophetæ. *Adduxit*
Laus Andreæ & Petri. *eum ad Ieſum.* Hîc non modò Andream,ſed & Petrum laudare conuenit. Statim enim atque
iuniorem fratrem audiuit,non contempſit,aut diſtulit,aut in quæſtionem traduxit quod refe-
rebatur,ſed ſtatim ſe ad Chriſtum contulit.Hæc animi promptitudo & alacritas,magnam ex-
pectationem repromittebat.Docemur autem,vt alter alterum Chriſto lucrari contendamus.
Iac.5.Qui reduxerit hominem ab errore viæ eius,ſaluabit animam eius, & de inferno libera-
Prædicatorũ munus. bit.Hoc autem maximè diuini verbi prædicatores conari oportet, vt fructus prædicationis &
Tho.Aqu. ſtudium non ſibi vendicent,inquit Tho.Aqu.ſeu ad vtilitatem & honorem proprium conuer-
tant:ſed vt adducãt ad Ieſum,id eſt,ad eius gloriam & honorem referant.2.Cor.4. Non enim
Albertus. prædicamus noſmetipſos,ſed Ieſum Chriſtum.Albertus Magnus in Ioan.Et hic, inquit, mos
eſt in Eccleſia, quòd in ſacramento baptiſmi & confirmationis patrini & ſuſceptores præſen-
tant,vt ſuſcipientes ſacramentum.Sic Matth.21.Soluite & adducite mihi.Pſal.28.Afferte Do-

mino

A mino filij Dei:hoc est conuersim, filios Dei:afferte Domino filios arietum, hoc est, filios prælatorum prædicantiũ,qui duces sunt gregis Christi.Horũ enim filij debent afferri Domino, & adduci. *Intuitus autem eum Iesus.* ἐμβλέψας δὲ αὐτῷ,id est,attentè & defixis oculis illũ respiciẽs: quod in Christo abstrusiorem cognitionem & magnum quoddam communicandæ miseri- cordiæ argumentum dabat:vt cùm legimus,Ioannis 9.illum aspexisse cæcum natum, & Ioan. 5.paralyticum, & tandem Petrum in domo Cayphæ, vt illum ad pœnitentiam flecteret. Statim enim atque Simonem vidit,illum & patrem eius proprio nomine designauit.Cyrillus lib. secundo in Ioannem,cap.12.Respicit, vt Deum decet, qui corda & renes scrutatur: vidétque, qui nihil ignorat,ad quantam & fidem & virtutem discipulus peruenturus sit: & antequàm aliquid de eo quæsiuisset,tam ipsum quàm patrem eius nomine appellat: & hac re discipulum instruit,eum se esse,qui cuncta etiam antequàm fiant,nouit. Nec Simon fore iam nomen sibi, B sed *Petrus*, prædixit, vocabulo ipso commodè significans,quòd in eo tandem, in petra, lapidéque firmissimo suam esset ædificaturus Ecclesiam. Hoc enim sonat dictio *Cephas*, Chaldaica quidem,sed quæ pendet ex Hebræa כיף seu כף,*Kif* seu *Kef*,quæ Iob 30.& Hieremiæ 4.legitur. Vbi enim habet *Vbakkefim*,vertimus,& in petras. Thargum pro סלע *Sela* Hebraico,id est,Petra,habet כיפא,vt notat Sanctes Pagninus in Thesauro linguæ Hebraicæ.Idem sonat & Græca dictio πέτρος:petram enim significat.Theophilactus in Ioan.Non dixit autem,inquit, Ego te vocabo Petrum,sed,Vocaberis.Nolebat enim ab initio authoritatem suam indicare, eò quòd nondum firmam in eum fidem haberent. Quamobrem autem hunc agnominat quidem Petrum,illos autẽ,inquam filios Zebedæi,filios tonitrui?Vt ostendat quòd ipse sit, qui vetus Testamentum dederit,& etiam nomina indiderit:& sicut nunc,ita etiam tunc mutauerit nomen Abram in Abraham,& Saram in Sarram.Scias autem quòd Simon interpretatur Obedientia, C Ionas verò Columba. Igitur mansuetudinis,quæ per columbam significatur,filia est obediẽtia: & qui habet obedientiam,etiam ipse Petrus efficitur,per obedientiam proficiens, vt firmetur in bono.Chrysostomus homil.18.in Ioan. Multis, inquit, à natiuitate Deus nomina imposuit, vt Isaac,Samson,vt iis quorum meminit Esaias & Osee:quibusdam, quam à parentibus acceperunt,appellationem mutauit,vt prædictis,& Iesu.Mos etiam antiquitùs erat à rebus nomina imponi,quod & Helias fecit.Hoc autem non temerè fit,sed vt ea appellatio imponatur, quæ sit diuini beneficij perpetuum monumentum, & memoria per prædicta nomina auditorum animis imprimatur.Qui enim debebant ab ineunte ætate virtute pollere, eis tunc indita sunt nomina: qui verò in ætatis progressu profecturi erant,postmodùm.Anastasius Nicenus,Quæstionum in scripturam,quæst. 55.multis exemplis docet, has nominum mutationes in sanctis inueniri, vt specialem aliquam gratiam designet. Rupertus lib. 2. Commentar. in Ioan. Ma- D gnum,inquit,& ineffabile gaudium præsignat & hic Christi aspectus, & eiusdem alloquium, necnon mutatio nominis. Si enim cunctis Apostolis, & omnibus sanctis gaudendum est in hoc seculo, quòd eorum nomina scripta sunt in cœlo: quantò magis huic beatissimo lætandum erat, qui,vt ita dicam, in capite libri nomen suum scriptum inuenit? Neque verò quod hîc narrat Ioannes,contrarium est ei loco,vbi Matthæus scribit,Dominum dixisse Petro, Tu es Petrus,& super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Augustinus, lib. secundo de consensu Euangelist. cap. 17. Neque enim, inquit, Petrum nomen accepisse intelligendum est tunc in Philippi Cæsarea,vt scribit Matthæus:sed tunc potiùs,quando ei Ioannes dictum esse commemorat, *Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus*, vt eum hoc nomine appellaret postea Dominus,dicens,Tu es Petrus.Non enim ait,Tu vocaberis Petrus, sed, Tu es Petrus: E quia ei iam dictum erat antea, Tu vocaberis. Idem Augustinus, tract. 7. in Ioannem. Et quidem,inquit,non magnum:quia Dominus dixit Petro, cuius filius esset. Quid magnum Domino?Omnia nomina sanctorum suorum sciebat,quos ante constitutionem mundi prædestinauit:& miraris quia dixit vni homini, Tu es filius illius, & tu vocaberis illud? Magnum, quia mutauit ei nomen,& fecit de Simone Petrum.Petrus autẽ à petra:petra verò Ecclesia. Et quis securus, nisi qui ædificat super petram? Et quid ait ipse Dominus? Matth.7. Qui audit verba mea hæc,& facit ea,similabo eum viro prudenti,ædificanti supra petram. Non cedit tentationibus:descendit pluuia,venerunt flumina,flauerunt venti,& impegerunt in domum illam, & non cecidit:fundata enim erat supra petrã.Qui audit verba mea,& non facit ea,iam vnusquisque nostrum timeat,& caueat,similabo eum viro stulto, qui ædificauit domum suam supra arenam.Descendit pluuia,venerunt flumina,flauerunt venti,& impegerunt in domum illam,& cecidit,& facta est ruina eius magna. Quid prodest, quia intrat Ecclesiam, qui vult supra arenam ædificare?Audiendo enim,& non faciendo,ædificat quidem, sed super arenam. Si enim

Intuitus Christi qualis.

Cyrillus.

Cephas idẽ quod Petr⁹.

Theoph.

Cur simoni nomen Petrus imposuerit.

Chrysost.

Anast.Nic. *Sanctorum multorum mutata fũt nomina.*

Rupert.

Conciliãtur Ioannes & Matthæus.

Augusti.

Idem.

Ecclesia suã per petrã.

nihil audit, nihil ædificat: si audit, ædificat. Sed quærimus, vbi. Si enim audit, & facit, F
Cur nō permisit Dominus nomen Petri imponi à parentibus. supra petram: si autem audit, & non facit, super arenam. Consultò autem Dominus non priùs permisit statim ab ipsa natiuitate Simoni nomen Petri à parentibus imponi, vt mysterium petræ intelligeremus, neque putaremus casu eum sic vocatum esse, sed diuina quadam prouidentia. Ideò voluit eum aliud priùs vocari, vt ex ipsa commutatione nominis, sacramenti viuacitas commendaretur. Fuit autem hæc prima Petri vocatio ad Christi cognitionem & fidem. Se-
1.2. cunda autē Luc. 5. exprimitur cum officij præsignatione, dicente Christo: Ex hoc eris homines
3. capiens. Tertia demū ad Apostolatū, Matth. 4. exprimitur. *In crastinum voluit exire in Galilæā.*
Th. Caiet. ἐπαύριον, quod superiùs bis vertit Altera die, tandem mutauit in crastinum. Thomas Caietanus in Ioann. hoc pro postridie sumit. Id enim, inquit, hîc significatur, quod iam bis interpres transtulerat Altera die. Sed aduerte, in hac suppùtatione dierum, quòd quamuis dies duo priùs significati sic iuncti fuerint, vt dies, quo Ioannes priùs Iesum demonstrauit, dicens, Ecce Agnus G
Dei, fuerit immediatè post diem responsionis datæ legatis Iudæorum, & dies quo iterum Ioannes dixit, Ecce Agnus Dei, fuerit immediatè post diem alterius similis demonstrationis, Ecce Agnus Dei: ita quòd postera die illi tres dies fuerunt continui, iste tamen dies, de quo nunc dicitur *postero die*, non fuit immediatè post illos tres dies: vt patet ex eo, quòd Andreas illo tertio die mansit apud Iesum: ac per hoc post illum diem inuenit Simonem Petrum, & adduxit illum
Postridie, ad quē diē refertur. ad Iesum. Iste autem dies appellatur *Postridie*, respectu diei, quo Simoni dictum est, Tu vocaberis Cephas (vt contextus literæ clarè sonat) & non respectu illius diei, quo Andreas & alius discipulus manserunt apud Iesum. Quot autem dies interfuerint, scriptum non est. Intendit itaque Euangelista significare, quòd die immediatè subsecuto ad diem, quo Petrus venit ad Iesum, gestum est quod sequitur (*voluit*) id est, Iesus exire in Galilæam. Hîc verò primùm po-
Tho. Aqu. nitur Philippi discipuli vocandi occasio, vt scribit Thomas Aquinas, lect. 16. in Ioan. Secundò H
subditur ipsius discipuli vocatio. Tertiò describitur vocati discipuli conditio, Ibi erat autē Philippus à Bethsaida. Occasio quidem vocationis fuit exitus Iesus à Iudæa: & ideò dicitur, In cra-
Tribus causis venit Iesus in Galilæam. stinum autem voluit exire, scilicet Iesus, à Iudæa in Galilæam. *Et inuenit Philippum.* Ratio autem exitus Iesu in Galilæam assignatur triplex: duæ videlicet literales, quatū vna est, quia postquàm baptisatus fuerat à Ioanne, volens honorem deferre Baptistæ, exiuit in Galilæam à Iu-
1. dęa recedens: ne sua præsentia offuscaret & minueret Ioannis magisterium: docens nos hono-
2. re inuicem præuenire, vt dicitur Philip. 2. Secunda ratio est, quia in Galilæa non sunt insignes personæ. Ioan. 7. A Galilæa Prophera non surgit, &c. & ideò voluit illuc exire Iesus, & eligere indè principes orbis terræ, qui sunt Prophetis maiores: vt per hoc suam virtutem ostendant. Ps.
3. Posuit desertum in stagna aquarum. Tertia ratio est mystica: quia Galilæa interpretatur Transmigratio. Voluit ergo exire à Iudæa in Galilæam: vt significaret relictis ob duritiem cordis Iudæis, transmigraturum se per Apostolos suos ad Gentes, & illis suæ gratiæ lumen communicaturum. Ioan. 8. Numquid hic iturus est in dispersionem gentium, &c. Vocatio ergo discipuli est
Quomodo Philippus tam prompto animo Christum secutus est. ad sequendum. Et ideò *inuenit Philippum: & dicit ei, Sequere me.* Neque verò in quæstionem vertendum est, quomodo Philippus tam prompto animo Christo obsecutus sit. Hoc enim creditu difficile videtur, cùm nullum adhuc signum Christus fecerit. Verùm ab Andrea & Simone primùm intelligere potuit, quis esset ille Iesus: aut si non ab his hoc didicit, ad verbi Christi virtutem referri oportet: quòd vt penetrabilius erat omni gladio ancipiti, statim Philippum ad se pellexit. Theophilactus in Ioannem. Videtur igitur, inquit, primùm vox Domini
Theoph. animam illius stimulo quodam charitatis tetigisse. Non enim simpliciter vox Saluatoris audiebatur, sed dignos statim flagrare faciebat intrinsecus ad amandum ipsum: sicut & Cleophas dicit, Nónne cor nostrum ardens erat, cùm loqueretur nobis in via? Deinde autem Philippus, eò quòd sollicitum cor habebat, & multa meditabatur scripta Moysis, expectabátque K
semper Christum, statim simulatque vidit, credidit. Propterea etiam dicit, *Inuenimus Iesum*, quo ostendit, quòd semper quæsierit. Fortassis autem & id Petro & Andreæ de Christo dixit. Etenim verisimile est colloquutos simul illos esse, qui ex eadem patria erant, & narrasse de Christo. Id quod & Euangelista videtur insinuare per hoc quod dicit, *Erat autem Philippus à Bethsaida ciuitate Andreæ & Petri.* Parua autem fuit ista ciuitas, quæ pagus rectiùs diceretur. Vnde & digna miraculo Christi virtus, quòd ab his, quæ nullum fructum polliceri videbantur,
Rupertus. præcipuos discipulos elegerit. Rupert. l. 2. Cōment. in Ioan. Neque, inquit, casu accidisse putes,
Christus quærebat Philippum. quòd *Philippum* inuenit: voluntatem eius Euangelista præmisit. Nihil enim per casum diuinæ prouidentiæ occurrit, nihil temerarium, nihil fortuitum: cuncta videntibus oculis eius se ingerunt. Benè ergo dicturus, inuenit Philippum, præmisit, voluit exire. quod idem est ac si dixisset,

Vo-

A Volens inuenire Philippum, immò volens de aqua facere vinum, ibique facere signorum initium, vbi postmodùm iuxta Matthæum primò prædicaturus erat, & dicturus, Appropinquabit regnum cœlorum, volens omninò implere Prophetiam dicentem, Primo tempore reuelata est terra Zabulon & terra Neptalim, via maris trans Iordanem Galilææ Gẽtium, exiuit in Iudæam, & inuenit Philippum. Inuenit, vtpotè quem quæsiuit. Ipsum enim cum omnibus sanctis præsciuit & prædestinauit, atque idcircò exiuit vt vocaret tunc, quem ante secula præsciuit & prædestinauit. Inuenit autem non eo modo, quo nos inuenisse dicimur, quum quidlibet videmus, quod antea non videntes quærebamus. Sed quomodo dicit pastor bonus, Inueni ouem meam quæ perierat: quomodo dicit mulier, Cõgratulamini, quia inueni dragmã meam quam perdideram: quomodo itidem singulos nostrum, quando ad fidem suam nos colligit, qui fueramus perditi? Eodem modo nunc, eodémque pondere dictum est, *Inuenit Philippum. Dicit ei, Sequere me. Et surgens secutus est eum.* Et hoc ipsum præscierat, quia mox vt diceret ei, Se-
B quere me, surgeret, & sequendo obediret. Iam enim gratia sua nescientem præuenerat, & antequàm vocem ad aures dirigeret, manum suam ad trahẽdum illum in cor eius miserat. *Erat autem Philippus à Bethsaida ciuitate Andreæ & Petri.* Hoc opus diuinam maximè cõmendat gratiam, quòd de ciuitate peccatrice tres isti vocati sunt magni patres iustorum atque credẽtium. *Bethsaida* enim peccatrix erat ciuitas in tantùm, vt & illi Dominus, sicut Matth. refert, exprobret, & dicat, Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethsaida: quia si in Tyro & Sydone factę fuissent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, profectò in cilicio & cinere pœnitentiam egissent. Cùm ergo de ciuitate illa, cui propter incredulitatem & impœnitentiam, Væ pronunciat veritas iudicium, tanti patres vocari ad gaudium, & ad pacem vniuerso mundo euangelizandam, eligi meruerũt: cuius opus, cuius est hoc donum, nisi gratiæ Dei, quæ suos præueniens, & subsequens eléctos,
C indebitum illis præstabat beneficium? Albertus Magn. in Ioan. Igitur descriptionem interserit patriæ vocati discipuli, vt notetur, quòd videns Philippus conciues suos Christum sequentes, faciliùs sequebatur: cùm sciret eos bonos, & inquirere salutis authorem. Et hoc est quod dicit, *A Bethsaida*, ciuitate Galilææ: quæ præsago nomine domus venationis interpretatur: quia ex illa egregij venatores homines ex ferinis syluestribus moribus venantes Christo coniungerentur. Hierem. 16. Mittam eis venatores multos, & venabuntur eos de omni monte, & de omni colle & cauernis petrarum: quia oculi mei super omnes vias eorum. Quosdam enim Apostoli capiunt in monte dignitatis mundanæ, & quosdam absconditos in cauernis duræ paupertatis. Et quia venatores præcipuè de illa ciuitate assumpti sunt, ideò subditur, *Ciuitate Andreæ & Petri*, qui iam antè vocati sunt. Sed hoc quæritur, quare Philippum per se vocauit, cùm simplex fuerit & rusticus: & Nathanaëlem per Philippum, qui sapiens fuit & literatus? Ad hoc dicit
D Chrysost. quòd ideò fecit, vt mundi sapientiam confunderet, & sola virtus vocatorum à Spiritu sancto esse sciretur. Si enim sapientes elegisset, conuersio facta per eos sapientiæ mundanæ asscriberetur. 1. Corinth. 1. Quæ stulta sunt huius mundi, elegit Deus, vt confundat sapientes, &c. Et hac etiam de causa tales constituit Apostolos, & non Nathanaelem sapientem. Hac etiam de causa non per se vocauit Paulum, nisi de cœlo post ascensionem: vt sciret non eapropter eligi sapientiam mundi, ne aliquid fidei prædicatæ industriæ humanæ asscriberetur. Vnde ipse dicit, 1. Corinth. 15. Nouissimè verò tanquam abortiuo visus est & mihi. Vnde 1. Corinth. 11. Sermo meus & prædicatio mea non fuit in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis. *Inuenit Philippus Nathanael.* Hæc omnia, quæ de Christi discipulis dicuntur, admonere nos debent vocationis nostræ. Nam quemadmodum Simon ab An-
E drea fratre, & Nathanael à Philippo ad Christum adducti, benignè excepti sunt: sic & nos per alios ad Christi cognitionem deducti, & tandem per baptisma eius corpori inserti sumus. Hoc enim debemus Apostolis, hoc martyribus, & antiquis doctoribus, hoc denique & ipsis nostris susceptoribus, iisque omnibus, qui & paruulos & grandiores in Christi fide instituerũt. Et quidem his permulta, qui nos docuerunt, Deo autem potiora debemus, qui nos in gratiam suam admisit: potiora Christo, qui nos effecit os ex ossibus suis, & carnem de carne sua. Quis verò hîc non miretur summum charitatis ardorem, cùm viderit tanta solicitudine vnum ab altero de Christo commonefieri, & ad salutis cognitionem deduci? Sic Eccl. 17. Vnicuique mandauit Deus de proximo suo. Econtrà verò Cain, Numquid, inquit, custos fratris mei sum ego? Quàm hodie permultos similes videmus, qui sua quidem quærũt, non quæ Christi, & propter temporale commodum de proximis curam gerunt: quo postposito, neque parentũ, neque cõsanguineorum vlla sollicitudine demulcentur? Ita nullus hæres, nulla iam supereſt charitas: pereat fides, pereat conscientia, pereat anima: satis est, modò non pereant diuitiæ & commoda

Alb. Mag. *Lætandum si comites salutis habeamus.*

Quæstio.

Chrysost.

Quibus aliquid debeamus.

Nulla est vera dilectio.

Vnde nomen Nathanael. temporalia. Porrò nomen Nathanaëlis aliquid melioris expectationis repromittebat: cùm à F
verbo *Nathan*, quod est dare, & *Hel*, quod vnum est ex Dei nominibus, proficiscatur: vt à Deo
datum significet. Hunc fratrem Philippi fuisse innuit Beda & Albertus Magnus, & alludunt
Beda. Albertus. ad nominis *Bethsaida* etymologiam, quòd domum venatorum significet. Non est enim pu-
tandus Euangelista fortuitò, inquiunt, & absque ratione mystica nomen ciuitatis, de qua esset
Philippus, & quòd eadem Andreæ quoque & Petri esset, voluisse monstrare: sed per nomen
ciuitatis typicè, qualis tunc iam animo Philippus, qualis officio esset futurus, quales etiam Pe-
Apostoli venatores. trus & Andreas, ostendere curasse. *Bethsaida* quippè domus venatorum dicitur: & venatores
vtique erant, qui audiebant à Domino, Venite post me, & faciam vos fieri piscatores homi-
num. Venator & ille, qui antequàm ad prædicationis officium ordinaretur à Domino, quan-
tum capiendis ad vitam animabus esset intentus, mox sponte prædicando monstrauit. Itaque G
Cyr. Alex. quantum rete fidei, quàm capacibus deuotæ prædicationis vinculis intectum Philippus inuen-
Philippus quærit Nathanael. to fratri circundat, quem ad æternam cupit prouidus captare salutem? Cyrillus Alexandrinus
libro secundo in Ioan. cap. 14. Velociter nimirùm, inquit, vt superiorum affinis Philippus,
etiam fructum reddidit. Nathanael enim non casu reperit, sed multo quæsitum studio inue-
nit. Studiosissimum enim scripturarum virum, diligentissimúmque cognouerat: atque ideò il-
lum tanquam legis & omnis Prophetiæ peritum alloquitur, dicens, inuenisse iam se Christũ,
qui ab omni scriptura venturus prædicatur. Erat autem opinio de Saluatore nostro apud Iu-
dæos, quòd Nazarenus esset, quamuis scriptura ipsum Bethleemitam appellet, dicens: Et tu
Beth-leem domus Ephrata, nequaquam minima es in principibus Iuda: ex te enim exibit
dux, qui reget populum meum Israël, & egressus eius de diebus æternitatis. In Nazareth enim
enutritum fuisse scriptura testatur. Et venerunt, inquit Euangelista, in Nazareth, vbi nutritus
fuit. Vulgarem igitur opinionem secutus est Philippus. *Inuenimus,* inquit, qui per scripturas H
Rupert. prænunciatus expectabatur, filium Ioseph à Nazareth. Rupertus in Ioan. Cæterùm opportuna
cur nõsimpliciter Iesus dicatur, sed addatur à Nazareth. descriptione vsus est, quia videlicet multi vocabulo Iesu nuncupabantur. Idcircò eum proprio
nomine, ipsius ciuitatis quoque nomen posuit, & patris eius, qui erat Ioseph, vt putabatur. In
quo & veram tenuit historiæ legem, quæ est opinionẽ vulgi pro tempore & loco non omittere:
Et mendacij notam non incurrit, patrem illum nominando, qui non erat pater eius carnalis. Si
enim hi, qui alienos sibi adoptant filios, non incongruè dicuntur patres eorum, quos paterno
sibi affectu adoptauerunt: quantò magis hic vnicus & singularis Domini nutritius, pater eius
non inconuenienter dicitur? Natus enim pupillus in hoc seculo, id est ab carnali patre Domi-
nus, illo beato viro pro patre in omnibus vsus est, & in illa generationis scala, quæ per Mat-
thæum legitur, eidem sancto Ioseph omnis humanæ opis indigo, humanitatis eius natura tan- I
Dionys. Carthus. quam gradu supremo innixa est. Dionysius Carthusianus in Ioannem. Itaque, ait Philippus,
quem scripsit in lege, id est, eum de quo Moyses scripsit in Pentateucho, de quo scripserunt *Pro-*
phetæ, inuenimus, ego aliíque discipuli Ioannis Baptistæ. Fertur enim, quòd Petrus quoque &
Philippus fuerunt Ioannis discipuli. Iesum inuenerunt, non vtique à casu, nec propria industria
Quomodo Moyses de christo scripsit. & virtute, sed Ioanne Baptista monstrante, & Christo se eis ostendente. Porrò Moyses scripsit
de Christo dupliciter. Vno modo, verba aliorum narrando, quemadmodum in Genesi prædi-
xit Iacob: Non auferetur, inquit, sceptrum de Iuda, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit
1. expectatio gẽtium. Et iterum: Salutare tuum expectabo Domine. Alibi quoque scribit, Deum
dixisse ad Abraham: In semine tuo benedicentur omnes gentes. Secundo, de ipso Christo pro-
2. phetando: vt cùm ait in Deuteronom. Prophetam suscitabit vobis Dominus de fratribus ve-
stris: tanquam meipsum audietis. Quod autem Prophetæ scripserunt de Christo, non oportet K
Quomodo Prophetæ. speciali testimonio comprobare, cùm certum sit etiam secundum Iudæorum magistros, quòd
omnes Prophetæ locuti sunt super dies Messyæ. Propter quod in Actis Apostolorum Petrus
testatur: Omnes Prophetæ à Samuel, & deinceps, annunciauerunt dies illos, videlicet tempus
gratiæ Christi. Hinc Christus dicit in Luc. 24. Oportet impleri omnia quæ scripta sunt de me
in lege & Prophetis & Psalmis. Propterea si Philippus fuit discipulus Ioannis, vel eruditus in
Prophetis, vel satis illustratus à Spiritu sancto, tunc nouit Iesum, quem credidit Christum, non
esse filium Ioseph sponsi Mariæ, sed loquebatur secundum opinionem vulgi. Probabile enim
est, quòd præcursor docuit suos discipulos, Iesum Christum esse virginis filium. Si verò non-
dum illuminatus fuit aliquo horum modorum, putauit, sicut & cæteri, quòd Iesus cõceptus de
viro. Nec mirum, si ignorasset Christum esse filium virginis, cùm Ioannes Euangelista vsq; ad
resurrectionem Christi nescierit, quòd Christus resurrecturus fuerit à mortuis. Immò Apostoli
communiter ignorauerunt, quòd occidendus esset ab impiis, cùm tamẽ Prophetæ hoc aper-

tissimè

A tissimè prænũciauerint. *Et dixit ei Nathanael, A Nazareth potest aliquid boni esse?* Augustinus tract. 7. in Ioan. Quid intelligitur, fratres? Num quomodo aliqui pronunciant? Nam & sic solet pronunciari, A Nazareth potest aliquid boni esse? Sequitur enim vox Philippi. *Et dixit, Veni & vide.* Ambas autem pronũciationes potest ista vox sequi, siue sic pronuncies, tanquã confirmans, A Nazareth potest aliquid boni esse: siue sic dubitans, & totum interrogans. Chrysostomus, hom. 19. in Ioann. Non enim quòd non crederet, ita locutus est, neque accusari, sed laudari meruit. Prophetarum enim verba diligentiùs quàm Philippus cõsiderabat. Audierat ex Beth-leem & ex patria Dauid Christum venturum. Hoc Iudæi credebant, hoc Propheta Michęas (cap. 5.) iampridem apertis verbis prædixerat. Huius Prophetiæ memor Nathanael, audiens eum Nazarenum, perturbatur & dubitat, ne secũdum Prophetæ sermonem Philippus falleretur. Et vide quàm verecundè interrogat. Non dixit, Nihil boni fecit B Nazareth, sed, A Nazareth potest aliquid boni esse? Ita & Theophil. Chrysost. Euthymius, & Nonnus Pampolitanus per interrogationem legunt. Ioan. 7. Scrutare scripturas, & vide quòd Propheta de Galilæa non surgit. Possunt & ista verba per admirationem interpretari, vt Cyrillus facit: quasi dicat, Ergóne ex tam exili oppido tantus Israëlis rex surrexisse dicitur? Sic etiam Iuuencus lib. 2. Euang. hist.

August. *Quomodo aliquid boni à Nazareth.*

Chrysost.

Iuuencus.

--Genuit quicquam si Nazara, miror,
Quod dignum tantis vnquam virtutibus esset.

Et dixit ei Philippus, Veni & vide. Euthymius in Ioan. Modum quo Nathanaël hoc dixerat, ignorans, putánsque illum simpliciter ciuitati Nazareth detrahere, ducit ipsum ad Christum tanquam statim crediturum, si modò doctrinam, ac conuersationem eius gustasset. Chry- C sost. hom. 19. in Ioan. Et Philippus quidem prudenter non indignatur, non ægrè fert, vtpotè parum creditus: sed expectat virum, vt ad Christum adducat, & ab ipso principio Apostolũ gerit. Iuuenc. lib. 2. hist. Euangel.

Euthy.

Chrysost.

Iuuencus.

Inde Philippus ait: Cernes, dubitare quiesce,
Progrediénsque vide: nam oculis spectare licebit.

Sic Samaritani per mulieris exhortationem adducti sunt, Ioan. 4. Sperat enim Nathanaëlem crediturum, statim atque Christi doctrinam gustauerit. Adinstar autem Christi respondisse videtur. Cùm enim à duobus Ioannis discipulis interrogaretur, vbi maneret, respondit, Venite & videte. Nunc etiam Philippus, Veni, inquit, & vide. Ps. Accedite ad eũ, & illuminamini, & facies vestræ non confundẽtur. Ex his discimus, nulla nos hæsitatione retardari debere, quin ad Christũ accedamus, & illum audiamus. Vt enim olim quicquid ex agno Paschali supererat, igni deuouebatur: sic & nos Spiritui sancto committere oportet omnes quæstiones, quas D manducare, & digerere, id est, apprehendere nostra mente non possumus, vt scribit Hesych. in Leuitic. Et interim Christo in omnibus obsequendum est, & ad eum procurrendum. *Vidit Iesus Nathanael venientem ad se, & dixit de eo, Ecce verè Israelita, in quo dolus non est.* Hoc palã dictum esse populo scribit Nonnus in Ioan.

Hesych.

Nonnus.

Ναθαναὴλ ἄναξ ἐδείκνυε λαῷ. id est,

Nathanaelem rex (Christus) demonstrabat populo.

Rupertus in Ioan. Et hunc planè Saluator apertis gratiæ suæ vidit oculis, illis nimirùm oculis, quibus nos omnes antequã essemus, vidit, & prædestinauit. Nec poterat ignorare, quali mẽte veniret ad se, scilicet quòd in simplicitate cordis quæreret Deum. Iuxta quod scriptum est: Quæ sunt in corde hominum, oculi tui vident, & in libro tuo omnes scribentur. 1. Reg. 16. E Homo videt ea quæ patent, Deus autem intuetur cor. Cyrill. Alex. lib. 2. in Ioan. cap. 16. Antequàm signorum miraculo ad fidem homines traheret, alio quodam modo, nec minus mirabili, natura se Deum esse ostendit, qui humana forma, propter salutem hominũ venerit. Quis verò ille modus fuit? Occultarum rerum cognitio, quæ soli Deo attribuitur. Non ergo adulatiunculis Nathanaëli blanditur, sed ea, quorum ille conscius erat, exponens, corda se hominum, quod solius Dei est, cognoscere confirmat. Thomas Aquinas, lect. postrema in cap. 1. Ioann. Sciendum enim est, quòd aliqui dupliciter conuertuntur ad Christum: quidam per miracula visa & experta in se siue in aliis: quidam verò per spirationes internas, & per Prophetiã, & per prænoscẽtiam occultorum futurorum. Sed efficacior est modus per prænoscentiam & per Prophetias futurorum conuerti, quàm per miracula. Ipsi enim dæmones, & aliqui homines eorum auxilio, aliqua mira prætendere possunt: sed futura prædicere, solius diuinæ virtutis opus est. Isai. 49. Ventura quoque annunciate, & dicemus quòd Dij estis. 1. Cor. 14. Prophetiæ datæ sunt fidelibus. Et inde est, quòd Dominus non per miracula, sed per prænuncia-

Rupertus. *Christus cõ mẽdat Nathanaelẽ.*

Cyri. Alex.

Tho. Aqu. *Dupliciter quidã conuertũtur ad Dominum.*

Albert. tionem occultorum Nathanaëlem ad fidem trahit. Albertus Magnus in Io. verum Iſraëlitã F
ad Iacob Patriarcham referri debere, cuius nimirùm ſit imitator, reducit: Geneſ. 32. Nequa-
quam vltrà vocaberis Iacob: ſed Iſraël erit nomen tuum. Eſa. 49. Seruus meus es tu Iſraël: quia
in te glorificabor. Iſte enim eſt rectiſſimi imitator, qui nulla curuitate deflectitur: quinimmò
Dionyſ. etiam ab imperito & idiota non dedignatur duci ad veritatem. Dionyſius dicit: Dediſti veri-
Dol⁹ quid. tati manus, & falſitatis nexibus es abſolutus. Vnde addit, *In quo dolus non eſt.* Dolus eſt, inquit
Auguſt. Auguſtinus, quando aliquis aliud ſimulat, & aliud agit. Prouerb. 12. Dolus in corde cogitan-
tium mala. Eſa. 32. Fraudulenti vaſa peſſima ſunt. Ipſe enim cogitationes concinnabit ad per-
dendos mites in ſermone mendacij, cùm loqueretur pauper iudicium. Malach. 1. Maledictus
doloſus. Iſte enim ſimplex eſt, qui non eſt doloſus: quia à quolibet ſtudioſo paratus eſt ſuſcipe-
re veritatẽ. Iob. 1. Homo ſimplex & rectus & timens Deum, & recedẽs à malo, & adhuc re-
Idem. tinens innocentiam. Auguſtin. tract. 7. in Ioan. Magnum teſtimoniũ. Hoc nec Andreæ dictũ, G
Cur Natha- nec Petro dictum, nec Philippo, quod dictum eſt de Nathanaële, Ecce verè Iſraelita, in quo
nael nõ in- dolus non eſt. Quid ergo faciemus, fratres? Deberet iſte primus eſſe in Apoſtolis. Et non ſo-
uenitur in- lùm primus non inuenitur in Apoſtolis, nec medius, nec vltimus inter duodecim Nathanaël,
ter Apo- cui tantum teſtimonium perhibuit filius Dei, dicens, *Ecce verè Iſraelita, in quo dolus non eſt.*
ſtolos, cui Quæritur cauſa? Quantum Dominus intimat, probabiliter inuenimus. Intelligere enim de-
tamẽ tantũ bemus ipſum Nathanaëlem eruditum & peritum legis fuiſſe. Propterea voluit eum Domi-
à Chriſto te- nus inter diſcipulos ponere, quia idiotas elegit, vnde confunderet mundum. Audi Apoſtolũ
ſtimoniũ dicentem, 1. Cor. 1. Ita videte, inquit, vocationem veſtram, fratres, quia non multi ſapientes ſe-
redditur. cundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: ſed infirma mundi elegit Deus, vt
confundat fortia: & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non ſunt, tã-
quam ea quæ ſunt, vt ea quæ ſunt, euacuẽtur. Si doctus eligeretur, fortaſſe ideò ſe diceret ele- H
ctum, quia doctrina eius meruit eligi. Dominus noſter Ieſus Chriſtus volens ſuperborum frã-
gere ceruices, non quæſiuit per oratorem piſcatorẽ, ſed de piſcatore lucratus eſt Imperatorẽ.
Magnus Cyprianus orator, ſed priùs Petrus piſcator, per quem poſtea crederet non ſolùm
orator, ſed & Imperator. Nullus nobilis primò electus eſt, nullus doctus: quia infirma mundi
Rupertus. elegit Deus, vt confunderet fortia. *Dicit ei Nathanael, Vnde me noſti?* Rupertus in Ioan. Hac
percunctatione hoc ipſum indicat, quòd iuxta veritatis teſtimonium verus ſit Iſraelita. Falſi
namque Iſraëlitæ nõ attendunt, vtrum laus ipſorum ex hominibus, an ex Deo ſit. Hic verò au-
diens verum Iſraëlitam ſe appellari, quod magnæ eſt laudis, magníque pretij: Vnde, inquit, me
noſti? ſubaudi, quem hactenus ſecundum hominem non vidiſti? Hoc enim ſonant iſta Non-
Nonnus. ni verba in Ioannem.

πῶς φρεσὶ γιγνώσκεις μὲ, τὸν ὐ πάρος εἶδες ὀπωπῇ. I
εἰπὲ πόθεν νοέεις με;

Nimirùm quomodo mente & anima illum nouerit, cùm præſens illum numquam perſpexe-
Chriſto nu- rit: dic, inquit, vnde me animo aduertis? Ita miratur tantam Chriſto cognitionem ineſſe, vt nõ
da ſunt modò hominem, ſed & quicquid in homine eſt, cognoſcat. Ita non fruſtrà accipit hoc pri-
omnia. mum Chriſti verbum: ſed qui primùm hæſitabat in quæſtione loci, è quo Meſſyas prodiret,
nunc etiam ad illius diuinitatis meditationem progreditur. Nec verò tantùm præſentia, eáque
occulta, atque imis penetralibus animæ occluſa, Chriſtus ſe illum cognoſcere oſtendit, ſed &
præterita & futura. Omnia enim nuda & aperta ſunt oculis eius. *Reſpondit* enim *Ieſus, & dixit*
Iuuencus. *ei, Priuſquàm te Philippus vocaret, cùm eſſes ſub ficu, vidi te.* Nam, vt ſcribit Iuuẽcus lib. 2. Euãg.
hiſtor. K

Hinc Dominus dicta hæc diuino pectore promit:
Cùm te diffuſæ tegerent vmbracula ficus,
Ante etiam quàm te vocitarent verba Philippi,
Vidit, & elegit comitem te ſpiritus autor.

Chryſoſt. Chryſoſtom. hom. 19. in Ioan. Non enim è loco aliquo editiori ipſum & eius mores, & man-
ſuetudinem vidiſſe, non è ſpecula aliqua more hominis eum ſub ficu obſeruaſſe dicit: Nemo
enim illic aderat, ſed ſoli Philippus & Nathanaël ſecreto in loco inuicem ſermonem habue-
rant. Idcircò, inquit Euangeliſta, quòd cùm videret à longè venientem ad ſe, dixit, Ecce verè
Iſraëlita: vt intelligatur, priuſquàm appropinquaret Philippus, ita Chriſtum locutum. Et ne
quiſquam aliquid poſſet ſuſpicari, & temporis meminit, & loci, & arboris: nimirùm ne ab ipſo
miſſum Philippum quiſquam opinaretur, ſi tantùm eius ad Nathanael profectionis meminiſ-
ſet. Verùm cùm dixiſſet, vbi eum conuenit Philippus, & tempus, certiſſimum ſe Prophetam
oſtendit.

A ostendit. Neque hoc tantùm, sed etiam quæ inuicem locuti essent, in memoriam reduxit: hoc est, Potest à Nazareth aliquid boni esse? Ex quo maximè eum sibi conciliauit, cùm ex eo non reprehẽdit, sed laudibus prosecutus est. Cæterùm Augustinus & antiqui Patres mysticam fici significationem requirunt, quam etiam Beda in Ioann. ita complectitur. Potest autem hæc Domini sententia, qua dixit se Nathanael, priusquàm vocaretur à Philippo, cùm esset sub ficu, vidisse, super electione spiritualis Israel, id est, populi Christiani, mysticè intelligi: quem Dominus necdum se vidẽtem, necdum per Apostolos eius ad fidei gratiam vocatum, sed sub tegmine adhuc peccati prementis abditum, misericorditer videre dignatus est, Paulo attestãte, qui ait Ephes. 1. Qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionẽ, vt essemus sancti & immaculati in cõspectu eius in charitate. Et quidem fici arbor aliquando in scripturis dulcedinem dilectionis supernæ

B insinuat. Vnde scriptum est, Qui seruat ficum, comedit fructũ eius: & qui custos est Domini sui, glorificabitur. Sed quia primi parentes nostri reatu præuaricationis confusi, de fici sibi foliis succinctoria fecerunt, potest hæc arbor fici non incongruè malè dulcorata generi humano cõsuetudinem peccandi significare: sub qua videat positos adhuc electos suos, sed necdum electionis suæ gratiam cognoscentes, quia sub ficu constitutum, nec se iam videntem Dominus videt Nathanael. Nouit enim Dominus qui sunt eius. Augustin. serm. 40. de verbis Domini in Ioan. & tractatu 7. hanc spiritualem interpretationem obseruat. Rupertus quoque in Ioan. Vidit, inquit, non solùm illum Christus, sed & omnes electos suos, cùm essent sub ficu, vidit misericordiæ suæ oculis: id est, cùm primus parens illorum, factus mandati transgressor, consutis fici foliis pudenda contegeret, iam tunc vidit eos, & miseratus est: iam disponebat misericorditer, quo illos à præuaricationis reatu liberaret. *Respondit ei Nathanael, & ait, Rabbi, tu*

C *es filius Dei, tu es Rex Israel.* Hæc fuit attoniti & obstupefacti Nathanaelis responsio, vt quem primùm velut hominem audierat, nunc experientia Deum esse cognoscat: quasi dicat, vt meditatur Dionys. Carthusian. in Ioan. Ex istis signis agnosco, quòd sis Christus rex Israeliticæ plebis. Nam cordium secreta, & absentium verba nullo narrante cognoscere, eos quoque & facta eorum spiritualiter cernere tam perfectè, quæ corporaliter non videntur, Deo est proprium. Idcircò te profiteor filium Dei, & regem Israel, id est, Deum & hominem. Sciuit nãque Nathanael, quòd Christus non vidit eum sub ficu oculo corporali, nec verba eius atque Philippi audiuit auribus corporis. Sciuit quoque quòd nemo nunciauit ea Christo. Idcircò auditis verbis Christi, confessus est quòd esset filius Dei. Quidam scribit, quòd iste Nathanael dicendo Iesum esse filium Dei, intellexit hoc de filiatione adoptiua per gratiam excellentẽ, ita quòd diuinitatẽ Christi non videtur intellexisse. Item hoc dicẽdo, *Tu es rex Israel*, existimauit

D eum temporaliter regnaturum, sicut communiter opinantur Iudæi. Sed si Nathanaël tam inconuenienter, immò & falsè sensisset de Christo, nequaquã meruisset audire à Christo, Ecce verè Israelita, in quo dolus non est. Tunc enim fuisset carnalis Israelita, alioſque decipiens, docendo de Christo futuro, quòd esset purus homo, & rex temporaliter regnaturus. Atqui cùm Nathanaël fuerit legis doctor eximius, secundum Bedam, scrutabatur scripturas de Christo. Quoniam ergo Prophetæ describunt manifestè Christi diuinitatem, non mirum, si Christum Dei filium confessus est. Vt cùm ait Hieremias: Hoc est nomen quod vocabunt eum, Dominus iustus noster. In Hebræo autem habetur nomen Domini tetragrammaton, quod nõ conuenit nisi vero Deo. Et Esa. 9. Vocabitur, inquit, nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus

E fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Describunt quoque primum Christi aduentum in omnimoda paupertate, dicente Zacharia, 9. cap. Ecce rex tuus venit tibi mansuetus ipse pauper. Et Hierem. 14. cap. Quare quasi colonus venturus est in terra? Hinc igitur non est verisimile, quòd Nathanael existimauit Messyam purum hominem, atque temporaliter regnaturum, sicut nunc somniant obtenebrati Iudæi. Argumentum autem illius, quo arguit, quòd si Nathanael credidisset eum esse filium Dei naturalem, non dixisset, Tu es rex Israel, sed potius, totius mundi, non conuincit, nec apparentiam habet: præsertim cùm in Esaia etiam Deus secundum naturam Deitatis frequenter dicatur rex Iacob, seu Israel. Vnde in Esaia 33. dicitur in persona Israelitici populi: Dominus iudex noster, Dominus legifer noster, Dominus rex noster, ipse veniet, & saluabit nos. quod ad literam dictum est de Christo filio Dei. Quamuis enim sit omnium rex, tamen specialiter appellatur *rex Israël*. Primò, quoniam ex semine regum Israel natus. Secundò, quia populo illi specialiter promissus ac missus: quemadmodum ait, Non sum missus nisi ad oues perditas domus Israel. Ideò in Zacharia 9. habetur: Exulta satis filia Sion, ecce rex tuus. Non ait, rex totius mundi, sed, rex tuus. Et quid est, rex tuus, nisi

August. *Mystica ficus significatio.* Beda. *Prædestinatio.* August. Rupertus. Dion. Car. *Christi mysteria.* *Cur Christus rex Israel.*

Chryſoſt. rex Iſrael? Attamen Chryſoſtomus hom.20.in Ioan. fidem Nathanaelis hac in parte multum F
diſtare à fide Petri, etſi eadem vtriuſque verba ſint, ſcribit: quòd Petrus filium Dei, tanquam
verum Deum, Nathanaël tanquam hominem agnouerit. Vnde & illi dictũ ſit, *Quia dixi tibi,*
Vidi te ſub ficu, credis, maius his videbis. Attamen quid amplius illum de Chriſto meditari, quã
vt purus homo ſit, oſtendit hæc Chriſti aſſertio *Credis?* Nam ſi Nathanael credit, vtique Chri-
Euthy. ſtum filium Dei eſſe intelligit: niſi fortè, vt ſcribit Euthymius, fidem illum habuiſſe, ſed im-
perfectam dicamus. Vnde factum ſit, vt Chriſtus illum tandem confirmandum prædixerit,
fidemque illam adaugendam. *Amen, Amen dico vobis, videbitis cœlum apertũ, & Angelos Dei*
aſcendentes & deſcendentes ſupra filium hominis. Quidam per Angelos ſpiritus cœleſtes, alij
Cyri. Alex. prædicatores intelligunt. Cyrillus Alex. lib.2. in Ioannem, cap.21. Angelos enim, inquit, ſurſum
atque deorſum ad filium hominis venturos enunciat, mandatis ſuis ad ſalutem credentiũ mi- G
niſtrantes, quando maximè filius Dei eſſe credetur. Maximè enim Deo virtutes cœlorũ ſer-
Euthy. uiũt. Euthymius in Ioannem, poſt Chryſoſt. Siquidem, inquit, ſuper legitimum Dei filium a-
ſcendebant & deſcẽdebant Angeli Dei, miniſtrantes illi: hoc quidem circa tempus paſſionis,
Quãdo Angeli aſcẽderũt & deſcẽderũt ſuper chriſtũ illud autem tempore reſurrectionis & aſſumptionis. Viſionem verò intellige, etiam cognitio-
nem: hæc enim omnes diſcipuli cognouerunt, hi quidem videntes, illi verò ab his qui viderãt
audientes. Theophilactus particulariùs iſta exprimit, dicens: Ante paſſionem apparuiſſe An-
Theoph. gelum ad confortandum Chriſtum: in reſurrectione verò & aſcenſione viſos eſſe Angelos.
Rupertus. Rupertus in Ioan. lib.2. Hoc, inquit, illis dicto, illud quod neſciebant, videndum repromittit:
ſcilicet per paſſionem ſuam cœlum eſſe aperiendum, futurámque Angelorum & hominum
concordiam, qui priùs inter ſe diſcordes fuerant, clauſo hominibus cœlo, & ſublato pariete
inimicitiarum propter originale peccatum. Non enim fuerat hactenus ille Angelorum & ho-
minum conſenſus, vt venientes ſancti Angeli, exeuntes de corporibus animas beatorum ho- H
minum, per patentes portas cœli inferrent, vt nunc faciunt, venerantes & adorantes in rege ac
Deo ſuo naturam hominum, qui ſine vehiculo Angelorum potenter aſcendit in cœlum, po-
nens nubem aſcenſum ſuum, & ambulans ſuper pennas ventorum. Hoc planè videndum ve-
ris promittit Iſraelitis, vt quod in figura præuidit carnalis pater corũ Iſrael, hoc in ſemetipſo
reuera complendum eſſe pronunciet. Iacob namque egreſſus de Berſabee, & pergens Arã,
Scalæ Iacob myſtica interpretatio. cùm veniſſet ad quendam locum, vellétque in eo quieſcere poſt ſolis occubitum, tulit de la-
pidibus qui iacebant, & ſupponens capiti ſuo, dormiuit in eodem loco. Viditque in ſomnis
ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens cœlum: Angelos quoque Dei aſcen-
dentes & deſcendentes per eam. Iacob ille, qui poſt ea dictus eſt Iſrael, veros ſignificat Iſraë-
litas, qualis erat Nathanael, de quo paulò antè dixerat Dominus, Ecce verus Iſraelita, in quo I
dolus non eſt. Lapis autem ille, quem capiti ſuo ſuppoſuit vt dormiret, hic eundem Chriſtũ
Lapis Chriſtus. ſignificat, lapidem angularem, quem falſi Iſraelitæ reprobauerunt ædificantes. Hunc enim
quicunque ſupponit capiti, id eſt, cordi ſuo, dormit ſecurus: quia mundi diuitias contempſit,
& ideò paſſionibus mũdi non perturbatur, nihil habens in ſeculo cur gaudeat, cur timeat, cur
ſperet, cur doleat. Secura namque mens eſt, vt propter Chriſtum hæc deſint: dicitque is, qui
lapidi Chriſto ſic ſuperpoſuit caput, id eſt, cor ſuum, vt his paſſionibus careat, Ego dormio, &
cor meum vigilat. Fecerunt hoc illi maximè, qui tunc audientes vocem eius, dicentis, Venite
ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos: relinquentes omnia veniebant
ad eum, & diſcebant ab ipſo, quia mitis eſt & humilis corde, vt in humilitate cordis eius, tan-
quam ſuper ſolidum lapidem dormientes, & animabus ſuis requiem intuentes, myſteria regni
Dei ſcirent, quæ ſcire non poſſunt ſuperbi, inter quos ſemper iurgia ſunt, qui ad lites & con-
tentiones vigilant. Hi viderunt cœlum apertum clauibus illis, quas præcipuo ſuo vicario Do- K
minus Petro tradidit: viderunt extinctum flammeum gladium, qui poſitus fuerat ad introitũ
Paradiſi, & expergefacti repentino ſono aduenientis ſuper eos Spiritus ſancti, pauentes & ex-
clamantes annunciauerunt nobis: qui & illum tollentes lapidem, ſuper quem requieuerant,
erexerunt in titulum, vt omnes videremus, & crederemus in illum: & ſpirituali ædificio con-
ſtructis ſuper eundem lapidem ſanctæ Eccleſiæ parietibus, Quàm terribilis eſt, inquiũt, locus
iſte! ſcilicet portis inferi, quæ non præualent aduerſus eum. Non eſt hîc aliud niſi domus
Dei, & porta cœli: videlicet per quam aſcendunt & deſcendunt Angeli ſupra filium hominis,
aſcendentes ad diuinitatis eius contemplationem, deſcendentes autem ad humilitatis, vel paſ-
ſionis ipſius venerationem. Per hanc enim ſolam & vnicam portam deſcendunt Angeli ad
ipſum filium hominis, Deum & regem ſuum, habitantem per fidem in cordibus noſtris: &
aſcendunt per illos ſcalæ gradus, quos moraliter intelligimus diuerſos virtutum eſſe profectus,

quibus

A quibus duo latera, scilicet corpus nostrum & anima insignita sunt, cœlúmque recta via contingunt, quò sanctis Angelis suffragantibus, quibus nobis per mortem Christi amici facti sunt, deportemur. Augustinus serm. 40. de verbis Domini, in Ioann. Hoc, inquit, somnium vidit Iacob: (Gen. 28.) post hoc autem appellatus est Israël. Si ergo Iacob vidit scalam, qui est & Israël appellatus: Est autem & Nathanaël iste verè Israelita, in quo dolus non est: ideò cùm miratus esset, quia dicit ei Dominus, Sub arbore fici vidi te: dixit ei, Maius his videbis. Et item dixit somniũ Iacob. Cui dixit? & quem appellauit Israelitam in quo non est dolus? quasi qui diceret, Cuius nomine te appellaui, ipsius somnium in te apparebit: noli festinare mirari, maiora horũ videbis. *Videbis cœlum apertum, & Angelos Dei ascendentes & descendentes ad filiũ hominis.* Ecce quid vidit Iacob. Ecce quare perfudit lapidem oleo Iacob. Ecce quare Christũ Prophetã significauit, & figurauit Iacob. Illud enim factũ Prophetia erat. Nũc quid expectetis noui, quid à me velitis audire, intelligo. Dicam & hoc breuiter, vt Dominus donat, ascendẽtes B & descendentes Angelos ad filiũ hominis. Quomodo si descendunt ad illũ, sursum est? Si autẽ ad illũ ascendunt, ad illum descendunt, & sursum est, & hîc est? Nullo pacto fieri potest, vt ad illũ ascendant, & ad illũ descendant, nisi & illic sit quò ascendunt, & hîc quò descendũt. Quomodo probamus & illic cum esse, & hîc eum esse? Respondeat nobis Paulus, qui primò Saulus. Expertus est illud ipse, quando priùs erat persecutor, & postea factus est prædicator: priùs Iacob, postea Israel: qui erat & ipse de genere Israel, de tribu Beniamin erat. In illo videamus Christum sursum, Christum deorsum. Primò ipsa Domini vox de cœlo hoc ostendit, Saule, Saule, quid me persequeris? Numquid Paulus in cœlum ascenderat? Numquid Paulus lapidem saltem in cœlum miserat? Christianos persequebatur, ipsos ligabat, ipsos occidẽdos tradebat, ipsos vbique latentes quærebat, ipsis inuentis nulla ratione parcebat. Cui ait Dominus Christus, Saule, Saule. Vnde clamat? De cœlo. Ergo sursum est. Quid me persequeris? C Ergo desursum est. Omnia, etsi breuiter, vt potui, exposui charitati vestræ. Eadem verba repetit serm. sequenti. Quòd si filius sursum, & idem deorsum, nemini mirum esse debet, si simul & in cœlis & in Eucharistia sit, cùm excludatur locorum ratio & distantia. Nam & is, ad quem ascendunt Angeli, in cœlis ad dexteram patris sedentem, ille ipse est, ad quem descendunt Angeli in Eucharistiæ sacramento præsentem. Et ne quis præsentiam illam ad solã diuinitatem referat, quæ replet omnia, seipsum expressè filium hominis nuncupauit, vt non modò ea ratione, qua est Deus de Deo, sed & ea, qua homo est filius hominis, nobiscum esse intelligatur. Et hoc sanè Chrysostomus hom. 2. ad popul. Antioch. confirmat, assumens figuram Heliæ: qui quoniam pallium suum Helisæo reliquit, cùm in cœlum raperetur, dictus est Helias sursum, & Helias deorsum. Multò magis verò Christus & sursum est à dextris Dei D patris, & deorsum est in Eucharistia. Quòd autem Angeli sacrosancto huic mysterio interfint, probat idem Chrysostomus multis concionibus. Ita efficitur, vt quasi super filium hominis descendere dicantur. Augustinus tract. 7. in Ioan. Sed &, inquit, Angeli Dei boni prædicatores sunt. Quomodo verò ascendunt, & quomodo descendunt super filium hominis? Ex vno habemus exemplum. Audi Apostolum Paulum: quod in ipso inuenerimus, hoc de cæteris veritatis prædicatoribus credamus. Vide Paulum ascendentem. Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim raptum fuisse vsque ad tertium cœlum, siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit, & audiui ineffabilia verba, quæ non licet homini loqui. Ascendẽtem audistis, descendentem audite. Non potui loqui vobis quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus: quasi paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam. 1. Cor. 3. Ecce descendit qui ascenderat. Quæris quò descenderit? vsque ad lac paruulis dandum. Audi quia descendit. Fa- E ctus sum paruulus, inquit, in medio vestrum, tanquam si nutrix foueat filios suos. Videmus enim & nutrices & matres descendere ad paruulos: & si norunt Latina verba dicere, decurtãt illa, & quassant quodammodò linguam suã, vt possint de lingua diserta fieri blandimenta puerilia: quia si sic dicant, non audit infans, sed nec proficit infans. Et disertus aliquis pater, si sit tantus orator, vt lingua illius fora concrepent, & tribunalia concutiantur, si habeat paruulum filium, cùm ad domum redierit, seponit forensem eloquentiam, quò ascenderat, & lingua puerili descendit ad paruulum. Audi vno loco Apostolum ascendentem & descendentem in vna sententia. Siue enim mente excessimus Deo, siue temperantes sumus vobis. Quid est, mente excessimus Deo? vt illa videamus quæ non licet homini loqui. Quid est, temperantes sumus vobis? Numquid iudicaui me aliquid scire inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixũ? Si ipse Dominus ascendit & descendit, manifestum est, quia & prædicatores ipsius ascendunt imitatione, descendunt prædicatione. Beda in Ioan. Sed &, inquit, videmus Angelos

Augusti.

Christ⁹ surſum & Chriſtus deorſ ĩ eodẽ inſtante.

Nota hæc Auguſt. verba.

Idem Aug.

Nõ mirũ ſi Chriſtus ſit in cœlo ſimul & in Euchariſtia

Chryſoſt.

Angeli huic myſterio adſunt.

Auguſtin.

Paulus aſcẽdens & deſcendens.

Beda.

Dei aſcendentes & deſcendentes ſupra filium hominis: quia prædicatores ſuos nouimus F
ſublimitatem diuinitatis Chriſti, ſimul & humanitatis eius infirma nunciare. Aſcendunt
ſuper filium hominis Angeli, quum docent prædicatores, quòd in principio erat Verbum,
& Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Deſcendunt ſuper filium hominis An-
prædicatores Angeli. geli, quum adiungunt iidem, quia Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Neque præ-
dicatores ſancti typicè Angeli vocantur, quibus deriuatum ab Angelis nomen Euangeliſtarũ
conceditur: vt ſicut hi nuncij, ita & illi propter idem ſummæ prædicationis officium, boni
nuncij cognominentur. Et notandum, quòd Dominus ſeipſum filium hominis nuncupat,
Nathanaël eundem filium Dei prædicat. Cui ſimile eſt, quod apud alios Euangeliſtas ipſe
diſcipulos interrogabat, Quem dicunt filium hominis eſſe? Reſponditque Petrus, Tu es Chri- G
ſtus filius Dei viui. Et quidem iuſtæ diſpenſationis moderamine actum eſt, vt cùm vtraque
eiuſdem mediatoris Dei & Domini noſtri, vel ab ipſo Domino, vel ab homine puro eſſet cõ-
memoranda ſubſtantia, Deus homo fragilitatem aſſumptæ à ſe humanitatis, purus homo
virtutem coæternæ in eo diuinitatis aſtrueret, ipſe ſuam humilitatem, ille eius fatetur alti-
tudinem.

Chriſtus ad nuptias vocatus, & à ſanctiſſima Virgine rogatus, aquam in vinum conuertit: Vnde fit, vt Architriclinus, cæteríque conuiuæ mirentur, & diſcipuli in fide confirmentur.

Matth.	Marc.	Luc.

IOAN. 2.

ET die tertia nuptiæ factæ ſunt in Chana Galilææ: & erat mater Ieſu ibi. Vocatus eſt autẽ & Ieſus, & diſcipuli eius ad nuptias. Et deficiẽte vino, dicit mater Ieſu ad eum, Vinum nõ habent. Et dicit ei Ieſus, Quid mihi & tibi eſt mulier? nondum venit hora mea. Dicit mater eius miniſtris, Quodcunque dixerit vobis, facite. Erant autem ibi lapideæ hydriæ ſex poſitæ ſecundum purificationem Iudęorum, capiẽtes ſingulæ metrẽtas binas vel ternas. Dicit eis Ieſus, Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vſque ad ſummum. Et dicit eis Ieſus, Haurite nunc, & ferte Architriclino. Et tulerunt. Vt autem guſtauit Architriclinus aquam vinum factam, & non ſciebat vnde eſſet, miniſtri autem ſciebãt qui hauſerant aquam: vocat ſponſum Architriclinus, & dicit ei, Omnis homo primùm bonum vinum ponit: & cùm inebriati fuerint, tũc id quod deterius eſt. Tu autem ſeruaſti bonum vinum vſque adhuc. Hoc fecit initiũ ſignorum Ieſus in Chana Galilææ: & manifeſtauit gloriam ſuam, & crediderunt in eum diſcipuli eius. H

I

Introductio.

LONGE diſtant adulterina metalla à veris, etſi videantur ad eorum ſimilitudinem accedere: Et longè etiam diſſentiunt vera & ſancta coniugia, ab iis quæ coniugiorum quidem nomen ſortiuntur, habent tamen immixtas maledictiones. Audienda enim hîc erit Raphaëlis ad Tobiam exhortatio. Tob. 6. Qui enim, inquit, coniugium ita ſuſcipiunt, vt Deum à ſe & à ſua mente excludant, & ſuæ libidini ita vacent, ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus: habet poteſtatem dæmonium ſuper eos. Ex aduerſo verò ea coniugia longè à dæmonis poteſtate abſunt, quæ cum Dei timore, quæ cum illius cultus, & propriæ ſalutis intentione ſuſcipiuntur. Abſit enim vt cum Tatianis & Eucratitis, dum virginitatem in Eccleſia commendamus, nuptias reiiciamus: vt ſcribit Epiph. lib. 1. to. 3. in hæreſ. 46. quæ eſt Tatianorum: & to. 1. lib. 2. in hæreſ. 47. quæ Eucratitarum eſt. Eſt enim K
Epiphan. Eccleſia velut nauis, quæ pluribus tabulatis vnà compingitur. Componitur enim Eccleſia non virginibus tantùm, ſed & coniugatis, & viduis. Et quidem primum eorum beneficiorũ, quo Deus creatum hominem donauit, eſt coniugij benedictio. Formauit enim coſtam Adami in Euam, eámque ad virum adduxit, & vtrumque coniugali vinculo adſtrinxit. Vnde Geneſ. 2. Propter hoc relinquet homo patrẽ & matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ. Et erunt duo in carne vna. Primum quoque omnium ſignorum à Chriſto factum eſt in nuptiis, vt qui matrẽ coniugem & virginẽ elegerat, interim dum ipſe in Ioanne & ſeipſo virginitatẽ cõmendat, ipſo etiã facto oſtendat: quòd, vt dicit Apoſtolus, honorabile connubium, & thorus immaculatus.

Summa. Exprimit autẽ Euangelica lectio omnes huius facti circunſtantias, tempus, locum, occaſionem, eóſque quibus præſentibus hoc contigit. Ad tempus quidem refertur id quod legimus,
Euthym. *Et die tertia.* Euthymius in Ioan. Tertiam diem dici cenſet, poſt Chriſti à deſerto deſcenſum.

Sunt

A Sunt qui tertiam diem, à die qua è Iudæa Christus profectus fuerat: sunt qui à die, qua Nathanaëlem allocutus est, expendant. Et quia hîc magna, & tamen parum vtilis quæstio est, temporum obseruationem in aliis aliisque diuersam omittemus. Et quidem Ammonius Alexandrinus in Harmonia quatuor Euangelist. factum istud enarrat, ante primum annum dominicæ prædicationis. Victor Capuanus, & Tatianus Alexandr. in sua Harmon. ab illo variant. Ita enim digerunt historiam, vt interponant vocationem cæterorum Apostolorum, prædicationem Christi per Galilæam & Iudæam, eiusdem etiam in monte sermonem. Verùm cùm in ipso montis descensu leprosos curasse dicatur, quomodo subsecutum est miraculum istud in Chana, cùm omniũ primum esse asseratur? Demum quomodo mitteret Christus Apostolos, vt morbos curarent, & signa super ægrotos facerent, antequàm primum signum in conspectu eorum feciſſet, & illi in eum crederent? Et tamen hæc Apostolorum missio à quibusdam huic

B historiæ præmittitur. Nos igitur his contentionibus omissis, ipsum factum audiamus. *Nuptiæ factæ sunt in Chana Galilææ.* Hieronym. in lib. de locis Hebraicis, duplicem Chanam distinguit: alteram in tribu Ephraim, de qua Ios. 16. Alteram in tribu Aser, de qua Ios. 19. & hîc agitur. Et dicitur Chana maior, comparatione ad alteram minorem. Dicitur & Chana Galilææ, ad differentiam alterius: Et hoc oppidum ad sua vsque tempora in Galilæa Gentium situm esse testatur Hieronymus. Verùm quorum erant istæ nuptiæ? Hieronym. Prologo in Ioan. putat fuisse ipsius Ioannis Euangelistæ, quem etiam celebrata nuptiarum celebritate, sibi lucratus sit, & virginem cum communi coniugis suæ consensu, conseruarit. Ad quod & noster Mantuanus recurrit in 3. lib. Parthènices Marianæ. Explicans enim Christi mortem, & quis ille discipulus esset cui Christus matrem suam commendauit, ait:

Hieron. *Chana duplex.*

Hieron. *Ioãnes erat sponsus.*

Mantuan.

Fletibus his aderat iuuenis, qui sponte relicta
Coniuge, dilecto voluit comes ire magistro.

C Neque hoc mirum esse debet, cùm hæc Christus asserat: Veni diuidere virum ab vxore sua, filium à patre. Non quòd libellos repudij, discordias & rixas inter coniugatos, aut rebelliones inter filios probet: sed potiùs quòd ad puriorem & perfectiorem diuini numinis cultum secreturus sit coniugatos, sed cum mutuo consensu, vt se immaculatos reddant, & ab operibus carnalibus contineant. Ita nimirùm filij à parentibus separantur: non vt illos contemnant, sed vt Deo liberiùs seruiant. Luc. 18. Nemo est qui reliquerit domum, aut parẽtes, aut fratres, aut vxorem, aut filios propter regnum Dei, & non recipiat multò plura. Sic apud Abdiam multos coniugatos, accepta prædicatione Apostolorum, à coniugibus abstinuisse legimus. Quid verò hîc sanctam Agnetem, quid Cæciliam Romanam memorem, quæ sponsum suum Christo lucrifecit, & in vtroque, anima scilicet & corpore, virginem reddidit? *Factæ sunt* igitur *nuptiæ*. Nulla enim

Abdias.

D natio legibus & ciuili sese vitæ adiunxit, quæ simul vxores non discreuerit. Plato lib. 5. de Leg. ἀγάμους, id est, non consociatos nuptiis, ideò reprehensione dignos esse censet, quòd promiscua libido omnium sit in republica pernicioſissima. Hinc & maxima & antiquissima pridem apud Gentiles bella narrata sunt, ob violatum nuptiarum fœdus, bellum Troianum ob raptam Helenam, bellum Sabinum contra Romanos ob raptas Sabinas.

Plato. *Matrimonium omnibus legibus cõmendatur.*

Centaurea mouet cum Lapithis rixa super mero
Debellata:

vt scribit Horatius, libro primo Od. Cùm enim Centauri Thesei sponsam rapuissent, non sine sanguine contumelia ista sedata est. Econtrà verò Titus Liuius, Decad. 1. libro primo, Thalassium Senatorem ea maximè ratione celebrat, quòd, dum Sabinæ virgines raperentur, raptam conseruauit, donec desponsaretur. Hinc factum est, vt veteres illi factum istud Thalassij magnæ virtuti deferentes, nuptiales hymnos tan-

Horatius.

T. Liuius.

E dem Thalassios vocarent: vt qui pudorem & honestatem resonarent. Et mihi quidem solennitas nuptiarum exprimi videtur, cùm dicuntur *factæ*. Non enim erat clandestinum matrimonium, non furtiua libido, qualis ab omnibus damnatur. Conuocabantur parentes, amici, vicini. Solennis enim est omnium nationum & temporum consuetudo, vt coniugij exordia publico quodam veluti testimonio, ac initi status professione fiant. Ratio est: vt coniunctorum cohabitatio neminem scandalizet, aut suspicionem alicui scortationis ingerat. 3. q. 5. can. Aliter. Hæc Euaristus Papa Episcopis Africæ scripsit, Non fieri legitimum matrimonium, nisi ab his, qui super ipsam fœminam dominationem habent, & à quibus custoditur, petatur: à parentibus autem sponsetur, legibus dotetur, suo tempore sacerdotaliter cum precibus benedicatur. Aliter præsumpta non coniugia, sed adulteria, contubernia, stupra, & fornicationes sunt. Et can. Nullum, illa pro infectis habet Concilium Arelatense, cap. 6. Ratio assignatur ex Nouellis, canon. Si quis diuinis. Quia cùm secretò fiant, si temporis lapsu alterius mutetur

contra clãdestina matrimonia.

Euar. Papa.

voluntas,ex altero veritas elici à iudice non debet:vt ſi datum verbum de futuro, hîc ex vtri- F
Solennitas nuptiarũ. uſque confeſſione,audiatur. Ergo *factæ ſunt nuptiæ* ſolennes ex parentum conſenſu, nec de-
fuit miniſterium Eccleſiæ, vt coram ea initi matrimonij profeſſio fieret: etiam vt à fidelibus
vtroque coniuge oraretur. Nec abs re. Deus enim author matrimonij eſt,qui & dixit Geneſ.2.
Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi. Hinc fit, vt Abra-
ham exoptet à Domino dari vxorem filio ſuo, Geneſ. vigeſimoquarto. Dominus tulit me de
domo patris mei:ipſe mittet Angelum ſuum coram te,& accipies vxorem filio meo. Prouer.
19. Domus & diuitiæ hæreditas obueniunt à parentibus, à Domino autem prudens vxor.
Conſenſus vtriuſque. Conſenſus vtriuſque requiritur. Nam & de Rebecca dicitur, Geneſ.24. Vocemus puellam,&
quæramus ipſius voluntatem. Vocata rogatur: Vis ire cum homine iſto? quæ ait, Vadam. Et
poſtea Iſaac introduxit Rebeccam in tabernaculum Sarai,& accepit eam vxorem. Conſenſus
parentum, Geneſ.21. Agar accepit filio ſuo Iſmaël vxorem de terra Ægypti. Geneſ. 24. pro- G
hibuit Abraham, ne Chananæa. Reſponderunt Laban & Bathuel: A domino egreſſus eſt
ſermo, non poſſumus extra placitum eius. En Rebecca coram te eſt, tolle eam, & ſit vxor
filij domini tui. Et de Rachel conſentit pater Laban & ſponſus Iacob, Geneſ. 29. Et pater
Iſaac iuſſerat de filiabus Laban ſumi vxorem. Deſcendit Samſon in Tamnatha, Iudic.14.&
videns ibi mulierem de filiabus Philiſtinorum, nunciauit patri ſuo & matri: Vidi mulierem,
&c. Hanc quæſo mihi accipiatis vxorem. Cui illi: Numquid eſt in filiabus fratrum tuorum, &
omni populo,quia &c. Ait Samſon: Hanc mihi accipe, quia placuit oculis meis. Parentes au-
tem neſciebant,quòd res à Domino gereretur. Angelus iubet petere nuptias Saræ à paren-
Dona nuptialia. tibus, Tob.6. Deſcribitur autem ritus ſolennitatis, Geneſ.vigeſimoquarto, cùm ſeruus Abrahæ
Conuiuiũ. arræ loco dat vaſa aurea & argentea,veſtes,annulos,& fratribus dona. Et Iudic.14. cùm fit con-
Ceremoniæ. uiuium per ſeptem dies Samſoni,& adduntur pro more triginta ſodales. Et Tob. 6. cùm Ra- H
guel iungit vtriuſque, Tobiæ ſcilicet & Saræ,dextram:& ait, Deus Abraham, (Tob.6.) Iſaac &
Iacob vobiſcum ſit, coniungat vos, & impleat benedictionem ſuam in vobis. In charta con-
ſcripſerunt coniugium,& epulati ſunt. Altera die vocantur amici ad conuiuium,& ipſe Gabe-
lus de Rages Medorum. Sed & ipſo reuerſo Achior & Nabath conſobrini eius veniunt ad
ipſum,& per dies ſeptem epulantur. *Erat mater Ieſu ibi. Et vocatus eſt Ieſus, & diſcipuli eius, &c.*
Liberalis paupertas & frugalitas. Non enim ob delicias, ſed amicitiam vocabatur, vt primordia
ſtatus ad mutui conuictus neceſſitatem iuuentur. Et vtinam Ieſus in omnibus adſit, ne fortè
Vtinã Ieſus ſit in omnibus nuptiis. Aſmodeus nuptos detineat,& ligula Magica locum habeat. Ideò ſcilicet per confeſſionem pa-
rantur. Quid eſt verò quòd Ieſus,qui prædicabat regnum cœleſte, ad nuptias carnales accum-
Cur Chriſtus adfuit nuptiis. bit? An non omnia in eo ſpiritualia? Nuptiæ agni & Hieruſalem filij, Ioannis 1. qui non
ex ſanguinibus,ſed hæc in myſterio,1.Corinth.7. & Epheſ.5. Cyrillus libro 2. in Ioann. cap. I
Cyrillus. 22. Miraculi potius,quod acturus erat,quàm conuiuij gratia profectus: & adhæc, vt natiuita-
1. tis noſtræ principium,quantum ad carnem attinet, ſanctificaret. Oportet certè, quoniam to-
tam naturam hominis ad melius reſtaurabat,non ſolùm natis iam hominibus benedicere, ve-
rumetiam naſcituris gratiam præparare,& aditum illorum ad hanc vitam authoritate miracu-
2. li,& præſentia ſanctum efficere. Præterea in doloribus parere filios, ad mulierem propter pec-
catum dictum fuit. Quomodo igitur aliter hæc maledictio depellenda erat, ne condemnata
nuptiarum ſanctimonia videretur,quàm ſaluatoris præſentia? qui cùm ſit verum gaudium,pri-
ſcum nuptiarum mœrorem præſentia ſui depulit. Noua enim omnis creatura in Chriſto eſt,
3. præterieréque vetera,vt Paulus ait,2.Cor.5. Et omnia facta ſunt noua. Diſcipuli quoque affue-
runt,vt miraculo quoque fidem ſuam confirmarent. Nec dubium eſt illos quadam conſangui- K
nitate Mariæ coniunctos fuiſſe, cùm obſeruemus illam in conuiuiis minùs verſatam. Adde
Rupert. quòd,vt ſcribit Rupertus lib.2.Comment.in Ioan.nuptiarum ſolennitas minùs decet virgines.
Magnum,inquit,& cunctis ſanctæ Eccleſiæ ordinibus ſpectandum humilitatis exemplũ. Ve-
Humilitas B.Virginis. rumtamen ſacris virginibus non imitandũ,quòd mater Ieſu virgo, Domini templũ, illibatum
ſancti Spiritus ſacrarium,non aſpernata eſt carnalium intereſſe celebritati nuptiarũ. Non enim
ſacris virginibus hoc imitandum eſt: quia videlicet tempus aliud,alia perſona,locus alius eſt.
Omnia tempus habent,dicit Eccleſ.cap.3. Virginibus Deo dicatis propoſitum, Quod ardet in
mente,luceat in veſte,radiet in ore,vel publica profeſſione. Matris Domini virginitas cunctos
homines latebat,quia videlicet diuulgari illam ratio temporis non ſinebat. Neque enim libera
tunc eſſe poterat virginitatis profeſſio, vel huiuſce exempli prædicatio: cùm adhuc Moſes
ſub velamine ſuo declararet,Maledictos omnes qui non facerent ſemen in Iſraël. Maluit ergo
humiliter cauere præſens ſcandalum, quàm futuris virginibus immaturum rigidi propoſiti
præbere

A præbere exemplum, quo plus tolleret supercilium virginum fatuarum, quàm instrueret cu- *An sacræ virgines D. Virginis exemplo interesse nuptiis possint.*
stodiam prudentium: matribus, cæterisque, quæ cunctæ viros nouerant, virgo mater se in nul-
lo præsumens, matrem vbique se profitens, eò quòd haberet filium, virginitatis autem suæ ta-
citum conseruans in corde mysterium. Nam sicut incongruum, immò impossibile est, tectum
domus stabilire antequàm fundamentum: sic impossibile erat ante susceptam fidem, incarna-
tionis Christi præscribere ordinem, quo sacræ virgines sese à secularibus distinguere debeant.
Nunc autem publicum est propositum publicè datum, atque acceptum est de virginibus con-
silium: & idcircò sacræ virgines maius eundo ad nuptias, quàm talem refugiendo conuen-
tum, facerent Ecclesiæ Christi scandalum. Quapropter intus quidem habent prudentes vir-
gines humilitatis vel castitatis oleum (vbi non contempserint, quamuis in inferiori gradu
B stantem, legitimam licentiam nubentium) foris autem, & maximè ad eandem frequentiam
nuptiarum, lucentes suas lampades non efferunt. Vbi enim citiùs vento miseræ vanitatis ex-
tingui possunt? aut vbi properantiùs in oculis vel auribus suis periclitari queunt? iuxta exem-
plum Dinæ filiæ Iacob, quæ idcircò à corruptore inuenta & oppressa est, quia lenitate puel-
lari exiuit, vt filias ignotæ regionis videret. Non enim ita securæ esse possunt, sicut illa beata
regina cœlorum, quæ virginitatis thesaurum, & hominibus habebat occultum, & filij sui for-
ti præsidio, sanctorumque Angelorum fideli custodia præmunitum. Cæterùm quòd & bea-
ta Virgo, & Christus Iesus propter carnalis affinitatis necessitudinem ad has nuptias vocati
sint, testatur Theophilactus in Ioannem his verbis. Vocant ad nuptias Domitium, non quòd Theoph.
viderint miracula, vel aliud quiddam magnum: sed simpliciter vocant vt notum. Vnde hoc si-
gnificans Euangelista, dicit: *Erat autem mater Iesu* & fratres eius *ibi*. Igitur sicut illam & fratres,
ita & Iesum vocauerunt. Affuit autem ipse, & vocationem non repulit: quia non respexit ad
C domum dignam, sed ad vtilitatem & beneficia nostra. Nam quòd non dedignatus est fieri
seruus, multò magis non dedignatus est venire ad nuptias. Brocardus in descriptione Terræ Brocardus.
sanctæ, scribit, à Chana Galilææ tres contra Austrum leucas esse ad Sephorum oppidum, & ca- *Chana, vbi.*
strum vnde Ioachim pater Virginis oriundus sit: idque est in tribu Aser, iuxta vallem Carmeli.
Ex quo nec difficilis creditu est, non modò viciniæ, sed & affinitatis ratio, propter quam sa-
cratissima Virgo cum Domino Iesu inuitata sit. Sed quoniam & Tatianorum & Eucratita-
rum modò mentionem fecimus, vt qui matrimonio aduersarentur, licebit & hanc D. Ioan- Chrysost.
nis Chrysostomi meditationem inserere, quam ille habuit, Sermone in historiam istam contra
Iudæos, Gentiles, & hæreticos. *Vocatus Iesus*, dicit, *ad nuptias*. Oro, compositis moribus estote, *Nuptiæ nõ impediunt salutem.*
& audite quæ dicuntur: quoniam multi nuptias prætexunt, alij filios, alij militiam, alij negotia-
tionem, alij artificium, alij seruitutem, alij diuitias, alij inopiam, & quæcunque talia sunt. Volo
D igitur declarare vobis, quòd neque diuitiæ impediunt, neque inopia, neque militia, neque ne-
gotiatio, neque nuptiæ, neque pueri, neque seruitus, neque opificium, neque aliquid tale. *Vo-*
catus est Iesus ad nuptias. Venit, vel non venit? Certum quòd venit. Quomodo ergo nuptiæ
malæ? Ego autem non dico, quòd tantùm venerit, sed quòd & dona secum attulerit: aquam in *Christus quid donauit in nuptiis.*
vinum mutauit. Ne excuses te propter nuptias. Dominus tuus nuptiis interfuit, & nuptias ho-
nestauit: & tu nuptias arguis, & dicis nuptias obstaculum esse ad pietatem? Nullum enim est ad
impietatem obstaculum. Vis cognoscere quòd nihil nocet habere vxorem & pueros? Moses
nónne vxorem habuit & liberos? Helias nónne virgo erat? Nónne Moses è cœlo manna dedu- *Virginitas & nuptiæ ad salutẽ.*
xit? Nónne Helias è cœlo ignẽ deduxit? Nónne Moses è cœlo coturnices aduolare fecit? Nón-
ne Helias verbo cœlum clausit? Nónne Mosi Deus locutus est? Nónne & cum Helia cõuersa-
tus est? Nónne Moses mare diuisit, & transduxit populum? Nónne Helias curru igneo in cœlũ
E sublatus est? An nocuit huic virginitas, an impedimẽto fuerunt illi vxor & liberi? Vidisti Heliã
aurigam in aëre? Vidisti Mosen in mari viatorem? Vide & Petrũ Ecclesiæ columnã, quòd &
ipse habuit vxorem. At nõ est scriptum, inquit, quòd Petrus vxorem habuit. Vnde ergo liquet
quòd vxorem habuit? Ego dico: Ingressus est Iesus ad socrum Petri, & erat illa infirma, & teti-
git eam, & reliquit eam febris: & stetit, & ministrauit. Vides quòd & Petrus vxorem habuit?
Vbi enim socrus, manifestum quòd ibi & vxor. Vides quòd & Petrus vxorem habuit? Ne in-
cuses nuptias. Hæc dico, vt ne quis prætexat vel vxorem, vel liberos, vel militiam, vel negotia-
tionem, vel opificium, vel seruitutem, vel diuitias, vel paupertatem. Hæc excusatio, hic præ-
textus diaboli insidiæ sunt. Militiam prætexis, & dicis, Non possum esse pius. Centurio nomi- *Militia.*
ne miles erat? Et dicit ad Iesum, Non sum dignus vt intres sub tectum meum, sed dic
verbo, & sanabitur puer meus. Et admiratus Iesus ait: Amen Amen dico vobis, neque in
Israël tantam fidem inueni: nihilque nocuit illi sua militia. At quid si opifex? Et Pau- *Mechanicæ.*

lus operatus est manibus, qui & antea Ecclesiarum prædator, & post hoc factus prædicator & Apostolus. Quid verò si diues? Et Abraham diues, & ipse vxorem habuit, & pueros. Credidit enim Abraham, & reputatum est ei ad iustitiam, & amicus Dei vocatus est. Ita nihil ei obfuerunt diuitiæ, & mulier, & pueri. Non habes excusationem. Tria quæ prætexere potes, vnus ille habuit, & vxorem, & pueros, & diuitias. Sed quomodo si seruus? Et Onesimus seruus erat. Et scribit Paulus ad Philemonem, dicens: Onesimo, qui olim nullius frugis, nunc autem & mihi & tibi vtilis. Verùm quid si rex? Erat & Dauid rex: & cùm ingressus ad eum Nathan Propheta arguit ipsum de peccato quod fecerat, numquid in illum tyrannidem exercuit? Numquid vel asperum aliquod verbum Prophetæ dedit? An non & in regno seruum se fatebatur, dicens, Peccaui Domino? Et Propheta videns pœnitentiam eius, dixit: Et Dominus abstulit peccatum tuum. Velox pœnitentia, velocior condonatio. Num aliquid sibi tribuit rex, & dixit: Rex sum amictus purpura, circundatus diademate: fero tela, sagittas, scuta, arma: mihi sunt milites & armigeri, & pauperem illum timerem? ferrémne eum, & non occiderem? Sed nihil talium, quamuis rex esset. Sciebat enim quòd peccarat, & ob hoc pœnituit, quia sciebat se grauiter peccasse. Et nihil ei obfuit regnum. Iam quid si iuuenis? Erat & Daniel iuuenis, & leonum ora constrinxit, & dracones confregit, Bel subuertit, & presbyteros iudicauit, Susannam liberauit, tantæq; virtuti imperfecta ætas non obfuit. An non & talis erat fratrum amator Ioseph, qui tantam præ se tulit sapientiam & continentiam apud Ægyptiam? Vestem suam dimisit, fidem non disrupit, impudentiam mulieris vicit, concupiscentiam non satiauit: & nihil impediuit illius virtutem adolescentia. Sed quid si vidua? Erat & Sidonia vidua, quæ Heliam hospitio excepit, & pauit pane & aqua, & authorem famis non est reuerita. Quid autem si meretrix? Erat & Raab, quæ exploratores occultauit: & cùm filij Israël terram Promissionis accepissent, saluata est illa cum domo, & genere suo. At quomodo, si pauper? Pauper erat talis & Lazarus. Et quantam ille sapientiam ac patientiam in extremis ostendit, licet nihil eum in tanta necessitate leniret? Iam si mulieri quis deditus sit? An non & Samson? Nam licet à muliere sit proditus, tamen ipsi Deus dedit, vt se de alienigenis vlciscereturSed quid si amas filios? Amabat & Iacob. Sed tentaris: tentabatur & Iacob. Vides quòd saluati sunt? Habes fidem, habes omnia. Non habes fidem: licet rex sis, non tibi proderit regnum. Sed ne promissionis obliuiscar, vocatus est Iesus ad nuptias. Ita nemini deest Christus, seu coniugato, seu virgini: modò & ipsum inuitet, habebit & Christum assessorem. Ego enim sto, inquit, ad ostium, & pulso. Si quis aperuerit, intrabo ad eum, & cœnabo cum illo. Habebit & diuam Virginem & Apostolos intercessores, vt ne vinum spiritualis gratiæ desit. *Et deficiente vino, ait mater, Vinum non habent.* Theophilactus in Ioannem. Exhortatur autem illum mater, vt faciat miraculum, quæ magnam de ipsius potestate sumpserat opinionem, tam ob conceptionem, quàm ob partum. Omnia enim conseruabat in corde suo, & ex illis cogitabat filium aliquid posse supra hominem. Neque enim mater eius, vt oraret eum ad faciendum aliquod miraculum, ex alio quod priùs viderat facere, inducta est. Nam cùm puer esset, nullum fecit miraculum. Iam si feciisset, notus fuisset omnibus. Audiuerat item mater de testimoniis Ioannis, quæ de ipso erat testatus, videbátque iam & discipulos ipsum sequẽtes: & ex ipsis omnibus coniectabat virtutem filij. Porrò humanum est condolere necessitati maximè cognatorum. Non ait, Iam ebiberunt: procul ebrietas, sed tamen læta anima. Non ait, Da, sed simpliciter necessitatem proponit, ei quem nouit & velle, & posse succurrere. Non erat hoc ebriorum conuiuium: quale Exodi 32. Sedit populus manducare, & biberunt, & surrexerunt ludere. Esaiæ quinto. Væ qui consurgitis manè ad ebrietatem, qui potentes estis ad bibendum vinum. Numer. vigesimotertio. Cùm inualescerent mero Israëlitæ, cum Moabitis fornicati sunt. Eccl. 19. Operarius propensus ad pocula non ditabitur. Ergo simul & de filio fidem concipit, & necessitatem conuiuantium diua virgo attendit. Sciebat enim filium suum naturaliter esse Deum, inquit Albertus Magnus in Ioannem, & omnia posse facere quæ vellet. Adhuc autem sciuit miraculum stellæ præcessisse, & Prophetiam Simeonis, & Magorum adorationem, & pastorum verba, & Angelorum gaudia, & Ioannis testimonium, & vocem Patris, & figuram columbæ: ex quibus omnibus iam diuinitas eius innotescere cœpit, & horam manifestationis per singula sciuit iam esse inchoatam: & ideò signum fieri pro tanta necessitate & vtilitate petebat. Hac ergo de causa prudens mater Iesu, quia omnia hæc conseruabat, conferens in corde suo, dixit ad eum: *Vinum non habent.* In quo notatur necessitas, & miraculi congruitas. Necessitas enim paupertatis meretur subuentionem. Psalm. 9. Tibi derelictus est pauper. Miraculi autem congruitas notatur, quia cùm non studerent abundare vino temporalis iocunditatis, con-

Diues. *Seruus.* *Rex.* *Iuuenis.* *Vidua.* *Meretrix.* *Pauper.* *Mulier osus* Theoph. *Necessitas & vtilitas miraculi.* Alb. Mag.

gruum

A gruum erat vt darent eis vinum iocunditatis ſpiritualis miraculo Dei perfectum. Eccl. 31. Exultatio animæ & corporis vinum moderatè potatum. Iudic. 9. Non poſſum deſerere vinũ, quod lætificat Deum & homines. Cùm autem & illa tantam ſollicitudinẽ & curam non rogata pro neceſſitate temporali impendit, quid non faciat nunc & noſtris precibus pulſata, & maiori neceſſitate oppreſſos nos perſpiciens? Si tanto affectu pro conuiuis impulſa eſt, dum hîc mortalis Chriſto nõdum glorificato ageret: quomodo non patrocinatura nobis eſt apud Chriſtũ triumphantem ipſa etiam glorioſa ſede donata? Hieronymus Epiſt. 2. ad Riparium contra Vigilantium. Si Apoſtoli, inquit, & martyres adhuc in corpore conſtituti poſſunt orare pro cæteris, quando pro ſe adhuc debent eſſe ſolliciti: quantò magis poſt coronas, victorias, & triumphos? Vnus homo Moyſes ſexcentis millibus animarum impetrat à Deo veniam: & Stephanus imitator Domini ſui, & primus Martyr in Chriſto, pro perſecutoribus veniam deprecatur: & poſtquàm cum Chriſto eſſe cœperint, minùs valebunt? Paulus Apoſtolus ducentas ſeptuaginta ſex

B ſibi dicit in naui animas condonatas: & poſtquàm reſolutus eſſe cœperit cum Chriſto, tunc ora clauſurus eſt, & pro his, qui in toto orbe ad ſuum Euãgelium crediderunt, mutire non poterit? Meliórque erit Vigilantius canis viuens, quàm ille leo mortuus. Vnde & Auguſtinus, ſer. 2. de Aſſumpt. Mariæ: Fratres, inquit, cùm toto mentis affectu beatiſſimæ virginis nos interceſſionibus committamus, omnes eius patrocinia omni nixu imploremus, vt dum nos eam ſupplici obſequio frequentamus in terris, ipſa nos ſedula prece cõmendare dignetur in cœlis. Neque enim dubium, quæ meruit pro liberandis proferre precem, poſſe plus omnibus liberalitatis impendere ſuffragium. Et quidem, vt ſcribit Thomas Aq. in Ioan. ante incarnationem Chriſti triplex vinum deficiebat, ſcilicet iuſtitiæ, ſapientiæ, & charitatis ſeu gratiæ. Vinum enim mordicat, & quantum ad hoc, iuſtitia dicitur vinũ. Luc. 10. Samaritanus vinũ & oleũ appoſuit vul-

C neri ſauciati: id eſt, cum dulcedine miſericordiæ ſeueritatem iuſtitiæ. Pſ. Potaſti nos vino compunctionis. Vinũ enim lætificat cor: iuxta illud Pſ. Vinum lætificat cor hominis. Et quantũ ad hoc, dicitur ſapientia, cuius meditatio maximè lætificat. Sap. 8. Non habet amaritudinẽ conuictus illius. Vinum ſimiliter inebriat. Cant. 5. Bibite amici, & inebriamini chariſſimi. Et ſecundũ hoc charitas dicitur vinum, ratione feruoris. Zach. 8. Vinũ germinans virgines. Et quidẽ iuſtitię vinũ deficiebat in veteri lege, in qua iuſtitia imperfecta erat: ſed Chriſtus eam perfecit. Matth. 5. Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquàm ſcribarum, &c. Deficiebat etiam vinum ſapientiæ, quæ erat occulta & figuraliter: quia, vt dicitur 1. Cor. 10. Omnia in figura contingebãt illis, ſed Chriſtus eam manifeſtauit. Matth. 8. Erat enim docens eos, ſicut poteſtatem habens, &c. Sed vinum charitatis deficiebat ibi: quia acceperant ſpiritum ſeruitutis tantùm in timore: ſed Chriſtus aquam timoris conuertit in vinum charitatis, quando dedit ſpiritum adoptionis filiorum,

D in quo clamamus Abba pater, vt dicitur Rom. 8. Et quando charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris. Ita dicitur Rom. 5. Quicquid autem nobis deſit, ſi modò cum fide Chriſtum amplectamur, facile eſt piis ſanctorũ precibus impetrare. Vnde & Ioannes Chryſ. in ſua Liturgia, ſic orat. Intercedentibus ſanctorum tuorum precibus ſalua nos Domine. Et omnia exuperant ſenſum: omnia ſunt glorioſa in te Dei genitrix: ipſi ſupplica, vt animas noſtras ſaluet. Et cœleſtis militiæ princeps Michaël, rogamus te, vt tuis interceſſionibus munias nos vmbra alarum tuarum immateriatæ naturæ. Procidimus, & ſine intermiſſione ad te clamamus, A periculis erue nos, vt virtutũ princeps cœleſtium. Cæterùm *dixit ei Ieſus, Quid mihi & tibi eſt mulier?* Ex hac reſponſione malè intellecta multæ hæreſes ſurrexerunt. Manichæi enim Chriſti verum

E corpus negant, quaſi nihil verum, ſed apparens ex virgine ſumpſerit. Valentiniani verò hinc putantes nihil Chriſtum à Maria accepiſſe, illum corpus è cœlo per Mariam, tanquam per canalem, intuliſſe ſanxerunt: ad quos acceſſerunt Apollinariſtæ. Ebionitæ verò & Heluidiani Mariæ virginitatem negantes, allegant, quòd Chriſtus eam mulierem vocarit. Sunt & alij, qui inobedientiæ ſuæ in parentes ex his Chriſti verbis fucum faciant, quaſi ille matrem ſuam contempſerit. Auguſtinus tractat. octauo in Ioannem, contra eos qui negant Chriſtum aliquid ex virgine accepiſſe, & per conſequens matrẽ eius eſſe, adducit, quòd & idem ipſe Euangeliſta illã Domini matrẽ nuncupauerit. *Erat*, inquit, *mater Ieſu ibi.* Illic enim, inquit, nouimus quia ibi mater erat Ieſu, vbi dixerit, Quid mihi & tibi eſt mulier. Et ita reſpõdet: Dominus noſter Ieſus Chriſtus & Deus erat, & homo. Secundum quod Deus erat, matrem non habebat: ſecundum quod homo erat, habebat matrem. Mater ergo erat carnis, mater infirmitatis, quam ſuſcepit propter nos. Miraculum autem quod facturus erat, ſecundũ diuinitatem facturus erat, non ſecundum infirmitatem. Vnde miraculũ exigẽte matre, ille videtur non agnoſcere viſcera humana, operaturus diuina, tanquam dicens: Quod in me operatur miraculũ, non tu genuiſti,

Beatiſſima virgo etiam nunc orat pro nobis. Hierony.

Auguſt.

Tho. Aqu. *Vinũ myſticum triplex.* 1. 2. 3.

Chryſoſt. *Interceſſio ſacratiſſ. virginis.*

Hæreſes ex hac ſententia malè intellecta.

Auguſt.

Non negat Chriſtus virginẽ eſſe matrẽ ſuã.

diuinitatem meam non tu genuisti: sed quia genuisti infirmitatem meam, tunc te cognoscam, F
cùm infirmitas mea pendebit in cruce. Hoc enim est, *Nondum venit hora mea.* Idem lib. de fide
& symbolo, c. 4. to. 3. Nec nos ad negandum Christi matrem cogit quod dictum est: Quid mi-
hi & tibi est mulier, nondum venit hora mea: sed potiùs admonet, vt intelligamus secundum
Deum, non eum habuisse matrem, cuius maiestatis personam parabat ostendere, aquã in vinũ
Hora mortis. mutando. Quòd autem crucifixus est, secundum hominem crucifixus est, & illa erat hora, quę
nondum venerat, quando dictum est: Quid mihi & tibi, *nondum venit hora mea*: id est, qua te
cognoscam. Tunc enim vt homo crucifixus cognouit matrẽ, & dilectissimo discipulo huma-
Theoph. Alex. nissimè commẽdauit. Idem habet Theophilus Alex. l. 4. Allegor. in Ioan. Quid mihi & tibi est
mulier? Hoc, inquit, ideò ait, quia Christus & Deus erat de Deo natus, faciẽs miracula, & ho-
mo erat, per matrem, humana tractando. Ergo nunc, quia mysteriũ operaturus erat, aquã in vi- G
nũ mutando, nihil se cõmune dicit habere cum matre, id est, nihil humani, sed diuini operis se
esse facturũ. Ipse etiã Paulus ostendit Christum verè è muliere sumptũ esse, Gal. 4. Asserit enim
illum factum ex muliere, factũ sub lege: sed & Angelus, Quod, inquit, nascetur ex te sanctum,
vocabitur filius Dei. Ita sequitur non abnegari matrem, sed hac in ratione, qua diuina opera-
Chrysost. Theoph. Euthym. turus erat, ostendere illum hanc se virtutẽ aliundè accepisse. Chrys. ho. 21. & Theoph. & Euth.
in Ioan. existimãt illam argui, quòd citiùs quàm par esset, id est, nondum noto defectu vini, mi-
raculum fieri postularet, etiam nemine hoc ipsum apud eum deprecante. Quasi dicat: Si non
adest vinum, oportet illos ipsos, quibus deest, accedere & rogare, & non te matrem. Si enim hi
rogauerint, suspicione res carebit. Eccl. 8. Omni negotio tempus est. Quòd verò Ebionitæ &
Origen. Heluidiani nomen mulieris prætextum facere virginitati sanctissimæ Mariæ affirmant: Orige-
nes ho. 8. in cap. 12. Leuit. Respondebimus, inquit, quia in hoc loco Apostolus mulierem, non
Mulieris nomen non negat virginem. pro corruptela integritatis, sed pro sexus indicio nominauit. Est & ætatis istud vocabulum, eius H
scilicet quæ annos pubertatis excesserit: sicut & vir appellatur is, qui adolescentiæ tempus su-
perauit, etiamsi vxorem non habeat, cuius vir esse dicatur, quo nomine appellari solẽt etiam hi,
quos fœmineæ admixtionis macula nulla perstringit. Denique Abraham cùm puerum mitte-
ret Mesopotamiam in domum Bathuelis, vt inde acciperet Isaac filio suo vxorem, & puer cu-
riosiùs percunctaretur, ait ad eum: Quòd si noluerit mulier sequi me, reducam filium tuũ illuc?
Et non dixit: Quòd si noluerit virgo sequi me, cùm tamen mulieris nomine virgo intelligere-
tur. Sed Genes. 3. respondit Adam: Mulier, quam dedisti mihi sociã, hæc dedit mihi, & comedi.
Mulierem vocat vxorem, quæ tamen integra erat corpore. Nihil ergo efficit Heluidianus aut
Ebionita ex argumento nominis, quo Christus matrẽ nuncupat. Et quia nonnulli ex hac Chri-
Iust. Mart. sti responsione sese excusatos putant, si parentes aspernentur: Iustinus Martyr Quæstionum ad I
Orthodox. quæst. 136. hoc dictum esse non per obiurgationem, sed quasi istud demõstrare vel-
let: Non nos ijtumus, qui curã susceпimus vini, quod in nuptiis consumitur: tamen præ amore,
si vis ne deficiat eis vinum, dic ministris vt faciant, quæ ego eis dixero. Non ergo verbis matrẽ
Mater duplicitervirgo. obiurgauit, cùm eam factis honorarit. In aliis verò non ita locutus est, quasi matrem priuaret
honore debito, sed ostendit quanam maternitate beata dici debeat virgo. Si enim qui Dei ser-
monem audit, & exequitur, is Christi frater, & soror, & mater est: & eius mater habebat
vtrumque: perspicuum est eius matrem debuisse hac maternitate beatam prædicari. Nam
Dei sermonem audire & exequi, eius virtutis est, animæque puræ, quæ tota Deum spectat. Et
quia non quamlibet fœminam elegit Deus, quę Christi mater fieret, sed omnium fœminarum
virtutibus excellentissimam: propterea Christus volebat ob hanc virtutem prædicari matrem
suam, per quam virtutem illa id assecuta fuisset, vt virgo mater fieret. Nihil autem fecisse
Christum in parentum ignominiam, aut contumaciam, testatur Lucas Euangelista, dum di- K
cit: Descendit cum Iosepho & Maria Hierosolyma, erátque eis obediens. Nam quòd ait,
Bernard. *Quid mihi & tibi est mulier*, hæc meditatur Bernardus, sermone 2. post Octauas Epiphaniæ.
Quàm multa Christus matri debeat. Quid, inquit, tibi & illi Domine? Nónne quod filio & matri? Quid ad illam pertines, quæ-
ris, cùm tu sis benedictus fructus ventris eius immaculati? Nónne ipsa est, quæ saluo pudore
concepit, & sine corruptione peperit? Nónne ipsa est, in cuius vtero nouem mensibus mora-
tus es: cuius virgineis vberibus lactatus es, cum qua iam duodecim annorum factus de Hie-
rusalem descendisti, & eras subditus illi? Nunc ergo, Domine, quid molestus es illi, dicens,
Quid mihi & tibi? Multum per omnem modum. Sed manifestè iam video, quòd non velut
Christus matri morẽ gesſit. indignans, aut confundere volens virginis matris temeram verecundiam, dixeris, Quid mihi
& tibi: cùm venientibus ad te (iuxta matris præceptum) ministris, nihil cunctatus facias quod
illa suggessit. Vt quid ergo, fratres? Vt quid sic respondebat priùs? Vtique propter vos: vt con-
uersos

A uersos ad Dominum iam non sollicitet cura carnalium parentum, & necessitudines illæ non impediant exercitium spirituale. Quamdiu enim in mundo sumus, debitores nos constat esse parentibus: at postquàm reliquimus nosmetipsos, multò magis ab eorum sollicitudine liberi sumus. Vnde & legimus fratrem quendam in eremo conuersantem, cùm ad eum carnalis frater auxilij gratia aduentasset, respondisse, vt adiret alterum fratrem eorum, cũ vtique iam obiisset. Cúmque admiratus qui venerat, responderet, quia ille obiit eremita: se quoque obiisse eremita respondit. Optimè ergo nos docuit Dominus, ne solliciti simus super propinquos carnis nostræ plus quàm religio postulet: quando ipse matri, & tali matri sic respondit, *Quid mihi & tibi est mulier?* Sic & alio in loco, cùm suggereret ei quidam, quoniam foris staret cum fratribus Domini, quærens ei loqui, respondit, Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Vbi modò sunt, qui tam carnaliter & inaniter super carnalibus propinquis suis solent esse sol-

Religio nos à parẽtibus excusat.

B liciti, ac si adhuc viuerent & ipsi cum eis? Rupertus lib. 2. Comment. in Ioann. Ita fecit ipse prior, quod nobis faciendum præcepit. Non enim alia quæcunque præcepit, quàm quæ ipse primus opere impleuit: sicut de illo scriptum est, Quæ cœpit Iesus facere & dicere. Præcepit autem ei, qui comitatu suo dignus esse cupit, vt propter Euangelium patrem & matrem relinquat, & renunciet omnibus quæ possidet. Hoc igitur primus ipse fecit: quia descendens à patre, cùm diues esset, pro nobis pauper factus est. Domum quoque, & matrem, & affines carnis suæ deserens, ad euangelizandum pauperibus exiuit. Dixit itaque matri suæ in initio miraculorum, de paulò pòst successura suæ prædicationis functione: Quid mihi & tibi mulier? Quod vtique ipse nec secundum carnem dicit, vt suprà dictum est, sed secundum diuinitatem, quæ existendi initium ex matre non accepit, cuius opus omninò præferendum est curæ carnis: Nec ab aliquo secundum carnem dicendum est patri vel matri, sed secundum

Rupertus.

C Deum: scilicet opus Dei omnia, & propriam quoque animam negligere exigit. Et hoc modo nullatenus aduersus legem facit, dicentem, Honora patrem & matrem. Nam ea lex, quæ hoc dicit, rursus eadem authoritate, vel eodem spiritu loquitur: Qui dixerit patri vel matri suæ, Nescio vos, & fratribus suis, Ignoro illos, & nescierunt filios suos, hi custodierunt legem tuam, & pactum tuum seruarunt, iudicia tua, ô Iacob, & legem tuam, ô Israel. Ponent thymiama in furore tuo, & holocaustum super altare tuum. Magis ergo, vt legem perfectè impleret, matrem suam saluo eius honore nesciuit: quia profectò nulla est exhonoratio patris vel matris, dum eis non quælibet causa, sed solius præfertur honor vel opus Dei. Cui videlicet magno ac necessario salutis operi Iesus intentus, nesciturum se matrem suam profitetur, donec eodem opere peracto dicat ei, Mulier, ecce filius tuus: quod videlicet in hora mortis suæ dicturus erat. Vnde & cùm dixisset, Quid mihi & tibi est mulier, protinus addidit, *nondũ*

D *aduenit hora mea.* ac si diceret, Ex quo ad baptismum veni, & in desertum exiui, destitutam te esse mea præsentia materno affectu suspirasti: nunc habes me in his nuptiis, & gaudes quòd præsentia mea frueris: sed adhuc tempus imminet, vt magis ac magis te relicta non desinam circuire ciuitates & castella. Cum vita præsenti finiam opus quod cœpi. Ab hac expeditione redeuntem, vulneratum me, & morientem recipies. Nunc interim tantum impendet onus cœlestium negotiorum, vt non vacet perpendere, quod maternis affectibus tuis debeam. Nec enim habeo facere voluntatem meam, sed impositam à patre perferre obedientiam: qualem mandati eius necessitas adduxerit, talem me filium in illa hora ostendam tibi. Et hæc quidem dicta non ad illud respondent, quod dixerat mater, *Vinum non habent:* sed ad interni desiderij eius clamorem vehementem in aures suas altè personantem: quia faciem eius ardebat superuidere præsentem. Nam conuiuas, quorum deuotione inuitatus fuerat, non minus quã

E ipsa suo volebat beneficio lætificare, maximè ob vtilitatem illorum, quos hoc viso miraculo nouerat in se credituros esse. Theophilactus in Ioan. Cæterùm dicens, *Nõdum venit hora mea,* non vult quòd obnoxius sit necessitatibus temporum, vel horas obseruet: (quomodo enim hoc dicere possemus de factore temporum & seculorum?) sed quòd omnia tempore congruo operetur. Igitur quoniam adhuc incognitus erat, & occultus multis, & nondum omnes habebat discipulos, & neque ij, qui nuptiis aderant, eum cognoscebãt: (nam alioquin ipsi accessissent, & rogassent pro vino, quia hæc omnia ita se habebant:) Nondum, inquit, venit hora mea: hoc est, opportunum tempus nondum adest. At hîc adhuc vrget Arij furor, qui monstrare nititur Dominum horis & temporibus subditum. Disce igitur, ô maledicte, quòd si fuisset horis & temporibus subiectus, quomodo postea feciſſet miraculum? Oportebat enim secundum sermonem tuum, quandoquidem seruiret horis & temporibus, nondum autem veniſſet hora eius, non posset miracula facere. Sed miraculum fecit: non igitur seruit horis. Au-

Theoph.

Contra Astrologos.

Contra Arium.

Auguſt. guſtinus tract.8.in Ioan.Mathematici igitur,inquit, vnde conantur conuincere, quia ſub fato F
erat Ieſus? Quia ipſe ait, vt inquiunt, Nondum venit hora mea. Si ergo dixiſſet, Horam non
habeo, excluſiſſet Mathematicos: non eſſet vnde calumniarentur. Nunc verò quia dicit, Nõ-
Chriſt⁹ nõ fuit cõſtel-lationibus adſtrictus. dum venit hora mea, contra ipſius verba poſſumus aliquid dicere? Mirum eſt, quòd Mathe-
matici credendo verbis Chriſti, conantur conuincere Chriſtianos, quòd ſub hora fatali vixe-
rit Chriſtus.Credant ergo Chriſto dicenti,Poteſtatem habeo ponendi animam meam,& po-
teſtatem habeo iterum ſumendi eam. Nemo tollit eam à me, ſed ego pono eam à meipſo, &
iterum ſumo eam. Ergóne iſta poteſtas ſub fato eſt? Oſtendant hominem, qui poteſtatem ha-
beat quando moriatur: quandiu viuent,omninò non oſtendent. Credant ergo Deo dicenti,
Poteſtatem habeo ponendi animam meam, & iterum ſumendi eam: & quærant quare ſit di-
ctum, Nondum venit hora mea. Nec ideò iam ſub fato ponant conditorem cœli,creatorem
atque ordinatorem ſiderum: quia etſi eſſet fatum de ſideribus, non poterat eſſe ſub neceſſita- G
Cõtra fatũ te ſiderum conditor ſiderum. Adde quia non ſolùm Chriſtus non habuit quod appellas fatũ,
ſed nec tu, aut ego, aut ille, aut quiſpiam hominum. Veruntamen ſeducti ſeducunt, & pro-
ponunt fallacias hominibus: tendunt ad capiendos homines, & hoc in plateis. Nam qui ten-
dunt ad capiendas feras, vel in ſyluis, vel in ſolitudine id agunt. Quàm infœliciter vani ſunt
Cõtra diui nãtes data pecunia. homines, quibus capiendis in foro tenditur! Nummos accipiunt, cùm ſe homines homini-
bus vendunt: dant iſti nummos, vt ſe vanitatibus vendant. Intrant enim ad Mathematicum,
vt emant ſibi dominos, quales Mathematico dare placuerit, vel Saturnum, vel Iouem, vel
Mercurium, vel ſi quid aliud ſacrilegi nominis. Intrauit liber,vt nummis datis ſeruus exiret.
Immò verò non intraret, ſi liber eſſet: ſed intrauit quò eum dominus error & cupiditas
traxit. Vnde & Veritas dicit, Ioan. 8. Omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Quare
ergo dixit, Nondum venit hora mea? Vtique quia in poteſtate habebat quando moreretur, H
nondum videbat eſſe opportunum,vt illa poteſtate vteretur.quomodo nos,Fratres,verbi gra-
tia, ſic loquimur: Iam certa hora eſt qua eamus vt celebremus ſacramenta. Si antè exeamus
quàm opus eſt,nónne peruerſi & præpoſteri ſumus? Quia ergo aliquid non facimus niſi quã-
A ſimili. do opportunum eſt, propterea in his agendis, cùm ita loquimur, fatum conſideramus? Deni-
Chryſoſt. que,vt ſcribit Chryſoſtomus,de prouidentia,Orat.3.Nemo cauſam maleficij fatum adferẽs,
pœnas effugit,non in iudiciis maleficus,nõ in familia ſeruus,non in ludo puer,non in artificio
diſcipulus. Qua ratione igitur vel fatum probant, qui id ſic obiiciunt, vt ne neceſſitati quidẽ
eius veniam dent? Ita veritate & conſcientia ſua freti, vehementer perſuadent ſibi vniuerſam
Inconueniẽ-tia è fato. hanc rem fabulam eſſe. Quando verò in peccata inciderint grauia, tum illud afferunt, quaſi
hoc modo conſtitutum illis ſupplicium effugaturi ſint,&non grauiores pœnas quidem daturi.
Non enim tam tetra res eſt peccare, quàm pòſt peccati non pudere, & propter ſcelera ſua i- I
pſum Deum accuſare. Hoc omni peccato funeſtius eſt. Hoc etiam diabolus facere cõtendit,
vt non ſolùm ad virtutem remiſſi, & ad vitia procliues ſimus, & omnium cauſam Deo aſſi-
gnemus:ſed etiam vt animo & lingua ad maledicendum apparatis,defenſione afferenda,Deũ
accuſemus, & à nobis hæc patrantibus reprehenſionem deriuemus, & in eum qui non eſt
author, culpam traducamus. Itaque hæc quæ de contingentibus opportunitatibus dicta ſunt,
fatum non efficiunt, ſed demonſtrant quòd omnia ratione atque ordine fieri oporteat, vt
Euthy. ſcribit Euthymius in Ioan. Nec enim ipſe Deus,qui nulli neceſſitati aſtringitur,omni tempore
omnia diſpenſat: (alioquin nec hyemis, nec veris,nec æſtatis ſuæ vices eſſent:) ſed neque
omni tempore remittit peccatum, verùm quoties ingemuerit peccator. Itaque ſicut Deus,
etſi cauſa libertima ſit,rationem tamen habet eorum quibus benefaciat: quid mirum eſt, ſi K
Chriſtus nulli neceſſitati obuinctus,primũ obſeruat ne temerariè aliquibus cõuiuis iſtis bene-
faciat, ſed omnia cum põdere & mẽſura? Inde fit,vt ſapientiſſima mater nullam ſibi repulſam
factam eſſe, ſed neque durius aliquod verbum interpretetur: quin potius *dixit miniſtris, Quod-*
Idem Eu. *cunque dixerit vobis, facite.* Euthymius in Ioann. Cùm verbi ſcopum ac rationem intelligeret,
D. Mariæ fides in Chriſtum. quódque non impotentiæ excuſatio erat, ſed ne videretur ſeſe miraculis ingerere, & ſpecta-
culo exponere, matris autem exhortationem non deſpiceret: menſæ miniſtros admonet, vt
Cyri. Alex. ſibi adſint, & ipſi quoque alio modo cum ea deprecentur. Cyrillus Alexandr.lib.1. in Ioann.
cap.24. Magnam certè authoritatem dignitatemque deferri ſibi à Domino mater non igno-
rabat, quæ perſuaſa, vt par erat, miniſtros præparat, hortatúrque, vt omnia faciant quæ-
Euſ. Emiſ. cunque Chriſtus imperauerit. Euſebius Emiſſenus in homil. Inter ſe loquebantur mater &
filius: ipſi ſe intelligebant,ipſi ſua ſecreta nouerant: ipſi quid tunc fieri oportebat,& quid po-
Beda. ſtea futurum erat, ſciebant. Beda in Ioannem. Sciebat quidem mater eius humanitatem
filij,

A filij, licet hoc modo videretur negare quòd poscebatur: mater tamen sciens pietatem filij, quòd negare nollet quod petebatur, fiducialiter mandauit ministris, vt mandata implerent iubentis filij. *Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex positæ secundum purificationem Iudæorum.* Thomas Aquinas. Vbi sciendum est, quòd sicut Matth. 7. dicitur, Iudæi obseruabant multas ablutiones corporales & baptismata calicum & vasorum: vnde, quia in Palæstina magnus est defectus aquarum, habebant vasa, in quibus seruabatur aqua purissima, qua se & vasa crebrò lauarent. Et ideò dicit, quòd *erant ibi sex lapideæ hydriæ*, id est, vasa ad conseruandam aquam, ab ὕδωρ, quod est aqua: *positæ secundum purificationem Iudæorum*, id est, ad vsum purificationis. *Capientes singulæ metretas*, id est, mensuras *binas vel ternas.* Μέτρον enim Græcè, Latinè mensura dicitur. Et, vt dicit Chrysostomus, vasa deferuntur ad tollendam miraculi suspicionem: tum propter eorum puritatem, ne posset aliquis suspicari, quòd aqua saporem B vini sumpsisset ex fæcibus vini priùs in eis repositi: (nam vasa illa erant secundum purificationem, & ideò purissima oportebat ea esse:) tum & propter vasorum quantitatem, vt euidenter pateat, quòd aqua tot vasorum in vinum mutari non potuisset, nisi virtute diuina. Hoc idem habet Theophilactus. Cæterùm Metreta quæque capiebat congios decem. *Dixit autem Iesus* ministris, *Implete hydrias aqua.* Ridiculum ministris hoc præceptum videri potuit, cùm aquæ plus satis hîc esset: sed ita voluit Christus insignius apparere miraculum. Ita miraculum operari voluit, vt ostenderet quantum matri suæ deferret. Theophilactus. Vide enim, quomodo non vsque ad fidem, neque per omnia resistit matri: sed cùm eam parũ perstrinxisset, iterũ preces eius implet, honorans illam, & nobis dat formã reuerentiæ erga parentes. Cæterùm quæri potest, quare Dominus, qui poterat ex nihilo vinum procreare, illum voluerit per conuersionem efficere. Chrysostomus hom. 21. in Ioan. Siquidem, inquit, aliud est subiectæ materiæ qualitatem mutare, aliud autem ipsam substantiam ex nihilo facere. Hoc profectò mirabilius, non tamen ita credibile, & quod tam facilè potuisset multitudini persuaderi: hac gratia miraculorũ nũquam magnitudinem consultò imminuit, vt faciliùs crederentur. Sed cur ipse hydrias aqua non impleuit, deinde in vinum vertit, sed ministris implendas mandauit? Ipsam eandem ob causam, vt miraculi ipsos testes haberet, qui aquam hausissent: ne qua fraus, ne quod præstigiũ putaretur. Nam si contumaciores fuissent ad credendum, potuissent ministri testimonium perhibere se aquam hausisse, & hydrias impleuisse. Accedit ad hoc, quòd hæreticorũ dogmata in Ecclesia pullulantia propter hoc euertũtur. Nam cùm sint nonnulli, qui alterum mundi opificem, quæ videntur, opera condidisse asserant: horum quoque insaniã cohibens, plura facit miracula ex subiectis substãtiis. Nam si ipse Deo contrarius opifex fuisset, non vtique alienis vsus esset Christus ad propriæ virtutis demonstrationem. Hoc autem mi- D raculo manifestè ostendit, se eum esse, qui vineas irrigat, pluuiam per vitis radicem in vinum vertit, cùm quod in planta longiori temporis spatio efficitur, id repentè in nuptiis operatus est. Thom. Aqu. in Ioan. Alia etiam huius facti ratio est, nimirùm ad confutandum peruersa dogmata. Quidam namque sunt, vt Marcionitæ & Manichæi, qui dixerunt alium esse conditorem mundi, quàm Deum, & omnia visibilia ab illo, id est diabolo, condita esse. Et ideò Dominus plura miracula & ex substantiis creatis & visibilibus fecit, vt ostendat ipsas substantias bonas esse, & à Deo creatas. Tertia ratio est mystica. Ideò enim noluit ex nihilo vinum facere, sed ex aqua vinum fecit: vt ostenderet se non omninò nouam doctrinam condere, & veterem reprobare, sed adimplere, vt dicitur Matth. 5. Non veni soluere legem, sed adimplere: dum quod figurat vetus lex, & promittebat, Christus exhibuit & aperuit. Luc. vlt. Aperuit enim illis sensum, vt intelligerent, &c. Voluit autem per ministros hydrias impleri aqua, E vt eos eius quod fiebat, testes haberet. Cyrillus Hierosolymit. Catech. mystagogica 4. aliã rationem reddit: nimirùm vt ex eo miraculo nemo dubitaret Christum posse vinum in sanguinem suum commutare in cœna. Erant enim & hæ nuptiæ, earum typus, quas Christus cum Ecclesia iniit: & conuiuiũ nuptiarũ, cœnæ dominicæ figura. Cùm enim, inquit, Christus ipse sic affirmet, atque dicat de pane, Hoc est corpus meum, quis deinceps audeat dubitare? Ac eodem quoque confirmante, & dicente, Hic est sanguis meus, quis inquam dubitet, & dicat non esse illius sanguinem? Aquam aliquando mutauit in vinum, quod est sanguini propinquũ, in Chana Galilææ, sola voluntate: & non erit dignus cui credamus, quòd vinũ in sanguinẽ trãsmutasset? Si enim ad nuptias corporeas inuitatus, stupendũ miraculũ operatus est: & nõ multò magis corpus & sanguinẽ suũ filiis sponsi dedisse illũ cõfitebimur? Quare omni cũ certitudine corpus & sanguinem Christi sumamus. Nam sub specie panis datur tibi corpus, & sub specie vini datur sanguis, vt sumpto corpore & sanguine Christi, efficiaris ei comparticeps corporis

Tho. Aqui. *Multa Iudæorũ baptismata.*

Chrysost.

Theoph.

Idem.

Cur Dominus p cõuersionẽ vinũ fecerit. Chrysost.

cur ministris vtitur Christus.

Cur Christus ex aliquo vinum fecit.

1 Tho. Aqu. 2.

3.

Cyri. Hier. *Trãssubstãtiatio i Eucharistia hoc exẽplo probatur.*

& ſanguinis. Itaque vt nihil in poſterum nobis difficultatis relinquatur, hoc primum, ſed tamen certiſſimum, miraculum facit. *Et dixit* miniſtris, *Haurite nunc, & ferte Architriclino.* Architriclinus autem ſignificat eum, qui præfectus erat apparando conuiuio, dictus à Triclinio, loco cõſtrato tribus lectis ad diſcumbendũ, vt moris erat antiquis. Nullum verò temporis interuallum ab aqua hauſta ad effectum miraculi interponi voluit: ſed ſtatim atque hauſerunt, deferri, guſtari, & vinum agnoſci, vt celebrius miraculum appareret. Albertus Mag. in Ioan. Et ideò dicit: Nunc quia quod natura paulatim fecit in vite (ſuccum aquæ in vinum digerẽs: ſicut dixit Empedocles, quòd vinum eſt aqua putrefacta in vite) hoc Domini voluntas fecit, ſubitò fecit pro nutu tẽporis. Et ideò vt infinita virtus ſe habet ad naturæ virtutem: (probatum eſt enim 8. Phyſic. quòd virtus finita eſt, quæ operatur in tempore:) infinita autem eſt ea, quæ in nunc operatur: Sic ergo in hac operatione infinita & individua virtus verbi Dei oſtenditur eſſe. Eſa. 12. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris. Ioann. 7. Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Pſal. 45. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Aqua enim fluxit in vinum, & limpiditas humana gaudium guſtauit æternorum. *Vt autem guſtauit Architriclinus aquam vinum factam, & non ſciebat vnde eſſet, miniſtri autem ſciebant qui hauſerant aquam, vocat ſponſum Architriclinus, & dixit ei, Omnis homo vinum bonum primùm ponit, &c.* Chryſoſtomus. Itaque quamuis tunc occultatum eſſet miraculum, non tamen diutiùs ſileri poterat. Sic multos & neceſſarios teſtes ſibi in poſterum adſciuit: & ſanè credibile eſt ſponſum non prorſus in his ſiluiſſe. Verùm Euangeliſta expoſito miraculo ad magis neceſſaria properat. Neceſſarium namque erat, vt aqua vinum, & vinum bonum factum ſciretur: non autem quòd Architriclino ſponſus id dixerit. Theophilact. in Ioan. Ita omnis ſuſpicio tollitur. Iidem enim, qui aquam hauſerunt, ipſi teſtes ſunt, non aliundè aſportatum eſſe vinum. Nec tantùm ad euidentiam miraculi ipſæ hydriæ Architriclino deferuntur: ſed & hoc fit, ne fortè quidam ſuſpicentur, hoc ebriorum conuiuium fuiſſe, quorum guſtus corruptus eſſet, & qui ebrietatis vitio exiſtimarent, aquam vinum eſſe. Iubet ergo guſtandum dari Architriclino, qui ſobrius erat. Etenim hi, quibus tale concreditum eſt miniſterium, magis ſobrij ſunt, vt eorum iuſſu omnia quæ illic gerenda ſunt, ordinatè fiant, & compoſitè. Et hîc quidẽ mirari oportet promptam miniſtrorum obedientiam, qui nec aquam haurire, nec hauſtam Architriclino deferre refugiant: Ita nimirùm confidebant nihil fruſtrà iuberi, maximè cùm moniti eſſent, vt quicquid Chriſtus iuſſiſſet, facerent. Neque verò mirandum eſt, ſi frugalitatis magiſter Chriſtus, vini, & quidem præſtantiſſimi, magnam copiam largitur. Nam & idẽ ipſe eſt, qui quotidie nobis tam largum vini prouentum ſuppeditat: non vt inſoleſcamus, aut ebrietati vacemus, ſed vt cũ benedictione nominis eius datis muneribus vtamur. Noſtro enim vitio fit, ſi eius benignitas irritamentum luxuriæ fuerit: quin potius hæc temperantiæ noſtræ probatio eſt, ſi in media affluentia parci tamen & moderati ſumus. Sic enim & Paulus (Philip. 4.) gloriatur, ſe ad vtrumque edoctum eſſe, vt abundare & eſurire ſciat. Ille igitur ipſe, qui panes multiplicauit, aquam in vinum conuertit, vt in eum noſtram omnem ſpem coniiciamus: cúmque audierimus magna hæc & tremenda cœnæ myſteria, in quibus mirabiliter operatur, non diffidamus factum in panis & vini ſpecie miraculum. Verùm quid ſibi vult, quòd Architriclinus dicit, *Omnis homo vinum bonum primùm ponit, & cùm inebriati fuerint, tunc id quod deterius eſt?* Nimirùm & alia apud nos cauponum ratio eſt: vt primùm leuius & deterius porrigant: demùm laceſſiti à conuiuis, melius adferãt: tandẽ verò, vbi lætiores ſuos perſpexerint, deterius producant. Verùm ſit hæc cauponum lex varia atque varia, pro diuerſitate regionum. Nam qui tantùm vinum, non autem eſcas ſuppeditãt, malunt ſuos hoſpites primùm meliori vino allicere, quoniam & illis alioquin liberum eſt primo hauſtu ſumpto abſcedere, & ad aliam tabernam ſe conferre. At verò caupones illi, quibus & equi, & menſa, eiúſque apparatus creditus eſt, non niſi importunitate victi, vinum bonum adferunt: & ſtatim tamen aliud quod deterius ſit, intermiſcent. Verùm hîc Architriclinus de libero conuiuio intelligit, quo potiora & meliora primùm porriguntur, vt cor exhilarent. Verùm quid iſtud quod ait, *Deinde cùm inebriati fuerint?* Eſtne quòd ebrietatem probet? Sed hoc exceſſu quodam liberiore dicit: Ita enim præfecti conuiuiorum liberiores ſunt: non quòd ebrietatem admittat, ſed eius nomine hilaritatem conuiuarum intelligat. Prou. 23. Non intuearis vinum, quando flaueſcit in vitro, & ſplenduerit color eius: ingreditur blandè, & in nouiſſimo mordebit vt coluber, & quaſi regulus venena diffundet. Obſeruat interim Chryſoſtomus, Chriſti perfectiſſima fuiſſe opera. Nam & Paralyticum Ioan. 5. ita reſtituit, vt in inſtanti grabatum ſuum tolleret: Et ſocrum Petri laborantem febribus ita curauit, vt ſtatim ſurgens Apoſtolis miniſtraret.

Triclinium quid.

Alb. Mag.

Infinita virtus Chriſti.

Ariſtot.

Chryſoſt.

Theoph.

Omnis huius facti ablata ſuſpicio.

Cauponum fraus in vino.

Aliud liberum conuiuium.

A miniſtraret. Ita quoque non qualecumque, ſed optimum vinum ex aqua effecit. Num etiam ſe rerum omnium creatorem oſtendebat, cuius eſſet res tranſmutare,& emẽdare? Aug. l. 3. de Trinit. c. 5. Quis attrahit humorem per radicem vitis ad botrum,& vinum facit, niſi Deus, qui & homine plantante & irrigante dat incrementũ? Sed cùm ad nutũ Domini aqua in vinũ inuſitata celeritate conuerſa eſt, etiã ſtultis fatentibus, vis diuina declarata eſt. Hilar. l. 3. de Trinit. Numquid conſequitur aut ſermo noſter, aut ſenſus, quibus modis natura demutata ſit? Vt aquę ſimplicitas defecerit,& vini ſapor natus ſit? Non permixtio fuit, ſed creatio: nõ à ſe cœpta, ſed ex alio in aliud exiſtens: non per transfuſionẽ potioris obtinetur, quod eſt infirmius: ſed aboletur quod erat,& quod non erat, cœpit. Sponſus triſtis eſt, familia turbatur, ſolennitas nuptialis cõuiuij periclitatur. Ieſus rogatus, non exurgit aut inſtat: ſed quieſcentis eius hoc opus eſt. Aqua hydriis infunditur, vinũ calicibus hauritur: infundẽtis ſcientiæ ſenſus non cõuenit hauriẽtibus. Auguſt. Hilarius.

B Qui infuderunt, hauriri aquã exiſtimant: qui hauriunt, vinũ infuſum arbitrantur: tempus quod in medio eſt, non ſufficit, vt in liquoris natura naſcatur & pereat. Ratio facti & viſum fruſtratur, & ſenſum: virtus tamen Dei, in his quæ geſta ſunt, ſentitur. *Hoc initiũ ſignorum fecit Ieſus in Chana Galilææ,& manifeſtauit gloriam ſuam,& crediderunt in eum diſcipuli eius.* Abſtinuit ille à miraculis in pueritia, ne quis illa aut ridicula, aut fantaſtica putaret. Theophilactus in Ioan. At dicet aliquis, quòd licet initium ſignorum fuerit, non tamen omnium, ſed eorũ quæ in Chana Galilææ. Nam cùm plura ibi fecerit ſigna, hoc tamen primum fuit. Nos autẽ quãuis multa habeamus ad monſtrandum, quòd initium fuerit omnium ſignorum: (etenim cùm dicit, *Manifeſtauit gloriam ſuam, & crediderunt in eum diſcipuli eius*, indicat quòd ante hoc nõ fecerit miraculum aliud: ab illo enim manifeſtauit gloriam ſuam:) attamen nõ refert, ſiue hoc, ſiue aliud fuerit prius. Quomodo autem manifeſtauit gloriam ſuam? Non multi interfuerant, Theoph.

C neque coram populo fuit factum, ſed poſtea miraculum hoc audituri erant omnes. Quòd autem *diſcipuli crediderunt in eum*, hoc intellige, quòd fidem ampliorem & firmiorem acceperint: quia priùs quidem crediderant, ſed nõ tam firmiter. Alioquin quomodo diſcipuli eius dicerentur, niſi in eum crederent? Attamen Auguſt. lib. 2. de conſenſ. Euangeliſt. cap. 17. ſoluit, quòd diſcipuli vocentur, non quòd tunc tales eſſent, cùm ad nuptias vocati ſunt, ſed quòd ſigno hoc viſo, & doctrina eius audita, tandem eius diſciplinam amplexati ſunt. Illo ſcilicet, inquit, locutionis modo hoc dictum eſt, quo loquimur, cùm dicimus Apoſtolum Paulum in Tharſo Ciliciæ natum. Neque enim tunc iam erat Apoſtolus. Ita cùm audimus diſcipulos Chriſti inuitatos ad nuptias, non iam diſcipulos, ſed qui futuri erant diſcipuli, intelligere debemus. Cyrillus ad reginas, de recta fide. Igitur vbi Chriſtus ſignũ fecit, & manifeſtauit gloriam ſuam, cùm crediderunt in eum beati diſcipuli: num in hominem ſanctum ſimpliciter, Auguſt. Cyrill.

D quia & ante ſignum ſecuti ſunt eum admirantes vt ſanctum: ſed propter ſignum contuiti ſunt illum habere virtutem & poteſtatem maiorem quàm homines, vnde crediderunt tanquam in Deum? Sciendum autem quòd multi ſancti fecerunt multa & admirabilia, & admirati quidem ſunt multi, nullus autem in eos credidit.

Chriſtus die Paſchatis, ementes & vendentes ex ipſo templi adytu funiculis deturbat, ſuæq; mortis & reſurrectionis ſignum præmittit.

Matth. Marc. Luc.

IOAN. 2.

E Et propè erat Paſcha Iudæorum, & aſcendit Ieſus Hieroſolymam: & inuenit in templo vendentes boues & oues & columbas, & nummularios ſedentes. Et cùm feciſſet quaſi flagellum de funiculis, omnes ejecit de templo, oues quoque & boues, & nummulariorum effudit æs, & menſas ſubuertit. Et his qui columbas vendebant, dixit, Auferte iſta hinc, & nolite facere domum patris mei, domum negotiationis. Recordati ſunt verò diſcipuli eius, quia ſcriptum eſt, Zelus domus tuæ comedit me. Reſponderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei, Quod ſignum oſtendis nobis, quia hæc facis? Reſpondit Ieſus, & dixit eis, Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo Iudæi, Quadraginta & ſexannis ædificatum eſt templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud? Ille autem dicebat de templo corporis ſui. Cùm ergo reſurrexiſſet à mortuis, recordati ſunt diſcipuli eius, quia hoc dicebat, & crediderunt ſcripturę, & ſermoni quem dixit Ieſus. Cùm autẽ eſſet Hieroſolymis in Paſcha in die feſto, multi crediderunt in nomine eius, videntes ſigna eius quæ faciebat. Ipſe autem Ieſus non credebat ſemetipſum eis, eò quòd ipſe noſſet omnes, & quia opus ei non erat, vt quis teſtimonium perhiberet de homine: ipſe enim ſciebat quid eſſet in homine.

Introductio.

MAGNA vis est clemẽtiæ in dociles: sed nec minor iustitiæ in omnes, maximè verò obduratos. Plato in Dialog. de Philosoph. omnes virtutes morales vno iustitiæ nomine complectitur, qua & œconomus, & dominus ciuilis, seu rex perficiatur. Cicero lib. 2. Offic. Iustitiam multitudinis admirationem mouere, iniustitiam econtrà contemptum. Cæterùm, vt ait Horatius,

Plato

Cicero.

Horatius.

--Iustitiæ soror
Incorrupta fides, nudáque veritas.

Ælianus.

Ælian. lib. 14. de var. hist. Vnde olim apud Ægyptios hi, qui sua iura à Mercurio profecta esse iactant, iudices habent sacerdotes. Maior autẽ natu summus erat, qui circa sellam imaginem ex sapphiro gemma cõfectam gestabat, quæ vocabatur Veritas. Quid enim est iustitia sine veritate? Itaque Christus primo omnium signorum, quæ publicè & coram omnibus exhibuit, seipsum & veritatem esse, & tandem expectandum iudicem declarauit, cũ ex ipso templi adytu prophanas nundinationes expulit, & mensas nummulariorum euertit, funiculis etiam facto flagello, vendentes & ementes exturbauit. Tametsi enim non misertit Deus filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mũdus per ipsum: attamẽ in ipso statim suæ prædicationis exordio suam maiestatem, & in posterum sibi creditam, eáque à nobis summoperè timendam iudiciariam potestatem, ostendit. Porrò sex omninò cõplectitur hæc historia: nimirùm vt sex omninò nostrum complectitur Euangelium: Vt die Paschali Christus Hierosolymam ascenderit, & templi adytu flagellis vendentes & ementes abegerit: vt quanta loco orationis reuerentia debeatur, ostenderit: vt durè prophetationẽ loci huius arguerit: Iudæis signa quærentibus signum suæ mortis & resurrectionis prænunciarit, multíque ex Iudæis in eum crediderint. *Propè erat Pascha Iudæorum.* Lege siquidem præcipiebatur Pascha celebrari singulis annis eo in loco, quem nomini & habitationi suæ elegisset Dominus, vt patet Deuter. 16. Idque in memoriam facti præteriti & futuri. Præteriti quidẽ, scilicet transitus Domini, aut Angeli, qui per Ægyptum primogenita occiderat, Exod. 12. Futuri verò, nimirùm successuri tandem veri agni immaculati Iesu Christi immolationis pro peccatis nostris. Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus, inquit Apostolus, 1. Cor. 5. vt latè to. 10. in Ioan. examinat Origenes. Et nos sanè cùm Paschalis dies aduenerit, deuotis eam animis celebrare debemus. Quia, inquit Hesychius lib. 6. in Leuit. cap. 23. Quemadmodum festiuitates Imperatoris sunt, in quibus victorias & trophæa contra hostes erexit, saluauit gentes, ciuitates acquisiuit: sic & Christi, in quibus nostrum genus saluauit, & nostram captiuitatem conquisiuit, & hæreditatem ex gentibus sibimetipsi regale sacerdotiũ, gentem sanctam, populum acquisitionis constituit. Non abs re verò nomen *Iudæorum* addidit (vt ibidem perpendit Origenes) licet & dies & festiuitas & Pascha Domini aliis in locis dicatur: tum scilicet cùm institueretur. Institutum namque integrum erat: sed à Iudæis corrumpebatur, literam tantùm, non sensum: corticem, non medullam: corpus, non spiritum cernentibus: sed & in cordis immunditia perficientibus. Non enim sua esse dicit Dominus ea, quæ à peccatoribus perficiuntur. Vt igitur populus, qui non peccat, Dei est: qui autem peccat, non iam eius dicitur: Sic dies festi, cùm eos Dominus odit, peccatorum sunt dies festi: cùm autẽ à Deo lege sanciuntur, Domini esse dicuntur. Hæc Origenes. Discant igitur omnes ritè festa celebrare: & pauperes quidem homines, qui dies festos amant (ait Gregorius Nissenus, hom. de sacro festo Paschæ) quùm lubenti ac parato animo, tum habitu cultúque splendido conuentus ac celebritates frequentant: & si de suo sibi suppeditare sumptus ad eam, cui student, elegantiam non possunt, à notis tamen & propinquis omnem magnificum ac pretiosum ornatum corrogantes, efficiunt, vt nihil sibi desit ad præsentem vsum. Quantò igitur puriori-bus animis festiuitates celebrandæ sunt, ne Dominus, si quem indignum inspexerit, dicat, Quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? Matth. 22. *Et ascendit Iesus Hierosolymam.* Hoc præfatur Euangelista, vt viam faciat ad historiam, celebriorem illam conditione temporis, quo fœcundissima Hierosolymis conueniebat multitudo, reddentis: aut quia, licet à Domini baptismate ad eius resurrectionem quatuor Paschales solennitates intercesserint, non tamen ad omnes ascendit: sed, vt docet Alcuinus, bis in Euangelio legitur Iesus ascendisse: semel in primo anno suæ prædicationis, cùm adhuc Ioannes non esset missus in carcerem: & iterũ, illo anno quo passus est. Cur verò ascendit ad Paschalẽ diẽ, cùm Pascha vetus terminare venerit? Hoc sanè 1. quia, vt ait Apostolus ad Gal. 4. Misit Deus filium suũ factũ sub lege, vt eos qui sub lege erãt, redimeret. 2. Vt doceret vetus Testamentum & legem à Deo esse, in Manichæos & Marcionitas. Illi enim solùm nouum Testamentum admittendum dicebant, vt restatur

Summa.

Origenes.

Hesychius.

Origenes. *Pascha.*

Quomodo festa corrũpantur.

Quomodo rectè festa celebrẽtur.

Gre. Niss.

Quoties Iesus ad Pascha venerit

Alcuinus.

cur Christus Pascha legale celebrarit.

A ſtatur Philaſterius, lib. de hæreſib. 3. Vt in ipſa electione figuratarum victimarum oſtenderet ſucceſſionem oblationis melioris, corporis nimirùm ſui: de qua Paulus Heb. 10. Ericus Abbas in hom. Quod ait Dominus, Appropinquante Paſcha Hieroſolymam aſcendit, nobis exemplum dedit, quanta cura & ſtudio diuinis ſubdi imperiis debeamus. Si enim ille, qui erat Dei filius, in infirmitate noſtræ carnis apparens, decreta legis à ſe datæ implebat, ſolennitates legitimas cum cæteris hominibus frequentando: quid nobis, qui ſerui ſumus, agendum eſt? Quanto ſtudio & hæ, & aliæ feſtiuitates bonis operibus ſunt præueniendæ, & digna reuerentia, cùm venerint, celebrandæ: Beda in Ioan. Ne enim putarent ſerui abſque crebris orationum, bonorúmque actuum victimis, vel flagella euadere, vel præmia ſe poſſe percipere, & ipſe inter ſeruos ad orandum immolandúmque Dei filius aſcendit. Ideò enim ſanctorum ſolennitates & dies Domini otium habent, & à terreno vacant negotio: vt paratiores ſimus ad diuinum cul-

B tum, cùm non habeamus quod nos inde retardet incommodum. Inde Dominus dicit Pſalm. 45. Vacate, & videte quoniam ego Dominus. Thom. Aquinas in Ioan. Notandum eſt, quòd in Euangelio Ioannis in tribus locis fit mentio de Paſcha: ſcilicet hîc, & infrà 6. vbi fecit miraculum de panibus, vbi dicitur, Erat autem proximum Paſcha, dies feſtus Iudæorum: & infrà 13. vbi dicitur, Ante diem feſtum Paſchæ, &c. Vnde ſecundum hoc Euangelium habemus, quòd poſt miraculum de vino Chriſtus prædicauit duobus annis, & quantum eſt à diebus baptiſmi vſque ad Paſcha. Nam quod fecit hîc, fuit prope Paſcha, vt hîc dicitur: Et poſtea reuoluto anno prope aliud Paſcha fecit miraculum de panibus, & tunc Ioannes fuit decollatus. Vnde Ioannes circa Paſcha decollatus fuit: quia, vt dicitur Matthæi decimoquarto, ſtatim poſt decollationem Ioannis, Chriſtus ſeceſſit in deſertum, & ibi fecit miraculum de panibus: quod quidem miraculum fuit factum prope Paſcha, vt dicitur infrà 6. Sed tamen feſtum hu-

C ius decollationis celebratur eo die, quo caput eius inuentum eſt. Poſtea in alio Paſchate paſſus eſt Chriſtus. Theophilactus in Ioannem. Quod autem dicit Euangeliſta fuiſſe prope Paſcha, oſtendit quòd non ante multos dies Paſchæ fuerit baptiſatus. Porrò vbi aſcendit in Hieruſalem, rem fecit magnæ authoritatis. Vendentes enim oues & boues eiecit. Iam quòd factum hoc & Matthæus commemorat, ſcias quòd bis hoc Chriſtus fecerit. Sed hoc quod Matthæus commemorat, fecit prope tempus paſſionis: quod autem apud Ioannem, in exordio ſignorum. *Et inuenit in templo vendentes oues & boues & columbas, & nummularios ſedentes.* Hîc pietatis inſigne reperiri debuerat: è conuerſo in ipſo adytu auaritia, ſimonia, &c. Hoc toties in eis arguerat per Prophetas. Pſalm. 49. Exiſtimaſti inique, &c. Eſa. 26. In terra ſanctorum iniqua geſſit, & non videbit gloriam Dei. Hierem. 11. Quid eſt quòd dilectus meus in domo mea facit ſcelera multa? Hoc ergo nunc ipſe Chriſtus reprehendit. Cauendum ne in malis

D deprehendat, vt dominus ſeruum ebrioſum. Albertus Magnus in Ioannem. Ita ſicut bonus Prælatus, per viſitationem propriam inquiſiuit, & non diſſimulauit, & in hoc formam viſitationis Prælati dedit, Pſalmo 8. Intende ad viſitandas omnes gentes. Geneſ. 8. Deſcendam & videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint. *In templo*, quod & nomen & dedicationem habuit, vt non niſi cultui diuino apta ibi exercerentur, ſicut legitur 3. Regum 8. Pſalm. 98. Domum tuam decet ſanctitudo, Domine. Et cùm hoc improperat Dominus ſacerdotibus. Ezech. 44. Poſuiſtis cuſtodes obſeruationum mearum in ſanctuario meo vobiſmetipſis: hoc eſt, ad vtilitatem auaritiæ veſtræ. Hierem. 6. A minore vſque ad maiorem omnes auaritiæ ſtudent. Malach. 1. Quis in vobis eſt, vt claudat oſtia mea, & incendat altare meum gratuitò? quaſi dicat, nullus: quia omnia venditis auaritiæ veſtræ pretio. *Vendentes*: quòd procurauerant ſacerdotes, vt nullus excuſaretur à ſacrificiis, quando in foribus tem-

E pli animalium immolandorum inuenirent quod emerent: & *ementes* animalia & ſacrificia ad offerendum. Eſt autem attendendum, quòd in templo erant quatuor atria in templi circuitu. Vnum erat atrium interius, in quo erat altare holocauſtorum, in quod non intrabant, niſi ſacrificiorum ſacerdotes, & Leuiticum ritum exercentes. Secundum fuit atrium mundorum, in quod Laici mundi intrabant, ſacrificia ſua ad oſtium interioris atrij præſentantes ad manus ſacerdotum. Tertium atrium fuit mundarum mulierum ad ſupplicationem venientiũ. Quartum atrium fuit immundarum mulierum, in quod etiam Gentiles aliquando intrabant. Et in illo animalia vendebantur iuſſu ſacerdotum: quod non erat licitum, quia Domino fuit dedicatum: quia etiam in monte, vbi apparuit Dominus, fecit poni terminos, ne aliquis accederet. Exod. 19. Cauete ne aſcendatis in montem, &c. Et ſequitur: Si iumẽtum fuerit, aut homo, non viuet. Et ideò in loco iſto non debebat aliquid agi, niſi quod pertinebat ad emundationem immundorum. Cyrill. Alex. l. 1. in Ioan. c. 27. Reprehunduntur interim Iudæi, inquit, quaſi nullam

Philaſter.
Er. Abbas.
Beda.
Tho. Aqu.
Theoph.
Chriſtus noluit immutare pietatem ferre.
Alb. Mag.
Quatuor atria.
Cyr. Alex.

legum habeant curam,& auaritiæ magnoperè ſtudeant. Nam cùm multis variiſq; modis purificari ſecundum legem illos oporteret, qui templum ingreſſuri eſſent, argentarij, cæteríque huiuſmodi homines, qui lucro, fœnori, & omninò pecuniæ ſtudent, templum impleuerant: adeò vt qui hæc prohibere debebant ne fierent, imperare vt fierent, viderentur. Ita verè de ipſis ſcriptura locuta eſt: Paſtores multi demoliti ſunt vineam meam, conculcauerunt partem meã, dederunt portionẽ meam deſiderabilem in deſertum ſolitudinis, poſuerunt eam in diſſipationẽ. Corrupta enim certè fuit Domini vinea, quæ auaritia Præſulum cõculcata conculcare pietatẽ didicit. Ericus Abbas in hom. Non eſt autem putandũ, inquit, quòd hæc vænalia in ipſo tẽplo fuerint, ſed potiùs in porticibus, quibus ipſum templum cingebatur. Oues ergo, boues, & colũbæ ad hoc ibi emebantur, vt in ſacrificio Domini offerrentur. Nummularij verò ad hoc ibi reſidebant, vt inter emptores venditoréſque hoſtiarũ prompta fieret pecuniæ taxatio. Ergo quẽadmodum honeſta erat & licita iſta negotiatio, quia ad hoc, vt dictum eſt, emebãtur hoſtiæ, vt Deo offerrentur: quid ergo, putamus, feciſſet Dominus, ſi inueniſſet eos rixis diſſidentes, aut fabulis otioſis, aut turpibus & obſcœnis colloquiis vacantes, aut quolibet alio ſcelere reperiſſet occupatos, ſi ita in eos deſæuit, & de tẽplo ita eliminare feſtinauit, qui ea negotiabantur in templo, quæ offerre volebant? Hæc contra illos dicimus, qui Eccleſiam ingreſſi, non ſicut in domo Dei, cum metu & reuerentia in metu conſiſtunt: ſed laſciuientibus obtutibus vagi, inanibus fabulis occupantur, cachinno ſoluuntur, ſpretaq; intentione orandi, peccata, pro quibus exorare debuerãt, augẽt: quodq; grauius eſt, ſi quis eos pro huiuſmodi ſtulta præſumptione redarguere auſus fuerit, odiis eum & maledictis perſequuntur: nec diuinum ex hoc iudicium reformidant, cuius templũ nefario auſu prophanant. Quod ſanè corporaliter geſtum eſt in templo, quotidie geri in Eccleſia nullus, qui rectè ſapit, ignorat. Quotidie namque Dominus ſanctã ſpiritualiter intrat Eccleſiam, & qualiter vnuſquiſque in ea conuerſetur, attendit. Cauendum ergo, & valde pauendum eſt, ne improuiſus venias, & ille peruerſum in nobis aliquid, vnde meritò flagellari, & de Eccleſia eiici debeamus, inueniat. Maximè verò hoc obſeruare debemꝰ in ea, quæ ſpecialiter domus Dei vocatur, ne quid ibi ineptum geramus, ne dicatur de nobis quoque, quod per Prophetam Dominus dixit: Dilectus meus in domo mea fecit ſcelera multa. Ne obliuiſcamur noſmetipſos templum Dei eſſe: Ideóque ab omni immunditia & iniquitate conſcientiã noſtram immunem cuſtodiamus, illud cum tremore recolentes quod dicit Apoſtolus, 1. Cor. 13. Si quis templum Dei violauerit, diſperdet illũ Deus. Aug. tract. 10. in Ioan. Si eos, inquit, eiecit de templo qui ea vendebãt, quæ offerri poterant, quid ſi ebrioſos inueniret? Paulus 1. ad Tim. 3. Vinolentum ablegat ab Epiſcopatu. Et Can. 42. & 43. Apoſtolorum hoc habet: Epiſcopus, aut Preſbyter, aut Diaconus aleæ vacans, aut ebrietatibus, vel deſiſtat, vel gradu ſuo deiiciatur. Hierony. ad Nepotianum, de vita clericorũ: Vinolentos ſacerdotes & Apoſtolos damnat, & vetus lex prohibet: qui altario deſeruiũt, vinum & ſicerã non bibant. Sicera Hebræo ſermone omnis potio nuncupatur, quæ inebriare poteſt, ſiue illa quæ frumento cõficitur, ſiue pomorum ſucco, aut cum faui decoquuntur in dulcem & barbaram potionem, aut palmarũ fructus exprimũtur in liquorem, coctiſq; fructibus aqua pinguior coloratur. Quicquid inebriat, & ſtatum mentis euertit, fuge ſimiliter vt vinum. *Et fecit flagellum de funiculis, & omnes eiecit de templo.* Mirum fortaſſe videbitur, cur mitis in propriis opprobriis, adeò nunc contra tẽpli profanatores ſæuiat. At verò docebat non eſſe diſſimulandũ in cauſa Dei, quodq; grauiſſima pœna dignus ſit ſacri loci & muneris profanator. At verò exclamare libet: O mores huius ſeculi Præſulum, Regũ & magnatum, longè Chriſto diſſimiles! Atroces illi in vindicandis leuibus ſibi illatis iniuriis, furibundi & immiſericordes; in iis autem, quæ Deo factæ ſunt, pigri, remiſſi, ſomnolenti. Vtinam quoque ne earum nonnulli ſint fautores. Nulliúſne apud eos eſt religio momenti? Qui ſpernũt me, inquit Dominus, erunt ignobiles. Hinc verò conuincuntur Anabaptiſtæ, aſſerentes nõ eſſe vi agendũ contra corruptores fidei, ſed monendos eos. Atqui Chriſtus non manſuetè mercatores orauit, vt nundinationem ſuam aliò transferrẽt. Quãta verò ſeueritate Paulus egit in Elimam? Act. 13. Matth. 3. Arbor quę non fert fructũ, excindetur, & in ignẽ mittetur. Rom. 13. Non ſine cauſã Princeps gladiũ portat. Act. 19. Qui fuerunt curioſa ſectati, combuſſerunt libros. Sed & Cic. l. 2. de nat. Deor. Protagoræ Abderitis Sophiſtæ libros pro cõcione combuſtos eſſe ſcribit, quòd in quæſtionẽ verteret, Sintne dij? Quid etiam quòd Deus in diis Gentiũ non potuit ferre ignominiam in ſe redundantem? Dionyſius Syracuſanus miſerè eiicitur à plebe vindicãte Deo ſacrilegium. Ælianus l. 1. de varia hiſt. Aulus Gell. lib. 3. Noct. cap. 9. Cùm Quintus Cepio conſul oppidum Tholoſanum diripuiſſet, multúmque auri in eius oppidi templis fuiſſet repertum, quiſquis aurum attigit, miſero cruciabilíque exitu periit. Lucanus lib. 3.

Eric. Abb.

Non inhonorandum templum.

Contra ebrioſos ſacerdotes.
Auguſt.
Can. Apoſt.
Hierony.
ſicera.

Vbi non eſt diſſimulãdum.

Contra Anabaptiſtas

Vt agendũ in hæreticos.
Cicero.
Ælianus.
A. Gellius.
In ſacrilegos.
Lucanus.

A *Quis enim læsos impunè putaret*
Esse deos?

Hoc etiam aliquando euenisse testatur Lactant. lib. 2. de orig. erroris, cap. 4. Quòd si qui ma- Lactant.
teriale templum spoliant, aut impiè ingrediuntur, tantis suppliciis affecti sunt: quanta pœna di-
gni sunt, qui ipsum Christi corpus prophanarunt, vt Gnostici in Eucharistiæ sacramento, &
pridem Donatistæ, sicut testis est Optatus Mileuitanus lib. 2. cõtra Parmenianum. Quòd verò Opt. Mileu.
omnes eiicit, nec est qui resistat, magnum diuinitatis Christi suppetit argumentum, cui nemo
resistere valeat, vt scribit Hieronym. in Matth. Nahum, (1. cap.) A facie indignationis eius quis Hierony.
stabit? Deut. 32. Cùm exacuero vt fulgur gladium meum, & iudicium arripuerit manus mea, *Furor Christi.*
reddam vltionem hostibus meis. *Oues quoque & boues eiecit.* Etiam irrationales creaturæ pro-
pter peccatum hominis flagellantur à Deo, quæ propter hominem creatæ sunt, vt docet Iusti- 1.
B nus Martyr in Quæst. ad Orthodoxos. Deuter. 28. Si non obedieris, maledictus tu & omnia *Bruta propter peccatum hominis plectũtur.*
tua. Quod manifestum apparuit in plagis Ægypti, intereuntibus & bobus, & ouibus: & in sic-
citatibus manifestum est, quarum detrimentum bruta illa animalia patiuntur. Sed & hac boũ
& ouium eiectione, cessatura legalia ostendebat tum demum, cùm ingrederetur veritas. Quæ? Iustinus Martyr.
Christus ipse, cuius hæc corporis vmbra fuerunt. Ioan. 4. & 5. Et ipse est oblatio & propitiatio 2.
pro peccatis. Et verè sanè succedit veritas figuræ, oblatio corporis Christi in Ecclesiæ liturgia, *Corpori Christi cedunt antiqua sacrificia.*
quam & Christus vice Paschatis legalis instituit, vt testantur verba Andreæ Apostoli ad Æ-
geam Proconsulem, quæ Episcopi Achaiæ Epistola de eius martyrio describunt. *Et nummu-*
lariorum effudit æs, & mensas subuertit. Quorsum enim nummularij in Ecclesia Dei? Gratis ve-
nundati estis, & sine argento redimemini. An non maledicitur Simoni, Act. 8. cùm gratiam *Contra Simoniacos.*
Dei emere pecunia voluit? Doctores quæstuarios hîc mordet Theophilact. Si quis æs & num-
C mum, hoc est sermonem & dogma vendat, inquit, & fortassis cùm sit doctor, non annunciet Theoph.
verbum, nisi lucrum habeat, etiam eius mensam subuertit Dominus, illum quidem à principa-
tu deiiciens, & alium in doctrinæ sedem collocans. Hîc autem sufficiat adnotasse, tum à Præ-
latis domum Dei fieri domum negotiationis, cùm quærunt quæ sua sunt, non quæ Iesu Chri-
sti. Phil. 2. Habent enim hi reprobos authores. Giezi quidem lepra Naaman infectus, pater est
vendentium spiritualia pro temporalibus. 4. Reg. 5. Simon verò Magus pater est ementiũ spi-
ritualia pecuniis, vt patet to. 4. 3. C. Saluator, & res Ecclesiæ: & C. Altare. *Et his qui columbas vẽ-*
debant, ait, Auferte ista hinc. Qui columbas vendunt, ait Augustinus, tract. 10. in Ioann. nisi hi August.
qui dicunt, Nos damus spiritum sanctum? Quare enim hoc dicunt, & quo pretio vendunt? *spiritualiter qui vẽdunt colũbas.*
Pretium honoris sui accipiunt. Beda in Ioan. Vendunt autem boues, qui verbum Euangelij
non diuino amore, sed terreni quæstus intuitu impendunt: quales reprehendit Apostolus, quia Beda.
D Christum non annunciant sincerè. Vendunt boues, qui humanæ gratia laudis pietatem exer-
cent: de quibus Dominus ait, Matth. 6. quia receperunt mercedem suam. Vendunt columbas,
qui acceptam Spiritus gratiam, non gratis, vt præceptum est, sed ad præmium dant: qui impo-
sitionem manuum, qua Spiritus accipitur, etsi non ad quæstum pecuniæ, ad vulgi tamen fauo-
rem tribuunt: qui sacros ordines non ad vitæ meritũ, sed ad gratiam largiuntur. Nummos mu-
tuò dant in tẽplo, qui non simulatè cœlestibus, sed apertè terrenis rebus in Ecclesia deseruiunt,
suáque quærentes, non quæ Iesu Christi. Verùm huiusmodi operarios fraudulentos quæ mer-
ces maneat, ostendit Dominus, cùm facto de funiculis flagello omnes eiecit de templo. Eiiciũ-
tur enim de parte sortis sanctorum, qui inter sanctos positi, vel fictè bona, vel apertè faciunt ma-
la. *Oues quoque & boues eiecit:* quia talium vitam ostendit esse reprobã. Funiculi, quibus flagellã-
do impios de templo expulit, crementa sunt actionum malarum, de quibus materia damnãdi
E reprobos iudici datur. Hinc etiã Esaias dicit: Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis.
Esa. 5. Et in Prou. c. 5. Salomon: Iniquitates, inquit, suæ capiunt impiũ, & funibus peccatorũ suo-
rum constringitur. Qui enim peccata peccatis, pro quibus Arius damnetur, accumulat, prolõ-
gat. *Nummulariorũ* quoque, quos expulerat, *effudit æs, & mensas subuertit:* quia damnatis in fine
reprobis, etiam ipsarum quas dilexerit rerum, tollet figuram: Iuxta hoc quod scriptum est, Et
mundus transibit, & concupiscentia eius, 1. Ioan. 2. Hoc vtique genus emporij, quod in templo
legali notat Ioannes, D. Bernardus ad Eugenium Papam scribẽs, recenset inter nundinationes Bernard.
quorundam in Ecclesia. Circumit, inquit, sedulus explorator, blanditur, obsequitur, manibus
ac pedibus reptat, si quo modo valeat se ingerere in patrimonium crucifixi. Subuertendo men-
sas, & æs nummulariorum dispergendo, aufert ab eis vna hora, quicquid iniustè multo tempore
lucrati fuerãt: sic enim malè parta, malè dilabũtur: nec de malè acquisitis gaudebit tertius hęres.
Quin & idem D. Bernard. ita monebat Eugeniũ. Flagellũ tenes: sciant te ad flagellandũ potiùs Idem.

quàm ad accipiendum esse præpositum. *Et nolite facere domum patris mei, domum negotiationis.* F

Cyr. Alex. Cyrillus Alexandr. lib. 1. in Ioan. cap. 29. Sicut Dominus, imperat: & sicut doctor, ad iustum & æquum hortatur, & peccata illorum exponit: vt pudore victi, iure se de templo trudi cognoscant. Aduertendum autem diligenter, quia vt solus secundum naturam filius Dei, sui solius

Christus filius Dei. patrem Deum appellat. Nam si eo modo, quo creatura per gratiam, vt nos, filius esset: cuius rei gratia communem omnibus dignitatem rapiebat, non domum patris nostri dicens, sed domũ patris mei? Ita enim magis congruè dixisset, si adoptione, & non natura filius esset. Sed & apertè

Theoph. confundit Ebionitas, qui illum Dei filium esse negabant. Theophilact. Ideò non (simpliciter) dixit, domum Dei, sed domum patris mei: ostendens quòd potestatem habeat, sicut filius pa-

Athanas. tris omnium. Athanasius in Symbolo: Nam qualis Pater, talis Filius, talis & Spiritus sanctus. Sed & in Manichæos & Marcionitas militat hoc factum. Asserebant illi Deum noui Testa-

Euthym. menti contrarium esse Deo veteris Testamenti. Euthymius in Ioan. Atqui non verbis solùm, sed & factis, ostendit se non esse Deo contrarium. Et opus istud quidem operatur, multa plenũ authoritate. Nã quia sabbatho curaturus erat, multáque similia facturus, quæ Iudæis legis transgressio videbantur: ne hæc tanquam Deo contrarius facere videretur, hunc primùm huiusmodi aufert suspicionem. Qui enim tantum zelum erga domum Dei demonstrauit, tantáque vehementia, ac indignatione propter hanc vsus est, vt nulli omninò parceret, sed seipsum in periculum coniiceret, & tum caupones illos, tum Iudæos id ipsis permittentes, exacuit in se, omnia sustinere paratus pro honore templi, nequaquam posset templi domino esse contrarius. Domum negotiationis, ex aduerso domus Dei constituit, quòd & negotiatio multa peccata immixta habeat, & ad prophana quæque animum transportet, qui totus Deo debetur. Esa. 56. Domus mea, domus orationis est. Hier. 7. Posuerunt offendicula in domo mea, in qua inuocatum est nomen meum. Zach. vlt. Non erit vltrà mercator in domo Domini exercituum. Psal. 70. Quoniam non cognoui negotiationem, introibo in portas Domini. 2. Tim. 2. Nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus. *Recordati sunt autem discipuli,* non tunc quidem cùm hæc fierent, sed post resurrectionem, accepto Spiritu sancto. Tunc enim aperuit illis sensum, vt

Sanctorum cognitio. intelligerent scripturas, Ioan. 20. Luc. 24. Memoria enim præteritorum accedit, accepto Spiri-

Hugo Eth. tu sancto: sed & animabus gloria donatis, vt scribit Hugo Etherianus, lib. de regressu animarũm: adeò vt maiore præfulgeant cognitione, quàm cùm essent in corpore: quia, vt scribit Pruden-

Prudẽtius. tius in Hamartigeniam,

Nil ferrugineum, solidúm ve tuentibus obstat.

Vel certè non omnes, sed peritiores, hoc, aut breui pòst tempore, quo hæc facta sunt, recordati

Cyrillus Alex. sunt scripturæ: qualis Nathanaël, Ioan. 1. Nicodemus, Gamaliel: aut, vt scribit Cyrillus Alex. in

Theoph. Ioan. & Theoph. in dies vndique rebus singulis, scripturam discipuli conferentes, ad maius fidei

Chrysost. robur progrediebantur. Chrysost. hom. 29. in Genes. quòd scripturarum cognitionem nouerat I profuisse patribus nostris, monebat suos, vt lectioni & auditui illarum diligenter insisterent, lucrum hoc emanaturum declarans. 1. Linguam reformari in melius, scilicet vt puriora loquatur. 2. Animam hinc velut alis eleuari, & illuminari solis iustitiæ splendore. 3. Interim quoque à carnis illecebris liberari. 4. Et vt corpus cibo, ita animam verbo pasci. Huc igitur venite frequentes, & vt Apostoli, ita & nos Christi facta cum antiquis conferte præconiis: & quæ vobis factu necessaria sunt, intelligite: *quia scriptum est,* Ps. 68. qui typum habet Christi passionis, & vehementem Iudæis à Deo imprecatur vltionem, quòd in escam eius fel dederint, & illum in siti potauerint aceto. *Zelus domus tuæ comedit me.* Et primùm quidẽ, ipse Christus in persona Dauidis ita loquitur: Extraneus factus sum fratribus meis (Iudæis) & peregrinus filiis matris meæ (Synagogæ.) Et adiicit, Zelus domus tuæ comedit me (cũ viderẽ negotiationes in ipso K eius adytu, & prophana multa) & opprobria exprobrantium tibi ceciderũt super me: id est, tam

Zelus. me affecerunt, ac si in me conjecta essent. Zelus aliquando sumitur pro ardentiore amoris affectu inter virum & vxorem: quomodo Dominus se Zelotem vocat, vt qui maximo charitatis affectu nos sibi despondisse videatur. 1. Sumitur tamen zelus in bonã & in malã partẽ. Est zelus

Cyprian. pro liuore, de quo Cyprian. sermonẽ edidit, in quo Abel iustũ (ait) Cain zelat iniustus, dũ bonũ malus inuidia & liuore persequitur. 2. Est & zelus falsus, qualis hæreticorũ prætexentium verũ Dei cultũ ad securè patranda homicidia, sacrilegia, & cætera huiusmodi. Talis fuit & Iudæorũ, qui vt liberiùs Christi sanguinẽ funderẽt, Debet mori (aiunt) quia filium Dei se fecit: legem obtenderunt, quasi eius acerrimi vindices. 3. Zelamus & eos, quos pluris facimus. Se pro Mose zelabat Iosue, Num. 11. pro Ioanne, eius discipuli, Ioan. 3. Corinthij pro pseudoapostolis, 1. Cor. 1. & hæretici pro hæresiarchis. 4. Zelus Dei etiam bifarius est. Ita enim aliquando cæcus est,

vt pro

A vt pro eo conſeruando zeletur aliquando: quod Deo non placet: quem retorquet in Iudæos Paulus, Rom. 10. Zelum (inquit) habent, ſed non ſecundum ſcientiam. In quem locum Origenes: Non multum prodeſt habere zelum Dei, & non habere ſcientiam. Sic non ſecundū ſcientiā zelati ſunt ſacrilegi Iudæi. Aliter Phinees filius Eleazari, qui Madianitidem pariter & Iſraëlitam fornicantes interemit. Et Helias, qui dixit, Zelo zelatus ſum Deo Iſraël, quia dereliquerunt pactum Domini filij Iſraël. Prophetas tuos occiderunt, altaria, &c. 3. Reg. 18. Et Matthias, de quo 1. Machab. 2. ſcriptum eſt, quia zelatus eſt in lege Dei. hæc ille. De zelo falſo, 1. Corinth. 3. Cùm ſit inter vos zelus & contentio, nónne carnales eſtis? Act. 5. Videntes Sadducæi ſigna quæ faciebant Apoſtoli, repleti ſunt zelo, & iniecerunt manus in eos. Sed melior zelus pro Domino. Iehu ad Ionadab, 4. Reg. 10. Vide zelum meum pro Domino: nimirùm cùm ille vindicaret ſánguinem Naboth innocentem. Zelus item Polycarpi, D. Ioannis diſcipuli, qui cùm audiſſet Florinum blaſphemantem, exclamauit: ὦ καλὲ θεὲ, εἰς οἵους με καιροὺς τετήρηκας, ἵνα τάδων ἀνέχωμαι; O bone Deus, in quæ me tempora reſeruaſti, vt iſthæc blaſphema ſuſtineam? Origen.

B Hæc narrat Euſeb. libro 5. cap. 20. hiſt. Eccleſ. *Zelus domus tuæ comedit me.* Amor Eccleſiæ conſtruendæ me totum ſibi vendicauit, ſicut interpretatur Hugo. Porrò habent emphaſim omnes dictiones. 1. *Zelus*, qui cùm in bonam accipiatur partem, (ait Alcuinus) eſt quidam feruor animi, quo mens relicto humano timore, pro defenſione veritatis accenditur. 2. *Domus tuæ*, id eſt, Dei. Determinat enim qualis ſit hic zelus, quo Chriſtus non ſuam, ſed Patris gloriam quæſierit, Ioan. 3. *Comedit*, quòd hic non leuis aut ſubitus fuerit, ſed diutiſſimè in medullis cordis delituerit: ſicut & flammæ illæ, quæ totum ſuccum deuorant, & quaſi comedere dicuntur. Auguſtinus, Beda quoque hîc nos inſtruunt pro domo Domini zelari. Si videri- Euſeb. Hugo. Alcuinus. Beda.

C mus fratrem (ait Beda) qui ad Dei domum pertinet, ſuperbia tumidum, ſi detractionibus aſſuetum, ſi ebrietati ſeruientem, ſi luxuria eneruatum, ſi iracundia turbidum, ſi alio cuiquam vitio ſubſtratum, ſtudeamus inquantum facultas ſuppetit, caſtigare. Et ſi quid de talibus emendare nequimus, non ſine acerrimo mentis dolore ſuſtinere debemus: & maximè in ipſa domo orationis, vbi corpus Dei conſecratur, vbi Angelorum præſentia ſemper adeſſe non dubitatur, ne quid ineptum fiat: ne quid quod noſtram fraternámve orationem impediat, agamus. Auguſtinus verò in tractat. Amicus peruerſi aliquid agit (inquit) admoneatur leniter: vxor eſt, ſeueriſſimè frænetur: ancilla eſt, etiam verberibus compeſcatur. *Reſponderunt Iudæi, & dixerunt, Quod ſignum oſtendis nobis quia hæc facis?* O ſummam dementiam! (ait Chryſoſtomus, homil. vigeſimaſecunda in Ioannem) Signo opus erat, cùm malefacta corriperet, & Dei domum tanta purgaret ignominia? Zelus enim ille pro domus Dei honore maximum fuit virtutis ſignum. Illi Prophetiæ non meminerunt, ſed ſignum quærunt, dolentes turpe lucrum auferri, Auguſt.

D & vt eum ab incœpto auertant, ad miraculum inuitant. Licebit hîc obſeruare in Muſculi Eccleſiam, quod is contra ſe ait hunc in locum, in eos qui Eccleſiam reformare volunt. Quis ferat quòd iſti homines, inquit, abſque vlla authoritate, partim ſeculares, Eccleſiaſticos abuſus emendare, & falcem ſuam in alienam meſſem mittunt? Rogentur (hæretici) cur ad eos Eccleſiæ reformatio pertinet. Hinc nimirùm antiqui Canones vetant in Epiſcopos aut ſacerdotes agendum eſſe, & inquirendum, niſi ab iis qui ius in ipſos habeant: quòd nec ipſe Chriſtus aliis commiſerit eiicere vendentes & ementes ex ipſo templi adytu, ſed id ipſe, vt ſummam authoritatem habens, expedierit. *Dixit eis Ieſus, Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* Vt antea, cùm ſigna peterent, dixit, Generatio praua & adultera ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ Prophetæ: ita & nùc idem ſignum effert, mortis nimirùm ſuæ triduanæ, & ſequentis reſurrectionis. *Soluite*, non imperantis eſt, ſed cedentis, volentibus eum

E occidere. Oblatus eſt, quia voluit. quaſi dicat, Permittā vt tandem ſoluatis. *Templi* nomine, corpus ſuum intelligit, vt tandem interpretatur Ioannes. 1. Quòd in eo Deus habitet. 2. Quòd ſacrarium ſit. 3. In eo ſeſe offerat Patri. 4. In eo vt ſacerdos in templo pro noſtris exoret delictis. *Excitabo*, ex oppoſito eſt Soluite. Nam Chriſtus corpus ſuum excitauit, quod occidendo Iudæi ſoluerant. Vnum igitur Iudæorum, alterum Chriſti opus eſt. Nec mirum ſi *templi* nomine corpus intelligat, cùm & ipſa corpora noſtra templum ſint Spiritus ſancti. Ezechiel. 47. Quod enim legimus aquam egredientem à latere dextro templi, myſticam ſacramentorum rationem intelligimus, quæ è Chriſti latere profluxerunt cum ſanguine & aqua. Ex eo autem quod ait, *Excitabo*, Tertullianus libro de Trinitate, colligit Chriſtum Deum: Tertull. cùm vnius Dei ſit mortuos excitare. Vnde & ipſe filius ſeipſum coæqualem Patri oſtendens, ait: Sicut Pater ſuſcitat mortuos & viuificat, ſic & filius quos vult viuificat, Ioannis quinto. Et rurſus: Ego poteſtatem habeo ponendi animam meam, & iterum ſumendi

eam. Quærat quispiam cuiusnam rei hoc signum futurum sit? An mors triduana Christi in si- F
gnum ejectionis Iudæorum è templo futura sit? Vtique. Nam cùm ad Christi mortem extin-
ctio nostrorum scelerum pertineat, Rom. 6. & ad resurrectionem nostra ad puritatem & noua
secundum Christum excitatio. Proinde ejectio hæc simoniacorum & sacrilegorũ Iudæorum
è templo materiali Salomonis, in signum fuit ejectionis eorundem è corpore Christi spirituali:
quemadmodum & soluendi illius in triduo corporis, vt tandem excitaretur. Soluerunt enim
Iudæi legem, dum eam æmulantur, & Christum persecuti sunt. Vnde vt à Salomonis templo,
ita à Christi corpore, quasi suarum funiculis iniquitatum ejiciuntur. Interim verò mors ipsius
nobis fiduciam præstat, quoniam per ipsam Christo consepulti sumus, & commortui sumus,
vt & per illum viuificemur. Sicut enim idem ipse, cuius templum destructum, seu corpus mor-
tuum fuit, seipsum excitauit tertia die: ita & suscitabit mortalia corpora nostra, propter inhabi- G
tantem spiritum in nobis, & animas nostras per gratiam suam, è peccato ad iustitiam repara-
bit. Hoc signum datum est Nichodemo, Ioann. 3. hoc Iudæis. Cùm exaltaueritis filium homi-
nis, inquit, tunc cognoscetis, quia ego ipse sum. Hoc signum est noui Testamenti, de quo Si-
meon dixerat: Hic positus est in signum cui contradicetur. Seu istud datur omnium primum
signum Hierosolymis, vt ostendat non defuturam sibi potestatem ad prosternendos inimicos,
cùm in cruce passionem sustinuerit. Nam qui primùm flagello facto ex funiculis negotiatores
tanta cum virtute ejecit, vt nemo mutire auderet: cur non idem facere posset in eos, qui pro-
phanis manibus sacrum sui corporis templum attentarent? Verumtamen etsi parcat hostibus
suis ad tempus, tandem tamen illis parata esse diuinæ vindictæ flagella admonet. Si enim non
pepercit iis, qui templum typicum & legale prophanarunt: quid non faciet in eos, qui tot cru-
ciatibus corpus eius subiecerunt? Num deteriora putamus mereri supplicia, qui Christum pro-
phanarit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit? Hebr. 12. *Dixerunt ergo Iudæi, Quadra-* H
ginta & sex annis ædificatum est templum hoc: & tu in tribus diebus excitabis illud? Errant, quòd
de templo Salomonis Christum loqui putent, & eius ædificatione: Primam verò minimè, sed
secundam templi ædificationem intelligant. Prima namque à Salomone septem annis pera-
cta est, quia destructum à Chaldæis post 70. annos, iussu Cyri Persæ laxata captiuitate reædifi-
Beda. cari cœptum est (ait Beda.) Sed opus quod Principibus Zorobabel & Iesu faciebant propter
impugnationem Gentium vicinarum, ante 46. annos implere nequiuerunt. Idem habet Eu-
Eucher, Iosephus. Cl. Alex. Augusti. cherius libro 4. noui Testamenti in Ioannem. De hac reparatione templi Daniel cap. 9. Iose-
phus lib. 11. Antiquit. Clemens Alexandr. libro 1. Strom. loquuntur. *Ille autem dicebat de templo*
corporis sui. Sic in ambiguo versantur, quòd ad literam verba Dei intelligenda putent. Augusti-
nus, lib. 4. de Trinit. cap. 5. Nec immeritò, inquit, in ædificatione corporis Dominici, in cuius I
figura templum à Iudæis destructum, triduo se resuscitaturum esse dicebat, numerus ipse sena-
rius pro anno positus intelligitur. Dixerunt enim, Quadraginta & sex annis ædificatum est tẽ-
plum. Et quadragies & sexies seni, fiunt ducenti septuaginta sex: qui numerus dierum complet
nouem menses & sex dies, qui tanquam decem menses parientibus fœminis imputantur: Non
quia omnes ad sextum diem post nonum mensem perueniunt, sed quia ipsa perfectio corporis
Domini tot diebus ad partũ perducta cõperitur, sicut à maioribus traditum suscipiẽs Eccleſiæ
custodit authoritas. Octauo enim Kal. Aprilis conceptus creditur, quo & passus. Ita & monu-
mento nouo, quo sepultus est, vbi nullus erat mortuorum positus, nec antè, nec postea, cõgruit
vterus virginis, quo conceptus est, vbi nullus seminatus est mortalium. Natus autem traditur
46. numerus in Christi requiritur corporis formatione, quomodo. octauo Kal. Ianuarias. Ab illo ergo die vsque ad istum cõputati ducenti septuaginta & sex dies
reperiuntur, qui senarium numerum quadragies sexies habent, quo numero annorum templũ
ædificatum est: quia eo numero senariorum corpus Domini perfectũ est, quod mortis passione K
destructũ, triduo resuscitauit. *Dicebat* enim (Ioan. 2.) *hoc de templo corporis sui*, sicut euidentissimo
Idem. Euangelij testimonio declaratur, quo ait: Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus
noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Eandem habet
sententiã l. 83. Quæst. qu. 56. hæc enim habet. Sex, nouem, duodecim, decẽ & octo, hæc in vni-
uerso fiunt quadragintaquinque. Adde ergo ipsum vnũ, fiunt quadraginta sex. hoc sexies, fiunt
ducenta septuaginta sex. Dicitur autem conceptio humana sic procedere & perfici, vt primis
sex diebus quasi lactis habeat similitudinem, sequentibus nouẽ diebus conuertatur in sanguinẽ:
deinde duodecim diebus solidetur: reliquis decem & octo diebus formetur vsque ad perfecta
lineamenta omniũ membrorũ: & hinc iam reliquo tẽpore vsq; ad tempus partus magnitudine
augeatur. Quadraginta ergo quinque dies addito vno, quod significat summam: quia scilicet &
nouem, & duodecim, & decem & octo in vnũ coactis, fiũt quadraginta quinque. Addito ergo,
vt di-

A vt dictum est, vno, fiunt 46. qui cùm fuerint multiplicati per senarium numerum, qui huius ordinationis caput tenet, fiunt ducenti septuaginta sex, id est, nouem menses & sex dies, qui computantur ab octauo Kal. Aprilis: quo die conceptus Dominus creditur, qui eodem die etiam passus est vsque ad octauum Kal. Ianuar. quo die natus est. Non ergò absurdè quadraginta sex annis dicitur fabricatum esse templum, quod corpus eius significabat, vt quot anni fuerunt in fabricatione templi, tot dies fuerint in corporis Dominici perfectione. Eadē ferè leguntur quæst. 26. dialogo ad Orosium. Neque verò mouere debet aliquem id quod legitur Idem Aug.
Hieremiæ 31. Nouum faciet Dominus super terram: fœmina circundabit virū: quasi hac sententia meditatio numeri 46. ad Christi corporis formationē ab Augustino prolata, eludatur. Sed ad hoc dicendum est, inquit Albert. in Io. quòd quamuis in aliis embryonibus, maribus figuretur corpus in quadraginta sex diebus, & perficiatur ad natiuitatē in sexies 46. diebus: tamē Albertus.
B Domini corpus statim ab instanti conceptionis figuratum est. Sed in quantitate non fuit cōpletæ quātitatis, nisi 46. diebus, & pòst in quadragesies sexies diebus ad nascendū. Et ideò dictū Augustini intelligitur quantum ad quantitatem molis, & non quoad figurationē: Et sic similitudo est constructionis Dominici corporis, ad tempus ædificationis templi materialis. Ericus Ericus Ab.
Abbas post Augustin. tract. 9. & 10. in Ioan. & post Bedam in Ioan. simul cum D. Thoma, 3. Thomas.
part. Summæ, quæst. 33. art. 1. hæc meditatur. Possumus quoque (inquit) hunc ipsum numerū in nomine Adam, supputato ipsarum literarum numero, inuenire, cuius nomen ex principalibus quatuor climatum mundi literis apud Græcos constat: per quod innuitur, ipsum primū parentem nostrum de paradiso eiectum, & in totum orbem fuisse disseminatum. Nomina quippè quatuor mundi partium secundum Græcos sunt, ἄρκτος, δύσις, ἀνατολὴ, μεσημβρία, hoc
C est, Septentrio, Occidens, Oriens, & Meridies. Nomen verò Adam ex α, δ, α, μ, constat: quarum literarum secundum Græcos numerus est α, vnum, δ, quatuor, & rursum α, vnum, & μ quadraginta, quæ simul sunt 46. Tot nimirùm diebus corpus Christi in vtero virginali formatum ac perfectum est: per quod designabatur, primum Adam per orbem dispersum, per secundum Adam, id est, Christum, colligendum, atque in vnionem fidei congregandum. *Hoc* igitur *dicebat de templo corporis sui.* Nam, vt scribitur Heb. 9. Per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum, id est, non huius creationis, introiuit Iesus. Hoc enim est glorioßissimum templum, & domus Deitatis, de quo dicitur Aggæi 2. Meum est aurum, & meum est argentum, dicit Dominus exercituum. Magna erit gloria domus huius nouissimæ plusquàm primæ. Si enim templum Dei sanctum est, quod estis vos, 1. Cor. 3. quantò magis glorioßum templum est corpus Christi, in quo diuinitas corporaliter habitabat? Col. 2. Et in quo omnis plenitudo gratiæ redundauit. Ioan. 1. Plenum gratiæ & veritatis. Si quidem ipse,
D vt scribit Vigilius lib. 5. contra Eutychen, carnem sibi in vtero matris creauit, cui se ineffabili Vigilius.
modo vniuit iuxta Salomonis verba, dicentis: Sapientia ædificauit sibi domum, quæ posset morte destrui, & per resurrectionē reparari. *Cùm ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli eius, quia hoc dicebat de corpore suo,* quod est Deitatis templum. Euthymius in Ioan. Quū Euthym.
autem, inquit, hoc diceret, hæsitabant quidnam diceret, nec credebant. Multa quoque talia *Cur Christ⁹ tēpli significationē nō explicauit.*
loquitur, primùm quidem audientibus incerta, postmodùm verò manifesta: vt ostēdatur præuidisse quæ dicebat. Et quare ænigma non dissoluit, dicens quòd templum intelligeret corpus suum? Quia tunc ei fides habenda non erat. Siquidem duo tunc obstabant: vnum quidē resurrectionis opus, alterum verò, quòd Deus esset qui tale templum inhabitaret. Thomas Tho. Aqu.
Aqu. in Ioan. Cæterùm, inquit, ex hoc contextu Apollinaris erroris occasionem sumens, di- *Error Apollinaris.*
E xit, quòd caro Christi esset materia inanimata: quia templum est res inanimata. Sed in hoc decipitur: quia cùm dicitur quòd corpus Christi est templum, est metaphorica locutio: in qua quidem locutione non attenditur similitudo quātum ad omnia, sed quantum ad aliquid, scilicet quantum ad inhumanationem, quæ quidem refertur ad naturam. Theophilactus in Theoph.
Ioan. Et quidem Apollinaris tentat hoc loco patrocinium suæ hæreseos inuenire. Volēs enim persuadere inanimatam esse carnem Domini, dicit, quòd templum dicatur caro: templum autem inanimatum sit: Inanimata ergo & caro est. Attonite & versute, tu & ligna & lapides, Domini carnem facies: quandoquidem ex his est templum. Quando autem audieris Dominum, Nunc turbata est anima mea: &, Potestatem habeo ponendi animam: quomodo ea intelligis? Quòd si tu non de mentali & rationali anima hæc dicta asseris, quò refers hoc, Pater, *Corp⁹ christi anima præditum.*
in manus tuas commendo spiritum meum? Vtique hoc de inanimata anima non intellexeris. De hoc autem, Non derelinques animam meam in inferno, quid tibi videtur? At tu vnà cū tuis peccas: propterea tua corrūpis. *Cùm autem esset Hierosolymis in Pascha in die festo, multi cre-*

diderunt in nomine eius, videntes signa quæ faciebat. Hic fructus prædicationis eius, & miracu- F
lorum est. Ad hoc enim vtrumque faciebat, vt homines lucraretur. Sic verbum Dei simile
est sagenæ missæ in mare, &c. ex omni genere piscium congreganti. Thomas Aquinas in Ioã-
Tho Aqu. nem. Sed quæritur, quænam viderunt signa facta Iesu, cùm nullum legamus eum tunc signũ
Quænam sig- feciſſe in Hieruſalem. Ad hoc potest dupliciter responderi secundum Origenem. Vno modo,
na Iesu vi quòd multa signa facta sint à Iesu ibi tunc temporis, quæ hîc non habentur. Nam Euangeli-
sa sunt. stæ multa scienter prætermiserunt de miraculis Christi, quum tot fecerit, quot non posset de
Origen. facili scribi. Ioan. vlt. Multa quidem signa fecit Iesus, &c. Et hoc signanter Euangelista osten-
Non omnia dit, cùm dicit, Videntes signa, &c. Quæ iam prætermissa sunt: quia non fuit intentio Euã-
scripta sũt. gelistarum omnia signa Iesu conscribere, sed tot quot necessaria erant ad Ecclesiam fidelium
instruendam. Alio modo: quia inter alia miracula potest maximum signum reputari, quòd
cum flagello facto ex funibus, hominum multitudinem Iesus de templo solus eiecerit. Qua- G
liter autem ad credentes se habuit, ostendit dicens: *Ipse autem Iesus non credebat semetipsum*
Augusti. *eis:* scilicet qui crediderant in eum. August. tract. 11. in Ioan. Magna, inquit, & mira res. Cre-
Quomodo dunt homines in Christum, & Christus nõ se credit hominibus, præsertim quia filius Dei est.
christus Vtique enim volens passus est: & si nollet, numquam pateretur: qui si nollet, nec nasceretur.
omnipotens Si autem hoc solum vellet, vt nasceretur tantùm, & non moreretur, & quicquid vellet face-
non se cre- ret, quia omnipotentis Patris filius omnipotens est: ex ipsis rebus probemus, quia cùm vo-
didit Iu- luissent eum tenere, discessit ab eis. Loquitur Euangelium: Et quum voluissent eũ de vertice
dæis. montis præcipitare, discessit ab eis illæsus. Et quando venerunt ad eum comprehendendum
iam venditum à Iuda proditore, cùm ille putaret in potestate se habere tradere magistrum
suum, & dominum suum, & ibi ostendit Dominus voluntate se pati, non necessitate. Nam
cùm comprehendere Iudæi eum voluissent, dixit illis, Quem quæritis? At illi dixerunt, Iesum H
Nazarenum. Et ille, Ego sum. Hac voce audita, redierunt retrò, & ceciderunt. In eo quòd
eos respondens deiicit, ostendit potestatem: vt in eo, quòd ab eis comprehensus est, ostende-
ret voluntatem. Ergo quòd passus est, misericordię fuit. Traditus est enim propter delicta no-
stra, Rom. 4. Et resurrexit propter iustificationem. Nemo tollet animam meam à me, sed
ego pono illam, & iterum sumo eam. Cùm ergo haberet tantam potestatem, cùm eam dictis
prædicaret, factis ostenderet: quid sibi vult, quòd non eis se credebat Iesus, quasi aliquid no-
lenti nocituris, aut aliquid nolenti facturis, præsertim quia non crediderant in nomine eius?
Et de ipsis dicit Euangelista, Crediderunt in nomine eius, de quibus dicit, Ipse autem Iesus nõ
credebat semetipsum eis. Quare? Quòd ipse nosset omnes, & quia opus ei non erat, vt quis
testimonium perhiberet de homine, ipse sciebat quid esset in homine. Plus nouerat artifex
quid esset in opere suo, quàm ipsum opus quid esset in semetipso. Creator hominis nouerat, I
quid esset in homine, quod ipse creatus homo non nouerat. Nónne hoc probamus de Petro,
quia non nouerat quid in ipso esset, quando dixit, Tecum ero vsque ad mortem? Audi quia
Dominus nouerat quid esset in homine. Tu mecum vsque ad mortem. Amen Amen dico
tibi, priusquàm gallus cãtet, ter me negabis. Homo ergo nescibat quid esset in se: sed crea-
tor hominis nouerat quid esset in homine. Crediderant tamen in nomine eius multi, & ipse
Iesus non se credebat eis. Quid dicimus, Fratres? Fortè consequentia indicabunt nobis, quid
sibi vult mysterium verborum istorum, quia crediderant in eum homines. Manifestum est,
verum est, nemo dubitat, Euangelium loquitur, verax Euangelista testatur. Item quia ipse Ie-
sus non credebat semetipsum illis, & hoc manifestum est, & hoc nullus Christianus dubitat,
quia & hoc Euangelium loquitur, & idem verax Euangelista testatur. Quare crediderunt illi K
Chrysost. in nomine eius, & Iesus non credebat semetipsum illis. Chrysostomus hom. 23. in Ioan. No-
rat igitur eorum infirmitati non credendum. Homines enim, vtpotè qui neque præsentia, ne-
que futura intelligũt, cum fraudulentis & instabilibus sæpe numerò res suas sine suspicione cõ-
municant: Christus autem abscondita cordium manifestè intuebatur. Tales multi sunt his
quoque temporibus, qui sibi fidei nomen vendicant, nec facilè ad credendum adducuntur.
His neque nunc Christus fidit, plurima occulit: & quemadmodum nos non eodem modo
amicis nomine & re credimus, ita neque Deus. Audi quid discipulis dicat: Non iam dico vos
Non sunt seruos. Vos amici mei estis. Vnde, & quam ob rem? Quia quæcunque audiui à Patre, nota
quærenda feci vobis. Hac gratia nulla Iudæis ne petentibus quidem signa ostendebat, quoniam tentãdi
signa. gratia percontabantur. Nónne & nunc quoque signorum petitio, tentantium est? Sunt sanè
& hac nostra ætate, qui quærant, Quare & nunc signa non fiunt? Si fidelis es vt oportet, si
Christum diligis vt diligendus est, non indiges signis. Signa etiam incredulis dantur. Cur igi-
tur,

A tur, inquis, Iudæis non data sunt? Sunt inquam maximè. Quòd si petentes aliquando non acceperunt, ideò factum est, quoniam non vt ab incredulitate desisterent, ea quærebant, sed vt magis malitia sua obdurescerent. Credebant igitur, & non credebant. Credebant, sed fide informi, humana & imperfecta: non tamen ea fide, quam Dominus à nobis requirit. Theophilactus in Ioan. Videbantur quidem multi credere in nomine Iesu, cùm esset in festo: sed non firma illorum fides erat. Ad tempus enim attendebant Christo, non vt Deo, sed vt homini qui Deo afflabatur, ac iterum à fide illa contemptibili excidebant. Thomas Aqu. in Ioann. Et ideò notanter Euangelista vt ostendat eos imperfectè credere, non dicit, quòd credebant in eum: quia nondum credebant eius diuinitatem: sed dicit, in nomine eius, illud quod de eo nomine tenus dicebatur, scilicet quòd iustus, vel huiusmodi. Vel secundum Augustinum. Isti gerunt in Ecclesia typum catechumenorum, qui etsi credant in nomine Christi, Iesus tamen in

B illis non credit. Quia Ecclesia non dat eis corpus Christi: quodquidem corpus sicut nullus sacerdos conficere non potest, nisi in sacerdotem consecratus: ita nullus sumere debet, nisi baptisatus. Ratio autem huius rei, quòd non credebat se eis, ostenditur ex perfecta Christi cognitione. Vnde dicit: *Eò quòd ipse nosset omnes: & quia opus ei non erat, vt quis testimonium perhiberet de homine. Ipse enim sciebat quid esset in homine.* Licet autem homo ignorans debeat de quolibet præsumere bonum, tamen postquàm veritas innotescit de aliquibus, debet se homo habere ad eos secundum eorum conditionem. Et quia Christum nihil latebat eorum quæ sunt in homine (cùm sciret eos imperfectè credere) non credebat se eis. Describitur autem conditio vniuersalis: quia nondum familiares, sed etiam alios extraneos cognoscebat. Et ideò dicit, Eò quòd ipse nosset omnes: & hoc per potentiam diuinitatis. Eccl. 23. Oculi Domini multò lucidiores super solem, &c. Nam homo etsi cognoscat alios, non tamen certam cognitionem de eis potest habere, quia non videt nisi ea quæ apparent: & ideò opus est ei testimonio aliorum. Christus autem certissimè cognoscit, quia intuetur cor: & ideò non erat ei opus, vt quis testimonium perhiberet de homine. Immò ipse testis est. Iob. 16. Ecce in cœlo est testis meus. Perfecta: quia non solùm quantum ad exteriora, sua cognitio se extendit. Et ideò dicit: Ipse enim sciebat quid esset in homine: id est, occulta cordis. Prou. 15. Infernus & perditio cordis coram Domino. Cyrillus Alexandrin. lib. 2. in Ioann. cap. 37. Eò quòd ipse nosset omnes, & quia opus ei non erat, vt quis testimonium perhiberet de homine (ipse enim sciebat quid esset in homine:) vero Deo solummodò, nec vlli creaturarum hæc dignitas attribuitur. Vnde Psalmista quoque dicit, Ps. 32. Qui finxit sigillatim corda eorum, qui omnia opera eorum intelligit. Si ergo solus Deus, quæ sunt in cordibus nostris, intelligit, quomodo non erit verus Deus saluator, qui profunda & abdita cordium nouit? Quis enim

D hominum sciuit quæ hominis sunt, nisi hominis spiritus qui in ipso est? Quum igitur nullus sciat, solus Deus non ignorat: quoniam cum cæteris omnibus non connumeratur: de quibus iure nullus adijcitur. Est enim extra numerum omnium Deus, nec quicquam eorum ignorat, quæ sub pedibus eius posita sunt. Viuus est enim sermo Dei & efficax (vt ait Paulus Hebr. 4.) & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ ac spiritus, compagum quoque & medullarum, & discretor cogitationum cordis. Et non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius: omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius. Audit quippè omnia qui plantauit aurem, & considerat cuncta qui finxit oculum. Vnde Iob 42. ipse dicit: Quis est qui celat me consilium, continens autem verba in corde, putat me celare? Vt igitur natura Deum vnigenitum esse credamus, diligenter ab Euangelista scriptum

E est, *non esse illi opus, vt quis testimonium perhiberet de homine. Ipse enim sciebat quid esset in homine.*

Theoph. *Quomodo credebant, & non.*

Tho. Aqui.

Augustin.

Corpus Christi nõ nisi à baptisatis sumendum.

Cyr. Alex.

Deus omnia nouit.

Nicodemus à Christo docetur de hominis regeneratione ad salutem necessaria, sua exaltatione, Dei dilectione, fide & spe in ipsum: & vnde fiat, vt multi fidem hanc & spem reijciant.

Matth. | Marc. | Luc.

IOAN. 3.

ERAT autē homo ex Phariſæis, Nicodemus nomine, princeps Iudæorum. F
Hic venit ad Ieſum nocte, & dixit ei, Rabbi, ſcimus quia à Deo veniſti magiſter. nemo enim poteſt hæc ſigna facere quæ tu facis, niſi fuerit Deus cum eo. Reſpondit Ieſus, & dixit ei, Amen, amen dico tibi, niſi quis renatus fuerit denuò, non poteſt videre regnum Dei. Dicit ad eum Nicodemus, Quomodo poteſt homo naſci, cùm ſit ſenex? numquid poteſt in ventrem matris ſuæ iterum introire, & renaſci? Reſpondit Ieſus, Amen, amen dico tibi, niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei. Quod natum eſt ex carne, caro eſt: & quod natum eſt ex Spiritu, ſpiritus eſt. Non mireris quia dixi tibi, Oportet vos naſci denuò. Spiritus vbi vult, ſpirat: & vocem eius audis, ſed neſcis vnde veniat, & quò vadat: ſic eſt omnis qui natus eſt ex Spiritu. Reſpondit Nicodemus, & dixit ei, Quomodo poſſunt hæc fieri? Reſpondit Ieſus, & dixit ei, Tu es magiſter in Iſrael, & hæc G
ignoras? Amen, amen dico tibi, quia quod ſcimus loquimur, & quod vidimꝰ teſtamur, & teſtimonium noſtrum non accipitis. Si terrena dixi vobis, & nō creditis, quomodo ſi dixero vobis cœleſtia, credetis? Et nemo aſcendit in cœlū, niſi qui deſcendit de cœlo Filius hominis, qui eſt in cœlo. Et ſicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet Filium hominis: vt omnis quicredit in ipſo, non pereat, ſed habeat vitam æternam. Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret: vt omnis qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam. Non enim miſit Deus filium ſuum in mundum, vt iudicet mundum: ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. Qui credit in eum, non iudicatur: qui autem non credit, iam iudicatus eſt: quia non credidit in nomine vnigeniti filij Dei. Hoc eſt autem iudicium: quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucē: erant enim eorum mala opera. Omnis enim qui malè agit, odit lucem, & non venit ad H
lucem, vt non arguantur opera eius: qui autem facit veritatem, venit ad lucē, vt manifeſtentur opera eius, quia in Deo ſunt facta.

Introductio.

IGNORANTIA quidem non in omnibus vitioſa eſt: in his tamē excuſari minimè poteſt, qui cæteros audire, & ab aliis doceri detrectant. Ad quod Heſiodus, lib. de oper. & dieb. alluſiſſe videtur, his verbis:

Heſiodus.

ἔργον δ' οὐδὲν ὄνειδος, ἀεργίη δέ τ' ὄνειδος. id eſt,

Labor quidem nullum dedecus eſt, ignauia verò dedecus eſt.

Vt enim non omnibus datum eſt adire Corinthum, ita nec omnibus licuit ad doctrinæ alicuius apicem conuolare. Hoc verò vitio vertimus, ſi quem pudeat ab aliis diſcere, ea maximè quæ ad animæ ſalutem, & Dei cultum faciunt. Cle- I
Cle. Alex. mens Alexandrin. lib. 4. Stromat. Dicunt, inquit, ſeruo aliquando ſciſcitanti, quidnam agens domino ſit placiturus: reſpondiſſe Pythiam, Inuenies ſi quæſieris. Et ita ſanè reſpōderi oportet iis, qui transferuntur omni vento doctrinæ, & ignorant ea quæ ſequuntur & affirmant: Vt quia abſtruſa omnia ſunt, quæ de Deo, Chriſto, Eccleſia, ſacramentis, cæteriſque omnibus quæ fidem ſpectant, dicuntur, quærant, vt inueniant. Hoc non erubuit Nicodemus, etſi magiſter in Iſrael cenſeretur. Ideò venit ad Ieſum nocte, & ab eo profundiſſima noſtræ fidei myſteria edoctus eſt. Narrauit Ioannes multos credidiſſe in nomine Chriſti, ex ſignis quæ ab illo fieri viderant: & ne fortè ad fidem allectos tantùm arbitremur ſimplices & idiotas, ecce no-

Summa.

bis virum ſpectatæ dignitatis & doctrinæ proponit, quem deſcribit à ſecta, nomine, & ſtatu. *Erat*, inquit, *homo ex Phariſæis, Nicodemus nomine, princeps Iudæorum.* Nomē ipſum illius magnum gratiæ argumentum præſagiebat. Nam ſi ipſum ad Græcam etymologiam referas, Vi- K

Etymologia nominis.

ctorem populi ſonare audies: ſin verò ad Hebraicam analogiam reduxeris, Sanguinem innocentem ſignificabit, à *Neki Dam*. Et quidem vtraque interpretatio Nicodemo conuenientiſſima eſt. Nam & ille populum ſuum ferum & infidelem ſua probitate & fide ſuperauit: & innocentem ſanguinē nactus eſt, per Chriſtū renatus, & eius immaculato ſanguine purificatus. Hic quidem primùm *ex Phariſæis erat*, ex illo hominum genere, qui ſibi clauem ſcientiæ, & ſummam innocentiam vendicabant: cùm interim cæci eſſent, & duces cæcorum (Matth. 15.) & ſimiles eſſent ſepulchris dealbatis, quæ foris quidem ſpecioſa videntur, intus autem fœtore plena ſunt. (Matth. 23.) Veruntamen hunc Deus ab hoc fermēto ſecreuit, & ſpeciali gratia donauit: ſiquidē non erat peruerſi & obdurati animi. Chryſoſtomus hom. 23. in Ioan. Hic enim

Chryſoſt.

Chriſto opitulatur, (Ioan. 7.) Dicit enim: Lex noſtra nō iudicat quemquam, niſi priùs audiat ab eo, & cognoſcat quid faciat. Aduerſus hunc indignati Iudæi dicebant, Interroga, & vide quòd

Prophe-

A Propheta ex Galilæa non surrexit. Hic etiam post passionem multum diligentiæ in sepulturã Dominici corporis adhibuisse perhibetur. Ioan. 19. Venit enim, inquit, & Nicodemus, qui venerat ad Iesum nocte primùm, ferens mixturam myrrhæ & aloës, quasi libras cẽtum. Hic nunc afficiebatur quidem Christo, non tamen vt oportebat, nec quo debebat animo, sed adhuc Iudaica imbecillitate detinebatur. Hic *princeps Iudæorum* nuncupatur, ἄρχων τῶν Ἰουδαίων, id est, ex senioribus illis, & synagogæ præcipuis doctoribus, quales etiam dicebantur principes sacerdotum. Nam licet Romani à Iudæis potiorem iuris & gladij potestatem abstulissẽt, manebat tamen penes illorum principes quædam illius ratio, in eiiciẽdis è synagoga, & requirendis blasphemis. Porrò & hoc mirum est, quòd Nicodemus & supercilium Pharisaicum, & principibus communem fastum deposuerit: nec ad se, vt alij quidam, Christum conuocarit, sed ad ipsum diuerterit. Hoc nimirùm videmus fastus esse argumentum in magnatibus, vt

B sibi velint nõ modò Christi ministros, sed & ipsum etiam Christum obsequi: nec illi ad Christi sacramenta properent, sed ipsa ad eos deferri velint, sepositа omni necessitate, sed non nisi adiuncto contemptu maximo. *Hic venit ad Iesum nocte.* Post personæ descriptionem, subiicit facti narrationem. Venit, inquit, ad Iesum, venit nocte. Cur verò ad Iesum venisset ipse Pharisæus, princeps, & solus venisset, nisi magnam de eo concepisset opinionem? Beda in Io. Cupiebat enim secreta eius allocutione plenius discere secreta fidei, cuius aperta ostensione signorum, aliquatenus iam rudimenta perceperat. Cyrillus Alexandr. lib. 2. in Ioan. cap. 38. Ita propensus ad fidem Nicodemus fuisse videtur, sed pudore improbo victus, & gloria hominũ superatus, palàm accedere non audet: ita ambigua quadam sententia, & claudicante iudicio, vtrisque, vt dicitur, poplitibus laborat. Nam conscientia quidem stimulis suis miraculorum magnitudine ad fidem eum pellebat: principatus autem Gentis suæ, ne palàm Christo adhæreret, facilè illi persuadebat: qui principatus detrimentum, calamitatem non paruam existimabant. Vtrumque igitur, & fidem scilicet, & gloriam hominum retinere cupiens, tenebris se commisit: quæ duplicitatem animi eius apertè accusant. Hîc vides quantum aliquando potestas temporalis, & illa hominum magnitudo detrimentum adferat: quam dum quisque in suo gradu saluam retinere contendit, ea quæ Dei, & propriæ salutis sunt, contemnit. Eapropter Christus consulebat, vt vendantur potiùs temporalia, & pauperibus dentur, ne fortè dum illis adhæremus, à Deo secedamus. Sed &, vt scribit Sozomenus historiæ Ecclesiasticæ libro septimo, cap. 24. Ambrosius aliquando Theodosium illum magnum Romanor. Imperatorem admonuit, vt Ecclesiam ingressurus, regiam illam ambitionem seponeret: vt qui eum accederet, qui deponit potentes de sede, & exaltat humiles. Nicodemus ergo ad Iesum accedens, *dixit, Rabbi, scimus quia à Deo venisti magister.* Superiùs diximus dictionem Rabbi, ho-

D noris esse, iisque tribui, quibus magna scientiæ copia & experientia suppetit. Vnde & Matth. 23. Christus hoc nomen Pharisæos summum duxisse notat. Amant, inquit, primos in cœnis recubitus, primas in conuentibus cathedras quærunt, & vocari in foro Rabbi. Hanc Hebraicam dictionem ad emphasim seruauit Ioannes. *Scimus*, ait. Ne fortè vnius hæc putetur esse sententia, in plurali loquitur, quòd multi hanc de Christo conceperint opinionem. Nec opinionem modò dixerim, sed & fidem. Non enim, ait, existimamus, putamus, sed scimus. Et in eam sententiam non populum modò, sed & eos, quibuscum ille versabatur, principes & seniores venisse ostendit. Ioel. 2. Dedit nobis doctorem iustitiæ, & descendere faciet ad nos imbrem matutinum & serotinum. Esa. 30. Erunt oculi tui videntes præceptorem tuum, & aures tuæ audientes verbum post tergum monentis. Et quidem hanc scientiam, quam in Christo agnoscit, non acquisitam, sed infusam esse fatetur. Venisti, inquit, à Deo. Sic enim

E Spiritus Domini, quos vult, in se transformat, & ex imperitis peritissimos efficit. Interim tamẽ illum purum hominem agnoscit, non autem vt Dei filium, virtutem, & sapientiam. *Nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo.* Itaque si tot iam signa fecerat Iesus, cùm ad eum Nicodemus venit, manifestũ est omnia ab Euangelistis esse descripta: cùm præter aquę in vinum conuersionem, & nundinantium eiectionem, nullum ab eo editum signum legamus. Et vide quid profuerint miranda illa opera, nimirùm, vt teste Aug. l. 22. de ciuit. Dei. c. 8. per ea mundus ad fidem induceretur. His enim argumẽtis Nicodemus Christũ à Deo venisse coniicit. Nec ad dæmonũ impostura signa illa traducit, quin potiùs à Deo certissimè proficisci fatetur. Sed contrà, Matth. 7. multi dicent in illa die, Domine, Domine, nõnne in nomine tuo prophetauimus? Nónne in nomine tuo dæmonia eiecimus? Et ego confitebor illis, inquit Christus, quia non noui vos. Respondet Albertus Mag. in Ioan. miracula fieri ad conuersionem fidelium, siue illa à sanctis fiant, seu à peccatoribus. Pendet enim illorum

Cur venit nocte. Beda. Cyr. Alex.

Ambitionis damna.

Sozomen.

Multa signa à Christo edita. Augustin.

Alb. Mag.

Qualis christi virtus.

virtus à Deo. Nec quidem dubium est aliquando fieri ad demonstrandã personæ sanctitatem, semper autem ad demonstrandam sanctitatem Ecclesiæ. Inde scilicet, & aliquando, per malos fiunt, in fide tamen Ecclesiæ. Et ita Deus, qui per essentiam omnia replet, in aliis est per gratiam iustificantem, in aliis per operationem: quomodo est etiam in prauis Ecclesiæ ministris, ad perfectionem eorum quæ in Ecclesia sua instituit. Porrò in Christo fuit excellentius, & per vnionem hypostaticam, & naturalem. Verùm nondum ad hæc mysteria peruenit Nicodemus. *Respondit ei Iesus, Amen Amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuò, non potest videre regnum Dei.* ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἄνωθεν, genitus fuerit desuper. Ita Cyrillus Alexandrinus, Theophilact. & Euthymius legunt. Verùm Latinus interpres sensum attendit: siquidem non hîc de generatione priori & carnali, sed de regeneratione spirituali differitur, vt ex consequentibus audiemus. Theophilactus in Ioann. Videntur autem verba à Saluatore dicta, nihil alludere ad ea, quæ à Nicodemo prolata sunt: at si quis rectè perpenderit, rectè congruere inueniet. Quandoquidem Nicodemus humilem de Christo habebat opinionẽ, nempe quòd magister esset, & Deus esset cum illo: dicit ei Dominus, Meritò ita de me sentis. Nondum enim natus es supernè, hoc est, à spirituali natiuitate, sed carnalis es: & cognitio quam de me habes, non est spiritualis, sed animalis & humana. Ego autem dico tibi, quòd nisi tu, & quisquis alius fuerit, supernè nati fueritis, & piam de me opinionem habueritis, extra regnum cœlorum estis. Natiuitas enim per baptismum, illuminationem præbens animæ, regnum Dei, hoc est, vnigenitum eius filium videre dat & intelligere. Nam sicut Dei sapientia filius est, ita & regnum quoque Dei dicitur. Hoc sanè regnum nemo videt, hoc est, intelligit, ô Nicodeme, nisi natus fuerit à Deo: atque ita etiam tu, quoniam nondum natus es spiritualiter, propterea non vides regnum Dei, sicut oportet, sed humilem opinionẽ de me habes. Cyrill. Alex. l. 2. in Io. c. 40. Non igitur, ita vt putas, Nicodeme, pietatẽ ac fidem cõsequêris, nec nudis verbis adipisci iustitiã poteris. Non enim quicunque dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnũ cœlorũ (Matth. 7.) sed qui voluntatẽ patris mei facit, regnũ cœlorũ possidebit. Voluntas autẽ patris est, vt Spiritũ sanctũ homo suscipiat, & inaudito nouóque modo regeneratus, cœlorũ ciuis efficiatur. Euthy. in Ioan. Existimabat enim Nicodemus se nosse Deũ, & rectè de eo sentire: sicut & multis contingit, qui superbia, & nimia propriæ sapientiæ præsumptione inflati, statim atque sacrum scripturarum librum attigerint, spondent se posse soluere signacula eius, & omnem difficultatem breui compendio euoluere: quales & ij sunt, de quibus conqueritur D. Hieronymus ad Paulinum. Ostendens autem Christus, quòd longè à veritate aberraret, ait, *Nisi quis renatus fuerit*, per regenerationem diuini baptismatis, *non potest* scire siue cognoscere eius dignitatem ac magnitudinem. Nec enim sapientiâ humanâ allata Prophetia est, sed Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. Vnde & idem ipse spiritus necessarius est illi, qui ex Prophetis Christum colligere & intelligere voluerit. Sed etsi quis ipsum Christum audiat, etsi habeat verba ipsa, & profundissima mysteria, quæ sapiens quisque miretur: nondum tamen ad penitiorem eorum sensum & gratiam peruenit, donec Spiritu sancto illustretur. Itaque verbum *videndi*, ibi pro verbo cognoscendi positũ est, & *regnum Dei*, pro gratia redemptionis humanæ, quæ per Christum dispensatur, interpretari oportet. Dicit autem hanc gratiam cognosci non posse, nisi à regeneratis. Et duas res præcipuè cognitu necessarias, & ab omnibus fidelibus notandas dicit. Vna est, cognosci non posse à quoquam mortalium, quæ ad regnum Dei nostrámque salutem pertinent. Altera est, ad cognitionem regni Dei requiri nouum hominem. Quid enim à semetipso habet homo, vt intelligere possit factorem suum, & apprehendere quæ Dei sunt? Augustinus lib. 22. de ciuit. Dei, cap. 22. Quid enim aliud, inquit, indicat horrenda quędam profunditas ignorantiæ, ex qua omnis error existit, qui omnes filios Adam tenebroso quodam sinu suscipit, vt homo ab illo liberari sine labore, dolore, timore non possit? Inde fit, vt non cognouerit mundus per sapientiam Deum. Hinc est quòd Apostolus, Eph. 2. Eratis, inquit, aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Et lex spiritualis, ego autem carnalis sum, vænũdatus sub peccato. Et 1. Cor. 2. Animalis homo non percipit quæ Dei sunt. Oportet igitur ipsum ex animali spiritualem fieri: quodquidem illi per regenerationem ex Spiritu sancto continget. Alioquin nihil philosophia, nihil prudentia, nihil humana hîc doctrina proficiet. Nam quicquid in homine ab ipso profectum est, in Deũ militare videtur. Tertullianus lib. de præscript. contra hęretic. Philosophos patres hæreticorum vocat. Est in homine ratio, sed cæca. Est amor, sed suiipsius, non ordinatus. Est timor, sed non Dei. Est gaudium & voluptas, sed in creaturis, non in creatore. Est odium, sed omniũ quę carni aduersantur, non eorum quæ Deo displicent. Hæc omnia sunt innouanda, vt fiat homo

A quibus possit christus cognosci.

Theophil.

Cyr. Alex.

Euthym.

Hierony.

Augustin.

Tertull.

A homo Dei,& rerum ſpiritualium intelligens,diligens Deum & proximum,timẽs Dei,in Domino gaudens,& peccatum odio perſequens. Eſt verò corpus infirmum,peccati ſeruum,quod & ipſum corruptibile animam aggrauat:ideò & corpus & animam,id eſt totum hominem regenerari in nouam creaturam oportet, vt particeps regni Dei efficiatur. Hæc Chriſtus Nicodemo Phariſæo,qui fortè cum cæteris Phariſæis, propter longa ſtudia, de Dei lege gloriabatur:vt quantumuis doctos deprimeret,& ab inſolentia reuocaret: doceret autem in Domino gloriandum eſſe. Summa enim ſcientia, vt ſcribit Cyrilius Hieroſolymitanus, illuminatorum Cyr. Hier.
Catecheſi 6.eſt in rebus diuinis noſtram ignorantiam profiteri. Cæterùm ſi verterimus dictionem ἄνωθεν pro denuò, ita ſecunda generatio intelligetur: & docemur, nec carnem nec ſanguinem facere ad Dei cognitionem. Si verterimus,pro eo quod dicimus,deſuper, vel è ſupernis,intelligemus ad hanc hominis regenerationem,nihil eorum quæ in mundo ſunt, face-
B re:nihil prodeſſe diuitias,cenſum, honores, ſcientias: ſed requirendam eſſe virtutem deſuper aduenientis Spiritus ſancti in nos, Luc. 24. Quòd ſi ἄνωθεν idem eſt,quod ex integro,monebimur nihil in nobis eſſe,quod non purgandum ſit. Hæc autem Chriſtus cum aſſertione *Amen Amen* bis repetita confirmat, ne quis fortè hîc ſibi blandiatur, & pauci faciat quæ dicuntur: cùm omnium prima ſit hæc meditatio, quòd non ſumus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis,quaſi à nobis,ſed ſufficientia noſtra ex Deo ſit. *Dixit ad eum Nicodemus, Quomodo poteſt homo renaſci,cùm ſit ſenex? Numquid poteſt in ventrem matris ſuæ iterum introire,& renaſci?* Nicodemus adhuc carnalis & animalis, quæ ſpiritualia dicebantur à Chriſto, non intelligebat. Et ipſe ſuum, immò communem omnibus morbum non agnoſcebat, corruptionem illam noſtræ naturæ, quæ reparatione per Meſſyam indigeat. Alioquin ſi idipſum ſenſiſſet, vtique & ſe peccatorem,& miſerum confeſſus fuiſſet: & id quæſiiſſet, quod Paulus Roman. 7. Infœ-
C lix ego homo,quis me liberabit à corpore mortis huius? Et tum audire meruiſſet id Pauli, Gratia Dei per Ieſum Chriſtum. Auguſtinus libro 14. de ciuitate Dei, cap.1. A duobus enim pri- Auguſt.
mis (Adam & Eua) tam grande peccatum admiſſum eſt, vt in deterius eô natura mutaretur humana,etiam in poſteros obligatione peccati,& mortis neceſſitate tranſmiſſa. Mortis autem regnum in homines vſqueadeò dominatum eſt,vt omnes in ſecundam quoque mortem, cuius nullus eſt finis,pœna debita præcipites ageret,niſi inde quoſdam indebita Dei gratia liberaret. Verùm cùm ſeipſum non agnoſcat Nicodemus,id eſt,morbum ſuum, immò morbum *Quærere quomodo, ſæpiùs infidelium eſt.*
communem minimè ſentiat,non mirum eſt,ſi neque medicum,nec remedium modò prolatum intelligat. Cæterùm quæſtiones iſtæ quæ initium ſumunt à Quomodo, & his ſimiles, à carnalibus cogitationibus pendent. Vt ſi quis dicat, Quomodo potuit Deus incarnari? Quo-
D modo è virgine naſci? Quomodo potuit pati? Quomodo in infernum deſcendere? Quomodo in ſacroſancto Euchariſtiæ ſacramento verum corpus ſuum porrigere? Quomodo in cœlos ſine ipſorum vlla diſruptione penetrare? Hæc omnia ſtulta carnalium hominum ſapientia in quæſtionem vertit, quæ regenerati, & Spiritu ſancto illuſtrati homines amplectuntur, & venerantur. Itaque rationi carnali innititur,quaſi præter eam nihil Deus operari poſſit. Non hîc de olla Medeæ diſſerit,non de fontibus illis,aut fructibus,quos in iuuentam ſenes reuocare,mendax finxit antiquitas: ſed vnicum ſibi regenerationi medium ſupereſſe exiſtimat, nimirùm vt quis in ventrem matris regrediatur. Hæc autem, ait, quomodo poſſunt fieri? *Reſpondit Ieſus,Amen Amen dico tibi, niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt intrare in regnum Dei.* Hæc, & quæ ſequuntur, faciunt ad prædictorum explicationem. Et hîc quidem repetit dictionem ἄνωθεν, denuò: quoniam non ſimpliciter naſci, ſed denuò naſci intelligit. Ad emphaſim autem rei maximè ſeriæ, vt ſuprà, etiam nunc iuſiurandum
E adiicit. *Amen, Amen*, id eſt,in veritate,in veritate dico tibi. Tam neceſſaria enim eſt doctrina hæc,vt niſi illam obſeruemus,regni Dei participes effici non poſſimus. Et quoniam modum renaſcentiæ illius requiſiuit Nicodemus, idcircò & illum explicat: quaſi dicat. Cyrillus Alexandrinus libro ſecundo in Ioann. cap. 42. Nam cùm non ſimplex, ſed compoſitus ex corpore ſenſibili,& intellectuali anima homo ſit,duplici quodam ad generationem indiget modo,qui duplicitate ſua ad vtrumque poſſit accommodari. Spiritu enim ſancto ſpiritus homi- Cyr. Alex.
nis, aqua verò corpus ſanctificatur. Quemadmodum enim viribus ignis intenſius aqua calefacta, non aliter quàm ignis vrit: ſic Spiritus ſancti operatione, ad diuinam aquæ reformantur virtutem, qua baptiſati corpus abſtergunt. Cyrillus Hieroſolymitanus Catecheſi 3. Cyr. Hier.
Qui itaque in aquam deſcenſurus es, non aquæ ſimplicitati mentem adhibe, ſed Spiritus ſancti virtute, ſalutem ſuſcipe. Nam ſine vtriſque ad perfectionem deduci non poteris. Non ego ſum qui dico,ſed Dominus Ieſus Chriſtus, ille qui huius rei poteſtatem habet.

Cur aqua & Spiritu ſancto indigeamus.

Nisi quis, inquit, renatus fuerit desuper: & addit, ex aqua & Spiritu, non poterit intrare in regnum Dei. Neque si quis aqua baptisetur absque spiritu, perfectam habet gratiam. Neque si quis etiam benè compositis, probísque sit moribus, non recipiat autem signaculum per aquam, intrabit in regnum cœlorum. Audax est hic sermo, sed non meus. Iesus enim est, qui hanc tulit sententiam. Cuius rei ex sacra scriptura accipe demonstrationem. Cornelius erat vir iustus, & Angelorum visione dignus habitus. Cùm tamen columnam bellam in cœlo coram Deo suas orationes & eleemosynas constituisset, venit Petrus, & spiritus infusus est credentibus, & locuti sunt linguis diuersis, & prophetabant. Et tamen post hanc spiritus gratiam, dicit scriptura: Præcepit illis Petrus, vt in nomine Domini Iesu Christi baptisarentur, vt anima per fidem regenerata, & corpus per aquam, susciperet gratiam. Eandem sententiam habet Gregorius Nanzanzenus Orat. in sanctum baptisma: Nam quoniam, inquit, duabus partibus, hoc est, anima & corpore constamus, quarum altera in aspectum cadit, altera oculorum sensum fugit: duabus quoque rebus constat baptismus, aqua scilicet ac spiritu, illa visibiliter & corporaliter accepta, hoc verò incorporeo & inuisibili modo concurrente: illa figurali, hoc verò & penitissimos animi sinus purgante: Qui primæ natiuitati opem & adiumentum ferens, ex veteribus nouos, ex humanis diuinos efficit, absque igne nos rursus conflans, & absque confractione rursus effingens. Gregorius Nicenus in maiore Catechetico, cap. 33. Quî verò fieri potest, dixerit aliquis, vt oratio, diuinæq; virtutis inuocatio, quæ fit in aqua, eos qui sacris initiantur, ad vitam introducat? Aduersus quos, nisi validè refractarij sint, vnica simplex ratio sufficit, vt ad nostri consensum dogmatis deducantur. Nam vicissim ab eis quæremus, cùm nemo sit, qui modum ignoret, quo caro generatur, quî fiat, vt id in hominem euadat, quod eo consilio eiicitur, vt animali constituendo subseruiat. Atqui nulla id ratione nititur, qua probabile fieri vllo modo possit. Quid enim hominis definitioni commune est, si cum quantitate illa conferatur, quæ in eo apparet? Siquidem homo rationis & intellectus est particeps, mentísque capax & scientiæ. Illud autem humida quadam qualitate constat, nihílque amplius quod oculis obiicitur, cogitatio nostra comprehendit. Quod igitur nobis ab illis responderi par est, dum quærimus quonam modo persuaderi possit, hominem ea ex re constitui: idem nos quoque de regeneratione, quæ aqua & spiritu fit, interrogati respondebimus. Illic enim quilibet eorum, quos interrogauerimus, in promptu respondere queat, diuina virtute fieri, vt illud in hominem euadat, qua quidem absente illud motu prorsus & actione priuatur. Si ergo illic homo non re subiecta constet, sed id quod oculis obiicitur, in hominis naturam diuina virtute transit, extremæ hoc insciticæ fuerit argumentum, si tantam in ea re Dei virtutem esse attestemur, eandémque hac in parte debilitari, quia minus suam voluntatem expleat, existimemus. Quid commune est, inquiunt, aquæ cum vita? Quid verò commune, vt hoc eis vicissim obiiciamus, humiditati cum imagine Dei? At illic nihil est, quod ab hominum opinione abhorreat, vt humiditas, Deo ita volente, in animal præclarissimum transmutetur. Idem & hac in re dicimus, mirum non esse, si diuinæ virtutis præsentia id ad incorruptionem disponat, quod in natura corruptioni obnoxia natum est. Fulbertus Episcop. Carnotens. Ep. 1. ad Adeodatum. Quid enim, inquit, ad fidem venientes perficere arbitramur, si nihil vltrà quàm visibilibus motibus agitur, regenerantis gratiæ præstet effectus? Scimus, & verè scimus, nos prima natiuitate pollutos, secunda natiuitate mundatos: prima natiuitate captiuos, secunda natiuitate liberos: prima natiuitate terrenos, secunda natiuitate cœlestes: primæ natiuitatis vitio carnales, secúdæ natiuitatis beneficio spirituales: per illam filios iræ, per istam filios gratiæ. Proinde quicquid prauum quisque concipit aduersus sacri baptismi reuerentiam, sciat refundi iniuriam in eum, qui ait, Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire in regnum Dei. Salutaris igitur disciplinæ gratia est, baptismi rationem nosse, vel causam, sicut Apostolus ait, Rom. 6. Si enim mortui sumus cum Christo, credimus quia simul viuemus cũ Christo. Commori enim Christo & sepeliri, ad hoc tendit, vt cum illo resurgere possimus, & cũ illo viuere. Sed dicis mihi, Quomodo hoc quod ad defunctos pertinet, in viuẽtibus impleri? Dñs noster Iesus Christus beneficia nobis sua pro nostra salute cõmendans, & sollicitè sensibus nostris memoriã suæ mortis & sepulturæ atque etiã resurrectionis insculpẽs, ineffabilia cõtulit baptismi munera, per quæ superueniente primæ originis fine, ei commortui, & intra sacrum gurgitem consepulti, demersi resurgeremus, vita emergẽte criminibus. Vide quid agit artifex misericordiæ. Tale tibi inuenit tumuli genus, quo sciret peccata sepelire, & peccatorẽ nesciret obruere: vt descendẽte homine in fontẽ tanquã in sepulchrũ, delictorum reus exiret ad portũ, sola paterẽtur delicta naufragiũ. Proĩde aqua & Spiritus s. sociãtur causis, sed beneficiis separãtur. Requiritur sanè in baptismatis sacra-

Nemo saluatur sine baptismo.

Greg. Năz.

Greg. Nic.

Obiectionũ confutatio.

Fulbertus.

Baptisma est sepulchrum.

A sacramentis,aqua propter sepulturam,Spiritus sanctus propter vitam æternam.Remoue creatoris nomen,& non habet creatura quod præstet.Hæc similitudines mortis imitatur, ille veritatem salutis operatur. Sed fortasse ad credendum propositis mens titubat, nisi testimoniorum sequatur authoritas. Audi igitur Apostolum ad Roman. 6. An ignoratis, quia quicunque baptisati sumus in Christo,in morte ipsius baptisati sumus? Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem: vt quomodo Christus resurrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.Et cùm dixisset,Consepulti magnificè, adiecit: Si, inquit,complantati facti sumus similitudini mortis eius,simul & resurrectionis erimus. Sicut ergo Dominus noster Iesus Christus tribus diebus & tribus noctibus corporaliter sub terræ sepulchro cõditus fuisse describitur, & homo ita sub cognato terræ elemento trina vice demersus operitur,ac sic vitalis imitatione mysterij,dum demergitur,sepelitur: dum educitur, suscitatur. Inter hæc quid ad hæc aqua,& quid sanctus spiritus operetur, aduerte. Aqua velut morientem deducit in tumulum, Spiritus sanctus velut resurgentem perducit ad cœlum. Vtrum verò homo baptiset,an Deus, ratio ipsa declarat. Nam cùm peccatore baptisante peccata donentur,dum nonnunquam criminoso baptismi mysterium celebrante crimina remittuntur, hic homo qui videtur conferre quod non habet, vtique tanti muneris non author, sed minister intelligitur. Vnde etiam ipse Baptista sanctissimus ait: Qui me misit baptisare,ipse mihi dixit:Super quem videris Spiritum sanctum descendentem,& manentem super eum,hic est qui baptisat in Spiritu sancto. Quod nimirùm ipsa baptisantis verba patenter insinuant: cùm baptismi sacra munera,non à se arrogãter dari,sed ab ipso Deo authore profitetur, sub verbis huiusmodi: Deus qui te regenerauit ex aqua & Spiritu sancto,ipse te linit chrismate salutis. Operatur igitur Christus hanc & sanctificationem, & regenerationem: ideò illius, non autem cuiuslibet hominis virtus attendenda est:& seu videris aquam, ne tu illi immoreris, sed agnosce Spiritum sanctum perficientem,agnosce & Christum ipsum operantem hæc omnia. Athanasius lib.de incarnat. Verbi Dei, eiúsque corporali ad nos aduentu, hanc regenerationem nostram,velut effectum seu fructum Christi aduentus assignat:Ideò scilicet eum incarnatum esse scribit,vt & nos per illum ad Dei imaginem repararemur. Itaque, inquit, Dei ratio ipsa aduenit,ipsa imago Patris: vt hominem, qui ad imaginem Dei figuratus erat, recuperaret. Et ideò ad regiones nostras profectus est,vt hominem denuò reficiat. Vnde & dixit, Nisi quis renatus fuerit:non his verbis natiuitatem ex fœminis insinuans,sed animam, quæ renascitur & instauratur secundum imaginem Dei. Tertullianus libro de resurrectione carnis. Caro abluitur, vt & anima sanctificetur. Quòd si quis curiosiùs requirat,cur in aqua potiùs quàm alio elemento hoc mysterium institutum sit,præter superiores rationes etiam & illæ audiendæ sunt,quas Cyrillus Hierosolymit.adfert Catechesi illuminatorum 3. Magnum,inquit,est aqua,& ex quatuor elementis pulcherrimum. Angelorum habitaculum est cœlum:atqui ex aquis sunt cœli. Terra est hominum locus: atqui ex aquis etiam terra. Et ad omnem rerum creaturam sex illis diebus distinctionem, spiritus Domini ferebatur super aquas. Principium mundi aqua, principium Euangelij Iordanis:liberatio Israëlis à Pharaone per mare facta est:& liberatio à peccatis mundi,per lauacrum est aquæ in verbo Dei. Vbicunque aliquod fœdus inter Deum & homines,ibi & aqua. Post diluuium fœdus percussum est cum Noë:fœdus & cum Israële in monte Sina. Verùm hæc non sine aqua,& lana rubea,& hyssopo. Helias assumptus est, sed non sine aqua. Prius enim transiuit Iordanem,deinde in cœlum raptus est. Prius abluitur summus sacerdos factus. Quomodo enim susciperetur pro aliis oraturus, qui nondum per aquam purificatus esset? Symbolum baptismi erat labrum in tabernaculo positum. Chrysostomus homil. 24. in Ioann. Hoc igitur quod Dominus ad Nicodemum dixit, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto,tantumdem valet ac si diceret, Aliam,Nicodeme, generationem dico quàm carnalem. Quid hanc naturali subiicies necessitati? Alius partus hic & excellentior nihil cum terrenis communicat. Nomine tantùm hæc generatio conuenit, re longè differt. Reiice communem consuetudinem:alium partum induco,quo homines renasci volo: alium generationis modum affero. Formaui ex terra & aqua, non vtile vas euasit, sed deterius factum est: non amplius aqua & terra fingendum est, sed aqua & spiritu. Quòd si quis interroget, quomodo ex aqua:rursus ego illum,quomodo ex terra. Quomodo lutum transiuit in aliam materiam? Quomodo vnius speciei subiectum (terra enim sola erat) varia & diuersa effinxit? Vnde ossa, nerui, arteriæ, venæ? vnde membrana, & vasa organica? vnde hepar, splen, cor? vnde cutis, sanguis, phlegma, cholera? vnde tot operationes, tot colores? Hæc enim non terræ sunt, neque luti. Quomodo terra accepto semine germinat, caro acceptum cor-

Christus in baptismo operatur.

Christus in nobis baptisat.

Athanas.

Tertull.

Cyr. Hier.

Aqua cõmendatio.

Aqua in fœderibus.

symbola baptismi.

Chrysost.

Non quærenda virtus aquæ in baptismate

A simili argumẽtũ.

rumpit? Quomodo terra commissa nutrit, caro his nutritur, non nutrit? Terra collecta aqua vi- F
num facit: terra id sæpenumerò acceptum in aquam vertit. Vnde igitur caro ex terra est, cùm
contrariam terræ operationem ostendat? Sanè ratione inuenire non possumus, fide sola possu-
mus. Quòd si quæ quotidie videmus & tangimus, fide indigent, quantò magis arcana illa &
spiritualia? Nam quemadmodum terra inanimata, immobilis, diuina voluntate ad tanta mira-
cula producenda vires accepit: ita spiritu & sensibili aqua omnia hæc admirabilia, & huma-
nam excedentia cogitationem facilè exoriuntur. Noli igitur, quoniam hæc non vides, diffide-
re. Neque enim animam vides: tamen animam esse, & eam te habere, & aliquid præter cor-
Quo argumento Christus Nicodemum doceat. pus esse non dubitas. Verùm Christus non hoc, sed alio exemplo Nicodemum allicit: siqui-
dem anima incorporea est. Nicodemus verò adhuc cogitationibus crassioribus versabatur.
Medium igitur adduxit exemplum, quod non ad solidi corporis naturam, neque ad incorpo-
ream ascendit, hoc est venti impetus, & primùm ab aqua orditur, quæ tenuior est quàm ter-
ra, crassior quàm ventus. Quemadmodum enim in principio, huic elemento terra subiecta est,
totum autem opifícis Dei fuit: ita hoc in loco elementum aqua subiicitur, verumtamen totum G
spiritalis est gratiæ: & tunc quidem in animam viuentem factus est homo, nunc in spiritum
Necessitas huius sacramenti. viuificantem. Tanta verò huius est sacramenti necessitas, vt sine eo saluari minimè possimus.
Generalis enim & exclusiua est hæc sententia, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu san-
Chrysost. August. cto, non intrabit in regnum Dei. Chrysostomus homil. vigesimaquarta in Ioannem. Ego verò,
inquit, hoc tam necessarium iudico, vt aliter quis saluus esse non possit. Augustinus libro 1. de
peccat. meritis & remiss. cap. 23. Quis Christianorum ferat, cùm dicitur ad æternam salutem
posse quemquam peruenire, si non renascatur in Christo? Et tom. 2. Epist. 108. ad Seleucia-
num: Sicut antiqui iusti, si non circumciderentur (antequàm lex circumcisionis esset promulga-
ta) non erat eis peccatum: postea verò quàm iussit Deus vt circumcideretur Abraham, eiúsque
posteritas, iam si non fieret, graue peccatum fuit: sic etiam Dominus Christus in Ecclesia sua
Sine baptismo nemo glorificatur. sacramentum noui Testamenti pro circumcisione carnis, sanctum baptismum dedit, & aper- H
tissimè dixit, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non intrabit in regnum cœlo-
rum. Iam necessitas eius posita est. Hinc nos ad quæstionem delabimur, quæ de paruulis mo-
Quæstio de paruulis nõ baptisatis, an excludantur à regno. ueri potest, An illos necessariò baptisari oporteat, maximè cùm ex parentibus fidelibus nati
August. sint: & an non baptisati, excludantur à regno cœlorum. Et vtraque sanè quæstio ex simplicita-
te verborum istorum soluitur. Non enim dixit Christus, Nisi quis filius patris infidelis: sed ge-
neraliter omnes includit, simpliciter dicens, Nisi quis, cuiuscumque scilicet patris filius. Sed
& generalis ista sententia & absoluta nullam patitur exceptionem, cùm adiicit, *Non ingredietur in regnum cœlorum.* Augustinus sermone decimoquarto de verbis Apostoli. At verò sancti,
inquit, de sancto nasci debuerunt: quia, sicut dicit Apostolus (1. Corinth. 7.) alioquin filij vestri
immundi essent, nunc autem sancti sunt. Et quomodo hoc accipis? Quomodo intelligis de fi- I
delibus natum ita sanctum, vt baptisari non debeat? Multi enim sunt modi sanctitatis, & mul-
ti modi sunt sanctificationis. Non enim omne quod sanctificatur, ad regnum cœlorum mitti-
tur. De esca nostra dixit Apostolus, 1. Timot. 4. Sanctificatur per verbum Dei & oratio-
nem. Numquid quia esca nostra sanctificatur, non scimus quò mittatur? Est ergo aliquis san-
ctificationis modus, qui non pertinet ad perceptionem salutis. Sed & 1. Corinth. 7. sanctifi-
catur vir infidelis in vxore: numquid quia ibi aliquis est modus, quo vir infidelis sanctifi-
catur in vxore fideli, ideò iam securitatem debet accipere quòd in regnum cœlorum intratu-
rus est, & non baptisandus, non regenerandus, non Christi sanguine redimendus? Quomodo
ergo sanctificatur vir infidelis in vxore, & tamen perit si non baptisetur: sic & filij fidelium,
etsi ad quendam modum sanctificati sint, pereunt tamen si non fuerint baptisati. Interim K
tamen non dicit, Damnabitur, cruciabitur: sed, non ingredietur in regnum cœlorum. Ad prio-
Idem. rem quæstionem respondet Augustinus, libro secundo contra Pelagianos, de peccatorum me-
ritis & remiss. cap. 28. Si quis, inquit, adhuc mouetur, quare baptisentur qui iam de baptisatis
Nemo renascitur in suis parentibus. nascuntur, hoc breuiter accipiat. Sicut generatio carnis peccati, per vnum Adam in condem-
nationem trahit omnes, qui eo modo generantur: sic regeneratio spiritus gratiæ per vnũ Iesum
Christum, ad iustificationẽ vitæ æternæ ducit omnes, qui eo modo prædestinati regenerantur.
Sacramentum autem baptismi, profectò sacramentũ regenerationis est. Quocirca, sicut homo
qui non vixerit, mori non potest, & qui mortuus nõ fuerit, resurgere nõ potest: ita qui natus non
fuerit, renasci non potest. Ex quo cõficitur, neminẽ in suo parente renasci potuisse non natum.
Oportet autem vt si natus fuerit, renascatur: quia nisi quis natus fuerit denuò, non potest videre
regnum Dei. Oportet igitur, vt sacramento regenerationis, ne sine illo malè de hac vita exeat,

etiam

A etiam paruulus imbuatur. Et paulò pòst: Neque illud fallat, quòd si nec parenti post conuersionem obsunt propria peccata, quantò magis, inquiunt, filio eius obesse non possunt? Sed qui hoc sentiunt, non attendunt, quia sicut parenti, per hoc quòd spiritu renatus est, propria peccata non obsunt: ita qui illo natus est, nisi eo modo renascatur, quæ à parente tracta sunt, oberunt. Quia & inuocati parentes, non ex primitiis nouitatis, sed ex reliquiis vetustatis carnaliter gignunt: & filij ex parentum reliqua vetustate, toti vetustati, in peccati carne propagati, damnationem veteri homini debitam, sacramento spiritualis regenerationis, & renouationis euadunt. Ex hac D. Augustini sententia, non modò priori, sed & posteriori quæstioni satisfactum est. Non enim tantùm intelligimus baptisma paruulis etiam fidelium, & baptisatorum filiis esse necessarium: sed & adeò necessarium esse, vt sine illo regnum cœlorum ingredi minimè possint. Verùm fortè etiam obiicietur, quòd prosit sanguis effusus, & vicem baptismi suppleat: vti- *Baptismus sanguinis.*
B que si pro nomine Christi fundatur: quomodo innocentibus illis paruulis contigit, quos tyrannus Herodes trucidauit. At verò baptisma flaminis in paruulis locum habere non potest, cùm in iis tantùm intelligatur, qui propria quidem voluntate feruntur ad baptismum, sed morte occurrente intercipiuntur. Iam cùm nec propriam voluntatem habeant paruuli, nec intentionem propriam, nec eorum sanguis pro Christo fundatur, nec aqua aspergãtur in nomine Domini: reliquum erit, vt in baptisatorum numerum non reponantur: & per cõsequens, excludantur à regno cœlorum. August. to. 2. Epist. 28. ad Hieronymum. Damnari animas, inquit, si sine baptismo de corpore exierint, & sancta scriptura, & sancta testis est Ecclesia. Et ser. 14. de verb. Apost. Certè habere non potest vitam æternam, qui non baptisatur: non erit in dextra, id est, in regno non erit. Fulgentius de incarnat. & gratia Iesu Christi, cap. 30. Ipsa, inquit, Dei gratia infantes neque volentes, neque nolentes redimit, quæ maiores illuminando, volentes ex nolentibus facit. Et hoc in paruulis salutis opus, sine propriæ voluntatis assensu, gratia Dei operãte per- Fulgent.
C ficitur: quod bonæ voluntatis exordio diuinitùs dato in maioribus inchoatur, vt opere solius gratiæ, voluntas quæ mala fuit, fiat bona: & deinceps gratiæ secum operanti, seruitium obedientiæ operatricis exhibeat. Sic autem Deus crudelis non est in infantibus damnandis, quibus *Deus nõ est crudelis.* baptismatis beneficiũ non tribuit, sicut iniustus non est in maioribus, cùm bonam non donat voluntatem. Et sicut illos voluntas sua mala, sic istos iure puniri facit origo damnata. Deus autem in hominibus nec maculam vitiatæ originis, nec malitiã condidit propriæ voluntatis. Itaque iam recurrendum erit ad diuinam misericordiam & gratiam, si quidem aliquis per baptisma eluitur: quòd si baptisatus non est, nec hoc ei remedium superinductum, ne medicũ accusa qui fontem aperuit, qui gratiam porrexit: sed iustæ damnationis rationem ab ipsa peccatrice & rea creatura accipe. Siquidem nascimur omnes filij iræ, & in iniquitatibus concepti sumus, à
D quibus non nisi per Christum elui possumus. Hic est enim, qui lauit nos in sanguine suo, & reduxit in sortem sanctorum. August. Epist. 157. ad Optatum, de origine animarum, & Pela- August.
gianis idem confirmat. Illa, inquit, salua sit fides, qua credimus nullum hominem, siue maioris, siue paruulæ quamlibet, & recentis ætatis, liberari à contagione mortis antiquæ, & obligatione peccati, quod prima natiuitate cõtraxit, nisi per vnum mediatorem Dei & hominum, hominẽ Christum Iesum. Verùm requiritur, qua pœna plectantur infantes non baptisati. Theologi pœ- *Pœna infantum nõ baptisatorum.*
nam damni, seu carentiam diuinæ visionis vocant, exilium illud à regno cœlorum, & æterna beatitudine: pœnam autem sensus, ignem, fletum, stridorem dentium, & damnationem illam æternam, qua afficiuntur dæmones, & quotquot cum illo torquentur. Atqui pœnam sensus deputant propriis, iisque mortalibus peccatis: pœnam damni verò, iis qui gratiæ Christi participes minimè fuerint. Ergo torquentur in inferno damnati propter propria peccata: priuantur
E autem fruitione gloriæ, quia se à Christo seiunxerunt. Atqui paruuli non peccarunt ipsi suo facto, etsi peccatum originale contraxerint à parentibus. Ideò non torquentur pœna sensus. Sed quia Christi participes non effecti sunt, ideò & à Christi gratia & gloria excluduntur: & ideò priuantur visione diuina. Gregorius Nanzanz. Orat. in sanctum baptis. Pueri, inquit, non ba- Greg. Nãz.
ptisati, nec cœlesti gloria, nec suppliciis à iusto iudice afficiuntur: vtpotè, qui licet baptismo cõsignati non fuerint, improbitate tamen carent: atque hanc iacturam passi potiùs fuerint, quàm fecerint. Neque enim quisquis dignus supplicio non est, protinus honorem quoque meretur: *Pœna damni quæ.* quemadmodũ nec quisquis honore indignus est, statim etiam pœnã promeretur. Ex hac Gregorij Theologi sentẽtia facilè colligimus, quid paruuli patiantur, non suscepto baptismate. Non patiuntur supplicia, sed neque etiam honore gloriæ donantur. Itaque si quis dixerit, quorsum non baptisatus excludatur, dicendum est: quia hoc tantùm honore digni sunt, qui Christo sunt consignati. Honor autem hic è mera Dei gratia pendet. In hoc ergo Dei iustitia manifestis- *Cur nõ baptisati excludãtur à beatitudine.*

Idem.

Quòd paruuli nõ baptisati & mortui, nõ reponũtur ĩ baptisatorũ numerum.

Auguſt.

Fulgent.

sima est, quia non damnat suppliciis eũ qui non peccauit: sed neque honorat sua illa gloria eũ, F
Nicetas. qui neque credidit, neque Christo renatus est. Nicetas in Greg. Nanz. Orat. de sancto baptis-
mate. Qui, inquit, ætatis puerilis ignorantia, aut necessitate, ac vi aliqua maiore, baptismi ex-
pertes manserunt, vt quidem signaculo carentes, cœlesti gloria non fruentur: vt autem minimè
mali, suppliciis non afficientur. Tres enim, vt opinione assequor, gradus existunt: Vnus eorum,
qui supernis deliciis perfruuntur: alter eorum, qui suppliciis æternis excruciantur: medius eo-
rum, qui nec cœlestis regni voluptates, nec pœnis vllis torquentur, in quo & pueruli, qui ba-
Augustin. ptismo perfusi non sunt, constituentur. Augustinus lib. 1. contra Pelag. de peccatorum mer. &
remiss. cap. 16. Potest rectè dici, paruulos sine baptismo de corpore exeuntes, in damnatione
omnium mitissima futuros. Multum autẽ fallit, & fallitur, qui eos in damnatione prædicat non
Idem. futuros: dicente Apostolo, (Rom. 5.) Iudicium ex vno delicto in condemnationem. Idem lib. 1. G
contra Iulian. Pelag. cap. 8. Ego, inquit, non dico paruulos, sine Christi baptismate morientes,
tanta pœna esse plectendos, vt eis non nasci potius expediret: cùm hoc Dominus non de qui-
buslibet peccatoribus, sed de scelestissimis, & impiissimis dixerit. Si enim quod de Sodomis
ait, & vtique non de solis intelligi voluit, alius alio tolerabiliùs in die iudicij punietur: quis du-
bitauerit paruulos non baptisatos, qui solùm habent originale peccatum, nec vllis propriis ag-
grauantur, in damnatione omnium leuissima futuros? Quæ qualis & quanta erit, quamuis de-
finire non possim, non tamen audeo dicere, quòd eis, vt nulli essent, potius expediret. Verùm
Obiectio. rursus adhuc quæritur, Num patres illi antiqui Testamenti sine baptismo in cœlorũ regnum
admissi sint per Christum. Respondetur à D. Thoma: quòd illud in figura acceperunt, nec
adhuc fuerat baptismi sacramentum promulgatum. Ideò satis illis erat figura, & fides in Chri-
stum. Cæteri votum habent, qui aut sanguine suo, aut spiritu baptisantur: sed, vt diximus, vo-
tum in paruulis esse non potest. Terret igitur nos primùm hæc sententia, *Nisi quis renatus fue-* H
rit: sed altiùs Dei iustitiam requirentes, rapit & hæc nos Pauli meditatio: O altitudo sapientiæ
& scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius! *Quod natum est ex carne, caro est: &*
Euthym. *quod natum est ex Spiritu, spiritus est.* Euthymius in Ioannem. Non carnalis, inquit, generatio est,
sed spiritualis. Nam quod ex carne natum est, carnalis est progenies: quod autem natum est ex
Spiritu, spiritualis generatio est. Carnalis itaque natiuitas est sensibilis, spiritualis autem est intel-
lectualis: nec oportet id quod intellectuale est, sensibiliter, neque humano modo opus quod
Argumẽ- diuinum est, indagare. Siquidem ex quo prior generatio facta est inutilis, data est secunda re-
tum, quo generatio excelsior & honorabilior. Dei opus est prior, Dei opus est & posterior: Deus enim
baptismi spiritus est. Quum igitur audieris quòd spiritus regenerat, ne modum quæras. Nam si incom-
virtus con- prehensibilis est in vtero formatio, longè incomprehensibilior est quæ in aqua fit. Quòd si de
cluditur. illa non ambigimus, omnipotenti Dei sapientiæ credentes: de hac multò magis credere opor- I
tet. Sicut autem in prima hominis formatione, subseruiuit terræ elementum, cùm vniuersa es-
sent in manu creatoris: ita & nunc subseruit aquæ elementum, cùm vniuersa sint in volunta-
te spiritus. Quòd si me interroges, quare nunc aqua: è diuerso te interrogabo, quare tunc terra.
Poterat si quidem tunc sine terra homo fieri. Porrò sicut accessit Verbum ad elementum ter-
Tho. Aqu. ræ, & factus est homo: ita accedit Verbum ad elementum aquæ, & idem regeneratur. Thomas
Aquinas lect. 1. in cap. 3. Ioan. præter hanc Euthymij demonstrationem, ostendit Christum his
verbis probasse regenerationem spiritualibus omnibus, qui regnũ cœlorum ingredi voluerint,
esse necessariam. Ratio enim talis est. Nullus potest peruenire ad regnum Dei, nisi spiritualis ef-
ficiatur. Talis autem fieri nemo potest, nisi per Spiritum sanctũ. Oportet igitur vnumquemque
regenerari ex spiritu, 1. Cor. 15. Primus homo de terra terrenus: secundus autem de cœlo, cœle-
stis. Cæterùm præpositio Ex, aliquando significat causam materialem, vt si cultellum ex ferro K
dixerim: quandoque efficientem, sicut domus ex ædificatore esse dicitur. In hac verò sententia,
quod natum est ex carne, materiam dicit: sed in hac, quod natum est ex spiritu, causam efficiẽ-
Basilius. tem indicat. Basilius hom. de baptismo: Ita carnalis natiuitatis serie, inquit, exempli vice propo-
Exempli sita ex re manifestiore, pietatis dogma clarè & verè discimus, quòd quemadmodum tale ali-
explicatio. quid est, quale & id, ex quo idipsum natum est: ita & nos necessariò, ex spiritu natos spiritum
fieri. Spiritum dico, non secundum immensam illam, & humano sensui incomprehensibi-
lem Spiritus sancti gloriam: sed secundum eam, qua in diuisione charismatum Dei, per Chri-
stum ipsius, vnicuique ad vtilitatem facta, & in illorum omnium operatione per ænigma con-
spicitur. Quod manifestum fieri probat per fructus Spiritus, quæ sunt pax, patientia, longani-
mitas, &c. Vnde & Paulus: Si spiritu viuimus, inquit, spiritu & ambulemus. Quia & spiritus
confirmat internum hominem, vt dicere possimus; Nostra conuersatio in cœlis est. Nam

licet

A licet corpus in terra, tanquam vmbram aliquam circunferamus, animam tamen cum cœlestibus agentem conseruamus: deinde & ab illis, qui in terra nobiscum agunt, secedentes, cum Dauide dicamus: Eum qui occultè proximo suo detrahit, persequebar: cum superbo oculo, & insatiabili corde, cum hoc non edebam. Oculi mei ad fideles in terra, vt illos mecum habitare faciam. Augustinus tract. 11. in Ioann. Spiritualiter ergo nascimur, & in spiritu nascimur verbo & sacramento. Adest spiritus vt nascamur: spiritus inuisibiliter adest vnde nascaris, quia & tu inuisibiliter nasceris. Cyrillus Alexandr. lib. 2. in Ioan. cap. 43. Ita ergo ad sublimiora cognoscenda Nicodemum inducit: ne cùm spiritualem audiat generationem, ad corpora mente deuoluatur. Sicut enim necesse est, inquit, carnem esse, quod ex carne natum est: similiter quod ex spiritu natum est, spiritus est. Vniuersa verò, quorũ diuersa essendi ratio est, generationis quoque modum diuersum habent. Natum autem ex spiritu spiritum hominis B dicimus: non quia secundum naturam est, id enim absurdum est: sed vna quidem priscaque ratione, quoniam per spiritum à nihilo ad esse productus est: altera verò, quam dispensatoriã appellamus, quoniam per ipsum, ad Deum reformati, ac proprio eius charactere insigniti, ad suam (vt sic dixerim) qualitatem animo transformamur. Hoc pacto etiam illud Pauli (Gal. 4.) rectè, vt arbitror, intelligi potest: Filioli, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Et rursus: (1. Cor. 4.) In Christo enim Iesu per Euangelium ego vos genui. Iren. lib. 5. cõtra hæres. Valant. Propter quod & Apostolus ait, Sapientiam loquimur inter perfectos: perfectos dicens eos, qui perceperunt spiritum Dei, quos & spirituales Apostolus vocat, secundũ participationem spiritus existentes spirituales, non secundum defraudationem, & interceptionem carnis, & nudè hoc ipsum solum. Si enim substãtiam tollat aliquis carnis, id est plasmatis, & nudè hunc ipsum solum spiritum intelligat, iam non spiritualis homo est, quod est C tale: sed spiritus hominis, aut spiritus Dei. Cùm autem spiritus hic commixtus animæ, vnitur plasmati, propter effusionem spiritus spiritualis, & perfectus homo factus est: & hic est qui secũdum imaginem & similitudinẽ Dei factus est. Si autem defuerit animæ spiritus, animalis est verè, & carnalis derelictus imperfectus erit: imaginem quidem habens in plasmate, similitudinem autem non assumens per spiritum. Et propter hoc Apostolus explanauit perfectam & spiritualem sãlutem hominis, in prima ad Thessalon. dicens: Deus autem pacis sanctificet vos perfectos, vt integer vester spiritus & anima, & corpus sine querela in aduentum Domini nostri Iesu Christi seruetur. Et quam vtique causam habebat his tribus, id est animæ & corpori, & spiritui, integram & perfectam perseuerationem precari in aduentu Domini, nisi reintegrationem & adunitionem trium vnam & eandem ipsorum sciebat salutem? Profectò & perfectos dicit eos, qui tria sine querela exhibent Domino. Vnde & templum Dei plasma D esse ait, Nescitis, dicens, quoniam templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis? Si quis templum Dei violauerit, disperdet illum Deus. Templum enim Dei sanctum, quod estis vos. Ita nimirùm spirituales efficimur, non quòd animas nostras per mortem à corpore separemus, sed quòd in ipso vase fictili, magnum Dei thesaurum apparere faciamus. Et sic luceant opera nostra coram hominibus, vt glorificent patrem nostrum, qui in cœlis est. Cæterùm Chrysostom. ho. 25. in Ioan. & post eum Euthym. hîc respondet quorundam calumniæ, qui quòd audirent id quod natum est ex spiritu, spiritum esse: protinus Christi carnem veram esse negauerunt, vt quæ de Spiritu sancto concepta & nata esset. At verò, inquit, dictum quidem, quòd de Spiritu. sit Christus, quòd à viro non esset, non quin esset à muliere. dicit enim Apostolus (Gal. 4.) Factum ex muliere: caro videlicet de carne. Natus est ergo à carne virginea, ne ab humana natura esset alienus. Eadem enim ratione Christi caro probaE bitur. Non enim tantùm dicit, quod natum est de spiritu, spiritus est: sed & quod ex carne natum est, caro est. Christus autem ex carne natus est, ergo caro est. Caro enim Virginis ostenditur in conceptu & partu, in his Angeli verbis, Ecce concipies in vtero. Et rursus: Quod enim nascetur ex te. Ex ipsa igitur Virgine natus est: ergo & veram carnem assumpsit. Quòd autem de Spiritu. natus dicitur, non tanquam à patre, sed vt ab efficiente causa, quæ & carnem ipsam puram & perfectissimam effecerit. Et sicut Deus omnium opifex & efficiens causa omnia creauit, non spiritualia modò, sed & corporalia: sic locum non habebit hæc sententia, quod ex spiritu est, spiritus est: vt quia Deus spiritus est, ab eo tantũ spiritualia creata esse dicantur. Licet enim spiritus sit, tamen corporalia ab eo creata in sua natura manent. Ita licet caro à Spiritu. ex Virginis purissimis sanguinibus formata sit, non proinde tamen natura carnis negabitur, sed eius sanctificatio & excellentia agnoscetur. Aliud enim est materiam agnoscere, aliud efficientem causam. Materia carnalis erat, ideò & effectus carnalis. Quid

Augusti. Cyr. Alex. *Paruuli nõ nascũtur fideles à parẽtib⁹, aut regenerãtur per carnẽ.* Iren. Chrysost. Euthym. *An Christi caro spirit⁹ sit, quia ex spiritu.*

hîc verò in Christo moramur, cùm etiam agnoscamus Deum compingere membra in vtero F
prægnantis? Nam & mater Machabæorum ad filios hæc verba faciebat: Non ego corpora ve-
stra ipsa compegi. Et Iob. 10. Manus tuæ, Domine, fecerunt me, & plasmauerunt me totum
in circuitu. Quis autem dixerit, nos vera corpora non habere, quia illa à spiritu supremo à
Deo ipso compacta sunt? Quis istud adferat, *Quod ex spiritu est, spiritus est*, quasi & id adi-
ciat: Sed corpora nostra formata sunt à spiritu, ergo spiritus sunt. Sed palpate & videte, quia
spiritus carnem & ossa non habet, sicut nos videtis habere. Ergo spiritus vt dicit efficientem
causam, non tollit substantiam corporalem, sed imprimit qualitatem spiritualem, qualis in
nostra cum Deo similitudine consideratur, vt diximus. *Non mireris quia dixi tibi, Vos oportet*
nasci denuò. Quia sicut peccatum vnius hominis in generatione corruptæ carnis clausit regnũ,
ita iustitia vnius in regeneratione spiritus regnum aperit. Et ideò oportet omnes renasci, qui
regnum Dei ingredi voluerint. Neque verò miraris peccatum illud, quo omnes ex materno G
vtero inuoluimur. Agnoscis enim quid Psaltes de seipso sentiret, dicẽs Ps. 50. Ecce in iniqui-
tatibus cõceptus sum, & in peccatis cõcepit me mater mea. Quod item Sapiẽs: Nemo mũdus
à sorde, sed nec infans vnius diei super terrã. Iam si nulla te morbi ducit admiratio, quid mira-
ris remediũ? Nũ nosti spiritu Domini contineri, & purgari omnia? Num legisti, quòd ab initio
Virtº baptismi à spiritu sãcto. spiritus Domini ferebatur super aquas? Et, q̃ verbo Dñi cœli firmati sunt, & spiritu oris eius
omnis virtus eorũ? Hic ergo spiritus, quo continentur omnia, operatur hanc regenerationem.
Tho. Aqu. Tho. Aq. in Io. Sciendũ est autẽ, quòd duplex est admiratio. Vna deuotionis, secundũ quã fa-
temur Dei opera incomprehensibilia esse: sicut & cùm dicit Dauid, Mirabilia opera tua,
& anima mea cognoscet nimis. Ad hanc autem admirationem omnes inducimur, vt cum
Psalte dicamus: Mirabilia testimonia tua, ideò scrutata est ea anima mea. Sed est admiratio in-
fidelitatis, qualis Matth. 13. eorum qui mirabantur de doctrina Christi, & tandem tamen in H
ipso scandalizati sunt. Talis erat & admiratio Nicodemi, vt qui sibi persuaderi non pateretur doctrinam illam de spirituali regeneratione. *Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis, sed*
nescis vnde veniat, aut quò vadat. Sic est omnis qui natus est ex spiritu. Hæc sententia dupliciter
explicari potest, ita tamen vt eandem conclusionem efficiat. Vno quidem modo, si spiritum
Spiritus pro vento. non pro Spiritu sancto sumamus, sed pro vento, vt ex eius similitudine procedamus ad cogni-
Chrysost. tionem melioris & potentioris spiritus: quam interpretationem sequitur Chrysostomus, ho.
25. in Ioan. sicut cùm legimus in Psalte, Spiritus procellarum. *Spiritus* igitur, id est ventus, *vbi*
vult, spirat: non quòd rationalis creatura sit, & propriè voluntatem habeat: sed quòd quadam
naturali inclinatione ducatur, quę adinstar voluntatis sit. Iob. 28. Qui creauit ventis pondus.
Virgilius. Ideò, vt Poëta cecinit,

Qua data porta ruit, simul auras turbine perflat. I

Et vocem eius, id est sonum, *audis*. Resonat enim ventus ex concussione alterius corporis. *Et*
guſtin. *nescis vnde veniat, aut quò vadat*, id est, vbi oriatur, & recondatur. Nam licet, vt scribit Augu-
stinus tract. 12. in Ioan. nouerimus Austrum à meridie ad Aquilonem, Boream verò è cõuer-
so ab Aquilone ad meridiem contendere: nemo tamen nouit primam illam ventorum coa-
Alber. Ma. ceruationem. Nescitur causa eius agens cum determinata perceptione, inquit Alb. Mag. in Io.
Et ideò Ecclesiastes secundũ literã dicit, Ignoras quæ sit via spiritus. Ps. 134. Qui producit vẽ-
tos de thesauris suis. Nimirùm ventus aliquando nubi inclusus est, aliquãdo inuisibiliter expã-
ditur per aëris superficiẽ, aliquando etiã ingreditur viscera terræ, & aliquando immittitur ra-
dicibus plantarũ. Et semper talis vapor formas rebus inducit, virtute cœli qua eleuatur. Chry-
Chrysost. sost. hom. 25. in Ioann. Hæc igitur conclusio est. Si huius spiritus, quem auditu percipis, & K
A simili et minori probatur spiritus sancti omnipotentia. cuius tactu impetum intelligis, ne viam quidem nosti: quonam pacto diuini spiritus opera-
tionem perscrutaberis? Præterea, *vbi vult, spirat*, ad paracleti potentiam ostendendam di-
xit. Nam si vẽtum nemo cohibet, quin quò vult feratur: quantò magis spiritus operationem
nullæ naturæ leges, nulli corporeæ generationis fines, nulla alia huiusmodi vis poterunt cohi-
bere? Et quemadmodum ventus non videtur, sentitur tamẽ: ita spiritualis generatio corporeis
oculis non comprehenditur. Quòd si non doles, cùm corpus non videas, & illud esse credis:
quid hoc spirituali sermone perturbaris, & tam curiosè rationes exigis, cùm idem in corpore
non facias? Hanc Chrysostomi interpretationem sequuntur Euthymius, Theophilact. & om-
Athanas. nes ferè Græci. Athanasius tamen hæc de Spiritu sancto interpretatur. Ille enim de Ariana
& Catholica fide ad Theophilum scribens, hæc ad Spiritus sancti potestatem refert. Spiritus
vbi vult spirat, inquit: vtique vbi propria voluntate atque diuinitate voluerit aspirare, non vbi
iussus fuerit. Sicut & de donis gratiarum Apostolus prædicans, docet: (1. Cor. 12.) Hæc autem
omnia

A omnia operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult. Nam propria & ipse potestate, & Prophetas replet, & Apostolos erigit ac dirigit, ac Episcopos, sicut legimus in Actibus Apostolorum, constituit. Augustinus tract. 12. in Ioann. Nemo videt spiritum, & quomodo audimus vocem spiritus? Sonat psalmus, vox est spiritus. Sonat Euangelium, vox est spiritus. Sonat sermo diuinus, vox est spiritus. Vocem eius audis, & nescis vnde veniat, & quò vadat. Sed si nascaris & tu de spiritu, hoc eris, vt ille. Qui non est adhuc natus de spiritu, nescit de te vnde venias, & quò eas. Cerealis aduersus Arianum, eandem cum Athanasio & Augustino interpretationem sequitur. Rupertus verò in Ioan. lib. 3. Hoc tunc, inquit, singulariter Nicodemo dictum est, & indubitanter verè dictum est. Vox enim ista, quam tunc ille audiebat, dicentis: Amen Amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum, &c. vox erat: immò vox est Spiritus sancti, de quo conceptus est hic

B homo nouus, homo cœlestis qui hæc loquitur, cuius ad similitudinem nos renasci oportet eodem spiritu, vt regnũ ipsius videre possimus. Vox planè hæc est Spiritus sancti. Non enim carnalia dicit, sed spiritualia: non humana, sed diuina: non terrena loquitur, sed cœlestia. Nescit autem Nicodemus, *Vnde veniat, aut quò vadat:* quia videlicet quo ex tempore, quanta plenitudine super hoc, per quem ista loquitur, idem spiritus requiescat, quale ad regnum, vel quali ordine illum perducere disponat, penitus ignorat. Non enim nouit adhuc, quòd ex ipso suæ conceptionis initio septiformi spiritu hic homo sanctificatus sit, quódque eò peruenturus sit, vt per eundem Spiritum sanctum, semetipsum offerat Deo, pro omni mundo hostiam viuam in odorem suauitatis, & tali ordine hoc effecturus sit, vt ex aqua & eodem spiritu renati, possimus introire in regnum Dei. Benè ergo huic ait, Et nescis vnde veniat, aut quò vadat: quia mysteriorum eius ignarus, spirituale regnum Dei carnaliter expectabat. Verumtamen & hoc

C de singulis hominibus sentiendum est, iuxta rationem vel mẽsuram donorum, quæ operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult. Cùm enim quempiam habentem aliquid donorum, eiusmodi loquentem siue prophetantem audimus, vocem quidem spiritus audimus, quia spiritualia esse quæ dicit, sentimus: sed nescimus vnde veniat, aut quò vadat: quia videlicet notum nobis non est, quando vel quomodo is, qui loquitur, gratiam acceperit loquendi mysteria, vel quem ad finem siue fructum processura sit eadem, qua tunc videtur donatus esse gratia. Vnde & protinus subditur: *Sic est omnis qui natus est ex spiritu.* Patũ autem dictum est. Nam non solùm is, qui audit vocem eius, nescit vnde veniat spiritus, aut quò vadat: verùm idem ipse qui loquitur, nescit vnde, vel quibus ex meritis spiritum acceperit. Nescit quò vadat: id est, ignorat vtrum æternam accepturus sit gratiam pro ista temporali gratia. Nescit enim homo finem suum, & omnia in futurum tempus reseruantur incerta. Paulus

D quoque non arbitratur se comprehendisse, & omninò nescit homo, vtrum amore, an odio dignus sit. *Respondit Nicodemus, & dixit ei, Quomodo possunt hæc fieri?* Primùm quidem cùm Christum loqui putaret de carnis natiuitate repetenda, impossibilitatem obiiciebat. Nũc vbi intellexit illum de alia quàm carnis natiuitate differre, quæ fiat ex aqua & spiritu: prolatã autem similitudinem de spiritu obseruauit, requirit quomodo hæc fieri possint. Nec quidẽ hoc pertinaci animo facit. Sunt enim qui propter infidelitatem requirant quomodo aliquid fiat: iste verò ardenti veritatis desiderio, & insatiabili discendi studio hæc interrogat. Nec enim eos discipulos probare solemus, qui ad omnia, quæ à præceptore dicuntur, obmutescunt, etsi eorum nihil intelligant: ij verò qui interrogant, sapientiores euadunt: siquidem de singulis dubitare, vt habet Aristoteles, non omninò est inutile. Hoc etsi in fidelibus sit intolerandũ

E penes ea quæ sunt fidei, in catechumenis tamen, & iis qui de fide instrui volunt, nondũ baptisati, in quorum tunc ordine Nicodemus erat, summæ virtuti tribuendum est. Alioquin iuxta vetus prouerbium, Qui nihil nouit, de nullo dubitat. Interim tamen eius factum, si quis est, Christus retundit, dicens: *Tu es magister in Israel, & hæc ignoras?* Cyrillus Alex. lib. 2. in Ioan. cap. 46. Ab hoc vno Iudæi omnes, qui multò se doctiores cæteris gentibus putabant, quasi nudo doctrinæ pietatisque nomine, nec quicquam florentes, à Christo redarguuntur, tanta imperitia præditi, vt non docere cæteros, verumetiam intelligere ipsi nequeant. Nam si Nicodemus, qui apud eos Doctor erat, rudior inuenitur, quales fuisse discipulos eorum putamus? cùm non excedat discipulus magistri mensuram, vt Saluator ait: Non est discipulus supra magistrum suum. Iure igitur tum indoctos atque agrestes homines sepulchris dealbatis Dominus contulit. Paulus quoque ad Iudæorum præsulẽ vrbaniter dixit: Percutiat te Deus paries dealbate. Augustinus tract. 12. in Ioan. O fratres, quid putamus? Dominũ huic magistro Iudæorum quasi insultare voluisse? Nouerat Dominus quid agebat: volebat illum nasci ex

August. *Vox spiritus Euangeliũ est.*

Cerealis. Rupertus.

Quomodo nescimus vndeveniat vox, aut quò vadat.

An dubitare bonũ sit, et quando.

Cyr. Alex.

Augustin.

ſpiritu. Nemo ex ſpiritu naſcitur, niſi humilis fuerit: quia ipſa humilitas facit nos naſci de ſpiritu, quoniam propè eſt Dominus obtritis corde. Ille magiſterio inflatus erat, & alicuius momenti ſibi eſſe videbatur, quia Doctor erat Iudæorum. Deponit ei ſuperbiam, vt poſſit naſci de ſpiritu. Inſultat tanquam indocto: non quia ſuperior vult videri Dominus. Quid enim Deus ad hominem, veritas ad mendacium? Maior Chriſtus quàm Nicodemus dici debet, dici poteſt, cogitandus eſt. Si diceretur maior Chriſtus quàm Angeli, ridendum erat. Incomparabiliter enim maior creator omni creatura, per quem facta eſt omnis creatura. Sed exagitat ſuperbiam hominis, *Tu es magiſter in Iſrael, & hæc ignoras?* tanquam diceret, Ecce nihil nouit princeps carnis tumore ſuperbus: naſcere igitur ex ſpiritu. Si enim natus fueris ex ſpiritu, vias Dei tenebis, vt Chriſti humilitatẽ ſequaris. Ille enim altus eſt ſuper omnes Angelos: quia cùm in forma Dei eſſet, non rapinã arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus: & habitu inuentus vt homo, humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortẽ: mortẽ autẽ crucis. Pendebat, & inſultabatur ei. De cruce deſcẽdere poterat, ſed differebat, vt de ſepulchro reſurgeret. Pertulit ſuperbos ſeruos Dominus, medicus ęgrotos. Si hoc ille, quid illi, quos oportet naſci ex ſpiritu? Si hoc ille verus magiſter in cœlo, non hominum tantùm, ſed & Angelorũ? Si enim docti ſunt Angeli, verbo Dei docti ſunt. Si verbo Dei docti ſunt, quærite vnde docti ſunt, & inuenietis, In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Tollatur homini ceruix, ſed aſpera & dura, vt ſit leuis ceruix ad portandum iugum Chriſti, de quo dicitur, Iugum meum ſuaue eſt, & ſarcina mea leuis eſt. Verùm fortaſſe aliquis obiiciet, argui poſſe quidem Nicodemum de imperitia, ſi de veteri lege, non autem de noui Teſtamenti gratia, verba facta fuiſſent. Reſpondendum autem erit, quòd ea, quæ Dominus de ſpirituali generatione diſſeruit, ſaltẽ ſub figura in lege veteri continentur. Ait enim Paulus, 1. Cor. 10. Omnes ſub Moyſe baptiſati ſunt in nube & mari. Quinetiam baptiſma per Meſſiã inſtituendum Prophetæ prędixerant, vt Ezech. 36. Effundam ſuper vos aquam mundam. Et Eſa. 12. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris. Cæterùm monentur hoc loco hi qui alios docere præſumunt, maximè in rebus ſacris, ne ignari ſint, & operibus aduerſentur iis quæ prædicant. Hìc verò potiſſimùm contra ignorantiam agitur. Non enim dicit, Non omnia tenes: ſed, hæc ignoras? Nam impoſſibile eſt homini, quæcunque diuina ſunt, retinere, & mente complecti: ſed tamen ignorare non debet ea quæ ſunt fidei, non modò in ſuam, ſed & aliorum ædificationem. Quid ſi cathedræ, ſi Dei verbo præficiantur, qui necdum Catechiſmi Chriſtiani capita complexi ſunt? Quid ſi cæcus cęco ducatum præſtet, nónne ambo in foueam cadunt? (Matth. 15.) Hæc mihi maxima hæreſeωn occaſio ſeſe obtuliſſe videtur, quòd verbi præcones non prædicare, ſed garrire: non inſtruere, ſed deſtruere: non reſoluere, ſed omnia in quæſtionem vertere: non concludere, ſed verba tantùm effutire viderentur. Atqui ad cognitionem Scripturarum & Spiritu illo ſancto, & Chriſti fauore, & continua meditatione, & longa veterum lectione opus eſt. Hac in parte, vt in cæteris omnibus, ſolus perfectus eſt Chriſtus. Ideò ait, *Amen Amen dico tibi, quia quod ſcimus loquimur, & quod vidimus, teſtamur.* Cyrillus Alex. lib. 2. in Ioan. cap. 47. Cùm re ipſa rudior quã vt poſſet diuina dogmata capere, longa iam conſumpta oratione Nicodemus videretur, omiſſa exquiſitiore inueſtigandi diligentia, ſimpliciore fide (quod intelligere non poterat) recipiendum ei eſſe conſulit. Teſtatur autem certò ſe ſcire quod dicit, authoritate ſua contradicendi iter illi obſtruẽs. Recordari enim debebat quod nuper dixerat, non ignorare ſe à Deo Chriſtum veniſſe magiſtrum. Deo autem, aut nuncio eius contradicere, quomodo periculoſum non erat, cùm nihil periculoſius ſit quàm Deo repugnare? Attendamus nos, oro, qui docendi poteſtatem accepimus, melius eſſe vt ſimpliciter fidem, quàm profundiore ratione intelligentiùs expoſitã neophytis tradamus. Nam & Paulus lacte multos ſe nutriſſe dicit, qui ſcilicet nõdum ſolidiores cibos digerere poterant: & gregis tui animas ſcito cognoſcendas tibi eſſe prudenter. Idcircò Salomon (Prou. 27.) conſulnit, vt moneret ſingulorum ingeniis proportionabiliter doctrinam eſſe accõmodandam. Porrò quod in plurali dicit, *Quod ſcimus loquimur*, de ſeipſo & Patre intelligere videtur, vt ſcribit Euthymius. Quod autem dicit, *Quod vidimus teſtamur*, corporalem viſionem non ſignificat, ſed cognitionem certiſſimam, vt ſcribit Theophilactus. Tres enim ſunt qui teſtimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus: & tria ſunt quæ teſtimonium dant in terra, ſpiritus, aqua, & ſanguis. Hinc ex grauitate ſui teſtimonij arguit Nicodemum. Tolerari enim poteſt, ſi quis non acquieuerit verbis ſimplicis alicuius hominis. At verò ſi ſapienti diſcredat, reprehendi poterit: quantò magis qui Chriſti filij Dei verbis detraxerit?

Chriſtus retundit ſuperbiã Phariſæorum.

obiectio. Debuerat Nicodemus ſaltẽ attẽdiſſe figuras veteris Teſtamenti.

Iguorantia quorumdã Prælatorũ.

Cyr. Alex.

simplicitas in omnibus melior?

Euthym. Theophil.

A detraxerit? In plurali autem dicit, *Non accipitis testimonium nostrum, & non creditis*, arguens Pharisæos maximè, è quorum ordine Nicodemus erat. *Si terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo si dixero vobis cœlestia, credetis?* Conuincit Nicodemum ex eorum quæ dicuntur conditione. Nec enim mirum est, si quid difficile idiota non intelligat. Verùm & iste legis doctor erat: ea quæ dicebantur, faciliora erant, si conferantur cum profundissimis illis mysteriis, quæ nondum Christus publicè enunciauerat. Quæ sunt autem illa terrena quæ iam dixerat illis? Augustinus hoc refert ad verbum istud, Soluite templum hoc: quod ideò terrenum est, quia templum corporis sui, quod de terra sumptum est, significabat. Chrysostomus verò hoc refert ad similitudinem venti, quam sumpsit: qui terrenus dicitur, aut quia viscеribus cõtinetur, aut quia ab exhalationibus terrenis augetur, aut quia in terrã fertur, aut à terrenis hominibus cognoscitur: quasi dicat, Si causas & progressus ventorum perfectè explicare non potes, sed neque intelligere, quid cùm cœlestia tibi dixero? Vel etiam per terrena regenerationem illã

Quæ terrena nõ credi derũt Iudæi Augustin. *Ventus terrenus.* Chrysost.

B spiritualem intelligit, quæ etsi quantum ad principium, quod sanctificat & regenerat, cœlestis sit: terrena tamen est quantum ad materiam, quæ est aqua, & quantum ad subiectum, quod homo est. Theophilactus post Chrysostomum in Ioannem, terrenam hanc natiuitatem nominat, quòd super terram facta sit in beneficium hominum, quamuis cœlestis sit secundum gratiam & honorem. Si igitur de hac terrena natiuitate dicens, Incredulos inueni: de supercœlesti natiuitate, qua vnigenitus filius à patre natus est, quum audiueritis, quomodo credetis? Si non creditis generationem spiritualem, quæ fit in tempore, quomodo credetis æternam filij generationem? Vel si non creditis quæ dixi de potestate corporis mei, quomodo credetis his quæ dicenda sunt de potestate diuinitatis meæ, & virtute Spiritus sancti? *Et nemo ascendit in cœlum nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo.* Beda in Ioan. Meritò autẽ quæ-

Argumẽtũ à minori ad maius. Terrena natiuitas & spiritualis. Theoph.

C ritur, quomodo dicatur filius hominis vel descendisse de cœlo, vel eo tempore, quo hæc in terra loquebatur, iam fuisse in cœlo. Nota est autem confessio fidei Catholicæ, quia descendens de cœlo filius Dei filium hominis in vtero virginali suscepit, eúmque completa dispensatione passionis suæ, resuscitauit à mortuis, & assumpsit in cœlum. Non ergo caro Christi descendit de cœlo, neque ante tempus ascẽsionis erat in cœlo, nisi quia vna Christi persona est, in duabus existens naturis. Atque ideò filius hominis rectè dicitur & descendisse de cœlo, & ante passionem fuisse in cœlo: quia quod in sua natura habere non potuit, hoc in filio Dei, à quo assumptus est, habuit: sicut propter eandem vnius Christi personam, quæ ex duabus extat naturis, Apostolus ait: (Act. 20.) Vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. Neque enim Deus in sua propriè substãtia, sed in homine assumpto, sanguinem, quem pro Ecclesia sua funderet, habuit. Hinc etenim

Beda.

Quomodo salua christi carne fidelis hominis in cœlo.

D Psalmista dicit, Ascendit Deus in iubilatione. Quomodo enim Deus nisi in homine ascenderet, qui in suę naturæ maiestate semper vbique prẹsens adest? Sed & hoc quærendum, quomodo dictum sit, *Et nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo:* cùm omnes electi se veraciter confidant ascensuros in cœlum, promittente sibi Domino, (Ioan. 12.) Quia vbi sum ego, illic & minister meus erit. Cuius tamen nodum quæstionis apertissima ratio soluit: quia videlicet mediator Dei & hominum homo Christus Iesus electorum omnium caput est. Itémque omnes electi eiusdem capitis membra sunt, dicente Apostolo, (Ephes. 1.) Et ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam. Et rursum, (Ephes. 5.) Vos enim estis corpus Christi, & membra de membro. Nemo ergo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit, filius hominis qui est in cœlo. Nemo ascendit in cœlum, nisi Christus in corpore suo, quod est Ecclesia.

An solus Christus, et non etiam sãcti ascẽsuri sint in cœlum. Nemo nisi per Christũ in cœlũ ascẽsurus est

E Qui in seipso quidem primùm cernentibus Apostolis, eminentioribus nimirùm membris suis ascendit, & exinde mẽbris suis quotidie ascendens, se colligit in cœlũ. Hinc est enim, quòd ipsum corpus eius inter aduersa huius seculi deprehensum gloriatur, & dicit: Nũc autem exaltauit caput meũ super inimicos meos. ac si apertè dicat, Qui occisum à Iudęis Christũ (Ps. 29.) caput videlicet meũ, suscitauit à mortuis, ac frustratis omnibus inimicorũ insidiis subleuauit in cœlum: spero q; me etiã de præsentibus periculis eruens, meo capiti iũget in regno: quia nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo. Quisquis in cœlum ascendere desiderat, ei qui de cœlo descendit, & est in cœlo, se vera fidei & dilectionis virtute coniungat. Apertè intelligens, quia nullo alio ordine, nisi per eum, qui descendit de cœlo, potest quis ascendere in cœlum. Vnde aliàs ipse dicit, Ioan. 14. Nemo venit ad patrem, nisi per me. Hæc ideò dicuntur in Nicodemo cunctis catechumenis, vt discant eius membris renascendo incorporari, per quem possint ascendere in regnum Dei. Et ascensio vel ingressus regni fieri nõ potest absque fide & sacramentis dominicæ passionis. Thomas Aqu. lect. 3. in Ioan. Sed quia dicit, *Qui de-*

Tho. Aqu.

Qui hoc cõtextu abusi sint.

scendit de cœlo filius hominis, quidam errandi sumpserunt occasionem. Cũ enim filius hominis F designet humanam naturam, quæ componitur ex anima & corpore: per hoc quod dicit, quòd filius descendit de cœlo, Valentinus accipere voluit, quòd etiam de cœlo corpus detulisset, & transisset per virginem, nihil ex ea accipiens, sicut aqua per fistulam: ergo non de terrena substantia, nec sumptũ de virgine, quod est contra Apostolum, Rom. 1. Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Origenes verò dixit, quòd descendit de cœlo secundum animã, quam dicit ab initio fuisse creatam, cum Angelis & Verbo vnitam, & postmodùm è cœlo descendisse, assumendo carnem de virgine. Sed & hoc repugnat Catholicæ fidei, quæ animas dicit ante corpora non extitisse. Non ergo intelligendum est, quòd filius hominis secundum humanam naturam de cœlo descenderit, sed secundũ subsistentiam diuinã: cùm in Christo sit vnũ suppositũ, vel hypostasis, vel persona duarum naturarum, diuinæ scilicet & humanę. Vnde fit vt pro quacunque earũ hoc supponitur, possint simul & ei attribui diuina, & humana. Possumus enim dicere, Filius hominis creauit stellas, & quòd filius Dei crucifixꝰ est. Sed filius Dei crucifixus est, non secundum diuinam naturam, sed secundũ humanam. Filius autem hominis G creauit stellas secundum diuinam naturam, ita vt in his quæ de Christo dicuntur, non attendenda sit distinctio quantum ad id de quo dicuntur: (quia indifferenter diuina & humana dicũtur de Deo & homine.) Sed attendenda est distinctio quantum ad id secundum quod dicuntur: quia diuina dicuntur de Christo secundum diuinam naturam, humana verò secundum humanam. Descendere ergo de cœlis dicitur de filio hominis, non secundum humanã naturam, sed secundum diuinam: secundum quam conuenit ei ante incarnationem de cœlo fuisse, secundum illud Psal. Cœlum cœli Domino. Dicitur autem descendisse non motu locali: quia sic non maneret in cœlo (nihil enim localiter motum manet vnde descendit.) Et ideò ad excludendum motum localem, subdit, *Qui est in cœlo.* quasi dicat, Sic descendit de cœlo, quod tamen est in cœlo. Descendit enim de cœlo, non quidem desinens esse sursum, sed assumens naturam quæ est deorsum: qui quia non includitur, vel in corpore eius existente in H terra cõprehenditur, ipse secundũ diuinitatẽ suã erat in cœlis, & vbique. Et ideò ad designandũ q̃ hoc modo dicitur descendisse: quia assumpsit naturã, dixit, quòd descendit filius hominis: id est, in quantũ factus est filius hominis. Vel potest dici etiã, quòd in quantũ corpus, descẽdit de cœlo, vt Hilarius dicit: nõ quòd materia corporis Christi descẽdit de cœlo, sed quòd virtus formatiua eius de cœlo fuit. Sed quid est, quod dicit, *Nemo ascẽdit in cœlum, nisi filius hominis, &c.* Nónne Paulus & Petrus, & alij sancti ascenderunt, secundum illud 2. Cor. 5. Domum habemus non manufactam in cœlis, &c. Respondeo dicendum, quòd nemo ascendit in cœlum, nisi Christus, & membra sua, id est, iusti fideles. Propterea filius Dei descendit de cœlis, vt nos faciendo membra sua, ad ascensum cœlorum præpararet: nunc quidem in spe, tandem verò in re. Ephes. 2. Qui resuscitauit nos, & consedere nos fecit, &c. Denique electi Dei non tam I in cœlum ascendere, quàm eleuari & rapi dicuntur. Ascendere enim volentis est, & eius qui à seipso id potest: rapi autem & eleuari, aliunde auxilium factum insinuat. Christus ascẽdit, quia propria virtute in cœlum eleuatus est. Electi non propriè ascenderunt, sed eleuati sunt, aut rapti aliena, scil. Dei, virtute. Vnde & Paulus, Qui suscitauit Iesum à mortuis, suscitabit & mortalia corpora nostra. Et rursus: Et nos rapiemur cum illis obuiam Christo in aëra. Ita rapi dicit. Et cùm de iis qui simul cum Christo ascenderunt, sermonem facit, hoc Psaltis vsurpat: Ascendisti in altum, captiuam ducens captiuitatem. Ascendebat solus Christus propriè, quia sua ipsius virtute: sed ducebat secum captiuam illius captiuitatem. Theodoretus, to. 2. in Epist. ad Heb. cap. 4. vbi legitur, Habentes ergo Pontificem magnum, qui penetrauit cœlos, Iesum Christum: hæc habet. Domini enim Christi diuinitas habet naturam, quæ nequit circunscribi, vbique præsens est, & adest omnibus. Hoc etiam ipse quoque nos Dominus docuit. K Nemo enim, inquit, ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo. Cùm enim esset inferiùs, & cum hominibus dissereret, dicebat se etiam esse superiùs. Sed & hoc mirum quibusdam videbitur, quòd non dicit, Filius Dei est in cœlo, sed, *Filius hominis est in cœlo:* interim dum hæc diceret in terra. Nam quid ille ab homine virgine accepit? Nónne carnem? Si secundum quod filius hominis in cœlo est, & idem in terra loquitur & videtur: erat igitur secundum quod homo in cœlo, antequàm ipsos cœlos per manifestam ascensionem penetraret. Sed respondetur, eundem dici filium hominis, & filium Dei, non diuersos: idque fieri propter vnionem hypostaticam, id est, personalem vtriusque naturæ, diuinæ scilicet & humanæ, vt docet Damascenus, lib. 3. de fide Orthodoxa, cap. 4. Siquidem, inquit, in Christo, quoniam duas quidem naturas, at vnam duntaxat personam ex vtrisque compositam

Quomodo Christus de cœlo descendit.

Origen.

Dici de christo secũdũ naturam.

Christus simul descẽdebat, & erat in cœlo.

Hilarius.

Obiectio.

Aliter christꝰ, aliter electi ascendunt in cœlum.

Theodor.

Quomodo filius hominis simul erat in cœlo et ĩ terra.

Damas.

A compoſitam agnoſcimus: cùm naturas nobis ob oculos proponimus, diuinitatẽ & humanitatẽ appellamus: at cùm perſonam ex vtriſque cõpoſitam, interdũ ab vtroque Chriſtũ appellamus & Deum & hominem, & Deũ incarnatum: interdum rurſus ab vna parte Deum ſolũ ac Dei filium: & hominem ſolum, atque hominis filium, & rurſus aliquando à ſublimibus duntaxat, aliquando ab humilibus ſolùm. Inde fit, vt ſicut propter illam vnionem hypoſtaticam, dicimus Deum eſſe paſſum, cùm tamen propriè paſſio non cadat in Deum: ſed ideò dicimus, quia natura humana id paſſa, inſeparabiliter cõiuncta erat diuinitati per vnionem perſonalem: ita cùm dicimus filium hominis fuiſſe in cœlo, tunc cùm inter homines verſaretur, & Nicodemũ alloqueretur: non ita intelligendũ eſt, quaſi natura humana iam ſuper cœlos eleuata eſſet: ſed quòd idem ipſe, qui vt homo in terris verſabatur, & filius Dei & filius hominis, *erat in cœlo* vt verus Deus. Euthy. in Ioan. Scire enim oportet, quòd à diuinitate frequẽter ſeipſum nominat, & etiã Euthym.

B ſæpiùs ab humanitate. Theophil. Nam quia vna hypoſtaſis, hoc eſt, vna perſona Chriſtus ex Theoph. duabus naturis conſtituta eſt: ideò omnia, quæ ſunt hominis, dicuntur de Verbo: & iterum ea quæ ſunt Verbi, attribuuntur homini. Sic & hoc loco quoque filius hominis dicitur deſcẽdere de cœlo, eò quòd vna ſit perſona, & vna hypoſtaſis. Deinde vt ne cùm audiueris, qui deſcendit, putes quòd non ſit in cœlo, dicit, *Is qui eſt in cœlo*. Noli enim ſuſpicari me propterea non eſſe illic, quia deſcendi: ſed & hîc adſum corporaliter, & illic ſedeo cum patre vt Deus. Beatus Vi- Vigilius. gilius lib. 3. contra Eutychen. Quid ergo ſibi vult quod idem Dominus ait, Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui de cœlo deſcendit, filius hominis qui eſt in cœlo? Et iterum, Si videritis filium hominis aſcendentem illuc vbi priùs fuerat. Ecce filius hominis legitur deſcendiſſe de cœlo, cùm conſtet ſolum Verbum, id eſt, nudum ſine carne, ſine hominis appellatione deſcẽdiſſe de cœlo. Ecce caro, id eſt, filius hominis legitur tũc fuiſſe in cœlo, quæ nunquam inde deſcẽdit, &

C quæ illuc necdum aſcenderat. Sed hoc eſt vnius perſonæ myſteriũ, hoc vnius Chriſti ex vtroque ſubſiſtentis ſacramento, hoc vtrarumque naturarũ proprietatis arcanum. Quia enim Verbum cum carne ita eſt inexplicabili modo vnitum, vt ipſum Verbum caro dicatur, licet Deus non ſit caro, quia non eſt in carnem mutatũ, vt caro dicatur Deus, licet non ſit in Deitatis naturam mutata: ſed Verbum propter carnem ſuam homo ſit, vt caro propter Verbum Deus ſit, & quicquid eſt proprium Verbi, ſit commune cum carne, & quicquid eſt proprium carnis, cõmune ſit cum Verbo: quomodo Verbũ & caro vnus eſt Chriſtus & vna perſona: Idcircò propter hanc cõmunionem, quam ſalua naturarum proprietate, perſonæ vnio præſtat, & Verbum cum carne, id eſt, filius hominis legitur deſcendiſſe de cœlo, cùm ſolum Verbum ſine carne deſcenderit: & Deus legitur ſepultus in monumento tribus iacuiſſe diebus, cùm ſola caro ſepulta eſt. *Et ſicut Moſes exaltauit ſerpentẽ in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit*

D *in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternã*. Cyr. Alex. l. 2. in Ioan. c. 50. Quum cauſam attulerit, Cyr. Alex. quare ad ſublimiora ſibi ſermo non exit, ad ea aſcendit, quæ obumbrata à Moſe facta fuerunt. *Chriſti mortis genus prædicitur.* Non enim ignorabat eum potiùs figuris, quàm ſpirituali doctrina ad veritatis nos poſſe cognitionem deuenire. Oportere autem omninò ſeipſum aſſerit modo Moſaici ſerpẽtis exaltari. Ita hiſtoriæ inquiſitionem, latentéſque in ea figuras mirati hortatur, ac illud quaſi rurſus inculcat: Scrutamini ſcripturas, quia ipſæ ſunt quæ teſtimonium perhibent de me. Serpentes enim in Iudæos olim in deſerto inſiliebant. Cúmque more ſpicarum tempore meſſis caderẽt, diuinam *ſerpens æneus quomodo typus Chriſti.* opem ſupplices requirebant. Miſericors autem Dominus ſerpentem ex ære Moſi eleuare iuſſit, Num. 21. vt ea in re diſcerent fide ſalutem ſperare. Morſu enim ſerpentis laborantibus vnicum erat remedium, exaltatum cum fide ſerpentem aſpicere. Hæc quidem hiſtoria eſt, in qua

E velut in tabula totum figuratæ myſterium incarnationis obumbratur. Serpẽs enim peccatum, 1. quo humanum genus paſcebatur, ſignificat, quódque variis morſibus venenum hominibus infundit, quod effugere nullo alio pacto natura humana poterat, niſi auxilio atq; ope diuina. Verbum Dei factum in ſimilitudine carnis peccati, in carne ſua peccatum damnauit, vt ſcribitur Rom. 8. Reſpicientibus in eum fide ſyncera, ſalutis æternæ largitor oſtenditur. Quòd autem 2. in ſublime ſerpens exaltatus fuit, in eam cognitionem paſſionem Chriſti peruenturam denotabat: vt ſicut ipſe quoq; prædixerat, Matth. 20. nemo ſit qui in cruce paſſum fuiſſe ipſum igno ret. Idem ferè habet Auguſt. tract. 12. in Ioan. Tertullianus libro aduerſus Iudæos, & lib. 3. con- Auguſt. Tertull. tra Marcionem. Cur, inquit, Moſes poſt interdictam omnis rei ſimilitudinẽ, æneum ſerpentem ligno impoſitum pendentis habitu in ſpectaculum Iſraëli ſalutare propoſuit eo tempore, quo à ſerpentibus poſt idololatriam exterminabantur: niſi quòd Dominicam crucẽ intendebat, qua 3. ſerpens diabolus deſignabatur, & læſo cuique ab huiuſmodi colubris, id eſt, Angelis eius, à delictorum peccantia ad Chriſti crucis ſacramenta intento ſalus efficiebatur? Nam qui tunc

Iustinus Martyr. in illam respiciebat, à morsu serpentum liberabatur. Iust. Mart. Dialog. cum Tryphone Iudæo. F

Spes nõ erat in serpente. Quin & illa figura serpentis dedicati propter infestatos Israëlitas serpentium morsibus præsignasse videtur salutem credentium in crucifixũ, cuius crux exitium serpenti attulit. Non enim in serpẽte nos fiduciã collocare Propheticus spiritus per Mosen docuit: quandoquidẽ ab initio maledictum à Deo dixerat. Et per Esaiam prædictum est, fore vt interficiatur tanquam hostis

Greg. Năz. magno illo gladio, qui Christus est. Greg. Nanzanz. Orat. 2. in Pascha. Itaque, inquit, serpens æneus aduersus morsus serpentium suspenditur, non tamen vt Christi pro nobis passi typus, verùm vt antitypus: atque eos qui ipsum intuentur, saluos facit, dum non eum viuere, sed mortuũ esse, simúlque subditas sibi copias enecare persuasum habent, deletum nimirùm & extinctum, sicut merebatur. Et quod tandem illi congruens epitaphium canemus? 1. Cor. 15. Vbi est mors stimulus tuus? Vbi tua, inferne, victoria? Crux te postulauit, vitæ author tibi necem attulit: exanimis es, mortuus, immobilis, iners, serpentis licet figuram serues, in sublimi loco ignominioſè G

Procop. 4. pendens. Ita scilicet, vt scribit Procopius Gazeus in Numeros, si quæritur quomodo is qui natura sua (quia Deus) bonus est, serpens dici possit? Hoc per similitudinem erit intelligendum.

Quomodo is qui natura bonus est, per serpẽtẽ figurabatur. Sicut enim similis factus est nostro, non ratione peccati, sed naturæ: ita prauitatis serpentinæ similitudinem assumpsit, non veritatem. Cassiodorus cap. 5. in Cant. Canticor. Fragilitatem quidem carnis assumpsit, sed tamen totius peccati immunis fuit: sicut serpens æneus à Mose in

Cassiod. deserto exaltatus, figuram quidem serpentis habuit, sed malitia veneni caruit. Epiphan. lib. 1. tom. 3. contra hæres. in hær. 37. quæ est Ophitarum, scribit hæreticos illos serpentem Christi nomine adorasse, huius & facti per Mosen, & mysterij per Christum consideratione. Profe-

Epiphan. 5. runt, inquit, & alia testimonia, quòd etiam Moses in deserto serpentem æreum exaltauit, in hoc erectum, vt medela esset his, qui à serpente morsi essent. Hanc enim speciem morsus curatiuam esse dicunt. Rursus autem contra seipsos decernunt. Si enim serpentium erant morsus, H

Cõtra Ophitas, qui serpẽtem adorarunt. atque hi nociui, ergo serpens non est bonus. Quod verò tunc exaltatum est à Mose, per inspectionem faciebat sanationem, non propter serpentis naturã, sed bonam Dei voluntatẽ, qui per serpentem tunc commorsis velut remedium operabatur. Nihil verò mirum est, si quis per quæ læsus est, per ea curationem assequitur: & ne quis vituperet creaturam Dei, velut rursus alij errantes dicunt. Præfigurabatur autem hoc his qui in deserto degebant, propter causam quam Dominus vbi venit, in Euangelio dicit: Sicut Moses exaltauit serpẽtem in deserto, sic exaltari oportet filium hominis. quod & factum est. Nam instar serpẽtis Dominũ saluatorẽ ignominia afficiebant, & ex insidiis serpentis iniuriã inferebant: dico autẽ diaboli. Et quemadmodũ in exaltatione serpentis sanatio cõmorsis fiebat: sic in crucifixione Christi redẽptio facta est animis

Greg. Nic. nostris, à commorsibus peccati nobis illatis. Greg. Nic. in Enarratione vitæ Moseos. Vnum ergo, inquit, cõtra hos pestiferos cupiditatis morbos antidotũ est, mũdities animi, pietatis mysterio celebrata. Caput autẽ omniũ, quæ in Christianæ professionis symbolo credim⁹, est firma re- I

Crux respiciẽda cum fide. ctáque fide in passionẽ illius respicere, qui pro nobis passus est: crux verò passio eius fuit. Quare qui in crucẽ respicit, vt historia testatur, ei venenum cupiditatũ obesse non potest. Crucẽ autẽ respicere, nihil aliud est, quàm vt huic mũdo quasi mortuos ac crucifixos nos præbeamus, fixos in virtute, immobiles in peccando, Dei, vt ait Psalmista, timore quasi clauo carnem nostrã infigentes. Clauus autem, qui carnem hanc retinet, continentia est. Quoniam igitur praua cupiditas mortiferos terrenis à rebus nobis serpẽtes immittit (quicquid enim ex praua cupiditate

Serpentis simulachrũ, non serpens, quid. nascitur, serpens est:) idcircò iamdiu lex antidotum nobis in ligno mõstrauit. Id verò serpẽtis est simulachrũ, non serpens, sicut & Paulus, Rom. 5. 8. dicit, In similitudine carnis peccati. Verum enim serpens peccatũ est: & qui ad peccatũ transfugit, serpentinã induitur naturã. Ab hoc K igitur peccato, & adhuc serpentina natura, homo per illum liberatur, qui peccati speciẽ subiit, qui factus est secundũ nos, qui peccando ad speciem serpentis conuersi sumus. Per eũ igitur ne morsus mortẽ inferãt, factũ: ipsæ verò feræ non sunt destructæ: feras autẽ dico cupiditates ipsas prauas. Nam si prauè peccantiũ mors nullam habeat in illos vim, qui crucem respiciunt, carnis tamen aduersus spiritũ innata cupiditas non omninò destructa est. Insurgunt enim & fidelibus sæpenumerò cupiditatis morsus, quos ad sublatũ ligno respicientes repellunt, timore præcepti quasi antidoto, vim veneni dissipantes. *Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium vnigenitũ daret: vt omnis qui credit in eum, nõ pereat, sed habeat vitã æternã.* Habent ista declarationẽ eorũ quæ dicta sunt, nõ modò de regeneratione spirituali ex aqua & spiritu per Christi meritũ, sed & ipsius

Conciliãtur ista superioribus. Christi in cruce exaltatione. Nã quoniã creditu difficile videbatur, vnius hominis morte vitã æternã omnibus cõmunicari, & omnes spiritualiter renasci, ostendit cooperari Dei patris dilectionẽ: hoc illius fuisse consilium, vt sic homo saluaretur: Nec simplicem illũ hominẽ esse, quem

sic

A ſic exaltari oporteat,ſed vnigenitũ Dei filium. Ita igitur omnia refert ad dilectionem patris, & obedientiam filij. Ex parte autem noſtra vt his beneficiis perfruamur, requirit vt in Chriſtum credamus,& bonis operibus noſtram vocationẽ conteſtemur. Rupert. l. 3. in Ioan. Cùm enim, inquit, dixiſſet ſe exaltari oportere,& in ſe credendũ eſſe: rationem auditor tacitus expectabat (quin in vnum & ſolum Deum credendum eſſe non ignorabat, quippè qui princeps Iudæorũ erat) qua perdoceretur, vt quid in filiũ hominis credi oporteat. Nam ſi credendũ in illo eſt, conſequitur quia Deus eſt. Hoc ergo cõſequebatur vt diceret, quia Deus ſum, quia filius Dei ſum, quia Dei patris vnigenitus ſum. Et hoc ſubiungit, ſed cum tanto condimento ſapientiæ & humilitatis, vt illũ non tam ſeipſum cõmendare, vel gloriam propriam quærere, quàm neceſſariã audientium ſalutem optare manifeſtum ſit. Sic enim, inquit, Deus dilexit mundum, vt filium ſuũ vnigenitum daret. Nónne hoc dicens rationabiliter oſtẽdit, idcircò in filium hominis credendũ eſſe, quia ſit vnigenitus Dei filius, patri cõſubſtantialis? Idcircò opportunè repetit quod dixerat, Vt omnis qui credit in ipſum, non pereat, ſed habeat vitam æternam. Quantum habet gratiæ & pulchritudinis, quod dũ cauſa neceſſaria poſcit, vt fateamur eſſe filiũ Dei, oſtẽtionẽ declarans, immò declinando ſe eſſe quod erat inſinuans, ad condemnationem dilectionis Dei confugit, dicens, *Sic Deus dilexit mundũ*: cùm dicere poſſet, Tantus ego ſum, vt credentẽ in me totum poſſim redimere mundũ. Tanta, inquit, dilectione Deus dilexit mundum, vt pro illo in pretium daret filium ſuum vnigenitum. Daret, inquit, id eſt traderet, filio non parcens, vt ſeruũ redimeret. Et quis dicere audeat illi, quare ſic feciſti? Numquid rectè aduerſarius, qui mundum captiuum tenuit, criminari poteſt, quòd hæc tam miſericors dilectio, vel diligens miſericordia ſine iuſtitia vel abſque veritate ſit? Fortè ſuperbus Angelus, cùm dicimus, Vniuerſæ viæ Domini miſericordia & veritas, audet mouere pennam, & aperire os,& gannire, Falſum eſt, inquiens. Nam quòd Deus ſic dilexit mundũ, vt filium ſuum vnigenitum daret, miſericordia ſine veritate eſt, miſericordia iniuſta eſt. Cui tam fortiter quàm fideliter, in proteruam & obſcœnam faciem reſiſtimus, dicentes, Numquid iuſtum erat, vt Dei dilectio cuiuſpiam hominis dilectione minor appareret? Nónne pater noſter Abraham (pater enim noſter & omnium credentium, ſiue illorum qui ex circunciſione, ſiue illorum qui ex præputio ſunt) Geneſ. 15. quo iuſtificatus per fidem homo erat ex illa maſſa, quæ tota in Adam perierat? Ecce hic obtulit Deo filiũ ſuũ, & non pepercit vnigenito filio ſuo propter Deum. Nónne ergo ſalua iuſtitia & veritate, Deus homini debitor eſſe voluit, vt Deus propter hominem ſuo filio non parceret, quia propter Deũ homo filio ſuo non pepercit? Vbi Deus accepta tanta iuſtitiæ cauſa proclamat: Per memetipſum iuraui, quia feciſti hãc rem,& non pepercíſti vnigenito filio tuo propter me: benedicam tibi,& multiplicabo ſemen tuum,& poſſidebit ſemen tuum portas inimicorum ſuorum, atque in te benedicẽtur omnes gentes terræ. Quis dicere audeat, quare ſic iuraſti? quare apud hominem damnati generis iuramento te obligaſti, vt ſemen illi dare deberes, quod portas inimicorũ ſuorum poſſideret, in quo benedicentur omnes gentes? Nempè etſi ſolius gratiæ vel miſericordiæ eſt, quòd prius illum vocauit,& hoc ſemen benedictionis promittens, de Hur Chaldæorum eduxit, hoc ſanè iam veritatis iuſtitiæ eſt, quòd in tanta tentatione fideli & emerito cum interpoſitione iuramenti promiſit atque compleuit. Igitur tam verax quàm miſericors Deus, tam conſtanti veritate quàm incomprehenſibili miſericordia ſic dilexit mundum, vt filiũ ſuum vnigenitum daret: id eſt, in altitudinem crucis exaltãdum traderet, *vt omnis qui credit in ipſum*, videlicet eiuſdem patris Abrahæ fidem eandem firmiter tenens, *non pereat, ſed habeat vitam æternam*. Fide namque ille filium obtulit, cùm tentaretur,& vnigenitum offerebat, qui ſuſcepérat repromiſſiones, ad quem dictum eſt, Quia in Iſaac vocabitur tibi ſemen, arbitrans quia & à mortuis ſuſcitare potens eſt Deus. Qui igitur credit in filium Dei vnigenitum, quòd Deus illum dederit ſicut promiſit,& interemptum ſuſcitauerit, & principem ac ſaluatorem exaltauerit: ſic eandem cum illo poſſidet fidem, eandem cõſequitur benedictionem, vt non pereat, ſed habeat vitam æternam. Chryſoſt. hom. 26. in Ioan. Quod ergo dicit, huiuſmodi eſt. Ne mireris quòd exaltari debeam vt ſaluemini: Ita enim patri videtur, qui adeò vos dilexit, vt pro ſeruis,& quidem ingratis, filium daret. Atqui neque pro amico, neque pro iuſto ſponte quiſpiã id fecit: quòd Paulus his verbis oſtendit, Rom. 5. Vix enim pro iuſto quis moritur. Sed longiori hic ſermone vſus eſt, quoniam fideles alloquebatur: Chriſtus breui, quoniam Nicodemum, verùm ſignificantiùs. Etenim ſingula verba magnam vim habent. Nam illæ comparationes, *hic dilexit*, & *Deus* & *mundum*, immenſam amoris ſignificant vehementiã. Magna enim inter hæc differentia eſt,& minimè conferenda. Qui enim immortalis eſt,& nullo fine comprehenditur, qui potentiſſimus, ex terra & cinere factos, & innumeris peccatis obnoxios, & malè de ſe

Rupert.

Chriſti diuinitas oſtẽditur, quia in eum creditur.

Dilectio Dei non ſine veritate eſt, nec miſericordia iniuſta eſt.

Argumẽtum à ſimili in facto Abrahæ.

Fides noſtra comparãda fidei Abrahæ.

Chryſoſt.

Exaggeratur Dei in nos dilectio.

meritos & ingratos dilexit. Quæ præterea sequuntur, magnam vim habent. *Vt filium Dei suum vnigenitum*, inquit, *daret*. Non seruum, non Angelum, non Archangelum. Nemo vnquam pro filio tantam præ se tulit charitatem, quantam pro seruis & ingratis seruis Deus. Passionem itaque non aperte, sed in vmbra prædixit. Ex ea autem dilectionis argumentum manifestũ enar-

Tho. Aqu. rat. Thomas Aqu. in Ioan. Notandum igitur, quòd omnium bonorum nostrorũ causa est Dominus, & diuinus amator. Amare propriè est velle alicui bonum. Cùm ergo voluntas Dei sit causa rerum, ex hoc prouenit nobis bonũ, quia Deus amat nos. Et quidem amor Dei est causa boni naturæ. Sap. 11. Diligis omnia quæ sunt, &c. Item est causa boni gratiæ. Hier. 31. In chari-

Magnitudo charitatis ex 4. ostenditur. tate perpetua dilexi te: Ideò attraxi te, &c. scilicet per gratiam. Sed quòd sit etiam dator boni gratiæ, procedit ex magna charitate. Et ideò ostendit hîc hanc Dei charitatem esse maximam ex quatuor. Primò namque ex persona amantis: quia Deus est qui diligit, & immensus. Et ideò

1. dicit, *Sic Deus dilexit*, &c. Deut. 33. Dilexit populos, omnes sancti in manu illius sunt. Secundò,

2. ex conditione amati: quia homo est qui diligitur, carnalis & in peccatis existens. Rom. 5. Commendat Deus suam charitatem in nobis: quoniã cùm adhuc inimici essemus, secundũ tempus,

3. Christus pro nobis mortuus est. Et ideò dicit *mũdum*. Tertiò, ex magnitudine munerum. Nam

Gregor. dilectio ostenditur per donum: (quia, vt Gregor. dicit, probatio dilectionis exhibitio est operis.) Deus autem maximum donum nobis dedit: quia filium suũ vnigenitũ. Et ideò dicit, *vt filium suum vnigenitum daret*. Rom. 8. Proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Et dicit *suum*, id est, filium naturalem sibi consubstantialem, non adoptiuum: de quibus in Ps. Ego dixi, dij estis. Et per hoc patet impostura Arij: quia si filius Dei esset creatura, vt ipse dicebat, non posset in eo ostendi magnitudo illa diuini amoris per susceptionem infinitæ bonitatis, quam nulla creatura recipere potest. Dicit etiam *vnigenitum*, vt ostendat Deum non diuisum amorem habere ad plures filios, sed totum esse in filio. Ioan. 5. Pater diligit filium, & omnia

4. demonstrat ei. Quartò, ex fructus magnitudine: quia per eum habemus vitam æternam. vnde

An Deus dedit filiũ admortem. dicit, *Vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam*, quam acquisiuit nobis per mortem crucis. Sed numquid ad hoc dedit eum, vt moreretur in cruce? Dedit quidem cũ ad

1. mortem crucis, in quantum dedit voluntatem patiendi in ea: Et hoc dupliciter. Primò, quia in-

2. quantum filius Dei ab æterno habuit voluntatem assumendi carnem, & patiendi pro nobis, & hanc voluntatem habuit à patre. Secundò verò, quia animæ Christi inspirata est à Deo voluntas patiendi. Cæterùm quod dicit, *non pereat*, non modò intelligit ab homine auferenda salutis obstacula: sed & media proponenda esse, quibus ad vitam æternam peruenire possit. Immensa autem est diuinæ charitatis largitio, cùm dando vitam æternam, seipsum etiam daturus sit.

Quid vita æterna. Nam vita æterna nihil aliud est quàm frui Deo. Neque verò eapropter quòd dicitur dilexisse mundum, ita putandum est, quòd ea quæ in mundo sunt in maligno posita, concupiscentiam carnis, concupiscentiam oculorum, & cupiditatem vitæ dilexerit. Quid enim eius cultui magis contrarium est? Sed & mundus eum non cognouit: cùm etiam discipulus eius charissimus,

Mundus quid significet. 1. Ioan. 1. dicat, Nolite diligere mundum, neque ea quæ in eo sunt: quia si quis diligat mundum, non est charitas patris in eo. Iac. 1. Qui vult amicus huius mundi esse, inimicus Dei constituitur. Sed sciendum est, mundũ multipliciter sumi. Aliquando pro opificio hoc, & promiscua

1. hominum multitudine. Sic Ioan. 1. Mundus per ipsum factus est. Aliquando in malam partem

2. pro his, qui se totos mundo dederunt, & sic subsequenter. Et mundus eum, &c. Sic pro impiis

3. hominibus frequenter sumitur. Mundus me odit: Et ego pro his rogo, non pro mundo. Aliquando pro prædestinatis ad hæreditatem illam supernam, in mundo visibili peregrinantibus. De hoc subsequenter dicitur, Pater non misit filium suum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur

4. mundus per ipsum. Ioan. 3. Deus erat in Christo mundum sibi reconcilians. Quartò, indifferenter potest sumi pro quibuscunque hominibus bonis vel malis, quos rete fidei vt pisces Dominus ad se trahit. Et sic ibi considerari potest, quòd sic Deus dilexit mundum, id est creaturã humanam, maximè tamen prædestinatos, &c. non excludens peccatores, quia Christus Iesus venit peccatores saluos facere, non eos diligens propter peccata. Ps. Iniquos odio habui, &c. sed ad salutem & conuersionem: qui per Prophetas clamat, Esa. 45. Conuertimini ad me, & salui

Chrysost. eritis omnes fines terræ. *Sic ergo dilexit*, &c. Chrysostomus. Multam indicat amoris intentionem, quia magnum medium & infinitum erat inter Deum & mundum, qui immortalis, qui sine principio, qui magnitudine infinita eos qui de terra, qui de cinere, eos qui pleni erant peccatis, eos qui indeuoti erant, dilexit. Esai. 9. Filius datus est nobis. Roman. 8. Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Quæ quæso charitas ei conferri potest? En nos pecuniis parcimus vt pauperem

subie-

A subleuemus: ipse vt inimicos saluet, proprio filio non pepercit. Enuestes recõdimus pretiosas, & ornatui indulgemus: & filius Dei nudus pro nobis incedit. Nãque, vt noster Mantuan. cecinit,

Quãta filij Dei charitas.

Mantuan.

Sancta Dei pietas, tenuem vestita figuram,
Non pertæsa rudes animos, moribundáque membra
Ferre, nec æstiuo graciles aspergere plantas
Erubuit.

Ipse serui formam accepit, & pro nobis pauper factus est. Tanta charitate ducebatur, vt flocci penderet paupertatem, ignominiam, & opprobria omnia. Fuit hic amor Dei, vt scribit Albertus in Ioan. dulcissimus, sapientissimus, fortissimus. Patris enim affectus & dulcis est, & sapiens est, & fortis est, & immutabilis est. Dulcis quidem, vt alliciat dilectos: sapiens est, vt persuadeat: fortis est, vt trahat. De primo, Sap. 10. Substantiam enim tuam & dulcedinem tuam quam in filios habes, ostendebas. Prouerb. 1. En fero vobis spiritum meum: hoc est, dilectionem meam. Eccles. 24. Spiritus enim meus super mel dulcis, & hæreditas mea

Amor Dei qualis. Albertus.

B super mel & fauum. Sap. 12. O quàm bonus & suauis est spiritus tuus in omnibus! Hoc gustauit Ionathas filius colũbæ, hoc est dilectionis Spiritus sancti. Et dixit, 1. Reg. 14. Gustaui paululũ de melle isto: hoc est, de patris dulcedine: & illuminati sunt oculi mei. Et sapientissimo ex affectu dilexit: quia tam sapienter de redemptione mundi cogitauit. Rom. 11. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, &c. Quis enim cognouit sensum Domini? Esa. 40. Cum quo iniit consilium, & instruxit eum, & erudiuit eum: scientiam & viam prudẽtiæ ostendit illi? Vnde Augustinus de se dicit, in lib. de Confessionib. Non satiabar illis diebus dulcedine mirabili con-

Mira charitatis diuina suauitas. Augustin.

siderare altitudinem consilij Domini super salutem generis humani. Psal. 138. Mirabilis facta est scientia tua ex me: confortata est, & non potero ad eam. Mirabile enim consilium sapientiæ fuit: quod cùm homo superbus cupiens & non valens fieri sicut Deus, cecidisset, ipse sicut

C homo fieret: & per assumptam carnem, lignum notans per quod ceciderat, per lignum hominem ad immortalitatis gloriam, qua nudatus fuerat, redderet. Sic ergo sapientissimè dilexit. Dilexit etiam ex affectu fortissimo: cui nec mors, nec mortis author, nec infernus resistere potuerunt. Cantic. 8. Fortis est vt mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio. Aquæ multæ non possunt extinguere charitatem. Num. 24. Cuius fortitudo est sicut rhinocerotis. Iob. 12. Apud ipsum est fortitudo & sapientia, & apud ipsum est consilium & intelligentia. Sic ergo Deus pater diligit, vt alliciat te sui amoris dulcedo, vt caueat tibi sui amoris sapientia, vt eripiat te sui amoris fortitudo. Notatur autem forma & modus dilectionis, scilicet quantum & qualiter nos dilexerit, cùm adiicit, *vt filium suum vnigenitum daret*: non seruum, non adoptiuum, sed naturalem & consubstantiuum filium, quem tanquam seipsum diligebat. Gregorius. O mira erga

Gregor.

nos tuæ charitatis dilectio! vt seruum redimeres, filium tradidisti. Bernardus: O duri & indurati

Bernard.

D filij Adam, quos non emollit tanta benignitas, tanta flamma, tam ingens ardor amoris, tanquam vehemens amator, qui pro vilibus sarmentis tam pretiosas merces dedit. Hæ quidem diuitiæ, & hæc quibus pauperes subleuare possumus, cum his quæ pro nobis dedit Deus, conferenda sunt. 1. Pet. 1. Non enim corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis: sed pretioso sanguine quasi agni immaculati & incontaminati Christi. 1. Cor. 6. Empti estis pretio magno: glorificate & portate Deum in corpore vestro. Si enim pretium illud considerandum sit, audi quia pater ille cœlestis *filium suum vnigenitum dedit*, sibi coæqualem, consubstantialem, ac coæternum: Vnigenitum quidem dictum, siue vnicum, quasi maximè dilectum, & pretiosum, & super omnia charum. Hebræa enim vox earum significationum vim habet. Vnde cùm Genes. 22. dicitur, Tolle filium tuum vnigenitum,

E &c. Septuaginta transtulerunt ἀγαπητὸν, quasi dicant, vnicè adamatum, vt Isaac ab Ismaële secerneretur. Vnde & cùm baptisãretur à Ioanne, vox Patris audita est, Matth. 4. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Marc. 17. Et in monte Thabor, Matth. 17. & Luc. 9. Hic est filius meus charissimus. Dedit autem ipsum, inquit Albertus Magnus, in carnis humilitatem, in vitæ paupertatem, in mortis amaritudinem, in crucis confusionem. De primo horum,

Alb. Mag. *Humilitas Christi quanta.*

Phil. 2. Humiliauit semetipsum, factus obediens patri, formam serui accipiẽs: in similitudinem hominum factus est, & habitu inuentus est vt homo. Et ibidem dicitur, quòd exinaniuit semetipsum. Et ideò propter carnis humilitatem & passibilitatem dicitur minoratus ab Angelis, Ps. 8. Minuisti eum paulò minus ab Angelis, &c. De secundo dicitur, 2. Corinth. 8. Scitis gratiam Domini nostri Iesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cùm esset diues: vt nos illius inopia diuites essemus. Zach. 9. Iste pauper & ascendens super asinam, & super pullum filium asinæ. Psalm. 87. Egenus & pauper ego sum à iuuentute mea: afflictus autem & humiliatus sum. Matth. 8. Vulpes foueas habent, & volucres nidos, &c. Ps. 21. Diuiserunt sibi vestimen-

ta mea,&c. Pauper autem natus,pauperior cõuersatus,pauperrimus fuit in cruce spoliatus. De F
mortis amaritudine dicitur,Thren.3. Recordare paupertatis meæ,transgressionis, absinthij &
fellis. Deuter.32. Vua eorum fellis,& botrus eorum amarissimus: fel draconum vinum eorum,
Verè in amaritudine mortis fuit,qui pœnam mortis in corpore,fellis amaritudinem in ore,in-
sultationem carnificum auribus accepit: qui in oculis sustinuit confusionem & verecundiam
suorum iuxta crucem astantium,in naribus fœtorem sputorum & cadauerum. De crucis con-
fusione,Heb.12. Sustinuit crucem,confusione contempta. Philip.2. Factus obediens patri vsq;
ad mortem,mortem autem crucis. Quanta ergo & qualis fuit hæc patris dilectio,vt filiũ suum
vnigenitum daret,qui sic humiliaretur, tantam paupertatem, afflictionem & confusionẽ susti-
Greg.Năz. neret pro nobis? Greg.Nanz.Orat.in Cæsariũ fratrem. Eapropter enim,inquit,humanã carnẽ
assumpsit,ac pauper factus est,vt iacentem carnem erigeret,& imagini salutem afferret,homi- G
némque instauraret:vt omnes in Christo,qui perfectè omnia in omnibus factus est,vnum effi-
Theoph. ciamur. Theoph.in Ioan. Vide autem,oro,quòd sicut suprà dixit filium hominis descendisse de
cœlo,quamuis non descẽderit caro de cœlo:sed propter vnam personam & vnam hypostasin,
ea quæ Dei sunt,attribuit homini:ita & hoc loco ea quæ hominis sunt, attribuit Verbo Deo.
Dedit enim,inquit,Deus filium suum in mortem,quamuis impassibilis permanserit Deus:atta-
men quia vnus & idem fuit per hypostasin,Verbum Dei,& homo,ideóque filius dicitur datus
esse,inquantum & verè passus,non in sua natura,sed in sua carne. Quod autem lucrum,dari fi-
lium? O magnũ & supra humanam mentem! *Vt omnis qui credit in illum,* duo illa lucretur:vnum
quidem,vt *non pereat*:alterum,vt *habeat vitam*,nec simpliciter vitam,sed *æternam*. Nusquam æ-
ternam vitam Deum exhibuisse legimus,quàm in nouo Testamento. Vetus enim lex promit-
tebat eos,qui in illa Deo placebant,implendos longitudine dierum. Euãgelium autẽ non tem-
porariam vitam largitur,sed æternam & indissolubilem. Hic est igitur Euangelij fructus,vt cre- H
dentibus nobis in Christum fide viua,vita rependatur æterna. Et hæc quidẽ obumbrata fuerat
in illo populo,nobis tamen & promissa,& exhibita. Illis promissionis terra,lacte & melle fluens
in præmium fuit,non infidelibus,sed credentibus:alioquin eorũ,qui nec Deo, nec Moysi cre-
diderũt,corpora prostrata sunt in deserto:quantò verò minus vita illa æterna,& terra viuentiũ
Fides me- distribuetur in sortem,& funiculum hæreditatis, his qui in fide hæsitauerint? Fidem igitur vt
dium ad medium assignat,quo perueniamus ad vitam. Leo Martyr,sermone 4.in natiuitatem Domini.
vitam. Magnum præsidium est fides integra,fides vera,in qua nec augeri ab vllo quicquã, nec minui
Leo Mar. potest:quia nisi vna est,fides non est,dicente Apostolo,(Ephes.4.) Vnus Dominus, vna fides,
vnum baptisma,vnus Deus & pater omniũ,qui est super omnes, & per omnia, & in omnibus
nobis. Huic vnitati,dilectissimi,inconcussis mentibus inhærete,& in hac omnẽ sectamini san- I
ctitatem,quia sine fide impossibile est placere Deo,(Heb.11.) Et nihil sine illa castum,nihil san-
ctum,nihil viuum. Iustus enim ex fide viuit. Quam qui diabolo decipiente perdiderit, viuens
mortuus est:quia sicut per fidem iustitia,ita etiam per fidẽ veram,vita obtinetur æterna:dicen-
te Domino Saluatore,Hæc est vita æterna,vt cognoscãt te Deum verũ,& quem misisti Iesum
Fulgent. Christum. Fulgent.ho.de nat. Domini: Magnum mysterium,dilectissimi, magnum diuinæ di-
lectionis indiciũ. Homo Deum contemnens à Deo discessit:Deus hominẽ diligens,ad homi-
nes venit:dilexit impium,vt faceret iustũ:dilexit infirmũ,vt faceret sanum: dilexit peruersum,
vt faceret rectum:dilexit mortuum,vt faceret viuum. Et quid amplius dicam? Quãdoquidem
Deus vnigenitus humanam naturam tantũ dilexit,vt eam non solùm à potestate mali Angeli
liberaret,verumetiã in seipso super omnes bonos Angelos,in patris dextera collocaret. Ioã.10.
Ego veni vt vitam æternam habeant,& abundantiùs habeant. *Non enim misit Deus filiũ suũ in* K
mundũ, vt iudicet mundũ,sed vt saluetur mundus per ipsum. Verùm & hoc videtur aduersari aliis
sententiis,quibus Christus iudex agnoscitur. Io.5. Pater non iudicat quenquã,sed omne iudiciũ
dedit filio. Hier.23. Hoc est nomen q̃ vocabũt eũ,Dominus iustus noster. Es.16. Præparabitur
in misericordia soliũ,& sedebit super illud,iudicans in æquitate,& velociter reddens quod iu-
Quotuplex stum est. Respõdemus autem quòd multiplex est iudiciũ. Vnum est discretionis,de quo Ps.42.
est iudiciũ. Iudica me Deus,& discerne causam meã de gente non sancta. Et hoc boni à malis in præsenti
aut signo,aut facto aliquo discernũtur,sicut & Israëlitæ ab Ægyptiis discreti sunt,quoniã plagas
illas Ægypti non senserunt:aut Moses secreuit eos,qui vitulos adorarãt,ab aliis:aut concionа-
tor,verbo secernit fideles ab infidelibus. Hoc iudiciũ vt omniũ verbi ministrorũ est, ita quoq;
Christi. Est iudiciũ probationis,quo sancti purificantur. Ps.25. Iudica me Dñe,quoniam ego in
innocentia mea ingressus sum. Proba me Domine, & tenta me,vre renes meos & cor meum.
Et vide si via iniquitatis in me est, & deduc me in via æterna. Est iudicium defensionis, quo
boni

A boni à malis discernuntur. Ps. 34. Iudica Domine nocẽtes me, expugna impugnãtes me. Appre hende arma & scutum, & exurge in adiutorium mihi. Et iterum iudicium liberationis, quo boni à potestate malorum eripiuntur. Ioan. 12. Nunc iudicium est mundi, nũc princeps huius mundi eiicietur foras. Est iudicium temerarium. Matth. 7. In quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Est iudicium inflictionis pœnæ, quæ fit in præsenti. Ezech. 16. Iudicabo te iudicio adulterarum, & effundentium sanguinem. Osee 2. Iudicate matrem vestram, iudicate, quia ipsa non vxor mea, nec ego vir eius. Augustinus in lib. Confess. Iussisti Domine, & sic est, Augustin. vt pœna sit sibi omnis inordinatus animus. Et hoc iudicio homo malus priuatur gratia, & in bono naturali vulneratur. Est iudicium discussionis, in quo discutientur merita singulorum. Daniel. 7. Iudicium sedit, & libri aperti sunt. Et describitur Matth. 25. Cùm venerit filius hominis in sede maiestatis suę. Est iudicium condemnationis ex rettributione meritorum. Apoc.

B 18. Væ væ ciuitas illa magna Babylon, quoniam vna hora venit iudicium tuum. Itaque dicendum est, quòd Christus in primo aduentu non iudicat iudicio condemnationis. Ideò enim *Quo iudicio Christus nõ iudicat.* adulteræ dixit, Nec ego te condemnabo, (Ioan. 8.) Sed nihil impedit, quin cæteris iudicij speciebus, suos ab alienis discerneret, & aliquando suis reprehensionibus coërceret. Chrysostom. Chrysost. hom. 28. in Ioan. Duo enim sunt Christi aduentus, sed non iisdem de causis. Nec enim primus est vt iudicet, sed vt dimittat, & absoluat: alter autem in maiestate, eum iudicem exhibebit. Nam si primùm peccatores iudicasset, omnes repentè periissent. (Rom. 3.) Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei. Quòd autem multa Dei clementia ostendatur, hinc constat. Duas nobis vitas Deus constituit, præsentem, & futuram: præsentem in certamen, futurã in certaminis præmium. Quanam ratione? Multa & grauia commisimus, neque à pueris in vltimam vsque senectutem abstinuimus, quin innumeris animã sceleribus coinquinaremus:

C nullam eorum à nobis rationem exigit, sed regenerationis lauacrum his non absoluit, iustitiã & sanctificationem largitus est: quid ergo qui à cunabulis diuinis mysteriis initiatus, deinde multa in peccata prolapsus est? Is profectò maioris reus est supplicij: ex ipsis namque peccatis post mysteriorum initiationem, longè grauiùs affligimur. quod Paulus his verbis significauit, (Heb. 10.) Irritam quis faciens legem Moysi, sine vlla miseratione, duobus vel tribus testibus moritur: quantò magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit? Maiori igitur supplicio hic obnoxius. Verumtamen etiam huic pœnitentiæ portas aperuit, & multas abluendi peccati vias præbuit. Considera quæso quanta hæc sint benignitatis exempla, vt post lapsum à gratia peccanti & reo non supplicium, sed emendationis spatium diuina largiatur clementia. Non enim misit Deus filium suum in mũdum, vt iudice-

D tur, sed vt saluetur mundus per ipsum. Gregor. Nanz. de calamitatibus animę suæ. Ecce ani- Gr. Nanz. ma nostra semper aduersus vitam cæcis oculis properat, ac præcipitia regionis illius concupiscit. Quòd si nonnunquam aut Dei timori, aut laboribus, aut oraculis diuinitùs inspiratis vel *Hominũ ingratitudo, et summa miseria.* tantillum cedere sibi imperarit, rursus tamen, non secus ac planta quædam consitoris manibus detorta, in pristinum vitium curuatur. O nos mortis huius nomine miseros! ô nos præposteros, ac absurdos, qui cùm vitiis laceremur, nostro tamen furore atque amentia oblectamur! vtpotè qui nec internam eam rationem veremur, quam Deus vitæ semen afferens, nascentibus nobis inseuit: nec legem eam reformidamus, quam Christus, priùs quidem lapideis tabulis, cùm veritatem obuelaret, & adumbraret, pòst autem in cordibus quoque nostris, Spiritus sancti fulgore perlustratis insculpsit: ac denique contraria Christi passionibus consilia inimus, quibus ille nos ex turbidis animi motibus extraxit, cùm carnem assumpsit, & cruci af-

E fixus est, simúlque hominum peccatum, Beliæque imperium fixit, vt nos rediuiui è tumulo prosilientes, Christi gloriæ in cœlo participes simus. Et nec tamen toties in peccata relapsi, diuinæ spei anchoram perdidimus, si modò in Christum credamus. Esa. 50. Propè est qui iustificat, quis est qui contradicet mihi? Rom. 8. Si Deus iustificat, quis est qui condemnet? 1. Tim. 1. Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus venit in hunc mundũ peccatores saluos facere. Ita *misit Deus filium suum, vt saluetur mundus per ipsum.* Sed & adhuc quæritur, si per ipsum mundus saluari debet, quid timendum erit? Quî fiet vt non omnes saluentur? Respondet Augustin. tract. 12. in Ioan. Quantum, inquit, in medico est, sa- Augustin. nare venit ægrotum. Ipse se interimit, qui præcepta medici seruare non vult. Venit saluator ad mundum. Quare mundi saluator dictus est, nisi vt saluet mundum? Saluari non vis ab ipso: ex teipso iudicaberis. Vtitur autem generali nomine, quo omnes hîc viuentes homines *Quid mũdi nomine.* intelligat. Non enim dicit, vt saluetur Israël, sed vt saluetur mundus: per mundum omnes, qui

in mundo sunt, homines intelligens. Non enim est masculus aut fœmina, non Scytha aut F
Fulgent. Barbarus: sed in omni gente qui facit iustitiam, acceptus est illi. Fulgent. lib. de incarn. & gratia Iesu Christi, cap. 31. Quocirca, inquit, illos omnes, quos Deus vult saluos fieri, sic intelligere debemus, vt nec aliquem putemus saluari posse, nisi Dei voluntate, nec existimemus voluntatem omnipotentis Dei aut in aliquo non impleri, aut aliquatenus impediri. Omnes enim quos Deus vult saluos fieri, sine dubitatione saluantur: nec possunt saluari, nisi quos Deus vult saluos fieri: nec est quisquam, quem Deus saluari velit, & non saluetur: quia Deus noster omnia quæcũque voluit, fecit. Ipsi vtique omnes salui fiunt, quos omnes vult saluos fieri, quia hæc salus non illis ex humana voluntate præstatur. Verumtamen in his omnibus hominibus, quos Deus vult saluos facere, non totum omninò genus significatur hominum, sed omnium vniuersitas saluandorum. Ideò autem omnes dicti sunt, quia ex omnibus hominibus omnes istos diuina bonitas saluat, id est, ex omni gente, conditione, ætate, ex omni lingua, G ex omni prouincia. In his omnibus ille sermo nostri redemptoris impletur, quo ait: Cùm exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum. Quod non ideò dixit, quia omnes omninò trahit, sed quia nemo saluus fit, nisi quem ipse traxerit. Ioan. 6. Nam & alibi dicit: Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Item alibi: Omne quod dedit mihi pater, ad me veniet. Hi ergo sunt omnes, quos vult Deus saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Theophilactus in Ioan. Primùm ergo ad hoc venit Christus, vt mundum saluaret. Atque hęc est illius intentio: per accidens autem iudicat eos qui non crediderunt. Lex enim Mosaica præcessit, vt reprehenderet peccatum, & condemnaret præuaricantes. Nulli enim ignoscit: sed simul atque inuenerit peccantem in aliquo, pœnam infert, Exod. 20. Deut. 5. 17. 32. Itaque primus aduentus non propter iudicium factus est, nisi per accidens, iudicans eos qui non crediderunt, quia iam iudicati sunt. Secundus verò erit, vt omnes iudicet, & vnicuique H secundum opera sua faciat. *Qui credit in filium, non iudicatur.* Thomas Aquinas in Ioann. Hîc inquit, probat quæ dixerat, quasi per locum à diuisione, hoc modo. Quicunque iudicabitur, aut erit fidelis, aut infidelis. Sed non venit ad iudicandum infideles, quia iam iudicati sunt. Ergo à principio non misit Deus filium suum, vt iudicet mundum. Primò ergo respondit, quòd fideles non iudicantur. Secundò, quòd nec infideles, ibi: Qui autem non credit. Dicet ergo, Non veni vt iudicem mundum: quia non veni ad iudicandum fideles: quia qui credit in eum, non iudicatur: scilicet iudicio condemnationis, quo nullus credens in eum fide formata iudicatur. Ioan. 5. In iudicium non venit, sed transiet, &c. sed iudicabitur iudicio præmiationis & approbationis. De quo dicit Apostolus, 1. Cor. 4. Qui autem iudicat me, dominus est. Sed numquid multi fideles peccatores? non damnabuntur? Respondeo. Dicendũ quòd quidam hæretici dixerunt, quòd nullus fidelis, quantumcunque peccator, damnabitur, sed saI uabitur merito fundamenti, scilicet fidei, licet aliquam pœnam patiatur. Et erroris sui fundamentum sumunt ex hoc quod dicit Apostolus, 1. Cor. 3. Fundamentum aliud nemo ponere potest. Et infrà: Si cuiusque opus arserit, ipse tamen saluus erit: quasi per ignem. Sed hoc manifestè est cõtra Apostolũ, ad Gal. 5. Manifesta sunt opera carnis, quę sunt fornicatio, &c. Et infrà: Qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. Dicendũ est ergo, quòd fundamentũ non est fides informis, sed formata, quæ per charitatẽ operatur. Et ideò signãter nõ dicit Dominus, Qui credit ei: sed, Qui credit in eum: id est, qui credẽdo in eũ per charitatẽ tendit, non iudicatur: & hoc quia non peccat mortaliter, per quod tollitur fundamentum. Vel secundũ Chrysost. hom. 27. in Ioan. Omnis qui malè agit, non verè credit. Vnde Paulus ad Tit. 1. Confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Sed qui benè agit. Iob. 2. Ostende mihi ex operibus fidem tuam. Et hic non iudicatur: id est, non condemnatur propter infidelitatem. Augustinus EpiK stol. 112. ad Paulinam, de videndo Deo, cap. 10. Hoc iudiciũ, inquit, pœnam æternam significat. Nihil enim damnationis est his qui sunt in Christo Iesu. Euthymius in Ioan. Non condẽnatur, inquit, qui legitimè credit, & qui seruat etiã eius præcepta. Et sicut illum fides eximit à condemnatione, ita qui non credit, iam iudicatus est. Augustin. tom. 3. lib. de agone Christiano, cap. 27. Nec tamen, inquit, eos audiamus, qui negant diem iudicij futurum, & commemorant quod in Euangelio scriptum est, eum qui credit in Christum, non iudicari: qui autem non credit in illum, iam iudicatum esse. Dicunt enim, Si & ille qui credit, non veniet in iudicium, & ille qui non credit, iam iudicatus est, vbi sunt quos iudicaturus est in die iudicij? Non intelligunt sic loqui scripturas, vt præteritum tempus pro futuro tempore insinuẽt: sicut suprà diximus, quod Apostolus dixit de nobis, quòd simul nos sedere fecit in cœlestibus, nondum factum est: sed quia certum est futurum, ita dictum est, quasi iam factum sit,

Quomodo Deus vult omnes saluos fieri, et tamen non omnes saluantur.

Theoph.

Tho. Aqu.

An non iudicentur fideles.

Fides formata fũda mẽtũ salutis est.

Chrysost.

Augustin.

Euthym.

Augst.

obiectio.

&

A & ſicut ipſe Dominus diſcipulis dixit, Ioann. 15. Omnia quæcunque audiui à patre meo, nota feci vobis. Et paulò pòſt, Ioan. 16. Multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis illa portare modò. Quomodo ergo dixerat, Omnia quæcunque audiui à patre meo, nota feci vobis: niſi quia illud quod per Spiritum ſanctum certiſſimè facturus erat, quaſi iam feciſſet, locutus eſt, Ioan. 3. Sic ergo cùm audimus, Qui credit in Chriſtum, non veniet in iudicium: intelligamus quòd non veniet ad damnationem. Dicitur enim iudicium pro damnatione, ſicut dicit Apoſtolus Rom. 14. Qui non manducat, manducantem non iudicet: id eſt, non de illo malè exiſtimet. Et Dominus dicit, Matth. 7. Nolite iudicare, ne iudicetur de vobis. Nõ enim tollit nobis intelligentiam iudicandi, cùm & Propheta dicat Pſ. 57. Si verè iuſtitiam diligitis, rectè iudicate filij hominum: & ipſe Dominus dicat, Ioan. 7. Nolite iudicare perſonaliter, ſed iuſtum iudiciũ iudicate. Sed illo loco vbi iudicare vetat, illud admonet, ne damnemus aliquem, cuius B vel cogitatio nobis non eſt aperta, vel neſcimus poſtea qualis ſit futurus. Si ergo cùm dicit, ad iudicium non veniet, hoc dixit, quia non veniet ad damnationem: Qui autem non credit, iam iudicatus eſt: hoc dixit, quia iam iudicatus eſt præſcientia Dei, qui nouit quid immineat non credentibus. Eandem reſolutionem ſequitur tract. 12. in Ioan. Nondum, inquit, apparuit iudicium, & iam factũ eſt iudicium: nouit enim Dominus qui ſunt eius, nouit qui perueniant ad coronam, qui permaneant ad flammam: nouit in area ſua triticum, nouit & paleam, nouit ſegetem, nouit & zizania. Ita *qui non credit, iam iudicatus eſt*, in Dei præſcientia. Chryſoſtom. hom. 27. in Ioann. aliam rationem adducit. Nam quemadmodum homicida, etſi iudicis ſententia ſit indemnatus, damnatur tamen ipſius rei natura: ita & incredulus. Siquidem & Adam, qua die comedit à ligno, mortuus eſt. Ea enim lata eſt ſententia Geneſis 2. In quacunque die comederitis à ligno, morte moriemini. Atqui viuebat: quomodo ergo mortuus eſt? Diuina C ſententia, & rei natura: quippè qui ſeipſum fecit ſupplicio obnoxium, ſub ſupplicio eſt: ſi nõ re, tamen ſententia. Sed ne quis, cùm audiret eum non viuere, vt iudicaret mundum, impunitum peccatum arbitraretur, & pigrior fieret: hanc tollit opinionem, inquiens, Iam iudicatus. Nam cùm multo pòſt tempore futurum eſt iudicium, eius iam formidinem incutit, quod incredibilem ipſius præ ſe fert humanitatem, quòd non ſolùm filium daret, ſed iudicij quoque tempus differret in longum tempus, vt abluendi criminis poteſtas fieret peccatoribus & infidelibus. Quòd ſi quis obiiciat paruulos etiam baptiſatos non credere in Chriſtum, ideircò iam & illos iudicatos eſſe: reſpondet Auguſtinus, ſerm. 14. de verb. Apoſt. eos fide aliena ſaluari. Vtique, inquit, prodeſt Chriſtus paruulis baptiſatis. Prodeſt ergo non credentibus? Abſit vt ego dicam, non credentes infantes. Iam ſuperiùs diſputaui. Credit in altero, qui peccauit in altero. Dicitur, credit, & valet, & inter fideles baptiſatos computatur. Hoc habet authoritas D matris Eccleſiæ, hoc fundatus veritatis obtinet canon. Contra hoc robur, contra hunc inexpugnabilem murum quiſquis arietat, confringitur. *Credunt* vtique *in nomine vnigeniti filij Dei*, in quo baptiſantur. Et verè illi omninò non credunt, qui nec eius ſacramentis inſigniuntur, nec in gremio ſponſæ illius Eccleſiæ ſe continẽt, nec cùm adulti ſint, fidei ſymbola ſeriò profitentur. *Hoc eſt autem iudicium: quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem.* Chryſoſtomus hom. 17. in Ioann. Conſidera igitur quo pacto omnem aufert infidelibus excuſationem. In mundum lucem veniſſe dicit. Num eam quæſierunt, inquit? Nũ laborarunt, num adnixi ſunt vt eam inuenirent? Theophilactus. Non enim in hoc ſolo peccarunt, quòd ipſi non quæſiuerunt lucem: ſed quòd lux venit ad illos, & illam non ſuſceperũt. Nam ſiquidem non veniſſet lux, potuiſſent homines prætexere, ignoraſſe ſe quid eſſet bonũ: E verùm quia venit Deus Verbum, & illi eum non receperunt, omni excuſatione carent. Euthymius in Ioan. Hæc eſt ergo infidelitatis condemnatio. Propter hoc condemnantur, quia veniente ad eos luce ſcientiæ ac veritatis (dicit autem hoc de ſeipſo) dilexerunt magis tenebras ignorantiæ ac mendacij, quàm lucem. Nam qui abſente luce manet in tenebris, excuſationem fortaſſis aliquam habebit: quam & oportuit hunc non ita ſe habere, ſed lucem quærere: qui verò veniente ad ſe luce adhuc in tenebris reſidet, omni priuatur excuſatione. Auerſum enim animum ad lucem claudit, & voluntariè tenebris offunditur. Nec ſolùm ad lucem non venit, ſed è diuerſo, cùm magis lux ad ſe veniat, fugit, & à ſua auertitur ſalute. Deinde etiam cauſam ponit, propter quam dilexerunt tenebras. Rupertus lib. 3. in Ioann. Venit enim lux in mundum, proſecuta eſt homines: mox vt de regno Dei proiecti ſunt, plurima illis accendit luminaria, vbi poſt paternam denudationem nati ſunt, vt nuditatem ſuam recognoſcentes, & pœnitentiam agentes, veſtem innocentiæ recuperarent. Plurima, inquam, accendit ante legem, & ſub lege, ſcilicet iuſtos viros, quorum factis, dictis, vel ſcriptis lucentibus,

A ſimili.

Idem Aug.

Chryſoſt. *Quomodo qui nõ credit, iã iudicatus eſt.*

Idem Aug. *Quomodo proſit Chriſt⁹ paruulis nondũ credentibus.*

Chryſoſt. *Tollitur infidelibus omnis excuſatio.*

Theoph. Euthym.

Rupert. *Quomodo homines dilexerũt tenebras.*

seipsos viderent & agnoscerent. Tandémque venit ipsa lux, ipse sol iustitiæ, paratum illis ostendens, & facilem introitū regni Dei: sed dilexerunt magis tenebras quàm lucem. Quare? *Erant enim eorum opera mala.* Quæ? Fornicationes, adulteria, homicidia, veneficia, comessationes, furta, periuria, ebrietates, falsa testimonia, & his similia, quibus omnibus lux ista inimica est: quæ dum ostendit illis additum regnum Dei, dum præcipit illis ex aqua & spiritu sancto renasci, & generationem cœlestem ingredi, in qua non liceat scortari vel inebriari, polluere vel pollui, concupiscere, & rapere vel furari, refugiunt ab ista luce, seque in tenebras suas recondunt, sicut Adam pater ipsorum, & foliis prauę defensionis pudenda opera contegunt, blasphemantes insuper ipsam lucem, suásque defendentes tenebras, vocantes tenebras lucem, & lucem tenebras, vt legitur Esaiæ 5. Verùm hîc quæritur, an infidelium opera mala sint, maximè cùm legamus multos eorum secundum virtutem operatos esse. Sed dicendum secundum Chrysostomum, quòd aliud est benè operari ex virtute, aliud ex aptitudine & dispositione naturali. Sunt enim qui ex naturali dispositione benè operantur, quia non inclinantur ad contrarium: & hoc modo etiam infideles poterunt benè operari, & ex his multi castè viuere, quia non impugnabantur à concupiscentia: humiles esse, quia non incitabantur ad ambitionem & iactantiam. Illi autem ex virtute benè operantur, qui etsi inclinentur ad vitium contrariū, tamen ex rectitudine rationis & bonitate voluntatis à virtute non declinant: quod proprium est fidelium, inquit Thomas Aquin. in Ioan. Vel dicendum est, infideles bona quædam fecisse: non tamen propter amorem virtutis, sed propter iactantiam & vanam gloriam. Nec etiã omnia benè operabantur, cùm neque Deo suum cultum exhiberent, nec ipsum super omnia diligerent. *Omnis enim qui malè agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius.* At verò dices, Omnes nos, quotquot ad Deum accedimus, & lucem quærimus, peccato obnoxios esse. Verùm in omnibus voluntas attendenda est, vt is non veniat ad lucem, non modò cuius opera mala sunt, sed & qui hæc ipsa diligit: sicut dixit, *Et dilexerunt magis tenebras quàm lucem.* Augustin. tract. 12. in Ioann. Quid est hoc? Quorum enim opera bona erant? Nũ venisti vt viuifices impios? Sed *dilexerunt*, inquit, *magis tenebras quàm lucem.* Ibi posuit vim. Multi enim dilexerunt peccata sua, & multi confessi sunt peccata sua: quia qui confitetur peccata sua, & accusat peccata sua, iam cum Deo facit. Accusat Deus peccata tua. Si & tu accuses, coniungeris Deo. Quasi duæ res sunt, homo, & peccator. Quod audis homo, Deus fecit: quod audis peccator, ipse homo fecit. Dele quod fecisti, vt Deus saluet quod fecit. Oportet vt oderis in te opus tuum, & ames in te opus Dei. Cùm autem cœperit tibi displicere quod fecisti, indè incipiunt bona opera tua, quia accusas mala opera tua. Albertus Magnus. Diuinæ igitur iustitiæ rationem ostendit, inquit. Non enim dixit, qui malum agit: hoc enim ex ignorantia & impotentia infirmitatis fieri potest: sed, qui malè agit, hoc est contrariũ virtuti: quia plus virtus in benè agendo consistit, quàm bonum agendo. *Odit lucem* veritatis & virtutis. Sap. 17. Dum impij se putant latere in obscuris peccatis, tenebroso obliuionis velamento dispersi sunt. Iob. 24. Oculus adulteri obseruat caliginẽ, dicẽs, Non me videbit oculus. Hac verecundia dum illustrantur lumine discussionis diuinæ, dicent montibus, Cadite super nos: & collibus, Operite nos. Apoc. 6. *Et non venit ad lucem*, quantum in se est. Ephes. 5. Nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum: magis autem redarguite. Genes. 3. Audiui Domine vocem tuam, & abscondi me: timui enim eò quòd nudus essem. *Vt non arguãtur*, hoc est, arguenda esse ostendantur, *opera eius.* Omnia quæ arguuntur, à lumine manifestantur. Ephes. 5. 2. Reg. 12. Tu fecisti verbum hoc in abscondito: ego autem facio in conspectu omnis Israël, & in conspectu solis huius. Per oppositum verò *qui facit veritatem, venit ad lucem:* quia veritas quærit lucem: quia ipsa lux est, quam tenebræ non comprehenderunt. Veritas enim, vt dicit Augustinus, est rectitudo sola mente perceptibilis, qua omnia cogitata, dicta & opera ad rectum mensurantur. Psal. 42. Emitte lucem tuam & veritatem: ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum tuum. 3. Esd. 4. Veritas manet, & inualescit in æternum: & viuit, & obtinet in secula seculorum. Philip. 2. Inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. Matth. 5. Nemo accendit lucernam, & ponit eam in abscondito, neque sub modio, sed super candelabrum, vt qui ingrediuntur, lumen videant: *quoniam in Deo*, qui summa lux est, & manifestans omnia bona, *facta sunt.* 1. ad Tim. vlt. Qui habitat lucem inaccessibilem. Dan. 12. Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ erunt in perpetuas æternitates. Ideò dicit Apostolus, Rom. 13. Abiiciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sic vt in die honestè ambulemus. Verùm quæri potest, quomodo hi, qui se peccatores proprio iudicio cognoscunt, & veritatem faciunt,

An infidelium opera mala sint. Chrysost.

Tho. Aqu.

Augustin.

Alber. Ma.

Veritas, quid. August.

obiectiones.

A faciunt, & ad lucem veniunt? An verò vt manifestentur peccata illorum? Quid si aliquid boni operis fecerint, an illis erit gloriandum, & contendendum vt in lucem veniant opera illorum? Ad priorem obiectionem respondet Augustinus, tom. 12. in Ioan. Facis, inquit, veritatem, & venis ad lucem. Quid est, facis veritatem? Non te palpas, non tibi blandiris, non tibi adularis, non dicis, Iustus sum, cùm sim iniquus: & incipis facere veritatem. Venis autem ad lucem, vt manifestentur opera tua: quia in Deo sunt facta: quia & hoc ipsum, quod tibi displicuit peccatum tuum, non tibi displiceret, nisi tibi Deus luceret, & eius veritas tibi ostenderet. Sed etiã qui admonitus diligit peccata sua, odit admonentem lucem, & fugit eam, vt non arguantur opera eius mala quæ diligit. Qui autem facit veritatem, accusat in se mala sua: non sibi parcit, non sibi ignoscit, vt Deus ignoscat: quia quod vult vt Deus ignoscat, ipse agnoscit, & venit ad lucem: cui gratias agit, quòd ille quid in se odisset, ostenderit. Dicit Deo, Auerte faciem tuam à peccatis meis. Ps. 50. Et qua fronte dicit, nisi iterum dicat, Quoniam facinus meum B contra me est semper? Sit ante te, quod non vis esse ante Deum. Si autem post te feceris peccatum tuum, retorquet illud tibi Deus ante oculos tuos: & tunc retorquet, quando iam pœnitentiæ fructus nullus erit. Ad posteriorem obiectionem respondet Thomas Aquinas, Licitum esse sua opera Dei testimonio exhibere, vt approbentur, secundum quod dicitur, 2. Cor. 10. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus, &c. & Iob. 16. Ecce in cœlo est testis. Velle & manifestari in sua conscientia, vt gaudeat, secundum quod dicitur, 2. Cor. 1. Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ. Velle autem manifestari hominibus ad laudem vel ad gloriam propriam, reprehensibile est. Nihilominus tamen sancti viri, bona quæ faciunt, manifestari desiderant hominibus propter honorem Dei, & ad vtilitatem fidei. Matth. 5. Sic luceat lux vestra coram hominibus, &c. Sed veniunt ad lucem: vt manifestentur opera eorum, quoniam in Deo sunt facta: id est, secundum mandatum Dei. C Quicquid enim boni facimus, siue vitando peccatum, seu pœnitendo de commissis, siue bona operando, totum est à Deo: iuxta illud Esaiæ, Omnia opera nostra operatus es nobis, & cæt.

Augustin.

peccata nostra coram nobis sint.

Tho. Aqu.

Christus per discipulos baptisat, conqueruntur Ioannis discipuli apud illum: Ioannes rursum Christum sponsum esse testatur, se sponsi amicum, & quantum ipse suáque Christo cedant, prædicat: quem à Deo missum & omnipotentem agnoscit.

D Matth. Marc. Luc.

IOAN. 3.

Post hæc venit Iesus & discipuli eius in Iudæam terram: & illic demorabatur cum eis, & baptisabat. Erat autem & Ioãnes baptisans in Ænon iuxta Salim: quia aquæ multæ erant illic, & veniebant, & baptisabantur. Nondum enim missus fuerat Ioannes in carcerem. Facta est autem quæstio ex discipulis Ioãnis cum Iudæis de purificatione. Et venerunt ad Ioannẽ, & dixerunt ei, Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hîc baptisat, & omnes veniunt ad eum. Respondit Ioannes & dixit, Non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de cœlo. Ipsi vos mihi testimonium perhibetis quòd dixerim, Non sum ego Christus: sed quia missus sum ante illum. Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi, qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Hoc ergo gaudium meũ E impletum est. Illum oportet crescere, me autem minui. Qui desursum venit, super omnes est. Qui est de terra, de terra est, & de terra loquitur: qui de cœlo venit, super omnes est. Et quod vidit & audiuit, hoc testatur: & testimonium eius nemo accipit. Qui autem acceperit eius testimonium, signauit quia Deus verax est. Quem enim misit Deus, verba Dei loquitur: non enim ad mensurã dat Deus spiritum. Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius. Qui credit in Filium, habet vitam æternam: qui autem incredulus est Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum.

Introductio.

NIHIL veritate clarius, nihil potentius: nihil mendacio imbecillius, etsi innumeris obtegatur operimentis. Mendacium enim deprehenditur, & effluit facilè: veritas autem nuda omnibus proponitur, volentibus eius pulchritudinem intueri: neque latere vult, nullum timet periculum, nullas insidias tremit, nullam desiderat multitudinis gloriam, nulli hominum est obnoxia, omnia excedit: etsi innumeris circumueniatur

insidiis, tuta permanet: & qui ad eam confugiunt, tanquam infirmissimo & tutissimo muro eius viribus custodiuntur: & latentia omnia abscondita in medium proponit. Quod Christus ad Pilatum his verbis significauit: Ego palàm locutus sum mundo, ego semper docui in synagoga, & in templo, quò omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locutus sum nihil. Hoc tũc locutus est Iesus, nunc autem fecit. *Post hæc*, inquit, *venit Iesus & discipuli eius in Iudæam terram: & illic demorabatur, & baptisabat. Erat autem Ioannes baptisans in Aenon iuxta Salim: quia aquæ multæ erant illic, & veniebant, & baptisabantur.* Ad solennitates conueniebat Christus, vt in medium Dei doctrinam proponeret, & ex miraculis vtilitatem. Inde sæpè Iordanem petebat: nam & illuc multi concurrebant. Sed & frequentioribus locis versabatur, non ostentationis aut ambitionis gratia, sed studio vt prodesset quamplurimis. Hæc Chrysostomus, ho. 28.

Chrysost. *Summa.* in Ioan. Descripto igitur sermone, quem habuit Christus cum Nicodemo, ad vsum baptismatis Euangelicæ legis delabitur: & quid Ioãnes Baptista de Christo senserit, pleniùs edocet. Vbi & quæstio proponitur de Christi baptismate, & illius excellẽtia confirmatur responsione Ioannis. *Post hæc* ergo, videlicet consummato sermone quem habuit ad Nicodemum, *venit Iesus & discipuli eius in Iudæam terram*, hoc est, ad alia loca Iudææ. Postquàm enim in Iudæorum metropoli Hierusalem vendentes & ementes è templi vestibulo expulit, & Nicodemum

Historia. instruxit, tandem in alia Iudææ loca transiit, vt verbum Patris disseminaret. Quidam tamen censent eum interim in Galilæa aliquandiu diuertisse, antequàm rursus in Iudæam remearet.

Theoph. Theophilactus in Ioan. Erat Iesus Hierosolymis vsque ad festum Paschæ: & postquàm illud præterijt, exiuit in terram Iudæam, & prope Iordanem versabatur, vbi multi conueniebant. Non quærebat autem populosa loca, propter inanem gloriam, vel ostentationem: sed cupiebat pluribus suam bonitatem communicare, & vsui esse: quoniam & eam ob causam ad

Beda. festum ascenderat, vtpotè plurimis profuturus doctrina & miraculis. *Et baptisabat.* Beda in Ioã. Baptisatus baptisat. Non eo baptismate baptisat, quo est baptisatus. Dat baptismum Dominus baptisatus à seruo, ostendens humilitatis viam, & perducens ad baptismum Domini, hoc est, baptisma suum, re præbendo humilitatis exemplum: quia ipse non respuit baptisma serui, & baptismate serui via præparabatur Domino, & baptisatus est Dominus. Viam sic fecit ad se venientibus. Ipsum audiamus. Ego sum via, veritas, & vita. Si veritatem quæritis, viam tenete. Nam ipse est veritas, qui est via. Audiamus Ioannem. Baptisat Iesus. Diximus quia baptisat Iesus. Quomodo Iesus? quomodo Dominus, quomodo Dei filius, quomodo Verbum.

Cyr. Alex. *Non idem est Christi et Ioannis baptisma.* Sed Verbum caro factum est. Cyrillus Alex. lib. 2. in Ioan. cap. 57. Itaque Ioannes Euangelista cùm videret quàm necessarium esset ea narrare, quibus quantum Christi baptismus Ioãnis baptismo præstaret, aperiretur: perspexit non multò pòst aliquot futuros, qui nullam inter baptismum, baptismi differentiam facerent, sed pari laude vtrumque coronarent, aut ob imperitiam, aut lapsum hominum, meliorem esse baptismum Ioannis putarent. Nullum est tam turpe facinus, quod imperitia non audeat aggredi. Nulla blasphemia tam magna, vt aduersus sacratissima Ecclesiæ dogmata non dicatur libenter ab his, qui omnia, vt scriptum est, recta peruertunt. Ne igitur temerarij homines aquã Ioannis, qua in pœnitentia baptisabat, spirituali baptismo Christi anteferre auderent, causas tam turpis temeritatis euertens, ipsum Baptistam narrat huius quæstionis fragilem nodũ dubitantibus suis discipulis dissoluisse. Baptisabat enim Christus per discipulos suos. Ioannes quoque ipse non per alios, sed manibus suis: nec in

Locus vbi Ioãnes baptisabit. iisdem fontibus, in quibus Christus, hæc faciebat, sed iuxta Salim, & in fonte quodam certo atque vicino: vt etiam hac fontis determinatione subobscurè ac ænigmaticè subaperiret, baptismum suũ, cùm esset imperfectus, introductorium ad perfectionem fuisse. Nam veluti lex Mosaica, futurarum rerum & spiritalis cultus quædam præparatio fuit, occultam veritatem parturiens: sic baptismus Ioannis ad baptismum Christi collocatus, præparationis vim obtinebat. *Erat* ergo *& Ioannes baptisans in Aenon iuxta Salim.* Brocardus in descriptione Terræ

Brocardus. *Ænõ vbi, et Salim.* sanctæ, scribit Ænon distare à ciuitate Sichem quatuor milliaribus, progrediendo versus Orientem ad Iordanem. Hieronymus, to. 3. Epist. ad Euagrium. Salim, inquit, non vt Iosephus

Hierony. & nostri omnes interpretantur, est Hierusalem, nomen ex Græco Hebraicoque compositũ: quod absurdum esse, peregrinæ linguæ mixtura demõstrat: sed oppidum iuxta Scythopolim, quod vsque hodie appellatur Salem, & ostenditur ibi palatium Melchisedek, ex magnitudine ruinarum veteris operis ostendens magnificentiam: de quo in posteriore quoque parte Geneseos scriptum est: Venit Iacob in Socoth, id est in tabernacula, & fecit ibi sibi domos atque tentoria, & transiuit in Salem ciuitatem regionis Sichem, quę est in terra Chanaan. Considerandum quoque est, quòd Abrahæ à cæde hostiũ reuertenti, quos persecutus est vsque Dan,

quæ

A quæ hodie Pameas appellatur,non de via Hieruſalem,ſed de oppido metropoleos Sichem, in itinere fuerit:de quo in Euangelio quoque legimus, Erat autem Ioannes baptiſans in Ænon, iuxta Salim, quia aquæ multæ erant ibi. Nec refert vtrum Salem an Salim nominetur, cùm vocalibus in medio literis perrarò vtantur Hebræi, & pro voluntate lectorum, atque varietate regionum, eadem verba diuerſis ſonis atque accentibus proferantur. Euthymius in Ioannem. Cæterùm Ioannes baptiſabat,donec in carcerem coniiceretur, vt continuè poſſet docere de Chriſto, & baptiſatos ad eundem tranſmittere: & ne zelo aut ira ceſſaſſe videretur,ſed potiùs de eo crederetur,quòd Chriſti diſcipulis operaretur, baptiſatóſque ad eum adduceret: & tertiò, ne diſcipulos ſuos ad maiorem æmulationem accenderet. Nam ſi millies clamans, ſempérque primas Chriſto concedens, & tantum ſe deiiciens, non perſuaſit eis quòd illius præcurſor eſſet:ſi deinceps baptiſare ceſſaſſet:proculdubiò omni poſtpoſito pudore, ſub præ- Euthym.

B textu honorandi magiſtri, eúmque præponendi,contra Chriſtum & Apoſtolos multa deblateraſſet. Quod etiam ſciens Chriſtus,tunc præcipuè cœpit prædicare, quum Ioannes è medio ſublatus eſt. Vnde & Chryſoſtomus:Propterea,inquit,opinor præproperam illi conceſſam eſſe mortem, vt omnis affectus multitudinis in Chriſtum transfunderetur, nec deinceps diuiderentur variis de vtroque ſententiis. *Facta eſt autem quæſtio*, aut ab eo tempore, aut occaſione qua Chriſtus & Ioannes baptizabant, *ex diſcipulis Ioannis* Baptiſtæ, ſed indiſcretum zelum habentibus,cùm iam audierint à Ioanne, quòd Chriſtus baptiſaret in ſpiritu:*cum Iudæis*, qui baptiſabantur à Ioanne,*de purificatione*,hoc eſt, de baptiſmo. Multa enim baptiſmata erant apud Iudæos,quæ & purificationes dicebantur, vt legitur Hebr. 10. Chryſoſtomus homil. 28. Chryſoſt. Idem.

Conſidera Euangeliſtæ lenitatem: non enim in quemquam inuehitur, ſed pro viribus crimen extenuat,cùm quæſtionem factam ſimpliciter dicit. Nam quid contenderint, ex ſequentibus

C patet,quæ etiam leniùs exequitur. Hæc enim ſunt Sathanæ zizania,hæ ſunt æmulationes,quibus dum quiſque zelo aliquo magiſtrum ſuum ſeu doctorem proſequitur,aliquando alios impugnare videatur. Sic alius dicit,Ego Apollo,ego Cephæ,ego Pauli:an verò non omnes Chriſti ſunt? Ergo diuiſus eſt Chriſtus? Nec enim qui plantat,neque qui rigat, eſt aliquid, ſed qui incrementum dat Deus. Rupertus lib. 3. in Ioannem. Verbi gratia. Puta dixiſſe Iudæos: Ecce habemus duos baptiſtas: cuius eorum baptiſmus meliùs purificat? Cuius, inquiunt diſcipuli Ioannis,niſi eius qui aquas iſtas primus inuenit, primúſque mortalibus oſtendit? Baptiſta noſter non ab hominibus,neque per hominem, ſed per verbum Domini, cùm eſſet in deſerto ſolitarius,baptiſare didicit:atque inde huc veniens,iuniorem illum,ad quem omnes modò veniunt,vt cæteros baptiſauit. Econtrà Iudæi:Nónne magiſter veſter,inquiunt,baptiſmo ſuo purificationem illius prætulit, dicens, Ego vos baptiſo in aqua, ille vos baptiſabit in Spiritu ſan- *Æmulatio diſcipulorũ Ioannis cõtra Chriſtũ & eius diſcipulos.* Rupert.

D cto & igne. Nónne ſe indignum duxit ſoluere eius corrigiam calceamenti? Nec mirum ſi iſta quæſtio inter Chriſti & Ioannis diſcipulos orta eſt, cùm & magni illi Apoſtoli iam inſtante paſſione Chriſti,contenderint quis eorum videretur eſſe maior. Nec omninò contemnenda eſt hæc quæſtio, cùm & ipſius reſolutio tot concertationes euincat, quæ nunc ab hæreticis fiunt, qui Ioannis baptiſma Chriſti baptiſmati æquare contendunt: quaſi nec vnquam iſtius quæſtionis certa ſententia producta eſſet. Illorum ergo diſcipulorum dubitatio noſtræ fidei certam & indubiam reſolutionem adfert. *Et venerunt ad Ioannem, & dixerunt ei, Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu teſtimonium perhibuiſti, ecce hîc baptiſat, & omnes veniunt ad eum.* Chryſoſtomus homil. 28. in Ioannem. Hoc eſt, qui in diſcipuli loco habitus eſt, is à te Chryſoſt.

diſcedens baptiſat. Non aiunt, quem baptiſaſti: ſiquidem oportuiſſet eos & ſupernæ vocis, & Spiritus ſancti aduentus meminiſſe. Non dignantur Chriſtũ honoris titulo, Ioannem verò Ma-

E giſtrum vocant. Sed & Chriſtum ingratitudinis arguunt, qui tam claro teſtimonio donatus à Ioanne, populum omnem ad ſe reuocet, ita vt quaſi Ioanne contempto illum ſequantur. *Reſpondit Ioannes, & dixit: Non poteſt homo accipere quicquam, niſi datum ei fuerit de cœlo.* Generali ſententia,& omnibus accepta,diſcipulos ſuos à ſiniſtra de Chriſto opinione reuocat:& ſeipſum adeò extenuat, vt quam de illo conceperant æſtimationem, ad Chriſti gloriam & teſtimonium dirigat. Hoc igitur tale eſt,ac ſi dicat:Etiamſi vos me quid eximium & ſupra humanam capacitatem conſtituere velitis,zelo quo in me ducimini,inanis tamen hęc erit contentio. Nec enim aliud eſſe poſſum, quàm quod Deus donauit. Sed & quod è cœlo quiſque accepit, id non poteſt non eſſe,etiamſi totus mundus contradicat. Indè fit, vt fruſtrà me maiore quàm æquum eſt dignatione proſequamini: & fruſtrà illius honorem & gloriam minuatis, cuius è cœlo teſtimonium à patre ad me perlatum eſt. Heb. 5. Nemo aſſumit ſibi honorem: quòd ſi quis contumelioſè cum diuinæ maieſtatis præiudicio id contendit,in inſtãti deprimetur. Fortè *Ioannis humilitas.* *In ambitioſos & arrogantes.*

scilicet obiicere quis poterit, nonnullos ambitione ductos hoc accipere, quod illis è cœlo, id est F
iure, & diuina ordinatione minimè datum est. Nam & Simon pro Deo haberi se fecit apud
Neronem, & Manes existimari pro Paracleto & consolatore, & Hæresiarchæ omnes pro re-
formatoribus, & Ecclesiæ restitutoribus. Num istud acceperant è cœlo? Quomodo verò hanc
apud homines opinionem nacti sunt, si neque hoc à cœlo datum illis fuerat? Erit & hæc obie-
ctio latior: sese enim ad eos extendet, qui sibi contra fas & omnem æquitatem summa impe-
ria, diuitias & honores vendicarunt. Verùm neque hoc est aliquid habere, quod & mutationi
obnoxium est, & tantæ alterationi, quæ quò tolluntur in altum, eò lapsu grauiore illos præci-
pitet. Si quis enim sibi nomen cum Dei præiudicio facit, eò tandem detestabilior reddi-
tur, &

Triste iacet lucis, euitandúmque bidental.

Tale nomen est hæreticorum, schismaticorum, tyrannorum. Et quid profuit Sathanæ seipsum G
extulisse, & supra Deum ipsum attentasse? Esa. 14. Vbi es Lucifer, qui manè oriebaris? Ecce
nunc in infernum detraheris. Itaque Ioannes de nomine solido & constanti loquitur, quod
non nisi à cœlo accipimus: sed neque solidæ sunt & permansuræ diuitiæ, honores, & cætera si-
milia, quæ cum diuini nominis contumelia nobis vendicauerimus. Adde quòd si Dei permis-
sionem & prouidentiam attendamus, videbimus nihil nos efficere, nisi aut donet, aut sinat
summum illud numen. Nec ipsi dæmones, nec impij aliquid in iustos possunt, seu eorum no-
men, seu fortunas, seu personam inquirant, nisi illis datum fuerit de cœlo. Vnde ad Pilatum
Christus, Non haberes, inquit, potestatem aduersum me vllam, nisi tibi datum fuerit desuper.
Augustin. Et alibi: Hæc est & potestas tenebrarum. Augustinus tom. 9. in tract. de rectitudine Catholicæ
conuersationis, loquens de sortilegis. Illud autem scitote, inquit, quia nec vos, nec aliquid quod
Cur aliquid possint sortilegi. ad vos pertinet, lædere potest inimicus, nisi quantum permiserit Deus. Permittit autem dua- H
bus de causis: aut vt probet, si boni estis: aut castiget, si peccatores. Hinc fit, vt patienter fera-
mus aduersa, cùm nouerimus ea Dei prouidentia contingere, aut ad castigationem, aut glo-
riam nostram. Etsi enim impij malè alicui velint, illud tamen quod malè volunt, exequi non
possunt, nisi Deo sinente. Vnde & de Sathana Christus Luc. 22. Ecce, inquit Petro, Sathanas
Augustin. expetiuit vos, vt ventilet sicut triticum. Augustinus tom. 3. in Enchirid. ad Laurentium, cap.
95. & 96. Non ergo fit aliquid, nisi omnipotens fieri velit, vel sinendo vt fiat, vel ipse facien-
do. Nec dubitandum est Deum facere benè, etiam sinendo fieri, quæcunque fiunt malè. Non
Deus malè non facit, etsi illud permittat. enim hoc nisi iusto iudicio sinit. Et profectò bonum est, quicquid iustum est. Quamuis ergo
ea quæ mala sunt, in quantum mala sunt, non sint bona: tamen vt non solùm bona, sed etiam
sint & mala, bonum est. Nam nisi hoc esset bonum, vt essent & mala, nullo modo esse sineretur
ab omnipotente Deo. Itaque nulla potestas est nisi à Deo, & non potest homo à se accipere I
quicquam, etiamsi accipere velit & nitatur, nisi datum ei fuerit de cœlo, aut Deo in eo bonum
Augusti. operante, aut malum fieri sinente. Aug. l. 2. contra Epist. Parmeniani, c. 15. hac sententia Donatū
abusum esse ostendit, vt qui se suam doctrinam è cœlo accepisse iactaret, cùm requireretur, cur
non ab Ecclesia acciperet. Atqui, inquit Augusti. ipsa Ecclesia de cœlo accipit. Et ita concludit:
Nemo accipit sine dante: sed quod pertinet ad baptismi sanctitatem, adest Deus qui det, &
homo qui accipiat, siue per seipsum donante Deo, siue per Angelum, siue per hominem san-
ctum, siue per Petrum, siue per Ioannem, siue per hominem iniquum, sicut per tam multos, vel
latentes, vel manifestos, quos ante tempus de messe colligere serui patrisfamiliâs prohibētur, &
quos velut paleam frumenta dominica, vsque ad tempus ventilationis, corde interim separati,
non temeritate corporaliter deserunt, sed pietate spiritualiter ferunt. Itaque seu nos per manuū
impositionem, & hominum ministerium aliquam gratiā accipiamus, seu fidem ex verbo Dei K
per auditum colligamus, in omnibus Deus operari intelligitur: ita vt nec sufficientes simus co-
gitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo sit. *Ipsi vos mihi testimoniū perhibetis, quòd dixerim, Non sum ego Christus, sed quia missus sum ante illum.* His verbis primùm
astruit Ioannes, quid non fuerit, demum quid fuerit. De primo non dicit, Vos mihi testes estis
Sinceritas Ioannis. quòd non sum ego Christus, sed quòd dixerim, Non sum ego Christus. Ipsi enim illum esse
Christum putabant, & pro Christo haberi desiderabant: tantò abest vt testarentur illum non
esse Christum. Sed neque dixit, Plerique sunt testes, sed, Vos ipsi mihi testimonium perhibe-
tis. Siquidem apertè & coram omnibus hoc testatus fuerat, adeò vt nullum discipulorum
latuerit. Ex quibus sinceritas & candor illius animi declaratur, qui tantum abest vt applau-
su & laudibus humanis delectaretur, quin potius toties repetebat, Non esse se Chri-
stum. *Sed missus sum*, inquit, *ante illum*. Hac particula quis sit, & quid de se sentiendum
sit, ex-

A sit,explicat.Missus sum ante illum,præco & præcursor illius sum. Magnum sanè discrimen est inter regem & præconem: nihil enim habet præco nisi à rege: & magna inter Ioannem & Christum distantia est: nihil enim habet Ioannes nisi à Christo. Et ad Ioannis instar omnes Ecclesiæ ministri Christo primas deferunt, nihil sibi arrogant, sed id vendicant, quod Paulus 1. Corinth. 4. Sic nos existimet homo tanquam ministros Christi,& dispensatores mysteriorum Dei. *Qui habet sponsam,sponsus est.* Pulchertima similitudine Christi & suam dispensationem,officium & dignitatem ob oculos ponit. Innuit enim Christum Dei, velut summi cuiusdam regis filium,in terram descendisse,ad ducendam sponsam: se verò illi præmissum esse, velut προμνήστρια καὶ νυμφαγωγὸν, qui sponsam præparet, & in illius occursum adducat. Et hanc quidem similitudinem habet Psaltes, cùm Christi ad nos aduentum exprimit, his verbis: In sole posuit tabernaculum suum,& ipse tanquam sponsus procedēs de thalamo suo. Exultauit vt gigas ad currendam viam, à summo cœlo egressio eius. Sed & eius epithalamium in alio canitur: Speciosus forma præ filiis hominum,diffusa est gratia in labiis tuis. Astitit regina à dextris tuis in circuitu deaurato, circundata varietate. Audi filia,& vide,& inclina aurē tuā,& obliuiscere populum tuum,& domum patris tui: & cōcupiscet rex gloriam tuam. Quinetiam Cantici canticorum mysteria,Christi cum Ecclesia spirituales nuptias celebrant. Et huius quidem similitudinis authoritatem cōfirmauit Christus,Matth. 9. etiam apud ipsos Ioannis discipulos. Quærentibus enim illis,& dicētibus, Quamobrem nos & Pharisæi ieiunamus plerumque,discipuli verò tui non ieiunant: respondit,Num possunt filij sponsi lugere,quamdiu cum illis est sponsus? Venient dies,quibus tolletur ab eis sponsus,& ieiunabunt. Se enim sponsum vocabat,& quamdiu cum suis esset,illos à ieiuniis excusari dicebat: verumtamen succedura alia tempora,quibus ipso in cœlum assumpto,ipsos & omnem Ecclesiam ieiunare cōueniat, vt interpretatur Tertull. l. de ieiunio contra Psychicos. Et quoniam has Christi nuptias non legimus seculi more institutas fuisse,ideò spirituales illas esse intelligendū est. Ephes. 5. Tradidit semetipsum pro Ecclesia,vt eam redderet sine macula,& desponsaret. Osee 2. Desponsabo te mihi in fide. Apoc. 19. Venerunt nuptiæ agni,& vxor agni præparauit se. August. ho. 31. de verb. Apost. Qui habet sponsam,sponsus est. Bonum coniugium,sanctæ nuptiæ. Sponsus Christus, sponsa Ecclesia. A sponso cognoscimus sponsam. Et ne fortè hæreticorum Ecclesiæ sibi nomen spōsæ vsurpent,cùm sint adulteræ,& iam à sponso recesserint,adiicit: Tu quid dicis? Cuius sponsus est Christus? Partis Donati? Non est ipse,non est ipse. Ad nuptias veniamus,tabulas legamus, & non litigemus. Ergo si tu dicis,Christus est sponsus partis Donati, ego tabulas lego, & inuenio Christum esse sponsum Ecclesiæ toto orbe diffusæ. Ad hanc regulam multa formari possunt argumenta in hæreticos,ne se ad Christum pertinere arbitrentur: seu Christi doctrinam, seu promissiones cum illorum sententiis conferamus: seu etiam attendamus vnam esse sponsam, non multas. Vna est,inquit,columba mea, & amica mea. Vnica igitur Ecclesia, & ille vnicus est sponsus. *Amicus autē sponsi,qui stat & audit eum,gaudio gaudet propter vocem sponsi.* Christus Ecclesiam sibi incarnatione,baptismo & passione desponsauit, eam sibi incorporando, gratiæ vbertate & fœcunditate replendo,& spirituales filios ex ea generando. Siquidem in baptismo matrem Ecclesiam agnoscimus,& semen Verbi,& Patrem spiritualem confitemur, vt docet Clemens Alexandr. in libris Pædagogi. Habet autem Christus triplicem sponsam: Vniuersalem,quæ est Ecclesia toto orbe diffusa,à primo electo ad vltimum vsque, quam sibi ab origine mundi desponsare cœpit per fidem & charitatem: cuiúsque anima,quam sibi quotidie desponsat, purificans, & largis gratiarum muneribus cumulans. Est & sponsa singularis sacratissima virgo, & eadem mater, eadem etiam sponsi & filij sui filia. Porrò Ioannes se sponsi amicum dicit, nihil sibi maius arrogat. Et sanè idem nomen Christus discipulis tribuit, dicens: Iam non dicam vos seruos, sed amicos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Vobis autem nota feci omnia quæ à patre accepi. Eapropter ergo amicus sponsi Ioannes dicitur, quia ei velut amico sponsus ipse seipsum, & penitiora sua reuelauit. Sic de Mose legitur,quòd ei Dominus velut ad amicum suum loquebatur. Dicitur & amicus propter vitæ sanctimoniam, sicut cùm Christus suis ait: Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis. Omne scilicet Ioannis studium erat,vt Christo placeret,& creditum præcursoris munus exequeretur. Itaque quo animo amici afficiuntur,vt gestiant ad vocem aduenientium amicorum: eo quoque sto,inquit,& gaudio gaudeo propter vocem sponsi. Emphasis est,Gaudio gaudet. Tanta enim lætitia Ioannes perfusus est,Christo aduenīēte,vt necdum natus in vtero matris exultaret. Quid non tandem grandior, immò vir factus, & Christum videns & agnoscens sensit? Abraham exultauit vidēs in spiritu diem Christi: quomodo non maiore gaudio gaudeat

Humilitas ministrorū Christi.

Christus sponsus.

Tertull. Ecclesia sponsa.

August.

Quotuplex est sponsa. Cl. Alex.

Euthym. is,quem tanta gratia perfuderat? Euthymius in Ioan. Superiùs quidem ſeipſum ſeruum ac mi- F
niſtrum, hîc autem amicum illius vocat, non ſeipſum extollens aut iactans, ſed in hoc nego-
tio gaudium demonſtrans per amici appellationem. Neque enim ita gaudent ſerui in nuptiis
dominorum, ſicut amici. Iſtud igitur eſt ac ſi diceret, Ille quidem ſponſus eſt ac dominus, ego
verò amicus & ſponſæ ductor, qui iam ſtans, & nuptiis intendens perficiendis, quódque mihi
iuſſum eſt adimplens, & exinde audiens ipſum cum ſponſa colloquentẽ, illámque componen-
tem ac inſtruentem, gaudeo propter hanc eius vocem, quæ adeò dulcis eſt, adeò efficax, adeò
ſalutaris. Tantò igitur abeſt vt illi inuideam tam copioſam populi multitudinẽ, quæ ipſum au-
diat, & baptiſetur ab eo: quòd gaudio gaudeo ſic illam à me præparatam tãquam ſponſam, ad
Chryſoſt. ſponſum ſuum concurrere. Chryſoſt. ho. 28. in Ioan. Hinc enim probamur, cùm id quod vo-
luimus contigit, & ſponſa ſponſum cognoſcit. Et vos hoc teſtimonio perhibetis, cùm dicitis,
quòd omnes veniunt ad eũ. Hoc mihi curæ fuit, & propterea omnia feci: cùm verò in præſen- G
tia contigiſſe videam, gaudeo & exulto. Sed quid ſignificat illa particula, *qui ſtat, & audit eum?*
Ex ſimilitudine ad propoſitum venit. Cùm enim ſponſi & ſponſæ meminiſſet, quomodo ſpon-
ſalia fiant oſtendit, per vocem videlicet, & doctrinã. Ita Eccleſia conciliatur Deo. Quamobrẽ
Paulus Rom. 10. inquit: Fides ex auditu, auditus autem per vocem Dei. Hac ergo voce gau-
deo. Id autem verbum, *qui ſtat*, non temerè poſuit, ſed vt res ſuas compoſitas, & ſibi iam ſtan-
dum, & ſponſum ipſum audiendum oſtendat, quódque ſeruus eius ſit & miniſter, & ſpes &
gaudium ſuum reipſa euenerit, proſequitur. In hoc ergo *gaudium meum impletum eſt.* Perfectum
eſt, inquit, opus & officium meum, nec amplius habemus quod faciamus. Deinde non præſen-
tem tantùm, ſed futurum mœrorem prohibens, futura ex dictis & factis confirmat. *Illum*, in-
quit, *oportet creſcere, me autem minui*: hoc eſt, meum feci officium, iam ceſſabo. Illius opera tunc
augẽtur: quod enim nunc formidatis, non in præſentia tantùm erit, ſed maius in dies fiet, quod H
maximè res noſtras claras oſtendet. Propterea & veni, & gaudeo, quoniam Chriſtus magnum
accepit incrementum, & ea euenerunt, quorum gratia omnia fecimus. Animaduerte quàm
leuiter, quàm ſapienter illorum ſedauit affectus, & inuidiam extinxit. Et fruſtrà id eos tentare
demonſtrat, quibus verbis maximè eorum ſedat malitiam. Idcircò enim adhuc eo viuente, &
baptiſante hæc tractata ſunt, vt Chriſti excellentiam teſtaretur, neque quiſpiam incredulitatis
excuſationem haberet. Neque enim à ſeipſo hæc dixit, neque aliis interrogantibus: Ipſi & per-
contatores erant, & auditores. Nam neque ſponte ſua id dicenti ita credidiſſent, vt poſt inter-
rogationem. Cùm enim reſpondentem audirent, eius certam habuerunt ſententiam. Iudæi au-
tem eò quòd ad ipſum miſerunt, & eius non crediderunt teſtimonio, idcircò ſibi omnem præ-
ſciderunt excuſationem. Cæterùm quidam propheticè hæc à Ioanne prædicta eſſe cenſent de
Ioãnes mor tem ſuam & Chriſti prædixit. Auguſt. genere mortis ſuæ, & mortis Chriſti. Minuitur enim ille, cuius caput truncatur: & quodãmodò I
creſcit is, cuius corpus in cruce extenditur. Ideò dixit, *me oportet minui* in capite, *illum* autẽ *cre-*
ſcere in cruce. Aug. tract. 14. in Ioan. id confirmat. Nam Ioannes, inquit, capite minuitur, Chri-
ſtus in cruce exaltatus eſt. Deinde natus eſt Chriſtus, cùm iam inciperent creſcere dies: natus
Cyr. Alex. eſt Ioannes, quando cœperunt minui. Cyrill. Alex. lib. 2. in Ioan. cap. 63. ad Chriſti gloriam re-
fert: quaſi dicat Ioãnes, Non enim hac re ſoiùm, quia plures ab illo baptiſantur, gloriam meam
ſperat: ſed eò aſcendet, vt quemadmodum Deus eſt, ita etiam hominibus videatur. Creſcit
enim quotidie, orbem ſplendor ſuus illuſtrabit: ego verò minuar, nec datam mihi menſuram
excedam: ſed in eiſdẽ permanens, tantò minui videbor, quantò ad maiora ille præcurret. Hæc
ſanctus ille Baptiſta nobis prædixit. Nos autem idipſum exemplis, quod dicitur, præ oculis po-
Simile. namus. Certæ igitur cuiuſdam magnitudinis lignum videre fingamus, iuxtáque illud magnæ
futuræ arboris plantam, nunc primùm è terra prodire imaginemur. Num igitur ſi vocem lignũ K
aſſumeret, ac diceret, Hanc plantam creſcere oportet, me verò minui: detrimentum quoddam
ligno futurum intelligeremus? Minimè arbitror. Sed ideò minui dicemus, quia dum ad plantã
confertur, minus atque minus quotidie reperitur. Sed & eadem ſtellarũ quæque clariſſima de
ſole dixerit: Illum oportet creſcere, me verò minui. Nam quouſque profunditas aëris nocturnis
tenebris obſcuratur, aureo fulgore, gloriáque integra ſplendere Luciferum magna omnes præ-
dicant admiratione. Cùm autem ad ortum ſol feſtinare videatur, cúmque lux eius noſtrũ hũc
orbem aliquantum illuminauerit, cedit ſenſim maiori Lucifer, & Ioannis verba non iniuriâ di-
ci poſſunt, Illum oportet creſcere, me autem minui. *Qui deſurſum venit, ſuper omnes eſt.* Thom.
Tho. Aqu. Aqu. lect. 5. in cap. Ioan. 3. Vel deſurſum venit, inquit, ſecundum naturam humanam: id eſt, de
Tres ſtatus hominis. altitudine humanæ naturæ, aſſumendo eam in altitudine ſua, ſecundum quod fuit in quolibet
I. ſtatu. Conſideratur enim ſecundum triplicem ſtatum. Primus enim ſtatus humanæ naturæ

eſt

A est ante peccatum. Et de hoc assumit puritatem, assumendo carnem, non inquantum contagio culpæ originalis. Exod. 12. Erit agnus anniculus absque macula. Secundus status est post peccatum. Et de hoc assumpsit passibilitatem, & timorem, assumendo similitudinem carnis peccati, quantum ad pœnam: non ipsum peccatum, quantum ad culpam: secundum illud Rom. 8. Misit Deus filium suum in similitudinem carnis peccati. Tertius est status resurrectionis & gloriæ. Et de hoc assumpsit impassibilitatem peccandi, & fruitionem animæ. Sed cauendus est hîc error quorundam, dicentium in Adam remansisse aliquod peccatum materialiter, non inquantum macula originali, & traductum in posteros, putà vsque ad beatam Virginem: Et de hoc corpus Christi fuisse formatum, quod quidem hæreticum est: quia quicquid in Adam materialiter fuit, macula originalis peccati in quantum est: materia verò, de qua formatum est corpus Christi, de pura fuit virtute Spiritus sancti, beatam Virginem sanctificantis. Vel hoc ad diuinitatem referendum est: quia desursum venit, id est, vt scribit Micheas, egressus eius ab initio à diebus æternitatis, & ab æterno à Patre genitus est. Cyrillus Alexandrinus libro secundo cap. 64. in Ioan. Qui enim desursum venit, ait, id est, qui à superiore germinauit radice, is paternam conseruans naturam, super omnia esse verè profectò credetur. Impossibile namque est, non esse talem natura filium, qualis genitor eius est. Quomodo autem qui eadem natura pollet, qui fulgor patris atque character, minoris erit quàm pater gloriæ? Nam si patris propria bona filio non dabimus, sed eius characterē susc ipere voluerimus, ipsum quoque patrem contemnemus. Scribitur enim, vt omnes honorent filium, sicut honorant patrem: ita qui filium non honorat, is etiam patrem parui facit. Qui autem non alio quàm pater honore glorificatur, quoniam ex ipso secundum naturam est, quomodo creaturarum omnium substantiam non excedit? Hoc enim significatur, cùm dicitur, *super omnes est*. Non me fugit, magna voce hinc aduersarios clamaturos, atque dicturos, Quænam ratio, cùm desursum, id est ἄνωθεν scriptum sit, ex Patris substantia potius filium esse, propter illud *desursum* intelligere coget, quàm aut de cœlo, aut ab innata sibi excellentia deuenisse, propter quam & supra cæteras creaturas esse prædicatur? Aduersus hæc non dubitabimus ita respondere: Non rationibus vestris inanibus atq; friuolis nos Scripturæ sensum inuestigamus, sed sacras sequētes literas, altiùs vniuersa scrutamur. Quærendum igitur est hoc, quod desursum, aut desuper dicitur, quomodo soleat accipere Scriptura. Omne datū (sanctorum quidam spiritu plenus ait) & omne donum perfectum desursum est, descendens ex patre luminum. Ecce desursum hoc, nihil aliud quàm ex patre significare potest: nec iniuriâ. Quid enim super creaturas præter ineffabilem Dei naturam est, cùm desursum ac desuper (quod Græci ἄνωθεν dicunt) accommodari propriè possit? Cætera enim omnia seruitutis iugo premuntur: solus autem Deus naturaliter D regnat. Quare ipse solus verè super omnia est: quam dignitatem etiam filio veluti Deo & ex Deo secundum naturam piè attribuimus. Quòd si desursum, nihil aliud quàm de cœlo significat: cur non de omni Angelo & rationali virtute non dicitur? Veniunt enim ad nos de cœlo, & ascendunt & descendunt, ait, in filium hominis. Quid igitur coëgit Baptistam, quod multis commune cum filio est, tāquam proprium filio tribuere, & quasi de vnico dixisset, Ille qui desursum venit? cùm dicendum potiùs esset, Qui desursum veniunt, super omnes sunt, vt multis hæc dignitas videretur esse communis. Non ignorauit certè illi solummodò verbū huiusmodi deberi, qui à superiori pullulauit radice. Non ergo de cœlo, sed quod diximus piè ac verè, ipsa dictio ἄνωθεν nobis ostendit. Quomodo autem & super omnia erit verè, si non ex patre, sed de cœlo, desuper significare putabimus? Sic enim Angelorū quisque, cùm de cœlo verè venire dicatur, verè super omnia erit. Cúmque non cōnumeretur cum omnibus quod super omnia est, E quasnam creaturas super omnia collocabimus? aut quomodo integrè synceréque, quoniam desuper venit, super omnia est: cùm tam ingens sit multitudo eorum (quia etiam ipsi de cœlo similiter veniant) quibus nequaquam comprehenderetur? Non enim possumus omnia intelligere: sic neque illum nomine cæterorum omnium comprehendi putabimus. Verbum autem quod ex Deo patre effulsit, quod desursum propriè natum est, quod à fonte substantiæ patris profluit, non collocatur in omnibus, quum pars eorum minimè sit: sed vt aliud præter omnia genitoris naturaliter bonis prefulgens, super omnia erit profectò. *Qui de terra est, de terra est, & de terra loquitur.* Hîc Ioannes seipsum à Christo secernit, vt creaturam à creatore: & ideò prædicationem & baptismum suum Christo cedere ostendit. *Qui de terra est*, ex humanis parentibus viro & fœmina natus: quantum ad generationis originem, *de terra est: & de terra loquitur*, de inferioribus & terrenis tractat. Verùm dixeris, Etsi Ioannes de terra esset, quomodo tamen terrena loquebatur, qui Spiritu sancto repletus est adhuc ex vtero matris suæ? Chrysostomus

B Cyrillus Alex. *Filij diuinitas probatur.*

C *Desursum quid.*

Cur de Angelis nō dicitur quòd de cœlo veniunt.

Ioannes à Christo differt, vt creatura à creatore.

Chrysost.

hom.29. in Ioan. terrena locutum illum dicit, si conferantur ad ea quæ Christus locutus est. F
Baptisma,terrenum quid appellauit Christus,dicens:Si terrena dixi vobis,& non creditis,quo-
modo si dixero vobis cœlestia,credetis?non quòd terrenum sit,nisi ineffabilis huius generatio-
1. nis comparatione.Ita nunc de terra se loqui dicit,sua doctrina diuinæ comparata. Nihil enim
aliud de terra loqui significat, quàm paruas & humiles facultates suas, & quales credibile est
terrenam accipere naturam, si cum Dei magnitudine conferantur. Siquidem apud Deum
Augusti. omnes sapientiæ thesauri reconduntur. Augustin.tamen tract.14.in Ioannem, aliter interpre-
tatur,quòd in quolibet homine considerandum est,quid ex se, & quid ex alio habeat. Ioannes
autem & quilibet homo cùm ex se habeat vt sit terra,ideò quãtum ad ipsum pertinet,non ha-
2. bet nisi quod de terra loquatur.Si enim illum contingat de diuinis aliqua dicere, non hoc ex
se habet,sed ex spiritu Dei. Nemo enim potest dicere, Iesus Christus, nisi in Spiritu sancto. G
1.Cor.15.Non ego,sed gratia Dei mecum. At verò Christus,quia non purus homo fuit,sed ve-
Quomodo Ioannes de terra existens, de cœlo loquitur. rus Deus,ideò diuina loquitur,non ab alio,sed ex se.Quomodo ergo de terra loquitur, inquit
Augustinus?Sed de homine dicebat,quantum ad ipsum Ioannem pertinet,De terra est, & de
terra loquitur.Si autem aliqua loquitur diuina,illuminatus est à Deo.Nam si non esset illumi-
natus,terram terra loqueretur.Ergo seorsum est gratia Dei,seorsum est natura hominis.Quòd
si hoc in se agnoscit Ioannes, quis præsumat ex seipso diuina quæque interpretari, & compre-
hendere?Quis suæ fantasiæ & opinioni crediderit? Quid hac in parte magis caligino sum ho-
Idem. mini est?Augustin.ibidem:Quid,inquit,nouit nisi terram de terra?Humana loquitur,humana
nouit,humana sapit. Carnalis carnaliter æstimat, carnaliter suspicatur. Ecce est totus homo.
Veniat gratia Dei,& illuminet tenebras illius,sicut dicit Ps.17.Tu illuminas lucernam meam
Domine Deus meus,illumina tenebras meas.Ergo Ioannes, quantum ad Ioannem pertinet,
de terra est,& de terra loquitur. Si quid diuinum audisti à Ioanne, illuminantis est, non reci- H
pientis.*Qui de cœlo venit*,id est,qui desursum venit,vt superiùs dixit,*super omnes est*,& in essen-
tiæ,& dignitatis,& doctrinæ ratione:seu *super omnes est*, & perfectione naturæ, si diuinitatem
spectes,& excellentia gratiæ,si humanitatem.*Et quod vidit & audiuit, hoc testatur: & testimo-
nium eius nemo accipit.*Hoc præcursoris verbum idem est, atque illud quod Christus ad Nico-
demum habuit: Amen dico tibi, quia quod scimus loquimur, & quod vidimus te-
Tho.Aqu. stamur,& testimonium nostrum non accipitis. Thomas Aquinas. Christus enim inquantum
Deus, est ipsa veritas,sed inquantum homo,est testis veritatis.Ioan.19.In hoc natus sum,& ad
hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati. Ideò testimonium perhibet de sei-
Aliter cognitio per visum habetur, aliter per auditum. pso. Ioan. 4. Tu testimonium perhibes de teipso. Sed testatur terra,quòd hæc ipsa audiuerit.
Ioan.8.Ego quæ vidi apud Patrem, & quæ audiui, hæc loquor. Sed nota quòd aliter habetur
cognitio rei per visum,aliter per auditum. Nam per visum habetur cognitio rei per ipsam rem I
visam: per auditum non cognoscitur res per ipsam vocem auditam, sed per intellectum lo-
quentis. Quia ergo habet Dominus scientiam acceptam à Patre, ideò dicitur, *quod vidit*, in
quantum procedit de essentia patris: *& audiuit*, in quantum procedit vt Verbum intellectus
paterni.Sed quia in rebus intelligibilibus aliud est eorum esse,& aliud intelligere: ideò aliter ab
eis accipitur cognitio per visum,& aliter per auditum. At verò in Deo Patre idem est esse, &
intelligere: adeò in filio idem est videre & audire. Et sicut in vidente non est ipsa essentia rei
in se,sed similitudo eius:ita & in audiente non est ipsa conceptio loquentis, sed signum ipsius.
Ideò videns non est ipsa essentia rei in se:nec audiens est ipsum verbum. In filio autem est ipsa
essentia patris accepta per generationem, & est ipsum verbum. Et ideò in ipso idem est vide-
re & audire.Hinc fit,vt Ioannes directissimè concludat, Christi doctrinam longè sua & altio-
rem & certiorem esse.*Et testimonium eius nemo accipit.*In propria venit,& sui eum non receper-
unt.Verùm quomodo nemo accipit testimoniũ eius,cùm Ecclesia toto orbe diffusa sit, & tot K
populorum millia eius doctrinam amplectantur?Nam & Daniel,cap.7.Omnes populi,inquit,
tribus,& linguæ seruient ei.Et Ps.21.Reminiscentur, & conuertentur ad Dominum vniuersi
fines terræ.Quid quòd & Ioannes ipse, & ex discipulis eius nonnulli Christum audierunt, &
ipsum secuti sunt?Verùm hoc dictum est propter paucitatẽ fidelium, ita vt nulli eũ sequi vide-
rentur, si conferas ad eam multitudinem quæ ad fidem conuocabatur. Huic similis est & ista
Pauli sententia,Phil.1.Omnes quæ sua sunt quærunt, non quæ Christi. Omnes pro multis,si-
cut & hîc neminem pro paucis accepit. Nam quòd quidam eius testimonium accipiant, ma-
nifestũ est ex eo quod subiicitur:*Qui autẽ acceperit eius testimoniũ*,verbis eius credendo,*signauit*,
ἐσφράγισεν, sigillauit: ad similitudinem sigillãtis,affirmationem seu confirmationẽ acceptantis,
Th. Caiet. Theophil. inquit Thomas Caietanus, testimonium Iesu describit. Theophilact. post Chrysostom. obsi-
gnauit

A gnauit, hoc est monstrauit & stabiliuit, quòd Deus verax sit. Et quomodo veracem illū mō-
strabit? Nimirùm qui ea omnia, quæ in filio suo implenda promiserat, ipso facto exequatur.
Aut si ad filium referas, veracem illum omnes fatentur, qui testimonium eius accipiunt, cùm
& ipsum veritatem & viam & vitam esse fateantur. Et ideò subdit: *Quem enim misit Deus, Ver-
ba Dei loquitur.* Hoc de Baptista dici potest, qui fuit homo missus à Deo: & de Apostolis &
omnibus sacri verbi ministris concluditur. Non vos estis qui loquimini, inquit Christus, sed
spiritus Patris qui loquitur in vobis: attamen per excellentiam de Christo enūciatur. Hic enim
vi quadam & ratione excellentiore missus intelligitur. Et hic verba Dei, quia & verba sua,
qui Deus est loquitur. Inde fit vt cùm Pater verax sit, & ipse Christus verax, verus Deus verum
Deum miserit: distinctum quidem ab eo in persona, non tamen in natura. Theophilact. Igi- Theophi.
tur cùm missum audis, quasi radium intellige eum, à sole, nempè à Patre, missum esse. Nam
B & dicere solemus, quòd sol radios miserit in terram, neque tamen radium alterius substan-
tiæ, aut sole posteriorem esse dicimus. *Non enim ad mensuram dat Deus spiritum.* Theophilact. Idem.
Nos enim alij omnes ad mensuram accepimus Spiritum sanctum, ipsi verò Christo non ad
mensuram datur: habet enim illum Christus substantialiter. Verùm quomodo ad mensuram
datur Spiritus sanctus, cùm sit immensus? Hoc intelligitur non quantum ad essentiam, sed *Quomodo*
quantum ad eius dona. Ephes. 4. Vnicuique nostrum data est gratia secundum mensuram. *immẽsus spi-
Cæterùm Christo dedit pater spiritum non ad mensuram, seu diuinitatem, seu eius humani- rit⁹ datur
tatem spectes. Nam cùm Dei filius acceperit à Patre vim spirandi Spiritum sanctum, qui infi- ad mẽsurã.*
nitus est, & ideò ab infinito quoque, & vt infinito modo à Patre, ita infinito modo in filio
procedit: ita scilicet, vt interim & pater in filio, & filius in patre, & Spiritus sanctus in patre &
filio cognoscatur. Quòd si humanitatem spectes, plenus fuit gratiæ & veritatis. Ioan. 1. Et de
C plenitudine eius nos omnes accepimus. Nam cùm capitis sit in membra influere, oportuit &
gratiarum plenitudinem in Christo capite nostro inhabitare, quæ in nos, qui eius membra
sumus, defluere et: & ita omnem illam, quæ in nos dispersa est, gratiarum abundantiam, in illo
plenam & perfectam inueniri. In Christo enim triplex est gratia, alia vnionis, alia singularis *Quotuplex
personæ, quæ est habitualis, inquit Thomas, alia capitis, quæ est influentię. Et his omnibus est gratia ī
modis non ad mensuram Spiritum sanctum accepit. Nam si consideres gratiam vnionis, sicut Christo.
vnio diuinitatis cum humanitate infinita est, ita & donum humanitati per eam collàtū est in- Thomas.
finitum. Demum persona diuina infinita est, inde & participatio illius infinita. Quòd autē
Christus in consideratione singularis personæ, quæ habitualis dicitur, non receperit ad mēsu-
ram Spiritum sanctum, probatur triplici ratione. Prima est, Quia causa ex parte recipiētis, cur
ad mensuram detur Spiritus sanctus, est, quia creatura finita finitam quoque habet capacita- *In Christo*
D tem. Sed etsi humanitas Christi finita sit, infinita tamē in ratione suppositi, seu personę dicitur, *est infinita
quæ reddit eam capacem ad suscipiendam gratiam non ad mensuram. Secunda ratio sumitur gratia.*
ex parte doni: Quia actus & forma non dicitur finitus eo modo quo recipitur & finitur per
subiectum, sed quo secundum essentiam suam finitum est. Nam rei alicuius varij effectus
sunt, etsi ipsa res in aliquo genere concludatur. Atqui in ratione subiectorum, seu eorū quibus
sua effecta communicat Spiritus s. in hoc & illo finitus esse censetur: sed hoc non propriè. Fi-
nitum enim esse, est secundum essentiam & naturam tale esse. Iam cùm dixerimus gratiam
vnionis aliquam quasi naturalem habitudinem per communicationem idiomatum humanæ
naturæ in Christo communicasse, non mirum esse videbitur, si & infinito modo Spiritus san-
ctus Christo datus fuerit. Denique si rationem capitis spectes, eadem conclusio sequetur. Cui-
cunque enim inest infinita virtus ad influendum, infinitum & illud inesse oportet quod influa-
E tur. Siquidem influxus non modò potentiam, sed & rei ipsius quæ influatur, præsentiam con-
notat. Non enim fontem inexhaustum dicimus, nisi & qui inexhaustam aquam habeat. Iam *Fōs inex
cùm Christo insit infinita virtus influēdi in nos, sequitur & infinita esse in illo gratiarum dona, hauſtus.*
& infinito illum modo Spiritum s. accepisse. Ioan. 2. Hic est propiciatio pro peccatis nostris:
nec pro nostris tantùm, sed & totius mundi. Cyrill. in Ioan. lib. 2. c. 72. Quoniam igitur largi- Cyrillus.
tor spiritus est, nemo ambigat quin substantialiter in seipso spiritum possideat. Sed Apostolo- *Quomodo
rum quoque manibus datum spiritum non ignoramus, quispiam obiiciet. Orabant illi spiri- Apostoli,
tum, ô amice, qui cùm exoratus adueniret, manibus eorum præberi dictus est. Non enim ipse et quomodo
beatus Moses à spiritu qui erat in eo (Numer. 11.) accipere videbatur, ac aliis præbere: sed soli christ⁹ dat
diuinæ hoc seruatum est potestati: solus enim Deus hæc sublimia Deóque digna efficere po- spiritum.*
test. Theophil. Manifestum enim quòd & Prophetis & Apostolis Spiritū sanctū non dederit, Theoph.
sed donum Spiritus sancti. Habet autem filius Spiritum substātialiter, vt consubstantialem sibi,

Vnde & dicitur ſpiritus filij, & ſpiritus veritatis. *Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius.* F

Omnipotẽtia filij probatur.

Si Chriſtum vt Deum conſideres, hoc nemini dubium eſt. Siquidem Ioan. 19. Omnia, inquit, mea tua ſunt, & tua mea ſunt. Nam cùm filium omninò ſibi ſimilem genuerit, genuit igitur eum omnipotentem, & ſic dedit ei omnia, non per participationem, ſed naturam: ita vt dare, nihil aliud ſit quàm generare: Quia omnipotens pater, omnipotens filius, omnipotens Spiritus ſanctus. Denique ſecundum aſſumptam humanam naturam dedit ei Pater omnia in manus, quia omni creaturæ Chriſtũ præpoſuit. Matth. 28. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Vt enim Damaſcenus teſtatur, dato Chriſto homini quod maius eſt, etiam datum eſt ei quod minus eſt. Quoniam ergo datum eſt ei perſonale eſſe Verbi, vt ſit filius naturalis: quia humanitas Chriſti ſubſiſtit in increato perſonaliq́ue eſſe Verbi: immò ipſum Verbum eſt perſona, perſonaliſq́ue ſubſiſtentia naturæ aſſumptæ: ideò datum eſt ei omnibus creaturis preſidere ac dominari. Sed contra hoc videtur illud eſſe Apoſtoli ad Hebræos, cap. 2. Nondum G videmus omnia ei ſubiecta. Dicendum eſt, quòd nondum ſunt omnia Chriſto homini ſubiecta, quantum ad ſuæ poteſtatis plenariam executionem, & vniuerſalem manifeſtationem: ſed hoc fiet in die iudicij, quando ad eum venient, & confundentur omnes qui repugnant ei, vt legitur Eſa. 45. Heb. 1. Quem conſtituit hæredem vniuerſorum, per quem fecit & ſecula. Ratio autem huius communicatæ poteſtatis, eſt, quia *diligit pater filium*, æquali eius gloria gaudet, & eum diligendo, etiam nos diligit, & conſeruat: ideò & filio nos ſubſtituit, vt conſeruemur, & à corruptione liberemur. Dilectio enim patris eſt ratio creandi omnem creaturam, inquit D. Thomas Aqu. in Ioan. Sap. 11. Diligis Deus omnia quæ ſunt, & nihil odiſti eorũ quæ feciſti. Vnde Philipp. 1. Tranſtulit nos in regnum charitatis ſuæ: id eſt, filij ſui dilecti. *Qui credit in filium, habet vitam æternam.* Cyrillus Alexandr. lib. 2. in Ioan. c. 74. Vita enim ſecundum naturam, vnigenitus Dei filius eſt: in ipſo enim viuimus, mouemur, & ſumus. Act. 17. Ingredi- H tur enim ad nos per fidem, & per Spiritum ſanctum inhabitat. quod in Epiſtolis ipſe teſtatur Euangeliſta: (1. Ioan. 4.) In hoc enim cognoſcimus, quia in nobis eſt, quia ex ſpiritu eius dedit nobis. Viuificat igitur Chriſtus credentes in ſe, quia cùm ſecundum naturam vita ſit, in fidelibus habitat. Quòd autem per fidem hoc fit, Paulus oſtendit, dicens: (Epheſ. 3.) Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem Domini mei Ieſu Chriſti, ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nominatur: vt det vobis bonitatis ſuę virtutem, corroborari per ſpiritum eius, habitare Chriſtum per fidem in cordibus veſtris. Quoniam igitur ipſe filius vita ſubſtãtialiter eſt, & per fidem in credentibus habitat: quomodo non veraciter dicitur, *Qui credit in filium, habet vitam æternam: & qui incredulus eſt filio, non videbit vitam?* Quòd ſi quis obiiciat, etiam incredulos reſurrecturos, & eapropter vitam habituros: reſpondet Cyrillus, victuros quidem & in anima, quæ immortalis eſt, & in corpore quod reſurget: Verùm hîc non de illa vita diſſeri, ſed de fœ- I licitate æterna, & plena Dei viſione, quæ ſolùm fidelibus communicabitur. Vnde nõ ſimpliciter dicit, Non viuet, ſed, Non videbit vitam: id eſt, non guſtabit illa gaudia, neque illi manifeſtabitur gloria illa ſanctorum. Suppliciis enim cruciabuntur increduli, quod omni morte triſtius eſt, in ſolo ſenſu dolorum animam in corpore retenturi. Hanc vitæ diſtinctionem Paulus quoque prędicat, Col. 3. Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cùm Chriſto in Deo. Quando enim Chriſtus apparuerit vita veſtra, tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria. Aſpicis quomodo vitam ſanctorum, eam appellat manifeſtationem in gloria cum Chriſto? Quid porrò, quando Pſalmiſta canit, Pſal. 33. Quis eſt homo qui vult vitam, diligit dies videre bonos? Prohibe linguam tuam à malo. Nónne dicemus ſanctorum vitam iſtis verbis ſignificari? Conſpicuum, vt arbitror, eſt. Non enim à malis abſtinere hortatur, vt carne reuiuiſcant (reſurgent enim etiam qui malè operantur) ſed ad illam inuitat vitam, in qua videre quis K poteſt dies bonos, in beatitudine atque gloria æternaliter viuens. Priuabuntur igitur diuina viſione, quantum ad pœnam damni, quotquot filio increduli fuerint. Eſa. 26. Tollatur impius ne videat gloriam Dei. Et cap. 27. Qui incredulus eſt, infideliter agit. *Sed ira Dei*, iuſta vindicta, *manet ſuper eum*: id eſt, damnationem æternam incurret, quantum ad pœnam dãni. Omnes quidem, teſte Apoſtolo, (Epheſ. 2.) naſcimur filij iræ: ſed ira Dei non manet ſuper electos & fideles. Manet autem ſuper infideles, quia non tollitur per gratiam, cùm ad Chriſtum non pertineant. Apoc. 21. Timidis, & incredulis, & execrabilibus, pars illorum in ſtagno ardenti igne & ſulphure. Siquidem ab ira Dei non liberamur, niſi per fidem in Chriſtum: hanc cùm illi non admittant, quid amplius quæritur, quã quòd ira Dei manet ſuper eos? Ne igitur obiiciat aliquis: Ecquid Turcis, Barbaris, Iudæis, Gentilibus continget? Num illorum Deus miſerebitur? Num ſaluabit? Nã ſalus ex gratia eſt, liberatio, & glorificatio ex gratia eſt. Porrò gratiæ parti-

Damaſc.

Obiectio.

Dilectio cauſa noſtræ reparationis Tho. Aqu.

Cyr. Alex.

Quomodo viuificamur.

Quomodo infideles viẽturi nõ ſit cũ omnium animæ ſint immortales.

Nullus infidelis ſalũabitur.

Obiectio.

A participes non ſunt, qui Chriſto non credunt. Itaque cùm naſcantur filij iræ, cùm iram Dei contrahant per peccata propria, non iuſtificantur ab illis peccatis per Chriſtum,& Dei gratiã: Vnde & ira Dei manet ſuper illos. Theophil.in Ioan. Non dixit quòd maneat illum,ſed ſuper illum:oſtendens quòd nunquam ab eo recedat,vt ne mortem credas temporalem. Deuter.32. Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & ardebit vſque ad inferni nouiſſima. Prou.6. Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ. Ita terrore ſuos diſcipulos Ioannes à Chriſti contemptu reuocabat,& illos ad fidem in eum ſuſcipiendam vrgebat,ne diuinæ iracundiæ flagellis ſubiacerent. Eſa. 2. Quieſcite ab homine, cuius ſpiritus eſt in naribus eius, quia excelſus reputatus eſt. Deuter.32. Mihi vindictam, & ego retribuam. Theoph.

Ioannes Herodem de inceſtis nuptiis arguit. Herodias in illum furens, apud
B *Herodem efficit, vt carceri mancipetur: etſi quidem Herodes illum vt virum ſanctum vereretur.*

Matth.14.	Marc.6.	Luc.3.	Ioã.
Herodes autem tenuit Ioãnem, & alligauit eum: & poſuit in carcerem propter Herodiadem vxorem fratris ſui. Dicebat enim illi Ioannes, Nõ licet tibi habere eam. Et volens illum occidere, timuit populum: quia ſicut Prophetam eum habebant.	Ipſe enim Herodes miſit ac tenuit Ioannem, & vinxit eum in carcerem propter Herodiadem vxorẽ Philippi fratris ſui, quia duxerat eam. Dicebat enim Ioannes Herodi, Non licet tibi habere vxorẽ fratris tui. Herodias autem inſidiabatur illi: & volebat occidere eũ, nec poterat. Herodes enim metuebat Ioannem, ſciens eum virum iuſtum & ſanctum: & cuſtodiebat eum, & audito eo multa faciebat: & libenter eum audiebat.	Herodes autẽ Tetrarcha cùm corriperetur ab illo de Herodiade vxore fratris ſui, & de omnibus malis quæ fecit Herodes: adiecit & hoc ſuper omnia, & incluſit Ioannẽ in carcerẽ.	

C

ET ſi rerum omnium, quæ a Deo nobis datæ ſunt, precioſiſſima ſit veritas, illa tamen frequentes calumniatores & hoſtes habet. Nec enim abs re dictum eſt à Poëta Comico, *Introductio.*

Obſequium amicos, veritas odium parit. Terent.

Illa nimirùm ſeſe geſtantem iugulat, quòd & vbi ad aures hominum impiorum peruenerit, ipſius cauſa in veritatem profeſſam accendantur. Propter illam Prophetæ, Apoſtoli, & omnes iuſti perſecutionem paſſi ſunt, immò & Chriſtus ipſe. Ad hoc enim, inquit, veni in mundum, vt teſtimonium perD hibeam veritati: omnis qui ex veritate eſt, audit vocem meam. At verò pauci ex veritate ſunt, omnis homo mendax, Deus autem verax. Eapropter Ioannes Baptiſta in carcerem coniectus eſt. Succedit enim huius facti hiſtoria, quam Lucas per præoccupationem, cap. 3. ante Chriſti ieiunium & tentationem: Matthæus verò cap.14. & Marcus cap.6. per recapitulationem deſcribunt, cùm iam eſſent enarraturi Ioannis Baptiſtæ martyrium. Itaque cùm iam fama Ioannis percrebreſceret, & ad illum conflueret omnis populus: ille verò omnes omnium conditionum homines ad ſalutem adhortaretur, & nulli vitio parceret, ſed omnia argueret: ſicut in Iudæorum primates Scribas & Phariſæos inuectus fuerat, vt terrore ſaltem concuſſos ad mentem reduceret: ita & Herodem audacter increpauit. *Herodes autem Tetrarcha cùm corriperetur ab eo de Herodiade vxore fratris ſui, & de omnibus malis, quæ fecit, miſit ac tenuit Ioannẽ.* *Summa.*

E Erat iſte Herodes Antipas filius Herodis Aſcalonitæ, cuius tempore natus eſt Chriſtus, qui & infantes occidit. Nam, vt diximus, Herode illius patre defuncto, diuiſum eſt & regnum eius in quatuor partes, quarũ duæ datę ſunt Archelao, Philippo Tetrarchia Itureæ & Trachonitidis regionis, & quarta, quæ eſt Galileæ, Herodi ceſſerat. Ioſephus lib.18. Antiq. cap.9. Philippum commendat ab æquitate, rectitudine, moderatione & manſuetudine: quod ideò narrat, vt è contrario Herodem eius fratrem notet: vt qui non modò nomen, ſed & ferocem illum animũ patris Herodis ſequeretur. Is, inquit, moderatum & manſuetum ſe cunctis quibus imperabat, exhibuit, nullas oppreſſiones aliquibus importãs. Nam eius ad ſubiectos conuerſatio talis erat. Procedebat in itinere cum paucis electis, ſibique gratiſſimis: in cauſis iuſta iudicia proferebat: occurſantibus, vel opis egentibus auxiliabatur impigrè: ac ſi fortè oppreſſionem ſenſerat alicuius, ſtatim in ſolio conſidens cauſam audiebat, iuſtæ parti adiutor, iniuſtæ autem punitor exiſtens. Narrat & ibidem Ioſephus quæ fuerit Herodias, & qua occaſione illam ſibi coniugem Herodes aſſumpſit. Sunt enim qui ex antiquo volumine colligi ſcribant, quòd hęc fuerit *Quid Tetrarchia.* Ioſephus. *Philippi cõmendatio.* *Quæ fuerit Herodias.*

filia Arethæ regis Arabum. Verùm tutior est Iosephi sententia, quòd filia fuerit Aristobuli, F
soror autem Agrippæ maioris. Id quod nomen quoque ipsum indicat: est enim quasi patro-
nymicum ab Herode, nihilque proinde aliud significat, quàm filiam vel neptem, vel aliquã
è posteris Herodis. Nec hîc audiendi sunt, qui Eusebij traductioni Latinæ, quam hac in par-
Ruffinus. te Ruffinus vitiosam fecit, innituntur, quæ sic habet lib. 1. hist. Eccles. cap. 13. Concordi verò
testimonio etiam Iosephus de hoc scribit nominatim, etiam de Herodiade commemorans,
velut de coniugio fratris Philippi viuentis violenter abstracta, & suis ab Herode incestis nu-
ptiis sociata, propria & legitima vxore depulsa, quam Herodiadẽ filiam fuisse dicit Arethæ re-
gis Arabiæ. Hactenus translatio Latina Eusebij per Ruffinum. E quibus verbis si tollas nomẽ
Herodiadem posteriore loco positum, quod nec Eusebius habet, neque Iosephus, vera lectio
erit, atque germana Eusebij Græci in Latinum conuersio. Nam relatiuum *quam*, non ad He- G
rodiadem, quod Ruffinus falsò intellexit, sed ad propriam & legitimam Herodis vxorem, quã
ille depulit, referendum est. quod & ipse Musculus in sua translatione obseruauit. Porrò occasio
Occasio incestus Herodis cũ Herodiade. huius incestus etiã à Iosepho narratur. Accidit enim, vt Herodes Romã euocatus ad Philippũ
fratrem ex itinere diuerteret, apud quem plusculos dies commoratus, Herodiadem deperire
cœpit: quæ illi de nuptiis ipsam compellanti, ea conditione assensit, si vxorem quam habebat
Arethæ regis filiam, repudiaret. Quare Roma reuersus illam secum adductam vxoris loco
habuit. Interim verò vxor eius fideliter cuncta cognoscens, inquit Iosephus, quæ inter eum
Herodiadémque fuerant composita: antequàm eam ille cuncta cognouisse sentiret, rogat vi-
rum, vt in Macherunta, vbi limes erat Arethæ Herodísque regionis, ab eo mitteretur, nihil suæ
voluntatis aperiens. Hoc Herodes libenter accipiens, mittit vxorem, nihil eam sensisse peni-
tùs arbitratus. Illa verò (præmiserat enim ante multum tempus ad patrem, vt ei apud Mache-
runta omnia pararentur, quæ itineris vsus exposceret) à ductoribus Arethæ suscipitur, confe- H
stimque intrat Arabiam: atque ibi ab illis ductoribus ad alios, ab illísque rursus ad alios trans-
missa, cum summa celeritate patri perducitur, cui omnem Herodis aperit voluntatem. Ille
verò ex hoc inimicitiarum sumpsit exordium, atque ab vtroque exercitu cõgregato in regio-
ne Gamalica bello confligitur, non quidem ipsis præsentibus, sed ductoribus ab vtraque parte
trãsmissis. Docebat tunc tẽporis Ioannes, & pœnitentiæ prædicatione homines ad regnũ Dei
præparabat, qui inter alia facinus hoc Herodis indignissimum, tum in ratione repudij legiti-
Cur Ioãnes in carcerem coniectus. mæ vxoris, tum incestus cum Herodiade liberè & grauiter accusauit. Itaque Herodes veritus
ne rei indignitas, & ipsius Ioannis magna apud omnes authoritas populum commoueret, Ioã-
nem captum in Macherunte asseruari curauit. Et in Herode quidem tyrannorum mores &
ingenium videre est, qui cùm sibi omnia licere putent, pro sua libidine omnia instituunt, si- I
quidem aliquid vel lucri, vel voluptatis sperare possunt. Quòd si quis ipsos reprehendat, id
demum facinus indignissimum esse putant, & aduersus monitorem hostiliter insurgunt. Et ne
idipsum impietatis fouendæ gratia facere credantur, publicam pacem prætexunt, & scelerum
priorum correptores pro seditionum authoribus habẽt. Talis Pharao in Mosem, Achab in Mi-
chæam, Sedechias in Hieremiam, & Ioas rex in Zachariam filium Ioiadæ. Non tulerunt illi
correptores, sed in vitam eorum attentarunt. Ita flocci faciunt permulti principes religionem,
Deum, animam suam & salutem: adeò bullis vanitatum suarum inflantur, vt neque Dei iudi-
cium timeant: sed præsentia tantùm attendentes, diuina quæque deludere se posse arbitrẽtur:
cùm interim omnis potentatus breuis vita sit, Rex est hodie, & cras morietur. Quibus & ipse
rex Dauid inquit, Vos autem sicut homines moriemini, & sicut vnus de principibus cadetis.
Corripiebatur Herodes à Ioanne de Herodiade & de omnibus malis. Non enim hoc solũ Herodis
Nõ omnia narrãt Euãgelistæ. scelus putandum est, quod de Herodiade narratur, etsi permulta immixta habeat, violatũ hos- K
pitium, iniquum suæ vxoris repudium. Erant & alia quæ maluerunt Euangelistę tacere. Nec
quidem dubium est Herodem istum insigniter impium fuisse, cùm & ipse Christus illũ vulpi
comparet, Luc. 13. Dicite, inquit, vulpi illi, quia dæmonia eiicio, & sanitates perficio hodie &
cras, & tertia die consumor. Versipellis enim ille Iudaicæ legis se sectatorem profitebatur, non
religionis gratia, sed vt hac occasione sibi plebis animos conciliaret. Tales nimirùm vulpes per-
multos videas, qui clauum Reipubl. tenentes, tantùm sibi religionem curæ esse debere cen-
Politici versipelles, & vulpes. sent, quantum ab huius opinione commodi & quietis sibi accessurum arbitrantur. Quod etiã
manifestum est in eorum & moribus, & factis, & edictis. Vbi enim vident aliquid sibi accre-
scere posse cum detrimento pietatis, & diuini ministerij, tum religionem suis commodis post-
ponunt: eò vsque fideles, donec lucrum aut commodum cesset. Hoc etiam in Herode. Quo
enim animo Iudæorum legem amplectatur, ostendit, Statim enim atque illũ deliciæ, & noua
libido

libido pepulit, tum legem auersari,& sua authoritate voluptatis gratia illam violare cœpit. De his & aliis permultis arguebatur à Ioanne. At verò *Ioannem ille tenuit*, & carceri mancipauit. Sic odio habebat corripientem in porta, vt dicit Psaltes. Verùm quid proficit? Ligatur homo, non ligatur veritas: ipsa enim semper est liberrima: nescit adulari, nescit corrumpi. Sed & incarceratus martyr Christi semper liber est. Tertullianus ad Martyres, occurrens obiectionibus quæ ab incarceratis Christianis fieri possent: Nec vos, inquit, consternat, quòd segregati estis à mundo. Si enim recogitemus ipsum magis mundum carcerem esse, exisse vos è carcere, quã in carcerem introiisse intelligemus. Maiores tenebras habet mundus, quæ hominum præcordia excæcant: grauiores cathenas, quæ ipsas animas constringunt: peiores immunditias, libidines hominum: plures reos, vniuersum hominum genus. Habet tenebras, sed lumen estis: Vincula, sed vos soluti estis Deo. Triste illic expirat, sed vos odor estis suauitatis. Iudex expectatur, sed vos estis de iudicibus ipsis iudicaturi. Contristetur illic, qui fructum seculi suspirat, Christianus extra carcerem seculo renunciauit. Itaque quid Herodes in Ioannem moliatur, quod non ille æquo & lubenti animo ferat, immò quod nõ desideret? Quid enim illum mulceat, & ad sui desiderium mundus alliciat, qui teneris ab annis & paternæ domui & seculo renunciauerat? Hac se tribulatione solùm circumuentum esse non videt. Quis enim Prophetarum non idem à sui seculi hominibus expertus est, dum eos ab impietatibus & iniquitatibus ad viam salutis euocabant? Sunt qui infame putent carceri mancipari. Verùm hoc illis videatur, qui propter propria peccata hoc patiuntur. Pro Christi nomine non modò ligari, sed & mori, glorioſum est. Nemo vestrum patiatur vt fur, inquit Petrus: sed si quid patimini propter iustitiam, beati. Ioseph quantumuis iustus esset, in lacum demissus est, Genes. 39. & tandem addictus carceri. Ipsa etiam sapientia descendit cum illo in foueam, vt consolaretur eum, Sap. 10. Ezechiel ductus est captiuus in Chaldæam, Ezech. 1. Hieremias in Iudæa incarceratus est, Hier. 20. Incarcerati, & virgis cæsi discipuli, Act. 5. Quin & Petro dictum est, Ioan. 20. Cùm esses iunior, cingebas te, & ibas quò volebas: cùm autem senueris, alius te cinget (id est, ligabit) & ducet quò tu non vis. Verùm cùm Martyrem non pœna, sed causa faciat, requirendum est accuratiùs, quæ causa Herodem impulerit, vt Ioannem custodiæ traderet. Hoc etsi ab Euangelistis modò dictũ est, lubet tamen expressiùs ab iisdem audire. *Propter Herodiadem vxorem Philippi fratris sui, quia duxerat eam.* Hoc fuit argumentum exhortationis, quam ad eum habuit Ioannes. *Dicebat enim Ioannes Herodi.* Chrysostom. hom. 49. in Matth. 14. Sed cur non mulierem alloquitur? Quia & principalior vir est, & potestas in illo erat. Ideò dixit illi: *Non licet tibi*, qui legem Moysi profiteris, *habere vxorem fratris tui*, illo viuente. Hoc scelus legis præscripto morte plectendum erat. Deut. 22. Qui duxerit vxorem fratris sui, fecit rem illicitã, vterque moriatur. Post mortem quidem fratris illam duxisse poterat, vt semen fratri defuncto suscitaret, sicut legitur Deuter. 25. At verò Philippus vir Herodiadis, & Herodis frater, viuebat. Denique non opus erat vt suscitaretur semen, cùm neptem haberet ex fratre & Herodiade. Liberè igitur, vt olim Helyas ad Achab, Ioannes ad Herodem accedit. Et ita apud illum se habet, ac si dicat: Putas fortassis, ô Rex, tibi omnia quæ libet, licere. Hoc enim quod Samuel de iure regis ad populum disserit, fortassè pro legitimo regum iure accipis, quod de tyrannico intelligitur. Attendebat enim Samuel effrænatam principum licentiam, qui contra Dei legem, patria præscripta, & bonos mores, multa, eáque impia, profana, aut lasciua pro libidine attentare præsumant. Hoc erit, inquit, ius regis, qui imperaturus est vobis. Filios vestros tollet, & ponet in curribus suis. Filias quoque vestras faciet sibi vnguentarias, & focarias, & panificas. Agros quoque vestros & vineas & oliueta optima tollet, & dabit seruis suis. Seruos etiam vestros & ancillas, & iuuenes optimos & asinos auferet, & ponet in opere suo. Atqui ius vocat tyrannidem & prophanam licentiam eorum, qui contra fas omne in subditorum suorum perniciem grassantur. Audire scilicet potuisti ex prima illa Domini lege, quid dictum sit Deut. 17. Rex non multiplicabit sibi equos, non habebit vxores plurimas quæ alliciant animum eius: sed describet sibi Deuteronomium legis huius. Quid istud, quòd Deuteronomium legis describere debet, nisi quòd & ad eius obseruationem saltem, sicut & cæteri ex subditis, adstringitur? Non legisti quid Pharaoni contigerit attentanti contra Saram vxorem Abrahæ, etsi illam non nosset eius vxorem esse? Non audisti quantis comminationibus territus illam cum muneribus viro reddiderit? Non etiam quot plagis Dauid afflictus sit, quia Bersabeam, nõ fratris, sed subditi sui vxorem furtiuis amoribus deperierit? Quid ergo hoc tibi licere putas, quod nemini à diuino numine impunè cessit? Rex quidem es: sed eapropter tantò magis teipsum diuinarum & humanarum legum obseruatorẽ

Tertull. *consolatio incarcerato rum propter Christum.*

Iusti incarcerati.

Chrysost.

Nõ omnia licent regibus.

Quid medi tandum regibus.

exhibere debes. Nam reges quoque legibus ſuis adſtrinxit Deus, qui eoſdem exemplo ſuo aliis præire vult, ſimulque innocentiæ & iuſtitiæ tutores atque vindices conſtituit. Pſ. 2. Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Seruite Domino in terra, & exultate ei cum tremore, nequando iraſcatur Dominus, & pereatis de via iuſta. Tanto igitur abeſt, vt iſtud in aliis arguas, qui idipſum tibi licere arbitraris. An non legiſti, quòd potentes potenter tormẽta patientur? Sap. 6. Nimirùm quia ſua poteſtate in perniciem animarum ſuarum, & ſubditorũ ſcandalum abutuntur. Quid verò tibi licet in fratrem illum tuum, non tibi ſubditum, ſed à tua dominatione liberum, vt tyrannico iure in illum agas? Hoc exemplo admonemur, Magiſtratus quoque Dei verbo ſubditos eſſe debere. Non enim à ſe, ſed à cœlo poteſtatem acceperunt. 2. Cor. 4. Quid enim habes, ô homo, quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris? Omnis poteſtas à Deo eſt. Itaque qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. Rom. 13. At ipſi quidem ſuum honorem à ſubditis requirunt, & nulli in ratione honoris & gradus cedunt: quomodo non idem vt ſubiecti, deferant Deo? 1. Reg. 2. Qui contemnunt me, inquit, erunt ignobiles. Docentur & hi, quibus creditum eſt Eccleſiæ & verbi diuini miniſterium, ne principibus adulentur, ne ad eorum obſequia velut vilia quædam mancipia ſeſe abiiciant: ſed Dei verbo, immò & Deo ipſi ſuum honorẽ tribuant, & liberè in publica vitia loquantur, ita tamen vt cum omnium ædificatione, & ſalutis intentione. Eſa. 58. Aſcende in montem tu qui euangelizas Hieruſalem, exalta quaſi tuba vocem tuam, demonſtra populo meo ſcelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Hoc non eſt inſultare principibus, ſed de his, qui ſapiant, benè mereri. Honorabat Ioannes regem, non honorabat vitium. Salutem regis requirebat, & rex Ioanni inſidiabatur. Et quidem non mirum, cùm non niſi ad ſpeciem religionẽ Iudaicam coleret. Atqui & olim Philippus meliùs Diogenem Cynicum habuit, etſi ad illum veniens, bella intentantem, Cynica libertate diceret: Veni explorator temeritatis tuæ. Nec illi indignatus eſt Alexander ille maximus Monarcha, etſi hunc abiectiſſimo mancipio compararet, quia ebrietati & libidini inſeruiebat, vt ſcribit Diogenes Laërtius, lib. de vita Philoſophorum. Quid autem periculoſius principibus, quàm ſi adulatoribus credãt, qui nunquã recta dicant, ſed placentia? qui licet principes apud omnes malè audire cognouerint, ſeu ob libidines, ſeu grauamina, aut alia: ad inſtar tamen adulatorum Dionyſij Syracuſani ſe habent, ſemper blandiuntur, & applaudunt, donec in caput principum ſua ipſorum temeritas magno eorum periculo redundet? Non poterat Ioannes adulari, non aulicum paraſitum ſimulare: nihil mercedis ab Herode expectabat, qui contempſerat omnia: ideò liberè ad illum loquebatur: & plus ſe de regis ſalute, quàm de illius fauore ſollicitum eſſe oſtendebat. Andreas Archiepiſcopus Cretenſis, ſerm. in decollationem S. Ioan. Baptiſtæ: Et Herodes quidem, inquit, à ratione alienæ congreſſionis voluptuaria obrutus deliciis, neque ſe potuit erigere, neque aſpexit ad lucem veritatis, ſed manſit grauatus crapula libidinis. Hic autem perſeuerauit corrigere, docere, admonere, vt conſentaneum fuit Dei Prophetam facere. Ille verò etſi, vt dicit Euangelium, ſciret eum eſſe virum iuſtum & ſanctum, & eum libenter audiret, nihil tamen eorum aut intellexit, aut intelligere voluit. Non Prophetam iis, quos oportuit, affecit honoribus, non legis grauitatem vel tantillum eſt reueritus: neque ſi aliud, ſupplicia quidem certè, quæ illa aduerſus eos, qui ſint tales, intentat, ipſum vllo pudore affecerunt. Dicam id quod eſt maius. Ne illum quidem Achab alterum mulieris mancipium, eſt imitatus, qui tũc habebat Ieſabel magiſtram cultus multorum Deorum, ſicut nunc hic Herodiadem libidinis & intemperantiæ. Nã ille quidem cùm audiiſſet ab Helya Theſbite iram, quæ accendebatur in eum à Domino, & mala quæ ei & ſuis erant apertè euentura: non ſuccenſuit, non ſe inſolenter geſſit, non probrum duxit aut contumeliam Prophetæ reprehenſionem: ſed vt Dei Prophetam & diuina loquentem illum quidem in honore habuit, hæc verò tanquam Dei præcepta proſecutus eſt cũ reuerentia. A ſermone enim eius compunctus eſt (3. Reg. 21.) & egreſſus eſt flens, & ſcidit tunicam ſuam, & ieiunauit, & ſacco indutus eſt. At verò iſte Herodes non mulcetur verbis Prophetæ, quia iam furore muliebris libidinis inebriatus erat, & humanam, ne dicam regiam mẽtem amiſerat. Hinc factum eſt, vt Ioannem teneret, & carceri includeret. *Herodias verò inſidiabatur illi, & volebat occidere eum, nec poterat.* Ita nimirùm Ieſabel inſidiabatur Helyæ, & in illius cædem virum ſuum incendebat. Quid dicam quòd tantus ille Propheta mulierem timuerit, inquit Chryſoſtomus homil. in decollat. S. Ioannis. Qui totius mundi ſtatum, & cœli pluuiam, & agri ſpeciem in linguę poteſtate portauerat, qui ignẽ è cœlo eduxerat (3. Reg. 17.) & per virtutem orationis mortuos ſuſcitauerat: hic timuit mulierem. Nulla enim malitia æmulari poteſt mulierem malam. Atteſtatur verbo meo ſapientiſſimus Salomon, (Eccl. 25.)

Ne prædicatores aulici ſint adulatores.

Principibus liberè, ſed tamen cum reuerentia loquendũ.

Dio. Laër.

Ioannes nõ potuit adulari.

Andreas Archie. Cr.

Herodes peior Achab.

Chryſoſt. *In mulierũ malitiam.*

Quia

A Quia nō eſt caput ſuper caput ſerpētis,& non eſt malitia ſuper malitiā mulieris. O malū ſummum,& acutiſſimum diaboli telum mulier! Per mulierē Adam in Paradiſo proſtrauit, & de paradiſo exterminauit. Geneſ.3. Per mulierē,mitiſſimū illum Dauid,vt necem militis ſui innocentis Vriæ Ethæi,in epiſtola dolo mādaret,armauit,(2.Reg.11.) Per mulierem, ſapiētiſſimum Salomonem in præuaricationis præcipitiū præcipitauit, (3.Reg.11.)Per mulierē,fortiſſimum Samſonem illuſum raſūmque cæcauit, vt & virtute crinili,& decoris oculis ſpoliatus, ludibrio foret hoſtibus, quibus fuerat antè terrori, & cum his captiuus moleret, quibus dominabatur inuictus,Iud.16. Per mulierē, caſtiſſimū illum Ioſeph vinculis alligatum detruſit in carcerem, Gen.39.Per mulierē,illam totius mūdi lucernam capite truncauit.Mulier enim impudens nemini parcit,nō Leuitam honorat, non Sacerdotē reueretur,nō Prophetæ defert honorem. O malū omni malo peius mulierē malam! Siue illa pauper ſit,ſiue diues,duplex malum eſt.Si ha-
B beat facultatē malitiæ ſuæ cooperātē,malū duplex,intolerabilis vipera, immedicabile venenū. Scio ego & aſpides incantantium blandimentis mitigari,& tigrides, & leones, & pardos domita feritate manſueſcere. Mulier mala ſi iniuriam patitur, inſanit: & ſi honorem accipit, extollitur. At ſi potentis alicuius vxor ſit, non ceſſat die ac nocte virum ſuum callidis ſtimulare ſermonibus, blanda nequiter, & importuna violenter, donec illum ad ſui conſenſum furoris exacuat, vt ſibi ſimilem faciat maritū: improbis malè ſuadet conſiliis,ſicut Herodias fecit Herodi. Si verò pauperem virum habeat, ipſum quoque ad iracūdias & rixas incitare non deſinit. Et ſi vidua ſit, ipſa per ſemetipſam omnes paſſim deſpicit,& ad omnē audaciā ſpiritu ſuperbiæ inflatur. Timore enim Dei nō refrænat linguā ſuam, nec futurū iudicium proſpicit, neque ad Deum intendit. Non amicitiæ iura ſeruare, non religionis fidem nouit vereri. Talis igitur erat Herodias, nō adeò ſtupida, quin ſciret cōtra Dei legem & bonos mores ſe cum Herode incec
C ſtas nuptias contraxiſſe:verùm libidine accenſa cōtra Prophetam ferebatur, *& inſidiabatur ei, ad inſtar colubri calcaneū eius*, & occaſionē captans vt illum perderet. *Et volebat occidere eum, nec poterat.* Quis auocabat? Herodes ipſe:auocabat & vtrumque populi timor. *Herodes enim metuebat Ioānem.* Legimus,Herodes autē metuebat.ſed & traduci poteſt, Herodes enim metuebat:vt ſit redditio cauſæ,quæ vota & conatus oēs perditiſſimæ mulieris impedierit. Vtrūque enim ſonat hic Græcus cōtext°: ὁ γὰρ Ἡρώδης ἐφοβεῖτο τὸν Ἰωάννην. Petrus Chryſolog. ho- Pet.Chryſ
mil.173.in eam recurrit ſentētiam. Herodes,inquit,adulteræ non vincebat animū,nefas tamen adulteræ differebat. Illa, ne eſſet arguēs,arguētis tēdebat ad mortē:ille, vt placeret inceſtæ captiuus ipſe,iuſtū tātùm tenuit,vinxit incluſum,quia in innocentē reus nō facilè dictare poterat ſententiā. At verò cur Herodes Ioānem metuebat? Eſtne q; reges,qui ſibi ſummā rerū, & po- *Cur Herodes metuebat Ioānē.*
teſtatē gladij vēdicant, eos timeant,quos occidere poſſunt? Verùm ſuum ſecum terrorē infert
D innocētia,& Dei verbū,maximè ſi à viro iuſto prædicetur,penetrabilius eſt omni gladio anciſ piti. Duplici lancea penetrabilior lingua eſt. Verbū autem Dei non eſt alligatū,nemini parcit, nullū timet. Sic enim hoc armatus Helyas erat tanquam fax ardens,in diebus ſuis principē non pertimuit. Nō tam corporaliū armorū, q; ſpiritualiū violētia principes cōcutiūtur. Videmus illos ab Apoſtolis & Apoſtolicis viris nō armatis,nō reddētibus malū pro malo, ſed mori & occidi pro Chriſto deſiderātibus,quātūuis fortes & obduratos victos eſſe. Adde q;,vt ſcribit Hor. Horat.

Iuſtum & tenacem propoſiti virum
Non ciuium ardor praua iubentium,
Nec vultus inſtantis tyranni
Mente quatit.

E Hæc Ioannis innocentia,& conſtantia Herodis ferocem animum demulcebat. *Sciebat enim eum virum iuſtū,& ſanctum,& cuſtodiebat*,id eſt,obſeruabat *eum,& audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat.* Ioſephus ipſe lib.18.Antiq.cap. 9. Ioannem vocat ἀγαθὸν ἄνδρα, virum Ioſephus. Euthym.
bonum: cuius ſcilicet vitæ ſanctimoniā omnes mirabantur. Euthymius in Matth. Quid ſi, inquit,ſciens eum virum iuſtum & ſanctum obſeruabat illum, vt ſcribit Marcus: quomodo dixit Matthæus,quòd volebat eum occidere,timebat autem multitudinem? *Volens enim eum occidere,timuit populum,quia ſicut Prophetam eum habebant.* Præterea ſi multa faciebat eorum quæ Ioānes admonebat,& ſi eum monētem libenter audiebat,quare vinxit eum,ac recluſit? Quia quæ dicit Marcus,primùm facta fuerant:quæ autem ſcribit Matthæus,poſtmodùm facta ſunt. Primùm enim Herodias negotium faceſſebat Ioāni,volebátque eum occidere: Herodes autē *Cur cùm Herodes Ioannē honoraret, eū ligauit,*
nō permittebat,ſciens eum virū iuſtū & ſanctū. Quum autē vehemēter illum vrgeret arguens ac increpans eum:tandē Herodes hinc deuictus quidē moleſtia,hinc autē vim quodāmodò ab Herodiade perpeſſus,iam pudorem in iram commutauit,nec omninò quieſcens,volebat eum

occidere: timens autem multitudinem, vinxit eum quasi puniens, & ligauit eum, ne varia loca circumiens scelus suum & incestum apud omnes diffamaret. Hic duo colligimus. Vnum est, quantum corrumpant bonos mores consortia parua, & animi virorum à deprauatis mulieribus peruertãtur. Non solus Adam à muliere seductus est, sed & omnis Israël à mulieribus Madianitis ad sacrificia suorum deorum pellectus est, vt in Numeris legitur. Vinum & mulieres apostatare faciunt sapientes. Ipsum Arcadium Eudoxia vxor eius, tanquam altera Dalila Samsonem, in sanctum Chrysostomum animauit, vt exul è Constantinopoli pelleretur: vt rectè arguit Innocẽtius Põtifex, & scribit Nicephorus Caliſtus hist. Eccles. lib. 14. Alterum, quod hîc obseruare licet, est tyrannis vitiosorum principum, qui flocci faciunt hominum innocentum mortem, vt saltem suis facinoribus prætextum & fucum faciant: quantum verò illi sibi à populo concitato timeant, cùm sit bellua multorum capitũ, quæ vbi sæuierit, ne regibus quidem parcit. Cæterùm *omnes habebant Ioannem vt Prophetam*: immò num ille Christus esset, vt dixi- G mus, dubitarunt.

Innocent. Niceph. *Tyrannis vitiosorum principũ.*

Christus Judæis ad tempus cedens, transit per Samariam: mulierem aquæ argumento ad suæ salutis cognitionem allicit: vt mulieris peccata, ita seipsum illi reuelat: veram adorationis rationem resoluit: quid inter nos & Iudæos & Samaritas intersit, ostendit. A Samaritis agnoscitur: sed & discipuli spirituali Ecclesiæ colligendæ messi congaudere docentur.

Matth. | Marc. | Luc.

IOAN. 4.

VT ergo cognouit Iesus quia audierunt Pharisæi, quòd Iesus plures discipulos facit, & baptisat, quàm Ioannes (quanquam Iesus non baptisaret, sed H discipuli eius) reliquit Iudæam, & abiit iterum in Galilæam. Oportebat autem eum transire per Samariam. Venit ergo in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar, iuxta prædium quod dedit Iacob, Ioseph filio suo. Erat autem ibi fons Iacob. Iesus ergo fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontẽ. Hora autẽ erat quasi sexta. Venit mulier de Samaria haurire aquã. Dicit ei Iesus, Da mihi bibere. Discipuli enim eius abierant in ciuitatem, vt cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana, Quomodo tu, Iudæus cùm sis, bibere à me poscis, quæ sum mulier Samaritana? non enim coũtuntur Iudæi Samaritanis. Respondit Iesus, & dixit ei, Si scires donum Dei, & quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere: tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquã viuã. Dicit ei mulier, Domine, neque in quo haurias habes, & puteus altus est: vnde ergo habes aquam viuam? Nũquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteũ, & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius? Re- I spondit Iesus, & dixit ei, Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum: qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, nõ sitiet in æternum: sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Dicit ad eum mulier, Domine, da mihi hanc aquam, vt non sitiam, neque veniam huc haurire. Dicit ei Iesus, Vade, voca virum tuum, & veni huc. Respondit mulier, & dixit, Non habeo virum. Dicit ei Iesus, Benè dixisti, quia non habeo virũ: quinque enim viros habuisti: & nũc quẽ habes, nõ est tuus vir: hoc verè dixisti. Dicit ei mulier, Dñe, video quia Propheta es tu. Patres nostri in mõte hoc adorauerunt: & vos dicitis, quia Hierosolymis est locus vbi adorare oportet. Dicit ei Iesus, Mulier, crede mihi, quia veniet hora, quãdo neque in mõte hoc, neque in Hierosolymis adorabitis Patrem. Vos adoratis quod nescitis: nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudæis est. Sed venit hora K & nũc est, quãdo veri adoratores adorabũt Patrẽ in spiritu & veritate. Nam & Pater tales quærit, qui adorẽt eũ. Spiritus est Deus: & eos qui adorant eũ, in spiritu & veritate oportet adorare. Dicit ei mulier, Scio quia Messias venit, qui dicitur Christus: cùm ergo venerit, ille nobis annũciabit omnia. Dicit ei Iesus, Ego sum qui loquor tecũ. Et continuò venerũt discipuli eius, & mirabãtur quia cum muliere loquebatur: nemo tamẽ dixit, Quid quæris, aut quid loqueris cum ea? Reliquit ergo hydriã suã mulier, & abiit in ciuitatẽ, & dicit illis hominibus, Venite, & videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcunque feci: nunquid ipse est Christus? Exierunt ergo de ciuitate, & veniebant ad eum. Interea rogabãt eũ discipuli, dicẽtes, Rabbi, manduca. Ille autẽ dixit eis, Ego cibum habeo mãducare quem vos nescitis. Dicebãt ergo discipuli adinuicem, Nunquid aliquis attulit ei manducare? Dicit eis Iesus, Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me, vt perficiam opus eius. Nónne vos dicitis ꝙ adhuc quatuor mẽses sunt, & messis vẽnit? Ecce dico

dico vobis, leuate oculos veſtros, & videte regiones, quia albæ ſunt iam ad meſſem. Et qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam: vt & qui ſeminat, ſimul gaudeat & qui metit: In hoc enim eſt verbū verum, quia alius eſt qui ſeminat, & alius eſt qui metit. Ego miſi vos metere, quod vos non laboraſtis: alij laborauerūt, & vos in labores eorum introiſtis. Ex ciuitate autem illa, multi crediderūt in eum Samaritanorum, propter verbum mulieris teſtimonium perhibentis, Quia dixit mihi omnia quæcunque feci. Cùm veniſſent ergo ad illum Samaritani, rogauerunt eum vt ibi maneret. Et manſit ibi duos dies. Et multò plures crediderunt in eum propter ſermonem eius. Et mulieri dicebāt, Quia iam non propter tuam loquelam credimus: ipſi enim audiuimus, & ſcimus, quia hic eſt verè Saluator mundi. Poſt duos autem dies exiit inde, & abiit in Galilæam. Ipſe enim Ieſus teſtimonium perhibuit, quia Propheta in ſua patria honorem non habet. Cùm ergo veniſſet in Galilæam, exceperunt eum Galilæi, cùm omnia vidiſſent quæ fecerat Hieroſolymis in die feſto: & ipſi enim venerant ad diem feſtum.

Introductio.

QVI vrbem aliquā obſident, ſi qua parte oppugnari eam diffidunt, ad aliam quam infirmiorem putāt, machinas adhibent, & toto impetu feruntur. Ita Chriſtus cùm ſicut Gigas fortis viā iſtam curreret, & fortior cōtra fortem armatū bellaret, eúmque hoc in ſuo mundo obſideret: primùm Iudæos ad ſe pellicere, & verbi virtute ſibi vēdicare conatus eſt. Vbi verò illos oppugnari non poſſe, ſed in ſua infidelitate obduratos eſſe proſpexit, ad Samaritanos ſe tranſtulit, ſi quo modo illos ad fidem conuertat. Nactus autem murum infirmum, fœminam eam reducit, & per illam ſibi in ciues conquirendos viam facit.

Summa.

Itaque habita ad Nicodemum concione, cùm Ioannes baptiſaret in Ænon iuxta Salim, Chriſto etiā in Iudæa per diſcipulos baptiſante, facta de hac re à diſcipulis Ioānis apud ipſum quæſtione, & teſtimonio Ioānis audito de Chriſto: poſtquàm tandem idem Baptiſta in carcerem ab Herode miſſus eſt, vt obſeruat Auguſtinus, lib. 2. de conſenſu Euangel. cap. 18. cùm ad Auguſt
Chriſtū relatum eſſet, quòd Phariſæi contra ipſum excādeſcerent & indignarentur, *quia diſcipulos plures faceret, & baptiſaret: reliquit Iudæam, & abiit iterum in Galilæam.* Cyrillus Alexand. Cyr. Alex.
lib. 2. in Ioan. cap. 76. Vnde hic ſermo (de murmure Phariſæorū) ad hoc proceſſit, aut à quonā retū initio narratione orta cognouiſſe Dominus dicitur, quod Phariſæi audierint, operæpretiū eſt exponere. Cùm enim dicitur, *Vt ergo cognouit Ieſus*, præterita quædā res manifeſtè monſtratur. Vniuerſa quidem abſque nuncio ſicut Deus, vel antequàm fiāt, cognoſcit. Expectat autem vniuſcuiuſque rei opportunitatē, & ordinē. Quæſtione igitur inter diſcipulos Ioānis & Iudæos de purificatione facta, & accreſcentibus quotidie Chriſti diſcipulis, quòd iam tum à diſcipulis Ioānis, tum cæteris Iudæis, qui Chriſtū ſequebātur, hæc quæſtio vētilaretur, *cognouit Ieſus quia audiſſent Phariſæi plures ſe, quàm Ioannē, diſcipulos facere.* Thom. Aq. in Ioan. Sed quid hoc ad Tho. Aqu.
Phariſæos, cùm neque Ioannem ipſum exciperēt? Nam cùm rogarētur à Chriſto de baptiſmo Ioānis, vtrum è cœlo eſſet, an non reſpōderunt, Si dixerimus de cœlo, dicet nobis, Quare ergo non credidiſtis? Quòd ſi nō crediderunt Ioanni, quid ad eos hæc diſcipulorū Ioānis & Chriſti æmulatio? Sed ad hoc duplex eſt reſpōſio. Vna: Multi ex Ioānis diſcipulis aut Phariſæi erāt, aut Phariſæis confœderati. Vnde & Matth. 6. legūtur Phariſæi cum diſcipulis Ioānis quæſtionibus aggreſſi diſcipulos Chriſti. Vel dicendū, quòd Phariſæi ducebantur inuidia in Ioānem, & ideò ſolliciti erāt, vt eū aliquādo aut cuſtodiæ, aut morti tradendū ſuaderent. Gloſſa enim in Matt. Gloſſa.
17. notat illorū perſuaſionib⁹ Herodem commotū eſſe in Ioannē Baptiſtam. Ex quo efficitur, vt recens quædā ſeſe inuidiæ materia offerat. Nam etſi Ioannem vinculis detentum videant, & inde quietē ſibi in hypocriſi & ambitione ſua repromittant: ecce audiunt tamen Ieſum plures diſcipulos facere, ſed & baptiſare: Vnde fit, vt æmulatione & peruerſo liquore in illū ferātur. *Quāquam Ieſus non baptiſaret, ſed diſcipuli eius.* Auguſt. tract. 15. in Ioan. Quid ergo? Falſum dictū erat, quòd Ieſus baptiſaret, quia & iſtud additū eſt, quāquam non baptiſaret? An vtrumque verum eſt, quia Ieſus baptiſabat, & non baptiſabat? Baptiſabat enim, quia ipſe mundabat: non baptiſabat, quia ipſe non tingebat. Præbebant diſcipuli miniſteriū corporis, præbebat ille adiutorium maieſtatis. Quādo enim ceſſaret à baptiſando, quādo non ceſſat à mundando? Hic eſt qui baptiſat, inquit Ioannes. Securus homo accedat ad inferiorē miniſtrum: habet enim ſuperiorē magiſtrum. Sed fortè ait aliquis: Baptiſat quidē Chriſtus in ſpiritu, nō in corpore: quaſi verò alterius dono, q̄ illius, quiſquā etiā ſacramēto corporalis & viſibilis baptiſmatis imbuatur. Vis noſſe quòd non ſolùm baptiſabat ſpiritu, ſed etiam aqua? Audi Apoſtolum: (Epheſ. 5.) Sicut Chriſtus, inquit, dilexit Eccleſiā, & tradidit ſemetipſum pro ea, mundās eam lauacro aquæ

Auguſt. *An Ieſus non baptiſaret.*

in verbo vitæ,vt exhiberet ipse sibi glorioſam Eccleſiam,non habẽtem maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi.Mũdãs eam.Vnde?Lauacro aquæ in verbo.Quid eſt baptiſmus Chriſti?Lauacrum aquæ in verbo.Tolle aquam,non eſt baptiſmus:tolle verbum,& non eſt baptiſmus. Itaque quia Chriſtus ſpiritum ſuppeditabat, & mundabat,ideò baptiſabat:quia verò diſcipuli tingebãt,ideò & baptiſabant.Et eo modo non baptiſabat quidem tingendo,*ſed diſcipuli eius*. Et per hoc inſtruuntur maiores Eccleſiæ prælati,ne in his,quæ per alios fieri poſſunt, occupentur,ait Thom.ſed ea minoribus facienda relinquant, & ipſi grauioribus incumbant. Sic 1.Cor.1.Paulus:Non miſit me Dominus baptiſare, inquit, ſed euangelizare. Si autẽ quæritur an diſcipuli Chriſti baptiſati fuerint,Auguſtin.Epiſt.108. ad Seleucianam,de baptiſmo & pœnitentia Petri contra Nouatianos. Cùm, inquit,legimus, quòd Ieſus baptiſabat per ſeipſum, non per diſcipulos ſuos,intelligimus illos iam fuiſſe baptiſatos,ſiue baptiſmo Ioãnis, ſicut nonnulli arbitrantur:ſiue,quod magis credibile eſt,baptiſmo Chriſti. Neque enim miniſterio baptiſandi defuit,vt haberet baptiſatos ſeruos,per quos cæteros baptiſaret,qui non defuit memorabilis illius humilitatis miniſterio,quando eis lauit pedes,& petenti Petro,vt non tantùm pedes,ſed & manus ei & caput lauaret,reſpondit: Qui lotus eſt,nõ indiget niſi vt pedes lauet,ſed eſt mundus totus:vbi intelligitur quòd iam Petrus baptiſatus fuerat. Cæterùm Chryſoſtomus hom.30. in Ioan. quem ſequitur Theophilactus & Euthymius.Ipſe quidem Ieſus non baptiſauit,inquit,ſed nuncij eius,cùm vellent auditores in odium eius concitare, ita ferebant, quòd baptiſaret.Et exiſtimat Apoſtolos ita ante paſſionẽ baptiſaſſe,vt nõ dederint Spiritũ ſanctum. Hoc verò tãtùm egiſſe,vt tandem aſſueſcerent homines ad baptiſmum Chriſti.Inſiſtit autem huic ſentẽtiæ,quòd nõdum erat Spiritus ſ. datus:ex qua concludit nec illũ ante Chriſti glorificationem in baptiſmate collatum.Verùm huic obiectioni reſpondet Tho.Aquinas,quòd Spiritus ſ.nondũ quidẽ viſibilibus ſignis datus erat:dabatur tamen per internã ſanctificationẽ credentibus,etiam ante Chriſti paſſionẽ: vnde & perfectũ per Apoſtolos baptiſma miniſtrabatur. Quòd ſi quis obiiciat,ſcriptum eſſe de Apoſtolis,Vos baptiſabimini Spiritu ſ.non poſt multos hos dies:quod in die Pentecoſtes factũ ſit:reſpondendũ id de noua & perfecta ignorantiæ purgatione intelligi,non tamen de illa emundatione,quæ per baptiſmi ſacramentum miniſtratur. Igitur cùm audiret Ieſus & verbum ſuum, & diſcipulorũ ſuorum miniſterium malè ſuſcipi à Phariſæis,*reliquit Iudæã*:id eſt,illam partẽ terræ Promiſſionis, in qua habitauerũt tribus Iuda & Beniamin,atque Leuitica,vt legitur Ioſ.15.Nam ab eo tempore, quo decem tribus à domo Dauid diuiſæ ſunt,& vitulos aureos adorauerunt,conſtituentes ſibi ſacerdotes de extremis populorum,filij Leui habitauerunt in regno Iudæ,vbi fuit templum & locus ſacrificiorũ.3.Reg.12. Tota autẽ prouincia illa vocabatur à tribu Iuda,à Iuda qui maior inter fratres extitit. Hoc autem facit, ne eius præſentia curioſiores illi redderentur in iis inquirendis, quæ capere non poterant. Eapropter enim myſteria dicimus quæ diuina ſunt, quia arcana & ſecreta,& nemini niſi qui ſe dignum exhibeat,communicari debẽt. Sic nimirùm Iuſtin.Martyr, Apolog.2.pro Chriſtianis,de myſteriis cœnæ cenſet.Non enim ſunt mittẽdæ margaritæ ante porcos.Nolebat Chriſtus occaſionem ingerere iis, qui inde ſibi damnationẽ acquirerent. 2. Sed & in ſalutem Gentium veniſſe ſe oſtendebat,quos reprobatis propter incredulitatem Iudæis ſibi acquireret. Interim verò ſuo quemque exemplo docebat, ne temerè nos in tentationem deiiciamus, ſed præſtolemur donec inſania cõquieſcat.Et vt inimicis parcamus,ne fortè noſtra præſentia, illorum furorem exacuamus,& accendamus,ac ſi oleũ igni adiiceremus. Eccl.7. Nec ſtrues ligna in ignem illius. *Et abiit iterum in Galilæam.* Superiùs quidem Ioan.2.legimus, Chriſtũ poſt inſigne miraculum aquæ in vinũ conuerſæ ſubduxiſſe ſe in Galilæam : & quia tres Euangeliſtæ iſtius deſcẽſus primi nõ meminerunt,Ioãnes obiter notat eos ea omnia tacuiſſe,quæ Dominus Ieſus fecit,vſque ad ſecundã iſtam profectionẽ. Ipſe verò profectionis iſtius hiſtoriã cõtexit. *Abiit*,inquit,*in Galilæam*,in qua cõceptus & educatus fuerat, & è qua primùm Hieroſolymã ad diem feſtũ aſcenderat,& diſcipulos congregauerat.Act.2.Nónne omnes iſti qui loquuntur, Galilæi ſunt? Hinc nimirùm exordiũ ſui Euangelij duxerat. Ita volebat viſitare,conſolari,& cõfirmare eos,quos patri lucrifecerat.Act.16.Reuertentes viſitemus fratres per vniuerſas ciuitates,in quibus prædicauimus verbũ Dei,quomodo ſe habẽt. Ita Prælatis exemplũ præbẽs viſitandi concreditũ ſibi populum:Ne fortè de iis hoc dicatur,quod legitur Iob.39.Dominatur ad filios,quaſi nõ ſint ſui:relinquit in puluere oſſa ſua,obliuiſcitur quòd pes hominis conculcet ea. *Oportebat autem eum tranſire per mediam Samariam.* Hæc cauſæ redditio eſt, ne Chriſtũ temerè Samariam adiiſſe putemus. Poſſet enim quis obiicere, quare tunc Iudæis occaſionem ſcandali præbebat,quibus ipſi non coũtuntur: cùm & iſtud ei opprobrio duxerint, dicentes, Nónne

Prædicare maius quã baptiſare. Thomas. Auguſt.

Chryſoſt. Theoph. Euthym.

An nõ datus ſpiritus ſ.ante Chriſti glorificationem. Tho.Aq.

Iuſtinus Martyr.

Cur Ieſus denuò venerit in Galilæam.

Cur Dominus per samariã trãſit,poſt prohibitionem aliter factam.

A Nónne benè dicimus nos quia Samaritanus es tu? Ioã. 8. Adde quòd & discipulis prohibuerat, (Matth. 10.) ne in viam Gentium, aut ciuitates Samaritanorum abirent: & asseruit tandem se non esse missum, nisi ad oues quæ perierunt, domus Israël, Matth. 15. Hac, inquit, illi fuit iter. Iosephus enim lib. 3. de bello Iudaico, cap. 2. & Egesippus lib. 3. de excidio Hierosolymit. cap. 6. referunt Samariam inter Iudæam & Galilæam mediam fuisse. Quòd si Christus non nisi necessitate quodammodò vrgente, diuertit in Samariam: quomodo tu vermis & peccator in conuentum hæreticorum prodire audebis? Nescis quòd aduersarius noster diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret, (1. Pet. 5.) nec tentandus Dominus est? (Matth. 4.) Chrysostomus hom. 30. in Ioan. Et quoniã ad hoc vẽtum est (& nobis de Samaritanorũ cum Iudæis dissidio multa dicenda sunt) non abs re fuerit subtexere, vnde Samaritani originem habuerint. Locus is omnis Samaria appellatur. Samor enim mons à cõditore dictus est, vt testatur Esaias, (cap. 7.) & caput Samorum Ephraim. Habitatores autem non Samaritani, sed Israëlitæ appellabantur. Procedente tempore, Deum offenderunt, & regnante Phacee, surgens Teglatphalazar multas ciuitates occupauit, (4. Re. 15.) & Elæ subdidit: quo interẽpto Osee regnum tradidit. In hũc insurgẽs Salmanazar alias cepit ciuitates, & tributarias fecit. Huic Osee primùm paruit, (4. Reg. 17.) demũ defectione facta Æthiopibus cõfœderatus est. Quod cùm Assyrius intelligeret, Gentem illam, ne iterum deficerẽt, in Babylonem & Medos transtulit, & collectitiam hinc inde multitudinem in Samariam habitatum misit, vt in posterũ firmum sibi imperium familiaribus incolis confirmaret. His peractis, volens Deus potestatem suam ostendere, quódque non imbecillitatis, sed peccatorum gratia, Iudæos Assyriis tradidisset, leones in Barbaros immisit, qui vniuersam Gentem perderent. Sic enim Deus per bruta animãtia nonnunquam hominum peccata vindicat: sic per vrsos duos, puerorũ Bethel in Prophetam insolentiam, 4. Reg. 2. per canes, Iesabelis furorem in Naboth, 4. Re. 9. per leones, impiorũ in Danielem conspirationem, Dan. 7. Hoc autẽ Samaritis contigit, excluso sacerdote. Vindex enim Deus est in sacerdotij cõtemptores, vt scribit Dionys. Areopag. Epist. ad Demophilum. Ideò Maria, Num. 16. ideò & Ozias lepra percussi sunt. His igitur quæ Samaritanis contigerant, regi Assyriorum nunciatis, misit sacerdotem quẽdam, qui leges Dei populo exponeret. Nõ tamen omninò, sed ex parte impietatem exuerũt. Procedẽte adhuc tempore, idolorum cultu abiecto, Dei cultum complexi sunt. Cùm ita se res haberẽt, reuersi Iudæi, his, vtpotè alienigenis, æmulabantur, nec parua hinc etiam de religione contentio erat. Christus autem vt doceat, se etiam ad huius populi salutem venisse, quem gustare fecerat legitima Dei, *venit in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar.* Hæc etiam Sechem, seu Sichem, præcipua inter omnes vrbes Samariæ, vt scribit Iosephus, & à Sichem Euæo dicta est, qui Dynam filiam Iacob constuprauit, vnde per conuentionem dolo initam circuncisos Sichimitas Simon & Leui occiderũt, vt legitur Gen. 34. Hanc Abimelech destruxit, ita vt sal in ea dispergeret. Postea à Hieroboam reædificata est, & hanc sibi pro adorandis vitulis, & capite regni sui selegit. Demũ & ab Herode post Hyrcani Pontificis expugnationem iterum extructa est in honorẽ Augusti: & Græco nomine Σεβαστὴ, Sebaste, id est Augusta, appellata est. Sumitur & Samaria pro regione, cuius hæc ciuitas metropolis erat, quæ à tribu Ephraim, & dimidia tribu Manasse olim habitabatur. Hieronymus Comment. in Mich. hanc pulcherrimo loco sitam esse scribit, id adferens Mich. 1. Transite vos habitatio pulchra. Hieronym. to. 1. Epist. ad Eustoch. virginem, in Epitaphium Paulæ, sic describit Sichem & Samariam. Eustochium, inquit, transiuit Sichem, non vt plerique errãtes legunt Sichar, quæ nunc Neapolis appellatur: & ex latere montis Garizim extructam circa puteum Iacob intrauit Ecclesiam, super quo residens Dominus, sitiénsque & esuriens, Samaritanæ fide satiatus est. Atque inde diuertens, vidit duodecim Patriarcharum sepulchra, & Sebastem, id est Samariam, quæ in honorem Augusti ab Herode Augusta appellata est. Ibi siti sunt Helisæus & Abdias Prophetæ, & quo maior inter natos mulierum non fuit, Ioannes Baptista. Vbi multis contremuit consternata mirabilibus: namque cernebat variis dæmones rugire cruciatibus, & ante sepulchra Sanctorum vlulare homines more luporum, vocibus latrare canum, fremere leonum, sibilare serpentum, mugire taurorum: alios rotare caput, & post tergum terram vertice tangere. Neque verò nos moueat, quòd Hieronym. Sichar discernat à Sichem: siquidem aut scriptorum vitio & incuria nomẽ pro nomine positum est, aut Sichar Sichem significat. Quod ex eo manifestum est, quod dicit Ioannes, *Iuxta prædium quod dedit Iacob, Ioseph filio suo*, vbi quondã Iacob è Mesopotamia rediens habitauit, Genes. 33. Emerat enim partẽ illius agri à filiis Emor centum agnis. Gen. 37. legimus fratres Ioseph moratos in Sichẽ, cùm ipse ad eos veniret: locus enim pascuis vberrimꝰ est, vnde & hîc multos

B Ioseph. Egesippus.

C Chrysost. *Vnde Samaritani.*

D Dio. Areo. Ioseph. Hieronym. *Sichar quæ.*

E

puteos Iacob gregibus foderat, & non longè ab isto prædio altare ædificarat. Sed & Sichem ipsam dici, colligitur ex verbis mulieris, quæ montem Garizim vicinum ostendens, dixerit: Patres nostri adorauerunt in monte hoc. Hic verò legitur tam proximus ciuitati Sichem fuisse, (Iud. 9.) vt ex eius vertice, Ioathan filius Ierobaal, assumpta parabola, eleuatáque voce, ciues Sichem exhortatus sit, & arguerit. Porrò, quia Iacob arcu suo prædium hoc acquisierat, illud vltra sortem hæreditatis paternæ, dedit Ioseph filio suo, Genes. 48. Do tibi, inquiens, partē vnā extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo. *Erat autem ibi fons Iacob*: vtique quem foderat, vt sibi suisque gregibus prouideret. Obserua ex eo, quòd fons iste, Iacob adhuc nomen retinebat ad eum vsque diē, quo Christus venit in Samariam: ipsum annis post Iacob reseruatum diuina prouidentia fuisse. Hoc vtique, vt in memoria æterna iustū esse, (Chrysost. in 2. Cor.) & venerabiles eorum reliquias discamus. Nam adhuc venerabilis hic fons ex memoria Iacob, etsi minus sit quàm os aut corpus ipsius Iacob. Basilius enim lib. 1. ho. 19. in Gordonium Martyrem: Quemadmodum (ait) ex igne naturaliter emicat splēdor, ex vnguento quoque præstanti diffunditur odor, sic è sanctorum commemoratione gestorum, ad omnes prouenit vtilitas. Nimirùm ex loco Deus sanctorum memorias honorari voluit, ait Euagrius lib. 1. Hist. Eccles. cap. 16. & Prudentius lib. Peristephanon, pluribus hymnis loca memoriis & reliquiis sanctorum illustrata dicit: vt hymno in sanctos Fructuosum, Augurium, & Eulogium.

Memoria iustorū defunctorū. Chrysost. Basil. Euagrius. Prudent.

O triplex honor (inquit) *ô triforme culmen,*
Quo nostræ caput excitatur vrbis,
Cunctis vrbibus eminens Hiberis.

Cur Iesus fatigatus. Augusti. *Iesus autem fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem.* Iam incipiunt mysteria, ait Augustin. tract. 15. in Ioan. Non enim frustrà fatigatur Iesus. 1. En vt à fastu & rerum abundantia alienus: neque enim vtitur iumentis aut mulis phaleratis. 2. Vt laborum patiens, qui tantum iter pedester, immò & famelicus confecerat. 3. Sedebat autem illic, vt se dabat locus, non super sede, sed aut super pauimento, aut lapide. En ipsa per se vita (ait Basilius, homil. 15. in Psalm. 48.) ipsa potentia defatigata est in hoc sæculo. Memor igitur sis Iob dicentis, (Iob 5.) Homo nascitur ad laborem: & Apostolus, (1. Cor. 15.) Abundantius omnibus his laboraui. Et rursus, (2. Cor. 11.) In laboribus abundantiùs. Qui igitur laboribus fatigatus est in hoc sæculo, hic viuet in finem: qui verò in lautitie & deliciis degit, laborem fugiens non viuet, Luc. 16. Chrysost. homil. 30. in Ioan. Huc enim venit Iesus, mollem & lasciuam vitam expellens: laboriosam autem & difficilem nos erudiens. Non enim iumentis vsus est: sed & adeò intentè vadit, vt ex itinere fatigetur. Hoc enim semper admonet, vt sibi ipsi quisque seruiat, ne quærat superflua, neque multis indigeat. Adeò enim nos ab omni superfluitate alienos esse voluit, vt multis I necessariis se fraudaret. Idcircò dicebat, (Matth. 8. & Luc. 9.) Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos: filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Propterea plurimùm in montibus versatus est, non perdiux tantùm, sed & pernox. Cæterùm Cyrill. Alexandrinus, lib. 2. in Ioan. cap. 78. Arrianos ait, ex eo quòd Christus fatigatus ex itinere dicitur, imbecillem omninò & infirmum esse astruixisse. Sed si homo factus non esset (inquit) si formam serui non accepisset, conturbari iure possemus, quando seruile aliquid de ipso dicitur. Sin verò firmiter credimus, quia Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, (Ioan. 1.) cùm ea dixisse aut perpessus fuisse dicitur, quæ naturæ nostræ conueniunt, humanitati hæc eius attribuas. Non enim poteramus aliter Verbum Dei hominem factum esse cognoscere, nisi & locutus, & perpessus aliqua vt homo fuisset. *Erat autē hora quasi sexta.* Hæc nobis est meridies, seu duodecima. Circunstantia igitur temporis docet Christū multum iter confeciſse, & ab ipso K diei exordio illud aggressum esse: vt & suo nos exemplo doceret consurgere summo diluculo ad Dominum, vt legitur Eccles. 39. Iustus cor suum tradidit ad vigilandum diluculo ad Dominum qui fecit illum. Esa. 36. De mane vigilabo ad te. Cùm econtrà Salomon dicat, Prou. 26. Sicut ostium vertitur in cardine suo, sic piger in lectulo suo. Sed & ista temporis circunstantia ostendit tum refectionis horam adfuisse, & ad intensiorem laborem, æstus calorem accessisse. Obserua verò, inquit Cyrillus, vel in minimis, non paruam veritatis curam Euangelistam habere, cùm non sexta hora dixerit, sed quasi sexta. Augustinus in tract. 15. obseruat, per horam sextam, ætatem qua venit Christus, vt Ecclesiam ex Gētibus congregaret: sic vt, 1. sit ab Adam ad Noé. 2. à Noé ad Abraham. 3. ab Abraham vsque ad Dauid. 4. à Dauid vsque ad transmigrationē Babylonis. 5. à transmigratione vsque ad baptismum Ioannis. Inde 6. tempore prædicationis Christi. *Discipuli autē eius abierant, vt cibos eiicerent.* Chrys. hom. 30. in Ioan. Non parabant

Christi diligentia. Cyrillus. Augusti. Chrysost.

A parabant discipuli viaticum, quod & alius ostendit Euangelista, cùm de fermento Pharisæorũ (Matth. 16.) loquẽtẽ inducit, quod putabãt ad panes quos nõ tulerãt, referri. Et esuriẽtes inducit spicas decerptas mãducare, (Matth. 12.) & ad ficum ob famem venisse, (Matth. 21.) Sed & quo tempore omnes prandent, cibos emptum proficiscuntur: non vt nos, qui cùm primo manè exurgimus, ante omnia coquos aduocamus, & de præparãdis epulis & mensa diligenter verba facimus, temporalia spiritualibus præmittẽtes. Sciebat enim Christus hac sollicitudine obruẽdos esse Ecclesiæ ministros. Quis enim eorum, vt scribit Bernardus, dialog. de Christo & Simone, non plus inuigilat marsupiis euacuandis, quàm vitiis extirpandis? Sed & pietas peperit diuitias, & illa matrem suffocauit. Ideò appetuntur non onera, sed beneficia: & redituum ratione prostituitur Ecclesia. Porrò tanto nunc hominibus dominatur iniquitas, vt nec tutum sit Ecclesiastico nullum reditum habere: refrigescit enim charitas multorum, vt prædixit Chri-

B stus, Matth. 24. & contemnitur pauper Ecclesiæ minister: si verò fœcundus reditus prodeat, hoc non iam ad Ecclesiæ ministros, sed coruos, vulpes, & huius farinæ parasitos aulicos deuoluetur, qui nec Dei, nec suiipsorum, vt homines sint, meminerunt. Ideò hac in re, nec Christus adeò pauper fuisse attenditur, vt non illi necessaria suppeterent. Vnde scilicet discipuli cibos empturi in ciuitatem perrexissent, nisi & loculos haberent? Sed neque iis abusi sunt, verùm tantùm sibi necessaria compararunt? Porrò in eo quòd Christi refectioni cibos empturi prouident, docent suis successoribus membra Christi curæ esse debere. Nec enim adeò dejecti fuerunt pauperes, vt vbiuis terrarum non haberent vnde viuerent. Cæterùm ciuilitatis &

C manſuetudinis exemplum præbet iis, quorum est alios corripere, vt peccatrici consulant solitudine. Nec enim diffamare eam voluit coram Apostolis, sed expectat donec abierint. Obserua ex eo, quòd Christus tabernas non adit, illud idem illicitum esse clericis, nisi peregrinationis necessitate cogantur: vt habetur distinct. 44. cap. Clerici, ex Concilio Carthaginensi, 3. & 6. Synodo, sub pœna depositionis, ni cessent, vt habetur eadem distinctione. c. Nulli licet clerico, & c. Non oportet. Proinde 12. quæst. 1. c. necessaria res est, vt iuxta Ecclesiam clausura con-

D struantur, in quibus sit vnum clericis refectorium. At verò queret aliquis, vnde pecunias habuerint discipuli, cùm priùs eis Christus dixerit, Matth. 12. Neque aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris habeatis. Respondet Augustinus 12. q. 1. c. Habebat Dominus loculos, à fidelibus sibi oblata conseruans, & aliorum necessitatibus tribuens. Nihil ergo proprium habuit, qui ne quidem vbi caput reclinaret, possedit, Luc. 9. sed in commune quicquid habuit, redegit. Idem quoque Apostoli, & primi sub iis Christiani fecerunt, vt scribitur Act. 5. Idem quoque de prouentibus Ecclesiasticis faciendum esset, vt habetur 12. q. 2. c. de reditibus. Cognouimus. Mos est. Et ex Concilio Toletano, c. Sanximus. Sed heu nunc qui

E Ecclesiæ reditus percipiunt, eos in ius patrimonij sibi vendicant. *Venit mulier de Samaria haurire aquam.* Olim ad mulierem serpens, nunc mulier ad Christũ vltrò accedit. Sed & optima Christo eam alloquendi occasio proponitur, quòd huc hauriendæ aquæ gratiâ conuenerit. Huiusmodi scilicet officio assueta erat: & tamen Dei nutu fit, vt absentibus discipulis accedat, ne quid erubescat sui sceleris fateri: adeò illi doctrinæ retia tetendit. *Dicit ei Iesus*, Mulier, *da mihi bibere.* En prior mulierem alloquitur, quòd sciat nihil sibi cum illa sermonis futurum, nisi prior quid ab ea sciscitetur. Adeò bonus Dominus, vt mulierem priùs alloqui non dedignetur. Et vt olim Abrahæ seruus Rebeccã filio domini sui deberi vxorem expertus est in fonte, Genes. 24. sic Christus hîc sibi deberi Samaritidem. Agnosce igitur ex hoc loco, primò Dei gratiam, qua nos nihil tale cogitantes præuenit: qui stat ad ostium, & pulsat: (Apoc. 1.) Vt si quis aperuerit, intret ad eum. Demùm Domini bonitatem, qui personarum acceptor non sit, sed

E in omni gente qui facit iustitiam, illi acceptus sit, Act. 10. Vide etiam primùm Christum ab ea eleemosynam petere videri, vt primum consequendæ veniæ opus, misericordiam esse doceat. Ita non frustrà Sarephtana Helyæ aquam porrexit, aut Sunamitis Helisæo cubiculũ præparauit, aut piæ mulieres Christo ministrarunt de facultatibus suis, Luc. 7. Ita auspicatur ab operibus misericordiæ, quòd & illa vberiorem gratiam promereantur, vt in Cornelio Centurione manifestum apparuit, Act. 10. Chrysostom. hom. 21. in Epist. ad Rom. Maximus quæstus eleemosyna est, nósque cùm de pauperibus benè meremur, multò plus accipimus quàm damus. Idem hom. 2. in Epist. ad Philipp. Nisi hoc animo estis, vt existimetis vos, cùm datis, accepturos esse, ne vos quidem dare volo: sed & pro terrenis æterna & spiritualia accipitis. Sarephtana vitam sibi, & suscitari filiũ impetrat: Sanamitis hinc filium assequitur, ista docetur. Ita beatius est dare quàm accipere. Abraham sic excipit Angelos. Ista susceptura erat Angelorum dominum. Interim mihi vide, quàm rebus facilibus & humilibus Christus delectetur.

Discipuli nõ parant viaticum.

Vẽter quãtum curæ quibus dã sit. Bernard.

Habuit Christ⁹ et Apostoli loculos.

Ciuilitas & manſuetudo.

Christ⁹ nõ in tabernis

Vnde pecunias habuerint Apostoli. Augusti. *Reditus Ecclesiarũ.*

Eleemosyna præparata ad maiorem gratiam. Chrysost.

Quæ merces eleemosynæ.

Plutarch. *in superfluã aureã mensæ supellectilẽ.* Non enim ex aureo cypho,nõ è quouis alio insigni, sed fictili vase sibi potum ministrari petit. F Plutarchus lib.1. Apophtheg. narrat Artaxerxem Persarum regem delatam ad se ambabus manibus à rustico quodam aquam grato animo excepisse, quòd non muneris,sed eius qui offerret, voluntatis haberet rationem. Christus sanè & idipsum attendit,mulieris simplicitatem & mentem facilem ad excipienda illa, quæ crediturus ei fuerat. Clemens Alex. lib. 2. Paida-

Cl. Alex. gogi, cap. 3. Argenteorum itaque & aureorum,gemmeorumque poculorum irritus & inutilis est vsus, vt qui sit visus solùm deceptio. Nam siue eis calidum mixtum liquorem infuderis, excalefactorum vasorum molesta est tractatio: siue rursus frigidum infuderis, qualitatem materia transfundit, liquorem corrumpens, & est damnosus eius potus. Valeant ergo calices, antigonides, canthari, labroni, & lepastæ, & poculorum genera innumerabilia: trullæ præterea, & psyteres & oinochoæ. Aurum enim & argentum & priuatim & publicè est inuidiosa, vt semel dicam, possessio, si vsum excesserit: rara ad acquirendum, difficilis ad custodiendum, G & non apta ad vtendum. Quinetiam curiosa ac superflua tornatorum in vitro vana gloria, ad frangendum propter artem paratior, quæ simul docet & timere, & bibere, est à bonis nostris

Idem. *Christus nõ est vsus pretiosis poculis.* institutis & legibus exterminanda. Et paulò pòst: Vide,Christus in vili catino cibum sumpsit, & fecit discipulos super herbam accumbere, & pedes eorum lauit linteo accinctus. Deus à fastu alienus, & dominus omnium, nunquid argenteum lauacrum è cœlo deferens? Et à Samaritana potum petiit, quæ aquam vase fictili hauriebat è puteo,aurum regale non requirens, sitim autem docens facilè extinguere. Scopum enim constituebat vsum, non nimiam & inutilem magnificentiam. *Da mihi bibere*, inquit. Petit fons à riuulo, sed petit idẽ à membris cyphum aquæ frigidæ, vt rependat æternam mercedem. Petit vestitum,calceatum,hospitium, Matth 10. & 25. Ita olim,vt diximus,Helyas à Sarephtana petebat panem,vt rependeret do-

Greg.Naz. ctrinam, & filium eius suscitaret. Et fœlix vtique à quo petit, inquit Gregorius Nazanz. Orat. H in sanctum lauacrum, vt animam quasi aquam effundamus. Et vide quàm pauca petit,& quã magna merces. *Dixit ei mulier, Quomodo tu,cùm Iudæus sis, bibere à me petis, quæ sum mulier Sa-*

Cyr. Alex. *maritana?* Cyrill. Alexandr. lib.2. in Ioan.c.8. Initium disciplinæ quæstio est,& dubitatio prudens, radix cognoscendi ea quæ ignorantur. Porrò antithesi vtitur: quasi dicat, *Tu* vir, ego *mulier*. Minus autem colloquuntur hi duo sexus inuicem, nisi prior quædã necessitudo intercesserit. Tu quoque patria Iudæus, ego verò Samaritana. Hoc quippè illa agnouit & ex idiomate, & fimbriis, quibus Deus Iudæos distingui iussit à cæteris, Num.15. Vnde Matth.14.rogabant infirmi vt vel fimbriam vestimenti Christi tangerent. Præcipitur quoque Iudæis, vt

Habituum seu vestitus distinctio. deferant habitum à Christianis distinctum. Extra. de Iudæis. c. In nonnullis. Hîc præter habituum discretionem vastus tibi suppetit campus loquẽdi de vitando hæreticorum congressu:

Hæretici cõferũtur samaritanis. quem Paulus ad Tim. 3. fugiendum docet. Illi enim Samaritanis persimiles.1. Quòd templa I nostra contemnant. 2. Quòd scripturas deprauent. 3. Vnius Dei cultui adulterinos Deos & doctrinas immisceant. 4. Populum Dei, vt olim Samaritæ Israëlem, à suis sedibus profligant. *Non enim coutuntur Iudæi Samaritanis.* Videtur istam dissidij radicem ad Iudæos remittere. Non enim dicit, non coüti Samaritanos Iudæis, sed econtrà. Indignabantur enim Iudæi,quòd Samaritæ illorum terras occupassent, & possiderent, 4. Reg.17.quòdque sua religione abute-

Tertull. rentur. Tertull.lib.de baptismo, scribit Samaritas sese vrina proluere, quoties aliquem ex alia Gente contigerint, quòd omnes præter seipsos immundos esse existiment. Ita factum est, vt ab vtrisque hostiles istæ inimicitiæ progrederentur. *Respondit Iesus, Mulier, si scires donum Dei, & quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere: tu forsan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam.* Contemptus Dominus, non contemnit mulierem, sed salutem eius quærit. Vbi tolerantiam eius & patientiam demirabere. Nec enim respondet ad ea, quæ mulier de Gentis suæ consue- K tudine dixerat, sed ad maiora euehit. Qui ergo sumus nos, qui vno tantùm ridiculo verbo excitati, excandescimus? Et hoc vtique mirum,quòd tot magnos viros in Iudæa reliquerit, quibuscum loqui posset: hanc verò mulierculam præferat tot scribis. Sed infirma mundi elegit Deus vt confundat fortia.1. Cor.1. Porrò à terrenis ad cœlestia mulieris animum eleuat: hoc enim modo lucrandi sunt infideles: cum fidelibus verò scripturis agendum,minus autem ar-

Damascen. gumentis à natura sumptis, vt docet Damascenus lib.1. de fide Orthod. cap.1. Donum Dei spiritus est, & eius gratia, quæ & aqua dicitur, Ezech.36. Hunc enim dare dicitur Pater. Luc. 11. Dabit spiritum bonum petentibus se. *Forsan* ait: non quasi futuri ignarus, sed vt relictum homini petendi aut non petendi arbitrium insinuet. *Petisses*,inquit: nam & orationis fune hæc aqua hauritur. Matth.7. Petite, & dabitur vobis. Esa.55. Quærite Dominum dum inueniri potest, inuocate eum dum propè est. *Et dedisset tibi*, vtique quia promptior est ad largiendum,

quàm

A quàm nos ad petendum. Quasi ergo dicat: Parum est hæc aqua, quam hauris, ab ea quam habeo apud me. Tria verò docet requiri ad obtinendam aquam viuam. 1. Nosse donum Dei, & Spiritus sancti virtutem: nimirùm & ipsam à falsorum spirituum vmbris discernere, cùm Angelus Sathanæ transformet se in Angelum lucis. Si enim hæretici, spiritus discernere possent, nimirùm qui per Ecclesiam & per suos loquuntur, aquam viuam haurirent. Sed vt olim Propheta Domini à Pseudopropheta, 3. Reg. 13. & Achab à Sedechia, 3. Reg. 22. seductus est: quòd donum Dei in Michæa non nosset, ita & nunc permulti. 2. Nosse quis est qui dicit, Da mihi bibere: id est, Christum quis & quantus sit intelligere. Nouimus autem eum, si in vna Ecclesia, in fide, & veritate, non in factionibus hîc aut illic (Matth. 24.) quæsiuerimus. Si bonum, si iustum, non si fautorem mali putemus. 3. Piis votis sequi, quod maximè fit per orationem: vnde ait, *Petisses*. Porrò Spiritus sanctus per aquam significatur, vt docet Cyrillus

Tria requiruntur ad aquam viuam.
1.
2.
3.

B Hierosolymitan. Catech. 16. quia 1. vt aqua plantæ, ita Spiritu sancto omnia consistant. Ps. 32. Spiritu oris Domini omnis virtus cœlorum. 2. Purificet, Ezech. 36. Effundam, &c. & mundabimini, &c. 3. Refrigeret, Ioan. 7. Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Matth. 11. Venite ad me omnes qui laboratis, &c. 4. Fœcundet, Ps. 1. Erit iustus tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum. Hier. 17. Benedictus vir, &c. Ps. 22. Super aquam refectionis, &c. 5. Quòd in typo aqua de petra fluẽs gratiã effusam à Christo, ligno crucis percusso significarit, Num. 20. 1. Cor. 10. Bibebant autem omnes de spiritali consequente eos petra. Petra autem erat Christus. Hier. 2. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ. *Respondit mulier, Domine, neque in quo haurias habes, & puteus altus est: vnde ergo habes aquam viuam?* Paulatim proficit. Nã quẽ Iudæum quasi per contemptum dixerat, nunc Dominum vocat. Porrò nonnulli hæc verba non ridendi, sed discendi desiderio prolata esse dicunt. Sunt tamen qui dicta esse per derisum

spiritus s. est aqua viua.
Cyr. Hier.

C interpretentur: quòd ipse sitiat, & aqua egeat, cùm ne situlam quidem habeat, quodque videatur se præferre Iacob Patriarchæ. Errat tamen, quia ratiocinatur à corruptibili elemento contra gratiam diuinam, quòdque Iacob patrem suum esse dicat, cùm interim nec secundum carnem ex eo sit, nec eius fidem imitetur: postremò, quia Christum Iacob comparat, quasi eo maior non sit. Et eadem prorsus ratione solet humana sapientia omnes Dei promissiones accipere. Vt enim illa Christi promissionem ridiculam esse ducit, quòd nihil videat in Christo cum hac promissione conueniens, immò contraria, sitim scilicet, & indigẽtiam: sic & ridiculæ sunt Dei promissiones humano iudicio, quòd longè alia polliceantur, quàm natura rerum fetat. Vt si agri multa frumenta reddiderint, credimus huic verbo Psaltis, Qui dat escã omni carni. At si grando quæque vastauerit, & mors immineat, videtur id creditu difficile, quod Christus repetit: Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.

Error samaritanæ sumitur ab elemẽto corruptibili.

D Interim tamen non fundat Deus promissiones suas in naturali rerum cursu: quin potius vide, vt serpentis ęnei aspectus saucios sanet, & aqua Siloë, & piscina Probatica turbata medica fiat. Et in ipsis sacramentis si quis ordini naturali institerit, quid credet? Ambrosius lib. de iis qui myster. initiantur, cap. 9. Maior enim vis est benedictionis, quàm naturæ: quia benedictione natura ipsa mutatur. Arrogantię demùm Christum insimulare videtur, cùm adiicit: *Numquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis hũc puteum, & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius?* Et quidem maiorum authoritas suspicienda est, non tamen prę ferenda est authoritati Christi. Porrò Neochristiani notare videntur Catholicam Ecclesiam, ac si sanctos Apostolos & Prophetas ipsi Christo præferat. Hæc calũnia fuit Fausti Manichæi, vt ostendit Augustinus lib. 21. cap. 21. Atqui, inquit, memorias Martyrum celebrat Ecclesia, & ad excitandam imitationem, & vt meritis eorum consociemur, & orationibus adiuuemur. Quis tamen antistitũ

Ambros.

Sancti quo modo honorandi.

E in locis Sanctorum assistens altari, dixit, Offerimus tibi Petre, aut Paule, aut Cypriane? Cyrill. lib. 6. contra Iulian. Apostatam: Neque, inquit, Martyres Deos facimus, neque adorare cõsueuimus. Quòd si antiquorum illorum patrum scripta proferuntur, audimus semper in eis spiritum Dei loquentem. Verùm idipsum quod hæretici Catholicæ impingunt Ecclesiæ, in illos iustissimè referri potest. Non enim illi tantùm se Iacob, sed & omnibus Prophetis, Apostolis etiam, dicam ipsi quoque Christo prę ferunt: cùm omnes Catholicos, quotquot eos præcesserunt, hebetes & ignaros fuisse pronuncient: se autem reseruatos iactent, qui lucem Euangelij, & abstrusa quæque Dei mysteria interpretentur. Quis enim eorum non sibi perfectiorem cognitionem rerum diuinarum vendicat, quàm Paulus? Quis cum eo dixerit se nihil scire præter Iesum Christum, & hunc crucifixum? Omnes de scripturarum cognitione gloriantur. At verò puteus scripturæ altus est, nec hauriri aliquid ad sedandam sitim poterit, nisi

Cyrillus.

scripturæ puteus altus est.

prius hanc humilibus gratiam Deus cõmunicauerit. Maximus Martyr, Capitum cent. 2. num.

Maximus Martyr.

29. Puteus Iacob, inquit, est scriptura: aqua, scientia scripturæ: profunditas, obscurè dictorũ F
scripturæ difficilis interpretatio. At situla est, quæ per literas diuini verbi habetur disciplina.
Origen. Origenes, hom. 12. eandem habet interpretationem. Habuerunt enim & Patriarchæ vt Iacob,
doctrinę puteos. Puteus est, inquit, si profundi aliquid mysterij tegit: fons, si ad populos abun-
dat & effluit. Fons tamen Christi difficilimus est. Porrò quis hæreticorum difficultatem è
scriptura, ceu aquam ex puteo exhauriet, cùm situlam non habeat? Sedet vtique ad os putei,
cùm nihil ad animæ consolationem depromere possit. Econtrà non è puteis, aut fontibus, non
è vero scripturæ sensu, & antiquorum Ecclesiæ patrum obseruationibus suam doctrinam col-
Basilius. ligunt, sed è lacubus & stagnis, in quibus ranæ istæ coaxare non cessant. Basilius hom. 2. in Ps.
Lacusquid. 7. vbi ista leguntur, Lacum aperuit, & effodit eum: Vocem lacus in sacra scriptura, non valde
in bona significatione positam reperimus, inquit, quemadmodum neque puteum aquæ in
mala. Lacus enim est, in quem Ioseph coniectus est à fratribus: & quando percutitur Pharao G
à primogenito vsque ad primogenitum captiuæ in lacu, Exod. 12. Et in Psalm. 27. Deputa-
Hierem. 2. tus sum cum descendentibus in lacum. Et Hierem. 2. Me dereliquerunt fontem aquæ vi-
Fons. uæ, & effoderunt sibi cisternas dissipatas, quæ aquam continere non possunt. Sed &
Puteus. puteum effodit Abraham, & filij Isaac: Et ad puteum progressus requieuit Moses. Et præce-
ptum habemus à Salomone, (Pro. 5.) vt bibamus aquas à vasis nostris, & à nostrorum puteorũ
Cur putei fontésque cõmẽdẽtur. fontibus. Et Saluator noster apud puteum cum Samaritide de diuinis mysteriis loquitur.
Causam verò ob quam laci in deterioribus, in melioribus putei vsurpantur, hanc esse puta.
Acquisititia est aqua in lacubus, delabens ex cœlo, in puteis verò venæ aqua obrutæ manife-
stantur ablata terra, & auulsis aggeribus. Quia igitur aqua viua est in puteis, & hausta sæpiùs
scaturit, & melior est: ideò doctrinam illam indicat, quæ è continuo Spiritus sancti fluxu
emanat, quæ quantò magis communicatur, tantò fœcundior est. Itaque Christus ad hanc H
spiritualis aquæ meditationem paulatim Samaritidem eleuabat: vnde factum est, vt illa hau-
riendi difficultatem proponeret. *Respondit ei Iesus, Omnis qui biberit ex aqua hac, sitiet iterum:*
qui verò biberit ex aqua quam dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Quasi dicat,
Si Iacob miraris, qui hunc vobis fodit puteum, multò magis obstupescere eum oportet, qui
aquam longè fœcundiorem & meliorem præbet. Hæc enim causam habet temporalem &
deficientem: illa autem quam sitienti porrigo, indeficientem & perpetuam: nimirùm Spiritũ
sanctum, qui & animam salire facit, per spem in vitam æternam. Nam differentia aquarum,
Euthym. differentiam illam præsentium infert, (ait Euthymius in Ioan. cap. 5.) Per fontem quoque, in-
Nulla in terrenis est satietas. tegritatem & perpetuitatem huius aquæ significauit. Age, scilicet, aquæ Iacob nomine terrena
omnia complectamur: quæ eam satietas consequitur? Prou. 27. Non satiatur oculus visu, nec I
auris auditu. Prou. 30. Tria sunt insaturabilia super terram, & quartum quod nunquam dicit,
Sufficit. Tres sunt filiæ auaritiæ sanguisugæ. At verò diuina gratia hominem vbique comita-
tur, & in vitam æternam perducit. Itaque hac aquarum collatione, manifestè Christus docuit
se non terrestrem, sed cœlestem: non caducam & mutabilem, sed æternam aquam daturum.
Augustin. Augustin. tract. 15. in Ioan. Quid est, ait, Qui biberit ex hac aqua, sitiet iterum? Et verũ quidẽ
est secundum hanc aquam, & verum est secundum quod significabat illa aqua. Etenim aqua
in puteo, voluptas est in profunditate seculi tenebrosa. Hîc hauriunt homines hydria cupidita-
tum. Pone ergo hydriam cupiditatem, & aquam de profundo voluptatem. Cùm peruenerit
quisque ad voluptatem seculi huius, cibus est, potus est, lauacrũ est, spectaculũ est, concubitus
est. Nũquid non sitiet iterũ? Non satiatur oculus visu, nec auris auditu. *Qui autẽ biberit ex aqua*
quam dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Hinc & Psaltes: Satiabimur in bonis K
domus tuæ. De qua ergo aqua daturus est, nisi de illa: Apud te est fons vitæ, & inebriabuntur
An fastidiũ sit infœlicitas. ab vbertate domus tuæ? Verùm dixerit aliquis, cùm illam fœlicitatem saturitas non sequatur,
an non etiam fastidium consequi necesse esset? An non anima cuiusque ardenti, & quasi siti-
Sitis variis modis dicitur. bundo affectu in Deum fertur? Sumitur enim sitis variis modis. 1. Aut pro desiderio rei tem-
poralis nondum habitæ, quod nusquam impleri potest, Eccles. 5. Auarus non implebitur pe-
cunia. Sic Luc. 12. diues depingitur. 2. Aut pro ardenti futuræ gloriæ assequendæ affectu. Sic
Psaltes, Sitiuit anima mea, &c. Et sitis hæc impletur in patria. 3. Aut pro pleniori fruitione rei
iam per gratiam habitæ, Eccl. 24. Qui edunt me, adhuc esurient. 4. Aut pro feruentissimo rei
presentis amore, excluso omni fastidio. Sic in Deum desiderant Angeli prospicere, 1. Pet. 1.
Quomodo nõ sitiant sancti. Quòd si concupiscit & deficit anima nostra in Deum viuum, vt dicat quisque nostrum: Quã-
do veniam, & apparebo ante faciem Dei mei? Quomodo qui bibit de hac aqua, nõ sitiet iterũ?
Immò qui biberit per gratiam, magis sitit, vt & clara Dei visione perfruatur. An non legimus

(Matth. 5.)

A (Matth.5.) Beatos illos qui esuriunt & sitiunt iustitiam? Augustinus respondet, Complẽdum esse in resurrectione mortuorum, vt nec esuriamus nec sitiamus. Dedit enim Deus aliquando seruo suo Helyæ, vt per quadraginta dies nec esuriret, nec sitiret: qui hoc potuit dare per quadraginta dies, non poterit dare semper? Sed & adiicere possumus, quòd in resurrectione mortuorum, plena erit electorum gloria, tum in anima, tum in corpore suscitato. Vestientur enim illi stola secunda in corpore, quam appetentes, sub altari aureo clamant, Vindica sanguinem nostrum Domine, de habitantibus in terra. Ideò & tunc satiabimur, cùm apparuerit gloria tua, inquit Psaltes. Verùm rursus obiicietur, quòd necdum in illa gloria plena saturitas est: quia scribitur Eccl.24. Qui edunt me, adhuc esurient, & qui bibunt me, adhuc sitient. Respõdet autem Tho. Aquinas in Ioann. Quòd differentia est inter rem spiritualem, & temporalem. Licet enim vtraque sitim generet, tamen aliter & aliter. Quia res temporalis habita causat quidem sitim, non suipsius, sed alterius rei: spiritualis verò tollit sitim alterius rei, & causat sitim B suiipsius. Cuius ratio est, quia res temporalis æstimatur magni pretij & sufficiens, antequàm habeatur: sed quando habetur, quia nec tanta, nec sufficiens ad quietandum desiderium inuenitur, ideò non satiat desiderium, quod ad aliud habendum moueatur. Res verò spiritualis nõ cognoscitur, nisi cùm habetur. Apoc. 3. Nemo nouit, nisi qui accipit. Et ideò non habita, nõ mouet desiderium: sed cùm habetur & cognoscitur, tunc delectat affectum, & mouet desiderium, non quidem ad aliud habendum: sed quia imperfectè percipitur, propter recipiens imperfectum, mouet, vt & ipsa perfectè habeatur. *Fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* Thom. Aquinas etiam adiicit, quòd ex motu, Christus docet doctrinam suam esse aquam viuam. Nam terrena aqua deorsum fluit, ista autem sursum fertur. *Dicit ad eum mulier, Domine, da mihi hanc aquam, vt non sitiam iterum, nec veniam huc haurire.* Chrysostomus ho.3. in Ioan. C Considera, quæso, quàm paulatim ad veræ doctrinæ altitudinem adducitur. Primùm de aqua ambigebat, & sensu perceptibilem illam esse putabat, quam Christus promiserat: nunc meliorem intelligit, & mutat sententiam. Diligenter inuestigauit, neque credula, neque pertinax quod rogando ostendit. Atqui Iudæis dixerat Christus: Qui comedit de carne mea, non esuriet: & qui credit in me, non sitiet. Verùm non modò non crediderunt, sed & scãdalizati sunt. Et hi quidem multa signa viderant, illa autem nullum, sed tantùm verba audierat: & tamen ita proficit, vt statim creditura sit. Cæterùm quia consistere se in multo labore perpendit, vt aquam hauriat, oportere nimirùm ex vrbe in hunc locum frequenter transire: hinc fit, vt adhuc rudis & carnalis mulier corporis releuamine moueatur, quasi corporalem hoc in mundo quietem Christus polliceatur. At verò caue, ne tu idem cum hac Samaritide sentias. Qui enim non laborat, nec manducet. 1. Tim. 1. Sed & per multas tribulationes oportet nos intra- D re in regnum Dei, vt frequentibus exemplis & testimoniis probat Tertull. lib. ad Martyres, & lib. De patientia. Et quidem modus percipiendæ gratiæ est per orationem. Vnde illa, cùm Christum audisset dicentem, *forsitan petisses*, petere ausa est. Verùm ducitur sola consolatione carnali: quasi releuandæ corporali, & non spirituali siti, hæc aqua repromittatur. Et in hoc sanè frequenter nos errare contingit: quòd vt temporalibus curis releuemur, nihil non attentamus, nihil molestum esse putamus: Vt autem animæ consolationem aliquam nanciscamur, torpescimus. *Dicit ei Iesus, Vade, voca virum tuum, & veni huc.* Honestas enim ciuilis requirit, vt si quid magnum mulieri nuptæ dandum sit, detur viro præsente: neque puellæ dona accipiant, nisi præsentibus parentibus, aut tutoribus. Interim tamen Christus sensim ad sui reatus agnitionem eam euocabat, vt purificata mente eius doctrinam capesseret, & Spiritus sancti E gratia perfundi posset. Chrysostom. hom.30. in Ioan. ex hoc loco admonet, Christũ voluisse virum eiusdem gratiæ cum vxore participem fieri: & ostendere coniugatos inniti oportere, vt se inuicem in salutem lucrentur. 1. Cor.7. Quid scis mulier an virum saluum facies? Inde fit vt Paulus virum mulieris caput definiat, 1. Cor.11. ita tamen vt & ipse vir caput suum Christum agnoscat, sicut & Christus Deum. Et 1. Cor.14. mulieres hortatur, vt domi viros suos interrogent. At nunc nescio quàm stolidos viros nobis hoc seculum peperit, vt ab vxoribus naso se pertrahi sinant, & si illas contigerit, propter effrænem carnis licentiam, in hæresim labi, videbis hac in re viris etiam Catholicis dominari, illos seducere, pueros etiam suos prauo hoc veneno, vidente marito, inficere: vt ne viri quidem mutire audeant. Augustin. tract.15. in Ioan. non minus ex hac viri nuncupatione mysterium deducit, quàm nuper ex aqua. Vir, inquit, est intellectus, cuius mulier est voluntas: hæc enim concipit, vi apprehensiua eam mouente. Quia ergo voluntas prompta erat ad recipiẽdum, sed non mouebatur ab intellectu & ratione, vt spiritualiter hoc intelligeret, sed adhuc sub sensu detinebatur: ideò Dominus ait, *Vade* tu

Tho. Aq. *sitis rei temporalis & æternæ qualis sit.*

Idem Th.

Chrysost.

Non sine sudore æterna donantur.

Tertull.

Vir muliere superior.

Chrysost.

Viri mulieroſi.

Augustin.

Quomodo noua doctrina audienda.

sensualis, *voca virũ tuũ*, rationalem intellectũ, vt intelligas quòd modò carnaliter sapis: *Veni huc* F ratione ducta & fide, vt tandem quæ ad salutem sunt necessaria, intelligas. Cæterùm eadẽ nos ratione adhortamur, ne quis ex parœciis sine Curione, ex diœcesibus sine Episcopo, ex prouinciis sine Archiepiscopo, nouam aliquam doctrinam accipere, velut aliquod recens donum audeat. Qui habet sponsam, sponsus est. Sunt illi Ecclesiæ sponsi, & eorum est de concreditis

Origenes. Cyprian.

sibi animabus rationem reddere. Origenes, hom. 1. in Ps. 37. Omnes Presbyteri, Episcopi, & Diaconi eruditi nos, & erudiẽtes adhibent correptionem. Cyprianus lib. 1. Epi. 3. ad Magnũ, Episcopos & Ecclesiæ ministros docere iubet sine metu iniuriarum, aut infidiarum. Ita & vos illos vocate, ad probationem doctrinæ, aut reprobationẽ, si qua noua infertur. Si quis vos adoritur, *vocate virum*, & Prælatum vestrum. Deut. 17. Si difficile quid & ambiguum in lege perspexeris, confer te ad sacerdotem, & ex ore eius omnis conclusio pendeat. *Respondit mulier, Non habeo virum.* Se ei ignotam putat, qui nouit omnia: & in modum primæ mulieris, suum G peccatum operire conatur. Et quidem hoc laudabile esse potest in muliere, vt non habeat virum: Cùm etiam Mariam ad pedes suos sedentem, non habentem virum Christus docuerit, ait Augustinus: sed & 1. Cor. 7. virginibus consulatur vt sic permaneant. Verùm in spiri-

Augustin. *Nulla virgo sine viro spirituali.*

tualibus, vbi omnia casta sunt, aliquis semper vir, aliquis sponsus esse debet. Quid nauis sine nauta? quid vrbs sine rectore? grex sine pastore? Sed & incipit ipsa gustare peccatũ suum. Nã & Ecclesia sine pastore fornicata est, & mulier concupiscentiis implicita. Vnde addit: *Benè dixisti, non habeo virum.* Mulier quidem putans simpliciter cum homine loqui, occultatæ rei turpitudine fallere eum conabatur: sed Christus accepta occasione prophetat, eámque arguit, ad amussim omninò manifestos ac legitimos eius viros enumerans, & eum qui nunc occultus erat. Reuelans ergo Christus peccatum mulieris occultum, significat nullum scelus tam occultum esse, quod non manifestè pateat in conspectu Dei. Nónne omnes vias meas præui- H disti? inquit Psaltes: Tu cognouisti omnes semitas meas, & funiculum meũ inuestigasti. Peccata tua latent quidem homines, non latent autem Deum, non latent Angelos ministros Dei. Quid ergo tibi polliceris impunitatem in tenebris noctis, quasi non in luce pecces? Quantò verò horribilius est incidere in manus Dei? Docet igitur Christus nostræ iustificationis initiũ esse in agnitione peccati, cùm necessaria sit remissio peccatorum: sed & necesse esse priùs eius mentem purgari, qui de rebus diuinis doceri velit. Basilius, hom. in initium Prouerb. Quandoquidem in malignam animam nõ ingreditur sapientia, purgat priùs per diuinum timorem animas eorum, qui cum sapientia conuersationem habere volent. Nam in vulgus proiicere salutis nostræ mysteria, & omnes similiter suscipere, qui neque vita pura, ac sermone expenso vsi sunt, simile est velut si quis in vasculum sordidum pretiosum vnguentum immittat. Chry-

Nostræ iustificationis initium in agnitione peccati.

Basilius.

Chrysost. *peccatum enumerandũ.*

sostomus, hom. 23. ad popul. Quòd Christianum oportet rectè viuere. Cùm enim vermes I in intestinis nutriens adeò langueat, vt ne quidem respirare possit, cùm eius omnia consumantur intestina: quomodo nos talem habentes serpentem, peccatum, qui cuncta rodat viscera, aliquid generosum parere poterimus? qualiter hac liberabimur peste? Si poculum bibamus, quod vermes atque serpentes exitio tradere possit. Et hoc poculum est pretiosus Christi sanguis, si cum fiducia sumatur: & cum hoc diuinarum scripturarum diligens meditatio, & eleemosyna scripturis addita. Inde fit, vt Christus Iesus huic mulieri oculos aperiat, & quàm fœda conuersatione conspurcata sit, manifestè ostendat. *Dixit enim ei: Benè dixisti, non habeo virum: quinque enim viros habuisti, & nunc quem habes, non est tuus vir.* Athanasius, quæst. 58. ad Antiochum Principem. Hæc, inquit, mulier quinque viros iuxta Samaritarum legẽ habuit, qui iam mortui erant: postea verò scortabatur. Nemo siquidem cum ea, vt cum vxore legitima, volebat cohabitare. Illa verò concupiscentiam suam cùm refrænare non posset, virum clàm K apud se habuit, cum quo consuetudinem habebat, & non erat hic manifestus, aut legitimus maritus: sed eum virum secum habebat occultè. Ita sicut homicidium & furtum, diu quoque adulterium celari non potest. Vltrò enim se prodit. Hoc in Dauide manifestum est, cuius peccatum Nathan aperuit, 2. Reg. 12. In Herode, cui vxorem fratris detinenti, Ioannes Baptista in faciem restitit, Marc. 6. Et in eius scelere, quem palam tradi Sathanæ mandat Paulus, 1. Cor. 5. Cæterùm notat mulieris insatiabilem libidinem. Vnum enim est ex his, quæ super terrã insaturabilia Salomon prædicat: quæ quoniam hominum & vicinarum mulierum linguas metuebat, ne ab illis diffamaretur, non virum, sed concubinum occultè retinebat. Hieronymus lib. de Monogam. ad Gerontiam viduam. Rem, inquit, dicturus sum incredibilem, sed multorum testimoniis approbabo. Ante annos plurimos, cùm in chartis Ecclesiasticis iuuarẽ Damasum Romanæ vrbis Episcopum, & Orientis atque Occidentis synodicis consultationi-

Nullũ peccatũ adeò secretũ est, quod non reueletur.

Athanas.

Hierony. *Mirabilis polygamia.*

bus

A bus responderem, vidi duo inter se paria, vilissimorũ è plebe hominũ cõparata: vnũ, qui viginti sepelisset vxores: alterã, quæ vicesimũ secundũ habuisset maritũ: extremo sibi, vt ipsi putabant, matrimonio copulatos. Súma omniũ expectatio, virorũ pariter ac fœminarũ, post tãta pericula, quis quẽ priùs efferret. Vicit maritus, & totius vrbis populo confluẽte, coronatus, & patinã tenẽs adorcamq; per singulos sibi acclamãtes, vxoris multinubæ feretrũ præcedebat. Quid dicemus tali mulieri? Nẽpè illud quod Dominus Samaritanæ, Viginti duos habuisti viros, & iste à quo sepelieris, non est tuus. *Dixit ei mulier, Domine, vt video, Propheta es tu.* Vide vt proficiat: quẽ primò Iudæum, demum Dominum vocarat, nũc Prophetam nuncupat. Meminit enim Prophetas dictos olim Vidẽtes, quòd illis cordis obstrusorum cognitio indulgeretur. Vnde cùm idẽ in Christo experiatur, non excãdescit, sed honore afficit, suumq; reatũ fatetur. Vtinã omnes eodẽ affectu increpationes exciperent, quo hæc mulier. At impij cũ Iuda inquiunt, Núquid ego? Sic

B mulier nõ tantũ suscipit reprehẽsionẽ, sed & reprehensorẽ honorat Prophetę titulo. Cyril. lib. 2 in Ioã. cap. 89. Sic à tarditate & fœmineo ingenio paulatim ad virile cõscendit, animi oculos iã ad altiora erigẽs. Qua in re & Domini patientia, & peragẽs virtus vehemẽter miranda est, qui vel agrestes hominũ mentes faciliùs, momentoq; penè tẽporis ad sublimiora cõscendere facit. Cyrillus. *Verbi Christi virtus.*

Syluestres homines sacer, interprésque Deorum Horat.
Cædibus, & victu fœdo deterruit Orpheus,
Dictus ob hoc lenire tigres, rapidósque leones.

Quantò maiorẽ verò vim habebit verbũ Christi? Hierony. ad Rusticũ, de viuendi forma, varios hominũ anfractus docet, q; latro in cruce credit, Iudas cadit de Apostolat⁹ fastigio. Et quid, inquit, Samaritana vilius? Non solùm ipsa credidit, Messiãq; cognouit ad fontẽ, quẽ in tẽplo Iudæorũ populus ignorabat. Quid Salomone sapientius? Sic alij cadunt, quos stare putauissemus: Hierony. *Varij hominum anfractus.*

C alij erigũtur, quos sẽper prostratos minimè dubitemus. Sapiẽtia prosternitur, insipiẽtia erigitur. Hinc qui stat, videat ne cadat. Christũ itaq; iã ex radio reuelationis & abstrusissimæ secretorũ sciẽtiæ cognoscere incipiẽs, non ampliùs terrena rogat, non bonã corporis valetudinẽ, nõ pecunias, nõ opes, sed tantũ doctrinã. Matth. 6. Quærite primùm regnũ Dei, &c. Id dicere poterat quod Paulus, omnia sese hæc habuisse velut stercora. Sic cui modò de sedãda siti cura erat, iam doctrinæ præcepta pquirit. Chrysost. hom. 39. in Ioã. Quòd si ista mulier tãta auiditate interro- Chrysost.
gat eũ quẽ ignorat: quã nos veniã cõsequemur, qui eũ nõ ad fontẽ, nõ in deserto, nõ in meridie, neque in solis æstu ardẽtissimo, sed sub aurora, sub hoc tecto ad vmbrã intuemur, non tamẽ audire patimur, sed desidem⁹? *Patres nostri adorauerũt in monte hoc: & vos dicitis quia Hierosolymis est locus vbi adorare oportet.* Hic illi scrupulus fuerat, meliórne cultus foret Iudæorũ, q. Hierosolymis adorabãt: an Samaritanorũ, qui in mõte. Vtrinq; enim fortissima ratio se offerebat in mõte

D Garizim Mosẽ pop. benedixisse, Deut. 11. & 17. Et tamẽ Deũ tẽplũ Hierosolymitanũ cõmẽdasse, 3. Reg. 9. Esa. 56. Deut. 12. 2. Paral. 6. Patrũ itaq; nomine se tutatur, sed malè intellectis oĩbus. Sacrificauit Abrahã in mõte, & illi quidẽ quasi adinstar illius immolabãt filios suos & filias suas dæmoniis. Sic mendaciũ quærit ab ipsa veritate prætextũ, & trãsformat se Angelus tenebrarũ in Angelũ lucis. Mons Bethel olim Patriarchis celebratissimus fuerat, vt qui domus Dei diceretur, & porta cœli: At verò tandẽ Bethauen, domus iniquitatis nũcupatus est. Chrysost. Igitur Patrũ nomine Abrahã significari docet, & Iacob, qui loca illa sũma in veneratione habuerint. Et quidẽ hæc olim celeberrima, cessertũt tamẽ Hierosolymitano tẽplo, vbi illud constructũ est. Sic enim Deut. 12. iusserat Dominus eo in loco adorare quẽ elegisset, postquàm populus Iordanẽ trãsuadasset. Obserua prudentiã mulieris: nec enim omnibus ancipitẽ quæstionẽ dissoluẽ- *Quis scrupulus samaritanæ.* *Mendacij fucus.* Chrysost.

E dam proposuit, sed ei quẽ Prophetã esse experta est. Hoc facto nos instruẽs doctos Theologos de rebus fidei cõsulere, cùm *Mulieris prudentia.*

Nauita de ventis, de bobus dicat arator:

& tractent fabrilia fabri, vt docet Hieronymus, Epistol. ad Paulinum. Neque verò mirum videri debet, quòd Samaritani Patriarchas illos Israëlitici populi, pro suis patribus agnoscunt. Iosephus enim lib. 11. Antiq. Iud. cap. 16. scribit, Samaritas huius esse naturæ, vt cùm viderint Iudæos aliqua calamitate oppressos, negent illos suos esse cognatos: secus verò referre originẽ suam ad nepotes Ioseph, Ephraim & Manasse. Probat id insigni historia. Nam cùm Alexander Iaddum Pontificẽ Hierosolymæ, & ipsum templũ honorasset: iidẽ ipsi Samaritæ obuiã proceserunt, rogantes, vt & suũ templum visitaret, & petentes per septem annos tributa releuari. Ad quos Alexander, Qui estis? Respondent, Hebræi: sed nos Sidonij Sichimitas vocãt. Rursus interrogat an essent Iudæi. Respondent non esse. Ego autem, ait Alexander, hoc Iudæis concessi. Iosephus hîc satis ostendit eos typũ gessisse ciuitatis refugij omnibus hæreticis. Si quis, inquit, culpam habuisset apud Hierosolymitas, aut de cibo illicito, seu transgressione Sabbathorum, Hierony. Iosephus. *Quæstio de tẽplo olim ventilata.* *Ciuitates refugij.*

Euseb. aut de aliquo peccato, ad Sichimitas recedebat, dicens se iniustè culpari. Eusebius lib. 3. de vita F
Constãtini, narrat Constantinũ iussisse dirui Marcionitarũ, Paulianorum, Valentinianorum, &
Nouatianorũ refugia, & speluncas feratũ illarũ. Si enim proditores patrię recipere periculosum
est, quantò magis Dei? An non ibi etiã execranda perpetrabunt, vbi fugerint? Porrò quæ fuerit
Iosephus. huius ædificandi templi occasio, Iosephus narrat lib. 11. Antiq. Iud. cap. 14. Nam cùm sacerdo-
Occasio tẽpli samaritani. tum principatui Iaddus Pontifex successisset, erat, inquit, huic frater Manasses nomine. Cui
Sanabalat princeps samariæ. Sanabalat missus à Dario ad Samariã Satrapa, genere Cuthæus, ex quibus & Samaritæ descẽ-
dunt, audiens claram esse ciuitatem Hierosolymam, & reges eius multa Assyriis & habitatori-
bus humilis Syriæ pericula feciisse, libẽter copulauit suam filiam, nomine Isacha, arbitratus per
affinitatem obsidem ei futuram ad fidem gentis Iudæorum. Hierosolymorũ verò seniores in-
Iaddus Põtifex. dignabantur, quòd princeps sacerdotũ Iaddi frater Manasses alienigenæ cohabitãs vxori, sacer- G
dotij particeps existebat. Arbitrabantur enim hoc connubiũ fieri occasionis præstandæ volen-
tibus legem trãsgredi pro vxorũ copulationibus, quas ab alienigenis sibi coniungere festinabãt.
Nam extitisse etiam priorem ciuitatis captiuitatẽ per hæc coniugia mala putabant, quòd multi
Manasses. in his peccassent, dum non vxores prouinciales ducerent. Iubebant ergo Manassem diſiũgi ab
vxore, aut nõ introire sacrariũ. Princeps quoq; sacerdotũ cũ populo hoc indignè ferebant. Ma-
nasses autẽ ꝓhibitus à fratre ad altare accedere, ad socerũ Sanaballã peruenit, amare se dicẽs filiã
Isacha. eius Isacha: sacerdotalẽ verò honorẽ maximũ esse apud Gentẽ, & ciuitatẽ, & genus Iudęorum:
nec velle ꝓpter huiusmodi coniugiũ sacerdotij priuari iure. Itaq; Sanabalat nõ ei solũ sacerdo-
tiũ, sed etiã Principatũ sacerdotij & potentiã ac honorẽ omniũ locorũ sibi subiectorũ dare pro-
misit, volens suã apud eũ filiã ꝓmanere. Dicebat etiã templũ ei ædificare instar Hierosolymorũ
super montẽ Garizim, qui altior omnibus mõtibus Samariæ apparebat, sed hoc facere cũ regis H
Darij sententia. His ꝓmissionibus eleuatus Manasses permãsit apud Sanabalat, Principatũ sacer-
Hæreses ab ambitione ducuntur. dotij arbitratus se accepturũ, Dario conferẽte. Porrò vt ex hac historia, ita & ex aliis permultis
in Ecclesia Catholica colligimus, ab ambitione ductas esse hæreses, nec sine prætextu religio-
nis, adinstar istorũ, qui & montẽ Garizim, & Patriarchas, & Mosem ipsum in mediũ afferebãt.
Quantũ autẽ fuerit pro ratione tẽpli inter Iudæos & Samaritas dissidiũ, legitur 2. Esdræ 4. cap.
Factũ est enim, cùm audisset Sanabalat quòd ædificaremus murũ, iratus est valde: & motus ni-
Samaritani prohibẽt Iudæos ab ædificio. mis subsannauit Iudæos, & dixit corã fratribus suis, & frequentia Samaritanorũ: Quid Iudæi
faciũt imbecilles? Nũ dimittẽt eos Gentes? Nũ sacrificabunt & cõplebunt in vna die? Numquid
ædificare poterũt lapides de aceruis pulueris qui cõbusti sunt? Sed & Tobias Ammanites pro-
ximus eius ait, Ædificẽt, si ascẽderit vulpes, trã siliet murũ eorũ lapideũ. Factũ autẽ cũ audisset
inimici nostri, nunciatũ est nobis, dissipauit Deus consilium eorũ. Et conuersi sumus omnes ad
muros, vnusquisque ad opus suũ. Et factum est à die illa: media pars iuuenum eorum faciebat I
opus, & media parata erat ad bellum: & lãceæ, & scuta, & arcus, & loricæ, & principes post eos
in omni domo Iuda ædificantium in muro, & portantium onera, & imponentium. Vna manu
sua faciebat opus, & altera tenebat gladium. Ædificantium enim vnusquisque gladio erat ac-
Iosephus. cinctus renes. Et ædificabant, & clangebãt buccina iuxta me. Iosephus lib. 11. Antiq. cap. 4. nar-
rat, sub Dario Cyri successore, cùm regiis literis & liberalitate Iudæi ædificarent templum, Sa-
maritas nihil conferre voluisse ad ipsius structuram: accusatos illos apud Darium per legatos
Darij mãdatum pro Iudæis. Iudæorũ Zorobabelem, Ananiam, & Mardocheum. Ideoq; Dariũ literis mandasse, ne molesti
sint ædificantibus templũ, & vt præberent impensas in sacrificia, vt & pro se, & pro populo Per-
Idem. sarum quotidie precarentur. Idem Iosephus lib. 13. de Antiq. Iud. c. 6. refert, sub Alexãdro Ma-
gno Garizitanorum templi religionem inductam, & Ptolomæi Philometoris tẽpore ortũ inter K
Lis de tẽplo & mõte ventilata. Samaritas, Garizitanos & Iudæos de suo tẽplo coram ipso rege Ptolomæo dissidiũ. Patrocina-
bantur verò Samaritis Sabbas cum Theodosio, Hierosolymitanis Iudæis Andronicus Messa-
lami filius, iurauerúntque per Deũ & regẽ, quòd ex lege ꝓbationes allaturi essent, & rogauerũt
regẽ, vt necaret eũ qui iusiurandũ non seruasse deprehẽderetur. Porrò Andronicus pro Iudæis
prior orsus ex lege approbare templi sanctitatẽ & religionẽ, ostendénsque per continuas Pon-
tificum successiones, sacerdotij vsque in sua tẽpora propagationẽ, & ab omnibus Asiæ regibus
maiestatẽ huius loci donariis honoratam. Hinc Sabbas & Theodosius pro Samaritis addicti
sunt supplicio. Itaque cùm tot quæstiones inter Iudæos & Samaritas interuenirent, mulier de
sua salute sollicita quæstionem hanc proponit. At verò Christus *dixit illi, Mulier, ore de mihi.*
Chrysost. Chrysost. hom. 32. in Ioan. ostendit cur ad quæstionẽ responsurus, primùm sibi credi postulet.
Fide in om nibus opus est. Vbiq; enim fide opus est, inquit, fide inquã bonorũ matre, salutis medicina, sine qua nullã ma-
gnarũ rerũ doctrinã percipere quisquã potest, sed illis similis est, qui sine naui pelagus transnare

aggressi,

A aggressi,parum profecti lassatis manibus,pedibúsque,fluctibus continuò obruuntur:neque aliter qui suis nituntur rationibus ante cognitam veritatem,vt Paulus ait, 1. Tim.1. naufragiũ faciunt:quam quidem repellentes,circa fidem naufragauerunt. Quod ne nobis accidat, sacræ anchoræ,qua Christus in præsentia Samaritanam confirmauit,innitamur.Nam cùm illa dixisset,*Quomodo vos dicitis,quia in Hierosolymis hic est locus,in quo oportet adorare:respõdit Iesus, Mulier,crede mihi,quia venit hora, quãdo neque in Hierosolymis, neque in monte hoc adorabitis Patrem.* Cyrillus Alexandr.lib.2.in Ioan.cap. 91.Arrogantiam,inquit, & imperitiam Iudæorum & Samaritarum condemnat,adorandi modum ad sublimius atque verius transferendum ostendẽs. Non enim quæretur locus vbi Deus habitet,inquit, sed tanquam omnia replens atque conseruans,vbique adorabitur,vt quidam Prophetarum prædixit. Horum autem atque tempus istius translationis,tempus conuersationis suæ cum hominibus nemo fuisse ambigit. Animaduertendum autem arbitror,quomodo mirabiliter,vt de filio Dei aliquid cogitet,oratione Saluatoris mulier inuitatur.Patrẽ enim Deũ appellauit.Pater porrò,nisi filius ei sit,intelligi nequaquam potest.At verò quæri potest, quomodo Christus mulieri dixit non adorandũ iri tandem Patrẽ aut Hierosolymis,aut in monte:cũ prima Christianorũ Ecclesia fuerit in monte Syõ,(ait Cyril.Hierosol.Catech.14.)& tandẽ Petrus & Ioannes Samaritanos baptisarũt?Duplici modo respõderi potest:Aut dictionẽ tantũ subaudiendã,vt in interpretatione habetur: quo modo intelligere videtur Athanas.qu.59. Aut,vt Chrysost.hom.32.in Ioan.docet, Christũ loci nomine cultum intellexisse:Iudaicum quidem,per Hierosolymam:mixtum autem Gentili,per montẽ Samariæ.Neutro enim eorum Deum patrem colimus:nec vt Iudæi in vmbris & typis,quia(vt ait Petrus Venerabilis in sui tẽporis hæreticos,tit.de Basilicis,tẽplis & altaribus)non accipitur à Deo sacrificiũ vmbratile succedente veritate:nec vt Samaritani,Patrẽ adoramus:cùm illi Deũ
C suo monte concludi putarẽt. At Esa.66.Cœlum mihi sedes est(inquit)terra autẽ scabellũ pedũ eius.Proinde in omni loco dominationis eius,benedic anima mea Domino.Ps.102.Demũ illi etiã idola colebant,4.Reg.17.quę Christiani detestãtur.Idolũ enim nihil est in mũdo.1.Cor.8. Triplex enim cultus est,vt doctè Augustꝰto.4.lib.Quæst.in nouũ Test.cap.59.exam.1. Iudaicꝰ nimirùm sub elemẽtis,s.ceremoniis,quę in creaturis elementaribus consistebãt.2.Gentilis,quo elemẽtis huius mũdi seruiebatur.3. Christianus,quo nos in spiritu super elemẽta Deũ colimus. Thomas Aquin.in Ioan.ita vtrãque Iudæorũ & Samaritarũ adorationẽ euacuandã ostendit,vt interim hos & illos conciliet.Nã si,inquit,aliquis vellet duos populos cõiungere,remouẽda essent,quæ inter vtrosq; dissidiũ efficiunt,& quædã eis essent concedẽda, quæ vtrosque inuicem conciliarẽt.Atqui Samaritis obstabat opinio de vero Deo,ac si corporalis esset:Iudæos suæ ceremoniæ reuocabant.Christus igitur vtrumq; tollit,& locũ pro cultu,qui tum his in locis exhi-
D bebatur,accipiẽs.Neq;, hîc,inquit,neque Hierosolymis adorabitur,eo.s.modo quo soletis. *Vos adoratis quod nescitis:nos adoramus quod scimus,quia salus ex Iudæis est.* Chrys.in Ioã.Seipsum cæteris cõnumerat,inquit, condescẽdens opinioni Samaritidis huius, quæ illũ pro simplici aliquo Iudæo homine primùm acceperat: & in signũ humilitatis,& in patrẽ obsequij.Porrò Iudaicũ cultũ tantò potiorem Gentili docet,quantò Iudæis,nõ autẽ Gentibus promissus erat Christus, ex corũ stirpe oriundus:quiq; illis omnia sua mysteria reuelaret. Nesciebãt autem Samaritæ id quod adorabãt,sicut nec Atheniẽses,ad quos Paulus ait,Act.17.Deũ quẽ ignorãtes colitis,hũc annuncio vobis.Deũ enim arbitrari aliquo loco cõcludi,ipsum ignorare est.Ait enim:Cœlum mihi sedes est,terra autẽ scabellum pedum meorum.Et rursus:Ego cœlum & terrã repleo . Ne fortè talem de illo opinionem concipiamus,qualẽ Gentiles de suo Ioue:de quo hæc Ouidius.

Iuppiter Augusta vix totus stabat in æde,
E *Inque Iouis dextra fictile fulmen erat.*

Atqui Samaritæ Deum,quem ex Mosaicis libris,ad eos post plagã acceptã promulgatis, didicerant,suo monte concludebant:non aliter sanè,quàm tandem Hadrianus Imperator Christũ quidem admisit,sed cæteris suis diis & idolis connumerauit.*Salus autẽ ex Iudæis est*, quia & illi sacras scripturas,& Patrũ traditiones,& Christũ repromissum habent:cæteraq; huiusmodi primùm accepta ferunt,quàm cæteræ nationes. *Sed venit hora & nunc est,quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate.*ἔρχεται ὥρα,venit hora,in præsenti dicitur,non quòd hactenus venerit.hoc enim de Christi aduentu intelligitur,quem olim Patres expectare, non autem videre poterant. Non venerat olim hæc hora,sed venit, & nunc est: quia, vt scribit Apostolus, nunc hora est nos de somno surgere : &, Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis, vt prædixit Esaias. Venit hora doctrinæ & legis Euangelicæ, qua aduenientе cessare oportet prophanum Gentilium cultum, & typicas illas legis Mosaicæ ceremonias.

Cyr. Alex.

An nõ Pater adoratur in mõte & Hierosolymis.

Cyr. Hier. Athanas. Chrysost.

Alius cultus Iudæorum,alius samaritarum,alius Gentium, alius Christianorum.

Pet. Vener. Augusti. Tho.Aq.

Opinio Gẽtilium de Diis.

Ouidius.

Chrysost.

Itaque nunc tempus istud alios mores postulat. Lex & Prophetæ vsque ad Christum. Illo iam perfectiora docente, cætera cedere oportet. *Veri adoratores*, qui fide Christi imbuuntur, & intelligunt, quid credi oporteat, *adorabunt Patrẽ in spiritu & veritate.* 1. Tempus est, vt falsa religio Gentiũ, quæ Deum localẽ & corporalem sibi effingit, cedat Christianæ, quæ cum spiritu apprehẽdit & colit: & vmbræ legis cedant luci Euangelicæ, quæ non in typis, sed veritate iam impleta Deũ adorat. 2. Venit hora, qua fideles longè perfectiùs Deum agnoscent etiã quàm Iudæi: illi enim mysterium Trinitatis ignorarunt: at veri adoratores adorabũt Patrem in Spiritu sancto, & veritate Filio, id est, Trinitatẽ in vnitate, & vnitatẽ in Trinitate. Nimirùm triplex huius sententiæ colligitur interpretatio. Prior est, quòd adoraturi simus Deũ non vt corpus, aut corporeũ aliquid, sicut Samaritę, sed vt spiritũ: ad quod alludit, cùm adiicit, *Deus spiritus est.* Neque in typis & figuris Mosaicis, quæ obseruabãtur, & in promissionibus, & sacrificiis, & baptismatibus: sed in *veritate* rerum illarum: Ita vt non iam simplex carnis ablutio in baptismate requiratur, sed cõscientiæ bonæ emundatio: nõ typus & figura simplex Christi carnis in Eucharistia, sed ipsa eius caro. Alioquin vbi veritas esset, si simplex tantùm figura corporis exhiberetur? 1. Cor. 10. Omnia in figuris cõtingebant illis, & in simplicibus Christi corporis significationibus Christũ agnoscebant. Erat enim Agnus Paschalis, erat hircus, erat vitulus, erãt & cæteræ legis victimæ, figuræ corporis Christi. Alioquin frustrà typicæ legis tempore offerebantur. Nunc verò idipsum est Christi corpus, quod de virgine natum est, quod pro nobis crucifixum est, & resurrexit. Vnde & illud repromittens dixit, Panis quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mũdi vita. Et illud exhibẽs, ait: Accipite, & comedite: hoc est enim corpus meũ. Hic noster est cultus in veritate, Ioan. 1. Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Non est Dei cultus sine lege, non sine sacrificio, non sine sacerdotio. Heb. 7. Translato sacerdotio, necesse est, vt & legis trãslatio fiat. Inde fit, vt perfectiore iam cultu succedente, perfectiora sint sacramenta, perfectius sit & nouæ legis sacrificium. Quomodo perfectius, si illud conferas cum Iudaicis sacrificiis? Quia illa in figura, istud in veritate. Immò veritas est: est enim corpus Christi. Chrys. hom. 32. in Ioan. in hanc venit sententiam. In veritate enim adorare oportet, inquit. Nam quæ superiori tẽpore figura erant, circuncisio, holocausta, sacrificia, incensum: non sunt amplius, sed omnia veritas. Heb. 10. Vmbrã enim habet lex futurorum bonorũ, non ipsam rerum imaginem. Est & alia interpretatio, etiã ab antiquis Patribus ducta: quòd adoraturi essemus, vt diximus, Patrem in Spiritu sancto, & in veritate Filio. Adiici potest, *& in spiritu*, id est, feruore spiritus Deum adorãdum esse, sicut 1. Cor. 14. scribit Paulus: Orabo spiritu, orabo & mente. Ephes. 5. Psallentes in cordibus vestris Deo. Ne fortè putemus, more Gentium, in multiloquiũ exaudiri, Matth. 6. Aut leuibus quibusdã eum oblationibus placari, cùm interim cor nostrum longè sit à Deo. Quod & in suis Satyricus poëta arguit, dicens:

--Quidnam est qua tu mercede Deorum
Emeris auriculas pulmone, & lacte libus vnctis?

Adoratur & *in veritate*, non in fictione & hypocrisi, qualis erat Pharisæorum, (Luc. 14.) & eorum qui amabant in angulis orare, vt viderentur ab hominibus. *Nam & Pater tales quærit, qui adorent eũ.* Deut. 10. Et nunc audi Israël, quid Dominus Deus tuus pẽtit à te, nisi vt timeas Dominum Deum tuũ, & ambules in viis eius, & diligas eum, & seruias Domino Deo tuo, in toto corde tuo, & benè sit tibi? Mich. 6. Indicabo tibi, ô homo, quid Dominus Deus tuus requirat à te. Vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & sollicitum ambulare cũ Deo tuo. Nõ requirit à te Deus hecatombas, non illa sacrificia quæ quisque offerre non possit. Num mãducabo carnes taurorum & boues, inquit? Quoniam meæ sunt omnes feræ syluarum, iumenta in montibus, & boues. Teipsum requirit, animam tuam, spiritum tuum: & tales probat qui adorẽt eũ. *Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, in spiritu adorare oportet.* Hoc dicit in Samaritas, qui corporalem & localem Deum esse putabant. Est verò incomprehensibilis, in mundo, circa mundum, supra mundum supercœlestem: omnia quæ sunt, & nihil eorum quæ sunt, inquit Dionys. lib. de diuinis nominib. cap. 1. Nec obest quod legimus in scripturis manus, os, oculos, & aures Dei. Tertul. lib. de Trinitate: Efficaciæ enim diuinæ ibi membra monstrantur, inquit: non tamen habitus Dei, nec corporalia lineamenta ponuntur. Nam cùm oculi describuntur, quòd omnia videat, exprimitur: Quando auris, quòd omnia audiat. Digitus, significantia quædam est voluntatis: Nares, precum quasi odorũ perceptio: Manus, quòd creaturæ omnis sit author: Brachium, quòd nulla natura contra robur ipsius repugnare possit: Pedes, quòd impleat omnia. Neque enim sunt ei membra necessaria, ad cuius nutum seruiunt & adsunt omnia. Cur requirat oculos, qui lux est: pedes, qui vbique est? Et infrà: Quòd dicit Deũ esse spiritum, puto ego sic

Triplex huius loci interpretatio.

Christianorum cultus in veritate.

Chrysost.

Cultus Iudæorum in spiritu, respectu Gentilium.

Iuuenalis.

Dio. Areo. Tertul. *Deus non est corporalis.*

Cur Deo membra tribuũtur.

A ego sic locutum, vt adhuc aliquid plus intelligi velit, quàm Spiritum Deum. Sic cùm dicitur, Charitas, lux, ignis: necdum omne id quod est, dictum est. Deus igitur Spiritus est, inquit Dionys. Carthusian. in Ioan. Est enim spiritualis, incorporalis, & simplex essentia, vtpotè actus purus, mens separata, & tamen honoratissimus intellectus. *Et eos qui adorãt* adoratione latriæ, quæ soli Deo debetur, *in spiritu* & mente tota *adorare oportet*, vt eorum cultus apud Deum probetur, & ipsi exaudiantur. Actio quippè rationalis creaturæ per hoc complacet Deo, quòd per eam assimilatur, atque vnitur sùo creatori. Per adorationem autem in spiritu & veritate factam assimilatur, & cõiungitur Deo. Per hanc enim simplificatur, & rectè ascendit in Deum, transcendendo cuncta terrena, omnésque distractiones, & seipsum purè eleuãdo in creatorem. Itaque in interiori templo adorandus est, vt anima redeat ad seipsam, & collecta, atque in Deum, forti stabilitate erecta, inuocet Deum, quemadmodum in Ecclesiastico legitur: (cap. 18.) Ante orationem præpara animam tuam, & noli esse quasi homo tentans Deum. Porrò non hîc

Dionys. Carthus.

B sunt audiendi hæretici, qui vt cæteras, ita & hanc Domini sententiam peruertentes, colligunt nullam locorum, ad orandum, discretionem habendam esse. Et quidem hoc si de priuatis orationibus intelligant, sinemus elabi: publicæ tamen preces Ecclesiæ in loco selecto fieri debent. Vt enim Ecclesia statis quibusdam locis congregatur, ita & in iis adorat & precatur, licet domi quisque orare possit. Nam & Hieremias in cœno positus orauit, Hier. 38. & Daniel in lacu, Dan. 7. & Iob in sterquilinio Iob. 2. Ionas in vẽtre ceti, Ion. 3. Ezechias in lectulo, Esa. 38. Christus in horto, Matt. 26. Iatro in cruce, Luc. 23. Paulus in carcere, Act. 16. Et tamen & Ezechiæ, & Hieremiæ, & Ionæ, & Christi temporibus locus delectus erat ad verum Dei vnius cultum: cui nec illi præiudicium aliquod feciſſe leguntur. Proinde Chrysostom. hom. 79. ad pop. Antioch. Et domi quidem orari potest, (inquit) sic autem vt in Ecclesia, non po-

Adoratio in spiritu tollit locorũ discretionem.

Chrysost.

C test, vbi tanta patrum multitudo, vbi clamor ad Deum vnanimiter emittitur. Si namque Petrum Ecclesiæ adiuuit oratio, & illam ex carcere columnam eduxit, quomodo tu ipsius potentiam contemnis? Immò D. Basi. lib. 2. de baptis. qu. 8. docet fusissimè nihil præter locum, aut tempus, aut personam, aut rem, aut mensuram, aut ordinem, aut præter affectionem fieri debere: quod exẽplis dilucidat. Sic olim Christiani, vt nobilissima quæque Deo seponerent, ait D. Iustinus, q. 118. ad Orthodoxos, licet in omni loco iubeantur pias manus attollere, solis tractum intuebantur, dum Deo laudes & preces mitterent. Idem Tertullianus docet in Apologetico contra Gentes, refellẽs non proinde Christianos, Persico more Orientẽ solem adorasse. Porrò quod Dominus ait adorandũ Patrem in spiritu & veritate, non proinde tamen externum cultum abstulit: sed internũ ei prædominari voluit. Nec enim ait adorãdum eum in

Basilius.

Iustinus.

Tertull.

D spiritu tãtùm, sed oportere in spiritu adorari: quasi quouis externo cùltu posito, nihil adhuc perfecti sit, nisi & is internũ concomitetur. Efferri scilicet mentem oportet in Deũ, & summa charitate illũ amplecti, si ieiunia, preces, pernoctationes, hymnos, pectoris cõtusiones, genuflexiones, gratiarũ actiones, & cætera id genus externa signa Deo accepta reddere volumus. Perfectũ ergo cultũ depingit, cui internus non deficit. Sic licet Paulus 1. Cor. 14. Orabo, inquit, spiritu, orabo & mẽte: non excludit tamen orationẽ vocalem. Nõ enim dixit se tãtùm spiritu oraturũ. Immò & tãdem vocalem Dei laudẽ in ædificationem Ecclesiæ, vtique externã commendat, dicẽs, Vnusquisque Psalmũ habet, Apocalypsim habet. Sed & Christus ipse vocaliter nos orare docuit, Matt. 6. Et idẽ orauit, Ioan. 12. & in horto, Matt. 26. & in cruce, Luc. 23. Sed & ceremonias, quæ in cordis & affectus testimoniũ eduntur, obseruauit positis genibus, procidens in terram in faciẽ suam, sublatis aliquãdo in cœlũ oculis, Ioan. 17. Luc. 22. Matth. 26. Hinc & Paulus

E puras ad Deum leuare manus admonet. *Dicit ei mulier, Scio quia Messias venit, qui dicitur Christus. Cùm ergo venerit ille, annunciabit nobis omnia.* Vix capiens quæstionis suæ decisionem, remittit omnia Messiæ, quẽ aduenisse cognouerat, aut ex oraculo Patriarchæ Iacob, quẽ verebatur (Gen. 49.) aut ex celeberrimo Ioãnis testimonio, aut ex communi omnium Iudæorum expectatione & fama. Inde enim factum est, vt non modò inter Iudæos, sed & inter Samaritas multi sibi tunc temporis Messiæ siue Christi nomen arrogarent. Iosephus lib. 18. Antiq. cap. 5. narrat Theodam Samaritas sibi falsis promissionibus deuinxisse, illis pollicitum se in mõte Garizim effossa vasa à Mose illis ostensurum: Illum autem à Pilato cum suis occisum esse. Videtur autem obseruasse Mosis sententiam, Deut. 18. Ille enim Christum omnia docturum esse pollicebatur. Sic enim habet: Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem eis, & ponam verba mea in ore eius, loquetúrque ad eos omnia quæ præcepero illi. Nam & velamen literæ per ipsum tollendum, & lex ad perfectum perducenda erat. Vnde dixit, Ego non veni legem soluere, sed adimplere. *Dicit ei Iesus, Ego sum qui loquor tecum.* Paulatim & modestè

Multi tũc sibi Messiæ nomen vsurparunt.

Iosephus.

nactus occasionem, omni se suspicione absoluit: & quod Iudæis frequenter rogãtibus negarat, F
Chryſoſt. hoc ſtatim mulieri Samaritanæ palàm profeſſus eſt, inquit Chryſoſtom. homil. 32. in Ioan. Attendebat enim capacitatem animæ eius, vt quæ nõ deriſura, ſed verbum iſtud exceptura eſſet. Sic demõſtrauit myſteria ſua infirmis & ſapientibus, & abſcondit paruulis. Sap. 6. Præoccupat eos qui ſe concupiſcunt. Cæterùm noluit Chriſtus ſe mulieri ab ipſo dicendi initio manifeſtũ facere, ne fortè illa deluderet, & pro vanis verba illius interpretata fuiſſet: ſed ita gradatim eam perduxit, vt Dominum, demum Prophetam appellaret: reliquum autem eſſet, vt & ipſa illum pro Meſſia agnoſceret. Neque hoc iactantiæ fuit in Chriſto, quod videbat in iſta muliere neceſſitatis eſſe: nimirùm vt Chriſtũ crederet, & profiteretur. Denique quòd faciebat ad cõfirmandam de vera adoratione reſolutionem. Nam cùm de rebus ſublimibus & ſummis mulier quæſtionem mouiſſet, conſentaneum erat, vt & eorum fundamentum agnoſceret, Chriſtum Ieſum, & de eo doceretur. Fœlix vtique, quam Chriſtus adeò gratioſis excepit verbis, & prompta deciſione de maximis & præcipuis fidei capitibus inſtruxit. Luc. 10. Multa enim reges voluerunt videre quæ vidit, & non viderunt: & audire, quæ audiuit, & non audierunt. *Et continuò* G
venerunt diſcipuli eius, ex vrbe, ſecum adferentes cibos quos emerant: *& mirabantur, quia cum muliere*, eáque Samaritana, & propter ſexũ, & nationem deſpecta, *loquebatur*. Carnales adhuc erant, vt & Phariſæi, qui diſcipulis ipſis improperabant, quòd cum Publicanis & peccatoribus Chriſtus manducaret: ſicut & Simon, (Luc. 7.) qui peccatricem à Chriſto patienter exceptam conſiderans, ait intra ſe: Hic ſi eſſet Propheta, ſciret vtique, quæ & qualis eſt mulier quæ tãgit eum, quia peccatrix eſt. Nec enim intelligebãt, quod poſtea Petrus ex veli viſione didicit, (Act. 10.) nullam eſſe apud Deum ſexus, aut nationis, aut perſonarũ diſtinctionem: quia in omni gẽte qui facit iuſtitiam, acceptus eſt illi. *Nemo tamen dixit, Quid quæris, aut quid loqueris cum ea?* Illum
enim verentur: ideò omnia prudenter ab illo fieri credentes, curioſiùs inquirere non audent. H
Ne curioſè quæram⁹. Quid enim eſt, quòd tam curioſè aut ſerui dominorũ, aut diſcipuli magiſtrorum, aut ſubiecti Prælatorum & Principum actiones obſeruẽt, & de iis diſputent: quaſi & eorum omnium ratio illis reddenda fuerit? Cauendum ſemper nobis eſt à temerario iudicio, & ne Deo, parentibus,
Cyr. Alex. aut magiſtris detrahamus. Cyrill. Alex. lib. 2. in Ioan. c. 98. Et quidem, inquit, mirari debemus Chriſti humanitatem, qui cum muliere loquatur: & diſcipulorum prudentiam, qui nihil hac de re interrogandũ putent. *Reliquit ergo mulier hydriam ſuam.* Sicut Apoſtoli Chriſto eos vocãte
Chryſoſt. retia reliquerunt, ait Chryſ. hom. 32. in Ioan. ſic iſta hydriã ſuam. Quinetiã corporalis ſitis obliuiſcitur, quam gratia diuina Chriſtus propinauerat. Anima enim cùm ignita fuerit amore diuino, ad nihil eorum quæ in terra ſunt, de reliquo reſpicit: neque ad gloriam, neque ad verecũdiam. Paulus ipſe aſſerit, (Phil. 3.) Omnia ſe habuiſſe tanquam ſtercora, vt Chriſtum lucrifaceret. Neque verò tantùm qui opes & terrenas poſſeſſiones relinquunt vt Chriſtum ſequan- I
tur, & annuncient, hydriam relinquere dicuntur: ſed & qui ſe liberant ab huius ſeculi cupiditatibus. 2. Tim. 2. Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſecularibus. *Et abijt in ciuitatem* expedito curſu, iam eam impellente ſpiritu: *& dicit hominibus illis, Venite, & videte hominem, qui dixit mihi quæcunque feci: nunquid ipſe eſt Chriſtus.* Garrulum eſt mulierum genus, & quæ etiam ad aurem commiſſa ſunt, ſilere non poteſt. Hoc etſi multis in rebus vitioſum ſit, laudabile tamen eſt in promulgatione nominis Chriſti. Sic enim apud Tobiam legitur: Secretum regis
Cyr. Alex. abſcondere bonum eſt, myſteria autẽ Dei publicare glorioſum. Cyrill. Alex. lib. 2. in Ioan. c. 99. Ita ſcilicet, inquit, charitatis, quæ virtutũ optima eſt, viribus accenſa, bonum quod ei contigit, cæteris quoque curſu præbere ſtudebat: nec mirum. Occultus enim Chriſtus ſecũ loquebatur,
Dei beneficia prædicanda. dicens, (Matth. 10.) Gratis accepiſtis, gratis date. Non ergo imitandus eſt ille ſeruus qui talen- K
tum obruit (Matth. 25.) ſed multiplicanda ſunt quæ accepimus. Quod probè nobilis illa mulier fecit, quæ Samaritanis omnibus, quod accepit, propoſuit: quæ non aquam à terreſtri fonte hauſit, nec terreſtrẽ hydriã domũ reportauit: ſed cœleſti Saluatoris gratia & doctrina plena, ad docẽdos alios cõtinuò profecta fuit. *Venite* ergo, egredimini è domibus veſtris, & ciuitate veſtra. Sic enim dictũ eſt Abrahæ, Gen. 12. Egredere de terra, & de cognatione tua. Hier. 51. Venite, & nolite ſtare, recordamini procul Domini, & Hieruſalem aſcẽdat ſuper cor veſtrum: *Et videte* oculis exterioribus & interioribꝰ. Sic Eſ. 60. Videbis, & affluues, & mirabitur, & dilatabitur ad te cor tuũ, quãdo multitudo Gẽtium venerit tibi. *Videte*, inquã, *hominẽ*. Non audet adiicere Iudæum, ne cõtemnẽdum proferat: non Prophetã, ne hîc ſtare, id eſt in illa opinione eam cõſiſtere arbitrẽtur: ſed hominẽ pronunciat, de cuius gradu & authoritate inquirẽdum relinquat: *qui dixit mihi quæcunque feci.* Ex hoc ſigno, illorum arbitrio remittit, vt iudicent, *num ipſe ſit Chriſtus.* Hierem. 17. Prauum eſt cor hominis, & inſcrutabile, quis cognoſcet illud? Pſal. 7.

Scrutans

A Scrutans corda & renes Deus. 1. Reg. 16. Deus intuetur cor. Ex eo igitur argumento etiam Christi diuinitas colligi poterat. Porrò ex illius facto duo nobis, immò & omni peccatori necessaria obseruanda sunt, quæ etiam regius Psaltes Dauid, Ps. 50. annotat. Vnum quidem, delicta propria fateri, immò etiam publicè, si modò peccatum publicum sit. Proinde Eccles. 4. dicitur: Non confundaris pro anima tua verum dicere. Verùm & Psaltes: Tibi soli (inquit) peccaui, & malum coram te feci. Hæc autem Samaritis publicè quæ commiserat delicta, fateri videtur, dum ait, *Venite, videte hominem qui dixit mihi quæcunque feci.* Alterum est, in Dei laudes prorumpere, & alios docere: vt reparatione quadam ea quæ destruxeris, extinguas. Sic Dauid, Docebo (inquit) iniquos vias tuas. Et hæc omnem ciuitatem instruit, & ad Christum adducit. Interim quòd vnius mulieris voci credunt Samaritæ, & ad Christum properant, cõfusio Iudæis est, qui tot Prophetis perlectis, & audito Ioannis præconio, visis miraculis, &
B dita Christi doctrina, eum tamen non receperint, immò eius mortem conspirarint. Discamus & illorum exemplo toties Dei verbo facilem aurẽ præbere, quoties nobis & Christus, & salus nostra annunciatur. *Exierunt* igitur *de ciuitate, & veniebant ad eum.* Nihil eos moratur, non domus, non sua ciuitas, non res domesticæ: Christi cognitionem his omnibus præferunt. Samaritani nulla viderant miracula, nisi hoc fortè audierant, quòd mulieri sua peccata reuelasset, non illum viderant: & vnica muliere, & illa peccatrice & vili narrante, cursim ad Christũ contendunt. Quare nos quoque, inquit Cyrill. Alex. lib. 2. in Io. c. 101. Saluatoris sententiam admirãtes, clametmus, (Ps. 118.) Iustus es Domine, & recta iudicia tua. Sic ipsi Apostoli ancillæ dicũtur, Prou. 9. Misit sapientia ancillas suas: & per ancillam mulierem, Apostolatus beneficium communicat. *Interea rogabant eum discipuli, dicentes: Rabbi, manduca.* Illi compatientes, qui iam & longo defessus itinere, nec quidem die ad vesperum tendente, cibum sumpsisse vi-
C deretur. *Dixit eis Iesus: Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis.* A rebus quæ instabãt, responsio texitur. Sciebat enim Dominus ad eum statim Samaritas properaturos, & verbum suũ excepturos: in quorum salute, vt famelicus in cibo, sibi complaceret. Nimirùm, inquit Cyrillus Alex. lib. 2. in Ioan. cap. 102. pastores Ecclesiæ Dominus suo persuadebat exemplo, saluti hominũ potius, quàm suo corpori studere, ne illud Propheticum audiant, Hier. 48. Væ qui opus Domini facitis negligenter. Thomas Aqu. lect. 3. in Ioan. cap. 4. Sciendum enim quòd sicut refectio corporalis non est perfecta, nisi potus cibo iungatur, & è conuerso: ita ad spiritualem refectionem vtrumque necessarium esse: potum aquæ sapientiæ, & cibum operationis bonæ. Eccles. 15. Cibauit iustum Dominus pane vitæ & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potauit illum. Cibum ergo, salutem hominum Christus esuriebat & sitiebat. Sicut enim cùm esurimus, concupiscimus mãducare, ita & ille homines saluare desiderabat. Prou. 8. Deliciæ meæ
D esse cum filiis hominum. Sed &, vt interpretatur Origenes, qui altioris & capacioris doctrinæ sunt in spiritualibus, possunt infirmis & simplicibus dicere, se habere alium, id est, solidiorem cibum quem manducent. 1. Cor. 3. Aliis enim lacte opus est, & non esca: sed sublimiora mysteria, & liber ille totus, vt in Apocalypsi legitur de Ioanne, à sublimioribus & perfectioribus deuoratur. Dictum enim est ei, Deuora librum: vt ad hanc similitudinem alluso fiat. *Dicebant ergo discipuli ad inuicem: Nunquid attulit ei aliquis manducare?* Non intellexerunt discipuli verba Domini, atque ideò ab aliquo, & fortè à muliere ista allatum cibum opinantur. Nouerant enim & illi mulieres plurimas ministrare de facultatibus suis, Luc. 7. Theophilactus in Ioan. Hinc, inquit, liquet, quòd cibos ab aliis oblatos Dominus accipere solebat, vt deferentes meritum consequerentur: neque graue doceret, maximè doctoribus, ab aliis nutriri. Dignus est enim operarius Verbi cibo suo. Thom. Aquinas in Ioan. ex Chrysostomo. Proprium
E enim est doctoribus, alios habere procuratores ciborũ, vt ipsi sollicitudine hac deposita, Verbi ministerio toti incumbant. 1. Tim. 5. Nam qui benè præsunt Presbyteri, duplici honore digni sunt, maximè qui laborant in verbo & doctrina. *Dicit eis Iesus, Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me, vt perficiam opus eius.* Nudè rem ipsam pronunciat. Nam quoniam futuri erant orbis magistri, suo eos formare volebat exemplo: vt subditorum salutem, & Patris voluntatem potiùs implerent, quàm seipsos pascerent delicatis cibis. Nimirùm militem Christi oportet ventris curam abiicere: se autem totum Deo & proximis deuouere. Habendi sunt igitur ex aduerso Christi sarcophagi hæretici: illi enim potiùs de corporali cibo, quã spirituali solliciti sunt. Immò neque verẽtur cibo suo fratres perdere, & carniũ voracitate illis scandalũ iniicere, pro quibus Christus mortuus est. 1. Cor. 9. Adeò illorum Deus venter est, Rom. 14. & suo ventri potiùs quàm Christo Iesu Domino nostro seruiunt, Rom. 16. suámque potiùs animalem, quàm Dei voluntatem complere nitũtur. Anastasius Nicenus Quæst. in scripturã,

Cyrillus Alex.

Cibus spiritualis salꝰ lapsorum. Idẽ Cyril.

Tho. Aqu.

Origen.

Doctores nutriendi.

Theoph.

Tho. Aq.

Anast. Ni.

Cib⁹ ſpiritualis quis ſit.

qu.47. ita cibum illum ſpiritualem interpretatur. Quærit enim quomodo intelligendum ſit illud Eccleſ.2. Non eſt bonum in homine, niſi qui comederit & biberit, & acceperit animæ ſuæ bonum in labore: & reſpondet: Non carnaliter comedere & bibere iubet Eccleſiaſtes, ſed ſpiritualiter. Nam qui dixit in Prouerb. (Eccl.7.) Ne decipiamini in ſaturitate ventris, & melius eſt ire in domum luctus, quàm in domum potus: quomodo ad ea, quæ dixit, euertenda iubet lætari, & ventri indulgere? Comedit verò, & bibit quiſpiam ſpiritualiter, operans mandata Dei, cibum manentem in vitam æternam. Meus eſt enim cibus, inquit, vt faciam voluntatem Patris mei. Paſchaſius Corbeienſis, lib. de corpore & ſang. Domini: Ergo, inquit, demũ facimus voluntatem Patris, & impletur opus charitatis. Chriſtus vtique nobiſcum bibit in regno Eccleſiæ ſuæ ſanguinem ſuum: quia ille caput, & nos membra ſumus. Cæterùm ſuam obedientiam Chriſtus ſatis exprimit, cùm nihil ſibi potius & maius ſit, quàm facere *voluntatem Patris.* Ioan.6. Deſcendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, ſed eius qui miſit me. 1. Theſſ.4. Hæc eſt autem voluntas Dei, ſanctificatio veſtra: ideò Chriſtus omnia in noſtrã ſalutem, vt & in Patris gloriam direxit. Porrò obiiciet quiſpiam, inquit Cyrillus in Ioan. lib.2. cap.105. Si ipſe filius voluntas Patris eſt, quam voluntatem Patris perficere miſſus eſt? Alius enim eſt qui perficit, aliud quod perficitur. Nos autem dicimus, quia etſi horum nominum poteſtas diuerſa certè requirat ſignificata, ſæpè tamen in Deo pro eodem accipiuntur: ſed humano more quandoque dicuntur, etſi ſimplex ſit Deus. Non enim poſſumus aliter de Deo loqui. Intelligere autem omnia ita debemus, vt Deo congruant, & ſic linguæ noſtræ imbecillitas nobis detrimento non erit. Hęc igitur dicta ſint, vt voluntatem Patris, filium plerumque appellari non ignoremus: quamuis hoc in loco neceſſe ſit ita intelligere bonam voluntatẽ Patris (ait Gregorius Nyſſen. lib. de beatitudinibus) qua omnes homines vult ſeruari, & ad agnitionem veritatis venire. Hîc eſt enim cibus animæ, vt noſtram ipſorum ſalutem eſuriamus, & ſitiamus diuinam voluntatem, ſicut habetur Matth.5. Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam. Adiicit autem, *vt perficiam opus eius*, id eſt, vt opere cõpleam quæ præcepit. Aut, vt interpretatur Origen. tom.14. in Ioan. vt creaturam, quæ eſt opus illius, perfectiorem reddã. Verùm quæri poteſt, Num Dei imperfecta ſunt opera? Cur igitur vt eorũ aliquod perficeret, Chriſtus ſe veniſſe teſtatur? Reſpondet Orig. Nam fortaſſis, inquit, id quod rationis eſt capax (homo) tum cùm in paradiſo poſitum fuit, imperfectum omninò non erat. Alioquin qui poſuiſſet Deus rem imperfectam in paradiſo, quæ operaretur, & cuſtodiret eum? Nec enim conſentaneum eſt, vt imperfectus is dicatur, qui operari poſſet lignum vitæ, & omnia quæ plantauerat Deus, & poſtea eum Deus inde extruſerit. Proinde vide, quòd cùm perfectus eſſet, imperfectus factus eſt, ob inobedientiam, egueritque aliquo, qui ipſum ab imperfectione liberaret. Et eam vtique ob cauſam miſſus eſt Saluator, vt hominem reſtitueret, & in perfectum ſtatum reuocaret. Vnde & hominem Patri aſſimilare volens, dicebat, Eſtote perfecti, ſicut & Pater veſter cœleſtis perfectus eſt. Eccleſ.17. Fecit Deus hominem rectum: ſed cùm ille ſeſe quęſtionibus immiſcuiſſet, peruerſus eſt: ideò & illum erigi per Chriſtum oportuit. *Nónne vos dicitis, quòd adhuc quatuor menſes ſunt, & meſſis venit.* Vt ſub aquæ typo mulierẽ, nunc diſcipulos meſſis ſimilitudine, quam temporis occaſio ingerebat, inſtruit, & præ oculis quid ſperare debeant, proponit. Cyrill. lib.2. in Ioan.c. 106. Initium, inquit, veris tunc fuiſſe videtur, & ſata vix adhuc herbeſcentem viriditatem emiſerant, quæ poſt quatuor menſes, vt matura ſeges, metentium manum poterant deſiderare. Cõputentur enim tres menſes veris, & addatur vnus æſtatis, ad meſſem colligendam: ita concurrere videbimus ſubductionem illam temporis, quæ à Cyrillo aſſignatur. Nec enim ſegetem matureſcere contingit, niſi poſt æſtatis initiũ, quod vt in aliis regionibus citiùs, in aliis tardiùs aduenit, ita & meſſem aut accelerat, aut retardat, pro ratione cœli, & ſolis. Ponamus ſcilicet Iudæos in meſſem falcem mittere ſolitos ante feſtum Pentecoſtes: cùm, vt legitur Deuter.16. conſueuerint hoc celeberrimo die primitias frugum offerre: Etſi primitiæ ita intelligendæ ſunt, vt nondum meſſis completa neceſſariò ſit, cùm ſatis fuerit, pro anni & ſolis ratione, vt manipuli nonnulli ex maturioribus ſegetibus colligerentur. Sit igitur inchoata meſſis ſex hebdomadis à Paſchate, vt ſeptima manipuli, & primitiæ frugum poſſint offerri: rurſus duos mẽſes & dimidium præcedere oportet, vt fiant quatuor menſes vſque ad meſſem. Et ita colligi poteſt, quòd Chriſtus in Samariam venerit, & hæc diſcipulis dixerit in veris initio, menſe Februario. *Ecce dico vobis, leuate oculos veſtros.* Origenes, to.14. in Ioan. Diuina nos oratio admonet, vt ſenſus attollamus: quemadmodũ & apud Eſaiã, Leuate oculos veſtros, & videte quis vobis hæc omnia oſtendit. Seruator etiam beatitudines dicturus, oculos in diſcipulos eleuat: non exteriores modò, ſed & internos. Hos oculos eleuãs

Paſ.Cor.

Cyrillus.

Greg. Ni.

Origenes. *An Dei imperfecta ſint opera.*

Cyrill. *Hinc colligitur quo tẽpore hoc factũ ſit.*

Origen.

Oculi ſpirituales.

diues,

A diues, cùm esset in inferno, vidit Abraham à longè,& Lazarum in sinu eius. Luc.16.Hieron. ad Paulinianum, in lib. Didymi de Spiritus. quia Didymus oculis corporeis priuatus erat,interiores illos fulgentiores habuisse scribit. Didymus meus, inquit, oculum habens sponsæ de Cantico cantic. (cap.1.) & illa lumina,quæ in candentes segetes sublimari Iesus præcepit, procul altiùs intuetur, & antiquum nobis morem reddidit, vt videns vocetur Propheta. *Videte regiones,quia albæ iam sunt ad messem.* Hoc sanè non de corporali messe intelligit, cùm iam dixerit, ad illam vsque quatuor adhuc menses intercedere.Hæc ergo spiritualiter interpretanda sunt, sicut & quæ leguntur Cant.2. Iam hyems transiit, imber abiit & recessit,flores apparuerunt,vineæ florentes odorem dederunt, & vox turturis audita est.Spiritualem igitur messem terrena maturiorem esse docet, qua nimirùm Samaritani, vt sata herbescentia, ad integram fidei confessionem, velut maturitatem properant. Quasi dicat,ait Cyrillus: Si aliquantulum B mentis oculos à rebus terrenis in altũ leuabitis, ac spiritualia sata cõsiderabitis,messem quoque iam adesse videbitis. Euthymius in Ioan. Regiones appellans multitudinem venientium ad se Samaritanorum. Albas autem dicit eas, tanquam ad fidem paratos illos significans.Nam & fides,messis est,quæ ab infidelitate , fideles secernit: vt messis corpora,zizania à segetibus separat. De ista messe Christus dicebat: Messis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate igitur dominum messis, vt mittat operarios in vineam suam. Hæc igitur ita poterunt expendi,si singula quæ aut messem præcedunt aut comitantur, spiritualiter considerentur. Cyrillus Alexandr. cap.107. lib.2. Comment.in Ioan. Origenes, Chrysostom. has nobis similitudines suppeditabunt,vt 1. *Semen* sit verbum Dei, Matth.13.Rom.10.quod primum occurrit in auribus, demum in animis eorum, quos ad fructũ messis reddendum conuocauerimus. 2. *Segetes* sunt fideles, qui è verbo formantur, & sensim confirmantur,& crescunt in Dei cognitione,& gra- C tia.3. *Regio* autem est aut hic mundus,sicut & Christus agrum interpretatus est, in quo seminat paterfamilias: aut Ecclesia Christo militans, quæ adhuc contendit vt fructum adferat, & suscipit semen verbi. 4. Seminarunt Patriarchæ & Prophetæ. 5. Interim tamen summus *agricola* pater est, Ioan.12. 6.*Messores* sunt Apostoli,& omnes diuini verbi ministri, Apostolorum successores.7. *Seges albescit*,cùm ij quos ad fidem comparare volumus, quos edocuimus,doctrinam illam & religionem promptis & alacribus animis excipere, ac totos pietati & charitati incumbere videmus.8.*Falx messoria*,Apostolorum splendida prædicatio est,quæ à legalibus figuris auditores abscindens,ad perfectiorem Dei cultum transponit. Est & illorum censura, & arbitrium, in quæstionibus, quæ contra fidem militant, dissoluendis: vt tandem fideles ab infidelibus,immò & terrenis omnibus secernantur.9.*Vehiculum*, Christi gratia,quæ in fideli operatur velle & perficere pro bona voluntate. Quæ nos alioquin in terram,& carnis D opera labentes excipit, & sibi vendicat. Sic enim Heb.1. legimus, Deum portare omnia verbo virtutis suæ. 10. *Area*, Ecclesia est.11. *Flagellum*,tribulationes, & virtutis exercitia.12. Dixerim & ea *Ventilabrum*: qua similitudine Ioannes vsus est, de Christo verba faciens: cuius ventilabrum in manu eius, & permundabit aream suam. Et ipse Christus in eam rem cribri similitudinem adducit,dicens,Luc.22. Sathanas expetiuit vos,vt cribraret sicut triticum. Aut Ventilabrum, iudicium diuinum est, quo tandem hœdos ab ouibus secernet. 13. Horreum Domini, gloria & fœlicitas æterna. Anastasius Sinaita lib.3. in spiritualem Anagogen sex die- rum creationis: Semen, inquit,est Euangelium, seminator Christus, operarij Apostoli, messores doctores, boues ij qui crucem ferunt.Benè germinarunt naturalia: aspiciunt enim benè comatam virtutum altitudinem. Regiones gentium sunt albæ & puræ animæ. Ad messem importãdam lata est & ampla Ecclesiæ arca.Benè laborati sunt sulci : Baptista enim eos priùs E scidit. Agri sunt frugiferi: Facite enim,inquit, dignos fructus pœnitẽtiæ. Nam scriptura loquitur de duplici messe spirituali: vna, qua spiritualiter homines congregantur per fidem & gratiam in Ecclesiam militantẽ: de qua Dominus Matth.9.Rogate dominum messis, vt mittat operarios in messem suam. Altera est, qua electi congregantur per gloriosam resurrectionem in Ecclesiam triumphantem, de qua Matth.13. Messores sunt Angeli, messis verò consummatio mundi. Nunc verò de prima spirituali messe loquitur. *Et qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam.* Rupertus lib. 4 in Ioan. Æquam Dominus suis messoribus legem prescribit. Primùm mercedem accipiunt, deinde congregant in vitam æternam. Hæc nempè merces illa est, de qua & alibi dicit:(Matth. 10.) In quamcunque domum intra- ueritis, ibi manete,edentes & bibentes quæ apud illos sunt. Dignus est enim operarius mercede sua. Quam sibi legẽ robustissimus messor Paulus defendens,quamuis potestate vti nollet, ne quod offendiculum daret Euangelio Christi: Quis(inquit, 1. Cor.9.)militat suis stipendiis

Hierony.

Cyrillus.

Euthym. *Messiohui significatio.*

Cyr. Alex.

Anast. Sin.

Ministris verbi temporalia debentur.

vnquam? Quis plantat vineam,& de fructu eius nõ edit? Quis pascit gregem,& de lacte illius non manducat? An & lex hæc non dicit,(Deut.25.)Non alligabis os boui trituranti? Ac deinceps:Si nos vobis spiritualia seminauimus,magnum est si temporalia vestra metamus? Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt: & qui altario deseruiunt, de altari participant? Ita & Dominus ordinauit his qui Euangelium annunciant,& de Euangelio viuere. Ergo qui metit, per verbi ministerium segregandos ostendens fideles ab infidelibus, mercedem accipit:necessariam scilicet vitæ præsentis alimoniam. Verùm non illa sola & præcipua est merces. Quæ ergo ab omnibus verbi diuini ministris expectanda sit,adiicitur: *Et cõgregat fructum in vitam æternam.* 1. Cor.3. Vnusquisque enim mercedem accipiet secundum suum laborem. Atqui non sunt compensanda temporalia spiritualibus. Temporalia igitur in vsum data sunt eius qui verbum annunciat: sed eius merces & compensatio præcipua in vita illa æterna expectanda est. Non possunt Principes,Reges, Respublicæ, non omnes homines compensare verbi ministri & doctoris mercedem, quicquid illi deferant in vsum vitæ & vestitum. Si enim talis est verbi præco, vt cætera non ambiat,quantumuis pauper sit & mendicus, cui neque reditus, neque pensiones compensentur:tantò maiorem in cœlo & vita æterna mercedem expectare debet. Eapropter Paulus: Ego, inquit, cursum consummaui, fidem seruaui, bonum certamẽ certaui:de reliquo reposita est mihi corona iustitiæ. Illam nos verã & propriam mercedem expectamus,vt spiritualia spiritualibus compensentur. *Vt & qui seminat, simul gaudeat & qui metit:* id est, vt Apostoli,& cæteri nouæ legis prædicatores, qui homines iam inuenerunt dispositos & præparatos per prædicationem Prophetarum,& veterum illorum Patrum, qui sub priore Testamento erant, tanquam ab illis prima semente iniecta: simul gaudeant cum illis Prophetis & Patribus, metentes fructum, quem illi colligere non potuerunt, quia in tanta temporis angustia matures cere non potuerunt. At verò cùm sol iustitiæ illis Christus illuxerit, tum albescunt ad messem. Messem igitur vocat Euangelicæ doctrinæ fructum, cuius tempus primum lex præcesserit, sub qua Prophetæ seminarũt,& Christi veri solis aduentum prœuenerunt: fideles quoque per Christum congregandos prænunciarunt. 2. Tandẽ verò homines priùs legalibus ceremoniis velut terrę affixi in manipulos, id est, Ecclesias seu dioceses, ab Apostolis compacti fuerunt:sed & ij qui primùm,vt Samaritæ,ad Dei cognitionẽ gradum fecerant, pleniùs confirmati sunt. 3. Iidemque fideles redditi, in aream, id est veram Ecclesiam,Christi gratiæ,& prędicationis vehiculo delati sunt:vt tandem flagello tribulationũ à palea peccatorum segregati, in Dei horreum recondantur: nimirùm gloria excipiantur æterna. Et hæc messorum efficiet prædicatio, quæ sine mercede futura non est. Colliget enim fructum,qui possit æternaliter viuẽtem nutrire. Nec soli hac mercede lætabuntur messores Apostoli, sed quia labore Prophetarum seminata colligent, in vna celebritate cum illis triumphabunt, vt & Prophetæ, qui seminarunt,simul gaudeant, & qui metunt Apostoli. *In hoc verum est verbum, quia alius est qui seminat, & alius qui metit.* Videtur hoc adagium huic simile,quod Cicero lib.de senectute scribit, Serò senes serunt, vt alteri prosint seculo. Nam quantumuis suis temporibus Prophetæ perturbatam viderent suam Rempublicam, & se aut in carceres deiici, aut exilio mulctari, aut morti turpissimæ addici: nec se hoc in corpore decerpturos suæ prædicationis fructum sperarent: non destiterunt tamen, sed vt alteri seculo prodessent,& concionati sunt, & Prophetias conscripserunt. Ita Cicero cùm deplorata omnia, suámque vitam requiri videret, ad Octauium scribens, ait: Tamen bona posteritatis spes me consolatur. Seminat vnus, metunt alij. Etsi verò incerta spes fuerit, vt is qui seminat, metat: quia tamen se sibi soli natum esse non putat, alacriter ad laborem accingitur. *Ego misi vos metere,quod vos non laborastis: alij laborauerunt, & vos in labores eorum introistis.* Alia quidem vmbra est, alia lux, alia figura, alia veritas: alia lex, alia gratia. Interim tamen sub lege seminatum est, sub gratia metitur. Prophetæ enim seminarunt fidem Christi venturi, & spem quæ in illo nobis reposita est: sed hanc iam maturam in fidelibus collegerunt Apostoli. Cæterùm non ita dicit, illos in labores Prophetarum introiisse,quasi semetipsos huic muneri temerè ingesserint. Dixit enim, Ego misi vos metere: & alibi, Ecce ego mitto vos sicut oues inter lupos: sed quòd illi iá præparatam quodammodò plebem acceperint. Irenæus lib. 4. in hæres. cap. 40. Qui ergo sunt qui laborauerunt, qui dispositionibus Dei deseruiunt? Manifestum est,quia Patriarchę & Prophetę, qui etiam præfigurarunt nostram fidem, & disseminauerunt in terram aduentum filij Dei, hîc intelliguntur. Verùm obiicitur, & Apostolos seminasse, id est,in populum incidisse, qui nondum à Prophetis & Patriarchis semen verbi Dei acceperat. Respondemus autem cũ Alberto Magno in Luc. non propriè & primò seminasse, sed semen superiecisse, vt granum illud,

Magna merces ministrorum verbi.

Adagiũ. Cicero.

Idem Cic

Vtriusque Testamẽti differẽtia.

Irenæus.

An non Apostoli seminarũt.

Alb. Mag.

A illud, quod priùs seminatum fuerat, & obrutum temporum calamitatibus & hominum peccatis, compensaretur, & excitaretur, aut quod perierat suppleretur. Hanc enim distinctionem probant opera rusticorum: qui vbi semina ante hyemem dispersa non conualescere, sed aut pluuiis, aut aliis tempestatibus obrui & suffocari vident: vbi ad veris medium aut finẽ ventum fuerit, superseminant. Ita sanè factum est ab Apostolis. Verùm cùm hîc consistere oporteat, vt Christi verbum verum sit, nondum tamen omnis quæstio resoluta est. Sequeretur enim aut Prophetas, aut Patriarchas per omnem terram dissemināsse verbum Dei, cùm & in omnem terram exiuerit sonus eorum. Et hoc sanè fatebitur, quisquis Geneseωs historiam, & antiquos Gentium annales, & obseruationes perspexerit. Quis enim negaturus est, omnes homines, quotquot per omnem terram dispersi sunt, ex vno Noë descendisse, cùm reliqua pars hominum diluuio fuerit obruta? Demum quis negauerit Noë virum iustum filios illos suos, è B quibus propagatus est mundus, docuisse legitima Dei, quæ & ipsi filiis suis significarent? Ita igitur ab illis, per traditionem habere potuerunt semina quædam illarum promissionum, quas didicerant patri suo à Domino Deo factas fuisse. Nam tametsi illorum filios contigerit à recto veritatis tramite recedere, ita tamen vt semper alta mente repostæ manerent traditiones illæ, & religionis antiquæ seminaria. Adde quòd quisquis Berosum in Breuiario temporum legerit, intelliget, Noam seniorem diuersas mundi regiones peruagatum esse, & suos ad puriorem Dei cultum reuocasse: Vnde & ipsa Gentilitas ipsum Ianum, Patulcium, & Clusium appellauit: qui & *--primus puppim formauit inære,*
(vtar enim verbis Ouidij, lib. 1. Fastor.) quòd primus rate, seu arca vectus, & tandem puppi in Italiam deportatus esset. Hæc si quis conferat, intelliget nullam fuisse, neque tam remotã, C aut barbaram, nec esse aliquam regionem & nationem, quæ non aliqua verbi semina acceperit. Mitto Sibyllas, mitto etiam & alios Prophetico spiritu plenos inter eos fuisse. Ita laborarunt priùs alij, Apostoli verò in eorum labores introierunt: cùm omninò obruta illa priora semina excitarunt. *Ex ciuitate autem illa multi Samaritanorũ crediderunt in eum propter verbum mulieris.* Hoc quasi mirantis est Euangelistæ dictum, quòd isti tam infensi Israëlitis, vnius mulieris testimonio ad Christum adducti sint, induratis interim Pharisæis. *Cùm venissent ergo ad illum Samaritani, rogauerunt eum vt ibi maneret* in Sichar: cupiebant enim pleniùs de fide à Christo informari. Hoc verò quomodo factum est, cùm scribat Lucas c. 9. Samaritas tandẽ illi aditum præclusisse? Hinc enim dictum est à Ioanne, Vis dicamus, descendat ignis de cœlo, & comburat istos? Verùm respondet Euthymius in Ioan. Illos qui postmodum eum recipere noluerunt, alios ab istis fuisse: aut Christum odisse cœpisse, quòd Iudæis, cum quibus im- D mortales inimicitias habebant, familiarior esset, & cũ illis sæpiùs versabantur: Aut quòd hi, qui Christum recipere noluerunt, habitabant in vico Samariæ, isti verò in ciuitate. Requirunt igitur vt ad se diuertat, quasi benedictione donandi per illius præsentiam. Genes. 24. Ingredere benedicte Domini, cur foris stas? Gen. 30. Experimento didici, quòd ad introitum tuum benedixerit mihi Dominus. *Et multò plures crediderunt propter sermonem eius.* Viuus enim sermo Dei est, & efficax: sed & diffusa erat gratia in labiis eius. Hoc illis igitur contigit, quod & reginæ Saba: quæ cùm Salomonem audiisset, Maior est, inquit, sapientia tua, quàm rumor quem audiui. 3. Reg. 8. *Et mulieri dicebant, quia iam non propter loquelam tuam credimus: ipsi enim audiuimus, & scimus quia hic est saluator mundi.* Nouerant enim Samaritani ex Mosi libris humanum genus, propter Adami peccatum, à paradiso expulsum esse: hunc ergo redemptorem & saluatorem mundi. Eccl. 46. Fuit magnus secundum nomen suum, maximus in salu- E tem Gentis. *Post duos autem dies exiit inde, & abiit in Galilæam,* vt operi iam incœpto incumberet. Nam cùm inde Euangelij duxisset initia, voluit & regionem istam maioribus gratiis cumulare. Verùm si quis requirat, cur non manserit in Galilęa, sed per interualla ad illam profectus sit: *Ipse Iesus testatus est, quòd Propheta in sua patria honorem non haberet.* Ea enim quæ familiariora sunt, contẽnere solemus, inquit Theoph. & insolita magis probamus. Quomodo verò hoc Iesus testatus, in sequentibus audiemus, vt obseruat Euthymius. *Cùm ergo veniſſet in Galilæam, exceperunt eum Galilæi, cùm omnia vidissent quæ fecerat Hierosolymis in die festo,* electis vendentibus & ementibus: *ipsi enim venerant ad diem festum.* Nam omnes simul Iudæi Hierosolymam vndique concurrentes, festum celebrabant. Verùm quomodo simul hæc stare possunt, quòd nemo Propheta acceptus est in patria sua, & tamen exceperunt eum Galilæi? Verũ hoc non de omnibus, sed de quibusdam intelligitur. Reliquit enim sibi Dominus inter multos aliquod iustorũ semen, qui non flectãt genua ante Baal, neque Christi doctrinam calũnientur.

Etiã inter Gentiles alij laborauerunt.

Berosus.

Ouidius.

Euthym.

Theoph. Euthym.

Christus filium Reguli iam animam agentem solo verbo etiam absens integræ sanitati restituit: Vnde fit, vt & Regulus & domus eius tota in ipsum credat. F

Matth. | Marc. | Luc.

IOAN. 4.

Venit ergo iterum in Cana Galilææ, vbi fecit aquam vinum. Et erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur, Capharnaum. Hic cùm audisset, quia Iesus aduenirет à Iudæa in Galilæam, abiit ad eum, & rogabat eum, vt descenderet, & sanaret filium eius: incipiebat enim mori. Dixit ergo Iesus ad eum, Nisi signa & prodigia videritis, non creditis. Dicit ad eum regulus, Domine, descende priùs quàm moriatur filius meus. Dicit ei Iesus, Vade, filius tuus viuit. Credidit homo sermoni quem dixit ei Iesus, & ibat. Iam autem eo descendente, serui occurrerunt ei, & nuntiauerunt dicentes, quia filius eius viueret. Interrogabat ergo horam ab eis in qua melius habuerit. Et dixerunt ei, Quia heri hora septima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dixit ei Iesus, Filius tuus viuit: & credidit ipse, & domus eius tota. Hoc iterum secundum signum fecit Iesus, cùm venisset à Iudæa in Galilæam. G

Introductio.

MVLTA sunt, quæ paruo temporis interuallo è minimis fiunt maxima: è scintilla magnus ignis: è leui contagione magna pestis. Sed omnium maximè fama latè diffunditur.

Virgilius. *Fama malum, quo non aliud velocius vllum,*
Mobilitate viget, viresque acquirit eundo.

Petrarcha. Veruntamẽ, vt pulchrè Petrarcha in Triumphis suis descripsit, nihil tã latè se fundit vt religio & veritas: seu tu locorum, seu temporum varietatem consideres. Serpat mendacium, & pro tempore prævaleat: ipsum tamen sibi perniciem in contradictionibus suis adferet, & eludet. Manet autem firma & H immobilis veritas. Prævalet ipsa famæ, diuitiis, regnis terrenis omnibus, & spiritualibus.

Veritatis cõmẽdatio. Nos & ipsam veritatem, & pietatem, & ipsam dixerim famam in Christo contemplabimur, vt rectè cum Salomone dicamus, Cant. 1. Oleum effusum est nomen tuum. Statim enim vt locum aliquem appulit, omnes illum circunstare, ad eum confluere, & pro imminentibus afflictionibus sciscitari cœperunt. Hoc nunc dicturi sumus. Statim enim atque Galilæam ingressus est, à quibusdam benè excipi, ab aliis pro infirmitatibus requiri cœpit. *Venit ergo*

Cy. Alex. *iterum in Cana Galilææ, vbi fecit aquam vinum.* Cyrill. Alexandr. lib. 2. in Ioann. c. 95. Liben-

Cur venit in Galilæã. tiùs, inquit, cum gratis hominibus, & cum his qui beneficiorum sensum aliquem capiunt, Christus conuersatur, maioráque largiri paratus est. Petit igitur Cana, iterum miracula editurus, vbi eum omnia posse, opinio quodammodò aliqua hominum animis inhæserat. Chry-

Chrysost. sostom. hom. 34. in Ioan. illuc diuersatum esse scribit, non autem in Capernaum ciuitatem I

Origen. Galilææ, vt quæ infensis illum animis prosequeretur. Origenes tom. 17. in cap. 4. Ioan. Mysticè per duplicem aduentum in Cana, duplicem verbi Dei in mentem nostram effectus significari scribit. Credimus enim cum Paulo, Christum per fidem habitare in cordibus nostris, & verbo virtutis Dei portari omnia, & confirmari. Heb. 1. Itaque verbum Dei primò lætificat, Matth. 13. Sic cum gaudio suscipiunt verbũ: & hoc significatur miraculo vini, quod lætificat cor hominis. Secundò sanat, Sap. 16. Neque malagma neque herba sanauit eos, Domine, sed sermo tuus. Et hoc significatur in cura infirmi. Sed & Christi duo in mundũ istum aduentus designari possunt. Prior quidem in mansuetudine, ad nuptias cum humana natura contrahendas, & vt nos in vino consolationis suæ lætificaret. Esa. 12. Exulta & lauda habitatio Syon, quia magnus in medio tui sanctus Israël. Vnde & Angelus ad pastores ait, K (Luc. 2.) Annuncio vobis gaudium magnum, quia natus est vobis hodie saluator mundi. Posteriori autem aduentu, se habebit vt cùm secundò aduenit in Galilæam: tollet enim omnes infirmitates nostras, & configurabit nos corpori claritatis suæ: quod in cura infirmi significatur. *Et erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur, Capharnaum.* Erat illa ciuitas totius Galilææ metropolis, ad quam sæpiùs tandem diuertit Christus: in qua etiam Centurionis serui

Theoph. animam agentem sanitati restituit. Theophil. in Ioan. Num igitur, dicet quis, idem est ille

Iste regul⁹ alius est à cẽturione. cum Centurione apud Matthæum? Nam & ille ex Capharnaum erat. Non opinor illum esse, sed alium. Nam ille quidem & volentem venire Christum prohibet, dicens: Non sum dignus vt intres sub tectum meum: iste verò Iesum in domum suum trahit. Et illius quidem puer paralysi detinebatur, seruus videlicet: istius autem filius febri. Et illic quidem cùm à monte descendisset, in Capharnaum ingressus est: nunc autem à Samaria, & non in Capharnaum,

A naum,sed in Cana.Idem ex Chrysostomo depromitur,hom.34.in Ioan.Quibus adiicere pos- Chrysost.
sumus, quòd Centurionis fides à Christo commendetur: illius verò adhuc non plena esse o-
stendatur,cùm statim Christus obiiciat, Nisi signa & prodigia videritis, non credetis. Verùm
quæri oportet quid sit regulus.Origenes to.18.in Ioan.Non admodum vsitatum inuenimus a- Origen.
pud Iudæos reguli nomen,inquit:vnde neque,quantum ad historiam,cogitatione assequimur *Regulus quid.*
quis sit iste regulus, & cuius sit cognominis. Itaque simplicior quis existimabit regulum
hunc,hominem esse aliquem Herodis regis.Rursus alter huic similis dicturus est,è Cesaris do-
mo hunc fuisse regulum, tum temporis aliquid in Iudæa exigentem, tractantémve. Neque e-
nim apertè inuenitur quòd fuerit Iudæus: quoniam non sequitur indigenam eum fuisse illo-
rum locorum,eò quòd filius suus in Capharnao ægrotabat. Ostenditur autem illius dignitas e-
tiam ex hoc,quòd illi descendenti occurrisse dicuntur serui, dicentes filium eius viuere: plu-
B rium enim numero serui dicuntur. Hieronymus lib.18.Comment. in cap.65. Esaiæ: Regulus, Hierony.
inquit,qui dicitur βασιλικὸς,quem nos de aula regia rectiùs interpretari possumus,Palatinum, *Aliud regulus, aliud regalis.*
non solùm filij,sed & vniuersæ domus suæ,reperit sanitatem.Chrysostomus, Theophil. & Eu-
thymius etiam legerunt,non βασιλίσκος, vt paruum regem, sed βασιλικὸς, vt regalem signifi-
cet.Chrysostom.homil.34.in Ioann.siue quòd regio esset genere, siue quòd alia principatus Chrysost.
dignitate fungeretur:Vel quòd minister esset regius,vt scribit Euthymius. Sunt qui ex Hero- Euthym.
dis domo fuisse contendant: alij tamen contrà nituntur, Iudæum istum minimè dici posse,
quòd dignitatis nomen habeat non vulgare Iudæis. Verùm quid istud obest, quin & ipse Iu-
dæus sit?Ponamus scilicet Romanos, qui tum Reipublicæ Iudaicæ clauum tenebant, quos-
dam officiarios instituisse,quibus & dignitatem magnam,& Regales dici, & magnas pensio-
nes annuatim reddi voluerint: num arbitramur Iudæos tam fuisse frugales, iustos, & parum
C dignitatibus & reditibus intentos,vt hæc nomina abiicerent? Verùm id forsan aliquis mirabi-
tur in Herodis domo, cùm ipse Iudaicis legibus viueret. Ac si Herodes, qui vrbes Iudææ
nominibus Cæsarum donauerat,non auderet suis ministris nomen aliquod minus vulgare Iu-
dæis, commune verò cæteris nationibus tribuere. Friuola sanè hæc contentio est. Facit vt *Potuit hic esse Iudæus.*
arbitremur hunc Iudæum esse,responsio quam Christus ad illum habuit, Nisi signa & prodi-
gia videritis, non credetis. Hac enim aut simili frequenter ad Iudæos, ad Gentiles autem
minimè vsus esse legitur. Siquidem, vt scribit Apostolus, Iudæi signa quærunt, Græci au-
tem sapientiam. *Hic* regulus *cùm audiret quòd Iesus adueniret à Iudæa* per Samariam *in Ga-*
lilæam: Iam enim Christi fama celebrior habebatur,propter miraculum in Cana factum,re-
uelationes occultorum, insignem illam columbæ visionem, & vocem auditam in baptismo
eius,testimonium Ioannis de eo,discipulos,& nouam baptisandi formam:vnde Matth.3. legi-
D tur, quòd abierit opinio eius in totam Syriam. *Abiit ad eum* in Cana Galilææ, *& rogabat*
eum vt descenderet in Capharnaum: erat enim sita in decliuiori parte, ad ripam Genezareth:
& sanaret filium eius. Mirum hoc fuisset in regio ministro,seu aulico, si seposita omni neces-
sitate,sola autem ductus pietate & religione,ad Christum se conferret.Nec enim religione du- *Aulicorũ quàm leuis fides & religio.*
citur hoc hominum genus.Vnde & rectè à Lucano dictum est,

--exeat aula
Qui volet esse pius. Lucanus.

Satis est si suos Principes,si Dominas suas mirentur, & illis complacere studeant, seque to-
tos deuoueant. Veruntamen si viderint tanta se necessitate opprimi, vt omninò sibi huma-
na desint auxilia: tum velut coacti, in cœlum oculos eleuare, & summi illius numinis pote-
statem & clementiam intueri incipiunt: adinstar Nabuchodonozor, qui è plebe sua eiectus,
E vbi se summis malis circumuentum vidit, pilos & vngues accreuisse, seque ex illo fastu regio
in speciem monstri alicuius deformatum esse:tum tandem oculos in cœlum eleuans, Deum
precatus est.Hinc fit,vt Deus optimus,huius generis hominum insolentiam frequenti rerum *Aulici castigãtur à Deo rerum vicissitudinibus.*
mutatione castiget,& comprimat:aut illos è Principũ fauore,aut loco, aut dignitate & honore
excutiendo: aut sinendo inuidos in eos prævalere, aut stultitiam eis dominari: ita vt nonnun-
quam in reprobum sensum tradantur.Qui vtinam saltem aulicum istum imitentur, qui spem
in Christũ coniicit, & ipse, non per alios, sed in propria persona ad Christum supplex acce-
dit. *Filius eius infirmabatur.* Hæc erat vrgens causa, vt Christi gratiam & virtutem imploraret.
Ita solet fieri, vt alius alia de causa ad Christum veniat: Alij, vt audirent, alij vt insidia- *Multis causis Christus appetitur.*
rentur, alij vt pro necessitatibus precarentur. Nec sanè eadem etiam causa omnes ad Chri-
stum impellit. Sunt qui nomen à Christo vsurpent, non quòd aliqua in Iesum religione

teneantur, sed vt hoc prætextu inter Christianos conuersari possint. Sunt qui Christi, F
id est Ecclesiæ patrimonium quærant, sola sacrilegij occasione ducti. Sunt qui derideant
Christiana: pauci verò eo in ipsum animo feruntur, quem verus quisque Christianus habere
debet. Et quidem parentes satis prouident filiorum corporibus, non animabus. Languebat fi-
lius, requiritur Christus, non vt animam, sed vt corpus curet: cùm interim prima lex ista esse
debeat, vt anima purgetur à peccatis: siquidem corpus à deprauatis humoribus purgandum, &
extremis laboribus eripiendum est. Cæterùm ex hac historia manifestum est, quòd regulus iste
Theoph. magnam aliquam de Christo opinionem conceperit. Theophilactus ex Chrys. scribit, quòd è
Vnde regulus opinionẽ de Christo conceperit. miraculo in Cana facto bonam quandam de Christo conceperat opinionem, tametsi minus
dignam. Gregorius in hom. quòd aliquid crediderit, ita tamen vt nondũ plena & perfecta fides
esset. Chrysost. hom. 34. in Ioan. tum scilicet credidisse obseruat, cùm à seruis curatum filiũ au-
diuit. Et quidem hoc fuit initium fidei, bonam primùm de Christo concepisse opinionẽ, & ad G
Gregor. Chrysost. eum accessisse: nec tãtùm in ipso suæ domus adytu Christo occurrisse, sed vsque ad Cana Gali-
lææ venisse. Ex consequentibus enim manifestum est, illũ iter vnius diei fecisse: cùm ipsi serui
sanato eius filio, properè ad illum currentes, vt & hanc ei curationem nunciarent, non nisi cra-
Quo tẽpore venerit regulus. stino die aduenire potuerint. Et tamen illo iam descendente serui occurrerunt. Pone. sc. paulò
post septimam celeri cursu ad dominum suum properasse, habebant maximam huius diei par-
tem: & iam quicquid suppoſueris, ipso die crastino illucescẽte accesserit regulus ad Christum:
non tamen tam citò ab illo rediit, quin saltem iam septima hora esset: cùm dicatur puer cura-
tus hac ipsa hora qua Christus dixerat, Filius tuus viuit. Ita dies integra, nocte etiam interposi-
ta, connumeratur ab ea hora, qua serui iter aggressi sunt, & qua ad dominum suum peruene-
Affectus reguli. runt. Nihil igitur regulum istum retrahit, non magnarum forsan rerum, quas domi & foris ha-
bebat, occupatio: non itineris prolixitas, non hic honoris & dignitatis gradus quem habebat. H
Ita scilicet & regina Saba commendatur, quæ rerum harum omnium consideratione sepositâ,
ad Salomonem accessit: nisi quòd maiori laude digna est, si spectes sexum, si cætera etiam om-
nia quæ diximus, consideremus: immò si causam quæ illam impellebat, attendamus. Veniebat
enim cupiditate doctrinæ ducta, non necessitate: veniebat vt audiret sapiẽtiam Salomonis, iste
vt filio suo, quo nihil charius habebat, sanitatem requireret. Interim tamen faciliùs isti, quàm
Origenes. Tho. Aq. illi contigit: quoniã Ecce plus quàm Salomon hîc. Cæterùm Origen. to. 18. in Ioan. & Thom.
Aqu. lect. 7. in cap. 4. Ioan. hîc mysteria requirunt. Regulus iste omnia sibi deiecta, & extra
spem posita esse cernebat, priusquàm Christum aduenientem audiisset: tunc autem spem con-
cepit curationis filij sui. Et ita sanè, quandiu Christi differebatur aduentus, spes hominum
de sanatione à peccatis abiecta erat: sed statim atque Patres illi veteris Testamenti animo
Christi conceperunt aduentum, tunc respirare cœperunt, & populi sui, quem velut patet fi- I
lium, diligebant, restituendam spiritualem valetudinem sibi repromiserunt. Luc. 19. Venit e-
nim filius hominis quærere, & saluum facere quod perierat. Ideò & illi votis suis ad eum
contendebant, & rogabant vt descenderet, & sanaret populum suum. Esa. 64. Vtinam dis-
rumperes cœlos, & descenderes. Origenes etiam istud adiicit, quòd Patres illi veteris
Testamenti, non modò Christum aduenire precabantur, dum hîc viuerent, sed & post
mortem suam. Hæc sunt enim eius verba. Apparet autem sanctis, qui ex hac vita e-
migrarint, curam esse de populo, quemadmodum in Machabæorum gestis scriptum est
(2. Machab. 15.) post plurimos annos ab obitu Hieremiæ. Hic est Hieremias Dei Pro-
pheta, qui multum orat pro populo, & pro ciuitate sancta. *Incipiebat enim mori.* ἤμελλε γὰρ
Necessitas morbi. ἀποθνήσκειν, erat enim moriturus. Hoc interserit Euangelista, vt intelligas summam neces- K
sitatem, & Christum ipsa necessitate superiorem fuisse. Erat enim moriturus, si humana
tantùm spectes, naturæ vim, & opem humanam: non tamen si diuinam virtutem. Erat
vtique moriturus, nisi Christi omnipotentia succurrisset. Adeò alia sunt in oculis ho-
minum, alia in oculis Dei. *Dixit ergo Iesus ad eum, Nisi signa & prodigia videritis, non*
creditis. quasi dicat, Non sanè credidisses, nisi signa aliqua aut vidisses, aut audiisses: sed
neque fidem illam quam habes, perfectiorem assecuturus es, nisi & aliud signum succe-
Cyrillus. dat. Cyrillus libro secundo in Ioannem, cap. 117. Cùm enim duritiem eorum Saluator vi-
deret nõ posse ad fidem oratione reduci, signis atque prodigiis opus illis esse affirmat, vt natura
An liceat signa petere. se Deum possint cognoscere. Verùm quare iste increpatur, quòd signis prioribus ductus, filio
salutem requirat: aut cur ex hoc sanitatis filij signo fidem in Christum colligere nititur: quasi
neque signis ad fidem adduci liceat? Verùm hîc respondemus, non licere signa requirere vt
credamus, maximè vbi semel in fide fuerimus instructi: hoc enim est tentare Deum: nisi
forte

A fortè id facere Prophetica voce,& diuino imperio iubeamur. Sicut cùm ad Achaz dictum est ab Esaia,cap.7. Pete tibi signum à Domino Deo tuo, in profundum inferni, siue in excelsum suprà. Alioquin vbi nulla necessitas,& expressum mandatum fuerit, non hoc erit fidē colligere,sed ipsam impugnare. Quòd si signa fidei nostræ primitias præcesserint, non videntur esse reiicienda. Illorum enim fructus est fides,vt si quis ex Iudæis propter signa credidit, non ideò vituperatur:sed si quis,vt credat,signa postulat,cùm iam fidei rudimenta perceperit, hæc ipsa impugnare censebitur,quia adhuc hæret & incertus est. Augustin.lib.22.de ciuit.Dei, cap. 8. August.
Eapropter etiam nunc vulgò miracula non fiunt. Possem enim dicere necessaria fuisse priusquàm crederet mundus,ad hoc vt crederet mundus. Quisquis adhuc prodigia,vt credat,inquirit,magnum est ipse prodigium,qui mundo credente non credit. Itaque Christus non arguit regulum istum,quòd primùm audiens signa à Christo facta credere cœperit: sed quòd adhuc
B dubius,veniat quasi Christum tentaturus,vt perfectiùs credat. Gregorius Papa,in hom.28.Sed Gregor.
quare huic dicitur,Nisi signa & prodigia videritis, non creditis: qui antè credidit, quàm signa videret? Sed mementote quid petiit,& apertè cognoscetis,quia in fide dubitauit. Poposcit nāque vt descenderet, & sanaret filium eius. Corporalem ergo præsentiam Domini quærebat, qui per spiritum nusquam deerat. Minus itaque in illo credidit, quem non putauit posse salutem dare,nisi præsens esset & corpore. Si enim perfectè credidisset, proculdubiò sciret, quia non esset locus,vbi non esset Deus. Ex magna ergo parte diffusus est, quia virtutem non dedit maiestati,sed præsentiæ corporali. Theophilactus in Ioan. Scias autem aliud esse prodigium,a- Theoph.
liud signum. Nam prodigium fit præter naturam,vt aperire oculos cæci nati, & excitare mortuum: Signum autem non præter naturam,vt sanare infirmum. Idcircò Thom. Aquin. in Ioā. Tho.Aq.
probat iustè istum reprehendi,quòd signa & prodigia quærat,cùm iam in fide imbutus fuerit.
C Aliter enim infideles ad fidem trahuntur,aliter fideles. Fideles quidem scripturæ authoritate persuadentur,vt docet Ioan. Damascen.lib.1.de fid.Orthodoxa,cap.1. Infideles autem per mi- Io.Damas.
racula ducuntur,1.Cor.14. Signa data sunt infidelibus: nec enim scripturas admittunt, sed rident. Atqui iste ex Iudæorum Gente erat,Prophetas audierat,& eorum lectioni incumbebat. Ideò arguitur,quòd præter illorum authoritatem,& recens Ioannis testimonium,adhuc signa requirat. Itaque non simpliciter arguitur,quia filij sui salutem requirit: sed quia hæsitans & dubius postulat,quasi ex hoc signo probaturus Christi omnipotentiam. Et hoc quidem, vt scribit Euthymius in Ioan.dixit,deprimendo Iudæos, si cum Samaritanis conferantur: siquidem Euthym.
illi absque signis & prodigiis crediderant. *Dixit ergo ad eum regulus: Domine,descende,priusquàm moriatur filius meus.* Cyrillus lib.2. in Ioan. cap. 116. Quamuis iste ignoraret naturâ Christum Cyrillus.
Deum esse, vt hominem tamen adiit, qui filium eius ab imminenti mortis periculo posset li-
D berare. Quanquam ergo Dominum appellet, veræ tamen dominationis dignitatem ei non concedit. Si enim verum esse Dominum cognouisset, non rogasset, vt ad ægrotantem adolescentulum descenderet. Sic sperabat & Naaman Syrus fore, vt Helisæus ad se descenderet, & manu sua tangeret locum lepræ,& sic illum curaret. Et hæc fides de Christo apud multos obtinuit,cùm legamus Petrum scisitatum de vulgi opinione,respondisse (Matth.16.) Alij dicunt te esse Helyam,alij Hieremiam,alij Ioannem Baptistam,aut vnum ex Prophetis. Hanc etiam primùm opinionem Samaritani de Christo conceperant. Ait enim: Domine, vt video, Prophera es tu. Vrget igitur regulus rē ipsam, & ait: *Domine descende.* quasi dicat: Missa fac ista quæ dicis, quòd nisi signa viderimus, non credemus: Vrget me præsens necessitas, vt non opus sit verbis, sed celeritate. En moritur filius meus, pro cuius salute ad te veni. Rogo
E te, *descende*. In his dupliciter errat. Descendere requirit, & priusquàm moriatur filius. *Duplex error reguli.*
Duos enim errores incurrit: vnum, quòd absens Christus nihil efficere possit: alterum, quòd neque mortuum possit excitare. Quàm verò viuacior erat fides Centurionis,qui solo Christi verbo & imperio opus esse credidit. Ait enim: Domine, noli vexari. Et rursus: Non sum dignus vt intres sub tectum meum: sed tantùm dic verbo,& sanabitur puer meus. Verùm,ait Al- Albertus.
bertus in Ioan. adhuc opponitur,quòd iste meliùs credidisse videtur,quàm Centurio: quia plus est posse per seipsum, quàm per alium: & quia multi possunt per alium, quod per seipsos non possunt. Ideò maiora Christum posse credere videtur regulus, quàm Centurio. Adhuc. Omnis agens aliquid fortior est, & fortiùs agit in coniunctum, quàm in remotum,sicut dicunt Philosophi. Rationabiliter ergo petiuit, vt Christus ad filium descenderet: vt virtus eius adiuncta propiùs filio, fortiùs ageret. Ad hoc autem dicendum, quòd iste verè in fide dubius, Centurio autem perfectior fuit. Itaque ad primum obiectum dicendum est, quòd nulla virtus adeò fortis est, sicut illa quæ adest vbique. Illa enim vbique potest,

& vbique per ſeipſam operatur. Quòd ſi aliquid per alium efficit, non ideò contingit, quaſi illo indigeat, ſed vt per miniſtras creaturas tantò maior appareat. Talis autem Deus eſt. Hic enim vbique eſt, & omnia vbique poteſt, non indigens aliquo: qui etſi per Angelos, homines, aut alias creaturas aliquid efficit, non ideò facit, quaſi his carere non poſſit: ſed vt ordinem ſeruet, & creaturas ſuas honoret, nóſque per media quædam ad ſe perttrahat. Itaque ſi quis eſt, qui roget Angelum mitti, aut per aliquem Deum nos eripere, non derogat Dei omnipotentiæ: nouit enim Deum ſimplici & abſoluta poteſtate id etiam per ſeipſum poſſe. Non ita verò credebat regulus: exiſtimabat enim Chriſti corporali præſentia opus eſſe: alioquin nec ſolo verbo, nec alterius miniſterio filium curari poſſe. Centurio è contrario dixit: Dico huic, Vade, & vadit. Agnouit ſcil. Chriſtum ſtatim vbi aliquid iuſſerit, expedire, ſeu etiam per miniſtros ſuos. Ad alteram obiectionem dicendum eſt, quòd ſententia iſta, de agente in ſubiectum proximum, intelligitur de virtutibus definitis, certis, & circumſcriptis. Virtus autem Dei infinita eſt: ideò attingit vbique. Sap. 8. Attingit à fine ad finē fortiter, & diſponit omnia ſuauiter. Ex his manifeſtum eſt, quàm in multis regulus defecerit. Demum quod ait, *priuſquàm moriatur filius meus.* Ergóne exiſtimat Chriſtum non poſſe filium ſuum à mortuis ſuſcitare? Quid non olim ſimile legere potuit & Helyā & Heliſæum feciſſe? Helyas enim filium Sarephtanæ, Heliſæus filium Sunamitidis ſuſcitauit. Verùm hæc tam rara fuerat, vt cùm Chriſto ſolùm deferat eſſe virtum Dei, ſolùm in ægrotum aliquid poſſe exiſtimet. Hoc illum cogitaſſe ſcribunt Chryſoſtomus, & Rupertus in Ioan. Itaque nondum in eam fidem peruenerat, qua credimus quòd omnipotens Pater, omnipotens Filius. Et quod ipſemet Chriſtus aſſerit: Sicut Pater ſuſcitat mortuos, & viuificat, ſic & Filius quos vult viuificat. Et quidem non improbanda oratio eſt, qua pro anima ſic oratur, ſicut & iſte pro filio: ac ſi dicamus, Domine miſerere, priuſquàm moriatur, id eſt, condemnetur anima mea. Sicut & orat Iob: Dimitte ergo me Domine, vt plangam paululum dolorem meum, antequàm vadam, & non reuertar in terram tenebroſam, & opertam mortis caligine: terram miſeriæ & tenebrarum, vbi vmbra mortis & nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat. Et alibi: Miſerere mei antequàm vadam, & ampliùs non ero. Ideò etiam Dauid: Miſerere mei Deus, & ſalua me: quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te, neque omnes qui deſcendunt in infernum. Et rurſus: Conuertere Domine, & eripe animam meam, ſaluum me fac propter miſericordiam tuam. Quia non eſt in morte qui memor ſit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi? Hæc omnia quid aliud ſonant, quàm vt Deus miſereatur noſtri, dū tempus eſt miſerendi, ne nos perdat in die tremendi iudicij? Hoc eſt ergo, Miſerere, priuſquàm moriatur, id eſt, æternæ damnationi adiudicetur anima mea. Nam tametſi anima immortalis ſit, quodammodò tamen mori dicitur, cùm bonis vitæ deſtituitur, & in tormentis æternis poſita eſt. Vnde & Pſaltes: Sicut oues in inferno poſiti ſunt, mors depaſcet eos. Hanc meditationem poſt Heracleonem, Origenes obſeruat tom. 8. in Ioan. Itaque ſi quis à Deo poſtulet, vt ſuam animam viuificet, priuſquàm ſpirituali morte pereat, probatur illius oratio. Nouit enim per fidem iudicium futurum, & quoniam, vt dicit Pſaltes, Tibi eſt Domine miſericordia & iuſtitia, & tu reddes vnicuique ſecundum opera ſua. Oratio hæc in fide iudicij illius, & diuinæ iuſtitiæ fundatur. Eluderetur autem iuſtitia, ſi nos Deum requireremus pro iis qui verè mortui ſunt: id eſt, qui æternis pœnis adiudicati ſunt. Sicut enim iniuriam facit martyri, qui orat pro martyre, vt ſcribit Auguſtinus: ſic iniuriam facit Deo, qui orat pro eo mortuo, quem certò ſciuerit eſſe damnatum. Itaque ſi animæ ſalutem attendamus, orandum eſt, priuſquàm illa pereat & damnetur. Verùm aliud eſt loqui, & orare pro corporis ſalute. Nam & illud, quodcumque ſit, à quantumuis diuturno tempore in puluere dormiat, in ictu oculi reformare, & vitæ reſtituere poteſt Chriſtus: quod demum in generali omnium reſurrectione manifeſtum erit. *Dicit ei Ieſus, Vade, filius tuus viuit.* Cernens enim benigniſſimus Dominus hominis illius fidem, licet imperfectam, ſuperabundanti ſua bonitate ſupplens, quod illius deerat imperfectioni, dixit ad eum: Non opus eſt, vt iuxta tuam poſtulationem pro hac re tecum vadam: non ad eam rem corporalis præſentia neceſſaria eſt, cùm virtus mea vbique adſit, & in omnia ſe loca diffundat. Abi tuipſe, & viuum ſanúmque filium reperies: & ipſo facto experieris nullum me locum latere, & nihil me in quantumuis diſſitum non poſſe. Caſſianus Diaconus Conſtantinopolitanus, lib. de libero arbitrio, cap. 35. Abſoluta igitur planè ſententia pronunciamus etiam exuberare gratiam Dei, & tranſgredi interdū humanæ infidelitatis anguſtias. Quod in illo Euāgelico regulo factū fuiſſe reminiſcimur, qui dū faciliùs credit ægrotantē filium ſuū poſſe curari, quàm mortuū ſuſcitari, præſentiā Domini feſtinus implorat, dicens: Domine, deſcēde, priuſquā moriatur filius meus.

Refutatur error reguli.

Chryſoſt. Rupertus.

Oratio pro anima.

Origen.

Auguſt.

Caſſianus Diaconus.

Cuius

A Cuius infidelitatem licet his verbis Christus arguerit, Nisi signa & prodigia videritis, non creditis: tamen nõ secundum infirmitatem fidei eius, gratiã suæ diuinitatis exercuit: nec præsentia corporali, quemadmodũ crediderat, lethales febriũ morbos, sed verbo suæ potestatis excludit, dicens: Vade, filius tuus viuit. Verùm quæritur, quomodo fiat, vt Christus plura ísti exhibeat q̃ petat: Quomodo solo verbo curet filium reguli, nec descendere velit: cùm tamẽ à Centurione rogatus ne descenderet, sed vt tantùm verbo iuberet, descendere voluerit. Atqui prior est ratio generalis, quã omnes norunt, dare nimirùm omnibus affluenter, etiam maiora quàm petantur: vnde & plura vtrique conferre voluerit. Petit Centurio tantùm verbum, & ille non modò verbum non negat, sed & descensurum se esse pollicetur. Petit regulus vt descendat, & vbi domũ suam peruenerit, filium suum curet. Plus exhibet: nec enim negat se descensurum, sed nulla interposita mora, quæ in ipso itinere requireretur, filium in instanti sanitati restituit. Posterior ra-

B tio sumitur à personarum conditione. Chrysost. hom. 34. in Ioan. Quoniam, inquit, in Centurione fides perficiebatur, ideò se iturum dixit, vt viri fidẽ cognosceremus: at regulus adhuc imperfectus erat. Propterea omni studio Christum impellebat vt descẽderet, neque adhuc norat absentem quoque curandi habere potestatem. Quid ergo posset, ostendit: vt quod per se Centurio sentiebat, hic non accedente Iesu eruditetur. Eadem ratio ab Augustino, tract. 16. & à Ruperto, & Greg. in hom. proponitur. Cyrillus Alexand. lib. 2. in Ioan. c. 119. Ita non imperitiam in omnibus nostram Dominus respicit, sed vt Deus, etiam peccantibus auxilium adfert. Docet igitur hominem, quòd per ignorantiam non fecit, & quæ optauerat, ei largitur. Nam in eo quod ait, *Vade*, fides est: in eo verò quod dicit, *Filius tuus viuit*, rei optatæ consummatio magna cum potestate perspicitur. *Credidit homo sermoni quem dixit ei Iesus, & ibat.* Ita profecit in eo fides. Initium per famam accepit: sed & audito Iesu perfectior reddita est. Ita nimirùm Sa-

C maritani cùm Iesum audiissent, profecerunt. Vnde & mulieri dixerunt, Quia non propter loquelam tuam credimus, ipsi enim audiuimus. Magna scilicet erat verborum Christi virtus, vt & obduratos quosque emollire posset, si modò aures præbere vellent. Et hæc mihi fides illi videtur esse similis, quam Sarephtanam de Helya viro Dei concepisse legimus. Credidit enim illa sermoni viri Dei, quia lecythus olei non minuetur, & farina non deficiet, donec pluerit Dominus super terram. Et ideò cum fiducia obediuit Prophetæ, & ei pauxillum panis & aquę attulit. Non ignorabat iste verba Prophetarum & electorum Dei magnæ virtutis esse. Legerat verbo Iosue solẽ stetisse, & verbo Helyæ cœlũ clausum esse. Ideò credidit sermoni Christi, non quòd ipsum filium Dei, sed quòd Prophetam Deo dilectum esse agnosceret. Quòd si iste, qui hanc de vnigenito Dei fidem nondum conceperat, agnoscit tamen verba eius potestate plena esse: quid est quòd nos de verbis eius diffidamus, & cùm audierimus illum nobis &

D polliceri, & expressis verbis suum in cœna corpus exhibere, adhuc hoc ipsum in quæstionem vertamus? *Et ibat.* Ita securum illum reddit verbum Christi. Quod si quis in quæstionem vertat, non video quomodo tutus & quietus ambulet. *Iam verò eo descendente, occurrerunt ei serui, & nunciauerunt, dicentes, quia filius eius viueret. Interrogabat ergo horam ab eis, qua melius habuerit. Et dixerunt ei: quia heri hora septima reliquit eum febris.* Hæc illi læta adferebant, & filium periculum mortis euasisse nuntiabant. Ille verò curiosiùs singula inquirebat, modum, tempus, & reliqua omnia quæ contigerant. *Cognouit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dixit ei Iesus, Filius tuus viuit.* Sciebat enim horam illam, & diligenti memoria tenebat ex industria notatam, certóque tenore apud animum suum defixerat: vt si id quod pollicebatur, in eam horam incideret, iam de diuina illius magni Prophetæ potentia non dubitaret. Hinc factum est, vt seruis horam designantibus, ipse crederet. Adiicit enim Ioannes, *Et credidit ipse & domus eius tota.* Sic

E per occasionẽ vnius filij salus patri & toti domui facta est. Hîc discimus verbi virtutem in suis effectis agnoscere, & vt dicitur Rom. 1. inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt visibilia, cognoscere. Demùm ita nos efformare, vt semper fidem velut anchoram firmam teneamus. Non deest vnde credat pater, vnde domus eius: non deest vnde & Prælatus Ecclesiæ, cùm Ecclesia sua Dei & Christi eius bonitatem & omnipotentiam demiretur: cùm quotidie videat filios suos in extremis & periculis & peccatis positos per Christum eripi: & eos, quos pro deploratis habebat, saltem aliquando ad seipsos redire, & pœnitentiam agere. Hinc confirmamur, quòd videmus Deum patienter agere pro nobis, nolentem aliquem perire, sed omnes ad agnitionem veritatis venire. Rom. 2. Sed & mihi vide fidei profectum. Credit pater, & credit omnis eius familia. Ille eos catechisat, & instruit de Christo. Ille fit eis præco verbi Dei. Hoc exemplo discant patresfamiliâs, quid filiis, quid etiam & seruis debeant. Non hos adinstar brutorum acceperunt, vt eorum tantùm corpora curent: rationales sunt, & fidei capaces. Itaque si quis eorum

Chrysost. — August. Rupert. Gregor. Cyril. Ale. — *Fidei virtus.* — *Fides Sarephtanæ de Helya.* — *Obseruationes.* — *Quid debeant patresfamilias seruis:*

infidelis est, curent vt ad fidem formetur. Si quis fidelis est, hunc in Christo diligant, & in fide confirmari studeant. Hanc illis doctrinam Paulus protulit. Si quis, inquit, suorum maximè domesticorum curam non habet, hic est infideli deterior. Prouerb. 10. Secundum iudicem populi, sic & minister eius. *Hoc iterum secundum signum fecit Iesus, cùm venisset à Iudæa in Galilæam.* Thomas Aqu. in Ioan. Hoc duplicem habet sensum: Aut quòd tum postquàm Iesus aduenit in Galilæam, duo miracula fecerit, quorum istud alterum fuerit: Aut quòd duo miracula, sed diuersis temporibus fecit, vnum scilicet in nuptiis, alterũ in curatione filij reguli. Et hac ratione maximè conuincuntur Galilæi, qui primi omniũ & Christi prædicatione & miraculis donati, minus omnium tamen in eum crediderunt: Samaritanis interim absque miraculis in illum & credentibus, & eundem sua ciuitate excipientibus.

Tho. Aqu.

Christus per omnem Galilæam prædicat: ad pœnitentiam & Euangelij fidem variis miraculis & curationibus inducit: vnde fit, vt eum turbæ multæ sequantur, & Esaiæ vaticinium impleatur.

Matth. 4.	Marc. 1.	Luc. 4.	Ioan.
Cùm autem audisset Iesus, quòd Ioannes traditus esset, secessit in Galilæam: & relicta ciuitate Nazareth, venit & habitauit in Capharnaum maritima, in finibus Zabulõ & Nephtalim, vt adimpleretur quod dictum est per Isaiam Prophetam, Terra Zabulon & terra Nephtalim, via maris trans Iordanem Galilææ gẽtium: populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: & sedentibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis. Exinde cœpit Iesus prædicare, & dicere, Pœnitentiam agite: appropinquabit enim regnum cœlorum.	Postquàm autem traditus est Ioannes, venit Iesus in Galilæam, prædicans Euangelium regni Dei, & dicens, Quoniam impletum est tempus, & appropinquauit regnum Dei: pœnitemini, & credite Euangelio.	Et regressus est Iesus in virtute Spiritus in Galilæam: & fama exiit per vniuersam regionem de illo. Et ipse docebat in synagõgis eorum, & magnificabatur ab omnibus.	

Introductio.

VBI PRIMVM sol oriri cœperit, non statim omnem terræ faciem suo fulgore illustrat, sed eam quæ magis est conspicua, & Oriẽti vicinior. Vbi verò, vt à Poëta dicitur,

--medium conscenderit axem:

tum tandem & in valles etiam fertur, & in omnium capita suos radios immittit. Ita quidem Christus Iesus omnem terram illustraturus erat. Ipse enim lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: & ideò non Palæstinæ modò, sed mundi se lucem esse prædicauit. Veruntamen non statim ab ipso suæ prædicationis exordio, mundum omnem peruagatus est: sed vbi primùm conceptus & educatus fuit, quia in sui ortus viciniore regione suam lucem communicauit. Hîc duo illa prima signa fecit, de quibus dictum est: & hîc primùm concionari, & Euangelicam doctrinam enunciare cœpit: vt ex Galilæa tandem in Iudæam, demũ è Iudæa in omnem terram diffunderetur. Hoc nobis Matthæus, Marcus, & Lucas proponunt.

summa.

Et relicta ciuitate Nazareth, venit & habitauit Iesus in ciuitate Capharnaum maritima. Non ita intelligendum est reliquisse Nazareth, quasi post curationem filij reguli aliquãtulum in ea habitauerit, antequàm veniret in Capharnaum: sed quòd illam præterierit, & ingredi contempserit. Nec mouere nos debet, quòd Lucas ingressum Nazareth, & in Synagogam venisse scribit, antequàm narret quid tandem in Capharnaum fecerit. Hoc enim per anticipationem à Luca positum est, vt obseruat Augustinus, lib. 2. de cõsensu Euang. cap. 42. Quod manifestum est ex verbis Nazarenorũ, quæ Christus præoccupauit, Quanta audiuimus à te facta in Capharnaũ, fac & hîc in patria tua. Oportuit enim Christum tunc tẽporis frequenter in Capharnaum diuertisse, & tum multa signa fecisse. Atqui nondum legimus in Capharnaum fecisse, priusquàm sanaret filium reguli. Itaque ita intelligendum est, quòd venit Iesus in Capharnaum, relicta, id est præterita Nazareth, non illam ingressus, donec suæ prædicationis & doctrinæ fundamenta iecisset,

obiectio.

Augustin.

Quando hæc facta sint.

A iecisset, & discipulos congregasset. Porrò Capharnaum non longè sita erat à sorte Beniamin & Iuda, metropolis Galilææ, vt in superioribus diximus, & satis nobile emporium: Maritima dicta, non quòd mari Mediterraneo, aut Rubro, aut Euphrati contermina esset: sed quòd alluetur lacu Genezara, qui & Tiberiadis, & mare Galilææ dicebatur. Brocardus in descript. Terræ sanctæ: Iordanis enim fluuius ante portam Cæsareæ Philippi, ex duobus fontibus Ior, & Dan nascens, post longos circuitus, quos facit inter Capharnaum & Corrozaim, in mare Galilææ labitur, quod & Tiberiadis nuncupatur. Hoc autem adiicit, vt tanto illam & populi concursu fœcundiorem fuisse, & maiorem Apostolis audiendi Christi occasionem datam esse designet: cùm illi piscatores Galilææ, hanc maritimam ciuitatẽ non ignorarent. *In finibus Zabulon & Nephtali.* Zabulon decimus fuit Iacob ex Lya vxore eius, de quo Genes. 30. Nephtali autem sextus filius Iacob, ex Bala ancilla Rachel vxoris suæ, vt ibidem habetur. Habuerunt & B illorum tribus suam sortem in terra promissionis, in quarum finibus sita erat Capharnaũ. Fuit & ciuitas Nephtalim, quæ nunc Suziz vocatur, è qua Tobias ortus est. Hinc, vt scribit Brocardus, tres leucæ sunt ad Bethsaidam patriam Andreæ & Petri: hinc iterum tres leucæ numerantur ad Magdalum castrum Mariæ Magdalenæ. Inde venitur ad terram Gerasenorum, in qua multæ sunt ciuitates & oppidula. Itaque Christus in Capharnaum secedit, non tam vt cederet furori Herodis ad tempus, vt scribit Chrysosto. hom. 6. Operis imperf. & hom. 14. Operis perf. in Matth. qui nuper in Ioannem manus miserat, eúmque captiuum detinebat: quàm *vt adimpleretur quod dictum est per Esaiam Prophetam: Terra Zabulon, & terra Nephtali, via maris trans Iordanem Galilææ gentium: populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: & sedentibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis.* Hieronymus lib. 3. Comment. in Es. cap. 9. Ac primùm notandum, quòd testimonium hoc Euangelista Matthæus non iuxta Septuag. C sed iuxta Hebræos posuerit. Septuaginta enim ita legunt: Hoc primum bibe, velociter fac regio Zabulon &c. quia terra Zabulon & terra Nephtalim prima Christi videre miracula, vt prima biberet fidei potionem, quæ prima viderat Dominum signa facientem. Sed iuxta Hebraicum primo tempore releuata esse dicitur onere peccatorum: quia in regionibus duarum tribuum primùm Saluator Euangelium prædicauit. Vnde & in 67. Ps. dicitur, Benedicite Dominũ de fontibus Israel. Ibi Beniamin adolescẽtior, Paulus in mentis excessu. (Act. 9.) Qui & alibi loquebatur (2. Cor. 5.) Sine mente excedimus Deo principes Zabulon, Principes Nephtalim duces eorum, quia in his tribubus fuerunt viculi, de quibus duces nostri Apostoli crediderunt. Et primo quidem tempore hæ duæ tribus Zabulon & Nephtalim ab Assyriis captæ sunt, & ductæ in hostilem terram: & Galilæa deserta est, quam nunc Propheta dicit alleuiatam esse, eò quòd peccata populi sustineret. Postea verò non solùm duæ tribus, sed & reliquæ, quæ D habitabant trans Iordanem & in Samaria, ductæ sunt in captiuitatem. Et hoc, inquiunt Hebræi, scriptura nunc dicit, quòd regio, cuius populus primus ductus est in captiuitatem, & Babyloniis seruire cœpit, & quæ priùs in tenebris erroris versabatur, ipsa primùm lucẽ Christi prædicantis videret, ita vt ex ea in vniuersas Gentes Euangelium disseminaretur. Nazaræi, inquit Hieronymus, hunc locum ita explanare conantur. Aduenientе Christo, & prædicatione illius coruscante, prima terra Zabulon & terra Nephtalim à Scribarum & Pharisæorum est erroribus liberata, & grauissimum traditionum Iudaicarum iugũ excussit de ceruicibus suis. Postea verò per Euangelium Apostoli Pauli, qui nouissimus omnium fuit, ingrauata est, id est multiplicata prędicatio, & in terminos Gentium, & viam vniuersi maris Christi Euangelium splenduit. Denique omnis orbis, qui antè ambulabat, vel sedebat in tenebris, & idololatriæ ac mortis vinculis tenebatur, clarum Euangelij lumen aspexit. Cyrill. Alexan. lib. 1. in E Esai. Orat. 5. in cap. 9. Tum enim incedebant ij qui erant *in Galilæa Gentium*, perinde vt Gentes, & commorabantur in mundo, tanquam qui nocte ambulant, & in omnem foueam ruunt, & ad quemuis lapidem impingunt. Habitabant autem *in regione vmbræ mortis*, quia adinstar mortuorum nec intuebãtur, nec lucem videbant spiritualem, sed vndique nebulam & caliginem. Corporum namque vmbra omninò eorum formas imitatur, & quantum ad effigiem, formam & figuram pertinet, nulla ratione discrepat. Deum autem nescire, qui naturâ est, & verè Deus, imitatio quodammodò est, & vmbra mortis. Chrysostomus hom. 14. Operis perf. in Matth. Vt enim disceres, quia neque lumen neque tenebras has sensibiles nominaret, cùm de lumine loqueretur, non simpliciter lumen posuit, sed *lumen magnum*, quod alibi appellat & verum: & tenebras memorans, *vmbram mortis* vocauit. Deinde monstrans quia non ipsi inquirentes inuenerint: sed vltra illos Deus desuper illustrauit: Ipsum, inquit, lumen eis exortum est, ac refulsit: non quòd illi priùs ad lumen accesserint. Ante aduentum

Maritima, quæ. Brocard.

Chrysost.

Hierony. *Esaiæ cap. 9. vaticiniũ explicatur.*

Hierony.

Cyr. Alex.

Chrysost.

enim Christi in extremis malis vita hominum constituta erat. Neque enim ambulabant, quod F
vtique signum erat, ne spem quidem illos liberationis habuisse: sed *sedebant* à tenebris compre-
hensi, quasi ignorantes prorsus quonam promoueri deberent. Siquidem Matthæus legit
Conciliatio Matthæi et Esaiæ. ὁ λαὸς ὁ καθήμενος, populus sedēs: τοῖς καθημένοις, & sedētibus in regione vmbræ mortis. Etsi
nec Hebraica dictio sit reiicienda *Haham Haholekim*, id est, populus inambulans. Nam &
Patres illi, ceu Matthæus, maximè dicit sedere pro habitare: qua dictione vtitur Esaias. Siqui-
sedere, pro habitare. dem ita tandem habet שבי באפלה, habitantibus seu sedentibus in terra. Sic enim quod in primo
versu Psalmi 1. legimus, *Io iassau*, transferimus, non sedit. Eandem etiam analogiam sequitur
Euseb. Cæ. Eusebius Cæsarienſ. lib. 9. de demonstr. Euang. c. 8. Colligit autem ex Esaia, lumē illud quod
ortum sit eis. Quodnam verò nisi ipse natus puerulus, & qui à Deo datus est filius, qui magni
consilij Angelus & princeps pacis, & ius potentiámque habens, & Deus fortis, & pater futuri
seculi nominatus est? De hoc enim in eodem Esaiæ capite, hæc quæ dicimus, leguntur. Chry- G
Chryſoſt. ſoſt. hom. 6. Operis imp. in Matth. illas tenebras amplificat, in quibus hic populus ſedebat, qui
primus Christi prædicationē accepit. Sedebant, inquit, in tenebris qui fuerant sub lege, eo tē-
pore quo nondū manifestabatur Dei iustitia: quòd si qua iustitia esse videbatur, tamē in figuris
quibusdā, & rerum carnaliū mysteriis operiebatur. Quale enim lumē est iustitiæ in circunci-
sione præputij? Hæ autē tenebræ erant ad puniendam cordis eorū duritiā, sicut ait Dominus:
Propter duritiā cordis vestri Moses ista mandauit (Matth. 9. Marc. 10.) & nō ad saluandos eos,
sed ad excæcandos, vt inebriati per legem, non cognoscerent lumen (Christum scilicet) quod
Tho. Aqu. lumen non merebantur videre in tenebris, id est in peccatis. Thom. Aqui. suis in Matth.
Comm. post Chrysostomum, distinguit plebem illam, de qua legitur, *Populus qui ambulabat in tenebris*, idque iuxta Hebraicam veritatem transferens: ab eo de quo additur, *sedentibus in regione vmbræ mortis*. vt prior Iudæos, posterior Gentiles significet. Quia, inquit, Iudæi quā- H
uis essent in tenebris, non tamen totaliter ab eis opprimebātur: quia non omnes colebant ido-
la, sed sperabant Christum venturum, & ideò ambulabant. Esa. 50. Quis ambulauit in tene-
bris, & non est lumen ei? Speret in nomine Domini. Gentiles verò Christum non expectabāt,
Vmbræ mortis apud Gentes. & ideò nullam lucis expectationem conceperant. Denique tenebris opprimebātur, quia idola
colebant. Ita, vt dicitur Ps. 66. Notus in Iudæa Deus: non tamen fecit taliter omni nationi.
Ambulabant ergo Iudæi, sedebant Gentes. Interim tamen vtrisque & ambulantibus & sedē-
tibus in tenebris lux communicata est: quia nec magna lux Iudæorum erat. 2. Pet. 1. Habe-
mus Propheticum sermonem, cui benefacitis attendentes, tanquam lucernæ lucenti in loco
caliginoso. Et Mal. 1. Vobis autem timentibus nomen Domini, orietur sol iustitiæ. Gentiles
autem sedebant *in regione vmbræ mortis*. Nam cùm mors damnationē significet, Ps. 48. Mors
depascet eos: vmbra mortis est similitudo futuræ damnationis, ad quam accedunt omnes I
infideles: quia, vt in superioribus audiuimus, Qui non credit, iam iudicatus est. Sic enim &
iusti similitudinem habent futuræ beatitudinis, vt legitur 2. Cor. 3. Nos autem eandem Do-
mini gloriam speculantes, in eandem imaginem transformamur, à claritate in claritatem.
Chryſoſt. *Initiū prædicationis christi.* *Exinde cœpit Iesus prædicare Euangelium regni Dei.* Chrysostomus, Exinde referri putat ad
Ioannis testimonium, quòd primùm illud publicè coram omnibus enunciari voluerit, ante-
quàm prædicare inciperet. Significabat enim quòd antiquis figuris cessantibus, nouum Te-
stamentum succederet. 1. Corinth. 13. Cùm venerit quod perfectum est, euacuabitur quod
Chryſoſt. ex parte est. Matth. 11. Lex autem & Prophetæ vsque ad Ioannem. Chrysostomus homil. 6.
Oper. imperf. in Matth. hanc nobis instructionem elicit, quòd nemini liceat prædicationem
verbi suiuindicare, nisi qui magnū, idq; publicū habuerit testimoniū. Bonū, inquit, testimoniū K
habeat à populo, & ab his qui sunt foris, sicut dicit Apostolus: (1. Tim. 3.) Qui enim benè viuit,
se solum saluat: qui autē bonam habet opinionem, alios ædificat. Quid autem prodest, si bo-
nam vitam agendo te vnum salues, & malam famam habendo plurimos scandalizes? Voluit
Christus priùs baptisari, quàm baptisaret: priùs testimonium ab Ioanne accipere, quàm testi-
monium daret. Quomodo autem nudus vestiat nudum, aut quomodo mendicus faciat alte-
Alb. Mag. rum diuitem? Cæterùm Albertus Magnus in Matth. differētiam constituit inter Dicere, Prædicare, & Docere. Prædicare enim, est sermone exhortatorio annunciare ea quæ super nos
sunt: sed dicuntur ea quæ nota sunt sensibus, sicut historialia. Docentur autem quæ per prin-
cipia sunt in nobis, vt virtutes morales, & scientiæ, quas per doctrinam, & non per reuelatio-
nem accepimus. Et hoc demonstrant ipsæ rationes prædicabilium, dicibilium, & doctrinaliū.
At verò dictio κηρύσσειν, enunciare & publicare significat, è qua Græci præcones vocant Ke-
rycas, quibus verbum publici Magistratus creditum sit. Et est sanè huic argumento digna vox,
cùm

A cùm Christus, verbum Patris, non leuia aliqua enunciaret, sed *Euangelium regni Dei*, quod summus ille Pater ei crediderat. Euthymius in Matth. & Theophil. in Marc. 1. Quidam autē dicunt, videri quidem eadem prędicare Christum, quæ & Ioannes: puta, *Resipiscite*, &, *instat regnum cœlorum*: non tamē ita esse. Ioannes enim dixit, Resipiscite propter peccata in quibus offendistis: Christus verò, Resipiscite, vt transferri mereamini à veteri Testamento in nouum. Et Marcum pro teste adducunt, qui addit, *Et credite Euangelio*. Et Ioannes, inquiunt, Christum vocauit regnum cœlorum: Christus verò cœlestem Angelicámque politiam, quā ipse conditurus erat. Intelligitur præterea regnum Dei instare, vt super credentes regnet. Siquidē incredulorum, naturâ rex est Filius verbū: credentium verò vtroque modo, naturâ videlicet & voluntate, quum sponte gubernationem eius suscipiant. Hoc sanè est Euangelium regni Dei, quo per Christum nos ad Deum assumi intelligimus, vt & illi viuamus, & per eum regnum illud æternum spiremus. Tertullianus lib. 5. contra Marcionem: Quoniam quidem, inquit, Euangelium Christi à lege euocare debebat ad gratiam, non à creatore ad aliū Deum: Ideò Christus non annunciabat alium Deum, sed gratiam, remissionem, & apertam vitæ ianuam prædicabat, quæ vetus lex exhibere non potuit. Gregorius Nanz. orat. 2. in Pascha. Et hoc Euangelium præfertur veteri Testamento, & iugum benignum & suaue vocatur, & onus leue: propter spem atque mercedem huius viæ molestiis afflictionibúsque longè vberiorem. Idcircò non simpliciter annunciat Euangelium, sed Euangelium regni Dei. Verū obiici potest, quî fiat, vt tum cœpisse prædicare dicatur: cùm & ex superioribus audierimus illum plures discipulos fecisse, Nathanaelem & Philippum & Nicodemum, ipsos etiam Samaritas docuisse? Verùm hoc soluitur, aut secretò, aut particularibus quibusdam, vt Nicodemo, Nathanaëli, & discipulis quibusdam contigit: aut si publicè, vt Samaritis contigit, id non ex instituto & certa deliberatione, sed obiter & per occasionem factum esse. Nunc autem expresse munus hoc aggreditur in Galilæa, vt iā nihil ab eo aliud quàm verbi ministerium expectandum sit, & opus ad quod Pater illum miserat: donec ipso absoluto, per mortem, regrederetur ad Patrem. *Et dixit, Quoniam impletum est tempus, & appropinquauit regnum Dei*. Quod istud tempus, nisi quod præfixerat Deus expiandis totius mundi peccatis? Gal. 4. Vbi enim venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum. De quo apud Esa. In tēpore beneplacito exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Vt enim morborum curandorum & ratio, & tempus aliquod præscriptum est: ita Deus reparando homini tempus gratiæ præordinauerat, vt demonstrat Greg. Nyss. Sermone catechetico maiore, cap. 28. Porrò regnum suum, regnum Dei vocat, de quo Angelus, Regni eius non erit finis: & ipse ad Pilatum, Regnum meum non est de hoc mundo: & Paulus, Christum per fidem regnare in cordibus nostris. Hoc regnum Ecclesia est, vt interpretatur Epiphanius in hæres. 29. quæ est Nazaræorum. Tempus enim aduenerat, quo Ecclesiam suam congregaret, in qua per fidem regnaret, & quæ per spem ad regnum beatitudinis æternæ contenderet. Vnde frequenter in similitudinibus Ecclesiam, regnum cœlorum vocat, vt cùm ait: Simile est regnum cœlorum sagenæ, simile grano sinapi, simile patrifamiliâs, & cætera similia. Ita omni rei tempus est commodum. Et quidē nullū non tempus aptum est Dei cultui, vt docet Basilius Moral. reg. 13. cap. 2. Veruntamen non semper Deus suæ bonitatis radios immittit, sed vbi viderit nos iis abuti non posse. Ideò Christus adiicit, *Pœnitentiam agite, & credite Euangelio*. Hieronym. in Matth. Sic desinente lege consequenter oritur Euangelium. Si autem eadem prædicat Saluator, quæ Ioannes Baptista antè prædixerat: ostendit se eiusdem Dei esse filium, cuius ille Propheta sit. Chrysostom. hom. 6. Oper. imperf. in Matth. Confirmat autem Ioannis doctrinam, vt testem eum verū fuisse demonstret: & interim seipsum etiam commendat, cùm & ei testimonium à Ioanne redditum sit. Cæterùm sciebat ille quid humanæ naturę necessarium esset. Nam quia nullus hominum per ignorantiam iustitiæ peccat: sed dum sequitur delectationem carnalem, contemnit gloriam spiritualē: ideò non statim iustitiam prædicauit, quam omnes cognoscebant, sed pœnitentiam, qua omnes indigebant. Thom. Aquinas in Matth. In eo verò, inquit, quòd Christus eadem pronunciat quæ Ioannes, nos docet ne dedignemur eadem quæ ab aliis dicta sunt, prædicare: & ne ita de nobis præsumamus, vt velimus videri à nobis ipsis cudisse, & inuenisse quæ cæteris annunciemus. Demùm in eo quòd prima hæc vtriusque concio de pœnitentia est, docet nos omnes peccatores esse: & Christum omnem mundum in maligno positum inuenisse. Esa. 24. Transgressi sunt leges, mutauerunt ius, dissipauerunt fœdus sempiternum. 1. Tim. 1. Venit Christus Iesus in hunc mundum peccatores saluos facere. Rom. 3. Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei. Μετανοεῖτε, inquit, resipiscite, & ad mentem redite: hæc

Euthymi. Theophi.

Quid Euāgelium.

Tertul.

Greg. Nāz.

An tum tātū Christus prædicare cœperit.

Greg. Nyss. *Regnū Dei quid.*

Epipha.

Basil.

Hierony.

Chrysost.

Tho. Aqu.

Omnibus pœnitentia necessaria est, quia omnes peccatores sumus.

enim maxima pœnitentiæ pars est, non si quis modò genua flexerit, pectus contuderit, aut F
simpliciter peccata confessus fuerit: sed si corde contritus fuerit, & iam resipiscendo, cũ Dei
gratia sibi proponat aliam vitæ rationem sequi. Sic prodigus ad se reuersus esse dicitur, id est
ad mentem & rationem, qui priùs à seipso abscesserat. Vnde & Paulus: Accedamus, inquit,
ad eum in plenitudine fidei, aspersi corda à conscientia mala, & abluti corpus aqua munda.
Augustin. *Tres actiones pœnitentiæ.* August. lib. de pœnit. medicina, cap. 2. Tres autem sunt actiones pœnitentiæ, vsitatæ in Ec-
clesia, & diligenter attendentibus notæ. Vna est, quæ nouum hominem per baptismum par-
turit, donec salutaris omnium præteritorum peccatorum fiat ablutio, vt tanquam nato puero,
dolores transeant, quibus viscera vrgebantur ad partum, & tristitiam lætitia consequatur.
Omnis enim, qui iam voluntatis suæ factus est arbiter, cùm accedit ad sacramenta fidelium,
nisi eum pœniteat vitæ veteris, nouam non potest inchoare. Ab hac pœnitentia, cùm bapti-
santur, soli pueri immunes sunt: (nondum enim vti possunt libero arbitrio:) quibus tamen ad G
consecrationem remissionémque originalis peccati prodest eorum fides, à quibus offeruntur.
Verissimè enim Petrus clamat, (Act. 2.) Pœnitentiam agite, & baptisetur vnusquisque vestrũ.
Et Dominus: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Altera verò pœ-
nitentia est, cuius actio per totam istam vitam, qua in carne mortali degimus, perpetua sup-
plicationis humilitate subeunda est. Primò, quia vitam æternam, incorruptibilem, immor-
talemque nullus desiderat, nisi eum vitæ huius tẽporalis, corruptibilis, mortalisque pœniteat.
Tertia actio pœnitentiæ est, quæ pro illis peccatis subeunda est, quæ legis Decalogus conti-
net, & de quibus Apostolus dicit, (Gal. 5.) Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possi-
debunt. In hac ergo pœnitentia, maiorem quisque seueritatem in se debet exercere, vt à sei-
pso iudicatus, non iudicetur à Domino: sicut & ipse Apostolus ait, (1. Cor. 11.) Si enim nosmet-
ipsos diiudicaremus, non vtique iudicaremur. Ascendit itaque homo aduersus se tribunal H
mentis suæ, si timet illud quòd oportet nos exhiberi ante tribunal Christi, (2. Cor. 5.) vt illic
recipiat vnusquisq; quæ per corpus gessit, siue bonũ, siue malum. Itaque cùm Christus ab ipso
statim suæ prædicationis initio pœnitentiam prædicat, vt nos omnes peccatores esse declarat,
ita in spem nos erigit: ne fortè putemus insanabilia esse nostra vulnera, & morbos incurabiles.
Nec enim resipiscentia neque fides in Euangelium his annunciantur, quos extra spem con-
Remedia pœnitẽtiæ. stitui voluerimus. Ita Christo nihil insanabile est, medicus est, remedia ista prima instituit,
Chrysost. pœnitentiam & fidem. Chrysostom. ho. 40. ad pop. Antioch. Magna pœnitentiæ remedia,
fratres: igitur de seipso desperet nemo. Is verè dignus est desperatione, qui de seipso desperat:
ille iam non salutem, neque spem habet. Non in malorum venisse profundum est graue, di-
lectissimi: sed postquàm veneris, ibi iacere. Non in profunda cecidisse malorum est impij: sed
postquàm ceciderit, contẽnere. Propterea semper debet esse sollicitus. Dic mihi: propterea-ne I
contẽnis, quòd vulnera tot habeas incurabilia? Sed nullũ est animæ vulnus incurabile. In cor-
pore quidem multa sunt talia, in anima verò nullum. Et pro illis quidem laborare non desini-
Tertull. mus: pro his verò torpemus. Tertullianus lib. de pœnit. Plerique naufragio liberati, exinde
repudium & naui & mari dicunt, & Dei beneficium, salutem suam scilicet, memoria peri-
culi honorant. Laudo timorem, laudo verecundiam: nolunt iterũ diuinæ misericordiæ oneri
esse. Formidant videri inculcare, quod consecuti sunt: bona certè sollicitudine iterum expe-
riri vitant, quod semel didicerunt timere. Quem verò non pœnitere debeat anteactæ vitæ, &
animæ suæ pericula abhorrere? quis denique non diuinam patientiam admirari debeat, qui
patienter agit pro nobis, nolens aliquem perire, sed omnes ad agnitionem veritatis venire?
Hoc igitur requirit Christus, vt omnes se in naufragio positos agnoscant, pœnitentiam & fidẽ K
vt tabulas amplectantur, & sic ad portum appellent. Præmittit autem pœnitẽtiam fidei, quia
Cur præmittit pœnitentiam fidei. non in omnibus est fides. Ephes. 2. Fides Dei donum est, vt ne quis glorietur. Atqui non com-
municatur hoc donum peccatoribus, nisi priùs semetipsos saltem per pœnitentiam præpara-
uerint. Paulus enim sic habet: Et quomodo credere potestis, qui gloriam ab inuicem accipi-
tis, & adhuc carnales estis? Vnde notauimus Christum priùs Samaritidem deduxisse ad agni-
tionem peccatorum, quàm illi fidem de seipso, quòd Messias esset, communicaret. Nec enim
solem talpæ aut vespertiliones aspiciunt, sed ea animantia quæ acie oculorum valent, vt scri-
Theodor. Hilarius. bit Theodoretus, lib. affect. Græc. nec Christum agnoscere possunt, qui terræ & peccatis de-
fixi sunt. Hilarius in Ps. 118. in id, Declinate à me maligni, & scrutabor mandata Dei mei.
Propheta enim, inquit, qui Gentes docet, qui verbum Dei prædicat, iubet vt à se vniuersi
maligni declinent: quia congregatio sancta ad malitiæ operarios sit indigna, & nesciat quem
possit excipere. Ita scilicet requirendum, vt ij quos verbi auditores habemus, primùm omnẽ
malitiam

A malitiam deponant, & pœnitentiam agant, vt credant Euangelio. Sic succedet lux tenebris, gratia peccatis, iustitia condemnationi. Porrò *Credere Euangelio*, est ex nouæ legis doctrina omnem nostram spem colligere, in illa veritatem venerari & adorare, & præter illam cætera quæque contemnere. Hoc autem simul importat certam regni cœlestis per Christum expectationem. Chrysostom. homil. 6. Operis imperf. in Matth. Pœnitentia igitur correctio est malæ voluntatis, non emendatio malæ naturæ. Nam si emendatio humanæ naturæ pœnitentia esset, creator Dominus noster venisset in mundum, vt sui operis culpam emendaret, non nostros errores. Atqui & à nobis pœnitentiam requirit, quia & nostra sunt, non illius peccata: & à nobis fidem postulat, id est assensum & obsequium, vt definit Apostolus, vt subiiciamus nos in obsequium fidei, & captiuum reddamus omnem intellectum nostrum. Offert quidem gratiam fidei, & illustrat intellectum: sed & nos illi promptam consecrare vo- Chrysost.

B luntatem oportet, vt credamus. Et quia modò ignorantiam & peccata tenebrarum nomine intelligi docuit Esaias, ideò ab illis priùs non per pœnitentiam purgari necesse est, quàm lumine fidei perfruamur. Itaque nostræ iustificationis initium apparebit, si nos peccatorum pœniteat: illa autem plenior in nobis & manifestior erit, si credamus Euangelio, confidamus per Christum nos saluari, & ea omnia quæ Euangelio docentur, non auribus modò corporis hauriamus, sed & opere perficiamus. Vnde & Paulus: Fide, inquit, iustificans corda eorum. Et Habacuk: Iustus autem meus ex fide viuit. Et ne frustrà pœnitentiam agere, & Euãgelio credere putarentur, semper regnum repromittebat, (Chrysostom.) quia appropinquabit tempus mercedis reddendæ. Si vos mala non terrent, vel bona delectent: aut si regna non concupiscetis, vel tormenta timete. Gaudeant iusti, quia iam finiuntur mala eorum, & incipiunt bona. Lugeant peccatores, quia iam transeunt bona eorum, & incipiunt mala. Quid nocuit homi- *Quod iustificationis initium.* Chrysost.

C nibus iustis, quia mala passi sunt, cùm cœperint esse in bonis? Nam & recordatio transactorum malorum non solùm non nocet, sed adhuc magis delectat. Nam mala quãdiu præsentia sunt, grauia videntur: cùm verò transacta fuerint, recordatio eorum gloriatio est. Inde fit, vt semper regnum Dei repromittat. Hanc singularem nobis expectationem ingerens, ne pro nostris obsequiis terrena, sed cœlestia, caduca, sed æterna rependi putemus. Breue vtique prædicationis argumentum hoc primum & Ioannes & Christus habuit, sed quod omnem nouæ legis perfectionem includeret. Si enim peccata nostra consideremus, pœnitentia: si iustitiam, fides: si mercedem, regnum Dei nobis annunciatur. *Et fama exiit per vniuersam regionem de illo.* ἀκοὴ αὐτοῦ, id est, totam vndique regionem Galilææ finitimam, vt intelligamus & vltra Galilææ fines famã Iesu progressam esse. Quod & ipse Matthæus apertiùs explicat. *Abiit*, inquit, *opinio eius in totam Syriam.* Tribus autem modis Syria sumitur: aut vt ab Occidente mari Me-

D diterraneo, ab Oriente magno illo flumine Euphrate, terminetur, immò & ipsam Mesopotamiam, quæ vltra Euphratem est, includat: aut vt eas tantùm regiones, quæ Euphrate concluduntur, exprimat, Palæstinam, Phœniciam, Damascum, Cœlesyriam, Antiochiam, Comagenam, Apamæam, & Decapolim. Hîc autem strictiùs sumitur pro Galilæa, Iudæa, Samaria, Phœnicia, & circumadiacentibus. Nam è Samaritanis confirmari potuerunt & aliæ nationes vicinæ: & cùm iam apud omnes Gẽtes fama peruenisset, à Iudæis Messiam hoc tempore expectari: cùm illum aduenisse audiunt, aures arrigunt, & ad illa quæ faciebat miracula, sunt attentiores. *Et circuibat ipse Iesus totam Galilæam, docens in synagogis eorum, & prædicans Euangelium regni.* Chrysostomus hom. 8. Oper. imperfecti in Matth. Sicut studiosus medi- Chrysost.

E cus, circumibat grauiter ægrotantes, singulis quibusque passionibus congruas adhibens medicinas, quia debiles illi ad medicum venire non poterant. Nos autem, qui sumus vniuscuiusque regionis pastores, etsi regiones circumire necessarium non habemus, tamen singulas species passionum populi circumire, & considerare debemus, vt vnicuique medicamenta paremus. Thomas Aqu. in Matth. Tria igitur notat, nimirùm sollicitudinem docentis, modum Tho. Aqu. docentis, & propositę doctrinæ confirmationem. Sollicitudo autem in duobus ostenditur: primò, quia non quærebat propriam quietem, *circuibat* enim, & modò in hunc, modò in illum locum docendi gratia diuertebat. Rom. 12. Sollicitudine non pigri: sed & facto hoc suo ostendebat, nullam apud se personarum acceptionem esse, Act. 10. vt qui ad pauperes & diuites, ad Scribas, Phariseos & ad publicanos, ad eos qui sibi videbantur iusti, & qui peccatores, ad Iudæos & Galilæos se liberè transferret. Ita Pater solem suum Christum oriri faciebat super iustos & iniustos, super bonos & malos. (Matth. 5.) Non enim in vnum tantùm vicum, aut vrbem, sed in omnem se Galilæam diffundebat. *Circuibat*, inquit, *totam Galilæam.* Ita docebat Apostolos non vni ciuitati, aut regioni, sed & permultis prodesse debere. Nõ negauerim

residentiam pastorum, vt sacramenta in vno loco ministrent: sed verbum Dei non est alligatū, F
quod latiùs protenditur. Verbo locus non circumscribitur, si modò qui illius minister est, legitimè mittatur. Marc. 1. Eamus in proximas ciuitates, &c. Psal. 102. In omni loco dominationis eius benedic anima mea Domino. Cæterùm doctrinæ eius ratio duobus præscribitur, quia

Chrysost. Alb. Mag. Thomas. erat *docens & prædicans*. Chrysostomus homil. 8. Oper. imperf. in Matth. vt & Albertus Magnus, & Thomas, docere referunt ad agenda in præsenti: & prædicare, ad sperandain futuro: vel docere, eorum est quæ ad mores pertinent, prædicare eorum quæ ad fidem. Esa. 58. Ego Dominus docens te vtilia, prædicans futura. Esa. 52. Quàm pulchri super montem pedes annunciantis & prædicantis pacem: annunciatis bonum, prædicantis salutem. Aut *docebat* inter doctos Iesus, & eis per scripturas & Prophetarum testimonia de-

Docere, & prædicare, aliud. monstrabat quid credendum esset: quod potissimùm fiebat, cùm inter illos dissereret. Prædicabat autem ad promiscuam multitudinem. Multa enim docere licet in scholis, quæ prædi-

Greg. Nāz. care non licet: Non quòd non ea quæ fidei sunt, eadem sint in scholis, & in cathedra plebis; G sed quia doctioribus & in scholis cibo solidiore, populo verò lacte opus est, vt docet Greg. Nāzanz. Orat. de moderatione in disputat. seruanda. Ne Patris naturam anxiè inquiras, inquit, ne Filij vnigeniti generationem, ne Spiritus s. gloriam & virtutem, vnam in tribus personis diuinitatem & claritatem. Verba ea, quibus simul cum lacte enutritus es, mordicùs retine: sermonis verò & disputationis curam eruditioribus manda. Satis supérque tibi est fundamentū habere, superstruat architectus. Sufficit tibi cor pane fulcire: obsonia copiosis & locupletibus relinque. Itaque si tu scholæ præfectus es, qui Theologiæ candidatos doceas, de his rebus differere, & docere poteris: vt & illi nouerint quæstionibus, si quæ occurrerint, respondere. Quòd si ad populum præconis munus exequeris, missa fac hæc omnia, quæ curiosos & minus constantes reddant auditores. Definiens quæ credenda sunt, statim ad ea quæ fieri debent, & quæ sperari, sermonem transfer: argue, obsecra, increpa. Et hunc mihi sensum habere videntur hæ duæ dictiones, διδάσκων καὶ κηρύσσων. Nam & Didascalum vocamus eum, qui magna scientia imbutus, alios quæ graviora sunt, docet: sed Præconem nuncupamus, non eum, qui omnia quæ nouerit, enunciat, sed ea tantū quæ sibi commissa & iniuncta fuerint. Porrò vtrūque facit Dominus, sed docet maximè in Synagogis, vt potioribus scholis. Vnde quod dixit *in Synagogis*, non tam retulit ad dictionem prædicans, quàm ad docens. Interim tamen & hîc eius prædicatio probata est. Oportet enim primùm in Theologię palæstra probari aliquem, quàm ad populum concionari possit. Neque verò vana & inutilia aliqua docebat ad populū: neque enim inanes fabulas secuti sunt Apostoli, vt scribit Petrus: sed *Euangelium regni Dei.*

Euthym. Euthym. in Matth. Est autem Euangelium regni Dei nouum Testamentum, vtpote de regno Dei disputans, & ad regnum Dei ipsi obedientes inducens. Hæc nimirùm & ad Dei honorem, & nostram omnium salutem faciunt. Absit enim vt Ecclesiastes scurrilibus, somniis, fabulis suos auditores pascat: sed vero illo verbo, & suauissimo Euangelij pabulo. Porrò Christus ne quid suæ doctrinæ authoritati deesset, non verba tantùm, sed & signa exhibuit. Act. 1. Primùm cœpit Iesus facere, & docere. Vnde adiicit: *Et sanans omnem languorem & omnem infirmitatem in populo.* νόσον καὶ μαλακίαν. *Nosos* enim languorem dicimus: diuturna enim est

Euthym. peruersio habitudinis corporis, inquit Euthymius in Matth. *Malakia* verò, quam infirmitatē legimus, principium est laxationis corporis languoris prænuncia. Et in corpore sanè ita est. In anima autem languor est peccati actus, & consuetudo: languor verò inductio cogitationis ad actus consensum. Ita priùs tollebat morbos spirituales & internos, demùm curabat corpora. Primùm enim docebat & prędicabat pœnitentiam: demùm omnes morbos purgabat:

Factis Christus suam doctrinam testatur. hunc à nobis seruandum ordinem docens. Nam quia frequentiùs morbi propter peccata nobis eueniunt: ideò primùm illa per pœnitentiam & confessionem curari oportet, vt tum demùm corpori consulamus. Porrò noster Mantuanus his versibus ea quæ tum à Christo facta

Mantuan. sunt, concludit:

Languida quæ nullâ potis est humana iuuare
Ars ope, per vicos gradiens, per rura, per vrbes,
Nunc prece, nunc solo sanabat corpora tactu.

Et magnificabatur ab omnibus. Et quidem non absre, cùm mirabili doctrinæ mirabiles curationes succederent. Magnus vtique celebrari poterat, qui filius erat altissimi: magnus, si ea etiam quæ audiunt & vident, attendant: cùm nemini Prophetarum tanta virtus collata fuerit. *Et abiit opinio eius in totam Syriam.* hoc iam interpretati sumus. Opinio est ἡ ἀχοὴ, rumor

Tho. Aqu. qui sese ad omnes vicinos diffudit. Tho. Aquinas in Matth. Hoc etiam pertinet ad prædicatores,

A tores, vt habeant teſtimonium bonum. Eccl.12. Curam habe de bono nomine.2. Tim. 2. Sollicitè autem cura teipſum probabilem exhibere Deo, operarium inconfuſibilem, rectè tractantem verbum veritatis. *Et obtulerunt ei omnes malè habentes.* Summa enim in aliquem conciendæ fiduciæ occaſio eſt, fama optima. Vt ſi quis ſanctitatis opinionem nactus ſit, tutiùs illi conſcientias ſuas multi committunt: & ſi quis medicinæ peritiam apud omnes habeat, è longinquiſſimis etiam locis ad eum ægri deducentur. *Obtulerunt ei variis languoribus & tormentis comprehenſos, ποικίλαις νόσοις, καὶ βασάνοις συνεχομένους.* Per languores diuturnæ infirmitates intelliguntur. Eccl. 10. Languor prolixior grauat medicum. Tormenta autem acerbitates & puncturas ſummorum dolorum deſignant: quales in Sciaticis, & aliis defluxionibus, quæ in neruos, & partes magis ſenſibiles fiunt: quales etiam inteſtinorum ſunt tormina, capitis vertigines, & ſimiles. *Quæ tormenta.*

B *Et qui dæmonia habebant*, quales tunc permulti, vt ex ſequentibus Deo dante audiemus. *Et lunaticos, καὶ σεληνιαζομένους.* Albertus Magnus in Matth. Sic duæ ſpecies afflictionum grauiores exprimuntur: quæ ſunt aut à principio extrinſeco, aut intrinſeco. Si ab extrinſeco, aut hoc eſt extrinſecum loco & ſubiecto, licet ſit intrinſecum effectu: & ſic ſunt lunatici. Aut eſt intrinſecum ſubiecto & non loco, per effectum quem imprimit vexans: & ſic ſunt dæmoniaci. Si autem eſt intrinſecum per cauſam coniunctam naturalibus, tunc ſunt paralytici. Febres autem & aliæ infirmitates importantur per languores & tormenta. Dionyſ. Carthuſ. in Matth. Lunatici nuncupantur, qui ſingulis lunationibus vexantur, & mente laborant: & hoc accidit, cùm luna eſt plena. Hierony. tamen hoc non à luna, ſed à dæmone pendere ſcribit, in Matth. Illi enim, inquit, putabantur lunatici, ob dæmonum fallaciam, qui obſeruantes lunaria tempora, creaturam infamare cupiebant, vt in creatorem blaſphemiæ redundarent. Siquidem ad lunæ radios magica multa Sathan inſtituerat, vt quaſi ab ipſa veneficia proficiſcerentur. Hoc & Theocritus in Eidyll. & Virgilius in Eclog. cuius titulus eſt Pharmakeutria, nobis exhibent. Thomas in Matth. hos etiam morbos ad magicam artem refert, quæ & dæmonum inuocatione fit, neque quod poſtulat aſſequitur, niſi ſub certis conſtellationibus: tunc enim dæmones veniunt, & id quòd quæruntur efficiunt, vt extollant creaturam, & inducant homines, vt illam aut magis timeant quàm Deum, aut maius bonum ab ea ſperent, quàm à Deo. Neque verò dæmones aliquid poſſunt, niſi per corporum virtutes. Non eſt autem dubium quòd corpora inferiora immutantur, ſecundum diuerſas immutationes corporum ſuperiorum. Et tunc diabolus inuocatus libenter venit, quando videt ſuperiora corpora operari ad illum effectum, pro quo inuocatur. In defectu autem lunæ humiditates deficiunt, & ideò tempus illud ad cerebri & mentis vexationem diabolus occupat. Euthymius in Matth. Lunatici, inquit, tenentur affectione corruptorum humorum. Quia enim luna cùm ad plenum lumen

D peruenerit, naturam habet, per ſplendorem ſuum attractiuam humorum, qui in corporibus ſunt, fit vt hi tunc turbentur. Frequens enim ac prauus vapor ab ipſis eleuatus, cerebrum dilaniat, hominémque contorquet: cúmque hoc à luna patiantur, lunatici appellantur. Verum & vtrumque eſt: lunæ nimirùm, & ipſius dæmonis virtute hunc morbum excitari. Theophil. in Matth. Lunaticos dicit dæmoniacos. Dæmon enim volens hominibus perſuadere quòd ſtellę maleficæ ſint, obſeruat lunam, cùm integra eſt, & tunc inſidiatur, vt videatur luna paſſionis & morbi cauſa, & infametur opificium Dei, quemadmodum & Manichæi errant. Sic concurrit Theophilactus in ſententiam Hieronymi. *Et curauit eos.* Neque illi aut herbis, aut medicaminibus opus erat, ſed ſolo verbo. *Et ſecutæ ſunt eum turbæ multæ de Galilæa & Decapoli & Hieroſolymis, & de Iudæa trans Iordanem.* Decapolis à decem ciuitatibus nuncupatur, quas præcipuas habet, Tiberiadem Sephet, Cedes, Nephtalim, Aſſor, Cæſaream Philippi, Capharnaum, Iouitera, Bethſaida, Corrozaim, & Bethſan, vt ſcribit Brocardus in deſcript. Terræ ſanctæ.

Alb. Mag. *Qui lunatici.*

Dionyſ. Carthuſ.

Hieron.

Theocrit. Virgilius. Thomas.

Euthym.

Theoph.

Brocard.

Petrus & Andreas, relictis retibus & naui: Iacobus quoque & Ioannes relicto etiam patre, vocantem Chriſtum ſequuntur: & tandem multitudine piſcium mirabiliter Chriſti verbo collecta, in fide confirmantur: vbi obiter de Petri authoritate diſſeritur.

Matth. 4.	Marc. 1.	Luc. 5.
Ambulãs autẽ Ieſus iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simõnẽ qui vocatur Petrus, & Andreã fratrẽ eius, mittentes rete in mare (erant enim piſcatores) & ait illis, Venite poſt me: & faciam vos fieri piſcatores hominum. At illi continuò relictis retibus ſecuti ſunt eum. Et procedens inde, vidit alios duos fratres, Iacobum Zebedæi, & Ioannem frãtrem eius in naui cũ Zebedæo patre eorum, reficientes retia ſua: & vocauit eos. Illi autem ſtatim relictis retibus & patre ſecuti ſunt eum.	Et præteriens ſecus mare Galilææ, vidit Simõnẽ & Andreã fratrem eius, mittẽtes retia in mare (erãt enim piſcatores) & dixit eis Ieſus, Venite poſt me, & faciã vos fieri piſcatores hominũ. Et protinꝰ relictis retibus, ſecuti ſunt eũ. Et progreſſus indè puſillũ, vidit Iacobũ Zebedæi, & Ioãnẽ fratrẽ eius, & ipſos cõponentes retia in naui: & ſtatim vocauit illos. Et relicto patre ſuo Zebedæo in naui cũ mercenariis, ſecuti ſunt eum.	Factũ eſt autẽ, cũ turbę irrueret in cũ vt audirẽt verbũ Dei, & ipſe ſtabat ſecus ſtagnũ Geneſareth. Et vidit duas naues ſtãtes ſecꝰ ſtagnũ: piſcatores autẽ deſcenderãt, & lauabãt retia. Aſcendẽs autẽ in vnã nauim quę erat Simõnis, rogauit eũ à terra reducere puſillũ. Et ſedẽs docebat de nauicula turbas. Vt ceſſauit autẽ loqui, dixit ad Simõnẽ, Duc in altũ: & laxate retia veſtra in capturã. Et reſpondens Simõ, dixit illi, Pręceptor, per totã noctẽ laborãtes nihil cepimus: in verbo autẽ tuo laxabo rete. Et cũ hoc feciſſent, cõcluſerũt piſciũ multitudinẽ copioſã: rũpebatur autẽ rete eorũ. Et annuerũt ſociis qui erãt in alia naui vt venirẽt, & adiuuarẽt eos. Et venerũt, & impleuerũt ambas nauiculas, ita vt penè mergerẽtur. Quod cũ videret Simõ Petrꝰ, procidit ad genua Ieſu, dicẽs, Exi à me, quia homo peccator ſum Domine. Stupor enim circũdederat eũ, & omnes qui cũ illo erãt, in captura piſciũ quã ceperãt. Similiter autẽ Iacobũ & Ioannẽ filios Zebedęi, q erãt ſocij Simõnis. Et ait ad Simõnẽ Ieſꝰ, Noli timere: ex hoc iã, hoĩes eris capiens. Et ſubductis ad terrã nauibꝰ, relictis oĩbus ſecuti ſũt eũ.

Ioã. F

G

Introductio.

H

Chryſoſt.

Summa.

Narratio.

I

Probati ſunt diſcipuli.

Ariſtotel.

Non præcipites Chriſtum ſecuti ſunt.

Gloſa.

Albertus.

Ambulare chriſti quid.

K

OMNIS Rex pugnaturus contra aduerſarium Regem, priùs cõgregat exercitum, & ſic procedit ad pugnam: creat autẽ in eo alios duces, capitaneos, & alia aliis officia deputat. Sic & Dominus cõtra diabolũ pugnaturus, fideles ſibi cõgregare cœpit, ex quibus principes, centuriones, cæteroſq; præfectos elegit, Apoſtolos nimirũ, quibus ſummã rerum Eccleſiaſticarũ concrederet. hæc Chryſ. hom. 8. Oper. imperf. in Matth. Itaq; cùm iam Chriſti prædicationis initiũ audierimus, operæpretiũ eſt, vt & vocationẽ Apoſtolorum attendamus. *Ambulans Ieſus iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonem qui vocatur Petrus, & Andream fratrem eius, mittentes rete in mare.* Primùm autẽ hîc meditari cõuenit, quòd non leuiter Apoſtoli ſecuti ſunt Dominũ, ne quis eos faſcinatos arbitretur: nõ enim hîc tantũ ipſum eſſe ſecuti leguntur. Priùs enim Ioãnis teſtimoniũ audierant, & ad ipſum ſe Chriſtum contulerãt, vt in ſuperioribus audiuimus. Ab eo verò tẽpore, quo primùm Chriſtũ agnouerũt, & quo in Cana Galilęæ, viſo miraculo, in ſua fide cõfirmati ſunt: rurſus ad propria & cõſuetũ laborẽ piſcationis redierũt: Chriſto id eis indulgẽte pro tempore, quia nondũ palã & publicè munus hoc, ad quod miſſus erat, obire cœperat. Nũc vbi hoc aggreſſus eſt, etiã Apoſtolis vt teſtibus aſſiſti voluit. Interim quoq; illis liberũ relinquebat, aut ab eo deſciſcendi, aut ſeipſos quid facto opus eſſet cõſulendi, ne fortè ſequẽdi eius præceps conſiliũ accepiſſe putentur. Quis enim non timeat iis, qui tã feruenti animo primũ aliquid aggrediuntur, ne in ipſo adytu animũ deſpondeãt? Nullũ violentum perpetuũ, inquit Philoſophus. Vnde &, Probẽtur Diaconi, & ſic miniſtrent, inquit Paulus. Probãtur Monachi, cæteri deniq; quibus ſpirituales Eccleſiæ gradus credũtur, ne temerè in eos inſiliãt. Ita ſinit Chriſtus ſuos aliquãdiu à ſe elabi, vt domũ ad cõſuetos labores remeãtes, vbi tẽpus adueniſſet, quo maturè deliberaſſe cenſerentur, nõ ſeducti, ſed inſtructi putarẽtur. Et prior quidẽ vocatio in Bethabara facta eſt, vbi tum Ioãnes baptiſabat: nõ illis piſcãtibus, ſed in ſolitudinẽ profectis, vt Ioannẽ audirent. Adde q; prior cõtigit ſtatim poſt Ioannis teſtimoniũ de Chriſto, hæc autẽ facta eſt Ioanne in vinculis poſito, cùm Chriſtus iam ſeipſum mundo manifeſtaret. Cæterùm, vt ſcribit Gloſa, piſcatores vocaturus ambulat iuxta mare, requirens ouem vbi illa errabat. *Ambulabat* autem non tam corporeis greſſibus, quàm irradiatione ſui luminis, vt ſcribit Albertus. Ad eum nimirùm modum, quo ſol curſum ſuum peragens, in nos ſuæ lucis cãdorem effundit. Etſi verò in omnes homines beneuolus eſſet, maximè tamẽ in piſcatores. Vnde vbi amor, ibi oculus fuit. Nam *iuxta mare Galilææ ambulat* maximè, vt & eos qui ibi piſcabantur, conuocet, & *vidit duos fratres Simonem & Andream.* Sap. 4. Reſpectus eius in electos ſuos. Oculo enim beneplaciti, & oculo miſericordiæ magis eos quàm externo intuitus eſt. Exod. 3. hoc ſe oculo populũ ſuũ vidiſſe dicit: Videns, vidi afflictionem populi mei qui eſt in Ægypto. Duos autem ſeligit, tum quia fratres erant, & alter alterius conſilia adiuuaret: tum vt nos charitatis fraternæ commonefaceret. Prou. 18. Frater qui adiuuatur à fratre, quaſi ciuitas firma. Eccl. 4. Væ ſoli: qui ſi ceciderit, non habet ſubleuantem: etſi

A etsi dormierint duo, fouebuntur mutuò. Petrus autem præmittitur à Matthæo, aut quia priùs illum Christus aspexit quàm Andream: aut quia Matthæus ætatem eius considerabat proue-ctiorem, aut inter Apostolos gradum sublimiorem, cùm eorum Coryphæus censeri deberet. Hoc scilicet illum Dionysius agnoscit, lib. de diuin. nominib. Et hic hactenus, vt diximus, vocatus fuit Cephas à Christo, cùm primùm illum Ioanne relicto, secutus esset. Andreas eius frater erat, vterque è vico Bethsaida, ad huius lacus oram, in quo piscabantur. *Vidit* vtrumque tunc, quos præuiderat, antequàm nati essent: immò à mundi constitutione prælegerat, vt essent sancti & immaculati. *Mittebant autem retia sua in mare, (erant enim piscatores.)* Et hæc sanè documenta virtutis sunt, tolerare pauperiem, & iustis laboribus viuere. Non enim inertes & desides Christus requirit, qui legem ab initio posuit, vt in sudore vultus nostri vescamur pane nostro. Genes. 3. Ille enim Dei verbum est, quo vt omnia creata, ita & omnis lex est posita. Nũ

B scilicet, vt olim Domitianus & Iulianus Christianis improperarunt, ad Christi religionem vocati sumus, vt aliorum laboribus viuamus? Scimus hanc esse legem à Paulo positam: Si quis nõ laborauerit, nec manducet. Hinc conscientia cuiusq; lenitur, vt Paulus ipse testatur, 2. Thess. 2. Hinc Tobias requirit, nequid domi suæ furtiuũ sit, (Tob. 2.) & Samuel gloriatur nullius asinum quidem accepisse, 1. Reg. 1. Hæc magna est homini consolatio, vt quantumuis diues & magnus sit, cùm ex illo fastu, ad seipsum, quasi Deo rationem suæ villicationis redditurus, redierit: nec alienis sudoribus ipse iners vixerit, nec alios, vt seruos & domesticos desides & inertes passus fuerit. Quid igitur non graue in eos, qui in communem omnium perniciem sibi vi-ctum comparãt? Itaque cùm illos bona conscięntia Christus duci videret, vt interim dum temporalia attenderent, non omitterent spiritualia, *dixit eis, Venite post me.* Non reiicit mechanicas artes, sed ex illarum professoribus seligit, qui toti liberali rerum diuinarum speculationi incum-

C bant. Ratio autem cur mechanicos eligit, est, quòd interim dum temporalia curant, spiritualia non omittunt. Venerant in solitudinem ad Ioannem, cum Christo contulerant: pauci res domesticas & corporales faciebant prę rebus spiritualibus. Itaque ille idem qui scrutatur renes & corda, illis potiùs quàm aliis, qui tum fortè aderant, piscatoribus dixit, *Venite post me*. Sciebat promptam eorum voluntatem: nouerat enim quid esset in homine. At verò non sic Prophetis euenit. Illi enim, quia in cordis intima penetrare non poterant, quosdam aliquando vocarunt, qui in proposito non perstiterunt. Habuit ipse Helisæus suum Giezi. Etsi & hoc Christus pati voluit in Iuda, non quòd ignoraret quidnam illi succederet: siquidẽ ab initio dixit, Nónne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est? sed quòd Ecclesiam militantem bonos &

D malos ministros complecti ostenderet, interim dum salua sunt & sacramenta, & verba. Micheas ipse aliquando suæ conditionis homines, sed & frustrà impensos labores deplorauit, dicens: Væ mihi, quia factus sum, sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ: non est botrus, & ficus præcoquas desiderauit anima mea. At verò non hîc fallitur Christus, qui falli non nouit: eos enim sibi selegit, qui ad crucis vsque martyrium ipsum testarentur. Vtrique enim & Petro & Andreæ datũ est in cruce mori. Ergo emphasim ista magis, quàm ea quæ cæteris dicuntur, habere videntur: sicut & quod post resurrectionẽ dixit Petro, Sequere me. Hoc enim dicebat, significãs qua morte esset moriturus. Ita & cùm nunc dicit, *Venite post me*, nõ modò ad Apostolatum, sed & ad martyriũ eos conuocare videtur: sicut & cùm ait alibi Petro, Vade post me Sathana. *Erant autem piscatores.* Hoc Gẽtilibus olim mirũ fuit, vt scribit Theodoretus, affect. Græcarũ sermone, de legibus, quòd piscatores Christus assumpserit, per quos vniuersum orbem sibi vendicaret. 2. Cor. 4. Ita sublimitas hæc fuit non hominum, sed virtutis Dei. Ideò, vt scribit August. tract. 7. in Ioan. Idiotas elegit, vt confunderet mundũ. Non purpurã elegit Chri-

E stus, non diuites & rhetores: non in his apparatibus agnoscitur spiritus Dei, sed, vt olim Helyæ ostensum est, in sibilo auræ tenuis, in humilitate & simplicitate. Seuerus Sulpitius lib. 1. de vita B. Martini, scribit aliquando dæmonem purpuratum D. Martino apparuisse. Atqui, inquit, nõ se Iesus purpuratum, & diademate renitẽtem prædixit. Prosper Aquitanicus, parte 2. cap. 22. & 21. de promissionibus & prædictionibus, huius typũ ex Samsone accipit, qui mola asini Philistæos occidit. Nam si per asinum, simplicẽ quemuis ex populo, per molã seu maxillam verbũ eius intelligamus: videbimus Philistæos seu sapientes omnes Apostolorum & hominũ simplicium verbis confusos esse, & prostratos. Quòd autem piscatores selecturus esset Christus, confirmat 3. parte de promiss. & prædict. cap. 12. & Isidorus lib. de resurrect. cap. 55. ex Hieremiæ vaticinio, cap. 16. Mittã, scilicet inquit Dominus, ad eos piscatores, & venatores, & venabũtur eos. Dixit ergo eis, *Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominũ*. Chrys. hom. 7. Oper. imp. in Matth. Ita intelligimus istam secũdam piscationẽ spiritualẽ, non solùm à Deo esse illis donatã,

cur Petrus præmittitur Andreæ. Dio. Areo.

Qui non laborat, nec manducet.

Non est aliorum laboribus viuendũ, sed nostris.

Cur Christus mechanicos elegit.

prædidens Christus voluntatẽ suorum, eos vocat.

Theodor. *Cur piscatores elegit.*

August.

Seu. Sulpi.

Prof. Aqui.

Typus in mola asini.

Isidorus.

prophetia.

Chrysost.

Quod rete.

ſed etiam primam illam corporalem Dei prouidentia fuiſſe in eis ordinatam. Nam ſicut qui re- F
tia iactat in aquam, neſcit quos piſces cõprehenſurus eſt, ſed quos Deus tranſmiſerit, illi intrãt
in retia: ſic & doctor, quando diuini ſermonis retia in populũ iactat, neſcit qui ſunt acceſſuri ad
Deum: ſed quoſcunque ille excitauerit, adhærẽt doctrinæ eius, quaſi hamo. Ergo ſicut in piſca-
tore labor ſolus piſcandi requiritur, Deus autẽ tranſmittit capturã: ſic & in doctore nihil requi-
ritur, niſi inſtantia doctrinæ. Populum autem non corrigit homo, ſed Deus. Sic enim dicit Do-
minus per Prophetã: (Zach. 3.) Dic hæc ad Ieſum filium Ioſedec ſacerdotẽ magnum: Si benè
Bernard. cuſtodieris aulam meam, dabo tibi, qui habitent in ea. Bernard. ſerm. 1. in S. Andream, ſeculum
hoc mari, piſces mundos electis, ſagenam autẽ Apoſtolicæ prędicationi comparat. Sed & naſſa
Eccleſia eſt, quæ licet homines legibus certis & ceremoniis retineat, ita tamen vt in ſecuritate
conſiſtant, ne à cæteris grandioribus monſtris huius maris, ne ſcilicet ab hæreticis & ſchiſma-
ticis deuorentur. Hîc orta tempeſtate piſcis ſecurus eſt: etſi non illi omnia ſint libera, expediũt
tamen omnia. Ad piſces illos capiendos, hamus eſt verbi, cibus dulcedinis illius æternæ expe- G
Hierony. ctatio, piſcatores Apoſtoli, & eorum ſucceſſores. In eã rem Hieron. lib. 7. in Ezech. confert E-
Viſio piſca- zechielis ipſius viſionem (cap. 47.) de piſcatoribus, quorũ retia ab Engaddi vſque ad Engallim
torum. extenſa erant: quorum & illi ita ad ſe homines pellexerunt, vt interim aquã baptiſmatis, à latere
dextro templi Chriſti egredientem, & fructus ſalutiferos nanciſcerentur. Apud Iob quidẽ legi-
tur, Nunquid extrahere poteris Leuiathan ferro? Neque enim humanæ virtutis fuit Apoſtolis
& Sathanæ fraudes è profundo huius ſeculi educere, & ipſum Sathanam cõfundere, & homi-
nes ad ſe piſcari. Vnde dixit, *faciam.* Ego ipſe vobis id muneris dabo, ego per vos id exequar,
Chriſtus quod ad ſpiritualem hanc piſcationem opus fuerit. Sic Matth. 10. Non vos eſtis qui loquimini,
fecit piſca- ſed ſpiritus Patris qui loquitur in vobis. Ne contendatis, quomodo fieri poſſit, vt vos ſimplices
tores homi- & idiotæ homines ſeculo, peccatis, & impietati addictos piſcari valeatis ad ſalutẽ. Ego ipſe *fa-*
num. *ciam* vos tales: vt vos eligo, ita dirigam & perficiam omnia quæ ad piſcationem illam ſpiritua- H
lem ſunt neceſſaria. Hoc nec Principes, nec Imperatores dare poſſunt, quorum leges niſi natu-
rali lumine illuſtrentur, in momento pereunt, & quorum perit cum ſonitu memoria. Sed ego
elegi vos, & poſui vos, vt eatis, & fructum afferatis, & fructus veſter maneat. Id ſolum vobis cu-
ræ ſit vt me ſequamini, & obſequentes mihi fueritis. *Faciam* enim *vos fieri piſcatores hominum.*
Offerte promptam voluntatem, ſupplebo ego omnia, & ero in vobis. Sic Paulus: Omnia poſ-
ſum in eo qui me confortat. Et rurſus: Chriſto exhortante per nos. Et hic finis eſſe videtur o-
mnis Eccleſiaſticæ poteſtatis, qui & piſcatorum: nimirùm vt ſicut illi contendunt in piſces vt
eos capiant, & è mari aut flumine extrahant: ita & qui Eccleſiæ miniſteriis præficiuntur, vnum
hoc pro obiecto fine ſibi præfigunt, vt homines ex hoc ſeculo nequam eripiant, & verbo Dei
allectos in Eccleſiæ ſagenam expiſcentur. Sic paucis verbis Chriſtus multa complectebatur. I
At illi continuò relictis retibus ſecuti ſunt eum. Hæc prompta obedientia non tam faciles eo-
Obedientia rum mentes, quàm vim ſpiritus eos impellentis indicat. Nam & de ipſis Euangeliſtis in viſio-
diſcipulo- ne Ezechielis dicitur: Quocunque ibat ſpiritus impetus, illuc & gradiebantur. Et hæc Deus
rum. requirit obſequia, quæ prompto & alacri animo illi exhibentur. Philo Iudæus, lib. de ſacrific.
Philo. Abelis & Cayni, docet Cayni vitium fuiſſe, quòd poſt aliquot dies obtulit, id eſt, non ſtatim
atque frater eius: Ingrata autem hæc eſſe obſequia Deo. Hinc ſcilicet Agnum feſtinanter &
pedibus calceatis mãducari voluit. Vnde inuehit in eos qui procraſtinant, docẽs etiam eo fie-
ri, vt non proſint ægrotis pharmaca, quoniam nec ſtato tempore ſumuntur, & ad creata potiùs
quàm ad creatorem cõfugimus. Itaque ſeu quis det eleemoſynam, ſeu aliud pium opus faciat,
Greg. Papa. alacriter & prompto animo faciat. Greg. Papa, hom. 5. horum factum exaggerat. Nulla adhuc,
inquit, miracula viderãt, nihil ab eo de præmio æternæ retributionis audierant, & tamẽ ad vnũ K
Magna ho- Domini præceptũ, hoc quod poſſidere videbãtur, obliti ſunt. Quanta nos eius miracula vide-
minũ du- mus, quot flagellis affligimur, & tamen vocantẽ ſequi contẽnimus? In cœlo iã ſedet, qui de cõ-
rities. uerſione nos admonet: iã iugo fidei colla Gentiũ ſubdidit, iã mundi gloriã ſtrauit, huius iã ruinis crebreſcentibus diſtricti iudicij diẽ appropinquantẽ denunciat: & tamen ſuperba mens no-
ſtra adhuc nõ vult hoc ſpõte deſerere, quod quotidie perdit inuita. Quid ergo fratres chariſſi-
mi, quid in eius iudicio dicturi ſumus, q̃ ab amore præſentis ſeculi nec præceptis flectimur, nec
verberibus ẽmendamur? Sed fortè aliquis tacitis ſibi cogitationibus dicat: Ad vocẽ Dominicã
vterque iſte piſcator quid aut quãtum dimiſit, qui penè nihil habuit? Sed hac in re, fratres cha-
riſſimi, affectum potiùs penſare debemus, quàm cẽſum. Multum reliquit, qui ſibi nil retinuit.
Multũ reliquit, qui quantũlibet paruum, totũ deſeruit. Certè nos & habita cũ amore poſſide-
mus, & ea quæ nõ habemus, ex deſiderio quærimus. Multum ergo Petrus & Andreas dimiſit,
quando

A quando vterque etiam desideria habẽdi dereliquit. Multum dimisit,qui cum re possessa,etiam concupiscentiis renunciauit.A sequentibus ergo tãta dimissa sunt,quanta concupisci potuerũt à non sequentibus.Nemo igitur etiam,cùm quosdam cõspicit multa reliquisse,apud semetipsum dicat:Imitari mundi huius contẽptores volo:sed quod relinquã,nõ habeo.Multa, Fratres, relinquitis,si desideriis terrenis renunciatis.Exteriora enim nostra Domino,quantũlibet parua sufficiunt:cor namq; & substantiã pensat.Nec perpendit quantũ in eius sacrificio,sed ex quãto proferatur.Nã si exteriorem substantiã perpendamus,ecce sancti negotiatores nostri perpetuã Angelorum vitam datis retibus & naui mercati sunt.Philo Iudæus lib.Quòd deterius potiori insidiatur,docet alia bona à sapientibus,alia autem à mundo existimari.Et quidem qui gustauerit quàm suauis sit Dominus, & diues in omnes qui obsequuntur ei: adinstar Pauli, omnia huius mundi lucra detrimentum existimabit,& reputabit velut stercora.Ergo dicat aliquis,Ita B Christus sequẽdus est,vt & hic rete,& ille officinam suam,hic furnum, alius verò lanificinam relinquat?Id si fiat,vbi panifices,tinctores,mercatores,dicam etiam piscatores? Verùm & hoc non ab omnibus requirit Dominus: sat est vt affectum suum ex his mundi lucris liberent, & Christo consecrent.Itaque ratio,qua aliqui vocantur,attendenda est. Si enim quis ad simplicẽ Christianismum vocatur, non eapropter deserere debet vocationem suam, seu fuerit pastor, seu coquus,seu alterius cuiusuis mechanici artificij, si modò cum eo minimè coniuncta malitia fuerit.Quòd si ad grauiora vocatur,vt ad onera Ecclesiastica,sicut & vocabantur Petrus & Andreas ad Apostolatum,tunc debet & seculi huius negotiis renuntiare. Vnde & Paulus:Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus. Omnibus quidem Christianis præcipitur renunciate diabolo, mundo & pompis eius:non tamen omnibus præcipitur relinquere retia, & artes mechanicas.Præcipitur quidem abstrahere affectum suum ab iis, ita illis sic incumbere,vt interim mẽtem semper in Deum eleuatam habeamus,& nos nostráque ei deuoueamus. C Præcipitur tibi,qui Christianus es,ne tu sic manuum tuarũ labori incumbas, vt quæ Dei sunt relinquas:Sed &,vt cecinit Psaltes,diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Radix enim omnium malorum est cupiditas,1.Tim.6.Gregor. Epist.11o. ad Syagrium Heduorum Episcopum. Bonorum enim authori aliter inhærere non valemus,inquit,nisi cupiditatem à nobis, quæ omnium malorũ est radix,abscindamus. *Itaque continuò relictis retibus secuti sunt eum.* Cõtinuò, inquit,ad vnius iussionis vocem.Ps.94.Hodie si vocẽ eius audieritis,nolite obdurare corda vestra.Cant.2.Sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis. Reliquerunt autem retia,non affectu solũ,sed actu.Matt.19.Ecce nos reliquimus omnia.*Et secuti sunt eum.* Hæc operis istius corona & consummatio est.Multi enim reliquerunt omnia, nec tamen omnibus hoc profuit ad salutem.Cicero lib.5.Quæst.Tusc.scribit, Philosophorum permultos opima præmia & agros reliquisse,vt peregrinarentur liberiùs,& sibi summum Philosophiæ gradum comparare̅t. D Relinquebat omnia Bias,qui flagrantem domum relinquens,cùm quidam eũ argueret, quòd ex ea saltẽ aliquid non auferret,respondit:Omnia mea mecũ porto: Sunt & apud Turcas Eremitæ,qui seculi diuitiis & honoribus renuntiauerint. Etsi hoc maximum esse videatur, maius tamen succedet,si sequamur Christum.Hæc illis scilicet minimè profuerant, quia Christum viæ suæ ducem non habebant.Iob.23.Secutus sum viam eius, & non declinaui ex ea.Daniel. 3. Et nunc sequimur te in toto corde nostro, & timemus te. Philip.3. Sequor si quo modo comprehendam, in quo & incomprehensus sum. *Et procedens inde vidit alios duos fratres Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem eius in naui, cum Zebedæo patre eorum, reficientes retia sua.* Ita scilicet,vt olim synagogæ Iudæorum non solus Moyses,sed & Aaron delecti sunt, Christus non solùm Petrum, sed & Ioannem selegit.Fuerat verò & hoc tandem cõsilium Ie- E tro ad Moysen,vt eligeret tribunos,centuriones,iudices,qui odissent auaritiam, quorum apud omnes optimum testimonium esset.Ecce igitur & istos eligit, quorum nota suis, sed maximè Christo probitas est:quorum etiam longè ab auaritia affectus fuisse proditur, cùm vt cæteri & retia & nauem relinquunt.Exprimit autem eorum cõditionem à nomine,cognatione,genere, arte,actu, pietate: & primùm vocantis eos dispositionem notat,cùm ait, *Procedens inde.* Nec enim pius Dominus expectat donec ad illum veniamus: hoc enim quomodo fieri posset, vt præueniamus eum,qui præuenit nos in benedictionibus dulcedinis? Quis prior dedit illi,& retribuemus ei? Augustin. lib.2. contra duas Epist. Pelag. c.9. Benedictio dulcedinis, est gratia Dei, qua fit in nobis, vt nos delectet, & cupiamus, hoc est, amemus quod præcipit nobis: In qua si nos non præuenit Deus, non solùm non perficitur,sed nec inchoatur ex nobis. Sine illo nihil possumus facere, profectò nec perficere, nec incipere. 2.Corint.3. Quia vt incipiamus,dictum est,Misericordia eius præueniet me. (Psal.58.) Vt perficiamus, dictum est

Quis nunc pro Christo aliquid dimittat.

Philo.

Anomniũ est Christi discipulos seu Apostolos fieri.

Omnibus præcipitur renuntiare retibus mũdi huius.

Gregor.

Cicero.

Etiam Philosophiæ gratia multa relicta sunt.

Vocatio Ioannis & Iacobi.

Augustin.

Gratia præueniẽs.

Idē Aug. (Psal.22.)Misericordia eius subsequetur me. Et tom.4.lib.de bono voluntatis, c.17. Arbitrium F
voluntatis humanæ nequaquam destruimus,quando Dei gratiam, qua ipsum adiuuatur arbi-
trium,non superbia negamus ingrata,sed grata potiùs pietate prædicamus. Nostrûm enim est
velle:sed voluntas ipsa etiam mouetur,vt surgat:& sanatur, vt valeat: & dilatatur,vt capiat: &
impletur,vt habeat. Quis enim saluus fieret, nisi Deus hunc requireret, & præueniret? Ideò
procedens inde Iesus,& quasi requirens eos,quos sibi ab æterno prælegerat, *vidit alios duos, Ia-*
Hierony. Beda. *cobum Zebedæi* filium, *& Ioannem* Euangelistam *fratrem eius.* Hieronymus & Beda sentiunt,
vt diximus,Ioannem istum fuisse sponsum,in cuius nuptiis aqua in vinum conuersa est,quód-
que tum primùm à Domino ad discipulatum vocatus sit.Rediit igitur tandem ad opus suum,
donec secundò vocaretur à Christo. *Et vocauit eos*,non modò externa voce, sed & interna in-
spiratione.Roman.8.Quos prædestinauit,hos & vocauit. Vocare autem interiùs, nihil aliud
est quàm humanæ menti auxilium præbere,ne quid obstet, sed & media dentur ea sequendi G
quæ iubet.Potuit verò & eos iisdem verbis vocare, quibus Petrum & Andream. *Illi verò sta-*
Vis verbi Christi. *tim relictis retibus & patre suo* Zebedæo, *secuti sunt eum*. Magna vis sermonis quæ hucusque
agat,vt & homo omnia, patrem etiam suum contemnere videatur. Sic statim atque Helyas
Helisæum arantem in agro pallio suo operuit, Osculer, inquit, oro te, patrem meum & ma-
trem meam,& sic sequar te. Hic est gladius Verbi, de quo Christus alibi:Non veni pacem
mittere,sed gladium,& separare filium à patre suo.Qui enim diligit patrem aut matrem plus-
quàm me,non est me dignus. *Statim*, sine mora cuncta reliquerunt.Ecclesiast.5. Non tardes
conuerti ad Dominum. Ita videmus non frustrà Christum illos vocasse, quem tam prom-
pto animo sequantur. Atque vtinam ita omnes eligat, & præficiat idem ipse Ecclesiæ suæ,
quotquot præficiendi sunt: vt iisdem rectoribus gubernetur, quos operis sui vicarios ei-
Albertus. dem contulit præesse pastores. Itaque, vt scribit Albertus in Matthæum, Nullus se inge- H
rat,nullus prece vel obsequio emat, nullus violenter minis, vel precibus armatis introducatur,
nullus sanguinis proximitate promoueatur: sed quem vocat Deus.Heb.5. Nec quisquam sibi
Tho. Aqu. assumat honorem, sed qui à Deo vocatur tanquam Aaron. Thomas Aquinas post Alb. Ma-
An liceat patrem relinquere Religionis, aut Monastices gratia. gnum,hîc quæstionē mouet: Liceátne alicui sequendæ Religionis,seu Monastices prætextu,
relinquere parentes in extrema necessitate?Dicendum,inquit,quòd consilium nunquam præ-
iudicat præcepto.Atqui Exod.20.præceptū est,vt honoremus parentes: & ideò si pater nullo
modo posset viuere,nisi adiutus à filio,reuocandus est filius à proposito religionis,vt Monasti-
cam illam professionem non aggrediatur. Sed hic casus locum non habuit in Zebedæo, cùm
sibi auxilio esse posset, & haberet necessaria. Neque etiam contrà nitente patre id fecisse pro-
babile est,cùm legamus tantis votis matrem illorum Christo adhæsisse. *Factum est* enim,*cùm*
turbæ irruerent in eum, vt audirent verbum Dei, & ipse stabat secus stagnū Genesareth. Hoc scribit I
Lucas,quod velut redditionem causæ,propter quam tā promptis animis quatuor isti discipuli
Christum sequerentur, inferere possumus:non tamen quòd contigerit post illorum hanc po-
stremam vocationem:siquidem,vt in superioribus notauimus, prima discipulorum vocatio ad
familiaritatem facta est in solitudine,secunda ad pleniorem fidei confirmationem nunc agitur,
Alia Petri vocatio. quando Petrus visa miraculosa piscium multitudine,procidit ad genua Iesu:postrema autem,
quādo simpliciter omnia reliquerunt,& secuti sunt eum.Si quis enim requirat, quid factū est,
quod illos adeò ad Christum sequendum impelleret,vt omnia sua, parentes etiam suos relin-
querent?*Cùm turbæ*,quæ illum per totam Galilæam secutæ fuerāt,illi etiam & qui ægrotos ob-
tulerant,& quicunque ab eo sanati fuerant,*irruerent*,& magno feruore,& copiosa multitudine
ad illum affluerent.Græca enim habent, ἐν τῷ τὸν ὄχλον ἐπικεῖσθαι αὐτῷ, cùm turba irrueret K
illi, siue vrgeret eum. *Vt audirent verbum Dei*, aut Christum ipsum, qui est verum & æterni
Dio. Cart. Patris verbum,aut eius sermonem.Dionys.Carthus.in Luc.Desiderabant enim non solùm eū
aspicere, & audire, sed etiam tangere: & posteriores impellebant priores, ita vt cum impetu
Christi mirabilis pulchritudo & gratia. quodam irruerent ad eum. Quis enim bonæ mentis non appeteret tam dulcem & pulchrum
aspicere,tam sapientem & eloquentē audire,tam studiosum & sanctum tangere,tot & tantorū
mirabiliū operatori astare,præsertim quia gratiosissimū habebat,delectabilissimumq; aspectū?
Immò in Reuelationibus sacratissimæ Brigidæ, credibiliter legitur dignissima virgo Maria lo-
Brigida. qui ad Brigidā,quòd quicunq; desolatus seu tristis vultū filij sui aspexerat,mox releuamē sensis-
set:adeò vt qui perturbationibus his cōprimerentur,dicerēt, Eamus ad filiū Mariæ, vt eius cō-
solemur aspectu.Nec mirū.Ipse enim est,de quo Psaltes prędixit:(Psal.14.)Speciosus forma præ
filiis hominū.Deniq; multi sanctorū tantæ leguntur sanctitatis & gratiæ extitisse, vt quasi An-
gelicum vultum haberent,apparente in eorum facie splēdore & gratia mirabili:sicut & intue-
bantur

A bantur vultum Stephani, quasi vultum Angeli stantis inter illos. (Act. 7.) Quãtò magis hoc ita fuisse credendum est in eo, in quo omnis plenitudo diuinitatis corporaliter inhabitauit, non solùm per gratiam sicut & in cæteris, sed & per hypostaticam vnionem, cuius & anima adeò beatificè fruebatur, in quo tanta gratia erat, quantam capere mens creata minimè potest? Et magni quidem meriti est desiderium verbi, quod ipsam quoque irreuerentiam turbæ in eum irruentis excusat. Esa. 55. Ideò Dominus inuitabat omnes per Prophetam: Omnes sitientes venite ad aquas, sapientiæ scilicet & salutis. Beda in Luc. Turbarum autem conuentus ad eũ, Beda.
Gentium in fide concurrentium typus est: de quibus Esaias: Et fluent, inquit, ad eum omnes Gentes, & ibunt populi multi, & dicent: Venite, ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob. *Et ipse stabat secus stagnum Genesareth.* Illud idem, vt diximus, ab aliis mare *Genesareth*
Galilææ, & mare Tiberiadis nuncupatur. Genesareth autem dictum est à regione adiacente, *vnde dicta.*
B quam alluit, vt scribit Iosephus lib. 3. de bello Iud. c. 18. Quin & Iosue 19. ciuitatis Cenereth Iosephus.
in tribu Nephtali fit mentio. Plinius lib. 5. nat. histor. cap. 15. stagnum istud ex Iordanis fluuio Plinius.
ita describit: quòd vbi prima conuallium occasio est, in lacum se fundit, quem plures Geneza- *Quis iste lacus.*
tam vocant, sexdecim millium passuum longitudinis, sex mille latitudinis, amœnis circum-
septum oppidis. Iosephus autem lib. 3. de bell. Iud. cap. 18. Lacus autem Genezar, inquit, à terra Iosephus.
quidem continente appellatur, quadraginta verò stadiis in latitudine patens, centúmque in longitudine, aquæ dulcis est, atque potabilis. Palustri enim crassitudine tenuiores habet latices, & vndique in littora & arenas desinens, purus est: ac præter hoc temperatus ad hauriendum, & fluuio quidem, siue fonte leuior est, semper autem frigidior, quàm lacus diffusio patitur, manet: æstiuisque noctibus eius aquæ sub diuo perflatæ nequaquam æstibus cedunt: id enim facere indigenis moris est. Varia autem sunt in eo piscium genera, ab alterius loci piscibus, tã
C sapore quàm specie discreta. *Secus hoc stagnum stabat Dominus*, vt omnes ex circumuicinis oppidis exciperet, & commodiorem piscatoribus illum audiendi occasionẽ daret. *Et vidit duas naues stantes secus stagnum:* id est, ad littus laci illius, prout moris est: *Piscatores autem* Petrus & Andreas, Ioannes & Iacobus, & alij fortè illis associati, *descenderant* è nauibus egrediendo, & aquam ad ipsam ripam ingressi, *lauabant retia sua*, vt purgata plicarent, quia nihil ceperant. Volebant autem ad tempus à piscatione quiescere, vt simul cum turba ad Iesum confluerent, & illum cum cæteris audirent. *Ascendens autem in nauim quæ erat Simonis* & Andreæ fratris eius: Matthæus enim vtrumque piscationi intẽtum fuisse scribit: *rogauit vt à terra reduceret pusillum.* Imperare potuit, sed rogare voluit: vt intelligamus quàm suaue sit iugum illius, & onus leue. Non enim tyrannico nos imperio adigit ad seruitutem, & eorum executionem, quæ mã- *Christi mã*
dauit: sed & vt nostræ salutis amantissimus, nos sæpiùs amore, & aliquando quasi precibus in- *suetudo.*
D ducit: vt cùm ait, Populе meus, quid feci, aut quid molestus fui, respondе mihi. Et apud Ezechielem: Vt quid moriemini domus Israël. Et ipse Christus: Quoties volui, ô Hierusalẽ, congregare filios tuos sub alas, & noluisti? *Rogat* omnium Dominus, ne quod coactum obsequium illi gratum esse putemus. Voluntatem requirit, cor postulat. Nulla enim necessitas homini posita est: sed ita medius inter ignem & aquam constitutus est, vt ad quodcumque voluerit, porrigat manum suam. Non trahit ille nolentem, sed rogat, & inducit vt velit. August. Augusti.
lib. 3. Hypognosticõ. Est igitur liberum arbitriũ, quod quisquis esse negauerit, Catholicus non *Liberum arbitrium.*
est. Quibus enim dicitur in Psalmis, nisi liberum arbitrium habentibus, (Ps. 33.) Venite filij, audite me, timorem Domini docebo vos? Quos etiam aliquid facere rogaret, nisi qui aut acquiescere possent, aut non obedire? *Rogat* ergo *à terra reducere pusillum*, id est, nauim ad modicum spatiũ in aquam dirigere, vt non adeò à ripa distaret, quin ex ea Christus à populo cõ-
E modè audiri posset. Hoc autem faciebat, vt & ab omnibus commodiùs etiam videretur, nec ipsæ turbæ sibi offendiculo essent. Et magna sanè ista dignatio & mansuetudo Christi est, quòd Petrum pro tam parua re sic rogauerit, ne vllo modo illi molestus esset. In quo Prælatis omnibus exemplum præbuit, vt malint amore suos continere, aut errantes in gregem reuocare, quã furiis & fulminibus absterrere: & semper cupiant magis amari, quàm timeri. Verùm è contra- *Superbia*
rio faciunt, qui se præsumptuosè in homines subditos efferentes, illos bestiis abiectiores cẽsent, *magnatũ ĩ*
illis ad nutum imperant, illos imperiis suffocant: quibus & istud Deus per Ezechielem impro- *subditos.*
perat: (cap. 34.) Cum austeritate imperabatis ouibus meis, & cum potentia. Theophil. in Luc. Theoph.
hîc etiam Petri obedientiam commendat. Nam & Christum in nauem suam suscipit, & in *Cur nauim*
omnibus obedit. Quòd autem vult nauim à portu paulùm abduci, vt à populo secernatur, *à portu abducit.*
Bonauentura in Luc. obseruat, præter superiores rationes, designari Christi doctrinam ab Bonauent.
hominum carnalium esse semotam. Qui enim, inquit, vult alios docere, debet interiori affectu

terrena contemnere, & exterioribus moribus turbas præcellere. Exod.23. Non sequeris turbã F
ad faciendum malum, nec acquiesces in iudicio plurimorum sententiæ. *Et sedens, docebat de*
Gregor. *nauicula turbas.* Ita nimirùm seiuncta erat à terra, vt interim ab omnibus audiri posset. Greg.
lib.17. Moral.in Iob.cap.26.ex hoc loco colligit, Vnumquemque diuini verbi doctorem ita
se in dicendo componere debere, vt capacitati auditorum satisfaciat. Ecce scilicet, inquit, na-
Capacitati auditorum consulat cõcionator. uem pusillum reduci monet, & tamen à terra præcipit remoueri: profectò significans prædi-
catores suos debere rudibus populis, nec alta nimis de cœlestibus, nec tamẽ terrena prędicare.
A qua itaque ligatur in nubibus, quia prædicatorum scientia infirmorum mentibus loquens,
quantum sentire valet, docere prohibetur. Nam tametsi prædicatores hominibus placere mi-
nimè debeant, & verba sua ita componere, vt popularem aurem captent, sicut pluribus verbis
Chrysost. demonstrat Chrysostom.lib.5. de sacerdotio, circa finem: nihilominus illis prudenter homi-
Mysticam nauim Petri christus ascendit. num ætati, conditioni, doctrinæ aut simplicitati ita consulendum est, vt omnibus satisfaciant, G
& vitæ spiritualis cibum porrigant. Neque sanè vacat mysterio nauis ista Petri, quam Domi-
Ambros. nus ascenderit, & ex qua turbas docuerit. Ambrosius lib.5.in Luc.cap.18. Hęc est, inquit, illa
nauis, quæ adhuc secundum Matthæum fluctuat, quæ secundum Lucam impletur piscibus;
vt & principia Ecclesiæ fluctuantis, & posteriora exuberantis cognoscas. Pisces enim sunt, qui
Augusst. hanc enauigant vitam. Augustinus lib.2. Quæst. Euangelic. quæst.2. Quòd autem Domi-
nus docet de nauicula turbas, significauit hoc tempus, quãdo Dominus de authoritate Eccle-
siæ doceret Gentes. Quòd Dominus ascendens in nauim, quæ erat Petri, rogat eum à terra
reducere pusillum: significat vel temperatè vtendum verbo ad turbas, vt nec terrena eis præ-
cipiantur, nec sic à terrenis in profundiora sacramentorum recedatur, vt ea penitùs non intel-
Beda. ligant: vel priùs in proximis regionibus Gentibus prædicandum. Beda in Luc. Quia ergo sta-
gnum, siue mare, præsens seculum designat, Dominus secus mare stat, postquàm vitæ labentis H
mortalitatem deuincens, in ea qua passus est, carne stabilitatem perpetuæ quietis adiit. Con-
uentus turbarum ad eum confluentium, Gentiũ in fide concurrentium typus est. Duæ naues
secus stagnum positæ, circuncisionem & præputium figurant. Quas benè Iesus vidisse per-
hibetur, quia in vtroque populo, nouit Dominus qui sunt eius. Eorúmque cor à fluctibus se-
culi huius ad futuræ vitæ tranquillitatem, quasi ad soliditatem littoris videndo, hoc est mise-
ricorditer visitando, prouehit. Piscatores autem descenderãt, & lauabant retia. Piscatores sunt
prædicatores, qui nos rete fidei comprehensos, & de profundo ad lumen elatos, quasi pisces
littori, sic terræ viuentium aduehunt. Ascendit igitur Christus in nauem Petri, quæ Ecclesiã
Petro committendam significabat, & ex illa docebat turbas: quia idem ipse, etsi subductus
sit à populo, & ab omni corruptione semotus, tamen in medio Ecclesiæ sedit, in prælatis: lo-
quitur, per prædicatores: consecrat, per ministros. Matth. 18. Quoties duo ex vobis consen- I
serint super terram, in medio illorum sum. Matth.vlt. Ego vobiscum sum vsque ad consum-
Bonauent. mationem seculi. Bonauent.in Luc. Sedere autem spectat ad authoritatem personæ docentis,
& iudicãtis. Ps. 79. Qui sedes super Cherubim, manifestare coram Ephraim, Beniamin, &
Manasse. Ita igitur docebat turbas. Ioel. 2. Filij Syon exultate, & lætamini in Domino Deo
vestro, quia dedit vobis doctorem iustitiæ, & descendere faciet ad vos imbrem matutinum
& serotinum, sicut in principio. Et ideò supra mare stabat, quia de profundo incompre-
hensibili, quasi rorem paruum sapientiæ ad nos transmitit. Iob.26. Cùm vix paruam scintillam
sermonis eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis illius sustinere? *Vt cessauit au-*
tem loqui ad populum, ne tantùm verba sibi dari existimarent, vt & illis testimonium faceret
opera mirabilia, *dixit ad Simonem* Petrũ, in cuius nauim ascenderat, & qui secum in ipsa naui K
erat: dixit, inquam, non rogando vt priùs, sed nunc summa authoritate iubendo: *Duc in altum,*
id est, nauem altiùs in mare ex littore eleua, ad profundiora loca. Altum enim hîc pro profun-
do sumitur. Ioan.4. Puteus altus est. Ps.68. Veni in altitudinem maris. *Et laxate retia vestra*
Theoph. *in capturam.* Theophil. in Luc. Ita Petrum, quia illum in nauim exceperat, remunerare vole-
christ⁹ hospitalitatẽ compensat. bat: bifariam enim ei benefecit: quia & multitudinem piscium ei donauit, & discipulum
suum fecit. Ita docebat misericordiæ opera copiosa mercede donari. Heb.13. Hospitalitatis
Leo. nolite obliuisci: per hanc enim placuerunt quidam, Angelis hospitio receptis. Leo serm.3.de
collect. Quamuis autem maior speretur reditus de maiore semente, potest tamen etiam de
exigua satione fructus prouenire iustitiæ. Iustus enim est iudex & verax, qui neminem fraudat
mercede meritorum. Et ideò nos curam vult habere pauperum, vt in futuræ retributionis
examine, misericordibus, quam promisit misericordiam, largiatur Christus. Pauca quidem
Petrus Christo præstiterat: sed hîc & obedientiæ & charitatis officiis illum Christus ad maiorẽ
retributionem

A retributionem præparabat. Cæterùm vt mare seculum, nauis Ecclesiam, populus fideles, aut eos qui ad fidem vocandi erant, significabant: Petrus quoque præfectus Ecclesiæ præsagiebatur, cui præ cæteris dictum est, *Duc in altum.* Eius enim est naui seu Ecclesiæ prospicere, quomodo regenda, & ad fideles docendos, in portum: ad infideles reducendos, in altum deducenda sit. Ab eo, cæteros qui Ecclesiam in partes incognitas dilatare contendunt, benedictionem, & expressam licentiam accipere oportet: cùm & ipsi Apostoli, non nisi eo consulto, in varias mundi regiones profecti sint. Act. 14. Ita segregatus fuit Barnabas & Paulus: ita demum concilio facto Hierosolymis alij in alias oras profecti sunt. Chrysostom. hom. de Petro & Helya, ideò vocat τὸν πρῶτον τῆς ἐκκλησίας, primum Ecclesiæ, seu principalem: è quo nimirùm cæteros pendere oportuerit. Luc. 22. Tu autem conuersus confirma fratres tuos. Leo ser. 3. in Anniuersario de assumptione eius ad culmen & onus Pontificium: id Christũ Petro dispensasse docet, B non quòd ipsius Petri ope indigeret, qui iam se posse omnia testabatur, sed vt ordinem in Ecclesia præscriberet. Verbum enim caro factum fuerat, inquit, & habitabat in nobis, vt reparando humano generi totum se Christus impenderet. Nihil indispositum sapientiæ, nihil erat arduum potestati. Famulabantur elementa, ministrabant spiritus, Angeli seruiebant, nec vllo modo poterat inefficax esse sacramentum, quod simul ipsius Deitatis vnitas operabatur, & trinitas. Et tamen de toto mundo vnus Petrus eligitur, qui & vniuersarum Gentium vocationi, & omnibus Apostolis, cunctisque Ecclesiæ patribus præponatur: vt quamuis in populo Dei multi sacerdotes sint, multique pastores, omnes tamen propriè regat Petrus, quos principaliter regit & Christus. Hanc potestatem Petri successoribus communicatam scribit Leo, cùm adiicit: Petro enim ideò hoc singulariter creditur, quia cunctis Ecclesiæ rectoribus Petri forma præponitur. Itaque & Petro & successoribus eius hæc dicta putentur, vt *laxent retia in* C *capturam:* id est, ita sua authoritate vtantur, vt non modò Gregem Christi fideliter custodiãt, & caueant ne pisces, quos iam in nauiculam suam attraxerunt, conseruent: sed & alios, infideles, Barbaros, Turcas, hæreticos in agnitionem veritatis deducant. Augustin. lib. 2. Quæst. Euang. qu. 2. Et priùs quidem, inquit, in proximis Gentium nationibus prædicandum fuit (vt in Palestina, & circumuicina regione:) Demùm ad remotiores, Gentes proficisci: quod significat, dicens, *Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam.* Sicut & Esaias dicit: Tollite signũ in Gentes, ad eas quæ propè, & ad eas quæ longè. Ambrosius scripturæ profunda mysteria per altum significari docet. Ex quo etiam docemur, summi Pontificis esse altos & profundos scripturæ sensus approbare, & omnẽ fidei, aut interpretationis veritatem, à summæ illius dignitatis censura pendere. Augustin. tom. 2. Ep. 166. ad Donatistas: Eapropter, inquit, cùm Constantinus non ausus esset de causa Episcopi iudicare, eam discutiendam, atque finiendam D Episcopis delegauit. Quod factum est in vrbe Roma, præsidente Melchiade Episcopo illius Ecclesiæ, cum multis collegis suis. Qui cùm Cæcilianum innocentem pronunciassent, & Donatum, qui schisma Carthagini fecerat, sententia percussissent: iterum Donatistæ ad Imperatorem venerunt, & de iudicio Episcoporum, in quo victi fuerant, murmurauerunt. Bernardus, Epist. 190. hanc solius Apostolicæ & Romanæ sedis prærogatiuam esse scribit, vt ad eam de fidei causis referatur. Et inde Hieronym. lib. 1. contra Ruffinum, fidem suam, & fidem Ruffini probandam esse docet. Inde est ista Innocentij ad Patres Concilij Mileuitani decretalis Epistola, in qua hæc habentur. Quid enim actione firmastis, nisi sciẽtes, quòd per omnes prouincias, de Apostolico fonte petentibus, responsa semper emanent? Præsertim quoties ratio fidei ventilatur, arbitror omnes fratres, & coëpiscopos nostros, non nisi ad Petrum, id est, sui nominis & honoris authorem referre debere: quòd per totum mundum possit omnibus Ec- E clesiis in commune prodesse. Hoc est ergo illud altum, ad quod nauim deducendam Christus admonuit. Ambros. lib. 3. de virginib. Antè non ducebat in altum Petrus, cùm non piscabatur in stagno. Etsi mare erat, altum non erat. Altum mare scriptura nescit. Quid ergo sit altũ, accipe. Aqua alta, consilium in corde viri. Altum cor viri est, vbi nihil vadosum est. Duc ergo in altum disputationis tuæ fideique remigium, duc in cor viri. Per parabolam, hîc vocat ad Ecclesiam Petrum: quem secundum Matthæum, simplici vocauit sermone, dicens: Venite, & faciam vos piscatores hominum. Est & aliud mysterium. *Duc in altum,* quia antè in arena erat, quando in synagoga erat. Aqua non erat aqua Iudææ. Ideò ducere in altum non poterat, quando cum Iudæis credebat. Ideò dicitur Petro, *duc in altum,* hoc est ad Christum. Et benè altum, in quo est altitudo diuitiarum, sapientiæ & scientiæ Dei. Rom. 11. Altus enim Christus, de quo dicitur ad Ioannem à Patre: (Luc. 1.) Et tu puer Propheta altissimi vocaberis. Idẽ Ambrosius lib. 5. in Luc. c. 5. *Duc in altum,* hoc est, in profundum disputationum. Quid

Petri fuit Ecclesiam in altũ dirigere.

Chrysost.

Leo.

Summorũ Pontificũ authoritas.

Augustin.

Ambros. *Quid sit altum.*

August.

Bernardus. Hieron. Inno cent. *Nihil incõsulto Rom. Pontifice.*

Ambros.

Idem Am.

Alta fidei professio.

enim tam altum, quàm altitudinem diuitiarum videre, scire Dei filium, & professionem diuinæ generationis assumere? Quam licet mens non queat humana plenæ rationis inuestigatione comprehendere, fidei tamen plenitudo complectitur. Nam etsi non licet mihi scire quemadmodum natus sit, non licet tamen nescire quòd natus sit. Seriem generationis ignoro, sed authoritatem generationis agnosco. In hoc altum disputationis Ecclesia à Petro ducitur, vt videat hinc resurgentem Filium, inde sanctum Spiritum profluentem. Quæ sunt autem Apostolorum, quæ laxari iubentur retia, nisi verborum complexiones, & quasi quidam orationis sinus, & disputationum recessus, qui eos quos ceperint, non amittant? Et bene Apostolica instrumenta piscandi retia sunt, quæ non captos perimunt, sed reseruant: vt de profundo ad lumẽ extrahant, & fluctuantes de infernis ad superna perducant. Hæc Petri authoritas fuit, quam tum etiam Dominus adumbrabat, cùm in altum nauem ducere iuberet. *Et respondens Petrus dixit ei, Præceptor, per totam noctem laborantes, nihil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete.* Ecce, G

Theophil.

inquit Theophilact. non abnuit, neque contradixit iubenti. Non hæc respondit, Per totam noctem laboraui, & nihil consecutus sum: nunc tibi parerem, & aliis fatigantibus laboribus incumberem? Non enim id obiicit, quasi reluctetur: submittit enim, In verbo autem tuo laxabo rete. Etsi in vanum fatigatus sim, ego tamen tanti facio verbum tuum, vt nec sine fructu ei parendum esse credam. Et verè qui diuino verbo cætera postposuerit, non modò non hîc, sed neque in futuro frustrabitur. Vide mihi scilicet Sarephtanam. Vana quædam ab ea postulari videbantur per Prophetam Helyam: sed credidit ipsa sermoni & verbo: & tum tandem lecythus olei, & farinæ pauxillum non defecit. Matth. 6. Quærite primùm regnum Dei, & iustitiam eius, & reliqua adiicientur vobis. Credit Petrus verbo, agnoscit Christum præceptorẽ. Vnde adiicit, *In verbo tuo laxabo rete.* Quid igitur non magnũ Christi verbo deferamus? Quid nobis periturum putamus, si hoc primùm attenderimus? *Et cùm hoc fecissent, concluserunt piscium*

Nihil dãni obedientibus Deo.

multitudinem copiosam. Tum enim ad Petrum alij etiam concurrisse putandi sunt. In quo licet H primùm obseruare, nihil perire his qui Deo obediunt: quantumuis difficile aut pernicioſum esse putetur. Etiamsi dicat: Vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & sequere me: centuplum enim accipiet, & vitam æternam possidebit. Seu tu, vt Christum sequaris, omnibus renũties, copiosa est in cœlis merces tua. Nihil perdidit Abrahã, etiamsi ei dictum sit, Exi de terra, & de cognatione tua. Siquidem exaltauit illum Dominus in Gentem magnam. Laxauit rete in verbo Domini, & cum spe profectus est. Sic extulit Ioseph um in Ægypto, sic Moysen.

Orpheus.

Satis est, vt quemadmodum cecinit Orpheus, Verbum Dei mentis nostræ gubernaculum dirigat. Sed & quantumuis difficilia nobis imperari videamus, si modò à Dei verbo, aut eius honore, & gloria proficiscantur: dicendum est, In verbo tuo laxabo rete. Difficiles aduersarios Iosue, Samson, Gedeon, & cæteri principes fideles adorsi sunt, ipsi humanis viribus impares: I sed vt Dauid contra Goliath, ita illi contra Philistæos, Moabitas, Ammonitas, in verbo Domini confisi præualuerunt. Dixerim & hîc typicè, quæ ab Apostolis facta sunt, adumbrari. Illi enim etsi in difficiles nationes profecti sunt, tamen quia rete Euangelij in verbo Christi laxauerunt, *cùm hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinem copiosam.* Plus verbo potuerũt, quã

Theodor.

magni quantumlibet Imperatores suis exercitibus & armis, vt meditatur Theodoretus, affectionum Græc. serm. de legibus. Nam quos illi sibi vendicant violentia, citò defeciſſe intelligunt: at verò quos semel rete verbi comprehenderit, sibi totos quietè & pacificè possidet. *Rumpebatur autem rete eorum,* præ multitudine. Rumpi nimirùm videbatur, etsi nullus piscis

Ambros.

excideret. Ambros. lib. 5. in Luc. O humilitas fructuosa! Qui nihil antè ceperant, magnã in verbo Domini concludunt piscium multitudinem. Non hoc humanæ facundiæ opus, sed supernæ vocationis est munus. Cedunt disputationes hominum, fide sua plebs credit: rũpuntur K retia, nec labitur piscis. *Et annuerunt sociis qui erant in alia naui,* Iacobo & Ioanni, *vt venirent* ad eos nauigio, *& adiuuarẽt eos.* Quæ est illa nauis, nisi fortè Iudæa, ex qua Ioãnes & Iacobus eligũtur? Facta est enim Iudæa significatio eius. Hi igitur de synagoga ad nauim Petri, hoc est

Quæ sint ambæ nauiculæ.

ad Ecclesiã, conuenerunt, *vt implerent ambas nauiculas.* Omnes enim in nomine Iesu genuflectunt, siue Iudæus, siue Græcus, omnia & in omnibus Christus. Sed mihi cumulus iste suspectus est, ne plenitudine sui naues penè mergantur. Oportet enim & hæreses esse, vt probentur boni. Possumus tamen & aliam Ecclesiam intelligere nauem alterius. Ab vna enim plures Ecclesiæ deriuantur. Ecce alia sollicitudo Petri, cui sua iam præda susceptа est. Sed nouit perfectus, quemadmodum seruare possit reconditos, qui scit quemadmodum possit capere dispersos. Theophil. in Luc. Laborauerunt quidem legis antiquæ doctores qui ante Christum fuerunt, per totam noctem. Tempus enim ante eius aduentum, nox erat, & nihil cõprehenderũt.

Theoph.

Postquàm

A Postquàm autem venit Christus, diésque factus est, Apostoli in locum legis doctorum surrogati, in verbo eius, hoc est in præcepto eius, laxant rete Euangelij, & multitudinem hominum venantur. Soli autem Apostoli nõ possunt trahere rete piscium, annuuntque sociis suis, & cõmunicant, & cum eis trahunt. Hi autem sunt pastores & doctores Ecclesiarum in singulis tẽporibus, qui interpretantur & docent Apostolica, trahuntque cum Apostolis, vt piscentur homines. Augustin. lib. 2. Quæst. Euang. qu. 2. Quod etiam rete rumpebatur præ multitudine piscium, ita vt & ipsæ nauiculæ implerentur, & penè mergerentur: significat hominum carnalium multitudinem tantam futuram in Ecclesia, vt etiam disruptione pacis, exeuntibus inde hæresibus & schismatibus, tanta remaneret, & tanta illi futura esset amissio fidei, & bonorum morum, vt Christo dicere videatur talis Ecclesia: *Exi à me, quia peccator homo sum.* Idem lib. q. 83. q. 81. Quòd enim rupta sunt retia charitate violata, multas hæreses extitisse significat. August. Idẽ Aug.

B Hic verò interim diuinam benedictionem agnosce. Hac augentur bona etiã temporalia, sicut & multitudo illa piscium collecta est. Hac, vt meditatur August. tract. 24. in Ioan. magna illa quotannis miracula fieri videmus, cùm ex vno grano tot in messe multiplicãtur, & ex frugibus collectis tot hominum millia pascuntur. Esa. 55. Verbum meum quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum: sed faciet quæcumque volui, & prosperabitur in his, ad quæ misi illud. Prou. 10. Benedictio Domini diuites facit. Vnde dicere poterant illud Tob. 12. Bonis omnibus per eum repleti sumus. Ita Dominus & Prælatis Ecclesiæ, & nobis non inutilem operam nostram repromisit, si modò in verbo eius laborauerimus. *Quod cũ videret Simõ Petrus, procidit ad genua Iesu, dicens: Exi à me, quia homo peccator sum, Domine.* Ex eo signo Christi maiestatem, suam verò infirmitatem agnoscit. Et primùm quidem illum in nauem excepisse videbatur vt simplicem hominem, etsi Prophetam magnum illum agnosceret: nunc penetrare Idem.

C videtur in profundiorem eius diuinitatis meditationem. Ita hoc viso miraculo aucta fuit in illo fides. Atqui maxima pars nostri profectus est, si nostræ infirmitatis conscij fuerimus. Qui enim sumus, vt nos Domini consortio dignos arbitremur? Centurio, Matth. 8. Domine, inquit, non sum dignus vt intres sub tectum meum. Videbat quidem Petrus potentiam, sed non percipiebat clementiam Domini, qui non venit vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam, Matth. 9. Ambros. lib. 3. de virginib. Vir enim sapiens & grauis, in quo esset Ecclesiæ firmamentum, & magisterium disciplinæ, nihil vtilius sibi esse prospexit, quàm ne secũdantis operis extolleretur euentu. Non enim rogat vt deseratur, sed ne infletur. Quid enim arrogantia perniciosius esse potest, in his qui præsunt? Dicit enim scriptura: Principem te posuerunt, noli extolli, sed esto quasi vnus ex illis. Basilius homil. de abdicatione rerum. Aliquid enim sibi arrogare, est diabolo similem se facere. Ille enim Deum non agnouit, & creatorem suum, & tot gratiarum, Ambros. *Humilitatis commẽdatio.* Basil.

D quibus donatus erat, liberalissimum largitorem: sed superbia inflatus, sese efferre ausus est: vnde factum est, vt ille tantò deiiceretur, quantò solium suum exaltare magis cupiebat. At verò quantò humilior est Petrus, tantò apud Christum maior extitit.

Namque humiles animos oculo solet ille benigno
Aspicere, & fastus hominum calcare superbos,

vt scribit Greg. Nanzanz. in carminibus de rebus suis. Et idem Orat. in plagam grandinis. Iã verò, inquit, quid dicturi sunt, qui sublimibus thronis insident, Imperiique laruam attollunt, superciliumque theatris ipsis sublimius: nec principem omnium Deum, nec inaccessum illud veri regni fastigium animo perpendunt, vt subditis tanquam conseruis suis imperent, qui eadẽ clementia opus habent? Verùm quomodo subditorum rationem habere possint, qui Deum ipsum contemnunt, nec seipsos miseros & peccatores agnoscunt? Hoc ipse Petrus, cui tandẽ Greg. Năz.

E concredita est Ecclesia, commendat. *Stupor enim circumdederat eum, & omnes qui cum illo erãt, in captura piscium, quos ceperant.* Ita nihil illi suis meritis, nihil suis laboribus, sed omnia Christo ascribunt. Et hoc sanè nobis pro exemplo esse debet, ne qua in re nostram gloriam quæramus. Dicamus cum Psalte: Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. 2. Cor. 4. Quid enim habes, ô homo, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris? Itaque seu bona animę, seu corporis, seu quæ fortunæ dicuntur, consideremus, in omnibus Deo gratias agamus. Obseruabant se tota nocte in vanum laborasse: nunc mirantur, quòd in momento tot pisces comprehenderint. Ita verum apparet id quod dicit Psaltes: Nisi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam. Ita nisi ipse nostris laboribus benedixerit, frustrà aliquid niti videmur. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Terra producet tibi tribulos & spinas: vt idem ipse primo homini asseruit. Interim verò vbi tibi benedixerit, Beatus es, & benè tibi erit. Vxor tua sicut vitis abundans, &c. At verò dixerit aliquis: Ecce ipsi peccatores *Christo accepta bona omnia referenda sunt.*

in seculo obtinuerunt diuitias. Numquid à benedictione Dei, cùm ea per fas & nefas aggregauerint? Verùm hîc de benè partis agimus, quæ etiam ad hæredes permansura sint. Sinit enim Dominus Mammonam suos etiam ditare, ita tamen vt in instanti demum ex alto diuitiarum & honorum culmine eos deiiciat. Sic enim & Psaltes ait: Vidi impium superexaltatum, & eleuatum supra Cedros Libani, transiui, & ecce non erat, & non est inuentus ampliùs locus eius. Petrus igitur & cæteri perpendentes quid suâ industriâ possint, & id cum Christi facto conferentes, obstupescunt eius potestatem & liberalitatem. Hinc fit, vt prolapsus in genua, quasi Christum adoraturus, se peccatorem, Christum verò Dominum appellet. Stupor scilicet circundederat eum. *Similiter autem Iacobum & Ioannem filios Zebedæi, qui erant socij Simonis.* Attentiùs enim cæteris illi & Christi verba, & miraculum istud obseruauerant. Et hi quidem vt in piscando, ita in præcipuis mysteriis socii fuerunt. Adfuerunt enim Christo cùm transfiguraretur, & cùm oraret in monte Oliueti, in ipsa nocte passionis eius. *Et dixit ad Simonẽ Iesus,* & ad illum specialiter sermonem suum conuertit, vt illum non modò piscium multitudine, G sed & quadam inter cæteros prærogatiua compensaret: rationem enim habebat non hospitalitatis modò, qua ipsum in nauem acceperat, sed & singularis humilitatis, qua ad ipsius genua procidit. Cor enim contritum & humiliatum Deus non despicit, sed exhilarat & reficit. *Noli timere*, ex consideratione infirmitatis tuæ, aut meæ potestatis. Nihil est enim quod te summoueat à me. Nec enim ego te concussurus veni, vt abscedas: sed inuitaturus, vt venias. Ambros. lib. 5. in Lucam. Dic & tu, exi à me Domine, quia homo peccator sum: vt respondeat tibi Dominus, Noli timere. Indulgenti Domino peccatum fatere. Noli timere etiam quæ tua sunt, Domino deferre, quia quæ sua sunt, nobis ille concessit. Nescit inuidere, nescit auferre. Vides quàm bonus Dominus, qui tantum tribuit hominibus, vt viuificandi habeãt potestatem. *Ex hoc enim*, id est, citò post tempus istud, *eris homines capiens.* Rem non expectatam promittit, quam nemo suis viribus assecutus est, sed omnes Apostoli H à Christo acceperunt. Quid minus expectabat rudis piscator, quàm vt sua prædicatione vniuersum terrarum orbem alliceret, & in ouile suum, ex omni regione quæ sub cœlo est, homines aggregaret? Sed hoc ei à Christo vt promissum, ita donatum est. Tertull. lib. 4. aduersus Marcionem. Hoc enim dicto, inquit, intellectum illis suggerebat adimpletæ Prophetiæ: Se enim esse, qui per Hieremiam prænunciauerat, Ecce ego mittam piscatores multos, & piscabuntur illos, homines scilicet. Theophilact. Impletur enim hoc Prophetæ, (Hierem. 16.) qui dicit, Ecce ego mitto piscatores multos, dicit Dominus. Et postea, Mittam venatores multos, & venabuntur eos: Piscatores quidem sanctos Apostolos vocans, venatores autem eos, qui temporibus sequentibus habiti sunt doctores Ecclesiarum, & præfecti. Augustin. ser. 4. de S. Petro & Paulo. Ita dum insidiatur Petrus gregibus æquoreis piscium in mari, ipse in rete I incidit Saluatoris. Fit de prædone prædatio, de piscatore piscatio, de pirata captiuitas. Sed & similitudo artis inflammat desiderium audientis, vt qui ante capturã latebat in salo, verbi nũc retia spargat in mundo. Tunc enim pisces induxit, nunc autem homines sagenis spiritualibus irretiuit. *Et subductis ad terram nauibus, relictis omnibus secuti sunt eum:* non Petrus modò, sed & Ioannes & Iacobus. Tanto feruore Christum ardebant, vt illius comparatione omnia contẽnenda esse censerent. Quàm enim magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam præparasti diligentibus te? Verùm & hîc quæritur, quomodo Iacobus & Ioannes Christum secuti sunt, cùm soli Petro dictum sit, Ex hoc eris homines capiens? Sed & id Matthæus scribit illis etiam esse dictum: ex quo fit, vt voce, & quasi imperio Christi prouocati, quo illos vt sequerentur, monebat, relictis omnibus, post illum abirent. Non retia, non nauis illos mouet, qui mundum & omnia quæ in mundo sunt, præ Christo, contemnebant.

christi promissio.

Ambros.

Tertull.

Theophil.

Augustin.

Christi in dicendo longè alia quàm Scribarum maiestas: spiritus immundi confessio, quòd Christus esset sanctus Dei. Dæmoniaci curatio, ex qua omnibus pauor incussus est.

Matth.

Matth. | Marc. 1. | Luc. 4. | Ioan.

A | Et ingrediũtur Capharnaum: & ſtatim ſabbathis ingreſſus in ſynagôgam, docebat eos. Et ſtupebant ſuper doctrina eius: erat enim docens eos quaſi poteſtatem habens, & non ſicut Scribæ. Et erat in ſynagôga eorum homo in ſpiritu immundo: & exclamauit, dicẽs, Quid nobis & tibi Ieſu Nazarene? veniſti ante tempus perdere nos? ſcio qui ſis, Sãctus Dei. Et comminatus eſt ei Ieſus, dicens, Obmuteſce, & exi de homine. Et diſcerpens eum ſpiritus immundus, & exclamans voce magna, exiit ab eo. Et mirati ſunt omnes, ita vt conquirerent inter ſe, dicentes, Quidnam eſt hoc? quænam doctrina hæc noua: quia in poteſtate ſpiritibus immundis imperat, & obediunt ei? Et proceſſit rumor eius ſtatim in omnem regionem Galilææ.

B

Et deſcendit in Capharnaum ciuitatem Galilææ: ibíque docebat illos ſabbathis. Et ſtupebant in doctrina eius: quia in poteſtate erat ſermo ipſius. Et in ſynagôga erat homo habẽs dæmonium immundum: & exclamauit voce magna, dicens, Sine, quid nobis & tibi Ieſu Nazarene? veniſti perdere nos? ſcio te qui ſis, Sanctus Dei. Et increpauit illum Ieſus, dicens, Obmuteſce, & exi ab eo. Et cùm proiecciſſet illum dæmonium in medium, exiit ab illo, nihílque illum nocuit. Et factus eſt pauor in omnibus, & colloquebantur ad inuicem, dicentes, Quod eſt hoc verbum, quia in poteſtate & virtute imperat immundis ſpiritibus, & exeunt? Et diuulgabatur fama de illo in omnem locum regionis.

C

SOLE quidem exorto, tenebras abſcedere videmus: Chriſto verò hunc in mundum ingreſſo, egredi, & à ſua in homines tyrannide excidere cœperũt dæmonia. Et Pſellus ſanè, lib. de oper. dæmonum, cap. 9. Dæmonia quædã eſſe lucifuga ſcribit: ſed nec illa tam iſtam ſenſibilem, quàm ſpiritualem lucem Chriſtum, auerſantur. In hoc enim apparuit filius Dei, vt diſſolueret opera diaboli, teſte Paulo ad Hebræos. Hoc etiam hiſtoria Euangelica nobis ob oculos ponit. Statim enim atque & publicè prædicare, & ſuos Apoſtolos congregare cœpit: ecce cùm in ſynagoga ſeſe dæmoniacus offerret, Chriſtus dæmonem exclamantem voce magna eiecit, ita vt omnes mirarentur. Itaque conuocatus Petro, Ioanne, & Iacobo, *ingrediuntur Capharnaũ ciuitatem Galilææ*. Huc frequenter cõuenerat: primũ quidẽ poſt conuerſionẽ aquæ in vinum factam in Cana Galilææ, vt Ioannes ſcribit: demũ, curato reguli filio, cũ reliquiſſet Nazareth ciuitatẽ ſuam: nũc quoque, vbi publicè munus verbi obire cœpit, & per omnẽ Galilæã omnes ad pœnitẽtiam & Euangelicã fidẽ cõuocauit. Ita ſapientia per omnes vias, per cõpita, & per ciuitates clamabat, vt legitur Prouerb. 1. & omnes paruulos & inſipiẽtes vocabat: vt & omnibus apertã miſericordiæ ianuã oſtenderet. Ita nullũ excuſationis locũ hominibus reliquit, ne fortè eſſet, qui ſe inuitatum eſſe negaret. Si enim in agris erãt, ſi in pagis, ſi in oppidis, ſi in ciuitatibus, dixerim ſi in ipſo mari: hucuſque perrexit Chriſtus, hucuſque vox eius audita eſt. Si in eremi penetralibus, non defuit illis Ioannes: ſi in extremis mũdi partibus, ad eos perrexerũt Apoſtoli: ſi nec ab aliquibus Chriſtus ipſe, aut Apoſtoli viſi ſunt: ſaltẽ auditus eſt ſpiritus, qui vbi vult ſpirat, inquit Chriſtus, Ioan. 3. Itaque à ſtagno Geneſareth venit in Capharnaũ, *ibiq; ſtatim ſabbathis ingreſſus in ſynagogã docebat eos*. Non poterat ibi ſine fructu eſſe. Neq; enim ſol tandiu nubibus obducitur, quin aliquando ſe prodat. Videbat plebem ſuam doctrinam excipere, cunctos ad ſe confluere: ne fortè arbitrarentur illum à lege Moſaica defeciſſe, & contraria quædã docere, in ſynagogam venit, vt etiã omnes doctiores eius doctrinę periculũ facerent. Auguſt. lib. 1. de morib. Eccleſiæ Cathol. cap. 1. Quis enim mediocriter ſanus, inquit, non facilè intelligat, ſcripturarũ expoſitionẽ ab his petendã eſſe, qui earũ doctores ſe eſſe profitentur: fieriq; poſſe, immò id ſemper accidere, vt multa indoctis videãtur abſurda, quæ cũ à doctis exponuntur, eò laudãda videãtur elatiùs, quo abiectiùs aſpernãda videbãtur: & eò accipiãtur aperta dulciùs, quò clauſa difficiliùs aperiebãtur? Hoc ferè in ſanctis veteris Teſtamẽti libris euenit, ſi modò ille, q. eis offenditur, doctorẽ potiùs eorũ piũ, quàm impiũ laceratorẽ requirat, priuſquã ſtudio quærẽtis, q. temeritate reprehendentis imbuantur. Ad ſcholã igitur Theologicã conferri oportet de conciliãdis ſcripturis, quẽadmodum & ad ſynagogã contulit Chriſtus de vtriuſque Teſtamenti veritate. Hoc itaque fecit, vt & ſynagogæ, ſeu tandem Eccleſiæ ſuam cenſuram deferret, & ne Scribarum & Phariſæorum cathedram, quam tantoperè commendauit, aſper-

Introductio. Pſellus.

Summa.

Omnes inuitat Chriſtus.

Chriſtus in ſynagogã docet, ne vi deatur à lege diſcedere.

Auguſt.

Scholã Theologicã conferri oportet.

Logorũ conſtenda.

nari,aut illorum iudicium refugere videretur.Nam qui benè agit,venit ad lucem, & qui veri- F
tatem annunciat, illorum qui in cathedra sedent,arbitrium non reiicit. Si enim tantum detu-
Hierony. lit Christus Scribis & Pharisæis, quid non debeamus his qui sedent in Ecclesia Christi? Hie-
ronym.ad Pammachium scribens: Quisquis es,inquit,assertor nouorum dogmatum,quæso te
vt parcas Romanis auribus, parcas fidei quæ Apostolico ore laudata est. Qui & scribens ad
Damasum, fidem suam dirigi & probari requirit ad amussim sanctæ Romanæ Ecclesiæ,quę
semper incorruptam seruauit Patrum authoritatem. Facit verò hæc Christi libertas,vt omnes
mirentur,& obstupescant. Nulla enim maior laus viro docto accidere potest,quàm si à doctis-
simis viris,& superioribus probata adferat: nihil autem noui & ambigui adferat. *Et stupebant*
super doctrina eius,quia in potestate erat sermo eius.Erat enim docẽs eos quasi potestatẽ habens, & nõ
*sicut Scribæ.*Notat Marcus Scribas, vt qui suas interpretationes anilibus quibusdam fabulis, &
inutilibus traditionibus farcirent: & ipsi plerunque seipsos variis contradictionibus inuolue- G
rent,vt & Christus illis improperauit.Nam cùm sibi satis esse putarent, modò sua lucra secta-
rentur, ad ea frequenter scripturam contorquebant: vt est de templi, & parentum honore,
Matth.15.de orationibus, Matth.23.de manuum etiam lotione, & Sabbathi obseruatione, &
Virtus oblationibus.Christus verò nihil appetebat, non humana quærebat,cuius erant & terrena o-
Christi. mnia,& cœlestia.Ostendebat autem se solùm honoris diuini, & vniuscuiusque salutis zelo du-
ci,vt eos tanto affectu doceret.Sicut enim virtus quædam diuina illos absterruit,cùm venden-
tes& ementes è templi vestibulo eiiceret:ita & nunc eadem maiestas eos in admirationem ra-
pit.Nam & qui tandem Apostolos accepto Spiritu sancto audierunt,stupebant omnes, & mi-
rabantur adinuicem,dicentes:Quomodo omnes isti qui loquuntur,Galilæi sunt? Act.2.Quan-
tò maior stuporis ratio in ipso Christo offerebatur,in quo omnis plenitudo diuinitatis corpora-
liter inhabitabat?Iob.12.Sic adducit consiliarios in stultum finem,& iudices in stupore. Albe- H
Alb. Mag. tus Magn.in Marc.Ita scilicet verbum increatũ suiipsius vim in verbo creato resonabat.Et hoc
notatur Heb.4.Viuus est enim sermo Dei,&efficax,& penetrabilior omni gladio ancipiti,per-
tingens vsque ad diuisionem animæ,& spiritus,& compagum,& medullarum,& discretor co-
præfertur gitationum,& intentionum cordis.Docebat autem quasi potestatẽ habens,tripliciter. Nam &
potestas suæ conuersationis & zeli testimonio,satis demonstrabat,quo spiritu duceretur:sed & signis suã
christi po- doctrinam cõfirmabat,& secreta quadam spiritus virtute,in illorum corda penetrabat.Et qui-
testati scri- dem Scribæ verecundia turpis vitæ repressi,non autem de Dei virtute sibi conscij,mortua ver-
barum in ba dabant.Vnde de illis dicitur, Matth.23. Dicunt,& non faciunt.Roma.2. Qui alium doces,
docendo. Basil. teipsum non doces.Qui prædicas non furandum,furaris. Hinc fit,vt Basilius lib.Moral.ca.27.
ostendat, quòd non debemus putare nos consiliis nostris illud assequi, vt prosperè prædicatio
nostra succedat:sed omnis huius rei spes collocanda sit in auxilio Dei.Nam si & antiqui Poë- I
tæ,qui tantùm delectaturi erant,non nisi furore diuino se quid eloqui posse censebant, quantò
magis eum oportet Dei spiritu moueri,qui mores hominum, & omnẽ eorum expectationem
formaturus est? Talis scilicet Helyas erat,de quo legimus Eccles.48. Surrexit Helyas,verba
eius sicut facula ardebant.*Et erat in synagoga eorum homo habens spiritum immundum.* Non satis
existimauit Christus ibi docere,nisi & miraculis attentiores, & stabiliores redderet auditores.
Opportuna Et quia nonnulli de eius doctrina quærere poterant,vndenam illam accepisset, cùm à nemine
miraculi fuisset edoctus:ne fortè essent, qui spiritu maligno illam acceptam putarent, ecce statim im-
occasio. mundum spiritum eiicit. *Erat*, inquit, *hîc in synagoga*, aut huc fortè cum cætera multitudine
veniens, dum lucido aliquo interuallo illum dæmon remitteret, aut in illum locum ab ipso e-
tiam dæmone deductus,cogente nimirùm illum diuina maiestate,vt clarius miraculum appa- K
reret,aut fortè ab his qui in synagoga erant huc deductus,vt à Christo sanari posset.Dicitur au-
tem spiritus immundus ab effectu,quia immunda facit, & loquitur: sicut & alibi dæmonium
surdum,cæcum,& mutum nuncupatur.Matth.12. Cùm immundus spiritus exierit ab homi-
ne.1.Reg.16.Spiritus Dei bonus recessit à Saul,& exagitauit eum spiritus nequam à Domino.
Quomodo Immundi autem dæmones sunt, vt qui titillationibus & illecebris ad se homines pelliciant,
spiritꝰ im- eósque potissimùm, qui vitiorum in se fomites minimè restinguunt, vt docet Psellus, lib. de
mundi di- operatione dæm.cap.12.Apoc.16. Et vidi de ore draconis, & de ore bestiæ exire spiritus tres
cantur. Psellus. immundos in modum ranarum.Sicut enim aliquando fit, vt dæmoniaci quidam sint eden-
do insatiabiles,alij currendo lassari non possint: ita alij se in cœnum & fæces iactant, alij pro-
phana,salacia & pronunciãt,& faciunt:alij se in mortuorum sepulchris continent. Psellus cap.
Variæ dæ- 14.Contra medicos ostendit energias & operationes dęmonum haudquaquam à corruptis hu-
monũ affe- moribus procedere. Et hæc quidem,inquit, meritò à malè affectis humoribus procedere cen-
ctiones. seantur

A ſeantur, grauedines, lethargi, atræ biles, phrænеſes, ſeu deliria: quæ quidē curant illi & tollunt, vt exhauriendis euacuandiſque humoribus, vel corporis vacui repletionibus. Enthuſiaſmo autem inſanias, & catochas ſeu ſpiritus immundos, quibus qui correptus eſt & detentus, nihil quicquā omninò agere poteſt, neque mēte, neq; ſermone, neq; phantaſia, ſeu imaginatione, neque ſenſu: at aliud quiddam eſt, quod eos mouet & agitat, eáque loquitur, quæ ab eo qui correptus eſt, ignorantur. Idémque futurorum nonnihil interdum prędicit: qua quæſo ratione hoc loco motus materiâ vitiatos appellauerimus? Prodidit igitur ſeipſum malus ille dæmon, *Et exclamauit, dicens: Quid nobis & tibi Ieſu Nazarene? Veniſti ante tempus perdere nos. Scio quòd ſis Sanctus Dei.* Clamore ſe torqueri teſtabatur, aut ſaltem quo terrore cōcuteretur, explicabat. Contingit autē dæmonibus voces etiā lingua prominente & immobili in humano corpore formare, vt ſcribūt Hebræi, in hiſtoriam mulieris, quæ Phytonicum ſpiritum habebat in vētre. Hieronym. in Epi

B taphio Paulæ, ſcribit, in Sebaſte ad ſepulchra Patriarcharū dæmones rugire, hinnire, latrare, & varios animantium clamores imitari. Chryſoſt. in Babylam martyrē illos torqueri, Ambroſius in Geruaſiū & Prothaſium, illos fateri ſe martyrū præſentia affligi ſcribunt. Iulius Firmicus, lib. de errore prophanæ relig. cap. 14. Dæmones etiam in humanis corporibus torqueri ſcribit, tum maximè, cùm diuini verbi virtus acceſſerit. Sic enim habet, ad Porphyriū ſermonē conuertens: Et apud nos deos veſtros, inquit, cùm hominibus nocere cœperint, religioſi ſermonis flagella caſtigant. Sic in corporibus hominum conſtituti dij veſtri ſpiritualium flammarū igne torquē-

Quomodo dæmones vocem formant.

Hierony. Chryſoſt. Ambroſ. Iul. Firmi.

Dæmones etiā in hominū corporibus torquentur.

tur: & qui apud vos quaſi dij coluntur, apud nos religioſæ fidei medela, Chriſti gratia humano ſubiacentes imperio, & tormenta repugnantes ſuſtinent, & victi pœnis vltricibus ſubiugantur. Porrò ſciunt Chriſtū dæmones, & credunt, & contremiſcunt. Vnde & is, qui à Sceuæ filiis pro-

An dæmones Chriſtū cognouerint.

uocabatur, vt in Actis legimus, illis diſciſſis, & vapulatis dixit: Et Ieſum noui, & Paulū ſcio, vos

C autem qui eſtis? Auguſtinus lib. 9. de ciuit. Dei, cap. 20. Δαίμονες autem dicuntur, quoniā vocabulum Græcum eſt, ob ſcientiā nominati. Apoſtolus autē Spiritu ſancto locutus, ait (1. Cor. 8.) Auguſt. Scientia inflat, charitas verò ædificat. Eſt ergo in dæmonibus ſcientia ſine charitate: & ideò tā inflati atque ſuperbi ſunt, vt honores diuinos, & religionis ſeruitutem, quam vero Deo deberi ſciunt, ſibi ſategerint exhiberi, & quantum poſſunt, & apud quos poſſunt, adhuc agunt. Et cap. 21. Ipſi etiam dęmones hoc ita ſciunt, vt eidem Domino infirmitate carnis induto dixerint: Quid nobis & tibi Ieſu Nazarene, veniſti ante tempus perdere nos? Clarum eſt in his verbis, quòd in his & tanta ſcientia erat, & charitas non erat. Pœnam quippè ſuam formidabant ab illo, non in illo iuſtitiam diligebant. Tantum autem eis innotuit, quantum voluit: & tantum voluit, quantum oportuit. Sed ſic innotuit, non ſicut Angelis ſanctis, qui eius, ſecūdum id quod Dei verbum eſt, participata æternitate perfruuntur: ſed ſicut eis terrendis innoteſcendum fuit,

D ex quorum tyrānica quodammodò poteſtate fuerat liberaturus prædeſtinatos in ſuum regnū, in gloriā ſemper veracem, & veraciter ſempiternā. Innotuit ergo dæmonibus, non per id quod eſt vita æterna & lumen incommutabile, quod illuminat pios, cui viuēdo per fidem, quæ in illo eſt, corda mundantur: ſed per quædam temporalia ſuæ virtutis effecta, & occultiſſimæ ſigna præſentiæ, quæ Angelicis ſenſibus, etiam malignorum ſpirituum, potiùs quàm infirmitati hominum, poſſent eſſe conſpicua. Neque tamē interim putandū eſt, quòd dæmones certò Chriſtum cognouerint, ſed tantū per quaſdā naturæ coniecturas: in quibus vt errare potuerūt, ita ſui erroris certam reſolutionem requiſierunt per illas tentationes, quas Chriſto ſuggeſſerunt, inter quas iſta etiam recenſeri poteſt. Siquidem illi blanditur dæmon, vt coniecturam ab eo accipiat, aut reſolutionis iſtius: aut ſi Chriſtus non eſt, ipſum vanæ gloriæ ſtimulis incitare poſſit, dum illum Sanctum Dei vocat. Verùm quid hoc ſibi vult, quod ait, *Veniſti ante tempus perde-*

E *re nos?* Auguſtin. lib. 8. de ciuit. Dei, cap. 23. Siue, inquit, quia ſubitum illis fuit, quod futurum quidem, ſed tardiùs opinabantur: ſiue quòd perditionem ſuam hanc eſſe dicebant, qua fiebat vt cogniti ſpernerentur. Et hoc erat *ante tempus*, hoc eſt, ante tempus iudicij, quo æterna damnatione puniendi ſunt, cum omnibus etiam hominibus, qui eorum ſocietate detinentur. Albertus Mag. in Marcum. Tempus autem perditionis dæmonum triplex eſt. Perditus enim in miſeria fuit in primo caſu: perditus in carceris horrore erit in extremo iudicio. Perditus autem in diminuta poteſtate erat in Chriſti paſſione. Et hoc ſuæ diminuendæ poteſtatis tempus nondum dæmon inſtare putabat, & ideò conqueritur ſuam tolli poteſtatem. 2. Pet. 2. Rudentibus inferni detractos tradidit in æternum cruciādos. Vnde & Epheſ. 6. Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus mundi rectores tenebrarum harū, contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. De tēpore autem dicitur Apoc. 12. Deſcēdit ad vos diabolus, habens iram magnā, ſciens quia modicū tēpus habet. Dicimus & tantā eſſe dæmonū in homi-

Auguſtin.

Alb. Mag. *Tēpus perditionis dæmonum triplex.*

nem inuidiã, vt ſibi magnũ lucrum accedere exiſtimẽt, ſi quẽ ex hominibus ſeducere poſſint: F
Magnam autem iacturam arbitrentur, ſi quos à ſuis laqueis euolui, & ad Deum conuolare videant. quod cùm per Chriſtũ fieret, ideò clamant ſe perdi, & corruere. Addit verò, *Scimus quòd ſis Sanctus Dei.* Notat quidem in Chriſto vitæ ſanctimoniam, notat & doctrinæ puritatem: interim tamen illum aut Dei filium, aut Chriſtum eſſe, certò cognoſcere non potuit: quia & hoc Deus nõ permiſit. Quinpotius variis illum humanæ infirmitatis, quam Chriſtus aſſumpſerat,
Dæmõ dubia pro certis iactat. argumentis ita ambiguum teneri voluit, vt interim nihil in eum omitteret, quod in iuſtorum perniciem moliri conſueuit. Ambiguo igitur verbo dicit, Scimus quòd ſis Sanctus Dei. Quòd ſe ſcire dicit, iactantiæ & arrogantiæ eſt: qualis in iis eſt, qui certò aliquid explorant: vt nõ quaſi ignari aliquid ſciſcitari videantur. Hoc igitur eſt, ac ſi dicat: Nihil eſt quòd me latere arbitreris quis ſis, ne tu mihi ex hac carnis humilitate, & paupertate quam elegiſti, fucum facias. Poſſent hæc vtique eos eludere, qui materiæ & terræ affixi ſunt: nos verò ſublimiora attendimus, non quæ in corpore, ſed in anima ſunt. Ideò fit, vt ſciamus te eſſe Sanctum Dei. Non dicit, Coniicimus, aut opinamur, ſed *Scimus.* Eſt autem ſcire, per cauſas cognoſcere. Ideò demonſtrat dæmones ex effectis quid maius in Chriſto cognouiſſe, quàm quod corpus aſſumptum, aut iſta eius paupertas & humilitas præ ſe ferret. Neque tamẽ adhuc certi fuiſſe putandi ſunt, vt qui tot inſignes Prophetas obſeruaſſent, nuper etiam Ioannem Baptiſtã neque comedentẽ, neq; bibentẽ: qui tamen negauit & confeſſus eſt, quia non ſum ego Chriſtus. Inde fit, vt quod ait, Scimus, reuera pro coniicimus interpretari debeat. Quinetiam ſententiam iſtam ſuſpendit, *Quòd ſis Sanctus Dei.* Non enim ita intelligit, vt Angelus, cùm virginem alloqueretur: Quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei: ſed ſanctum Dei nomine communi vſurpat, quo & ij donantur,
Sanctum Dei dicit, vt tentet. qui vitam ſanctam & puram ducunt. Hoc verò non reuerentiæ, ſed tentationis gratia pronunciat: vt ex vocis ambiguitate reſponſionem colligens, quid certi teneat. Nã quod certò non cognouerit, teſtatur Paulus, dicens, Quem nemo principũ huius ſeculi cognouit. Si enim cognouiſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent: hoc eſt, crucifigi perſuaſiſſent. *Et increpauit eum Ieſus, dicẽs: Obmutesce, & exi ab homine.* Pſellus lib. de operatione dæm. cap. 15. Energumenos, ſeu à dæmone poſſeſſos ſola diuina virtute curari probat, hiſtoriámque ſubiungit Euchitæ
Pſellus. *Quomodo curentur dæmoniaci.* cuiuſdã præſtigiatoris, qui Elaſone Conſtantinopolim captiuus abductus eſt. Itaque Chriſtus ſuæ omnipotentiæ argumentũ exhibẽs, dæmoni ſola increpatione ſilentium imponit. Zach. 3. Increpet Dominus in te Sathã, & increpet Dominus in te, qui elegit Hieruſalẽ. Licet autẽ vera diceret, tamen ſilentiũ imponebat, quia vt dicitur Eccl. 15. Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. Pſ. 49. Peccatori dixit Deus, quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentũ meũ per os tuum? Sed & ideò increpauit, vt taceret, quia mentiebatur: non in hoc quidẽ, quòd eſſet ſanctus Dei: ſed quòd affirmaret ſe ſcire, quòd eſſet ſanctus Dei, cũ id tantùm per effecta cõiiceret. Ita enim ſuo nos exẽplo docebat, nec audiendos dæmones, nec hæreticos, etſi nõnunquã multa vera pronunciẽt, ne fortè & ipſum mendacium probemus, quod illi veritati permiſcere
Euthym. ſolẽt, ne fraudes & eorũ doli deprehendãtur. Euthym. in Marc. Nec enim vult veritas vt ſibi à falſitate perhibeatur teſtimoniũ. Deinde docuit nos, ne dæmonibus vnquam credamus, etiam vera dicentibus. Cùm enim ament mendacium, ſintq; nobis inimiciſſimi, nunquam vera loGloſa. quuntur, niſi aut ad fallendum, veritate quaſi eſca quadam vtantur. Gloſa enim ſic habet. Non ſinebat ea loqui, ne dum viderent vera loquentem, ſequerentur errantẽ. Pſ. 30. Muta fiant labia doloſa. Ita dæmonẽ ſuo ipſius confodit gladio. Putabat enim ille Chriſtũ, quẽ velut ſimplicem hominẽ nouerat, hoc laudis elogio, quòd eſſet ſanctus Dei, in arrogantiã & iactantiã, propriæq; gloriæ amorem pertrahere: ſed ille, vt doceat quomodo his tentationibus occurri debeat, iubet vt taceat. Cæterùm hæc omnia imperantis ſunt, *Obmutesce & exi.* Intantũ enim poteſt dæmon in creaturã, in quantum ipſe permittit Deus. Exi, inquit. Nõ ſatis eſt ſilentiũ dæ-
Silentium imponendum hæreticis et iam vera dicẽtibus. monibus, aut hæreticis & Pſeudoprophetis, qui maligno ſpiritu ducuntur, impoſuiſſe: poſſunt enim ſecreto quodã murmure auribus ſimpliciũ inſuſurrare, & eos decipere: ſed & expellendi ſunt, nec vnquã permittẽdi. Hoc enim lex diuina nõ permittit, vt dæmones Angelis bonis, &
Greg. Nãz. hæretici Catholicis permiſceãtur. Nõ eſt cõuentio Chriſti ad Belial. Adblandiãtur politici Atheiſtæ ignauis & timidis principibus ſuo Interim, quod vocãt: ſua illa licentia, qua lupos gregibus permiſcent: hoc nec Deus, nec ipſe exitus vnquam probare potuit. Inde eſt hæc Greg. Nanzanz. ad Nectarium Conſtantinopolit. exhortatio. Nã ſi, inquit, hæreticis, vt piis & orthodoxis, ea quæ ſentiunt, docere, libereq; promulgare permittitur: quis non videt Eccleſiæ doctrinam condemnari, perinde ac veritate ab illorum partibus ſtante? Neque enim rerum natura fert duas de eadem re contrarias doctrinas veras eſſe. Quomodo ergo excelſus & præſtans animus

A animus tuus,ad tanti mali depulsionem & correctionem consueta libertate non vti sustinuit? Verùm etiamsi nondum hoc factum est:nũc saltem inimitabilis tua,numerisque absoluta virtus excitetur,pientissimúmque Imperatorem doceat, nihil ex reliquo ipsius erga Ecclesias studio rediturum esse vtilitatis,si tale malum ad fidei sanæ auersionem, per eorum libertatem, licentiámque prævaleat. Sed & Synesius Ptolemaidis Episcopus,non satis esse putat,si Quintianorum hæreticorum concilia & synodi non admittantur:sed & in Epistola sua ad Presbyteros ita scribit:Omnibus illos facite manifestos, quinam sint:ac deinde sic ignominia notati, è finibus Ptolemaidis eiiciantur. Ambros. lib. 4. in Luc. cap. 17. Nam & magistro peior discipulorum hæreditas est,inquit:peiores enim Iudæi,peiores sunt & ipsi hæretici dæmonibus. Quòd si & silentio impositio dæmon eiicitur,quomodo quis hæreticos tolerari posse putauerit? *Exi ab homine*,inquit Christus. Atque vtinam abscindantur qui nos conturbant,& exeant de medio nostri:vt ita illorum tentationibus soluti, liberiùs in Dei laudes prorumpamus. *Et cùm proiecisset* B *illum hominem obsessum,dæmonium* quod illum torquebat,*in medium*, id est in terram coram omnibus qui tum in synagoga erant,*exiit ab eo,nihilque ei nocuit*. Nam quamuis rabie & furore accensus ante egressionem affligeret hominem illum,sicut & Marcus narrat,dicens, quòd *& illum discerpebat*:tamen egresso dæmonio prior illa afflictio diuina virtute cessauit, & confortatus est homo, vt scribit Dionys. Carthus. in Luc. Marcus etiam adiicit, quòd *exclamans voce magna exiuit ab eo*. Ita nimirùm ei molestum erat cedere corpori quod possederat. Obseruat autem Albertus in Marc. ex eo quòd exiisse dicitur,quòd hominem intus,in visceribus & sanguine manens,torquebat,perturbans omnes spiritus ipsius. *Et factus est pauor in omnibus,& mirati sunt omnes*. Pauor admirationem magnam significat. Admirabantur autem modum potiùs quàm factum:cùm & eorum exorcistæ dæmones eiicerent. Porrò naturale est homini,vi- C sis rebus insolitis & magnis,timore concuti.

Syneſius. Ambroſ. Dio. Carth. Alb. Mag.

Virgilius.

Obstupuere comæ,gelidúsque per ima cucurrit
Ossa tremor.

Hic pauor etsi non in omnes æqualiter cadat, in eis tamen maximè locum habet,qui omnia obseruantes, in instanti commouentur. Sed & ex magnitudine effectus maiestas perpenditur, sicque timor reuerentiam secum importans, hominem rapit:vt & id dicat cum Psalte,Mirabilia opera tua,& anima mea cognoscet nimis. *Et colloquebantur ad inuicem,dicentes,Quidnam est hoc? Quod est hoc verbum?* Diximus Verbum apud Hebræos rem aliquando significare. Obstupescunt igitur, & ad primam illam vocem recurrunt,quam & eorum patres protulerunt,cùm primùm illis Man è cœlo pluisset. Exclamarunt enim,*Man-hu*, Quid est hoc? Quàm insolitum istud opus est? Non enim adinstar exorcistarum nostrorum herbis,non coniurationibus vtitur,sed solo imperio dæmones expellit. *Quia in* D *potestate & virtute imperat spiritibus immundis, & obediunt ei, & exeunt*. Non inuocat numen illud summum,non sanctos Angelos comites requirit:sed absoluta & propria virtute imperat, & statim egrediuntur. Iob. 25. Potestas & terror apud Deum est, qui facit concordiam in sublimibus. Vnde & pauor sequitur eos,qui Dei opera meditantur. Iob. 4. Pauor tenuit me & tremor,& omnia ossa mea perterrita sunt. Ps. 138. Confitebor tibi, quia terribiliter magnificatus es. Ier. 10. Quis non timebit te,ô rex Gentium? Quòd si quis obiiciat,de Sathanæ potestate dictum esse,Iob. 4. Non est potestas quæ comparetur ei: Respondendum est, id de naturali potestate terrenorum corporum intelligi,quæ cedunt quidem naturali illi virtuti, quam à Deo dæmones acceperunt. Non tamen hoc de voluntariis aut cœlestibus, & minùs de diuinis virtutibus est intelligendum. Cæterùm ex eo quòd Christus ita retinuit dæmonis potestatem, E vt & renitentem eiiceret,colligitur, inquit Bonauentura in Luc. quòd diabolus semper habet voluntatem nocendi, quia hãc habet à semetipso: sed potestatẽ nocendi non semper,nisi quãtum & quando permittitur à Deo iusto modo. Rom. 13. Non est potestas nisi à Deo. 1. Pet. 3. Et quis est qui vobis noceat,si boni æmulatores fueritis? *Et processit rumor eius statim in omnem regionem Galilææ*. Ita nimirùm præsignificatur,quòd tandem ex ipsa etiam Iudæa in omnes terræ fines eius miracula procederent:non modò, quia & illa per omnem orbem ab Apostolicis viris prædicarentur,sed & quia in eius nomine vbique dæmonia eiicerentur. Sic enim in terrã transmigrationis,& per omnes Gentes prædicari Euangeliũ oportebat. Quòd si & in ipsa synagoga dæmonia eiiciũtur,quis dubitet & in ipso doctorũ consessu, eos qui per longum tẽpus à dæmonibus in hæreses & falsas doctrinas seducti sunt,& ita possessi,vt immunda quæque sectarentur,purgari per exhortationẽ,& ita reduci,vt nec ampliùs eos dæmõ ille torqueat? Quot ab impietate prophanæ opinionis ad fidem hac via reducti sunt? Hinc scilicet & Dei,& Christi eius nomen in omnem regionem procedit, cùm illos ad se reducit, qui priùs contra pieta-

Bonauent.

tem & religionem armati procedebant. Idcircò & nos hoc vnum quærentes, attendimus Dei F
laudes & gloriam: vt propter ſemetipſum miſereatur Eccleſiæ, reducat errantes, & prophana
illa infidelitatis dæmonia procul abiiciat: vt & tandem nomen eius, & Eccleſia eius reflore-
ſcat: & procedat rumor benignitatis & miſerationum eius in omnem regionem.

Socrus Simonis à febribus curatur, miniſtrat Chriſto & diſcipulis: ſed & omnes qui malè habebant, oblati, ſanitati reſtituuntur, & Dæmoniis ſilentium imponitur: Demùm ſe aliis ciuitatibus miſſum eſſe aſſerit.

Matth. 8.	Marc. 1.	Luc. 4.	Ioan.
Et cùm veniſſet Ieſus in domũ Petri, vidit ſocrum eius iacentem, & febricitantem: & tetigit manum eius, & dimiſit eam febris, & ſurrexit, & miniſtrabat ei. Veſpere autem facto, obtulerunt ei multos dæmonia habẽtes: & eiiciebat ſpiritus verbo, & omnes malè habentes curauit: vt adimpleretur quod dictum eſt per Iſaiam Prophetam, dicentem, Ipſe infirmitates noſtras accepit, & ægrotationes noſtras portauit.	Et protinus egredientes de ſynagoga, venerunt in domum Simonis & Andreę cum Iacobo & Ioanne. Decumbebat autem ſocrus Simônis febricitans: & ſtatim dicunt ei de illa. Et accedens eleuauit eam, apprehenſa manu eius: & continuò dimiſit eam febris, & miniſtrabat eis. Veſpere autem facto cùm occidiſſet ſol, afferebant ad eum omnes malè habentes, & dæmonia habentes: & erat omnis ciuitas congregata ad ianuam. Et curauit multos qui vexabantur variis languoribus, & dæmonia multa eiiciebat, & non ſinebat ea loqui, quoniam ſciebant eum. Et diluculo valdè ſurgens, egreſſus abiit in deſertum locum: ibíque orabat. Et proſecutus eſt eum Simon, & qui cum illo erant. Et cùm inueniſſent eum, dixerũt ei, Quia omnes quærunt te. Et ait illis, Eamus in proximos vicos & ciuitates, vt & ibi prædicem: ad hoc enim veni. Et erat prædicans in ſynagogis eorum, & in omni Galilæa, & dæmonia eiiciens.	Surgens autem Ieſus de ſynagoga, introiuit in domum Simônis. Socrus autem Simônis tenebatur magnis febribus: & rogauerunt illum pro ea. Et ſtans ſuper illam imperauit febri, & dimiſit illam. Et continuò ſurgens miniſtrabat illis. Cùm autem ſol occidiſſet. omnes qui habebant infirmos variis languoribus, ducebant illos ad eum. At ille ſingulis manus imponens curabat eos. Exibant autem dæmonia à multis, clamantia & dicentia, Quia tu es filius Dei. Et increpans non ſinebat ea loqui, quia ſciebant ipſum eſſe Chriſtum. Facta autem die egreſſus ibat in deſertum locum: & turbæ requirebant eum, & venerunt vſque ad ipſum: & detinebant illum ne diſcederet ab eis. Quibus ille ait, Quia & aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei: ideò miſſus ſum. Et erat prædicans in ſynagogis Galilææ.	G H I

introductio. MVLTVM diſtant aquæ viuæ, ſeu quæ ſemper ſcaturiunt, ab iis quas dormientes & ſopitas nuncupamus. Nam hæ quidem locis quibuſdam occluſæ paulatim exiccantur, aut in putrorem & cœnum rarefactæ, circumuicinum aërem inficiũt: Illæ verò quæ continuo fluxu ſcaturiunt, in varia ſeſe loca diffundunt, & magnum omnibus, ad quos peruenerint, emolumentum adferunt. Et quidem aquis illis putridis Pſeudoprophetæ K comparantur: Chriſtus autem aqua viua eſt, immò & fons aquæ viuæ. Hinc & Pſaltes: Quoniam in te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Vnde & exclamat, Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat de aqua vitæ gratis. Ideò non vni tantùm oppido ſe communicauit, ſed adinſtar continuò fluxu procedentis aquæ, ſeſe nunc in vnam, nunc in alteram regionem effudit: nunc huic, nunc illi, omnibus denique ad ipſum confluentibus ſe potabilem reddidit. Nam ſicut è riuo poſſunt non diuites modò, ſed & pauperes, nec ij tantùm ciues, ad quos labitur, haurire, ſed & omnes etiam ruri, & domi, quorum fines alluerit, ſibi ſumere, quantum voluerint: ita ſanè Chriſti gratiam non modò ſynagoga, ſed & quiſque domeſticus ſenſit, ſi modò & illam haurire voluit.

ſumma. Et hoc ſanè nobis meditandũ proponit Euãgelica hiſtoria de ſocru Petri à febribus ſanata. Priùs enim palã, & coram omnibus in ſynagoga poſitum dęmoniacũ curauerat, & ab omnibus ſuſpiciebatur,

A suspiciebatur, vt qui maiore cæteris exorcistis virtute præcelleret: nũc etiam domi quid possit ostẽdit, vt vbique se, seu domi, seu foris, nobis esse munificum ostendat. Cęterùm quòd Matthæus curationem istam recensẽt, (cap. 8.) post sermonem Domini in monte, & post leprosum curatum, & seruum Centurionis sanitati restitutum: non proinde tamen ordo, quem Lucas obseruat, peruertendus est. Hîc autem factum istud narrat ante sermonem in monte factum. Nam, vt scribit Augustinus lib. 2. de cons. Euangelist. cap. 21. hoc per recapitulationem à Matthæo narratum est, quod à Luca suo loco ponitur. Nam cùm Christum in synagogam venisse dixisset, adiecit, *Surgens Iesus de synagoga.* Hic enim mos Domini fuit, vt quoties aliquibus miraculis populo inclaruisset, sese subduceret, ne gloriam captare videretur. Gregor. Nanz. Epist. ad Nemesium. Hæc enim inanis & infirmæ gloriæ natura est, vt statim decidat, quemadmodum fumus, qui in aëre confestim euanescit. At Christus nec paucorum hominum vocibus circumseptus fuit, nec illius fama temporis longinquitate imminuta, atque obscurata est. Tum enim gloria solidior & constantior erit, cùm illam homo minimè appetierit, sed Deo reddiderit: quod & Christus in omnibus facere docuit. Ad eam rem Greg. Nanzanz. Orat. de pauperum amore, profert Hieremiæ sententiam, cap. 9. Ne glorietur sapiens in sapientia sua, nec dives in opibus suis, nec fortis in viribus suis: etiam si ad summum quidem peruenerint, ille sapientiæ, alter diuitiarum, alius potentiæ. Ego verò adiiciam, nec clarus & celebris in gloria, nominisque splendore, nec qui incolumi valetudine est in sanitate, nec pulcher in formæ honestate, nec iuuenis in florenti ætate, nec, vt rem vno verbo constringam, in vlla alia re ex omnibus iis quæ in terra laudantur, qui ea intumescit: Verùm qui gloriatur, hac vna in re glorietur, quòd Deum cognoscat, atque requirat, calamitosisque condolescat, atque ad futuram vitam boni quidpiam sibi recondat. Cætera enim fluxa sunt, & velut in calculorum ludo alia ad alios iactantur, & transeunt. Neque verò, vt aliquando Christus monuit, gloriari oportet, quòd dæmonia subiiciuntur nobis: non hoc enim nostræ, sed à Deo dispensatæ virtutis est. Ideò subtrahat se quisque ab hominum gloria, & hanc Deo & Christo eius reddat. Porrò Synagoga congregationem, vt & Ecclesia conuocationem significat. Hoc nomine nõ cœtus hominum tantùm, sed & locus, quo verbum Dei audituri conueniebant, insinuabatur. Beda in Luc. 2. Surgere dicitur ab Euangelistis, cùm præsentaneum auxiliũ præstaturus est, vt Matth. 8. Surgens imperauit ventis. Et Ioan. 13. Surgit à cœna. Sic Ps. 44. Exurge, Domine, adiuua nos. Qui enim opem fert, exurgere dicitur. 3. Quòd synagogam reliquit corpore, etiam & miseratione se eam relicturum docuit, vt quæ indurasceret. Sic 2. Par. 24. Dereliquistis Dominum, vt derelinqueret vos. Hier. 12. Reliqui domum meam. *Introiuit in domum Simonis.* Domus hæc militantis Ecclesiæ Petro credita typum gessit. 1. Ecclesia quippè domus dicitur à Paulo. 2. Simon autem illi prælatus est, vt patet Mat. 16. & Ioan. 20. Chrysostom. hom. 55. in Matth. c. 16. Hieronymus in Iouinia. Cyprianus lib. 4. Epist. 9. ad Florentium & Pupianum, Clemẽs Epist. 1. ad Iacobum fratrem Domini. 3. Mysterium verò habet Simonis significatio. Simon enim obedientem designat: epithetum vtique fideli proprium, immò & omni Ecclesiæ, vt Christum caput suum æmuletur: qui Patri factus est obediens vsque ad mortem. Philipp. 2. vt sequamur vestigia eius. 1. Pet. 2. Econtrà Iudæi semper rebelles, vt testatur Christus, Math. 23. & Stephanus, Act. 7. Cæterùm obseruabis ex Euangelico contextu Christum primò dæmoniacum curasse in synagoga, demùm in domo Petri, quæ Gentium designat Ecclesiam, socrum eius sanasse: vt & Iudæis & Gentibus se venisse saluatorem testaretur. 2. Quódque & publicè & priuatim tandem apud Petrum curat omnem retundere calumniam. Publicè nimirùm eiicit dæmonem, vt hinc omnes credant in eum. Priuatim, vt nec vanam gloriam sectari, nec sua ad ostentationem facere videatur. 3. Demùm vt doceat Parochum, omnésque magistratus Ecclesiasticos, non publicis tantùm personis, sed & priuatis, immò & infimæ conditionis hominibus curam adhibere. Proinde detestanda erit Curionum auaritia, qui etiam sepulturam pauperibus negent, nisi numerata eis assignetur pecunia. Quod Decretum vetat, 13. q. 2. Can. Quæsta, ex Greg. Epistola ad Ianuarium. Memor es, inquit, quòd dum Abrahã à filiis Ephron, hoc est, à filiis Seor, sepulchrum pretio ad humandum corpus coniugis postularet, præmium accipere renuit: ne commodum de cadauere videretur consecutus. Si enim tantę considerationis paganus vir fuit: quantò magis nos, qui sacerdotes dicimur, hoc facere nõ debemus? Vnde hoc auaritiæ vitium, ne in alienis denuò tentari præsumatur, admoneo: sed si quando aliquem in Ecclesia vestra sepeliri conceditis, siquidem parentes ipsius proximi, vel hæredes pro luminaribus sponte quid offerre voluerint, accipere non vetamus. Eadem est & Hieronymi sententia in Genes. c. 23. quæ refertur statim post prædictum can. Postquã pretio.

Narratio.

August. *Quo tẽpore hoc continuo gerit.*

Greg. Náz. *Christus fugit humanam gloriam.*

Greg. Náz. *Fumꝰ inanis gloriæ.*

Beda.

Chrysost. Hierony. Cyprian. Clemens.

Næ vanalia sint Ecclesiastica remedia.

Gregor.

Hierony.

& can. Ecclesiastico. & can. Præcipiendum, vbi hæc exceptio ponitur: Nisi fortè qui sepelitur, F
viuens iusserit Ecclesiæ, in cuius atrio sepelitur, aliquid de suis rebus tribuere. Sed neque Iudices aut Chirurgi personarum acceptione leges suæ disciplinæ infringant: hoc enim ipsum etiam Hippocratis iusiurandum vetat. Quomodo non magis prohibeat Christus, qui statim ad eos intendit, pro quibus rogatur? *Venerunt ergo in domum Simonis & Andreæ, cum Iacobo &*
P. Chrysol. *Ioanne.* Illi comitatum præbent, qui simul ad Apostolatū vocati sunt. Petrus Chrysologus, ser. 18. Hac autem, inquit, lectione didicit attentus auditor, quare cœli Dominus, restaurator vniuersorum, terrenas & seruiles intrauerit mansiones. Sed nihil mirum, si ad omnia dignanter
Theoph. accessit, qui clementer venerat omnibus subuenire. Theophilactus in Marc. Secessit, inquit, vt mos erat, in sabbato ad vesperam in conuiuium, in domum discipulorum. Idem in Luc. Dominus omnium à discipulis excipiebatur & pascebatur, quemadmodum nunc quoque & apud Petrum hospitio excipitur, & sanat eius socrum: vt & te instruat, ne reiicias pauperum G
Fœlician. modestiam & curam. Fœlicianus, ser. 38. Diues & pauper vlmo & viti assimilantur. Vlmus ex se sterilis est, quemadmodum & diues: Vitis verò ferax, & sibi sustinendæ non sufficit. Et pauperes sustentet oportet, vt vlmus non sit planè inutilis & excindatur. Quemadmodum & triticum quod seminatur, prægnātes aristas ostēdit: ita & eleemosyna multos manipulos iustitiæ efficit, & ineffabiles prouentus profert. Et hoc sanè manifestum est in socru Petri. Christus quidem à Petro & Andrea excipitur, & ille rependit curationem infirmæ. *Socrus autem*
Magister hist. Eccl. *Petri tenebatur magnis febribus.* πενθερὰ verò, seu socrus, est vxoris aut mariti mater. Socrus dicitur viri, si vxoris eius mater naturalis fuerit. Magister historiæ Eccles. scribit, hanc Petro filiā
Petrus coniugatus. vnicam nuptui tradidisse, eique domum & omnia sua contulisse. Quod iam antequàm ad Apostolatum vocaretur, Petro contigit: neque enim tandem aliquis post adeptum Ecclesiæ
Non licet sacerdotib⁹ ire coniugia. sacerdotium impunè nubere potuit. Hoc igitur loco abutuntur hæretici, dum colligunt, ex eo H quòd Petrus aliquando vxorem duxit, idem etiam sacerdotibus omnibus licere. Distinguenda enim sunt tempora, & ita conciliandæ scripturæ. Non enim Petrus vxorem duxit postquā vocatus est, sed priùs, cùm piscaturam in stagno Genesareth exerceret, & nondum à Christo vocatus fuisset. Et quidem olim, etiam coniugati, ad sacerdotia ob paucitatem assumebantur: nunquam autem sacerdotes nuptui traditi sunt. Immò consilium dabatur, vt quibus antè
Conc. Nic. Socrates. Niceph. nupserant, sacerdotes facti, sibi interdicerent: vt patet in Concilio Niceno apud Socr. lib. 1. hist. Eccles. cap. 11. & Nicephor. lib. 8. cap. 19. quod etiam in posterum coniugatos ad sacerdotia eligi prohibuit. Hinc est quòd Artemius quidam Treuerensis apud Atuernos à sancto Ne-
Greg. Tur. potiano à febribus curatus, vxorem reliquit vt clericus fieret, ait Gregorius Turonensis, lib. 1. histor. Franc. num. 46. Interim tamen iubetur (31. distinct. can. Omninò Presbyter aut Episcopus) prouidere vxori, quam ante sacerdotium acceperat. Nec prætexenda est circumductio I
vxorum, cuius Paulus meminit (1. Cor. 9.) cùm ea non de coitu & amplexu, sed vitæ lucro intelligantur. Quia deinceps inter Petrum & vxorem eius non fuit carnale coniugium, vt ibi-
Leo. dem docet Leo 9. contra Epistolam Nicetæ Abbatis. Quod & ab antiquis sacerdotibus ob-
Greg. Tur. seruatum recensēt Gregorius Turonens. lib. 1. hist. Francor. cap. 44. Et id quidem decretum Exuperij Tholosani Episcopi cōfirmat, vt refertur 31. distinct. can. Eos. Hęc quippè illius verba sunt: Eos ad sacrificia admitti fas sit, sed qui vel cum vxore non exerceant opus carnale. Quāto igitur minus licebit sacerdotibus matrimonia contrahere, cùm eo contracto, si ad sacerdotiū promoueantur, consulatur vxorum amplexus abdicare? Proinde Canon 27. Apostol. permittit tantùm cantoribus & lectoribus sponsas assumere. Æquum enim est, vt qui vxores habent, ab-
Hierony. stineant propter orationem. 1. Cor. 7. quantò magis ob sacrificium? Hieronymus lib. 1. contra K
Iouinian. Verùm, inquit, Iouinianus proponit nobis Zachariā, & Elisabeth, & socrum eius, & consueta væcordia non intelligit, istos quoque inter eos, qui legi seruierint, debuisse numerari. Iuxta quam regulam & illi vxores habuerunt, sed quas eō tempore acceperant, quo Euangelium nesciebant. Qui assumpti postea in Apostolatum, relinquunt officium coniugale. Nam cùm Petrus ex persona Apostolorum dicit ad Dominum: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: respondit ei Dominus, Amen dico vobis, quoniam nemo est qui dimiserit domum, aut parentes, aut fratres, aut vxorem, aut filios, aut agros propter regnum Dei, qui non recipiat multò plura in seculo isto, & in futuro vitam æternam. Si autem nobis illud opposuerit ad probandum quòd omnes Apostoli vxores habuerint: Numquid non habemus potestatē
Occurrit obiectioni. mulieres vel vxores circumducendi (quia γυνὴ apud Græcos vtrumque significat) sicut cæteri Apostoli, & Cephas, & fratres Domini: iungat & illud, quod in Græcis codicibus est, Numquid non habemus potestatem sorores mulieres, vel vxores circumducendi? Ex quo apparet,

cum

A eum de aliis sanctis dixisse mulieribus, quæ iuxta morem Iudaicum magistris de sua substantia ministrabant, sicut legimus ipsi quoque Domino factitatum. Nam & ordo verborum hoc significat: Numquid non habemus potestatem manducandi & bibendi, aut sorores mulieres circumducendi? Vbi de comedendo & bibendo, ac de administratione sumptuum præmittitur, & de mulieribus sororibus infertur: perspicuum est non vxores debere intelligi, sed eas, vt diximus, quæ de sua substantia ministrabant. Hæc igitur socrus, iã antequàm Petrus ad Apostolatum vocaretur, ei filiam suam despondisse intelligitur. Porrò illa *decumbebat magnis febribus.* Petrus Chrysologus, serm. 18. Videtis quæ res ad domum Petri inuitauerit Christum: vti- Pet. Chrys.
que non discumbendi voluptas, sed iacentis infirmitas: non prandendi necessitas, sed salutis occasio: diuinæ virtutis opus, non humani pompa conuiuij. In domo Petri non vina, sed lachrymæ fundebantur: turbabat ibi familiam, non cura conuiuij, sed cura languentis: Febris ibi,
B non edacitas æstuabat. Vnde illuc Christus non epulas percepturus, sed vitam redditurus intrauit. Deus quærit homines, non humana: cœlestia dare cupit, non concupiscit inuenire terrena. Christus ergo recepturus nos, non nostra quæsiturus aduenit. Ingressus ergo in domum, *Christus qua ratione in domum Petri venerit.*
ad quod venerat, vidit: non aspexit qualitatem domus, non occurrentium turbas, non salutãtium pompam, non familiæ concursum, certè non ipsum præparationis ornatum: sed inspexit gemitum languentis, febrientis attendit incendium, vidit periculum desperatæ: siquidem *tenebatur magnis febribus.* Porrò febrim norunt omnes frigore & calore innaturali sequente maximè nasci. Calor enim hic extraneus in corde inflammatus pervenas, arterias, spiritum & sanguinem, procedit in totum corpus, adeò vt operationes omnes impediat. Typum igitur socrus Petri gerit totius Gentilismi, seu Gentilitatis, è qua, ceu filia à matre, secundum carnem Ecclesia Christi Petro desponsata collecta est. Porrò febris peccata indicat, quibus ea labora-
C uit, adeò vt Christo liberè deseruire non potuerit. Qui enim febricitant, eò vsque væcordes redduntur, vt nec quod illis vtile sit & commodum, quærere queant, quemadmodum reipsa nobis est manifestum. Quòd verò Petrus socrum suam domi ægram retinet, & illius sollicitus est, docet generos idem suis facere: & tanta in vxorem dilectione efferuescere, vt eos qui coniugis parentes sunt, velut suos & honorent, & excipiant. *Et ipsi rogauerunt illum pro ea.* Euthy- Euthym.
mi. in Luc. ἠρώτησαν enim non significat interrogauerunt, sed rogauerunt. Ita enim in alterutrũ procliues esse debemus, vt & ægrotis compatiamur, & mutuam opem feramus. Iac. 5. Orate pro inuicem, vt saluemini. Sat est rogare eum, qui nullum pretium expetit, sed sacrificium sibi vult fieri spiritus contribulati. Et quidem oratione sua maximum pretium offerunt Apostoli, cùm simul se Christo, vt summo medico, suáque omnia subiicienda esse sentiant. Norant Prophetas aliorum benè affectorum precibus multa contulisse: nam & puer Sarephtanæ excitatus
D est, & filius Sunamitidis, importunis matrum precibus. Nec ignorabant quantum valuissent preces reguli pro filio suo infirmo. Hinc fit, vt meliori concepta fiducia, pro socru Petri intercedant. Theophilactus in Marc. Hic enim sermo indicat, quòd si morbo quopiam laboramus, Theophil.
dono sanitatis vtamur, ad sanctorum & Christi ministerium. Interim verò & hîc manifestum est, quantæ virtutis sint preces, orationésque sanctorum. Ambrosius lib. de Viduis: Habes pro- Ambros.
ximos Apostolos, qui rogauerunt pro socru Simonis: habes proximos martyres, qui pro te orẽt, quoties febri peccati corriperis. Primò orandi sunt sancti, qui dati sunt nobis in præsidium: orandi sunt & martyres, qui sunt præsules nostri, & speculatores actionum & operũ nostrorum. Ezech. 32. Pro iniquitate orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. En quanta vis sit patrocinij sanctorum. Nam si viuentes in carne potuerunt orare pro cæteris, (ait Hieronym. Hieron.
E Epi. 2. ad Riparium) quando pro se debent esse solliciti: quantò magis post coronas, victorias & triumphos? Et hoc vtique Chrysost. hom. vlt. in Epist. ad Rom. argumentum est, quòd magna Chrysost.
nobis à sanctis, Romæ maximè à diuis Petro & Paulo etiam nunc promanet vtilitas. Si enim Paulus (inquit) cùm hîc esset, vsque adeò dilexit homines, vt cùm dissolui ex animi proposito, & cum Christo esse cuperet, elegerit hîc esse: multò magis illic feruentiorem amorem ostendet. Proinde vt verbis Ambrosij, lib. de Viduis, vtar: Non erubescamus sanctos intercessores no- Ambros.
stræ infirmitatis adhibere, quia ipsi infirmitatem corporis etiam, cùm viuerent, agnouerunt, & pro ea supplicarunt. *Et stans super illam, imperauit febri.* Poterat quidem absoluto verbo illam curare, qui absens simplici voluntate filium reguli sanitati restituerat: sed externis signis, & velut ceremoniis vtitur, vt ad spiritualia animum efferat. Sic & olim Helisæus (4. Reg. 4.) incubuit super filium Sunamitidis, vt eum vitæ restitueret. Translatio autem ista, seu signi istius significatio, à Gallinis sumpta est, quę ouis incubant, vt eis suo calore vitam & animum communicent. Ideò primùm, cùm de spiritu omnia viuificãte legitur, hoc scriptum est: Et spiritus Do-

mini incubabat aquis: quia & illis vim viuificatricem infundebat, vt ex aquis & pisces, & vo-
Pet. Chrys. lucres nascerentur. Marcus habet, quòd *eleuauit eam, apprehensa manu eius.* Petr. Chrysolog. ser. 18. Ecce statim manus ad opus suæ Deitatis extendit, inquit: nec antè ad humana discubuit Christus, quàm mulier, quæ iacebat, consurgeret ad diuina. *Tenuit*, inquit, *manum eius.* Quæ necessitas tangendi erat, vbi inerat ius iubendi? Sed Christus tenuit manum mulieris ad vitam, quia Adam de manu mulieris acceperat mortem. *Tenuit manum eius*, vt quod manus præsumentis amiserat, manus repararet authoris. *Tenuit manum eius*, vt acciperet indulgentiam manus, quæ carpserat de morte sententiam. *Et imperauit febri.* Ita non tantùm rerum creatarum, sed & morborum, pœnarúmque homini propter peccatum inflictarum Dominú se esse, omniaque suo verbo cedere testabatur. Interim verò ex eo quòd Christus motus Apostolorum precibus socrum Simonis sanitati restituit, docet quantum valeant preces eorum, quos ad Ecclesiæ ministerium selegit, ad depellendos etiam infidelitatis morbos, & hominem reparandum in salutem. Quòd autem etiam febris Christo obedit & morem gerit, obserua duriorem esse hominem omni creatura inanimata etiam & muta: immò & morbis ipsis crudeliorem. Mare enim efferuescens Dei verbo sedatur: diuiditur per Mosen. Cœlum Christo moriente obtenebratur. Sol stat sub Iosue. Ignis de cœlo descendit. Reddit Helyæ & Helisæo infernus mortuos suos. Solus homo Dei verbum subsannat & ridet. *Et continuò surgens ministrabat illis.* 1. Vim habet dictio, Continuò, vt in momento Christum & eius verbum operari intelligas. 2. Quòd surrexerit, integræ sanitati restituta fuisse docet, vt cui opus non fuerit sensim prostratas vires abacto morbo reficere. 3. Quòd ministrarit, gratitudinem eius insinuat, & beneficij agnitionem: vt quæ se Christi obsequio deuouerit. Nos quoque quoties à Domino delictorum veniam, quæ vera animarum curatio est, assequimur, tantò ad eius obsequium ferueti-
Theoph. ores simus, quantò priùs, dum morbus peccati nos obsidebat, eramus tardiores. Theophi-
Christus non modò sanat, sed & confirmat bonã valetudinem. lactus in Luc. Ita non simpliciter curat illam à morbo, sed & bonam valetudinem, & robur ad ministrãdum ei suppeditat. Et nos quoque si illum exceperimus, extinguet nostram febrim iræ & concupiscentiæ: & eriget atque corroborabit nos, ita vt ei ministrare valeamus, hoc est facere, quæ ei placent. Euthym. in Marc. Suscipiamus ergo nos Christum, siue sermonem eius, vt febrim affectionum in nobis extinguat. Sed & hoc mirum est in muliere decrepita, quòd & illis ministrauerit: nisi simul cum ista curatione, accreuisse robur ætatis, non autem simpliciter
Euthym. Pet. Chrys. restitutum esse putemus. Petrus Chrysolog. ser. 18. Et Christus, inquit, mulieris indigebat obsequio, & mulieris prouectæ ætatis, senectutis summæ, filiis aggrauatæ. Sic in domo Petri nõ erat vernula, non minister, non familiaris, non propinquus, certè non vxor, quæ matris obsequium præueniret? Et ad summam Petrus ipse causas suæ verecundiæ non videbat, vt hoc anus, hoc socrus faceret magistro, discipulus quod debebat? Fratres, Christus ab illa humanum non exigebat obsequium, cui ministerium diuinitatis impenderat: sed ministrare illam ad indicium adeptæ sanitatis admisit. Christus sic fugat morbos, vt vires pristinas mox reducat. Vbi curat ars,
Bonauent. ibi infirmitatis residet lassitudo: vbi sanat virtus, ibi languor vestigium non relinquit. Bonauentura in Luc. *Surrexit* igitur, *& ministrabat eis*, optimæ matronæ præ se ferens exemplum, quasi
Exemplum optimæ matronæ. altera Martha. de qua Luc. 10. Et tales merentur diuinum beneficium. 4. Reg. 4. dicit puer Helisæus Sunamitidi: Ecce sedulè in omnibus ministrasti nobis, quid vis vt faciam tibi? Talẽ viduam dicebat Apostolus esse eligendam. 1. Tim. 5. Vidua deligatur non minus sexaginta annorum, quæ fuit vnius viri vxor, in operibus bonis testimonium habens, si filios educauit, si hospitio recepit, si sanctorum pedes lauit, si tribulationem patientibus subministrauit, si omne opus
Euthym. bonum subsecuta est. Euthym. in Marc. ex hac historia colligit, nos adinstar istius, accepto beneficio, in pauperes propensos esse debere, & illis ministrare: ita scilicet & ipsi Christo ministrabimus. Quicquid enim, inquit, fecistis vni ex his fratribus meis, mihi fecistis. Ministremus & his qui eum imitantur, verbi diuini ministris, quasi discipulis ipsius, vt & illi pro nobis deprecentur. *Cúmque sol occidisset, omnes qui habebant infirmos variis languoribus, ducebant illos ad eum.*
Origenes. 1. Origenes occasum eos solis expectasse dicit, quòd timerent Pharisæos: vel arbitrarentur die sabbati illicitum esse sanitatem alicui conferre. 2. Quòd autem die & nocte Christus ægrotos sanauit, docuit se omni tempore saluatorem esse: & quòd illi noctu suos ad eum adducunt, facto testantur omni hora & tempore, eos qui spiritualiter sanari volent, apud eum accessum habere. Ezech. 18. En Christus nec priuatum otium, nec intempestiuam noctem prætexuit, quin ægris benefaceret: quò nos omni hora & tempore amico & fratri, aut corpore aut animo languenti curando totos impendamus. *At ille singulis imponens manus, curabat eos.* Hanc ceremoniam obseruat, vt doceat hanc curationem suæ potentiæ adscribendam. Manus enim in scri-

pturis

A pturis potentiam indicat. Quòd ergo manus imponit, docet & potentia ſua ſe illos ſanare. Hinc impoſitio manuum vſitatiſſima in Eccleſia, in ſignum diuinæ potentiæ. Docuit & hac impoſitione carnem ſuam viuificã eſſe, vt obſeruat Chryſoſtomus. Quòd autem ipſa etiam nocte, Chryſoſt.
& in domo Simonis, omnium ægrotorum habet rationem, docebat idem faciendum à Prælatis Eccleſiæ, cuius hæc domus typus erat: Maximè verò vt noctis intemperies eos non excuſet à viſitatione infirmorum, cùm idem in Chriſto experiantur. Iacob. 5. Infirmatur quis in vobis, inducat preſbyteros, &c. Hoc illorum munus eſt. Proinde Canones iubent eos omni hora Euchariſtiam paratam habere propter infirmos, vt ex Concilio Guarmacenſi, & de conſecr. diſt. 2. can. Preſbyter. Immò & omnibus in morte pœnitentibus deferenda eſt, vt habetur 50. diſt. c. Pœnitentes. & 46. diſt. c. Accuſatores. & 26. q. 6. Si quis de corpore. Proinde Serapion olim noctu etiam ad Preſbyterum miſit, vt Euchariſtiã acciperet, vt refert Euſebius hiſt. Eccle. lib. 6. Euſeb.

B cap. 33. *Exibant autem dæmonia, clamantia, & dicentia, Tu es Chriſtus filius Dei*. Hoc autem clamabant, non quòd certò ſcirent, eſſétne Chriſtus Meſſias, vt docet D. Maximus Taurinenſis, Max. Tau.
hom. 1. de ieiunio: ſed quòd aliquam coniecturam huius rei haberent, dum ſe eius verbo adeò cogi perſpicerent. Nec enim, ait Paulus, aliquis principum huius ſeculi myſterium hoc abſconditum cognouit, vt in hunc locum Beda adnotat. *Et increpans non ſinebat ea loqui, quia ſciebant* Beda.
ipſum eſſe Chriſtum. 1. Ne veritati mendacium immiſcerent. 2. Ne verbis eorum authoritatem daret. 3. Quòd non ſpecioſa ſit laus in ore peccatoris, ait Theophil. 4. Ne Iudæorum inuidiam Theoph.
accenderet. 5. Ne diuina maieſtate prædicata, paſſio differretur. Beda. 6. Ne gloriæ cupidus eſſe videatur. Porrò quòd Chriſtus non ſinit dæmonia etiam verum dicentia loqui, ſuo docuit exemplo non permittendas hæreticis Sathanæ filiis conciones, & verbi diuini interpretationes, etiamſi quandoque vera dicant: nec eorum libros legendos, licet nonnunquam vera implicent.

C Protagoræ vtique Abderitis libri Athenis pro concione combuſti ſunt, ait Cicero lib. 2. de nat. Cicero.
deor. quòd præfatus fuiſſet hæc de diis: Sint nécne, non habeo dicere: quòd hoc in quæſtionem adferre videretur. Quantò magis apud nos concremandi ſunt hæreticorum libri? 2. Tim. 2. Sermo eorum ſerpit, vt cancer, ait Paulus. At quàm citiùs poterit, cancro mederi oportet, & eius contagione membrum corruptum abſcindere,

--ne pars ſincera trahatur.

Proinde Conſtantinus Magnus decreto ad omnes Epiſcopos & popul. miſſo, quod etiam refertur hiſt. trip. lib. 2. cap. 15. præcepit ea quæ ab Ario conſcripta fuerant, ignibus tradi, ne qua poſſent illius remanere commenta. Sic (Act. 19.) permulti, qui fuerant curioſa ſectati, libros ſuos combuſſerunt. Arbor enim, quæ non fert fructum, excindi debet, & in ignem mitti, vt Chriſtus ipſe admonuit, Matth. 7. Cæterùm Matthæus, vt aſſolet, Prophetæ teſtimonium inſerit, ad- Con. Mag. *Libri hæretici comburendi.*

D iiciens: *vt adimpleretur quod dictum eſt per Eſaiam Prophetam dicentem, Ipſe infirmitates noſtras accepit, & ægrotationes noſtras portauit*. Eſ. 53. Euthym. in Matth. Per languores & morbos hîc Euthy.
mihi, inquit, intellige languorum ac morborum reatus. Quum enim languores ac multos patientes morbos curauit, in ſeipſum eorum reatum tranſtulit: dico ſanè labores & mortem, ideò etiam multos perpeſſus labores acerba paſſione mortuus eſt. Sed Matthæus de corporalibus languoribus & morbis metaphorico verbo loquitur. Eſaias verò languores & morbos peccata appellauit: quæ Chriſtus ſumere ac portare dicitur in modum victimæ. Nam animal, quod pro peccatis ad victimam producebatur, (Leuit. 16.) quodammodò peccata omnium in ſeipſum ſuſcipiebat, ac portabat, & populum quidem his liberabat, ipſum verò propter hæc iugulabatur. Pulchrè autem Propheticum dictum tranſumpſit Euangeliſta. Plurimi ſiquidé languores, ac morbi corporales à peccatis otiũtur, ſicut in progreſſu docebimur: nihilque vetat hæc quo- *Quomodo Chriſtus portauit omnium peccata.*

E que vocari peccata. Ipſe etiam Petrus (2. cap. 1.) id de Chriſti paſſione intelligendum docet, dicens: Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum. Sed & ſequentia oſtẽdunt. Ipſe autẽ vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra. Thomas Caietan.
Caietanus in Matth. Et ne putes, vt Porphyrius dixit, Matthæum fuiſſe ignorantem: diſcute diligenter textum illum Eſaiæ, & perſpicies ſenſum iſtum eſſe ſenſum literalem. Intendit enim Propheta de Meſſia in paſſione conſtituto dicere, quòd ipſe non fictè, non vulgari fama, ſed verè miracula ſanitatum effecit: & tamen nos reputauimus eum quaſi leproſum, & percuſſum à Deo. Vnde principes Iudæorum illudentes Chriſto, dixerunt: Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere. Nec modus loquendi, quo vtitur Propheta, obſtat. Non quidem pronomen *noſtras*: quoniam clarè patet Prophetam dicere hæc verba in perſona populi, & tam beneficia collata populo Iudæorum, quàm peccata eiuſdem contra Chriſtum, vt communia etiam ſibi proferre. Sicut enim ait, infirmitates noſtras, ægrotationes noſtras: ita ſubiungit, Et *Matthæus ſecutus eſt ſenſum Eſaiæ.*

nos reputauimus eum quasi leprosum. Nec verbum *tulit*, aut *portauit*: quoniam hoc loquendi modo significauit facilitatem curationum exhibendarum à Christo absque medicinis, absque alteratione aliqua, tantam ac si rem aliquam, quæ tolli posset, in alium locum transportaret. Est itaque literalis sensus Prophetiæ, quòd Messias verè tulit, hoc est, abstulit infirmitates nostras, quæ scilicet ex defectu accidunt: & ægrotationes nostras, quæ super excessu proueniunt, vt omne genus ægritudinis comprehendatur in istis. De animæ autem languoribus, quæ peccata sunt, subdit postea Esaias ibidem: Deus posuit in eo iniquitatem omnium nostrûm, & ipse peccata multorum tulit. Ita rectè intuitus est Euangelista mentẽ Esaiæ Prophetæ, pariter & Christi. Propheta enim prædixit Christum sic in nos affectum fore, vt & nobis compateretur per omnia, nostras etiam infirmitates in seipso assumeret, id est, nostra miseria tangeretur. Ex quo & Paulus eum (Heb. 7.) promptissimum auxiliatorem esse concludit. Neque refert qua parte ægrotemus, cùm corporis morbi ab internis animæ morbis proueniant. Itaque cùm sublata causa tollatur effectus: in eo etiam quòd peccatorũ reatus in se transferebat, vt & pro his satisfaceret: non mirum est, si tam facilè morbos curaret. Interim verò quòd legitur id factum esse, *vt impleretur* hæc Prophetia: non ita intelligendum est, quasi Christus ideò curauerit ægrotos, vt scriptura ista impleretur, alioqui non facturus: sed potiùs ideò scripturam hanc à Spiritu sancto esse positam, quòd istud per Christum futurum esset. *Facta autem die egressus ibat in desertũ locum.* Matthæus scribit, quòd videns turbas multas circum se, quæ simul doceri non poterant,
Alb. Mag. iussit discipulos ire trans fretum, seu in vlteriorem ripam, quæ pergit in deserti solitudinem: idque diluculo valde, vt scribit Marcus. Albertus Mag. in Marc. Quinque autem hîc dicit. Summum desiderium, cùm dicit, *diluculo valde*. Esa. 26. Spiritu meo in præcordiis meis de manè vigilabo ad te. Pro. 8. Qui manè vigilauerint ad me, inuenient me. 2. Mentis in Deum directionem, cùm addit, *surgens*. Ps. 24. Ad te leuaui animam meam. Cant. 3. Surgam, & circuibo ciuitatẽ, quærã quẽ diligit anima mea. 3. Separationẽ à tumultu, cùm dicit, *Egressus* à suis, à se, à turbis. Genes. 22. Expectate me hîc cũ asino, ego & puer illuc vsque properantes, cũ adorauerimus, reuertemur ad vos. 4. Desiderium in Deum perfectum, cùm adiicit, *Ibat*. Ezech. 1. Ibant in similitudinem fulguris coruscantis, & erat in medio splendor ignis, per ignitũ cordis desiderium. Quintò subiungit locum, & opus, cùm dicit, *In desertum*, mundi occupationibus remotum, inquietudini sensuum non vicinum, ad cuius interiora Moyses greges pauit, cùm videret Dei visionem magnam. Exod. 3. *Ibique orabat*. Ecce opus, loco optimè conueniens, cùm per ora-
Orationis cõditiones. tionem à mundo ad Deum secedere debeamus. Matth. 6. Cùm orabis, intra in cubiculum tuũ. Porrò suo nos exemplo Christus docebat, ne post collatum in aliquos beneficium laudem pro mercede captemus, sed potiùs secedamus, & orationem tandem profundamus, qua contestemur idem quod olim principes, qui ad expensas templi contulerant, dicentes: Omnia quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. Bonauentura in Luc. Ita melius est se humiliter occul-
Bonauent. tare, quàm impudenter ostentare: secundum illud Psal. 34. Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine. Huius figura præcessit in Helya, de quo. 3. Reg. 19. dicitur, quòd relicto puero suo, solus perrexit in desertum, postquàm fecerat miraculum ignis consumentis holocaustum. Huius etiam typus in Dauid exprimebatur. 1. Reg. 20. cùm dixit ad Ionatham: Dimitte me, vt abscondat in agro, vsque ad vesperam diei tertiæ. Nam & Christus ad tempus secedebat, non modò vt humanas laudes, & hominum importunitates, sed & aduersariorum suorum furores ad tempus fugere doceret. Quinetiam oratio non modò præuenire, sed & sanctas actiones consequi debet: vt in omnibus gratias agamus Deo. Maximè verò qui verbi ministerio fungitur, hoc apud Deum continuis orationibus curet, seu prædicaturus sit, seu iam verbum Dei populo annunciauerit: & oret, vt auditores fructum salutis ex eo nanciscantur. *Et requirebant eum, & venerunt ad ipsum*, non Pharisæi, non magnates, sed ipse populus, ipsi etiam Apostoli. Vnde & Marcus ita habet: *Et prosecutus est eum Simon, & qui cum eo erant*. Illum igitur primò solum abire siuerant, sed interim vbi longiùs remotum aduerterunt, prosecuti sunt. *Et cum inuenissent eum, dixerunt ei, Quia omnes quærunt te*. Non tamen principes, sed turbæ: Quia (1. Cor. 1.) infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia. Atque vtinam nos istorum pietatem imitemur, & quoties Deum propter peccata & ingratitudinem nostram, à nobis recedere, nósque vt indignos deserere velle viderimus, illum piis precibus & alacri contentione cordis reuocare contendamus. Requiramus eum, prosequamur. Esa. 55. Inuocate eum dum propè est. Psalm. 104. Quærite faciem eius semper. Quòd Christus non morem gerit turbæ, docet neque ad ostentationem, neque ad plebis arbitrium edenda miracula, sed quatenus hominum salus ac Dei gloria ea requirit. Hoc enim ipso miracula Sathanæ à diuinis differunt, quòd aures populi

A puli captent, non autem illius ſalutem, immò detrimentum animæ attendant, & Dei gloriam auerſentur. *Et detinebant eum ne diſcederet ab eis.* Adeò Chriſtum amant, vt eius abſentia carere vix poſſint. Sic in Cantic. ſponſa dilecti, cap. 3. ait, Tenui eum, nec dimittam. Et Iacob, Geneſ. 32. Non dimittam te, niſi benedixeris mihi. Tria igitur iſtius turbæ exemplo ad omne ſtudioſum opus neceſſaria ſunt, Inquiſitio, aſſecutio, & perſeuerantia. Nec enim ſatis eſt quærere, niſi id quod quærimus, aſſequamur: & fruſtrà aſſequimur quod non retinemus. Monet Eſaias cap. 55. quærere Dominum dum inueniri poteſt. Et quidem diſcipuli quidam, Ioann. 1. cùm inueniſſent vbi Chriſtus maneret, perſeuerauerunt apud eum. *Quibus ille ait: Quia & aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei: quia ideò miſſus ſum.* 1. Non eos omninò ablegat, ſed & alios ſe lucrari oportere docet. 2. Miſſionis nomine, incarnationem intelligit: necnon Patris beneplacitum, *Quæ huius turbæ exemplo diſcenda.*

B qui miſit filium ſuum in mundum, vt ſaluetur mundus per ipſum, Ioan. 3. 3. Euangelizare dicuntur, qui gratiam per Chriſtum factam prædicant: hoc enim bonum nuncium eſt, quod nobis non timoris, vt olim in Syna cùm lex daretur, Exod. 19. ſed amoris ſpiritum conciliat. 4. Regnum Dei gratia eſt & veritas per Chriſtum facta, ſeu reconciliatio hominum cum Deo. Vnde & illius ſummam Chriſtus complexus eſt, dicens, Ioan. 20. Oportuit prædicari in nomine Chriſti pœnitentiam in remiſſionem peccatorum. 5. Ciuitatum aliarum nomine etiam Gentiles implicat, quibus hæc gratia non minus quàm Iudæis annunciari debuerat. *Et erat prædicans in ſynagogis Galilææ.* Adeò apertè docet ſe ſeductorem non eſſe, vt Iudæi improperabant (nec enim veritas quærit angulos) proindè publicè in ſynagogis diſputat & prædicat. Ex eo factum eſt, vt & liberè diceret Pilato, Ego palàm locutus ſum mundo, & in occulto locutus ſum nihil. Bonauentura in Luc. Hoc & veritatis *Quid miſſio, & Euangelium.* Bonauent.

C præconem facere oportet: ne in occulto deliteſcat, ſed educat in lucem talentum verbi. Prou. 5. Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. Eſ. 32. Beati qui ſeminatis ſuper omnes aquas. Semen autem eſt verbum Dei, Matth. 13. Et multæ aquæ, multi populi ſunt, vt legitur in Apocalypſi. Sic Paulus Rom. 1. Græcis & barbaris, ſapientibus & inſipientibus debitor ſum.

Monentur tres Chriſtum ſequi volentes, Scriba quidem, vt voluntariè à ſe ſuſceptam paupertatem intueantur: vnus ex diſcipulis, vt ſinat mortuos ſepelire mortuos ſuos, nec rurſus ſeſe in-

D *fidelium cœtibus immiſceat: tertius verò, vt mundo poſtmodùm renunciet.*

Matth. 8.	Marc.	Luc. 9.	Ioan.
Videns autem Ieſus turbas multas circum ſe, iuſſit diſcipulos ire trans fretum. Et accedens vnus Scriba, ait illi, Magiſter, ſequar te quocunque ieris. Et dicit ei Ieſus, Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos: filius autem hominis non habet vbi caput ſuum reclinet. Alius autem de diſcipulis eius ait illi, Domine, permitte me primùm ire, & ſepelire patrem meum. Ieſus autem ait illi, Sequere me, & dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos.		Factum eſt autem, ambulantibus illis in via, dixit quidam ad illum, Sequar te quocunque ieris. Dixit illi Ieſus, Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos: filius autem hominis non habet vbi caput ſuum reclinet. Ait autem ad alterum, Sequere me. Ille autem dixit, Domine, permitte mihi primùm ire, & ſepelire patrem meum. Dixítque ei Ieſus, Sine vt mortui ſepeliant mortuos ſuos: tu autem vade, & annuntia regnum Dei. Et ait alter, Sequar te Domine, ſed permitte mihi primùm renuntiare his qui domi ſunt. Ait ad illum Ieſus, Nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retrò, aptus eſt regno Dei.	

Introductio. *Gre. Năz.*

THENIS VETVS lex erat, eáque meo quidem iudicio præclarissimè F
constituta, inquit Gregor. Nanzanzenus, Epistol. ad Eudoxium Rhetorem, quæ adolescentes, cùm pubertatis annos attigissent, ad artes hunc in modum duci iubebat. Cuiuslibet artis instrumenta publicè proponebantur, atque iis admouebantur adolescentes. Quocunque autem delectari quemque contigisset, ad id accurrere: huius quoque artem edocebatur: quòd videlicet ea plurimùm rectè succedant, quæ natura duce aggredimur: ac contrà, ea quæ inuita natura suscipiuntur, spem frustrari soleant. Inde fit, vt sicut ad artes mechanicas cuiusque affectio, & optio attendenda est: ita maximè, vt quis ad diuina Ecclesię officia promoueatur. Non enim omnium est idem affectus. Sunt qui mercaturam, alij qui medicinam, alij iurisprudentiam sequi malunt: omnium autem maximè deligi oportet, & qui Theologiam, & sacrum Ecclesiæ ministerium profiteantur. Hoc nos G
Summa. ex sequente Euāgelica hist. colligemus. Tres enim, non inuiti, sed sponte Christum sequi pollicentur: adhuc tamen nec facilè admittuntur, nec repelluntur, sed ita cum illis agit Christus, vt considerent

Quid tandem ualeant humeri, quid ferre recusent.

Cùm enim Christus socrū Petri sanasset, & in desertum se contulisset, conquerentibus discipulis, quòd & populum sui magna cupiditate ductum relinqueret: Eamus, inquit, in vicos proximos & ciuitates, vt & ibi prædicem. Interpositis autem quibusdam diebus, *Vidēs Iesus turbas multas circum se, iussit discipulos ire trans fretum. Factum est autem ambulantibus illis in via, & accedens vnus Scriba, &c.* Aug. lib. 2. de cons. Euāg. cap. 2. Quod autem dictum est de turbis, aliud
August. *Conciliatio Euangelistarum.* Matthæum recordatum interposuisse accipere debemus, quod die quodam acciderit. Et cap. 23. Deinde quod sequitur: Et accedēs vnus Scriba, dixit illi, Magister, sequar te quocunq; ieris, H
vsque ad illud, Dimitte mortuos sepelire mortuos suos: hoc similiter narrat & Lucas. Sed ille post plura: nec ipse sanè expresso ordine temporum, sed recordantis modo. Vtrum quod priùs omisit, an quod posteriùs etiam factum, quàm sunt ea quæ sequuntur, præoccupauit, incertum est. Ita enim dicit: Factum est ambulantibus illis in via, dixit quidam ad illum, Sequar te quocunque ieris. Et respondit ei prorsus eadem quæ Matthæus commemorat. Quòd autem Matthæus dicit tunc istud gestum esse, quando iussit vt irent trans fretum: Lucas verò, ambulantibus illis in via, non est contrarium: quia in via vtique ambulabant, vt venirent ad fretum. Et de illo qui petiuit primùm sepelire patrem suum, Matthæus & Lucas omninò consentiunt. Quòd enim Matthæus primò eiusdem verba posuit hoc propter patrem suum petentis, & deinde dicentis, Sequere me: Lucas autem primò Domini dicentis, Sequere me, & deinde illius hoc petentis: ad sententiam hoc nihil interest. Commemorauit Lucas & alium I
dixisse, Sequar te Domine: sed primùm permitte mihi renunciare his quæ domi sunt: de quo
Chrysost. tacet Matthæus. Cæterùm quòd *iussit discipulos ire trans fretum*, vt Matthæus scribit: Chrysostom. hom. 28. in Matt. Vidésne, inquit, iterum, immò creberrimè, quanto studio fugiat ostentationem? Nam cæteri quidem dicunt dæmonibus eum præcepisse, ne dicerēt quòd ipse esset. Matthæus autem dicit, quòd turbas remouebat: quod faciebat, partim nos docens, humilianſque, partim ne Iudæi pestiferæ veneno inuidiæ tabescerent, monens nihil prorsus ad ostētationem nobis esse faciendū. Cæterùm interim dum iter facit, *Accedens vnus Scriba, dixit illi, Magister, sequar te quocunque ieris.* Hoc mirum videatur, si fortè vt verba, ita & mens ipsius loqueretur. Verùm & iste de iis est, de quibus Psaltes: Venenum aspidum sub labiis eorum. *Sequar te*, inquit. Sequuturum se iactabat, qui in momento Christum erat relicturus: Aut si sequuturus K
fuerat, sic vtique, vt aut Christo insidiaretur, aut suis commodis potiùs, quàm Christi doctri-
Quidam Christum ob lucrum sequuntur. næ intenderet. Nam quæstui seruiens, inquit Chrysostomus, cùm propter multitudinem ignorum multos vndiq; affluere videat, putauit Dominum inde ditari, & ideò sequi cupiebat. Huic tandē similis extitit Simon, qui (Act. 8.) pecunia sibi conferendi Spiritus sancti potestatē dari cupiebat. Ad quem Petrus, Pecunia tua tecum sit in perditionē. Huic denique & ij similes sunt, qui Ecclesiæ ministeria sequūtur, non ministeriorū ratione, sed vt ex illis magnos sibi proPet. Chrys. uentus acquirāt. Hinc fit, vt statim atque sacerdotium aliquod adepti sunt, redituū potiùs temporalium, quàm animarum rationem habeant. Petr. Chrysolog. hom. 19. Decipit, non accedit, qui promittit Dominū incautè sequi. Sed ad omnia posse, quis ꝓmittit? Dixisset potius, Sequar te, quocunque iusseris: humaniùs certè, quocunque volueris. Sic autē dicit, *Quocunque ieris*, qui
Iactantia nimia. inter se & Dominum quid interfit, ignorat. Sic dicit, qui Christum Deū non intelligit, sed magistrum. *Sequar te quocunque ieris.* Petrus per mare sequitur, sed submergitur: ad passionem

sequitur,

A ſequitur,ſed negat. Et ſi Petrus ſic deficit,ſic ſuccumbit ad pauca: iſte quis eſt, qui ſe ad omnia ſequi Dominum ſic promittit? *Sequar te quocunque ieris.* Sic dicit iſte,quaſi poſſet cum Chriſto ſubire conflictum,ignominiam crucis adire per gloriam,intrare mortis arcē,mortē mortificare per mortē,penetrare ignotos tartari ſinus,dirūpere inferni vincula, ſeculis iam duratas animas oblitas ad lucem propria reuocare per corpora,concutere terrā,ſaxa ſcindere,ſepulchra reſera-re,educere ſepultos ab inferis,teſtes ſuæ reſurrectionis afferre. Adhuc adiiciat iſte ire quocun-que vadit Chriſtus,ſuperſedeat humeris Angelorum,conſcendat cœlos, conſideat patri, apicē teneat omnium cœleſtium dignitatum:ad iſta Chriſtum,ad hæc Dominum Scriba ſtultus,ſu-perbus vernula,ſequi ſe Dominum cur promittit?Non enim humanæ poteſtatis eſt Chriſtum ſequi,ſeu etiam ea quæ nobis ad ſequendū propoſita ſunt,attendamus. Alia enim ſunt,ad quæ conari ſine blaſphemia non poſſumus. Non enim aut humanū genus redimere,aut in cœlos a-ſcēdere,aut ad dextrā patris Chriſto conſedere.i.parē cū illo gradū glorię aſſequi nō poſſumus.

B Reliquorū omniū imitatores eſſe conuenit,non vt id ex nobis ipſis,ſed diuina cooperāte gratia valeamus. Verū & iſta iactantia adulationis plena erat,qualis iis cōtigit,qui ditioribus,& hono-ratioribus adblādiuntur,eapropter ſe ſeruos,māncipia,ad omnia paratiſſimos ore tenus clamāt: nō alia prorſus ratione,quàm q hiſce blandimētis ſibi lucrum cōparare ſtudent. Hoc hominū genere aulæ principum ſcaturiunt. Verùm ab his coruis & vulpibus cauendum eſſe, monet *Aulici adulatores, corui & vulpes.* Plutarchus toto lib. de diſcrimine adulatoris & amici. Et quis quæſo eſt, vt Iacobus ſcripſit, qui craſtino ſibi certò aliquid ſpondere poſſit, aut profecturum ſe ad mercaturam, aut aliud quid-uis facturum? Plutarch.

Sera nimis vita eſt craſtina, viue hodie.

Quis demùm ſe ſentiat ſuis viribus Chriſtum aſſequi poſſe? Iob. 11. Forſitan Dei veſtigia com-

C prehendes,& vſque ad perfectū omnipotentē reperies? Eccl. 11. Quid eſt homo, vt ſequi poſſit regem factorem ſuum? *Et dixit ei Ieſus: Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos: filius autē hominis non habet vbi caput ſuum reclinet.* Chryſoſt. hom. 28. Oper. perf. in Matth. Hæc ſanè nō e- Chryſoſt. rant repellentis,ſed eius qui & prauā illius opinionem carperet,& poteſtatem daret, ſi cum ſpe eiuſmodi ſequi vellet. Theoph. in Matt. Chriſtus igitur eius cogitationi occurrens,quaſi in hūc Theophil. modum dicit: Videris me velle ſequi,vt opes colligas:non vides ne quidem domum mihi eſſe? Petrus Chryſol. ſer. 19. Quid eſt hoc? Vulpes viribus infirma,calliditate potens, inuentrix doli, Pet. Chryſ. fraudis artifex,ſimulationis magiſtra,ſimplicitatis vacua,plena ſtrophis, auiū domeſticarū præ-do,tectis familiaribus inimica:meritò hanc Chriſtus format in typū Herodis principis Iudæo-rum,qui priſtinæ libertatis oblitus,ſub Romana poteſtate cōſiſtens,dominabatur arte,callidi- *Vulpes quid ſignificet.*

D tate regnabat,imperabat fraude,præſidebat dolis,ſimulatione pollebat:& quia ab exteris Gen-tibus nō valebat referre prædam,familiarē plebem,vernaculos populos,velut plebē domeſticā deuorabat. Probat hoc Chriſtus,quando Herodi mandat,Ite,dicite vulpi illi. (Luc. 13.) Verè vulpes,qui regnum dolis rapit,quod nec naſcendo meruit,nec viuendo. Hic ergo Herodes,in cordibus ſcribarū vſq; ad necē Chriſti,foueas ſibi ſcelerū ſuorū collocauit:nec reliquit locū,vbi Chriſtus caput ſuū,quod Deus eſt,reclinaret. Et ad eius inſtar Scribæ & Phariſæi vulpes erāt, vt qui doloſis impoſturis ſibi plebē deuincirēt,& ex rebus omnibus,mēta &aneto ſibi lucra cō quirerēt:aliud vtiq; ore,aliud corde præ ſe ferētes. Quodquidē ex tot quæſtionibus colligimus, quas ipſi cum honoris prærogatiua ex Chriſto quæſierunt:nunc ipſum Magiſtrū, nunc Rabbi vocantes, cùm tamen illū infenſiſſimo odio auerſarentur. Auguſt. de verb. Domini, in Matt. Auguſtin. ſer. 7. Itaq; inquit, ſi miraris, dicēs: Quid eſt hoc, q magiſtro bono Domino Ieſu Chriſto inui- *An chriſto diſplicuerit hic*

E tāti diſcipulos, quibus daret regnū cœlorū, diſplicuit tā paratus? Sed quia talis magiſter erat, qui futura præuideret, intelligimus, fratres, iſtū hominē, ſi ſequeretur Chriſtū, ſua quæſiturū fuiſſe, *ipſum ſequi paratus.* nō quæ Ieſu Chriſti. (Phil. 2.) Ipſe enim dixit (Mat. 7.) Nō omnis qui dicit mihi, Domine, Do-mine, intrabit in regnū cœlorū. Et iſte de ipſis fuit, nec ipſe ſic nouerat, quomodo medicus in-ſpiciebat. Nam ſi iam ſe fictum eſſe ſperabat, ſi iam doloſum & inſidioſum ſe nouerat: cui lo-queretur, non nouerat. Ipſe eſt enim, de quo Euangeliſta ait, (Ioan. 2.) Non opus habebat, vt quiſquam ei teſtimoniū perhiberet de homine: ipſe enim ſciebat, quid eſſet in homine. Quid ergo reſpondit? *Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos: filius autem hominis non habet vbi caput ſuum reclinet.* Sed vbi non habet? In fide tua. Vulpes enim foueas habent in corde tuo, quia doloſus es. Volatilia cœli habent nidos in corde tuo, elatus es. Doloſus & elatus non me ſequeris. Idem lib. 3. Quæſt. Euang. qu. 6. Intelligitur ergo miraculo Domini commotus, Idem Aug. propter inanem iactantiam Dominum ſequi voluiſſe, quam ſignificant aues: finxiſſe autem di-ſcipuli obſequium: quæ fictio vulpiū nomine ſignificata eſt. Reclinatione verò capitis, humili-

tatem ſuam ſignificauit, quæ in illo ſimulatore ac ſuperbo non habebat locum. Eandem inter- F
Clemens Alexand. pretationem ſequitur tom. 6. lib. de ſancta virginitate, cap. 51. Clemens Alexand. lib. 4. Strom.
Vulpes itaque foueas habẽt, inquit: quia eos, qui in effodiendis & infodiẽdis verſantur diuitiis,
homines prauos, & planè terræ filios, vulpes appellauit. Similiter etiã de Herode. Abite, dicite
huic vulpi, Ecce dæmonia eiicio, & curationes efficio hodie & cras, & tertiò conſumor. Volu-
cres enim cœli, eos qui cœlo ab aliis auibus ſunt diſtincti, qui reuera ſunt mundi, qui ad cœleſtis
Rupertus. verbi cognitionẽ euolare poſſunt, vocauit. Rup. lib. 7. in Matt. Quanti hodie ſunt, inquit, propter
quos horũ meminiſſe oportuit: quorũ in cordibus, cùm in ore ſanctã cõuerſationẽ profiteãtur,
maligni ſpiritus ita cubant, ſicut vulpes in foueis, ſicut volucres in nidulis: & locus in eis nõ eſt,
Euthym. vbi filius hominis caput ſuũ reclinet? Euth. in Matt. Et vulpibus, inquit, & volucribus ſum pau-
perior: nec enim receptaculum habeo, nec quantum ſufficiat ad caput tantũ reclinandũ. Tales
Greg. Năz. autem eſſe volo & eos qui me ſequuntur. Greg. Nanz. ad Hellenium: Ita enim vitam cõparare G
oportet, vt à terrenis opibus, quibus mundi huius princeps, miſerorũ mortaliũ animos eludere,
quaſq; ſubinde ad alios alióſque transferre ſolet, omninò abhorreãt, ſpemq; bonorũ eorũ, quæ
Chriſtiana paupertas. nec vnquã dominos ſuos deſerunt, inſtar omniũ opũ habeant. Eſt enim, vt quibuſdã interiectis
ſcribit, maximæ cuiuſdã hæreditatis inſtar, paupertas ſacra, velut cõmodiſſimũ virtutis organũ.
Porrò Chriſtus cũ diues eſſet, pro nobis pauper factus eſt, vt eius paupertate diuites eſſemus.
Nã quia miratur mundus diuitias & honores, illas Chriſtus contẽpſit, non modò vt eas contẽ-
nendas doceret: ſed & vt oſtenderet ſe non humanis mediis nomẽ ſuũ propagaſſe. Et quia do-
cebat verã beatitudinẽ in futuro repoſitã eſſe, ideò hîc paupertatẽ elegit: ſuæ tandẽ gloriæ diui-
tias poſt reſurrectionẽ oſtenſurus. Et fuit ſanè hæc etiã Gentilium philoſophia, vt præ ſapientia
omnia iſthæc caduca ſpernerent. Prophetæ verò paupertatem volũtariam ſecuti ſunt, cùm &
Chryſoſt. ipſi, ſi voluiſſent, diteſcere poſſent. Chryſoſt. hom. 2. ad pop. Antioch. Dic enim mihi, quid He- H
lya pauperius? Sed propterea omnes diuites vincebat, quoniã pauper hic erat. Ipſam verò pau-
Pauperes Chriſtiani ſunt diuites. pertatẽ ex mentis opulentia elegit. Qui enim omnem pecuniarũ copiã, animi ſui magnitudine
eſſe putauit inferiorem, nec philoſophia ſua dignã: ideò tãtam pauperiẽ amplexatus eſt. Quòd
ſi magna præſentia putaſſet, non tantùm meloten poſſediſſet: ſed ita vitæ vanitatem condem-
nauit, & tanquam lutum proiectum omne aurum deſpexit, vt præter amictum illum nihil am
pliùs poſſideret. Idcircò rex pauperis indigebat, & ad corpus nihil pluſquàm meloten habens,
hiabat, qui tantũ habebat aurum: ſic ſplendidior trabea erat melote, & regalibus aulis iuſti ſpe-
Io. Damaſ. lunca. Ioan. Damaſc. hiſt. Barlaam cap. 15. Atqui pauci ſunt, vt ait Dominus, qui per arctam &
Diuitiæ auocant à Dei cultu. anguſtam viam hanc incedant: qui autem per facilem & latam, quamplurimi. Nam qui ſemel
pecuniarum cupiditate, & vitiorum, quæ ex voluptatibus oriuntur, amore correpti, vanæq; & i- I
nani gloriæ addicti ſunt, vix ab ipſis diuelli poſſunt, vt qui alieno domino, quiq; omnia cõtrà ac
Deus imperat, atque ipſos tanquã cathenis quibuſdam vinctos tenet, vltrò ſeipſos mãciparint.
Hinc fit, vt & iſte Scriba Chriſtum ſequi non poſſit, cupidus laudis, & opum: cùm omnẽ hunc
Druthmar. fumum abiiciendum Chriſtus ſuo exemplo monuerit. Vnde, ſicut meditatur Druthmarus in
Matt. ait, Quid me vis ſequi lucri cauſa, cũ tantæ paupertatis ſim, vt quod beſtiæ paruæ & vo-
lucres cœli habent, hoc careã? Videlicet nec vbi lectũ faciam, niſi in aliorũ manſionibus hoſpi-
tando, victu & veſtitu contentus ſim. *Dixit autem ad alterũ, Sequere me. Ille autẽ de diſcipulis eius*
Cl. Alex. *erat.* Quis fuerit, non dicitur. Tamen Clemens Alexand. lib. 3. Strom. ſcribit fuiſſe Philippum.
Auguſt. Auguſtinus ſer. 7. de verb. Dom. in Matth. Quantum mali in illo, tantum boni videbat in iſto.
Ideò & iſtum tacentem, & nihil promittentem inuitat, vt ſequatur. Nouit Dominus qui ſunt
eius. Propterea & à vocante dictũ eſt, Iacob dilexi, Eſau autẽ odio habui. Ego ſcio, inquit, quos K
elegerim. Ita piſcabatur Chriſtus. Nã ſimile eſt regnum cœlorum ſagenæ miſſæ in mare, & ex
omni genere piſcium congreganti: quam cùm impleta eſſet, educentes, & ſecus littus ſedẽtes,
elegerunt bonos in vaſa ſua, malos autem foras miſerunt. Eligit igitur Chriſtus iſtum vt bo-
num piſcem, & illum ab altero diſcernit. *Ille verò dixit, Domine, permitte mihi primùm ire, & ſe-*
pelire patrem meum. Sine hoc me vltimum pietatis officium patri exhibere. *Ieſus autẽ ait illi, Se-*
P. Chryſol. *quere me, & dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos.* Pet. Chryſol. hom. 19. Nũquid, inquit, ſic Chri-
Non negat Chriſtus obſequium in defunctos. ſtus negat vltimũ pietatis obſequiũ? Vetat extremũ munus, parẽtibus quod debetur? Nõ pieta-
tis obſequiũ negat, ſed diuinam præponit humanis affectibus ſeruitutẽ. Hoc enim non *primũ*
eſſe debuit, ſed ſecundum: & terrenus pater cœleſti poſtponendus eſt. Auguſtin. ſer. 7. de verb.
Domini, in Matth. Fides cordis eius Domino ſe oſtendebat, inquit, ſed pietas differebat. Do-
Auguſt. minus autem Chriſtus, quando parat homines Euangelio, nullã excuſationem vult interponi
carnalis huius, tẽporaliſque pietatis. Equidẽ & lex Dei habet, & ipſe Dominus arguit Iudæos,

quia

A quia destruebant ipsum mãdatum Dei. Et Paulus Apostolus in Epistola sua (Ephes.6.)posuit, & dixit, Hoc est mandatum primum in repromissione, Honora patrem tuum,& matrem tuã. Volebat ergo iste iuuenis obtemperare Deo,& sepelire patrem suum:sed est locus,& est tempus,& est res,quæ huic rei,huic tempori,huic loco seruiat. Honorandus est pater,sed obedien- *Deus pa-*
dum est Deo. Amandus est generator,sed præponendus est creator. Ego,inquit, ad Euangeliũ *rẽtib' præ-*
te voco,ad aliud opus mihi necessarius es. Maius est hoc,quàm quod vis facere. Hieronym. E- *ponendus*
pist.ad Heliodorum,ita monet omnia contemnenda esse,vt ad Deum conuolemus: nec hoc *est.*
crudelitatis esse genus docet. Nunc,inquit,& gerula quondam, iam anus, & nutricius secũdus Hieron.
post naturalem pietatem pater clamitat: Morituros expecta paulisper,& sepeli. Forsitã & laxis
vberum pellibus mater,ærata rugis fronte, antiquum referens mammis lallare, congeminet.
Dicant si volunt & Grammatici. In te omnis domus inclinata recumbit: Facilè rumpit hæc
B vincula amor Dei,& gehennæ timor. At contrà scriptura præcipit parentibus obsequendum:
sed quicumque eos supra Christum amat, perdit animam suam. Gladium tenet hostis vt me
perimat, & ego de matris lachrymis cogitabo? Propter patrem militiam Christi deseram, cui
sepulturam Christi causa non debeo, quam etiam omnibus eius causa debeo? Domino pas-
suro timidè Petrus consulens,scandalum fuit. Paulus retinentibus se fratribus ne Hierosolymã
pergeret,respondit: Quid facitis plorantes,& conturbãtes cor meũ? Ego enim nõ solùm ligari,
sed & mori in Hierusalem,pro nomine Domini Iesu Christi paratus sum. Euthym.in Matth. Euthym.
Itaque quod Dominus dixit,*Dimitte mortuos sepelire mortuos suos*,prohibuit eũ non vetans ho-
norare parentes,sed docens oportere eũ,qui cœlestia appetit,non cõuerti ad terrena:neque vi-
uidis relictis,ad mortifera recurrere,aut supra Deũ honorare parentes. Sciebat enim quòd alij
eum essent sepulturi:nec æquum erat,vt ab his, quæ magis necessaria essent,recederet. Opinor
C autem eum,qui mortuus erat,infidelem fuisse,ideóque dixisse Christum,*Dimitte mortuos*,hoc
est,recede ab his,qui in fide mortui sunt,vt sepeliant mortuos,qui ipsum contingunt. Nam hic
mortuus non est tuus mortuus:nec enim fideli pars est cum infideli. Cyrillus Alex.lib.8. in Io- Cyr. Alex.
an.c.23. Omnis enim qui peccat,moritur:vt Dominus per Ezechielem dicit, Anima quæ pec-
cauerit,ipsa morietur. Petrus Chrysologus,ser.19. Fidei filius,inquit,ad domum perfidiæ cur re- Pet. Chrys.
diret? Salutis proles,perditum cum perditis cur defleret? Resurrectionis pignus ad sepulchra ge-
nitoris quid curaret? Aug.ser.7.de verb.Dom.in Matth. Pater tuus mortuus est:sunt alij mortui Augustin.
qui sepeliant mortuos. Mortui sepelientes mortuos,qui sunt? Potéstne mortuus à mortuis sepe-
liri? Quomodo inuoluunt, si mortui sunt? Quomodo plangunt, si mortui sunt? Et in-
uoluunt, & plangunt, & mortui sunt, quia infideles sunt. Idem libr. 4.de Trinit. cap.
3. Sic Dominus in vna sententia Euangelica, vtramque mortem cuiuis facilè discernen- *Quomodo*
D dam posuit, vbi ait: Sine mortuos sepelire mortuos suos. Sepeliendum quippè corpus mor- *mortui se-*
tuum erat:sepultores autem eius per infidelitatis impietatẽ, in anima mortuos intelligi voluit: *peliãt mor-*
quales excitantur,cùm dicitur,Surge qui dormis,& exurge à mortuis, & illuminabit te Chri- *tuos.*
stus.(Ephes.5.)Idem lib.3.Qu.Euang.q.7.mortuos hîc non credentes dicit. Mortuos suos,qui Idẽ Aug.
nihilominus sine fide de corpore exierint. Petrus Chrysolog. ser.19. Quomodo mortui sepe- Pet.Chrys.
liunt mortuos suos? Fratres,ipse dixit,Ego sum vita. Quod est anima corpori, hoc est animæ
Christus: sine anima corpus non viuit, non viuit anima sine Christo. Recedente anima mox
corpori fœtor,corruptio, putredo, vermis,cinis, horror, & omnia visu detestanda succedunt:
discedente Deo,confestim venit in animam peccatorum fœtor, corruptio criminum, vitio-
rum putredo, conscientiæ vermis, vanitatum cinis, infidelitatis horror, & fit in corporis se-
pulchro viuo funus animæ iam sepultum. Accedebat ad causam, quòd cadauer perfidiæ
E perfidis agebatur obsequiis,& impietatis ministerio pietas curabatur. Ita tantum ab infideli-
um consortio nos abesse debere Christus monebat, vt ne quidem ad patris infidelis sepultu-
ram nos intendere permittat, ne fortè hac occasione, cum infidelibus permixti, horum e-
tiam perfidiam & impietatem probare videamur. Hilarius lib. Comment. in Matth. Can.7. Hilarius.
Primùm enim,inquit,ostendit Christus,perfectam in se fidem, nulla secularis in alterũ officij
religione esse deuinctã: Deinde inter fidelem filium,patrémq; infidelẽ,ius paterni nominis nõ
relinqui. Non igitur obsequiũ humandi patris negauit, sed admonuit non admisceri memoriis
sanctorũ mortuos infideles: Mortuos autẽ etiã eos esse, qui extra Deũ viuant. Druthmarus,in Druthmar.
Matt. Ille ergo,ad quem sepeliẽdum discipulos ire volebat, anima & corpore mortuus erat,&
illi qui iuxta eũ erãt,anima mortui erant. Et poterat euenire, vt si discipulus ad mortuos in ani-
ma veniret,ipse animo moreretur: quia cũ sancto sanctus solet quis fieri,& cũ peruerso peruer-
ti. Itaque ne animæ suæ periculum subiret, satius est vt aliis infidelibus infidelem patrem

Tho. Aq. ſepeliendum relinquat,& Chriſtum ſequatur. Thom. Aquin. lib. Comment. in Matth. monet nos, ne affectu ordinato erga parentes reuocemur à Chriſto. Ita enim moderari noſtram dilectionem & ſollicitudinem oportet, vt primùm Deo dedicetur, & impendatur. Adiicit verò, *Tu autem vade, & annuncia regnum Dei.* Hoc ſcilicet munus Apoſtolicum cæteris omnibus officiis præferendum eſt: quia verbum Dei non eſt alligatum. Ex quo docentur ij, qui onus prædicationis ſibi vendicãt, ne qua rerum terrenarum ſollicitudine auocentur. Nam ſi, vt ſcribit Diodorus Siculus, olim apud Babylonios ij qui aſtrorum curſus obſeruabant, publica contributione & impenſa alebantur, ne fortè victus cura obruti, à cœleſtibus animum auerterent: quantò conuenientius eſt miniſtrum verbi ita communibus fidelium expenſis & ali, & veſtiri, vt omnem ſuam in Deum, & miniſterium ſuum ſollicitudinem impendat? *Et ait alter, Sequar te Domine, ſed permitte mihi primùm renunciare his qui domi ſunt.* Semper aliquid eſt, quod remoretur ſpiritum. Spiritus promptus eſt, vt inquit Chriſtus, caro autem infirma. Audimus & ex parabola, illos qui ad nuptias vocãtur, excuſare ſe, alios quòd vxorem duxerint, alios quòd iugaboum emerint, iſte adhuc domeſticorum ſuorum affectu retinetur. Cæterùm renuntiare hic non ſignificat, interdicere ſibi, & ablegare à ſe: quaſi id facturus ſit, quod Chriſtus monet, (Luc. 14.) vt renunciemus omnibus quæ poſſidemus: ſed ſignificat vale dicere. ἀπαγγέλλειν enim annunciare eſt: vt qui ſuam primùm intentionẽ parentibus ſignificaturus eſſet, & ita cum bona illorum venia Chriſtum ſequuturus. Auguſt. ſerm. 7. de verb. Dom. in Matth. Credo hic ſenſus eſt: Annunciem meis, ne fortè, quomodo fieri ſolet, quærant me. *Et Dominus, Nemo mittẽs manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retrò, aptus eſt regno Dei.* Vocat te Oriens, & tu attẽdis Occidentem? Euthym. in Luc. Parabolicè ergo Saluator dixit, Aratrum, & Sequi ſe: & tãtumdem eſt, ac ſi dicat: Nemo qui me ſequi conatur, ſi à tergo reſpiciat, hoc eſt, mentem adhuc ad temporalia deflectat, aptus eſt ad regnum Dei. Oportet enim eum, qui eligit ſequi Chriſtum, confeſtim omnia deſpicere, & ſequi, ne oculos quidem ab eo diuertendo, ne fortè habitu ac ſpecie eorum, quæ à tergo ſunt, retineatur. Bonauentura in Luc. Huius rei figura præceſſit in vxore Loth (Geneſ. 19) quæ reſpiciens poſt ſe, verſa eſt in ſtatuam ſalis. Quia talis homo efficitur inutilis, & ſterilis: & ideò Luc. 17. Qui fuerit in agro, non redeat. Memores eſtote vxoris Loth. Vnde 2. Pet. 2. Melius enim erat illis non cognoſcere viam iuſtitiæ, quàm poſt cognitionem, retrorſum cõuerti ab eo, quod illis traditum eſt, ſancto mandato. Contingit enim eis illud Prouerbij, Canis reuerſus ad vomitum. Quod rectè intelligi poteſt de recidiuantibus & apoſtatis. Et ideò è diuerſo ſuadetur, Eccl. 5. Eſto firmus in via Domini. Talis erat Apoſtolus, ſicut dicitur Phil. 3. Quæ retrò ſunt obliuiſcens, ad ea verò quæ ſunt priora, extendens meipſum, ad deſtinatum perſequor, ad brauium ſupernæ vocationis. Et ideò ipſe monebat Epheſ. 3. In charitate radicati & fundati, vt poſſitis comprehendere, &c. Sciebat enim à Domino dictum eſſe, (Matth. 7.) Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Ad hoc potiſſimùm ſcriptura nos inuitat. Vnde per totam legem & Prophetas prohibet filiis Iſraël, ne reuertantur in Ægyptum: id eſt, ne à diuino obſequio conuertatur homo ad mundum. Hinc factum eſt, vt quia Iſraelitæ in mentem repetebant pepones & melones, quibus abundauerant in Ægypto, & pertæſi deſerti, rurſus ad Pharaonis terras redire cupientes, à Domino in deſerto interfecti ſint. (Num. 14.) Auguſtin. tom. 9. in tract. de rectitudine Catholicæ conuerſationis: Non igitur, inquit, in arrepto benè agendi propoſito penitùs laſſeſcamus. Reſpicere enim retrorſum, nihil aliud eſt, quàm in eo quenquam pœnitere, quod ceperit bonum, & rurſum mundanis deliciis obligari.

Verbi miniſtris ne qua ſit ſollicitudo tẽporalium.

Dio. Sicul.

Auguſtin.

Euthym.

Quid aratrum, ager, manus, aſpectus.

Bonauent.

Auguſt.

Chriſto in nauicula dormiente, tanta tempeſtas oritur, vt diſcipuli ſibi timentes illum excitare audeant: qui quidem ab eo de modica fide arguuntur. Tandem imperauit ventis & mari, fitque magna tranquillitas: vnde & omnes magno timore concutiantur.

Matth.

Matt. 8.

A Et ascendente eo in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius: & ecce motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctib⁹: ipse verò dormiebat. Et accesserũt ad eum discipuli eius, & suscitauerunt eũ, dicentes, Domine, salua nos, perimus. B Et dicit eis Iesus, Quid timidi estis modicæ fidei? Tunc surgens imperauit ventis & mari, & facta est tranquillitas magna. Porrò homines mirati sunt dicẽtes, Qualis est hic, quia venti & mare obediunt ei?

Mar. 4.

Et ait illis in illa die, cùm serò esset factum, Transeamus cõtrà. Et dimittentes turbam, assumunt eum ita vt erat in naui: & aliæ naues erant cum illo. Et facta est procella magna venti, & fluctus mittebat in nauim, ita vt impleretur nauis. Et erat ipse in puppi super ceruical dormiens: & excitant eum, & dicunt illi, Magister, non ad te pertinet quia perimus? Et exurgens comminatus est vẽto, & dixit mari, Tace, obmutesce. Et cessauit ventus: & facta est tranquillitas magna. Et ait illis, Quid timidi estis? necdum habetis fidem? Et timuerunt timore magno: & dicebant ad alterutrum, Quis, putas, est iste, quia & ventus & mare obediunt ei?

Luc. 8.

Factum est autem in vna dierum, & ipse ascendit in nauiculam & discipuli eius, & ait ad illos, Transfretemus trans stagnum. Et ascenderunt. Et nauigantibus illis obdormiuit: & descendit procella venti in stagnum, & complebantur, & periclitabantur. Accedentes autem suscitauerunt eum dicentes, Præceptor, perimus. At ille surgens increpauit ventum & tempestatem aquæ: & cessauit, & facta est tranquillitas. Dixit autem illis, Vbi est fides vestra? Qui timentes mirati sunt adinuicem, dicentes, Quis, putas, hic est, quia & ventis & mari imperat, & obediunt ei?

Ioan.

C SI QVID pauoris infantes corripiat, tunc ad nutrices magno clamore conuertuntur. Quanto verò meliùs nos excipit Christus? Seneca lib. 6. de beneficiis, Deorum in nos beneuolẽtiam, nutricum similitudine explicat: vt quæ etiam renitentibus paruulis adblandiantur. Quis autem Christi in nos beneuolentiam explicare possit? Quis vobis noceat, si boni æmulatores fueritis? Adsit morbus, hostis, tempestas, fames, aut quæuis alia tribulatio: an non de nobis id dici poterit, Clamauerunt ad Dominum cùm tribularentur, & de necessitatibus eorum eripuit eos? Hoc nos ex Euangelica colligemus historia, quæ nunc enarranda est: descripta quidem à Matthæo, Marco & Luca. Ista verò contigisse statim post habitam ad tres illorum, qui Christum se secuturos pollicebantur, responsionem, D scribit Augustinus lib. 2. de cons. Euangel. cap. 23. & 24. Nec hoc mirum videri debet, cùm Matth. cap. 8. enarratis quibusdam parabolis, adiecit: Non factum est in illa die, sed *factum est in vna dierum:* quoniam & hanc historiam per recapitulationẽ priùs omissam hîc inseruit. Nec enim definit quo die hoc contigerit. Euthym. in Matth. Quum enim turbis beneficia contulisset, sanando languores & morbos eorum, videbantur discipuli nullo affecti beneficio. In hos igitur suam exercet munificentiam: at postquàm eos permisit in demersionis periculum incidere, demum mirabiliter eripit. Sed & mox sequitur vocatio Matthæi, quam initio prædicationis Christi contigisse verisimile est. Chrysostom. hom. 29. Oper. perf. in Matth. Lucas quidem, ne quis ab eo temporum ordinem quærat: Et factum est, inquit, in vna dierum: Marcus quoque similiter. Hæc autem à me prædicta sunt, ne quis, quoniam non eodem modo scribunt omnes, discrepare ipsos arbitretur. Turbas igitur præmisisse, ac discipulos tantùm secum E retinuisse, illi etiam dicunt. Id autem non frustrà, neque casu fecit: verùm vt futuri signi miraculo ipsos corroboraret. Patratis enim in terra miraculis, etiam se in mari potentem esse ostenderat, cùm & Petro iussisset, vt laxaret retia in capturam. Nunc verò, vt non modò afflictis in terra, sed & in mari periclitantibus auxiliatorẽ se & saluatorẽ ostendat, Apostolis nunc etiam succurrere voluit. Bonauẽtura in Luc. Apostolos enim suæ potestatis esse testes voluit. Ps. 106. Qui descendũt mare in nauibus, ipsi viderũt opera Domini, & mirabilia eius in profundo. *Ascendẽte enim Iesu in nauiculã, secuti sunt eũ discipuli eius.* Nõ enim est discipulus super magistrũ. Si me persecuti sunt, inquit, & vos persequẽtur. Ideò illos comites in periculis esse voluit, quos tandem & variis tentationibus ventilari permisit: vt sicut simul cum Christo affligi, ita & cum eo & per eũ consolari viderentur, idque sedata tempestate. Si enim socij sumus passionum, inquit Paulus, erimus & cõsolationum. Chrysost. hom. 29. Oper. perf. in Matth. Nam vt palæstræ magister optimus, ad vtrũque discipulos suos exercebat, ne aut terrore vincerentur, aut hono-

Introductio.

Summa.

Augustin.

Euthym.

Chrysost.

Bonauent.

Christum sequi debemus in tribulationibus.

Chrysost.

ribus effertrentur: ita ne magnum quid sibi arrogent, quoniam aliis omissis ipsos secum tantùm F
retinuit, & vt in tempestatem incidant permittit: & simul in ferendis aduersis fecit meliores.
Ita enim docebat eos non posse ad portum salutis peruenire, nisi per mare tribulationis præ-
sentis. Sap. 14. Transeuntes mare per ratem liberati sunt. Psal. 65. Transiuimus per ignem &
aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Act. 14. Per multas tribulationes oportet nos intrare in
regnum Dei. Sequuntur quoque discipuli, vt & in omnibus suos sectatores illos esse debere
Origenes. Christus ostenderet, vt Origenes meditatur hom. 6. in diuers. Secuti sunt eum discipuli, inquit,
non imbecilles, sed firmi & stabiles in fide, mansueti & pij, spernentes mundum, non duplici
corde, sed simplici. Sequuti sunt eum non tantùm gressibus corporis, sed magis sanitatem co-
Alb. Mag. mitantes, & iustitiam eius consectantes. Quinetiam, vt Albertus Mag. in Matth. obseruat, cùm
nauicula ista typus sit Ecclesiæ, præfiguratur quòd & Apostoli Christum in illa constantissimè
secuturi essent: etsi nec à magnis periculis eximerentur. Si quidem, vt dicitur Prou. vlt. facta est G
quasi nauis institoris, de longè portans panem suum. Vnde in persona Christi & suorum dicitur
Christũ sequamur in arca, scilicet in Ecclesia. ad Noë, Genes. 7. Ingredere tu, & omnis domus tua in arcam: te enim inueni iustũ coram me.
Pet. Chrysol. ser. 21. *Dimittũt turbã*, qui populatẽ autã, & vulgũ deserũt, incerto semper iudicio
peruagãtẽ: neq; addicti rumoribus humanis, à virtutis itinere retardãtur: sed de bono cõsciẽtiæ
Pet. Chrys. stabiles, & securi laudũ, & derogationũ mendaces fluctus, Christo comitãte pertranseunt. Ha-
Christus in Ecclesia. betur autẽ Christ⁹ in naui, hoc est, in Ecclesia, vbi natus, vbi adoleuit, vbi passus, vbi crucifixus,
vbi sepultus, vbi ascendisse in cœlum, patris ad dexteram consedisse, vnde mortuorum & vi-
uorum iudicem esse venturum, singularis est salutis confiteri: qui taliter in naui nostra Chri-
stum confessus assumpserit, etsi tunditur fluctuum scandalis, non tamen periculis mergitur.
Lactant. Lactantius lib. 6. Instit. cap. 8. Nauticæ comparat hanc vitam nostram: quæ sanè & tunc erit
Ecclesia nauis. tutissima, cùm Christum ducem habuerit, nec nos ab Ecclesię naui excesserimus. Eadem verò H
Vita nostra est nautica. ratione, inquit, hanc vitæ viam quæri oportet, quâ in alto iter nauibus quæritur. Non terra aspi-
cienda est, sed cœlum: non homo, sed Deus attendendus est, & iuxta lumen cœleste dirigen-
dum est. Verùm nonnunquam contigit, vt quia recta non tendunt, in scopulum nonnulli im-
Origenes. pingant; & pereant. Origen. in Psal. 36. Itaque si nauigas in naui positus, inquit, vides terras &
promontoria, & montes, cæteráque transeuntia: non quia illa moueantur, sed quia prospero
vento flante illa pertransis. Ita & in hoc mundo, si sancto spiritu mentem tuam perflante, se-
cundo atque prospero nauiges cursu, pertransis sensu tuo omnia hæc quæ videntur, quia tem-
poralia sunt, & intueris illa quæ æterna sunt. At verò quid si tẽpestas magna oriatur? Vt enim
alterationi obnoxium, nec semper quietum est mare: ita nec in eodem statu res huius seculi
permanent. Dixerim & ea ratione militantem Ecclesiam dici, quòd continuis hostium cona-
tibus impetatur? Hoc ergo significant sequentia. *Et ecce motus magnus factus est in mari, ita vt* I
Druthmar. *nauicula operiretur fluctibus.* Druthmarus in Matth. Plus solent tempestates nocere in his sta-
gnis, quàm in fluminibus: quia aquæ quæ non currunt, si modicam commotionem habuerint,
cò fit violentior motus: ita vt nisi citò ad ripam fugerint, periclitentur. Quàm verò periculosior
est hic mundus, nisi nobis ipsi prospiciamus: quàm violentior ventus, & profundiores abyssi?
Basilius. Basilius hom. in initium Prouerb. id ex Psalte colligit, (Psal. 17.) Misit de alto, & accepit me, &
Aquæ, turbæ seculi. assumpsit me de aquis multis. Turbas autem huius seculi aquas nuncupat, quòd nihil hîc sta-
bile, sed perturbationibus plena sint omnia. Impossibile enim est mare diu in eodem statu per-
manere: tranquillum nunc statim inflatur: Sic etiam res humanæ facilem in vtramque partem
conuersionem accipiunt. Neque enim corporis sanitas, iuuentutis flos, domus splendor semper
stant: sed asperitas fluctuum tibi excitatur. Noui alios fluctus, & tempestatem horrendam ad-
uersus animam excitatam ex affectibus carnis: quales sunt iræ, timores, voluptates & tristitiæ. K
Et magna quidem vis est maris spumantis: sed maior tribulationum illarum, quæ suffocant a-
nimas. Neque verò existimandum est, hanc tempestatem non Christi prouidentia excitatam
Origenes. esse. Nulla enim nos manet calamitas, nisi ipso permittente. Origen. hom. 6. in diuers. Ingressus
Cur Christus permisit hanc tẽpestatem. ergo nauiculam, inquit, fecit turbari mare, commouit ventos, concitauit fluctus. Cur hoc?
Ideò vt discipulos mitteret in timorem, & suum auxilium postularent, suámque potentiam ro-
gantibus manifestaret. Illa tempestas non ex sese oborta est, sed potestati paruit imperãtis, eius
qui educit ventos de thesauris suis (Psal. 134.) Qui terminum mari arenam constituit. (Iob. 38.)
Dixit namque ei, Vsque huc venies, & non supergredieris, sed in temetipso confringentur flu-
Ecclesia nõ mergitur. ctus tui. Cæterùm *nauicula operiebatur fluctibus*, & tamen non mergebatur. Operitur & Ec-
clesia, operiuntur & iusti magnis perturbationibus, sed non suffocantur. Clamat Psaltes: Non
me demergat procella aquæ, neque absorbeat me profundum, neque aperiat super me puteus

os

A os suum. Druthmarus in Matth. Cooperta erat nauicula, ita vt non videretur ab his qui in terra stabant, propter altas vndarum procellas. Sic Apostolus: Aporiamur, inquit, sed non destituimur. Petrus Chrysolog. serm. 20. Sic vbi Christus Ecclesiæ suæ nauim mare huius seculi transfretaturus ascendit, Gentium flabra, Iudæorum turbines, persecutorum procellæ, vulgi nubes, dæmonum nebulæ sic ruerunt, vt totus mundus fieret vna tempestas. Regum spumabant vndæ, feruebant potestatum fluctus, sonabat rabies traditorum, populorum gurgites rotabantur, perfidiæ notabantur scopuli, mugiebant littora Christiana, lapsorum naufragia vexabantur, & erat totius mundi vnum discrimen, vnúmque naufragium. *Dominus autẽ dormiebat.* Marcus dicit, quòd *erat ipse in puppi super ceruical dormiens.* Euthymius in Matth. Erat autem ceruical illud ligneum in puppi fabricatum. Dormiebat verò dispensatoriè, vt vehementer timerent. Nam si vigilasset, aut nullo modo timuissent, aut parum territi fuissent. Oportebat autem eos magnum timoris sensum concipere, vt etiam ad magnum potentiæ illius sensum peruenirẽt, & maiorem de eo fidem conciperent. Interim tamen dicere poterat id Cant. 5. Ego dormio, & cor meum vigilat: quia, vt dicitur Psal. 120. Non dormitabit, neque dormiet qui custodit Israël. Hieronym. in cap. 8. Matth. Huius typum in Iona legimus, quando cæteris periclitantibus ipse securus est, & dormit, & suscitatur, & imperio ac sacramento passionis suæ liberat suscitantes. Dormit igitur, vt se securum esse admoneat, nihilque sibi timendũ esse, cùm possit in instanti tranquillitatem reddere. Hilarius in Matth. Igitur secundum hæc, Ecclesiæ, intra quas verbum Dei non vigilauerit, naufragæ sunt: non quòd Christus in somnũ relaxetur, sed quòd somno nostro consoporetur in nobis. Augustin. in Psal. 25. Nauigamus enim quoddã stagnum, vẽtus & procellæ non desunt: tentationibus quotidianis huius seculi penè completur nauigium. Vndẽ autem sit, nisi quia *dormit Iesus?* Fides enim tua, quæ est de Iesu, obdormiuit. C Surgunt procellæ stagni huius, & vides malos florere, bonos laborare, & dicit anima tua: O Deus, ipsa est iustitia tua, vt mali floreant, boni laborent? Et Deus tibi: Ipsa est fides tua? Hæc enim tibi promisi, ad hoc Christianus factus es, vt in isto seculo floreres? Hìc mali florent, qui postea cum diabolo torquebuntur. Et idem in concupiscentias inclamat in Ps. 93. Tertull. lib. de baptis. Nauicula illa figurã Ecclesiæ præferebat, inquit, quòd in mari, id est seculo, fluctibus, id est persecutionibus, & tentationibus inquietatur: Domino per patiẽtiam velut dormiente, donec orationibus sanctorũ suscitatus, compescat seculum, & trãquillitatem suis reddat. Euseb. Emesenus hom. in istud Euang. Nobis, fratres, nobis fiunt ista, nobis dormit Iesus, nobis surgit à somno. Significatio est, nostræque fragilitatis instructio. Pro nobis dormit, qui pro nobis moritur. Non enim dormiret, nisi suum somnum nobis proficere intelligeret. Dormire enim videtur pastor, quando lupi in oues sæuiunt, quando fures rapiunt, & non est qui eripiat. Sic igitur D & Iesus, quamuis non dormiat, dormire tamen videtur, quando tyranni sæuiunt, quando lupi in bonos insurgunt, quando boni vincuntur, & mali vincunt. Non dormit quidem, sed præliũ intuetur, & certaminis simul finem, & bellantium fidem expectat. Et quia non statim adiuuat, quia non citò laborantibus subuenit, dormire putatur. *Et accesserunt ad eum discipuli eius,* premebat enim eos extrema necessitas, *& suscitauerunt eum,* vt qui nullam moram in tanto periculo interponendam esse viderent, *dicentes, Domine, salua nos, perimus.* Illum quasi hanc tempestatem ignorantem adoriuntur. Atqui non ea ratione preces ad Dominum fieri debent. Athanas. lib. de communi essentia Patris & Filij & Spiritus S. Inuenimus, inquit, à Domino dictum ad Salomonem, (3. Reg. 3.) Postula à me, & faciam tibi. Non quòd ignoraret postulationem: sed vt (Phil. 4.) postulationes nostræ innotescant apud Deum. Pro eo quod est, Indicate illi quia E velitis, non tanquã ignoranti, sed tanquam bonum proposito approbanti. Chrysost. hom. 23. Oper. imperf. in Matth. Quòd autẽ discipuli Christum suscitant, & precãtur, hoc futurum prædixerat Dauid, dicens: Viderunt te aquæ Deus, & timuerunt, & turbatæ sunt abyssi, multitudo sonitus aquarum, vocem dederunt nubes. Et quæ istæ nubes sunt, quæ timentibus aquis vocem dederunt, nisi discipuli, qui adinstar nubium, de terra surgentes ad cœlos, sine aliquo pondere peccati, spiritualis naturę leuitate feruntur, & ad irriganda corda credentium, pluuiam diuinæ prædicationis effundunt? Euseb. Emes. in hom. Ecce verò Christi discipuli non armis, sed clamore & orationibus, maris huius procellas deponunt. Sic se defendunt, hæc arma suscipiunt, hoc auxilio se tuentur, hoc clypeo muniuntur. Origenes hom. 6. in diuers. timorem hunc, & importunitatem discipulorum exaggerat. Tanto, inquit, fuerant metu conterriti, & penè animo alienati, vt irruerent in eum, & turbulenter suscitarent eum, dicentes: *Domine, salua nos, perimus.* O beati & veraces Dei discipuli, Dominum saluatorem vobiscum habetis, & periculum timetis? Vita vobiscum est, & de morte solliciti estis? Maris tumore trementes, crea-

Druthmar. Pet. Chr. Euthym. *Quomodo christus dormiebat.* Hierony. Hilarius. Augustin. *Dormit Iesus ĩ nobis.* Tertull. Euf. Emes. *Christus nihil ignorat.* Athanas. Chrysost. Euseb. Em. *Orationib⁹ excitatur Deus.* Origen.

torem eius præsentem ita suscitatis, quasi non possit dormiente corpore fluctus sedare, vel mitigare? Sed quid respondent hi dilectissimi discipuli? Paruuli, inquiunt, sumus, adhuc infirmi, & nondum robusti: ideò timemus, ideóque trepidamus: necdum vidimus crucem, necdum nos confirmauit passio Domini & resurrectio, non ascensio in excelsis, non missio vel descensio Spiritus sancti, propterea fragilitate nutamus. Ideò igitur ad ipsum istud idem clamant, quod Psaltes, (Psal. 43.) Exurge, quare obdormis Domine? Exurge, adiuua nos, & libera nos propter
Druthmar. nomen tuum. Druthmar. in Matth. Mare Ionas turbauit, sed inuitus: turbauit Christus, sed voluntarius. Voluerunt fugere nautæ cum Iona, sed non permisit mare. quasi diceret, Reddite perfugam, & mittam illum in carcerem, & ite in pace. Volebant isti fugere, & quasi diceret mare, Nisi crediderit is quòd Deus noster sit, non effugietis. Recurrerunt ad hoc quod cõsueti erant, ad hoc quod videbant. Non fuerunt perfecti, vt dicerent, Qui creauit nos, vigilat, hic no-
Tho. Aqu. biscum est. Qui dormit, de sancta Maria natus est: sed tamen non audetis illũ mergere. Thom. G Aqu. lib. Comment. in Matth. c. 8. Sic enim Christus se habebat ad omnia, vt quoties volebat ostendere diuinitatem, primùm suæ humanitatis aliquod argumentum porrigeret. Dormiebat, quia habitu inuentus est vt homo, non autem dormiebat in ratione diuinitatis. Dormiebat, vt constituerentur discipuli inter spem & timorem. Dormiebat, vt securus. Prou. 8. Librabat fontes aquarum, quando circundabat mari terminum suum, & legem ponebat aquis. Clamant igitur, & illum suscitant: cùm interim, si diuinitatem eius attendissent, securiores essent futuri. *Salua nos*, aiunt, tu qui tot ægrotos curasti, qui animam agentes eripuisti, attẽde iam nobis in extremo periculo constitutis, *salua nos*: & rectè hoc quidem ad Christum, cùm sit omnium saluator. *Perimus*. En nos procellæ obruunt, nihilque spei reliquum est, nisi tu nos adiues. *Magister, non ad te pertinet, quia perimus?* Itáne parum de nobis sollicitus es, vt in extrema necessitate positos deseras? *Et dicit eis Iesus, Quid timidi estis modicæ fidei?* Vocantur ὀλιγόπιστοι, H
Theoph. parum fidentes, vt qui cum Christo dormiente parum se tutos esse putabant. Theophilact. Non dicit incredulos, sed modicæ fidei. Nam quod dicunt, *Salua nos*, fidei est: sed quod adiiciunt, *Perimus*, non est fidei. Ostendit autem timorem adferre pericula, vtique quia tunc Sa-
Origenes. thanas audacior est. Ita fidem illorum hac perturbatione probatam esse ostendit. Origenes hom. 26. in Luc. Existimo tentationes pro vento intelligi, quæ confuso credentium aceruo a-
Fides euincit omnem persecutionem. lios paleam, alios triticum esse demonstrat. Nec enim te ventus paleam, aut triticum facit, sed talem esse docet, & quod latebat, profert in medium. Putas enim, ait Dominus, aliter me tibi fuisse locutum, quàm vt pareres iustus? Afflixi te penuria, vt manifesta fierẽt, quæ erant in corde tuo. Ideò vbi tempestas conquieuerit, fundanda est domus nostra, non super arenam. Ita sicut palea vento, aurum igne, fideles tribulationibus probantur. Atqui si Christum verè Deum fuisse credidissent, quomodo non in eum omnem fiduciam coniecissent? Basil. hom. 4. Hexam. I
Basilius. Per omnem, inquit, aquarum historiam, memor sis primæ vocis, Congregentur aquæ, ne scilicet terram obruant. Ideò furiosum sæpè ex ventis mare, & in maximam altitudinem per vndas exurgens, vbi littora tantùm contigerit, impetu in spumam dissoluto retrocedit. Aut me non timebis, dicit Dominus, (Hier. 5.) qui posui arenam terminum mari? Debilissima re, arena, id quod violentia intolerabile est, frænatur. Huius ergo diuinæ omnipotentiæ eos recordari oportet, qui in maris periculis positi sunt: vt tantò maiore confidentia Deum inuocent. *Vbi est fides vestra?* ποῦ ἐστὶν ἡ πίστις ὑμῶν, vbi est illa vestra fides? Non fiduciam simpliciter, sed fidem
Augustin. Euthym. intelligit, qua illum ex tot operibus omnipotentem esse colligere debeant. Augustin. lib. 2. de cons. Euang. cap. 42. Illam enim, inquit, perfectam fidem requirit, velut granum synapis. Euthymius in Matth. Sperabant enim quòd eos seruare posset, sed vigilans, non dormiens. Hæc
Origenes. igitur exhortatio tantum valet, ac si dicat, vt meditatur Origenes hom. 6. in diuers. Cur non habetis fortitudinem & fidem? Etsi mors irrueret, nónne eam debuissetis constantissimè sustinere? Ad omne enim quicquid euenerit, fortitudo necessaria est. Ad omne periculum vel tribulationem, vsque ad animæ exitum, similiter & cõtra diuitias & delicias, & honores terrenos, animi fortitudo tenenda est, vt neque extollaris, ô homo, neque in superbiam erigaris, non despicias inimicos, neque humiles spernas, neque obliuiscaris Dominũ. Quare ergo turbati estis? Quid si hæc tempestas vos ita commouet, facturi estis, cùm aduersum vos vniuersus orbis insilierit? cùm tot tyranni, tot populi, tot hostes? Atqui (Heb. 11.) Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, extinxerunt impetum ignis, obturauerunt ora leonum, obæsam reddiderunt aciem gladij, fortes facti sunt in bello. An non & vos eadem fide hos fluctus superare oportuit? Credenti enim omnia possibilia sunt: sine fide autem impossibile est placere Deo. An non & idem, qui permittit nos propter peccata nostra vexari, nostra fide prouocatus propitius

A pitius erit? Psal. Propè est Dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus inuocãtibus eum in veritate. Petr. Chrysol. serm. 20. Dei, Dei est quòd vrgemur malis, quòd verberamur semper, quòd Gentes valent, quòd ruit grando, quòd rubigo inficit, quòd impietas potest, quòd dominantur morbi, quòd sæuit mors, quòd tremit terra: nos tamen nec tremimus, nec timemus, nec declinamus à malis, nec appetimus bona. Auaritia furit, anhelat pompa, iniquitas placet, aliena delectant, sed nostra pereunt: Dei flagella veniunt, sed nostræ prouocant culpæ. Si Deus iustus, vtique nostri misericors. Fratres, reuertamur ad Dominum, vt reuertatur ad nos Deus: renunciemus malis, vt respondeant bona: & summa fide illum inuocemus, vt & ipse tranquillum reddat. *Tunc surgens imperauit ventis & mari.* ἐπετίμησεν, increpauit, aut cum comminatione imperauit. Marc. 4. *Tace & obmutesce.* Hieronym. in Matth. Ex hoc, inquit, loco intelligimus, quòd omnes creaturæ sentiant creatorem. Quas enim increpauit, & quibus imperauit, B sentiunt imperantem: non errore hæreticorum, qui omnia putant animantia, sed maiestate cõditoris, quæ apud nos sunt insensibilia, illi sunt sensibilia: cuius etiam imperio febris, quæ socrũ Petri detinebat, paruit. Surrexit ergo per potentiam, & imperauit vt Deus. Hic enim est, de quo Psaltes, Ps. 88. Tu dominaris potestati maris, motum autem fluctuum eius tu mitigas. Et Ps. 106. Qui conturbas profundum maris, sonum autem fluctuum eius tu mitigas. Et iterum Ps. 64. Ecce dabit suæ voci vocem virtutis: Hanc vtique vocem, qua diuinæ potestatis virtute ventis imperante, maris tranquillitas restituta est. Beatus quoque Iob hoc ipsum futurum per Spiritum sanctum non ignorans, cùm de Domino loqueretur, ita ait: Virtute sedauit mare. Tob. 3. Post tempestatem tranquillum facis. Origenes hom. 6. in diu. Scriptum fuit Ps. 77. Et exurrexit tanquam dormiens Dominus, tanquam potens crapulatus à vino, & percussit inimicos suos in posteriora. Imperauit ventis & mari sicut creator, sicut suis vt potens, vt Dominus imperauit ventis & mari. Et dedit nobis per omnia figuram & doctrinæ imaginem, vt & nos in omni conturbatione & contumelia patientiam teneamus, stabiles simus, fidem non deseramus. Etsi omnis iste mundus quasi mare ebulliat, atque in furorem consurgat, etsi omnes venti & vertigines dæmonum vndique sæuiant, etsi omnes principatus & potestates mundi concitentur, & in tumorem iracundiæ spument in sanctos, ita vt vsque ad cœlum sese extollant: nolite timere, nolite turbari. Omnes enim quotquot in fidei nauicula cum Domino C nauigatis, etsi ipse Dominus vestram patientiam, & tolerantiam expectans dormire videatur, vel impiorum conuersionem sustinens, alacriter ad eum accedite, & ipsum inuocate. Petrus Chrysolog. ser. 21. Accedamus ad eum magis fide, quàm corpore: & pulsemus eum plus opere misericordiæ, quàm desperantium tactu: suscitemus non insolenti strepitu, sed clamore spiritualium canticorum: non murmuratione improba, sed supplicatione peruigili. Et verè quidem D ille se magistrum ostendit, quia non solùm factor est omnium elementorum, sed etiam moderator & rector: qui cùm nos audierit, planabuntur vndæ, & tumidi fluctus sternentur, & colles: venti diffugient, peribit procella, & tempestas ista quæ imminet, in tranquillitatem maximam commutabitur. Eusebius Emesen. in hom. Quotidie quidem surgit, quotidie bella sedat, quotidie visibilibus & inuisibilibus hostibus imperat: & eo iubente cessant prælia & lites, fit pax & tranquillitas magna. Origen. hom. 6. in diuers. Dat pacem Ecclesiæ, & serenitatem mundo. Quomodo namque sæpiùs concilia infidelium commota sunt aduersus veram & firmam Ecclesiam, aliquoties paganorum, aliquoties hæreticorum? Quemadmodum sæpius, sicut maris fluctus irruebãt, comminantes & conterentes huius mundi principes, per omnia perdere se Ecclesiæ filios arbitrantes? Sed surgens Dominus increpauit dæmonum ventos, & omnes euanescere fecit aduersarios fidei, magnámque pacem & tranquillitatem dedit Ecclesiæ suæ. Be- E da in 8. c. Luc. hanc Christi victoriam torquet ad illam, quam obtinuit à mortuis resurgens, vbi confregit potentias, arcum, scutum, gladium & bellum. Ita nauicula, quæ operiri fluctibus videbatur, salua peruenit ad portum: & Ecclesia, quæ tot hostibus impetita fuerat, & iam in profundum miseriarum demersa putabatur, in instanti victoriam contra vẽtos & fluctus obtinuit. Augustin. in Ps. 128. Oppugnatur Ecclesia, sed non expugnatur: perierunt omnes in diluuio, quod pertulit Noé, & sola arca natauit in fluctibus, & euasit in siccum. Chrysostomus hom. 23. Oper. imperf. in Matth. Quamuis infestatione inimici Ecclesia, vel seculi tempestate laboret, quibusuis tentationum fluctibus pulsetur, naufragium facere non potest: quia filium Dei habet gubernatorem, Angelos remiges, portat choros omnium sanctorum, erecta in medio salutari arbore crucis, flante Spiritu sancto, ad portum Paradisi, & securitatem æternæ quietis deducitur. Idem in hom. de ipsius expulsione: Licet mare insaniat, Petram non potest commouere. Et quibusdam interiectis: Durum tibi erit aduersum stimulum calcitrare, quia non stimulum

Pet. Chrys.

Hieron. *Omnipotẽtia Christi.*

Origen.

Christi de hostibus suis victoria.

Pet. Chrys.

Euseb. Emesen.

Origen.

Beda.

Augustin. *Ecclesia nunquam expugnatur.*

Chrysost.

Idem.

retundes, sed pedes calcitrans vulnerabis: neque fluctus, qui saxo illiduntur, amplius aliquid F
proficiunt, quàm vt fracti seipsos dissoluant, & in spumas extenuati depereant. Christi Eccle-
sia nihil fortius: si quis eam impugnare proponit, vires atterat necesse est: tale est enim, velut
si cœlo bellum meditetur inferre. Homini si bellum inferas, fortasse vinces, aut fortasse vin-
ceris: Ecclesiam vincere nulla vis poterit. *Porrò homines timentes*, aut sibi, quia & iidem navi-
giis sequebantur Dominum, & in eodem periculo versabantur: aut aliis, nimirùm discipulis,
quorum naufragio condolebant: *mirati sunt* tantæ maiestatis & virtutis verbum, cui statim
ventus & fluctus obediissent, *& dicebant ad alterutrum*, vt suum cuiusque hac in re iudicium
intelligerent, *Quis putas, hic est, quia ventis & mari imperat, & venti & mare obediunt ei?*
Chrysost. Chrysostom.hom.29.Oper.perf.in Matth. Quanquam enim Moses tale quid fecerat, sed ta-
christus maior Mo-se. men vt seruus agebat, hic vt dominus. Non enim virgam ille tetendit, non manus in cœlum
sustulit, non precibus indiguit: verùm vt dominus ancillæ imperans, & conditor suæ crea- G
Idem. turæ, fluctus maris verbo quasi fræno depressit. Idem hom.23. Oper.post. in Matth. hanc Do-
minici verbi virtutem, & eorum qui viderant admirationem, ex hoc Psaltis colligit: Qui de-
scendunt mare in nauibus, facientes operationem in aquis multis: ipsi viderunt opera Domini,
Origen. & mirabilia eius in profundo. Dixit, & stetit spiritus procellæ. Origen.hom.6.in diuers. Qua-
lis est iste, maior Mose, potentior Helya? Vnus enim mare virga percussum discidit, alius ictu
melote Iordanem pertransiit. Iste verò vno verbo mandat illis quæ non habent verba, & obe-
diunt ei. Hæc quæ non habent auditum, obtemperant. Iubet mari, & non contemnit: dicit
ventis & tempestatibus, & mox compescuntur: iubet omni creaturæ, & non supergreditur
iussionem eius: & vnum hominum genus, & vnum quod secundum Dei similitudinem ho-
norificatum est, cui soli prudentia data est, resistit & contemnit. Ideóque soli homines in iu-
dicio damnabuntur, & à iustitia punientur, veluti deteriores mutis animalibus, vel his quæ sine H
Cyr. Alex. spiritu, vel anima sunt in hoc mundo. Cyrill. Alex.lib.12. Thesauri, cap. 14. ex hac historia
Fructus christi victoriæ. Christi diuinitatem conuincit, cui omnia etiam inanimata parere cogantur. Cæterùm hic
est fructus beneficiorum Dei, vt quisque illum magnificet, & prædicet, bonum, misericor-
dem, omnipotentem. Vnde sæpiùs oramus, vt propter semetipsum, & gloriam nominis sui
P. Chrysol. propitius sit peccatis nostris. Petrus Chrysolog.hom.21. hoc etiam retorquet ad fructum di-
uinæ gloriæ, qui tandem emergit, cùm post multas & varias perturbationes Ecclesiæ nauis ad
portum quietis deducta fuerit. Suscitatus ergo à discipulis Christus, inquit, mare, hoc est mun-
dum corripit, tranquillat orbem, reges mitigat, potestates placat, sedat fluctus, componit po-
pulos, Romanos efficit Christianos, ipsósque executores verbi Chtistianæ fidei reddidit, qui
fuerant persecutores nominis Christiani. Hanc tranquillitatem seruant principes Christiani,
Ecclesia tenet, habet Christianitas, Gentilitas admiratur. Admirari igitur nos, & gratias agere I
oportet, quoties ex magnis tribulationibus eripimur. *Quis est hic?* aiunt. Sicut homo videtur,
& sicut Deus potentiam ostendit. Dormit sicut homo, & imperat ventis & mari sicut Deus.
In nauicula sedet, & omnem creaturam sola iussione inclinat. Hæc est Christi nostri potestas,
& bonitas infinita, qui sicut nec tunc discipulos, ita neque nos tẽtari patietur vltra id quod pos-
sumus, sed faciet cum tentatione prouentum, vt possimus sustinere.

Christus duos dæmoniacos in terra Gerasenorum curat, vbi & misera vis dæmonum in homines explicatur. Dæmones Christi permissione in gregem porcorum immissi, porcos ipsos in mare præcipites rapiunt. Ex quo fit, vt Geraseni territi, Christum rogent, vt ab eorum finibus abscedat.

Matth.8.

Matth. 8.

A Et cùm veniſſet Ieſus trans fretũ in regionẽ Geraſenorum, occurrerunt ei duo habẽtes dæmonia, de monumẽtis exeuntes, ſæui nimis, ita vt nemo poſſet trãſire per viam illam. Et ecce clamauerũt dicentes, Quid nobis & tibi Ieſu fili Dei? Veniſti huc ante tempus torquere nos? Erat autem non longè ab illis grex multorum porcorum paſcens. Dæmones autem rogabãt eum dicentes, Si eicis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum. Et ait illis, Ite. At illi exeuntes, abierunt in porcos, & ecce magno impetu abiit totus grex per præceps in mare: & mortui ſunt in aquis. Paſtores autem fugerunt: & venientes in ciuitatem, nuntiauerunt hæc omnia, & de iis qui dæmonia habuerant. Et ecce tota ciuitas exiit obuiam Ieſu. Et viſo eo, rogabant eum vt tranſiret à finibus eorum.

Marc. 5.

Et venerunt trans fretum maris in regionem Geraſenorum. Et exeunti ei de naui, ſtatim occurrit de monumentis homo in ſpiritu immundo, qui domicilium habebat in monumentis: & neque catenis iam quiſquam poterat eum ligare: quoniam ſæpè compedibus & catenis vinctus, dirupiſſet catenas, & compedes comminuiſſet, & nemo poterat eum domare: & ſemper die ac nocte in monumẽtis & in montibus erat, clamans, & concidens ſe lapidibus. Videns autem Ieſum à longè, cucurrit, & adorauit eum: & clamans voce magna, dixit, Quid mihi & tibi Ieſu fili Dei altiſſimi? adiuro te per Deum, ne me torqueas. Dicebat enim illi, Exi ſpiritus immunde ab homine iſto. Et interrogabat eum, Quod tibi nomen eſt? Et dicit ei, Legio mihi nomen eſt, quia multi ſumus. Et deprecabatur eum multùm, ne ſe expelleret extra regionem. Erat autem ibi circa montem grex porcorum magnus paſcens in agris. Et deprecabantur eum ſpiritus, dicentes, Mitte nos in porcos, vt in eos introëamus. Et conceſſit eis ſtatim Ieſus. Et exeuntes ſpiritus immundi, introierunt in porcos, & magno impetu grex præcipitatus eſt in mare, ad duo millia, & ſuffocati ſunt in mari. Qui autem paſcebant eos, fugerunt: & nuntiauerunt in ciuitatem & in agros. Et egreſſi ſunt videre quid eſſet facti: & veniunt ad Ieſum, & vident illum qui à dæmonio vexabatur, ſedentem, veſtitum, & ſanæ mentis: & timuerunt. Et narrauerunt illis, qui viderant, qualiter factum eſſet ei qui dæmonium habuerat, & de porcis. Et rogare cœperunt eum vt diſcederet de finibus eorum. Cúmque aſcenderet nauim, cœpit illam deprecari qui à dæmonio vexatus fuerat, vt eſſet cũ illo: & non admiſit eum, ſed ait illi, Vade in domum tuam ad tuos, & annuntia illis quanta tibi Dominus fecerit, & miſertus ſit tui. Et abiit, & cœpit prædicare in Decapoli, quanta ſibi feciſſet Ieſus: & omnes mirabantur.

Luc. 8.

Et nauigauerunt ad regionem Geraſenorum, quæ eſt contra Galilæam. Et cùm de naui egreſſus eſſet ad terram, occurrit illi vir quidam qui habebat dæmonium iam temporibus multis, & veſtimento non induebatur, neque in domo manebat, ſed in monumentis. Is vt vidit Ieſum, procidit ante illum: & exclamans voce magna, dixit, Quid mihi & tibi eſt Ieſu fili Dei altiſſimi? obſecro te ne me torqueas. Præcipiebat enim ſpiritui immundo vt exiret ab homine. Multis enim temporibus arripiebat illum, & vinciebatur catenis, & compedibus cuſtoditus: & ruptis vinculis agebatur à dæmonio in deſerta. Interrogauit autem illum Ieſus, dicens, Quod tibi nomen eſt? At ille dixit, Legio: quia intrauerant dæmonia multa in eum. Et rogabant illum ne imperaret illis vt in abyſſum irent. Erat autem ibi grex porcorum multorum paſcentium in monte: & rogabant eum, vt permitteret eis in illos ingredi. Et permiſit illis. Exierunt ergo dæmonia ab homine, & intrauerunt in porcos: & impetu abiit grex per præceps in ſtagnum, & ſuffocatus eſt. Quod vt viderunt factũ qui paſcebant, fugerunt: & nuntiauerunt in ciuitatem & in villas. Exierũt autem videre quod factum eſt: & venerunt ad Ieſum, & inuenerũt hominem ſedentem à quo dæmonia exierant, veſtitum, ac ſana mente ad pedes eius, & timuerunt. Nuntiauerunt autem illis & qui viderant, quomodo ſanus factus eſſet à legione. Et rogauerunt illum omnis multitudo regionis Geraſenorum vt diſcederet ab ipſis: quia magno timore tenebantur. Ipſe autem aſcendẽs nauim, reuerſus eſt. Et rogabat illum vir à quo dæmonia exierãt, vt cum eo eſſet. Dimiſit autem eum Ieſus, dicens, Redi in domum tuam, & narra quanta tibi fecit Deus. Et abiit per vniuerſam ciuitatem, prædicans quanta illi feciſſet Ieſus.

Ioann.

Introductio. Mantuan.

SVÆ quidem sunt diebus & noctibus vices: quas Dominus ab initio constituit, vocans lucem diem, & tenebras noctem. Sic, vt noster Mantuanus cecinit,

-non omnia semper
Astra, sed alternis nunc hoc, nunc imperat illud.

Atqui Christus noluit tamdiu diabolicæ versutiæ tenebras nobis incũbere. Venit igitur vt lux vera, vt eum qui mortis imperium retinebat, subuerteret. Huius suæ intẽtionis & facti visibilia signa proposuit, cùm malignos spiritus è cordibus obsessorum expulit: cùm etiam ipsi spiritus Christo præsente, & creditum sibi à patre munus inchoante conqueri, & rugire cœperunt. Hoc in superioribus confirmatum est exemplo dæmoniaci curati in synagoga: nũc verò sese offert historia, de sanatis in regione Gerazenotũ duobus dæmoniacis. Hanc Marcus, Lucas & Matthæus narrant. Cæterũ quæstio primũ oritur, quî fiat vt Marcus & Lucas vnius tantũ meminerint, Matthæus verò duos dicat, quos dæmonũ legio possideret. Aug. lib. 2. de cons. Euãg. c. 24. Quòd Matt. dicit duos, inquit, fuisse, qui legionẽ illã dæmonũ patiebantur, quæ in porcos ire permissa est: Marcus autem & Lucas vnum commemorant: intelligas vnum eorum fuisse personæ clarioris & famosioris, quem regio illa maximè dolebat, & pro cuius salute plurimùm satagebat. Vnde & illud solum commemorandum iudicauerunt, de quo facti huius fama latiùs flagrauerat. Nec quòd verba dæmonum diuersè ab Euangelistis dicta sunt, aliquid habet scrupuli: cùm vel ad vnam redigi sententiã, vel omnia dicta possint intelligi. Nec quia pluraliter apud Matt. apud alios autem singulariter loquitur: cùm & ipsi narrent, quòd interrogatus, qui vocaretur, Legionẽ se esse respondit, eò quòd multa essent dæmonia. Nec quod Marcus dicit, circa montem fuisse gregem porcorum: Lucas verò in mõte, quicquam repugnat. Grex enim porcorum tam magnus fuit, vt aliquid eius esset in monte, aliquid circa montem. Erant enim duo millia porcorum, sicut Marcus expressit. Eadẽ est sententia Theoph. in Matt. & Euthymij. Porrò regio Gergesenorum, non est Gadarenorum. Gadarã enim, quæ lacui Genezara à parte meridionali adiacet, fuisse in finibus Amorrhæorũ clarissimè intelliget, qui diligentissimè perlegerit 12. & 13. Ios. capita. Gergesæi verò, vel Gergeseni, diuersa gẽs fuit ab Amorrhæis. Gessuritidas, & Machatidas fuisse Gergesenos necesse est. Gessuritidas verò ad ripam Iordani orientalem, supra lacum Genezarim, Septentrionẽ versus habitasse, ex scriptura notissimũ est: Gadarã autem infra eundem lacũ, versus meridiem sitam fuisse, vt iam transitus à Capernaum vel Bethsaida in regionem Gadarenorum sit à Septentrione in meridiem, per medium lacum, ab iisdem verò in fines Gergesenorum, sit ab Occidente versus Orientem, lacu tantùm leuiter perstricto, & itinere tãdem Septentrionẽ versus directo: sicut ex altera quoq; parte Christus aliquando vsq; in fines Tyri & Sydonis peruenisse legitur. Euthy. in Matt. Et quidem stagno Tiberiadis adiacet ciuitas Gergesa, & non Gadara. Quidam autem dicunt binominem esse illam ciuitatem, & hoc & illo nomine vocari. Hieronym. in lib. de locis Hebr. scribit Gargasi ciuitatem iunctam esse mõti Galaad, trans Iordanẽ, in tribu Manasse. Et in Comm. in Abdiam, obseruat regionem Galaad suo tempore dictam Gerazã. Itaque post sedatam in stagno magnam hanc tempestatem discipuli *nauigauerũt in regionem Gerazenorum, quæ est contra Galilæam*, lacu hac in parte arctiori. *Et venerunt trans fretum maris*, id est, vltra stagnum Galilææ, *in regionem Gerazenorum*, ex littore oppositio. *Et cùm de naui egressus esset ad terram, occurrerunt ei duo habentes dæmonia, de monumentis exeuntes, sæui nimis: & vestimentis non induebantur, neque in domo manebant, iam temporibus multis, sed domicilia habebant in monumentis.* Euthymius in Matt. In sepulchris libenter morãtur dæmones, prauam opinionem hominibus immittere volentes, quòd mortuorũ animæ dæmones fiant, sed circa propriorũ corporũ monumenta remaneant, immò quibusdã adhæreant. Sed nequaquã id Orthodoxo persuadebunt. Si enim hoc verum esset, nullo modo cruciatus diues orasset Abrahã vt Lazarum mitteret in mundum, vt fratribus suis significaret, quæ circa se gererentur: sed ipse per seipsum hoc eis indicasset. Chrysostomus homil. 29. Oper. perfect. in Matth. hanc etiam rationem adfert, nimirùm eapropter dæmoniacos in sepulchris commoratos esse, vt opinio de animabus in dæmones transformatis locum haberet. Sed quid, inquit, respondebis, cùm multi aruspices aris infantes obtulerint ac immolauerint, & animabus eorum, quasi dæmonibus vsi sint? Ego autẽ quòd homines à sceleſtis aruspicibus atque magis occisi sint, non negabo. Quòd verò immolatorũ hominũ animæ ipsis cooperentur, vnde mihi persuadebitur? An quia ipsos dæmoniacos clamare nõnunquã audisti, Anima talis ego sum? Verùm hæc quoq; oratio à fraude & deceptione diabolica est. Non enim anima defuncti est, quæ ista dicit: sed dæmon, qui hæc, vt audientes decipiat,

Summa.

Conciliatio Euangelistarum. Augustin.

Theoph. Euthym. Quid Genezara.

Euthym.

Hieronym.

Euthym. Dæmones in sepulchris mortuorum.

Chrysost.

A piat,effingit. Ipse etiam Tertullianus lib.de anima, tit. An demorentur hîc animæ post mortem,idem concludit:etsi sint,qui illi opinionem animarum in dæmones post mortem tribuãt. Sic,inquit,& in specie Magiæ,quæ iam quiescentes animas euellere ab inferis creditur,& cõspectui exhibere.Cùm paulò antè hæc asserat.Et plurib⁹,inquit, notũ est dæmoniorũ opera, & immaturas,& atroces effici mortes,quas incursibus deputant. Hanc quoq; fallaciã spiritus nequã sub personis defunctorũ delitescentis,nisi fallor,etiã rebus ipsis probamus,cùm in exorcismis interdũ aliquẽ se ex parentibus hominẽ esse adfirmat:sicut & alibi Deũ:Nihil magis curans,q̃ hoc ipsum excludere,quod prędicamus,ne facilè credamus animas vniuersas ad inferos redigi,vt & resurrectionis & iudicij fidẽ turbẽt. Hæc Tertul. Tãto igitur abest,vt existimauerit animas post mortẽ dæmones fieri,q; hoc argumẽto asserit diabolũ nobis imponere velle,vt & resurrectionẽ & iudiciũ negemus. Et ita hanc partẽ tuetur,vt etiã neget Samuelẽ verè à Phyto nissa suscitatũ esse,& moneat ne spiritibus credamus,q nobis post alicuius mortem nomine defuncti apparuerint.Occurrit demũ obiectioni,de pernoctationibus,quę apud Nazamonas fiebãt ad parentũ sepulchra,& apud Celtas ad fortiũ busta,vt ex his oracula nãciscerẽtur:monẽs his minimè credendũ esse.Neq; interim negauerim dæmonas,vt obseruat Thom. Aquinas in Matt.c.8.corpora mortuorũ mouere videri,& ita hominibus illudere. Quod Clemens Rom. narrat factũ à Simone Mago,in nepote Neronis iã defuncto,&olim in Necromãtia apparebat. Amant autẽ dæmones fœda loca,& mortuorũ quidẽ,sed non martyrũ:quia, vt scribit Chrys. hom.66.ad pop.Antioch.sanctorũ ossa dæmonas sistũt & torquẽt. In sepulchris autẽ magorũ & prophanorũ hominũ illos versari,facilè colliget, qui antiquas historias legerit. Esa. 65. Qui habitãt in sepulchris,&in delubris idolorũ dormiũt. Athenagoras in legatione pro Christianis, illos sanguine & nidore victimarũ delectari,sacrificiorũ cruores lãbere, & fœditate voluptatũ

B obuolui scribit.Psellus lib.de operat.dæmon.cap.13. quoddã subterraneũ genus dæmonũ describit:qui irruentes, hominẽ possessum cõcutiunt,& distorquẽt,atq; per eũ loquuntur,nõ sẽcus ac proprio quodã instrumento.Et quia hominis rationem & iudiciũ peruertunt,ideò nihil obsessi pati videtur à nuditate,nihil à cõpedibus,& cæteris tormẽtis quæ ab hominibus incuti possent.Ideò & isti nudi erant,& vinculis retineri non poterant.Erant enim sæui nimis,furiosi, violẽti,horribiles & aspectu,& facto ipso:vt vnicuique qui eos inspexisset,terrorẽ incutere possent.*Ita vt nemo posset transire per viam illã.* Quẽ enim furor ille dæmoniacus non moueat,nisi seipsum fide munierit: cùm legamus nec quidem septẽ filios Scæuæ vni dæmoniaco resistere potuisse?Vnde & hæc adiiciuntur à Marco,de altero eorum: *Neque catenis iam quisquam poterat eum ligare,quoniã sæpè compedibus & catenis vinctus,dirupisset catenas,& compedes comminuisset,& nemo poterat eum domare: & semper die ac nocte in monumentis & in montibus erat clamãs,*

D *& concidens se lapidibus.* Horrendũ vtique spectaculũ,quo etiã docemur,quàm pernicioſum sit incidere in manus eius.Nam quibus ille furiis in miserum hominis istius corpus grassabatur:iisdem etiam & in animas eorum,quos sibi totos vindicauit.Illius nimirùm effectus sunt hominum furores,contentiones,homicidia,& cætera his similia: etiam & animi induratio tanta, vt non queat aliquis omnium exhortationum compedibus retineri. Miserabile spectaculũ Saulis,quoties eum malignus spiritus corripuisset,1.Reg.16.sed & istud terribile. Quòd si quis intimos hominis recessus penetrare,& eundẽ contemplari,simulq; Sathanæ rabiem in eum concitatam designare posset, non minus miraretur captiuitatem hominis peccatoris, horroremq; diuini iudicij.Illi ergo dæmoniaci in montibus & monumẽtis versabantur: siquidẽ & per mõtes varia erant sepulchra,cùm Iudæorum sepeliendorum in locis ab vrbibus remotis mos esset. Et ecce quanta in instanti mutatio.Primùm enim vterque, vt scribit Matthæus, *clamare cœpit,Quid nobis & tibi Iesu fili Dei? Venisti huc ante tempus torquere nos?* Verùm tandem & alter

E eorum,quem tot furiis dæmones repleuerant, *cucurrit à longè ad Iesum, & adorauit eum, & clamans voce magna dixit,Quid mihi & tibi fili Dei altissimi?* Etiam dæmones inuiti Deum contremiscunt,vt scribit Iacobus,& columnæ cœli pauent ad nutum eius. Verùm hæc inter bonos & malos spiritus differentia est,quòd boni spiritus obsequium Deo voluntarium reddunt, mali verò coactum.Hieronym.in hunc locum Matth. Non enim voluntatis, inquit, ista confessio est,quam præmium sequitur confitentis,sed necessitatis extorsio, quæ cogit inuitos: velut si serui fugitiui post multum temporis dominum suum videant, nihil aliud nisi de verberibus deprecentur. Sic & dæmones cernentes Dominum in terris repentè versari, ad iudicandos se venisse credebant. Idem ferè contigisse temporibus Valentis Ariani narrat Sozomenus histor. Eccles. lib. 6. cap. 20. & Ruffinus Aquileiensis lib. 2. cap. 4. Nam duos Macharios, Ægyptium & Alexandrinum, magni Antonij sectatores, Lucius Arianus in exilium depelli

Tertull.

Necromãtia.

Animæ post mortem nõ fiunt dæmones.

Tho. Aqu.

Dæmones non amant sepulchra martyrũ.

Chrysost.

Athenago.

Dæmones fœtore delectantur.

Psellus.

Horrẽdum spectaculũ.

Aliter bonus, aliter malus Angelus timet Deum.

Hieron.

Sozomen.

Ruffinus.

fecit. Noctu enim comprehensi, in Ægyptiam quandam insulam paludibus circumdatam F
De duob⁹ Machariis. ducti sunt. Hanc homines profani, alieni à Christiano dogmate, inhabitabant: vnde & antiquum templum, quod apud ipsos erat, in magno honore habebant. Cùm autem illinc abirent, ferunt mox, filiam sacerdotis dæmone obsessam, in occursum illorum venisse: quam homines insulani currentem ac vociferantem, re tam repentina & inexpectata stupefacti, sequebantur. Vbi autem ad nauem venisset, in qua sancti senes vehebantur, obtestabatur eos, & ad terram prouoluta, suppliciter, ac magna voce clamabat, inquiens: Vt quid ad nos quoque venistis, ô magni Dei serui? Hæc enim exigua insula antiquum est nobis domicilium, nec cuiquã molesti sumus, sed cunctis mortalibus ignoti, hoc loco, vndique paludibus cincti, delitescimus. Si verò placuerit vobis, hanc nostram possessionem vsurpate, & vobis propriam vindicate, nos autem cedemus. Huiusmodi voces edebat puella. Increpantibus autem dæmonium, iis qui cum Machario erant, sanæ menti restituta est. Vnde & pater illius, vnà cum domesticis, & G
insula illa ad Christianismum accesserunt, & sine cunctatione templum, quod apud ipsos erat,
Euthym. destruxerunt, & in Ecclesiam commutarunt. Euthymius in Matth. Quia discipuli & turbæ hominem ipsum esse dicebant, veniunt nunc dæmones, diuinitatem ipsius prædicantes. Neque verò mirum hoc esse debet, cùm & Philosophi λόγον, vt diximus in superioribus, patri coæternum, & Sibyllæ Christum filium Dei existentem, & ipse Apollo Milesius interro-
Lactant. gatus confessus sit, vt scribit Lactantius lib. 4. Institut. cap. 13. Veruntamen nondum adhuc certò sciebat, talisne esset Iesus, sed ex coniectura loquebatur. *Venisti*, inquiunt, *torquere nos.*
Chrysost. Chrysostom. homil. 29. in Matth. Nam cùm non possent se, quòd non peccassent, excusare, ne ante tempus pœnas darent, formidant. Ita qui ferreis vinculis teneri non poterant, victi nunc veniunt: qui in montes ferocitate se corripiebant, ad campos nunc humiles exeunt: qui aliorum itinera occupantes, neminem transire sinebant, cùm Christum vidissent, constiterunt. H
Thomas. Thomas in Matth. Et quidem sciunt dæmones, quòd in die iudicij maioribus tormentis affligendi sunt. Item credunt aliqui, quòd vsque in diem iudicij non patiuntur pœnam damni, sed
Dæmones magis in die iudicij torquebũtur. pœnam sensus: huic sententiæ innixi, Venisti ante tempus. Sed contra hoc est quod dicit Damascenus: Hoc hominibus mors, quod Angelis casus: sed homines cùm moriuntur, non statim recipiunt pœnam sensus: sic & Angeli qui ceciderunt. Quidam dicunt, quòd ignem su-
Damasc. um semper secum portent. Sed quomodo potest hoc fieri, cùm ignis iste corporeus sit? Dicendum quòd licet hic ignis corporalis sit, habet tamen aliquid spirituale: vnde cruciat per modum cuiusdam alligationis. Spiritus enim excedit naturam corporis: sed Deus alligat spiritus corporibus, sicut cùm alligatur anima corpori, dat corpori vt moueatur, secundum voluntatem
Augustin. animæ. Augustin. lib. 21. de ciu. Dei, cap. 10. Dicerem quidem sic arsuros sine vllo suo corpore
Quomodo dæmones patiuntur ab igne. spiritus, sicut apud inferos ille diues, quando dicebat, Crucior in hac flamma. At verò gehenna I illa, quod etiam stagnum ignis, & sulphuris dictum est, corporeus ignis erit, & cruciabit corpora damnatorum, aut & hominum & dæmonum, solida hominum, aërea dæmonum: aut tantùm hominum corpora cum spiritibus: dæmones autem spiritus sine corporibus hærentes sumẽdo pœnam, non impertiendo vitam corporalibus ignibus. Vnus quippè vtrisq; ignis erit, sicut ve-
Psellus. ritas dixit. Porrò Psellus lib. de operat. dæmonum, cap. 21. ostendit, cur dæmonia ferrũ extimescant, imprimísque τὰ σφύσυλα, hoc est materiæ affecta, tanquam omnium maximè meticulosa: ita vt à quibusuis timeant, qui Dei nomen expresserint. Inde fit, vt dæmones isti inter spem metúmque positi, adiiciant, vt scribit Marcus, ὁρκίζω σε τὸν θεὸν, *adiuro te per Deum, ne me tor-*
Adiuratio quid. *queas.* Est autem adiuratio, inuocatio, aut protestatio diuini nominis ad inducendum aliquid ad agendum quid, vel non agendum. Et fieri potest dupliciter, scilicet per modum deprecationis, siue obsecrationis, & per modum cõpulsionis. Primus modus est per reuerẽtiam diuini nomi-K
nis obsecrare, & licitum est inferioribus hoc modo vti erga superiores: quo modo hîc dæmones adiurant Christum. Secundus modus est per reuerentiã diuini nominis præcipere, vel pro-
An adiurare liceat. hibere: & hoc modo licitum est vti superioribus erga subditos. Sic Heli Samuëlem adiurauit. 1. Reg. 3. Hæc faciat mihi Dominus, & hæc addat, si absconderis à me sermonem, ex omnibus verbis quæ dicta sunt tibi. Exod. 2. Iacob adiurauit filios Israël, dicẽs: Visitabit vos Deus, efferte ossa mea hinc vobiscum. 1. Reg. 14. Saul adiurauit populum, dicens: Maledictus vir qui comederit panem vsque ad vesperam, donec vlciscar me de inimicis meis. Num. 5. In quæstione zelotypiæ, adiurabit sacerdos mulierem. Et hoc est maledictioni aliquem subiicere, nisi idipsum
Isidorus. faciat quod requiritur. Isidorus Hispalensis, lib. 2. de offic. Ecclesiastic. cap. 20. de exorcismo
Exorcism⁹ quãtæ virtutis. differit. Exorcismus autem adiuratio est: siquidem ὁρκίζειν, adiurare est: qua voce dæmones vtuntur. Exorcismus autem, inquit, sermo increpationis est, contra immundum spiritum in e-

nergumenis

A nergumenis, siue catechumenis factus, per quem ab illis diaboli nequissima virtus, & inueterata malitia, vel violenta incursio expulsa fugetur. Cyrillus Catech. mystag. 2. Nam vt insufflationes sanctorum, & nominis Dei inuocatio, tanquam vehemētissima quædam flamma vrit dæmones, & in fugam cōuertit: sic & exorcisatum oleum, per inuocationem, Deiq; inuocationē, tantam virtutem consequitur, vt non modò ardentia peccatorum vitia expurget, verumetiam omnes inuisibiles dæmones repellat. His modis exorcismi, si contra dæmones fiant, compulsiuæ adiurationes sunt: si verò ad creaturas alias benedicendas inducantur, duas habent rationes: vnam, vt aut aqua aut sal per inuocationem sancti Dei nominis ab omni virtute inimici vendicetur: secundò, vt etiam vim habeat contra aëreas potestates, & benedictionem secum inferat. Albertus Magn. in Marc. sic interpretatur adiurationem à dæmonibus factam: quasi dicant, Per hanc iustitiam, quæ in hoc manifestissima, quòd tibi nobiscum nulla est communi- Alb. Mag.

B catio, *adiuro te* per hoc iustitiæ sacramentum, *per Deum*, qui iustitiæ author est, *ne nos torqueas*. Duplex autem tormentum timent. Vnum est, si à corporibus aut regionibus, quas possident, expellantur: alterum, si in abyssum demittantur. Et vtrumque ab Euangelistis explicatur: Marcus, quòd rogabant ne à regione expellerentur: Lucas, ne mitterentur in abyssum. Nam cùm summa voluptas dæmonum sit, si homines quos oderunt, & quibus inuident, possederint: summo quoque tormento affici videntur, si abiiciantur. Alb. Magnus. *Ne me torqueas*, inquit, ab isto expellendo: quia mihi tortura est, à nocumento compesci, cùm totis viribus contendam si quo modo homini nocere possim. Vnde Marcus velut causam tormenti adiecit: *Dicebat enim illi, Exi spiritus immunde ab homine isto*. At verò hoc efficit verbum Dei, hoc inuocatio diuini nominis. Es. 27. Visitabit in gladio suo grandi & forti, super Leuiathan serpentem vectem, & super Leuiathan serpentem tortuosum, & interficiet Cetum qui in mari est. Gladius

C autem ille, verbum Dei est. Es. 11. Spiritu labiorum suorum interficiet impium. Theophilact. in Marcum. Tormentum igitur suum esse putant dæmones, si cogantur exire ab homine. Ideò dicunt, Ne torqueas, id est, ne educas nos ex habitaculo nostro, hoc est homine. Sed & aliter. Existimabant quòd propter grauia quæ attentassent, non vltrà passurus esset ipsos, sed mox supplicijs traditurus. Idcircò & orant ne illos torqueat. Psellus lib. de oper. dæmon. cap. 21. Dæmonia πρόσυλα, seu materiæ affecta, inquit, verita ne in abyssos, meatúsque subterraneos relegētur, sibiq; ab Angelis eò relegantibus timentia, cùm quis illa eò iri relegatum comminatur, Angelorúmque nomina exprimit, quibus id prouinciæ demandatum est, dici vix queat, quanto metu, quantaq; perturbatione concutiantur. Ita enim percelluntur, vt ne comminantē quidem quisnam sit ille, discernere valeant: sed siue anicula quæpiam, siue vetulus homuncio, cōminationes huiusmodi expresserit, tunc tantus ea metus inuadit, vt plerunque abscedant: ac si ea quę

D comminantur, iidem & internecioni dare possint: vsque adeò timidi sunt, nec quenquam discernere norunt. Proinde facilimè ab impuro illo incantatorū genere excrementitiis cicurātur, saliuis, inquam, vnguibus & capillis. Quinetiam plumbo, cera, tenuiq; reuincta filo, execrandis illis aphorcismis & abiurationibus tragicas affectiones & turbas excitant. Atqui solùm Christi timebant imperium, quem in eorum iudiciū venisse suspicantur. De quo & Christus ait: Nunc iudiciū est mundi, nunc princeps huius mundi eiicietur foras. *Et interrogabat* Iesus *eum* dæmonem primarium, qui hominem possidebat: Non vt ipse discat, inquit Theophilactus, sed vt alij multitudinem dæmoniorum, quæ in illo erant. Quandoquidem vnus apparebat esse, ostendit Iesus cū quot inimicis miserabilis homo ille certarit. *Quod tibi nomē est?* Quia, inquit Albertus, aut à malitia suæ voluntatis, aut permissa sibi potestate, nomina sortiuntur. Nam, vt ipse scribit Agrippa, lib. 3. de occ. Philosoph. c. 24. ab operibus nomina spiritibus plurimùm imponun-

E tur, significantia certum aliquod officium, siue effectum, qualis ab Angelorum choro desideratur. Et cap. 28. Multa quoque, inquit, malorum dæmonum nomina in sacris literis comperimus, à pessimis hominibus, aut pessimorum hominum habitationibus ortum accepisse: sicut nomen Astaroth, quod nomen cacodæmonis est, eratque nomē olim ciuitatis Og regis Basan, in qua habitarunt Gigātes: similiter Astaroth olim ciuitas Amorrhæorum: Raphaim, Vallis & Ieramiel regio Allophylorum. Idolorum quoque & cacodæmonū nomina sunt, vt Remma, simulacrum idoli Damasceni: Chamos, idolum Moab: Melchim, idolum Ammonitarum: Bel, idolum Babyloniorum: Adramelech, idolum Assyriorum: Dagon, idolum Allophylorum. Iam verò & Behemoth & Leuiathan beluas & dæmones significant. Interrogatus autē dæmon iste primarius, respondet: *Legio mihi nomen est, quia multi sumus*. Legio autem sex millia complectitur. Itaque à numero nomē accepit. Nec mirum videri debet, si tot millia dæmones duos homines possederint, cùm certis locorum dimensionibus, qualis corporibus solidis contingit, non

Cyrillus.

Quod tormētum timent dæmones.

Alb. Mag.

Theoph.

Psellus. *Dæmones timidi, & materiæ affecti.*

Theoph.

Albertus.

Agrippa. *Vnde nomina dæmonum.*

teneantur. Vnde & Luc. 8. legitur eiecisse è Maria septem dæmonia, & in hominem dicet re- F
gredi septem spiritus priore maligniores. *Et deprecabatur eum multùm, ne se expelleret extra regio-*
Dæmones certis locis addicti. *nem.* His verbis videntur dæmones certis locis addici. In aëre sanè illos agere declarat illud E-
Abdias. pheſ. 2. Iuxta principē ambulastis, cui est potestas aëris. Et Ephes. 6. Contra spiritualia nequitiæ
Augustin. in cœlestibus. Ad deserta illos nōnunquam relegari legimus in lib. Abdiæ, de certaminib. Apo-
stolicis. Et domos aliquando infestare, scribit Augustinus lib. 22. de ciu. Dei, cap. 8. Sed & regio-
nes affligere, testis erit sepulchri triū puerorum, qui in fornacem Babylonicam iniecti sunt, in-
scriptio: quæ sonat, ea propter illorum corpora in hanc regionem esse translata, vt & ab infesta-
tionibus dæmonum eriperetur. Videtur hoc sepulchrū, & eiusdem inscriptio, in maiore Eccle-
sia Lingonensi, sacro sancto Mammeti, ante maius altare. Quinetiā dæmon ille, qui Daphnæū
Antiochiæ occupauerat, Martyri Babylæ cessit, sub Apostata Iuliano, vt scribit Nicephorus
Niceph. Calist. lib. 10. hist. Ecclesiasticæ. Atqui homines regionis illius mali erant: hinc fiebat, vt dæmo- G
nes liberiùs in eos agerent. Timent autem, ne si verbum Christi audiant, vitam in melius com-
mutent: vnde fiat vt & ipsi dæmones cedere locò cogantur. *Rogāt* quoque *ne mittantur in abyſ-*
sum. Non modò torquētur, quòd suum in homines principatū excidere, sed & parati sibi ignē
Abyssus quid. inferni prospiciant. Porrò abyssus *Thohum* Hebraicè dicitur, & aquæ profunditatē, seu potiùs
aquam fundo carentem significat: hîc autem pro inferno sumitur, quò diabolum relegandum
ipsa Ioan. Apocalyps. cap. 20. testatur. Hoc autem deprecantur, non modò ne maioribus pœnis
afficiantur, sed ne hominibus imposterum negotium facessere non possint. *Erat autem ibi grex*
Druthmar. *porcorum circa montes magnus, pascens in agris.* Druthmarus in Matt. non existimat hunc gregē
An grex porcorum fuerit Iudæorū, cū illi abstinerent à suilla. Iudæorum fuisse, cùm ipsis à suilla interdictum fuerit: immò & sues, & eorum custodes vt im-
mundos auersarentur. Erant igitur alienigenarū, qui fortasse in loca hæc remotiora greges suos
coëgerant: Etsi tamen Genezareorū fuisse colligi possit ex sequenti precatione, quam ad Chri- H
stum fecerunt. Verùm nihil impedit in hac regione quosdam alienigenas fuisse. *Et deprecaban-*
tur eum spiritus, dicentes, Mitte nos in porcos, vt in eos introeamus. Tertullian. lib. de fuga in perse-
Tertull. cutione, ex eo loco ostendit diabolum nihil in nos posse sine permissione Dei, etsi nos immor-
Dæmones nihil possunt sine permissu Dei. tali odio prosequatur. Et ideò oramus, inquit, Erue nos à maligno. Tunc enim eruimur à dia-
boli manibus, cùm illi non tradimur in tentationem. Nec in porcorum gregē diaboli legio ha-
buit potestatem, nisi eam de Deo impetrasset: tantum abest vt in oues Dei habeat. Possum di-
cere porcorum quoq; setas tunc numeratas apud Deum fuisse, nedum capillos sanctorum. Ha-
bere videtur diabolus propriam potestatem, si fortè in eos, qui ad Deum non pertinent, semel
in stillam situlæ, & in puluerem areæ, & in saliuam nationibus deputatis à Deo, ac per hoc dia-
bolo expositis in vacuam quodammodò possessionem. Cæterùm in domesticos Dei nihil illi
licet ex propria potestate: quia quando liceat, id est, ex quibus causis, exempla in scripturis si- I
gnata demonstrant. Sed neque spiritus mendax potest se Pseudoprophetis immiscere, vt decipiat Achab, nisi accepta à Deo licentia. Vnde ait: Mitte me, ero spiritus mendax in ore omniū
Tho. Aqu. Prophetarum. Thomas Aqu. Comment. in Matt. Sed quare non petierunt potiùs, vt in homi-
Cur non petunt mitti ī homines. nes mitterentur, cùm tanto illos odio prosequantur? Nimirùm quia Christum de hominum sa-
lute ita sollicitum esse videbant, vt neque hoc assensurum esse cognoscerēt. Et quare in porcos
potiùs, quàm cætera animalia? Hoc factum est, aut quia vicini & numerosi erant: aut quia fortè
eorum erant, qui Deum verum non colebant. *Et concessit eis statim Iesus, & ait illis, Ite:* Non
Albertus. satisfaciens iniquæ voluntati dæmonum, vt scribit Albert. in Marc. sed puniens, ad instructio-
nem, peccata prauorum, qui hæc animalia iniustè possessa tenebāt. Esa. 14. Perdam Babylonis
nomen, & reliquias, & progeniem. Hoc enim facit Deus ad instructionem, vt sciant qui ali-
Augustin. quid iniustè detinent, nihil sibi tutum & securum esse. Augustinus tract. 6. in Epist. B. Ioannis, K
Quî fit vt sancti aliquando nō exaudiantur, cùm dæmones exaudiantur? requirit, quî fiat, vt sancti órantes aliquando non exaudiantur: dæmones verò, statim atque il-
lud postularunt, exauditi sint. Petiit Apostolus, vt auferretur ab eo stimulus carnis, & non acce-
pit: sed Apostolus magis exauditus est, inquit, quàm diabolus. Apostolus enim exauditus est ad
salutem, etsi non ad voluntatem. Diabolus exauditus est ad voluntatem, sed ad damnationem.
Ideò enim concessus est iste tentandus, vt eo probato esset ille cruciandus. Sed & petierunt
dæmones à Domino, vt ire permitterentur in porcos. Nónne his posset dicere Dominus, vt
nec illuc accederent? Non enim, si nollet, rebellaturi erant contra regem cœli & terræ: certa
tamen mysterij gratia, & certa dispensatione, dimisit dæmones ire in porcos, vt ostenderet dia-
bolum in eis dominari, qui vitam porcorū gerunt. Hinc scilicet & Dominus in Euangelica pa-
rabola, prodigum filium dixit missum esse in villam, vt pasceret porcos: id est, hominibus vitam
Theoph. porcinam ducentibus obsequeretur. Theophilact. in Marc. Permisit ergo illis intrare in por-
cos

A cos,inquit:vt discamus quòd sicut non pepercerunt porcis, ita neque illi homini pepercissent, neque sanè nobis,nisi nos diuina virtus custodiret. Dæmones enim, cùm inimici nostri sint, protinus nos concideront,nisi Deus nos conseruaret.Obserua verò quòd in homines,qui porcorum more viuunt,& in luto voluptatis versantur, ingrediuntur dæmones, & mittunt illos præcipiti perditione in mare huius seculi,vt suffocentur. Euthym. in Matth. Nec solùm hoc, verumetiam aliud admodum malum dæmones machinantur. Studet enim porcos occidere,vt horum damno contristati domini gregis, Iesum non suscipiant: & ita prædicatione Euangelij non suscepta, tutiùs ad illam regionem reuertantur, & fiant posteriora illius peiora prioribus. Adiicere etiam possumus ex eodem Euthymio, ideò permitti hoc illis à Christo, vt discant hi qui liberantur,quot & quales habuerint inhabitatores: vt nossent omnes, nullam in porcos,nisi illo sinente,factam esse dæmonibus potestatem. Et manifestum esset odium, quo nos prosequuntur, quodque si sinerentur,non in nos molirentur: cùm etiam in porcos, quos B nostri tantùm causa infensos habent, tantam exerceant tyrannidem. Sed & mors ipsa porcorum omnibus ostenderet, iam dæmones è regione illa abscessisse. Itaque *exeuntes spiritus immundi introierunt in porcos,& magno impetu grex præcipitatus est in mare, ad duo millia, & suffocati sunt in mari.* Tum scilicet illi per præcipitia montium œstro & magno furore perciti, proruperunt,& in stagnum Genezareth sese tanto impetu deiecerunt, donec suffocarentur. *Qui autem pascebant eos,fugerunt,& nunciauerunt in ciuitatem & in agros*:triste simul & lętum nuncium adferentes:Triste quidem de tot porcis demersis,lætum verò de duobus dæmoniacis curatis.*Et egressi sunt.Videre,quid esset factū,& veniunt ad Iesum:& vident illum qui à dæmonio vexabatur,sedentem:* cùm priùs,vt inquietæ mentis erat, ita continuis cursibus montes inambularet,clamans:*Vestitum*,qui nec antea integrum aliquod vestimentum tolerare, immò nec ipC sos compedes integros ferre poterat: *& sanæ mentis*, quod ex aspectu, visu, & cæteris indiciis cognouerunt: *& timuerunt*, eum ipso facto agnoscentes, qui in vtrumque hominem, immò in ipsos dæmones & bestias potestatem haberet. *Et* pastores *narrauerunt* per singula, quemadmodum obseruauerant non longè positum Iesum, *illis* qui ex vrbibus & circumuicinis locis huc fama audita concurrerant, *quæ viderant*, coram se, *qualiter factum esset ei qui dæmonium habuerat*: quoniam & illum ad Iesum procurrentem, illum adorantem,& conquerentem audierant, & quælibet obseruauerant, cùm & hominem istum omnes nossent: *& de porcis*, quomodo statim atque permisit Christus, dæmones in illos insilierunt, illi verò magno impetu sese in mare præcipitarunt. *Et rogare cœperunt eum vt discederet è finibus eorum*. Theophil. Timebant enim,ne quid & maius patiantur.Hoc autem faciebant, Theoph. aut suæ indignitatis, aut detrimenti accepti consideratione. Quis enim non sibi à Domino ti- *Quidā a-*
D meat,si vitiis & impietatibus addictus sit, ne fortè vindex adueniat? 3.Reg. 16. Sarephtana ad *bigūt Chri-*
Helyam:Numquid venisti ad me,vt rememorarentur iniquitates meæ, & interficeres filium *stum à se*
meum?Sic viri Bethsamitæ percussi sunt in conspectu arcæ Domini:ideò rogauerunt eam à se *propter da-*
transferri. 1. Reg. 6. Sed neque satis est, indignum se Christi cohabitatione censere: sed niti *mnū tem-*
oportet,vt gratia eius nos dignos efficiat:quod & illi fecissent, si Christum & audiissent, & se- *porale.*
cuti essent. Itaque magis ducebantur detrimento accepto, ne fortè maius illis contingat. Verùm neque hoc est mederi occasioni mali, Christum à se repellere: quoniam & inde dæmones maiorem in eos potestatem habituri erant. Thom. Aquinas in Matth. Sic nonnulli Tho. Aq.
propter detrimentum aliquod temporale timent esse cum Christo. Vident eos,qui piè volunt viuere, cum Christo persecutionem pati, esurire, sitire, affligi:malunt igitur mammonæ seruire, ita sibi diuitias comparantes, vt omnem Iesu contemplationem abiiciant. *Et cùm in-*
E *gressus esset nauim, rogabat illum qui fuerat à dæmonio correptus, vt esset cum illo.* Ita multum distat ab affectione conciuiū suorum. Nam quia in vtroque homine à Sathanæ potestate ereptus erat, ideò nihil optabilius habet, quàm cum Christo manere: illi verò hoc ipso se nondum à dæmonum potestate liberatos esse ostendunt, in eo quod Dominum à sua regione expellunt. Cæterùm tenebat iste, vt scribit Theophil.ne si dæmones illum solum inuenirent, iterum in Theophil.
eum regrederentur. *Iesus autem non permisit eum,sed dixit illi,Abi in domum tuam ad tuos,& annuncia illis,quanta tibi Dominus fecerit, & misertus sit tui.* Duabus rationibus non permittit illum sequi. Vna est, vt intelligat & credat suam omnipotentiam locorum angustiis non concludi,nec præsentiam corporalem requirere: cùm sua diuinitate cœlum & terram repleat. Altera est,vt aliis prosit,& suos lucretur ad cognitionem Christi,& propriam salutem. Nec enim satis est nos à Deo beneficium accepisse, sed & gratias agere,& nomen illius, quantum in nobis est, celebrare: aliósque ad idem inuitare debemus. Vide autem quàm alienus sit saluator à

cur dæmones sæuiūt in porcos. Euthym.

faſtu. Non enim dixit, Annuncia quæ tibi feci, ſed, *quæ tibi fecit Dominus.* Sed & tu, quando bonum quid feceris, ne tibi ipſi, ſed Domino factum tribuas. Quoniam, vt dixit Eſaias, omnia operatus es in nobis Domine. Et Paulus: Nõ ego, ſed gratia Dei mecũ. Miniſtri & organa ſumus: Deo igitur totũ rependamus. Interim verò, cùm diceret, *Narra quod Dominus fecit tibi:* obiter deſignabat ſe Dominum & Deum verum eſſe: ſicut & cùm ait ad Iudæos, Si verbis non creditis, ſaltem operibus credite: vt credatis quia ego in patre, & pater in me eſt. *Et abiit, & cœpit prædicare in Decapoli, quanta ſibi feciſſet Ieſus: & omnes mirabantur.* Decapolis regio eſt ſtagno Genezareth, in vna parte adiacens, in qua ſunt decem ciuitates. Mirabãtur curationis modum, Ieſu poteſtatem, hominis tam ſubitam reſtitutionem, mutationem eiuſdem, vt qui per tot tempora mentis perturbatæ, & à dæmonio afflictæ, nunc ita quiẽto animo Chriſti laudes annunciet: ſed & numerum dæmonum, quibus detinebatur, & numerum porcorum ſubmerſorum mirabantur: & ita formabantur in fidem Chriſti, vt iſte rependeret aliis quod acceperat à Chriſto: nimirùm eiiceret ab illis dæmonia, qui à tot dæmonibus per Chriſtũ curatus fuerat.

Paralyticus per tegulas demiſſus, totus & in anima, & corpore ſanatur: ſed & contra æmulos ſuos Chriſtus hominibus creditam à Deo remittendorum peccatorum poteſtatem, corporalis curationis effectu demonſtrat.

Matth. 9.

ET aſcendẽs Ieſus in nauiculã, tranſfretauit: & venit in ciuitatem ſuam. Et ecce offerebãt ei paralyticum iacẽtem in lecto. Et videns Ieſus fidẽ illorũ, dixit paralytico, cõfide fili, remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam de Scribis dixerũt intra ſe, Hic blaſphemat. Et cùm vidiſſet Ieſus cogitationes eorum, dixit, Vt quid cogitatis mala in cordibus veſtris? Quid eſt facilius, dicere, Dimittuntur tibi peccata tua: an dicere, Surge & ambula? Vt autẽ ſciatis quia filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata, tunc ait paralytico, Surge, tolle lectum tuum, & vade in domũ tuam. Et ſurrexit, & abiit in domum ſuam. Videntes autẽ turbæ timuerunt, & glorificauerũt Deũ qui dedit poteſtatẽ talem hominibus.

Marc. 2.

ET iterũ intrauit Capharnaũ poſt dies octo, & auditum eſt quòd in domo eſſet, & conuenerunt multi, ita vt non caperet neque ad ianuã: & loquebatur eis verbum. Et venerunt ad eum ferentes paralyticum, qui à quatuor portabatur. Et cùm non poſſent offerre eum illi præ turba, nudauerunt tectum vbi erat: & patefacientes ſubmiſerunt grabatum in quo paralyticus iacebat. Cùm autem vidiſſet Ieſus fidem illorum, ait paralytico, Fili, dimittuntur tibi peccata tua. Erant autem illic quidam de Scribis ſedentes: & cogitantes in cordibus ſuis, Quid hic ſic loquitur? blaſphemat. Quis poteſt dimittere peccata, niſi ſolus Deus? Quo ſtatim cognito Ieſus ſpiritu ſuo, quia ſic cogitarent intra ſe, dicit illis, Quid iſta cogitatis in cordibus veſtris? Quid eſt facilius, dicere paralytico, Dimittuntur tibi peccata: an dicere, Surge, tolle grabatum tuum, & ambula? Vt autem ſciatis, quia filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata, ait paralytico, Tibi dico, ſurge, tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam. Et ſtatim ſurrexit ille: & ſublato grabato abiit coram omnibus, ita vt mirarentur omnes, & honorificarent Deum, dicentes, Quia nunquam ſic vidimus.

Luc. 5.

ET factum eſt in vna dierum, & ipſe ſedebat docens. Et erãt Phariſæi ſedentes & legis doctores qui venerant ex omni caſtello Galilææ & Iudææ & Ieruſalem: & virtus Domini erat ad ſanandum eos. Et ecce viri portantes in lecto hominem qui erat paralyticus, & quærebant eum inferre, & ponere ante eum. Et non inuenientes qua parte illum inferrent præ turba, aſcenderunt ſupra tectũ, & per tegulas ſummiſerunt eum cum lecto in medium, ante Ieſum. Quorum fidem vt vidit, dixit, Homo, remittuntur tibi peccata tua. Et cœperũt cogitare Scribę & Phariſæi, dicẽtes, Quis eſt hic qui loquitur blaſphemias? quis poteſt dimittere peccata, niſi ſolꝰ Deꝰ? Vt cognouit autem Ieſus cogitationes eorum, reſpondens dixit ad illos, Quid cogitatis mala in cordibus veſtris? Quid eſt facilꝰ dicere, Dimittũtur tibi peccata: an dicere, Surge, & ambula? Vt autem ſciatis quia filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata (ait paralytico) Tibi dico, ſurge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. Et confeſtim conſurgens coram illis, tulit lectum in quo iacebat: & abiit in domũ ſuam, magnificans Deum. Et ſtupor apprehendit omnes, & magnificabant Deum. Et repleti ſunt timore, dicentes, Quia vidimus mirabilia hodie.

Ioan.

H

I

K

CECROPEM à priscis biformem fuisse legimus, vt scribit Plutarchus lib. de his qui serò à numine puniuntur: non quòd è bono rege, ad instar Draconis, immanis euaserit: sed contrà, quòd peruersus ab initio & terribilis, postmodùm benignè humaniterque imperauerit. Hoc, velut exemplo, Plutarchus elicit Deum serò punire, vt locum pœnitentiæ tribuat: & quandoque non principum modò, sed & aliorum mores in melius diuino quodam instinctu demutari. Hoc etsi à Gentili dictum est, non tamen longè à veritate. Vt enim feritas difformauit Cecropem, ita vitia nos in aliam naturam transferunt: adeò nos ipsos homines esse obliuiscimur. Deus autem vitium purgat, vt nos ad humanam faciem reuocet. Eapropter patienter agit pro nobis, nolens aliquem perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti. Porrigit etiam nobis manum suam, vt si aut nostra, aut aliorum fide nos ei obtulerimus, remedio indulgentiæ minimè careamus. Hoc enim apud se quisque meditari potest, Quid homine dignum hactenus feci? Quid non potius, quod in dolis vulpem, furore leonem, gula porcum, desidia culicem imitetur? Fit nonnunquam vt ille se in fonte miseriarum, quasi in speculo considerans erubescat, & ingemiscat, & vitam in melius cõmutet, speciali comitante gratia. Hucusque igitur proficit Dei patientia, hucusque gratia cunctis oblata, quam in vno homine obiicit Euangelista, qui priùs paralyticus, ita tandem sanitati restituitur, vt lectulum se portantem ferre possit, & in domum abeat. Gratiæ autem vbertas est & ex parte Christi, & in illis qui paralyticum offerunt. Ex parte quidem Christi est cognitio ægroti, remissio peccati, integra collatio sanitatis. In iis autem qui paralyticum portant, & fides est & charitas. Ita nihil tam perturbatum & desperatum est, vt si modò sit fidei & pietati locus, ei Dominus propitiari non possit. Igitur curatis duobus dæmoniacis, & legione dæmone in porcos abire permissa, Christus noluit inuitis Gerazenis diutiùs apud illos morari: neminem enim cogit ad salutem: sed & docuit illos, qui se verbo indignos redderent, relinquendos esse. Excutite, inquit, puluerem de pedibus vestris in testimonium illis. His igitur relictis, ad eos venit, quos sciebat ex aduẽtu suo magnum fidei fructum percepturos esse. *Factum est ergo cùm ascendisset Iesus, & cùm transcendisset in naui rursum trans fretum, conuenit turba multa ad eum.* Quæri potest, quando contigerit hæc curatio paralytici, an statim atque è Gerazenorum terra egressus est, an quibusdam interiectis. Occasio autem huius quæstionis est, quòd Marcus statim narrat Archisynagogi Iairi filiæ suscitationem: eundem etiam Lucas ordinem obseruat. Verumtamen Matthæus statim atque de dæmoniacis & transfretatione locutus est, hanc de paralytico historiam descripsit. Requirendum igitur est, quomodo conciliari possint. Hoc enim astrui potest, quòd quibusdã interiectis filia Archisynagogi suscitata sit post egressum Christi è terra Gerazenorũ. Sed & hoc quæritur, num idem de curatione paralytici censendum sit. Dicimus verò ex ipsa Matthæi narratione colligi, curationem paralytici priùs esse factam, & tum demum suscitatam esse Archisynagogi filiam. Narrat enim Archisynagogum hunc ad Christum accessisse, cùm ille disputaret de ieiunio cum discipulis Ioannis & Pharisæorum: quod vtique post Matthæi vocationem contigit. Atqui Matthæus non modò, sed & Marcus & Lucas vocationem Matthæi, huic paralytici curationi subiiciunt. Consequitur ergo curationẽ istam priùs esse factam, quàm Archisynagogi filia suscitaretur. Quòd autem Luc. & Marcus dicunt tunc Christũ circa mare fuisse, cùm venisset ad eum princeps Synagogæ, nihil offendit. Nam & Christus cùm esset in Galilæa docens, frequenter circa mare versabatur: cùm præcipuæ vrbes Galilææ mari Tiberiadis adiaceant. Adde quòd Lucas cap. 5. & Marc. 2. præmittunt hanc paralytici curationem, illi dæmonum eiectioni, quæ apud Gerazenos facta est: ergo multò magis eam præferunt suscitationi filiæ Archisynagogi, quæ postea contigit. Nec officit ordo hîc à Luca & Marco positus ante nauigationem ad Gerazenorum regionem, cùm multa soleant per anticipationem narrare. *Excepit autem eum turba* transfretãtem: *erant autem omnes expectantes eum:* qui fortè ad Gerazenos transire noluerunt, aut quòd illos, vt porcorum pastores abominarentur, aut quia nauigia non suppetebant, aut quia breui Christum rediturum sperabant. *Et venit, & intrauit iterum in ciuitatem suam Capharnaum, post dies aliquot.* Quæri etiam & hîc potest, quomodo Marcus dicat illum venisse in Capharnaum: Matthæus verò, in ciuitatem suam. Siquidem Lucas locum non assignat. Respondet Augustin. lib. 2. de cons. Euangel. cap. 25. Quòd Capharnaum velut metropolis Galilææ ciuitas Domini nuncupetur: solent enim à principalioribus vrbibus circumuicini habitatores denominari: Aut quòd fortè è Geraza primùm in ciuitatem suam Nazareth venerit, omittat autem Matthæus quid ibi sit factum, & procedat ad id quod in Capharnaum euenit: Aut quòd etsi Bethlehem Christi ciuitas esset natiuitate, Nazareth educa-

Introductio. Plutarch.

Dei patientia in homines.

Summa.

Conciliatio Euangelistarum.

Augustin.

tione, Capharnaum tamen erat conuersatione, & miraculorum operatione. *Et factum est in* ℣ *vna dierum, & auditum est quòd in domo esset, & confestim conuenerunt multi, ita vt non caperet, neque ad ianuam.* ὥστε μηκέτι χωρεῖν μηδὲ τὰ πρὸς τὴν θύραν, vt neque ea quæ circa ianuam erant, capere eos posset. Tantæ apud illos existimationis erat Iesus, vt omnes eum videre & audire gestirent: plurimi etiam aut ipsi infirmi, aut infirmos secum adducebant, vt sanarentur. Ita posita lux erat super candelabrum, vt oẽs illam facilè intuerentur. *Et ipse sedebat docens, & loquebatur eis verbum.* Sedere verò doctorum & iudicum est. Christus autem & doctor est veritatis, & iudex mortuorum atque viuentium. Sic exierat qui seminat, vt seminaret semen suum: & verbum patris hominibus notum faceret. *Et erant Pharisæi sedentes & legis doctores, qui venerant ex omni castello Galilææ, & Iudææ, & Hierusalem.* Nam quia ad eos pertinebant ea quæ religionis sunt, & requirere quid populus doceretur, & probare vnumquemque eorum qui verbum profiteretur, discernere etiã miracula, vtrum ex Deo sint, an non: ideò audita fama Christi, ad celebrem illam vrbem Capharnaum conuenerãt, hæc omnia exploraturi, Christum audituri, & signa quæ faceret, inquisituri. Benè vtique posita hæc lex erat, nisi tandem liuore, inuidia, & ambitione peruerteretur. Pontificum enim est & doctorum hæc requirere, sed tamen omnem liuorem seponere, quoties Dei causa agitur. Est enim

Prælati quomodo quæ religionis sunt curare debeant.

Liuor tabificum bonis venenum:

Inuidiæ malum. Cyprian.

cùm maximè de alterius bona fama & virtutibus exardescat, vt docet Cyprianus hom. de zelo & liuore. *Et virtus Domini erat ad sanandum eos.* Etsi crepare debeant inuidia, & rumpantur illorum præcordia cæco liuore: non desinit tamen Christus sua bona largiri. Ita solem suũ oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Ita nimirùm vnumquemque oportet vincere in bono malum, vt monet Apostolus. Immò si esurit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi, & carbones ignis congeres super caput eius. Insidiabantur isti, Christus autem sanabat ægrotos eorum. Interim obiter Lucas Christi maiestatem notat, non modò in miraculosis curationibus, sed & in titulo quo Christum præfatur, illum Dominum vocans. *Et ecce venerunt ad eum viri portantes in lecto hominem, qui erat paralyticus, qui à quatuor portabatur.* Chrysost. & Theoph. fecernunt hunc paralyticum, ab eo cuius meminit Ioannes cap. 5. seu tu loci, seu subsidij, seu verborum, seu cæterarum circunstantiarum rationem habeas. Ioannes narrat paralyticum curatum Hierosolymis, hic autem in Capharnaum. Ille hominem adiutorem non habebat, iste à quatuor portabatur. Illum Christus præuenit: hic, & qui eum portabant, primùm fidem in Iesum conceperant. Ille expectabat aquæ motũ, hic Christi verbum, aut manuum impositionem. Ille iacebat ad Probaticam piscinam: iste per tectum demissus est ante Iesum. *Non* enim *inuenientes, qua parte illum inferrent præ turba, ascenderunt supra tectum, & nudauerunt tectum vbi erat, & patefacientes per tegulas submiserunt eum cũ lecto in medium ante Iesum.* Cæterùm ex hoc exẽplo Chrysost. hom. 30. Oper. perf. in Matth. colligit quantũ de Dei bonitate & misericordia confidere debeamus, & quantum mutua pro inuicem patrocinia valeant. Quid enim eo miserabilius est, cuius membrorũ nullum est, quod suum officium faciat? Et tamen non dubium, quin superstite in eo anima, aliqua etiam spes & fides supereſſet. Iuncta ad eius fidem & spem est eorum, qui obtulerunt, fides. Inde factum est, vt Christum flecterent. Quid enim non euincat fides? Heb. 11. multa proferuntur exempla. Vnum adducit Chrysostom. quòd & ipsa multùm prosit, vt Iacobus (cap. 5.) monet. Infirmatur, inquit, quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, & oratio fidei sanabit infirmum. Hanc spem de Helisæo conceperat Naaman. Putabam, inquit, quòd stans inuocaret nomen Domini Dei sui, & tangeret manu sua locum lepræ, & curaret. Verùm quid maius de Christo credendum erat? *Videt* igitur *fidem illorum.* Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Itaque si fidem vidit is qui non fallitur: crediderant isti sanè, & magnam de Christo conceperant opinionem. Fides non est sine charitate viua: siquidem per charitatem operatur. Opus charitatis est, non modò portare hominem paralyticum in grabato, sed in superiora domus ascendere, tegulas tollere, hominem demittere ante Iesum. Sed & satis esse putant proferre ægrotum ante medicum, miserum ante misericordem, languentem ante eum qui languores nostros ipse tulit. Sic Hæmorrhoissa tantùm requirebat, vt vel fimbriam vestimenti Christi tangeret. Verùm, vt tractat Iustinus Martyr qu. 29. fortè dixeris importunos illos Christo & plebi fuisse, cùm tectum nudarent, & ægrotum suum demitterent. Verùm respõdet, non dubium esse, quin clamore monerent eos qui domi erant, vt paululùm cederent, & sibi cauerent, ne quid eis incumberet. Interim verò & feruor fidei, & extrema sui paralytici necessitas ampliùs eos differre non patiebatur. Ita docebant nihil nos importunum aut molestum

Alius iste paralyticus est ab eo qui in piscina. Chrysost. Theophil.

Chrysost.

Orationes pro inuicẽ factæ, magni sunt momenti.

Fides formata bonis operibus.

Iust. Mart.

censeri

A debere, cùm de anima agitur. Quid enim non faciat homo pro reſtituenda corporis valetudine? Quanto verò potior eſt anima corpore? Optima importunitas eſt viduæ, quæ iudicem flectit: & proximi, quæ proximum euincit, vt ei panes neceſſarios largiatur. Importunitas laudabilis, immò conſtantia fidei eſt, vt monet Tertull. lib. de pœnitent. ſi tu nocte dieque ingemiſcas, & die & nocte veniam deprecaris. Quas & quot ſalutationes pro temporalibus obimus in foro? Ipſe Pſaltes, Fuerunt, inquit, mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi per ſingulos dies, vbi eſt Deus tuus. Bonum etiam eſt legationes precũ fratribus iniungere, ait Tertull. vt illorum fide & pietate nõ minùs flectatur Deus, quàm iſtorum, vt paralyticum ſanitati reſtitueret. Quid verò non euincebat oratio Abraham pro quinque vrbibus, ſi ſaltem decem in illis iuſti inuenti fuiſſent? Quid non oratio & fides Moſis in monte pro populo qui conflatilem vitulum adorarat? Quid non idem rurſus pro Aaron & Maria? Nec dubium eſt paralyti-

importunitas laudabilis. Tertull.

Idem.

B cos nos, ad omne opus ſcilicet bonum inhabiles, adhuc pietate & precibus iuſtorũ releuari, qui pro nobis intercedunt. Iob Angelos columnas cœli vocat: & hi vtique columnæ ſunt, qui aduhuc nos portent. Intercedit Angelus apud Zachariam pro ciuitate ſancta Hieruſalem, & captiuo populo: & ita effecit, vt illi Dominus bona verba reſponderit. Et quidem legimus Dauidem cohibuiſſe Angelum peſte percutientem populum, & piorum ſanè vota obſtant, ne Dei vindicis flagella omninò nos perdant. Et ſicut Angelus retinuit manum Abrahæ, ita Angeli, & ſancti ſuis apud Deum precibus auocãt ictus ſecuris, quæ iam ad radicem poſita eſt. Tantum prodeſt piorum fides, tantum proficiunt vota, vt & hæc exprimant Euangeliſtæ. *Videns fidem illorum, dixit paralytico, Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.* Non meminit fidei paralytici, ſed tamen non dubium quin aſſentiretur. Quis enim æger, vndique reſtituendæ ſanitatis cõſilium non requirat? Sed nec ei Chriſtus peccata remitteret, niſi præuiam fidem habuiſſet: fide enim

Paralytici ſumus ſpiritualiter.

Fides cooperatur Deo iuſtificanti.

C purificat corda hominum. Oportuit & ipſum paralyticum non impatienter ſe in morbo geſſiſſe, non maledixiſſe Deo, ſed ſeipſum accuſaſſe. Alioquin quid blaſphemis & impatientibus iuſtorum preces prodeſſe poſſent? Quid enim, vt oſtendit Chryſoſtom. hom. 1. in 1. ad Theſſal. profuit Iudæis Hieremias (Hier. 7. & 14.) Nónne tertiò Deum adiit oraturus, & is tertiò audiuit: Ne oraueris pro populo hoc? Quid contulit Sauli Samuël? An nõ pro ipſo vſque ad mortem luxit? Quid contulit Iſraëlitis? Numquid dicebat, (1. Reg. 15.) Abſit hoc à me, vt ceſſem orare pro vobis? Dixeris verò, Nihil igitur piorum vota & orationes iuuant? Immò iuuant maximè, ſed cùm & ipſi nos pœnitentia ducti, id ipſum quod poſtulant, piis votis contendimus, & ad opera pietatis accingimur. *Vidit* ergo *fidem illorum*, nullum autem obicem à paralytico poni. Ex hoc autem ſuam diuinitatem manifeſtam reddit, vt qui nouerit abſcondita cordis, vt obſeruat Auguſt. lib. 3. de mirab. ſacræ ſcripturæ, cap. 7. Ex quo etiam docebat ſuũ eſſe peccata

Chryſoſt.

Auguſtin.

D remittere. Nam delicta quis intelligit, inquit Pſaltes? (Pſ. 18.) Eius autem eſt morbos curare, qui & illorum & remediorum perſpectam habet cognitionem. Morbus peccatum eſt: remedium ex parte noſtra, fides eſt, ex parte Chriſti, gratia & peccatorum remiſſio. Nouit Chriſtus ægrotum, vidit fidem, obtulit gratiam. Motus ergo illorum fide, dixit, *Confide fili*. Lucas non dixit, Fili: quaſi dicat, Non ſufficit fides te offerentium, niſi & tu coopereris. Non ſaluat Dominus inuitos, non parcit infidelibus & dubitantibus. Longè quidem alium ordinẽ poſco, quàm medici corporales. Nam etſi fiducia ægroti in medicum multùm iuuet, reluctantes tamen à medicis aliquando curantur: quod in freneticorum curatione manifeſtum eſt. Sed ego hoc ſolum, & ſummè neceſſarium requiro, vt *confidas*. Pauca & maxima petit. Parum eſt confidere & ſperare: id eſt, parui videtur eſſe laboris, & tamen magna eſt merces. Quid autem dico parui eſſe

Quanta fiducia peccatori requiritur, vt iuſtificetur.

E laboris? Quæ non ſcilicet magna eſt contentio ſpiritus cum carne in paralytico peccatore, vt certò confidat ſe in momento reſtituendum eſſe ſanitati? Quantus conflictus Saræ, vt perſuaderet ſibi, ſenio ſe confectam filium habituram? Nam quis, cùm emortua membra ſua conſideraverit, niſi fide virtute, exiſtimabit, quòd in momento reuiuiſcat? Idem etiã miſerrimo peccatori contingit, conſideranti ex vna parte delictorum ſuorum grauitatem, ex altera certiſſimã remiſſionis expectationem. Nam & hæc apud ſe meditari poteſt: Ergóne mihi ſpes aliqua ſupereſt, qui toties, tamque grauiſſimis ſceleribus Deum meum offendi? Quantas pro vno crimine miſerias Adam incurrit, quantas Lamech, quantas Sodoma, vt & nunc in perpetuum iudicium terra infœcunda ſit, & quaſi in cinerem redacta? Quid, quòd Eſau, cùm pro lenticula primogenita vendidiſſet, nec tandem cum lachrymis veniã conſecutus ſit? Et quid eſt, quod mihi ſpondeam magis, cuius tot tamque innumera ſunt peccata? Magna ſanè hæc tentatio eſt, cùm ſi ex noſtro & hominum iudicio pendeamus, certò concludamus nos omni venia indignos eſſe. Hoc iudicium ſequebatur Cayn, cùm dixit: Maius eſt peccatum meum, quàm vt veniam

Nō est desperandum. merear. Magna itaque fide opus est, vt quis in anima paralyticus, confidat. Sed vide Christi pos-
tentiam, apprehende illius bonitatem: & omnia possibilia erunt credenti. Clemens lib. 1. Pa-
Clemens. dagogi: Deus propter bonitatem suam requirit pœnitentiam, & in ipsa minarum intētione, ta-
Cyprian. citè ostendit suam in homines beneuolentiam. Cyprian. lib. 1. epist. 2. monet pastores non fun-
gi officio suo, nisi lapsis pacem dederint. Quid est autem pacem dare, nisi & confidentiam in
Origenes. Christi gratia relinquere? Origen. hom. 8. in Numeros. Nostrûm est, inquit, ad emendationem
festinare, ad pœnitentiam sine dissimulatione conuerti, lugere præterita, cauere futura, inuoca-
re auxilium Dei. Statim enim vbi conuersus ingemueris, saluus eris. Inuenies aduocatum, qui
Idem. pro te interpellat patrem, Dominum nostrum Iesum Christum. Idem hom. 4. in Ps. 36. Si vi-
deris aliquem cecidisse in aliquod peccatum, & post casum desperantem conuersionem, & di-
centem: Iam quomodo possum ego saluus fieri, qui cecidi? iam nulla spes est. Peccata mea me
colligant: quomodo ausim accedere ad Dominum? quomodo ad Ecclesiam redire? Quòd si C
hac desperatione iste talis recedat à Deo, hic non solùm cecidit, sed in casu suo prostratus &
demersus est. Quàm meliùs ergo Dauid, In te Domine speraui, non confundar in æternum.
Confide ergo tu, ne dubita, iacta in Dominum curam tuam, & ipse faciet. Et vt illum ad ma-
Hierony. iorem confidentiam inuitet, ait, *Fili.* Hieronym in Matth. O mira humilitas! despectum & de-
bilem, totúsque membrorum compagibus dissolutum filium vocat, quē sacerdotes non digna-
Mysticainterpretatio. bantur attingere: Aut certè ideò filium, quia dimittuntur ei peccata sua. Iuxta tropologiam in-
terdum anima iacens in corpore suo, totis membrorum virtutibus dissolutis, à perfecto docto-
re offertur curanda Domino: quæ si misericordia eius sanata fuerit, tantum roboris accipit, vt
portet statim lectulum suum. Hoc ergo nomine illum in spe confirmat. Nam si filium illum
censet, paterno igitur amore illum prosequitur. Sic, vt dicit Psaltes, Quemadmodum pater fi-
liorum miseretur Dominus timentibus se, quoniam ipse cognouit figmentum nostrum. Te fi- H
lium, inquit, agnosco, reuertere ad me, & confide tantùm velut filius in patrem. Tu opus meū
es, tu per gratiam in filium adoptionis euadere poteris, si modò consilium meum sequaris. Po-
téstne mater obliuisci infantis sui? Hoc etsi contigerit, ego tamen non obliuiscar tui, dicit Do-
Bernard. minus. *Remittuntur tibi peccata tua.* Bernard. paruorum Sermon. ser. 69. Tāquam bonus & pius
medicus priùs sanat quod erat potius, mentem quàm carnem. Itaque sanata conscientia, con-
sequenter sanatur corpus, cùm dicitur, Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuā. Tho-
Thomas. mas in Matth. Sic ad instar periti medici, causam morbi curat, vt & ipsa cedat faciliùs. Psaltes:
Peccatum causa est morborum. Propter iniquitatem corripuisti hominem. Nam vnius hominis præuaricatione, vt ipse etiam
Horat. Gentilis Horatius cecinit,

-macies, & noua febrium
Terris incubuit cohors,
Subductíque priùs tarda necessitas
Lethi corripuit gradum. I

Cui enim dubium est tot clades nobis imminere propter peccata? Etiā hoc Dominus de Da-
uidis successoribus dixit: Castigabo in virga iniquitates eorum, misericordiam tamen meam
Hilarius. non auferam ab eo. Hilarius in Matth. can. 8. Iamque in Paralytico Gentium vniuersitas offer-
tur medenda, & curationis ipsius verba sunt contuenda. Non dicitur paralytico, Sanus esto: nō
dicitur, Surge & ambula: sed dicitur, Constans esto fili, remissa sunt tibi peccata tua. In Adam
vno peccata vniuersis Gentibus remittuntur. Hic itaque Angelis ministrandus offertur: hic fi-
lius nuncupatur, qui primum Dei opus est. Huic remittuntur animæ peccata, & indulgentia
primæ trāsgressionis ex venia est. *Et ecce quidam de scribis dicebant intra se, Hic blasphemat.* Hoc
intra se, non manifestò dicebant, cùm timeant, ne si in apertum sermonem protulerint, ille ma- K
nifestam reddat eorum ignorantiam: Aut certè ne Christus se defendat, & indè cōiurationem
Blasphemia quid sit. in se aliquam grassari suspicetur. Porrò blasphemia est, cùm creaturæ irrogatur, quod solius est
creatoris. Quod & alibi publicè dixerunt: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphe-
mia, quia tu homo cùm sis, facis teipsum Deum. Dicunt & alibi: Quis est hic, qui etiam pec-
cata dimittit? Luc. 7. Hîc verò, *Quis potest peccata dimittere, nisi solus Deus?* Legerant enim apud
Esaiam, Ego solus deleo iniquitates. Verùm quid istud in quæstionem verterent, si quidē Chri-
Cyrillus. stum verum Dei filium, & Deum de Deo cognoscerēt? Cyrillus lib. 12. Thesauri, cap. 14. Deus
pater potest peccata dimittere, sed filius quoque id potest. Fili, enim inquit, dimittuntur tibi pec-
cata tua. Quum ergo dimittere peccata solus Deus possit, quomodo audent hæretici creatu-
Hilarius. ram filium dicere, si eadem potestate dimittendorum peccatorum fulget, qua pater? Hilarius
in Matth. Mouet scribas peccatum ab homine remissum. Hominem enim tantùm in Christo
Iesu

A Iesu contuebantur, & remissum ab eo, quod lex laxare non poterat. Fides enim sola iustificat. Cæterùm alia ratione se Deum esse ostendit, ne diffidat, quòd peccata remittere possit. Chrysostom. hom. 30. Oper. perf. in Matth. *Cur*, inquit, *cogitatis mala in cordibus vestris?* Quòd verò Dei solius sit secreta cordium nosse, audi Prophetam dicentem, Tu nosti corda solus. Et rursus: Scrutans corda & renes Deus. Et Hieremias: Profundum cor hominis, & inscrutabile, quis cognoscet illud? Hoc ergo est, quasi dicat, Vel ex hoc saltē cognoscite me Deum esse, qui secretas cordium cogitationes nouerim. An non eius est remittere peccata, qui cordis intima perscrutatur? *Vtrum facilius est dicere, Remittuntur tibi peccata tua: an dicere, Surge & ambula?* Ita faciliori, & magis apparente argumento eos conuincit. quasi dicat, Solius est Dei vnico verbo facere vt paralyticus ambulet: eiusdem igitur potentiæ est animæ languenti sanitatem restituere. Iudicate ergo quid sit facilius. Nihil enim Deo difficile est. Et B ex curatione corporis discite, cuius sit curare animas. Chrysostom. hom. 30. in Matth. Non dubium quin difficilius sit curare animas: verùm quoniam vnum patet, & alterum latet, ideò momentaneam paralytici curationem multi potiùs mirabuntur. Itaque vt inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt, visibilia cognoscantur: ita ex visibili curatione, discite quid Christus possit in anima inuisibili. Theophil. in Matth. Arguit igitur eos fermè dicens: Vos quidem putatis me blasphemum, eo quòd pollicear me remittere peccata: id quod magnum quidē est. Videtur autem vobis, quòd ego per hoc effugium quæram, vt non reprehendar. Ego igitur, & ex corporis cura fidem vobis facio, quòd animas sanem. Per rem minorē quidem, sed quæ difficilior videatur, confirmans, & peccatorum remissionem, quæ magna quidem est, sed facilior vobis videtur, eo quòd minor appareat. Ad quem verò pertinet remissio peccatorum, quàm ad Dei virtutem & sapientiam, ad filium & Christū suum? Clemens Alexand. C lib. 1. Paidag. cap. 2. Saluum fac seruum tuum Deus meus sperantem in te, inquit Psaltes. Medicina enim, vt ait Democritus, medetur morbis corporis: sapientia autem liberat animam à perturbationibus. Bonus autem paidagogus, qui est sapientia, qui verbum patris, qui fabricatus est cœlum, vniuersi figmenti curam gerit: eiusque corpori & animæ medetur, qui est omni ex parte sufficiens medicus humanæ naturæ seruator. Surge, inquit paralytico, & sublato in quo iaces, grabato, vade in domū tuam. Sic mortuo, Lazare, dixit, egredere. Quinetiam ipsi quoque medetur animæ, præceptis, donisque ac gratijs. Sed præceptis quidem ac monitis id facere vtique differt: donis autem ac gratijs diues, Dimittuntur tibi peccata tua, nobis dicit peccatoribus. *Vt autem sciatis quòd filius hominis habet potestatem in terra remittendi peccata: dixit paralytico, Surge, & tolle lectum tuum, & abi in domum tuam.* Thom. Aquinas in Matth. Dupliciter hoc potest legi: vel vt sint verba Euangelistæ, ad verborum Christi in- D terpretationem allata, vel sint ipsius Christi verba, facto ipso demonstrantis, quantam authoritatem in remittendis peccatis habeat. Et rectè quidem filium hominis dicit, non modò vt significet communicationem idiomatum diuinæ naturæ ad humanam: sed & in Christo designet authoritatem supremam ea ratione qua Deus est, & summum ministerium ea ratione qua homo. Dispensatio enim remissionis peccatorū ei velut homini, sed & omnium hominū capiti, credita est. Habet illā propriam vt Deus, qui interim huiusce gratiæ, in quantū homo, dispensator est. Hinc & Paulus dicit, Christum ministrum fuisse circuncisionis, ad cōplendas promissiones patrum. Atqui circuncisio perfecta, est ipsa resecatio seu remissio peccatorum. Huius ergo minister est, ad complendas promissiones patrum. Nā si homini ministro cōpetebat purificatio leprosi corporalis: quātò magis Christo purgatio peccatoris? Vnde mediator Dei & hominū dicitur, quo nimirùm medio salus & remissio nobis conueniat. Nā per ipsum E placuit reconciliari omnia, siue quæ in terris, siue quę in cœlis sunt. Adde quòd determinat *in terra*, vt Christū verum hominē, & ea ratione, qua creditū sibi à patre ministeriū exequebatur, potestatē habuisse remitten di peccata cognoscas. Quod etiā suis discipulis designauit, cū illorū ministerium post resurrectionē suam, adinstar sui cōponens, ait: Sicut misit me pater, & ego mitto vos. Et demū insufflauit in eos, & dixit: Accipite Spiritum sanctū. Quorum remiseritis peccata, remittūtur eis, & quorū retinueritis, retenta sunt. Illos igitur ministros facit remissionis peccatorū, vtique adinstar creditæ sibi potestatis, quam etiā permissionem intelligit. Tertul. hanc dispensationē multis examinat, contra Marcionē lib. 4. ex ipso Euangelij cōtextu. Curatur, inquit, paralyticus, & quidē in cœtu, spectante populo. Videbit enim, inquit Esaias, populus sublimitatē Domini. Quā sublimitatem? Conualescite manus demissæ, & genua dissoluta erigite. Hoc erit paralysis. Conualescite, nec timete. Hoc non ociosè iterās, quoniā cū redintegratione membrorū, virium quoque repræsentationē pollicebatur. Exurge, in-

Christus Deus. Chrysost.

Chrysost.

Theophil.

Vera medicina remissio peccatorum.

Cle. Alex.

Tho. Aq.

Christo vt homini collata hæc potestas est, quā habuit vt Deus.

Homines ministri Dei possunt remittere peccata.

Tertull.

quit,tolle grabatũ,&c. Ergo paralysim spiritualẽ concludit ita curandam,vt reparentur partes F
animæ læsæ:etiã & hoc Esaiæ proferens, *Si fuerint peccata vestra velut coccinum*, quasi nix
dealbabũtur: Et hoc Micheæ, *Quis Deus sicut tu, eximens iniquitates*,&c. Demerget in pro-
fundum maris peccata nostra. Atqui hoc erat de filio hominis, non vtique ex patre, inquit
Tertull. Tertul. sed ex matre: vtique quia homo est. Si quidem de filio hominis duplex est nostra præ-
scriptio, neque mentiri posse Christũ, vt se filium hominis prænunciaret, si non verè erat: ne-
que filium hominis constitui, qui non sit natus ex homine, vel patre, vel matre. Atque ita dis-
cutiendum, cuius filius hominis accipi debeat, patris, an matris? Si ex Deo patre est, vtique nõ
est ex homine. Si non est ex homine, supereſt vt ex homine sit matre. Christus igitur, etiã in-
Quomodo in terra. quantum homo ex matre homine est, hîc *in terra*, peragens munus sibi à patre creditum, ha-
buit potestatem remittendi peccata, & sanandi omnes languores. Et quidem hãc ille in se dis-
pensationem accepit, vt eandem hominibus cõmunicaret: sicut & de plenitudine eius nos o. G
mnes accepimus. Et ne cui hoc dubiũ esset, dedit & Apostolis suis potestatẽ super omnia dæ-
monia, & vt languores curarent: vt harũ corporaliũ curationũ argumento, apertè cognosce-
rent, quantã in animas potestatem haberent. Hoc etiã confirmat id quod sequitur. *Videntes*
autẽ turbæ curationem subitã istius paralytici, & curationis effectum, cùm statim atque verbũ
à Christo prolatũ est, surrexerit, tulerit lectum suũ, & abire cœperit in domum suam: *timue-*
runt, ἐθαύμασαν, admiratæ sunt, inquit Matth. Timorem autem seu ἔκπληξιν in eis fuisse scri-
bit Lucas, seu stupore timori iunctum, ex re tam admirabili: cùm non tactu, non poculis, non
pharmacis vsus, solo verbo hominem in instanti restituerit. *Et glorificauerunt Deũ*, vt autho-
rem omnis potestatis, quæcunque in homine est. Vnde nõ detraxerunt diuinæ gloriæ, vt crea-
turæ solitariæ deferrent quod solius esset creatoris: sed agnouerunt hanc potestatem donari à
Deo. Addit enim: *Qui dedit talem potestatẽ hominibus*. Quã potestatem, nisi de qua agebatur, H
remittendi peccata, & sanandi paralyticum? A quo? A Deo. Quibus? Hominibus, inquit. In
quem finem? In Dei gloriã. Si fuisset erronea hæc plebis opinio, non esset in gloriã Dei. Nec
huius Euangelista meminisset, & assereret quòd hac confessione *glorificauerunt Deum*. Ne-
mo ignorat Deum esse datorem, hominem autem ministrum remissionis peccatorum: non
modò in pœnitentia, sed etiam in baptismate.

Matthæus Publicanus ad Apostolatum vocatur: Christus Pharisæorum supercilium deprimens, se ad peccatorum salutem venisse ostendit.

Matth. 9.	Marc. 2.	Luc 5.	Ioan.
Et cùm transiret inde Iesus, vidit hominem sedentem in telónio, Matthæum nomine. Et ait illi, Sequere me. Et surgens, secutus est eum. Et factum est, discumbente eo in domo, ecce multi publicani & peccatores venientes, discumbebãt cum Iesu & discipulis eius. Et videntes Pharisæi, dicebant discipulis eius, Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magister vester? At Iesus audiẽs, ait, Non est opus valentibus medicus, sed malè habentibus: euntes autẽ discite quid est, Misericordiam volo, & non sacrificium. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores.	Et egressus est rursus ad mare: omnisque turba veniebat ad eum, & docebat eos. Et cùm præteriret, vidit Leui Alphæi sedentem ad telóniũ: & ait illi, Sequere me. Et surgens secutus est eum. Et factum est, cùm accumberet in domo illius, multi publicani & peccatores simul discumbebant cum Iesu & discipulis eius: erant enim multi, qui & sequebantur eum. Et scribæ & Pharisæi videntes quia manducaret cum publicanis & peccatoribus, dicebant discipulis eius, Quare cum publicanis & peccatoribus mãducat & bibit magister vester? Hoc audito Iesus ait illis, Nõ necesse habẽt sani medico, sed qui malè habẽt: nõ enim veni vocare iustos, sed peccatores.	Et post hæc exiit, & vidit Publicanum nomine Leui, sedentem ad telónium, & ait illi, Sequere me. Et relictis omnibus, surgens secutus est eum: & fecit ei conuiuium magnum Leui in domo sua: & erat turba multa publicanorum, & aliorum qui cum illis erant discumbentes. Et murmurabant Pharisæi & scribæ eorum, dicentes ad discipulos eius, Quare cũ publicanis & peccatoribus mãducatis & bibitis? Et respondens Iesus, dixit ad illos, Nõ egent qui sani sunt, medico: sed qui malè habent. Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam.	I K

A PArentes naturaliter feruntur ad conſeruationem prolis: quod & natura indidit gallinis, volucribus, felibus, canibus, & omnis generis etiam feris animantibus. Chriſtus igitur cùm noſtrûm omnium parens eſſet, per quem omnia facta ſunt, & ſine quo factum eſt nihil, in conſeruationem ſuæ facturæ contendit, ideóque vt errantem requireret, è cœlo deſcendit. Miſereris enim Deus omnium, quia omnia potes, & nihil odiſti eorum quæ feciſti. Nimirùm huius erat ſaluare, cuius fuit creare, vt ſcribit Gregorius Nyſſenus ſerm. catech. de diuinis ſacram. Quid igitur aliud eſt Chriſtum de miſericordia arguere, quàm naturæ, immò & Deo ipſi repugnare? Matthæum publicanum eligit in Apoſtolum, cum publicanis & peccatoribus manducat: & arguentibus Phariſæis reſpondet, non neceſſe eſſe ſanis medico, ſed his qui malè habent. Totus enim in hoc eſt Chriſtus, vt declaret ſe B peccatorum ſaluandorum gratia, velut medicum ægrotantium curandorum veniſſe. *Et poſt hæc*, curato paralytico, & turbis miraculo ſtupefactis, & glorificantibus Deum: *exiit* Ieſus, *rurſus*, vt ſolebat, *ad mare*: quoniam & hæ ciuitates, vt diximus, maritimæ ſunt. Sed & hîc turba erat frequentior, & in ſuis locis peccatores requirebat. *Omníſque turba veniebat, & docebat eos.* Ita nullum tempus intermittebat, quo aut orationi, aut miraculis, aut doctrinæ vacaret. *Et cùm pertranſiret inde Ieſus, vidit hominem Publicanum, nomine Leui Alphæi, ſedentem ad telónium, Matthæum nomine.* Proprium ei nomen Matthæus erat, ſed vulgò Leui Alphæi dicebatur. Ille autem ſe proprio nomine deſcripſit, nolens operire, aut excuſare peccatum ſuum, quod tamen & Lucas & Marcus honoris gratia ſupprimunt. Origenes, Præfat. in Epiſtol. ad Roman. Certum eſt autem, inquit, Euangeliſtas non erraſſe in nominibus Apoſtolorum: ſed quia moris erat binis vel ternis vti Hebræos, vnius ciuſdemque viri diuerſa ſinguli nominum C vocabula poſuere. Telonium locus eſt, in quo ſedet Telones, id eſt publicanus exigens tributum, quod Græcis τέλος dicitur. Cæterùm Publicani valde exoſi erant, vt qui contra publicam libertatem, populum Hebraicum ſub exterarum nationum tributo adigere viderentur. In iſta autem Matthæi vocatione primò conſiderandum eſt, quanta cura Chriſtus fideles Eccleſiæ ſuæ miniſtros conquireret: ad inſtar ducis alicuius inſignis, qui ſuo exercitui de centurionum, & militum etiam numero prouidet. 2. In hac autem miniſtrorum electione non ſequitur opinionem vulgi: ſed ſuum ipſius conſilium, etiam præter omnium ſententiam. Quis enim non putaret facturum ad gloriam regni Chriſti, ſi glorioſos, magnos, nobiles, potentes & ſapientes elegiſſet? An non huius mundi conſiliarij ſuaſiſſent vocare Annam, Caipham, & reliquos magnates huius populi, exiſtimantes hinc promoueri negotium poſſe? Sic Saul cùm quæreret regni ſui promotionem, vſus hoc conſilio, ſi quem videbat virum fortem & D eximium, hunc ſibi deligebat. 1. Reg. 14. Nimirùm humanis viribus agebantur omnia. At verò Chriſtus, longè diſparato modo, non ſapientes, non Scribas, non Phariſæos, ſed homines ſimplices & idiotas elegit. Totum enim Euangelicum negotium diuinis viribus regebatur. Itaque ne quid hîc humani futurum arbitraremur, præter hominum expectationem aſciuit pauperes, piſcatores, hunc etiam Publicanum. 3. Faciebat demum & hæc iſtius electio ad peccatorum conſolationem, ne fortè quis deſperet, ſed omnes bono animo ſint, cùm ex his, quaſi è ſtercore, ſibi præcipuos aſſumpſerit, Matthæum & Paulum. Vnus enim Publicanus, alter Chriſtiani nominis perſecutor erat. Beda in Luc. Idem Leui, qui Matthæus eſt. Sed Lucas & Marcus propter verecundiam & honorem Euangeliſtæ noluerunt nomen ponere vulgatũ. Ipſe autem Matthæus, iuxta illud quod ſcriptum eſt, iuſtus accuſator eſt ſui. In primordio ſermonis, Matthæum ſe & publicanum nominat: vt oſtendat legentibus, nullum debere conuerE ſum de ſalute diffidere: cùm ipſe de publicano in Apoſtolum, de telonario in Euangeliſtam ſic repentè mutatus. Euthymius in Matth. Cùm enim priùs oſtendiſſet Chriſtus, quòd peccata remittere poſſet, tunc etiam ad publicanum venit, ne turbentur aliqui, videntes eum diſcipulis annumeratum, ſed cogitent potius, quòd qui ſoluit aliorum peccata, multò magis ſuorum peccata abſoluit. Theophilact. in Matth. Cæterùm non ſtatim poſt Petrum & Ioannem hunc vocauit, ſed quando vidit obtemperaturum. Sic Paulum vocauit poſtea ſuo tempore. Ipſe enim nouerat quid eſſet in homine. Ideò cum Deo contendendum non eſt, cur hunc priùs quàm illum, cur hos primùm populos, deinde illos: cur non ſtatim omnes vocauerit. Nouit enim quando tempus ſit, ſerò an media nocte, an gallicantu, an manè. Nouit duodecim horas diei, quibus vt homo alterationi obnoxius eſt, ita efficitur, vt qui manè Euangelium auerſabatur, illud veſperi vltrò amplectatur. Chryſoſtom. hom. 31. Oper. perf. in Matth. Qua de cauſa etiam Paulum, poſt reſurrectionem piſcatus eſt. Nam qui corda ſcrutatur, & occulta

Introductio.

Gre. Nyſſ.

Summa.

Origen.

Teloniũ.

Chriſtus in electione miniſtrorũ ſuorum nõ ſecutus eſt opinionem vulgi.

Beda.

Euthym.

Theoph.

Cur Deus non omnes ſimul vocauerit.

Chryſoſt.

mentium perſpicit,is etiam quando vnuſquiſque ad obediendum paratus erat, non ignorauit: F propterea non continuò incipiens,quando durior fuit,ſed poſt mille miracula,& inſignem atque promulgatam famam,aptiorem iam ad obtemperandum vocauit. *Et ait illi, Sequere me. Et relictis omnibus, ſurgens ſecutus eſt eum.* Intellexit ſtatim abrenunciãdum eſſe mundo & pompis eius,his qui Chriſtum eſſent ſecuturi:abiiciendam rerum temporalium ſollicitudinem,his qui ſeriò animæ curam ſuſceperint.Idcircò ſimul cum verbis vim Chriſti ſpiritus accipiens,ita vi-

Relictis omnibus ſequendus eſt chriſtus. Chryſoſt. Origen.

ctus eſt,vt relictis omnibus eum ſequeretur.Adinſtar enim funambulorum eos eſſe neceſſe eſt, qui animam ſuam ſaluare contendunt,vt nec in hanc, aut illam partem aciem oculorum dirigant,nec ad ima corruant:recta tantùm & gradiantur,& oculos conuertant, nec declinent ad dextram aut ſiniſtrã,vt monet Chryſoſt.ſer.de humilitate. Origenes hom.1. in Exod. Si enim, inquit,gratiam baptiſmi conſecutus es,& ſuſcepiſti in te Deũ regem,& poſt hæc declinare volueris ad actus ſeculi,agere actus terrę,lutea explere miniſteria: G ſcias & agnoſcas,quia ſurrexit in te rex alius,qui neſcit Ioſeph,rex Ægypti, & ipſe te cogit ad opera ſua,& ipſe te cogit laterem ſibi operari & lutum.Nunc Matthæus & Pharaonem,& lutea Ægypti,id eſt,carnalia huius ſeculi opera reliquit.Magna quidẽ cupiditate,cùm publicanus eſſet,terrenis lucris inhiabat:verùm ſalutis cupiditas ita ipſum ſibi vendicauit, vt omnia relinqueret.Hoc autem non moratus fecit:ſiquidem periculoſa eſt dilatio,vbi ſalutis negotium agitur.Quod & typicè Loth oſtẽdi videbatur,cùm ipſum Angeli è Sodoma eduxiſſent.Geneſ.19. Dixerunt enim ei:Salua animam tuam,noli reſpicere poſt tergum, nec ſtes in omni circà re-

Auguſt.

gione,ſed in monte ſaluũ te fac,ne & tu ſimul pereas. Auguſtinus ſer.59.de verb.Domini: Ne tardes,inquit,conuerti ad Dominum.Ecce indulgentiæ dator aperit tibi oſtium. Quid moraris?Gaudere deberes,ſi aperiret aliquando pulſanti.Non pulſaſti,& aperit,& foris remanes?Statim igitur atque Matthæus apertam ſibi ſalutis ianuam vidit, ſtatim atque intus loquentem H Chriſtum audiuit,ſurgens ſecutus eſt eum.Hoc enim dicere poterat,quod legitur Iob.23.Veſtigia eius ſecutus eſt pes meus,viam eius cuſtodiui,& non declinaui ab ea.Verùm hîc Manichæi quæſtionem mouerunt,quî fiat vt in tertia perſona hæc ab ipſo Matthæo narrentur. Fau-

Cur Matthæus de ſe in tertia perſona loquitur. Auguſtin.

ſtus enim Manichæus,vt Matthæi Euangelio detraheret, hoc obiiciebat, quòd ille in tertia perſona hæc ſcribat.Et quis eſt, dicebat,qui ita de ſe ſcribat, Vidit hominem,& vocauit eum, & ſecutus eſt eum:ac non potiùs dicat,Vidit me,& vocauit me,& ſecutus ſum eum: niſi quia conſtat hoc Matthæum non ſcripſiſſe,ſed alium ſub eius nomine? Huic obiectioni reſpondet Auguſtin.lib.17.contra Fauſtum Manichæum, cap. 4. Hoc neſcio, inquit, vtrum Fauſtus de errore imperitiæ dixit,an de more fallacię:ſed non vſqueadeò imperitum putauerim,vt nec legerit,nec audierit ſolere ſcriptores rerum geſtarum,cùm in ſuam perſonam venerint,ita ſe cõtexere,tanquam de alio narrent quod de ſe narrant.Magis ergo hunc arbitror,non imperitum, I ſed imperitis nebulas obtendere voluiſſe,ſperantem ſe plures eſſe capturũ, qui iſtum non noſſent.Et in hiſtoria quidem rerum ſecularium talis rationis reperiuntur exempla:ſed non opus eſt, vt de alio genere literarum vel noſtros admoneã,vel ipſum refellam. Ipſe,certè paulò antè, de libris Moyſi quædam teſtimonia ita proferebat,vt non ea negaret ſcripſiſſe Moyſen,immò & affirmaret,ſed ad Chriſtum non pertinere contenderet. Legat ergo in iiſdem libris,quæ de ſe ſcripſit Moyſes,vtrum ita ſcripſerit,Dixi aut feci hoc vel illud:& non potiùs, Dixit Moyſes,& fecit Moyſes:aut,Vocauit me Dominus,vel,Dixit ad me Dominus:& nõ potiùs,Vocauit Do-

Moſes de ſe in tertia perſona loquitur.

minus Moyſen,&,Dixit Dominus ad Moyſen.& omnia cætera in eundem modum. Ita ergo & Matthæus de ſe,tanquam de alio ſcripſit,quod & Ioãnes fecit. Nam circa finem libri ſui etiã ipſe ſic loquitur: Conuerſus Petrus vidit diſcipulum quem diligebat Ieſus,& qui recumbebat in cœna ſuper pectus eius,& dixerat Domino,Quis eſt qui te tradet?Núquid & hic dixit, K Conuerſus Petrus vidit me? An fortè propterea nec iſtum putant hoc Euangeliũ ſcripſiſſe?Sed paulò pòſt dicit:Hic eſt diſcipulus,qui teſtificatur de Ieſu,& qui hæc ſcripſit:& ſcimus quia verum eſt teſtimoniũ eius.Nunquid ait,Ego ſum diſcipulus,qui teſtificor de Ieſu,& qui hęc ſcripſi,& ſcimus quia verum eſt teſtimonium meũ?Certè manifeſtũ eſt,hunc morẽ fuiſſe ſcriptorum,cùm geſta narrarent.Quàm multa & ipſe Dominus(Luc.18.) eadẽ locutione de ſe dicit, quis enumerare ſufficiat?Cùm venerit, inquit,filius hominis,putas inueniet fidẽ in terra? Non dixit,Cùm venero,putas inueniam.Et,(Matt.11.) Venit filius hominis manducans & bibens. Nõ dixit,Veni. Et,Veniet hora,& nunc eſt,cùm mortui audiẽt vocẽ filij Dei,& qui audierint, viuent.(Ioã.5.)Non dixit,vocem meã. & multa huiuſmodi.Vnde etiã iã puto ſufficere quæ dicta ſunt,& ad ſtudioſos commonendos, & ad calũnioſos conuincendos. Ita,vt ſcribit Beda in Lucam. Intelligens Matthæus quid ſit veraciter Dominum ſequi, relictis omnibus ſequitur.

Beda. *Quid ſit ſequi chriſtum.*

Sequi

A Sequi enim, imitari est. Ideóque vt pauperem Christum non tam gressu quàm effectu consectari posset, reliquit propria qui rapere solebat aliena: perfectámque nobis abrenunciationis formam seculi tribuens, non solùm lucra reliquit vectigalium, sed & periculum contempsit, quod euenire poterat à principibus seculi, quasi vectigalium rationes imperfectas atque incompositas reliquisset. Tanta enim cupiditate sequendi Dominum ductus est, vt in nullo prorsus huius vitæ respectum vel cogitationem sibimet reseruauerit. Propter quod iusta mercede dum humana sedulus negotia deserit, Dominicorum fidelis dispensator meruit esse talentorum. Bonauentura in cap. 5. Luc. Verumtamen, inquit Porphyrius hæreticus, Matthæum arguit, quòd statim quasi nulla deliberatione præhabita, tanquam malè compos mentis, sequutus est Dominum. Ad quod respondet Glossa, quòd nõ leuitate aliqua, sed virtute operum ductus, sequutus est eum. Viderat enim Christi miracula. Vnde ibidem dicitur, quòd fulgor diuinitatis occultè B (quæ humana in facie Christi relucebat) extemplò ad se vidētes trahere poterat aspectu, sicut vis in Magnete lapide esse dicitur, quæ annulos & stipulas & ferrum sibi copulet: quantò magis creaturarum dominus ad se trahere poterat quos volebat? Iuxta quod dicit sponsa in Cantic. 1. Trahe me post te, curremus in odore vnguentorum tuorum. *Et fecit ei conuiuium magnum Leui in domo sua.* Hoc Matthæus non expressit, ne de sua in Christum liberalitate & officio gloriari videretur: sed Marcus & Lucas hoc conuiuium à Leui paratũ esse scribunt: quod quidem non tam numerosa conuiuarum multitudine, quàm ipso apparatu magnum fuisse intelligitur: quod & ipse parauerat, nõ modò vt Christum exciperet, sed & amicis & sodalibus vale diceret. Hoc enim moris antiquorum fuisse colligimus ex Helisæi facto, qui Prophetam Helyam sequutus, vt & parentibus & cognatis vale diceret, (3. Reg. 19.) reuersus ab eo, tulit par boum, & mactauit illud, & in aratro boum coxit carnes, & dedit populo, & comederunt: consurgensque a- C biit, & sequutus est Helyam, & ministrabat ei. Bonauentura in Lucam. Faciebat secundũ propositum Sapientis, qui dicebat (Sapient. 8.) Proposui hanc adducere mihi ad conuiuandum, sciens quoniam mecum communicabit de bonis. Iam in eo impletum erat desiderium Christi, secundum illud Apocal. 3. Ecce sto ad ostium, & pulso: si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, &c. Magnum enim est gaudium patris æterni, de quo infrà: (15. Luc.) Epulari & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuentus est. Cæterũ Thomas de vio Caietanus in Luc. Ex hoc, inquit, quòd Matthæus & domum propriam habebat, & fecit ei conuiuium magnum proprio sumptu, patet quòd quando dictum est, relictis omnibus, sermo fuit non de rebus, sed de negotiis. Potest etiam dici, quòd omnia reliquerat in voto. Tandem autem hoc conuiuio exhibito, & de malè acquisitis satisfactione facta adinstar Zachæi publicani, cætera pauperibus distri- D buens, omnibus ipso facto derelictis Christum secutus sit. Hoc enim postea Dominus à suis requisiuit his verbis: Nisi quis renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. *Et factum est, cùm accumberet in domo illius, ecce multi publicani & peccatores venientes simul discumbebant cum Iesu & discipulis eius: erant enim multi qui sequebantur eum.* Anselm. in Matth. Vnius quippè publicani conuersio, multis fuit exemplum pœnitentiæ. Qui enim cum Iesu & discipulis eius discumbebant, iam publicani & peccatores esse desierant, nec si in peccatis esse, & perseuerare decernerent, ei qui sine peccato est, conuesci auderent, nec forsitan Deus cum eis. Publicani vocantur, qui publicis sceleribus fœdantur, vel publicis negotiis implicantur, quæ sine peccato aut vix, aut nunquam, tractari possunt. Et pulchrum fuit præsagiũ: quia qui Apostolus, & doctor Gentium futurus erat, in sua prima illa conuersione peccantium E gregem post se trahit ad salutem, officiumque euangelizandi, quod proficiente merito virtutum expleturus erat, à primis iam suæ fidei incœpit rudimentis, vt iam proficeret exemplo, qui proficere debebat & verbo. Et notandum est, secũdum quod & Lucas dicit, Matthæum Christo magnum conuiuium in domo sua parasse, congruam beneficiis cœlestibus vicem rependens, vt illi commodaret sua temporalia, à quo expectabat perpetua bona. Chrysostom. hom. 31. in Ioan. Concurrunt autem quasi ad consortem artificij multi publicani, quos Matthæus lætitia non parua propter accessum Christi inuitauit, Domino ita disponente, qui omne genus curationis animorũ exhibuit: nec disponendo solùm, aut ægrotos curando, aut inimicos redarguendo, verumetiam comedendo atque bibendo, multos à vitiis ad virtutẽ reduxit, vt nos doctiores his omnibus efficeret. Nõ enim tempus, nec opus, ex quo possumus vtilitatẽ subducere. Et quamuis quæ tunc apposita erant, iniustè atque rapaciter fuerant acquisita, non repulit tamen ea Dominus, sed assumpsit ex illis. Magnum enim lucrum oriebatur: quinimmò eodẽ tecto, eadémque mensa cum peccatoribus vtitur. Hæc certè bonum medicum decent, qui nisi

Bonauent. *Non temerè Matthæus Christum sequutus est.* *Conuiuia in secessu amicorum.* Bonauent. Caietan. *Quomodo Matthæus cùm omnia reliquerit, habuerit domũ, & conuiuium fecerit.* Anselmus. Chrysost. *Vbi multi ægroti, ibi medicus.*

laborantium putredinem ferat,non poteſt eos doloribus liberare.Sed Dominus malã de ſe exiſtimationem,ad quam deuenerunt, quoniam cum publicanis in domo publicani comederet, non timuit.Illi autem exprobrabant dicentes(Matth.11.)Ecce homo edax,& vini potator,publicanorum amicus,& peccatorum. Audiant hæc,qui magnam ſibi per ieiunium gloriam adipiſci ſtudent,diſcántque Dominum edacem,viniq́ue potatorem appellatũ non erubuiſſe. Omnia enim hæc deſpiciebat,vt ad finem optatum peruenirer:ſicut & factum eſt.Nam & conuertit omninò,& multò meliorem publicanum effecit.Et vt diſcas quantum aliis quoque profuit,quando in domo Matthæi cum publicanis accubuit,audi quid Zachæus dicit, alius quidẽ publicanus:qui cùm Chriſti verba percepiſſet,dicẽtis, Hodie in domo tua oportet me manere,ſumma iucunditate perfuſus,medietatem ſubſtantiæ pauperibus tribuit, & ſi cuiquam aliquid calumnioſè abſtulit,reddidit quadruplum.Ad quem Ieſus,Hodie huic domui ſalus facta eſt.Rectè enim diximus,omni ex re meliores homines poſſe fieri.Sed quomodo,inquies,Paulus præcipit,1.Cor.5.Si quis,cùm frater nominetur,ſit fornicator vel rapax,cum eo non comedere?Primùm quidem non patet,an magiſtris etiam hæc à Paulo præcepta ſunt,& non fratribus ſolùm.Deinde nondum erant omninò facti fratres,ij quos vitandos dixit. Adhæc ad conſortium fratrum iam aſcitos tunc vitare iubet, cùm in malis perſeuerent. Publicani autem illi ab illicitis conuerſi,iam meliora proſequebantur. Verùm nihil horum Phariſæos meliores fecit: nam & diſcipulos aggrediuntur, dicentes: *Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magiſter veſter?* Theophil.in Matth.Volebant enim diſcipulos à Chriſto auellere,ac ſi dicerent: Videte qualis iſte ſit,quem ſequimini. An non ipſe peccator eſt,qui cum publicanis & peccatoribus manducet?Nimirùm ſimilis ſimilem ſibi quærit: & impius cum impiis portionẽ ſuam conſtituit,vt docet Pſaltes.Euthy.in Matth.Publicanos verò appellant etiam peccatores, propter obtrectationem qua malè audiebant:ipſi enim calumniam ſuſtinebant, tanquã iniuſti, & auari,ac raptores,omniq́ue compaſſione carentes,& impudentes. Aut fortaſſis & alij quidem erant,nobiliora vitæ inſtituta habentes,eiſdem tamen obnoxij affectibus: nam ſimile ſuo congaudet ſimili.Druthmarus in Matth.Et quidem Matthæus,inquit,erat de tribu Leui, vnde & *Leui* dictus eſt:ideóque ad templum Domino ſeruire debuerat: ſed pro philargyria vili miniſterio adhæſerat.Nunc verò,vt ſcribit Ambroſius lib. 5. in Luc.cap.21. Ille qui priùs auara de mercedibus,dura de laboribus,periculiſque nautarum emolumenta conuertebat,verbo vocatus,propria dereliquit,qui rapiebat aliena:conuiuij quoque magni exhibet apparatum.Qui enim domicilio interno Chriſtum recipit, maximis delectationibus exuberantium paſcitur voluptatum. Itaque Dominus libenter ingreditur,& in eius qui crediderit,recumbit affectu.Sed rurſus accenditur inuidia perfidorum,& futuræ pœnæ ſpecies præfiguratur.Epulantibus enim fidelibus,& in illo cœlorum recumbentibus regno,perfidia ieiuna torquebitur.Simul oſtenditur,quantum interſit inter æmulos legis & gratiæ:quòd illi qui legem ſequuntur, ieiunæ mentis famem patiantur æternam. Qui verò verbum in interioribus animæ receperunt, alimenti cœleſtis & fontis vbertate recreati,eſurire & ſitire non poſſunt.Qui autem animo ieiunãt,ipſi contra quoſque murmurant.Cæterùm non huic diſſimile murmur olim à Nouatianis hæreticis contra lapſos,ad pœnitentiam conuerſos excitatum eſt.Nicetas in Orat.D. Greg.Nanz. de ſanctis lumin.Cùm,inquit,ſæuiente perſecutione,quidam Chriſtiani tormentorum magnitudine victi ad fidei abiurationem prolapſi eſſent,ac deinde ſedata perſecutionis tempeſtate ſupplices cum lachrymis Eccleſiæ antiſtites rogarent,vt ſibi pœnitentię tẽpus darent,Nouatus Eccleſiæ Romanæ preſbyter,faſtu animiq́; inſolentia elatus,miſeros ſubmouebat:quamuis etiam ipſe periculoſo tẽpore ſacerdotij dignitatẽ abiuraſſet. At Epiſcopus eos quidem,qui in Chriſtianæ pietatis abiurationem delapſi fuerant, congruis laboribus, ſalutarique pœnitentia certo tempore impetrata recuperauit:Nouatum autem ab Eccleſiæ cœtu proſcripſit.Ille verò inſciẽtibus omnibus in locũ quendã abditum atque abſtruſum tres Epiſcopos ætate prouectos allicit,eóſque verborum blanditiis ineſcatos eò adigit, vt manus ſibi imponant. Ita ab iis Epiſcopus deſignatus eſt.Qua dignitate ſupra modum elatus,quotquot è ſtultis acveſanis hominibus ad ſe pellicere potuit,Catharos,id eſt puros nominauit. Hanc Nouatianorum ſeu Catharorũ, id eſt purorum præſumptionem,noſtram verò in pœnitẽtes gratiam his verbis oſtendit. Greg. Nanz.Orat.in ſancta lumina.Ipſe quidem hominem me eſſe fateor, animal mutabile, fluxæq́; & fragilis naturæ,atque hunc baptiſmum libenter amplector, eiuſdemq́ue donatorem adoro, aliiſque impertio,ac miſericordia miſericordiam mihi conciliare nitor.Nam me quoque infirmitate obuolutum eſſe ſcio,illúdque fore,vt qua menſura menſus fuero, eadem quoque menſura mihi viciſſim rependatur.Tu verò quid ais?quam legem affers ô noue Phariſæe,&nomine duntaxat,

Theophil.

Euthym.

Druthmar. *Matthæus cur dictus Leui.*

Ambroſ.

Quid æmulatio iſta ſignificet.

Nicetas. *Contra Nouatianos recipiendi ſunt pœnitentes.*

Catharorũ hæreſis.

Gre. Nãz.

A duntaxat,non animo & voluntáte pure, ac Nouati dogmata cum eadem infirmitate tumido ore nobis crepans?pœnitentiam non admittis?luctibus locum negas?lachrymas non profundis? Vtinam talem tibi iudicem experiri non contingat. Clementia & facilitate Iesu non noueris, qui infirmitates nostras accepit,& morbos portauit:qui non venit vt iustos vocaret,sed peccatores ad pœnitentiam:qui misericordiam mauult quàm sacrificium,qui septuagies septies peccata condonat. Quàm beata esset sublimitas tua,si puritas ea esset, ac si non fastu & arrogãtia leges supra hominis captum institueres,vitæq; emendationem salutis desperatione tolleres. In eodem enim vitio sunt tam effrænata atque omni animaduersionis metu soluta licentia,quàm sæua,nec vlla clementia temperata commendatio:illa omnes habenas vitiis laxans, hæc vehementiori astrictione præfocans. Puritatis specimẽ ede:& tum audaciam tuam mihi probabis. At nunc vereor,ne ipse vlceribus scatens,istam immedicabilitatis doctrinã inducas. Quid?Ne B Dauidem quidem resipiscentem admittis, qui Propheticam quoque gratiã pœnitẽtia conseruauit?Nec magnum illum Petrum recipis, salutiferæ passionis humani quidpiam perpessum? At Iesus recipit,triplicique percunctatione & confessione triplicem abiurationis culpã sanauit. Quid?ne martyrio quidem perfectum admittes?Nam id quoq; tuæ vecordiæ est. Quid?etiámne illum,qui nefarium scelus Corinthi perpetrauit,arcebis? At Paulus charitatem etiam erga eum firmauit,simul atque eum ad meliorem vitæ frugem rediisse perspexit: causámque affert: ne abũdatiori tristitia huiusmodi homo absorbeatur,immodica obiurgatione oppressus atque confectus. An ne iuuenibus quidem viduis propter ætatis lubricum,ineundi matrimonij potestatem facies? At Paulus facere minimè dubitauit, cuius te scilicet magistrũ profiteris, quasi ad quartum cœlũ,aliúmque paradisum prouectus fueris, ac verba magis arcana audieris, maioremque circulum Euangelio fueris complexus. At hæc nequaquam per baptismũ,inquis. Quo C argumento id confirmas? Aut rem ita se habere proba:aut,si id nequis, cõdemnare nos desine. Quòd si res dubia est,vincat humanitas & clementia. At Nouatus,inquis, persecutionis tempore lapsos non recipit. Quid hoc?si quidem illi non resipiscebant, optima ratione eos repulit. Nam ne ipse quidẽ eos recipio,qui vel nullo modo,vel non satis deprimuntur, nec perpetrato crimini parem vitæ emendationem afferunt:cúmque recipio,congruentem ipsis locũ assigno. Sinautem squalentes & lachrymis confectos admittere noluit, haudquaquam illius exemplũ imitandum mihi proponam. Alioquin,vt scribit Cyprianus,lib. 4.ep.2.ad Antonianum fratrẽ, Cyprian. Misera frustrãdæ fraternitatis irrisio,& vana traditio est,hortari ad satisfactionis pœnitentiam, & subtrahere de satisfactione medicinam:dicere fratribus nostris,Plange,& lachrymas funde, & diebus ac noctibus ingemisce, & pro abluendo & purgando delicto tuo largiter & frequẽter operare,sed extra Ecclesiam post omnia ista morieris. Quæcunque ad pacem pertinẽt, fa- D cies:sed nullam pacem,quam quæris,accipies. Quis non statim pereat? quis non ipsa desperatione deficiat? Quis non animũ suum à proposito lamentationis auertat? Operari tu putas rusticum posse,si dixeris, Agrũ peritia omni rusticitatis exerce,culturis diligenter insiste,sed nullam messem metes,nullam vindemiam premes,nullos olíueti tui fructus capies,nulla de arboribus poma decerpes? Vel si cui demum vsum nauium suadens,dicas:Materiam de excellentibus syluis mercare,frater:carinam prævalidis & electis roboribus intexe clauo,funibus,velis,vt fabricetur atque armetur nauis,operare: sed cùm hoc feceris,fructũ de actibus eius & cursibus nõ videbis?Præcludere est atq; abscindere iter doloris ad pœnitẽdi viam,vt cùm scripturis Dominus Deus reuertentibus ad se & pœnitentibus blandiatur,nostra duritia & crudelitate,dum fructus pœnitentiæ intercipitur, pœnitentia ipsa tollatur. Quòd si inuenimus à pœnitentia agenda neminem debere prohiberi, & deprecantibus atque exorãtibus Domini misericordiã, E secundum quod ille misericors & pius est,per sacerdotes eius pacem posse concedi, admittendus est plangentium gemitus,& pœnitentiæ fructus dolentibus non negãdus. Et quia apud inferos dum confessio non est,nec exhomologesis illic fieri potest,quem ex toto corde pœnituerit,quíque rogauerit,in Ecclesiã debet interiùs suscipi,& in ipsa Domino reseruari, qui ad Ecclesiam suam venturus, de illis vtique, quos in ea intus inuenerit, iudicabit. Apostatæ verò & desertores,vel aduersarij & hostes, & Christi Ecclesiam dissipantes, nec si occisi pro nomine eius foris fuerint, admitti secundum Apostolum possunt ad Ecclesiæ pacem, quando nec spiritus, nec Ecclesiæ tenuerunt vnitatem. Serpentina igitur vox ista est, quam effundunt Pharisæi contra Christum, vt scribit Ambrosius lib. 5. in Luc. Hanc enim primam vocem serpens emisit, dicens Euæ, Quid est quod præcepit vobis Deus, ne manducaretis ex omni ligno? Isti enim de eo conqueruntur, quòd Christus maioris vtilitatis gratia cum peccatoribus manducauerit. Hieronym. in Matth. Ibat autem Dominus ad con- Hieronym.

Desperandum, nisi supereſſet remiſsio pœnitenti.

Vox serpẽtina Pharisæorum. Ambrof.

uiuia peccatorum, vt occasionem haberet docendi, & spirituales inuitatoribus suis præberet cibos. Denique cùm frequenter pergere ad conuiuia scribatur, nihil refertur aliud, nisi quid ibi fecerit, quid docuerit: vt & humilitas Domini eundo ad peccatores, & potentia doctrinæ eius in conuersione pœnitentium demonstretur. Thomas Aquin. lib. Commēt. in Matth. Sed, inquit, videtur quòd isti rectè arguebant, quia sunt vitanda peccatorum consortia. Sed notandum, quòd aliquando sunt vitanda peccatorum consortia propter superbiam & contemptum, vt isti: sicut habetur Esa. 65. Non appropinques mihi, quia immundus es. Alij verò vitant consortia propter peccatorum vtilitatem, vt erubescant, & sic conuertantur. Et sicut dicit Paulus 1. ad Cor. 6. Ad verecundiam vestram dico, si non est inter vos sapiens quispiam. Item aliquis vitat propter cautelam sui, timens ne peruertatur. Eccles. 13. Qui tangit picem, coinquinabitur ab ea. Et in Psalm. 17. Cum peruerso peruersus eris. E contrario similiter aliqui commorantur peccatoribus ad sui probationem: vnde tentatio est sui probatio, vt habetur Prouerb. 2. Aspectu & auditu iustus erit habitans inter illos. Et Cant. 2. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Et ibi dicit Glossa: Non fuit bonus, qui malos tolerare non potest. Iam aliqui inter malos commorantur propter conuersionem, vt Paulus dicit, 1. Cor. 9. Omnibus omnia factus, vt omnes lucrifacerem. Sed differentia est: quia peccatoribus perseuerantibus, & pœnitere nolentibus non oportet communicare. De illis verò, de quibus speratur, distinguendum est ex parte illius qui habitat: qui aut est firmus, aut infirmus. Si infirmus, habitare cum eis non debet. Si firmus, competens est vt cum eis habitet, vt eos ad Deum conuertat. Item Iesus medicus erat certus. Ideò cùm esset cum eis, periculum non timebat. Eapropter *hoc audito Iesus respondens ait illis, Non necesse habent sani medico, sed qui malè habent.* Quod vtique non eo tempore respondisse intelligendum est, quo conuiuium fiebat, & Christus accumbebat. Nec enim credibile est Pharisæos & Scribas huic conuiuio, quod tam infenso ferebant animo, interesse voluisse: sed quòd postmodùm tempus, locum, & occasionem nacti, cùm de ea re quæstionem apud discipulos mouissent, Christus responderit. Eorum autem quæstioni satisfacit duplici argumento: vno, ex ordine communi: altero, ex scripturis desumpto. Videmus enim medicum propter infirmos institutum esse, nec illum reprehēdi, si infirmos visitauerit: Immò verò econtrariò argui, si ipsos contempserit. Quid ergo? Argui debet Christus animarum nostrarum medicus, quòd peccatores ad saniorem mentem reducturus, requisierit? Respondet igitur Pharisæis non rogatus, etsi hac sua responsione nihilò futuros illos meliores coniiceret. Hoc saltem faciebat propter discipulos, ne offendiculum paterentur, & hac calumniatorum quæstione ab Apostolica professione auocarentur: suo nos exemplo admonens, vt ne patiamur aliquem in doctrina, aut conuersatione nostra offendi, sed omissis calumniis propter simplices innocentiam nostram tueamur. Sed & videmus, quantum contradictio emolumentum adferat. Sicut enim suprà Christus Pharisæorum calumniis permotus, potestatem remittendi peccata hominibus datam esse manifesto argumento comprobauit: ita & nunc illorum quæstionibus stimulatus, relictam peccatoribus omnibus pœnitentiæ tabulam post naufragium apertissimè conuincit: Ita veritas infestata, & se magis exerit, & hypocrisim magis detegit. Nam Pharisæos suggillat, vt qui præ cæteris omnibus iustos se esse arbitrarentur, cùm minus essent quàm iusti: obiter ostendens in illorum salutem Christum minimè aduenisse. Nec enim ita intelligendus est hic locus, quasi aliqui de iustitia præsumere debeant, (Omnes enim peccauerunt, inquit Paulus, & egent gratia Dei:) Sed quòd non in eorum salutem venerit, qui tales se esse præsumunt, vt docet Chrysostom. hom. 31. Oper. perf. in Matth. Ex hac autem sententia colligimus, vsum medicinæ à Domino probari. Si enim malè habentibus opus est medico, vtilis igitur erit & licita medicina. Eccles. 38. Honora medicum propter necessitatem. Etenim illum creauit altissimus. Sed neque Christus se medico conferret, si medicam professionem Christianis indignam esse censeret. Bonauent. in Luc. Si, inquit, medicina est propter ægritudinem, igitur non est redarguendus ægrotus, qui confugit ad medicum, neque medicus qui accedit ad ægrotum: sed magis illi redarguendi sunt, qui hoc redarguunt. Vocat autem Christus peccatores infirmos, quoniam peccatum infirmum facit, secundum illud Psalm. 37. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus, & non est sanitas in carne mea. De tali infirmo dicitur Rom. 14. Infirmum autem in fide assumite. Et Rom. 15. Debemus nos firmiores, imbecillitates infirmorum sustinere. Se autem vocat medicum: quia Esa. 53. Liuore eius sanati sumus. Et 61. Spiritus Domini super me, eò quòd vnxerit me Dominus. Et subditur: Vt mederer cōtritos corde. Et Act. 10. Pertransiit bene faciendo & sanando omnes oppressos à diabolo. Fulgentius Ep. 7. ad Venantiam, ex hac Christi sententia colligit, homini per pœnitentiam præteritorum malorum ad bona

Tho. Aqu. *Quādo vitanda sunt peccatorum cōsortia, & cur.*

Glossa.

Quando Christus respondit Pharisæis.

Cur respōdit.

Nemo præsumere de iustitia debet.

Chrysost.

Bonauent.

Peccatores infirmi.

Fulgent.

A bona conuersõ,omnium peccatorum remissionem cõferri posse. Quid enim (inquit) aliud op-
positis verbis agitur,nisi vt omnipotentis medici manus, sub humanæ salutis effectu, despera-
tionis vitio appelletur? Ipse quoque medicus ait:Non indigent qui sani sunt, medico, sed qui
malè habent. Si peritus est medicus noster,omnes potest infirmitates nostras sanare: si miseri-
cors est Deus noster,vniuersa potest peccata dimittere. Non est perfecta bonitas, à qua non o- *Nihil Chri-*
mnis malitia vincitur:nec est perfecta medicina,cui morbus aliquis incurabilis inuenitur. Scri- *sto est in-*
ptum verò tenetur in literis sacris,(Sap.7.) Sapientiam autem non vincit malitia. Et omnipo- *curabile.*
tentia medici nostri talibus in Ps. sermonibus intimatur. Ps. 102. Benedic anima mea Domi-
num,& omnia interiora mea nomen sanctum eius. Benedic anima mea Dominum,& noli o-
bliuisci omnes tribulationes eius:qui propitius fit omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes
languores tuos,qui redimit de interitu viam tuam,qui satiat in bonis desiderium tuum,qui co-
B ronat te in miseratione & misericordia: renouabitur sicut aquila iuuentus tua. Quid rogo,
nobis putemus dimitti non posse, cùm propitius fit Dominus omnibus iniquitatibus nostris?
Aut quid in nobis æstimamus sanari non posse, cùm Dominus sanet omnes languores no-
stros? Aut quomodo sanato & iustificato indigentiæ aliquid relinquit, cuius desiderium in no-
bis satiatur? Vel quatenus plenæ remissionis beneficio potiri non creditur,cui etiam corona in
miseratione & misericordia condonatur? Nemo igitur de medico desperans, in infirmitate re-
maneat:nemo misericordiam Dei minorans, in iniquitatibus conualescat. Apostolus clamat,
Rom.5. Quia Christus pro impiis mortuus est. Ipse itidem dicit,1.Tim.1. Quia Christus Iesus
venit in hunc mundum,peccatores saluos facere. Cyrill. Alex. lib.8. in Leuit. hanc medici cum *Cyr. Alex.*
Christo similitudinem examinans,ea quæ ad medicinam faciunt, latiùs amplificat. Omnis e-
nim medicus,inquit,ex herbarum succis,vel arborum, etiam metallorum venis, aut animan-
C tium naturis, profutura corporibus medicamenta componit. Sed herbas istas si quis fortè,
antequàm pro ratione artis componantur,respiciat, si quidem in agris, aut in montibus, velut
fœnum vile conculcat,& præterit: Si verò eas intra medici scholam dispositas per ordinem vi-
derit,licet odorem tristem fortè & austerum reddant,tamen suspicabuntur eas curæ vel reme-
dij aliquid continere,etiamsi nondum quæ,vel qualis in eis sit sanitatis ac remedij virtus,agno-
uerit. Hæc de communibus medicis diximus. Veni nunc ad Iesum cœlestem medicum. Intra
hanc stationem medicinæ eius Ecclesiam,vides ibi languentium iacere multitudinem. Venit
mulier,quæ ex partu immunda effecta est. Venit leprosus,qui extra castra separatus est pro im-
munditia lepræ. Quærunt à medico remedium, quomodo sanentur, & quomodo mundentur. Et quia Iesus hic medicus est,& ipse est verbum Dei, ægris suis non herbarum succis, sed
verborum sacramentis medicamenta conquirit. Quæ verborum medicamẽta si quis inculriùs
D per libros,tanquam per agros,videat esse dispersa,ignorans singulorum doctorum virtutem,vt
vilia hæc,& nullum sermonis cultum habentia præteribit. Qui verò parte ex aliqua didicerit
animarum apud Christum esse medicinam,intelliget profectò ex his libris,qui in Ecclesia re-
citantur,tanquam ex agris & montibus salutares herbas assumere,vnumquemque habere ser-
monum ad hanc duntaxat vim: vt si quis est illi animæ languor, non tam exterioris frondis &
corticis,quàm succi interioris hausta virtute sanetur. Facit igitur hæc nostri medici contempla-
tio,vt sicut nulla ei deesse remedia,ita certò confidamus,quòd si illum inuocauerit, saluus erit.
Neque tantùm semel aut bis peccantibus remissionem nobis repromittit, sed & quotiens in-
gemuerimus,& illum nobis auxiliatorem poposcerimus. Augustin.to.4.lib.de vera & falsa pœ- *Augustin.*
nit.cap.5. Qui enim multos cæcos,inquit,& diuerso tempore illuminauerit, & multos debiles *Toties chri-*
confortauerit,ostendit in diuersis illis eadem sæpè peccata dimitti,vt quem priùs sanauit lepro- *stus sanat,*
E sum,alio tempore illuminauerit cæcum. Videmus adhuc quotidie in Ecclesia sæpè febricitan- *quoties æ-*
tes,sæpè languidos,sæpè passionibus captos,liberari:vt appareat toties opus miserantis, quoties *gri ad eum*
confessio fit pœnitentis. Quomodo enim corpus,quod vilius est,& ab ipso dissimilius,sæpè sa- *recurrunt.*
naret:& animam digniorem,& redemptam non toties liberaret? Medicum se vocat,& non sa-
nis,sed malè habentibus opportunum. Sed qualis hic medicus, qui malum iteratum nesciret
curare? Medicorum enim est centies infirmum visitare, centies curare:qui cæteris minor est,si
aliis possibilia ignoraret. Memor est sui,qui dicit,(Ezech.18.)Nolo mortem peccatoris, sed vt
conuertatur,& viuat. Quem enim peccatorem excludit? Adiicit ergo Christus ad huius sen-
tentiæ confirmationem, Prophetæ Osee verba,cap.4. *Euntes* autem,inquit, id est corporaliter
à me recedentes,vel spiritualiter,à crudelitate,præsumptione & ignorantia. In hoc enim maxi- *Dion. Car-*
mè peccatis,quòd & vos ipsos iustos esse arbitramini, & tales ab hominibus videri contendi- *thus. in*
tis:quodque alios contemnitis, & temerè iudicare audetis, vt ex illorum condemnatione ve- *Matth.*

ſtram iuſtitiam conſtituatis. *Diſcite quid eſt*, quis ſit ſenſus,& quomodo obſeruari & perpendi F
debeat, id quod apud Oſeam Prophetam ſcriptum eſt: *Miſericordiam volo*,requiro ab homi-
nibus propenſum in proximos ſuos affectum, charitatem, compaſſionem, & ſubuentionem:
Non vt de proximo quis temerè iudicet, non vt oderit,non vt in neceſſitate contemnat, & ri-
deat,quod & vos ipſi facitis,dum miſeros iſtos peccatores penitùs deſerendos,& non ad ſalutis
viam reducendos eſſe cenſetis. *Et non ſacrificium* legale,quaſi illud ſit per ſe acceptum ac meri-
torium,ſicut & miſericordia. Prætexebant enim Phariſæi,omnes adinuentiones & exactiones
ſuas,ſacrificiorum nomine,vt Chriſtus exprobrat,Matth.23. Decimatis mẽtham & anethum, G
& relinquitis quæ grauiora ſunt legis. Et rurſus : Per longas orationes comeditis domos vidua-
rum.Et Matth.15.illos ſuo in patres officio defuiſſe dicit,oblationis prætextu:cùm dicerent pa-
tri vel matri, Munus quodcunque eſt ex me, tibi proderit. Ita eos Chriſtus ſuggillat, vt qui in
proximos duri & crudeles eſſent,cùm tamen noſtrũ in ipſos officium,præ cæteris apud Deum
habeatur. Cæterùm hæc ſententia ex 70. traductione ſumpta eſt:cùm Hebræa magis ſonent
præteritum, quàm præſens : vt ſit hæc ſententia, Miſericordiam volui,& non ſacrificium. Sed
Hieron. 70.ita habẽt, ἔλεον θέλω, καὶ ϑυσίαν, Miſericordiam volo, & non ſacrificium. Hieron.lib.2.
Comment.in Oſee.c.6.ſuperiora huius ſententiæ repetit, vt & ipſius ſenſus habeatur. Dixit
enim Propheta,inquit Hieron.Dolaui eos in Prophetis,occidi in verbis oris mei: grauia com-
minatus ſum, vt miſererer pœnitentium, vt lapſis atque ſurgentibus porrigerem manum. Ne-
que enim ſacrificiis delector & victimis, & holocauſtorum multitudine : victimæ meæ & ho-
Vnde deſumpta ſit hæc ſententia de ſacrificio. locauſta,ſalus credẽtium,& conuerſio peccatorum eſt. Ipſi autem imitati ſunt Adam,vt quod
ille in paradiſo fecerat,pactum meum legémque præteriens,iſti in terra facerent.Et ipſi,hoc eſt
in paradiſo,omnes præuaricati ſunt in me,in ſimilitudinem præuaricationis Adam.Non enim
mirum, ſi quod in parente præceſſit, etiam in filiis condemnetur. Quotidie Deus & eos, qui H
extra Eccleſiam ſunt, & qui peccant, in Eccleſia commorantes,prouocat ad pœnitentiam, &
dicit eis : Miſericordiam volo, & non ſacrificium, & ſcientiam Dei pluſquàm holocauſta. Illi
verò afferunt panem ſacrilegum, & dant eleemoſynas, & ſectari videntur humilitatem : quæ
ego, ſi verè fiant,holocauſta interpretor. Cùm autem ſcientiam Dei reliquerint, fruſtrà trun-
cato capite fidei cætera membra habere ſe iactant: præuaricati ſunt enim pactum Dei in Ec-
cleſia, ſicut Adam præuaricatus eſt in paradiſo : & imitatores ſe antiqui parentis oſtendunt, vt
Auguſtin. quomodo ille de paradiſo,ſic iſti eiiciantur de Eccleſia.Auguſtin.lib.de vera & falſa pœnit.cap.
2.Qui,inquit,maluit miſericordiam quàm ſacrificium, nõ expectabat mortem peccatoris, ſed
vt conuerſus viueret. Simili modo ſcriptum eſt apud Eſaiam Prophetam : Holocauſta arie-
tum, & adipem pinguium nolui. Statim autem ſubiungit, quid Deus velit, ſcilicet ſubueniri
Tho. Aq. oppreſſo. Thomas Aqu.in Matth.Iſtud igitur dupliciter exponitur. Primùm quidẽ,vt vtrum- I
An nõ Deus vult ſacrificia. que Deo acceptum ſit:alterum tamen acceptius. Prou.21.Facere miſericordiam & iudicium
magis placet Deo,quàm victimæ.Vel ita,quòd vnum approbetur,reliquum verò reprobetur.
Miſericordiam volo, ſed non ſacrificium, quod facitis. Vnde Eſ.1.Holocauſta nolui,quia ma-
nus veſtræ plenæ ſanguine ſunt. Vel aliter, Miſericordiam,&c. Illud enim dicitur aliquis velle,
quod vult propter ſe,& non propter aliud:ſicut ſi medicus diceret,Volo ſanitatem : & ſic eſt in
moribus quæ offerimus Deo. Quædam offerimus propter ſe,vt diligere Deum & proximum:
alia verò propter iſta.Mich.6.Indicabo tibi homo, quid ſit bonum : vel quid Dominus requi-
rat à te:vtique facere iudicium, & diligere miſericordiam. Tertiò inducit Dominus aliam ra-
tionem ex ſui officio : vt ſi aliquis legatus miſſus eſſet,& vteretur ſuo officio:ſi prohiberetur ab
alio,diceret : Stultus es,quia prohibes quod ad me pertinet. Venerat Dominus ad ſaluandum
peccatores. Vnde dictum eſt:Et vocabis nomen eius Ieſum. Hic enim ſaluum faciet populum K
Dio. Cart. ſuum à peccatis eorum. Dionyſ.Carthuſ.in Oſeam Prophetam, ita ſententiam iſtam comple-
ctitur, vt reprobationem Iudæorum oſtendat. Quia miſericordiam volui (inquit Dominus)id
eſt acceptaui, & accepto opera pietatis, compaſſionis affectum,& non ſacrificium legale tem-
pore Euangelicæ legis,in qua ceremonialia ceſſarũt,atque mortifera facta ſunt: quia non erant
niſi figuratiua myſteriorum Chriſti, nouæque legis,propter quod veritate impleta ac patefacta
debebant ceſſare : (& ſcientiam Dei)formatam ac ſalutarem,charitate ornatam,& bonæ ope-
rationi coniunctam volui,(plus quàm holocauſta)legis,quæ ad Dei honorem totaliter crema-
bantur,in ſignum quòd homo debet ſe totum Deo offerre,eiúſque obſequio manciparc.Vnde
Dominus ait, in Pſalm.49.Non accipiam de domo tua vitulos,neque de gregibus tuis hircos.
Et rurſus : Sacrificium & oblationem noluiſti, holocauſtum & pro peccato non poſtulaſti. Et
apud Eſaiam:Qui immolat bouem,quaſi qui interficit virum : qui mactat pecus, quaſi qui ex-
cerebret

A cerebret canē: quia omnia accipi possunt pro tempore nouæ legis propter causam prætactā: vel pro tempore veteris Testamenti, quantum ad hoc quòd non erant per se accepta, neque peccati purgatiua, quemadmodum ad Hebræos scribitur: Impossibile est sanguine hircorum aut taurorū auferri peccata. Sed & Chrysost. hom. 31. in Mat. & Albertus Mag. in Matt. ex his sententiis colligunt, quòd semper Deus voluerit, & facere, & fieri misericordiam, sed nunquā sacrificium cruoris immolati. Quòd si quis obiiciat, Deum in antiqua lege sacrificia cruenta instituisse: respondet Anastasius Nicenus lib. Quæst. in Scripturam, qu. 50. Hoc quidē Domi- nū permisisse, non autem instituisse. Quod confirmat ipsius Domini verbis per Hiere. cap. 6 dicentis: Non sum loquutus ad patres vestros de sacrificiis, neque de holocaustis mandaui eis. Hinc est, inquit, perspicuum, legi non præire sacrificiorum exactionē, neque de holocaustis esse voluntatem Dei, qui legem tulit, sed eum se demittere ad illorum imbecillitatē. Quando B enim vitulum fecerunt, & diis qui non erant, sacrificare aggrediebātur, tunc post legē datum quoque est præceptum de sacrificiis, vt qui semel ad ea quæ non erant, suā exercuerant meditationē, eam verè transferrent ad eū qui est re vera Deus. Quādo per signa plurima & prodigia præcedenti tēpore eius habuerunt etiā nō sincerā cognitionē, tunc per Prophetas reprimit oblationes brutorū animaliū, & dicit: Non accipiā de domo tua vitulos, neq; ex gregibus tuis hircos, neq; comedā carnes taurorū, aut sanguinē hircorū bibā. Et, Num annis quadraginta sacrificiū obtulistis mihi in deserto domus Israël? Misericordiā enim volo, & nō sacrificiū. Et, Ecce obediētia est supra sacrificiū: &, Sacrificiū laudis glorificabit me. Quāobrē dicit Ps. 68. Laudabo nomen Dei mei cū cantico, magnificabo ipsum in laude. Et Ps. 50. Placebit Deo super vitulū nouellum. Sacrificiū enim Deo est spiritus contritus. Hoc est ergo quod locutus sum ad patres vestros de sacrificiis: hoc est, Non eis delectabor, sed ad eorum imbecillitatem C me demittam. Vnde rursus dicit per Ezechielem 20: Dedi eis præcepta nō bona, & iustificationes in quibus non viuent in eis, & polluā ipsos in eorum dogmatibus: hoc est, nō sunt præcepta digna mea lenitate & clemētia, neq; conueniētia bono iugo, quod eis volebā imponere: dura autē, & nō legislatoris cōsuetudini, sed eorū, quibus ferebātur leges, insolētiæ necessaria & conuenientia. Confirmat Anastasius Nicenus hanc conclusionem ex lib. 6. Constitut. Apostol. cap. 21. & lib. Theodoreti de Dei cultu. Clemens Alex. lib. 3. Paidag. c. 12. his veteribus sacrificiis, velut vmbris, veritatē succedere ostēdit, si Deo cordis cōtritionē, & proximo misericordiā impēdamus. Quomodo ergo, inquit, sacrificabo Domino? Sacrificiū, inquit, Domino spiritus cōtritus. Quomodo igitur coronabo, vel vngā vnguento, vel Domino quodnā incensum offeram? Odor, inquit, suauitatis Deo est, cor quod glorificat eum qui ipsum fecit. Hæ sunt coronæ, & sacrificia, & aromata, & flores Dei. Præterea de patientia: Si peccauerit, D inquit, frater tuus, ipsum argue, & si eū pœnituerit, ei remitte. Si septies in die in te peccauerit, & septies ad te conuertatur, dicens, Me pœniter, ei remitte. Itaque, inquit Hilarius in Matth. vt Pharisæi intelligerent neminem suorum sanum esse, admonuit, vt scirent quid esset, Misericordiam volo, non sacrificium: legem scilicet sacrificiorum obseruatione deuinctam, opem ferre non posse, sed salutem vniuersis in misericordiæ indulgentia reseruari. Pettus Chry Pet. Chrys. solog. serm. 28. Venerat igitur ad Matthæum Christus, vt auaritiæ curaret vulnera, vt saniem sanaret vsuræ: & misericordiam voluit, vt Matthæus quod tulerat per miseriam, in misericordias prorogaret, & inde redimeret pœnam, vnde comparauerat culpam. Non enim, inquit, veni iustos vocare, sed peccatores ad pœnitentiam. Hilarius: Omnibus venerat, quomodo ergo non se iustis venisse dicit? Erant ergo, quibus necesse non erat vt veniret? Sed nemo iustus ex lege est. Ostendit ergo inanem iustitiæ esse iactantiam: quia sacrificiis infirmis ad sa- E lutem misericordia erat vniuersis in lege positis necessaria. Nam si iustitia fuisset ex lege, venia per gratiam necessaria non fuisset. Beda in Luc. Sanos enim & iustos appellat eos, qui ignorantes Dei iustitiam, & suam volentes constituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti, qui ex lege præsumentes, Euangelij gratiam non quærunt. Porrò malè habentes & peccatores vocat eos, qui suæ fragilitatis conscientia deuicti, nec per legē se iustificari posse vidētes, Christi se gratiæ pœnitendo summittūt. Vbi simul ostenditur, quòd nō in pristinis vitiis permanētes (quod Pharisæi & Scribæ murmurabāt) sed pœnitētiā agentes publicani, venerint ad Iesum: & ipse quoq; Iesus cōuiuia peccatorū adire dignatus sit, vt occasionē haberet docēdi, & spirituales inuitatoribus suis præberet cibos. Quod ergo dicit, *Non veni vocare iustos, sed peccatores*, hoc est quod alibi ait Saluator: Venit filius hominis quærere, & saluū facere quod perierat. Et Apostolus: Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quoniā Christus Iesus venit in hunc mū dū peccatores saluos facere. Sed nónne Christus vocauit Iacobū iustum, Petrū qui nunquam

Chrysost. Alb. Mag. *Misericordia semper facienda.*

Anastas. Nicen. *Deus sacrificia vetera cur permiserit.*

Anastas. Theodor. Cl. Alex.

Hilarius.

An non pro omnibus venit Christus. Hilarius.

Beda.

An non Christus iustos vocauit, vt Apostolos. Ambros.

comedit omne immundum, Andræam, Ioannem, & alios quosdam iustissimos? Et nónne P
Apostolus veraciter asserit, Quos prædestinauit, hos & vocauit? Quomodo ergo non venit
Christus vocare iustos? Et respondendum, dupliciter. Primò, quia secundum Ambrosiũ, per
iustos intelligit Pharisæos & Scribas, de sua iustitia præsumentes, qui tamen veraciter iusti nõ
erant, sed vani atque elati. Per peccatores verò intelliguntur humiliter pœnitentes, qui vera-
citer iusti sunt. Illos ergo iustos non venit Christus vocare per salutarem effectum, seu effi-
cientiam, & consecutionem salutis: iuxta quem modum Christus non est crucifixus pro re-
probis, sed electis: Istos verò peccatores venit vocare efficienter atque finaliter, de quibus in-
frà testatur, loquens ad Pharisæos, Cùm videritis publicanos & peccatores præcedere vos in
regnum Dei. Secundò dicendum, quòd Christus loquitur de vocatione ad pœnitẽtiam, quæ
peccatoribus conuenit, non iustis, secundum quod tales sunt. Vnde apud Lucam sic legitur
respondisse, Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Iustos verò vocauit, & G

Bonauent.

vocat ad gratiæ incrementum, & vitæ spiritualis perfectionem. Bonauent. in Luc. Venit igi-
tur Dominus omnes vocare ad pœnitentiam: quia sicut dicitur ad Rom. 3. & acceptum est
de Ps. 13. & 52. Non est iustus quisquam, non est intelligens, non est requirens Deum. Omnes
declinauerunt, simul inutiles facti sunt. Vnde ibidem: Omnes peccauerunt, & egent gloria

Omnes peccatores sumus.

Dei. Et ideò à pœnitentia incœpit prædicare, secundum quod dicitur Matth. 4. De hac vo-
catione dicitur Isa. 22. Vocabit dominus Deus exercitum in die illa ad fletum & ad planctũ,
ad caluitium, &c. Sed hanc vocem non audierunt, qui se reputabãt iustos. Contra quos Iob.
9. Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me: si innocentem ostendero, prauum
me comprobabit. Sed hanc audiunt peccatores quamplurimi, infrà 7. Omnis populus au-

Quomodo quis iustus dicatur. Augustin.

diens, & publicani iustificauerunt Deum baptisati baptismo Ioannis. Pharisæi autem & le-
gisperiti consilium Dei spreuerunt in semetipsis, non baptizati ab eo. Et sic patet, quomodo H
facta est confutatio superborum in his: vnde diuino iudicio peiores reputantur illis quos de-
spiciunt. Augustinus tractat. 7. in Ioan. in eam venit sententiã. Nam de Nathanaële differens,
quem iam prædixerat esse verè Israëlitam, cur eum Dominus vocauerit, ita explicat. Aliud
est, inquit, sanus, aliud sanabilis, aliud insanabilis. Qui ægrotat cum spe, sanabilis dicitur: qui
ægrotat cum desperatione, insanabilis: qui autem iam sanus est, non indiget medico. Medi-
cus ergo qui venerat sanare, vidit istum sanabilem, quia dolus in eo non erat. Quomodo do-
lus in illo non erat? Si peccator est, fatetur se peccatorem. Si enim peccator est, & iustum se
dicit, dolus est in ore ipsius. Ergo in Nathanaële confessionem peccati laudauit, nõ iudicauit
illum non esse peccatorem. Propterea cùm Pharisæi, qui sibi videbantur iusti, reprehende-
runt Dominum, quia miscebatur ægrotis medicus, & dicerent, Ecce cum quibus manducat,
cum publicanis & peccatoribus. Matth. 9. Respondit medicus freneticis, Non est opus sanis I
medicus, sed malè habentibus. Nõ veni vocare iustos, sed peccatores. Hoc erat dicere, Quia

Cyrill. Alexand.

vos iustos dicitis, cùm sitis peccatores: sanos vos iudicatis, cùm langueatis: medicinam repel-
litis, non sanitatem tenetis. Huic quæstioni occurritur, cui respondet Cyrillus Alex. lib. 4. in
Ioan. cap. 25. Sed dicet quispiam, inquit, quid ergo prohibuit eadem misericordia, Iudæorum
quoque peccata fuisse dimissa, præsertim cùm perfectè hoc pacto bonus videretur? Quo-
modo etiam illud verum videbitur, Non veni vocare iustos, sed peccatores in pœnitentiam?
Nos autem dicimus, solis & primis Domini gratiã Iudæis seruatam fuisse. Missus enim fuit, vt
ipse ait, ad solas oues perditas domus Israël. Recurrissent ergo facilè, si voluissent, ad vitam æ-
ternam. Et certè qui bonis moribus apud eos viuebant, quique veritatis amatores erant, gra-
tia Dei opitulante salutem per fidem adepti sunt. Arrogantes autem Pharisæi, & duræ cerui-
cis Pontifices, seniorésque populi, quamuis Moysis & Prophetarum scripturis docti fuissent, K
credere tamen noluerunt: sed malignis eorum consiliis indigni æterna vita comperti, Dei
patris illuminationem non receperunt. Cuius rei figura in Mosaicis libris legitur. Nam quê-
admodum omnibus, qui Deo non crediderunt in deserto, repromissionis terra concessa non
fuit: sic incredulis in Christo in regnum cœlorum, quod repromissionis terra figurabat, veni-
re non datur. Nec ideò iniustus est dominus Deus, iram suam istis reseruans: immò & naturâ
iustus omnia rectè, ac suæ naturæ conuenienter determinat, quamuis dispensationis suæ
viam non ignoremus. Cognouit autem Iesus omnes fideles, simul atque credulos, & ipsum
impietatis ministrum. Nec mirum: omnia enim Deus, vel antequã producantur, cognouit.

De

De ieiunio disputatur cum discipulis Ioannis & Pharisæorum, & ratio redditur cur Apostolis ieiunandum non fuerit, quamdiu Christus cum illis erat: Eo verò in cœlum recepto, ieiunium successurum Ecclesiæ demonstratur.

Matt. 9.

Tunc accesserũt ad eum discipuli Ioannis, dicentes, Quare nos & Pharisæi ieiunamus frequenter: discipuli autem tui non ieiunant? Et ait illis Iesus, Numquid possunt filij sponsi lugere, quamdiu cum illis est sponsus? Venient autem dies, cùm auferetur ab eis sponsus: & tunc ieiunabunt. Nemo autem immittit commissuram panni rudis in vestimentum vetus: tollit enim plenitudinem eius à vestimento, & peior scissura fit. Neque mittunt vinum nouũ in vtres veteres: alioquin rumpuntur vtres, & vinum effunditur, & vtres pereunt. Sed vinũ nouũ in vtres nouos mittunt, & ambo conseruãtur.

Marc. 2.

Et erant discipuli Ioannis & Pharisæi ieiunantes: & veniunt, & dicunt illi, Quare discipuli Ioannis & Pharisæorum ieiunant: tui autem discipuli non ieiunant? Et ait illis Iesus, Numquid possunt filij nuptiarum, quandiu sponsus cum illis est, ieiunare? Quanto tempore habent secum sponsum, non possunt ieiunare. Venient autem dies, cùm auferetur ab eis sponsus: & tunc ieiunabunt in illis diebus. Nemo assumentum panni rudis assuit vestimento veteri: alioquin aufert supplementum nouum à veteri, & maior scissura fit. Et nemo mittit vinum nouum in vtres veteres: alioquin dirumpet vinum vtres, & vinum effundetur, & vtres peribunt: sed vinum nouum in vtres nouos mitti debet.

Luc. 5.

Ait illi dixerunt ad eum, Quare discipuli Ioannis ieiunant frequenter, & obsecrationes faciunt, similiter & Pharisæorum: tui autem edunt & bibunt? Quibus ipse ait, Numquid potestis filios sponsi, dum cum illis est sponsus, facere ieiunare? Venient autem dies, & cùm ablatus fuerit ab illis sponsus, tunc ieiunabunt in illis diebus. Dicebat autem & similitudinem ad illos, Quia nemo commissuram à nouo vestimento, immittit in vestimentum vetus: alioquin & nouum rumpit, & veteri non conuenit commissura à nouo. Et nemo mittit vinum nouum in vtres veteres: alioquin rumpet vinum nouum vtres, & ipsum effundetur, & vtres peribunt: sed vinum nouum in vtres nouos mittendum est, & vtraque conseruantur. Et nemo bibens vetus, statim vult nouum: dicit enim, Vetus melius est.

Ioan.

Introductio.

MIRANTVR nonnulli vulpium fraudes, viperarũ ingratitudinem, leonum superbiam, luporum ferociam: Verùm si tu hominem intus obseruaueris, hęc animantia dolis, cæterísque omnibus longè superare cõiicies. Hoc nos in Iudæis contemplemur. Verè sicut scriptum est, progenies viperarum summittebant capita, adulabantur lingua, vulnera da- *Summa.*
bant dolis, blasphemiis venena fundebant: & quasi non sufficeret ad odium contemptus, despectus ad iniuriam, sic Christum persequebantur insidiis, tentabant dolis, interrogatione pulsabant, appetebant contumeliis, & tota cupidi simulatione vallabant, obiiciebant curandos sabbatho: vt si non curasset, fieret de impossibilitate contemptus: de lege maneret calumnia, si curasset. Interrogabant in qua potestate faceret sua iussione virtutes: vt si dixisset, deitatis inuidiam commouerent: si tacuisset, artis magicæ crimen inferrent. Dicebant enim, In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia, Matth. 12. Et sicut hodie lectum est, apud discipulos in magistrum notam de publicanorum conuiuio componebant: apud magistrum discipulos iciunij nescios, gulæ deditos accusabant: sed discipulis de magistro, magistro de discipulis, odiorum causas, discordiæ semina liuore iactabant. *Accesserunt*, inquit, *discipuli Ioannis, dicentes*, (Matt. 9.) *Quare nos & Pharisæi ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant?* Et cum discipulis Ioannis quæ societas Pharisæis? nisi quia iunxerat inuidia,

quos disiunxerat disciplina? Hîc iam perdit sua iura zelus: iunxit disiungere consuetus. Iudæi F
postponi Moysen Domino non ferebant: discipuli Ioannis Christum nolebant Ioanni vlla-
Hierony. tenus anteferri: sic in Christum fremebant vtrique liuore communi. Hieronymus in Matth.
Arrogantia Pharisæorum. Superba vtique interrogatio, & plena supercilio Pharisæorum. Certè vt aliud non dicamus,
reprehendenda ieiunij iactantia. Nec poterant discipuli Ioannis non esse sub vitio, qui ca-
lumniabantur eum quem sciebant magistri vocibus prædicatum, & iungebantur Pharisæis,
Beda. quos à Ioanne nouerant condemnatos. Beda in Lucam. Matthæus, inquit, refert ipsos Ioan-
nis discipulos hæc dixisse Saluatori: vnde patet vtrosque coniunctos hac eum quæstione pul-
sasse. Vbi Ioannis maximè reprehendendi discipuli, non solùm de sui iactantia ieiunij, verum-
etiam quia calumniabantur eum quem sciebant à magistro prædicatum, & iungebant se
Pharisæis, quos ab eo nouerant condemnatos. Spiritaliter autem discipuli Ioannis & Phari-
sæorum ieiunant, Christi autem edunt & bibunt: quia siue opera quis legis, seu traditiones se- G
quatur hominum, siue ipsum etiam Christi præconium aure tantùm percipiat corporis,
spiritalibus abstinens bonis, ieiuno corde tabescit. Qui verò Christi membris incorporatur
amore fidei, non potest ieiunare, quia carne ipsius epulatur, & sanguine alitur. Ioannes vinum
& siceram non bibit, Dominus cum publicanis & peccatoribus manducauit & bibit: quia il-
le abstinentia meritum auget, cui potentia nulla naturæ. Dominus autem, cui naturaliter sup-
petebat delicta donare, cur eos declinaret, quos abstinentibus poterat reddere puriores? Sed ie-
iunauit & Christus, ne præceptum declinares. Manducauit cum peccatoribus, vt gratiam cer-
neres, agnosceres potestatem. *Quibus ipse ait, Numquid possunt filij sponsi ieiunare, quandiu cum il-*
Rupertus. *lis est sponsus?* Rupertus libro 8. in Matth. Grauissima, inquit, hæc atque sapientissima respon-
sio, quanti sit ponderis, melius ex Propheticæ scripturæ collatione valet agnosci, cùm apud
Zachariam Dominus dicit, (Zach. 7.) Cùm ieiunaretis & plãgeretis in quinto & septimo per H
Quod ieiu- hos septuaginta annos: (subauditur propter illud quòd Nabuchodonosor, ciuitate & templo
nium reui- succenso igni, populum in captiuitatem duxit, & propter illud quòd Ismahel filius Nathaniæ
citur. Godoliam, & cum eo reliquias populi interfecit:) nũquid ieiunium ieiunastis mihi? Et cætera
vsque ad, Ieiunium quarti, & ieiuniũ quinti, & ieiunium septimi, & ieiunium decimi erit do-
mui Iuda in gaudium & lætitiam & solennitates præclaras, vsquequò venient populi, & ha-
bitabunt in ciuitatibus multis: quod videlicet futurum erat per aduentum huius sponsi, de
quo subinde dictum est illic: In diebus illis, in quibus apprehendent decem homines ex omni-
bus linguis Gentium fimbriam viri Iudæi, dicentes, Ibimus vobiscum: audiuimus enim quòd
Deus vobiscum est. Nam de fimbria viri Iudæi protinus hîc in Euangelio habes, quia mu-
lier, quæ fluxum sanguinis patiebatur duodecim annis, accessit retrò, & tetigit fimbriam ve-
stimenti eius. Summa sermonis illius Prophetici hæc est, debuisse ieiunare illos, apud quos I
reposita erat, vel esse debebat spes & expectatio repromissionis, non tam propter tempora-
lium, quæ acciderant, incommoda rerum, & propter captiuitatem Babylonicam, quæ fa-
cta fuerat illis septuaginta annis: quàm propter peccata sua, & propter illam, quæ contigit in
Adam, vniuersalem captiuitatem generis humani. At illi, quoniam soluta erat captiuitas Ba-
bylonica, & templum reædificabatur, dicebant singuli: Numquid mihi flendum est in men-
se quinto, vel sanctificare me debeo, sicut feci iam multis annis? Videlicet quia templum reæ-
dificabatur, iam nullam superesse causam putabant cur ieiunarent. Meritò ergo redarguebantur à dicente, Numquid ieiunium ieiunastis mihi? quia videlicet propter temporalia bo-
na flent & ieiunant, quia desunt, non Domino ieiunant. Sed qui propterea ieiunant, quia
præsentem non habent sponsum, sicut illi nondum habebant: nos autem habuimus qui-
dem, sed iam non habemus, ipsi ieiunium Domino ieiunant. Igitur quoniam causa ieiu- K
nij debuerat omnibus esse desiderium & expectatio saluatoris, vt fuit Moysi, & Helyæ,
& Danieli: ipse autem nunc præsens aderat, postmodùm recessurus: dulce fuit & iocun-
dum sanctæ charitatis officium, saltem ad breue tempus, propter præsentiam eius intermit-
ti ieiunium: quia tempus illud, tempus præsentiæ eius, quasi tempus erat nuptiarum. Ait
ergo: Numquid possunt filij sponsi lugere, quandiu cum illis est sponsus? *Venient autem dies,*
cùm auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt. Ac si dicat: Vos qui sponsi filij estis,
nec esse vultis, sed nec filij eorum dici meremini, qui ieiunauerunt præ desiderio ad-
uentus sponsi: immò eorum, quibus Deus veraciter dicit, Numquid ieiunium ieiu-
nastis mihi? Ieiunatis enim & vos sicut illi, pro eo quòd aliquando de rebus transi-
toriis aliquid aduersi contigit: Vos, inquam, ieiunate quantum vultis: nam isti ieiunare non
possunt præ gaudio sponsi præsentis. *Venient autem dies, cùm auferetur ab eis sponsus, &*
tunc

A *tunc ieiunabunt.* Beda in Luc. Sponsus Christus, sponsa Ecclesia est. De hoc sancto, spiritali- Beda.
que connubio, Apostoli sunt creati. Vnde benè Marcus Euangelista filios eos appellat nu-
ptiarum, non tantùm sponsi, sed etiam sponsæ: volens intelligi, quia per lauacri regenerationẽ
in ius diuinæ generationis adsumpti sunt: qui ieiunare ac lugere non possunt, quamdiu
sponsum in thalamo vident, & ipsum sciunt esse cum sponsa. Quando verò transierint nu- *Quomodo*
ptiæ, & passionis ac resurrectionis tempus aduenerit, tunc sponsi filij ieiunabunt. Quòd *sponsus ab-*
autem Lucas non ait, vt cæteri, Numquid filij sponsi, aut nuptiarum possunt ieiunare, vel lu- *latus est.*
gere: sed, Numquid potestis filios sponsi facere ieiunare: eleganter intimauit, eosdem ipsos,
qui loquebantur, fuisse facturos, vt lugentes ieiunarent filij sponsi, quoniam ipsi essent spon- *Olim ante*
sum occisuri. Notandum verò, hunc luctum absentiæ sponsi, non nunc tantùm, id est, post *Christum,*
mortem, resurrectionemq; eiusdem sponsi, sed & ante incarnationem illius per totum huius *& nũc illo*
B seculi tempus esse celebratum. Primo quippè tempore Ecclesia ante virginis partum sanctos *in cælum*
habuerat, qui desiderarent incarnationis Christi aduentum: Ista verò tempora, ex quo ascen- *accepto, ie-*
dit in cœlũ, sanctos habent, qui desiderent eius manifestationem ad viuos & mortuos iudi- *iunãdum.*
candos. Nec hic desiderabilis Ecclesiæ luctus requieuit aliquantulum, nisi quandiu hîc cum
discipulis in carne versatus est. Iuxta leges autem tropologiæ sciendum, quòd quamdiu spon-
sus nobiscum est, & in lætitia sumus, nec ieiunare possumus, nec lugere. Cùm autem ille
propter peccata à nobis recesserit & auolauerit, tunc indicendum ieiunium, tunc recipien-
dus est luctus. Hæc Beda maximè ex Hierony. in Matth. Petrus Chrysolog. serm. 31. reducit Pet. Chrys.
nomen sponsi ad Christum, in eam nimirùm sententiam, quam Beda secutus est. Interroga-
tus Ioannes, inquit, sponsum esse sic testatus est Christum. Qui habet sponsam, sponsus est:
C amicus autem sponsi, qui stat, & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Conue-
nienter ergo discipulis Ioannis magistri sui voce respondit: vt vel illi crederent, & non co-
gerent tempora sponsi læta tristis intrare ieiunij: quia qui quærit sponsam, ieiunia seponit,
relinquit austera, totum se dat gaudiis, epulis indulget: totus blandus, totus amabilis, totus fe-
stiuus incedit, & facit totum quod sponsæ tenera requirit affectio. Christus ergo, qui tunc
Ecclesiam desponsabat, indulgebat mensis, conuiuantibus se non negabat: humanum, *Quod Mõ-*
comem, blandum se pia charitate reddebat, donec diuinis humana coniungeret, & *tani ieiu-*
faceret de terrena societate cœleste conuiuium. Cæterùm ex hoc loco Montanus, Pris- *nium.*
ca, & Maximilla statim post Pentecostes festum alteram Quadragesimam instituerunt. Tertull.
Tertullianus libro de ieiuni. contra Psychicos. Certè, inquit, in Euangelio illos dies ieiuniis *Non ieiu-*
determinatos putant, in quibus ablatus est sponsus: & hos esse iam solos legitimos ieiunio- *namus post*
D rum Christianorum, abolitis legalibus & Propheticis vetustatibus. Atqui, vt scribit Hie- *Pascha.*
ronymus, Epist. ad Marcell. Vna tantùm Quadragesima ieiunandum est, ne si iuxta Hierony.
Montani sententiam duas Quadragesimas obseruemus, duos saluatores passos esse pute-
mus. Inde fit, vt teste Tertull. lib. de corona militis, à Paschate ad Pentecosten vsque Tertull.
gaudeamus, & die Dominico ieiunium nefas esse putemus: Quòd, vt obseruat Thomas Thomas.
in Matthæum his maximè temporibus & præsentiam sponsi, & Euangelicæ legis veri-
tatem recolamus. Interim tamen suos monebat de persecutionibus, fame, & siti, quæ
passuri essent post suam in cœlum ascensionem, & de necessaria interpellatione ad De-
um per ieiunia, quoties tribulationes exurgerent, aut aliquid à Domino impetraturi es- Tertull.
sent, vt ostendit Tertullianus libro de Ieiunio, & Basilius sermonibus duobus de eodem. Et Basilius.
hoc tempus prædixerat eis, dicens Ioan. 16. Vos plorabitis, mundus autem gaudebit. Sicut
E enim illi, qui ante Christi aduentum, eiusdem præsentiam requirebant, ieiuniis sese ad-
strinxerunt: ita post mortem eius, & gloriosam in cœlum ascensionem, vt præsens nobis
ille adsit auxiliator, & animas nostras mortificatas illi dedicemus, ieiuniis humiliamur.
Alia etiam ratio adducitur à D. Thoma in Matth. quare tunc non tenerentur Apostoli ie- Thomas.
iunare: Quia, inquit, ieiunium eligendum est, in quantum castigat carnem, ne contra spiri-
tum inualescat: sed cùm erat præsens, custodiebat eos ab excessu. Ideò non oportebat eos ie-
iunare. Vnde in Ioan. 17. Pater, cùm eram cũ eis, conseruabam eos. Sed Ioannes Baptista non
habebat hanc virtutẽ: Ideò ieiunare debebant eius discipuli: sed quando Christus ablatus fuit,
eos oportuit ieiunare. Vnde Paulus dicit 1. Cor. 9. Castigo corpus meũ, & in seruitutẽ redigo,
&c. Sunt enim multæ ieiuniorũ causæ: aliæ quidem tendunt vt caro dometur, & his externis
afflictionibus humilietur: alię, que mẽtis rationẽ habent, vt ipsa viuacior, & in Deũ sit intẽsior.
Olim verò, patres illi, qui desiderio Messiæ tenebantur, quoties se propter peccata magnis qui-
busdã tribulationib⁹ opprimi videbãt, eapropter maximè ieiunarũt, & animas suas humiliarũt,

ne Deus auerteret ab eis lætitiam salutaris sui,& prouocatus hominum sceleribus,irritas fa- F
ceret promissiones suas de sponso illo venturo. Ob hanc causam ieiunauit Moses, vt mitte-
ret semen promissum,nec propter peccata populi,promissiones suas retardaret.Deuter.9.Sic
Helyas videns omnes in idololatriam rapi tempore Iesabel, ieiunauit,13. Reg.19. Eapropter
Daniel(cap.9.)luxit,& à carnibus & vino abstinuit,Dominum propitium redditurus, quem
propter scelera populi sui infensum esse videbat.Et sicut nunc Christus,ait, *tunc auferetur ab*
eis sponsus, & ieiunabunt: sic & illi timentes penitùs Messiæ expectationem propter suorum
horrorem scelerum rescindendam esse,ieiuniis misericordiam Dei prouocare contenderunt.
Sic populus,Exod.33.audiens Deum cum iis proficisci nolle, quòd eorum impietates auer-
saretur,luxit:Tandem etiam (Num.14.)cùm audiisset nullum ex suis in promissionis terram
inducendum esse.Dauid verò commisso adulterio,& ieiunat,& in sacco & cinere cubat,(Ps.
50.)& istud rogat:Redde mihi lætitiam salutaris tui,& spiritu principali confirma me. Nunc G
verò cùm timeamus,ne fortè relicta expectatione introëundi in illam requiem, propter sce-
lera nostra excludamur,& sponsus ipse Christus dicat illud, quod se fatuis virginibus dictu-
rum minatur,Nescio vos:ne fortè ille penitùs nos deserat, nunc & ieiuniis & precibus illum
prouocamus,vt maneat nobiscum in æternum. *Dicebat autem & hanc similitudinem ad illos:*
qua ostendit discipulos ad ieiunium tum temporis arctandos non esse, tum propter vetusta-
Bonauent. tem conuersationis,inquit Bonauent.in Luc.tum propter fragilitatemcarnis,tum etiam pro-
pter dissuetudinem affectionis.Hanc autem discipulorum consolationem exprimit Euange-
lista,sub tripartita metaphora, scilicet veteris vestis, veteris vtris, & veteris vini. *Nemo autem*
prudenter agens *immittit*,& suendo transfert & inserit,*commissuram*, id est iuncturam & par-
ticulam *panni rudis*,noui,pilosi,spissi,*in vestimentum vetus*,vt illud reparet: *tollit enim plenitu-*
dinem eius à vestimento,id est,deformat hoc ipsum vestimentum,& pannum etiam nouum,vt H
ei sua tunc commissura deesse manifestò appareat:quæ non tam manifestò appareret,si pan-
nus similis insereretur:*& peior scissura fit* in panno nouo,quàm in panno vetere,qui aptè scis-
sus ei parti,quæ disrupta est,commodè aptaretur. Eandem similitudinẽ sequitur Horatius
lib.de arte Poëtic.cùm res dispares & omninò dissimiles malè copulari ostendit.

Horatius. *-Siue vnus & alter*
Assuitur pannus,ceu lucus & ara Dianæ.

Euthymi⁹. Euthymius hoc ita explicat in Matth. Integritas quidem panni noui, cùm sit fortis & dura,
tollit & detrahit à veste detrita quantumcunque acceperit, & maior ruptura fit: ideò illum
veteri vestimento assui non oportet. Ita neque ego nunc vetustati ac debilitati discipulorum
immitto duriciem ac robur ieiunij,ne amplius deterantur, non potentes ferre quod immis-
Chrysost. sum est:sed cõdescẽdẽdo imbecillitati eorum,donec Spiritu sancto renouentur. Chrysosto- I
mus hom.5.Op.perf.in Matth.Tale namque est quod dicit, Nondum discipuli mei ad ma-
iora conscenderunt,nondum spiritu renouati sunt:propterea eiusmodi indulgentia adhuc e-
gent,vt maiora sibi pondera imponenda non sint. Hoc autem dicebat, leges iam discipulis
atque regulas præbens,vt cùm etiam ipsi abhorrerent Gentes,nunc & eosdem sibi discipulos
Hierony. asciscant, & mites erga eos & suaues sint.Hieronymus in Matth.Recurrit igitur ad hanc sen
tentiam, ac si diceret: Donec renatus quis fuerit, & veteri homine deposito, per passionem
meam, nouum hominem induerit,non potest sæuiora ieiunij continentiæ sustinere præce-
pta:ne per austeritatem nimiam,etiam crudelitatem,quam nunc haberevidetur,amittat.Duo
autem exempla posuit:& vtrium veterum,& nouorum.Testamẽti veteris vtres debemus in-
telligere Scribas &Pharisæos.Plagula vestimenti noui,& vinũ nouum,præcepta Euangelica
Quæ commissura pãni veteris. sentienda:quæ non possunt sustinere Iudæi,ne maior scissura fiat.Tale quid & Galathæ face- K
re cupiebant,vt cum Euangelio legis præcepta miscerent, & in vtribus veteribus mitterent
vinum nouum.Sed Apostolus ad eos loquitur,ad Gal.3.O insensati Galathæ,quis vos fascina-
uit veritati non obedire? Sermo igitur Euangelicus Apostolis potiùs, quàm Scribis & Pha-
risæis est infundendus, qui maiorum traditionibus deprauati, sinceritatem præce-
ptorum Christi non poterant custodire. Alia est enim puritas virginalis animæ, & nul-
la prioris vitij contagione pollutæ: alia eius, quæ multarum sordium libidini subia-
cuerit. Designat igitur renouandos esse Apostolos, antequàm præceptis & consiliis E-
Pet.Chrys. uangelicis imbuantur. Petrus Chrysolog.serm.31. Antiquam enim legis supellectilem
dicit Iudaicis studiis attritam,corruptis sensibus,sectis scissam, puris actibus obsoletam. Pan-
num rudem Euangelij nuncupat indumentum. Sed audi pannum, non sciſſuræ partem,
sed principium texturæ.Tunc enim primùm regalis indumenti tela de Christi vellere texeba-
tur,

A tur,de vellere quod dabat Agnus,Agnus Dei qui tollit peccata mundi.Texebatur autem regium veſtimentum, quod in purpureum fulgorem cruor tingeret paſſionis. Meritò ergo Chriſtus hunc pannum rudem Iudaicæ vetuſtati prohibebat immitti, ne peior ſciſſura fieret,ſi Iudaicam vetuſtatem ſcinderet nouitas Chriſtiana. Hac autem ſententia abuſus eſt Marcion hæreticus,vt ſcribit Philaſtrius Brixienſis,lib.de hæreſib. Hinc ſcilicet confingebat alia eſſe à bono,alia à malo Deo,& alium eſſe Deum veteris, alium noui Teſtamenti, quorum creaturæ ita inter ſe diſconueniant,vt pannus nouus à vetere,& vinum nouum à veteribus vtribus.Verùm etſi nouum & vetus Teſtamentum differant,non tamen opponuntur,ſicut nec pannus panno,nec vter vtri,nec vinum vino. Differunt enim non ratione naturæ, ſed bonitatis & nouitatis,quòd vinum altero ſit melius & perfectius. Vocat autem vtres, & non dolia,quibus vinum includatur.Solebat enim vetuſtas vina, ſicut & oleum, in pellibus B caprarum & hircorum,quemadmodum nos in doliis vinariis,condere.Qui igitur rei vinariæ docti ſunt, nouum vinum nouis condũt vtribus, & antiquũ veteribus. Nã qui nouũ condũt veteribus,duplici damno afficiuntur.Muſto enim efferueſcente diſſiliũt vtres, & perit vinũ. Et hoc eſt quod adiicit: *Alioquin rumpuntur vtres,& vinũ effunditur,& vtres pereunt:ſed mittunt vinum nouum in vtres nouos,& ambo conſeruãtur.* Aug.lib.de hæreſ.Ad quod vult Deũ.in hæreſ.62. Aſcitæ,inquit,ab vtre ſic appellati ſunt. Ἀσκὸς enim Græcè,Latinè vter dicitur, quẽ perhibẽtur inflatum & opertũ circumire bacchantes, tanquã ipſi ſint Euangelici vtres noui, nouo vino repleti:ac ſi verò Chriſtus ebrietatẽ, & Mænadũ Bacchantumq; choreas hac ſententia ſuis commendaret,vt temulenti tandẽ fatui ab omnibus proſpicerentur.Petrus Chryſolog ſer.31.Vtres igitur veteres Iudæos vocat:nouos vtres nuncupat Chriſtianos: quia ſicut vtres pellium ab omni ſqualore purgantur,& pigmentis liniuntur odoratis, vt ſaporem vini C poſſint inuiolabilem cuſtodire:ita ieiuniis corpora humana ab omni carnalium delictorum ſqualore purgantur, & fiunt vtres diuinis torcularibus apti, vt de prælo crucis accipiant vinum nouum,& incorruptam nouitatem reſeruent.Sed hoc ſicut accipiunt Chriſtiani,ita Iudæi,niſi Chriſtiani fuerint,non habebunt,qui corrupti vitiis, & inueterati malis, vinum notum,quod eſt Euangelij verbum,ſi acceperint,& rumpuntur, & fundunt.Auguſtin.ſer.186. de temp.Carnalitas,inquit, vetuſtas eſt,gratia nouitas eſt:quantocunque homo in melius fuerit innouatus, tanto amplius capit quod verum ſapit: bulliebant Apoſtoli muſto, & muſto bulliente linguæ Gentium profluebant.Idem ſerm.185.Apoſtoli,inquit,ab impia multitudine putabantur ebrij (die ipſa Pentecoſtes)& muſto pleni:& dicebant ad inuicem,Quia muſto pleni ſunt iſti.At verò nouo vino repleti erant, quia Spiritu ſancto iam fuerant innouati, & apparebat in eis,quod ipſe Dominus dixerat: Nouum vinum in vtres nouos mittendum D eſt.Iſtud verò nouum vinum non putemus ſolos tunc Apoſtolos ſuſcepiſſe. Hoc muſto inflammantur, & hoc præclaro poculo quotidie inebriantur etiam corda fidelium, & animæ conuerſorum ad Deum:quod fieri frequenter videmus,quando pro deſiderio ſalutis ſuæ parentes & patriam ſuam fugiunt.Exeunt nullo compellente de terra,& de cognatione ſua, & mortui huic mundo, alios ſpiritaliter inquirunt parentes animarum, & liberi ſub iugo veniunt,& paulò antè elati atque ſublimes humilia affectant, ſuperba faſtidiunt, & cupiunt eſſe quod antè deſpexerant,& odiſſe incipiunt quod fuerant.Præſentium hoſpites,futurorum appetitores, æternam illam patriam contempta temporalium falſitate ſuſpirant. Hoc itaque muſto ſpiritales animæ inebriatæ,& penitùs commutatæ,abſtinentiam deliciis, vigilias dulcibus ſomniis, paupertatem diuitiis anteponunt. Arduum contra vitia laborem, iocundiſſimam putant voluptatem.Dulceſcunt eis vilia,& quæ priùs fuerant pretioſa,vileſcunt. Diligunt inimicos ſuos,Matth.5.& benè faciunt his qui ſe oderunt: non conuitiantur indignantibus,non irritantur in opprobriis,non frangũtur in iniuriis. Prorſus horum nihil ſentiunt propter feruorem Spiritus ſancti,& propter æternam retributionem. Hoc ſpiritali mero calebant martyres, quando abiicientes, & poſt ſe iactantes omnia ſeculi blandimenta, ibant ad paſſiones,obliuiſcentes facultates & affectiones,patrimonia ac matrimonia ſua,& vincentes armatam contra ſe paruulorum pignorum fletibus pietatem, vociferantes quidem parentes,puluerem mittentes in capita ſua,& matres facies ſuas auulſis crinibus dilacerantes. Sed illi hæc omnia tanquam ebrij non videbant,nec cognoſcebant ſuos: quia infuſo præcordiis ſuis Spiritu ſancto,ad dolores, ad ſupplicia, tanquam ad conſolationes & ad præmia feſtinabant. Theophilactus & Euthym.in Matth.his verbis interpretantur, Non oportuiſſe Dominum mox ab initio diſcipulis rudibus grauiſſima quæque imponere, donec per Spiritum ſanctum renouarentur.Euthymius:Optimum enim,inquit, œconomum diiudicare oportet

Philaſtri°. *Qui pãnus vetus & recens.* Auguſtin. *Aſcitæ hæ retrei ab vtre.* Per. Chryſolog. *Qui vtres veteres,& noui.* Auguſt. *Quid vetuſtas.* Idem Aug. Theophil. Euthym. *Non ſtatim Chriſtus di*

Discipulos ieiuniis astrinxit.

vini naturam, & vtrium fortitudinem, ac vetuſtatem. Nunc ſiquidem veteres adhuc ſunt diſ- F
cipuli, quod ad fortitudinem vtrium ac vetuſtatem ſpectat, nondum ſcilicet renouati. Pro-
pter quod etiam alio loco dicit eis: Multa habeo quæ vobis dicam, ſed nunc portare non po-
teſtis. Vtraque, inquit, conſeruantur, vinum videlicet, & vtres: illud quidem retentum, hi au-
Rupertus. tem retinentes. Rupertus lib. 8. in Matth. Benè igitur, cùm dicere poſſet, Ieiunandum erat vſ-
que ad me, & cùm receſſero, ieiunandum erit poſt me, ſecundum veritatem ſcripturæ Pro-
pheticæ, cuius iam ſuprà mentio facta eſt, maluit ſermonem ſuum ſic temperare, vt & futuris
Sat citò, ſi ſat bene. innoteſcens res, eos ſecum ſeruaret, & præſentes qui tunc erant, per inuidiam non perderet. Quid
de eo, quod ſubiungit protinus, Sed vinum nouum in vtres nouos mittunt, & ambo conſer-
uantur? Numquid vel ipſi filij ſponſi, ſuper quibus non ieiunantibus quæſtio hæc mota erat,
iam vtres noui erant? Non iam omninò noui, ſed capaces erant ſanctæ nouitatis. Propterea
quodam loco dicebat & ipſis: Adhuc habeo multa vobis dicere, ſed non poteſtis portare mo- G
dò. Quando ſunt omninò innouati? Quando acceperunt Spiritum ſanctum poſt reſurrectio-
nem eius, cuius gratia nouos homines efficit: tunc vinum nouum miſſum eſt in vtres nouos,
& ambo conſeruata ſunt: id eſt, reuelata ſunt illis omnia myſteria ſcripturarum, & guſtauerunt
amorem ſponſi, dulcedinémque cœleſtium nuptiarum, & hoc vino inebriati ſalui facti ſunt,
& vinum benè conſeruatum fideliter, quibus iuſſum eſt, refuderunt.

Filia Iairi Archiſynagogi ſuſcitatur: mulier iam à duodecim annis profluuio ſanguinis laborans, fide concepta de attactu fimbriæ veſtimenti Chriſti, ſanatur. H

Matt. 9.	Marc. 5.	Luc. 8.	Ioan.
Hæc illo loquente ad eos, ecce princeps vnus acceſſit, & adorabat eum, dicens, Domine, filia mea modò defuncta eſt: ſed veni, impone manum tuam ſuper eam, & viuet. Et ſurgens Ieſus, ſequebatur eũ, & diſcipuli eius. Et ecce mulier quæ ſanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, accеſſit retrò, & tetigit fimbriã veſtimẽti eius. Dicebat enim intra ſe, Si tetigero tantũ veſtimentũ eius, ſalua ero. At Ieſus conuerſus &	Et cùm trãſcendiſſet Ieſus in naui rurſum trans fretum, conuenit turba multa ad eum, & erat circa mare. Et venit quidam de Archiſynagogis nomine Iairus: & videns eum procidit ad pedes eius, & deprecabatur eum multùm, dicens, Quoniã filia mea in extremis eſt, Veni, impone manum tuam ſuper eam, vt ſalua ſit, & viuat. Et abiit cum illo, & ſequebatur eum turba multa, & comprimebant eum. Et mulier quæ erat in profluuio ſanguinis annis duodecim, & fuerat multa perpeſſa à compluribus medicis, & erogauerat omnia ſua, nec quicquã profecerat, ſed magis deteriùs habebat: cùm audiſſet de Ieſu, venit in turba retrò, & tetigit veſtimentũ eius: dicebat enim, Quia ſi vel veſtimentum eius tetigero, ſalua ero. Et cõfeſtim ſiccatus eſt fõs ſanguinis eius: & ſenſit corpore, quia ſanata eſſet à plaga. Et ſtatim Ieſus in ſemetipſo cognoſcẽs virtutem quæ exierat de illo, cõuerſus ad turbã aiebat, Quis tetigit veſtimenta mea? Et dicebant ei diſcipuli ſui, Vides turbam comprimentem te, & dicis, Quis me tetigit? Et circunſpiciebat videre eam quæ hoc fecerat. Mulier verò timens & tremẽs, ſciens	Factum eſt autem, cùm rediiſſet Ieſus, excepit illum turba: erant autem omnes expectantes eum. Et ecce venit vir, cui nomen Iairus, & ipſe princeps ſynagogæ erat: & cecidit ad pedes Ieſu, rogans eum vt intraret in domum eius, quia vnica filia erat ei ferè annorum duodecim, & hæc moriebatur. Et contigit, dum iret, à turbis comprimebatur. Et mulier quædam erat in fluxu ſanguinis ab annis duodecim, quæ in medicos erogauerat omnem ſubſtantiam ſuam, nec ab vllo potuit curari: acceſſit retrò, & tetigit fimbriam veſtimenti eius: & confeſtim ſtetit fluxus ſanguinis eius. Et ait Ieſus, Quis eſt qui me tetigit? Negantibus autem omnibus dixit Petrus, & qui cum illo erãt, Præceptor, turbæ te comprimunt & affligunt: & dicis, Quis me tetigit? Et dixit Ieſus, Tetigit me aliquis: nam & ego noui virtutem de me exiſſe. Videns autem mulier quia non latuit, tremens venit, & procidit ante pedes eius: & ob quam cauſam tetigerit eum, indicauit coram	I K

A & videns eam, dixit, Confide filia, fides tua te saluam fecit. Et salua facta est mulier ex illa hora. Et cùm venisset Iesus in domum principis, & vidisset tibicines & turbam tumultuantem, dicebat, Recedite: non est enim mortua puella, sed dormit. Et deridebant eum. Et cùm ejecta esset turba, intrauit: & tenuit manum eius, & dixit, Puella surge. Et surrexit puella. Et exiit fama hæc in vniuersam terram illam.

sciens quod factum esset in se, venit, & procidit ante eum, & dixit ei omnem veritatem. Ille autem dixit ei, Filia, fides tua te saluã fecit: vade in pace, & esto sana à plaga tua. Adhuc eo loquente veniunt nuntij ad Archisynagogum, dicentes, Quia filia tua mortua est: quid vltrà vexas magistrum? Iesus autem audito verbo quod dicebatur, ait Archisynagogo, Noli timere: tantummodò crede. Et non admisit quenquam se sequi, nisi Petrum & Iacobum & Ioannem fratrem Iacobi. Et veniunt in domum Archisynagogi, & videt tumultum, & flentes, & eiulantes multum. Et ingressus ait illis, Quid turbamini & ploratis? puella non est mortua, sed dormit. Et irridebant eum. Ipse verò eiectis omnibus, assumit patrem & matrem puellæ, & qui secum erant, & ingrediuntur vbi puella erat iacens. Et tenens manum puellæ, ait illi, Talitha cumi, quod est interpretatum, Puella (tibi dico) surge. Et confestim surrexit puella: & ambulabat: erat autem annorum duodecim: & obstupuerunt stupore magno. Et præcepit illis vehementer vt nemo id sciret: & iussit dari illi manducare.

coram omni populo: & quemadmodum confestim sanata sit. Et ipse dixit ei, Filia, fides tua saluam te fecit: vade in pace. Adhuc illo loquente, venit quidam ad principem Synagogæ, dicens ei, Quia mortua est filia tua, noli vexare illum. Iesus autem audito hoc verbo, respondit patri puellæ, Noli timere: crede tantùm, & salua erit. Et cùm venisset ad domum, non permisit intrare secum quenquam nisi Petrum & Iacobum & Ioannem, & patrem & matrem puellæ. Flebant autem omnes, & plangebant illam. At ille dixit, Nolite flere: non est mortua puella, sed dormit. Et deridebant eum, scientes quòd mortua esset. Ipse autem tenens manum eius, clamauit, dicens, Puella surge. Et reuersus est spiritus eius, & surrexit continuò. Et iussit illi dare manducare. Et stupuerunt parentes eius, quibus præcepit, ne alicui dicerent quod factum erat.

D



T QVI TANGIT PICEM, INQVINATVR AB EA: qui cum pestilente habitat, eius corruptione inficitur: qui sectatur periculum, in eo peribit: Ita qui Deo appropinquat, inueniet gratiam. Terra bona quantum radicibus, tantum sodalitium bonum hominibus prodest. Magnete vicino eleuatur ferrum, adamante franguntur lapides: Christo autem aduenient sanantur omnia, omnia vim eius percipiunt. Hoc nunc audituri sumus in curatione Hæmorrhoissæ, & suscitatione filiæ Archisynagogi. *Introductio.* *Summa.*

Tria enim hæc occurrunt, Principis supplicatio, hæmorrhoissæ curatio, filiæ principis suscitatio. Augustinus libro secundo de consensu Euangelistarum, capite vigesimooctauo. Sequitur enim, inquit, Matthæus adhuc temporum ordinem seruans. *Hæc illo loquente ad eos, ecce princeps vnus accessit, & adorabat eum, dicens: Filia mea modò defuncta est: sed veni, impone manum tuam super eam, & viuet, &c.* vsque ad illud vbi ait, *Et surrexit puella: & exiit fama bona in vniuersam terrã illã.* Dicunt hoc & alij duo, Marcus & Lucas: sed ab isto ordine iã recedunt. Alibi enim hoc recordantur, atq; inserunt, id est eo loco, vbi redit, transfretando à regione Gerasenorum, post expulsa in porcos dæmonia. Nam hoc Marcus ita coniungit post illud apud Gerasenos factum: *Et cùm transcendisset Iesus in naui rursus trans fretum, conuenit multa turba ad illum, & erat circa mare. Et vent quidam de Archisynagogis nomine Iairus, & videns eum procidit ad pedes eius, &c.* Ac per hoc intelligendum est, hoc quidem de Archisynagogi filia factum esse, cùm Iesus naui rursus trans fretum vectus esset: sed quantò pòst, non apparet. Nisi enim fuisset interuallum, non esset, quando fieret quod modò narrauit Matthæus in conuiuio domus suæ: tanquam de alio quippè narrauit, more Euangelistarum, quod de se ac domo sua gestum erat. Post quod factũ *Augustin.* *Conciliatio Euangelistarum.*

aliud nihil continuò sequitur quàm de Archisynagogi filia. Sic enim ipse connectit, vt ipse transitus apertè indicet hoc consequenter narrari, quod & consequenter factum est. Quãdo quidem cùm superiùs commemorasset quæ de panno nouo, & de vino nouo Iesus dixerit, continuò subiecit, *Hæc illo loquente ad eos, ecce princeps vnus accessit:* ac per hoc, si hæc loquente illo accessit, nihil aliud factorum dictorúmque eius interpositum est. In narratione autem Marci potest locus interponi: sic enim & Lucas, cùm post narratum apud Gerasenos miraculum transiit ad narrandum de Archisynagogi filia: non sic trãsit, vt renitatur Matthæo, qui post illas de panno & vino similitudines hoc gestum esse demonstrat, dicendo: *Hæc illo loquente.* Iste quippè cùm terminasset quod apud Gerasenos factum narrauerat, hoc modo transit in aliud. *Factum est autem,* inquit, *cùm rediisset Iesus, excepit illum turba. Erant enim omnes expectantes eum. Et ecce vir, cui nomen Iairus, & ipse princeps synagogæ erat: & cecidit ad pedes Iesu, &c.* Et sic intelligitur, quòd turba quædam illum continuò excepit domum, quippè quem rediturum expectabat. Quod verò adiunxit, *Ecce vir cui nomen erat Iairus:* non continuò factum accipiendum est, sed priùs illud de conuiuio publicanorum, sicut narrat Matthæus. Cui rei sic coniungit hoc, vt non possit aliud factum consequenter intelligi. Rupertus in Matth. Nequeo satis admirari pulchritudinem gloriæ & honoris in facie filij huius hominis, in mirabilibus huius gestis, secundum dispositionem, quam sic diuinus Euangelista disposuit. Quid enim sibi vult, quòd dum interrogatus de ieiunio respondit, & non ieiunantes excusat filios sponsi, res gesta protinus subsequitur, huiusmodi de muliere, quæ talem ob causam tanta cum fide fimbriam vestimenti eius tetigit? Quid, inquam, sibi hoc vult, nisi vt insinuet factis, quod (sicut iam dictum est) nondum expediebat palàm ostendere verbis, so illũ esse virum, de quo in Zach. 7. loco suprà commemorato? Cùm item de ieiunio fuisset interrogatus, idem dicentibus, Nũquid mihi flendum est in mense quinto, vel sanctificare me debeo, sicut iam feci multis annis: ita responsionem suã terminauit, vt diceret, Vsquequò venient populi, & apprehendent decem homines ex omnibus linguis Gentiũ fimbriam viri Iudæi, dicentes, Ibimus vobiscum? Hæc ergo dispositio valde venerabilis, & pia consideratione honoranda est. Quid enim aliud est, quod in Propheta prædixit, post responsum de ieiunio, In diebus illis apprehendent decem homines ex omnibus linguis Gentium fimbriam viri Iudæi: quàm quod hîc significari voluit per mulierem, quæ fimbriam vestimenti eius tetigit, & sanata est à fluxu sanguinis? Hæc namque mulier forma fuit omnium Gentium, quæ profectò in eum credendo, cuius faciem antè non viderant, quodammodò retrò accedunt, & sequendo vestigia eius, id est, custodiendo præcepta eius, reuera fimbriam vestimenti eius tangunt. Et quid erat iuxta hunc sensum sanguinis fluxus, nisi peccatorum illuuies, maximéque sordidus idololatriæ cultus? Porrò filia Archisynagogi, pro qua rogatus erat, & ibat, synagogam designabat. Cæterùm Lucas nomen istius & dignitatem exprimit. *Vir,* inquit, *cui nomen Iairus, & ipse princeps erat synagogæ.* Chrysostomus hom. 32. Oper. perf. in Matt. Opus iam sermonibus adiungitur, inquit, & Pharisæi magis confunduntur. Nam & qui accessit, synagogæ princeps erat, & luctu magno premebatur. Vbi primùm diuina prouidentia obseruanda est, quæ è multis pessimis principibus aliquos reseruauerit, qui fidem amplectantur, ne grauior Ecclesiæ suæ immineat afflictio. Sic reseruatus est Abdias sub Helya, Cusi sub Dauide, qui dissoluerit consilium Achitophel: Ionathas sub Saule, qui Dauidi faueret: Ruben inter fratres, qui Ioseph um deploraret. Quot autem olim fideles milites & reges temporibus Decij & Diocletiani? Fuit Agbarus rex Edessæ Christo, Festus Paulo. Quinetiam afflictionibus seu domesticis, seu publicis, multi ad fidem inuitati sunt, & impletum est in illis, quod dicit Psaltes, In chamo & freno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te. Et alibi: Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. Sic credit Centurio viso terræmotu, fatentur turbæ sanato paralytico, & visis miraculis Nicodemus ait: Nemo potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. Hic igitur cùm videret filiam spiritum agentem, *accessit & adorauit eum:* ἐλθὼν προσεκύνησεν αὐτῷ. Lucas, *cecidit ad pedes eius, rogans.* Quid hoc, cùm scriptum sit, Vnum Deum adorabis? Nam & facto & verbis adorationem protestatur: gestu, procumbit: verbis, quia excitari filiam postulat. Atqui ait rex Israel, Num Deus ego sum, qui possum suscitare & viuificare? Ergo Christum Deum fatetur. Psaltes: Adorent Deum omnes Angeli Dei. Vt ignis in ferro, ita magis coniuncta diuinitas: immò Christus est, ait Damascenus. Et quidem legimus plura adorationum genera, vt obseruat Augustin. to. 4. super Genes. qu. 21. Nam Genes. 23. Abraham adorauit filios terræ Heth. Genes. 33. Iacob septies Esau. Gen. 27. ad Iacob dictũ est, Adorent te tribus, esto dominus fra-

Rupertus.

Quid significat filia Archisynagogi. Chrysost.

Deus aliquos sibi reseruat.

Adoratur Christus.

Damasce. August. *Adoratio multiplex.*

A nus fratrum tuorum,& incuruentur ante te filij matris tuæ. Gen.49.Iuda, adorabunt te filij patris tui.2.Reg.14. Mulier Thecuitis adorat Dauidem. Fuit hæc adoratio politica & ciuilis. Sed quis hæc tria simul coniunxit, vt adoraret,domum vocaret,& mortuum aliquem suscitari postularet? Accessit vtique Sunamitis ad Helyam, 4. Reg.4. & tenuit pedes eius,& ait, *Scio quia vir Dei es tu:* sed non agnouit ipsum Dominum. Cæterùm quòd iste cecidit in terram, protestatio humilitatis est. Tertullianus lib.de orat. Quis rectus,inquit,regem supplicaturus,aut sedens, vt gratiam impetret? Esa.60. Venient ad te curui filij hominum. Ps.131. Adorabimus in loco,vbi steterunt pedes eius. Et ait, *Domine,filia mea modò defuncta est : sed veni, & impone manum tuam super eam,& viuet.* Lucas filiam hanc vnicam fuisse, eamque duodecim annorum scribit, vt calamitatem istius principis exaggeret:cùm spes esset proxima collocandi eam nuptui, & ex ea contrahendæ cognationis. Nec quidem dissonant Marcus & Lucas à Matthæo, vt obseruat Euthymius. Verisimile est enim primùm dixisse eum, *in extremis est,* iuxta Marcum:aut quòd etiam *moriebatur,* iuxta Lucam: & tandem quòd mortua esset, iuxta Matthæum. Moriebatur enim, cùm iter conficeret, & ad Iesum veniret: sed vbi venit, certò sciuit esse defunctam. Thomas Aquinas huius quæstionis resolutionem complectitur ex Augustino, cap.28.lib.2.de cons.Euangel. & Chrysostomo hom. 32. prior.expositionis in Matth. Soluit Augustinus,inquit: quia quando iste Iairus recessit,iam erat in extremis, & credebat quòd eam non inueniret viuam. Ideò magis petebat vt veniret,& suscitaret eam,quàm vt curaret. Vnde dicit, *Filia mea modò defuncta est,* &c.quasi dicat,Credo quòd iã mortua sit. Alij igitur dixerunt secundum quod fuit:sed Matthæus ad intentionem retulit. Ideò Augustinus dat bonum documentum, quòd non est necessarium quòd eadem verba referantur, sed sufficit quòd solùm intentio dicatur. Sed quare dixerunt famuli, *Noli vexare magistrum?* Videtur hoc fuisse incredulitatis. Dicendum quòd hoc verum esset, si hoc dicerent ex intentione Domini : sed ipsi nesciebant eius intentionem. Chrysostomus sic exponit. Consuetudo est aliquorum, quando volunt mouere ad pietatem, exaggerant malum. Ideò vt magis moueret eum, dixit, *Defuncta est.* Theophil.in Matth. Defunctam autem esse dicit filiam, quamuis apud Lucam dicatur nondum defuncta. Dicit autem velut coniectans, eò quòd reliquerat cã extremum iam exhalantem spiritum:vel vt augens calamitatem,quoad misericordiam prouocaret Christum. Porrò quod ait, *veni,& impone manum tuam,& viuet:* fidem habet infidelitati coniunctam,vt obseruat Chrysostom.hom.32.in Matth. Credit enim ipsum suscitare filiã posse,sed non nisi præsentem: vtique Naaman similis,qui dicebat, Putabam quòd egrederetur ad me Propheta, & tangeret manu sua locum lepræ, & sanaret me. *Et surgens sequebatur eum,& discipuli eius.* Ne fortè inimicis suis eum defuisse putemus,quoties ab illis rogatus est. Facilior enim est inimicis quàm amicis,vt illos hac facilitate ad cognitionem veritatis reduceret. Es.30. Statim vt audierit,respondebit tibi Dominus. In quo exemplum Prælatis dabat, vt nihil morentur, quoties aliquem periclitari viderent in fide. Sed & in discipulis exemplum obedientię demonstratur, qui tam prompto animo Christum sequantur. Eusebius Emisienus in hom. Quid autem,inquit, per hunc principem,nisi Abraham, Isaac & Iacob, Moysen & Aaron, & cæteros illius populi principes intelligimus,qui semper pro filiæ suæ,id est, synagogæ morte & cæcitate ad Deum accedunt & intercedunt? Rogant igitur Dominũ vt veniat, imponat manum suam super eam, & viuet. Omnes enim Patriarchæ & Prophetæ hoc orabant,omnes Christi aduentum expectabant & desiderabant. Venit tandem Dominus Iesus: sed pro itineris longitudine,nondum ad puellam peruenit,nõdum super eam manum posuit, adhuc mortua iacet. Ipse tamen ad eam vadit,& simul cum eo discipuli eius. Quotidie enim ad huius puellæ resurrectionem, quotidie ad synagogæ conuersionem propinquamus. Priùs tamen altera mulier sanabitur, quàm ad istam perueniamus: quia cùm plenitudo Gentium introierit,tunc Israel saluus fiet. Sed quid est, Filia mea modò defuncta est? Quid est, modò? Modò, inquit, venisti, modò prædicare cœpisti, modo filia mea defuncta est. Venit medicus,venit sanitas & vita:quando sanari & conualescere debuit, tunc defuncta est filia mea. Nisi enim venisses, & locutus eis fuisses, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Sic igitur mortua est filia mea : sed veni, impone manum super eam, & viuet. *Et surgens Iesus sequebatur eum, & discipuli eius.* Meritò iste princeps vocatur Iairus, quem Iesus sequitur & discipuli eius. Iairus enim, illuminatus interpretatur. Vnde benè Patriarchas & Prophetas significat, quorum oculos Spiritus sanctus illuminauit, quibus incerta & occulta sapientiæ suæ mysteria reuelauit. Hos autem sequitur Iesus & discipuli eius,quia eadem via misericordiæ & iustitiæ gradiuntur

Ista adoratio Christi fuma fuit.

Tertull.

Concilianˉtur Euangelistæ.

Euthym.

Tho. Aqu. Augustin. Chrysost.

An famuli Archisynagogi dissentirent.

Chrysost. Theophil.

Chrysost. *Christus inimicis æquè vt amicis facilis.*

Euf.Emiss. *Mysticus huius rei sensus.*

omnes: & quod illi prænunciauerunt, hoc isti facere & adimplere contendunt: illi loquendo F & prophetãdo præcedunt, isti agendo & confirmando sequuntur. *Et ecce mulier hæmorrhoissa.* Lucas, *Contigit, à turbis, dum iret, comprimebatur.* Sicut stellæ solẽ, aquilæ corpus, & radij lumẽ: ita populus nouitate rei ductus Christum sequebatur. Secundò mulier hæc in medicos omnia sua prodegerat, nec curata est, ait Lucas. Deus de terra prouocauit medicinam, sed medica plus valet arte Deus. Sunt qui existiment hanc fuisse Martham Mariæ sororem, quòd legant apud Ambrosium in Luc. dæmonia è Maria eiecta, sanguinem autem retentum in Martha. Verùm militat in hanc opinionem quod refert Marcus, istam in medicos omnem suam substantiam dissipasse: manifestum tamen sit ex progressu Euangelij, Martham diuitem fuisse, vt quæ Dominum & discipulos exceperit, & ei de suis facultatibus contulerit: Demũ quòd historiæ Ecclesiasticæ scriptores asserunt hanc fuisse è Cæsarea Panneas, cùm tamen recenseatur castellum Mariæ & Marthæ sororum. *Cùm audisset ergo de Iesu, venit in turba* G *retrò.* Non ausa est se ingerere in faciem Christi, quòd & morbum, & peccata sua erubesceret, nec quidem de Christi sanctimonia dubitaret. Nec enim ignorabat mulierem, quæ fluxũ sanguinis patiebatur, apud Iudæos immundam esse, vt legitur Leuit. 12. Ideò Christum, quamdiu domi erat, non aggressa est, sed in ipsa via, etiam retrò, ne quis hanc temerariam existimaret. Augebat illius miseriam, quòd per duodecim annos hunc morbum pateretur. Vnde & tantò magis eius fides & patientia probatur, & miseratione digna obiter intelligitur. Tantò verò Christi potestas commendabilior est, quantò audiemus prorsus insanabilem hunc morbum fuisse. Hilarius in Matth. Cùm, inquit, persona principis huius orantis meritò in typũ legis aptetur, hinc quidem Dominus opem spopondit: sed prior cum Apostolis peccatorum turba saluatur. Et cũ primũ iuxta electionẽ, quæ ex lege destinabatur, viuere oportuisset: anterior tamen in mulieris specie salus publicanis & peccatoribus redditur. Ambrosius lib. 6. H Comment. in Luc. Ad hanc ergo principis seu legis filiam synagogam dum properat Dei Verbum, vt saluos faceret filios Israël, sancta Ecclesia ex Gentibus congregata, quæ in inferiorum lapsu criminum deperibat, paratam aliis fide præripit sanitatem. Moraliter hunc locum satis putauimus exprimendum: & ideò non illa quæ dicta sunt, recensemus, sed mystica volumus breui sermone perstringere. An non ita factum est, vt Dei Verbum, cùm venisset ad Iudæos, asciscereturà Gentibus, & priùs ab illis qui in legem non crediderunt, in gratiam crederetur? Nam sicut illa, quæ in medicos erogauerat omnem substantiam suam: ita etiam congregatio Gentium amiserat omnia dona naturæ, & patrimonium vitale prodegerat, sancta, verecunda, religiosa, fide promptior, pudore constantior. Hoc enim pudoris & fidei, agnoscere infirmitatem, non desperare veniam. Verecunda ergo fimbriam tetigit, fidelis accessit, religiosa credidit, sapiens sanatam se esse cognouit. Sic sancta plebs Gentium, quæ Deum credidit, peccatum erubuit vt desereret, fidem detulit vt crederet, deuotionem exhibuit vt rogaret: sapietiam induit, vt sanitatem suam & ipsa sentiret: fiduciam sumpsit, vt fateretur quod præripuisset alienum. Cur autem retrò tangitur Christus? An quia scriptum est, Post Dominum Deũ tuum ambulabis? Quid etiam sibi vult, quòd & principis filia annorum duodecim moriebatur, & mulier ista ab annis duodecim fluxu sanguinis laborabat, nisi vt intelligatur, quia quamdiu synagoga viguit, laborauit Ecclesia? Defunctus illius, huius est virtus: quia illorum delictũ, salus Gentium: & consummatio illius, huius exordium est: non naturæ exordium, sed salutis: quia cæcitas ex parte in Israel contigit, donec plenitudo Gentium intraret. Non igitur tempore, sed specie sanitatis antiquior synagoga, quàm Ecclesia, quia quandiu illa credebat, ista non credidit, & per vias corporis atquæ animæ passiones immedicabili remedio ægra languebat. Audiuit ægrotare populum Iudæorum: sperare cœpit salutis suæ remedium: tempus venisse I cognouit, quòd medicus adesset è cœlo: surrexit vt occurreret verbo: vidit quia comprimebatur à turbis. Non enim credunt qui comprimunt, credunt qui tangunt. Fide tangitur Christus, fide creditur Christus: non corpore tangitur, non oculis comprehenditur. Neque enim videt, qui videns non videt: neque audit, qui ea quæ audit, non intelligit: neque tangit, qui nó fideliter tangit. Cæterùm ista mulier *tetigit fimbri am vestimenti eius:* hoc est, inferiorem partẽ vestimenti. Hoc loco asserunt expositores, estque probabile, quòd Christus portauerit vestimentum iuxta consuetudinem Iudæorum, videlicet cum quatuor fimbriis. Legitur quippè in Num. quòd cùm Dominus præcepisset hominem sabbato ligna colligentẽ lapidari, eò quòd præceptum de sabbati celebratione fuisset transgressus, iussit Dominus vt filij Israel facerent sibi fimbrias quatuor, (Num. 15.) per quatuor angulos palliorum, ponentes in eis vittas hyacinthinas, quas cùm viderẽt, recordarentur omnium præceptorum Domini. *Dicebat enim in-*

Quæ fuerit Hæmorrhoissa.

Verecũdia.

tra se,

A *tra se*, vtique eam inspirãte Deo, *Si tetigero tantùm fimbriam vestimenti eius, salua ero.* Hilarius in Matthæum. Est autem in simplici intelligentia magna virtutis Dominicæ admiratio: cùm potestas intra corpus manens, rebus caducis efficientiam adderet sanitatis, & vsque in fimbriam operatio diuina procederet. Non enim diuisibilis & comprehensibilis erat Deus, vt corporea re clauderetur. Ipse enim dona in spiritu diuidit: cæterùm non diuiditur in donis. Thomas Aqu. in Matth. huc refert ea quæ leguntur Psal. 132. Sicut vnguentum in capite quod descẽdit in barbã, barbã Aaron, quod descendit in oram vestimenti eius, vt intelligamus Christi gratiã à diuinitate profluere in humanitatẽ, & à carne in Apostolos, seu in vestimenta eius. Nec quidem mirum. Nam si baculo Helisæi tanta virtus inerat, vt & ipsum Giesi filio Sunamitidis mortuo superponeret, quid non maius de Christi etiam vestimẽtis credendum est? Dionys. Carthusianus in Matth. Tantam igitur credidit Christo sanctitatem ac po- Hilarius. Tho. Aqu. *Virtus Christi in carnẽ & vestimenta.* Dion. Cart.

B testatem inesse, vt diffunderetur per vestem, quæ licet in se virtutem sanandi non haberet, tamen inquantum erat operimentum corporis Christi, virtuosum &. efficax fuit vestimentum curandi, interiori virtute redundante ad exteriora. Euthym. in Matth. scribens, ipsos etiam milites, qui Christum crucifixerunt, asserit hanc opinionem de virtute vestimentorum Christi habuisse, & ideò sortes misisse, vt quis quid tolleret. Nec minor fides fuit eorum, qui semicinctia & sudaria Pauli malè habentibus imposuerunt vt curarentur, aut qui tantùm vmbram Petri expetebant, vt legitur in Act. Apost. Quid quòd Abdias Babylonicus lib. 9. Certaminis Apostolici scribit, Mesdei regis filium à dæmonio curatum esse, cùm illi pater paulum terræ, supra quam iacuerant D. Thomæ reliquiæ, collo appendisset? Et quidẽ vtriusque, Mesdei scilicet, & istius mulieris fides conferri potest. Nam cùm Mesdei filius correptus esset à dæmonio, inquit Abdias, nec quisquam qui eum sanaret, posset inueniri, successit hu- Euthym. *Christi vestes asseruatæ propter virtutem illis insitam.* Abdias Ba. *Fides mulieris in reliquias.*

C iusmodi Mesdeo sententia, vt diceret: Vado, & aperio sepulcrum, & tollens ossa de corpore Apostoli, suspendam filio meo, & curabitur. Ascendebat igitur secundum cogitationes Mesdeus ad montem, & reuelauit se Thomas, dicens: In viuentes non credidistis, & in mortuos credetis? Sed ne timeas, miserebitur tui Dominus Iesus, & exhibebit tibi viscera misericordiæ suæ propter bonitatem suam. Verùm vbi ascendit Mesdeus, reserato sepulcro ossa inuenire non potuit: quia iampridem reliquias sanctas quidam de fratribus rapuerant, & in vrbe Edessa sepelierant. Ea tamen quæcunque rex in sepulcro reperit, humi vel stercoris, supra quæ iacuerant reliquiæ Apostoli, auferens Mesdeus, & alligans filio suo, ait: Credo tibi, Christe, nunc, quia recessit à me ille qui hominum turbat affectus, ne ad te visendum summa properatione contendam. Itaque vbi suspendit illa puero, statim sanatus est ex illa hora, & factum est gaudium magnum inter fratres super conuersione regis. Huic simile est, quod narrat Epiphan. *Terra super qua iacuit corpus S. Thomæ, abigit dæmonem.* Epiphan.

D lib. de vita & exitu Prophet. de puluere qui è sepulcro Hieremiæ colligitur. Hieremias, inquit, Propheta Anathotides apud Taphnas in Ægypto à plebe lapidibus obrutus occubuit. Iacet verò in eo loco sepultus, quo dudum Pharao rex habitauerat. Quamobrem Ægyptij postea eum magna religione colebant, vbi pluribus se officiis ab illo adiuuari cognouerunt. Aspides enim & vndarũ belluę (quas Nephod appellitãt Ægyptij, Græci verò τὸ ἐχεφοκοδείλους) eos interimentes, postulationis Hieremiæ beneficio ex illis finibus sunt profligati: nec tam aspidum furor, quàm ex flumine ratione pari bestiarum insidiæ. Quique vel hodie adhuc fideles comperiuntur, eodem in loco supplicare consuerunt, & sumpto puluere morsibus aspidum medentur: feræ quoque aquarum hinc aufugerunt. Damascenus lib. 4. de fide Orthod. cap. 16. Christus enim Dominus, inquit, sanctorum reliquias, velut salutiferos fontes præbuit, ex quibus ad nos plurima beneficia manant, suauissimumque vnguentum profluit. Nec verò *Puluis è sepulcro Hieremiæ medicus.* Damasce. *Reliquiarũ sanctarum virtus.*

E quisquam huic sermoni fidem detrahat. Nam si aqua in deserto ex aspera & solida rupe, atque ex asini maxilla ad sedandam Samsonis sitim Deo ita volente prosiliit, eritne cur cuiquam incredibile, videatur, ex martyrum reliquiis suaue vnguentum scaturire? Magnum igitur fidei opus, non autem, vt calumniantur hæretici, superstitionem aggrediebatur hæc mulier, cùm diceret: *Si tetigero tantùm fimbriam vestimenti eius, salua ero.* Chrysostom. hom. 32. in Matth. Non apertè, inquit, sed occultè, cum fide vestem ipsius tetigit. Cum fide, dixi: quoniam non dixit, Liberabórne ab hac ægritudine, si vestem eius tetigero, an non? Sed non dubitans sanitatem se ab huiusmodi tactu consecuturam, accessit. Euthym. in Matth. Magnam, inquit, habebat fidem. Credebat enim, quòd vbi solam vestimenti fimbriam tetigisset, salua fieret, id est, sanaretur. Optatus Mileuit. lib. 5. contra Parmen. Quid, inquit, vobis videtur & illa mulier, quæ de secreto fœminarum, cùm per annos duodecim laboraret, & omnem substantiam suam in medicos erogasset, videns à filio Dei tantas celebrari virtutes, processit in turbam: Iud. 15. Exod 17. Chrysost. *Fides habetur de virtute reliquiarum.* Euthymi. Opt. Mile.

videt & medicum, videt & populum: cogebat illam dolor vt medicinam peteret, pudor impediebat ne causam coram masculis indicaret: inuenit consilium tacita fides. Mittam, inquit, manum meam, & tangam fimbriam vestimenti huius, & sana fiam. Cyrillus Alexandr. ex hoc facto colligit, eos qui cum fide ad sacratissimum Christi corpus accesserint, quod in sacrificio Eucharistico offertur, suarum sanctificationem animarum assecuturos esse. Ille enim lib. 4. in Leuit. Igitur, inquit, sacrificium, propter quod hæc omnia sacrificia in typo & figura præcesserant, vnum & perfectum, immolatus est Christus. Huius sacrificij carnem si quis tetigerit, continuò sanctificabitur, si immundus est: sanabitur, si in plaga est. Sic denique intellexit illa, de qua paulò antè memoraui, quæ profluuium sanguinis patiebatur, quia ipse esset caro sacrificij, & caro sancta sanctorum: quia verò intellexit quæ esset caro sancta sanctorum, idcircò accessit & ipsa. Ipsam quidem carnem sanctam contingere non audet: nondum enim mũdata fuerat, neque quæ perfecta sunt, apprehenderat: sed fimbriam tetigit vestimenti, quo sancta caro tegebatur: & fideli tactu virtutem elicuit ex carne, quę se ab immunditia sanctificaret, & plagam quam patiebatur, sanaret. Non tibi videntur isto magis ordine verba stare posse, quibus per Mosem dicit: Omnis qui tetigerit ex carnibus sanctis, sanctificabitur? Has enim carnes, quas nos expositimus tetigerunt omnes, qui ex Gentibus crediderunt. Has tetigit ille, qui dicebat: Fuimus enim & nos stulti aliquando, & increduli, errantes, seruientes desideriis & voluptatibus variis, in malitia & inuidia agentes, odibiles, odientes inuicem: (ad Tit. 3.) Sed cùm benignitas & humanitas illuxit saluatoris nostri Dei, saluos non fecit per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti. Et alibi dicit: Et hæc, inquit, fuistis, sed sanctificati estis, & iustificati in nomine Domini nostri Iesu Christi, & spiritu Dei nostri. Si enim quis, vt diximus, tangat quidem carnem Iesu eo modo quo superiùs exposuimus, totáque fide ac omni obedientia accedat ad Iesum, tanquam ad Verbum carnem factum, iste tetigit carnem sacrificij, & sanctificatus est. Fidem autem secutus est effectus, vt ne vanam illam fuisse putemus. *Nam confestim siccatus est fons sanguinis eius, & sensit corpore, quia sanata esset à plaga.* Non enim frustra quis credit, & cum summa deuotione vel Christi fimbriam, vel ipsos etiam martyrum pulueres apprehendit. *Et statim Iesus in semetipso cognoscens virtutẽ quæ exierat de illo, conuersus ad turbam ait, Quis est qui tetigit vestimenta mea?* Ita mulierem latere noluit, quæ latere tamen volebat. Chrysostomus hom. 32. in Matth. Primùm, inquit, vt ab omni formidine fœminam liberaret, nec conscientiæ stimulus, quasi furata sanitatem, exagitaretur. Deinde, vt interiora ipsius curaret, quæ putauit latere potuisse. Denique vt fidem eius manifestam faceret, quam alij possent imitari. Propterea non est minus signum secreta cordium scire, quàm flumina sanguinis coërcere. Postremò principem synagogę voluit emendare, ne incredulitate laboraret. Theophil. in Luc. Nam & Iairum in maiorem spem de salute filiolæ suæ, ex hoc quod clam factum erat, eleuabat. *Negantibus autem omnibus dixit Petrus, & qui cum illo erant, Præceptor, turbæ te comprimunt, & affligunt: & dicis, Quis me tetigit?* Verùm alius est pietatis, & corporis tactus. Hic quidem verè tangit, qui fide tangit: etsi etiam tangat, qui solùm corpore Christum contingit. Theophil. in Luc. Hoc non intelligens Petrus, audacter hanc interrogationem reprehendens, dicebat: Tot te comprimunt, & dicis, Quis me tetigit? At Iesus non simpliciter hoc intelligit, sed ac si dicat: Quis me tetigit cum fide? Nã sicut quis habet aures audiendi, alius verò aures habet, & non audit: ita alius quidem tangit cum fide, alius autem appropinquat quidem pedibus, corde autem procul est. Simile est quod dicit Christus, Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo: hoc est enim verè manducare, inquit Augustinus, in Christo manere, & Christũ manentem in nobis habere. Manducat vtique etiam, qui indignè suscipit sacramentum, etsi non verè, id est ad salutem manducet: sicut multi tangebant Christum, & turbæ ipsum comprimebant, etsi ab ea sola se tangi intelligeret, quæ cum fide ad ipsum accessisset, & ab eo salutem nacta esset. Vnde adiicit Christus: *Nam & ego noui virtutem de me exiisse. Et circumspiciebat videre eam quæ hoc fecerat.* Hoc autem interrogat, non quasi id quod factum est, ignoret, quod idem ipse explicat: sed vt mulieris fidem commendet. Tertull. lib. 4. in Marcion. Etiam, inquit, excusantibus discipulis perseuerat ignorantiæ voce: Tetigit me aliquis: idque de argumento affirmat. Sensi enim virtutem ex me profectam. Quid dicit hæreticus? Sciebat personam? Et cur quasi ignorans loquebatur? Vt confessionem certè prouocaret, vt timorem probaret. Sic & Adam aliquando quæsierat, quasi ignorans, Adam vbi es? Habes creatorem cũ Christo excusatum, & Christum creatori adæquatum. Optat. Mileuitanus lib. 5. contra Parmen. Et hoc quidem, inquit, Saluator dixit, ne fructus fidei apud ignorantes latere videretur.

Cyr. Alex.

Quãta virtutis Eucharistia.

Chrysost.

Theophil.

Idem.

Augustin.

Tertull.

Opt. Mile.

A Fulgentius lib.2. ad Trasimundum regem,cap.15. Verùm, inquit,quid igitur hæc virtus,quæ de Domino exiuit? Numquid exeundo discessit,an ad sanandam sic exiens potuit peruenire, vt à Saluatore localiter non esset exire? Quòd si localiter ab eo,qui virtus dicitur, virtus exiuit, dicatur qualiter virtus à virtute discessit. Si verò talis credulitas fidei Christianæ videtur incongrua, non alium putemus illum de Christo virtutis exitum, nisi diuinæ curationis effectum. Tunc enim ad mulierem virtus Saluatoris exiuit, quando in se diuinæ curationis virtutem agnouit. Sic ergo Dei filius, qui est virtus & sapientia Dei, locorum creator & temporum, quemadmodum tempus omne sempiternus præcedit, sic omnem locum immensus excedit. Theophil.in Luc. Noui,inquit, virtutem de me exiisse. Meritò. Prophetæ enim non habebant virtutem de se egredientem, sed gratia Dei operabatur miracula. Iesus verò cùm fons esset omnis boni, & omnis virtutis, habet & virtutem à se egredientem. *Videns autem* B *mulier, quia non latuit, timens ac tremens, sciens quod factum esset in se, venit, & procidit ante pedes eius: & ob quam causam tetigerit eum, indicauit coram omni populo, & quemadmodum confestim sanata est: & dixit ei omnem veritatem.* Ita promptus sanitatis effectus,& Christi verba audaciam ei suggesserant,vt iam neque plebem timeret, nec se ingratitudinis nota culpari sineret. *Ille autem videns eam,dixit: Confide filia, fides tua te saluam fecit: & esto sana à plaga tua: & salua facta est mulier ex illa hora.* Theophilactus in Lucam. Nam dupliciter sanat mulierem Dominus, primùm quidem morbum eius curando, deinde timorem animæ eius excutiendo,per hoc quod dixit,Confide. Idem in Matth. Confide autem dicit ei, eo quòd timida erat:quia furtim donum acceperat. Et filiam vocat,vt fidelem. Ostendit item, quòd nisi habuisset fidem, neutiquam recepisset beneficium, quamuis sanctas contigisset vestes. Tertull. lib.4.in Marcion. Et cui credibile, vt mulier nullius adhuc Dei conscia, nullius adhuc nouæ C legis initiata,legem irrumperet eam,cui adhuc tenebatur? Qua denique fide irrupit? in quem credens? quem spernens? Creatorem? Certè enim ex fide tetigit. Si ex fide creatoris, quæ alium Deum ignorat. Et quomodo legem eius irrupit? Tam eum irrupit,si irrupit, quàm ex fide creatoris. Quomodo enim vtrumque conueniet, vt & irruperit, & ex fide eum irruperit: Misericordiam malle, quàm ipsum sacrificium? qua enim Deum certa erat operari in Christo, ea sic eum tetigit, non vt hominem sanctum, nec vt Prophetam, quem contaminabilem pro humana substantia sciret: sed vt ipsum Deum, quem nulla spurcitia pollui posse præsumpserat. Itaque non temerè interpretata est sibi legem, ea contaminari significantem, quæ essent contaminabilia: non Deum, quem in Christo confidebat. Sed & illud recogitauit, ordinarium & solennem menstrui, vel partualis sanguinis fluxum in lege taxari, qui veniat ex officio naturæ, non ex vitio valetudinis. Illa enim ex vitio D valetudinis redundabat, cui non modum temporis, sed diuinæ misericordiæ auxilium necessarium sciebat. Atque ita potest videri legem non irrupisse, sed distinxisse. Hæc erit fides, quæ contulerat etiam intellectum. Nisi credideritis, inquit, non intelligetis. Hanc fidem probans Christus eius fœminæ, quæ solum credebat creatorem, eius fidei se Deum respondit, quam probauit. Nec illud omittam, quòd dum tangitur vestimentum eius,vtique corpori, non phantasmati inditum,corpus quod demonstrabatur: nō quasi iam de hoc retractemus,sed quia ad præsentem conspirat quæstionem. Si enim non erat veritas corporis,phantasma vtique contaminari, quia res vacua,non posset. Quî ergo non potest contaminari quæ inanitate substantiæ quoquo modo voluisset? Cæterū Hilarius in Matt. ita interpretatur hanc sententiam, *fides tua te saluam fecit:* non quòd fides salutem efficiat,sed quòd salutem promereatur. Hæc enim habet. Virtutem autem Christi fides vbique consequitur:quia E vbique est, & nusquam abest. Et assumptio corporis non naturam virtutis inclusit, sed ad redemptionem suam, fragilitatem corporis virtutis assumpsit, quæ tam infinita, tam libera est, vt etiam ostenderit,non ex salute fidem,sed per fidem salutem expectandam. Cæci enim,quia crediderant, viderunt: non quia viderant, crediderunt. Ex quo intelligendum est, fide merendum esse quod petitur, non ex impetratis fidem esse sumēdam. Porrò ad memoriam præsentis facti, Eusebius Cæsarienſis lib.7. hist. Eccles.c.14. Sozomenus lib.6. cap.41. Nicephorus Calist. lib. 6. cap.15. Theophilactus in Matth. Ioannes Antiochenus, qui & Malala dictus est, in Tempor. descript. Ioannes Damascen. lib.3. de Imaginibus, referunt, ab hac muliere imaginem Christi erectam, ad cuius fimbriā herba quædam pertingens vim haberet sanandorum omnium morborū: quod nos maximè ex Ioanne Antiocheno, & Eusebio Cæsarienſi intelligemus,prout & ipsi citantur à Damasceno:quæ quoniam faciunt ad præsentem historiam, etsi latiùs audite deducta non ingratum erit. Occiso Ioanne Baptista, cùm tristis

Fulgētius.

Theoph.

Idem.

Idem.

Tertull.

Hilarius.

An fides saluum faciat aliquē, & quomodo.

Euse. Cæs. Sozomen⁹. Nicephor. Theophil. Ioā. Antio. Damasce.

Ioan. Antioch. *Historia de imagine Christi à muliere elata, quæ curata fuerat.*

Herodes rex Philippi filius à Iudæa abscessisset, inquit Ioannes Antiochiæ Pontifex, accessit F ad eum mulier quædam locuples, nomine Bernice, quæ Paneada oppidum suum incolebat. Cupiebat Iesu, à quo fuerat morbo liberata, monumentum consecrare, sed sine regis permissu non audebat. Itaque libellum supplicem Herodi obtulit, in quo petebat, vt sibi in oppido suo liceret Christo seruatori statuam auream dicare. Verba autem illius erant huiusmodi: Augusto Herodi Principi, & Iudæorum Græcorúmque gubernatori, Trachonitidis regi, supplex Bernice Paneadis dominæ petitio & obsecratio. Iustitia & humilitas amplitudinis tuæ fastigium exornant. Quod quidem ego non ignorans scribo, me quicquid orauero, abs te sperans exoraturam. Quæ autem sit huiusce proœmij causa, ex progressu orationis intelliges. E- G go iam inde ab ipsa prima ætate sanguinis fluxu laborans, vitam facultatésque meas in medicos profuderam, nec curationem reperiebam. Cùm autem accepissem res admirandas Christum efficere, mortuos in vitam & lucem reuocare, dæmones à mortalibus eiicere, & diuturnis morbis iam confectos verbo liberare, ipsa quoque ad illum, tanquam ad Deum confugi. Sed multitudinem, quæ ipsum circunstabat, considerans, metuénsque ne à morbi contagione abhorrens indignaretur, maiórque mihi morbi plaga fieret, mecum ipsa reputabam, me, si possem vestimenti eius oram attingere, saluam, & incolumem futuram. Attigi, stetítque sanguinis fons, & illicò conualui. At ipse, vt qui cordis mei consilium antè cognouerat, clara voce, Quis me (inquit) tetigit? Virtus ex me prodiit. Ego verò pallens ac gemens, morbúmque grauiorem ad me reuersurum timens, ad pedes eius prostrata, & lachrimis humum conspergens, audaciam meam aperui. Verùm ipse vti benignus & clemens, vicémque meam commiseratus, curationem confirmauit, Confide, inquiens, fides tua te saluam fecit, vade in pace. Sic etiam, tu Rex auguste, quod abs te æquum peto, mihi concede. Herodes ex supplicis oratione rem admirabilem intelligens, obstupuit. Et curationis mysterium suscipiés, H Curatio, inquit, tua mulier, maiore est monumento digna. Abi igitur, & quod vis, illi monumentum statue, eúmque qui te curauit, honoribus affice. Statim igitur ipsa Bernice, quæ sanguinis fluxum antè perpessa fuerat, in medio oppidi sui Paneadis Domino & Deo columná ex ære, argento, auróque immixto confectam erexit. Quæ quidem columna in oppido Paneade ad hoc vsque tempus manet, cùm ex loco, vbi erat, non multò antè sacrum in locum atque in ædem nobilem translata sit, & in vrbis medio collocata. Euseb. Cæsarien. lib. 7. hist. Eccles. cap. 14. In excelso autem lapide, inquit, ante fores ædium ipsius mulieris, quæ à profluuio sanguinis Christi beneficio curata fuerat, accepimus æream mulieris effigiem in genu inclinatam, & passis antè manibus supplicanti simílem conspici. E regione autem illius alteram ex eadem materia viri rectam effigiem stare, decorè diploidem indutam, manumque suam illi protendentem. Huius ad pedes peregrinum quoddam herbæ genus nasci, quod cùm ad I diploidis oram ascenderit, omnium morborum medicamentum existit: quam quidem statuam Domini Iesu imaginem dicunt exprimere. Mansit autem ad nostram ætatem vsque, vt peregrini possent eam oculis in ciuitate contueri. Nec mirum veteres etiam ex Gentibus, qui à Seruatore nostro beneficium acceperant, talia præstitisse, cùm & Apostolorum Petri & Pauli, & ipsius Christi imagines, non secus ac priscorum virorum, pictas viderimus: cùm ea esset apud antiquos consuetudo, vt hanc honorandi rationem obseruarent. *Adhuc illo loquente* ad mulierem hæmorrhoissam, *veniunt nuntij ab Archisynagoga*, id est, à domo Archisynagogi, *dicentes, Quia filia tua mortua est, quid vltrà vexas magistrum?* Bonauent. in Luc. Hoc verbũ non tam reuerentiæ in Christum, quàm infidelitatis fuisse, ostendit: quasi diceret, Quæ nunc spes reliqua est, cùm ipsa, pro qua patrocinabaris, defuncta sit? Secundum illud, 2. Reg. 12. ait Dauid, Propter infantem, dum adhuc viueret, ieiunaui & fleui: dicebam enim, Quis scit si K forte donet eum mihi Dominus, & viuet infans? Nunc autem quia mortuus est, quare ieiuno? Numquid potero eum reuocare amplius? Ego vadam magis ad eum, ille verò non reuertetur ad me. Et ideò adiungit: *Noli vexare illum.* id est, fruſtrà tecum ducere. Hoc enim erat verbum non credentis Christum posse mortuum suscitare. Ignorabat enim illud diuinum verbum, Ioannis 5. Quia venit hora & nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint, viuent. Vnde iste nuncius non dicebat ex reuerentia, sicut Centurio supra 7. Domine, noli vexari: sed ex differentia, vt diceret illud Iob. 7. Dies mei velociùs transierunt, quàm à texente tela succiditur, & consumpti sunt absque vlla spe. Etsi enim minimè dubitarent Christum præsentem ægrotam curare potuisse, nunc tamen cum ipsius morte, omnem spem amissam esse existimant: ac si non posset & ipsam mortuam excitare. Atqui sicut pater suscitat mortuos & viuificat, sic & filius quos vult viuificat. Atqui & in ipsis eorum

Euſ. Cæſ. *Deſcriptio imaginis.*

Bonauent. *Nõ deſpõdendum animo in alioquin deſperatis rebus.*

A eorum oculis mulier, quæ ſpem omnem ſanitatis deponere potuerat, cùm nullum ſuæ infirmitati per tot annos remedium accepiſſet, ſolo fimbriæ fideli attactu curata fuerat. Quid non maius expectandum fuerat, ſi Chriſtus etiam mortuæ imperaret? Errant enim, qui ſimul cum morte liberas eſſe à Chriſto animas arbitrantur: id eſt, exiſtimant Chriſtum in defunctos nullam habere poteſtatem. Et his hæretici ſimiles ſunt, qui ſi videant aliquem Catholicum pro fideli defuncto orantem, ſtatim clamant, *Noli vexare magiſtrum, quia hic pro quo oras, mortuus eſt.* Ac ſi verò & fruſtrà pro defunctis fidelibus oremus, & nihil in eos poſſit Chriſtus, ſtatim atque exceſſerint. Auguſt. ſerm. 32. de verb. Apoſt. Orationibus ſanctæ Eccleſiæ, & ſacrificio ſalutari, & eleemoſynis, quæ pro defunctorum ſpiritibus erogantur, nõ eſt dubitandum mortuos adiuuari, vt cum eis miſericordiùs agatur à Domino, quàm eorum peccata meruerunt. Hoc autem de ſolis fidelibus intelligendum monet, cùm adiiciat: Nam qui ſine fide, eiúſque B ſacramentis de corpore exierunt, fruſtrà illis à ſuis huiuſmodi pietatis impenduntur officia, cuius dum hîc eſſent, pignore caruerunt, vel non ſuſcipientes, vel in vacuum ſuſcipiẽtes Dei gratiam, & ſibi non miſericordiam theſaurizantes, ſed iram. Quòd ſi Tertullianus lib. de Monogamia, mulierem viro mortuo ſuperſtitem, adhuc obſtringi pietate, & ideò pro eius ſpiritu poſtulare monet: quantò magis pro fidelibus defunctis orabimus, nec quidem in vanum, cùm conſideraverimus illos nobiſcum vni capiti Chriſto coniungi? Ideò ſcilicet & ipſi Apoſtoli in Leiturgia Chriſtum ipſum pro mortuis fidelibus deprecati ſunt: Ioannes quidem pro Druſiana, vt ſcribit Abdias lib. 5. Certaminis Apoſt. Paulus pro Eutycho, Petrus pro Dorcade. Iacobus verò in ſua Leiturgia, hanc orationem pro defunctis fundit ad Deum: Vt de manu Apoſtolorum tuorum verum hunc cultum accepiſti, ita quoque è manibus noſtris, qui peccatores ſumus, recipe munera hęc propoſita per tuam benignitatem, & fac vt oblatio noſtra gra- C ta & acceptabilis ſit, per Spiritum ſanctum ſanctificata, in propiciationẽ peccatorum noſtrorum, & eorum quæ populus per ignorãtiam admiſit, καὶ εἰς ἀνάπαυσιν τῶν προκεκοιμημένων ψυχῶν, id eſt, & in requiem animarum eorum, qui ante nos dormiunt. Quis autem, niſi blaſphemus, dixerit nullam Chriſti eſſe in defunctos virtutem? Hoc ipſo etiam facto confundet, ſtatim atque mortuam puellam ſuſcitauerit. *Ieſus* igitur *audito verbo hoc*, de morte puellæ, *quod dicebatur* à nunciis è domo Principis profectis, *ait Archiſynagogo patri puellæ, Noli timere: tãtummodò crede, & ſalua erit.* Iiſdem ferè verbis illum confirmat, quibus & Hæmorrhoiſſam, in memoriam recens factum reuocans. Theophi. in Luc. Chriſtus, inquit, non expectauit vt princeps eum alloqueretur, ſed præuenit eum, ne forrè diceret Archiſynagogus: Non opus habeo te, iam enim malum factum eſt, mortua eſt quam ſperabamus à te ſanandam. Igitur ne quid tale diceret, incredulus enim erat, & Iudæus: præueniens illum Chriſtus dicit, Ne timeas, tantùm D crede. Reſpice ad mulierem hanc, quæ ſanguinis profluuio laborauit: illam ſi imitatus fueris, voti compos eris. Non magna requiro, non pretium, non aurum, & mercedem copioſam, quam pro ægrotorum viſitatione medici expectare ſolent: hoc tantùm poſtulo, vt credas. Etſi enim teipſo opus non habeo, ad demonſtrandam virtutem meam: legitimus tamen ordo requirit, vt neque teipſum omninò hoc beneficio indignum reddas, ſed quod in te eſt, facias. Fide opus eſt, vt & ego ipſius veluti patrocinio, defunctæ filiæ tuæ beneficium conferam. Ita Chriſtus ad mentem reducit illum quem fluctuare videbat, & oſtendit fidem viuentium defunctis fidelibus eſſe profuturam. *Et veniunt in domum Archiſynagogi. Et cùm veniſſet Ieſus in domum Principis, non permiſit ſecum intrare quenquam, niſi Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem Iacobi, & patrem, & matrem puellæ.* Theophil in Luc. Nolebat enim hoc miraculum ante tempus reuelari multis, propter Iudæorum fortaſſe inuidiam, pleraque ex operibus ſuis E occultans, ne inuidia ſuccenſi, iudicij fierent rei. Hunc in modum etiam nos quoque facere oportet, quando quis nobis inuidet, ne aperiamus ei noſtra bona opera, ſed curemus vt ignoret: Ne ferientes ipſum, anſam præbeamus magis inuidendi, ac in peccatum ruendi, ſed quoad poteſt fieri, adniti debemus vt ipſum lateant. Cæterùm præcipuos ex Apoſtolis eligit, Petrum cui Eccleſiam ſuam crediturus erat, & duo illa paria, filios tonitrui, fratres Iacobum, & Ioannem Euangeliſtam. Poterat & cæteros vocare: ſed foris expectare voluit, ne ſi omnes ingrederentur, turbæ etiam illos ſequerentur. Sed nec omnibus ita ſe vſurum oſtendebat, vt pari gradu omnes in Eccleſia ſua haberentur. Omnes quidem Apoſtoli erant, ſed non omnes tales qualis & Petrus. Demum & hoc ipſum latere volebat: ideò teſtes quidem, ſed paucos adeſſe voluit. Hi ſcilicet ei adfuerunt, cùm in monte transfiguraretur, & viſionẽ hanc magnam viderunt: & eo tempore monebantur ſimul & vigilare & orare, cùm Chriſtus in horto ſudorẽ ſanguineũ profunderet, & tandẽ ab aduerſariis caperetur. *Flebant autem omnes, & plãge-*

Nõ fruſtrà oramus pro mortuis.

Hæretici necromachi ſimiles ſeruis Archiſynagogi.

Auguſt.

Tertull.

Abdias.

Orationes pro requie defunctorum.

Theophil.

Theophil.

bant eam, vt quæ in ipso suæ adolescentiæ primæuo flore, nubilis, vnica, & dilectissima patri & matri defuncta iaceret. Mouent enim luctum istæ circunstantiæ, maximè si idipsum præsens corpus iaceat. *Et vidit tibicines, & turbam tumultuantem, & flentes & eiulantes multum.* Nam quia Princeps iste publica persona erat, adeò à turbis calamitas eius velut omnibus communis deplorabatur. quod & obiter ostendit Principis istius in omnes beneuolentiam, & reciprocum plebis in eum affectum. Eccl. 38. Fili, in mortuum produc lachrimas, & quasi dira passus incipe plorare. Verùm quid ibi tibicines? Hilarius in Matth. notat illos hymnos luctuosos intonasse. Idem Hieronymus in Matth. Ambrosius lib. 6. in Luc. cap. 8. Nam more veteri tibicines ad excitandos incendendósque luctus adhibebant. Hinc & nænia, & ἰαλέμων. Alexander ab Alex. lib. 3. Genial. dierum cap. 7. hunc in modum illas suorum funeribus priscos etiã Gentiles adhibuisse recenset: Næniam funebrem à tibicine intonari solitam, qua defuncti laudes & facta recenseret. Has autem Nænias Græcis in luctu sæpè decantari inuenimus, inquit, ab his qui à pio coronati, defuncti laudes recensere carmine, quod *Ialemon* vocant, & res memoratu dignas, claro præconio celebrare assuerant. Senatoribus verò & patriciis, atque summis ducibus, tuba: minoribus & plebeiis exequiali tibia canebant tibicines. Quam tibiam non in funeribus modò, sed in sacris, & ludis, & conuiuiis adhibebant. Imperatoribus etiam, pluribus tubis mœstum clangentibus, quod à Caribus & Phœnicibus deductum autumant, qui in funebri pompa breuibus tibiis lugubre canentibus vti consueuere. Augustin. de verb. Domini, serm. 44. ex eo colligit, iã obsequia funeri debita præparata fuisse. *Ingressus autem Iesus ait illis, Quid turbamini & ploratis? Nolite flere. Recedite, nõ est enim mortua puella, sed dormit.* quasi dicat, Quid est quòd istam lugeatis, quasi nulla spes sit reliqua? Etsi vobis illa mortua sit, non tamen mihi. Dormiebat, inquit Augustinus, sed illi, à quo poterat excitari. Theophilact. in Matth. Dormire igitur dicit illam, eò quòd apud se mors somnus esset. Chrysost. hom. 32. Oper. perf. in Matth. Amara quidem, inquit, Archisynagogo facta coniectura fuerat. Tibiæ namque, cæteráque instrumenta huiusmodi, quoniam mortua erat puella, ad concitandum fletum adhibita fuerunt. Quid autem Christus? Cæteros quidem homines eiecit, parentes autem puellæ dimisit, vt testimonium præberent, à Christo, nõ ab alio suscitatam fuisse: quamuis antequàm surrexisset, verbo illam sanasset, dicendo: *Non est mortua, sed dormit.* Et veluti, antequàm fluctus maris sedasset, discipulos ipsos increpauit: pariter quoque in hoc loco turbationem mentis eorum qui aderant, adiicit, ostẽdens quasi à somno facile sibi esse mortuos excitare. Id alibi quoque fecit, dicens: Lazarus amicus noster dormit. His etiam docet, non esse timẽdam mortem, cùm ad conditionem somni iam redacta sit. Deinde quoniam ipse quoque moriturus erat, aliorum morte, ac resurrectione faciebat, vt discipuli confiderent, ac æquissimo animo mortem ipsius ferrent, cuius aduentu mors in somni conditionem deueniisset. *Et deridebant eum, scientes quòd mortua esset.* Euthym. in Marc. Voluit autem & ipse irrideri, vt & tibicines, & qui irrisissent, aliáque similia, demonstratio fierent manifesta, quòd mortua fuisset puella. Nec potest dicere quispiã postmodùm, quòd mortua nõ fuerit. Nã propter hoc quoque immorata est circa miraculum factum in muliere, quæ sanguinis fluxum patiebatur, vt manifestè puella moreretur, & tibicines inferrentur, cæteráque fierent suo ordine. Chrysostomus vt suprà: Nam quoniam solent homines facta præteritáque signa non credere, suis ipsorum verbis & risu eos præoccupat: quod & in Lazaro, & in Moyse similiter factum est. Dixit enim Moysi: Quid est quod in manu tua est? vt cùm vidisset serpentem ex virga factum, nulla obliuione teneretur virgam priùs fuisse, sed vocis propriæ memoriam habens, vehementer miraretur. In Lazaro quoque interrogauit, Vbi eum posuerunt: vt qui dixerunt, Veni & vide: & quòd fœtet, quoniam quatriduanus est: nullo pacto negare possent mortuum ab eo excitatum fuisse. Cùm ergo instrumenta fletus, & turbas vidisset, eiecit omnes, & in præsentia parentum signum operatus est: non aliam in corpus introducendo animam, sed eandem ipsam animam ita facilè reducendo, vt quasi à somno excitasse videretur. Manu autem ipsam accepit, vt viso ipso certiores fierent, qui cernebant, à morte ipsam quasi à somno excitatam. *Ipse verò eiectis omnibus assumit patrem & matrem puellæ, & qui secum erant, & ingrediuntur vbi puella erat iacens.* Theophil. in Luc. Eiecit autẽ foras omnes, fortassè docens nos carere inanis gloriæ studio, & nihil ad ostentationem facere: fortasse autem & docens, quòd facturus miracula, non in medio multorum illa facere, sed solus & non impeditus esse debeat. Euthym. in Marc. Patrem autẽ matrẽq; puellæ, miraculi spectatores assumpsit, tanquã puellæ magis domesticos: discipulos verò tanquã sibi ipsi magis familiares: cæteros autẽ omnes eiecit, fugiens eorú laudẽ. Quú enim nunquã tale quippiã vidissent, applausuri erant, & supra modũ laudaturi. *Ipse autem tenẽs manum*

Hilarius. Hieronym. Ambros. *Quid hîc tibicines, quis cãtus.* Alex. ab Alexand. Augustin. Augustin. Theophil. Chrysost. *Quid dormire.* Euthym. Chrysost. Theophil. Euthym.

A *manum puellæ, clamauit, dicens, Talitha cumi, quod est interpretatum, Puella (tibi dico) surge.* Hanc vocem seruauit Marcus, quam etiam in Hebraico Matthæi Euangelio legimus: non quòd dictio *Talitha*, Hebraica sit, sed Syriaca, qua vulgariter Iudæi vtebantur. Textus Hebraicus Matthæi talis est, vt dictionem Syriacam per Hebraicam explicet. טליתא קומי ותקום הנערה *Talitha cumi, vettakum hannahara.* id est, Puella surge: & surrexit puella. Nam quod Syriacum vulgare *Talitha*, hoc Hebræi *Nehara* vocabant. Vnde & Munsterus breuibus suis Commentis in Matth. Hebraicum contra Iudæos: Apud Marcum, inquit, qui hanc eandem scribit historiam, inuenimus Christum vulgari lingua locutum ad puellam, טליתא קומי *Talithacumi*, & significat, Puella surge. Quòd si Hebraico sermone vsus fuisset, dixisset נערה *Nehara*, & non *Talitha*: sed vti voluit sermone, qui etiam à plebeis intelligeretur. Thomas de Vio in Marcum. Nota hîc, inquit, duo. Alterum est, quòd illæ duæ dictiones, Tibi dico, non signi- B cantur verbis Iesu (*Talitha cumi*) sed interpositæ sunt ab Euangelista, vel ad maiorem expressionem authoritatis verbis Iesu, quòd solo dicere suscitauit eam. Vel (quod magis crediderim) accentus articulus seu modus proferendi à Christo, expressus est ab Euangelista per has dictiones, Tibi dico. Alterum est, quòd Imperatiuum Surge, significatur per dictionem Hebraicam *Cumi*. Puella autem vel non significatur per dictionem *Talitha* directè, sed tanquam genus, si Talitha nomen erat proprium illius puellæ, quia eam significauit tunc indiuiduum puellæ. Ideò Euangelista interpres dixit, Puella surge. Vel Chaldaica ab Hebræis vsurpata Talitha, puella significatur. Maior enim est authoritas Euangelistæ interpretantis Talitham puellam, quàm quorumcunque aliter sentientium. Munsterus tamen in instit. Grammatica Chaldaicæ linguæ, vbi de affinitate Chaldaicæ & Hebraicæ differit, Chaldaicam siue Syriacam C vocem esse ostendit. Factum est enim, inquit, vt ferè omnibus maioribus Iudæorum in Babylonica captiuitate defunctis, iuniores à Cyro licentiam assequuti, in Iudæam postliminio redeuntes, alienam linguam, nempè Chaldaicam, importarent. Id quod manifestissimè indicant peregrina illa vocabula, quæ in nouo inueniuntur Instrumento. Non enim sunt Hebræa, vt indoctiores æstimant, sed ferè omnia Chaldaica, siue Syriaca, quæ lingua Christi tempore adhuc fuit vernacula Iudæis, quandoquidem à captiuitatis relaxatione ad Christum natum vix 515. anni interceserint. Porrò Chaldaica vocabula, quæ habes in Euangelio, sunt hæc, Mammona, Bariona, Golgotha, Sabactani, Boanerges, Talitha cumi: hæc, inquam, Chaldaica sunt, non Hebræa: cùm in Bibliis Hebraicis minimè inueniantur, in Chaldaica autem nullibi occurrant. Et sunt eorum quædam in recentioribus codicibus multum deprauata: in Græcis autem exemplaribus & vetustis Latinis fermè omnia incorrupta inueni. Cæterùm clamat & imperat, vt imperium eius maiestatis agnoscamus, inquit Bonauentura. *Clamauit dicens, Puella* D *surge*, ex imperio maiestatis, sicut dicitur Ioannis vlt. Voce magna clamauit, Lazare, veni foras. Clamor autem iste in voce exteriori designat immensitatem virtutis interioris. Iuxta quod in Ps. 68. dicitur: Ecce dabit voci suæ vocem virtutis, scilicet miraculi: secũdum illud, 1. Thess. 4. Quoniam ipse Dominus in iussu & in voce Archangeli, & in tuba Dei descendet de cœlo, & mortui qui Christo sunt, resurgent primi. *Et reuersus est spiritus eius, & surrexit puella continò, & ambulabat: erat autem annorum duodecim.* Cyrillus Alex. lib. ad Reginas, De recta fide. Iam quo pacto, inquit, non vita secundum naturam est, qui non solùm sermone repellere mortem potuit, sed etiam tactu manus? Erat enim consequens ac necessarium, viuificum esse corpus, quod erat proprium vitæ. Eandem habet sententiam in Ioannem, lib. 4. cap. 14. Rediit, inquit, spiritus puellæ, vt non aliam animam, sed eam quæ à corpore auolarat, reuocatam esse intelligat, vt obseruat Theophilact. in Luc. Et ne aliquod verissimæ resurrectionis argu- E mentum deesset, illam omnes vitæ functiones exequi voluit. Nam & ambulabat: *& iussit illi dari manducare*: vt & omnium fides & veritas confirmaretur. *Et obstupuerunt stupore magno parentes eius, & præcepit vehementer, vt nemo id sciret, & ne alicui dicerent quod factum erat.* Euthymius in Marcum. Præcipere, pro admonere, sumendum esse scribit. Hoc autem faciebat, ne laudis esse cupidus videretur: sicut & capropter turbam de domo ieiecerat. Interim tamen nouerat diuulganda hæc per omnem regionem. Sic enim habet Matt. *Et exiit fama hæc in vniuersam terram.* Euseb. Emissenus in hom. Quod autẽ tunc temporis factũ est in vna puella, hoc in fine temporũ futurũ est, vt fiat in tota synagoga. Tunc enim Dominus Iesus veniet cũ discipulis in domum principis Pharisæorũ, quia tunc Christi fidem & Apostolorum doctrinam suscipiet omnis multitudo Iudęorum. Tunc enim iubente Domino, tibicines & tumultuans turba recedet: quoniã tunc litera suauiter, sed infructuosè & inutiliter auditus hominum demulcens, eiúsq; amatores cessabunt. Quid enim nisi tibicines

Voce Syriaca Christus vsus est.

Mũsterus.

Thomas de Vio.

Cur Euangelista conseruarit dictionẽ Syriacam.

Bonauent.

Cyr. Alex.

Idem.

Theophil.

Euthymi⁹.

Euf. Emiſſ.

erant Scribæ & Phariſæi, legem & Prophetas ad literam exponentes, & quid dicerent non F
intelligentes? Tibia enim dulcem ſonum ſine intelligentia reddit. Recedant igitur tibicines, recedat omnis turba tumultuans, recedant garruli perſtrepentes. Non eſt enim mortua puella, ſed dormit. Iſte cantus mortuorum eſt. Quamdiu has tibias audiuit ſynagoga, mortua fuit: immò iſtæ tibiæ eam interfecerunt. Litera enim occidit, ſpiritus autem viuificat. Litera igitur recedat, ſpiritus accedat, ſuſcitet dormientem, faciat intelligentem, & conſoletur vtrumque parentem. Sed qui ſunt iſti ſtulti, qui Dominum deridebant, niſi qui reſurrectionem non credebant? Et quidem multos tales eſſe, & fuiſſe, & futuros eſſe, non dubitamus. *Et cùm eiecta eſſet turba, intrauit, & tenuit manum eius, & ſurrexit puella.* Nondum igitur eiecta eſt turba, nondum ſurrexit ſynagoga, adhuc turbatur, adhuc in litera delectatur. Surget autem, quando veniet Ieſus, quando intrabit ad eam, & tenebit manum eius: nimirùm quando fucata literæ vetuſtate, hæc noua ſacri Euangelij verba ſcribentur in G
corde eius. Et tunc quidem dicere poterit id Pſal. 72. Tenuiſti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxiſti me, & cum gloria aſſumpſiſti me.

Chriſtus duos cæcos de fide interrogatos, & dæmoniacum vnum curat: Vnde Phariſæis inuidia conflatur.

Matth. 9. | Mar. | Luc. | Ioan.

Et tranſeunte inde Ieſu, ſecuti ſunt eum duo cæci clamantes, & dicentes, Miſerere noſtri fili Dauid. Cùm autem veniſſent domum, acceſſerunt ad eum cæci. Et dicit eis Ieſus, Creditis quia hoc poſſum facere vobis? Dicunt ei, Vtique Domine. Tunc tetigit oculos eorum, dicens, Secundum fidem veſtram fiat vobis. Et aperti ſunt oculi eorum, & comminatus eſt illis Ieſus, dicens, Videte ne quis ſciat. Illi autem exeuntes diffamauerunt eum in tota terra illa. Egreſſis autem illis, ecce obtulerunt ei hominem mutum, dæmonium habentem. Et eiecto dæmonio, locutus eſt mutus, & miratæ ſunt turbæ, dicẽtes, Nunquam apparuit ſic in Iſraël. Phariſæi autem dicebant, In principe dæmoniorum eiicit dæmones. H

Introductio.

QVI AD mare acceſſerit, quantum volet aquæ, tantum haurire poterit, I
modò vas capax habuerit: Si quis etiam ad ignem aliud accendere, ſi modò apta fuerit materia: Ita ſi ad Deum peccator & miſer veniat, tantum hauriet, quantum volet, ſi modò diſpoſitus veniat. Eſt enim fons vitæ, & in lumine eius videbimus lumen: fons indeficiens, Iacob. 1. Omne bonum, &c. dat abundanter, & non improperat. Talis & Chriſtus, Ezech. 13. Haurietis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris, &c. Verùm diſponi oportet. Ezec. 1. Iniquitates veſtræ diuiſerunt. Tolle ergo nubem, vt tranſeat oratio. Iniquitatem ſi aſpexerit in corde meo, non exaudiet Dominus. In fide poſtulet nihil hæſitans. Hanc fidem quia duo cæci concipiunt, ideò & ad Chriſtum clamant, & à cæcitate liberantur. Siquidem

Summa.

apud Matthæum hæc ſequuntur. *Et tranſeunte inde Ieſu*, id eſt, è domo principis ſynagogæ exeunte, *ſecuti ſunt eum duo cæci* à domo principis vſque ad eum locum in quo curati ſunt, *clamantes*: quia facilè præ turba ſe à Chriſto audiendos eſſe non putabant, niſi elatiore voce precarentur, & eo ipſo clamore ſuam fidem proteſtarentur, & neceſſitatem aperirent: *dicentes*, quantum complectebantur, *Miſerere noſtri fili Dauid.* Anſelmus in Matth. ex Auguſti. lib. 2. de conſenſ. Euangeliſt. cap. 29. Hos duos cæcos ab aliis, quos cæteri narrant Euangeliſtæ, diſtinguit. Hæc, inquit, de duobus cæcis, & dæmoniaco muto, ſolus Matthæus ponit. Illi enim duo cæci, de quibus alia narrant, non ſunt iſti. Nam & Matthæus de iiſdem ait in ſequenti. Vnde poteſt percipi quædam facta eſſe conſimilia, cùm idem Euangeliſta aliquando vtraque commemoret. Nota igitur, vt ſi aliquando ſingula talia apud ſingulos inueneris, atque in eis contrarium, quod non poſſet ſolui, occurrat, dices hoc non eſſe factum idem cum facto relato ab alio Euangeliſta, ſed diuerſum. Ieſu recedente de domo principis prædicti, *ſecuti ſunt duo cæci, clamantes, & dicentes, Miſerere noſtri Domine*

Anſelmus. Auguſt.

A *Domine fili Dauid.* Duo cæci, duo populi sunt: quia qui lumen æternitatis in primò parente amiserunt, rectè cæci vocati sunt. Quia ergo in diuinitate non est mutabilitas, atque hoc ipsum transire, mutare est, profectò iste transitus Domini ex carne est, non ex diuinitate. Per diuinitatem enim semper astare est, quia vbique præsens est. Huic ergo Deo incarnato præclamant cæci, & dicunt, *Miserere nostri fili Dauid.* quasi dicant, Per gratiam incarnationis redde lumen nobis cæcis. Filius enim Dauid dictus est secundum carnem. Chrys. hom. 33. in Matt. Quamobrem autem clamantes eos sequi permittit? Docet scilicet rursus ambitionem esse fugiendam, & inanem hanc gloriam non conquirendam. Nam cùm prope domum esset, distulit curationem eorum, vt occultiùs eos ibi curaret: ac ideò etiam nulli hac de re quidpiam dicere præcepit. Non paruo autem dedecori cæci Iudæis sunt, quoniam erutis oculis nihil videntes, auditu solùm crediderunt, cùm illi signa oculis cernentes, & optimum visus secum haberent testimonium, contrà quàm cæci & dicant & faciant. Ego autem animi eorum ardorẽ à clamore & à verbis intelligo. Non enim simpliciter accesserunt, sed cum magno clamore: nec aliud quicquam petebant quàm misericordiam. Filium autem Dauid appellabant, quoniam id nomen magni erat honoris. Vnde & Prophetæ quoque reges sæpiùs, quos honorare & magnos ostendere volebant, sic appellabant. Euthymius in Matth. Filium autem Dauid dicunt hunc, vtporè qui etiam audierant è genere Dauid illum oriundum. Ad honorem verò eius hoc dicunt. Honoratissima siquidem apud Iudæos erat hæc appellatio. Credebant itaque quòd omnia posset: quòd autem Deus esset, nondum plena fide tenebant. Ideò tanquam hominem decenter honorabant, sicut & alij multi. Theophilactus in Matth. Cæci vt Deo dicebant Miserere, vt homini autem, dicebant Fili Dauid. Celebre enim erat apud Iudæos, B Messiam à semine Dauid venturum. *Cùm autem veniſſent domum*, id est, ad Christi hospitium. Non enim habuit propriam domum, neque vbi caput suum reclinaret. *Accesserunt ad eum cæci. Et dixit eis Iesus, Creditis quia hoc possum facere vobis?* Hieronymus in Matth. Transeunte per domum principis Domino Iesu, & pergente ad domum suam, sicut suprà legimus: Ascendens naviculam, transfretauit, & venit in ciuitatem suam: clamabant duo cæci, dicentes, Miserere nostri fili Dauid: & tamen non curantur in itinere: non transitoriè, vt putabant: sed postquàm venit in domum suam, accedunt ad eum, & introëunt, & primùm eorum discutitur fides, vt sic veræ fidei lumen accipiant. Priore signo, quod exposuimus de principis filia, de Hæmorrhoissa muliere consequenter hoc coniungitur: vt quod ibi mors & debilitas, hìc cæcitas demonstraret. Vterque enim populus cæcus erat, Domino per hoc seculum transeũte, & cupiente reuerti ad domum suam. Qui nisi confessi fuerint, & dixerint, Miserere nostri C fili Dauid: & interrogante Iesu, Creditis quia possum hoc facere, respõderint ei, Vtique Domine: lumen pristinum non recipiẽt. In alio Euangelista vnus cæcus scribitur scissis vestibus, & in Hiericho sedens, qui ab Apostolis prohiberetur clamare: sed per impudentiam recepit sanitatem. Qui locus propriè ad Gentium populum pertinet. Euthymius in Matth. Protraxit igitur eos vsque ad domum, ne reprehendẽdi occasionem quærentibus, videretur ad miraculorum operationem se ingerere, quasi gloriæ amator. Omnia enim sapienter disponit, omnem auferẽs accusationis occasionem. Verisimile est autem domum fuisse cuiusdam fidelis, in qua retentus sit. *Et ait illis Iesus, Creditis quòd possum hoc facere?* quod videlicet petitis? Sciebat certè illos credere quòd posset: neque enim aliter sequuti fuissent eum, obsecrãtes. Interrogat tamen, vt manifestaretur illorum fides, aliique per eos attraherentur. Miracula namque non D propter eos tantùm qui curabantur, sed propter eos potissimùm edebantur, qui videbant & E audiebant. Chrysostom. hom. 33. in Matth. Præterea ne quis obiicere queat, Si misericordia sola saluos faciebat, cur omnes saluos non facit? Habet enim profectò ipsa misericordia quandam rationem: quoniam in eorum fide qui saluantur, radices agere solet. Nec his de causis tantummodò fidem ab eis petit: verùm etiam, quoniam filium Dauid eum appellabant, ad altius atque sublimius reducere volens, vt dignam de ipso existimationem, rectumque iudicium facerent, interrogauit, Creditis quia hæc possum facere? Non dixit certè, quoniam possum precibus id à patre meo impetrare: sed, quoniam possum hoc facere. Quid autem illi? *Vtique Domine.* Non filium iam Dauid appellant: sed ad sublimiora volantes, Dominum ipsum tam magnæ potestatis attributione profitentur. Rupertus lib. 8. in Matth. Quærimus igitur, in faciem intendentes huius filij hominis, quid sibi voluerit tantoperè requirens meritum fidei, vt diceret cæcis istis, Creditis quia possum facere hoc vobis, statimque, Secundum fidem vestram (ait) fiat vobis. Et paulò antè mulieri dixit, Confide filia, fides tua te saluam fecit. Et sparsim in scripturis omnibus tam veteris Testamenti quàm noui, fidem quærit, fidem

Duo cæci, quid significent.

Chrysost.

Filius Dauid. Euthym.

Theophil.

Hierony.

Euthym.

Fides fundamentũ curationũ.

Chrysost.

Rupertus.

approbat, fidem collaudat. Causa siue intētio dignationis eius non parui pēdenda, hæc est, ex- F
rare antidoto competenti stultitiam antiquam nimiæ credulitatis, qua creditum fuit diabolo
loquenti per serpentem, ac dicenti: Scit enim Deus, quòd in quocunque die comederitis ex
eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut Dij, scientes bonum & malum. Credidit mulier dia-
bolo plus quàm Deo, quòd taliter deberet illuminari. Credamus nos ei contrà veritati, si ve-
raciter velimus illuminari. Consideratio hæc, cùm in cæteris, vbicunque Dominus fidem
quærit, vel inuenit, tum in istis cæcis perpulchra est, dum antequàm illuminet eos, in-
terrogans dicit, Creditis quia hoc possum facere vobis? Nostra quippè causa significabatur in
illis, quod maximè ex eo cognoscendum vel sciendum est. *Dicunt autem ei, Vtique Domine.*
Sic quod corde conceperant ad iustitiam, ore confitentur ad salutem. Sedulius lib. 3. Carmi-
Sedulius. num in hist. Euangelicam.

-Quàm credere tantùm!
Quàm sanum est cognosse Deum! Iam corde videbant, G
Qui lucis sensere viam.-

Hinc factum est, vt interioribus oculis illustratis facilè corporei restituerentur. *Tunc* igitur *tetigit oculos eorum, dicens, Secundum fidem vestram fiat vobis. Et aperti sunt oculi eorum.*
Idem. Sedulius: *-Tunc cæca precantum*

Lumina diffuso ceu torpens ignis oliuo
Sub Domini micuere manu, tactúque sereno
Instaurata suis radiarunt ora lucernis.

Alb. Mag. Albertus Magnus in Matth. Ecce ergo, inquit, miraculi perfectio, ex parte facientis, & ex parte facti. Ex parte autem facientis, primò ponit factum: & secundò, virtutis verbum. Factū autem tangit, cùm dicit, *Tunc tetigit oculos eorum*, vt tactu deitatem in se habitantem ostenderet. Ioan. 1. Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Verbum tangit, cùm dicit, *Secū-* H
dum fidem vestram fiat vobis. Hęc omnia possibilia sunt credenti. Attribuuntur enim miracula fidei: quia ipsa credendo extendit se ad omnipotentiam: credendo id, de quo non habet rationem, nisi omnipotentiam diuinam. Spes autem non nisi expectat, & charitas diligit. In quibus licet gratia, qua hæc possumus, sit à Deo: tamen actus sub nostra est potestate, & non respicit omnipotentiam. Et ideò opera omnipotentiæ non attribuuntur spei vel charitati. Vnde Hebræor. vndecimo. Fide vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones, castra verterunt exterorum, conualuerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Et omnia miracula attribuuntur fidei, 1. Cor. 13. Si habuero fidem omnem, ita vt montes transferam, &c. *Et aperti sunt oculi eorum.* Miraculi est perfectio ex parte facti. Es. 35. Tunc aperientur oculi cæcorum. Et ex modo loquendi notatur, quòd pupillas habuerunt, sed ex aliqua causa clausas: vel ex velamine, vel ex opilatione spiritus visiui, vel turbatione ipsius. Congruè autem dicit, quòd fiat eis secundum fidem eorum: quia sicut fides est lumen mentis, ita oculus corporis. Et sic lux, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, infundit lumen mentis, vt ex hoc per redundantiam meriti lumen accipiat etiam oculus corporis. Baruch. 3. Disce vbi sit prudentia, vbi sit virtus, vbi sit intellectus: vt scias vbi sit simul longiturnitas vitæ & victus, vbi lumen oculorum, & pax. *Et comminatus est illis dicens, Videte ne quis sciat.* Non est ἐπετίμησεν, quod aliquando vertit Increpare, aliquando Comminari, sed ἐνεβριμήσατο, id est, vt interpre-
Euthym. tatur Euthymius in Matth. Interminatus est: aufterè videlicet intuens, contractis supercilijs,
Chrysost. commoto capite, veluti facere solent, qui aliquos ad continenda secreta admonent. Chrysostomus hom. 33. in Matth. Non simpliciter, inquit, sed magna cum vehementia iussit, acriter
Alb. Mag. infremuit. Albertus Mag. vt suprà. *Comminatus est*, hoc est, per minas prohibuit. Luc. 17. Cùm K
omnia bona feceritis, dicite, Serui inutiles sumus: quæ debuimus facere, fecimus. Simile superiùs 8. de leproso: Vide nemini dixeris. Prou. 27. Laudet te os alienum, & non os tuum. Ioan. 5. Quomodo potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis: & gloriam quæ à solo Deo est, non quęritis? Secundum est, exemplo cæcorum illuminatorum gloriam Dei manifestantium. Et hoc tangit, cùm dicit, *Illi autem exeuntes* ab eo, & à loco in quo illuminati sunt, *diffamauerunt in tota terra illa.* Ps. 144. Laudem Domini loquetur os meum. Sed numquid non erant obedientes? Videtur quòd sic: quia directè fecerunt contra prohibitionem. Adhuc. Prohibitio signum est voluntatis diuinæ: ergo facientes contra prohibitionem, fecerunt contra Dei voluntatem. Respondeo. Dicendum est, quòd est præceptum obseruationis, & hoc tenemur implere secundum actum qui præcipitur, vel prohibetur: sicut, Non fornicaberis. Et hoc cognoscitur,

A cognoſcitur, quòd ipſe actus eſt volitus à Deo, quia præcipitur in eo propter volitum. Et hoc eſt honeſtum virtutis. Eſt etiam præceptum inſtructionis, & ibi non præcipitur aliquid, niſi circa actum quod volitum eſt. Et hoc eſt benè, quia circa hoc nõ voluit niſi occultum noſtræ laudis. Ad aliud dicendum, quòd modi verborum ſunt variæ inclinationes animi: & in modo Imperatiuo vel prohibitiuo non importatur voluntas, ſicut importatur in modo Optatiuo: ſed potiùs imperium vel prohibitio cadit ſuper aliquid circa actum quod volitum eſt. Et hæc ſolutio confirmatur ex Tob. 12. vbi dicitur: Sacramentum regis abſcondere, bonum eſt: opera Dei reuelare & confiteri, honorificum eſt. Vnde præmittitur ibi, Benedicite Deum cœli, & coram omnibus viuentibus confitemini illi: quia fecit nobiſcum miſericordiam ſuam. Attẽdendum autem eſt, quòd ſolus Matthæus ponit de iſtis cæcis. Licet enim infrà 20, dicatur de duobus aliis cæcis, non tamen iidem ſunt iſti. Et de illis quidem agitur Marc. 10. & Luc. 18. ſed *Conciliatio Euangeliſtarum.*

B de iſtis nullus Euangeliſtarum ſcribit præter Matthæum. Theophilact. in Matth. ita conciliat prohibitionem iſtam, vt laudem quidem ſui ipſius propriam prohibuerit, non autem laudem Dei, quæ ex hoc facto reſultat. Illi, inquit, non vt inobedientes, ſed vt grati diuulgauerunt. Quamuis autem alicubi dicere videtur, Abi, & narra gloriam Dei, non eſt huic contrarium: vult enim ipſos de ſeipſo nihil dicere, ſed narrare gloriam Dei apud alios. Suo enim nos exemplo docebat, propriam quidem gloriam auerſari, Dei autem laudem in omnibus promulgare. *Egreſſis autem illis* duobus cæcis iam illuminatis de domo, in qua illuminati ſunt, *ecce* qui aderant, *obtulerunt ei*, ſcilicet Chriſto, *hominem mutum, dæmonium habentem.* Chryſoſtom. hom. 33. in Matth. Non enim naturali curſu ægrotatio, ſed dæmonis inſidiis illi accidit. Quapropter ipſe per ſeviuere, oraréque Ieſum non potuit, ligatáque lingua ſibi vnà cum anima dæmonis, ab aliis affertur: quas ob res nec fidem eorum efflagitauit, ſed illicò laborantem curauit. Dionyſius Carthuſ. in Matth. Quemadmodum namque dæmones aliqui poſſunt per homines à ſe obſeſſos idiomata talibus hominibus prorſus ignota, mouendo linguas eorum ad talium prolationem verborum, eò quòd natura corporalis obediat ſpirituali ſubſtantiæ quantum ad motum localem, vt Thomas pulchrè declarat: ſic impedire poſſunt organa corporis humani ab actibus ſuis, videlicet linguam à loquela, ſicq; efficiunt hominem mutum. Hieronym. in Matth. Quòd autem dæmonium Græcè dicitur κωφὸν, magis tritum eſt ſermone communi: vt ſurdus magis quàm mutus intelligatur. Sed moris eſt ſcripturarum κωφὸν indifferenter, vel mutum, vel ſurdum dicere. Spiritualiter autem ſicut cæci lumen recipiunt, ſic & muti ad loquendum lingua laxatur: vt confiteatur eum, quem antea denegabat. Cæterùm nemo eundem iſtũ eſſe putauerit cum eo, cuius meminit Matthæus cap. 12. etſi idem morbus, eadem offerentium deuotio, & ſimiles Phariſæorum obiectiones in vtroque propo-

C Chryſoſt. *Morbus à dæmone.* Dion. Cart. Thomas. Hieron.

D nantur. Nec enim ſemel factum bis narraret Matthæus. *Et eiecto dæmonio locutus eſt mutus.* Ablata enim morbi cauſa, ſublatus eſt & effectus. Euthymius in Matth. Non erat naturâ mutus, ſed dæmon linguam eius ligauerat, & ante hanc animam. Ideò ab illis adducitur. Nec fidem exigit: ſiquidem nec fari, nec intelligere poterat. Quod agnoſcens Saluator, protinus dæmonem eiecit, ipſo etiam ignorante. Cúmque vinculis abſolutus eſſet, intellexit, & locutus eſt homo. *Et admiratæ ſunt turbæ dicentes, Nunquam apparuit ſic in Iſrael. Nunquam apparuit ſic*, id eſt, nunquam viſa huiuſmodi mirabilia ſunt. Omnibus autem qui ab exordio mirabilia operati ſunt, ſublimiorem prædicabant: quia omnem morbum curabat, & velociſſimè, propria authoritate: interdum quidem verbo, nonnunquam tactu, quandoque verò tactu & verbo, &, vt ſemel dicam, ſicut volebat, in omnibus ſuam pandens omnipotentiam. Druthmarus in Matth. Turbæ quæ minus eruditæ videbantur, admirabantur ſemper do-

E Euthym. Druthmar.

ctrinam Domini. Phariſæi autem & Saducæi detrahebant, vel in malam partem accipiebant, propter inuidiam, quia dolebant pro doctrina Domini: quia Chriſtus à turbis ſanctior & ſapientior credebatur. Sic denique Salomon dicit: Qui addit ſcientiam, addit dolorem. Quicunque ſcientiam habet, ſi non habet charitatem & humilitatem, ſtatim habet ſuperbiam. Et hoc eſt quod dicit, Quòd in multa ſcientia, ſi deſit charitas & humilitas, multa eſt indignatio. Quapropter hoc erat in Phariſæis, qui dicebant, *In principe dæmoniorum eijcit dæmones.* Albertus Magn. Idem autem ponitur infrà 12. & Luc. 11. In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia. Sed ibi confutantur per rationem, hîc autem obruuntur per factorum euidentiam, quę quidem non maligni ſpiritus, ſed optimi ſpiritus oſtendunt virtutem. Eſa. 5. Væ qui dicunt malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras in lucem. Eccl. 11. Bona in mala conuertens inſidiatur, & in electis ponit maculam. Accidit autem in Phariſæis ſpiritualiter, quod in præcedenti capitulo accidit, quia dæmones expulſi ab obſeſſis intrabant

Alb. Mag.

Euthym. in porcos, intrant autem nunc in præsumptuosos Pharisæos. Cæterùm, vt ostendit Euthymius in Matth. manifestæ sunt illorum nugæ. Nam qui dæmoniorum principem habet amicum, quæ illæsa sunt, grata perficit. Dæmoni autem gratũ est, vt si quis semper noceat hominibus, doceat omne peccatum, abstrahat omnes à Deo. Christus verò contraria his operatus est, beneficia semper conferens in homines, omnem docens virtutem, ad eum omnes adducens. Et tamen hos solùm non puniuit, sed neque arguit eos: docens nos magis calumnias sustinere, & potiùs benefacere nocentibus, ac iniuriam inferentibus.

Finis Tomi primi, quo Christi natiuitas, infantia, pueritia, baptisma, priora miracula, prædicatio, & discipulorum vocatio explicantur: ea nimirùm quæ contigerunt vsque ad secundum Pascha ab eius baptismate.

TOMVS SECVNDVS

Complectitur acta Christi secundo eius prędicationis anno, à secundo Paschate ad-vsque tertium.

A

DE PISCINÆ PROBATICÆ MIRABILIBVS, CHRISTI IN PARALYTICVM IAM 38. ANNOS laborantem propensa misericordia, eiusdem in eo curando omnipotentia, Iudæorum in Christum inuidia, quia hoc sabbato die fecisset: quódque iste tandem ad fidem filij Dei perductus, vtriusque hominis sanitatem adeptus sit.

B

Matth.	Marc.	Luc.	Ioan. 5.
			POST hæc erat dies festus Iudæorũ, & ascendit Iesus Hierosolymam. Est autem Hierosolymis Probatica, piscina quæ cognominatur Hebraicè Bethsaida, quinque porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum expectantium aquæ motum. Angelus autem Domini descendebat secundum tempus in piscinam, & mouebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinam post motionem aquæ, sanus fiebat à quacunque detinebatur infirmitate. Erat autem quidam homo ibi triginta & octo annos habens in infirmitate sua. Hunc cùm vidisset Iesus iacentem, & cognouisset, quia iam multum tempus haberet: dicit ei, Vis sanus fieri? Respondit ei languidus, Domine, hominem non habeo, vt cùm turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam: dum venio enim ego, alius ante me descendit. Dicit ei Iesus, Surge, tolle grabatum tuum, & ambula. Et statim sanus factus est homo ille: & sustulit grabatum suum, & ambulabat. Erat autem sabbatum in die illo. Dicebant ergo Iudæi, illi qui sanatus fuerat, Sabbatũ est, non licet tibi tollere grabatum tuum. Respondit eis, Qui me sanum fecit, ille mihi dixit, Tolle grabatum tuum, & ambula. Interrogauerunt ergo eum, Quis est ille homo, qui dixit tibi, Tolle grabatum tuum, & ambula? Is autem, qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset. Iesus enim declinauit à turba constitutâ in loco. Postea inuenit eum Iesus in templo, & dixit illi, Ecce sanus factus es: iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Abiit ille homo, & nuntiauit Iudæis, quia Iesus esset, qui fecit eum sanum.

C

D

E

IN SICCITATE ros cœli exquiritur, in morbo remedium, in pollutione purgatio. Quis enim non soli fœcunditatem, corporis sanitatem, & vestis cœno asperſæ mundationem exoptet? Et maiora quidem nobis communicauit Christus. Aruerat tanquam testa virtus nostra, adeò vt fructum ferre minime possemus. Ros datus est in baptismo, gratia communicata est: quâ tandem fructus bonorum operum proferrentur: alioquin opera nostra Deo ingrata fuissent. Est autem baptismus non carnis ablutio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio. Emundamur & ab operibus mortuis ad seruiendum Deo viuenti, per pœnitentiæ sacramentum: adeò vt nihil tam fœdum & conspurcatum sit in nobis, cuius purgationem non in Christo habeamus. Heb. 1. Nam cùm sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, portánsque omnia verbo virtutis suæ, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. Apoc. 1. Lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Huius purgationis typum gessit hæc piscina Probatica, *Introductio.* *Summa.*

in quam qui primi omnium demergebantur, sanabantur ab infirmitatibus suis. Sed & homo F
iste paralyticus, qui 38. annis laborabat, solo Christi verbo sanitati restitutus, saris ostendit, nullum esse, nec quidem in nostris animis tam inueteratum peccati morbum, qui non à Christo curari possit, si modò obaudiamus quid ille iubeat, præceptisque obsequamur. Duo igitur se nunc ista offerunt, mirabilis Piscinæ virtus, & Paralytici curatio.

Cyr. Alex. Chrysost. Euthym. Theophil.

Porrò quando istud acciderit, generali quadam nota determinat Ioānes, dicens, *Erat dies festus Iudæorum.* Cyrillus Alexand. cap. 123. lib. 2. in Ioan. Chrysosto. hom. 31. in Ioan. Euthymius & Theophilactus, diem Pentecosten intelligunt, rationē habentes eiectorū vendentium in die Paschæ. Sic enim habet Cyrillus. Tempore Paschæ celebrato, Pharisæorum morositate depulsus à Hierosolymis, ad Samariam Dominus decessit. Pētecostes verò tempore (hic enim dies festus post illum deinceps sequitur) Hierosolymam reuersus, hominē à morbo diuturno liberauit. At verò si hoc vno eodemque anno euenisset, vix cōstarent tres anni cum dimidio prædicationis Iesu: quod tamen tempus ex Euangelistis constabit, si modò ita duo priora Paschata cum Irenæo computemus.

Quo tēpore hæc facta sint.

Irenæus. *Quinam dies festus hic fuerit.*

Irenæus lib. 2. in hæres. cap. 39. Et primùm quidem, inquit, vt fecit vinum ex aqua in Cana Galilææ, ascendit ad diem festum Paschæ. Dehinc iterum se subtrahens, inuenitur in Samaria, quando cum Samaritana disputabat. Et post hæc iterum secunda vice, ascendit ad diem festum Paschæ in Hierusalem, quando paralyticum, qui iuxta natatoriam iacebat 38. annos, curauit, iubens vt surgeret, & auferret grabatū suum, & iret. Rupertus lib. 5. in Ioan. ad Pascha primum refert eiectionem ementium & vendentium, & instructionem Nicodemi. Ac deinde, inquit, commoratus in Iudæa, detrahentibus Iudæis, inuidentibus Pharisæis, diuertens in Samariæ ciuitatem, tandē rediit in patriam suā. Et ecce hoc secundo anno, eodem festo ascendens Hierosolymam, veniens ad Probaticam piscinā, factis quoque præfigurat baptismi sui potentiam. Et tertio anno, circa solennitatem eandē, facto conuiuio de quin- H
que panibus & duobus piscibus in quinque millia, per occasionem cibi illius, aliud non minus necessarium saluti nostræ commendat sacramentum, dicens: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis huius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Quarto anno in eadem solennitate, vt prædictum est, patitur. Ac reuera nomen festi simpliciter pro Pascha solet in E-

Rupertus.

Quòd fuerit dies Paschæ.

uangeliis accipi: vt ibi, Non in die festo, Matt. 26. Item, Secundum consuetudinem diei festi, Luc. 22. Item, Eme ea quæ opus nobis sunt ad diem festū, Ioan. 13. Adde quòd post illud Pascha, quo electi sunt vendentes & ementes, Iesus moratus est in Iudæa, Ioan. 3. vt etiā obseruat Rupertus. At verò mora iuxta scripturæ vsum, in paucis his diebus, qui ad Pentecostē interfluxerunt, intelligi non potest, vt notat Melchior Canus, lib. 11. de locis Theologic. eò vel maximè, quòd postquàm Christus commoratus in Iudæa est, abiit iterum illa relicta in Galilæam, quemadmodum Ioan. cap. 4. dicitur. Ac rursum è Galilæa venit Hierusalem, quod habes I
cap. 5. Quæ omnia tam breui tempore, nisi Christum cursorem faciamus, expediri vix que-

Melchior Canus.

unt. Caietanus sanè in 4. Ioan. caput, haud absurda ratione computat, Christum in Iudæa, post Pascha celebratum, in quo vendentes eiecit è templo, longam multorum mensium moram interposuisse. Itaque consequitur, festum istud, quo paralyticus sanatus est, minimè Pentecostes solenne fuisse. Existimat Caietanus Hyemale, aut Dedicationis fuisse tertia die mensis Adar, hoc est Februarij: aut sanè sortium, quod à Iudæis seruabatur 14. & 15. postremi mensis. Verùm nos malumus cum Irenæo & Ruperto diem festum Paschalem intelligere. *Ascendit Iesus* à Galilæa *Hierosolymam.* Theophilactus in Ioann. Partim ne videretur aduersarius legis, cùm & ipsa præciperet omni masculino ad diem illum conuenire. Euthymius in Ioan. Ideò cum cæteris secundum legem, festum celebrare voluit: partim etiam, vt simplicium multitudinem attraheret. Nam in festis, ex omni plebe confluebant. Ignatius in Epist. ad Philipp. Dies K
festos, inquit, nolite inhonorare. Honorantur autem pio aliquo opere. Tertull. lib. ad vxorem: Si quis ex infirmis fratribus visitandus. Vnde iis diebus maxima miracula in ægrotorum consolationem contulit. *Est autem Hierosolymis Probatica piscina.* Græca exemplaria vulgaria, quæ nunc sunt, sic habēt: Est autem ἐπὶ τῇ προβατικῇ κολυμβήθρᾳ, in loci situ ad Probaticam natatoriā: vt significetur locus quidā, qui dicitur Probatica natatoria: cùm tamen Theoph. in nominatiuo casu Probatica legat: vt & ipsa natatoria Probatica in loco, qui pecuin⁹ diceretur, sita esset. Sic enim habet in Ioan. Probatica autem dicebatur piscina, eò quòd oues illic ad sacrificium congregabantur, & intestina eorum abluebantur. Idē habet Euthymius. Ad id facit, quod Brocardus in descript. Terræ sanctæ scribit, Hierosolymis fuisse portā gregis, respicientē Austrum, positā iuxta torrentē Cedron, per quā introducebātur greges immolandi, in templū: erátque Probatica piscina non longè ab ea. Idē rursus: Ab area tēpli, inquit, contra Aquilonē, quantum

Theophil. Euthym.

Quomodo festa honorentur.

Ignatius. Tertull.

Theoph. *Piscina pecuina.*

Brocardus.

Idē Broc.

A quantum iactus est lapidis, porta vallis est, seu gregis, quę ducit in vallē Iosaphat. Porrò intrā-
bus portam illā, ad sinistrā occurrit piscina Probatica. Et ne erres in hac piscina, nota hanc prę-
cipuā fuisse in vrbe, factā à Salomone, pro ministerio tēpli. Dicitur autē propriè nō piscina, sed
natatoriū. Hoc enim sonat Græca dictio κολυμβήθρα, à κολυμβάω, quod est nato. Erāt enim *Natatoria.*
quatuor piscinæ seu natatoriæ Hierosolymis. Vna quidē superior, quæ à fonte Gyō per aquæ-
ductū in vrbē decurrebat: de qua Esa. 7. Secūda inferior, in quā effluebant aquæ à superiore, de
qua Esa. 22. Tertia fontis erat Siloé, de qua Nehem. 3. & Ioā. 9. Quarta erat ista Probatica, per
antiphrasim tamen piscina dicta: nec enim pisces habebat. Videtur autem ideò Piscina vocari,
quia & hoc nomē sonat dictio Beth-tseda. sic enim legit Hieronymus, בית עידא Beth-tseda, *Vnde dica-*
i. domus piscationis. *Tseda* enim Syriacè piscatio est, qua lingua Iudæi post reditū è Babylone *tur Beth-*
vulgò vtebātur. Sed fortè aliquē mouet illud quod sequitur, *Quæ cognominatur Hebraicè Beth-* *tseda.*
B *saida*: nisi fortè dictū est pro eo quod aut Hebræis erat familiare, aut quod corruptū ex Syriaco
in Hebraicā linguā inserebatur. Græca exēplaria pro Bethsaida habēt βηθεσδά, *Bethesda*, quod
quidam secundum Hebraā etymologiā interpretantur domū pecualem. Nā *Beth* Hebræis si-
gnificat domū, *Eder*, gregē vel pecus. Vnde *Beth-eder*, domus gregū vel pecualis potest intelli-
gi. Ex authoribus vetustis quomodo legerint, certi nihil deprehendi potest, cùm nemo voca-
buli huius vim tractet, aut etymologiam excutiat. Hinc factum est, vt alij alia nomina confin-
gant, ex quibus hæc dictio constet. Tertullian. Sunt etiam qui putent dici *Beth-setha*, id est, do-
mum agni seu ouis. *Setha* enim Chaldaica dictio ouem significat. Alij tamen magis accedunt
ad ipsam dictionem, qui sic Beth-esda nuncupant, non vt sit à dictione *Eder*, quæ gregem signi
ficat, sed ab אשד *Esched*, quæ defluxionem, ex qua formetur dictio בית אשדה *Beth-esdā*: quòd ex
tectis editioribus aqua pluuia in eam affluēret. Hieronymus lib. de locis Hebr. Ostenduntur, *Hieron.*
inquit, gemini lacus, quorum vnus hybernis pluuiis adimpleri solet: alter mirum in modum
C rubeus, quasi cruentis aquis, antiqui in se operis signa testatur: quod nimirùm, vt ille & Euthy- *Euthymi.*
mius obseruant, hîc Nathinæi hostias lauarent. Sunt etiam qui dictam putant בית חסד *Beth-hes-*
sed, ex qua conficiatur *Beth-hesda*, à dictione *Hesſed*, quod misericordiam & benignitatem so- *Tremelli.*
nat, quo nomine eam nuncupat quidam Tremellius in Translatione Syriaca noui Testamen-
ti בית חסדא, quod domum benignitatis sonat, quia & ibi Dominus sanabat morbos populi sui.
Nec mirum esse debet, quòd locus nomen Domus habeat: hoc enim maximè Chaldæis est
familiare, vt in Beth-lehem, Beth-phage, Beth-saida, Beth-el, Beth-auen, Beth-oron, Beth-sa-
mes. Describitur autem ipsius piscinæ constitutio, cùm adiicitur, *quinque porticus habens*: nimi- *Cur quin-*
rùm vt faciliot esset Nathinæis hostias lauaturis has in aquas descensus, & ex omni parte pate- *que portic.*
tet ægris in eas aditus. Hinc famosa illa fuisse colligitur. Chrysostom. hom. 35. in Ioan. Quem- *Chrysost.*
D admodum in auri metallis, ne quidem minimam venam quispiā, qui rem intelligat, omittere
patitur, vtpotè quæ ad augēdas diuitias plurimùm faciat: ita in diuinis scripturis ne vnum qui-
dem iota, aut vnus apex, sed ne dimidium quidem prætermittendum est, verùm omnia dili-
gentiùs inuestiganda sunt, cùm nihil superfluum ediderit Spiritus sanctus. Primùm igitur sta-
tuendum est, patres antiquissimos Chrysostomum, Cyrillum Alexandr. Euthymiū, Augusti-
num, Theophilactum, ex hac piscina Baptismi figuram elicere: & quidem rectè. Nā quòd Do- *Figura*
minus aquę baptismum instituturus erat, celebria in aquarū substantia mysteria exhibita sunt. *Baptismi.*
Genes. 1. A principio quidem spiritus Domini ferebatur super aquas. Genes. 7. per aquam saluæ
factæ sunt octo animæ. Per mare educti & erepti Israëlitæ, Exod. 14. in quo & baptisati sunt.
Iordanis reuersus est, populo viā faciens, Ios. 3. & 4. Aquæ Marath dulces redditæ sunt immer-
so ligno, Exod. 15. Iordanis diuisus est pallio Helyæ: Leprosus Naaman mundatus in Iordane,
4. Reg. 5. Et vt ad Christum veniam, Ioan. 2. aquam ille mutauit in vinum. Matth. 14. mari im-
E peritauit, super illud ambulauit. Matt. 3. in Iordane baptisatus est. Ioan. 9. ad natatoria Siloë cæ-
cum natum misit. Hæc omnia sanè Baptismum commendabant, vt Greg Nyssen. Tertullian.
Basilius, Athanasius, & alij permulti, libris suis de Baptismate testantur. Omnium autem ma-
ximè hæc piscina Probatica, tanti sacramenti mysteria, virtutemque expressit, vt docet Optat. *Opt. Mile.*
Mileuitan. lib. 3. in Donatist. Accedit enim ad ipsius veritatis typum, quod priùs hîc im-
molandæ hostiæ lauabantur. 1. Nam & Christus priusquàm pateretur, aquis Iordanis ablutus
est. Non quidem (ait Cyprian. lib. de baptis. Christi) quòd egeret lauacro, in quo peccatum non *Cyprian.*
erat: sed vt sacramento perennis daretur authoritas, & tanti virtutem operis nulla personarum
acceptio commendaret. 2. Quòd hostiæ piscina hac mundabantur, significabatur, quòd & *Omnia per*
omnia per vim sacramentorum nouæ legis, nimirùm per Christi lauacrum purganda erant. *vim sacra-*
Omnes enim vt eundem potum spiritualem biberunt, ita eandem lotionem spiritualem *mentorum*

in Christo susceperunt. Nihil enim ad perfectum adduxit lex. 3. Et nos quidem vt fiamus hostiæ Deo, & exhibeamus corpora nostra hostiam viuam, Deo placentē. Philip. 4. priùs lauacro regenerationis abluimur in sanguine Christi. Apoc. 1. & ad Tit. 3. 4. Hostiæ ipsęmet veteris legis lauabantur hac piscina, quia nullā, nisi per Christi lauacrū, vim assequebantur. 5. Probè autē Probatica dicitur, quasi ouilis: quia per baptismū Christi, oues efficimur. 6. Nathinæi verò non abs re abluendis victimis addicti erant, quoniā ministris tēpli & Ecclesiæ baptisandi potestas concredita est, quibus vt Apostolis dictū est Marc. vlt. Baptisate in nomine Patris, &c. & vt refertur ex Isidoro lib. 2. de Offic. cap. 24. & de consecrat. dist. 4. can. Cōstat baptisma. 7. Quinque porticus, quinque præcipua Domini vulnera indicant, necnon passionis Christi virtutem, qua baptismū ingredimur. Vnde & ipse expansis manibus crucifixus est, vt liberū ad eū aditū significaret. Immò Ephes. 2. per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu, ad Patrē. Vnde & se vocat ostiū, quo non minus porticus salutis vocetur. Quinetiā sicut hęc piscina Hierosolymis erat, ita Baptisma in vna est Ecclesia Catholica & Apostolica, extra quā nō est salus. Dicitur & *Beth-tseda*, domus piscationis, quia in ea piscatores Apostoli fideles populos in rete suū euocāt. Dicetur & domus misericordiæ, cùm per suā summam misericordiā saluos nos faciat Dominus Iesus per aquā regenerationis, & renouationis Spiritus sancti, quē in nos effudit abū dè, vt scribit Apostolus. Dicetur & domus defluxionis, quòd è Christi latere nobis defluat virtus baptismatis: dicetur & domus ouilis, quoniā & hîc oues Christi efficimur, loti pretioso sanguine quasi agni immaculati Iesu Christi. Sed & quinque porticus nonnulli ad quinque sensus traducent, è quibus peccatum hauritur: quoniam & ij tandem purgantur, & aqua illa alluuntur. *In his iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum expectantiū aquæ motum.* Etsi in benè constituta Republica per eleemosynarum distributionem caueri debeat, ne tot mendici reperiantur in plateis, & ad ægrotorū curationem Nosodochia seu infirmorū hospitalia erigantur: erāt tamen illi ob hominū oculos in celeberrima omniū vrbe, vt in alienis exēplis quisque suas miserias consideraret, pro collata meliori valetudine gratias ageret Deo, & in egentes charitatis opus exerceret: Quinetiā ex corporalibus morbis coniiceret, quantæ essent animarū necessitates, quasi iam tempus declarantes necessarium expetere Christi aduentum. Quærenti enim cur non primùm venit Christus statim post Adami peccatum, respondet Greg. Nyssenus, sermone catechet. de diuin. sacramentis, expectasse vlcus maturū, quo se proderet morbus, & in discrimen vocato ægro, maior curatio appareret. Atqui quot erant corporales, tot, immò numerosiores tunc erant morbi spirituales. Es. 1. Omne caput languidum, & omne cor mœrens. A planta pedis vsque ad verticem non est in homine sanitas. Beda in Ioan. Cæci erant, qui necdum perfectam fidem habebant: claudi, qui bona quæ nouerant, operandi gressibus implere nequibant: aridi, qui etsi oculum scientiæ haberent, pinguedine tamen spei & dilectionis egebant. Cæci omnes, & duces cæcorum: claudi, qui hæsitabant quid de Christo & de Deo Israël sentirent: aridi, qui omni penitus gratia destituebantur. Omnes tamen expectabant aquæ motum, id est spiritualem Messiæ gratiam. Hoc etiam mihi vide in Samaritide. Cæca illa & clauda erat, & dicebat, Scio quia Messias venit. Ita Angelum noui Testamenti expectabat, qui illam ab hac hæsitatione resoluerat. *Angelus autem Domini secundum tempus descendebat in piscinam, & mouebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinam post motionem aquæ, sanus fiebat à quacūque detinebatur infirmitate.* Poterat quidē Deus absolutè, & per seipsum id exequi, mediis tamē Angelis vsus est: vt doceret mediis hominibus, ipsum vt summum animas à languoribus spiritualibus curaturū. Sed & Col. 1. Angeli virtutes dicuntur, quia in eis, & per eos operatur Deus, & iidem ipsi administratorij sunt spiritus, propter eos qui hæreditatē accipiunt salutis, Heb. 1. Errāt ergo hac in parte hæretici, non modò cùm hominū, sed & Angelorum ministerium, & propitiam nobis virtutē negant. Origenes hom. 2. in Cant. canticor. Angelos curam Ecclesiæ, sicut & olim synagogæ, habere docet. Quoniam, vt scribit, lex disposita est per Angelos, in manu mediatoris. Et ad Hebr. Si enim per Angelos habitus sermo firmus est, ipsi erāt velut authores & procuratores positi paruulæ sponsæ cū paidagogo sub lege, donec plenitudo tēporū veniret. Illos obseruādos & honorādos, & in eis Deū relucere patet. Exod. 23. Ecce ego mitto Angelū meū, obserua eū, & audi vocē eius, nec contēnendū putes, quia nō dimittet cū peccaueris, & est nomē meū in illo. Nā & illi auxiliatores, administri, tutores & ppitij nobis sint, plenæ sunt scripturę: cū interim Deū p eos operantē agnoscamus. Per eos locutus est, custodiuit, & eripuit Israēlē: pstrauit inimicos, obturauit ora leonū, consiliū sanitatis Tobię cōtulit: nunc autē per Angelū vim aquis curatricē infundit. Nō adeò stupidi sumus, vt quod nobis imponūt hæretici, Angelos, seu Sāctos ipsos à Deo seiūgamus, cū per ipsos nobis aliquod

Isidor.

Pauperum ratio habenda in Republ.

Greg. Nyss.

Beda.

Mediis Angelis vtitur Deus.

Origen.

Angeli auxiliatores nostri sunt.

A aliquod beneficium cõferri expetimus. Cedo ſcilicet, num omnes ægroti, qui ad piſcinam iſtã iacebant, Angeli deſcenſum expetebant, & magnis votis deſiderabant? Itáne putandum eſt, vt non poſſent iſta & precari, & deſiderare, quinetiã ipſi Angelũ hunc authorẽ, & non huius gratiæ adminiſtrũ agnoſcerent? Origen. hom. 8. in Geneſ. Angeli, inquit, Chriſti ſequentes exẽplũ, lætantur ſuper vno peccatore pœnitentiã agente, & de profectibus hominũ gloriãtur. Ipſi enim velut procurationẽ animarũ noſtrarũ tenẽt, quibus dũ adhuc paruuli ſumus, velut tutoribus & actoribus cõmittimur, vſq; ad præfinitũ tẽpus à patre. Id igitur habẽt à Deo, habẽt & homines, vt miniſtri ſint verbi Dei, miniſtri ſacramentorũ: adeò vt alio gradu Deũ illum ſummũ, velut cauſam primã, alio homines & Angelos eius miniſtros contẽplemur. Cæterùm prætereũdum non eſt, quòd miraculũ iſtud non vbique, ſed ſolùm *Hieroſolymis* fiebat: quaſi digito oſtenderet, quòd ex eo loco Baptiſmi pręceptũ fieret: & de Syõ exiret lex, & verbũ Domini de Hieruſalẽ. Eſa. 2. Vnde & Zach. 13. hæc prædicta fuerãt. In die illa erit fons potens domui Dauid, & habitantibus Hieruſalẽ, in ablutionẽ peccatoris & mẽſtruatæ. Id etiã Hieroſolymis fiebat, quia ibi templũ Dei erat, & vrbs illa ſancti nuncupabatur: nimirùm in quã Chriſtus eſſet venturus, & in qua cõcionaturus erat. Fiebat etiã, vt diximus, ad typũ baptiſmatis, quod in vna Eccleſia cognoſcitur, quæ eſt vera Hieroſolyma. Ex hoc autẽ facto cõuincuntur hæretici, qui loca omnia ita æqualia eſſe affirment, vt in vno loco potiùs quàm in altero miracula fieri negent. Nũ ſcilicet iſtud fiebat in ſola Hieroſolyma? Quid quòd rubus ſolus Moſaicus ardere viſus eſt, & in Bethel ſcala Patriarchæ Iacob apparuit? Auguſt. epiſt. 137. ad Clerũ ſuũ, & plebẽ Hipponenſem. Vtique Deus eſt, ait, & nullo continetur loco qui continet omnia. Verũtamen ad iſta quæ hominibus nota ſunt, quis poteſt Dei conſiliũ perſcrutari, quare in aliis locis hæc miracula nõ fiant? Refert ibidẽ, quòd Mediolani ad ſepulchra Martyrũ dæmones confiteantur, & furẽ qui C peierare volebat, hîc coactũ furtũ confiteri. Idem lib. 22. de ciuit. Dei, cap 8. in memoria Stephani apud Audurum fundum refert multa facta miracula, quæ non alibi. Hiſtoriæ tripart. lib. 2 cap. 19. Probianus Gentilis podagra curatus viſione facta, & oſtenſo ſigno crucis, in Michaëlo olim tẽplo Veſtæ. Plena ſunt Eccleſ. hiſtoriæ monumenta inſignibus miraculis, quæ in quibuſdam locis olim facta ſunt. Ipſe etiam Theodoretus lib. Affect. Græcar. ſermone de Martyribus, eapropter olim peregrinatũ ad Martyrũ monumẽta tradit. Porrò mirum eſſe non debet, ſi in elementũ aquæ vis iſta curandi defluebat ab Angelo, cùm & aquam, vt diximus iã, Deus omnipotens ad purgationem animarũ noſtrarũ conſecraſſet. Verùm & ipſe inuidus noſter, & æmulator diuinarum inſtitutionũ Sathan, aquas etiam ipſas in ſuum vſum prophanauit. Fuerunt quidem olim aquæ immolatitiæ idolis conſecratæ, quas vt idolothyta Chriſtiani abhorruerunt. Vnde cùm Valentinianus Iulianũ tẽplũ Fortunæ in Occidentali Gallia ingredientẽ D præcederet, euenit vt ſacerdos idolo addictus, frondibus quibuſdã roſcidis conſpergeret, adeò vt gutta vna in Valentiniani veſtem inciderit. Quod factum ægrè ferens, enſe eam partem veſtis, in quã humor ille inciderat, abſcidit: & percuſſo pugnis miniſtro, à ſe abiecit. Nicephorus lib. 11. cap. 1. Quid quòd non Gentiles modò, ſed & Samaritæ ſuis execrationibus vſum aquæ peruerterunt? Samaritæ enim, vt ſcribit Epiphanius lib. 1. contra hæreſ. tom. 1. hær. 9. vrina ſe proluunt, vbi ab externis venerint polluti: nimirùm & in aquam ſe vnà cum veſtibus immergunt, vbi alium ex alia Gente cõtigerint. Nam cùm diabolus præſciuiſſet aquæ virtutem, eiúſque in baptiſmo ſanctificationem: hanc in ſuos vſus detorſit, vt poſſet ſimul & ipſum ſibi baptiſmum, ſed Chriſti baptiſmo contrarium vendicare. Ideò per Hydromantiam, ſeu vaticinandi ſpeciem quæ fit per aquam, docuit Pompilium Numam, vt ſcribit Auguſtin. lib. 7. de ciu. Dei, cap. 35. Sed & Colophonicas aquas dæmoniaco ſpiritu implebat, quem ſimul cum E aquis ſacerdotes hauirent, vt tradit Iamblichus lib. de myſteriis. Idem per Caſtalias aquas efficiebat, vt notat Niceph. lib. 10. hiſt. Eccleſ. cap. 28. Gẽtiles quoque (ait Tertull. lib. de baptiſmo) ſacris quibuſdã per lauacrũ initiantur Iſidis & Mithræ: ipſos etiã Deos, villas, domos, tẽpla, totáſque vrbes aſpergine circumlatæ aquæ expiant, ludíſque Apollinariis & Peluſiis tinguntur, in regenerationẽ & impunitatẽ periuriorũ ſuorum. Sed neque hæc ſacram baptiſmatis inſtitutionem ſubuerterunt. Nã & ex ipſo naturæ ordine Deus vim quibuſdam aquis inſeuerat, ex qua facilè colligeremus, quàm maiora nobis in ſacris myſteriis expectanda ſint. Nã (vt Tertulliani verba lib. de anima. cap. de mortis vi, & Mænãdro hęretico hîc inſerã) legimus pleraq; aquarũ genera mirãda: ſed aut ebrioſos reddit lynceſtarum vena vinoſa, aut lymphaticos efficit Colophonis ſcaturigo dæmonica, & vt Alexãdro accidit, Nonacris Arcadiæ venenata. Fuit & Iudææ lacus medicus ante Chriſtũ (is nimirùm, de quo Euangeliũ hodiernũ loquitur) non in quo, vt olim ſolus Naaman aquis Iordanis, ſed in vberioris curationis

In ſola Hieruſalẽ hoc miraculũ.

Locorum diſcretio in reb. ſacris.

Auguſt.

Idem Aug. Hiſt. trip.

Theodor.

Peregrinationes.

Quã mira in aquis.

Sathan aquis abuſus eſt.

Nicephor.

Epiphanius.

Auguſt.

Iamblich. Nicephor. Tertullia.

Nicephor. Cassiodor. significationem, plures lymphis abluti à morbis erepti sunt. Niceph. Callist. hist. Eccles. iast. lib. F 10. cap. 31. & Cassiodorus historia tripart. lib. 6. cap. 42. referunt apud Nicopolim olim dictam Emaus fontem esse, quo non tantùm hominum, sed & animalium brutorum varij languores curantur: quod hîc Christus cum discipulis pedes lauerit: Aqua vtique virtute imbuta, per attactum corporis Christi, sicut & hæc de qua in nostro Euangelio agimus, fiebat omnibus medica post motionem Angeli. In virtute quoque nominis Iesu Andreas apud Patras nâutam quendam quinquaginta annis debilitate nimia proiectum, in cœno iacentem, vlceribus scatentem & vermibus, cui nullius medici potuisset cura mederi, profluente purè cum vermibus à corpore eius, aqua maris abluit & sanauit, vt refert Abdias lib. 3. hist. Apostolicæ. Piscinam sanè aliam excitare volebant Græci medici, Constantino à lepra curando: piscinam inquam diabolicam infantium & lactentium sanguine vaporantem, qua abluereturSed vbi ille motus matrum planctibus, maluit æger esse, quàm tam immane scelus committere, Deo misG rante, ad aliam piscinam, qua corpore & anima mundaretur, noctu sibi Petro & Paulo apparentibus, eorúmque effigie à Syluestro Hierarcha Romano agnita, vocatus est. Nimirùm post septem dierum ieiunium & orationem, aquam baptismatis ingressus, totus saluus & incolumis, perinde atque carne recenti indutus egressus est, quibusdam quasi piscium squamis in vnda relictis. Atque ibi beato quoque Syluestro dixit, se, cùm adhuc in sacris esset vndis, manus veluti cuiusdam è cœlo missę attactum sensisse. Nicephorus lib. 7. cap. 33. Quid ergo mirum, si piscina hæc baptismatis figuram gerere dicitur? Quid quòd & omnibus medica perhibetur?

Abdias. Historia Constantini.

Nicephor. Nicephor. Apud Nicephorũ lib. 14. cap. 12. refertur Iudæus Constantinopoli in desperato casu à paralysi curatus, sub Attico, dum baptizaretur: adeò vt baptismaH illi animæ & corporis salutem contulerit. Porrò ne minimum quid eorum quę fiebant in piscina Probatica, non aliquid mystici in baptismo præfiguratum putemus, requirendum nobis est, quid Angelus ille, qui secundum tẽpus descendebat in piscinam, & illam turbam, præsignificauerit. Anastasius Nyss. lib. 9 in Anagogen sex dierum creationis. Christus, ait, magni consilij Angelus est, quia antiquũ verum consilium, simul cum patre primùm consultauit. Hunc Tertull. lib. de Trinit. illum Angelũ fuisse scribit, qui Agar per solitudinem erranti puteum aquæ viuæ ostendit. quòd & Christus ipse nobis aquæ mysteria demonstrauerit, è quibus vitam colligeremus. Gen. 21. eundémque esse, qui cum Iacob luctatus est, Gen. 32. *Angelus autem descendebat in piscinam secundum tempus*, descensu suo forsan per aliquod visibile signum manifesto, quo docerentur omnes non naturalis, aut dæmoniacæ, sed diuinæ & cœlestis dignationis esse id quod tunc fiebat. Vim autem habet dictio Græca, καὶ τὸ καιρὸν. Atqui καιρὸς non simpliciter tempus est, sed opportunum: vnde & καίριον, opportunitas est. Tempore igitur opportuno, non semper, neque statim omnibus hæc aqua medica fiebat, Deo hoc miraculum moderante, non autem naturâ. Nam sicut, licet plures sub Heliseo decesserint, vnus tamen ab eo puer suscitatus est, 4. Reg. 4. Et quãuis in diebus Heliæ plures essent viduæ, ad vnã tamen Sarephtanã ille diuertit, 3. Reg. 17. & ex omnibus leprosis sub Helisæo Propheta vnus Naamã Syrus mũdatus est, 4. Reg. 5. & Luc. 4. Sic, vt Deus gratuita hæc miracula & curationes doceret, non omnibus, sed singulis, & per interualla beneficia cõmunicãtur. Cæterũ sunt qui quærunt, an certo & definito tẽpore id contingeret. Cyril. Alex. hoc in Pentecoste euenire solitũ scribit. Id si tantùm in Pentecoste fiebat, quid opus erat per reliquam anni partem hîc manere tot ægrotos, & expectare motum aquæ? Quid demum expectari solet, nisi illud, cuius temporis ratio incerta est? Nam sufficisset, aduenientI e Pentecoste, vt quisque infirmus huc se transferret, neque tamdiu tẽpus attereret, & seipsum vana expectatione consumeret. Theophil. & Euthym. generaliter tantùm exponunt certo tempore, vel opportuno tẽpore. Euthym. in Ioan. Dicens autẽ, inquit, statuto tempore descendebat, docuit K quòd nõ semper fiebat miraculũ, sed certis tẽporibus: hominibus quidẽ incognitis, verùm frequenter, vt opinor, in anno. Propter hoc siquidẽ in porticibus decũbebat multitudo magna lãguentiũ. Chrysost. hom. 35. in Ioã. Neq; enim, inquit, certo tẽpore aqua mouebatur, sed claudi quidẽ & contorti tẽpus expectare poterant, cæci verò minimè, nisi fortè motũ auribus accepissent. Hæc ergo aquæ turbatio nõ certo aliquo die festo, sed pluries in anno, quãdo Deo placebat, contigit. *Et mouebatur aqua.* Vetustiores libri habent, καὶ ἐτάρασσε τὸ ὕδωρ. & turbabat aquã: vt ad Angelum motus hic aquæ referatur. Sic legit Chrysostom. & Cyril. Alexand. Mouebat autem aquã Angelus, vt extraordinario & supernaturali modo operari se ostenderet. Nã licet aqua turbida minus mũdare posse videatur, sanabat tamẽ hæc: ne tu contẽptibilis rationE elementi contemnas sacramentum. Quid enim vilius aqua turbida? Quid luto, quo cæci oculos perunxit? Et tamen hæc curandi vim habuerunt. *Et qui prior descẽdisset in piscinam, sanus fiebat à quacunque*

Cyrill. Alexand.

Euthym.

Chrysost.

A *à quacunque detinebatur infirmitate.* Ita requirebat Dominus ab iis qui curandi erant, diligentiam & promptitudinem. Nec enim animas noſtras purgaturus eſt, niſi & nos ipſi prompto id animo contendamus. Verùm hæc omnia ad baptiſmatis myſteria transferamus. Angelus ille noſter Ieſus Chriſtus non omni, ſed certo & præfinito tempore deſcendit de cœlo, id eſt incarnatus eſt, Ioan.1. in terris viſus, & cũ hominibus conuerſatus eſt. Gal.4. Siquidem, vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum, factum ex muliere, factum ſub lege. Tum verò in aquam deſcendit, quando à Ioanne baptiſatus eſt, & ſuperaddidit, quod eius deerat baptiſmati, exinde virtutem eidem conferens. Turbatio autem aquæ talis erat, vt teſte Hie- Hierony.
ronym. lib. de locis Hebr. ſanies eorum animalium, quæ ibi ad ſacrificia Nathinæi lauerant, ſupernataret, & aqua illo ſanguine tingeretur. Nam & hoc deſignabat, non ſimpliciter aquam, ſed ipſam merito Chriſti paſſionis perfuſam, nos à ſpiritualibus morbis expurgare. Theophil. Theophil.
B in Ioan. Multi enim opinabantur, quòd ſola ablutione inteſtinorum ſacrificalium, virtutem quandam diuiniorem acciperet aqua: verùm diuina ſapientia viam faciebat Iudæis ad fidem in Chriſtum. Nec enim, vt ibi Chryſoſtom. hom.35. in Ioan. Theophilactus, Euthymius, Ru- Chryſoſt.
pertus, Cyrillus Alex. obſeruant, aliud per ea portendebatur, quòd aquam ab Angelo moueri oportebat, quàm ſecretam aquam in baptiſmate morbos eluere non poſſe, niſi virtus Chriſti acceſſerit. Neque enim, vt habetur de conſecr. diſt.4. can. Per aquam, ſanat aqua, niſi Spiritus ſanctus deſcendat in eam & conſecret. Numquid enim aqua baptiſmi purgare peccata credentium poſſet, niſi tactu dominici corporis ſanctificata fuiſſet? Proinde Paulus nos in morte Chriſti baptiſatos eſſe dicit. Emouit autem violento motu piſcinam hanc, adeò vt ſanguis aut ſanies hoſtiarum è fundo in ſummum enataret. Nam & Chriſtus quaſi è fundo omnia ſacrificia & victimas ad ſuum tempus, immò ad ſeipſum, vt prototypum perduxit, eáque, ſi-
C mílque antiquos patres in piſcina ſui ſanguinis ſanctificauit. Quòd autem aqua turbida ſanabat, ad virtutem operantis, & benedictionem attendendum docebat, non ad elementum. Id probat in ratione baptiſmi Gregor. Nyſſ. lib. de baptiſmo. Nam id, inquit, quod operatur, Greg Nyſſ.
magnum eſt, & ab illo mirabiles exiſtunt affectus. Quod probat in Euchariſtia, in qua licet panis & vini ſpecies vilis pretij appareant, poſt benedictionem tamen & ſanctificationem, corpus & ſanguis Domini dicitur, & eſt. Probat & virga Moſis, Exod.4. Helyæ pallio, & crucis ligno ſecundum ſuam naturam pauci ductis, at accedente benedictione, pluris æſtimatis. Porro ægritudines corporales, ſpirituales morbos in ratione baptiſmatis ſignificant.1. Cæci enim ſunt omnes ante catechiſmum: eo quippé, luce Dei, ſuique agnitione, imbuuntur. Eſt autem catechiſmus, baptiſmo præuius.2. Claudi item ſunt qui baptiſantur, cùm olim diaboli, tandem verò filij Dei eſſe nitantur, & inter hæc, diabolicis ſuſpendantur inſidijs. 3. Aridi ſunt omnes
D Dei gratia ante baptiſmum, adeò natura eorum corrupta eſt per peccatum. Expectare oportebat vt voluntas magis proderetur, quòd voluntate maximè ſanctificemur: vt fides, perſeuerantia quoque & patientia manifeſta fieret, ne fruſtrà effundi putes beneficia diuina, aut indifferenter omnibus, ſaltem quæ gratuita ſunt, niſi diſpoſitis, elargiri. Et ſicut oportebat eos qui curari volebant, in piſcina expectare, donec illa turbaretur: ita mos olim fuit, vt catechumeni, qui baptiſmate abluendi erant, ad templi fores expectarent, & ſuam hîc fidem & ſpem proteſtarentur, cùm omnium ſit fides liberrima. Hinc fit, vt baptiſandus reſpondeat, Credo, volo, abrenuncio, idq; libere, interrogatus. Immò verò Patres ita catechumenos probabant, vt eis pœnitentiam iniungerent, priuſquàm in ſacram piſcinam admitterentur. Itaque ſicut aquæ piſcinę Probaticæ vim purgatricem nõ habebant, niſi deſcenderet Angelus: ita niſi Chriſtus in aqua baptiſmi operetur, illa peccatum expurgare non poteſt. Requiritur quoque vt
E quiſque æger eſt, & curari contendit, in eam ſe demittat. Nec enim prodeſt nobis quòd baptiſma inſtitutum ſit, niſi & illud ſuſcipiamus. Illis tantùm profuit piſcina, qui in eam demerſi ſunt: & illis tantùm prodeſt baptiſmus, qui illum acceperunt. Cæterùm vnitas perſonæ in vice ſua curatæ, vnitatem indicat baptiſmatis, ne fortè ad vſque tria baptiſmata cũ Marcione admitti putemus. Ille enim, vt teſtatur Epiphanius to.3. lib.1. in hæreſ. 42. quæ Marcioni- Epiphan.
tarum eſt, cùm virginem in ſua ciuitate ipſe Diaconus corrupiſſet, & aufugiſſet, diffamiæ notam, quam hoc crimine ſibi pepererat, exterſurus, ſecundum lauacrum ſibi excogitauit, aſſerens licere ad tria vſque baptiſmata dare in remiſſionem peccatorum. At verò, vt ſcribit Apoſtolus, vnus Deus, vna fides, vnum baptiſma. Porrò quòd non modò aliquem morbum ſanabat hæc aqua, ſed & is, qui in eam demergebatur, *ſanus fiebat, à quacunque detinebatur infirmitate.* Chryſoſtomus hom.31. in Ioan. Quænam igitur hęc deſcriptio? Futurum enim erat Chryſoſt.
baptiſma plenum maximæ poteſtatis & gratiæ, purgaturum peccata, pro mortuo viuum effe-

ćturum, quemadmodum hæc in figura & piſcinæ huic & aliis pluribus adſcribuntur: & primùm quidem datur aqua, quæ corporum maculas, & non veras, ſed apparentes pollutiones, hoc eſt à morbo alios, alios à lepra, & aliis huiuſmodi morbis liberaret. Et huius quidem gratia multa in veteri Teſtamento per aquam mundata ſunt. Verumtamen ad propoſitum nobis ſermonem in præſentia redeamus. Primùm igitur pollutiones corporum, inde varia morborum genera per aquam ſanantur. Siquidem cùm vellet Deus appropinquantis baptiſmatis fidem nos erudire, non ſolùm peccata, ſed morbos per aquam expulit. Propiores enim veritati imagines, & in baptiſmate, & in paſſione, & in aliis certiores fuerunt, quàm vetuſtiores. Nam ſicut regij familiares, haſtatis honoratiores ſunt: ita & propiores figuræ. Et deſcendens Angelus, motæ aquæ ſanandi virtutem largiebatur, vt intelligerent Iudæi longè magis Angelorum Dominum omnia animæ impedimenta ſanare poſſe. *Et erat ibi homo quidam.* Huius nomen non exprimitur, quaſi nominis celebratione indignus eſſet. Faciunt enim diuites tantùm nomina ſua in terris ſuis. Peccator quoque ignotus eſt Eccleſiæ, donec renatus ſit: Ignotus Deo, ſi non fide & bonis operibus polleat. Sic Matth. 24. Chriſtus ad virgines fatuas ſponſum dicturum ait, Neſcio vos: vt admoneamur vigilare. Nec quoque Ioannes Epheſi à Marcione interrogatus, num eum noſſet, aliud reſpondit quàm, Noui te filium Sathanæ. Nec enim, cùm hæreticus eſſet, agnoſci debuerat à fidelibus velut frater, ab Eccleſia verò vt filius. Hanc
Irenæus. de Marcione hiſtoriam ſcribit Irenæus lib. 3. in hæreſ. Hic autem homo 38. *annos habebat in infirmitate ſua.* Hinc emergit ratio, cur illius potiùs miſereatur Dominus, cùm infracto animo ſpem ſemper conceperit. Patientia enim opus perfectum habet, vt in Iob & Dauide pa-
Patientiæ bonum. tuit. Perſeuerantia quoque id petendo, Dei opem conciliat. Patientiæ bonum vno libro deſcripſit Tertullianus. Perſeuerantia autem adeò neceſſaria eſt, vt non coronetur, niſi qui legitimè certauerit, & perſeuerauerit. 2. Tim. 2. Commendatur in Iacob, qui Angelo dicebat, Non dimittam te, niſi benedixeris mihi, Geneſ. 32. In vidua, Luc. 18. In amico, Luc. 11. Turbatur Eccleſia? Non deſinat fidelis ſperare. Ecce enim poſt longam captiuitatem populus ex Ægypto educitur: perierunt & hæreſes, quæ trecentis etiam annis perſtiterant, vt Arrianorum. Nullus recedat ab Eccleſia, vt nec iſte à piſcina. Affligitur vidua, orphanus & pupillus? Diſcant ſperare in Domino, qui eorum iudex eſt. Nec deſperet peccator in diuturna pœ-
Abdias. nitentia, vt gloriam aſſequatur. Abdias lib. 3. Habes Andream pro Nicolao orãtem, vt à Deo miſericordiã acciperet: quam tandem aſſecutus eſt. Non deſperandum, immò potiùs dicendũ
Hieron. cum Iob 13. Etiamſi occideris me, adhuc in te ſperabo. Hieronym. tom. 1. lib. de cuſtodia virginitatis ad Euſtochium: Quis ſanctorum ſine certamine coronatus eſt? Abel iuſtus occiditur: Abraham vxorem periclitatur amittere. Et ne in immenſum volumen extendam, quære, & inuenies ſingulos aduerſa perpeſſos. Solus in deliciis Salomon fuit, & forſitan ideò corruit. Quem enim diligit Dominus, corripit: caſtigat autem omnem filium quem recipit. Nónne melius eſt breui tempore dimicare, arma ſumere, laſſeſcere ſub lorica, & poſtea gaudere victorem, quàm patientia vnius horæ ſeruire perpetuò? Nihil amantibus durum eſt, nullus difficilis cupienti labor eſt. Reſpice quanta Iacob pro Rachel pacta vxore ſuſtinuit. Et ſeruiuit, inquit ſcriptura, Iacob pro Rachel annis ſeptem: & erant in conſpectu eius quaſi dies pauci. Vnde & ipſe poſtea memorat: In die vrebar æſtu, & gelu nocte. Amemus & nos Chriſtum, ciúſque ſemper quæramus amplexus, & facilè videbitur omne difficile. Breuia putabimus vniuerſa quæ longa ſunt: & iaculo illius vulnerati, per horarum momenta dicemus: Heu me, quia peregrinatio mea prolongata eſt à me. Non ſunt enim condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis: quia tribulatio patientiam operatur, patiẽ-
Tertull. tia autem probationem, probatio autem ſpem, ſpes autem non confundit. Tertullianus lib. de patientia. Quæ igitur negotiatio patientiæ in corpore? Imprimis adfectatio carnis hoſtia Domino placatoria per humiliationis ſacrificium. Cur ſordes cum anguſtia Domino libat victus? Contenta ſimplici pabulo, puro quoque potu cùm iciunia coniungit, cum cinere & ſacco inoleſcit. Hæc patientia corporis prædicationes commendat, deprecationes adfirmat: hæc aures Chriſti aperit, ſeueritatem diſpergit, clementiam eligit. Sic ille rex Babylonicus, offenſo Domino, cùm ſqualore & pædore ſeptenni ab humana forma exulaſſet, immolata patientia corporis ſui, & regnum recuperauit, &, quod optabilius homini eſt, ſatis Deo fecit. Diuturnæ patientiæ in morbis, etiam poſt amiſſam curationis à medicis expectationem, exempla habes
Patientiæ exempla. permulta. Hæmorrhoiſſa, quæ duodecim annis multa fuerat perpeſſa à medicis, deteriùs habebat: ſpem tamen hanc concepit, vt diceret, Si tetigero tantùm fimbriam Chriſti, ſalua ero. Diutiùs cæcitate oppreſſus Tobias, quòd Deum non minùs quàm Iob benedixit, ſanitati à Raphaële

A Raphaële reſtituitur. Agbarus Edeſſæ rex, longo & immedicabili morbo laborans, cõfidebat à Ieſu ſanari poſſe, neque diffidit: tandem acceptis literis, curandum ſe ab illius Apoſtolo Thadæo, ſanitatem adeptus eſt. Euſebius hiſt. Eccleſ. lib. 1. cap. 15. 16. & 17. Abdias lib. 9. Sed & nauta quidem iam quinquaginta annis incurabili ægritudine torquebatur, nec tamen deſperauit: ſed cùm D. Andream Apoſtolum aſpexiſſet, Forſan tu es, inquit, diſcipulus Dei, qui ſolus ſaluare poteſt: inde & ſanatus eſt. Abdias hiſtor. Apoſtolicæ lib. 3. Chryſoſtomus lib. 3. de prouidentia, examinat patientiam Demophili ſenis, qui iam quindecim annis præter vocem & ſenſum mortuus apparuerat, vno tantùm ſibi adoleſcente miniſtrante, qui buccellam ori adponere, natiúmque purgamenta tollere poſſet, eum quoque huic paralytico comparat. Adducit & ibi Ariſtofeni in Bithynia exemplum, qui alui contractionibus acerbioribus omnibus tormentis laceſſitus, modò mutus redditus, modò in gemitus quaſi parturientium & B clamores erumpens, ſex iam annis in fœtore & ægritudine tali, muliere paupercula, illi adminiſtrante, perſeuerarat. *Hunc cùm vidiſſet Ieſus.* Iam hominis iuſtificationem in iſtius curatione meditemur. Sumus enim nos per peccatum paralytici, cùm nullum noſtrorum membrorum ad Dei obſequium moueamus. Quidnam primum eſt in iſtius curationis ordine? *Hunc videt Ieſus.* Non illum forſan videbat paralyticus, non illum aduertebat. Talis ſcilicet & ille claudus ex vtero matris, qui ad portam templi ſpecioſam iacebat. Intuebatur quidem Petrum & Ioannem, ſed vt ſtipem acciperet, non autem vt curaretur. Ideò aiunt, Reſpice in nos. Nihil ille de miraculo coniectabat, aut ſperabat: & illum tamen non dedignatur Chriſtus. Non præuenit vt Centurio, vt cæci duo prope Hiericho, leproſi, Syrophœniſſa. At illum præuenit Chriſtus: quoniam in eo noſtræ iuſtificationis typus exponebatur. Primum autem omnium eſt, vt videat nos Deus pietatis oculo, & bene in nos afficiatur. Hinc & Moſes in Epiſtola hodierna, Deut. 26. Reſpice, Domine, de ſanctuario tuo, & de excelſo cœlorum C habitaculo. Auguſtin. ſer. 15. de verbis Apoſtoli, Gratia pręceſſit meritum tuum: non gratia ex merito, ſed meritum ex gratia. Nam ſi gratia ex merito, emiſti, non gratis accepiſti. Idem lib. de gratia & lib. arbitrio, cap. 16. id Ezechiel. explicans, Faciam vt in iuſtificationibus meis ambuletis, & iudicia mea obſeruetis, & faciatis ea: Cùm dicit, inquit, Faciam vt faciatis, quid aliud dicit, niſi, Auferam à vobis cor lapideum, & dabo cor carneum, vnde faciatis? Et hoc quid eſt, niſi, Auferam cor durum, vnde non faciebatis, & dabo cor obediens, vnde faciatis? Ille facit vt faciamus, cui dicit homo, Pone Domine cuſtodiam ori meo. Prima eſt illa pars iuſtificationis ſine nobis, ſed altera, & illa conſummata cum conſenſu noſtro. Abutuntur autem hæretici, cùm illos Bibliæ contextus, qui ad primam iuſtificationis partem pertinent, referunt ad omnem & totum progreſſum iuſtificationis. Scimus vtique neminem amare, qui non priùs à Deo ametur: neminem appropinquare, quin Deus appropinquarit: & conuerti D ad Deũ, quin Deus cõuerſus fuerit. Interim tamẽ ad plenitudinẽ iuſtificationis amare, cõuerti, & appropinquare oportet, in quibus aliquid noſtri requiritur: quòd amare non poſſumus, niſi amemur. Hoc eſt quod priùs vidit & agnouit Chriſtus. Bernardus Epiſt. 107. Nemo ſe iam amari diffidat, qui iam amat. Libenter Dei amor noſtrum, quem præuenit, ſubſequitur. Nam quomodo redamare pigebit, quos amauit, & necdum amantes? Ambroſ. lib. 2. de vocat. Gentium, cap. 9. Qui, ait, veniunt ad Deum, amore ducuntur. Dilecti enim ſunt, & dilexerunt: quæſiti, & quæſierunt: & quod eos Deus voluit velle, voluerunt. Hoc ergo mihi conſpice in ipſo facto. Cur verò non alios ſicut & iſtum reſpexit? Quia non vt ij quorum eſt cura corporum, ita medicus animarum eſt. Ille enim quandoque indignos curat, iſte non niſi dignos. Scio vtique primam gratiam conferri ſine meritis, non autem ſecundam: Minùs autem E gloriam illam cœleſtem, quæ per ſanitatem perfectam ſignificatur, quam hîc per tot tempora expectamus. Vidit igitur, quia commiſeratione ductus eſt: & hoc aſpectu ſuam ſapientiam exprimit, vt qui miracula non præcipitanter faciat, ſed omnia primùm expendat. Sap. 3. Dominus ſi tardauerit, tamen veniens veniet, & in tempore erit reſpectus illorum. *Vidit, & cognouit, quia multum tempus haberet:* id eſt, & diu hîc iacuiſſet, & permanſurus eſſet abſque vlla ope, niſi ſuo præueniretur auxilio. Nec enim falli poteſt Dei ſcientia, ita tamen vt in bonis nouerit nos ſine illo nihil poſſe, Ioan. 15. cum eo omnia poſſe. Nouerat ergo hunc multum tempus habere, quòd humano deſtitueretur auxilio, quòd alius eum præueniret, quòd in piſcinam ſe deiicere non poſſet, id quidem è ratione hominis: At reſpectu & ſuæ poteſtatis, & diuini in hominem priuilegij, nouerat non multum ſupereſſe temporis, non ignarus quid acturus eſſet. At verò ſi quod ſignificatur, inſpicias, deſignabatur non poſſe quemquam ex ſe, aut aliorum hominum ſibi ſimilium auxilio in piſcinam paſſionis demergi, niſi

Euſebius. Abdias.

Idem Abd. Chryſoſt.

Gratia præueniẽs.

Quàm ſit gratia ad ſalutem neceſſaria.

Auguſt.

Idem.

Non dubitandum de Dei in nos propenſa voluntate.

Bernard.

Ambroſ.

Dei gratia iuuentur. Hinc error Pelagianorum eluditur, immò & Simonis Magi, quòd ex F
nobis ipsis salui fieri possimus. Ex nobis enim cadere, non resurgere: ex nobis ægrotare, non
saluari possumus. *Dixit ei.* Non confestim eum à principio sanauit, sed primùm eum familia-
Chrysost. rem sibi fecit, per interrogationem futuræ fidei faciens viam. Chrysostom. hom. 35. in Ioan.
Eumque qui multo tempore assiduus fuerat ac tolerātissimus, cæteris præponit. 1. tum quòd
miseratione dignior esset. 2. tum vt doceat eorum omnium, qui superno egent medicamine,
eos maximè Deum flectere, qui sunt constantissimi, vt notat Euthym. in Ioan. Hoc collo-
Euthym. quio catechesis ante baptismum commendabatur, qua fidem, intentionémque eius, qui ba-
Catechesis ante baptis- ptisandus est, per interrogationē exquirimus, vt Faustus Episcopus lib. 2. de lib. arbitrio, cap. 8.
mum. in hunc locum obseruat. *Vis sanus fieri?* Id interrogat, non vt discat (quid enim notius est, quàm
Faustus. ægrotum suæ sanitatis esse cupidum?) sed vt istius patientiam designaret, qui tamdiu, támque
graui & longo morbo lacessitus, spem recuperandæ valetudinis minimè deposuisset, vt Chry- G
Chrysost. Cyr. Alex. sost. ho. 36. in Ioan. obseruat. Volebat & in eo excitare oblatæ gratiæ desiderium, vt scribit
Cyrillus Alex. lib. 2. in Ioan. cap. 124. Hoc etiam fecit, vt animos astantium, nihil forsan mi-
nùs cogitantium, quàm istius paralytici curationem, in factum istud raperet. Relictum quo-
que homini consensum ad emundationem testatus est, & se ad spiritualem, vt hìc ad corpo-
ralem curationem disponere posse testetur. Obserua verò Christum non dixisse, Vis sanem
te? ne videretur gloriam quærere. Occultè verò his verbis insinuabat, se facilè quod interro-
gabat, præstare posse. Hoc denique gratiæ præuentionem peccatori resurrecturo necessariam
esse significabat, simul & nostrum consensum. Augustin. serm. 15. de verb. Apostoli: Qui fe-
Augustin. Cyril. Hier. cit te sine te, non saluabit te sine te. Cyrillus Hierosolymit. Catech. illum. 1. Quemadmodū,
ait, qui milites sunt conscripturi, & ætatem & corpora deligendorum ad pugnam diligenter
excutiunt: sic & Dominus delectum faciens animarum, voluntates illarum scrutatur. Non H
dat sanctum canibus: sed vbi videt bonum propositum, illic salutare sigillum & admirandum
Basilius. imprimit, quod metuentes tremunt dæmones, & agnoscunt Angeli. Bas. hom. 9. in Psal. 33.
Quemadmodum enim sensibilis hæc lux non omnibus similiter exoritur, sed his qui habent
oculos, & vigilantibus, & nullo impedimento obstante, solis accessu frui potentibus: sic etiam
sol iustitiæ vera lux, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, non om-
nibus suum splendorem largitur, sed his quos dignam vitam acturos putat. Nec enim sol ori-
tur vespertilionibus, aut aliis animalibus noctu ad pabulum prodeuntibus. Itaque neque lu-
cem, neque gratiam communicat Christus, nisi his qui cordis oculos aperuerunt. Hinc scilicet
Psaltes: Accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestrę non confundentur. Hinc scilicet
Deus clamat: Conuertimini, & viuite. Venite ad me, &c. Pœnitentiam agite, &c. Rumpite
corda vestra, &c. Sacrificium Deo spiritus contribulatus, &c. Vbi verò conuersio prima, sa- I
crificium, nisi spiritus & cor accesserit? nisi accesserit & consensus? Hic quidem Deus, ait Au-
Augusst. gustinus lib. de bonitate perseuerantiæ, cap. 13. meam infirmitatem adiurat, hic ad operandū
& voluntatem impellit, & facultatem suggerit. Attamen nisi consensus noster accesserit, vbi
salus nostra? Liberum arbitriū hæc Domini interrogatio satis testatur. Docet enim in ægroti
potestate esse bonum eligere, id est sanitatem: & in peccatoris potestate esse (Deo tamen prę-
ueniente, vt & hìc præuenit paralyticum) suam à peccatis curationem desiderare. Vt enim hìc
non curatur nolens, sed volens: ita nemo aut remissionem accipit, aut saluti donatur, nisi vo-
lens. Quod probatur & ex eo, quòd eniti in contrarium possumus, vt & enixi sunt Iudæi in
legem. Ad quos Christus: Quoties volui congregare filios tuos, & noluisti? Matth. 23. Vnde
nec nolentes saluantur. Addidit enim Christus: Ecce, relinquetur vobis domus vestra deser-
ta. 2. Quódque bonum velle possimus, & à fide & charitate quæ in nobis est, & esse potest, K
ostenditur satis, nobis esse relictum liberum arbitrium. Nam credere in Deum, & diligere
Deum non potest quis, nisi voluntatiè: tum autem voluntas electione fertur ad bonum. 3. Ter-
Tertull. tullianus quoque lib. 2. contra Marcion. nullam magis in homine imaginem & similitudinem
Dei animaduertit, quàm quòd homo libertate arbitrij & potestate signatus est. Idem Grego-
Greg. Nyss. rius Nyssen. Orat. de dormientibus, confirmat, quòd sui potestatem habere, & alterius do-
minatui obnoxium non esse, proprium diuinæ beatitudinis est. Hoc Epiphan. lib. 1. tom. 1. hæ-
Epiphan. ref. 16. probat in Pharisæos, fatum, & incuitabilem necessitatem constituentes: vnde condem-
natio nulla, nec liberum homini superesse arbitrium crederetur. Quod Deus tamen per seip-
sum locutus (inquit) exhibuit, dicens: Si volueritis, & nolueritis. Deut. 28. Quare circa ho-
Greg. Nyss. minem est bona operari, aut malas res appetere. Hinc & Greg. Nyssenus fatum destruit in
Augustin. Stoicos, Ægyptios, Platonicos, vt arbitrij libertatem astruat, lib. de fato. Augustinus quoque
contra

A contra duas Epist. Pelag. ad Bonifacium, lib.1.cap.2. Manichæi, inquit, à quibus dissentimus, dicunt quòd primi hominis peccato, scilicet Adæ, liberum arbitrium hominis perierit: & nemò iam potestatem habeat benè viuendi, sed in peccatum carnis suæ necessitate cogatur. Probat autem ab hac seruitute nos per Christum creptos, ex Ioan.8. cap. Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis. & Rom.9. Cùm essetis serui peccati, liberi fuistis iustitiæ. Clemens Alexan- Cl. Alex.
dr.lib.6. Stromatum, Illud, inquit, scire oportebat, quòd naturâ quidem apti nati sumus ad
virtutem, sed non quòd eam habeamus ab ortu, sed sumus nati ad eam acquirendam: per cõ-
sensum scilicet, & gratiam. Qua ratione soluitur dubitatio, quæ ab hæreticis aduersus nos
mouetur, Vtrum perfectus sit Adam, an imperfectus. Si imperfectus, quomodo perfecti Dei
imperfectum est opus, & maximè homo? Sin perfectus, quomodo transgreditur præcepta?
Audiêt autẽ à nobis, quòd perfectus quidẽ nõ fuit factus in cõstitutione, sed aptus ad suscipiẽdã
B virtutem. Multum enim refert, factum esse aptum ad eam acquirendam. Vult autem nos ex
nobilipsis saluos fieri. Hæc est enim natura animæ, à seipsa impelli & incitari. Deinde cùm
sumus ratione prædíti, ratione autem constet Philosophia, habemus cum ipsa quandam co-
gnitionem. Hæc ille. Dixit autem paralyticus, *Domine, hominem non habeo, vt cùm turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam: dum venio ego, alius ante me descendit* Quasi dicat, Domine. r.
non deest mihi voluntas. Quid enim æger magis, quàm sanitatem expetet? Iob.1. Pellem pro
pelle, & omne quod habet homo, dabit pro anima sua. 2. Nec deest spes: hac scilicet de causa
hîc præstolor aquæ motum. 3. Sed hominem non habeo qui mei curam gerat: quoniam dere-
lictus sum & pauper. Maxima vtique hominis miseria, tot annis spe sua frustratum esse, toto
corpore infirmari, & præstò medelam habere, homine tantùm vno indigere, nec eum assequi.
Hanc sententiam detorquere potes ad permulta: vt si ciuitatem, si clerum, si rempublicam, si
C congregationem aliquam conquerentem de sua afflictione introduxeris, eamque à defectu
Prælatorum emanantem, hoc eam proloquentem facias, quòd hominem non habeat. Mystícè quoque ex hoc loco discès, pueris in baptismate susceptore opus esse. Nam sicut huic homo necessarius fuit, qui eum in piscinam demitteret, hoc ipso scilicet, quòd infirmitas corporis eum semet demittere non permittebat: ita quia ætatis imbecillitas & ignorantia infantes occupat, opus habent susceptore, qui pro iis respondeat, vt doctè D. Dionys. Areop. lib. Dion. Are.
Eccles.hierarch.cap.vlt.docet *Dixit ei Iesus: Surge, tolle grabatũ tuũ, & ambula Et statim sanus factus est homo, & ambulabat.* Hoc facto ostendit, quòd non tam aquæ, quàm ipsius verbo,
etiam in baptismate, sanitati restituimur. Hinc Petrus 1. Epist.cap. 2. renatos nos dicit ex se-
mine incorruptibili, verbo Dei. Porrò obserua quàm breuibus verbis vsus sit. Surge, ait, tolle
grabatum, &c. nimirùm vt in momento Deum operari fateamur. Proinde statim dicitur su-
D stulisse grabatum suum. Hoc vtique ipso nos admonet nihil hæsitare in baptismatis virtute.
Nec enim obiicienda sunt innumera illius, qui baptisatur, peccata, quasi successione Deus
egeat, vt illorum purgationem operetur. Medica plus valet arte Deus. Vt dixit, & statim fa-
cta sunt: mandauit, & creata sunt: Ita statim vbi verbum accesserit, peccata eluuntur. Quid
enim (ait Christus Matth.9.) facilius est dicere, Remittuntur tibi peccata tua, an, Surge &
ambula? Vtrumque nimirùm infinitæ, & in momento operantis virtutis est. Iste statim sanus
factus est ab omni infirmitate: & nos statim eluimur ab omni peccato. Ezech. 36. Effundam
super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, vt Rom. 5.
Sicut regnauit peccatum in mortem, ita regnet gratia per iustitiam. Allegoricè tria hîc præci-
pit Christus omni peccatori necessaria. Nam sicut paralysis spiritualis, peccatum est, quo om-
nes animæ vires velut demortuæ, suis destituuntur officiis: sic iste paralyticus nobis peccato-
E rem insinuat. Hunc nisi homo, id est, aliquis pius vir sua monitione iuuet, & reducat in pis-
cinam, id est, meritum Christi sibi applicandum, aut Christus ipse præueniat, impossibile est
vt sanitatem recipiat. Porrò vbi in eum Christus suam bonitatem exerere voluerit, tria illi de-
mandabit. 1. Surgere per contritionem, & peccati detestationem. 2. Tollere grabatum per pœ-
nitentiam: adeò vt carnem, in qua volutabatur, secundum eam viuens, ferat, id est, spiritui
subiiciat. Et sicut exhibuit membra sua seruire iniustitiæ, sic tandem pietati & iustitiæ exhi-
beat. Rom.6. Qui esca offendit fratrem, carnem non manducet: & quæ sunt similia. 3. Ambu-
lare demum oportet de virtute in virtutem: nec enim satis est à peccatis elui, sed & opera bo-
na exequi oportet. Hinc Psaltes: Declina à malo, & fac bonum. Augustin. Epist. 105. ad Sixtũ. Auguſt.
Sicut (ait) à vulnere, verbi gratia claudicans, ideò curatur, vt sanato malo præterito, futurus di-
rigatur ingressus: sic mala nostra non ad hoc solùm supernus medicus sanat, vt illa iam non
sint, sed vt de cætero rectè ambulare possimus: quod quidem etiam sani non nisi illo adiuuã-

Idem. te poterimus. Libro 6. contra Iul. Pelagian. cap.11. refellit eos, qui in sola peccati remissione F
iustificationem consistere dicebant,& non in profectu bonorum operum,per Christi gratiam
ad vitanda peccata, & carnis desideria vincendo: cùm Rom.7.dicat Paulus, Video aliam le-
Quidpœnitentiæ requiritur. gem in membris meis, &c. infœlix homo, &c. liberat gratia Christi. *Tolle grabatum tuum.*
Iam releua affectiones tuas, & doma, in quibus iacebas sopitus omnibus viribus animæ. *Ambula* de virtute in virtutem: nec enim malum est corpus, aut membra ipsius, verumtamen
Basilius. coërcenda sunt freno rationis. Basilius Constit.exercit.cap.11. Bonus enim est equus:& quantò naturâ vegetior & calidior fuerit, tanto melior. Opus autem habet moderatore, nempè
rationis expers existens: sic nimirùm auriga illo ad summum commodum vtitur. Vbi verò
auriga malè rexerit pullum, sæpè & ipse pullus à via publica præuaricatur, & ad inuia delabi-
Tho. Aqu. tur, ipsum sessorem deferens,&c. Thomas Aquinas lect.2.in Ioan.cap.5. Hæc tria,inquit,Do-
minus in iustificatione præcipit.1. *Surgat,* recedendo à peccato. Ephes. 5. Surge qui dormis. G
2. *Tollat grabatum,* satisfaciendo de commissis, ferendo onus pœnitentiæ. Mich. 7. Iram Domini portabo, quoniam peccaui ei. 3. *Ambulet* proficiendo in bono. Chrysostom. hom. 68.
Oper. perf.in Matth. Vis sanus fieri? Tolle lectum tuum,& vade in domum tuam. Peccatum
namque grauissima paralysis est,nec paralysis solummodò,sed paralysi etiam peius. Huiusmodi enim homines non solùm in otio, vt ita dicam,virtutis viuunt,verumetiam in opere nequitiæ degunt. Et tamen si qui hoc pacto dissolutus iacet, paululum se voluerit erigere,confestim
ab vniuerso morbo liberatur. Etsi triginta & octo annos iacueris, nihil tamen prohibebit,si
volueris sanus fieri. Adest etiam nunc Christus clamans, *Tolle lectum tuum*: modò velis tu
surgere, modò nõ desperes. Non habes hominem,sed habes Deũ. Non habes qui te valeat in
piscinam immittere, sed habes eum, qui potest facere ne tibi opus piscina sit. Nõ habes qui te
in piscinã iniiciat,sed habes eũ,qui potest te iubere,ac dicere, *Tolle grabatum tuum.* Ita nõ po- H
tes dicere,Dũ egovenio,alius ante me descendit. Nullus vetat,si volueris,in fontẽ gratiarũ de-
scendere. Hæc quippè gratia nunquã cõsumitur,nunquã euacuatur: continuè fons hic emanat, & à plenitudine ipsius & corpus & animã omnes curabimus. Adeam⁹ igitur alacri animo.
Nã & Raab meretrix erat,sed saluata est. Latro truculẽtissimus homo fuit homicida,sed paradisi ciuis effectus est. *Erat autẽ sabbatũ in die illo.* Id adiicit Euangelista, vt ratio murmuris Iu-
Rupertus. daici intelligatur. Rupertus lib.5.in Ioan. Cur enim sabbato,ille,quem omnipotens verbũ imperio suo sanat, grabatum suum portare imperat:quod apud Iudæos fieri non licebat, dicente
lege,De die sabbati non inferetis onera per portas vestras? Cur, inquam, hoc imperat, nisi vt
ostendat inimicis suis Iudæis,mox affuturum,vt sicut per Prophetam prædixit, non solùm
sabbati,sed & omnium solennitatum,illorum stercus super vultus illorum proiiciat? Hoc enim
postmodùm cœpit fieri authoritate Spiritus sancti,signa & prodigia facientis, vbi omnes à ser- I
uitio legis absoluit, interpretibus voluntatis eius sanctis Apostolis, dicentibus: Quia visum est
Spiritui sancto & nobis, nihil vltrà vobis imponere oneris, quã hæc necessaria, vt abstineatis
ab immolatis simulacrorũ,& sanguine, & suffocato,& fornicatione:à quibus custodientes vos,
benè agetis. Valete. Sed cùm sabbatum carnale non curãdum esse Dominus opere iuncto
innuit, cur tali modo, id est, deportatione sabbati, quàm alio quolibet modo, istud significare maluit? Planè nonnihil, aut parum boni operis per illã grabati vectationem significauit. Nõ
enim quippiam eius laboris aut oneris in hoc fas est suspicari, sub quali laborantibus quodam
loco dicit, Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Siquidem
labor ille & onus illud infirmorum est,qui non sunt sanitatem consecuti. Non alius sine dubio labor, quàm amor huius mundi, qui nondum curatos multis oneribus curuat & reprimit.
Igitur onus illud hîc significat, quod quisquis portat, sabbatum Domini legitimè celebrat. K
Dicebant ergo Iudæi, Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum. Mos quippè impiorum
est, vt sub prætextu pietatis, pietatem arguant. Sic Simon Pharisæus Luc.7. Hic vtique si esset
Propheta, sciret quæ & qualis est mulier, &c. Et Iudas, Ioan.12. Vt quid perditio ista vnguẽti facta? &c. Cæterùm iusserat Dominus sabbatum obseruare, & in eo ab operibus seruili-
Cur sabbatum institutum. bus abstinere, multis de causis. Primò, in memoriam creationis totius orbis. Nã eo fatemur
Deum requieuisse ab omni opere suo quod patrarat, Genes.2. Præuiderat quippè Deus insolentes quosdam futuros Sophistas, qui mundum ab æterno esse assererent, Deóque coæternã
materiam statuerent, vt Hermogenes, Plato, Manes, Marcion, & cæteri, de quibus Tertul-
Tertullia. lianus lib.in Hermogenem, Philasterius lib.de hæresibus, Theophilact. lib. 2. ad Autolicũ,&
Philaster. Theophil. Theodoritus in Epitome diuinorum decretorum. Retunduntur autem illi, quòd in sex die-
Theodor. bus fecit Deus cœlum & terram, & omnia quæ in eis sunt. Secundò institutum est sabbatum,
vt in

A vt in ipso die reconciliemur, & animi vires ad Deum colligamus. 3. Ne plus æquò seruos & bruta labore torqueamus. Cæterùm hoc die non spiritualia officia, sed seruilia prohibebātur. Iere.17. portare onera sine necessitate. Nehem.13. & 2. Esd.13. At vbi necessitas adest, & Deus iubet, aut ad Dei refertur gloriam, vt hîc ferre grabatum, id fieri potest etiam sabbato. Hoc die nimirùm Helias fugit à facie Iesabel, 3. Reg.19. Machabæi in aduersarios legis pugnarunt, 1. Mach. 2. Discipuli spicas vellicarunt, Matth.12. vtique quòd eos necessitas præsens vrgeret. En verò Christus imperat: cur igitur iste sanitate restituta non obediat? Beda in Ioan. cap. 5. Literā legis stultè defendebant ignorando dispēsationem eius, qui legis quondam edicta per seruum decernens, nunc ipse aduenies, tandem legem gratia mutaret: vt quod diu iuxta literam carnales carnaliter obseruauerant, deinceps spirituales spiritualiter obseruandum cognoscerent. Sabbato quippè carnali, quod iuxta Decalogum custodiebant, populus ab omni opere seruili Beda.

B die septima vacare præceptus est. Spirituale autem sabbatum est in luce gratiæ spiritualis, quæ septiformis accipitur, non vna, sed omni die nos ab omni inquietudine vitiorum manere feriatos. Si enim iuxta vocem dominicam, omnis qui facit peccatum, seruus est peccati, patet liquidò, quia peccata rectè opera seruilia intelligantur: à quibus quasi in die septimo in perceptione gratiæ spiritualis immunes incedere iubemur, nec solùm à prauis continere, sed bonis insistere factis. Quod in hac quoque lectione Dominus typicè ostendit, cùm eum qui duodequadraginta annos languebat, in die sabbati non solùm surgere, verumetiam grabatum tollere & ambulare præcepit: videlicet insinuans, eos qui longo vitiorum languore tabescunt, & Dei ac proximi dilectionis inanes, quasi à perfecta virtutum summa duo minus habent, iam per donū Spiritus sancti à vitiis posse resurgere, eorúmque discusso torpore, cū fraternæ dilectionis honore ad visionē debere sui properare conditoris. Theophilactus in Ioan. In sabbato sanat, do- Theophil.

C cens hominem aliter intelligere sabbati obseruationes, non putare coli sabbatum otio corporali, sed malorum abstinentia. Nam benefacere alicui in sabbato lex non prohibet, quæ lex est Dei semper bene facientis. *Respōdit eis, Qui me sanum fecit, ille mihi dixit, Tolle grabatum tuum, & ambula.* Admirari conuenit hominis erga Iudæos in dicendo libertatem, quando vrgentibus illis, & dicentibus, Non tibi licet tollere grabatum tuum per sabbatum: ipse cum fiducia *Libertas in dicendo.* prædicat, liberè prædicat benefactorem, *Qui fecit me sanum, ille mihi dixit.* Veluti huiusmodi quædam proferens, Deliratis & desipitis, iubentes ne obediā ei, qui me à tam diuturno & difficili morbo liberauit. Videte ergo cui obedio: huic qui solo verbo & in momento me curauit. Eccl.8. Sermo eius potestate plenus est. Ego verò num illi morē gerere pro beneficio tam celeriter collato debui? En me sanum fecit: cur non sicut surgere potui, ita grabatū tollere & ambulare debui? Porrò ex hoc paralytici responso discē, murmurantibus in nos hæreticis nihil

D aliud respondere, quàm, quod olim Pythagorici sycophantis, ipse dixit: Ne curiosè rationes mandatorum seu institutionum & Dei, & Ecclesiæ requiramus. Sufficiat respondisse, Dixit Deus, dixit Ecclesia. *Interrogauerunt ergo eum, Quis est ille homo qui dixit, Tolle grabatū tuū, & ambula:* Non interrogauerunt eū, sed quis est qui tibi dixit, Tolle grabatum. Ita ad bonum sponte excæcabantur, sursúmque ac deorsum rapiebant sabbati violationem, vt sibi videbātur. His similes sunt hæretici, qui quæstiones emouent: vtique non vt doceantur & instruātur, sed vt quoquomodo sycophantiæ & calumnię ansam arripiant: quod faciunt de minimis quærentes. De iis autem, quæ rei substantiam explicant, tacentes, vt de ceremoniis potius quàm de sacramentorū veritate disputant. *Is autem qui sanus effectus fuerat, nesciebat quis esset.* Adeò Christus eum subitò sanarat, vt non ei sciscitandi quis esset, otium datum sit. Quod factum est (ait Cyrillus

E Alexand. lib.2. in Ioan. cap.12.) vt ira Iudæorum aliquantulum deferuesceret. Non Cyrill. Alexand. quia ipse timeret, ne quid irati possent aduersus eum, antequàm vellet, facere: sed vt exemplo eius declinandum ab iratis discamus. Proinde additur, *Et declinauit à turba constituta in loco.* 1. Vt diximus, quò litium causam & occasionem fugere doceret: nimirùm litigiosus sic vitandus est,

-ceu sæpè viator
Calcatum subitò retulit angue pedem.

2. Tim.2. Noli verbis contendere: hoc enim nihil prodest. 2. Vt nos de fugienda vana gloria instrueret. *Postea inuenit eum Iesus in templo.* Nimirū illuc se contulerat, Deo referendarū actionū gratia. Idē enim nos facere conuenit, vbi ab aliqua afflictione aut corporali, aut spirituali erepti fuerimus. *Et dixit ei, Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne quid tibi deterius cōtingat.* 1. His verbis Christi elicitur (vt ait Cyrillus) non tantùm in futurum supplicia peccatoribus reseruari, verumetiam multis, ac variis modis eos in hac vita puniri. Quod ita fieri etiam Paulus

teſtatur, clamans, 1. Cor. 11. Ideò inter vos infirmi & imbecilles, & dormiũt multi. Quòd ſi noſ- F
metipſos diiudicaremus, non vtiq; iudicaremur. Dũ iudicamur autẽ à Domino, corripimur, vt
nõ cum hoc mundo damnemur. Secundò, obſerua quoque Chriſtũ non corpore tantùm, ſed
& anima, id eſt, hominem totũ in ſabbato curaſſe: vt in hæreticos doceas, non tantùm in ba-
ptiſmo non imputari peccatum, ſed & omninò elui. Et vt doceat nos, quoties pœnitentiam a-
gimus, de omnibus peccatis conteri debere, vt omnia remittantur: alioquin infructuoſa pœni-
tentia & confeſſio noſtra futura eſt. Tertiò diſce, à morbis corporalibus recidiuum peccatum
pernicioſiſſimum eſſe. Fiunt enim poſteriora peiora prioribus. Proinde accepta venia, caue ne
Euthym. relabaris. 2. Pet. 2. Euthym. in Ioan. Ita cùm iã & miraculi rumor defeciſſet, & tumor Iudæo-
rum, occurrit ei qui ſanatus fuerat: volens animam quoque illius meliorem reddere, reperit eũ
Morbi ob peccata. non in otio & ſegnitie, ſed in templo orantem, vt opinor, ac Deo gratias agentem: & admonet
illum, ne deinceps peccet, oſtendens quòd propter peccata ægrotabat. Minatur autem grauiùs G
puniendum, ſi peccauerit: docens eos, qui poſt pœnam peccati rurſus delinquunt, atrociùs pu-
niendos, tanquam inſenſatos ac contemptores, ſiue in præſenti vita, ſiue in futura, ſiue in vtra-
que. Quòd ſi ſupplicium peccatorum durauit hîc triginta & octo annos, quidnã poterit quiſ-
piam dicere de futuro ſupplicio? Vtique quòd æternum erit, ac fine carens. Neque tamen om-
nes morbi à peccatis oriuntur, neque omnes peccatores ægrotant. Paralyticus quoque, de quo
apud Matthæum fit mentio, propter peccatum ægrotabat. Ideò etiam dixit illi, Remiſſa ſunt
tibi peccata tua. Admonet interim omnes: eos quidem, qui nondum ægrotauerunt, vt timeant
ne morbo corripiantur, & ita corrigantur: eos verò, qui iam morbo ſubiacuerunt, vt timeant
ne deteriùs ægrotent, & deinceps cautiùs viuant. Quiſque ergo noſtrum, ſi iam ægrotauit,
dicat apud ſeſe, Ecce ſanus factus es, non pecces deinceps, ne quid deterius tibi contingat.
Quòd ſi nondum morbo detentus, Apoſtolicum oraculum apud ſe decantet, Bonitas Dei ad H
pœnitentiam te inuitat: ſed iuxta duritiam tuam & cor impœnitens, iram tibi recondis. Non
ſolùm autem corporis membra aſtringens, ſuam oſtendit diuinitatem: ſed etiam dicens, Non
pecces deinceps. ſiquidem omnia ſe noſſe ſignificauit, quantumuis etiam arcana. *Abiit homo,*
& nuntiauit Iudæis, quia Ieſus eſſet, qui fecerat eum ſanum: vt non ignorarent medicum, ſi quis
Satisfactio & gratitudo. eorum curari vellet. Non enim accuſans, hæc dixit, ſed eius beneficia prædicans: Ita nos ſuo fa-
cto inſtruens, vt pro acceptis beneficiis Deo gratias rependamus, & eius laudes celebremus.
Sic Dauid pollicetur ſe facturum, vbi à paralyſi ſpirituali curatus fuerit. Pſ. 50. Docebo, inquit,
iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur. Et rurſus: In medio Eccleſiæ laudabo te. Chry-
Chryſoſt. ſoſtomus hom. 37. in Ioan. Nec enim iſte tã ſtupidus erat, & tam inhumanus, vt tanti beneficij
oblitus, maleuolo id animo loqueretur. Adhæc ſi accuſandi gratia id dixiſſet, non ſanitatem,
ſed mandati tranſgreſſionem meminiſſet: ſed profectò magno & fideli animo medicum, & I
acceptum beneficium profeſſus eſt, quemadmodum & cæcus, cùm inquit, Fecit lutum, & vn-
xit oculos meos. Ioan. 9. Sic Pſaltes: Venite, inquit, & narrabo quanta fecit Deus animæ meæ.
Auguſt. Auguſtin. tract. 17. in Ioan. Ille annunciabat, & iſti inſaniebant. Ille ſalutem ſuam prædicabat,
illi ſalutem ſuam non quærebant. Nã *propterea perſequebantur Iudæi Ieſum, quia hæc faciebat in*
Cyr. Alex. *ſabbato.* Cyrill. Alexandrinus lib. 2. in Ioan. c. 132. Hoc inſerit Euangeliſta, vt impudentia He-
bræorum non lateat. Quaſi enim non liceret in ſabbato benefacere, quaſi eo die miſereri ali-
cuius lex prohiberet, quaſi nihil ex charitate fieri iuberet, & humanitatis laudem & gratiam in
illo exterminaret: Ita Ieſum perſequuntur, vt non ſolùm impij, verumetiam imperitiſſimi fuiſ
ſe videantur. Rom. 10. Teſtimonium illis perhibeo, quòd zelum Dei habeant, ſed non ſecun-
dum ſcientiam. Ignorantes autem iuſtitiam Dei, & ſuam quærentes ſtatuere, iuſtitiæ Dei non K
ſunt ſubiecti.

Chriſtus Iudæorum de ſabbato violato calumniam refutat, alioquin eiuſdem cri-
minis Deum argui oſtendit: eandem enim Patris & Filij poteſtatem, eoſ-
dem externos effectus eſſe docet. Sed & ſibi complura adeſſe
teſtimonia demonſtrat, nimirùm à Patre, à Joan-
ne, ab operibus, à ſcripturis, & à Moſe:
quibus & de infidelitate Iudæi
conuincantur.

Matth.

Ioan. 5.

A Matth. Marc. Luc.

Propterea persequebantur Iudæi Iesum, quia hæc faciebat in sabbato. Iesus autẽ respondit eis, Pater meus vsq; modò operatur: & ego operor. Propterea ergo magis quærebant eũ Iudæi interficere: quia non solùm soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat Deũ, æqualẽ se faciens Deo. Respondit itaq; Iesus, & dixit eis, Amen amẽ dico vobis, non potest filius à se facere quicquã, nisi quod viderit Patrem facientem. Quæcunque enim ille fecerit, hæc & Filius similiter facit. Pater enim diligit Filium, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit, & maiora his demonstrabit ei opera, vt vos miremini. Sicut enim Pater suscitat mortuos & viuificat, sic & Filius quos vult viuificat. Neq; enim Pater iudicat quẽquam: sed omne iudicium dedit filio, vt omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem: qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem qui misit illum. Amen amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam: & in iudicium non venit, sed transiet à
B morte in vitam. Amen amen dico vobis, quia venit hora & nunc est, quando mortui audient vocem Filij Dei: & qui audierint, viuent. Sicut enim Pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio habere vitam in semetipso: & potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Nolite mirari hoc: quia venit hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem Filij Dei: & procedent qui bona fecerint, in resurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt, in resurrectionem iudicij. Nõ possum ego à meipso facere quicquam. Sicut audio, iudico: & iudicium meum iustum est: quia non quæro voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum non est verum. Alius est qui testimonium perhibet de me, &
C scio quia verum est testimoniũ eius quod perhibet de me. Vos misistis ad Ioannem, & testimonium perhibuit veritati. Ego autem non ab homine testimoniũ accipio: sed hæc dico, vt vos salui sitis. Ille erat lucerna ardens & lucẽs. Vos autem voluistis ad horã exultare in lucem eius. Ego autẽ habeo testimoniũ maius Ioanne. Opera enim quæ dedit mihi Pater, vt perficiam ea: ipsa opera quæ ego facio, testimoniũ perhibent de me, quia Pater misit me: & qui misit me Pater, ipse testimonium perhibuit de me: neque vocem eius vnquam audistis, neque speciem eius vidistis: & verbum eius non habetis in vobis manens: quia quem misit ille, huic vos non creditis. Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere: & illæ sunt quæ testimonium perhibent de me: & non
D vultis venire ad me vt vitam habeatis. Claritatem ab hominibus non accipio. Sed cognoui vos quia dilectionẽ Dei nõ habetis in vobis. Ego veni in nomine Patris mei, & nõ accepistis me: si alius venerit in nomine suo, illum accipietis. Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis: & gloriam quæ à solo Deo est, non quæritis? Nolite putare quia ego accusaturus sim vos apud Patrem: est qui accusat vos, Moyses, in quo vos speratis. Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi: de me enim ille scripsit. Si autem illius literis non creditis, quomodo verbis meis credetis?

Introduct. PETRVS Chrysologus serm. 31. Bonitas, inquit, virtutum mater, malitia origo vitiorum: virtutes comitatur gloria, inhæret vitiis cognata confusio: sicut vitia teguntur dolis, ita illustrantur libertate virtutes. Hinc est quòd Christus virtutum lux agebat liberè, loquebatur purè, præstabat vt Deus, patiebatur vt parens, vt Dominus arguebat: Iudæi verò viperinum germẽ, genitoris occisio, genitricis mors, dum perimũt Christum, synagogæ matris vterum diruperunt. Verè, sicut scriptum est (Matth. 3.) progenies viperarum summittebant capita, adulabantur lingua, vulnera dabant dolis, blasphemiis venena fundebant: & quasi non sufficeret ad odium contemptus, despectus ad iniuriam, sic Christum persequebantur insidiis, tentabant dolis, interrogatione pulsabant, appetebant contumeliis, & tota cupidi simulatione vallabant, obiiciebant sanandos sabbato, vt si nõ curasset, fieret de impossibilitate contẽptus: de lege maneret calũnia, si curasset. Nã sanato paralytico, *Propterea persequebatur Iudæi Iesum, quia hæc faciebat in sabbato.* Ille verò, ne sibi sapere videãtur, eludit eorũ calũniam. Thomas Aquin. lect. 2. in Ioan. cap. 5. Notandũ autẽ, q; Dominus ab hac obiectione discipulos purgauit, & quia homines puri erãt, excusauit p similitudinẽ hominũ. sc. per exẽplũ sacerdotũ, qui operabantur in templo in die sabbati, & sabbatũ nõ soluebãt. Et Dauid, qui sub Achimelech sacerdote in die sabbati à facie Saulis fugiẽs, panes ppositionis accepit (Matt. 12.)

Summa. *Tho. Aqu.*

A ſe verò, quia homo erat & Deus, hanc calumniã depulit aliquãdo per ſimilitudinẽ hominũ. F
Luc. 14. Quis veſtrum, ſi ceciderit bos aut aſinus ſuus in puteum, non cõtinuò extrahet eum, etiam die ſabbati? Aliquãdo verò, & præcipuè hoc in loco factũ ſuũ iuſtum eſſe oſtendit, ſimilitudine à Deo ſumpta, dicens, *Pater meus vſque modò operatur, & ego operor*. q.d. Nolite putare quòd ita ſabbato requieuerit Pater meus, vt nihil tandem operetur. Sed ſicut ipſe & nunc ſine labore operatur, ita & ego operor. In quo excludit falſum intellectum Iudęorum, qui volentes conformari Deo, nullum omninò opus die ſabbati faciendum eſſe cenſent, quòd Deum exiſtimẽt die ſeptimo ab omni opere deſtitiſſe. Chryſoſtom. hom 37. in Ioã. Ita erigere eos à terra voluit, ne ampliùs de ipſo tanquam homine, ſed Deo & legiſlatore ſentirent. Quòd niſi verus filius, & eiuſdem eſſet ſubſtantiæ, excuſatio accuſatione maior eſſet. Neque enim princeps regium inſtitutum abrogans, & in iudicium vocatus, ſi à rege idem abrogatum in defenſionem ſuam adduceret, abſolueretur, ſed maiori crimini eſſet obnoxius. Verùm cùm dignitates, G
vt in hoc loco, æquales ſunt, proculdubiò comparatio conuenit. Quibus, inquit, criminibus Deum, iiſdem me abſoluitis. Ideò primùm *Patrem* appellauit, vt etiam inuitis eadem ſibi concedi perſuaderet, ſi modò paternam charitatem reuereantur. Quòd ſi percontaris & quomodo Pater operatur, cùm ſeptimo die ab omni opere ceſſauerit: accipe quomodo præuidet, cõtinet, temperat omnia quæ fecit. Cùm igitur ſolem orientem, lunæ curſum, ſtagna, fontes, fluuios, naturæ vim ſeminibus, in noſtris & brutorum corporibus progreſſum, cætera omnia quibus hoc totum conſtat, vides: intellige perpetuam patris operationem, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Matth. 5. Et iterum Matth. 6. Si autem fœnum agri, quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit, quantò magis vos modicæ fidei? Et de volatilibus: Pater meus, inquit, cœleſtis paſcit illa. Hoc autem Patris exemplum attulit. Nam ſi ſemper vt homo locutus eſſet, omnes in eadem perſtituiſſent humi- H
litate: hac gratia patris meminit, cùm & creaturæ in ſabbato operantis meminiſſe potuiſſet. Nam & ſol ab Oriente in Occidentem fertur, flumina labuntur, fontes ſcaturiunt, mulieres pariunt: ſed vt ipſum non creaturam intelligeres, non attulit creaturæ operantis exemplum.

Deus ſemper omnib⁹ prouidet. Chryſoſt.

Tho. Aqu. Thomas Aquinas lect. 2. in c. 5. Ioan. Et quidem licet Deus in ſabbato requieuerit à nouis creaturis condendis, nihilominus tamen ſemper & continuè vſque modò operatur, creaturas in eſſe conſeruando. Signanter autem dicit in præſenti, *Vſque nunc operatur*, non autem per præteritum, *operatus eſt*, vt deſignet continuationem diuini operis. Nam poſſent imaginari Deum eſſe cauſam mundi, ſicut artifex eſt cauſa domus, quantum ad fieri tantùm: vt ſicut domus manet, etiam ceſſante operatione artificis, ita & mundus diuino influxu ceſſante ſubſiſteret. Sed ſecundum Auguſtinum Deus ita eſt cauſa omnium creaturarum, vt ſit etiam cauſa ſubſiſtendi. Quia ſi eius potentia ad momentum ceſſaret, ſimul & illius omnia effecta, ſeu virtutes om- I
nes naturales quieſcerent. Hoc autem tale eſt, ac ſi dicerem, tamdiu aërem clareſcere, quandiu à ſole illuſtratur. Et huius quidem manifeſta ratio eſt: quia ea quæ cauſam habent quantum ad fieri, ſolùm ceſſante cauſa ſubſiſtere poſſunt. Ea verò quæ non ſolùm fieri, ſed etiam ſubſiſtentiæ cauſam habent, continua conſeruatione cauſæ indigent. Athanaſius ſer. 3. contra Arianos. Illud autem *vſque nunc*, inquit, ſignificat eũ æternaliter à patre exiſtere. Rationis enim, ſiue verbi proprium eſt operari opera patris, & non eſſe extra eum. Si autem quæ pater operatur, eadem & filius operatur, & quæ filius creat, ea ſunt patris creaturæ, & tamen (ô Ariane) patris filium, opus creaturamque cenſeri vis: ſequitur vt aut ipſe ſeipſum operetur, & creet: quandoquidẽ quæ operatur pater, ea ſunt & filij opera. quod abſurdũ fuerit, & impoſſibile. Aut vt dũ creat, & operatur opera patris, ipſe non fuerit opus aut creatura, ne ipſe author rerũ & cauſa effectrix in rebus creãdis reperiatur id efficere, quod effectus eſt, aut potius non poſſe efficere. K
Quomodo enim, ſi ſecundũ vos ex nõ entibus extitit, potis eſt non entia, vt entia ſunt, condere atq; architectari? Quòd ſi, quamuis creatura ſit, creaturas tamen eũ condere velis, idẽ in omnibus rebus creatis intelligẽdum erit, vt & ipſæ ſe creare poſſint. Quòd ſi id à vobis admittatur, qui vſus erit verbi, cùm poſſint inferiora à ſuperioribus procreari, aut quomodo ſingula, cũ fuerint in initio rerũ, audire potuiſſent vocẽ Dei: Eſto, & efficiare, ſi eo modo cõderẽtur? Sed neq; ſcriptum eſt, neque poſſibile eſt. Eorũ enim quæ creantur, nullũ eſt ſui cauſa efficiens. Omnia ſiquidem per verbũ effecta ſunt: neq; illud operatum fuiſſe omnia, ſi ipſum ex numero operũ aut rerum conditarum fuiſſet. Neque enim Abel vel Angeli quicquam creare poſſunt, quin & ipſi ſint creaturæ, quamuis in diuerſam ſententiam Valentinus, Marcion & Baſilides erant, & vos vnà cum eis, vt aſſeclas decet & æmulatores. Vtrumq; igitur de patre & filio dici poteſt, nimirùm quòd quieuerit ab operibus quæ patrarat, & quòd vſque tunc operetur. Gaudentius

Deus nunquam ceſſat ab opere.

Athanaſ.

Gaudẽtius. Brixienſis,

A Brixiensis,tract.8. De Exodi lectione. Cautè,inquit,loquitur scriptura diuina,non absolutè requieuisse Deum ab operibus suis,sed ab operibus quæ cœperat Deus facere. Non omnipotentem,& imperio sermonis cuncta faciẽtem,laborasse existimes, cùm requieuisse & cessasse describitur: cùm & alia voluntati suæ placita operari non desinat,sicut testatur in Euangelio Dominus Iesus,dicens: Pater meus vsque modò operatur,& ego operor. Requies igitur Dei non laboris remedium,sed cœptorum finis est operum. Siquidem postquàm perfecit mundum,opus suum regere non desistit. Ipsius enim nutu omnium rerum natura cursum suum vel iussa peragit,vel prohibita subtrahit. Gregor. Nanzanz. Orat. 4. de Theolog. In hunc quippè sensum verba hæc accipio, Quæcunque pater facit,eadem & filius similiter facit: nõ quòd similia sint vtriusque opera,sed quòd par sit vtriusque potestas atque authoritas. Atque hoc fortasse esse queat quod ait Christus, Vsque modò pater operatur,& ego operor: quãquam etiam his verbis,eorum quæ ab eo creata sunt, gubernatio atque conseruatio intelligi potest: vt indicat illud, Qui facit Angelos suos spiritus,& fundat terram super stabilitatem suam: cùm semel hæc firmata atque stabilita sit, & illi procreati. Quò etiam pertinet,quòd firmari tonitru dicitur,& spiritus creari,quódque ipsa quidem creationis ratio iam extitit. Cæterùm nunc quoque vim suam exercere non desinunt. Hilarius lib. 7. de Trinitate,sic locum istum examinat,ac si Christus moneat hoc opus non modò suũ esse,sed & patris. Vnde fiat,vt si quis propter illud Christum calumnietur,calumnietur & patrem. Et lib. 9. de Trinit. Quòd si,inquit,pater operatur in filio,secundum quod ipse ait: Verba quæ ego loquor vobis, non ego loquor, sed pater qui in me manet, ipse facit opera sua. Vidésne quid hoc sit: Pater meus vsque modò operatur? Hoc enim ideò ait, vt paternæ naturæ in se intelligeretur maiestas in sabbati opere potestatis suæ vsa natura. Cùm enim in se operante operetur pater, ipse necesse est operante patre operetur: atque ideò ait, Pater meus vsque modò operatur: vt ipsum illud præsens dictorum atque gestorum per se opus,paternæ in se naturæ existimaretur operatio. Id enim quod vsque modò operatur, vnum atque idem dicti temporisque momentum est: vt non aliud quod opus esse patris, quàm suum,hoc quod agit,crederetur, cùm per id quod pater vsque modò operatur,hæc ipsa esset patris sub eodem tempore sermonis operatio. Ac ne fides intra cognitionem tantùm patris relicta à vitæ æternæ spe abesset,continuò subiecit, *Et ego operor*: vt hoc ipsum quod modò operetur pater,operetur & filius. Ac sic perfectam fidẽ docuit, cùm id quod modò est,eiusdem temporis opus sit, & id quod operatur pater & filius, extra singularis sit vnionem. Sed geminatus est audientium dolor. Id enim sequitur: *Propter hoc magis quærebant eum Iudæi interficere,quòd non solùm soluebat sabbatum, sed & patrem suum proprium dicebat Deum,æqualem se faciens Deo*. Cyrillus Alexand. lib. 2. in Ioan. c. 134. Ad maiorem incitatur crudelitatem animus Iudæorum, & cùm oportet eos verbis Christi ad melius commutatos fuisse,in cædem eius incenduntur,qui rebus magis quàm verbis nihil in Deum commissum docebat, sed homini salutem suam in sabbato largitus est. Et vt maioribus impietatis seipsos vinculis stringant,non possunt ferre singulari quodam modo patrem Christi Deum appellari. Non enim intelligebant verbum Dei, vitam ex patre fluentem, vnigenitum scilicet eius filium, per quem propriè ac verè Deus & dicitur, & est pater, hominem propter nos esse factum. Non est enim propriè atque verè pater noster, sed adoptione: non natura ad illam nos dignitatem, verùm propter Christum qui in nobis per Spiritum sanctum habitat, aseendimus. Hominem igitur esse videntes, & habitantem in eo Deum non cognoscentes, ferre non poterant, singulari, vt diximus, modo Deum ab eo patrem appellari. Rectè namque id solùm intelligebant, quia cuius verè ac propriè pater est, is secundum naturam æqualis Deo est, quod in maiorem eos insaniam incitabat. Peccatum enim blasphemiæ illi impingunt, maius vtique violatione sabbati, vt obseruat Albertus Magn. in Ioan. Matth. 12. Spiritus blasphemię non remittetur. Et post multa sequitur: Qui dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc seculo, neque in futuro. Leuit. 24. Educ blasphemum extra castra,& ponent omnes qui audierunt, manus super caput eius: & lapidet eum vniuersus populus. *Et ideò quærebant Iudæi interficere*, secundum præceptum legis, Leuit. 24. Qui maledixerit Deo suo,portabit peccatum suum: & qui blasphemauerit nomẽ Domini,morte moriatur. Et repetunt causam persecutionis priorẽ. *Quia non solùm soluebat sabbatũ*, sicut illi calũniantes dicebant, *sed & patrem suum* naturalẽ & consubstantialem, *dicebat Deũ*, quod illi blasphemiam esse dicebant. Ioan. 10. Nos de bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia: quia tu homo cùm sis, facis teipsum Deum. Sed quia etiam ipsi patrem vocabant Deum. Deut. 32. Nunquid ipse est pater tuus, qui possidet te? fecit & creauit te? Ideò addunt, *æqualem te facis Deo*,

Quomodò Deus quieuerit, & tamen vsque nunc operatur.

Greg. Năz.

Operatio nõ de sola creatione, sed & de conseruatione est.

Hilarius.

Idem.

Cyr. Alex.

Deus pater naturalis est Christi.

Alb. Mag.

per æqualitatẽ naturæ & poteſtatis. Hoc alij per adoptionem filij Dei vocati, qui Deum pa- F
Chryſoſt. trem inuocabant, non dicebãt. Et hoc quidem, vt dicit Chryſoſtomus: Si patrem ſuum per na-
turam diceret, & non operibus demonſtraret, blaſphemia eſſet: ſed quia per opera hoc demõ-
ſtrabat, contradicere Iudæi non poterant: & ideò quærebant eum interficere. Sap. 2. Promittit
ſcientiam Dei ſe habere, filium Dei ſe nominauit. Et ibidem infrà: Gloriatur patrem ſe habe-
Auguſt. re Deum, æqualem ſe faciens Deo. Auguſtinus tract. 17. in Ioan. oſtẽdit Chriſtum fuiſſe qui-
dem patri æqualem, ſed talem ſeipſum minimè feciſſe. Quis erat, inquit, neſciebant: talem ta-
Aliud eſt Chriſtum eſſe patri æqualem, aliud talẽ ſe facere. men ſe prædicari agnoſcebant, quia patrem ſuum dicebat Deum, æqualem ſe faciens Deo.
Nõnne erat ergo æqualis Deo? Non ipſe ſe faciebat æqualem Deo, ſed ille illum genuerat æ-
qualem. Si ſeipſum faceret æqualem Deo, caderet per rapinam. Qui enim ſe voluit æqualem
facere Deo, cùm non eſſet, cecidit, & ex Angelo factus eſt diabolus: & hanc ſuperbiam homi-
ni propinauit, vnde ipſe deiectus eſt. Nam hoc dixit homini, cui ſtanti lapſus inuidit: Guſtate, G
& eritis ſicut dij: id eſt, vſurpatione rapite quod facti non eſtis, quia & ego rapiendo deiectus
ſum. Non hoc prodebat, ſed hoc ſuadebat. Chriſtus autem æqualis patri natus erat, nõ factus,
natus de ſubſtantia patris. Vnde illum ſic commẽdat Apoſtolus: Qui cùm in forma Dei eſſet,
non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo. Quid eſt, non rapinã arbitratus eſt ſe æqua-
lem Deo? Non vſurpauit æqualitatem Dei, ſed erat in illa, in qua natus erat. Et nos æqualẽ Deo
quomodo dicemus eum, qui ſeipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens? Non ergo ſe exina-
niuit, amittens quod erat, ſed accipiens quod non erat. Hanc formã ſerui contemnẽtes Iudæi,
Dominum Chriſtum æqualem Deo intelligere non poterant, quãuis de ſe hoc dicere minimè
dubitabant: & ideò ſæuiebant, & adhuc tamen eos ille perferebat, & ſanitatem ſæuientiũ re-
quirebat. *Reſpondit itaque Ieſus, & dixit eis, Amen amen dico vobis, nõ poteſt filius à ſe facere quic-*
Alb. Mag. *quam, niſi quod viderit patrem facientem* Albert. Mag. in Ioã. Hic incipit doctrina de vtili pote- H
ſtate reparationis naturæ conditæ, per quam Chriſtus ſe oſtendit Deum, & Deo patri æqualẽ.
Diuiditur autem in duas partes. In quarum prima ſe promittit patri æqualem per poteſtatem
operandi & iudicandi. In ſecunda autem oſtendit Iudæorum iuſtam condemnationem, quia
hoc non crediderunt: ibi, Vos miſiſtis ad Ioannem, &c. Adhuc anterior pars diuiditur in duas.
In prima probat ſe patri æqualẽ. Sed quia ex hoc aliquis crederet quòd à patre non eſſet geni-
tus, ideò in ſecunda oſtendit ſe hanc æqualitatem à patre habere per generationem: ibi, Non
poſſum ego à me ipſo facere quicquã. Adhuc prior harũ ſubdiuiditur in duas. In quarũ prima
dictam oſtendit æqualitatem. Sed quia illa maximè oſtẽditur ex virtute ſuſcitationis mortuo-
rum: ideò in ſecunda oſtendit, qualiter virtus iudicandi & ſuſcitandi mortuos eſt in ipſo: ibi, A-
men amen dico vobis quia venit hora. Adhuc prima harum diuiditur in duas. In quarum pri-
ma oſtendit ſe indiuiſam potentiam à patre habere. In ſecunda oſtendit, per opera maxima ſe I
habere æqualitatem potentiæ patris: ibi, Et maiora his demonſtrabit ei. In prima harũ tres ſunt
paragrafi: in quorum primo, per hoc quod eſt ars patris, oſtendit quòd indiuiſam à patre habet
operationem. In ſecundo, per hoc quod habet à patre indiuiſam operationẽ, oſtendit quòd in-
diuiſam habet potentiam. In tertio autem, vtriuſque horum oſtendit cauſam. Dicit ergo, *Reſ-*
pondit itaque Ieſus ad hoc quod illi, blaſphemantes, Chriſto blaſphemiam imponebant: *& ait*
eis, &c. Iob 13. Priùs vos oſtendens fabricatores mendacij, & cultores peruerſorũ dogmatum.
Non poteſt filius, qui per naturã eſt filius: hoc eſt, non habet potentiã filius, *à ſe*, quã habeat ab a-
lio (quia habet omnem ſuam potentiã à patre) *quicquam facere*. Ioan. 17. Omnia mea tua ſunt,
& clarificatus ſum in his. Ioan. 7. Mea doctrina non eſt mea, ſed eius qui miſit me patris. *Niſi*
quod viderit, vt ars & ſapientia patris. 1. Cor. 1. Chriſtum Dei virtutem & ſapientiam. Sapientia
enim genita, & lux, in qua Deus fecit omnia, videt quicquid facit artifex primus. Et hoc eſt K
Quomodo filius videt patrem. quod dicit, *Niſi quod viderit patrem facientem*. In intellectu enim paterno videt verbum, quod
eſt ars & ſapientia patris. Ideò enim verbum cordis paterni dicitur, Pſalm. 44. Eructauit
cor meum verbum bonum. Ideò etiam dicitur candor lucis paternæ: quia videt in lumine
ſuo quicquid pater habet in ſe. Sapien. 7. Candor enim eſt lucis æternæ, & ſpeculum ſine
macula. Ideò etiam dicitur ſplendor gloriæ ipſius: quia ſplendor in corde patris ſuper omnia
quæ ſunt patris. Hebr. 1. Qui cùm ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius. Ideò etiam
dicitur ſplendens in omni munditia & ſanctitate patris. Pſalm. 109. Ex vtero ante luciferum
genui te in ſplendoribus ſanctorum. In quantum ergo eſt ars plena rationum omniũ viuentiũ,
& candor lucis æternæ, & ſplendor gloriæ, & ſapientia patris, videt omnia quæ pater: & ſic à ſe
non poteſt facere quicquam, niſi quod viderit patrem ſecũdum ingenitã potentiam facientẽ.
Omnem enim potentiam genitoris habet ab eo per generationem: & ſic æqualis eſt ſibi per

potentiam

A potentiam. Nec habet aliquam potentiam nisi à patre: & sic à se nullam habet. Nec à se habita potentia quicquam facere potest, vt authoritas sit in patre, & æqualitas naturalis potentiæ per generationem sit in filio. Ioan. 8. Ego quod vidi apud patrem meum, loquor. Cyrillus Alex. lib. 2. in Ioan. cap. 135. Ita, inquit, magna voce ad inuidentes & persecutores dicere videtur: Non honorari à me sabbatum putatis, quia hominem eo die curaui? Sed ego numquam id fecissem, nisi hoc quoque à patre fieri viderem, qui per me mundum etiam sabbati gubernat. Impossibile, inquit, est, cùm filius eius ex eo naturaliter sim, me aliud velle, aut aliud facere, quàm quod pater & velit & faciat: non quia quasi exemplo quodam didicerim, aut quia voluntate imitandum esse patrem iudicauerim: sed quia naturę legibus ad eandem operationem atque consiliũ cõsecẽdo. Id certè significari puto, cùm dicitur *à seipso filius nihil quicquam posse facere*: & sic piè omnis sensus ad obsequium Christi capietur. Sed insultabit forsan his verbis, quasi pabulo enutritus, veritatis inimicus, dicens: Si æqualis patri filius esset, B nec minor vllo modo secundum naturam, cur apertissimè nihil posse à seipso facere, nisi quod viderit patrem facientem, affirmat? Clarè namque his verbis nihil à semetipso facere dicit: quod non diceret, nisi superiorem semetipso patrem cognosceret. Sed oportebat te, ô homo, diligenter priùs horum verborum potestatem rimari, quàm ita temerè nobis insultare. Qui enim ratione ab æqualitate patris filium detrudis? cùm dictum non sit, ideò non posse à seipso quicquam facere, quia nihil possit, nisi pater ei concesserit, sed potiùs quòd viderit patrem facientem. Gregor. Nanz. Orat. 4. de Theolog. Sed quomodo illud accipiendũ, quòd patrem facientem videre dicitur, atque ita facere? An vt qui formas ac literas pingunt, eò quòd veritatem aliter assequi nequeant, nisi exemplar suum intueantur, atque inde velut manu ducantur? Qui verò quadrat, vt sapientia magistro opus habeat? Nihilne efficiet nisi edocta? Quid? patérne aliquid facit, aut fecit? Vtrum tandem alium mundum pro præsenti C mundo priùs coagmentauit, ac futurum coagmentabit, vt eos sibi filius ad imitãdum proponens, alterum quidem iam procreauerit, alterum autem procreaturus sit? Quatuor ergo hac ratione mundi erunt, duo à patre, duo à filio effecti? O supinam væcordiam! Age, cùm lepras purgat, dæmones morbósque profligat, mortuos ad vitam reuocat, super mare pedibus ingreditur, aliáque omnia facit quæ fecit, quo exemplo hæc facit? An pater priùs aliquando eadem hæc fecit? Nónne perspicuum est earundem rerum formas à patre quidem velut consignari, à filio autem peragi, non seruiliter, sed peritè & heriliter, atque, vt aptiùs loquar, paternè? In hunc quippè sensum verba hæc accipio, *Quæcunque pater facit, eadem & filius similiter facit*. Non quòd similia sint vtriusque opera, sed quòd par sit vtriusque potestas atque authoritas. Et quidem Greg. Nanz. non similia vtriusque opera intelligit, ea quæ ducuntur à D ratione relatiua seu personali. Proinde non sequitur ex eo, quòd quæcunque facit pater, eadẽ facit & filius: filium generare, sicut & pater generat. Nec enim hic agitur de relatiuis & personalibus actionibus quæ ab intra sunt, sed de effectibus potentiæ, quæ ad Patrem, Filium, & Spiritum sanctum æqualiter pertinent. Hinc fit, vt Hilarius scribat discerni relationes inter Patrem & Filium, in eo quod Christus ait, *filium videre patrem facientem*. Alioquin, vt Augustinus obseruat, quis facilè explicabit, quomodo filius hoc videat? Sic enim habet tractatu 18. in Ioan. Quæris, vt opinor, nosse filium facientem: quęre priùs nosse filium videntem. Certè quid enim ait? *Non potest filius à se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem*. Intende quod dixit, nisi quod viderit patrem facientẽ. Præcedit visio, & sequitur effectio. Videt enim vt faciat. Tu quid quæris iã nosse quomodo faciat, cùm nondũ scias quomodo videat? Quid curris ad id quod posterius est, relicto quod prius est? Videntẽ se dixit & facientẽ, nõ facientẽ & videntem: quia non potest à se facere quicquam, nisi quod viderit patrẽ facientem. Vis vt E explicem tibi quomodo faciat? Tu mihi explica quomodo videat. Si hoc explicare tu non potes, nec ego illud. Si tu hoc percipere nondũ es idoneus, nec ego illud. Vterque ergo nostrũ quærat, vterque pulset, vt vterque accipere mereatur. Quid quasi doctus calumniaris indocto? Ego ad faciendũ, tu ad videndum, ambo indocti à magistro quæramus: non in schola eius pueriliter litigemus. Tamen simul iã didicimus, quia omnia per ipsum facta sunt. Ergo manifestũ est, quia non alia opera pater facit, quæ videat filius, vt & ipse faciat similia: sed eadem opera facit pater per filium, quia omnia per verbum facta sunt. Interim verò per id, quod filius videt patrem, relatio filij ad patrem intelligitur, & coæterna illa generatio. Hilarius lib. 7. de Trinit. Et vt, inquit, maneret salutaris in patre & in filio confessionis nostræ ordo, naturam natiuitatis ostendit, quæ potestatem efficiendi non per incrementa indulgentiarum ad vnũquodque opus virium sumeret, sed de cognitione præsumeret: præsumeret autem non de aliquo

Cyr. Alex.

Quomodo filius à seipso nihil facit.

Greg Nan.

Greg Nan. *Aliud actiones personales, aliud externæ.*

Hilarius.

Augustin.

Quæ visio, quæ actio.

Filij ad patrem relatio.

Hilarius.

operis corporalis exemplo, vt aliquid pater priùs faceret, ad quod postea filius facturus esset: sed cùm natura Dei in natura Dei subsistitisset, id est, ex patre filius natus esset, per virtutis ac naturæ in se paternæ conscientiam, nihil ab se, nisi quod patrem facientem vidisset, filium facere posse testatus est. Et cùm vnigenitus Deus paternæ virtutis operationibus operaretur, tantum sibi ad faciendum præsumeret, quantum in conscientia sua esset, inseparabilem in se Dei patris, quam per legitimam natiuitatem obtinebat, posse naturam. Non enim corporalibus modis videt, sed visus ei omnis in virtute naturæ est. Denique subiecit: *Omnia enim quæcunque pater facit, eadem & filius facit similiter. Similiter* illud ad significationem natiuitatis adiecit: *omnia* verò & *eadem*, ad ostendendam naturæ veritatem loquutus est. In his enim, quæ & quæcunque, & eadem sunt, nec diuersitas potest esse, nec reliquum. Atque ita in natura eadem est, cui eadem omnia posse naturæ sit. Vbi verò similiter per filium eadem omnia fiunt, similitudo operum solitudinem operantis exclusit, vt omnia quæ pater facit, eadem & omnia faciat similiter & filius. Hæc est vera natiuitatis intelligentia, & fidei nostræ, quæ ex naturæ diuinæ virtute, vnius indifferentisque diuinitatis veritatem in patre & filio confitetur absolutissimum sacramentum, vt eadem faciendo, filius similiter faciat, & similiter faciendo, eadem sint ipsa quæ faciat: quia sub vna hac significatione testentur & similiter facta natiuitatem, & eadem facta naturam. Tenet itaque responsionis Dominicæ ordo Ecclesiasticæ fidei integrum ordinem, vt nec discernat naturam, & significet natiuitatem.

Alb. Mag. Porrò indiuisam operationem ostendit, vt scribit Alb. Magnus, adiiciens, *Quæcunque enim ille fecerit* per potentiam naturalem & substantialem, *hæc & filius*, eiusdem potentiæ naturalis & substantialis, *similiter*, hoc est ex eadem & simili potentia, *facit*: quia vna potentia trium, sicut vna est substantia trium. Et aduerbium Similiter, quod hîc ponitur, veritatis est expressiuum. Hoc est ergo quod dicit: Et sic omnia videt operanda quæ pater, & omnia facit eadē potentia qua pater. Ioan. 3. Omnia dedit illi pater in manu, hoc est in potestate. Et sic filius nō imbecillis est, sed generatione accepit eandem cum patre potestatem & operationem. Cyr. Alex. lib. 2. in Ioan. cap. 135. Itaque, inquit, quoniam in ægrotum hominem die sabbati misericors fuit, ac propterea Iudæi vt iniquum persequebantur, reconciliare illos his verbis voluit, & ita Deum patrem etiam in sabbato misericorditer facere affirmat. Numquam enim quæ ad salutem nostram faciunt, prætermisit. Quare dicebat, Pater meus vsque modò operatur, & ego operor. Quibus ne magis mouerentur, adiecit: Non potest filius à seipso facere quicquā, nisi quod viderit patrem facientem. Quæcunque enim ille fecerit, hæc & filius similiter facit. Quoniam enim, inquit, semper & in sabbato quoque misericordem esse patrem video: idcircò ego etiam in sabbato misericorditer facio. Non enim possum substantiam patris cōmutare, cùm vnum atque idem cum patre secundum naturam sim. Quare vt ab ipso sum, ita omnia quæ ipse peragit, facio. Qui autem dicunt patrem primò facere, deinde filium opera illius imitari, magna imperitia laborant. Quomodo enim seorsum, vt ita dicam, ac solus absque filio pater vnquam operabitur? cùm virtus eius, qua operatur, sit filius, qui æternaliter inest & voluntatis eius, motionisque, vt ita dixerim, in agendo expressiuus? Quòd si contendunt expectari à filio patris operationem, vt eam imitari possit: ostendant nobis absque filio à patre vnquam aliquid esse factum, aut quod ad rem pertinet, aliquem dissolutum membris à patre absque filio curatum afferant, vt possint per imitationem patris à filio hunc homnem curatum fuisse nobis persuadere. *Pater enim diligit filium, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit.*

Tho. Aqu. Thomas Aqu. lect. 3. in cap. Ioan. 5. Assignat, inquit, rationem vtriusque, scilicet originis, & magnitudinis potestatis filij: quæ quidem ratio assignatur ex dilectione patris, qui diligit filiū. Vnde dicit, *Pater enim diligit filium.* Sed ad sciendum quomodo dilectio patris ad filium sit ratio originis, seu communicationis potestatis filij, attendendum est, quòd dupliciter aliquid diligitur. Cùm enim bonum solum sit amabile, aliquod bonum potest se dupliciter ad amorē habere, scilicet vel vt causa amoris, vel vt ab amore causatum. In nobis autem bonum causat amorem. Nam causa amoris nostri ad aliquem est bonitas eius. Non enim ideò bonus est, quia nos eum diligimus, sed ideò diligimus eum, quia bonus est. Vnde in nobis amor causatur à bono. Sed in Deo aliter est: quia ipse amor Dei est causa bonitatis in rebus dilectis: quia cùm Deus diligit nos, ideò boni sumus. Nam amare nihil aliud est, quàm velle bonum alicui. Cùm ergo voluntas Dei sit causa rerum, quia omnia quæcunque voluit Dominus, fecit, vt dicit Psalmus: manifestum est, quia amor Dei causa est bonitatis in rebus. Vnde Dionysius 4. cap. de diu. nominib. dicit, quia amor diuinus non permisit eum sine germine esse. Ergo si consideremus originem filij, videamus vtrum amor, quo pater diligit filium, sit principiū originis,

Dilectio qua pater diligit filij causa communicationis potestatis.

Dn. Ioan. Are.

originis, vel procedat ab ea. Amor autem in diuinis dupliciter accipitur, ſcilicet eſſentialiter, ſecundum quod pater diligit, & filius, & ſpiritus ſanctus: & notionaliter, ſeu perſonaliter, ſecundum quod ſpiritus ſanctus procedit, vt amor. Sed neutro horum modorum amor dictus poteſt eſſe principium originis filij. Nam ſecundum quod accipitur eſſentialiter, ſic importat actum voluntatis. Si ergo eſſet principium originis filij, ſequeretur quòd pater genuiſſet filiũ voluntate, non natura: quod eſt erroneum. Similiter eſt, nec amor notionaliter principium ſumptus, quia pertinet ad ſpiritum ſanctum: quia tunc ſequeretur quòd ſpiritus ſanctus eſſet principium filij: quod eſt erroneum. Sic ergo dicendum, quòd ratio iſta non ſumitur ex dilectione, vt ex principio, ſed vt ex ſigno. Cùm enim ſimilitudo cauſa ſit dilectionis (omne enim animal diligit ſimile ſibi) vbi inuenitur perfecta ſimilitudo Dei, ibi inuenitur & perfecta dilectio Dei. Perfecta autẽ ſimilitudo patris in filio eſt, ſecundũ illud Col. 1. Qui eſt imago inuiſibilis Dei. Heb. 1. Qui cũ ſit ſplẽdor gloriæ, & figura ſubſtãtiæ eius. Perfectè ergo filius à patre diligitur: & ideò quia perfectè diligit eũ, ſignũ eſt quia pater omnia oſtenderit ei, & cõmunicauerit ei ſuã poteſtatẽ & naturã. Et de huius dilectione dicitur ſuprà 3. Pater diligit filiũ, & omnia dedit in manu eius. Et Matth. 3. Hic eſt filius meus dilectus. Eapropter adiicit, *Et omnia demonſtrat ei quæ ipſe facit.* Verùm inquit Theophilactus in Ioan. Interrogo Arium & Eunomium, quomodo docet pater filium? in ſapientia, vel non? Omninò in ſapientia. Quæ autem ſapiẽtia Dei? Nónne ipſe filius? Etiam profectò. Itaque filius docet ſeipſum. Papæ! quanta veſtra inſipientia! Si quidem quaſi puerum quendam traditis patri filium erudiendum. Ego autem cùm Dei ſapientiam aſſero, ſi quid nouit pater, non ſine filio poteſt. Ipſe enim eſt eius potentia. Quòd autem hæc vera ſint, audi: quia quæcunque facit pater, ea ſimiliter & filius facit. Si pater, cum poteſtate & virtute: & filius ſimiliter. Non igitur inferior filius patre. Euthymius in Ioan. Neque enim, inquit, videt ſicut diſcipulus, nec pater demonſtrat ſicut & præceptor: ſed hic quidem demonſtrat ſicut mens, quæ formas earundem rerum intelligendas præbet: ille autem videt ſicut ſermo, qui ea quæ ad intelligendum data ſunt, perfecit: & ita eis communes ſunt omnes diuinæ res & cauſæ. Thomas. Aqu. Sciendum eſt enim, quòd dupliciter poteſt aliquis alicui ſua opera demonſtrare, vel quantum ad viſum, ſicut artifex ea quæ facit, demonſtrat diſcipulo, vel quantum ad auditum, ſicut quando verbo inſtruit eum. Quocunque ergo iſtorum modo accipiatur, *Demonſtrat*, ſequi poteſt duplex inconueniens: quod tamen non eſt in iſta demonſtratione, qua pater demonſtrat filio. Si enim pater dicatur demonſtrare filio, quantum ad viſum, primò quidem ſequitur in iſtis inferioribus, quòd priùs operetur aliquid quod alteri demonſtrat: Deinde quòd ſeorſum ab eo cui demonſtrat. Sed pater non demonſtrat filio ea quæ priùs facit: quia ipſe filius dicit Prou. 8. Dominus poſſedit me ab initio viarum ſuarum, antequàm quicquam faceret. Neque etiam ea quæ ſeorſum à filio facit: quia pater omnia operatur per filium: ſuprà 1. Omnia per ipſum facta ſunt. Si autem accipiatur demonſtratio quantum ad auditum, duo videntur ſequi. Nam qui verbo docet, primò demonſtrat ignoranti. Deinde verbum eſt inter demonſtrantem, & cui fit demonſtratio. Sed neutro modo pater demonſtrat filio. Non enim ſicut ignoranti, cùm filius ſit ſapientia patris. 1. Cor. 1. Chriſtum Dei virtutem & ſapientiam. Nec aliquo alio verbo medio: quia ipſe filius eſt verbum patris, ſup. 1. Verbum erat apud Deum. Dicitur ergo pater omnia, quæ fecit, demonſtrare filio, inquantum communicat ei notitiam omnium ſuorum operum, ſicut dicitur magiſter demonſtrare diſcipulo, in quantum dat ei notitiam eorum quæ facit. Vnde ſecundũ Auguſtinum, demonſtrare patrem filio, nihil aliud eſt quàm patrem generare filium: & filiũ videre quæ pater facit, nihil aliud eſt quàm filium eſſe, & naturam à patre recipere. Poteſt tamen dici demonſtratio illa ſimilis viſuali, in quantum ipſe filius eſt ſplendor viſionis paternæ, vt dicitur Heb. 1. Nam pater videns ſe & intelligens, concipit filium, qui eſt conceptus huius viſionis. Poteſt etiam eſſe ſimilis ei, quæ fit per auditum, quantum filius procedit à patre, vt verbum: vt ſi dicatur quòd *pater omnia demonſtrat filio*, in quantum producit ipſum vt conceptum ſuæ ſapientiæ, & verbum. Hoc ergo quod dicit, *demonſtrat*, refertur ad illud quod ſuprà dixit, *Non poteſt à ſe facere quicquã, niſi viderit patrem facientem.* Hoc verò quod dicit, *omnia*, refertur ad illud quod dixit, *quæcunque enim ille fecerit, hoc ſimiliter & filius facit.* Hilarius lib. 7. de Trinit. An ne, inquit, demonſtratio operum aliud hîc nobis, præterquàm natiuitatis fidem ingerit, vt ſubſiſtentem filium ex ſubſiſtente Deo eſſe credamus? Niſi fortè per ignorationem credendus eſt vnigenitus Deus doctrina demonſtrationis eguiſſe: ſed temeritas impiæ huius exiſtimationis non admittitur. Non enim doceri eget, qui quid docendus ſit, ſciat. Cyrill. Alex. lib. 2. in Ioan. cap. 137. Hoc ergo tale eſt, ac ſi dicat Chriſtus: Pater filio demon-

Quid dilectio.

Theophil. *In Arium & Eunomium.*

Euthym.

Thomas.

Demonſtratio quomodo fiat à patre.

Auguſt.

Hilarius.

Cyr. Alex.

ſtrat quę ipſe facit, non quaſi depicta in tabulis, nec quaſi ignorantem doctrina iuuans (omnia F
enim filius velut Deus nouit) ſed totum ſeipſum in natura filij ſic pingens, vt quæcunque in ſe
habeat, in filio demonſtret: Ita vt ex quibus quænam patris natura ſit, cognoſcitur, ex illis etiã
natura filij demonſtretur. *Et maiora demonſtrabit eis opera, vt & vos miremini.* quaſi dicat, Vide-
bitis etiam me mortuos ſuſcitantem, quo quidem opere pater demonſtrabit me eius naturã-
lem eſſe filium. Non quòd hæc demonſtratio filio fiat, id eſt, ad erudiendum filiũ: ſed fiat in
Alber. Ma. filio, ad eos erudiendos qui obſeruant filiũ. Albertus. Demõſtrabit, inquit, hoc eſt, ſe dediſſe
ab æterno oſtendet. Nec hoc mirum eſt, quia etiam dilectoribus Chriſti dat poteſtatem ma-
iora faciendi quàm Chriſtus fecit. Ioan. 14. Signa quæ ego facio, & ipſe faciet. Et maiora ho-
rum faciet, quia ad patrem vado. Nulli tamen contulit modum faciendi quo Chriſtus fecit
quod fecit: quia ipſe fecit vt poteſtatem habens, & claue non vtens in propria domo: alij autẽ
ſicut inuocantes diuinam potentiam, & clauibus ſupplicationum & exorciſmorum vtentes. G
Vt vos miremini: hoc eſt, in admirationem trahamini. Qui autem miratur, ſuſpenſus eſt in
Mirabilia Chriſti opera. quoddam altum, quod neſcit, & dum eſt in agonia admirationis, quærere incipit: & ſic inuẽ-
ta diuina poteſtate ad fidem venit. Et hoc eſt quod dicitur Luc. 11. Si in digito Dei eiicio dæ-
monia: hoc eſt, in demonſtratione potentiæ & virtutis Dei, eiicio diabolum de ſua poteſta-
te: profectò peruenit in vos regnum Dei, hoc eſt, fides regni Dei, ſi per rationem vultis inue-
ſtigare. Sic trahere homines in admirationem eſt vtile, & ad fidem ædificans. Eſa. 52. Ecce in-
telliget ſeruus meus, & exaltabitur, & eleuabitur, & ſublimis erit valde. Sic dicitur in Pſ. 67.
Mirabilis Deus in ſanctis ſuis. Item Pſal. 45. Vacate & videte, quoniam ego ſum Deus. Item
97. Cantate Domino canticum nouum, quia mirabilia fecit. Qui autem aliter ambulat in
magnis & mirabilibus ſuper ſe, vt in vanitate laudis prædicetur, malo fine mirabilis vult eſſe.
Pſ. 130. Domine, non eſt exaltatum cor meum, neque elati ſunt oculi mei: neque ambulaui H
Theophil. in magnis, neque in mirabilibus ſuper me. Theophilact. in Ioan. Quoniam paralyticum ſo-
lidauerat, etiam mortuum ſuſcitaturus eſt. Idcircò dicit, Si admiramini quòd paralyticum
ſanum feci, maiora his videbitis. Quòd autem & hoc verbum, *monſtrabit*, humile ſit, & per
diſpenſationem dictum, vt inſaniam illorum demulceret, audi ſequentia. Nam *ſicut pater ſuſ-*
Demonſtra tio qualis ſit filio. *citat mortuos, ita & filius, quos vult, viuificat.* Igitur ſuſcitat quidem filius ſicut pater, & ideò
monſtrat poteſtatem ſuam nihil differentem. Sed & per verbum, *quos vult*, indicat ſuæ cum
patre poteſtatis æqualitatem. Hæc autem omnia Ariani quidem exponunt contra gloriam
Hilarius. filij: nos autem Orthodoxi pro illa intelligemus. Hilarius lib. 7. de Trinit. Exæquata virtus eſt
per naturæ indiſſimilis vnitatem: & monſtratio operum non ignorationis inſtructio eſt, ſed
noſtræ fidei, quæ non filio ignoratorum ſcientiam, ſed nobis confeſſionem natiuitatis inuexit,
confirmans eam per id, quòd ſibi omnia eſſent demonſtrata quæ poſſet. Neque enim ſe cir- I
cumſpectum cœleſtis ſermo egit, ne fortè diuerſæ naturæ ſignificatio ſub occaſione dicti am-
bigui ſubreperet. Demonſtrata enim ei potiùs opera patris eſſe ait, quàm ad operationem eo-
rum naturam virtutis adiectam: vt demonſtratio ipſa natiuitatis eſſe ſubſtantia doceretur, cui
per dilectionem patris operum paternorum, quæ per eum effici vellet, eſſet cognata cognitio.
Porrò autem ne per demonſtrationis profeſſionem, ignorantis in eo naturæ diuerſitas crede-
retur, ea ipſa quæ profiteretur demonſtranda, non neſcit: vſqueadeò non de exempli authori-
tate geſturus eſt, vt viuificet quos velit. Velle enim naturæ libertas eſt, quæ ad perfectæ virtu-
Auguſt. tis beatitudinem cum arbitrij voluntate ſubſiſtat. Auguſtinus tract. 19. in Ioan. Alios ergo pa-
ter, inquit, alios filius viuificat? Non, ſed omnia per ipſum. Ipſos itaque filius, quos & pater:
quia non alia, neque aliter, ſed hæc & filius ſimiliter facit. Ita planè intelligendum eſt, & ita
tenendum: ſed memento quia filius, quos vult, viuificat. Tenete ergo hîc non ſolùm poteſta- K
tem filij, verumetiam voluntatem: Et filius quos vult viuificat, & pater quos vult viuificat, &
ipſos filius quos & pater: ac per hoc patris & filij poteſtas eſt & voluntas. Chryſoſtomus hom.
Chryſoſt. 39. in Ioan. Nam ſi quos vult viuificat, poteſt à ſe facere: velle enim poteſtatis eſt. Quòd ſi
Omnipo- tentia filij probatur. non poteſt à ſeipſo, iam quos vult non viuificat. Illa enim particula, Sicut pater ſuſcitat mor-
tuos, indiſcretam poteſtatem: illa autem, Quos vult, æqualem demonſtrat. Intelligis quomo-
do non poteſt à ſe facere? Non tollit, ſed potentiam & volũtatem æquiparat. Ita & illud ver-
bum, Demonſtrabit, eſt intelligendum. Etenim alio in loco ait: Et ego reſuſcitabo eum in
nouiſſimo die. Et iterum, vt non aliundè vim operandi ſe accipere oſtendat: Ego, inquit, ſum
reſurrectio & vita. Et ne quis diceret mortuos tantùm quos vult ſuſcitare, & viuificare, alia
autem in ſua non eſſe poteſtate, hanc præripit ſuſpicionem, inquiens: Quæcunque enim ille
fecerit, hæc & filius ſimiliter facit: vt & omnia quæ ille, & vt ille facere intelligatur, ſiue mor-

tuorum

A tuorum resurrectionem, siue peccatorum remissionem, siue quiduis aliud, similiter patri operatur. Sed omnia hæc negligunt, qui suam negligunt salutem: tantùm officit potioris loci cupiditas, & prælatio. Hæc hæreses peperit, hæc Gentilium confirmauit impietatẽ. Deus enim inuisibilia sua per huius mundi creaturam intelligi voluit: illi hanc doctrinam sectari dignati, aliam excogitarunt, veram neglexerunt. Iudæi autem gloriæ humanæ studio, diuina contemnentes credere noluerunt. Augustinus serm. 44. de verb. Domini, ex hac sententia spem nobis ingeri docet, quòd non modò per ipsum corpora nostra suscitanda sint, sed & animæ nostræ per gratiam ipsius à peccatis excitentur. Adiicit autem, *Neque enim pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio.* Augustin. tract. 19. in Ioan. Quod ita subiunxit, tanquam rationem reddens superioris sententiæ. Multùm mouet, intenti estote. Filius quos vult, viuificat, pater quos vult, viuificat. Filius suscitat mortuos, sicut pater suscitat mortuos. Neq; enim pater iudicat quenquam. Si in iudicio suscitandi sunt mortui, quomodo pater suscitat mortuos, si non iudicat quenquam? Omne quippè iudicium dedit filio: in illo autem iudicio suscitantur mortui, & resurgunt, alij ad vitam æternam, alij ad pœnam. Quod totum si filius facit, pater autem ideò non facit, quia pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio, contrarium videbitur ei quod dictum est, Sicut pater suscitat mortuos & viuificat, sic & filius quos vult viuificat. Simul ergo suscitant. Simul suscitant, simul viuificant, simul ergo iudicant. Idem Augustinus lib. 1. de Trin. cap. 13. Ita enim dictum est, Pater non iudicat quẽquam, sed omne iudicium dedit filio: ac si diceretur, Patrem nemo videbit in iudicio viuorum & mortuorum, sed omnes filium: quia & filius hominis est, vt possit & ab impijs videri, cùm & illi videbunt in quem pupugerunt. Quod ne coniicere potiùs, quàm apertè demonstrare videamur, proferamus eiusdem Domini certam & manifestam sententiam, qua ostendamus ipsam fuisse causam vt diceret, Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio: quia iudex in forma hominis apparebit, quæ forma non est patris, sed filij: Nec ea filij, in qua æqualis est patri, sed in qua minor est patre, vt sit in iudicio conspicuus & bonis, & malis. Cyrillus Alexandr. lib. 2. in Ioan. cap. 140. Quare, inquit, in quantum quidem verbum Dei, & Deus est, hanc potestatem habet naturaliter: in quantum autem homo est factus (quoniam ad hominem dicitur. 1. Cor. 4. Quid enim habes quod non accepisti?) accepisse hanc se potestatem apertè profitetur. Sed dicent rursus aduersarij: Et ecce ipse filius à patre accepisse iudicium se docet. Accepit autem quod non habet. Quomodo igitur maior naturâ non erit, qui abundat, & dat ei qui indiget atque accipit? Nos autem accõmodatè, vt arbitror, atque decenter propter incarnationis dispẽsationem, qua se humiliauit in similitudinem hominum factus, id ita esse dictum affirmauimus. Verùm quoniam tu hæc simpliciora Ecclesiæ

B dogmata negligis, & altiora curiosè quærens, rationibus tuis respondere acutiùs cogis: primùm illud dicimus, non necessariò, atque semper non habenti datur, nec maior est semper qui dat, quàm qui accipit. Quid enim respondebis, si Psalmistam audiueris (Ps. 67.) dicentẽ, Date gloriam Deo? Gloriáne carere Deum putabis, aut maiores creatore creatos homines arbitraberis, quia gloriam Deo afferre iubeantur? Plena gloriæ Deitas est, etiamsi nihil à nobis acceperit. Quod autem à se habet, si id loco honoris accipit, non est minor propterea eo qui obtulit. Quare nec pater maior proprio filio est, quia ei totum iudicium dederit. Deinde considerandum diligentiùs est, quia iudicare actus quidem potiùs est quàm substantia. Nam si non actus, sed substantia esset, cùm is iudicare cessaret, cõfestim etiam ab esse cessaret: quod manifestè falsum est. Nil ergo iudicare aliud est, quàm quidam actus atque operatio. Quid igitur pater filio suo dedit, si totũ ei iudicium præstitit? Nihil aliud profectò quàm actũ quen-

E dam super eos qui iudicantur. Quomodo igitur maior natura quàm filius, aut quid præbuit filio quod non habebat? Nónne ipse liquidò dicit: Omnia quæ habet pater, mea sunt? Quomodo igitur, inquies, datum sibi esse iudicium intelligimus? Audi quæso, atque attende. Nã quemadmodum cùm Deus pater creare omnia possit, per filium tamen vt per virtutẽ suam id facit: sic cùm iudicare orbem queat, per filium & per iustitiam suam id peragit, veluti si quis diceret, ignem naturali suo calori cremandi potestatem dedisse, non longè aberraret à veritate: quia cremandi actus hoc modo perficitur. Sic datum esse iudicium filio intelligentes, à diaboli laqueis non capiemur. Si verò impudenter contendunt, dicentes honorem filio accepisse, cùm factus sit iudex, ostendant nobis, quomodo Dominus erat omnium, qui hac lucde nouissimis temporibus coronatur. Hæc autem ideò filio data sunt, seu per æternam generationem in ratione communis omnipotentiæ, seu per communicationem in hominem factam: *Vt omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem.* Duobus modis hoc intelligitur,

Augustin. Idem. *An nõ pater iudicat.* Idem Aug. Cyri. Alex. *Quomodo datum sit non dicũ filio.* *Quomodo datur alibi quid Deo.* *Quid sit iudicare.*

aut in ratione naturæ diuinæ, aut assumptæ. Si naturâ illam diuinâ spectes, quâ filius Dei per F
Idẽ honor debetur patri & filio. æternâ generationẽ habet eãdem cum patre, ideò etiam pater genuit sibi filium coæqualẽ, vt & in eodem honoris & adorationis gradu consideretur: & adoretur filius sicut adoratur & pater. Deus enim pater, Deus filius, Deus spiritus sanctus: Et tamen non tres Dij, sed vnus est Deus. Vnde sicut adoramus Deum vnum, simul quoque patrem & filium & spiritum sanctum adoramus. Nec mouere aliquem debet particula similitudinis! *Sicut*, quasi similitudo quædam honoris sit filij cum patre, & non identitas & coæqualitas, vt olim obiiciebant Ariani. Cyrillus
Cyr. Alex. Alexand. lib. 2. in Ioan. c. 141. Et quidem, inquit, quando de rebus agitur diuersis, ac naturâ differentibus, tunc non æqualitatem, sed similitudinem significat. Quando autem de iis dicitur, quæ eiusdem naturæ sunt, tunc vltimam similitudinem, immò idemtitatem & æqualitatem ostendit. Nam si quis candorem argenti miratus, sicut solem splendere argentum quispiã dixerit: quoniam diuersa hæc natura sunt, non æqualiter soli splendere argentum intelligemus, G
sed similitudinem quandam splendoris, propter dictionem illam, *sicut*, ostendi concedemus. Sin verò de Petro & Paulo naturâ hominibus ac discipulis Christi, aliquis dixerit honorari debere Paulum sicuti & Petrum, nemo ambiget, quin æqualem velit vtrique honorem contribui. Quare cùm honorandum esse filium, sicut & patrem, audimus, æqualem vtrique honorem, eundémque offerre iubemur. Futura enim, vt Deus, prospiciens, & liuorem imperitiæ tuæ, ô Ariane, non ignorans, non statim sicut & patrem honorari se oportere asseruit: sed cùm affirmauerit Deum se esse naturâ, cùm singulari modo patrem suum Deum appellauerit, cùm vitam se mortuorum esse ostenderit, cùm vniuersa se posse facere, quæ pater facit, comprobauerit, tunc tandem intulit, vt omnes honorent filium, sicut honorant patrẽ. Quid igitur prohibet, si omnia quæ pater habet, ipse quoque habeat, si cuncta facere potest, quæ pater facit: quid, inquam, prohibet, ne ei eosdem quos patri honores offeramus? Filium H
enim honorantes, ipsam naturam patris in filio fulgentem honorabimus. Ideò enim subiecit, *Qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui misit illum.* Non enim in alium, quàm in patrem, contemptus filij ascendit: qui ex natura sua, quasi quodam ex fonte, filium ita edidit, vt æternaliter cum ipso, & in ipso à scriptura esse asseratur. Euthymius in Ioan. Verùm,
Euthym. *Nõ confũdendæ sunt personæ in vna adoratione Trinitatis.* si eum honorauerimus, sicut honoramus & patrem, omninò etiam patrem hunc appellabimus? Nequaquam. Sed filium eum scientes, patrem non appellabimus, ne proprietates confundamus: honorabimus autem sicut patrem: Nam de honore sermo est, non de appellatione. Theophil. in Ioan. Non honoratur pater vt creatura, sed vt author creaturæ. Itaque filius creator, & non creatura est, in ea scilicet ratione, qua à patre genitus est. Hil. lib. 7. de Trinit. Quid
Theophil. Hilarius. igitur, oro, derelictũ est suspicionis, aut quid relictũ est ad impietatem occasionis? Pater non iudicat quemquã, sed omne iudiciũ dedit filio. Iudicij autẽ dati ea causa est, vt filius exæquati I
honoris ad patrẽ sit, & inhonorificus filio, inhonorificus sit & patri. Et quomodo post hæc intelligitur natiuitatis differre natura, quam non solùm operatio, virtus, honor, sed etiã cõmelia negati honoris exæquat? Augustinus tract. 19. in Ioan. Quid enim est honorificare patrẽ, nisi
August. quòd habeat filiũ? Aliud enim est, cùm tibi cõmendatur Deus, quia Deus est: & aliud, cũ tibi cõmendatur Deus, quia pater est. Cũ tibi quia Deus est cõmendatur, creator tibi cõmẽdatur, omnipotens tibi commendatur, spiritus quidam summus, æternus, inuisibilis, incommutabilis
Quomodo Christus adoratur in carne. tibi commendatur. Cùm verò tibi quia pater est, commendatur, nihil tibi aliud quàm & filius commendatur: quia pater dici non potest, si filium non habet: sicut nec filius, si patrem non habet. Potest etiam iste honor ad naturam assumptam transferri, quam ideò Deus pater magna gratiarum plenitudine, sed & iudiciaria potestate donauit: quia simul ipsum Christum exaltare voluit, & dedit illi nomen quod est super omne nomen: & exaltauit illum, & conse- K
dere fecit ad dexteram maiestatis in excelsis. Vt quemadmodum in ratione etiam assumptæ naturæ exaltatus esse dicitur, ita etiam honorificetur, sicut & honoratur pater. Hanc interpretationem sequuntur Albertus Mag. & Th. Aquinas. Albertus Magnus enim ita habet in
Alb. Mag. Ioan. Nam quia filius ex obedientia patris carnem assumpsit, & iudicatus in carne, & passus, & mortuus est: iustum fuit vt à patre donaretur potestate iudiciaria, vt resumpto honore maiestatis, honorem habeat diuinum, hoc est, *vt omnes honorificent filium* honore & reuerentia diuinis, *sicut honorificant patrem* honore diuino. Phil. 2. Dedit illi nomen quod est super omne nomen: vt in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum. Act. 17. Statuit diem, in quo iudicaturus est orbem in æquitate, in viro in quo statuit, fidem præbens omnibus, suscitans eum à mortuis. Hester 7. Hoc honore dignus est, quemcunque rex honorare voluerit. Hac ergo de causa, & de tali potestate honorauit & filium.

Qui

A *Qui* ergo *non honorificat filium*, contemnens eum propter infirmitatem carnis assumptam, in quo tamen orbem terræ iudicabit, *non honorificat patrem qui misit illum*: quia sicut honor filij redundat ad patrem, ita inhonoratio filij refertur ad patrem. Et in hoc tãgit Iudæos, de quibus dicit Ioannes 8. cap. Honorifico patrem meum, & vos inhonorastis me. 1. Reg. 2. Quicunque honorificauerit me, glorificabo eos: & qui contemnunt me, erunt ignobiles. Heb. 2. Eum qui modico ab Angelis minoratus est, vidimus Iesum per passionem mortis gloria & honore coronatum. Hic enim est honor iudiciariæ potestatis, quo ipse de contemnentibus se inimicis, suisque iudicet. Psal. 109. Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis. Vigilius Martyr, lib. 5. contra Eutychen, honorem illum ad naturam assumptam transfert, & in ratione qua vnita est verbo, & respectu summæ humilitatis verbi, quæ apparuit in carne, propter quã vnus & idem Deus & homo ad dextram patris exaltatus est, & ab omnibus adoratur. Rupertus lib. Vigilius. Rupertus.

B 5. in Ioan. Igitur, inquit, non nouo consilio nunc primùm indicitur hominibus, vt omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem: verùm mirabili cum fœnore nostræ humilitatis præceptum redditur, quo filio Dei debitus honor exigitur, vt summæ sapientiæ Dei sensum nostrum inclinemus & subiiciamus. Nam quia subesse contempsit homo sapientiæ Dei, cœlum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt creanti, & cuncta cum patre componenti, nunc ab eodem exigitur, vt se subiiciat de fœmina nascenti, & sic honorificet in cruce pendentem, sicut honorificandum esse sentit patrem in sua maiestate, absque carnis susceptione, vel mortis passione rutilantem. Vigilius Martyr hæc colligit ex antiquioribus Patribus, lib. 5. in Eutychen, ostendens non eapropter confundi naturam assumptam cum natura diuina, quia tanto honore donetur. Nam, inquit sanctus Ioan. Chrysostomus in hom. de ascensione Domini, ita dicit: Deus nobis iustè irascebatur, & nos contemnebamus iratum, & clementem Dominum declinabamus: & se medium Christus ingessit, & sociauit vtrumque, & nobis quod imminebat supplicium, ipse sustinuit. Item: Cognoscamus igitur quæ natura est cui dixit, Sede ad dexteram meam, & esto particeps meæ sedis: illi nimirùm naturæ quæ audierat, Terra es, & in terram ibis. Hoc & Augustinus sentiens, Gratulandum, inquit, fuerat humanæ naturæ, eò quòd sic assumpta est à Deo verbo, vt mortalis constitueretur in cœlo, atque ita fieret terra sublimis, vt incorruptibilis puluis sederet ad dexteram patris. Item beatus Basilius, Cæsareæ Cappadociæ Episcopus: Cùm ergo quædam in Christo videbamus humana, vt nihil à communi mortalium fragilitate distare videantur, quædam item diuina, quæ nulli alio quàm ineffabili naturæ conueniant diuinitatis, hæret humani intellectus angustia, & tantæ admirationis stupore percùlsa, quò se conuertat, ignorat. Si hominem putet, deuicto mortis regno, cum spoliis redeuntem à mortuis cernit: propter quod cum omni metu & reuerẽtia contemplandum

C est, vt in vno eodemque vtriusque naturæ veritas monstraretur, vt neque aliquid indignum & indecens in diuina illa & ineffabili substantia sentiatur, neque rursus quæ gesta sunt, falsis illusa imaginibus existimentur. Cæterùm sicut honoratur pater in filio, sic & caput in membris, & Deus ipse in electis suis, quamuis ipsi non parẽ cũ Christo habeant dignitatem. Interim tamen inquit, Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Damasc. lib. 4. de fide Orthod. cap. 16. Ecquid enim, inquit, causæ esse potest, quin eos honore cõplectamur, qui Dei serui & amici, & filij appellati sunt? Etenim is honor, qui probis cõseruis habetur, beneuoli erga communem dominum animi argumentum est. Stephanus Eduensis Episc. in tract. de sacramẽto altaris, cap. 17. Pro veneratione enim sanctorum suorũ, inquit, solet nobis propitiari Deus, donans veniam delictorum: quod manifestis indiciis, signis, & miraculis Dominus ostendit ad

D eorum, quæ sua est, laudem & gloriã, conferendo ægris sanitatem, desolatis cõsolationem. Qui enim membra honorat, & Christum qui caput est honorificat: & qui filium honorat, & patrem qui misit illum, per quem pater hæc bona creat, sanctificat, viuificat, & benedicit. *Amen amen dico vobis, quia qui verbũ meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam, & in iudicium non venit, sed transiet de morte ad vitam.* Cyrillus Alexand. lib. 2. in Ioan. cap. 142. Quũ iam per superiora non solùm in filium, verumetiam in patrem peccare omnes affirmauerit, qui doctrinæ suæ atque operibus iniquitatis maculã esse opinabantur, ac eo terrore temeritatẽ Iudæorũ, quantum pertinet ad officiũ doctoris, oppresserit, futurorũ modò spe ad obediendũ ei hortatur. Mirabili autem orationis artificio vtitur. Nam quoniam non rectè sentire de se Iudæos sciebat, fidẽ rursus ad personã retulit patris. Honorificatur enim etiã ipse propter identitatem substantiæ, cùm ipse pater honorificatur. Credentes autem non vitæ tantũmodò participes affirmat futuros, sed iudicij quoque periculum asserit euasuros. Ita iustificatum iri eos comprobat, & formidinem spei commiscet. Itaque cùm superiùs sibi insitam esse viuificandi

Adoratur Christus homo & Deus.

Vigilius.

Chrysost.

Augustin.

Basilius.

Damasce.

Stephanus Eduẽs. epis.

Cyr. Alex.

Quid vitæ verè.

virtutem dixisset, nunc quomodo vita ipsa donari possimus, ostendit. Modus autem per fidem F
est, qua sublata, nulla vitæ expectatio reliqua est. Cæterùm ne quis hallucinetur in definitio-
Tho. Aqu. ne illius vitæ de qua agitur, considerandum est, inquit Thomas Aquinas in Ioan. Quòd sunt
quatuor gradus vitæ. Vnus quidem inuenitur in plantis, quæ nutriuntur, augentur, & generan-
tur, & generant. Alius in animalibus, quæ tantùm sentiunt. Alius verò in his quæ mouentur,
quæ sunt animalia perfecta. Vlterius verò est aliud genus vitæ in his quæ intelligunt. Tot ergo
existentibus gradibus vitæ, impossibile est vel vitam, quæ est in plantis, vel eam quę est in sen-
su, aut eam quæ est in motu, esse primam vitam. Nam prima vita debet esse per se vita, non
participata. Nulla autem vita potest esse talis, nisi sola vita intellectualis. Aliæ autem tres ratio-
nes sunt corporali & spirituali creaturæ. Corpus autem quod viuit, non est ipsa vita, sed vitam
participans. Et ideò vita intellectualis est prima vita, quæ est vita spiritus, quæ immediatè
participatur à primo vitæ principio. Vnde dicitur vita sapientiæ. Et propter hoc in scripturis G
vita attribuitur sapientiæ, Prouerb. 8. Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet salutem à
Domino. Sic ergo vitam à Christo, qui est Dei sapientia, participamus, in quantum anima
nostra ab ipso sapientiam percipit. Hæc autem vita intellectualis perficitur in vera cognitio-
ne diuinæ sapientiæ, quæ est vita æterna. Infrà 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te so-
lum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Sed ad nullam sapientiam potest homo
peruenire, nisi per fidem. Vnde in scientiis nullus ad sapientiam peruenit, nisi priùs adhibeat
fidem magistro. Si ergo nos volumus ad illam vitam sapientiæ peruenire, oportet nos per fi-
Vnde vita æterna. dem credere ea, quæ ab illo nobis proponuntur. Hebræor. 11. Oportet accedentem cre-
dere, &c. Esaiæ 28. secundum aliam literam, Nisi credideritis, non intelligetis. Et ideò
Dominus congruè modum perueniendi ad vitam ostendit esse per fidem, dicens, *Qui*
verbum meum audit, & credit, &c. Et primò ponit meritum fidei, secundò subdit præmium e- H
ius: ibi, Habet vitam æternam. Circa meritum fidei primò ponit illud, quod per fidem intro-
ducitur: secundò illud, cui fides innititur. Introducitur quidem fides per verbum hominis.
Roman 10. Fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei. Innititur autem fides non
verbo hominis, sed ipsi Deo. Genes. 15. Credidit Abraam Deo, & reputatum est ei
ad iustitiam. Ecclesiast. 2. Qui timetis Deum, credite illi. Sic nos introducit per verbum ho-
minis ad credendum non ipsi homini qui loquitur, sed Deo, cuius verba loquitur. 1. Thes-
salon. 2. Cùm accepisseti's à nobis verbum auditus Dei, accepistis illud non sicut verbum
hominum, sed (sicut verè est) verbum Dei. Et hæc duo Dominus ponit. Primò illud, per quod
fides introducitur. Vnde dicitur, *Qui verbum meum audit*, quod introducit ad vitam. Secundò
illud, cui innititur, cùm dicit, *Et credit ei qui misit me*: non mihi, sed illi, in cuius virtute loquor.
quæ quidem verba possunt competere Christo, secundum quod homo, in quantum per ver- I
bum eius humanum homines conuersi sunt ad fidem. Et quod secundum quod Deus, in
quantum Christus est verbum Dei. Cùm enim Christus sit verbum Dei, manifestum est
quòd audientes Christum, audiebant verbum Dei: & per consequens, credebant Deo. Et hoc
est quod dicit, *Qui audit verbum meum*, id est, me verbum Dei, *& credit ei*, id est patri, cuius
Quæ in glo- sum verbum. Præmium autem fidei ponit, cùm subdit, *habet vitam æternam*. Et ponit tria, quæ
ria habitu- nos habebimus in gloria, sed ordine retrogrado. Primò enim consequemur resurrectionem ex
ri sumus. mortuis: secundò, liberationem à futuro iudicio: tertiò, vitam æternam: quia, vt dicitur Matth.
15. Post iudicium ibunt iusti in vitam æternam. Et hæc tria ponit ad fidei præmium pertinere.
Et primò ponit tertium tanquam magis desideratum. Vnde dicit, *Qui credit*, scilicet per fi-
dem, *habet vitam æternam*, quæ consistit in plena Dei visione. Et dignum est vt qui credit pro- K
pter Deum, his quæ non videt, perducatur ad eorum visionem. Ioann. 20. Hæc scripta sunt, vt
credatis, & vt credẽtes vitam habeatis in nomine eius. Secũdò ponit secundũ, cùm dicit, *Et in*
iudiciũ non veniet. Sed cõtra hoc est, quod Apost. dicit, 2. Cor. 5. Omnes nos astare oportet ante
tribunal Christi, etiã ipsos Apostolos. Ergo qui credit, in iudiciũ non veniet. Sed dicendũ quòd
duplex est iudiciũ, sc. condẽnationis: & ad istud non veniẽt, qui fide formata in Deũ credũt: de
quo dicebat Psalmista: Nõ intres in iudiciũ cũ seruo tuo, &c. Superiùs 4. Qui credit, non iudi
catur. Est etiã iudiciũ discretionis, vel discussionis: & ad illud oportet nos omnes ante tribunal
Christi exhibere, vt dicit Apostolus. Et de isto dicitur in Psalmo: Iudica me Deus, & discerne
causam meam. Tertiò, præmium, cùm dicit: *Sed trãsibit à morte ad vitam*. Hoc autẽ referri po-
test, vel ad resurrectionẽ hominis interioris, vel hominis exterioris, sc. carnis. Duplex autẽ ho-
minis interioris est resurrectio, secũdum quod & duplex est eiusdem humiliatio. Nã quia ani-
ma dicitur mori per peccatum, ideò dicitur resurgere per gratiam. Et quia dicitur habitare in

corpore

A corpore mortis huius, Rom. 7. & istius corruptionis fasce opprimitur, quandiu est in corpore. Nam corpus quod corrumpitur, aggrauat animam: ideò ab illa vindicatur, tum maximè cùm admittitur in gloriam. Porrò quia duplex est stola, seu glorię illius perfectio, aut essentialis, quę maximè ab anima apprehenditur: aut concomitans, quæ à corpore: ideò vtraq; etiam vita donatur anima. Priore quidem secundum se, quando liberata à corpore mortis huius, interim dũ resurrectio expectatur, *transit de morte*, seu præsenti miseria, seu corpore mortis huius, *in vitam*, & libertatem illam æternam. Posteriore verò, respectu habito ad corpus, quod cùm resurrexerit, etiam quantum in se est, id est pro ratione suæ capacitatis, donabitur illa fœlicitate. Ex his ergo colligimus, animam transire de morte in vitam, aut hîc in hoc seculo, aut in futuro. Hîc, cùm resurgit à peccato per gratiam: in futuro, cùm illa è corpore corruptibili emittitur in libertatem gloriæ, aut cùm simul cum corpore glorificatur. Dicetur & exterioris hominis resur-

B rectio illa, quæ in corpore fiet. De transitu illo in vitam, quo hîc donamur, hæc habentur. 1. Ioan. 4. Nos scimus quoniam translati sumus de morte in vitam. Ioan. 17. Hæc est enim vita æterna, vt cognoscant te Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. De altero, quo in corpore donabimur, sic habet Paulus, 1. Cor. 15. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionẽ. Et rursus: In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba. Et mortui qui in Christo sunt, resurgent primi. De quo etiam in sequentibus. De priore stola animæ in gloria, vt euadat iudicium Rom. 7. Ingemiscimus & parturimus vsque adhuc, adoptionem filiorum Dei expectantes. Et Psaltes: Quando veniam, & apparebo ante faciem Dei mei? De posteriore, Matth. 25. Et ibũt hi in vitam æternam. Albertus Magnus in Ioan. Transitus hic, inquit, fœliciſſimus est, de quo loquitur Ps. 30. Abscondes eos in abscondito faciei tuæ à conturbatione, vel contradictione hominum: quæ conturbatio omnium hominum sapientium erit in iudicio. Rom. 8. Nihil er-

C go damnationis est his qui sunt in Christo Iesu. Ezec. 18. Vita viuet, & non morietur. Eccl. 24. Transite ad me omnes qui concupiscitis me. Sic ergo ostendit æqualitatem potentię esse in se ad patrem. In hoc autem quod dicitur, *Transiet*, notatur quòd priùs, dum non crederet, fuit in morte: de qua dicitur Rom. 5. Sicut per vnum hominem peccatum intrauit in hunc mundum, & per peccatum mors: ita & in omnes homines mors pertransiit: sed per Christum, sicut ibidem dicitur, per fidem. *A morte* illa transitur *ad vitam:* quia sicut dicitur Abacuk 2. Iustus ex fide sua viuit. Et de hac transitur ad speciem veritatis: quæ visio est tota merces, & vita æterna, vt dicitur Esa. vltim. Videbitis, & gaudebit cor vestrum, & ossa vestra quasi herba germinabunt. Augustinus tractatu 19. in Ioannem. Et hoc, inquit, attendite, Qui verbum meum audit: & non dixit, Credit & mihi: sed, credit ei qui me mi-

D sit. Verbum ergo filij audiat, vt patri credat. Quare verbum audit tuum, & credit alteri? Nónne cùm verbum alicuius audimus, eidem verbum proferenti credimus, loquenti nobis fidem accommodamus? Quid ergo voluit dicere, Qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me: nisi quia verbum eius est in me? Et quid est, Audit verbum meum, nisi audit me? Qui credit mihi, credit & ei qui misit me: quia cùm illi credit, verbo eius credit: cùm autem verbo eius credit, mihi credit, quia verbum patris ego sum. *Amen amen dico vobis, quia venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint, viuent.* Cyril. Alexand. lib. 2. in Ioan. cap. 143. A morte ad vitam transituros in superioribus fideles

E dixit, modò seipsum huius rei esse authorem affirmat: occultè significans mirabilem quandam fuisse rem, quòd omnibus membris antiquo dissolutus morbo æger verbo eius sanatus sit, sed maiora se verbo solũmodò facturũ, non ægrotationes corporum, sed ipsam mortẽ depellendo, & ab interitu in vitam humanũ genus reducendo: quod quidem his verbis significatur, Ioan. 5. Pater diligit filiũ, & omnia demõstrat ei quæ ipse faciat, vt vos miremini. Maior enim admiratio illa in suscitatione mortuorũ videtur. Occultè autẽ non paruũ eis terrorẽ incutit, suscitaturũ se mortuos ostendens, & in iudiciũ deducturũ: vt audiente se reddituros illi omniũ harum rationem, tardiores hac formidine ad persequendũ facti, quietiore animo doctrinã eius audiant. Credunt igitur omnes fideles tempus aliquãdo fore, in quo suscitantis vocẽ omnes mortui audient. Sed nunc etiã tale adest tempus, aut quia (vt cõmuniter dicitur) saluatoris vocẽ Lazarus audiuit: aut quia fideles mortui erant, antequàm saluatoris doctrinã reciperent. Hæc verisimiliora nobis magis videntur, quàm exquisita: quare iterũ eisdem propositis verbis conuenientiorem sensum scrutemur. *Venit*, inquit, *hora, & nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint, viuent.* Quum igitur vocem filij Dei audituros mortuos dicat, tempus ille significat, quo ad reddendam huius vitę rationẽ, voce, voluntate, & potestate sua omnes resurgent: hic, veluti iam diximus, hac formidine, vt ad rectam viam cõuertantur, impellit. Quum autem

Quotuplex sit vita.

Resurrectio duplex.

Alb. Mag.

Augustin.

Cyr. Alex. *Terror iudicij.*

Quando mortui vocem filij audiant.

ſubiicitur, *Et qui audierint, viuent*, tempus in eum iam credendi adeſſe oſtendit, & huius obe- F
dientiæ mercedem, æternam vitam fore promittit. Ita illud quaſi clamans teſtatur, Venie-
tis omninò in iudicium, reſurrectionis tempore: vbi ſi condemnari amarum ducitis, ſi æter-
nas mihi dare pœnas formidatis, nolite idoneum iſtud credendi tempus omittere, ſed præ-
Auguſt. ſentem iam doctrinam meam complectimini, ſi ad æternam vultis vitam peruenire. Auguſti-
nus tract. 19. in Ioan. Quod ergo dicit, *Venit hora*, non dicit de illa hora nouiſſima, vbi in iuſ-
ſu & voce Archangeli, & in tuba Dei Dominus deſcendet de cœlo, & mortui in Chriſto re-
ſurgent primi: deinde nos viuentes qui reliqui ſumus, ſimul rapiemur cum illis in nubibus ob-
uiam Chriſto in aëra, & ita ſemper cum Domino erimus. Et veniet illa hora, ſed non eſt nunc:
Hora verò iſta quæ ſit, aduertite. *Venit hora, & nunc eſt.* Quid in ea fit? Quid niſi reſurrectio
mortuorum? Et qualis reſurrectio? Vt qui reſurgunt, in æternum viuant. Hoc erit & in nouiſſi-
ma hora. Quid igitur? quo modo intelligemus duas iſtas reſurrectiones? Numquid fortè qui G
nunc reſurgunt, tunc non reſurgent, vt aliorum fiat tunc reſurrectio, aliorum nunc? Non eſt ita.
Nam iſta reſurrectione, ſi rectè credimus, reſurreximus: & nos ipſi, qui iam reſurreximus, alte-
ram in fine reſurrectionem expectamus. Sed nunc in æternam vitam reſurreximus, ſi in fide
ipſa perſeueranter maneamus: & tunc in æternam vitam reſurgemus, quando Angelis coæ-
quabimur. Ipſe ergo diſtinguat, ipſe aperiat quod loqui auſi ſumus, quomodo fiat reſurrectio
ante reſurrectionem, non aliorum & aliorum, ſed eorumdem: nec talis qualis Lazari, ſed in vi-
tam æternam. Aperiet planè. Audite diluceſcentem magiſtrum, & illabentem cordibus no-
ſtris ſolem noſtrum, non quem deſiderant oculi carnis, ſed quo æſtuant aperiri oculi cordis.
Ipſum ergo audiamus. *Amen, amen dico vobis, quia venit hora, & nunc eſt, quando mortui*. Vide
exprimi reſurrectionem, *Quando mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint, viuent*. Quare
addidit, Qui audierint, viuent? Poſſent enim audire, niſi viuerent? Non. Sufficeret ergo dicere, H
Venit hora & nunc eſt, quando mortui audient vocem filij Dei. Nam ſi intelligeremus vi-
Audire, pro Obaudire. uentes eos, quando niſi viuerent, audire non poſſent: ideo non inquit, quia viuunt, audiunt,
ſed audiendo reuiuiſcunt. Audient, & qui audierint, viuent. Quid ergo audient, niſi obau-
Auguſtin. diant? Item Auguſtinus lib. 20. de ciuitate Dei, cap. 6. Nondum de ſecunda reſurrectione, id
eſt corporum, loquitur, quæ in fine futura eſt, ſed de prima quæ nunc eſt. Hanc quippè vt di-
ſtingueret, ait: Venit hora, & nunc eſt. Non autem iſta corporum, ſed animarum eſt. Habent
enim & animæ mortem ſuam impietate, atque peccatis: ſecundum quam mortem mortui
ſunt, de quibus idem Dominus ait, Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos: vt ſcilicet in anima
mortui, in corpore mortuos ſepelirēt. Propter iſtos ergo impietate & iniquitate in anima mor-
tuos, venit, inquit, hora, & nūc eſt, quādo mortui audient vocē filij Dei, & qui audierint, viuēt.
Qui audierint, dixit: qui obedierint, qui crediderint, & vſque in finē perſeuerauerint. Quòd ſi I
hoc ad reſurrectionem generalem corporū referēdum eſt, adhuc quæritur, quomodo mortui
audituri ſunt vt viuāt, quaſi prior ſit auditus quàm vita, cùm tamen auditus ſit actus vitæ? Reſ-
Tho. Aqu. pondet Thomas Aquin. Audire pro obedire ſumi. Nam tota natura ad nutum obedit volun-
tati diuinæ, Roman. 4. Vocat ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt. Secundum hoc ergo
ligna, lapides, & omnia, non ſolùm oſſa arida & cineres corporum mortuorum, audient
vocem filij Dei, in quantum ad nutum ei obediunt: & hoc non conuenit Chriſto, in quantum
eſt filius hominis, ſed inquantum eſt filius Dei: quia verbo Dei omnia obediunt. Et ideò di-
cit ſignanter *Filij Dei*. (Matth. 9.) Qualis eſt hic, quòd mare & venti obediunt ei? *Sicut enim*
pater habet vitam in ſemetipſo, intellectualem, non vegetatiuam, ſenſitiuam, vel ſecundum lo-
cum mobilem: *ſic dedit*, id eſt, generando communicauit naturali diffuſione, *& filio, vitam*,
Omnia ſunt patri & filio eſſentialia. Athanaſ. non ſolùm ſimilem, ſed numero eandem, *habere in ſemetipſo*. Cúmque Deo nihil ſit acci- K
dens, conſequitur quòd omnia quæ habet, coëſſentialia ſunt ei: ita vt habere vitam, ſit ipſam
eſſe vitam. Proinde hæc verba tantum ſonant, ac ſi Chriſtus diceret, Sicut pater eſt vita, ſic
filius eſt vita. Athanaſius lib. 4. contra Arianos. Nam, inquit, ex hac voce *dedit*, indicat ſeſe
patrem non eſſe. Ex iſto autem dicto, *ita*, filij ſimilitudinem, proprietatemque cum pa-
tre ſignificat. Et ſicut pluralitas perſonarum deſignatur per verba, dare, & accipere: ſic
eſſentiæ ſimplicitas intelligitur per vnius eiuſdémque vitæ idemtitatem. Oſtendit enim
Tho. Aqu. æqualitatem filij, inquit Thomas Aquinas, & diſtinctionem. Nam æquales ſunt in vi-
ta pater & filius: diſtinguuntur tamen, quia pater dat, filius accipit. Nec hoc ita intelli-
gendum eſt, quòd filius à patre dante accipiat vitam: quaſi præexiſtat, eam non habens, ſicut
in iſtis inferioribus. Materia prima exiſtens accipit formam: & ſubiectum ſubiicitur acci-
Hilarius. denti, quia nihil in filio præexiſtens eſt acceptione vitæ. Nam, ſicut Hilarius dicit, filius
nihil

A nihil habet, nisi natum, id est, quod per natiuitatem accipit. Et cùm dicit, ipsa vita, ideò intelligendum est, *dedit filio vitam*, id est, produxit filium vitam: sicut si dicatur, Mens dat verbo vitam: Non quasi verbum præexistat, & postea vitam recipiat, sed quia producit verbum, in eadem vita ipsa viuit. Destruuntur autem per verba hæc res errores secundum Hilarium. Primò, Arianorum, qui dicentes filium minorem patre, coacti sunt per hoc quod suprà dictum est, Quæcunque pater fecerit, hæc & filius facit, dicere quòd filius sit æqualis patri in virtute: sed tamen adhuc negant eum esse æqualem sibi in natura. Sed ecce quod est in hoc, confutatur per hoc quod dicitur, *Sicut pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso*. Nam cùm vita pertineat ad naturam, si filius habet vitam in semetipso sicut & pater: manifestum est quòd tenet in se originis suæ dissimilem & æqualem cum patre naturam. Secundò error eorum, quantum ad hoc quòd negant filij coæternitatem ad patrem, di- *Quid sit dare filio vitam.*

B centes, filium ex tempore incœpisse: quod destruitur, in quantum dicit, *Filius vitam habet in semetipso*. Nam in omnibus viuentibus, quorum generatio est in tempore, semper est inuenire aliquid, quod aliquando fuit non viuens: sed in filio quicquid est, est ipsa vita: & ideò sic accepit ipsam vitam. Vitam habet in semetipso, vt semper fuerit viuens. Tertiò per hoc quod dicit, *dedit*, destruitur error Sabellij negantis distinctionem personarum. Si enim pater vitam dedit filio, manifestum est quòd alius est pater qui dedit, & alius filius qui accipit. Ambrosius Ambros.
libr. 3. de fide, cap. 7. Dedit vtique, inquit, pater quasi filio per generationem, non quasi inopi per gratiam & potestatem. Cyrillus Alexandrinus libro decimo Thesauri, cap. 1. Nam, inquit, Cyr. Alex.
quia dedit, scribitur, ex patre ipsum habere naturaliter significatur, & alium personaliter esse, quàm qui dedit, demonstratur. Quoniam verò dicit, Sicut pater habet, sic & filius habet: apertissimè docet, quòd sicut pater æternaliter in seipso vitam habet, sic & filius æternaliter

C in seipso vitam habet. Si ergo filius aliquando vitam non habebat, nec pater tunc habebat. Id quoniam impium est (semper enim pater habet vitam in seipso) habebit etiam filius *Semper filius vitam habebat.*
sic, hoc est semper vitam in seipso sicut & pater. Dicit autem, cùm semper habeat, accipere: vt & originem suam ostendat, & alium se personaliter esse à patre demonstret, nec identitati naturali aliquid deroget. Nam si quis splendori, qui à luce profluit, vocem attribuat, dicereque illum confingat, Omnia mihi lux sua dedit, illumino eum sicut illa: audebitne quispiam dicere, non fuisse aliquando in splendore illuminandi virtutem? Et quomodo splendor esset, si non splenderet? Sin autem, quia semper splendet atque illuminat, omnia lucis habet: & *Exemplũ.*
quia rursus ex ipsa profluit luce, accepisse omnia ab ipsa verè dicit: quomodo non erit inconueniens altiora, quàm per exemplum significatur, in verbo Dei esse non confiteri? Nam cùm omnia naturaliter habet à patre, accipere ab ipso dicitur omnia, ex quo nascitur. Ideò

D non simpliciter dixit ipsum habere vitam, sed in semetipso, vt intrinsecam illam & essentialem ostendat. Illa autem gratia, quæ aliquando per vitam significatur, non est homini naturalis & essentialis. Euthymius in Ioannem. Habet vitam in semetipso, hoc est, ad modum fon- Euthym.
tis scaturire facit vitam. Nam omne bonum perfectum desursum est, descendens à patre luminum: ita ab eo & à filio, vt fonte, omnis vita in nos defluit. Quod enim per essentiam vita est, causa est & principium omnis vitæ eorum quæ viuunt. Nam in ipso viuimus, mouemur, & sumus. *Et potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est.* Pro varia pun- *Varia lectio huius clausulæ.*
ctorum ratione, diuersa est & huius sententiæ interpretatio. Chrysostomus homil. 38. in Ioan. Chrysost.
Hoc primùm interpretatur, Et potestatem dedit ei iudicium facere. Et vna clausula concludit alteram partem huius periodi cum principio alterius, hoc modo: *Quia filius hominis est, nolite hoc admirari.* Sic autem ordinata sententiâ, sensus consequetur priorem clausulam: Ita

E scilicet vt dicatur Deus pater dedisse filio potestatem iudicium facere, sicut & dedit ei vitam habere in semetipso: quem sensum sequitur Chrysostomus: vt hoc semper dicatur de filio, in quantum per æternam generationem accepit à patre eadem omnia quæ pertinent ad maiestatem & potestatem. Quod autem sequitur, *Quia filius hominis est, nolite admirari*: occurrit obiectioni eorum, qui ab infirmitate carnis assumptæ, de tanta potestate dubitarent. Chrysostom. Chrysost.
Paulus Samosatensis non sic legit: sed, Potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. quod minimè sequitur. Non enim propterea accepit iudicium, quia homo est: nã nihil prohibuisset omnes homines iudices esse: sed quoniam ineffabilis illius substantiæ filius est, ideò iudex. Quamobrem ita legendum, Quia filius hominis est, nolite hoc admirari. Nam cùm videretur id repugnare, & nihil aliud quàm purum hominem esse arbitrarentur: verba autem supra hominem, ac etiam Angelos, & solius Dei sunt: hanc tollens obiectionẽ, hoc addidit. Attamen Augustinus & Cyrillus Alexandr. ita legunt, vt datam filio potestatem asserãt, Augustin. Cyr. Alex.

quia filius hominis est. Nam & duobus modis dari dicitur. Vno quidem per generationem: & F sic homo quilibet dat filio suo esse hominem, & omne animal dat ei quod generat, esse secundum suam speciem & naturam. Et hoc modo Deus pater dat filio, in quantum filius est, & vitam, & omnia sua bona, quoniam & in iis eius essentia consideratur. Est autem aliud modus dandi, sic vt gratia, aut liberalitas sola dantis consideretur, vt siquis det alteri vestem, agrum, cibum, dignitatem: & sic creator dat creaturæ gratuita quæque, sed maiori quodam gradu & ratione *dedit filio potestatem iudicium facere, quia filius hominis est*. Hoc ergo dedit ei duobus modis: vno per æternam generationem, quia filius Dei est: altero per communicationem gratiæ, quia filius hominis est. Cyrill. Alex. lib. 2. in Ioan. cap. 144. Vt intelligamus omnia ei data fuisse vt homini, qui cùm creatura sit, nihil habet à seipso. Augustin. tract. 19. in Ioan. Iste enim Christus & filius Dei, & filius hominis est. Proinde quia filius hominis est, quid accepit? Potestatem iudicium facere. Quod iudicium? In fine seculi, & ibi erit resurrectio mortuorum, sed G corporum. Animas ergo suscitat Deus, per Christum filium Dei: Corpora suscitat Deus, per eundem Christum filium hominis. Hanc potestatem non haberet, nisi acciperet, & esset homo sine potestate: sed ipse est filius Dei, qui & filius hominis. Hærēdo enim ad vnitatē personæ, filius hominis filio Dei, facta est vna persona, eademque filius Dei, quæ & filius hominis. Quid autem, propter quid habeat, dignoscendum est. Filius hominis habet animam, habet corpus: filius tamen Dei, quod est verbum Dei, habet hominem, tanquam anima corpus. Sicut anima habens corpus, non facit duas personas, sed vnum hominem: sic verbum habens hominem, non facit duas personas, sed vnum Christum. Quid est homo? Anima rationalis habens corpus. Quid est Christus? verbum Dei habens hominem. Ita fit, vt de vno eodémque Christo, sed pro ratione naturarum dicatur accepisse potestatem iudicandi, quia filius hominis est: & hanc habuisse, quia filius Dei est. Ideò adiicit: *Nolite mirari hoc*, quod dixi da- H tam filio hominis potestatem iudicium facere: *quia venit hora, ὅτι ἔρχεται ὥρα*, non quòd iam venerit, sed veniat: horam enim quandam vult insinuare in fine seculi. Non adiecit, *Et nunc est*, sicut in superiore sententia, vt differentiā constituat inter spiritualē animarum resurrectionē, à peccato ad gratiam, quæ quotidie fit: & sensibilem corporum resurrectionem, à corruptione in in corruptionē, & à morte in vitam æternam, quæ expectatur. Resurgunt enim nunc mente per verbum filium Dei, inquit Augustinus. Resurgent tunc in carne, per verbum Dei carnem, factum filium hominis. Neque enim ad iudicium viuorum & mortuorum pater ipse venturus est, nec tamen recedit à filio pater. Quomodo ergo non ipse venturus est? quia non ipse videbitur in iudicio. Nolite, inquit, hoc mirari, quòd filio hominis tanta conferatur authoritas: siquidem & idem ipse est filius Dei. Forma enim serui videbitur, occulta erit forma Dei: *quando omnes qui in monumentis sunt*, & nunc in cinerem redacti, *audient vocem filij Dei:* I audient quidem aut excitati, aut excitandi. Siquidem nondum fuerint è terræ puluere suscitati, audient, non propriè, sed ita obedient eius imperio, ac si auditu iam donati essent. Siquidem, vt diximus, etiam quælibet inanima eius imperio cedunt. Aut si de excitatis agitur, illi quidem audient vocem eius, cùm quosque ad iudicium vocauerit. Hoc mirandum non est. Nam quem vocauit filium hominis, eundem nunc *filium Dei* nuncupat. Audient, inquit, vocem filij Dei: cùm dixisset, datam ei potestatem iudicium facere, quia filius hominis est. Quāuis enim Christus in forma hominis exequatur ministerium iudicij, tamen à filio Dei per naturam diuinam est virtus suscitationis mortuorum, inquit Albertus Magnus. Vtrumque autem considerans, vnum scilicet & eundem esse & filium Dei, & filium hominis, *Nolite mirari*, inquit. Quid hîc prosunt argumenta ducta ex carnis infirmitate, cùm nec illa sola, sed & interna filij Dei maiestas attendenda sit? Psalm. 4. Scitote quia Dominus sanctum suum mirificauit. Dan. 7. Potestas eius potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius, quod non corrumpetur. Luc. 1. Dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius. Hierem. 23. Regnabit rex, & sapiens erit, & faciet iudicium & iustitiam in terra, & hoc est nomen quod vocabunt eum, Dominus iustus noster. Venit autem hora, qua iudicium & iustitiam exerceat: quia, vt dicit Abacuk, c. 2. Veniens veniet, & non tardabit. Audient quidem mortui vocem, seu imperium filij Dei. Hic enim est, qui per Ezechielem, c. 37. ait: Ecce ego aperiam tumulos vestros, & educam vos de sepulcris vestris. *Et procedent* ad iudicium, *qui bona fecerunt* fidei, spei, & charitatis, *in resurrectionem vitæ* gloriosæ & æternæ: *Qui verò mala egerunt*, peccata mortalia, *in resurrectionem iudicij*, & condemnationis. Augustinus tractat. 19. in Ioannem. Omnes quidem procedent, sed non omnes viuent. Hîc verò iudicium pro pœna posuit, & erit diremptio, non qualis modò est. Nam & modò sepa-

Duobus modis dedit pater filio iudicium facere.

Cyri. Alex.

Augustin.

Augustin.

Christo credita sunt omnia.

Alb. Mag.

K

Augustin.

A separamur non locis, sed moribus, affectionibus, desideriis: simul enim cùm iniquis viuimus, sed non vna vita est omniũ. In occulto dirimimur, in occulto separamur, quomodo grana in area, nõ quomodo grana in horreo. Et separantur grana in area, & miscentur. Separantur, cũ à palea expoliãtur: miscentur, quia nondũ ventilantur. Tunc aperta erit separatio, sicut morũ, sic & vitæ: sicut sapientiæ, ita & corporũ. Euthy. in Ioan. Frequenter autem Christus, Iudæis verba faciens, repetit iudicium, magis eos exterrens: vt paulatim iudicem hunc esse credentes, ad eum accurrant, mansuetum sibi iudicem inde parantes. Effrem lib. de pœnitent. cap. 4. Quomodo ergo sustinebimus, cùm audierimus tubæ vocem de cœlo, nimio cum metu resonantem, omnésque à seculo defunctos, iustos & iniustos, bonos & malos, pios atque impios excitantem? Tunc omnia ex tumulis, humanæ conditionis ossa, vbi vox tubæ insonuerit, exilient (1. Thess. 4.) atque discurrent, artus suos, iuncturásque cum festinatione requirentia. Cùm viderimus omne hominum genus exurgere, quẽlibet ex loco suo, congregarique ad iudicium, cœlestis nempè regis iussu terra suos mortuos reddet, mare itidem suos: quicquid item humanorum corporum vel bestia rapuit, vel vorauit piscis, auisve discerpsit, in priorem statum remeabit, omnésque in ictu oculi resurgent, & ante tribunal astabunt, ita vt ne vnus quidem capillus capitis desit. Cùm viderimus igneum fluuium ab ortu solis vsque ad occasum emanantem, ac veluti sæuiens fluctibus mare, montes & valles deuorantem, terrámque omnem & quæcunque sunt in illa exurentem: tunc dilectissimi mei, ab illo igne deficient fontes, vanescent flumina, mare siccabitur, agitabitur aer, sidera vt folia de cœlo cadent, deficiet sol, luna verteturin sanguinem, cœlúmque vt liber complicabitur. In illa hora quisque pauidus tractabit, quomodo iturus sit obuiam Christo, quam rationem redditurus. Ac siquidem peccatorum conscientia prematur, stabit tristis, mœrens, afflictus atque anxius, expectans sententiam contra se ferendam. Vnusquisque enim cernet ante faciem suam exposita opera sua, siue bona illa, siue mala præmisit. Et paulò pòst: Veniet tunc Christus, non iam de terra, sed de cœlo, veluti fulgur horrendum, cum ingenti potentia & maiestate. Tunc è cœlis ingens clamor personabit, Ecce sponsus venit, exite obuiam ei. Ecce aduenit omnium Deus, vt iudicet orbem terrarum, & reddat vnicuique secundum opera sua. Væ mihi, fratres mei dilectissimi, quo in statu inuenienda est anima in hora illa, cùm throni positi fuerint, (Apoc. 20.) & iudicium sederit, & aperientur libri? Hac igitur meditatione, vt quantumuis dura pectora mollescunt: ita Christus corda Iudæorum emollire contendebat, vt saperent, intelligerent, & nouissima prouiderent. Ideò cùm per fidem homines vitam nanciscì, & à iudicio liberari dixisset: nunc quid infidelibus illis, qui filium Dei negant, timendum sit, adiicit, nimirùm D quòd procedent, qui mala egerunt, in resurrectionem iudicij. Thomas Aqu. lect. 5. in Ioan. cap. 5. Et cùm superiùs solius fidei meminisse videretur, dicens, Qui audit verbum meum, & credit ei qui misit me: nunc operum mentionem facit, ne existimes solam fidem sine operibus ad salutem sufficere. *Qui bona fecerunt*, inquit: quasi dicat, Non qui credunt tantũ, sed qui cum fide operantur iusta & bona, *procedent in resurrectionem vitæ*. Cur autem fidem operibus præmiserit, eadem ratio est, quam & pro eo ordine, quem Paulus sequitur, assignat Augustinus to. 4. lib. 1. qu. 2. ad Simplicianum. Nam & Apostolus, inquit, fidei gratiam præponens operibus, hoc facit, non vt opera extinguat, sed vt ostendat non esse opera præcedentia gratiam, sed consequentia: vt scilicet non se quis arbitretur ideò percepisse gratiam, quia benè operatus est: sed bene operari non posse, nisi per fidem perceperit gratiam. Incipit autem homo percipere gratiam, ex quo incipit Deo credere, vel interna, vel externa admonitione motus ad fidem. *Non possum à meipso facere quicquam, sed sicut audio, iudico.* Occurrit obiectioni, quæ ita fieri potest. Cùm filius vitam habeat in semetipso, sicut & pater vitam habet in semetipso, quid ille patre opus habet? Quid est denique, quod ab ipso potestatem iudicium facere, accepisse censeatur? At verò docet se omnia sua à patre habere, seu consideremus ipsum velut filium Dei, aut velut filium hominis. Habet enim omnia à patre vt filius Dei, propria & coëssentialia per æternam generationem: habet & illa à patre, vt filius hominis, donata & dispensata, propter vtriusque naturæ communicationem. Tertull. lib. aduers. Praxeam. Secundum hæc enim, inquit, vicarium se patris ostenderat, per quem & pater & videretur in factis, & audiretur in verbis, & cognosceretur in filio, facta & verba patris administrante. Itaque si tu hoc ad dispensationem, quæ in carne facta est, referas cum Augustino, tantum hoc erit, ac si Christus dicat: Ne existimetis mihi ipsi ista vt homini vendicare: *non enim possum à me*, vt homine, *facere quicquam* eorum quæ dico, id est, excitare mortuos, & illos iudicare: *sed sicut audio*, id est mandato accipio, cùm me obaudire oportet, *sic iudico*, aut iudicaturus

Omnium resurrectio ostenditur.

Euthym.

Effrem.

Meditatio in resurrectionem.

Tho. Aqu.

Augustin.

Tertull.

ſum. Aut ſi hîc iudicium ſumamus pro illa diſcretione, quam ſuis exhortationibus inter fidem F
& perfidiam, bonum & malum conſtituebat: idem iſtud erat, atque quod alibi dixit, Mea doctrina non eſt mea, ſed eius qui miſit me patris. Audiuit enim, ſed interiori auditu, cùm haberet intus manentem diuinitatem: & dicere poterat hoc Pſaltis, Audiam quid loquatur in me Dominus Deus, quoniam loquetur pacem in plebem ſuam. *Et iudicium meum iuſtum eſt, quia non quæro voluntatem meam, ſed voluntatẽ eius qui miſit me.* Cyrillus Alex. lib. 2. in Ioan. Nonnunquam Chriſtus loquitur, vt ille qui ſub lege eſt, nonnunquam vt ille qui ſuper legem omnem eſt, poteſtque vtrumque ſine aliqua reprehenſione facere. Nunc autem vt homo legem cuſtodiens, vt ille qui mandata patris tranſgredi nequeat, vt ille qui nihil à voluntate ſua faciat, quod legi diuinæ non congruat, ad Iudæos loquitur. Idcircò ait, Non poſſum ego à me facere quicquam: ſicut audio, iudico: Nihil facere ſe poſſe oſtendens, quod lex prohibeat, ſed id iu- G
dicium ſequi quod legi videatur. Ita frenum legis excuſſiſſe ipſos occultiùs denotat, cùm dicat, quicquam ſe non poſſe facere à ſeipſo. Vos enim, inquit, data vobis mandata tranſgredimini: vos à vobiſipſis omnia facere audetis: vos ita de rebus omnibus iudicatis, vt iudiciis veſtris diuina legis mandata negligere ſtudeatis: vos doctrinam & præcepta hominum ſequimini, & legem ex voluntate veſtra feciſtis. Ita iuſtè ſeipſum iudicare, illos autem iniuſtè affirmat. Et quomodo iterum dicamus, Curauit hominem in ſabbato, miſertus eſt eius, qui longis vexabatur temporibus, rectè de ſeipſo iudicans? Non enim debebat propter ſabbatum miſericordiam ſuam retinere. Nam & pater in ſabbato creaturas omnes gubernat, nec per alium id facit, quàm per ipſum filium. Quare ipſe quoque filius hominem quoque curauit in ſabbato. Non enim ignorabat dominum eſſe filium hominis etiam ſabbati, & non propter ſabbatum homines, ſed ſabbatum propter homines eſſe factum. Quare ſaluatoris iudicium H
rectum fuit. Fons enim bonitatis, natura deitatis eſt, nec minùs in ſabbato quàm in aliis diebus bona inde permanant. Iudæorum autem iudicium, qui commoti hac re, temerè in cædem ruebant, diuinæ legi aduerſabatur. Scribitur enim, Innocentem & iuſtum non occides. Ex crudelitate ſua igitur, non ex voluntate legis mouebatur. Quòd ſi hoc ad diuinam filij naturã referatur, hoc idem erit ac ſi diceret, inquit Beda in Ioann. A meipſo non ſum, ſed à patre. Pater enim à nullo alio eſt, filius à patre eſt. Ideò dixit, Sicut audio, iudico: quia vnum opus eſt patris & filij & ſpiritus ſancti. Sicut audit, iudicat. Audit videlicet per vnitatem ſubſtantiæ, & proprietatem ſcientiæ. Non iudicat à ſemetipſo, quia non eſt à ſemetipſo. Theophilact. in Ioan. Nihil, inquit, alienum & peregrinum à patre ego poſſum facere: neque enim voluntatem aliam habeo præter paternam, neque aliam poteſtatem. Verùm ſicut audio à patre, ita iudico: hoc eſt, ſicut ipſe pater iudicat, ita & ego. Hæc autem dicit, vt oſtendat, ſicut ſæpè I
diximus, in nullo ſibi deeſſe aliquid à patre, ſiue in ſermonibus, ſiue in operibus, ſiue in iudiciis. Cyrill. lib. 2. in Ioan. cap. 146. Quo apertè oſtendit, non imbecillitate ſe non poſſe, ſed quia non aliter agere vult. Nam ſi propter imbecillitatem non poſſet, non ſubiunxiſſet, Sicut audio, iudico: ſed vires agendi à patre accipere affirmaſſet. Nunc autem non poſſe quicquam facere à ſeipſo ideò dicit, quia ſicut audit, iudicat. Quare manifeſtum eſt, non propter imbecillitatem ita dictum eſſe, ſed quia non eſt poſſibile, vt aliud pater, aliud ipſe velit: Vnius enim deitatis vna eademque voluntas eſt. Nec diſſentire vnquam filium à patre pius quiſque credidit: ſed voluntatem patris, filij quoque, atque ſpiritus voluntatem eſſe prædicabit. Neceſſariò igitur ad conſentientem, vt ita dixerim, patrem omnia referens, nihil ſe poſſe ait, quod præter voluntatem patris ſit. Id enim ſignificatur, cùm à ſeipſo dicitur. Et quemadmodum nemo imbecillitatis crimine ipſum accuſaret, ſi non poſſe peccare affirmaret, ſed miraretur ma- K
gis tantam deitatis perfectionem (per hoc enim ſignificatur immutabilem ipſum eſſe:) ſic quando à ſeipſo nihil poſſe facere fatetur, mirari magis debemus, naturæ immutabilem fructum videntes, quàm imbecillitatis vllam excogitare rationem. Athanaſius lib. de communi eſſentia patris, filij, & ſpiritus ſancti aduerſus eos qui hoc dictum ad contumeliam filij accipiunt, Non quæro facere voluntatem meam, ſed voluntatem patris qui miſit me. Si, inquit, probro eſt filio adimplere voluntatem patris, probro quoque eſt Deo & patri adimplere voluntatem iuſti, cùm Dauid de eo loquatur, Voluntatem timentium ſe faciet, & deprecationes eorum exaudiet. Quòd ſi Deus adimplens voluntatem mortalium, non confunditur pudore, filius ſcilicet ob humanæ carnis negotia, diſpenſationémque & habitum nobis conuenientem, & conditionem ſeruilem, quam noſtri cauſa ſuſcepit, in probro erit, cùm dicit, Non veni facere voluntatem meam, hoc eſt carnis meæ, ſed patris, hoc eſt diuinam voluntatem? Ne igitur in vituperium accipiatur, quamuis iſtorum ſententia maximè iſthinc diſſoluatur.

Cyrill. Alexand. Chriſtus aliquãdo loquitur vt homo, aliquando vt Deus.

Quomodo hoc ad humanã naturam refertur.

Quomodo refertur ad diuinam naturam.

Beda, Theophil.

Cyrillus.

Athanaſ.

A ſoluatur. Acceſſit ad eum leproſus (Matth. 8.) genua flectens, & dicit, Domine, ſi vis, potes me mundare. Hunc igitur non reiicit ſaluator, neque loquutus eſt, Quid blaſphemas? Quid ergo? Nónne approbauit perfectionem eius fidei? Nónne eiuſdem mutata ſyllaba illi ſalutem contulit? dicens, Volo, mundare. Volens purgat lepram, volens viuificat mortuum. Voluit & excitauit Lazarum: eiúſque vox eſt, Sicut pater vitam habet in ſemetipſo, ita & dedit filio vitam habere in ſemetipſo. Et rurſum: Vt pater viuificat mortuos, ita & filius quos vult viuificat. quod ipſum etiam à Dauide dicitur, Quoniam ira in furore eius, & vita in volũtate eius. *Si ego teſtimonium perhibeo de meipſo, teſtimonium meum non eſt verum. Alius eſt qui teſtimonium perhibet de me, & ſcio quia verum eſt teſtimonium eius, quod perhibet de me.* Cùm omnia ſapientiſſimus ille Salomon colligeret, quibus meliores quiſque ſuos facere poſſet mores, atque omnibus ea proponeret, inter alia, Iuſtus, inquit, ſuiipſius in ſermone accuſator eſt.

B Et rurſus: Laudet te proximus tuus, & non os tuum: alienus, & non labia tua. Prou. 8. Moleſtum enim certè auditoribus eſt, propria, non aliena voce, ſuarum rerum maximarum velle teſtimonium perhibere. Nati enim ita naturâ ſumus, vt minus eis credamus, qui præcipuum ſibi decus attribuunt. Quoniam igitur Dominus noſter Ieſus Chriſtus nihil poſſe à ſe facere, & iuſtum ſe iudicem eſſe affirmabat: volũtatem Dei quaſi regulam in omnibus ſequens, quãuis hoc veriſſimè diceret, tamen quod ignorantes Phariſæi naturâ Deum eſſe, poterant dicere, id ipſum anteuertit. Scio, inquit, dicturos vos, Tu de teipſo teſtimonium perhibes, ac ideò teſtimonium tuum verum non eſt. Nec moleſtè fero hæc verba, quæ per ignorantiam fundit is: neque volo propter teſtimonium meum vos mihi credere, alius eſt qui de me teſtimoniũ perhibet. Significat autem Deum patrem, qui iam multis modis ſubſtantiæ idemtitatem vnigenito filio ſuo teſtificatus eſt, cuius teſtimonium ſcire dicit verum eſſe atque integrum. Ita

C rurſus teſtimonium ſuum addidit, ne quis ex impietate, falſò quicquam ipſum de ſeipſo dixiſſe arbitretur, & ſic multarum hæreſum prauis hominibus anſa præbeatur. Sicut igitur aliquid conſuetudini hominum conceſſit, qua minùs ea probantur, quæ de ſeipſo à quopiam dicuntur: ſic Deus ad conuenientem ei dignitatem recurrit, & patris teſtimonium ipſe ſcire teſtatur veriſſimum eſſe. Scio igitur, inquit, meipſum, ſcio quia nihil falſi pater de me dicit. Ea eſt natura mea, vt mentiri non poſſim. Primum igitur conſuetudini aliquid dedit, deinde magna cum dignitate ſcientiam ſibi attribuit. Hinc etiam illud diſcimus, alium eſſe perſonaliter patrem, alium filium. Alius enim, inquit, eſt qui de me teſtimonium perhibet. hæc Cyrillus Alexand. lib. 2. in Ioan. cap. 147. Chryſoſtomus homil. 39. in Ioan. Quis verò non ſtatim, inquit, perturbaretur, audiens Chriſtum dicentem: Si ego teſtimonium perhibeo de meipſo, teſtimonium meum nõ eſt verum? Nam multis in locis teſtimonium perhibentem videmus.

D Siquidem Samaritanæ dixit, Ego ſum Chriſtus. Et cæco, Qui loquitur tecum, ipſe eſt. Et Iudæis, Quomodo dicitis, quia blaſphemas, quia dixi, Filius Dei ſum? & alibi ſæpenumerò. Si ergo hæc omnia mendacia ſunt, quæ nobis ſalutis ſpes futura eſt? Vnde verum inuenimus, quando ipſa veritas dicit, Teſtimonium meum non eſt verum? Hoc autem non modò contrarium videtur, ſed & aliud non minus. Nam & alibi: Si, inquit, teſtimonium perhibeo de me, teſtimonium meum verum eſt. Vtrum horum, vt verum recipiam, vtrum vt falſum reiiciam? Si verba mea ſimpliciter accipiantur, neque perſonam neque cauſam perſcrutabimur. Si enim teſtimonium eius non eſt verum, neque hoc verum: vtrumque ergo falſum. Quid ſibi vult hic ſermo? Diligenter inuigilandum, vel potiùs diuina gratia opus eſt, ne multis verbis inſiſtamus. Ita hæretici in errorem incidunt, neque ſcientiam,

E neque audientis habitum inquirentes. Niſi enim tempora, locos, auditorem, & alia huiuſmodi conſideremus, multa ſequerentur abſurda. Quænam ergo ſententia? Dicturi erant Iudæi, Si tu teſtimonium perhibes de teipſo, teſtimonium tuum non eſt verum. Idcircò præoccupauit Ieſus, quaſi dicat: Fortaſſe dicetis vos mihi non credituros: nemo qui repentè de ſeipſo teſtimonium perhibet, habet apud homines authoritatem. Illa autem particula *non verum*, non eſt temerè legenda, ſed ad illorum opinionem referenda: hoc eſt, vobis non eſt verum. Non enim ex authoritate ſua, ſed pro auditorum ſuſpicione loquitur, quam arguit, eorum adducens obiectionem. Eadem habet Theophilactus. Et dicit, inquit, vrgendo illos, Non teſtimonium ego perhibeo de meipſo: alioquin iuxta veſtram ſententiam non dignus eſſem cui crederetur. Alius enim eſt, qui teſtimonium de me perhibet, Ioannes ſcilicet. Quòd autem dicit, Et ſi ego teſtimonium perhibeo, teſtimonium meum verum eſt, ſecundum confeſſionem dicit. Accedens enim ſermoni Iudæorum, dicit, Eſto quòd ego de meipſo teſtimonium perhibeam, teſtimonium meum verum eſt. Nam cùm Deus ſim, fide dignus ſum. Atque ita

Chriſto pater teſtimoniũ perhibet.

Pater & Filius alius ſunt, non aliud. Cyri. Alex. Chryſoſt.

Quomodo Chriſti teſtimoniũ nõ verũ dicebatur. Theophil.

Teſtimoniũ Chriſti falſi nõ poteſt.

primùm dixit illos arguendo, Non ego teſtimonium perhibeo, ſed præcurſor. Secundum E autem, ſe illis opponendo, vel etiam concedendo, dicens: Si etiam ego teſtimonium perhibeam, teſtimonium meum verum eſt. Porrò, inquit, tria habeo teſtimonia, Ioannem, opera mea, patrem meum. Hæc maximè ex Chryſoſtomo. Rupertus Commentar. in Ioann. Ait ergo, Si ego teſtimonium perhibeo de me, teſtimonium meum non eſt verum: ac ſi dicat, Ecce omnia palàm audiſtis. Ego apud vos verba faciens, & hæc dicens, vt vos ſalui ſitis, non veſtro, vel aliorum more hominum, verbis accuratis beneuolentiam vel fauorem veſtrum captare ſtudui: ſed exhibito veræ virtutis opere cunctorum hominum beneuolẽtia dignò, id eſt, ſanato toto homine à longæua infirmitate, ſilentium mihi poſtulaui, & qualeſcunque vos eſſe ſcirem ad audiendum, non propter vos tantùm, ſed propter eos qui audituri ſunt, cauſam meam dixi: eámque cauſam diuidens, id ſolum quod in controuerſia eſt, ſcilicet quòd & mihi æquè vt patri liceat in ſabbato operari, tam conſueta hominibus firmitate argumentationis, G quàm cœleſti veritate defendi. Nunc & deinceps examinate legitimè, id eſt, ſicut lex præcipit, verba huius teſtimonij. *Si ego teſtimonium perhibeo de me*, id eſt, ſi à me ipſo veni, ſi nõ veni, & non loquor in nomine Domini, ſed ſolus ego meipſum proprio & ſolo defendo teſtimonio, teſtimonium meum non eſt verum: id eſt, verba quæ loquor, non habebunt effectum, & tunc ſicut lex dicit, hoc videbitis ſignum, quòd verbum quod dico, Dominus non locutus eſt. Sed non eſt, nec erit ita. Alius eſt qui teſtimonium perhibet de me, videlicet Deus pater, ipſe de quo vobis nunc dico, Pater meus vſque modò operatur, & ego operor. Alius, inquam, id eſt alia, & eiuſdem cuius & ego ſum, ſubſtantiæ perſona eſt. Alioquin non rectè diceretur alius. Non enim de diuerſis diuerſarum ſubſtantiarum indiuiduis dicitur vnus & alius, ſed vnum & aliud: velut cùm de homine & equo ſermo eſt, non rectè dicitur, Hic vnus & alius, ſed hoc vnum & hoc aliud. Dico autem qũia ille eſt alius, vt in pluribus perſonis vnitas ſubſtantiæ, H perſonarum pluritas intelligatur. Ille, inquam, alius teſtimonium perhibet de me. Sed quia *ſcio, quia verum eſt teſtimonium eius quod perhibet de me.* Scio, inquam, & teſtimonium perhibẽti de me teſtimoniũ perhibeo, quia teſtis verax eſt, & verum teſtatur de me. Non enim ſum ſicut cæteri homines, quorum nemo ſcit, vtrum amore an odio dignus ſit, & cui omnia in futurũ reſeruantur incerta. Quinimmò & ſi ſpiritum adoptionis filiorum acceperunt, & ipſe ſpiritus teſtimoniũ reddidit ſpiritui illorum quòd ſint filij Dei, teſtimonium illud non tã verum aut iuſtum, quàm gratuitum dicendum eſt: quia non eſt debiti, ſed gratiæ: non iuſtitiæ, ſed miſericordiæ: non eſt enim teſtimonium compariũ, ſed inclinatæ dignationis monimentum. Ego autem non in iniquitatibus conceptus ſum, inquit Dauid. Etenim nõ in peccatis concepit me mater mea: nec poſſum à me ipſo facere quicquã, niſi quod video patrem facientem. Ergo teſtimonium quod perhibet de me, verum eſt, iuſtum eſt, debitum eſt, & vtique teſtimoniũ cõ- I parium, atque ideò legitimum. Teſtimoniũ igitur de Chriſto perhibetur, aut à Deo patre in baptiſmate: aut ab Angelis, cui ipſo nato apparuerunt: aut ab hominibus, qui ſpiritu ſancto loquuti ſunt, qualis fuit Ioãnes Baptiſta, Simeon, Anna Prophetiſſa, aut huiuſmodi ſimiles: aut ab operibus, quale fuit & iſtius paralytici curatio. Nunc autẽ quòd dicit, *Scio quia verũ eſt teſtimoniũ eius, quod de me alius perhibet*, referri poteſt aut ad patrẽ, aut ad Ioannẽ. Vtriuſque enim teſtimonium verum eſſe ſciebat: vnius quidem, cùm ſit ipſamet veritas: alterius verò, cùm ſit tantùm vox & organum ipſius veritatis, quæ per ipſum loquitur. Vnde ſi de Ioanne intelligitur, adiicit, *Vos miſiſtis ad Ioannem, & teſtimonium perhibuit veritati.* Ne enim fortè dicerent Ioannem ad gratiam illius eſſe locutum, vt qui ſuæ parti faueret, Priùs, inquit, miſiſtis ad Ioã- nem: (vt obſeruat Chryſoſtomus hom. 39. in Ioan.) Non miſiſſetis niſi dignum arbitraremini, cui fides eſſet adhibenda. Et, quod maius eſt, non miſerunt interrogatum de Chriſto Ioannẽ, K ſed de ipſo. Cuius igitur in propriis rebus teſtimonium fide dignum putabant, longè magis in alienis. Siquidem non de ſeipſo ita loquutus, vt de altero, quiſpiam creditur. Ioannes autem tantæ apud Iudæos erat opinionis, vt de ſe alterius non indigeret teſtimonio. Non enim qui miſſi ſunt, dixerunt, Quid dicis de Chriſto? ſed, Tu quis es? Quid dicis de te ipſo? Adeò ipſum admirabantur. Hoc totum ſignificauit Ieſus his verbis, Vos miſiſtis ad Ioannem. Propterea Euangeliſta non miſſos tantùm dixit, ſed miſſorum perſonas diligentius exponit: non ex infima plebe viros, non abiectos & viles, non qui corrumpi & decipi poſſent, ſed ſacerdotes & Phariſæos, qui ſanè eius verba intelligerent. *Ego autem non ab homine teſtimonium accipio.* Qua ergo de cauſa Ioannis adducis teſtimonium? Non erat hominis Ioannis teſtimonium. Qui miſit me, inquit, baptiſare in aqua, ille mihi dixit. Erat itaque Dei, non Ioãnis teſtimoniũ. Nã ab eo id didicerat: ſed ne dicerent, vnde à Deo didicit, & reprehenderent maiorẽ in modũ, ad eo-

Chryſoſt. Rupertus. *Tria Chriſti teſtimonia, Pater, Ioannes, opera.*

Chriſtus certus de ſe ipſo.

Chryſoſt. *Ioannes de Chriſto teſtatus eſt.*

A ad eorum suspicionem respiciens, imponit silentium. Neque enim credibile erat, multos scire id Ioannem à Deo accepisse, sed tanquam ipse ex se diceret, fidem ei adhibebant. Ideò inquit, Ego non ab homine testimonium percipio: sed ne dicerent, Si non accipis ab homine testimonium, cur adducis? vide quo pacto obiectioni occurrit. *Sed hoc dico, vt salui sitis:* hoc est, ego hominis non indigeo testimonio, cùm Deus sim. Verùm cùm Ioannes apud vos tantæ authoritatis sit, cùm tanquam Prophetam admiramini (etenim ciuitas omnis ad Iordanem ipsum auditum effundebatur) mihi autem & miracula facienti non creditis: idcircò eius vobis testimonium in memoriam reduco. *Ille erat lucerna ardens & lucens. Vos autem voluistis exultare ad horam in luce eius.* Ne dicerent, Quid ad nos, si testimonium ille perhibuit? Id nos non recepimus: recepisse ostendit. Neque enim contemnendos miserunt nuncios, & voluerunt exultare, adeò illum admirabantur, neque poterant contradicere. Illud au-

B tem verbum *ad horam*, facilem eorum mutationem, & fluxum, & infirmum studium indicat. *Ego autem habeo testimonium maius Ioanne.* Nam si velletis rem ipsam, & opera considerare, ipsa vos magis longè adducerent ad credendum. Cùm voletis, ad Ioannem vos relego: non quòd ego indigeam, sed quoniam omnia facio vt vos alliciam, & saluos faciam. Habemus enim operum testimonium Ioanne maius: eo tamen vtor, quòd vobis proprius est & familiarius, quod vos magis admiramini. Lucernam autem Ioannem appellauit, vt ex se lucẽ non habere, sed à spiritus gratia demonstraret, quod ad sui differentiam posuit: sed non ita manifestè dixit, quòd esset sol iustitiæ, sed tantùm eos acriùs tetigit, quòd quemadmodum illum contempserunt, se quoque contemnerent. Etenim quem tanti faciebant, ad horam admirati sunt: quod nisi fecissent, quamprimùm Christo illius persuasione credidissent. Augustinus hom. 1. in diem natalis Ioannis. Ille, inquit, erat lucerna ardens, id est, spiritus sancti igne succensus, vt mundo ignorantiæ nocte possesso, lumen salutis ostenderet, & quasi inter densissimas delictorum tenebras splendidissimum iustitiæ solem, lucis suæ radio demonstraret. Et de

C seipso dicens, Ego vox clamantis in deserto. Videamus in quo deserto: id est, in Gentilium populo. Vacua enim timore Dei pectora, & spiritu sancto carentia, deserto squalentis eremi cõparantur. Cyrillus Alex. lib. 3. in Ioan. cap. 1. Sed, inquit, non simpliciter lucernam saluator Ioannem appellat, sed ardentem & lucentem, vt ad sublimiora aciem mentis nostræ acueret. Ille, inquit, erat lucerna: vos autem voluistis exultare ad horam in luce eius. Ita non solùm à fide alienos, verumetiam si quid boni, saltem verbis gustauerint, citò propter inconstantiam fastidio affici solere Pharisæos ostendit. Hoc enim significat, vt arbitror, quòd ad horam in luce Ioannis exultare voluerint. Mirati namque ab initio illum, vt virtutis & puritatis exemplar, cùm audissent dicentem, Parate viam Domini, rectas facite semitas Dei nostri, repentè

D fastidierunt. Et vulgaris quidem huius textus expositio hæc est. Verùm cùm ad altiora nos erigens saluator, non lucernam simpliciter, sed ardentem & lucentem Baptistam appellet, ad sublimiora nobis acies mentis acuenda est. *Ille*, inquit, *erat lucerna.* Sufficiebat hoc, si Propheticè solummodò de Baptista admonere voluisset. Canebat enim Psalmista de illo, dicens: Paraui lucernam Christo meo. Verùm quoniam adiicit, Ardens ac lucens, non in Prophetiam solùm auditores remisit, sed etiam in legalem quandam figuram, quæ Ioannis lucem in vmbra denotauit. Ita in Mosaica illos lege nutritos, videri magis scripturæ peritos, quàm esse ostẽdit. Et hic quidem orationis sensus est: sed oportet, loco scripturæ qui ad rem pertinet, huc translato, ardentem atque lucentem lucernam Baptistam fuisse, latiùs ostendere. Sacro igitur diuinitùs tabernaculo constituto, ac Domini feriis statutis, dixit ad Moysen: Præcipe filiis Is-

E raël, vt afferant tibi oleum purissimum ac lucidum ad concinnandam lucernam iugiter extra velum testimonij in tabernaculo fœderis, ponétque Aaron & filij eius à vespere vsque ad manè coram Domino, cultu ritúque perpetuo in generationibus vestris, (Leuit. 14.) Oleum ab omni facie remotum atque mundissimum, spiritus sancti naturam significare mihi videtur. Quæ ineffabiliter, quasi oleum, in animas ingressa nostras, nutrit, conseruat, auget (quasi oleũ in lucerna positum) illuminationem nobis concessam. Sic igitur beati quoque Baptistæ lucem exarsisse credimus. Non enim aliundè vim illuminãdi habuit, quàm ab intellectuali hoc oleo, quo diuinæ huius illuminationis ignis in nobis accenditur. Quem alibi ænigmaticè saluator significabat, dicens: Ignem veni mittere in terram, quid volo, si accensus est? Lucerna igitur ardens ac semper lucens in tabernaculo testimonij beatus Baptista fuit. Quòd enim in tabernaculo testimonij luceret, non eiici ab Ecclesia illuminationem eius, sed susci-

pi, ac gratam esse significat: quòd verò extra velum ardebat lucerna, non aliud denotat, vt puto, quàm simpliciorem atque introductoriam eius fore illuminationem, Pœnitentiam agite, dicentis, quo-

Cur Ioãnes missus, si Christus nõ ab homine testimoniũ accipit.

Ioannis commẽdatio.

Quomodo Ioannes lucerna.

Augustꝰ

Cyrillus Alexand.

Ioannes quomodo lucerna.

Lucerna tabernaculi.

niam cœlorum regnum appropinquauit. Nihil enim interius atque occultum mysterium sal- p
uatoris demonstrauit. Non enim per participationem sancti spiritus baptisauit, nec intra velũ
lumen illius aliquem introduxit. Et ponet eam Aaron, inquit, & filij eius à vespere vsque ad
manè coram Domino. Aaron & filij eius, Ecclesiarum pastores & doctores significant, qui
lucernam intellectualem, id est Ioannem, semper ardentem conseruare iubentur. Hoc enim
est, Et ponet eam in vespere vsque ad manè. Totum enim tempus, quo lucernæ lumine in-
digemus, nocturna spatia sunt, quibus seculum præsens significatur. Futurum namque secu-
lum, lucem esse intelligimus. Seruatur igitur ardens in hoc seculo lucerna, quæ gratiam credẽ-
tibus lucem præbeat. Prædicatur enim à pastoribus Ecclesiæ verum de Christo testimonium
perhibuisse. Quòd autem saluatoris præcursor per lucernam illam significabatur, quódque sic
intelligenda sunt quæ diximus, indè maximè probatur, quòd statim sacerdotum delectum sub-
iecit. Tho. Aquin. lect. 6. in cap. 5. Ioan. Differt quidem lucerna à luce. Nam lux est, quæ per
seipsam lucet: lucerna verò, quæ non per seipsam lucet, sed per participationẽ lucet. Lux autẽ
vera Christus est, vt dicitur suprà 1. Erat lux vera, &c. Ioannes autẽ lux non erat, vt testimonij
perhiberet de lumine ducendo ad Christum. De qua lucerna dicitur in Psal. Paraui lucernã
Christo meo. Sed erat in effectu ardens & feruens. Vnde dicitur *ardens*. Nam aliqui sunt lu-
cernæ solùm quantum ad officium, sed quantum ad effectum sunt extinctæ. Nam sicut lucer-
na lucere non potest, nisi igne accendatur: ita lucerna spiritualis non lucet, nisi priùs ardeat &
inflammetur igne charitatis. Et ideò ardor præmittitur illustrationi: quia per ardorem chari-
tatis datur cognitio veritatis, Ioan. 14. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, &c. &
ad eum veniemus, &c. Ioan. 15. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæ audiui, &c. Eccle. 2.
Qui timetis Deum, diligite illum, & illuminabuntur corda vestra. Nam ignis, duo habet, sci-
licet quòd ardet, & splendet. Ardor autem ignis significat dilectionem propter tria. Primò, q
quia ignis inter omnia corpora est magis actiuus: sic & ardor charitatis, in tantum quòd nihil
eius impetum ferre potest, secundum illud 2. Cor. 5. Charitas Christi vrget nos. Secundò, quia
sicut ignis per hoc quod est maximè sensitiuus, facit multum æstuare: ita & charitas æstũ cau-
sat, quousque homo non consequatur intentum. Tertiò, quòd sicut ignis est sursum ductiuus,
ita & charitas in tantum quòd coniungit nos Deo. 1. Ioan. 4. Qui manet in charitate, in Deo
manet, & Deus in eo. Erat etiam intellectu lucens. Primò quidem, per veritatis cognitionem
interiùs. Isa. 58. Implebit splendoribus: id est, splendere faciet. Secundò, per prædicationem
exteriùs. Phil. 2. Inter quos lucetis tanquam luminaria in mundum, verbum vitæ continen-
tes. Tertiò, per bonorum operum manifestationem. Matth. 5. Sic luceat lux vestra coram ho-
minibus, vt videant opera vestra bona. His omnibus modis Ioannes lucebat per veritatis in-
ternam cognitionem, cùm & ipse nondum natus Christũ exiliendo salutauerit, & vt eius præ-
cursor missus sit. 2. Per prædicationem externam, qua apud omnes fuit commendatissimus, nõ
modò quòd eos ad meliorem vitam, sed & ad Christi cognitionem perduceret. 3. Illuxit & ra-
ra vitæ sanctimonia, seu vitæ modum, seu zelum, seu cætera omnia quæ in viro optimo desi-
derantur, consideremus. *Vos autem voluistis exultare ad horam in luce eius.* Primùm quidem, in
hoc summam laudem nacti apud omnes, quòd ex vestra Gente tam sanctus, & innocens, tãi
etiam zeli Propheta prodiisset: ex quo factum est, vt ei Messiæ nomen deferre videremini,
cùm ad eum legationem misissetis. Verùm breuis fuit illa exultatio. Statim enim atque eum
in vestra vitia seueriùs agere, & vestram impietatem prodere vidistis, tum in illum accensi
murmurastis, dicentes dæmoniacum esse: nec quieuistis, donec apud Herodem male audi-
ret, & carceri manciparetur. *Ego autem* non solius Ioannis, sed *testimonium habeo maius Ioãne.*
Quintuplex enim testimonium producit, Dei patris, hominis viuentis Ioannis, operum, scri-
pturarum, & Mosis, vt nullum relinquat perfidiæ Iudæorum excusationis locum. Hilarius
lib. 9. de Trinit. Ex hoc, inquit, vel maximè intelligitur sacramentum vnitatis & natiuitatis
doceri, cùm ait: *Ego testimonium habeo maius Ioanne. Opera enim quæ dedit mihi pater, vt perfi-*
ciam ea ipsa opera quæ facio, testimonium perhibent de me, quia pater misit me. Sicut enim veritas
naturalis scientiæ probatur per discursum rationis ex principiis per se notis: sic supernaturalis
veritas fidei demonstratur per opera soli Deo possibilia: qui cùm sit veritas, numquam facit
talia opera ad confirmationem erroris. Itaque cùm talia permulta Christus fecerit, manifestũ
est quòd à Deo missus sit. Nam cùm rerum naturas ex ipsis earum actionibus perpendamus,
ideò etiam per ipsa opera facilè colligimus Christum esse filium Dei. Ioan. 15. Si opera non
fecissem quæ nemo alius fecit, peccatum (infidelitatis, quod maximè per signa & miracula
cluditur) non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Ioan. 10. Si
mihi

Tho. Aqu. *Differt lucerna à luce.*

Ardor ignis est dilectio.

Quintuplex testimoniũ de Christo. Hilarius.

Testimoniũ operum.

A mihi non creditis, saltem operibus credite. Inuisibilia enim Dei, per ea quæ facta sunt visibilia, cognoscuntur: sempiterna quoque eius virtus & diuinitas. Romanis. Ipsum vniuersum docet, quantus sit qui fecit hæc omnia. An non & tot supernaturalia opera, qualis recens paralytici curatio, Christum verum Deum esse conuincebant? Eapropter Nonnus Panopolitanus in Græca translatione Ioannis sic habet. Nam cùm de operibus, quæ dedit pater filio, vt perficeret, agit, hæc adiicit: Nonnus.

φθέγξεται αὐτοβόητα λαλῶ σάλπιγγι σιωπῆς,
παῦτά με κηρύσσῃ, καὶ ἐρεύγεται ἔμπεδον αὐδὴν. id est,
Loquuntur per se vocalia loquaci tuba silentij,
Hæc me prædicant, & eructant firmam vocem.

Alludit enim ad id quod Psaltes ait: Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. Dies diei eructat verbum. Sicut enim illa Deum prædicant suis effectis, etsi sileant: sic & opera testimonium perhibent Christo. Dionysius Carthusianus in Ioannem. Dion. Cart.

B Duplex autem est missio filij Dei. Vna inuisibilis, qua pater à principio mundi misit æternam sapientiam ad mentem electorum, per hoc quòd illuminauit eas gratia suæ sapientiæ increatæ ac genitæ. Cùm enim sit in patre authoritas quoad filium, & in filio subauthoritas quantum ad patrem, conuenit patrem mittere filium, etiam secundum diuinam naturam. Simili ratione pater & filius mittunt Spiritum sanctum, quia in ipsis est authoritas quoad Spiritum sanctum, & in Spiritu sancto subauthoritas ad patrem & filium, quasi ad vnum principium, vnumque spiratorem ac fontem. De hac namque spirituali & inuisibili missione verbi, habetur in libro Sapientiæ: (cap. 9.) Mitte illam de cœlis sanctis tuis, & à sede magnitudinis tuæ, vt mecum sit, & mecum laboret. Alia est missio filij temporalis atque visibilis, quæ *Duplex missio filij.*

C dicitur incarnatio eius. Nec sanè dubium missum fuisse Christum à patre, ad omnia & loca, & opera, ad quæ accessit. Immò & ipse inquantum Deus, seipsum vt hominem mittebat, cùm ipsa pars humana voluntati diuinæ in omnibus obediret. In hoc autem differt missio filij, in quantum consideratur vt filius Dei, ab ea quæ est à patre, in quantum Christus est filius hominis: quia prior est non inferioris à superiore, qualis est altera, sed coæqualis & consubstantialis à coëssentiali missio. Et ideò sic dicta, quia prima secundum rationem, non autem secundum tempus, voluntatis origo in patre est. Basilius libro secundo contra Eunomium. Basilius.
Et quidem, inquit, filius cùm ante secula sit, & semper sit, numquam esse incepit, sed ex quo pater est, & filius est. Et illicò cùm quis patris cogitationem accipit, filij etiam incurrit. Nam Pater, filij videlicet pater. Patris igitur origo nulla, origo autem filij pater, inter hos autem nihil. Sicut ergo pater origo filij est, non temporis, sed essentiæ ratione, quia *Principiũ originis pater.*

D filius est lumen de lumine: sic primùm consideramus patrem mittentem, quia rationis ordine, non temporis, priùs apprehendimus volentem patrem, demùm volentem filium. Et ideò quia origo voluntatis in patre est, etiam & ab eo filium & Spiritum sanctum, coæquales tamen & coëssentiales, mitti dicimus. *Et qui misit me Pater, ipse testimonium perhibet de me:* non modò per doctrinam meam, quæ mea non est, sed illius, quia quæ audiui ab eo per æternam generationem hæc iudico: sed & per opera, quæ sunt opera illius: siquidem nostra opera indiuisa sunt. *Pater filio testimonium perhibuit.*
Seu etiam hæc in ratione dispensationis, quæ in carne facta est, consideretis, docuit ille me, & in me operatur, singulari quodam modo, sed tamen eo quo & olim testimonium hominibus sanctis perhibuit, cùm per eos loqueretur, & magna quæque operaretur, sicut legimus de Mose, Helya, & Heliszeo, per quos nõ modò locutus est Deus, sed & maxima opera perfecit, qualia nec à cæteris fieri visa sunt, qui non essent singulariter à Deo missi. Sed & præter hæc, sin-

E gulare & superexcellens est testimonium, quod mihi pater perhibuit, quale nec Angelis ipsis, nec vllis est hominibus perhibitum. Cui enim vnquam Angelorum dixit, (Heb. 1. & Ps. 2.) Filius meus es tu, ego hodie genui te? Et hoc tamen mihi perhibuit, cùm ego baptisarer à Ioãne. Audita enim est ista vox à patre, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui. Hæc tandem eadem vox audita est in Christi transfiguratione, 1. Ioan. vlt. Hoc testimonium Nonnus.
Dei maius est, quod testificatus est de filio suo. Nonnus Panopolites in Ioan. hoc testimonium transfert ad ea quæ pater de filio suo per Prophetas olim locutus est, seu etiam per Ioannem, quia multipharìe, multisque modis olim locutus est Deus patribus in Prophetis. Heb. 1. *Neque vocem eius vnquam audistis, nec speciẽ eius vidistis.* Ita occurrit obiter obiectioni, quã sciebat illos apud se mouere: mouerat enim intima cordis. Obiectio autem erat de patre suo, cuius toties meminerat, & à quo omnia se sua accepisse asserebat. Sicut enim Philippus ait, Domine, ostẽ- *Deus inuisibilis & incomprehensibilis.*

de nobis patrem,& ſufficit nobis:ita & illi aliquãdo quæſierunt, Vbi eſt pater tuus?Et id apud F
ſe requirebant,Quis & qualis eſt iſte pater,qui tibi tantam contulit poteſtatem,& teſtimoniũ
perhibuit?Sic nimirùm per deſpectum aliquando dixerunt,Nónne hic eſt filius fabri? Nónne
fratres & parentes eius apud nos ſunt?Ne ergo de Ioſeph illud intelligant,ſed de ſummo Deo,
adiicit,Neque eos vnquam vocem audiiſſe,nec ſpeciem vidiſſe. Nam cùm ſit incomprehen-
ſibilis,infinitus,& ſimpliciſſimus ſpiritus, quamnam vocem aut ſpeciem illi aſſignare poſſent?
Cyril. Hie. Cyrillus Hieroſolymitanus Catech. nona. Quod enim corporis expers eſt, corporeis oculis
comprehendi non poteſt. Et teſtatus eſt hoc vnigenitus Dei, dicens: Deum nemo vidit vn-
quam. Quamuis enim ex eo quod ſcriptum eſt apud Ezechielem, excipiat quis quòd viderit
Ezechiel:ſed quid dicit ſcriptura?Vidit ſimilitudinem gloriæ Domini:non ipſum Dominum,
ſed ſimilitudinem gloriæ.Neque ipſam gloriam,vti reuera eſt, ſed ſimilitudinem tantùm glo- G
Greg Nan. riæ vidit,& cecidit per terram præ timore.Greg.Nanz.tract.de fide.Certè hoc Deus eſt,quod
cùm dicitur,non poteſt dici:cùm æſtimatur,non poteſt æſtimari:cùm definitur, ipſa definitio-
ne creſcit:quia cœlum manu ſua cooperuit,pugno omnem mundi ambitum concludit,quem
omnia neſciunt,& metuendo ſciunt.Idem Orat.2.in Paſcha.Immenſus itaque eſt Deus,con-
Idem. templatúque difficilis:idque ſolum in eo planè comprehendi poteſt, quòd immenſus ſit:quã-
libet aliquis exiſtimet eum,quia ſimplicis naturæ ſit rationem hanc habere,vt vel nullo omni-
nò modo comprehendi poſſit, vel planè perfectéque comprehendi queat. Epiphanius lib. 2.
Epiphani⁹. to.2.in hæreſ.70.quæ eſt Andianorum, reſpondet iis qui poſſunt obiicere, Deum aliquando
viſum eſſe,& tamen eſſe inuiſibilem.Scriptura,inquit,dicit,Viſus eſt ipſi Abraham,cùm eſſet
Quomodo Deus viſus eſt antiquis Patribus. in Meſopotamia. Et ipſe Dominus in Euangelio ait: Angeli eorum vident faciem patris mei
qui in cœlis eſt. Et omninò dixerit aliquis, diuinam ſcripturam narraſſe, quòd Prophetæ in H
mente Deum viderint. Et rurſus hoc: Beati mundo corde,quoniam ipſi Deum videbunt. Qui
verò hoc dixerit,& in cogitatione ſua dictiones ipſas copulauerit,is vtiq; dicere poterit, quòd
vnuſquiſque in mente Deum videt,& non oculis. Verùm huic reſiſtit diuina ſcriptura, dicens
per Eſaiam Prophetam: Miſer ego,quoniam compunctus ſum,quoniam homo immunda la-
bia habens,in medio populi immunda labia habentis habito, & Dominum ſabbaoth vidi o-
culis meis. Et non dixit mente, neque in cogitatione, ſed oculis, veritatem fidei corroborans.
Quid igitur dicimus ad Euangelium,quod neminem vnquam Deum,neque ſpeciem eius vi-
diſſe aſſerit?Prophetæ verò & Apoſtoli,atque adeò ipſe Dominus id aſſerãt? Numquid oppo-
ſitum eſt quid in diuina ſcriptura ſibiipſi? Abſit. Sed videbant Prophetæ,& Apoſtoli,& verum
eſt. Videbant autem ſicut poterant ipſi,& ſicut licebat,& viſus eſt ipſi ſicut voluit:omnia enim
ipſi poſſibilia ſunt. Et quòd quidem inuiſibilis eſt Deus,& incomprehenſibilis, hoc manifeſtũ I
eſt,& confeſſum. Et paulò pòſt: Eſt autem ita,velut ſæpè huius rei exemplum narraui. Nimi-
rùm ſicut ſi quis per tenuiſſimum foramen cœlum conſpicaretur, & diceret, Video cœlum:
ſanè non mentitur talis,videt enim cœlum reuera.Dicet autem ad ipſum aliquis, Non vidiſti
cœlum. Et ſanè neque hic mentitur. Neque enim vidit extenſionem,neque latitudinem. Vi-
derunt igitur ſicut natura ferre potuit,& hoc ſecundum gratiam potentiæ qua dignatur homi-
nes. Interim tamen maior quædam eſt ratio, qua Deus inuiſibilis dicatur, quàm quæ ab Epi-
phanio per exemplum adducta eſt. Nam cùm cœlum ſit corporeum, eſt tamen viſibile, etſi
totum ſimul & ſemel ſecundum omnes extenſiones ſuas, ſicut neque ipſum mare viſibile, to-
tum ab oculo mortali videri non poteſt. At verò Deus cùm ſimpliciſſimus ſpiritus ſit, naturâ
quidem ſua inuiſibilis eſt. Itaque ſi quis fortè ex Iudæis Dei ſpeciem in monte Syna viſam
eſſe contendat, & vocem eius auditam, cùm dicatur Exod. 19. Moſes loquebatur, & Do- K
Cyrillus Alexand. minus reſpondebat ei voce.Cyrillus Alexand.lib.2.in Ioannem cap.3.ſatisfacit,dicens: Atten-
de diligentiùs. Voce namque Deus reſpondebat. Non tamen addidit, *propria:* ſed ſimpliciter
voce dixit,quæ verborũ ſono,humano more, miraculoſè in audientiũ auribus inſonabat. Re-
ſpondet & alteri obiectioni,quòd vox patris audita ſit:(Ioã.12.) Et clarificaui,& iterum clarifi-
cabo. Non fuiſſe,inquit,vocem Dei patris ſaluator oſtendit, dicens ad eos qui aderant: Non
Vox patris qualis,cùm ſit incorporeus. propter me vox iſta facta eſt, ſed propter vos. Vides quòd factam eſſe vocem ait. Non eſt
enim congruum, vt voce hac ſonora, quæ ictu aëris fit, diuinam vti naturam putemus,
etiamſi ad vtilitatem noſtram,& diſpenſationem humano more locutus eſſe dicatur. Hoc eo-
dem modo ſoluuntur cætera huiuſmodi,vt cùm legimus dictum Moſi, Deuter.4. Si facta eſt
aliquando res huiuſmodi, vt audiret populus vocem Domini Dei loquentis de medio ignis,
ſicut tu audiſti & vidiſti. Et rurſus ibidem: Vocem eius audiſtis, & formam penitùs non
vidiſtis

A vidistis. Hæc nimirùm sunt homini dispensata per res sensibiles, etsi Deus sit omninò inuisibilis. Ergo rectè nuncupat *vocem eius, & speciem eius*. Vox & species enim non eius, sed creaturæ fuit: ita tamen formata, vt eum significaret. Sed quã mihi speciem assignabitis, dicit Dominus? Si enim veræ & essentiales rerum ipsarum species non videntur, sed mente percipiuntur: quis Dei speciem sensu se percepturum esse putabit? Nec enim externa illa rerum facies vera species est, sed ipsa earum naturæ definitio & proprietas. Speciem quidem hominis videre potes, in quantum species sumitur pro accidente, vt pro vultu, statura, habitu externo: at verò species substantiæ inuisibilis est. Atqui Deus tota est substantia, & nullum habet accidens. Quomodo igitur poterit quis eius speciem videre? *Et verbum eius non habetis in vobis manens.* Non negat ipsum ad eos peruenisse, Deum eorum mentes inuitasse: sed quia illud per fidem non admiserunt, ideò verbum ad seipsum reuersum est, nec mansit in illis: *quia quem misit ille,*

B *huic vos non creditis.* Nam nemo veritatem habet, nec verbum Dei, id est certitudinem credendorum, nisi per filium, qui est verbum & veritas increata: & nullus nisi per filium semel accipere, aut acceptam veritatem retinere potest. Rupertus lib. 5. in Ioannem. Hoc sic interpretatur, ac si dicat: In hoc reatus vester est, in hoc peccatum vestrum manet, quia verbum eius non habetis in vobis manens. Quod ex eo liquet, quia quem misit ille, huic vos non creditis. Nam etsi vocem eius nunquam audistis, neque speciem vidistis, attamen verbum eius audistis, legem eius accepistis, Prophetas ab illo missos habuistis, & illos quidem legendo, illum de quo loquor, qui eos misit, labiis honoratis, cor autem vestrum longè est ab eo, quia verba eius ore quidem, sed non corde profertis, & horum quidem literam, non autem spiritum sequimini. Quod maximè in ea re, quam in me arguitis, obseruare licet. An scilicet ita sabbatum obseruari præcepit, vt interim tam mirabilem paralytici curationem calumniemi-

C nie? *Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere. Et illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me: & non vultis venire ad me, vt vitam habeatis.* Non simpliciter dixit, Legite scripturas, sed scrutamini. Veritas enim & scripturæ sensus reconditus est: nec in terræ superficie, sed illius venis aurum reperitur. Chrysostom. hom. 40. in Ioannem. Diuina enim, inquit, summa indigent diligentia: idcircò effodere profundiùs iubet, vt quæ altè delitescunt, inuenire possimus. Non enim rem in superficie, & in promptu positam effodimus, sed quæ tanquam thesaurus profundè reconditur. Qui enim huiusmodi quærit, nisi summam adhibeat diligentiam & laborem, nunquam quæsita inueniet. Gregorius Nazanzenus ad Nemesium. Hanc enim, inquit, sermones sacri rationem habent, quòd & corpus ipsis illustre est, & anima præclara atque diuina: aptissimè vt conferri cum duplici veste possint, externè nimirùm purpurea,

D internè autem eximio candore pellucida. Est etiam in scripturis nostris duplex sensus, alter internus ac spiritualis, alter externus, nec literæ corticem excedens. Ille à paucis perspicitur, hic à plerisque intelligi potest. Itaque sicut non in cortice medulla est, licet ipsa cortice veletur: ita nec in ipsa litera veritas consistit, licet literâ veritas quasi velo obducatur. Inde fit, vt non satis sit legere scripturas, sed & eas scrutandas esse Christus ostendat. Et hoc maximè Iudæis erat necessarium, quibus omnia in figuris contingebant, vt scribit Paulus. Sicut ergo veritas à figura, sic & eadẽ à scriptura veteris Testamenti penitiùs & subtiliùs requirenda est. Isychius Præfat. in Leuitic. Qui enim, inquit, carnaliter accipit ea quæ à legislatore descripta sunt, non rectè sentit diuina iudicia, quippè nec intelligit, nec eis vtitur benè. Vnde ea quæ bona sunt, rectè ei non bona fiunt, nec viuit in eis. Nam primùm quidem ignorat vitam, quæ in eis abdita est: deinde nõ semper, sed certo tempore, legislator voluit superficie tenus custodiri, vt astringeret

E Iudæorum duram ceruicem, grauiorique egentem iugo. Chrysost. ho. 40. in Ioan. Ideò scrutamini, inquit, & veritatem in scripturis reconditam requirite. Et rectè ait, In quibus putatis vitam æternam habere. Non inquit, habetis, sed putatis habere: vt demonstraret eos nihil sola lectione proficere, nisi fides accedat. Dicit igitur, Numquid scripturas admiramini? numquid inde vitam consequi arbitramini? Cyrillus Alex. lib. 2. in Ioan. cap. 4. Nam quoniam videbat à Mosis libris multa eos diligenter quidem, sed imperitè aduersus eum colligere, idcircò inutilem ostendit hanc esse diligentiam. Quæ enim vtilitas est, inquit, si scripturas quidem scrutamini, putantes ad vitam æternam per ipsas peruenire: quum autem eas testimonium mihi perhibentes inueniatis, in quibus vita sum appellatus, non vultis ad me venire, vt vitam habeatis? Quare sequitur inde maxima vos animarum vestrarum detrimenta colligere, vnde salutẽ consequi putatis. Ad contradicendum enim solùm scripturã legitis: quæ verò ad vitam æternã conducunt, ne in mentẽ quidem veniunt vestram. Ex his colligimus, vnde fiat vt hæretici scripturas legant, neque tamen in iis vitã habeant. Ratio est, quia veniunt sine fide, & cum spiritu

Rupertus.

Reconditus scripturæ sensus. Chrysost.

Duplex est scripturarũ sensus. Greg. Naz.

Difficultas scripturarũ.

Isychius.

Chrysost.

Nihil lectione proficitur, nisi fides accedat. Cyrill. Alexand.

Hæretici quomodo scripturas ignorent.

contradictionis. Hoc enim requirunt solùm, quod in suam perniciem & perfidiam torqueant:
Hilarius. non hoc obseruant, quod expressè facit ad peruersas eorum opiniones confundendas. Hilarius F
lib. ad Constantinum Imperatorem: Memento scilicet, inquit, neminem hæreticorum
esse, qui se nunc non secundum scripturas prædicare ea, quibus blasphemat, mentiatur. Hinc
enim Marcellus verbum Dei cùm legit, nescit: hinc Photinus hominem Iesum Christũ cùm
loquitur, ignorat. Hinc & Sabellius, dum quòd ego & pater vnum sumus, non intelligit, sine
Deo patre, & sine Deo filio est: hinc & Montanus per insanas fœminas suas Paracletum alium
defendit: hinc & Manichæus & Marcion legem odit, quia litera occidit, & mundi princeps
diabolus est. Omnes, scripturas sine sensu loquuntur, sine fide prætendunt. Scripturæ enim nõ
in legendo, sed in intelligendo: neque in præuaricatione sunt, sed in charitate. Itaque qui cõtra
charitatis vinculum, quod Ecclesiã continet, qui in præuaricatione seu spiritu contradictionis
scripturas legit, ex iis vitam minimè colliget. Oblatã enim auersabitur aut ignorabit, ad instar G
Iudæorum, qui Christum in scripturis & latentem & expressum non agnouerunt. Idcircò ad-
iicit Christus: *Claritatem ab hominibus non accipio. Sed cognoui vos, quia dilectionẽ Dei non habetis*
in vobis. quasi dicat: Hæc sanè non ideò profero, quasi vestro fauore, & fide mihi gloriã cumu-
lare velim, sed quòd condoleam vestræ damnationi, qui cùm scripturas non solùm, sed & illũ,
qui per eas promittitur, præsentem habeatis, nolitis tamen in eum credere. Non tã igitur quid
mea, quàm quid vestra interfit, considero: & me vestræ salutis potiùs quàm meæ gloriæ cura
percellit. Nec enim ego claritatẽ accipio ab hominibus, illam habeo à patre ab æterno, Ioã. 17.
Et fallax est humana gloria, cùm & ipsi homines, quos summis laudibus extulerint, in momẽ-
to deprimere consueuerint. Vnde Hier. 17. Maledictus qui confidit in homine, & ponit carnẽ
brachium suũ. Sed maximè afficior perditione vestra, vt qui legentes non intelligatis, hac ma-
ximè ratione, *quia dilectionem Dei non habetis in vobis.* Vbi verò dilectio Dei non est, ibi neque
spiritus eius est. Et quomodo sine spiritu Dei, ea quæ Dei sunt, intelligetis? *Ego veni in nomine* H
patris mei, & non accepistis me: si alius venerit in nomine suo, illum accipietis. Basilius Ep. 64. hoc
Basilius. ideò dicit, vt principium ac causam sui patrem esse demonstraret. Despicitis paupertatem &
humilitatem meam, inquit, & non attenditis idcircò meme exinanitionem istam selegisse, vt
& ipse nomen & gloriam patris mei solam & factis & verbis prædicem. Expectatis diutiẽ, ma-
gnificum & superbum aliquem Messiam: verùm ego meipso tanto abiectiorẽ reddidi, quanto
ostendere volui me non meam, sed patris gloriam quærere. Poteram vtique in maiore gloria,
in ipsa etiam maiestate apparere: sed vt fidei locus sit, & ne videar nomen ipse meum præ pa-
tris nomine efferre, humiliaui memetipsum, paupertatem selegi & pauperes discipulos, om-
nem fastum & mundi apparatum contempsi. Ideò etiam vos pudet tam humilis, tam pau-
Messias qualis esse debuit. peris, tam mansueti Messiæ, nec aduertitis in illa humilitate vobis exemplum etiam dari, vt I
vosipsi humiles, & spiritu pauperes, & mansueti glorificetis patrem vestrum, qui in cœlis est.
Prænunciat autem non Messiam verum, sed falsum & antichristum venturum esse in fastu
illo, & apparatu externo, quem & ipsi sint accepturi. Vera nimirùm hæc Christi senten-
tia est in Turcis, Tartatis, Iudæis. Illi enim Christum contempserunt, sibi minimè persua-
dentes illum esse Dei filium, aut verum Messiam, qui hucusque se humiliasset, vt pauper-
tatem, condonationem iniuriarum, & patientiam præciperet, & mortem crucis pateretur.
Quî fit vt Turcæ & Iudæi in Christum impingãt. Exceperunt autem Turcæ Mahometum superbum Pseudoprophetam, & hominem cruen-
tum & furiosum. Excepturi autem sunt & cæteri infideles Antichristum, tanto arrogantio-
rem, quanto Christus humilis factus est. Cyrillus Alexandrinus lib. 2. in Ioannem cap. 6. Hoc
ergo tantum est, ac si dicat: Ego enim in nomine patris mei veni: cuncta enim ad gloriam
Cyr. Alex. Dei patris facere vos hortor: vos autem me repellitis. *Accipietis* autem (scio enim, vt Deus, K
futura) eum qui non Deo patri gloriam referet, sed ad se transferre conabitur, & nomini
suo cuncta tribuet. Hinc arbitror beatum quoque Paulum illud de Iudæis, & de iniqui-
De Anti-christo. tatis filio dixisse, 2. Thessalonicens. 2. quoniam dilectionem veritatis ad salutem non rece-
perunt: idcircò mittet eis Deus operationem erroris, vt credant mendacio, vt iudicentur
omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati. Hæc ratio à Saluatore pro-
Theodor. pheticè dicta, tempore suo reipsa veritatem habebit. Theodor. in Danielem, c. 7. Imitabitur
Quid est ve nire in suo nomine. enim diabolus Dei & saluatoris nostri humanitatẽ, inquit: & sicut Dominus per humanã na-
turam apparens, nostræ salutis auctor fuit, ita etiam diabolus sumpto suæ improbitatis idonco
instrumento, per ipsum propriã virtutem ostendet, mẽdacibus signis, & prodigiis, & falsa mira-
culorum specie ociosos homines seducens. Ac docens curnã hæc fieri permittat auctor omniũ
rerum Deus, adiecit Paulus, (2. Thessalonic. 2.) eò quòd charitatem veritatis non receperunt,
vt salui

A vt ſalui fierent: ideò mittet illis Deus operationem erroris, &c. Hoc idem Dominus ait Iudæis: Veniet alius in nomine ſuo, & accipietis eum. Hæc autem docet Angelus Danielem. Sermones, inquit, contra altiſſimum loquetur, & ſanctos altiſſimi debellabit, & cogitabit mutare tempora, & legem: & dabitur in manu eius vſque ad tempus & tempora, & dimidium temporis. Effrem ſer. de Antichriſto, primùm quidem illius hypocriſim & fictam iuſtitiam depingit, vt ad ſe blandiciis homines alliciat: ſed vbi ad ſe multos pellexerit, ſupra modum, inquit, infœlix ille exaltabitur corde, & euomet draco amaritudinẽ ſuam, propinquabitq; cum dolo mortiferum virus. Perturbabit orbem, commouebit omnia, vexabitq; animas multas. Neque iam vt religioſus, non iam pauperum cultor, non hilaris, ſed contrà penitùs per omnia ſeuerus, durus, atrox, iracũdus, inquietus, terribilis, aſper, odibilis, execrabilis, immitis, nequam, immanis, impudens, atque omne mortalium genus in impietatis barathrũ præcipitare feſtinans, per inſaniam ſuam magnificabit ſigna, terroréſque multiplicabit. Eadem narrat Hippolytus Mar- Effrem. Hippolyt.

B tyr, ſerm. de Antichriſto. Huic autem maximè, vt illi ſcribunt, adhærebunt Iudæi, hunc excipient, & per eum ſe de Chriſtianis triumphaturos eſſe ſperabunt. *Veniet* ſanè *ille in nomine ſuo:* requiret enim gloriam ſuam, & ſeipſum adorari ſinet, ac ſi Deus eſſet: veniet ſuperbus & arrogans, & talis à ſuperbis excipietur. *Quomodo vos poteſtis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis: & gloriam quæ à ſolo Deo eſt, non quæritis?* Chryſoſtom. hom. 40. in Ioann. Hîc iterum oſtendit, martyr. Chryſoſt.

nullam eos diuinorum conſiderationem habere, ſed eorum prætextu proprium affectum obtegere: tantum autem à quærenda humana gloria abeſſe, vt humanam potius quàm diuinam optarent. Qua ergo ratione tantum odij pro Dei gloria ſuſciperent, quam adeò contemnebant, vt etiam humanam, id eſt ſuam, præponerent? Cyrillus Alexand. lib. 2. in Ioann. c. 7. Cyrillus Alexand.

Et hac, inquit, inanis gloriæ cupiditate, optimæ rei, fidei videlicet, in eum iacturam illos facere

C oſtendit. Hoc & Paulus apertiſſimè dicit: (Gal. 1.) Si enim, inquit, hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem. Quaſi enim naturà neceſſarióque accidit omnibus qui gloriam homi- *Superbia mater infidelitatis.*

num venantur, vt gloriam Dei amittant, & à ſolo Deo decidant. *Solum* autem *Deum* dixit, non quia ſe, aut ſpiritum ab huiuſmodi ſolius Dei honore ſeparent, ſed quia Dij Gentium ad hoc non aſcendũt. Sanctæ namque conſubſtantialiſque Trinitatis plenitudo, vnam gloriam, vnam naturam poſſidet. Athanaſius lib. de virginit. Ingens igitur remedium eſt ad ſalutem a- Athanaſ.

nimi humilitas, quum ſathanas non ob ſcortationem, aut adulterium, aut furtum deiectus ſit è cœlo, ſed ſuperbia illum inde præcipitarit infra ipſam abyſſum. Superbia in diabolo eſt, humilitas contrà in Chriſto eſt. Superbia tantam vim in diabolo habet, vt veritatem cognitam impugnet. Nouit enim Deum, ſed tamen & illi ſuum honorem inuidet. Vnde & Pſaltes ait: Superbia eorum qui te oderunt, aſcendit ſemper. Quid ergo mirum eſt, ſi aut Iudæi, aut hæreti-

D ci, ſuperbia tumentes, à ſeipſis ſpiritum Dei, & verum ſcripturarum ſenſum abiecerunt? Chriſtus igitur ſalutis omnium, maximè verò domus Iſraël amantiſſimus, omnibus modis Iudæos concutere, & ad mentem reducere nititur: Nunc tot teſtimoniis, nunc ipſa ſuorum ſcelerum conſcientia, nunc Dei vindicta, quæ ipſo etiam eos accuſante Moſe illis facilè incumbat. *Nolite*, inquit, *putare quia accuſaturus ſim vos apud patrem*: ego inquam ſolus, cuius accuſationem & verba paruipenditis. Alioquin ſi nec omninò eos Chriſtus accuſaturus eſt, quomodo alibi (Matth. 10.) ait, Qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo. Et quicunque negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo? Patet enim accuſatum iri omnes apud patrem per Chriſtũ, qui eum non ſuſceperunt, vt ſcribit Cyril. Alexand. lib. 2. in Ioan. cap. 8. Sed hoc ideò dictum eſt de Cyr. Alex.

Moſe, quia illius authoritatem præferebant. Vnde & cæco nato dixerant, Tu diſcipulus illius

E es, nos Moyſi diſcipuli ſumus. Et (Ioann. 9.) Nos ſcimus quia Moyſi locutus eſt Deus, hunc autem neſcimus vnde ſit. Albertus Magnus in Ioan. *Nolite putare quòd ego*, qui perſonam iudicis gero, quam in iudicio exhibebo, *accuſaturus ſim vos*, quia alia eſt perſona agentis, alia perſona iudicis, *apud patrem* in diſtricto examine. Non enim nunc veni vt iudicem, ſed vt ſaluem. In futuro autem veniam vt iudicem: & ideò nunc neminem accuſabo, cùm nullius aduerſarius ſim, ſed omnium communis iudex, æquè paruum & magnum iudicans. Accuſatores autem ſunt in iudicio plures. Accuſat enim conſcientia per peccati teſtimonium: accuſat legiſlator per legis tranſgreſſum, vel omiſſum præceptum: accuſat cuſtodiens Angelus per cuſtodiæ ſuæ perditum effectum: accuſat diligens Prælatus per ſollicitudinis ſuæ opus perditum: accuſat malè ædificatus proximus per malũ ſibi datũ exemplũ: accuſant omnes creaturæ per virtutis ſuæ perditum obſequium. De conſcientia quidẽ dicitur Rom. 2. Teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum, & inter ſe inuicem cogitationum accuſantium, & defen- Alb. Mag. *Quomodo Chriſtus accuſet, & non.*

dentium,in die quo iudicabit Dominus occulta hominum,secũdum Euangelium meum. De F
Angeli accusant. accusatione legislatoris hîc agitur. *Est Moyses qui accusat vos,in quo vos sperastis.* De Angelo accusante,Es.34. Angeli pacis amarè flebunt. Hier.51. Curauimus Babylonẽ,& non est curata,relinquamus eam. Es.49. Dixi,in vanum laboraui,sine causa fortitudinem meã consumpsi. Cætera etiam sunt huiusmodi. Facit autem hæc Christi sententia de Moyse, ad confundendum errorem Hagiomachorũ, qui negant nos sanctis,qui ex hac vita emigrarint,curæ esse. Quæro
Sancti quosdam accusant, & pro aliis precinãtur. scilicet,*quomodo Moses apud patrem accusat Iudæos:* Moses, inquam,à tam longo tempore vita functus, nisi & ille de Iudæis & populo suo post mortem cogitet? Non simpliciter hoc de illius scriptis dicitur:nam illa apud patrem,id est, in illa gloria non sunt:sed agitur de Mose, qui *apud patrem* sit, id est, adinstar Abrahæ & Lazari secura suæ gloriæ expectatione perfruatur: cuius nec minus voces & vota audiat summus ille pater, immò & multò magis, quàm pater Abraham audiebat clamorem diuitis epulonis in tormentis inferni positi,etsi inter vtrumque G magnum chaos firmatum esset. Ille quidem in terra positus, accusabat populum, & aliquando pro illo precabatur. Orabat quidem in monte,dicens: Cur Domine, irascitur furor tuus in populum tuum? Aut dimitte illis hanc noxam,aut dele me potiùs de libro vitæ. Nec quieuit, donec Deus repropitiatus est populo suo. Verùm cùm tandem illos obduruisse,& in dies pessimos euasisse, suas verò exhortationes paululum profeciisse cerneret, *accusabat eos* apud patrem. Vt enim legimus Num.11. murmurantibus illis pro carnium concupiscentia,Mosen ad Deum accessisse, & dixisse, Cur afflixisti seruum tuum? Quare non inuenio gratiam coram te,& cur imposuisti pondus vniuersi populi huius super me? siquidem hæc Moysi res intoleranda videbatur. Nunc quoque non deserit populum suum, sed & in eum, vt pater in filios, afficitur. Nec dubium quin & pro eis apud patrem deprecetur, cùm & illos, vt dicit Christus, apud patrem accuset. Accusat derisores, & aduersarios legis suæ Iudæos, qui nec resipiscere, H nec Christum Dei,quem illis toties commendauerat,admittere voluerunt. Interim verò,quis
Hierony. Sancti orãt pro nobis. illum dubitet pro resipiscentibus apud patrem precari? Hieronym. Epist.2. ad Riparium contra Vigilantium. Si Apostoli & martyres adhuc in corpore constituti, possunt orare pro cæteris,quando pro se adhuc debent esse solliciti: quantò magis post coronas, victorias & triumphos? Vnus homo Moyses sexcentis millibus armatorum impetrat à Deo veniam, & Stephanus imitator Domini, primus martyr in Christo, pro persecutoribus veniam deprecatur: & postquàm cum Christo esse cœperint,minus valebunt? Hanc de Moyse,vt & de cæteris,concluſionem elicit Hieronymus, quòd cùm hîc viuens pro populo suo deprecatus sit, multò magis nunc,cùm ad patrẽ migrauerit. Auget & istam sententiam id quod Christus adiicit,*In*
Sperabatur in Mose etiam defuncto. *quo vos speratis.* Mortuus erat Moyses,& tamen in Moyse sperabãt Iudæi. Num ergo agnoscebant & illum curam agere,& pro ipsis apud patrem patrocinari? Nimirùm idem ab eo auxili- I um expectabant, quod senserant olim. Nam cùm Dominus Gentem istam penitùs deleturum se minaretur,intercedebat Moyses,& Deũ placabat. Vt cùm Dominus diceret, Exod.32. Cerno quòd populus iste duræ ceruicis sit, dimitte me vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos,faciamque te in Gentem magnam. Et Numer.14. Vsquequò detrahet mihi populus iste? Quousque non credet mihi in omnibus signis, quæ feci coram eis? Feriam igitur eos pestilentia,atque consumam:te autem faciam principem super Gentem magnam, & fortiorem quàm hæc est. Tum nimirùm quàm tutò in Mose spes suas populus coniecisset,apparuit, cùm & ille tam ardenter orabat, vt & Dominum Deum flecteret, & populo gratiam impetraret. Idem (Num.12.) Maria in suæ lepræ curatione experta est. Sperabant igitur Iudæi in Mose,facturum illum suis apud patrem precibus,vt non relinqueret plebem suam,sed ei propiciaretur. Sic Syngelus Martyr in oratione Dionysiaca,vocat Dionysium Areopagitam mar K
Syngelus martyr. Prudẽtius. tyrem, ἁγίασμον & Patrhisiorum tutelarem. Sic Prudentius in libro Peri stephanων, in sanctos Fructuosum,Augurium & Eulogium,ita canit:

Exultare tribus licet patronis,
Quorum præsidio fouentur omnes
Terrarum populi Pyrenæorum.

Chrysost. Sancti protectores Regum. Chrysost.tom.4.hom.26.in 2.ad Cor.cap.12.& tom.5. hom.66. ad popul.Antioch. Audebis igitur quæso horum Dominum nuncupare mortuũ,cuius serui,vel mortui,terrarum orbis regum sunt protectores? Nec hoc tantùm quis Romæ fieri viderit,sed & Constantinopoli. Nam & hîc Constantinum magnum ipsius filius honore magno censuit haberi, si pro foribus Piscatoris paternum corpus collocaret. At verò obduratis peccatoribus preces sanctorum minimè prosunt, sicut & rebellium infideliúmque Iudæorum spes in Mosen vana est.

Tanto

A Tanto enim abeſt, vt pro his deprecaturus ſit, *quòd accuſat eos apud patrem* de cordis duritia & infidelitate. Chryſoſtomus hom.1. in 1. ad Theſſal. cap. 1. Quid, inquit, profuit Iudæis Hieremias? Nónne tertiò Deum adiit oraturus, & is tertiò audiuit: (Hier.7.) Ne ora & ne obſecra pro populo hoc, quia non exaudiam te? Quid commodi contulit Sauli Samuel? Nónne (1. Reg.15.) vſque ad extremum diem ſuper ipſo Saule lugebat? Neque enim vtcunque orabat ſolùm. Quid emolumenti ipſis attulit Iſraëlitis? Nũquid dicebat, (1. Reg.12) Abſit hoc à me, vt ceſſem orare pro vobis? Nónne omnes denique perierunt? Dixeris: Nihil igitur orationes ſanctorum adiuuant? Immò iuuant maximè: ſed cũ nonnihil boni operis ipſi conficimus, cooperantur orationes, tum & auxiliares fiunt. Hæc Chryſoſtomus. Inde fit, vt Chriſtus ſperate Iudæos in Moſem dicat, nec fruſtranea illa ſpes eis futura eſſet, ſi modò ad mentem rediiſſent, & Chriſtũ, de quo ille prædixit, agnouiſſent: verùm cùm ex aduerſo Moſis doctrinam

B impugnent, illos à Moyſe accuſari affirmat. *Si enim*, inquit, *crederetis Moyſi, crederetis forſitan & mihi*: de me enim ille ſcripſit. Si autem illius literis non creditis, quomodo verbis meis credetis? Legebant ſcripta Moſis, & non credebãt Moyſi: quia non penetrabãt hucuſque, quouſque fides. Quanta enim & quot ille ſuis non modò verbis, ſed & inſtitutionibus inuoluit, quæ Chriſtum ipſum prænunciarunt, aut præfigurarunt? Dicit autem *forſitan*, ad deſignandam liberi arbitrij voluntatem. Nemo enim inuitus credit, aut diligit: ſed ſemetipſum ſubiicit in obſequium fidei. Auguſtin. lib. 1. Quæſt. ad Simplicianum, qu. 1. In libero, inquit, arbitrio habet homo vt credat liberè, & accipiat gratiam: vt iam illo, qui eam donat, liberante, & adiuuante non peccet. Verùm fortaſſe quis obiiciet, maiorem Moyſi authoritatem tribui quã Chriſto, cùm ipſemet Chriſtus dicat, *Si Moyſi ſcriptis non creditis, quomodo verbis meis credetis?* Sed omnia penſanda, & occaſio, quæ Chriſtum in ea verba moueat, attendenda eſt. Pluris

C illi faciebant Moyſem quàm Chriſtum. Itaque ſi Moyſi, cui tanta deferunt, non credunt, quomodo Chriſto credituri ſunt? Moſes iam ex longa traditione ab iis admittebatur, Chriſtus videbatur eſſe nouicius. Et licet Chriſtus miracula faceret, idem tamen à Moſe factum agnoſcebant, etſi non eadem authoritate & modo, quæ ipſi, præ infidelitate diſcernere non poterant. Moſen clamabant omnes, Chriſtum autem auerſabantur. Solent enim præſentia minus mouere. Inde factum eſt, vt Moſes præſens & viſibilis populo, etſi miracula faceret, contemneretur etiam à ſuæ Gentis hominibus. Abſentia verò ſui deſiderium prouocant. Quod & in Moyſe manifeſtum apparuit. Statim enim atque illum aſſumpſit Deus, luxerũt eum filij Iſraël triginta diebus. Ad eum ſanè modum Chriſtus vt præſens, & omnibus familiaris contemnebatur: cùm interim alta mente repoſta maneret Moyſi opinio. Inde fit, vt ſicut propter vnũ-

D quodque tale, & illud magis, iuxta Philoſophorum ſententiam, ita ſi propter Moyſi teſtimonium, Chriſti ipſius doctrina attendenda eſt, in ordine quoad nos: cõſequatur, vt contempto Moyſi teſtimonio, multò magis contemnatur Chriſtus: Eò autem maximè contemnatur, quòd ipſe neminem ſuo, ſed aut patris, aut operum, aut Ioannis, aut ſcripturarum, aut Moſis ipſius teſtimonio ſiſtat. *De me enim*, inquit, *hic prædixit*. Apud Deum & fideles vtique maioris præ Moyſe authoritatis eſt Chriſtus, & tanto maioris, quanto præ ſeruis filius in domo patrisfamiliâs eſt dignior. Moſes enim vt ſeruus, ait Paulus in Epiſt. ad Heb. Chriſtus autem filius eſt. Verùm apud Scribas & Phariſæos, qui Chriſtum nihili putabant, non eadem concluſio eſt. Interim enim dum Moyſen inclamarent, Chriſtum explodebant, & calumniabantur. Cyrillus Alex. lib. 2. in Ioan. cap. 9. Audiant oro Iudæi, & intelligant, quomodo per impe-

E ritiam & arrogantiam ſuam, æternam in ſeipſos vltionem conuocarunt: quomodo torqueantur æternis ſuppliciis, omni ſpe bonorum priuati, quia non crediderunt Moyſi: cui ſi credidiſſent, & Chriſto certè, de quo ille ſcripſit, credidiſſent. Nonnus Panopolitanus, ſicut & Cyrillus, in eo maximè inſiſtit, quòd ſcriptura iam diuturnis temporibus admiſſa, magis vrgeat, quàm præſens verbum: Inde conſequatur, vt ſi Iudæi nihil deferant ſacræ Moſaicæ ſcripturæ, quam patres eorum tot annos venerati fuerant, minus deferant Chriſti verbo, quod à paucis diebus audiunt. Sic enim habet Nonnus in tranſlatione Euangelij Ioannis:

Chryſoſt. *Sanctorum orationes quibus proſunt.*

Aliud legere ſcripturas, aliud credere.

Liberum arbitrium ad fidem. Auguſtin.

Cyr. Alex. *Hoc in confuſionem Iudæorũ.*

Nonnus.

-εἰ δ' ἄρα κεῖνα
γράμμασιν ὑμετέροις πείθεσθε, τάπερ θεὸς ὤπασε κόσμῳ,
μᾶλλον ἀκηλήτοισι πόθεν δέξοισθε μενοινάῃς
ἄγραφον ἡμετέρων στομάτων ἀίοντες ἰωλήν. id eſt,

-Si autem illius
Litteris non eſtis perſuaſi, quæ Deus largitus eſt mundo,
Magis implacabilibus vnde ſuſcipiatis mentibus,

Non ſcriptam noſtri oris audientes vocem?

Hoc nimirùm tantum eſt, ac ſi dicat, Si neque ſcripturis tam antiquis & probatis fidem adhibetis: quid iis crediturí eſtis, quæ ego, propter humilitatem & paupertatem apud vos contemptibilis, dicturus ſum? Nec enim me vt Moſen, neque vt minimum omnium Prophetarum ſuſcipitis, ſed quaſi legis aduerſarium auerſamini. F

Purgantur diſcipuli à Phariſæorum calumnia, qua illos ſabbatum violaſſe, ſpicarum confricatione & vellicatione contendebant: ſed & ſabbatum vrgente neceſſitate, & pietatis operibus minimè violari concludit.

G

Matth. 12.

In illo tempore abiit Ieſus per ſata, ſabbato: diſcipuli autem eius eſurientes cœperunt vellere ſpicas, & manducare. Phariſæi autem videntes, dixerunt ei, Ecce diſcipuli tui faciunt quod non licet eis facere ſabbatis. At ille dixit eis, Non legiſtis quid fecerit Dauid quando eſuriit, & qui cũ eo erant? quomodo intrauit in domum Dei, & panes propoſitionis comedit, quos non licebat ei edere, neque his qui cum eo erant, niſi ſolis ſacerdotibus? Aut non legiſtis in lege, quia ſabbatis ſacerdotes in templo ſabbatum violãt & ſine crimine ſunt? Dico autem vobis, quia templo maior eſt hic. Si autem ſciretis quid eſt, Miſericordiã volo, & non ſacrificium: numquam condemnaſſetis innocẽtes. Dominus enim eſt filius hominis, etiã ſabbati.

Marc. 2.

Et factum eſt iterum cùm ſabbatis ambularet per ſata, & diſcipuli eius cœperunt progredi, & vellere ſpicas. Phariſæi autem dicebant ei, Ecce, quid faciunt diſcipuli tui ſabbatis quod non licet? Et ait illis, Numquam legiſtis quid fecerit Dauid, quando neceſſitatem habuit, & eſuriit ipſe, & qui cum eo erant? quomodo introiuit in domum Dei ſub Abiathar principe ſacerdotum, & panes propoſitionis manducauit, quos non licebat manducare niſi ſolis ſacerdotibus, & dedit eis, & qui cum eo erant? Et dicebat eis, Sabbatum propter hominem factum eſt, & non homo propter ſabbatum. Itaque Dominus eſt filius hominis, etiam ſabbati.

Luc. 6.

Factum eſt autem in ſabbato ſecundoprimo, cùm tranſiret per ſata, vellebant diſcipuli eius ſpicas, & mãducabant, confricantes manibus. Quidam autem Phariſæorum dicebant illis, Quid facitis quod non licet in ſabbatis? Et reſpondens Ieſus ad eos, dixit, Nec hoc legiſtis quod fecit Dauid, cum eſuriret ipſe & qui cum illo erãt: quomodo intrauit in domum Dei, & panes propoſitionis ſũpſit, & mãducauit, & dedit his qui cum ipſo erant, quos non licet mãducare niſi tantùm ſacerdotibus? Et dicebat illis, Quia Dominus eſt filius hominis, etiam ſabbati.

Ioan.

H

I

Introductio.

PETRVS Chryſologus, Serm. 171. Sicut fulgura, cùm ſaxa, montes, arbores, ipſa domorum culmina, terribili colliſione diſſoluunt, ſenſus hominum mentéſque corripiunt: ita Dominus quoties in Phariſæos intonat, ſuos timore ſalutari corrigit & emendat, ſicut & conſequens Euangelicus ſermo producit. Nam Chriſtum Phariſæi calumniabantur, quòd & ipſe, & eius diſcipuli legem ſabbati præuaricarentur: diſcipuli quidem, vt qui in ſabbato ſpicas vellicarent: ipſe verò, quòd hominem manum aridam habentem ſanitati reſtituiſſet. Verùm ita agit Chriſtus, vt ipſos & ſcripturis, & ſuis ipſorum obſeruationibus confundat. De priore quidem, nimirùm de diſcipulis ſpicas vellentibus, nunc agendũ eſt. *Factum eſt iterum in illo tempore*, id eſt, circa feſtum Paſchatis, quo Chriſtus paralyticum ita ſanum reddidit, vt & ſuum grabbatum ferret, & in templum gratias acturus Deo, pergeret: *Abiit Ieſus per ſata*, quæ tum pro ratione Paſchatis, & eminentioris ſolis, ſpicas emiſerant, & meſſem breui aduenturam promittebant: cùm ipſius meſſis primitiæ in feſto Pentecoſtes cõſequenti offerrentur: *In ſabbato ſecundoprimo*, δευτεροπρώτῳ, id eſt, in ſecundo ſabbato ſolenniori ab illo primo, quod maximè ſolennitati deputabatur. Nam cùm à decimoquarto die menſis Niſan ad veſperam comederentur Azima, vſque ad diem 21. eiuſdem menſis ad veſperam,

Summa.

Quo tempore hæc facta ſint.

K

A ram, & septem diebus Paschalis festiuitas celebraretur, vt præcipitur Exod. 12. consequitur omninò vnum saltem ordinarium sabbatum his septem diebus inuolui: Nimirùm vt sic computemus, diem Cœnæ magnum sabbatum præcedere, nullum sanè aliud ordinarium sabbatum consequetur, id est, nulla alia dies septima his octauis includetur, quàm illa dies septima, quam per excellentiam Iudæi omni tempore colunt, & sabbatum, id est, requietionem vocãt. Pone scilicet manducationem agni in priore vespera parasceues, id est, illius præparationis, qua omnes diem illum magnum præueniebant, ne quo seruili opere à cultu Dei auocarentur. Quid consequitur? Dies magnus ille sabbati, vt nuncupatur à Ioanne. Et cur dies magnus? Cur sabbati dicitur? Numquid & cæteri dies istius solennitatis à sabbato dicebantur, quia in iis ab operibus seruilibus quiescebant, & totos se Deo consecrare debebant? Nam & ita E-
Quid sabbatũ secũdoprimum.
B uangelistæ scribunt, Prima sabbati, Altera sabbati, Secunda sabbati: id est, altero die à sabbato illo solenniori. Iam si omnes illi dies, propter rationem festiuitatis, à sabbato seu quiete denominabantur: quid hîc significat sabbatum secundoprimum? Atqui secundum statuere nõ possumus, nisi & agnoscamus primum. Facilè autem quisque intelliget, primum sabbatum nuncupari diem illum solenniorem, qui parasceuem consequebatur, & propter quem parasceué seu præparatio fiebat: sicut & Christus dixisse putabatur Iudæ, Para nobis quæ necessaria sunt ad diem festum. His ita constitutis, vt prima dies Azimorum sit in ipsa vespera priore parasceues, & ipsa parasceue, fac vt septimam constituas. An occurret tibi aliud ordinariuum sabbatum, præter illud, quod magnæ festiuitati designatur? Ordinarium enim sabbatum dico, diem illam, quæ ordinaria septem dierum reuolutione occurrit, quod & Deus pro solenni haberi voluit. Septem diebus agebatur Paschalis festiuitas, inchoabatur vno saltem die ante magnum seu ordinarium sabbatum. Relinquitur igitur, quòd vnum tantùm sabbatum ordinarium hac Paschali solennitate includebatur. Quod ergo erat sabbatum δευτερόπρωτον,
C secundoprimum? Sunt qui existimant fuisse secundam diem ab illo insigniori sabbato, sunt qui postremam festiuitatis diem, nimirùm septimam: quæ dicatur *sabbatum*, non quòd septima dies sit, si attendas reuolutionem ordinariam dierum secreta festiuitatis ratione: sed quòd sit vna ex his diebus, quibus interim dum festiuitas celebraretur, quiescerent omnes ab operibus suis. Vocatur autem sabbatum non simpliciter (sic enim vocantur & cæteri dies festiuitatis) sed sabbatum *secundoprimum*, aut quòd consequatur illud magnum sabbatum, aut quòd sit postremum istius solennitatis. Solebant enim Iudæi primum & postremum diem pro solenniotibus habere. Quicquid sit, constat id contigisse iis diebus, quibus omnes festiuitati intentiores erant. Inde factum est, vt & ipsi Pharisæi, qui Dominum Iesum ab omnibus magnifieri viderent, tum maximè inuidentes, insidiarentur ei.
D *Et cùm sabbatis ambularet per sata.* Hâc illi & suis multis diebus fuerat, vt ex eo loco, ad quem noctu oraturus diuertebat, Hierosolymam conueniret. Verùm nulla sese obtulit calumniæ occasio, nisi illo die *secundoprimo*: tunc enim *discipuli eius esurientes cœperunt progredi, & vellere spicas, & manducare confricantes manibus.* Hieronymus in Matth. In alio quoque Euangelista legimus, quòd propter nimiam importunitatem nec vescendi quidem habebant locũ, & ideò sicut homines esuriebant. Quòd autem spicas segetum manibus confricant, & inediam consolantur: vitæ austerioris indicium est, non præparatas epulas, sed cibos simplices quærentium. Et poterat quidem Christus suos abundanter pascere, qui etiam modico pane quinque millia hominum pauit: verùm ita malebat suos instituere, vt ferendæ fami assuescerent, discerentque modicis esse contenti. Futurum enim erat, vt post discessum ipsius famem experturi essent, 2. Cor. 11. In labore & ærumna, in vigiliis multis, in fame & siti, in frigore & E nuditate. Regnum enim Dei non est esca & potus: sed

Hieron.

Frugalitas discipulorũ Christi & austeritas.

Qui cupit optatam cursu contingere metam,
Multa tulit, fecitque puer, sudauit & alsit.

Horatius lib. de arte poet.

Chrysostomus hom. 40. in Matth. Tu igitur abstinentiam discipulorum mecum admirare, quomodo nullam corporis curam habeant, sed sine præparatione aliqua, continua ferè cogãtur inedia premi, neque tamen à Christo abscedant: nam nisi malo inediæ nimiùm vexarentur, numquam certè illud in sabbato fecissent. Et hæc sanè Christi schola est, in qua pati & esurire discimus, vt tandem abundemus magis. Venter pinguit sensum gignis tenuem, vt in prouerbio dicitur. Ideò

Chrysost.

Esuriens frequens.

Non iacet in molli veneranda scientia lecto,

nec inter fercula aut scyphos aliquis ad Philosophiam gradum fecit. Quid verò hominibus ventri & deliciis deditis cum Theologia est? Scio esurire, scio abundare, dixit Paulus: ita tamẽ

vt interim dum abundaret, esuriret. Tanquam nihil habentes, inquit, & omnia possidentes. F
Ideò quisquis Christo imbuitur, discat magis pati, quàm iis abundare, quibus si seipsum ad-
dixerit, possit à professione sua diuerti. Præuidebat Christus hac rerum & ciborum abundan-
Christus fami assuefecit suos. tia, multos Ecclesiæ suæ ministros in vile otium defluxuros esse: hinc fit, vt suos, & nos in il-
lis, fami & esurici assuefaciat. Famis igitur istius causa non tam necessitas, quàm Christi, vt
suos probaret, dispensatio fuit. Hoc etiam hinc emergebat, si humanas causas consideres,
quòd tanta populi frequentia premebantur, vt neque victui necessaria parare possent. Marc.
3. Conuenit turba, ita vt nec panem posset manducare: in quo notatur instantia prædicatio-
nis Domini. Ioan. 3. Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis. Præferebat enim om-
nium salutem & ædificationem proprio cibo. Quid autem mirum, si discipuli esurientes vel-
licant spicas? Prouer. 17. Anima esuriens etiam amarum sumit pro dulci. Iob. 6. Quæ priùs
nolebat anima mea tangere, iam præ angustia cibi mei sunt. Quantum ergo aberrant ab iis, G
de quibus Amos 6. Comedunt agnum de grege, & vitulum de medio armenti, bibentes vi-
Quã distãt ab Apostolis, qui reditibus Ecclesiæ otiosi impũguantur. num in phialis, & optimo vnguento sunt delibuti, & nihil compatiuntur super contritione
Ioseph, id est, pauperum Christi. At verò cum eis erant computandi, de quibus Heb. 11. egen-
tes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus. 1. Tim. 6. Habentes alimenta, & qui-
bus tegamur, his contenti simus. 1. Cor. 4. Vsque in hanc horam esurimus, & sitimus, & nudi
sumus. *Quidem autem Pharisæorum videntes, dicebant illis, Quid facitis, quod non licet in sabbatis?*
Et dicebant ei, Ecce discipuli tui faciunt, quod non licet eis facere sabbatis. Hi Pharisæi, velut cæte-
ris iustiores, Christum comitabantur inter reliquam turbam, non vt ab illo discerent, sed vt
obseruarent illius dicta & facta, haberéntque quod arguerent, tanquam studiosi diuinæ legis
Pharisæorũ hypocrisis et calũnia. obseruatores, quibus quasi peculiariter hoc muneris demandatum esset, vt singulorum vitam
& religionem obseruarent, & arguerent. Prætexebant igitur sabbati præscriptum, Exod. 20. & H
Deut. 5. quo cauetur ne quis opus aliquod seruile in eo agat, necessitatem proximi nihil inte-
rim spectantes. Neque enim reprehẽdunt discipulos, hac tantùm ratione quòd spicas vellicẽt,
sed quòd id faciant in sabbato: quasi legis præscriptum tale esset, vt & homines mori fame
potiùs sinerent, quàm vt ipsi sibi, aut aliis in tali necessitate succurrerent. Non arguunt igitur
discipulos, quòd in sabbato ambulent: nam cùm non omnes possent in ipso templi atrio per-
noctare, opus erat vt saltem permitterent à diuersorio suo quemque progredi adusque solen-
nitatis locum: verùm præscribebantur certa locorum spatia, quibus progrederentur. Vnde
Spatũ itineris in sabbato. Act. 1. dicitur mons Oliueti distare ab Hierusalem, habens iter sabbati. Id tantùm sibi suffice-
re existimant, quòd licet esurientes, spicas in sabbato vellicent. Non differunt, sintne aut il-
lorum, aut alienæ spicæ: pro rato enim habent id in necessitate licere, si modò non in sabbato. I
Legerant enim id Deuter. 23. Ingressus in vineam proximi tui, comede vuas quantum tibi
placuerit, foras autem ne efferas tecum. *Et respondens Iesus dixit ad eos.* Volebat enim discipu-
los simplices, velut pastor oues, aut pater filios, contra lupos & æmulos tueri: vt nobis spem
certam ingereret, quòd nostræ causæ patrocinium susceperus sit. *Numquam legistis,* (1. Reg.
21.) vos qui de lege, & eius cognitione gloriamini: *quid fecerit Dauid, quando necessitatem ha-*
buit, & esuriit ipse, & qui cum eo erant, quomodo intrauit in domum Dei sub Abiathar principe sa-
cerdotum, & panes propositionis sumpsit, & manducauit, & dedit his qui cum ipso erant, quos non
licebat manducare ei, neque his qui cum eo erant, nisi solis sacerdotibus? Obiectam calumniam re-
futat exemplo Dauidis, quem excusauit necessitas, cùm vrgente fame panes prohibitos man-
ducasset. Atqui vtrumque prohibuerat Deus, non minus scilicet, ne laici panes sanctos man-
ducarent, quàm ne quod opus fieret in sabbato. Hoc verò, inquit, si legistis, quî fit vt Dauí-
dis factum excusetis, discipulos autem meos incusetis, cùm non minus illos, quàm olim Da- K
Historia. uidem necessitas impellat? Adde quòd pluris longè sunt panes propositionis, quàm spicæ: &
vnum tamen excusatur in Dauide: quî fit igitur vt alterum damnetur in discipulis meis?
Historia hæc legitur 1. Regum, 21. Venit Dauid in Nobé ad Achi-melech sacerdotem: &
obstupuit Achi-melech, eò quòd veniisset Dauid. Et dixit ei: Quare tu solus, & nullus est
tecum? Et ait Dauid ad Achi-melech sacerdotem: Rex præcepit mihi sermonem, & dixit:
Nemo sciat rem, propter quam missus es à me, & cuiusmodi præcepta tibi dederim: nam &
pueris condixi in illum & illum locum. Nunc ergo si quid habes ad manum, vel quinque pa-
nes, da mihi, aut quicquid inueneris. Et respondens sacerdos ad Dauid, ait illi: Non habeo
laicos panes ad manum, sed tantùm panem sanctum: si mundi sunt pueri, maximè à mulieri-
bus. Et respondit Dauid sacerdoti, & dixit ei: Et quidem si de mulieribus agitur, continui-
mus nos ab heri & nudius tertius, quando egrediebamur, & fuerunt vasa puerorum sancta.

Porrò

A Porrò via hæc polluta est, sed & ipsa hodie sanctificabitur in vasis. Dedit ergo sacerdos sanctificatum panem: neque enim erat ibi panis, nisi tantùm panes propositionis, qui sublati fuerant à facie Domini, vt ponerentur calidi. Duo autem hîc quæruntur, ad conciliationem historiæ cum verbis Christi. Vnum est, quomodo Christus summum sacerdotem Abiathar, scriptura verò Achi-melech nuncupet. Alterum, quomodo Christus dicat porrectos esse panes Dauidi, & his qui cum eo erant, cùm scriptura dicat, Quomodo tu solus, & nullus est tecum? Theophilactus in Marc. Quærunt autem quidam, inquit, quomodo Euangelista Abiathar nunc sacerdotem nominat, liber autem Regum Achi-melech illum nuncupauit. Dicendum igitur, quòd fortassis duo nomina habuerit, idémque sit Abiathar & Achi-melech. Vel etiam aliter. Liber Regum sacerdotem dicit esse Achi-melech, Euangelista autem dicit Abiathar esse Pontificem. Vnde hæc non sunt inter se diuersa. Erat enim sacerdos Achi-me-

B lech, Pontifex autem Abiathar. Hieronymus tamen in Matth. Achi-melech Pontificem nũcupat. Sed & per emphasim sacerdos vocatur in libris Regum, quòd esset sacerdotum princeps. Quòd binomius fuerit, non modò Theophilactus, sed & Chrysostomus scribunt. Verùm melius dici posse censet Albertus Magnus in Marc. id quod legitur in Glossa ordinaria. Non te turbet, inquit Glossa, quòd alij dicunt Achi-melech: ambo enim tunc illic aderant, Achi-melech pater, & Abiathar filius: qui occiso patre à Saule, comes exilij Dauid factus est, & eo regnante, summus Pontifex maioris nominis quàm pater, & ideò dignus, cuius Dominus mentionem faceret, quasi summi sacerdotis, etiam patre viuente. Itaque ex eo loco facilè soluitur quæstio, quæ fieri potest ex aduerso: Nimirùm cùm vnus fuisse debuerit summus sacerdos, quomodo Abiathar filius patre Achi-melech viuente talis fuisse nuncupatur: præsertim cùm satis constet Achi-melech patrem eius, summum sacerdotem fuisse? Respõdet Glos-

C sa, hoc nomine donari Abiathar à Christo, non quòd talis tunc fuerit, cùm ad illum primùm venit Dauid: sed quòd hunc tandem summum gradum assecutus est, & fœliciter administrauit: vnde & eo nomine dignum illum posteritas censuit. Quòd si rursus quis contendat, non sibi constare hæc, quòd Dauid venerit ad Achi-melech, vt dicitur in libris Regum, & quòd ad Abiathar, & ab eo panes petierit, vt dicitur à Marco: Respondemus Dauidem vt familiariorem, & fere coætaneum, requisisse hac in re primùm Abiathar filium, vt per eum patrem Achi-melech summum sacerdotẽ flecteret, & id quod postulabat, assequeretur. Quòd enim Abiathar fuerit Dauidi familiarior, constat ex eo, quòd se comitem itineris dedit. Plures autem tum temporis, quo Dauid accessit, fuisse præsentes sacerdotes manifestum est, ex eo quòd postea Saul propter hoc factum omnes interfecit, quasi conscios huius largitionis factæ Dauidi. Altera quæstio est, quomodo Marcus scribat datos esse panes Dauidi, &

D his qui cum eo erant, cùm tamen liber Regum narret, interrogatum illum ab Achi-melech, Quare tu solus, & nullus est tecum? Sunt qui respondeant nullum omninò tunc fuisse cum Dauide. Quod astruunt, ex eo quòd Dauid, statim atque iaculum vlteriùs à Ionatha proiectum, & signum suæ fugæ accepit, citiùs & nullo commonito sibi consuluerit. Verùm cur ergo de pueris agebatur, an essent mundi à mulieribus? Sunt qui dicant, Dauidem simulasse habere se qui eum expectent, donec è loco sacro redeat. Verùm hęc neque videntur tam commodè ad veritatem historiæ accedere. Ego meliùs censuerim, non fuisse tam miserum, & ab omnibus derelictum, sed neque tam coactum Dauidem, vt non illum pauci, saltem aliqui sequerentur: cũ legamus 1. Reg. 22. illum tandem in speluncam Odollam fugientem, à plurimis esse susceptũ. Verùm hîc dicitur, *Quomodo nullus tecum*? Quia si conferas numerũ seruorum, & comitatus ordinarij, quem habuit Dauid, post truncatũ Goliath, cum paucorũ illorum numero, qui tunc

E cũ sequebantur, solus esse reputabitur, & nullus cũ eo. Adde quòd neq; se Dauid quinque panibus & gladio Goliath oneraſſet, ad fugã, nisi quosdã comites haberet, quibus hos panes distribueret. De panibus autem sanctis agitur Leuit. 24. Per singula sabbata mutabuntur coram Domino, suscepti à filiis Israël fœdere sempiterno: erũntque Aaron & filiorũ eius, vt comedãt eos in loco sancto, quia sanctum sanctorum est de sacrificiis Domini iure perpetuo. Hierony. in Matth. Et tamen hoc tantùm sacerdos interrogauit, si essent mundi pueri à mulieribus: & illo respondente ab heri & nudiustertius, non dubitauit panes dare: Melius arbitratus, Propheta dicente Osee 9. *Misericordiam volo, & non sacrificium*: de famis periculo homines liberare, quàm Deo offerre sacrificium. Hostia enim placabilis Deo, hominum salus est. Opponit ergo Dominus, & dicit: Si & Dauid sanctus est, & Achi-melech Pontifex à vobis non reprehenditur, sed legis vterque mandatum probabili excusatione transgressi sunt, & fames in causa est: cur eandem famem non probatis in Apostolis, quam probatis in cæteris? quan-

Quomodo Matthæus Abiathar vocet, cùm fuerit Achi-melech. Theophil.

Hierony.

Alb. Mag.

Glossa.

Abiathar Dauidi familiaris.

Quomodo Dauid solus, & tamẽ dicitur, Et his qui cum eo erant.

Panes sancti mutabãtur singulis sabbatis. Hierony.

quã& in hoc magna distantia sit Isti spicas in sabbato manus confricant:illi panes comederunt E
Leuiticos, & ad sabbati solennitatem accedebant Neomeniarum dies, quibus in conuitio re-
Chrysost. quisitus fugit ex aula regia. Chrysostom. hom.40.in Matth. Sed quid ad propositum,inquies?
Quomodo sit hoc exẽplũ ad propositum. Non diem sabbathi Dauid contempsit. Maius certè quod dicis, quo præcipuè sapientia Chri-
sti demonstratur, qui die sabbati prætermisso, aliud quoddam exemplum protulit,ipso sabba-
to maius.Non est profectò æquale diei solennitatem non obseruare,& sacram illam mensam,
ad quam tibi accedere nefas sit, manibus contrectare. Sabbatum quippè sæpè solutum fue-
rat, immò verò & in circuncisione, & in aliis compluribus sæpè soluitur: Et in Hiericho hoc
esse factum licet conspicere.(Ios.5.) Quomodo igitur hac de re Dauidem non criminatus est,
præsertim cùm maior hinc culpa cædis sacerdotum,atque interitus exordium sumpserit?Quã
rem non ideò posuit, quoniam ea sibi sola sufficiunt,quæ ad propositum spectant.Adde quòd G
vt ex Hierony. audiuimus, si diei solennitas attendatur, tum fuerint Neomeniarum dies, di-
xerim forsan & sabbatum fuisse, cùm audiamus ex superiore Leuitici sententia panes propo-
sitionum sabbatis mutari solitos: & ex Regum historia intelligamus calidos panes mensæ pro-
positionis superpositos fuisse,vt alij tollerẽtur:tunc cùm venit Dauid ad Achi-melech.Hoc in
Licet sũmo Pontifici in multis dispensare. facto, Achi-melech summus sacerdos dispensauit.Licet enim summo Pontifici multa de iure
Bernard. communi relaxare, vbi causa publicæ necessitatis, vel vtilitatis occurrerit. Bernardus lib.3. de
consideratione, ad Eugenium Papam. Quid,inquis, prohibes dispensare? Non, sed dissipare.
Non sum tam rudis, vt ignorem positos vos dispensatores:sed in ædificationem,non in de-
structionem. Deinde quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur.(1.Cor.4.)Vbi neces-
In dispensatione quid attendendum. sitas vrget, excusabilis dispensatio est. Vbi vtilitas prouocat, dispensatio laudabilis est,Vtilitas,
dico, communis, non propria. Nam cùm nihil horum est, non planè fidelis dispensatio,sed
crudelis dissipatio est. Vtrumque igitur attendebat Achi-melech: necessitatem quidem in H
Dauide, quem premebat esuries: publicam autem vtilitatem, non modò quòd nosset illius
personæ conseruationẽ Reipublicæ esse summè necessariam, sed & audiret ex eo missum se
esse à rege:vnde & dabat intelligi præcipua sibi regni negotia concredita esse. Ex hoc etiam
Dispẽsatio de cibis tẽpore abstinentiæ. facto intelligimus dispensari cũ quibusdam de cibis alioquin prohibitis, aut ratione infirmita-
tis, aut vrgentis necessitatis. Narrauimus aliquando in ipso quadragesimæ tempore Spiridonẽ
Sozo. lib 1. cap 11. hi. eccl Nicep. lib. 8. c.42. Bernard. Episcopum Cyprium parasse carnes suillas peregrino cuidam Christiano,quòd præter illas ni-
hil domi haberet, quo hominem reficeret, vt legitur hist. Tripart. Cassiodori lib. 1. cap. 10.
Fuit illa dispensatio in casu summæ necessitatis: sed & si quis infirmus est, olus manducet, in-
quit Apostolus. Aliquantum etiam Timotheo indulget: Vino modicè vtere,propter stoma-
chum. Vnde & Bernardus in Cantica Cant.longè aliud censet,si quis abstineat,aut de errore, I
id est inductus hæresi Manichæorum, qui cibos immundos, & à malo Deo formatos esse cẽ-
sebant: aut de consilio medicorum. Ad eundem quoque modum, multum interest an quis
cibis vtatur, vt olim Aeriani, per contemptum abstinentiæ Ecclesiasticæ, an propter necessi-
tatem, aut infirmitatem.Nec quidem Hieronymus omittit, quod requirebatur ad panum
Quãta puritas ad Eucharistiã requiritur. propositionis manducationem. Hos enim, inquit, nec Dauid, nec pueri eius acceperunt, an-
Irenæus. tequàm se à mulieribus mundos esse respondissent. Quàm verò maior mundicies requiritur
Sacerdotibus debentur decimæ. ab his, qui mensæ Domini participes esse volunt, & ad sacrosancti Christi corporis epulum
accedunt? 1. Cor.10. Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui
enim manducat indignè, iudicium sibi manducat. Irenæus lib.4. in hæres. cap.2. hoc discipu-
lorum factum excusans, etiam adiicit, debuisse illos, quemadmodum & olim sacerdotes, ex
aliorum fructibus sumere, quæ essent ad vitæ necessitatem, vt decimas, oblationes,& similia.
Per legis verba, inquit, suos discipulos excusat, & significat licere sacerdotibus liberè agere. K
Velut sacerdos autem fuerat Dauid apud eum,quamuis Saul persecutionem faceret ei.Sacer-
dotes autem sunt Domini Apostoli,qui neque agros neque domos hæreditant hîc,sed semper
altari & Deo seruiunt. De quibus & Moyses in Deut.in benedictione Leui ait, Qui dicit pa-
tri suo & matri suæ, Non noui te, & fratres suos non agnouit, & filios suos abdicauit,custodi-
uit præcepta tua, & testamentum tuum seruauit.Qui autem sunt qui reliquerunt patrem vel
matrem, & omnibus proximis renunciauerunt propter verbum Dei, & testamentum eius,ni-
si discipuli Domini? de quibus iterum Moyses: Hæreditas autem,inquit, non erit eis. Domi-
nus enim ipse hæreditas ipsorum. Et iterum: Non erit sacerdotibus Leuitis in tota tribu Leui
pars, neque substantia cum Israel. Fructificationes Domini, substantia eorum: & manduca-
bunt eas. Propter hoc & Paulus: Non ignoro, inquit, datum, sed ignoro factum. Discipulis,
inquit Dominus, Leuiticam substantiam habitantibus, licebat eis esurientibus à seminibus
accipere

A accipere escam. Dignus enim operarius esca sua. Et sacerdotes in templo sabbatum prophanabant, & rei non erant: quia cùm essent in tẽplo, non secularia, sed dominica perficiebant, ministeria legis adimplentes, non autem prætereuntes legem: quemadmodum is, qui à semetipso arida ligna attulit in castra Dei, iustè lapidatus est. Omnis enim arbor, quæ non facit fructum bonũ, abscindetur, & in ignem mittetur: & quicunque templum Dei violauerit, violabit illum Deus. *Aut num legistis in lege, quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatum violant, & sine crimine sunt?* Hieronymus in Matth. Calumniamini, inquit, discipulos meos, cur per se- Hieron.
geres transeuntes spicas triuerint, & hoc fecerint famis necessitate cogente: cùm ipsi sabbatum violetis, in templo immolantes victimas, cædentes tauros, holocausta super lignorum struem incendio concremantes, iuxta & alterius Euangelij fidem: circumcidentes paruulos in sabbato, vt dum aliam legem seruare cupitis, sabbatum destruatis. Numquam autem le- *Alio exẽplo confundũtur Pharisæi.*
B ges Dei sibi contrariæ sunt, & prudẽter vt transgressionis discipuli sui argui poterant, Dauidis & Achi-melech asserit eos exempla sectatos. Veram autem & absque necessitatis obtentu sabbati præuaricationem in ipsos refert, qui calumniam fecerant. Euthymius in Matthæum. Euthym.
Ipsis, inquit, frequenter recensebat, Num legistis? exprobrans illis vanum laborem, vt qui non intelligerent quæ legebant. Nam lex erat, quæ præcipiebat nullũ opus fieri in sabbato: & rursus altera lex permittens sacerdotibus, vt sacrificarent sabbato, & propter sacrificium ligna scinderent, ignem accenderent, animalia pascerent, & alia quædam similia facerent. Et certè omninò operabantur: & ita sabbatum prophanabant, siue contaminabant, sed tanquam res sacras operantes, sine crimine erant. Historiam itaque Dauid posuit, discipulos venia dignos iudicans, vt prædiximus. Præsens autem sumpsit exemplum, abundè ostendens, quòd omninò sine crimine erant. Et vide à quot partibus hoc confirmauerit. Primùm à persona. Sacer- *Confirmatur hoc exemplum à persona, loco, & re.*
C dotes, inquit. Deinde à loco, quia in templo. Tertiò à reipsa, quia prophanabant. Non enim dixit, irritum reddunt sabbatum: sed, quod grauius est, prophanabant. Deinde induxit, quod rei caput erat, quòd etiam sine crimine sunt. Proposuit itaque leuiorem responsionem, ac postremùm adduxit fortiorem. Dauid siquidem propter casum inopinatum semel legem soluit de panibus propositionis, & per veniam dimissum est ei crimen: Sacerdotes verò quotidie sine huiusmodi casu legem de sabbato soluentes, per legem suæ transgressionis fructum referunt. Albertus Magnus in Matthæum. Sed obiicitur, inquit, quòd opera templi ad Alb. Mag.
cultum Dei pertinebant. Ergo non erant seruilia, nec per illa videbatur violari sabbatum. *An opera templi fuerint seruilia.*
Responsio: quòd in veritate per illa violabatur sabbatum, quia non conueniebant causæ institutionis, neque fini, sed quòd carnaliter & literaliter sabbatum accipitur. Causa enim institutionis sabbati fuit, quia in illa die quieuit Deus ab omni opere exteriori. Quiescens in die
D quieuit Deus ab omni opere exteriori, quiescens in seipso. Ergo si institutio respondet causæ institutionis, sabbatum est in hoc, quòd nullum penitùs fiat opus exterius. Finis autem institutionis exprimitur Exod. 20. Requiescat homo, & seruus, & ancilla eius: & bos, & asinus ipsius. Huic autem fini non concordabat, quòd aliquid operis in eo fiat, quod lassitudinem corporalem inducat. Si ergo talia opera in sabbato fiant, oportet quòd fiant propter aliquid maius sabbato: Ita quòd religio sabbati cedat illi tanquam maiori. Et sic templum & necessitas hominis, & necessitas animalium maior est sabbato. Et hoc intendit in litera, *Et sine crimine sunt.* *Finis institutionis sabbati.*
Ecce impunitas, cùm tamen dicatur Exodi 31. Qui polluerit sabbatum, morte moriatur. Sed attende, quòd alia est sanctificatio sabbati, & alia obseruatio septimæ diei. Sanctificatio enim sabbati, est sanctificatio quietis. Nõ enim quiescitur, nisi in eo quod diligitur. Quies ergo cor- *Sanctificatio sabbati, quid.*
E dis est in eo, vbi ponitur finis dilectionis. Hæc autem non sanctificatur nisi in sancto sanctorũ, vt in eo quiescatur finaliter: vt separati ab operibus nostris, in nullo quietem inuenientes vltimæ dilectionis, permaneamus in ipso. Et hoc est morale in præcepto de sabbato. Sed in determinatione diei duo attenduntur. Vnum est priuata cuiusque commoditas & conseruatio: nec enim continuo labori satisfacere possemus. Alterum, Dei cultus, quem rectè exequi non possumus, seruilibus operibus intenti. Iam cùm opus aliquod & humanæ saluti, & diuino cultui conueniat, quid est quòd per illud sabbatum solui censeamus? Non enim soluitur ex parte Dei, nec respectu hominum. Nunc verò à minoribus ad maiora progreditur, dicens: *Dico au-* Hieron.
tem vobis: quia templo maior est hîc. Hieronymus in Matthæum, Hic, inquit, non pronomen, sed aduerbium loci est: quòd maior templo sit locus, qui Dominũ templi teneat. Græca sententia est: λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι τοῦ ἱεροῦ μείζων ὧδέ ἐστιν. Dico vobis, ipso tẽplo maius hîc, id est, hoc in loco esse. Nimirùm seipsum intelligens, qui eo in loco sit, & maior sit templo, cùm sit idẽ ipse Deus verus, & templi dominus. Cogitabant enim fortasse sacerdotes, ab illis operibus, quæ per

omne ſabbatum, propter templi reuerentiam & miniſterium fiebant, excuſari, ne fortè templi F
legem præuaricaſſe cenſerentur. His autē Chriſtus vtitur, velut à minori ad maius procedens:
ac ſi dicat, Si vos templum hoc materiale, quod meipſo multò minus eſt, vos excuſat, ne legē
præuaricemini, etſi in ſabbatis operemini: quāntò magis mea preſentia diſcipulos meos excu-
ſare debuit ab eo quod fecerunt? Sunt tamen qui dictionem μεῖζον, maius, in neutro poſitam,
non modò ad Chriſtum referri putēt, ſed ad hominum conſeruationē, de qua agebatur, cùm
Hilarius. de eſurientibus eſſet quæſtio: cuius ratione potior ſit apud Deū, quàm ſacrificiorū in tēplo. Hi-
lar. in Matt. hoc ad Chriſtū refert, & ita myſticū ſenſum colligit. Alterius, inquit, eos admonet
Prophetiæ, vt conſummari in ſe omnia, quæ anteriùs ſunt dicta, cognoſcerēt in lege. Sabbatū
in templo ſacerdotes violant ſine crimine: ſc. ſeipſum templū indicans, in quo per Apoſtolicā
doctrinā, populo legis infideliter otiante, ſalus Gentibus datur: quia maior ipſe ſit ſabbato, &
abſq; violatæ legis culpa Euangelica fides operetur in Chriſto. Atq; vt oſtēderet omnē rerum G
efficientiā hanc ſpeciē futuri operis cōtinere, adiecit, *Si enim ſciretis quid eſt, Miſericordiā volo,*
& non ſacrificium, numquā condemnaſſetis innocentes. Opus ſalutis non in ſacrificio, ſed in miſe-
ricordia eſt: & lege ceſſante, in Dei bonitate ſaluamur. Cuius quidem dominū ſi intellexiſſent,
nunquā condēnaſſent innocentes. i. Apoſtolos, quos inſimulaturi erant tranſgreſſæ legis inui-
dia, cùm ſacrificiorū vetuſtate ceſſante vniuerſis per eos miſericordiæ nouitas ſubueniret, ne-
Euthym. que exiſtimaſſent ſabbati præſcripto dominum ſabbati contineri. Euthym. in Matt. Rurſum,
Arguit Phariſæos de ignorātia. inquit, ergo ignorantiā improperat ſcripturarū: quaſi dicat, Si ſciretis quid ſignificet Prophetæ
dictum, quo miſericordiā præponit Deus ſacrificio, miſerti vtique fuiſſetis adeò eſurientiū, vt
immaturū ederent triticū: nec eis indignati fuiſſetis, cùm culpa vacarent, etſi non ob aliud, at
ſaltem propter famē. Si enim propter ſacrificiū ſoluitur ſabbatū, vt prædictū eſt, multò magis
Filius hominis eſt dominus ſabbati, ergo Deus. propter miſericordiā: maior enim eſt miſericordia ſacrificio, iuxta dictam ſententiā. *Dominus* H
enim eſt ſabbati, filius hominis. Rurſum diuinitatē ſuam oſtendit. Interdū ſiquidē hoc obumbrat
propter obtuſum aſpectum quærentiū carpendi anſam: quandoque verò manifeſtat ob acutū
viſum modeſtiorum. *Dominus eſt*, inquit, *ſabbati*, qui incarnatus eſt, vtpotè effector ac legiſlator
eius. Itaque me Domino præſente, ac tolerante, vos fruſtrà meos condemnaſtis. In Euangelio
autem iuxta Marcum, aliam quoque inuenire eſt reſponſionem, vbi ait Chriſtus, *Sabbatū pro-*
pter hominem factum eſt, non homo propter ſabbatum: hoc eſt, ſabbati otium ad hominis vtilitatē
ſtatutum eſt, & non ediuerſo: Aut etiam, ſabbatum ipſum, cunctiq; dies illud præcedentes, ad
hominis vtilitatem facti ſunt. Non autem admirandum eſt, ſi quædam vnus Euangeliſta pro-
Concilian-tur Euan-geliſtæ. ponit, alius verò prætermittit. Neque enim ſimul vt Chriſtus loquebatur, Euangelica ſcripſe-
runt, vt omniū etiam verborum illius poſſent meminiſſe, ſed multis poſtmodùm annis: & ita I
veriſimile, quum homines eſſent, quorundam oblitos fuiſſe. Hanc ergo ad ſimilia additamenta
aut prætermiſſiones habeto ſolutionē. Sæpiùs quoque breuitatis cauſa quædam aliqui relique
runt: Interdum etiam tanquam non neceſſaria. Porrò ſpiritualem ſenſum vellicatarum ſpica-
Auguſt. rum ita requirit Auguſt. lib. 1. Quæſt. Euang. cap. 2. Quòd, inquit, diſcipuli cœperunt vellere
Myſticus huius facti ſenſus. ſpicas, & manducare, quid niſi confricantes facere non poſſent? Hinc eſt, Mortificate membra
veſtra, quæ ſunt ſuper terram: id eſt, quia quilibet non tranſit in corpus Chriſti, niſi carnalibus
expoliatus. Hinc eſt, Exuite vos veterem hominem. Hinc eſt, Et circunciſione non manu fa-
Ambroſ. cta in expoliationem carnis. Ambroſ. lib. 3. in Luc. cap. 22. Quid ſibi ſabbatū velit, quid ſeges,
quid ſpicæ, non mediocre myſterium eſt. Ager enim eſt omnis hic mundus: Agri ſeges, in ſa-
tione humani generis fœcunditas numeroſa ſanctorum: Spicæ agri, fructus Eccleſiæ, quos ope-
ribus diſcutientes ſuis Apoſtoli paſcebantur, noſtro ſe alentes profectu. Stabat igitur ſeges iam
fœcunda virtutum, pullulantibus ſpicis, quibus noſtri fructus meritò comparantur. Æquè e- K
nim aut imbre marceſcunt, aut ſole torrētur, aut pluuiis humeſcunt, aut tempeſtatibus elidun-
tur, aut à meſſoribus intra horreorum fœlicia receptacula recondūtur. Receperat ergo terra iā
Dei verbum, & cœleſti ſemine ſatus diuites fœtus ager, & culmos effuderat. Eſuriebant diſci-
puli ſalutem hominum, & tanquam folliculis corporum, mētium fructus ad fidei lucē præcla-
ris operum ſuorum miraculis eruebant. Sed hoc putabant Iudæi ſabbato non licere. Chriſtus
autem nouæ legis, gratiæ munere deſignabat otiū legis, opus gratiæ. Nec ſine myſterio hoc ab
Euangeliſta ſecundum Matthæū & Marcū ſabbatū ſecundū poſitū puto: quoniam ſabbatum
perpetuæ feriæ ſunt reſurrectionis æternæ. Vel igitur in hoc ſeculo feriatur à iacentibus ſuper-
ſtitionibus Iudæorū: vel in futuro ferias ipſi perpetua ſolēnitate celebrātes, quæ bona ſunt ter-
ræ, manducabimus: iuxta quod ſcriptū eſt, Illi manducabunt, vos verò eſurietis. Eſa. 65. Mirè
tamen ſecundum Lucam, Secundoprimum, non Primoſecundū ſabbatū dixit. δευτεροπρωτον
enim

A enim ſcriptum eſt. Præferre enim debuit quod præcellit. Secundum ideò, quia primum antè ex lege præceſſit, in quo etiam pœna ſcripta eſt, ſi quis operaretur. Primum autem ideò, quia ſabbatum illud ex lege ſolutum eſt, quod erat primum. Et hoc primum factum eſt, quod ſecundum eſt conſtitutum. Nam & cùm operari ſabbato liceat, & operantis nulla ſit pœna: ſabbati vtique ex lege, cuius vis ſoluta eſt, nec nomen hærebat: ſed tamen illud fuerat primum ordine, hoc primum munere: nec ideò minus hoc, quia ſecundum. Nam & Adam primus nec comparandus ſecundo Adam. Primus enim Adam in animam viuentem, nouiſſimus Adam in ſpiritum viuificantem. Et primus homo de terra terrenus, ſecundus homo de cœlo cœleſtis. Prælatus itaque ſecundus primo. Ille enim cauſa mortis, hic verò vitæ. Sic & ſecundo primum ſabbatum dicitur ſecũdum iuxta numerum, primum iuxta operationis gratiam. Melius enim eſt ſabbatum, quo impunitas datur, quàm quo pœna præſcribitur. Prima lex, ſecundum Euan
B gelium: inferior tamen formido, quàm aut fortè, aut primum hîc in prædeſtinatione conſilij, & ſecundum in ſanctificationem daretur.

Chriſtus manum hominis aridam in ſynagoga reſtituit, Judæorum offenſionem de ſabbati violatione eludit. Phariſæi cum Herodianis Chriſto inſidiantur: Ille verò mirabilibus curationibus eos confundit, & in ſe completum Eſaiæ vaticinium demonſtrat.

C

Matth. 12.	Marc. 3.	Luc. 6.	Ioan.
Et cùm inde trãſiſſet, venit in ſynagogam eorum. Et ecce homo manum habens aridam, & interrogabant eum, dicentes, Si licet ſabbatis curare? vt accuſarẽt eum. Ipſe autem dixit illis, Quis erit ex vobis homo, qui habeat ouem vnam, & ſi ceciderit hæc ſabbatis in foueam, nónne tenebit & leuabit eam? Quanto magis melior eſt homo oue? Itaque licet ſabbatis bene facere. Tunc ait homini, Extende manum tuam. Et extendit, & reſtituta eſt ſanitati ſicut altera. Exeuntes autem Phariſæi, conſiliũ faciebant aduerſus eum, quomodo perderẽt eum. Ieſus autem ſciens, receſſit inde: & ſecuti ſunt eum multi, & curauit eos omnes: & præcepit eis, ne manifeſtum eum facerent: vt adimpleretur quod dictum eſt per Iſaiam Prophetam, dicentem, Ecce puer meus quem elegi, dilectus meus in quo benè complacuit animæ meæ. Ponam ſpiritum meum ſuper eum, & iudicium Gentibus nuntiabit. Non contendet, neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem eius: arundinem quaſſatam non confringet, & linum fumigans non extinguet: donec eiiciat ad victoriam iudicium: & in nomine eius Gentes ſperabunt.	Et introiuit iterum in ſynagogam: & erat ibi homo habẽs manum aridam. Et obſeruabãt eum, ſi ſabbatis curaret, vt accuſarent illum. Et ait homini habenti manum aridã, Surge in medium. Et dicit eis, Licet ſabbatis benefacere, an malè? animam ſaluam facere, an perdere? At illi tacebant. Et circunſpiciens eos cum ira, contriſtatus ſuper cæcitate cordis eorũ, dicit homini, Extende manum tuam. Et extendit, & reſtituta eſt manus illi. Exeuntes autem Phariſæi, ſtatim cum Herodianis conſilium faciebant aduerſus eum, quomodo eum perderent. Ieſus autem cum diſcipulis ſuis receſſit ad mare: & multa turba à Galilæa & Iudæa ſecuta eſt eum, & ab Hieroſolymis, & ab Idumea, & trans Iordanem: & qui circa Tyrum, & Sidônem, multitudo magna, audientes quæ faciebat, venerunt ad eum. Et dixit diſcipulis ſuis, vt in nauicula ſibi deſeruirent propter turbam, ne comprimerent eum: multos enim ſanabat, ita vt irruerent in eum, vt illum tangerent quotquot habebant plagas. Et ſpiritus immundi, cùm illum videbant, procidebant ei, & clamabãt, dicentes, Tu es filius Dei. Et vehemẽter comminabatur eis ne manifeſtarent illum.	Factum eſt autem & in alio ſabbato, vt intraret in ſynagogã, & doceret. Et erat ibi homo, & manus eius dextera erat arida. Obſeruabãt autẽ ſcribę & Phariſæi, ſi in ſabbato curaret, vt inuenirent vnde accuſarent eũ. Ipſe verò ſciebat cogitationes eorũ, & ait homini qui habebat manũ aridam, Surge, & ſta in mediũ. Et ſurgens ſtetit. Ait autẽ ad illos Ieſus, Interrogo vos ſi licet ſabbatis benefacere, an malè: animã ſaluã facere, an perdere? Et circũſpectis omnibus dixit homini, Extẽde manũ tuã. Et extẽdit, & reſtituta eſt manus eius. Ipſi autẽ repleti ſũt inſipiẽtia, & colloquebãtur ad inuicẽ quid nã facerẽt de Ieſu.	

Introductio. Chrysost.



HRYSOSTOMVS hom.44.ad populum Antioch.de liuore & inuidia. Sicut,inquit,furentes sæpenumerò gladios in se conuertunt,itidem & inuidi solam inuisi perniciem intuentes,propriam negligunt salutem. Hi feris quoque peiores.Nam illæ quidem escæ indigentes,vel priusquàm à nobis irritentur, aduersus nos armantur:hi verò beneficiis quoque frequenter illecti,benè meritos maleficiis prosecuti sunt.Hi quidem peiores feris, dæmonibus autem pares,fortè verò peiores & istis. Hi namque cõtra nos bellum exercent imparatum,consortibus autem generis non insidiantur. At verò si Iudæos consideres,quis peiores Christi inimicos obseruauerit? Ex eorum gente Christus natus erat, cum iis quotidie versabatur,languidos eorum curabat,& inuitos licet,ad salutis æternę cognitionem euocabat. Illi econtrà insidiabantur ei,& oderant eum: retribuebant mala pro bonis, & quantumuis diuina opera calumniabantur. Quod rursus ex consequente historia colligimus. Vt enim paralytici curationem calumniati sunt, quòd sabbato facta esset: ita restitutionem manus aridæ maligno spiritui deputassent, nisi Christus viuis rationibus, & ipsis operibus,eorum calumnias depulisset. *Factum est ergo & in alio sabbato, vt introiret in synagogam eorum,& doceret.Et erat ibi homo,& manus eius dextera arida.* Beda lib. 2. in Lucam. Sabbatis præcipuè Dominus in synagoga docet, operatúrque virtutes, non solùm propter insinuandum spiritale sabbatum, sed & propter celebriorem eo die populi conuentum. Cui tunc ex antiqua Patrum institutione moris erat, quia vacare à labore per legem iubebatur, legendis audiendísque scripturis operam dare.Iuxta quod in Actibus Apostolorum Iacobus loquitur. Moyses enim à diebus antiquis habet qui eum prædicent in synagogis, vbi per omne sabbatum legitur.Nam sicut illi,quibus venandi ars est, vbi feras, pisces, & volucres plus abundare didicerint, ibi sua maximè retia tendunt: ita & Dominus semper docuit in synagoga & in templo,quò omnes Iudæi conueniebant, volens omnes saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.Augustinus lib.2. de consensu Euangelistarum cap.35. Posset autem, inquit, putari eodem die factum & despicis, & de isto sanato, quoniam & sabbatum hîc commemoratur, nisi Lucas aperuisset alio sabbato factum fuisse de sanitate aridæ manus. Proinde quod ait Matthæus: Et cùm inde transisset, venit in synagogam eorum: non quidem venit, nisi cùm inde transisset: sed post quot dies in synagogam eorum venerit, posteaquàm à segete illa transiuit, an rectâ continuóque illuc ierit, non expressum est.Ac per hoc locus datur narrationi Lucæ, qui dicit alio sabbato huius manum sanatam. Sed potest mouere, quomodo Matthæus dixerit,quòd ipsi interrogauerunt Dominum,si licet sabbato curare, volentes inuenire accusandi occasionẽ: ipse verò illis de oue proposuerit similitudinẽ, ex qua concludit, quòd licet sabbatis benefacere:cùm Marcus & Lucas illos potiùs à Domino interrogatos perhibeãt,licet sabbato benè facere,an malè,animam saluare,an perdere?intelligendũ Itaque est, quòd illi priùs interrogauerint Dominum,si licet sabbato curare:deinde quòd intelligens cogitationes eorum,constituerit in medio illum,quem fuerat sanaturus,& interrogauerit, quod Marcus & Lucas eum interrogasse commemorant:Ac tunc illis tacentibus proposuisse similitudinem de oue,ex qua concluserit,quòd liceat sabbato benèfacere. Postremò circumspectis iis cum ira,sicut Marcus dicit,contristatum super cæcitate cordis eorum, dixisse homini, Extende manum tuam.Itaque sese offert hominis ægroti miseria,cùm dicitur, *Ecce homo habens manum aridam*.Hieronymus in Matth.In Euangelio,quo vtuntur Nazareni & Hebionitæ,inquit,quod nuper in Græcum de Hebræo sermone transtulimus, & quod vocatur à pleriſque Matthæi autenticum, homo iste,qui aridam habet manum,cæmentarius scribitur, istiusmodi vocibus auxilium precatus: Cæmentarius eram, manibus victum quæritans, precor te Iesu, vt mihi restituas sanitatem, ne turpiter mendicem cibos. Vnde Luc.6. dicitur, quòd manus erat dextra,qua maximè vtuntur artifices. Sese autem in ipsa synagoga Christo obtulit, vt ex religione loci & Prophetiarum, quæ ibi de Christo legebantur, faciliùs inclinaret eum ad miserendum.Genes.28. Dominus est in loco isto,non est hîc aliud nisi domus Dei, & porta cœli.Magnam autem vim habet,inquit Hieron.in Matth. quòd non in itinere & foris, sed in conciliabulo Iudæorum manus arida fuerit sanata.Ita nimirùm docebat non esse tam abominandum peccatorum consortium,ex quo non requireret, quinam salui esse vellent: & quibus non aliquod suæ salutis,si resipiscerẽt,argumentũ porrigeret. Notemus simul hinc Deũ omnia certis prouidentiæ legibus disponere.Neque enim huic temerè manus exaruerat, neq; ad hoc tẽpus sine peculiari Dei voluntate aderat. P. Chrysol.ser.32. Omnia quoque,inquit,signorum Christi opera,nõ humanitùs,neq; casu,sed diuina procuratione credẽda sunt euenisse.Christus ergo

Summa.

Beda.

Cur Iesus in synagoga docuit.

Augustin.

Conciliatio Euangelistarum.

Hierony.

Quis fuerit hic.

Deus etiã ex impiis quibusdam benè facit.

Per.Chrys.

A ergo ſynagogam ingreditur, ſed Iudæus nec recipit intrantem, nec agnoſcit præſentem, nec operantem cæcatus intelligit. Cernite quàm nihil proſit præſentia corporalis, vbi fuerit mentis miſeranda ſeparatio: ſicut contrà nihil officit abſentia corporalis, vbi corda fuerint ſociata per fidem. *Et erat ibi homo habens manum aridam.* In hoc homine omnium hominum imago figuratur, in hoc geritur cura cunctorum, in hoc vniuerſorũ ſanitas diu expectata reparatur. Aruerat enim manus hominis magis ſtupore fidei, quàm ſiccitate neruorũ: & plus culpa conſcientiæ, quàm debilitate carnali. Antiqua nimis iſta erat, & quæ à mundi initio contigerat ægritudo: nec arte hominis aut beneficio poterat hæc curari, quæ iuſta Dei fuerat indignatione contracta. Tetigerat vetita, inconceſſa præſumpſerat, cùm ſe ad arborem ſciendi bonum malumque porrexerat: authore indigebat, nõ qui malagma imponeret, ſed qui poſſet illatam relaxare ſententiam, & ignoſcendo reſoluere, quod ligauerat indignãdo. In hoc homine noſtræ tantùm geritur vmbra ſanitatis, perfecta autẽ ſalus nobis reſeruatur in Chriſto: quia tunc ariditas noſtræ manus miſeranda diſſoluitur, cùm cruore perfunditur dominicæ paſſionis, cùm in illo vitali ligno crucis extenditur, cùm carpit fructuoſam de dolore virtutem, cùm totam arborem ſalutis amplectitur, cùm clauis Domini corpus affigitur, quò nunquam ad arborem concupiſcentiæ, & atidę redeat voluntatis. *Typ⁹ primi hominis.*

B *Et obſeruabant eũ ſcribæ & Phariſæi, ſi in ſabbato curaret*: hac nimirùm occaſione oblata, cùm viderent ægrotum iſtum ſanitatem ſummis votis expoſcere: *vt inuenirent vnde accuſarent eum*, prætextu legis de ſabbati obſeruatione præſcriptæ. *Et*, quia non ſtatim illum vident hominem iſtum, ſeu cæteros, qui tum fortè aderant, ægrotos curare, illum quæſtionibus ſuis præueniunt: *interrogabant eum, dicentes, Si licet ſabbatis curare.* Nõ vt ab eo aliquam de ſabbati obſeruatione reſolutionem acciperent, & docerentur: ſed *vt accuſarent eum.* Ita nimirùm agunt, vt ſi Chriſtus hominem non curauerit, illum de crudelitate & imbe-

C cillitate arguant, quaſi hoc facere non poſſit, ait Hieronymus in Matth. & inde concludant eũ non propria virtute miracula facere, ſed extranea, quæ ſua tempora habeat. Nam quod quiſque proprium habet, hoc ei ſemper & vbique ineſſe deprehenditur. Sin verò hominem curauerit, hinc ſibi vaſtam accuſationis materiam ſupereſſe ſperant, qua illum accuſent, quaſi ſabbati præuaricatorem. *Ieſus verò ſciebat cogitationes eorum, & ait homini illi qui habebat manum aridam: Surge, & ſta in medio.* Interrogatio quidem palàm facta fuerat: verùm intentionem ſuã non expreſſerant. Videbatur enim prima fronte à Chriſto doceri velle: at verò hinc illum arguendi occaſionẽ captabant, quod & ipſi cogitabãt. Has ergo cogitationes nouerat Chriſtus, vnde non tã illos reſoluere, quã de malitia cõfundere voluit. Eapropter non ſe retinuit à bono opere, ſed & magis accẽſus eſt: vt doceret liuidorũ virulentas linguas & calũnias à bonis nos operibus minimè remorari debere. P. Chryſ. ſer. 32. Ad infamiã iudicis, & nequitiã cognitoris, *Hieronym.* *Impietas Iudæorum.* *Pet. Chry.*

D quæritur de cura crimẽ, de pietate accuſatio, reatus de virtute, de ſalute ſuppliciũ. Sed mirũ nõ eſt, ſemper offendũt bona malos, pia impios, ſancta, pphanos: aut quando nõ laſciuus diſciplinã, virtutẽ vitioſus, innocentiã criminoſus accuſat? Obſeruabant ſolliciti ſacerdotes ſabbatis, nõ ſi peccaret, ſed ſi curaret: vt accuſarent eũ. Amatores criminũ inuigilãt, inſidiãtur in accuſatione virtutum: quaſi contra ſalutẽ, non pro ſalute ſabbatũ ſit prouiſum. Si ſabbatis curaret, obſeruãt: talis legis interprete, non dico, laborat nimis, ſed funditùs expirat ægrotus. Sabbatũ non impiè curã denegauit infirmis, ſed tota pietate aliquotiens quietẽ pręſtitit feſſis nimio labore mortalibus. Interim verò Chriſtus tanto prõptior ad benefaciendũ efficitur, quanto volebat nos benefactis impietatẽ cõfundere. Ro. 11. Noli vinci à malo, inquit Paulus, ſed vince in bono malũ. Et Petrus, Benefacientes, obmuteſcere faciatis hominũ impudentiã. Ita neq; Michol ipſa Dauidẽ remoratur, quin ſeſe magis Deo humiliet, & ei gratias perſoluat. Vilior fiã, inquit, magis

E quàm factus ſum, & humilis ero in oculis meis. Et Paulus tandẽ quo maioribus inſidiis & calũniis à ſuæ Gentis hominibus impetebatur, eo magis inualeſcebat, & cõfundebat Iudæos. Iubet igitur hominẽ in medio ſtare quaſi obiectũ, in quod Chriſtus ſuæ beneficẽtiæ radios, Phariſæi verò calũnias effundãt. Vult hominẽ ab omnibus videri, vt & omnibus in momẽto appareat manus eius reſtituta, & factũ Chriſti calũniis in oculis omniũ ſatisfaciat. *Et ſurgens ſtetit.* Iã ſibi ſanitatis fiduciam repromittebat, cùm ſe non aſpectu modò, ſed & verbis Chriſtus dignaretur. *Ait autem ad illos, Interrogo vos ſi licet ſabbatis benè facere, an malè: animam ſaluam facere, an perdere?* quaſi dicat, Non ſic interdicitur omne opus in ſabbato, vt non aliquid fieri liceat. Da ſcilicet hominem vigilantem (de dormientibus enim non diſſero) qui nihil omninò faciat per integrum diem. Aut ſedebit, loquetur, ambulabit, manducabit, domui ſuæ proſpicier, aut ſibi. Nullum eſt tã magnæ venerationis ſabbatum, quo ſe homo ab omnibus actionibus contineat. Veniet in templum, & in ſynagogam, audiet verbum, ſacrificia attendet, *Nõ eſt ſabbatum ſine aliquo opere.*

de diuinis differet, Psalmos cantabit: præter hæc, suo tempore cibum accipiet. An non hoc ip- F
sum est aliquid facere? Si omne omninò opus prohibetur in sabbato, seu bonum, seu malum,
Contra superstitiosũ Iudæorũ sabbatum. seu medium quodque, quod nec boni nec mali secundum se rationem habeat; cur ergo Iudæi
in sabbato se calceant, vestiunt, manus lauant, in synagogam veniunt, Psalmos occinunt, accũ-
bunt domi, manducant, egerunt? An non dicentur & his operibus sabbatum præuaricari? nisi
forte aliquid excipiant, & dicant eorum nonnulla licere, quia bona sunt, vt venire in synagogã,
audire verbum, Psalmos canere: alia naturæ necessaria, vt accumbere, vestiri, comedere, egere-
re. Hoc si excipiunt, excipiant igitur etiam quod de ægrotorum curatione differitur: vtraque e-
nim ratione fulcitur. Naturali quidem: quid enim ad hominum naturã accedat magis, quàm
vt hominis misereatur, & ægroti curã gerat? Omne enim animal diligit simile sibi. Diuino au-
tem iure præcipitur, vt fratres diligamus, & eorum curam habeamus. In his demũ officiis ma-
ximè colitur Deus. Hinc fit, vt Christus requirat, quid in sabbato liceat: *an bene, vel malè facere.* G
Si responderint neutrum licere, ipsa sua responsione & officio eludẽtur: Cur scilicet in ipsa die,
vt suprà respondit, sacrificant? cur docent? Si responderint, licere quidem benè facere, sed non
malè: Quo ergo in genere constituunt curationẽ infirmorũ? An qui paralyticos, surdos, cæcos,
mutos, sanitati restituit, dicetur malè agere? Hoc cùm bonum sit, liceat autem benè facere in
sabbato, cur prohibent in ipso etiam die ægrotos curare? Sin verò dixerint, illorum curationẽ
inter mala opera reponendam, añ non præscripta charitatis eos eludent? Eapropter adiicit, *ani-*
mam, id est, vitam alicuius *saluam facere*, seu in corpore, aut in anima, aut in vtroque: *an perdere?*
Loquitur autem generaliter de anima, vt omne viuens intelligat, & sese extendat quæstio ad
bruta etiam animantia, vt in consequentibus ostendit. Itaque concludere volebat, in sabbatis
Isychius. *Quid faciẽdum in sabbato.* solum opus seruile, id est malum, prohiberi. Isychius lib. 7. in Leuit. cap. 26. Siquidem per sab-
batum aperte requiem intelligibilem significat, in qua nullum opus huius mundi licet nos a- H
gere. Et lib. 6. in cap. 23. Vacationem enim sabbati ad occasionem cõtemplationis præcepit: vt
cùm Psaltes ait, Vacate & videte quoniam ego sum Dominus. Quæ verò maior occasio con-
templandæ dominicæ liberalitatis & maiestatis, quàm in infirmorum curationibus? Faciunt i-
Ambros. gitur illæ ad potiorem sabbati rationem. Ambr. lib. 5. in Luc. cap. 23. In hoc ergo Iudæos redar-
guit Christus, qui malis interpretationibus legis præcepta violarent, æstimantes sabbato etiam
à bonis operibus feriandum: cùm lex in præsentibus formam præfigurauerit futurorum, in
quibus vtique malorum feriæ futuræ sunt, non bonorum. Nam licet & secularia opera con-
quiescant, non otiosus tamen boni operis actus est, in Dei laude requiescere. Itaque quæstio-
nem quæstioni adiicit. Interrogauerunt enim, *si licet sabbatis curare?* vt illum calumniarentur, si
hominem curasset. Ille verò primùm requirit, vt definiant, quẽnã opera in sabbato prohibean-
tur? An fortè & infirmorum curatio? *Illi autem tacebant.* Videbant enim sibi omni ex parte la- I
queos tendi, si responderint. Nam si dixerint licere benefacere, necessariò concludendum erit,
licere etiam infirmum sanare. Sin negauerint licere benefacere, & animam saluare, crudelitatis
& inhumanitatis arguentur. Malunt igitur tacere. Aduerterant & se suis aliquando respon-
sionibus fuisse conuictos. *Ipse autem dixit illis, Quis erit ex vobis homo, qui habeat ouem vnam, & si*
ceciderit hæc sabbatis in foueam, nónne tenebit, & leuabit eam? Quanto magis melior est homo ouẽ?
Hierony. *Itaque licet sabbatis benefacere.* Hieronymus in Matth. Sic soluit propositam quæstionem, vt
interrogantes auaritiæ cõdemnaret. Si vos, inquit, in sabbato ouem, & aliud quodlibet animal
in foueam decidens eripere festinatis, non animali, sed vestræ auaritię consulentes: quanto ma-
Origen. gis hominẽ, qui multo melior est oue, debeo liberare? Origenes lib. 4. Periarchon, docet mul-
ta scripturis prohiberi, quę secundum literam minimè interpretari oporteat: quale quod & de
Nõ omnia secundum literã sunt interpretanda. sabbato præcipitur, Sedebitis vnusquisque in domibus vestris, nullus mouebitur de loco suo K
in die sabbatorum. Quod vtique obseruare est secũdum literam. Nullus enim hominũ potest
tota die ita sedere: siquidem qui ex circuncisione sunt, & quicunque in scripturis nihil amplius
intelligi volunt præterquàm indicatur ex litera, hæc ne requirenda quidem arbitrãtur de trã-
gelapho, & gripho, & vulture: fabulas autẽ quasdam inanes & friuolas cõmentantur, ex nescio
quibus traditionibus proferentes de sabbato, dicentes vnicuique locũ suum reputari intra duo
millia vlnarũ. Alij verò, ex quibus est Dositheus Samaritanus, notant quidẽ huiusmodi expo-
sitiones: ipsi quidem ridiculosius aliquid statuunt: quia vnusquisque quo habitu, quo loco,
qua positione in die sabbati fuerit inuẽtus, ita vsque ad vesperam debeat permanere: id est, vel
si sedens, vt sedeat tota die: vel si iacens, vt tota die iaceat. Sed quod ait, non leuare onus die
sabbati, impossibile mihi videtur. Ex his enim ad fabulas infinitas, sicut sanctus Apostolus
dicit, Iudæorum doctores deuoluti sunt, dicentes, non reputari onus, si calciamenta quis
habeat

A habeat ſine clauis: onus verò eſſe, ſi caligulas quis cum clauis habuerit. Et ſi quidem ſupra vnum humerum aliquid portauerit, onus iudicant: ſi verò ſupra vtrumque, negabunt eſſe onus. Idem hom.23. in lib. Numer. Quæ eſt autem feſtiuitas ſabbati, niſi illa, de qua Apoſtolus dicit, Relinquetur ergo ſabbatiſmus, hoc eſt ſabbati obſeruatio, populo Dei? Relinquentes ergo Iudaicas ſabbati obſeruationes, qualis debeat eſſe Chriſtiani ſabbati obſeruatio, videamus. Die ſabbato nihil ex omnibus mundi actibus oportet operari. Si ergo deſiſtas ab omnibus ſecularibus operibus, & nihil mundanum geras, ſed ſpiritalibus operibus vaces, ad Eccleſiam conuenias, lectionibus diuinis & tractatibus aurem præbeas, & de cœleſtibus cogites, de futura ſpe ſolicitudinem geras, venturum iudicium præ oculis habeas, non reſpicias ad præſentia & viſibilia, ſed ad inuiſibilia & futura: Hæc eſt obſeruatio ſabbati Chriſtiani. Sed & hæc Iudæi obſeruare deberent. Deinde etiam apud ipſos ſi faber, ſi ſtructor, & ſi quis huiuſ- Idem Origenes.

B modi opificum fuerit, otiatur in die ſabbati. Lector autem legis diuinæ, vel doctor, non deſinit ab opere ſuo, & tamen ſabbatum non contaminat. Sic enim & Dominus meus dicit ad eos: Aut non legiſtis, quia & ſacerdotes in templo ſabbatum violãt, & ſine crimine ſunt? Qui ergo ceſſat ab operibus ſeculi, & ſpiritalibus vacat, iſte eſt qui ſacrificium ſabbati, & diem feſtum agit ſabbatorum: neque onera portat in via. Onus enim eſt omne peccatum, quemadmodum dicit & Propheta, Pſ.38. Sicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. Neque ignem accendit: illum ſcilicet ignem, de quo dicitur, Ite in lumine ignis veſtri, & in flamma quam accendiſtis. In ſabbato vnuſquiſque ſedet in loco ſuo, & non procedit ex eo. Eſa. 50. Quis ergo eſt locus ſpiritalis animæ? Iuſtitia eſt locus eius, & veritas, ſapientia, ſanctificatio, & omnia quæ Chriſtus, locus animæ eſt. Ex quo loco eam non oportet exire, vt vera ſabbata cuſtodiat, & diem feſtum in ſacrificiis exigat ſabbatorum: ſicut & Dominus dicebat, Qui in me manet,

C & ego in illo. Iam cùm diuinis obſequiis ſabbatum impleatur, quis vetat ne illo die infirmus curetur? Theophilactus in Matth. Vnde hoc loco Chriſtus auaros & crudeles eos eſſe, & cõtemptores Dei oſtendit. Contemnit enim ſabbatum, vt non pereat ouis. Immiſericordes autem ſunt, quia hominis curam reſpuunt. Lucas, καὶ περιβλεψάμενος, *Et circunſpiciens.* Idem habet Marcus: ſed & adiicit μετ' ὀργῆς, συλλυπούμενος ἐπὶ τῇ πωρώσει τῆς καρδίας αὐτῶν, *circunſpiciens cum ira, condoleſcens quòd induruiſſet cor eorum.* Non ſimpliciter illos aſpexiſſe, ſed circunſpexiſſe dicitur, vt & attentiùs illos intuitum eſſe, & intima ſibi cordium nota ſigno exteriori demonſtraret. Sed &, vt ſcribit Euthymius in Matth. hoc ſuo ſeuero aſpectu, & ira apparente, illos commonebat, vt ſibi à futuris, nimirùm diuino iudicio & vindicta cauerent: vt qui Chriſtum benignum & miſericordem contemnentes, ſeuerum & vindicẽ eſſent experturi. Agnus

D eſt Chriſtus, ſed eſt & leo. Agnus in miſeros & calamitoſos, qui eius opem implorant: eſt verò leo in ſuperbos & induratos peccatores. Ita ſuo aſpectu illos confundere volebat. Interim verò cùm eſſet ſuarum affectionum dominus, nemo exiſtimabit non iſtum eius affectum à moderatrice prouidentia profectum eſſe. Ideò adiicit quòd *condoleſcebat illorum indurationi cordis.* Nihil tam eum mouebat, quàm ſua ipſorum perditio, non aliundè profecta, quàm ex cordis duritia. Quid enim facere potuit ad conuertendos & concutiendos eos, quod non fecerit? Abuſi ſunt eius benignitate? reſpexit in ira. Contempſerunt eius doctrinam? Illam tot teſtibus confirmauit, vt niſi in ipſo meridie, errare non poſſent. Petrus Chryſologus ſerm. 32. Circunſpiciens dixit, non conſpiciens: id eſt, non tantùm faciem vt homo intuens, ſed vt Deus corpora, corda, mentes, ſenſus, præterita, præſentia, futura contemplatus. Circunſpiciẽs eos cum ira, contriſtatus. Iraſcitur vt Dominus, contriſtatur vt parens, dolet vt homo, intuetur vt Deus. *Dicit homini, Extende manum tuam. Et extendit: & reſtituta eſt manus illius.* Extẽde manum tuam. Iuſſione ſoluitur, quæ fuerat iuſſione deuincta. *Extende manum tuam.* Agnouit pœna iudicem, opus Deum, indulgentia prodidit conditorem. Hieronymus in Marcum. Hic, inquit, qui habebat manum aridam, ſignificat auaros, qui nolentes dare, volunt accipere: prædari, & non largiri. Quibus dicitur, vt extendant manus ſuas: id eſt, qui furabatur, iam non furetur: magis autem laboret operando manu ſua quod bonum eſt, vt habeat vnde communicet indigentibus. Tanto autem abeſt vt ſabbatum hoc opere violetur, quòd ipſa ſabbati ſignificatio plurimum facit ad myſticam iſtius facti interpretationem. Theophilact. in Luc. Nunc enim, inquit, hoc dicimus, quòd aridam manum habet, qui nulla virtutum opera facit. Manus enim operandi organum eſt. Cui autem illa areſcit, is omninò otioſus eſt. Si quis igitur manum ſanari vult, in ſabbato illam ſanctificet. Neque enim poteſt quis opera virtutum facere, niſi priùs à malitia ceſſet. Declina enim (inquit Pſ.36.) primò à malo, & tunc fac bonũ. Itaque quando ſabbatum agis, hoc eſt, otioſus es ab operibus malis, tunc extendas manum

Theoph. Euthym. *Chriſtus agnus & leo.* Hierony. *Myſtica huius facti interpretatio.* Theophil.

tuam ad opera virtutum, & reſtituetur. Et meritò dixit, *Reſtituta eſt.* Fuit enim quando humana natura habebat vim operandi bonum: ac manum, hoc eſt operandi efficaciam ſanam: ſed poſteaquàm perdita fuit gratia Chriſti, illam iterum recipit, & ad priorem ſanitatem reſtituta eſt. *Exeuntes autem ſtatim Phariſæi, cum Herodianis conſilium faciebant aduerſus eum, quomodo eum perderent.* Tanto abeſt vt ſuis rationibus & miraculis aliquid profecerit, quòd & illi huic tanto maiorem liuoris occaſionem ſumpſerunt. Alb. Magnus in Marc. Et ideò Phariſæi hypocritæ conciliant ſibi milites Herodis, eò quòd Herodes Ioannem perſecutus fuit, & Ioannes Chriſto teſtimonium perhibuit, vt ex illo odio etiam Herodiani Chriſtum proſequerentur. Conciliatur ergo hypocriſis, apertæ violentiæ. Ex modo autem loquendi tangũtur quinque. A vero lumine receſſus, cùm dicit *Exeuntes*, cùm dicit Ioan.13. Exiuit continuò: erat autem nox. Secundò notatur impetus præceps in malum, cùm dicit *ſtatim*: non enim differebant vſque ad animi mitigationem. Tertiò notatur, quòd conciliabant ſibi malos, cùm dicit *cum Herodianis.* Pſ.49. Si videbas furem, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas. Quartò notatur malignitatis ſtudium, cùm dicit *conſilium faciebant.* Eſ.8. Ini conſilium, coge concilium, & diſſipabitur. Loquimini verbum, & non fiet. Quintò notatur nocumentum, cùm dicit, *aduerſus Dominum Ieſum.* Gloſſa: Magna inſania! qui ſalute indigent, de nece ſaluatoris conciliantur. Matth.26. Conſilium fecerunt, vt Ieſum dolo tenerent, & occiderent. Petrus Chryſologus ſer.32. Semper, inquit, Iudæus Herodianis iungitur, vt inuadat Chriſtianos. Ex eo nimirùm colligimus non mirandum eſſe, ſi hæreſes, quantumuis à ſe inuicem diſcrepantes, in hoc maximè conueniant, vt veritatem, & Chriſtum, & eius Eccleſiam oppugnent. Nam ſi quis penitiùs Phariſæorum & Herodianorum ſectas perſpexerit, illas non minus ab inuicem diſſidentes reperiet, quàm Phariſæorum & Samaritanorum: concordant interim omnes, & conſpirant ad vnius Chriſti & Eccleſiæ perniciem. Tertullianus lib. de præſcr. aduerſ. hæret. inter Herodianorum dogmata recenſet, quòd Chriſtum, Herodem eſſe dixerunt. Interim hoc in libro monet, hanc eandem eſſe omnium hæreticorum concluſionem, quam modò diximus. *Et Ieſus cum diſcipulis ſuis receſſit ad mare.* Alb. Magnus in Marcum. Hîc ponitur qualiter Dominus ſubduxit ſe malis, ne haberent materiam malignandi. Et dicuntur duo, ſcilicet quò abiit, & quo fructu. Primum notat, cùm dicit, *Ieſus autem cum diſcipulis.* Sicut paſtor cum grege (Ioan.10.) cùm proprias oues emiſerit, ante eas vadit, & oues illum ſequuntur. *Perrexit ad mare.* Subduxit autem ſe Dominus quatuor de cauſis: Vt ſcilicet diſcipulos ſe ſubducere doceret. Matth.10. Cùm perſecuti vos fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Et vt tempus paſſionis nondum impletum eſſe oſtenderet. Ioan.7. Nondum venit hora mea. Et ibidem: Tempus meum nondum aduenit. Et vt non ibi, ſed in Hieruſalem futuram ſuam paſſionem declararet. Luc.13. Non capit perire Prophetam ex Hieruſalem. Et quia adhuc ſacramenta prædicationis completa non fuerunt. Luc.13. Ecce ego dæmonia eiicio, & ſanitates perficio hodie & cras, & tertia die conſumor. Ezech.4. Diem pro anno dedi tibi. Hodie ergo, & cras: hoc eſt, hoc anno & futuro, & tertio anno patiar. Perrexit autem *ad mare:* quia hoc congruit inquietis, qui in ipſo requiem requirerent. Vocauit Eſ.57. Cor impij, quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt. In Chriſto autem eſt quies. Matth.11. Inuenietis requiem animabus veſtris. *Et turba multa à Galilæa & Iudæa ſecuta eſt eum, & ab Hieroſolymis, & ab Idumæa, & trans Iordanem, & qui circa Tyrum & Sidonem, multitudo magna, audientes quæ faciebat, venerunt ad eum.* Theophilactus in Marc. Tyriis, inquit, & Sidoniis, tametſi eſſent allophyli, proderat. Cognati autem eius eum proſequebantur: adeò nulla à genere prouenit vtilitas, niſi ſimul & boni mores aſſint. Et alienigenæ quidem à remotis locis ad eum veniunt, Iudæi verò cùm ad ipſum veniſſent, inſectantur. Sic Regina Saba, etſi extranea eſſet, præ cæteris mirata eſt ſapientiam Salomonis. Beda lib.1. in Marc. Ecce, inquit, Phariſæi & Herodiani: magiſtri videlicet plebis, & regis miniſtri, vnanimi Dominum conſilio perdere quærunt: At turba indocta, ac vulgus vndecunque collectum vnanimi illum dilectione ſequuntur. Illi videntes opera virtutum eius, & verba doctrinæ audientes, nihil amplius diſcere, quàm vt eum perſequerentur, volebant: Iſti opinione tantùm ducti virtutum eius, congeſto agmine permagno veniunt ad audiendum eum, opémque ſalutis flagitandam. Vnde mox ſuæ voluntatis ac deſiderij merentur conſequi effectum, plurimis à Deo ſanatis, vt in ſequentibus legitur. Vbi & exemplum dedit ſuis, ſi in vna ciuitate perſecutionem paterentur, in alteram fugiendi. Denique Paulus exemplo ſimul & præcepto Domini edoctus, fugit ex Damaſco, vbi inſidiis appetebatur prauorum. Sed inde digreſſus, innumeros alibi, qui ſe ad pietatem ſequerentur, populos inuenit. *Et dixit Ieſus diſcipulis ſuis, vt in nauicula ſibi deſeruirent propter*

Alb.Mag.

Gloſſa Pet.Chryſ.

Hæretici quantũuis in cæteris diſſidentes, in Chriſto impugnãdo conueniũt. Tertullia.

Alb. Mag.

Theophil. *Chriſtum alieni excipiunt, Iudæi inſectantur.* Beda.

A *propter turbam, ne comprimerent eum.* In quo ostendit se verè fuisse passibilẽ, atq; sæpè ad tẽpus vitasse incõmoda corporis, vt tẽpore diuinitùs præstituto pateretur. Et quamuis poterat turbę pressurã sine læsione & pœna sustinere per viã mirabiliter, noluit tamẽ humanũ subsidium deuitare, vt veritatẽ assumptæ naturæ ostenderet. *Multos enim sanabat, ita vt irruerent in eum, vt illum tangerent.* Nã virtus exibat de illo, sanabátque omnes. *Quotquot autem habebant plagas:* i. varias infirmitates. *Et spiritus immundi.* i. diaboli in obsessis: vel spiritus inmũdi. i. obsessi à dæmonibus: *cùm illum videbant, procidebant ei,* sponte vel coactè reuerentiam exhibendo: & si aliqui languidi talem infirmitatem habebãt, quòd ante suam curationem se coram Iesu prosternere non valebant, tamen sanitate recepta hoc facere poterant. *Et clamabant* dæmones per obsessos: *dicentes, Tu es Filius Dei.* Hoc coniecturaliter asserebant, non cum certitudine constãti & absoluta. *Et vehementer comminabatur eis, ne manifestarent illum:* id est, ne vltrà dicerent

B coram populo Iesum esse Christum filium Dei. Contempsit enim testimonium dæmonum, propter causas introductas. Euthym. in Matth. Cæterùm, inquit, hoc in loco verbũ ἐπετίμησε, interminatus est, tantundem valet, ac si dicat, Præcepit, & variis verbis suasit. Beda lib. 1. in Marc. Quare autem spiritus immundos de se loqui Dominus prohibeat, Psalmista manifestat, qui ait, Peccatori autem dixit Deus, Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamẽtum meum per os tuum? Tu verò odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos post te. Prohibetur ergo Dominum prædicare peccator, ne quis, dum prædicantem audit, sequatur errantem. Improbus enim magister est diabolus, qui falsa veris persæpè permiscet, vt specie veritatis testimonium fraudis obtegat. Cæterùm non soli dæmones, qui inuiti confitebantur, iubentur silere de Christo, sed illi qui ab eo sanati sponte confiteri volebant. Immò ipsi Apostoli, qui toto erant eum orbe prædicaturi, ante passionem eius præcipiuntur omninò reti-

C cere de illo, ne diuina scilicet maiestate prædicata, passionis dispensatio differretur, & dilata passione, salus mundi, quæ per hanc futura erat, negaretur. Ratio autem redditur, propter quam Iudæos exacerbare noluerit, adiiciens Esaiæ Prophetæ cap. 42. vaticinium. *Vt implerẽtur,* inquit, *quod dictum est per Esaiam Prophetam, dicentem, Ecce puer meus quem elegi, dilectus meus in quo benè complacuit animæ meæ. Ponam spiritum meum super eum, & iudicium Gentibus nunciabit. Non contendet, neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem eius: arundinẽ quassatam non confringet, & linum fumigans non extinguet, donec eiiciat ad victoriam iudicium: & in nomine eius Gentes sperabunt.* Hieronymus in Matth. Per Esaiam Prophetam, inquit, ex persona patris hoc dicitur: Ponam spiritum meum super eum. Spiritus ponitur non super Dei verbum, neque super vnigenitum, qui de sinu processit patris: sed super eum, de quo dictũ

D est, Ecce puer meus. Idem lib. 12. Commentar. in Esaiam Prophetam, cap. 42. Iacob & Israel, inquit, in præsenti capitulo non habentur. Quod nec Matthæus Euangelista posuit, secutus Hebraicam veritatem. Hoc dicimus in sugillationem eorum, qui nostra contemnunt: de quo plenius in Matthæi Commentariolis, & in libro, quem ad Algasiam nuper scripsimus, disputatum est. Et interim notandum, quòd vbi de Apostolorum scribitur choro, & Iacob, & Israel, & semen appellantur Abraham: quibus quasi hominibus, ac seruis consequenter dicitur: Noli timere vermis Iacob, & paruulus numero Israel. Vbi autem de Christo est vaticinium, absque Iacob & Israel legitur: Ecce seruus meus, suscipiam eum: electus meus, complacuit sibi in illo anima mea. Et in consequentibus: Dedi te in testamentum generis, in lucem nationum: aperire oculos cæcorum, & educere de vinculis alligatos, & de domo carceris habitantes in tenebris. Nec mirum, si seruus vocetur Gal. 4. factus ex muliere, factúsque sub le-

E ge: qui cùm in forma Dei esset, humiliauit se, formam serui accipiens, & habitu inuentus vt homo. In quo complacuit sibi anima Dei, cernens in illo omnes esse virtutes, immò ipsum esse Dei virtutem atque sapientiam. Dedi, inquit, spiritum meum super eum, qui descendit in specie columbæ. Iudicium Gentibus proferet, quod antea nescicbant. Non clamabit: erit enim mitis atque mansuetus. Et non accipiet personam in iudicio, siue non leuabit: subauditur, in altum vocem suam. Vel iuxta Symmachum, Non decipietur: omnes insidias diaboli intelligens. Aut secundum Septuaginta, οὐδὲ ἀνήσει, id est, non relinquet: populũ scilicet Iudæorum, vocans eum ad pœnitentiam. Nec audietur foris vox eius. Neque enim extra Galilæam atque Iudæam in aliis Gentibus Euangelium prędicauit. Quòd si legimus eum fuisse in terminis Tyri & Sidonis, siue in confinio Cæsareæ Philippi, quæ nunc vocatur Paneas: tamen sciendum, non esse scriptum, quòd ipsas ingressus sit ciuitates: *Calamum quassatum* siue confractum *non conteret.* Cunctis enim placabilis erit, & veniam dabit peccatoribus, dicens ad mulierem: Confide filia, dimittuntur tibi peccata. *Et linum fumigans,* siue, vt cæteri transtulerunt, obscu-

Euthym. Beda.

Cur Christus silẽtiũ imponit dæmonibus.

Hieron.

Idem.

Quid linũ fumigans.

rum atque tenebroſum, *non extinguet.* Qui vicini erant extinctioni, Domini clementia ſer- F
uabantur: quæ ſuper Iudæis & nationibus in ſupradictis opuſculis diſſeruimus: ſed cum veri-
tate omnia iudicabit, neque metuens ſcribas & Phariſæos, quos confidenter hypocritas ap-
pellabat. Quod autem ſequitur, Splendebit, & non conteretur, donec ponat ſuper terram iu-
dicium, Matthæus Euangeliſta non poſuit, ſiue inter iudicium & iudicium media ſcriptoris
errore ſublata ſunt. Significat autem, quòd reſurgens ex mortuis, cunctos illuminauerit, nec
morte contritus ſit, donec poneret ſuper terram iudicium, qui loquebatur in Euangelio: In iu-
Cyrillus Alexand. dicium veni ego in mundum iſtum, vt non videntes videant, & videntes cæci fiant. Cyrillus
Alexandr. lib. 4. in Eſ. Prophetam: Iudicatus eſt igitur, inquit, vt & iudicium proferat Genti-
bus. Iudicium his verbis iuſtum vocat iudicium. Iuſtificauit enim illos, Satanæ reſiſtens,
qui occupauerat. Quod ipſe nos docuit, inquiens: Nunc iudicium eſt mundi: nunc prin-
ceps huius mundi eiicitur foras. Et ego ſi exaltatus fuero à terra, omnes traham ad meip- G
ſum. Damnauit enim capitis eum, vt dixi, qui orbem terrarum occupauit, & deceptos ſan-
ctos ſeruauit iudicio. Sed *nec clamabit*, inquit, *nec remittet, neque audietur foris vox eius.* Pere-
grinatus eſt enim vniuerſorum ſeruator & dominus in ſubmiſſione multa, & humilitate, &
quaſi ſine ſtrepitu, & iniuria afficiens neminem, ſed in ſilentio & ſolitudine, vt confractum
calamum etiam non contriuerit, & linum fumigãs non extinxerit, id eſt, nec in abiectiſſimos,
Chryſoſt. & in perpetiendo damno timidiſſimos pedem immiſerit. Chryſoſto. hom. 41. in Matthæum.
Clementiam igitur, inquit, ipſius mirabilem, inauditam manſuetudinem, incredibilem hu-
manitatem prædicendo, inquit: Non litigabit, neque clamabit. Nam ipſe quidem optabat
cum eis eſſe, atque eos curare: renuentibus autem ipſis, atque adeò repellentibus, reſiſtere at-
que reluctari noluit. Deinde Propheta vt virtutem Chriſti, & illorum imbecillitatem oſten-
deret, *Arundinem*, inquit, *contritam non franget.* Sic certè ipſe omnes frangere facilè poterat H
vt arundinem: nec vt arundinem ſimpliciter, ſed vt arundinem iam contritam. *Et linum fu-*
migans non extinguet. Hîc accenſam illorum iram atque furorem præ oculis ponit: & virtutem
Aperta Prophetæ de Chriſto. Chriſti tantam eſſe confirmat, vt comprimere atque extinguere facilè poſſit: quod cùm fece-
rit, immenſa humilitate ac manſuetudine feciſſe comprehenditur. An igitur ſemper hæc ita
erunt, ſemperque feret eos, qui ſingulari furore concitati, hæc inſidiantur? Nequaquam: ſed
cùm ſua omnia optatum exitum fuerint conſecuta, tunc etiam illos caſtigabit: quod inde ſi-
gnificatur, *Donec*, inquit, *emittet in victoriam iudicium eius, & in nomine eius gentes ſperabunt.*
vt Paulus quoque dicit, 2. Cor. 10. Parati ſumus, inquit, omnem inobedientiam vlciſci, cùm
completa fuerit veſtra obedientia. Quid autem eſt, Cùm emiſerit in victoriam iudicium eius?
Cùm ſua omnia implebit, videlicet tunc vltionem conſummabit: tunc grauia nimis duráque
aderunt omnia, cùm ipſe clarum trophæum ſtatuerit, cùm iuſtificationes ſuæ victoriam na- I
ctæ fuerint, cùm denique nullam, etiamſi impudentiſſimi ſint, reſponſionem ſibi relictam
viderint. Nouit enim iuſtitiam & iudicium dicere: verùm non in ſupplicio ſeductorum diſpẽ-
ſatio finietur, ſed orbem quoque vniuerſum ad ſe attracturus eſt. Ideò ſubiunxit: *Et in nomine*
ipſius gentes ſperabunt. Et vt certior ſis hoc etiam voluntate patris factum, ideò ſtatim Prophe-
ta cum cæteris hoc quoque confirmauit, dicens: *Dilectus meus in quem complacuit animæ meæ.*
Hilarius. Qui enim dilectus eſt, is cuncta ex ſententia diligentis peragit. Hilarius in Matth. myſticum
huius facti ſenſum ſic inquirit. Subiicitur, inquit, rectè curatio manus aridæ, facto Apoſtolo-
ſpiritualis huius hiſtoriæ interpretatio. rum, id eſt vellicationi ſpicatum. Nam poſt reditum de ſegete, ex qua iam Apoſtoli fructus
ſationis acceperant, ad ſynagogam venit: etiam illinc meſſis ſuæ operarios paraturus, qui plures
poſtmodùm vnà cum Apoſtolis extiterunt. Hi igitur curantur. In manu enim dandæ ſalutis
ſubſtantiam non habebant, & manus officium ceſſabat, & miniſterium corporis, quo aliquid K
agitur, atque impertitur, aruerat. Dominus igitur eum iuſſit manum extendere, quæ reſtitu-
ta eſt ei ſicut altera: curatio omnis in verbo eſt, & manus ſicut altera redditur, id eſt, ſimilis mi-
niſterio Apoſtolorum in officium dandæ ſalutis efficitur: docétque Phariſæos ægrè ferre non
oportere operationem humanæ ſalutis in Apoſtolis, cùm ipſis ad officij eiuſdem miniſterium
manus ſit reformanda, ſi credant. Sed inuidia facti Phariſæos commouet, & aduerſus eum
ineunt conſilium: quia contuentes hominem in corpore, Deum in operibus non intelligebãt:
ſciénſque eorum conſilia, feciſſet vt à conſiliis malignantium procul abfuturus cognoſceretur. Pluréſque turbæ eum ſecutæ ſunt: ab infidelibus videlicet recedẽti, fidelium comitatus
aſsiſtit. His verò quos curat, ſilentium imperauit. Sed nunquid curationis taciturnitas iube-
batur? Non vtique. Nam ſi ſalus vnicuique reddita, erat ſibi ipſa teſtis. Sed iubendo ſecre-
tum, & gloriandi de ſe iactantiam declinat, & nihilominus cognitionem ſui præſtat in eo ipſo,

dum

A dum admonet de se taceri: quia obseruantia silentij ex re, quæ sit silenda, proficiscitur. Quinetiam per hanc tacendi de se voluntatem, dictorum per Esaiam effectus impletur: de cuius Prophetia illud nunc tantùm admonemus, hunc & dilectum à Deo, & paternæ beneplacitũ voluntati, & spiritum Dei super eum esse, & ab eo iudicium Gẽtibus nunciari, & arundinem, quæ quassata sit, non esse confractam, & linum fumigans non extinctum: id est, caduca & quassata gentium corpora non fuisse contrita, sed in salutem potius reseruata: neque exiguitatem ignis tantùm iam in lino fumiganti extinctam ex Syon Israel, & ex reliquiis veteris gratiæ spiritum non ablatum: quia resumendi totius luminis in tempore pœnitentiæ sit facultas. Sed istud intra certi temporis statuta præscribitur, Donec eiiciat victoriam, ad iudicium, sublata scilicet mortis potestate, iudicium claritatis suæ reditu introducat in nomine eius per fidem Gentibus credituris.

B *Christus in monte, præmißa tamen oratione, duodecim Apostolos recenset.*

Matth. 5.	Marc. 3.	Luc. 6.	Ioan.
VIDENS autem Iesus turbas ascendit in mon -	Et ascendens in montẽ, vocauit ad se quos	Factũ est autẽ in illis diebus, exiit	
tem: &	voluit ipse: & venerunt ad eum. Et fecit vt	in montẽ orare, & erat pernoctãs	
C cùm se -	essent duodecim cũ illo, & vt mitteret eos	in oratione Dei. Et cùm dies fact⁹	
disset, ac-	prædicare. Et dedit illis potestatem curãdi	esset, vocauit discipulos suos,	
cesserunt	infirmitates, & eiiciẽdi dæmonia. Et impo-	& elegit duodecim ex ipsis: quos	
ad eũ dis-	suit Simoni nomẽ Petrus: & Iacobũ Zebe-	& Apostolos nominauit: Simo-	
cipuli ei⁹.	dæi & Ioannẽ fratrem Iacobi: & imposuit	nem, quem cognominauit Petrũ,	
	eis nomina Boanerges, quod est, Filij toni-	& Andream fratrẽ eius, Iacobũ	
	trui, & Andream & Philippũ, & Bartho-	& Ioannẽ, Philippũ & Bartho-	
	mæum & Matthæum, & Thomã & Iaco-	lomęũ, Matthæũ & Thomã, Iaco	
	bum Alphæi, & Thaddæum & Simonem	bũ Alphæi & Simonẽ qui voca-	
	Cananæum, & Iudam Iscarioten, qui &	tur Zelotes, & Iudam Iacobi, &	
	tradidit illum.	Iudã Iscariotẽ qui fuit proditor.	

D NEMO ædificat, qui non vastam domum columnis suffulciat: Itáque Dominus Iesus Ecclesiam in seipso constructurus, Apostolos illius columnas esse voluit. Sic enim Paulus de iis censet ad Galatas (cap. 2.) scribens: Qui videbantur columnæ esse, Iacobus, Cephas & Ioannes, dextras dederunt mihi & Barnabæ, societatis. Chrysostom. ser. de Pentecoste. Etenim, inquit, vinitores erant, & piscatores, & turres, & columnæ, & medici, & duces, & doctores, & portus, & gubernatores, & pastores, & athletæ, & pugnatores, & coronas gestantes. Columnæ quidem, quoniam virtute sua Ecclesiæ robur sunt: fundamentum, quia in confessione ipsorum fundata est Ecclesia, dicente Domino: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. (Matth. 16.) Portus autem, quia tempestates impias repressérunt: Gubernatores, quia omnem orbem terrarum viam rectam docuerunt: Pastores, quoniam lupos abegerunt, & oues conseruarunt: Aratores, quoniam spinas eradicauerunt: Vinitores, quoniam lambrusca eradicauerunt, & semina pietatis plantauerunt: Medici, quoniam vulnera nostra curauerunt. Itaque sicut omnes isti ad constituendam & conseruandam Rempublicam, sic & Apostoli ad Ecclesiam sunt necessarij. Vnde & Paulus ad Ephes. 4. Vnicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Euãgelistas, alios verò pastores & doctores, ad consummationem sanctorum, in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi: donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei in virum perfectum, in mensúram ætatis plenitudinis Christi. Eapropter Christo non satis fuit nunc hos, nunc illos sensim in Apostolatum vocauisse, sed simul omnes post signa quædam edita confirmare voluit, quibus & abditiora suæ doctrinæ mysteria communicaret. Diximus enim in superioribus, modò Philippum, Andream, & Simonem, secutos esse Christum, audito Ioannis testimonio: sed ad laborem manuum reuersos esse. Rursùs eosdem & duos filios Zebedæi vocatos esse, sed & ipsum Matthæum è telonæo: verùm neque adhuc omnes recensebantur. Christus verò nunc, adinstar sapientissimi exercitus imperatoris, post hunc & illum

Introductio. *Chrysost.* *Summa.*

ſibi pluribus modis & aſcitos & deuinctos, omnes quibus res ſuas crediturus eſt, ſimul luſtrat, F
& recenſet, & ab iis ſolẽne ſacramentũ exigit, vt alter alterius fide animati, & quaſi vnius eiuſ-
démque corporis membra effecti, idem nitantur, & quæ illis credita fuerunt, fideliter exequã-
tur. Idem igitur nunc Chriſtus facit. Nam cùm in montem aſcendiſſet, vocauit ad ſe quos
voluit, & fecit vt eſſent duodecim: & miſit illos prædicare, & dedit illis poteſtatem curandi
infirmitates, & eiiciendi dæmonia. Cæterùm huius facti definita dies non habetur ex Euan-
geliſtis, cùm Chriſtum tantùm ſcribant propter turbas confluentes & orationem in montem
aſcendiſſe: conſtet autem ex illorum hiſtoria ſæpiſſimè turbas ad Chriſtum conueniſſe, illum
verò ſæpenumerò in montem oraturum aſcendiſſe. Nec aliquem mouere debet, quod, vt
Auguſtin. ſcribit Auguſtin. lib. 2. de conſ. Euang. cap. 30. Antequàm hoc narraret Marcus, priùs poſt
Conciliãtur reſuſcitatam filiam Archiſynagogi, ſcripſerit Dominum in patria ſua fuiſſe, & illic miratos
Euãgeliſtæ. omnes, vnde tanta ſapientia & virtutes, cùm eius cognationem noſſent: quod Matthæus poſt G
admonitionem iſtam diſcipulorum, & poſt alia multa commemorat. Itaque incertum, vtrũ
hoc quod hîc actum eſt in eius patria, Matthæus omiſſum reuocarit, an Marcus recordatum
anticipauerit, quiſnam eorum ordinem rei geſtæ tenuerit. Lucas verò continuò poſt reſur-
rectionem filiæ Iairi, ſubiungit hunc locum, & de poteſtate & admonitione diſcipulorum,
tam breuiter ſanè, quàm Marcus, neque ipſe ita: vt hoc ſequi etiam in ipſo rerum geſtarum
ordine appareat. Attamen etſi in ordine temporum concilientur, quòd Lucas ſuo ordine,
Matthæus & Marcus modò per anticipationem, ſi quaſdam hiſtorias ſpectes, modò per reca-
pitulationem, ſi alias conſideres, rem geſtam narrant: nos ſi penitùs expendamus id quod hi
ſcribunt, videbimus tum maximè Chriſtum duodecim ad ſe in montem vocaſſe, cùm nouã
legem & Beatitudines eſſet promulgaturus. Mathæus enim illum in montem aſcendiſſe, & H
diſcipulos ad eum aſcendiſſe ſcribit: ſed ea tacet quæ Marcus narrat de nominibus diſcipulo-
rum, hæc per recapitulationem velut omiſſa. 10. cap. ſui Euangelij explicans. Marcus & Lu-
cas poſt reſolutionem de ſabbato, ſpicas vellicatas, manum aridam reſtitutam, Chriſtum
ſe ſubduxiſſe in montem, & feciſſe vt eſſent duodecim Apoſtoli, eorum etiam nomina deſcri-
pſiſſe referunt, & ita in vnum conueniunt: Lucas demum adiicit deſcendentem de monte
ſtetiſſe in loco campeſtri, & tum ſuos docuiſſe de Beatitudinibus, reformatione traditionum
Phariſaicarum, & perfectione nouæ legis. Nos igitur tres iſtos ita conciliabimus, vt à rerum
geſtarum ordine non recedamus. *Factum eſt in diebus illis*, non immediatè tamen poſt manũ
aridam reſtitutam, cùm hoc omninò non conſtet, ſed ſaltem quibuſdam interpoſitis *exiit*.
Nam vt Phariſæorum cum Herodianis conſpirationem declinaret, diximus eum ad mare
deſcendiſſe, & in nauiculam aſcendiſſe, ex qua demum plebem docuerit. Quo facto alibi
ſecedere potuit, vt linum fumigans non extingueret, ſed daret locum iræ: & *videns Ieſus tur-*
bas, ſe importunè requirentes & ſequentes, ne ſuis votis fruſtrarentur, *aſcendit in montem ora-* I
re, & erat pernoctans in oratione Dei: vt illa conſummata, tandem & ægrotos illorum curaret,
Chryſoſt. & eos doceret de iis quæ ad conſequendum regnum Dei ſunt neceſſaria. Chryſoſtom. ho. 9.
Operis imperf. in Matth. Omnis, inquit, artifex ſecundum profeſſionem ſuam opportunita-
tem operis videns, gaudet. Carpentarius ſi viderit arborem bonam, concupiſcit eam præſcin-
dere ad opus artificij ſui. Agricola ſi viderit terram pinguem, deſiderat eam arare. Et quid di-
co de rationalibus hominibus? Ipſe irrationalis equus de ſtabulo exiliens, ſi viderit campos
patentes, rapit frenum, & excitatur ad curſum. Sic & Dominus videns magnam congregatio-
nem populi, excitatus eſt ad docendũ. Sic & omnis ſacerdos cùm viderit Eccleſiam plenam,
gaudet animus eius, & delectatur, vt doceat. Si autem viderit Eccleſiam vacuam, confun-
ditur, & nihil dicere poteſt. *Aſcendit in montem.* Numquid poterat ibi docere, vbi iam po- K
Cur aſcen- pulus erat? Sed propter duas rationes aſcendit in mõtem. Primùm, vt impleret Prophetiam
dit in mõtẽ. Eſaiæ dicentis, (cap. 40.) Super montem excelſum aſcende tu, qui benè annuncias Syon. De-
inde vt myſterium pietatis oſtenderet. Aſcenſio enim eius eſt altitudo virtutum. *Aſcendit* er-
go *in montem*: vt oſtendat nobis, quoniam in altitudine ſpiritualium virtutũ conſiſtere debet,
qui docet iuſtitiam Dei, pariter & qui audit. Qui docet, verborũ ſuorũ ſit ipſe exemplum, vt
magis opere doceat quàm ſermone: ſicut ait Apoſtolus ad Timoth. 1. cap. 4. Exemplum eſto
omnium fidelium. Qui autem ambulat per conuallia vitæ terrenæ, obſcuras ſemitas calcat,
& loquitur altos ſermones: non alterum inſtruit, ſed ſeipſum caſtigat. Nemo enim poteſt in
valle ſtare, & de monte loqui: ſed aut vbi ſtas, inde loquere: aut inde loqueris, vnde ſta. Si in
terra eſt animus tuus, vt quid de cœlo loqueris? Si ergo in terra tu ſtas, de terra loquere: ſi autẽ
de cœlo loqueris, in cœlo conſiſte, vt dicas cum Apoſtolo: Noſtra autem conuerſatio in cœlis
eſt.

A est.Philip.4. Augustin.tom.4.lib.1. de sermone Domini in monte,cap. 1. Sed etiam si quæritur quid significet mons,benè intelligitur significare maiora præcepta iustitiæ,quia minora erant quæ Iudæis data sunt. Vnus tamen Deus per sanctos Prophetas & famulos suos, secundũ ordinatissimam distributionem temporum;dedit minora præcepta populo, quẽ adhuc timore alligari oportebat:& per filium suum maiora populo,quem charitate iam liberari conuenerat. Cùm autem minora minoribus,maiora maioribus dantur,ab eo dantur, qui solus nouit congruentem suis temporibus generi humano exhibere medicinam. Nec mirum est,quòd dãtur præcepta maiora propter regnum cœlorum,& minora data sunt propter regnum terrenũ, ab eodem vno Deo qui fecit cœlum & terram. De hac ergo iustitia,quæ maior est,per Prophetam dicitur,Iustitia tua sicut montes Dei. Et hoc benè significat, quòd ab vno magistro, solo docendis tãtis rebus idoneo,docetur in monte. Gregorius Nysse. lib. de Beatitudinibus. Quis Greg. Nyss.
B igitur,inquit,in hoc cœtu talis est,qui & sermonis discipulus sit, & cum eo à terrenis, concaruisque ac humilibus cogitationibus & intellectibus ascendat in spiritualem montẽ altæ contemplationis?qui mons omnem quidem vmbram ex eminentibus nequitiæ vitiisque tumulis correctam effugit:ex omnibus autem partibus veræ lucis radio illustratus, in pura veritatis serenitate omnia,quæcunque in concauo coërcitorum & conclusorum oculis subducta sunt,ex specula conspicienda præbet. Vnde & in ipso monte suos discipulos confirmat ex ipsa montis *Mons velut specula.*
specula,spirituale illorum munus designans,nimirùm vt essent speculatores Domini Israël,& Ecclesiæ Dei. Vnde Eusebius Cæsarienſis lib.6.de Demonstr.Euang.cap.24.cùm explicasset Euſ. Cæſ.
hæc verba Esaiæ,cap.52. Quàm pulchri super montes pedes euangelizantis pacem,annunciantis bona,prædicantis salutem,quæ nonnulli antiquorum Patrum ad Christũ referunt in ipso monte docentem:statim ea quæ subiiciuntur,de Apostolis intelligit: Vox speculatorum tuo-
C rum extulerunt vocem, quoniam oculis ad oculos videbunt; quando miserebitur Dominus Syon. Dici porrò in his speculatores videntur (inquit) sacrosancti saluatoris nostri Apo- *Speculatores.*
stoli,qui palàm oculis intuiti eum,de quo Prophetæ loquebantur, extulerunt vocem suam in totum terrarum orbem,illum ipsum prædicantes. Ipsam verò Syõ ac Hierusalẽ,quæ in his locis euangelizatur,in cœlo agnouit ipse Apostolus,his verbis: Superior autem Hierusalẽ libera est,quæ est mater nostra,& accessistis ad Syon montem, & ad ciuitatem Dei viuentis Hierusalem cœlestem,& multorum millium Angelorum frequentiam. Dici verò poterit etiam ea, quæ in montem terræ locum per Christum constituta est Ecclesia,quemadmodum Hierusalem omne pium ac religiosum ciuile institutũ,quod cùm apud solos veteres Iudæos olim existeret, in solitudinem propter ipsorum impietates conuersum, deinde rursus renouationem in melius consecutum est per Christi saluatoris nostri aduentum. Beda in Marcum. Mons il- Beda.
D leigitur, in quo Apostolos elegit Dominus, altitudinem designat iustitiæ, qua instituendi illi, & quam prædicaturi erant hominibus. Nam quia missurus erat eos ad prædicandum Euangelium regni cœlestis, meritò per sublimitatem loci, in quo electi sunt, admonere voluit eos, non in infimis desideriis animum dissoluere, sed ad superna desideranda & quærenda semper erigere debere. Sic etiam legem daturus priori populo in monte apparuit: de monte, quæ agenda essent, intonuit. Euthymius in Matthæum,rationem literalem huius Euthymi.
in montem ascensus explicat. Simul quidem, inquit, tumultus in imo erat declinans, simul etiam absque vlla distractione docere cupiens. Transit enim à cura corporum ad curam animarum. Nam ita semper ab illa transit ad istam: & rursus ab hac ad illam, vt variam præstet vtilitatem. Sed & ideò ascendisse dicitur,vt liberiùs in oratione pernoctaret, secedendo à turbis ad Deum. Est enim oratio, eleuatio mentis in Deum. Ephrem serm. de virginitate. Ephrem.
E Quippè,inquit,oratio sancta & pura cum Deo loquitur. Cùm igitur Deo assistis orans, cum metu & timore adsta. Circuncide ex corde tuo cogitationes omnes, ac terrenorum omnium curam. Esto orationis tempore veluti cœlestis angelus, atque ita decerta, vt sancta & munda *Mens orationi conueniens.*
sit oratio tua,pura atque immaculata,vt dum illum sibi propinquare viderint cœlestes ianuæ, gaudentes illi continuò vltrò pandantur: vt ipsam intuentes Angeli atque Archangeli omnes,illi gestientes occurrant,& ante sanctum & sublime solium immaculati Domini,offerant eam. Ita esto semper orationis hora, quasi Cherubin & Seraphin Deo fœliciſſima beatiſſimáque sorte coniuncta. Cæterùm Thomas Aquinas in Matthæum,Christi fuisse tria refugij Tho. Aqu.
loca obseruat:Montem,Ioan.8.Matth.17.Nauem,Luc.5.Desertum,Matth.6. Eamus enim, *Tria refugij loca.*
inquit,seorsum in desertum. In tribus enim homo potest habere refugium ad Deũ: In protectione diuinæ altitudinis,quæ per montem significatur. Psal.124. Qui confidunt in Domino,sicut mons Syon. In societate Ecclesiastica, quæ per nauem designatur,Psalm.121. Hierusalem

quæ ædificatur vt ciuitas. In ſolitudine religionis, quæ per deſertum accipitur. Oſee 2. Ducam F
eam in ſolitudinem, & loquar ad cor eius. Pſ. 54. Ecce elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine.

Gloſa. Gloſa ordinaria in Matth. Porrò conueniunt Euangeliſtæ, quòd Chriſtus in montem aſcen-
Quomodo Ieſus ſtãs & ſedens in monte. derit. Sed Lucas dicit, poſt deſcenſum de monte, in loco campeſtri eundem turbis prædicaſſe
ſtantem, quem Matthæus idem dicit feciſſe in monte ſedentem cum diſcipulis ſuis. Fieri autẽ
potuit, vt in monte duodecim Apoſtolos eligeret, quod Matthæus tacet. Lucas dicit de electis
ſermonem illũ tunc habere, quem Matthæus dicit, Lucas præterit. Et cùm deſcendiſſet, ſum-
mam eorum quę priùs dixerat, populo publicaſſe: quod Lucas narrat. Vel potuit Dominus pri-
mò eſſe cum diſcipulis ſuis in faſtigio montis, quando ex eis duodecim elegit: deinde cum
eis deſcendiſſe in planiciem aliquam, quæ tamen in monte ſeu latere illius eſſet, & multas tur-
bas capere poſſet: & ibi ſtetiſſe, donec turbæ cõgregarentur: & pòſt cùm ſediſſet, propiùs diſci-
pulos veniſſe, & ita illis & cæteris ſermonẽ habuiſſe, quẽ dicit Matth. & Lucas diuerſo narrãdi
Ambroſ. ordine, ſed eadem rerũ veritate. Ambroſ. lib. 5. in Luc. cap. 6. obſeruat Lucæ contextum hunc, G
Exiit in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei, oportere nos oraturos ex terrenis curis
ad Deũ ſecedere: ſed & aliquid magni aggreſſuros idem ipſum orationibus præuenire, & eniti
vt Chriſtum patronũ & aduocatum nanciſcamur. Sic enim habet cap. 24. Non veſtigiis cor-
In monte Chriſtus. poralibus, ſed factis ſublimioribus in hunc montẽ ſi aſcendas, ſequeris Chriſtũ, vt ipſe eſſe mõs
poſſis. Montes enim in circuitu eius. Sed & in Euangelio: Inuenies ſolos cũ Domino monte a-
ſcẽdiſſe diſcipulos. Orat ergo Dominus, non vt pro ſe obſecret, ſed vt pro me impetret. Nam
etſi omnia poſuerit pater in poteſtate filij, filius tamen vt formã hominis impleret, obſecrandũ
patrem putat eſſe pro nobis, quia aduocatus eſt noſter. Noli inſidiatrices aperire aures, vt putes
quaſi infirmũ rogare. Vt impetret quod implere non poſſit poteſtatis author, obedientiæ ma-
giſter, ad præcepta virtutis ſuo nos informat exemplo. Aduocatum, inquit, habemus apud pa-
trem, Ioan. 2. Si aduocatus eſt, debet pro meis interuenire peccatis. Non ergo quaſi infirmus, H
ſed quaſi pius obſecrat. Vis ſcire igitur omnia, quæ vel poſſit vt aduocatus, & iudex eſt? In al-
tero pietatis officiũ, in altero inſigne eſt poteſtatis. *Et erat*, inquit, *pernoctãs in oratione Dei*. Spe-
Oratio præmittenda omni actioni. cies tibi datur, forma præſcribitur, quam debeas imitari. Quid enim te pro ſalute tua facere
oportet, cùm vis aliquod pietatis officium adoriri, quando Chriſtus miſſurus Apoſtolos, ora-
uit priùs, & ſolus orauit? Nec vſquam alibi, ſi non fallor, oraſſe cum Apoſtolis reperitur, vbi ſo-
lus obſecrat. Dei enim conſilium humana vota non capiunt, nec quiſquam interiorum Chri-
ſti particeps eſſe poteſt. Ita nimirùm Apoſtoli ſegregaturi aliquem in locum Iudæ, primò ie-
iunium & orationem indicunt, demùm ſortes mittunt. Sed & cùm aliquos deſignaturi eſſent
in Gentes, dicitur: Ieiunantibus illis, & orantibus, Spiritum ſanctum reſpõdiſſe, Segregate mi-
Electio ex Spiritu ſancto. hi Barnabam & Paulum in opus ad quod ſelegi eos. Nam cùm electio præcedere, illa autem I
procedere debeat ex inſtinctu Spiritus ſancti, neceſſe eſt Spiritus ſancti gratiam requirere o-
rationibus, humiliationibus, & piis meditationibus. *Et vocauit diſcipulos ſuos.* Beda in Marc. Nõ
Beda. enim illorum electionis ac ſtudij, ſed diuinæ erat dignationis & gratiæ, vt in Apoſtolatum vo-
carentur. Vnde & alibi Ioannes 15. dicit: Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos. Fecitque vt
Duodenarij Apoſtolorum numeri figura. eſſent duodecim cum illo: certi vtique gratia myſterij, vt videlicet mundi ſalutem, quam ver-
bo prædicarent, ſuo quoque numero commendarent. Ter enim quaterni duodecim faciunt:
& ter quaterni Apoſtoli ad prædicandum ſunt miſſi, vt per vniuerſas quadrati orbis plagas ba-
ptiſarent Gẽtes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Vnde & de ciuitate ſancta Hieru-
ſalem deſcendente de cœlo à Deo ſcriptum eſt, quia erant ei ab Oriente portæ tres, & ab A-
1. *Portæ Hieruſalem.* quilone portæ tres, & ab Auſtro portæ tres, & ab Occaſu portæ tres. Vbi figuraliter oſtendi- K
tur, quòd prædicantibus Apoſtolis, Apoſtolorúmque ſucceſſoribus, cunctæ per orbem natio-
nes in fide ſanctæ Trinitatis Eccleſiam eſſent ingreſſuræ. In quo etiam ſacramento ita quon-
dam filij Iſraël circa tabernaculũ caſtra metabantur, vt ex omni parte per quadrũ ternæ tribus
2. *Caſtra Iſraël.* manerent. Quia primitiua nimirũ Eccleſia, quæ erat in Iudæa, vndiq; per circuitũ ſui, creden-
Euſe. Cæſ. tibus toto orbe nationibus, ſpiritualia Deo caſtra erat in fide & confeſſione ſanctæ Trinitatis
fixura. Euſeb. Cæſar. lib. 3. de Demõſt. Euang. cap. 2. duodecim Apoſtolos figuratos eſſe ſcribit
3. *Exploratores.* per duodecim exploratores, quos miſit Moſes in terrã promiſſionis. Nimirũ & Apoſtoli in v-
Tertull. niuerſum orbẽ miſſi ſunt, quẽ Chriſto & Eccleſiæ conquirerent, cùm ſcriptũ ſit: Poſtula à me,
& dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionẽ tuam terminos terræ. Tertull. lib. 4. con-
tra Marcionem, horum figurã præceſsiſſe ſcribit in duodecim illis fontibus, quos filij Iſraël in
4. *Fontes.* deſerto repererunt, ex quibus magnũ refrigeriũ acceperunt: Nimirũ illi ſunt fontes, de quibus
Eſaias dixit, Haurietis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris. Sed & duodecim ſeligebantur,

velut

A velut duodecim signa Zodiaci, quæ Christum iustitiæ solem comitarentur: aut duodecim menses anni, aut duodecim horæ diei, ex quibus nimirùm magna perfectio consurgeret. Sic & olim factum est altare ab Elia ex duodecim lapidibus Iordanis: & duodecim iudices erãt in Israël, qui defuncto Iosue præfuerunt: & duodecim gemmæ erant in pectorali summi Pontificis, & duodecim boues mare æneum sustinebant. Et duodecim vituli, & duodecim adolescentes, & duodecim crateres, de quibus Exod. 24. Et duodecim portæ, & duodecim fundamenta cœlestis Hierosolymæ, de quibus in Apocalypsi scriptum est. Vnde & duodecimo anno Christus in tẽplo disseruit. Ita numerus ille multis figuris designabatur. Sed &, vt obseruat Albert. Magn. in Marc. stellæ sunt duodecim in corona sponsæ, Apoc. 12. & sedes duodecim iudicantium, Matt. 19. Iodocus Clithoueus lib. de mystica numerorum significatione, hæc omnia cõplectitur, cap. 9. Duodenarius, inquit, numerus Apostolico collegio consecratus est: quòd ex

B ternario quaternatim ducto coalescat. Apostoli autẽ (vt ait B. Greg. in vltimo lib. Moral.) sanctæ Trinitatis fidem per quatuor mundi plagas præcipuas annunciare missi sunt: quatuor itidem Euangeliis traditam summæ Triadis agnitionem mundo intonuerunt: quòd sicui non placet hæc mystica ratio, persuasum habeat, solam Dei eligentis voluntatem & beneplacitum in causa esse, cur tot elegerit suę nouę legis præcones. Sicut enim quos voluit, elegit ipse ad Apostolatus apicem: ita quoque quot voluit, delegit ad illud dignitatis culmen. Et illa vel sola ratio nobis abundè sufficere debet. Attestatur autem, quod modò dictũ est, duodenarium scilicet numerum Apostolico cœtui esse particulariter addictum, Cassiodorus, circa duodecimi Psalmi explicationem dicens: Admonet etiam duodenarius numerus Apostolorũ nos recolere quãtitatem, qui doctrina perfectissima mandatorum, & Dominũ super omnia dilexerunt, & proximos eadem vt se charitate cõplexi sunt: vt meritò hic Psalmus talia sacramenta nobis

C concesserit, qui Apostolorũ noscitur numero consecratus. In duodecim quoq; tribus, Num. 2. Hebræorum populũ constat esse diuisum. Matth. 19. duodecim etiã sedes in iudicio venturo Dominus promittit Apostolis. Duodecim quoq; mẽsibus annus ipse partitus est. Sed & alia huiusmodi plura diligens Lector inuenies, vt hunc calculũ multis miseriis refertum esse agnoscas. Hæc ille. Porrò vt de Euangelistis priùs dictum est, ipse etiam sacer Apostolorum numerus multis antiquæ legis figuris & velamẽtis antè signatus est. Imprimis per duodecim Patriarchas filios Iacob. Genes. 46. quoniã & ipsi Apostoli sunt principales & præcipui patres in nouo Testamento, Num. 2. Secundò per duodecim principes tribuũ Israël: quia cõstituti sunt principes à Deo super omnem terram, vt dicit Ps. 44. Tertiò per duodecim fontes in Helim, Exod. 15. quia ipsi mystici sunt fontes, ex quibus manauit aqua salutaris sapientiæ, ad irrigandũ

D hortum militantis Ecclesiæ. Quartò per duodecim lapides sublatos de Iordane. Ios. 4. quoniã ipsi lapides sunt viui, coniuncti cæmento charitatis ipsi Christo primario lapidi. Quintò designatus est sacratus Apostolorũ numerus per duodecim boues sustentãtes mare æneũ, 13. Reg. 7. quoniã robusti sunt & forti virtute, ad fulciendã doctrinã sacramentorũ, in quibus lauantur animæ fideliũ. Sextò per 12. Prophetas minores vno volumine cõprehensos. Nã ipsi sunt præcones Altissimi, annunciantes mundi terminũ, & iudicij aduentũ. Act. 12. Septimò per duodecim stellas in corona sponsæ: quoniam Ecclesiæ Christi afferentes ornatum spiritalem, totum mundum suæ doctrinæ claritate illustrant. Apoc. 21. Octauò per duodecim fundamenta ciuitatis supernæ: quoniam ipsi sunt fundamenta ipsius spiritualis Hierusalẽ, de qua dicitur Ps. 86. Fundamenta eius in montibus sanctis. Nonò significati sunt vtique Apostoli per 12. portas eiusdem ciuitatis sanctorum, Apoc. 21. quòd per ipsos habemus aditum ad patriã, & regionẽ

E viuorũ æternam. Decimò per duodecim sedes, Matt. 19. in quibus iudicãdæ sunt 12. tribus Israël: quoniã futuri sunt assessores supremi iudicis, & cũ eo nationes iudicaturi. Vnde etiã constat duodenariũ interdũ esse vniuersitatis numerum: q. 12. tribuũ Israël appellatione accipiẽdi sunt omnes homines totius mũdi. Nõ enim soli Iudæi in extremo illo examine iudicãdi sunt, sed omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt 2. Cor. 5. scribit Paulus. Et cùm sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, congregabuntur (vt dicitur Matt. 5.) ante eum omnes gentes: quemadmodũ per duodecim eorũ qui iudicaturi sunt sedes, omnes sancti cũ Christo mundũ iudicaturi accipiendi sunt. Cæterùm totius istius negotij author est Dei filius Iesus Christus, qui solus, & nõ alicuius hominis ministerio adiutus, Apostolos elegit. Ex quo manifestũ est, non ex hominũ, sed ex Dei instituto diuinũ ministeriũ pendere. Sed & suo exẽplo monebat eos, qui Ecclesiæ ministerio deseruiũt, vt non sibi satis esse existimẽt, si ipsi fideliter doceant, sed & nouas plantas suscitẽt, quorũopera doctrina fidei in Ecclesiis conseruetur. Quod sanè factum est ante Christum incarnatum à Samuele & Elisæo, quos cum discipulis plu-

5. *Signa Zodiaci.*
6. *Menses, horæ.*
7. *Lapides.*
8. *Vituli, crateres, adolescentes.*
9. *Fundamenta.*
Alb. Mag. I. Clithou. Gregor.
10. *4. orbis partes.*
Cassiodor.
11. *Tribus.*
12. *Patriarchæ*
13. *Principes.*
14. *Boues.*
15. *Prophetæ minores.*
16. *Stellæ.*
17. *Sedes.*
De successore cogitãdum in rebus sacris & literis.

ribus conuixisse,& illos priuatim instituisse, sacra testatur historia. Vnde factum est, vt Chri- F
stianissimi reges & principes olim Academias instituerent,lectores publicos alerēt, eximium
etiam Theologorum ordinem magnis priuilegiis locupletarent,& hoc vnum conarentur, vt
florentibus disciplinis mores quoque humaniores essent. Hoc quantum momenti habeat ad
Christianam Rempub.conseruandam,vnus Iulianus Apostata testatus est, qui ad illius euer-
sionem operępretium se fecisse existimauit, si primùm scholas & bonarum literarum exerci-
tium Christianis prohiberet.Secundo demùm loco considerandum est, quo tandem ordine
Christus ad suorum electionem processerit.Primùm quidem tota nocte in precationibus per-
seuerauit.Hac demùm elapsa,summo mane,quos voluit,ad se accersiuit, & Apostolico mu-
neri destinauit:monens nos,vt si quando ad electionem ministrorum Ecclesiæ procedendum
sit,quasi simul cum Christo in montem ascendentes,mentem nostram à carnalibus affectibus
ad Deum subducamus,& solius Dei intuitu, cuius negotium hîc agitur, ad cætera proceda- G
Grauiter peccāt,qui contra spiritum sanctū se ingerunt in onera Ecclesiæ.
mus.Quàm grauissimè igitur hac in parte peccant,qui vbi hæc occurrerint,opibus,compen-
sationibus,& nescio qua rerum vilium expectatione,aut parentela,aut amicitiis,aut fauoribus
mouentur,vt nonnunquam lupos agnis, aut saltem canes mutos non valentes latrare præfici-
ant,quos cura gregis moueat,non vt illum pascant,sed deglutiant,& mactēt?qui quę sua sunt,
quærant,non quæ Iesu Christi. Vbi verò sinistras considerationes seposuerint hi qui eligunt,
& hoc vnum attenderint,vt Dei nomen sanctificetur in terra,& dilatetur regnū eius:tum tan-
dem continuis orationibus adinstar Christi diuinum numen implorent,cuius ductu prospera
succedant omnia.Ita scilicet Paulus Timotheum monet,Manus citò nemini impoueris: sed
& de Diaconis,Probentur,inquit,& sic ministrent. His ita dispositis res Ecclesiæ meliùs sese
haberent,neque tot armis aut sanguine opus esset ad conciliandam vniuersæ Christianæ Rei-
In quem finem ministri Ecclesiæ præficiantur.
pub.tranquillitatem.Tertiò demùm ostendit Christus,in quem finem ministros Ecclesiæ se- H
ligat.Primus est,vt cum Christo essent velut testes & factorum & dictorum illius.Act.1. Eri-
tis mihi testes in vniuersa Hierusalem,Iudæa,& Samaria,& vsque ad vltimū terræ. Secundus
est,vt prædicarent verbum Dei,ad quod etiam munus eos præparabat ante passionem suam,
vt ei assuescerent. Tertius,vt infirmos curarent,& præcederent ante faciem eius.His omnibus
ministerium Ecclesię definitur.Cum Christo sunt altaris ministri,qui & de altari participant,
& carnes agni illius immaculati quotidie manducant.Rapti etiam in illius maiestatem, beni-
gnitatem,& sanctitatem,quæ omnia in Ecclesia apud plebē testantur. Sed & illos spectat ver-
bi ministerium,vt pascant qui in iis est,gregem Christi verbo & doctrina.Tertiò demū mor-
bos curare,sed spirituales debent,vt errantes in viam reducant,infirmos confirment,dubios in
fide resoluant:sicque præcedant faciem summi illius pastoris,& pastorū principis Iesu Christi,
qui redditurus est vnicuique secundum opera sua, vt percipiat immarcessibilem gloriæ coro-
nam.Hi tres fines exprimuntur apud Marcum.*Fecit*,inquit,*vt essent duodecim cum illo*:testes v- I
tique omniū quæ faceret & diceret,fideliſſimi:*& vt mitteret eos prædicare*. Hoc secundo loco
succedit.Priùs enim didicisse cum Christo & ex Christo oportuit,quàm sermonis onus susci
perent.Erat illis Christus velut magister,ex quo discerent & intelligerent,quæ illos prædicare
oporteret.Sed & ad regulam & amussim ipsius necesse primùm erat & mores, & doctrinam
eorum formari,quàm possent ministerium verbi fideliter exequi.Sic Paulus etsi à Christo mi-
rabiliter edoctus est,priùs aliquo tempore cum Apostolis versatus est,quàm in regiones mit-
teretur.Vbi verò eos asciuit in discipulos & testes,tum tandem Apostolos instituit,cùm *misit*
eos prædicare.Apostoli enim idem quod missi.Hoc tanti fecit Paulus,vt liberè dicat: Non mi-
sit me Dominus baptisare,sed Euangelizare.Et 1.Cor.9.Væ mihi,nisi Euāgelizauero: necessi-
tas enim incūbit.Matt.25.Nō enim est fidelis serui abscondere talentū sibi creditū,& pecuniā K
domini sui fodere in terram.Act.8. Non est æquum nos relinquere verbum Dei,& ministrare
mensis.2.Tim.4.Testificor coram Deo,qui iudicaturus est viuos & mortuos, & per aduen-
Chrysost. tum ipsius,& regnū ipsius,prædica verbū.Chrysost. homil. ad pop.Antioch.hom.16.de sedi-
tione.Sicut enim radiū vincire possibile non est,nec domi concludere,sic neq; prædicationis
verbū.Itaq; vt liberū,emittitur in diuersas regiones. Eius autem authoritas pendet à mittente
Christo,sicut & Paulus ait:Pro Christo legatione fungimur.Vnde nec auditores verbi prædi-
cationi,nec ministri commissæ legationi detrahere debent.Matt.12.Qui vos spernit,me sper-
nit.Quid verò Ionæ non triste accidit,quòd onus verbi Dei reiiceret?Nota est huius rei histo-
ria,quòd acceperit in Niniuem mandatum,vt fugerit in Tharsis,& maris tēpestas cōmota sit
propter eū,ipse verò in mare proiectus sit.Tertius autē finis exprimitur.Nā *& dedit illis potestā-*
tem curandi infirmitates,præcipuè illas quæ sunt ex incendio fomitis, & ex inobedientia carnis
ad spiritum.

ad ſpiritum. Marc. vlt. Signa quoque eos qui crediderint, hæc ſequentur. Super ægros manus imponent, & benè habebunt. *Et eiiciendi dæmonia.* Eſa. 11. Non nocebunt & non occident in vniuerſo monte ſancto meo, quia repleta eſt terra ſcientia Domini. Quod ſubobſcurè ex Sibylla Cumæa his verſibus expreſſit Virgilius: Virgilius.

Occidet & ſerpens, & fallax herba veneni
Occidet.

Chryſoſtomus hom. 1. ad popul. Antiochenum, vocat idcircò Apoſtolicam vocem, tubam cœleſtem, & lyram ſpiritualem. Etenim, inquit, tanquam tuba terribile canens & bellicum, hoſtes quidem conſternat, lapſos autem ſuorum ſenſus excitat, & multa implens fiducia, mentem adhibentes diabolo inexpugnabiles reddit. Et tanquam lyra rurſum multa cum iucunditate delectans, abſurdarum morbos cogitationum ſopit, & multam cum voluptate nobis affert vtilitatem. Itaque ſicut Dauid ſacra eloquia ad lyram perſonans, malum ſpiritum fugauit à Saule: ſic & verbi Apoſtolica prædicatio, Gentilium mentes à prophanis & diabolicis ſuperſtitionibus ad verum Dei cultum transferebat. Hoc autem quid mirum eſt, cùm ſecreta quædam Dei virtus verbis inſit, quæ ad intima cordis procedat? Ita Dominus per homines cooperatur, & virtutem ſuam oſtendit. 1. Corint. 3. Dei agricultura ſumus, Dei operatio eſtis. *Et impoſuit Simoni nomen Petrus.* Hoc ſuo more facit: vt ſignificet tamen munus eſſe, ad quod ipſos elegiſſet, vt neceſſe eſſet prorſus in alios viros demutari. Sic Abrahæ, & Saræ, & Iſraëli (qui vt carnalis Iſraëlis authores, ita ſpiritualis typi fuerunt) noua nomina indidit. Potiſſimùm autem his tribus, Petro, Iacobo, & Ioanni id factum eſt, quòd eorum opera maximè in promouendo veritatis negotio vſurus eſſet, vnde & eos familiariores habuit. Verùm hîc quæritur, quomodo impoſuerit nomen Simoni, quod hactenus illum impoſuiſſe legimus, cùm ad illum veniſſet ſuper aquas. Sed huius quæſtionis ſolutionem audiuimus, impoſitum quidem fuiſſe tunc, cùm ad mare Tyberiadis deſcendiſſet: ſed illius impoſitionis promulgationem factam eſſe in monte, ſimul cum illius & cæterorum ad Apoſtolatum confirmatione. Nec mirum eſſe debet, quòd Simoni nomen Petrus dederit, vt diximus in ſuperioribus, tum propter dignitatem & authoritatem, quam in Eccleſia habiturus erat, tum propter confeſſionem fidei eius. Beda in Marc. Hoc ergo nomen ibi recenſetur, inquit, non quòd tunc omninò fuerit impoſitum, ſed quòd volens Euangeliſta nomina duodecim Apoſtolorum enumerare, neceſſe habuerit & illius nomẽ exprimere: quia licet hoc priùs donatus fuiſſet, nõ tamen eo vocabatur. Ideò autem voluit Chriſtus eum priùs aliud vocari, vt ex ipſa commutatione nominis, ſacramenti viuacitas commendaretur. Idem ergo Græcè Petrus, quod Syriacè Cephas: & in vtraque lingua nomen à Petra deriuatum eſt. Haud dubium quin ab illa, de qua Paulus ait, Petra autem erat Chriſtus. Sicut enim lux vera Chriſtus donauit Apoſtolis, vt lux mundi dicerentur: ſic & Simoni qui credebat in Petram Chriſtum, Petri largitus eſt nomen. *Et Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem Iacobi*, vocauit ad ſe, cùm in monte eſſet: *& impoſuit eis nomina Boanerges, quod eſt, filij tonitrui.* Hier. in Matt. cap. 10. Sicut nomen Petrus diſtinguit Simonem Apoſtolorum principem, à Simone qui appellabatur Cananæus, de vico Cana Galileæ, vbi Dominus aquam conuertit in vinum: ſic & Iacobum appellat Zebedæi, quia & alius ſequitur Iacobus Alphæi. Scribit & in ſequentibus, Simonẽ dictũ eſſe Petrũ, & duos iſtos fratres nomẽ accepiſſe *Boanerges*, ex firmitate & magnitudine fidei. Idẽ in Mar. c. 3. Impoſuit quidẽ, inquit, Simoni nomẽ Petr⁹. De obediẽtia aſcẽdit ad agnitionẽ: qui enim habet, dabitur ei, & abundabit. Et Iacobũ (qui ſupplantator dicitur) qui ſupplantata habet omnia deſideria carnis: & Ioannem (Dei gratiã) qui gratiâ accepit, quod alij per laborẽ tenent: & impoſuit eis nomina, Boanerges, quod eſt filij tonitrui: quorũ trium ſubleme meritũ in monte, meretur audire tonitruum patris, per nubẽ de filio tonantis: Hic eſt filius meus dilectus: vt per nubẽ carnis, & ipſi ignẽ verbi, ac ſi fulgura in pluuiam ſpargerẽt in terris, quoniam Deus fulgura in pluuiam fecit, vt extinguat miſericordia, quod iudiciũ inurit. Vnde Propheta dicit Pſ. 100. Miſericordiã & iudiciũ cantabo tibi Domine. Eſt autẽ Boanerges, corrupta vox ex duobus integris, pro qua Hebraicè dicitur בני רגש *Benei Reges*, vel Chaldaicè *Benerigus*, filij fremitus & tumultus. Siquidẽ lingua Syriaca vel Chaldæa, qua tunc vt vulgari Dominũ vſum eſſe conſtat, *Ragus* ſiue *Rigus*, dicitur fremitus ſiue tumultus, aut vt tonitru, vt exponit Marcus. Hier. in cap. 1. Danielis. Porrò, inquit, Dominus in bonã partẽ nomina mutauit antiqua, & ex rebus imponit virtutũ vocabula: vt Abrã appellaret Abrahã, & Sarai Sarã. In Euangelio quoq; quondã Simõ Petri nomẽ accepit, & filij Zebedæi appellati ſunt filij tonitrui: quod nõ vt pleriq; putãt, Boanerges, ſed emẽdatiùs legitur, *Beneroẽ. Et Andreã.* Hier. in Mar. illius nomẽ à Græco idiomate deducit, vt qui virili forma, inquit, vim facit pditioni ſuæ, vt reſpõ

Chryſoſt.

Nomen Petri quando impoſitũ.

Beda.

Filij Zebedæi, filij tonitrui.

Hierony.

Idẽ Hier.

Hierony.

Idẽ Hier. *Andreas, virtus.*

Beda. sum mortis in se semper habeat,& anima eius sit semper in manibus suis. Beda in Marc. An- F
dræas, Græcum nomen est,& interpretatur virilis,ab eo quod Græcè vir appellatur ἀνὴρ: quo
apertissimè vocabulo decoratur ille,quòd ad prædicationem Ioannis mox agnum Dei sequi,
videre & audire curauit,& postmodùm ipsum se vocantem relictis omnibus sequi,ipsi perpe-
Philippus. tuò adhærere non tardauit. Philippus,os lampadis siue lampadarũ interpretatur. Et rectè,quia
vocatus à Domino, lumen gratiæ, quo ipse in corde accensus atque illustratus est, confestim
inuento fratri per oris officium propinare studuit,dicens: Quem scripsit Moses in lege & Pro-
Bartholo- phetæ,inuenimus Iesum filium Ioseph à Nazareth. Bartholomæus,Syrum est,non Hebreũ,&
mæus. interpretatur filius suspendentis aquas: quod euidẽter filium Dei sonat,qui prædicatorũ suo-
rum mentes ad cœlestia contemplanda suspendit,vt quo celsa liberiùs peruolant,eo terrenotũ
Matthæus. corda feraciùs dictorum suorũ guttis inebrient. Matthæus,donatus dicitur, videlicet quia ma-
gno Domini munere de Teloneario & publicano,in Apostoli est & Euãgelistæ delegatus of- G
Thomas. ficium. Thomas,abyssus,vel geminus,quod est Græcè Δίδυμος: quæ vtraque interpretatio eius
statui congruit. Didymus enim rectè vocari potuit, propter dubium cor in credendo effectu
dominicæ resurrectionis. Abyssus idem potuit dici iure,cùm altitudinem dominicæ virtutis in
Alb. Mag. resurrectione celebrata certa fide penetrauit. Albertus Mag. in Marcum,etsi prolixiùs,tamen
meditatione non mediocri,& quæ plurimum faciat,nominum istorum expositionem tractat,
Curalij Pe cuius fortè nonnullis grata erit enarratio. Ioannes & Iacobus Petro adiũcti sunt,inquit,in quo
tro adiun- est plenitudo potestatis: quia perfectio virtutis in opere,& perfectio veritatis in contẽplatione,
cti. comitari debent plenitudinem potestatis. Hoc significatũ est Exod. 17. vbi manus Moysi su-
stentabant: vt & Aaron. Aaron enim montanus significabat perfectionem virtutis: vt autem i-
gnis, significat perfectionem ignitæ veritatis. *Et imposuit eis,* duobus illis fratribus Iacobo & Io
anni, *nomina* officiis eorum congruentia, *Boanerges:* & hoc exponit Euangelista, dicens, *quod est* H
Filij toni- *filij tonitrui:* quia adiuncti sunt summæ potestati, vt fulgurent signis & exẽplis in virtute, & prę-
trui. dicatione tonent doctrinã in veritate. Ps. 76. Vox tonitrui tui in rota: hoc est, in scriptura. Iob.
38. Nũquid emittes fulgura,& ibunt,& reuertẽtia dicent tibi, Assumus? Isti ergo duo tanquam
in arce primates vocati sunt, vt assistant ei, in quo est plenitudo potestatis: significati per duas
columnas, quas Salomon posuit ante ostium templi, quarum vnam vocauit firmitatẽ, & alte-
ram fortitudinem. Significãtur etiam per duas tubas, de quibus dicitur Num. 10. Fac tibi duas
tubas ductiles argenteas, quibus possis conuocare multitudines in die, quando mouenda sunt
castra. *Et Andræam & Philippum & Bartholomæum.* Præinductis mutauit nomina tribus: Pe-
tro dans singulare, eo quòd ipse singularis est dignitatis, ad quam vocatur. Aliis autem duobus
communem dedit nominationem: significans quòd dignitas eorum, quamuis sit maior aliis,
tamen est pluribus cõmunicabilis. Post hos autem notat eos, qui ad inferiores gradus Archie- I
piscoporum & Episcoporum vocantur, in nouem gradibus distribui: docens nos nouẽ esse at-
tendenda in electionibus talium Prælatorum. Quorum tres primi sumuntur secundum sta-
tum innocentiæ, in quibus peccati consideratur immunitas: qui sunt Andræas, Philippus, &
Bartholomæus. Hi enim tres vocantur ad Apostolatum, secundum tria quæ exiguntur ad of-
ficium prædicationis, sine omni impedimento contrariæ dispositionis. Sunt autem sex sic di-
stributa, quòd duo sunt in Andræa, duo in Philippo, & duo in Bartholomæo. Duo in Andræa
sunt secundum duas eius interpretationes. Interpretatur enim virilis, & respondens pabulo.
Ex hoc enim quòd virilis est, talis est quòd audet resistere aduersario. Tit. 1. Vt potẽs sit exhor-
tari doctrina sana,& contradicẽtes reuincere. Ezech. 13. improperat quibusdam, dicens: Non
ascendistis ex aduerso, nec opposuistis vos murum pro domo Israël. In hoc autem, quòd re-
spondens pabulo dicitur, docemur, quòd nõ gratis debet comedere panẽ Ecclesiæ. 2. Thess. K
3. Neque gratis manducauimus panem apud vos. Psalm. 80. Sumite psalmum, hoc est spi-
ritualia: & date tympanum, hoc est temporalia. 1. Cor. 9. Dominus ordinauit his, qui Euangeliũ
annunciant, de Euangelio viuere. Et tales Andræas in Ecclesiis debemus eligere, qui & Eccle-
siarum sint defensores,& de facultatibus Ecclesiæ non consumãt, nisi ad necessitatem, & Ec-
Philippus. clesias in spiritualibus ædificent. *Et Philippum,* qui os lampadis interpretatur: Per lampadem
innuens ignitum lumen scientiæ diuinæ, quod resplendet ab ipso: & per os, eloquentiam (aliàs,
eloquentiæ) docens, qualiter vnicuique verbis congruentibus & similitudinibus congruenti-
bus possit apto sermone responderi. De primo dicitur Esa. 62. Propter Syon non tacebo, &
propter Hierusalẽ non quiescã, donec egrediatur vt splendor iustus eius, & saluator eius velut
lãpas accendatur. Cant. 8. Lampades eius lampades ignis atque flammarũ. De secundo dicitur
in Ps.

A in Ps.44. Diffusa est gratia in labiis tuis. Cant.2. Vox tua dulcis, & facies tua decora. Hæc enim est vox dulcis, quæ ex lampadibus omnem sortem vitiorum consumentibus procedit. Aliter enim decepti, dicunt illud Genes.27. Vox quidem, vox Iacob est: sed manus, manus Esau. sunt. *Et Bartholomæum*, qui filius suspendentis aquas interpretatur. Et in hoc duo notantur. Aquæ enim suspensæ differunt ab aquis deorsum fluentibus, in duobus: quorum vnum est, Sunt altæ: secundum autem, Non sunt actu humidæ, sed peruiæ & luminosæ, cœli speciem præferentes. Aquæ autem sunt delectationes, quæ in Prælato altæ esse debent, vt cœlestes & diuinę sint, & in nullo alio terreno delectetur, dicens cum Dauid, Ps.37. Domine ante te omne desiderium meum, & gemitus meus à te non est absconditus. Et illud Ps. 72. Quid enim mihi est in cœlo, & à te quid volui super terram? Et illud Ps.15. Delectationes in dextera tua vsque ad finem. Hæ autem delectationes fiunt puræ & luminosæ, nihil cum cæca concupi- B scentia commune habentes. Es.66. Sugatis & repleamini ab vberibus consolationis eius, vt in omnibus deliciis affluatis ab omnimoda gloria eius. Hæc igitur sunt consideranda in officiis electi, vel eligendi. *Et Matthæum, & Thomam, & Iacobum Alphæi.* Tangit hic tres alios: in quibus docemur ea, quæ nonnunquam in eligendo sunt toleranda, dummodò de præterito sint purgata. Et ideò in quolibet eorum duo notantur: vnum purgans, & alterum purgatum. Duo enim notantur in Matthæo, quorum vnum est purgans, quo donatus est per gratiam: alterum est, quòd illicitis lucris intendebat, & hoc est purgatum. Matth.9. Vidit Iesus hominẽ sedentem in teloneo, Matthæum nomine. Hic enim ipso facto illicita relinquens, & gratiæ adhærens, dixit, Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum vt stercora, vt Christum lucrifacerem. Et ideò, salua pace quorundam, non est obiiciẽdum electo, si aliquãdo illicita quæsiuit, dummodò nunc gratiæ Dei se commiserit. Quamuis enim dicatur Eccl. 31. Beatus di- C ues, qui inuentus est sine macula, & qui post aurum non abiit, nec sperauit in thesauris pecuniæ: quis est hic, & laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in vita sua. Et hic beatus est, qui quamuis aliquando maculam habuit, quando post aurum abiit, tamen vt sine macula esset, aurum reliquit: & vnde abierat, ad gratiam rediuit. Et hic magis est laudandus, quia mirabilia fecit in vita sua, quàm ille qui nunquam abiit. Sic Luc.19. Zachæus princeps publicanorum & dives rediuit, & illicita non retinuit, sed reddidit, & se gratiæ Dei totum committens, quod super erat, pauperibus erogauit. Hoc ergo est dissimulandum. *Et Thomam*, qui ipso nomine duo importat, quia geminus siue dubius interpretatur, & abyssus. Et significat dubietas, ignorantiam siue dubitationem in intellectu circa veritatem credendorum, vel sciendorum, vel faciendorum, vel appetendorum: Abyssus autem, huius ignorantiæ vel dubitationis causam, sci- D licet tenebras abyssi, quia videlicet non procedit dubitatio ex contemptu vel ex effectu, sed ex eo solùm, quia non est illuminatus. Genes.1. Tenebræ erant super faciem abyssi. Nec abyssus à se lumen habere poterit, nisi desuper sibi immittatur. Signum autem huius abyssi est, quia oblatum lumen facilè recipit, nec contrà obnititur per dispositionem malam quæ in ipsa est. Sicut & Thomas, licet obscurus, per dubitationem detentus aliquamdiu, tamen lumen facilè recipit, & tunc in eadem solida confessione permansit. Hæretici autem lumini reluctantur, sicut dicit Iob.24. Ipsi fuerunt rebelles lumini, & ignorauerunt vias eius, & nesciuerunt semitas eius. Et hoc fit per malam infidelitatis dispositionem, quæ est in ipsis, 2. Cor.4. Deus huius seculi excæcauit mentem infidelium, vt non fulgeat in eis illuminatio Euangelij gloriæ Christi. Sic autem Thomas non fuit abyssus & dubius, sed potius ex solo illuminationis defectu fuit dubius: & sine omni difficultate paratus erat lumen recipere. Taliter fuit obscurus Pau- E lus, qui 1. Tim.1. dicit, Misericordiam consecutus sum, quia ignorãs feci in incredulitate mea. Si quis igitur aliquando ex ignorantia huiusmodi dubitauerit, & tamen veritatem tandem receperit, non est excludendus à diuina electione, non obstante quòd aliquando dubitauerit: quia hoc ipsum magis eum cautum in aliis rebus reddit. Sic 2.Cor.4. dicitur, quòd Deus, qui dixit de tenebris lucem splendere, illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei in faciem Christi: sicut dicitur Ephes.5. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino: vt filij lucis ambulate. Hac igitur dispensatione Dominus elegit Thomam, *Et Iacobum Alphæi.* Alphæus autem doctus, vel fugitiuus interpretatur. Iacobus autem interpretatur luctator, & significat duo: quorum primum est, doctum esse in lucta contra vitia, & hoc est purgans: secundum autem fugitiuum esse: quia peccatis perpetratis aufugit ad pœnitentiam: & hoc est purgatum, propter quod non est quod fecerit in præterito, dummodò nũc aufugerit. Heb. 5. Non habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris: tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. 1. Cor.6. Nolite errare: neque

Bartholomæi nomẽ.

Matthæi nomen.

Quid Thomas significet.

Iacobus Alphæi.

fornicarij, neq; idolis seruientes, neq; adulteri, neq; molles, neq; masculorũ concubitores, neq; F
fures, neq; auari, neque ebriosi, neque malefici, neque rapaces, regnũ Dei possidebunt. Et hæc
aliquãdo quidẽ fuistis, sed abluti estis, sed sãctificati estis, sed iustificati estis in nomine Domini
nostri Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri. Et ideò talia in eligendo, dummodò aliàs nunc bo-
nus sit, sunt aliquando toleranda & dissimulanda. Sic ergo per hos tres significatur, quòd in
præteritis negotiis, ignorantiis, & peccatis aliquando sit dissimulandum in viris, qui aliàs vti-
les sunt ad regimen animarum. Hîc autem attendendum est (sicut dicit Hieronym.) de Mat-
thæi Apostoli humilitate, quæ in duobus est. In vno quidem, quòd cùm Marcus hîc, & Luc.
9. in electione Apostoli gradus Matthæum Thomæ præponunt: ipse autem se Matth. 10. post-
ponit eidem. Eccles. 3. Quanto magnus es, humilia te in omnibus. Secundũ autem est, quòd
ipse se vocat publicanum à peccato quod in negotio habuit. Alij autem simplicem illius ex-
primunt nominationem, quæ gratiam liberè innuit electionis: quia sicut dicitur Prouerb. 18. G
Iustus à principio accusator est. Est etiam aduertendũ (quod Hieron. dicit) quòd Iacobus Al-
phæi, qui & frater Domini, dicitur, propter similitudinem corporis & religionis, & vicini-
tatem sanguinis, quia consobrinus eius fuit: cùm Maria Alphæi, soror matris Domini fuerit,
quam Ioan. 19. Mariam Cleophæ dicit: Fortasse quòd idem Alphæus & Cleophas binomius
fuit: Vel quia defuncto Alphæo, post natum Iacobum, Cleophæ nupsit. Iacobus idem post
resurrectionem Domini, statim Hierosolymorum ordinatur Episcopus: quia secundum legẽ,
si frater sine hærede decessit, alius frater vxorem eiusdem ducere debuit, & suscitare semen
defuncto fratri. Tres igitur isti in tertio ordine, dictis de causis sunt vocati. Vocauit *& Thad-*
dæum, & Simonem Cananæum, & Iudam Scarioth, qui & tradidit illum. Tangit hîc eos, qui in
Qui vocati sunt quarto ordine. quarto ordine sunt vocati: & in illis instruit, quid in eligendo secundum præsentem iustitiam H
sit considerandum. Significat autem sex, ita quòd duo sint in quolibet istorum. Lebbeus enim
à corde dici videtur: hoc est cordis custos interpretatur. Innuit autem, quòd in eligendo con-
sideranda est bona conscientia. 2. Cor. 1. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ no-
stræ. Esa. 35. Gloria Libani data est ei. Libanus, candidatio interpretatur: & gloria Libani, est
gloria candidatæ conscientiæ. Et hæc prouenit in bona cordis custodia. Prou. 4. Omni custo-
dia serua cor tuum, quia ex ipso vita procedit. Hic autem qui cognomine dicitur Corculus,
vero nomine Iudas vocabatur, quod confitens & glorificans interpretatur. Et significat eligẽ-
dum debere esse amicum veritatis & diuinæ laudis. Esa. 60. Germen plantationis meæ, opus
Cananæus manus meæ ad glorificandum. *Et Simonem Cananæũ*, qui fuit natus à Cana ciuitate Galilææ.
Interpretatur autem Simon, ponens tristitiam: cò quòd is qui eligendus, sua mansuetudine &
oratione deponat tristitiã à cordibus subiectorũ. Esai. 5. Dedit mihi Dominus linguã eruditã, I
vt sciam sustentare eum qui lapsus est à verbo. Sic tristitiam deposuit Paulus, qui dixit Philip.
4. Gaudete in Domino semper: iterum dico, gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus ho-
minibus. Cananæus autem Zelotes interpretatur: quia in eligendo considerandum est, vt ze-
lum legis habeat, & zelum animarum, vt dicat, Zelus domus tuæ comedit me. 1. Mach. 2.
Phinees dum zelat regem, accepit pactum sacerdotij sempiterni. *Et Iudam Scarioth, qui tradi-*
Iudas. *dit eum.* In quo notantur duo: quorum vnum fuit publicum, hoc est præsens iustitia, quæ in
nomine Iudæ importatur. Et est id quod in eligendo est considerandum. Alterum autem est
occultum. *Qui tradidit illum.* Sed quia nos scire occulta cordiũ non possumus, docuit nos
Dominus, ne nos illa curiosè & temerè in electionibus discutiamus: sufficere, scilicet, vt eliga-
mus talem, quem aperta probatum reddit iustitia. Sic electus est Saul, 1. Reg. 9. de quo dici-
tur, quòd erat electus, & bonus, & non erat vir de filiis Israel melior illo. Et tamen postea K
subuersus est: quam subuersionem diu fuit præmeditatus. Ps. 35. Iniquitatem meditatus est in
cubili suo: astitit omni viæ non bonæ, malitiam autem non odiuit. Vnde docens nos Domi-
nus, dicit, i. Reg. 16. Non secundum faciem iudico. Non autem secundum faciem oportet
iudicare. Et ibidem: Homines vident ea quæ patent, Deus autem intuetur cor. Et ideò etiã
Apostoli, Act. 1. videntes in Iuda proditore humanum errasse iudicium, in Matthia subsli-
tuendo per sortes explorabant iudicium diuinum. Hi ergo tres vltimi, sicut dictum est, secun-
dum præsentis iustitiæ considerationem sunt electi. Primi ergo tres non tam ad gradum, quã
ad sublimitatem regiminis diuini, sunt electi, sicut in veteri Testamento Moyses & Aaron: &
propter tria, quæ sunt in Hierarchia diuina, nimirùm plenitudo potestatis, & plenitudo boni-
An primũ tatis, & plenitudo sapientiæ. Quæritur autem de Iuda Iscariothe, nunquid talis esset, qualem
talis fuerit & eum postea Christus asseruit, dicens: Nónne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis dia-
Iudas. bolus est? Respondent autem antiqui Patres, Christum illum assumpsisse, vt nota fieret eius
misericordia,

A misericordia, qui indignum tanto munere dignaretur: manifesta verò tandem fieret illius impietas, & cordis durities, quem tanta Domini misericordia non emollierit. Theophil. in Mar. Theophil. ideò nomina duodecim Apostolorum recensèri scribit, vt discernerentur à falsis Apostolis. Beda lib. 1. in Marc. Iudas autem Scarioth, inquit, aut à vico in quo ortus est, aut à tribu Isachar Beda. præsagium suæ damnationis vocabulum Isachar sumpsit. Sachar quippè, quòd dicitur merces, pretium proditionis insinuat: Scarioth autem, quod memoria mortis interpretatur, arguit eum non repentè persuasum, sed meditatum diutiùs Dominicæ traditionis patrasse flagitium. Qui non per imprudentiam, sed per prouidentiam inter Apostolos eligitur. Quanta enim est veritas, quam nec aduersarius minister infirmat? Quantus amor Domini, qui periclitari apud nos iudicium suum, quàm affectũ maluit? Susceperat enim hominis fragilitatem: & ideò nec has partes recusauit infirmitatis humanæ. Voluit deseri, voluit prodi, voluit ab Apostolo suo tra-
B di, vt tu à socio desertus, à socio proditus, moderatè feras tuum errasse iudicium, perisse beneficium. Hieronymus in Marcum. Iudas, inquit, Iscariothes hic est qui tradidit illum: qui nõ Hierony. delet peccatum suum per pœnitentiam, nec illud deletur per memoriam. Vnde eo dicitur: Et peccatum matris eius non deleatur. Fiant contra Dominum semper. Iudas à confessione, Iscariothis autem à memoria dicitur. Confessores sunt multi in Ecclesia superbi & glorioſi: quorum primus Simon Magus, & Arius, & cæteri hæretici, quorum memoria immortalis ideò in Ecclesia celebratur, vt deuitentur. Hæ sunt duodecim differentiæ Apostolorum & prædicatorum, qui terni quaterni circa tabernaculum Domini excubant, & sancta Domini verba humeris operum propriis portant, vt tabernaculum vnum mansionibus multis ad terram repromissionis portent: quos vnius exemplum ad timorem humiliat, vt Angelos Luciferi illius casus conseruat, vt non glorietur sapiens in sapientia sua: sed qui gloriatur, in Domino glo-
C rietur.

Christus octo virtutes, in quibus beatitudo sita sit, exprimit, nósque ad patientiam hortatur.

Matth. 5.	Marc.	Luc. 6.	Ioan.
Et aperiens os suum docebat eos, dicens, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent, quoniã ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.		Et descendens cum illis de monte, stetit in loco campestri, & turba discipulorum eius, & multitudo copiosa plebis ab omni Iudæa & Hierusalẽ: & maritima & Tyri & Sidônis, qui venerant vt audirent eum, & sanarentur à languoribus suis. Et qui vexabantur à spiritibus immũdis, curabantur. Et omnis turba quærebat eum tãgere, quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos, dicebat: Beati pauperes, quia vestrũ est regnũ Dei. Beati qui nũc esuritis, quia saturabimini: Beati qui nũc fletis, quia ridebitis. Beati eritis cũ vos oderint homines, & cũ separauerint vos, & exprobrauerint, & eiecerint nomẽ vestrũ tanquã malũ, propter filiũ hominis. Gaudete in illa die, & exultate: ecce enim merces vestra multa est in cœlo: secũdũ hæc enim faciebãt Prophetis patres eorum.	
D Beati misericordes, quoniã ipsi misericordiã consequentur. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Beati pacifici, quoniam Filij Dei vocabuntur. Beati qui persecutionẽ patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Beati estis cùm maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos mentientes, propter me: gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis: sic enim persecuti sunt Prophetas, qui
E fuerant ante vos. Vos estis sal terræ. Quòd si sal euanuerit, in quo salietur? ad nihilum valet vltrà, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita: neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus: vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est.

Introdu-ctio.

HYPPOMACHVS Aliptes quibusdã laude efferentibus magnum quempiam, ac prælongis manibus hominem, tanquam ad pugilum certamen idoneum (vt scribit Plutarchus lib. de cupiditate diuitiarum) Sanè, inquit, si suspensa in alto corona, foret detrahenda. Idem licebit dicere in hos, qui pulchra prædia, qui amplas ædes, qui pecuniæ vim stupent, qui honores, qui pulchritudinem & corporis robur, atque in his rebus fœlicitatem sitam esse ducunt: Sanè, si quidem venalis, esset emenda fœlicitas. Ita nimirùm per Esaiam Dominus inclamat: (cap. 29.) Perdam sapientiam sapientum, & prudentiam prudentum reprobabo. Et cap. 33. Regem in decore suo videbunt oculi eius, cernent terram de longè, cor tuum meditabitur timorem. Vbi est literatus, vbi legis verba ponderans, vbi doctor paruulorum? Sic enim (1. Cor. 1.) placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credẽtes. Quis enim omnium Psychicorum hominum beatos dixerit pauperes, afflictos, languentes, miseros, despectos, esurientes & sitientes? Quis non ex aduerso illos infœlices existimauerit? Et tamen contra omnium opinionem paradoxa ista Christus constituit. Octo siquidem beatitudinis gradus constituens, pauperes spiritu, mites, lugentes, esurientes & sitientes, misericordes, mundos corde, pacificos, persecutionibus ventilatos, odio profligatos, beatos esse declarat. Hac in cœlum via perueniendum esse docet, sua illa concione in monte habita, vt maximè omnium Matthæus describit. Vbi enim primùm Christus duodecim discipulos recensuit, tunc *descendens cum illis, stetit in loco campestri.* Ambros. lib. 5. in Luc. cap. 25. Aduerte omnia diligenter: quomodo & cum Apostolis ascendat, & descendat ad turbas. Quomodo enim turba nisi in humili Christum videret? Non sequitur ad celsa, non ascendit ad sublimia. Denique vbi descendit, inuenit infirmos. In excelsis enim infirmi esse non possunt. Sic enim Matthæus docet, in inferioribus debiles sanatos esse. Priùs enim vnusquisque sanatus est, vt paulatim virtutibus præcedentibus ascendere posset ad montem: & ideò vnumquemque in inferioribus sanat, hoc est, à libidine reuocat. Iniuriam cæcitatis auertit, ad vulnera nostra descẽdit: vt vsu quodam, & copia suæ naturæ, comparticipes nos faciat esse regni cœlestis. Et sanabat hos quidem, sed in inferioribus relinquebat. Beda in Luc. lib. 2. Electurus Apostolos Dominus in montana subiit: turbas verò docturus, ad campestria redit: quia non nisi in humili Christum videre turbæ sufficiunt. Nam hæc est norma, quam secutus Apostolus ait, Non potui vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus. Quasi paruulis in Christo, lac vobis potum dedi, non escam. Nondum enim poteratis, sed ne nunc quidem potestis. Apostoli autem ipsi secundum Matthæum quasi perfectiores & in monte, & aperto Saluatoris ore docti esse narrantur. *Et multitudo copiosa plebis ab omni Iudæa & Hierusalem: & maritima Tyri & Sidonis, qui venerant vt audirent eum, & sanarentur à languoribus suis.* Maritimam multitudinem non à proximo mari Galileæ (neque enim hoc miraculi loco poneret) sed à mari magno reor esse cognominatam, in qua etiam & Tyrus & Sidon comprehendi poterãt. Verùm quia Gentium ciuitates sunt Iudæis quidem sorte datæ, sed non ab eis possessæ: nec enim omnes hostes exterminare potuerunt: consultè quidem illorum nomina ponuntur, vt demonstret quãta fuerit fama virtúsque saluatoris, quæ ad suã doctrinam capessendã exteras etiam ciuitates cõuocaret. Vbi notandum, quia Dominus etsi venientibus ad se Gentilibus misertus sit, vnde & puerum Centurionis, & Chananeæ filiam adprobata petentium fide curauit: non tamen ciuitates eorum intrasse reperitur, ne videlicet occasionem querelæ Iudæis calumniantibus suggereret, sed perfectam potiùs salutem Gentium passionis & resurrectionis suæ tempori reseruaret. Quo imminente tempore Gentilibus eum videre quærentibus ait: Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Ita implebatur quod legitur Esa. 2. Erit in nouissimis diebus præparatus mons, domus Domini in vertice montium, & eleuabitur super colles, & fluent ad eum omnes Gentes. Et cap. 60. Tunc videbis, & affluues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo Gentium venerit tibi. Hoc autem præfiguratum fuit in Salomone, de quo legitur 2. Paral. 9. quòd omnes reges terrarum desiderabant videre faciem Salomonis, vt audirent sapientiam eius. Designantur autem causæ, quibus hæ turbæ ad Christum impellerentur, nimirùm vt audirent eum quantum ad illustrationem veritatis in mente, inquit Bonauentura in Luc. *Et sanarentur à languoribus suis*, quantum ad valetudinis restitutionem in carne. Et hæc erat recta intentio secundum illud Osee. 6. Venite & reuertamur ad Dominum, quia ipse cœpit, & sanabit nos: percutiet, & curabit nos. Et post: Et viuemus in conspectu eius: sciemus, sequemúrque vt cognoscamus Dominum. In hoc ostendebant

Summa.

Ambros.

Turba secta tur ima.

Beda.

Christus se se accommodat plebi.

Christus quo modo abstinuit à Gentibus.

Bonauent.

A oſtendebant iſti quòd erant de ouibus Chriſti, quia ipſum requirebant ad veritatem & ſalutem percipiendam. Ioan.10. Oues meæ vocem meam audiunt, & ego cognoſco eas, & ſequuntur me, & ego vitam æternam do eis. Amor igitur veritatis intelligendæ,& ſanitatis obtinendæ,attrahebant eos vt venirent ad Chriſtũ,ſicut ad magiſtrum,& ſicut ad medicum. Ad primũ inuitat Saluator & Pſalmiſta Pſ. 33. Venite filij,audite me, timorem Domini docebo vos. Ad ſecundum,Matth.11. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis,& ego reficiã vos. Quantum ad efficacias ſubſequentes ſubinfertur: *Et qui vexabantur à ſpiritibus immundis, curabantur.* In quo tangitur efficacia ſanitatis reſpectu ſpirituum immundorum. Zach. 13. Spiritum immundum auferam de terra. Iſti ſpiritus immundi vexant eos quos poſſident. Matth.13. Filia mea à dæmonio malè vexatur. Hæc vexatio compellebat eos fugere ad Chriſtum: quia ſecundum quod dicitur Eſa.28. tantummodò hæc vexatio intellectum dat auditui. Secundum quod dicit Gregorius: Mala quæ hîc nos premunt,ad Deum ire compellunt. Gregorius.

B Certè cùm ad Deum compellunt,ad bonam diſpoſitionem deducunt:ſecundum illud Sap.3. In paucis vexati, in multis benè diſponuntur. Nec tantùm efficacia erat in animam, ſed in corpus, per ipſius Chriſti corpus: quod notatur, cùm ſubditur, *Et omnis turba quærebat eum tãgere:* ex fide ſcilicet & deuotione, ſicut illa mulier, de qua Matth. 9. Si tetigero tantùm veſtimentum eius, ſalua ero. Et meritò deuoti erant: vnde ſubditur, *Quia virtus de illo exibat, & ſanabat omnes:* id eſt, operatio virtutis. Infr.8. Ego noui virtutem de me exiiſſe. Tunc virtus exit, quando latens in ſe, manifeſtatur in opere: ſecundum illud Sap.12. Virtutem oſtendis tu, qui non crederis in virtute conſummatus. Tunc etiam exit, quando aliis communicat:ſecundum illud Eſa.40. Qui dat laſſo virtutem, & his qui non ſunt, fortitudinem & robur multiplicat. Et magna erat hæc virtus, quæ in omnes poterat,vt dicitur Sap.14. Potens es ex om-

C nibus ſanare. Qui conuerſus eſt, non per hoc quod videbat, ſanabatur, ſed per te omnium ſaluatorem. Et hoc maximè attrahebat omnes ad Chriſtum: ſicut dicitur Ioan.6. Sequebatur enim multitudo magna, quia videbant ſigna quæ faciebat ſuper his qui infirmabantur. Theophilact. in Luc. non ſine cauſa turbas ad Ieſum confluxiſſe ſcribit, *vt ſanarentur:quia virtus de illo exibat.* Nam Prophetæ, inquit,& alij ſancti non habebant virtutem à ſe egredientem: nõ enim fuerunt ipſi fontes virtutum. At Dominus habuit virtutem à ſe egredientem : quandoquidem ipſe fons virtutum. Et ita Prophetæ & ſancti virtutem ſuam ſuperne acceperunt. Chryſoſtom. hom.75. ad pop. Antiochen. Cæterùm, inquit, non tantùm corpora Chriſtus curabat, ſed corrigebat & animas: paritérque varians vtilitatem, & doctrinæ admiſcens ſermonem, ex operibus probationem, & impudentia claudens hæreticorum ora, per quod vtraſque curabat ſubſtantias: oſtendens quòd totius animalis eſt ipſe creator. Et propte-

D rea multam vtrique naturæ communicabat prouidentiam,nunc quidem hanc,nunc reparans illam. Quod quidem tũc quoque faciebat. *Eapropter eleuatis oculis in diſcipulos ſuos,& aperuit os ſuum.* Etſi generaliter omnibus loqueretur, maximè tamen diſcipulis, quos verborum iſtorum memores, interpretes, & promulgatores inſtituerat. Ita oculis defixis, ſui eos muneris commonebat. Nec ſuperflua eſt hæc locutio, quòd *aperiens os ſuum docebat.* Nam præter id quòd phraſis eſt hebraica, Euthymius & Theophilactus in Matth. id additum obſeruant: quia Chriſtus exemplis primùm,deinde verbis docebat. Ne ergo de primo hoc intelligatur, ſed de altero, additum eſt, *aperiens os ſuum.* Gregorius Papa lib.4.cap.4.in Iob. Scriptura enim ſacra,inquit,in his quæ tenuiter præmittit, reuerenter expectanda indicat. Sicut enim clauſa vaſcula quid intus habeant,ignoramus: aperto verò ore vaſculorum, quid intrinſecus cõtinea-

E tur, agnoſcimus: Ita ſanctorum corda, quæ clauſo ore occulta ſunt, aperto ore deteguntur: & cùm cogitationes detegunt, os aperire referuntur,vt intenta mente quaſi apertis vaſculis quid intus contineant, feſtinemus cognoſcere, ac noſmetipſos eorum intimo recreare odore. Vnde & ſublimia præcepta Domino in monte dicturo, præmittit, *Aperiens os ſuum dixit:* quamuis illic & hoc accipi debeat, quia tũc in præceptis os ſuum aperuit,in quibus dudum aperuerat ora Prophetarum. De Iob quoque dicitur cap.3. Poſt hæc Iob aperuit os ſuum. Prouerb. 31. Iuſtus os ſuum aperuit ſapientiæ, & lex clementiæ in lingua eius. Eccl.24. In Eccleſiis Altiſſimi aperiet os ſuum,& in conſpectu virtutis illius gloriabitur. Et Dan.10. Aperiens os meũ locutus ſum. Pſal. 50. Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam. Pſalm. 80. Aperi os tuum, & implebo illud. Ambroſius libr. 5. in Luc. cap.25. Simul enim, inquit, aperiens os ſuum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, recluſis abditis, templi ſui theſauros reſerauit. Ergo & tu aperi os tuum: ſed priùs vt aperiatur,implora. Si enim Paulus in adapertione oris ſui implorat auxilium, multò magis implorare te conuenit. Oſten-

Theophil. *Virtus à Chriſto egrediens,* Chryſoſt. Euthym. Theophil. Gregorius. Ambroſ.

dit enim tibi clauem scientiæ, qua os tuum aperire debeas, dicens Propheta, Aperi os tuum & verbo Dei. Verbum Dei, clauis tui oris est: clauis scientiæ, oris tui clauis est: quia laxatis silen-
Augustin. tij catenis, imperitiæ claustra reserantur. Augustinus lib. 1. de sermone Domini in monte. Sermonem quem loquutus est Dominus noster Iesus Christus in monte, sicut in Euangelio secundum Matthæum legimus, si quis piè sobriéque considerare voluerit, puto quòd inueniet in eo, quod ad mores optimos pertinet, perfectum vitæ Christianæ modum. Quod polliceri non temerè audemus, sed ex ipsis Domini verbis coniicientes. Nam sic ipse sermo concluditur, vt appareat in eo præcepta esse omnia, quæ ad informandam vitam pertinent. Sic enim dicit: Omnis ergo qui audit verba mea hæc, & facit ea, assimilabo eum viro sapienti: & reliqua vsque ad eum locum, Et facta est ruina eius magna. Cùm ergo non dixit, Qui audit verba mea, tantùm, sed addidit, dicens, Qui audit verba mea hæc: satis, vt arbitror, significauit, hæc verba quæ in monte locutus est, tam perfectè instruere viam eorum, qui voluerint secũ- G
dum ea viuere, vt meritò comparentur ædificanti super petram. Super petram autem dixit, vt appareat & iste sermo omnibus præceptis, quibus Christiana vita informatur, esse perfectior.
Ambros. *Quot beatitudines.* Ambrosius lib. 5. in Luc. cap. 25. Cæterùm sanctus Lucas quatuor tantùm dominicas beatitudines posuit, Matthæus octo. Sed in illis octo, illæ quatuor sunt: & in quatuor istis, illæ octo. Hic enim quatuor veluti virtutes amplexus est Cardinales, ille in illis octo mysticum numerũ reserauit. Pro octaua enim multi scribuntur Psalmi, & mandatum accipis, octo illis partem dare fortassè benedictionibus. Sicut enim spei nostræ octaua perfectio est, ita octaua summa
Greg. Nyss. virtutum est. Gregor. Nyssenus lib. de beatitudinibus: Sumatur autem à nobis istius contemplationis initium, vnde doctrinæ dictorum initium cepit. *Beati*, inquit, *pauperes spiritu, quoniã*
Sollicitè inuestigandæ hæc doctrinæ est. *ipsorum est regnum cœlorum*. Si quis auarus incidat in tabulas, thesaurum alicubi absconditum indicantes, is autem locus qui thesaurum contineat, multum sudorem, & laborem aspiranti- H
bus ad eas opes ostendat: numquid ad labores adlanguescet, & in lucro quærendo segnis erit? nullúmque præ studio laborẽ sumere, atque defatigationem subire, diuitiis dulcius & iucundius existimabit? Non ita se res habebit, non ita quidem: sed omnes ad hoc aduocabit amicos: ex omnibus autem partibus, ex quibus poterit, auxilia sibi contrahet: vt multitudine operarum opes illas absconditas suas faciat. Hic est ille thesaurus, fratres, quem scriptum indicat: absconditæ autem præ obscuritate diuitiæ sunt. Igitur nos quoque, qui incorrupti auri cupidi sumus, precum quasi manuum multitudine vtamur, vt diuitię nobis patefiant, atque omnes ex æquo thesaurum diuidamus, & totum eum quisque acquirat. Talis enim diuisio virtutis est, vt & in omnes qui eam amplectuntur & affectant, diuidatur, & cuique adsit vniuersa inter participantes non diminuta. Nam in terrenarum quidem diuitiarum distributione, qui plus
I iusto ad se traxerit, iniuriam facit iis, qui ex æquis partibus socij sunt: (socij enim partem prorsus minuit is, qui suam plus iusto auxerit:) spirituales autem diuitiæ idem faciunt quod sol, qui & omnibus videntibus se impertit, & totus vnicuique accedit. Quoniam igitur par ab vnoquoque lucrum ex labore speratur, par ab omnibus afferatur ad id, quod à nobis quæritur, precum adiumentum. Ac primùm quidem arbitror oportere considerare ipsam Beatitudi-
Beatitudo, quid. nem, & intelligere quidnam tandem ea sit. Beatitudo, vt mea quidem fert opinio, comprehẽsio est omnium earum rerum, quæ nomine intelliguntur: à qua nihil abest eorum quæ pertinent ad desiderium atque cupiditatem. Poterit autem nobis ex comparatione contrarij planius fieri, quid per beatitudinem significetur. Contraria autem beatitudini miseria est. Miseria igitur est in acerbis ac tristibus, nostráque voluntate non accidentibus casibus & calamitatibus ærumna. Affectio autem eorum quæ in ipsis fiunt, in vtroque in contrarium diducta atque diuisa est. Nam ei, qui quidem beatus habetur, ob res ad fruendum sibi propositas læ- K
tari, sibi placere & exultare licet: ei verò qui miser existimatur, rebus præsentibus angi atque
Augusti. dolore contingit. Augusti. lib. 13. de Trinitate, cap. 4. Mirum est autem, inquit, cùm capessẽdæ atque retinendæ beatitudinis voluntas vna sit omnium, vnde tanta existat de ipsa beatitu-
Variæ opiniones de beatitudine. dine rursus varietas atque diuersitas voluntatum, non quòd aliquis eam nolit, sed quòd non omnes eam norint. Si enim omnes eam nossent, non ab aliis putaretur esse in virtute animi, aliis in corporis voluptate, aliis in vtraq;, & aliis atque aliis alibi atq; alibi. Vt enim eos quæque res maximè delectauit, ita in ea constituerũt vitam beatam. Quomodo igitur feruentissimè amant omnes, quod non omnes sciunt? Quis potest amare quòd nescit? Cur ergo beatitudo amatur ab omnibus, nec tamen scitur ab omnibus? An fortè sciunt omnes ipsa quæ sit, sed non omnes sciũt vbi sit, & inde contentio est? Quasi verò de aliquo mũdi huius agatur loco, vbi debeat quisque velle viuere, qui vult beatè viuere, ac non ita quæratur vbi sit beati-

tudo

A tudo,ſicut quæritur quæ ſit?Et poſt pauca,Ciceronis ſententiã profert,qua probet non omnes id facere,quod ad beatè viuendũ eſt neceſſariũ.Ille enim Academicus, inquit, cùm vellet in Hortenſio dialogo,ab aliqua re certa,de qua nullus ambigeret,ſumere ſuæ diſputationis exordiũ,Beati certè,inquit,omnes eſſe volumus?Abſit vt hoc falſum eſſe dicamus. Quid igitur?An dicendũ eſt,etiãſi nihil ſit beatè viuere, quàm ſecundũ virtutẽ animi viuere,tamen & qui hoc non vult,beatè vult viuere?Nimis quidẽ hoc videtur abſurdũ.Idẽ cap.5.eiuſd.lib.de Trinit.o- Idem Aug.
ſtendit, Beatè viuere non ſimpliciter eſſe viuere ſecundũ cuiuſq; libidinẽ & cupiditatẽ,ſed ſe- *Quid beatè*
cundũ virtutẽ.Sed hoc quoq; Cicero,inquit,cùm ſibi ex aduerſo propoſuiſſet,ita redarguit,vt *viuere.*
qui ita ſentiũt,erubeſcant. Ait enim: Ecce autẽ non Philoſophi quidẽ,ſed prõpti tamen ad diſputandũ homines,aiũt eſſe beatos,qui viuãt vt ipſi velint:hoc eſt,quod nos diximus,vt quoſq; delectat.Sedmox ille ſubiecit:Falſum id quidẽ.Velle enim quod non deceat,idipſum miſerri-
B mũ eſt.Nec tã miſerũ eſt nõ adipiſci quod velis,quàm adipiſci velle quod nõ oporteat.Pręclariſſimè omninò atq; veriſſimè. Quis enim ita ſit mẽte cæcus,& ab omni luce decoris alienus, ac tenebris dedecoris inuolutus, vt eũ qui nequiter viuit ac turpiter,ac nullo ꝓhibente, nullo vlciſcẽte,& nullo ſaltẽ reprehẽdere audẽte,inſuper & laudãtibus plurimis:quoniã ſicut ait Scriptura diuina(Pſ.9.)Laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ,& iniquus benedicitur:implet ſuas facinoroſiſſimas & flagitioſiſſimas voluntates,ideò beatum dicat, quia viuit vt vult?cùm profectò quamuis & ſic miſer eſſet, minus tamen eſſet, ſi nihil eorum quæ perperam voluiſſet,habere potuiſſet.Mala enim voluntate, vel ſola quiſque miſer efficitur: ſed miſerior poteſtate, qua deſiderium malæ voluntatis impletur. Idem cap. 7. eiuſdem lib. 13. de Trinitate Idem Aug.
dicit,Beatum nolle niſi quod licet optare. vbi & iſtud adfert Terentij in Andria: *Quid velit beatus.*

Quoniam non poteſt id fieri quod vis, id velis quod poſſis.

C Commodè hoc dictum eſſe quis negat?Sed conſilium eſt datum miſero,ne eſſet miſerior. Beato autem,quales ſe eſſe omnes volunt,non rectè nec verè dicitur,Nõ poteſt fieri quod vis. Si enim beatus eſt,quicquid vult,fieri poteſt,quia non vult quod fieri non poteſt. Sed non eſt mortalitatis hęc vita,nec erit,niſi quando & immortalitas erit.Capite ſeq.docet,hîc fide ac ſpe *Concluſio.*
beatos nos eſſe.Ex his igitur colligimus,ſummam & perfectiſſimam beatitudinem eſſe in patria:hîc autem nos illam per ſpem apprehendere, & ideò beatos nos dici, non quòd omni ex parte beatum miſeris mortalibus contingere poſſit, ſed quòd expectent,& ea faciant,quæ ad *Hîc nulla*
illam conſequendam requiruntur. Alioquin hîc nulla beatitudo eſt. Cur ergo Chriſtus pro- *beatitudo.*
nunciat,beatos pauperes,mites,miſericordes? Non quòd hic quietem à laboribus nanciſcantur,ſed quòd vt faciunt quæ illos ad fœlicitatem perducant,ita & in illam omnem ſuam ſpem Caſſiodor.
coniiciunt.Vnde Caſſiodorus hiſtor. Tripartitæ lib.1.c.11.hanc magni Antonij ſententiã fuiſ-
D ſeſcribit,quòd beatitudo vera in legum Dei obſeruatione & cultura ipſius poſita eſt. Quod & Pſaltes indicat his verbis: Beatus vir qui non abiit in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ non ſedit. Quòd autem beatitudinem illam in ſpe *Beatus hîc*
conſideret,non autem præſentem,qualis hic imaginari poteſt,manifeſtum eſt ex ſequentibus. *in ſpe quis*
Et erit tanquam lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum,quod fructum ſuum da- *eſſe poteſt.*
bit in tempore ſuo:& folium eius non defluet.Hæc nimirùm ſecuritas, & quaſi fructus laboris noſtri repoſita eſt,vbi ea fecerimus quæ ad beatitudinem requiruntur.Nam cùm omne agens agat propter finem, Deus quidem finis omnium noſtrarum cogitationum & actionum eſſe debet,& inde beatitudo, quæ nimirùm reſultat ex Deo, per cuius fruitionem beati eſſe dicimur.Gregorius Nyſſenus lib.de beatitudinibus. Nam quod verè beatum habendum ſit, Greg.Nyſſ.
inquit,ipſum diuinum numen eſt: quicquid enim id tandem eſſe ponamus, beatitudo illa eſt *Qualis ſit*
E immortalis & incorrupta vita,ineffabile pariter &inanimaduerſabile atque incogitabile bonũ, *beatitudo.*
inenarrabilis,inexplicabiliſq; pulchritudo à ſeipſa profecta,à ſeipſa data, & gratia, & ſapientia, & potentia:vera lux,fons omnis bonitatis,rebus vniuerſis præſidẽs,ac ſuperimpoſita poteſtas: ſola amabilis, ſemper eodẽ modo ſeſe habens,perpetua exultatio,ſempiterna lætitia:de qua ſi quis dicat omnia quæ poſſit, nihil dicit eorũ quæ rei dignitas poſtulat atque requirit. Neque enim intelligentia,mentiſq; agitatio attingit & aſſequitur id quod eſt:atque etiã ſi quid de illo bono vel ſublimiùs & altiùs cogitare & intelligere valeamus,nulla tamẽ ratione vel oratione, quod cogitatur & intelligitur,enũciatur.Quoniã autẽ is,qui finxit hominem, ſecundũ imaginẽ Dei fecit eũ,ſecundo loco beatũ iudicandũ fuerit id,quod per cõmunicationẽ &participa- *Quid beatitudo.*
tionem eius,quæ verè beatitas eſt, hoc nomine appellatur. Quemadmodũ enim in præſtanti corporis forma,principalis quidem ac primaria pulchritudo in viuenti vereque ſubſiſtẽti facie eſt: ſecundũ verò locũ ab hoc obtinet, id quod ad imitationem eius in imagine atque ſimu-

lachro ostenditur: Ita natura quoque humana, quæ est effigies & imago supernæ beatitudinis, F
etiam ipsa bona pulchritudine designatur, cùm in sese beatorum ostenderit insignium significationes & repræsentationes. Sed quia peccati sordes pulchritudinem imaginis labefactarunt, & inutilem reddiderunt, venit is, qui nos elueret sua aqua viuenti pariter, ac salienti in vitam æternam, vt deposita turpitudine ex peccato contracta, ad beatam formam renouemur. Ac quemadmodum arte pingendi, si quis huius rei non ignarus fuerit, ad imperitos dicere possit, illam pulchram esse faciem, quæ ex talibus corporis partibus constet, cui & capillus talis, & oculorum orbes, & superciliorum descriptiones, & genarum positiones, & singulatim omnia, quibus formæ præstantia completur, adsint: eodem modo is, qui ad imitationem eius,

Anima quomodo restituēda. quod solum beatum est, animam nostram quasi pingendo reconcinnat, singula quæ pertinent ad beatitudinem, sermone describit: & ait in primis, *Beati pauperes spiritu, quoniam eorum est regnum cœlorum.* Ambrosius lib. 5. in Lucam cap. 25. Primam benedictionem hanc vterque Ambros. Euangelista posuit. Ordine enim prima est, & parens quædam generatioque virtutum: quia G
qui cõtempserit secularia, ipse merebitur sempiterna: nec potest quispiam meritũ regni cœlestis adipisci, qui mundi cupiditate possessus, emergendi non habet facultatem. Secunda beati-

Quis ordo beatitudinum. tudo, *Beati*, inquit, *mites*: Tertia, Beati qui lugent: Quarta, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam: Quinta, Beati misericordes: Sexta, Beati mundo corde: Septima, Beati pacifici. Et benè septima, quoniam eo die ab omnibus mundi operibus requieuit Deus: dies enim quietis & pacis est. Octaua, Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Veni Domine Iesu, doce nos ordinem beatitudinum tuarũ. Neque enim sine ordine dixisti, primò beatos pauperes spiritu, secundò beatos mites, tertiò beatos qui lugent. Etiamsi cognosco aliquid, tamen ex parte cognosco. Si enim Paulus ex parte cognouit, quantum ego possum cognoscere, qui Paulo quantum vita, tantum etiam verbo inferior sum? Vita enim verbum exigit & acquirit: H
sermo autem sine vita, non est sermo Dei. Quanto me sapientior Paulus? Ille gloriatur in periculis, ego glorior in successibus. Ille gloriatur, quia reuelationibus non extollitur: ego si quæ reuelationes mihi contigerint, gloriarer. Sed tamen potest Deus homines de lapidibus suscitare, & verbum proferre de clausis, vocem elicere de mutis. Si asinæ oculos aperuit, vt videret Angelum: potens est & nobis aperire quoque oculos, vt possimus Dei videre mysterium.

Hierony. *Qui pauperes spiritu.* *Beati*, inquit, *pauperes*. Non omnes beati pauperes. Hieronymus in Matthæum. *Pauperes* dicit, hoc est quod alibi legimus, Et humiles *spiritu* saluabit. Ne quis autem putaret paupertatem, quæ nonnunquam necessitate portatur, à Domino prædicari, adiũxit, Spiritu: vt humilitatem intelligeres, non penuriam. *Beati pauperes spiritu*, qui propter Spiritum sanctum voluntate sunt pauperes. Vnde super huiusmodi pauperibus & Saluator per Esaiam (cap. 61.) loquitur: Do-

Greg. Nyss. minus vnxit me, propter quod euangelizare pauperibus me misit. Gregorius Nyss. lib. de beatitudinib. Videtur enim mihi sermo paupertatem & inopiam spiritus nominare voluntariam I

Pauper spiritu humilis. animi humilitatem atque demissionem. Atque exemplum huius Apostolus nobis Dei paupertatem proponit, dum dicit: Qui quum diues sit, propter nos pauper & egenus factus est, vt nos illius egestate ditescceremus. Quoniam igitur cætera omnia, quæ circa naturam diuinam circunspiciuntur, superant modum humanæ naturæ: humilitas autem coalita atque consueta nobis humi repentibus, & ex terra cõflatis, & in terram defluentibus est: si tu in eo, quod à natura tua non est alienum & à te præstari potest, Deum imitatus fueris, beatam formam ipse induisti. Ac nemo putet nullius negotij rem esse, ac facilè effici posse, vt quis animo humili atque demisso sit. Imò contrà nihil ex omnibus quæcunque per virtutem aguntur & exercentur, æquè laboriosum & operosum, atq; huiusmodi res est. Quamobrem? quia dormiente homine, qui bona semina acceperat, caput atque præcipua pars contrarij seminis ab inimico no- K

A superbia omne malum, ab humilitate bonum. stræ vitæ, superbiæ zizaniũ coniectũ radices egit. Quemadmodũ enim illa se in terram præcipitãt, eodem modo miserũ genus humanũ ad communem ruinam secũ vnà detraxit: ac nullũ aliud naturę nostræ malũ tale est, quale est id, quod per superbiã nobis ingeneratur. Quoniam igitur omnibus propemodũ, qui humanę naturę participes sunt, vitiũ elationis quodãmodò innatũ est: idcircò Dominus hinc initium beatitudinum exponendarũ ducit, tanquam primordiale malum quoddam ex habitu nostro superbiam eiiciens, dum consulit vt imitemur eũ, qui sponte sua egenus fuit, qui verè beatus est, vt in quo possumus, pro virili nostra parte assimilati, ex eo quod nostra voluntate egeni, pauperem secuti fuerimus, etiam beatitudinis communionem attrahamus & adsciscamus. Hoc enim quisque sentiat, inquit, inter vos, quod & in Christo Iesu, (Philip. 2.) qui cùm esset in forma Dei, non rapinam arbitratus est, quòd Deo par & æqualis esset, sed forma serui sumpta seipsum exinaniuit. Ecquid magis in Deo mendi-

cum

A cum, quàm forma ſerui? Quid in rege rerum vniuerſarum humilius, quàm in communem inopis ac mendicæ noſtræ naturæ veniſſe? Rex regnantium, & Dominus dominantium ſponte ſua formam ſeruitutis induit: iudex rerum vniuerſarum principibus tributarius exiſtit: creatu- *Mendicitas voluntaria probatur.*
ræ Dominus in ſpelunca diuerſatur: qui mundum vniuerſum complexus eſt, non inuenit locum in diuerſorio, ſed in præſepio brutorum animalium abiicitur. Purus ille & incorruptus humanæ naturæ ſordes non reſpuit, ac per omnem noſtram mendicitatem penetrans, vſque ad mortis progreditur experimentum. Videte voluntariæ mendicitatis modum. Vita mortem guſtat, iudex in iudicium ducitur: Dominus vitæ rerum vniuerſarum ſubiicitur iudicis decreto: ſupramundanarum omnium copiarum rex, carnificum manus non repellit. Ad hoc, inquit, exemplum animi dimiſſionem ſpecta. Duo igitur primùm docet, humilitatem contra ſuperbiam, & diuitiarum contemptum contra auaritiam, & habendi cupiditatem. Chromatius lib. de octo beatitudinib. concione 1. in cap. Matth. 5. Non enim, inquit, ſimpliciter, neque confuſè, beatos pauperes dixit, ſed addidit, pauperes ſpiritu. Nec enim omnis paupertas fœlix eſt, quia fit ſæpè ex neceſſitate, fit nonnunquam per peſſimos mores, fit etiam ex indignatione diuina. Beata ergo paupertas eſt ſpiritalis, eorum ſcilicet hominũ, qui ſpiritu & voluntate ſe pauperes faciunt propter Deũ, renunciando ſeculi bonis, ſubſtantiam ſuam vltrò erogando: quos meritò beatos appellat, quia pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorũ. Per vo- *Paupertas voluntaria commẽdatur.* Theodor. Auguſt.
luntariam enim paupertatem cœleſtis regni diuitias aſſequuntur. Hæc autem rerum mundanarum abrenunciatio maximè ab humilitate ſpiritus pendet. Theodoretus in Epiſt. ad Rom. cap. 12. tom. 5. Dominus enim, inquit, in ſacris Euangeliis eos, qui humilitatem poſſederint, primos eſſe beatos pronunciauit, dicens: Beati pauperes ſpiritu. Auguſtinus lib. 1. de ſermon. Domini in monte, cap. 2. Legimus enim, inquit, ſcriptum de appetitione rerum temporalium, Omnia vanitas & præſumptio ſpiritus, Eccleſiaſt. 6. Præſumptio autem ſpiritus audaciam & ſuperbiam ſignificat. Vulgò enim magnos ſpiritus ſuperbi habere dicuntur, & rectè: quandoquidem ſpiritus etiam ventus vocatur. Vnde ſcriptum eſt Pſalm. 148. Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum. Quis verò neſciat ſuperbos inflatos dici, tanquam vento diſtentos? Vnde etiam eſt illud Apoſtoli, 1. Corint. 8. Scientia inflat, charitas autem ædificat. Quapropter rectè hîc intelliguntur pauperes ſpiritu, humiles & timentes Deum, id eſt, non habentes inflantem ſpiritum. Nec aliunde incipere oportuit beatitudinem. Siquidem peruentura eſt ad ſummam ſapientiam, Eccl. 1. Initiũ autem ſapientię timor Domini. Quoniam & econtrariò, initium omnis peccati ſuperbia. Pſ. 110. Superbi autem appetũt & diligunt regna terrarum. Stephanus Eduenſis Epiſcopus, in tractatu de Sacram. altar. cap. 19. Ita, inquit, qui à Steph. Ed.
Deo receſſeramus per ſuperbiæ vanitatem, ad ipſum reuertentes per humilitatem ſanctificati Dei iungimur, vt ad beatitudinem regni cœleſtis pertingere mereamur: de qua Dominus ait, Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Ambroſ. lib. 5. in Luc. Ergo Ambroſ.
non omnes beati pauperes. Paupertas enim media eſt. Poſſunt & boni & mali eſſe pauperes: niſi fortè intelligendus ille pauper beatus, quem Propheta deſcribit, dicens, Quia melior iuſtus pauper. Prou. 19. Beatus pauper qui clamauit, & Dominus exaudiuit eum. Pauper à crimine, pauper à vitiis: pauper, in quo mundi princeps nihil inuenit. Pauper, illius æmulus pauperis, qui cùm diues eſſet, propter nos pauper factus eſt. Vnde plenè Matthæus aperuit, dicens: *Beati pauperes ſpiritu.* Pauper enim ſpiritu non inflatur, non extollitur mente. Chryſ. hom. 75. ad pop. Chryſoſt.
Antioch. Quid eſt ergo, inquit, pauperes ſpiritu? humiles & contriti corde. Spiritũ autem hîc animam & voluntatem dixit. Quoniam autem multi ſunt humiles non ſpontanei, ſed rerum adſtricti neceſſitate, illos omittens (nec enim hoc eſſet laudabile, ex volũtate ſemetipſos humiliantes & contrahentes, primos vocat beatos. Et quare non dixit humiles, ſed pauperes? Quo- *Quare non dixit humiles, ſed pauperes.*
niam hoc eſt illo maius. Expaueſcentes enim hîc ait, & trementes Dei mandata: quos & per Eſaiam Prophetam (cap. 66.) plurimùm approbans Deus dicebat, Ad quem reſpiciam, niſi ad humilem & quietum & trementem ſermones meos? Multi ſunt etenim humilitatis modi. Et hic quidem eſt mediocriter humilis, hic autẽ ſuper omnem modũ. Hanc & beatus Propheta commendat humilitatem, non ſimpliciter contractam nobis mentẽ deſignans, ſed nimis confractam, Pſ. 50. vbi dicit: Sacrificiũ Deo ſpiritus contribulatus, cor contritũ & humiliatũ Deus non deſpicies. Hanc pueri tres pro ſacrificio magno offerunt, dicentes: Sed in animo cõtrito & ſpiritu humilitatis ſuſcipiamur, Daniel. 3. Hanc & Chriſtus beatã nũc appellat. Quoniã enim malorum maxima, totum mq; perdentia mundum, ex ſuperbia ſubrepſerunt. Nam & diabolus, cùm eſſet amœa talis, ita diabolus effectus eſt. Quod & Paulus oſtendens, dicebat, 1. Tim. 3. Ne in ſuperbiam elatus, incidat in diaboli iudicium. Et his primus homo expectationibus à

Diabolo inflatus, præcipitatúsque est, factúsque mortalis: sperans enim esse Deus, & quod habebat, amisit. Quod exprobrans illi Deus, & ipsius carpens dementiam, dicebat: Ecce Adam factus est quasi vnus ex nobis. Genes. 3. Et quisque tandem hinc in impietatem delapsus est, quòd Dei affectaret æqualitatem. Quoniam igitur hæc malorum arx erat, & radix, omnisque fons nequitiæ, remedium ægritudini præparans congruum, quasi validum quoddam, tutumque fundamentum, hanc legem iecit. Hac enim supposita firmitate, ædificator omnia reliqua superponit: hac autem sublata, licet ad cœlos vsque perueniat operarius, omnia facilè subruuntur, & in malum finem conuertuntur. Verùm obiiciat aliquis, Quid hoc ad discipulos, qui per omnia erant humiles? Nec enim vllam habebant occasionem insolentiæ, cùm piscatores essent, & pauperes, ignobiles, & idiotæ. Etsi non ad discipulos ista dixit, sed ad eos qui tunc erant præsentes, & ad eos qui post hæc eos erant susceperturi, ne propter hæc eos contemnerent: imò verò & ad discipulos. Nam etsi non tunc, posteriùs tamen talis cautelæ debebant indigere, post signa & miracula, & orbis terrarum honorem, & comparatam apud Deum fiduciam. Nõ enim diuitiæ, non potentia, non regnum tam extollere potest, quàm omnia quæ fuerant illis collata. Alioquin autem & ante signa fuit verisimile eos & tunc elatos fuisse, cernentes multitudinem, & theatrum illud circa præceptorem constitutum, & humanum aliquid passos: Propterea statim ipsorum reprimit sensum. Idem etiam de diuitiarum contemptu censeri potest. Nam cùm tandem tot miracula facerent, ægrotos sanitati restituerent, mortuos etiam suscitarent: quomodo non oblatis muneribus, & omnibus ad pedes eorum proiectis, facilè ditescere potuissent? Nam & omnes, qui possessiones habebant, pretiũ illarum ad pedes Apostolorum detulerunt. Quin etiam Simon ille Magus magna pecuniæ summa potestatẽ conferendi spiritus à Petro requisiuit. At verò ille, qui liberè dixerat, Ecce reliquimus omnia, & secuti sumus te, vt turpe illud lucrum & diuitiarum ambitionem abiecerat, proclamauit, Pecunia tua tecũ sit in perditione. Beatos igitur illos censet Christus, qui non coacti, sed voluntate ducti, terrena abdicarunt, illos hoc in proposito confirmans, ne fortè tandẽ opibus oblatis ab officio reuocentur. Nec excludit diuites ab hac beatitudine, si modò audiant hoc Dauidis: Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere: & pauperes quosque vt fratres in Christi visceribus amplectantur. Rupertus lib. 4. in Matth. Abraham, Isaac & Iacob pro exemplo vel testimonio sumit, qui pauperes spiritu fuerunt, sicut enarrat sacræ scripturæ textus, & memorat Apostolus. Confitẽtes, inquit, quia peregrini & hospites sunt super terram. Qui enim hæc dicunt, significãt se patriam inquirere, etsi quidem illius meminissent, de qua exierant: habebant vtique tempus reuertendi, nunc autem meliorem appetunt, id est cœlestem. Nónne hæc est paupertas spiritus, non appetere patriam in terris, & humiliter expectare repositam in cœlis in manu Dei? Ideò, inquit, non confunditur, vocari eorum Deus. Parauit enim illis ciuitatem. Quid aliud est illa ciuitas, nisi regnum cœlorum? Gregor. Nyssen. lib. de Beatitudinibus. Ne igitur, inquit, alteram frater paupertatis rationem reiicias, quæ cœlestium diuitiarum conciliatrix est. Vende, inquit, omnes facultates tuas, & da pauperibus. Luc. 18. Et veni, sequere me, & habebis thesaurum in cœlis. Etenim eiusmodi paupertas non videtur mihi discrepare ab ea egestate, quæ beata iudicatur. Ecce omnibus quæcũque habebamus relictis, secuti sumus te, inquit discipulus ad Dominum. Quid igitur erit nobis? Et quòd est responsum? *Beati pauperes spiritu: quoniam eorum est regnum cœlorum*. Vis intelligere quis pauper spiritu sit? Qui corporalem opulentiam animæ diuitiis permutat, qui propter spiritum egenus est, qui terrenas diuitias veluti quoddam onus excussit, & abiecit, vt sublimis per aërem sursum rapiatur, vt inquit Apostolus, in nube vnà cum Deo per cœlestia tendens. Ponderosa res quædam est aurum: onerosa res omnis, quæ diuitiarum causa expetitur: leuis verò res quædam & sublimia petens est virtus. Verùm hæc sibi inuicem opposita sunt, ponderosum & leue. Ergo nulla ratione atque machinatione effici potest, vt leuis sit is, qui sese ponderi materiæ affixit. Si igitur nos ad superna accedere oportet, ab iis quæ deorsum trahunt, destituimur iis quæ nos ad superna prouocant. Quis autem sit modus quo id efficiatur, præscribit Psaltes (Ps. 111.) Dispersit egenis, dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculum seculi. Qui pauperi impertitus fuerit, in partem eius, qui propter nos pauper fuit, seipsum constituet. Egenus fuit Dominus, ne tu quidem metuas egestatem. Verùm regnum obtinet omnis creaturæ, qui propter nos egenus fuit. Ergo si cum eo, qui egenus fuit, vnà pauper eris, cum regnante quoq; vnà regnabis. Beati enim pauperes spiritu, quoniã ipsorum est regnum cœlorũ: cuius etiã nos digni habeamur per Christũ Dominum nostrum, cui gloria & imperium in secula seculorum. *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.* Chromatius conc. 1. in cap. 5. Matth. Mitè post primum gradum

Cur primũ de humilitate & paupertate agit apud humiles & pauperes discipulos.

Rupertus. *Pauperum spiritualiũ exemplã.*

Greg. Nyss.

Cur Christus egen' factus est.

Chromati⁹

A gradum ſecundus aſcenditur. Beati, inquit, mites, quia poſſidebunt terram. Sed ſicut impoſſibile eſt extra ordinem ſecundo ſiſtere gradui, niſi aſcenderis primum: ſic homo mitis eſſe non poterit, niſi priùs pauper ſpiritu fuerit factus. Quomodo ergo inter diuitias poſitus animus, inter curas & ſollicitudines ſeculares, ex quibus negotia, lites, prouocationes, iræ, exacerbationes ſine intermiſſione naſcuntur: quomodo, inquam, animus inter hæc poterit eſſe mitis & leuis, niſi priùs à ſe omnes cauſas iracundiæ, occaſionéſque rixarum abrenunciando præſciderit? Non fit mare tranquillum, niſi ceſſauerint venti: non extinguitur ignis, niſi materiam incendij, ſpinarúmque ſarmenta detraxeris. Sic nec animus erit humilis & quietus, niſi ea quæ exuſcitant & inflammant, fuerint abdicata. Benè ergo gradus iungitur gradui, quia pauperes ſpiritu ipſi incipiunt iam eſſe mites. Auguſtinus lib. 1. de ſermone Domini in monte, cap. 3. Mites ſunt, qui cedunt improbitatibus, non reſiſtunt in malo, ſed vincunt in bono malum. Gregorius Nyſſen. lib. de beatitudin. Quid eſt, inquit, leuitas? & in qua re leuitatem ſermo beatam in- Greg. Nyſſ.
B dicat? Non enim videtur mihi oportere omnia ex æquo virtutem putare, quæcunque cum leuitate fiunt, ſi quietum pariter & tardum per hanc dictionem duntaxat ſignificetur. Neque enim in curſoribus leuis eſt melior accelerante: neque in arte pugilum is, qui cum maiore difficultate, tardiúſque ſe mouet, coronam de aduerſario tollit. Quinetiã ſi curramus pro præmio ſupernæ vocationis, intendi celeritatem author eſt Paulus, dũ dicit: Ita currite vt aſſequamini: quoniam & ipſe per vehementiorem ſemper motum vlteriùs nitebatur, ea quæ poſt tergũ eſſent, obliuioni tradens: & pugnans, agilis & velox erat. Obſeruabat enim aduerſarij impetum & incurſum, circa greſſum firmus & cautus erat: & quum manus armatas haberet, non in vanum & inane quiddam intendebat telum, quod manibus tenebat, ſed aduerſarij opportunas, atque ad ictus expoſitas patentéſq; partes appetebat, aduerſum ipſum corpus, plagas ferẽs & in-
C tentãs. Vis cognoſcere artẽ pugilis Pauli? Intuere vulnera cõtra certantis, aſpice liuores & ſuggillata aduerſarij, vide notas & puncta victi. Omninò autem non ignoras aduerſarium, nimirùm qui per carnem obluctatur, quem per artem pugnandi, vnguibus contineri elacerans, ſuggillat: cuius membra mortificat fame, ſiti, frigore, nuditate: cui notas & puncta Domini imprimit & inurit: quem curſu à tergo relatum vincit, ne præcurrente aduerſario tenebrę oculis ſuis offundantur. Si igitur Paulus in certaminibus agilis, acer & velox eſt, & Dauid inimicos inuadens greſſus dilatat: & ſponſus in Cantico, capreæ, quod ad agilitatem & velocitatem attinet, aſſimilatur, montes tranſiliens, & in collibus ſaltans: multaq; huiuſmodi proferre licet, in quibus celeritas motus, leuitate perferri reperitur: quis fuit vt hic, quaſi rem præclaram & eximiã leuitatem ſermo beatam prædicet? *Beati* enim, inquit, *leues*, quoniam ipſi hæreditatem terræ conſequentur: illius planæ terræ nimirùm, quæ bonorum fructuum fertilis eſt, quæ ligno vitæ
D frondet, quæ fontibus ſpiritualium donorum irrigua eſt, in qua vera vitis germinat, cuius cultorem eſſe patrem Domini audimus. Verùm videtur eiuſmodi quippiam ſermo innuere atque ſignificare, quòd valde nimirùm facilis in vitium & nequitiam ſit lapſus, & res propenſa, præcepſque in peius natura: ſicuti grauia ac ponderoſa corpora ſurſum quidem verſus prorſus immota manent: Sin autem ab aliquo alto cacumine montis in præceps excutiantur & deturbẽtur, tanto impetu propria mola curſum incitante in ſubiectum feruntur, vt ea celeritas nulla oratione exprimi poſſit. Quoniam igitur res noxia atque periculoſa in his, velocitas eſt, beatum omninò habendum fuerit id quod ex aduerſo intelligitur. Id autem leuitas eſt, nimirùm aduerſus huiuſmodi naturæ impetus & appetitus, tardus pariter, motuq; difficilis habitus & aſ-
E ſuetudo. Theophilact. in Matth. Mites igitur ſunt, non qui prorſus non iraſcuntur (tales enim inſipientes ſunt, & inſenſati) ſed qui iræ vim habent, continent autem, & quando oportet iraſcuntur. Sicut enim qui impatiens eſt, operatur ſtultitiam, vt dicitur Prou. 4. ſic doctrina viri per patientiam dignoſcitur, Prou. 19. Et hæc hominem manſuetum & mitem efficit, vt qui læſus facilè condonet iniuriam, Pſ. 24. Diriget manſuetos in iudicio, docebit mites vias ſuas, Iacob. 3. Et quis ſapiens & diſciplinatus inter vos? oſtendat ex bona conuerſatione operationem ſuam in manſuetudine ſapientiæ. Eccl. 3. Fili, in manſuetudine opera tua perfice, & ſuper hominum gloriam diligeris. Prou. 16. Melius eſt humiliari cum mitibus, quàm diuidere ſpolia cum ſuperbis. 2. Tim. 2. Seruum Dei non oportet litigare, ſed manſuetum eſſe ad omnes. Et ad Tit. 3. Admone illos neminem blaſphemare, non litigioſos eſſe, ſed modeſtos, omnem oſtendentes manſuetudinem. 1. Pet. 3. Abſconditus homo cordis, quieti & modeſti ſpiritus, qui eſt in conſpectu Domini locuples. Hæc autem manſuetudo magna animi virtus eſt, planè heroica, vt obſeruat Albertus Magnus in Matth. Qui enim hac præditus eſt, perturbationibus Alb. Mag.
non inclinatur. Prou. 16. Qui dominatur animo, fortior expugnatore vrbium eſt. Ille enim

Mites qui. Auguſt.

Leuitas ſuperat inimicos.

Prudenter & maturè agendum. Theophil.

Manſuetudo neceſſaria.

Ambros. propriè dominatur animo, qui sensibus turbatis constantiam retinet. Ambros. lib. 5. in Lucam. F
Quid enim mihi prodest, inquit, carere secularibus, nisi fuero mitis & mansuetus? Nã qui se-
quitur viam rectam, sequitur vtique illum qui ait, Matt. 11. Discite à me quia mitis sum & hu-
milis corde. Depone igitur quæ improba sunt, abiectis vitiis secundum bonam paupertatem,
mitiga affectum tuum vt non irascaris: aut certè iratus ne peccaueris. iuxta quod scriptum est
Ps. 4. Irascimini, & nolite peccare. Præclarũ enim est motum temperare consilio: nec minor
virtus ducetur cohibere iracundiam, indignationem compescere, quàm omninò non irasci,
cùm plerunque illud lentius, hoc fortius æstimetur. *Quoniam ipsi hæreditate possidebunt terram.*
Hieron. Hieronym. in Matth. Non terram Iuda, nec terram istius mundi: non terram maledictam, spi-
nas & tribulos afferentem, quam crudelissimus quisque & bellator magis possidet, sed terram
quam Psalmista desiderat, Ps. 26. dicens: Credo videre bona Domini in terra viuentium. Hu-
iusmodi possessor & post victoriam triumphator, etiam in 44. Psalmo describitur: Et intende, G
prosperè & regna: propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam. Nemo enim terram istã
Augus. per mansuetudinem, sed per superbiã possidet. Augustinus lib. 1. de sermone Domini in mon-
te, c. 3. terram hanc sumit pro soliditate sanctorum in cognitione primæ veritatis. Illam, inquit,
credo terram, de qua in Psal. 141. dicitur: Spes mea es tu, portio mea in terra viuentium. Signi-
ficat enim quandam soliditatem & stabilitatem hæreditatis perpetuæ, vbi anima per bonum
affectum tanquam loco suo requiescit, sicut corpus in terra: & deinde cibo suo alitur, sicut cor-
Hilarius. pus ex terra. Ipsa est requies & vita sanctorum. Hilarius de Christi corpore intelligit, cui v-
niuntur per mansuetudinis virtutem, cùm ipse quasi agnus coram tondente se obmutuerit, mi-
tis fuerit, & humilis corde. Vnde, inquit, mitibus terræ hæreditatem pollicetur: id est, eius cor-
poris, quod ipse Dominus assumpsit habitaculum. Et quia per mansuetudinem mentis nostræ
Quid possessio, quid terra. habitauerit Christus in nobis, nos quoque gloria clarificati eius corporis vestiemur. Maximè H
autem intelligitur de beatitudine cœlesti, quæ propter stabilitatem terra nuncupatur: maximè
verò, quia olim per terram promissionis figurata est. Nec hoc mirum esse debet, cùm rebus
sensibilibus Christus ipse fœlicitatis similitudinẽ sumpserit: vt cùm dicit, Sedebitis super men-
sam meam in regno meo. Et rursus: Pater meus faciet illos discumbere, & transiens ministra-
bit illis. De hac intelligitur id Esa. 58. Sustollam te super hæreditatem terræ, & hæreditate Ia-
cob patris tui cibabo. Neque simpliciter dixit, habebunt, sed possidebunt, vt plenum ius hæ-
reditatis sibi conferri intelligant: quod his accidit, qui in cognatorum, maximè verò filiorum
ordine censentur. Vnde & Paulus: Quòd si filij, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæ-
redes autem Christi. Vnde & Matth. 25. Venite benedicti, possidete regnum. Et ad hanc qui-
dem terram peruenit Moses. Erat enim, vt legitur Num. 12. vir mitissimus super omnes homi-
Rupertus. nes qui morabantur in terra. Rupertus in Matth. Non quidem Moyses, inquit, possidebit ter- I
ram, ad quam ingrediebatur Israël possidendam, terram transIordanem, terram Chanaan, sed
possedit, & possidet terram viuentium, quam solam in spiritu Psalmista suspirans (141) Cre-
do, inquit, videre bona Domini in terra viuentium: portio mea in terra viuentium. In hoc ip-
so, quòd illam terram Chanaan possedit, mitis fuit, id est, semetipsum non defendit, quod est
Chrysost. mitis animi. Chrysostom. hom. 75. ad pop. Antiochen. addit, Christum argumento terræ sen-
sibilis quandam etiam quietem hîc æternæ expectationi immiscuisse. Sensibile ponit præmi-
um, inquit: sicut & Paulus Ephes. 6. cùm dixisset, Honora patrem tuum & matrem tuam: sub-
didit, Et eris longæuus super terram. Nec enim solùm à futuris suadet bonis, verùm & à præ-
sentibus propter auditorum crassiores, & illa quærentes ante futura. Propter quippè progres-
sus dicebat Matth. 5. Sis benevolus aduersario tuo. Deinde talis disciplinæ præmium ponit, &
dicit: Ne fortè tradat te aduersarius iudici, & iudex tortori. Vides vnde perterruit? Ex sensibili- K
bus, ex his quæ iugiter passim accidunt. Et rursum: Quicunque dixerit fratri suo, Racha, reus
erit concilij. At & Paulus semper in præsentibus exhortari consueuit, & sensibilia proponere
præmia, vt cùm de virginitate differit. Nihil enim illic interim locutus de cœlis, sed ex præsen-
tibus inducit propter instantem, inquiens, necessitatem. Ego autem vobis parco, volo autem
vos esse sine sollicitudine. Sic itaque Christus spiritalibus sensibilia commiscuit. Quoniam e-
nim mitis existimatur omnia perdere præsentia, contrarium pollicetur, inquiẽs, quòd hîc qui-
dem sua possidet in tuto, qui nec audax, nec superbus est: Qui verò talis est, & quidẽ frequen-
ter excidit, & ipsam amittit animam. Præsertim autem, quoniã & in lege veteri Propheta sæpè
dictabat, Ps. 36. Mites enim hæreditabunt terrã: ex verbis secũ adultis sermonem contexit, ne
semper externè loquatur. Hæc autẽ dicit non præsentibus cõcludens retributiones, verũ cum
his præbens & illa. Siue namq; quidpiã spiritale dixerit, quæ sunt in præsenti vita, non auferet:
siue

A siue quid rursum seculare promiserit, non hactenus promissionem statuit. Ait enim: Quærite primùm regnum Dei, & hæc omnia apponentur vobis. Et iterum Matth. 19. Quicunque reliquerit domum, aut fratres, &c. centuplum accipiet in præsenti seculo, & in futuro vitam æternam possidebit. Tertio nunc loco adiicit: *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* Thomas Aqu. in Matth. Positæ sunt duæ beatitudines, per quas abstrahimur à malo cupiditatis, & crudelitatis: hîc ponitur tertia, per quam abstrahimur à malo noxiæ voluptatis, seu lætitiæ. Et videtur quidem prima sui fronte id opponi promissionibus illis, quæ Iudæis sub lege factæ sunt: Illis enim lætitia & iocunditas pro mercede erat. Hier. 31. Confluent ad bona Domini super frumento, vino, & oleo. Et postea: Lætabitur virgo in choro, iuuenes & senes simul. Núc verò ecce Christus beatitudinem proponit in luctu. Et hoc vtique fit, quia non habemus hîc consolationem nostram: sed futuram expectamus, quam ita prædixit Psaltes: Euntes ibant & B flebant mittentes semina sua, venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos. Euthymius in Matth. Quomodo verò Paulus (Phil. 4.) hæc scribit: Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete? quia scilicet Paulus gaudium dicit, quod è luctu oritur. Habet enim luctus repensum sibi gaudium. Quemadmodum enim postquàm vehemens pluuia impetuosè descenderit, serenitas stabilior esse solet: ita quoque deductis lachrymis, tranquillitas & gaudium animi succedit. Chromatius concione 1. in cap. 5. Matth. Quis verò nobis, inquit, iste luctus intelligendus est? Salutaris vtique, non ille qui ex rerum detrimẽtis nascitur, non qui ex amissione charorum, nec qui ex iactura secularium dignitatum: quæ vtique omnia iam pauper factus spiritu non dolebit. Hic est luctus salutaris, qui agitur pro peccatis, pro recordatione diuini iudicij. Nam qui priùs inter innumeras seculi occupationes & asperitates animo constitutus, de seipso cogitare non poterat: iam securus & mitis effectus incipit C seipsum propiùs intueri, examinare actus suos diurnos atque nocturnos: & sic præteritorum vulnerum crimina incipiunt apparere, & tunc luctus ac lachrymæ subsequuntur salutares, & adeò salubres, vt vox cœlestis consolatrix occurrat. Augustin. tom. 9. lib. de conflictu vitiorũ & virtutum, cap. 21. Vnde enim tibi lætitia? Numquid iam diabolum vicisti? Numquid iam infetni pœnas euasisti? Numquid iam de exilio ad patriam venisti? Et lib. scalæ paradisi, cap. 6. In lachrymis agnosce, ô anima, sponsum tuum, amplectere desideratum. Nunc torrente te voluptatis inebria, sugge ab vbere consolationis eius lac & mel. Hæc sunt munda munuscula & solatia, quæ dedit tibi sponsus tuus, gemitus scilicet & lachrymæ. Adducit tibi potum his lachrymis in mensura. Hæ lachrymæ sunt tibi panes die ac nocte, panes vtique confirmantes cor hominis, & dulciores super mel & fauum. Ita Christus illorum opinionem eludit, qui infœlices eos existimant, qui nulla voluptate demulcentur, sed propter afflictiones, continuis D luctibus obtuuntur. Theodoret. lib. 11. Affect. Græc. de iudicio, huic Domini sententiæ Philosophorum sententias opponit: Epicurus, inquit, iucundissima vita finem metitur: supremum namque bonum supremam esse voluptatem opinatus est. Democritus autem Abderites horum dogmatum pater, pro voluptate concupiscentiam posuit, non sententiæ quidem, sed nominum duntaxat facta mutatione. Heraclitus autem Ephesius nomen inuertit, sensum seruauit. Nam pro voluptate beneplacitum dixit. At verò Christus longè aliter nos ad fœlicitatem contendere oportere monuit, commendans & pauperes, & lugentes. Gregor. Nyssenus, lib. de beatitud. Non solùm hîc luctum à Christo commendari, qui propter propria peccata emergi scribit, sed & aliud quiddam. Multos enim inueniemus, quorum vita inculpata, nullísque criminibus obnoxia, atque ipsius adeò diuinæ vocis testimonio, cuiusque virtutis nomine cõmendata. Nam quæ auaritia Ioannis? Quis simulacrorũ cultus Eliæ? E Quod magnum aut paruum in vita illorum historia nouit delictum? Quid ergo? Vtrum beatitudinis expertes eos esse sermo ponet, qui nec ab initio prorsus ægrotauerunt, nec remedio hoc, luctu inquam ex pœnitentia opus habuerunt? An absurdum fuerit tales à diuina beatitudine repellere, & alienos arbitrari, quia neque peccauerunt, neque luctu peccatum sanauerunt? Demùm ille post eorum quæ hîc lugentur enumerationem: Hoc igitur, inquit, latenter & occultè docere videtur, qui luctum beatum esse prædicat, nimirùm vt anima verum bonum intueatur, néve præsentis vitæ fraude immergatur. Fieri enim non potest, vt vel sine lachrymis viuat, si quis diligenter res inspexerit, & considerauerit, vel non in rebus tristibus & acerbis existimet eum versari, qui sese voluptatibus immergat. Quemadmodum in brutis & ratione carentibus animalibus videre licet, quibus miserabilis quidem naturæ conditio est (quid enim mirabilius priuatione rationis?) sensum verò calamitatis nullum habent, sed per quandam voluptatem etiam ab illis vita transigitur. Superbit & ferocit equus, taurus pul-

Tho. Aqu.

Euthym.

Chromat.

Luctus quis ad beatitudinem.

Augustin. *Non est hîc lætandum.*

Theodor.

Greg. Nyss.

uerem ſpargit, ſus erigit ſetas, catuli ludunt, vituli ſaltant: atque vnumquodque animal vide- F
re licet per certa quædam ſigna voluptatem indicare: quæ ſi rationis oblectamentum aliquo
modo cognitum haberent, ſtupidam & ærumnoſam ſuam vitam cum voluptate non tranſi-
gerent. Ita ſe res etiam habet in hominibus, qui nullam cognitionem habent illorum bono-
rum, quibus natura noſtra priuata eſt: ab his per voluptatem præſens vita tranſigitur. Conſe-
quitur autem vt hi, qui præſentibus delectantur & acquieſcunt, potiora ferè non deſiderent
atque requirant. At verò qui per fidem apprehendunt bona illa æterna nobis repoſita, lugent
adoptionem filiorum expectantes, & quotidie dicentes: Quando veniam, & apparebo ante
Exod.12. faciem Dei? Quam rem cùm longè animaduertiſſet magnus ille Moyſes (immò verò, qui
hæc in illo diſponebat, ſermo) in myſticis obſeruationibus Paſchæ, panem quidem fermenti
expertem præſcripſiſſe, obſonium verò quo veſcerentur, intyba agreſtia (ſeu lactucas agreſtes)
inſtituiſſe videtur: vt per huiuſmodi ænigmata atque inuolucra diſceremus, quòd illo myſtico
feſto (quod tranſitum noſtrum ex hoc ſeculo ad æternam beatitudinem ſignificat) aliter frui G
non liceat, niſi ſeculi huius intyba amara, ſimplici (id eſt luctu, & afflictionibus) & à fermento
(peccati) vacuæ vitæ ſponte noſtra immiſceantur. Propterea Dauid pulchritudinem diuino-
rum tabernaculorum defixis oculis contuens, præ deſiderio deficere ſe dixit, (Pſ.83.) præſtabi-
lius ſibi eſſe dicens, illic in extremis collocatum eſſe, quàm in rebus præſentibus primas tene-
re. Præter duas ſuperiores luctus occaſiones è peccatis propriis, adiicit & luctum propter a-
Chryſoſt. liorum miſerias & peccata. Chryſoſtomus lib.1. de compunct. cordis. Lugendum enim eſt,
Luctus ob miſerias & peccata aliorum. ait, & verè lugendum præſentis vitæ tempus, in quo tantam malorum labem, tantáque quoti-
die videmus flagitia cumulari: quæ ſi volueris conſiderare per ſingula, numquam poteris à la-
chrymis temperare. Sic enim omnia confuſa, ſic ſunt cuncta reſoluta, vt ne veſtigium qui-
dem virtutis vſquam videas: nequitia verò & luxuria repleta eſſe cuncta perſpicias: &, quod H
eſt infœlicius, perurgentium iam nos malorum nec ipſi ſenſum capimus, nec aliis præbemus,
nec alios monemus: ſed ſumus velut corpus extrinſecus quidem indumentis adornatum, in-
trinſecus verò labe peſſimi languoris abſumptum: & contingit nobis, quod illis ſolet, qui vel
phræneſim patiuntur, vel mente capti ſunt, à quibus cùm multa turpia & periculoſa vel dican-
tur, vel etiam gerantur, nec pudoris tamen aliquid, nec pœnitudinis capiunt: quinimmò &
magnifici ſibi, ac ſapientiores ſanis & ſapientibus videntur. Ita & nos cùm omnia quæ ſani-
tati contraria ſunt, faciamus, ipſi tamen morbos animarum noſtrarum minimè ſentimus. At-
qui beati qui lugent, non propriam modò, ſed & communem omnium miſeriam. Thomas
Tho. Aqu. Aquin. in Matth. Poteſt enim iſte luctus non modò tribui propriis, ſed & alienis peccatis. Nã
ſi lugemus mortuos carnaliter, multò magis ſpiritualiter. Hier. 6. Luctum vnigeniti, fac tibi
planctum amarum. 1. Reg. 6. Vſquequò tu luges Saul? Hier. 9. Quis dabit capiti meo aquam, I
& oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei? Quę
enim non moueant tot hominum ſcelera, qui ſeſe vltrò æternæ damnationi deuouent, & no-
Euthymi. uiſſima non attendant? Pſ.118. Tabeſcere me fecit zelus meus, quia obliti ſunt verba tua ini-
mici mei. Euthymius in Matth. Vult autem hic ſermo, non modò de propriis nos lugere de-
Hierony. lictis, verùm etiam de alienis: & talis erat Moſis animus, Danielis, Pauli, cæterorúmque
huiuſmodi. Hieronym. in Matthæum. Luctus hic, non mortuorum ponitur communi lege
naturæ, ſed peccatis & vitiis mortuorum. Sic fleuit & Samuel Saulem, quia pœnituerat Deũ,
Hilarius. quòd vnxiſſet eum regem ſuper Iſrael. 1. Reg. 15. Sic & Apoſtolus Paulus flere & lugere ſe di-
cit eos, qui poſt fornicationẽ & immunditiam non egerunt pœnitentiam. 2. Reg. 12. Hilarius
in Matt. Lugentibus, non orbitates, aut contumelias, aut damna mœrentibus, ſed peccata ve- K
tera flentibus, & criminum quibus obſordeſcimus conſcientia ærumnoſis, hæc ſedula in cœlo
Rupertus. conſolatio præparatur. Rupertus lib. 4. in Matth. Quòd lugentes verè beati ſint, & quòd
Luctus in tempore Ioſué. ipſi conſolabuntur, teſtantur geſta iudicum, qui poſt Ioſué & Moyſen fuerunt vſque ad Sa-
muel, quorum luctum atque clamorem, quo clamauerunt ad Dominum, confitentes quòd
propter peccata ſua traditi fuiſſent, & toties traderentur in manus Gentium, glorioſæ conſo-
lationes ſubſequutæ ſunt. Primus luctus illorum temporum loco quoque nomen dedit, ſicut
ſcriptum eſt: (Iud.2.) Aſcendit quoque Angelus de Galgala ad locum flentium. Cur, inquit,
hoc feciſtis? Cúmque loqueretur Angelus Domini ad omnes filios Iſrael, eleuauerũt vocem
ſuam, & fleuerunt, & vocatum eſt nomen loci illius, flentium, ſiue lachrymarum. Luctus
vltimus fuit Samuelis lugentis Saulem. Conſolationes, quibus illi lugentes conſolati ſunt, tam
glorioſæ fuerunt, vt illi, quorum per manus Dominus clamantes ad ſe conſolatus eſt, voca-
rentur ſaluatores, vtpotè ſaluatoris vnici, ſaluatoris venturi quandam vicem & typum geren-

tes,

A tes, salute temporali saluando Israel. Vltimus Samuel talem consolationem consecutus est, vt missus à Domino vngeret Dauid regem, & salutis temporalis ducem, & salutis æternæ fontem siue originem, id est, patrem saluatoris Christi, nominatum post Abraham secundum carnẽ. Ambros. lib. 5. in Luc. cap. 25. Ita considerat occasionem luctus propter peccata, vt etiam in nobis sit, quod lugeamus, si non præsentia, saltem commissa hactenus peccata. Siquidẽ priùs immundi omnes nos. Paulus, inquit, non habebat quod lugeret, ex quo in Christum credidit, & tamen priora defleuit, dicens: (1. Cor. 15.) Quia non sum dignus vocari Apostolus, vt qui persecutus sum Ecclesiam Dei. Sed & si quis conferat præsentes huius seculi calamitates cum hac quam expectamus gloria, num lugebit? Iob. 3. Antequàm comedam, suspiro, & tãquam inundantes aquæ, sic rugitus meus. Ps. 136. Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Syon. Es. 22. Nolite incumbere super me, vt consolemini B super vastitate filiæ populi mei. *Ipsi consolabuntur*, qui propria peccata lugent. Ambros. lib. 5. in Luc. Ablue igitur te lachrymis tuis, laua fletibus: si tu ipse te fleueris, alius te non flebit. Nam si Saul deflesset peccata sua, alius eum non fleuisset. Chrysostomus hom. 5. de pœnitentia. Et ô magnum donum, inquit, quod in pœnam dedit, in salutem vertit! Peccatum tristitiam peperit, tristitia peccatum contriuit: & quemadmodum vermis in ligno natus idipsum comminuit, sic tristitia de peccato nata peccatum comminùit per pœnitentiam inducta. Quapropter Paulus dicit, 2. Cor. 6. Quæ secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem incommutabilem operatur. Vnde & Psaltes luctui suo lętitiam & consolationem requirebat, dicens, Psal. 50. Redde mihi lætitiam salutaris tui. Quòd si quis aliena peccata luget, saltem illum Dominus consolatur, simul atque illum è præsenti miseria in gloriam transtulerit. Hier. 31. Quiescat vox tua à ploratu, oculi tui à lachrymis, quia est merces operi tuo, ait Dominus. C Eripientur enim electi Dei ex omnibus huius seculi angustiis. Apoc. 21. Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & iam amplius non erit neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltrà, quæ prima abierunt. Quòd si dilatio gloriæ illis tristis fuit, tanto quoque maiore cum consolatione illam excepturi sunt. Es. vlt. Gaudete cum ea gaudio vniuersi qui lugebatis super eam, vt sugatis, & repleamini ab vberibus consolationis eius, vt mulgeatis, & deliciis affluatis ab omnimoda gloria eius. Et ibidem: Quomodo sicui mater blandiatur, ita ego consolabor vos, & in Hierusalem consolabimini: videbitis, & gaudebit cor vestrum. Esa. 51. Consolabitur Dominus Syon, & consolabitur omnes ruinas eius. Ioan. 14. Tristitia vestra conuertetur in gaudium. Greg. Nyssenus lib. de beatitudinib. Quocirca si beatum iudicandũ est in infinitis seculis numquam finienda, sed in perpetuum duratura lætitia frui, ac prorsus etiam contraria degustare humanam naturam oportet: non amplius difficile est perspicere & D intelligere sententiam orationis, cur beati sint, qui nunc lugent: quoniam nimirùm ipsi in infinita secula solatio fruentur. Solatiũ autem ex consuetudine, vsu, atque communicatione Paracleti, id est Aduocati atque consolatoris, existit. Consolationis enim gratia peculiare spiritus opus est. Thomas Aqui. in Matth. Positis beatitudinibus, quæ ad remouenda mala pertinent, beatitudines explicat, quæ spectant operationem boni. Est autem duplex bonum nostrum, iustitiæ scilicet, & misericordiæ. Prioris nunc meminit, dicens, *Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur*. Gregor. Nyss. lib. de beatitud. Quemadmodum enim circa sensibilem hunc victum affecti sumus, cùm non eadem omnes appetunt, sed sæpè pro generibus esculentorum, sumentium diuiditur appetitus: atque alius quidem dulcibus delectatur, alius verò acria pariter & calefacientia appetit, alius item salsis, alius adstringentibus gaudet: Eodem modo in animæ quoque alimento, non omnium cupiditates ad eandem E rem propendent, & inclinant. Nam alij quidem gloriam aut diuitias, aut aliquem mundanũ appetunt splendorem: aliis circa mensam occupatus est appetitus, alij inuidiam tanquam venenosum aliquem cibum cupidè sumunt. Sunt item nonnulli, qui appetunt id quod naturâ bonum & honestum est. Natura autem bonum semper, & omnibus, hoc est, quod non alterius cuiusquam rei causa sumendum, sed ipsum propter se expectandum est, quod semper eodem modo se habet, & numquam satietate frangitur, & hebetatur. Idcircò sermo beatos ducit non simpliciter esurientes, sed quibus ad iustitiam cupiditas inclinata est. Quæ est autem illa iustitia? Hoc enim priùs opinor oratione detegi oportere, vt eius pulchritudine animaduersa, ita tandem appetitus in nobis ad rei conspectæ decorem moueatur. Neque enim fieri potest, vt quis cupidus sit eius quod non apparet: sed segnis atque ignaua quodammodò natura nostra, aduersus ignotum & immobilis est, nisi auditione, vel visione aliquam notitiã acceperit eius, quod expetendum sit. Aiunt igitur nonnulli eorum, qui eiusmodi res scrutati

Ambros. *Supperit omnibus oc casio lugẽdorum peccatorum.*

Ambros.

Chrysost.

Tristitia pœnitẽtiũ.

Greg. Nyss.

Consolatio quid. Tho. Aqu.

Diuisio boni.

Gr. Nyss.

Quid iustitia.

sunt, iustitiam esse habitum tribuentem vnicuique quod æquum est. Verbi gratia, si quis pecuniæ distribuendi potestatem adeptus, ad æqualitatem respiciat, & pro modo indigentium & participantium largitionem temperet, iustus dicitur. Item si quis iudicandi potestate acceptâ, non ad gratiam alicuius & odium sententiam ferat, sed naturam causarũ sequens, & supplicio dignos afficiat, & innocentes sententia sua absoluat & seruet, reliquarúmque controuersiarum verum iudicium faciat, etiam hic iustus dicitur. Item qui subditis tributa indicit, cùm pro modo virium tributum imponit, & paterfamilias, & prætor ciuitatis, & Gentium rex, si quisquam eorum conuenienter & commodè subditis præsit, nullóque impetu atque appetitu ratione carenti, occasione potestatis moueatur, sed rectè subditis ius dicat, & ad voluntates & studia subditorum, ingenium & consilium suum accommodet & temperet: huiusmodi omnia rationi & definitioni iustitiæ tribuunt & assignant ij, qui habitu tali id quod iustum sit, definiunt. Verùm altiùs sermo progreditur ad communem omnibus iustitiam. Nam si illa in eo solo, qui potestate aliqua atque dignitate cæteros præcedit, reperiatur: quomodo iustus erit ille ad diuitis vestibulum abiectus Lazarus? Hilarius in Matth. Significat igitur extensam in Dei doctrinam sanctorum auiditatem, bonis perfectæ in cœlo satietatis expleri. Hieronym. in Matth. Non enim nobis sufficit velle iustitiam, nisi iustitiæ patiamur famem: vt sub hoc exemplo numquam nos satis iustos, sed semper esurire iustitiæ opera intelligamus. Augustin. lib. de serm. Domini in monte, cap. 5. Istos enim amatores dicit veri, atque inconcussi boni. Illo ergo cibo saturabũtur, de quo ipse Dominus dicit, (Ioan. 4.) Meus cibus est, vt faciam voluntatem patris mei, quod est iustitia: & illa aqua, de qua quisquis biberit, vt idẽ dicit, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Chromatius conc. 1. in cap. 5. Matth. Verè etenim post pœnitentiam, post luctus & lachrymas peccatorum, quæ alia nascitur esuries, & quę sitis nisi iustitiæ? Sicut enim qui caliginem noctis emensus est, iam gestit proximam lucem: & qui choleram amaram digessit, escam concupiscit & potum: sic & mens hominis Christiani, postquàm per luctus & lachrymas sua peccata digesserit, iam solam Dei iustitiam esurit, atque sitit, & meritò eius quem desiderat, satietate gaudebit. Gregor. Nyss. lib. de beatitudinib. vnius iustitiæ nomine cæteras virtutes intelligi dicit, quibus homo iustificetur, & quæ nobis ex Dei iustitia doceantur. Thomas in Matth. Iustitia enim tripliciter sumitur secundum Chrysostomum & Philosophum. Quandoque enim pro omni virtute, seu genere ad omnes virtutes, vt iustitiam legalem spectat, quæ hominem perficit. Aliquando in specie iustitia sumitur, & vna est ex quatuor virtutibus cardinalibus, quæ opponitur auaritiæ, vel iniustitiæ, de qua dictum est. Vtrumque autem hîc interpretari possumus, non modò vt quis primùm caueat ea quæ liberalitati & misericordiæ amica sunt, crudelitati verò & auaritiæ cõtraria: vt consequatur altera beatitudo de misericordibus, sed & omnem virtutem, quantum in se, complecti nitatur, vt qui iustus est ptiore iustitia, iustificetur adhuc ampliore iustitia. Gregorius Papa lib. 6. Mor. in Iob. c. 2. illam extendit ad omnem perfectionem, quæ nobis per Dei verbum proponitur, id explicans Iob. 5. Stulti messem famelicus comedet, & ipsum rapiet armatus. Huius enim stulti Iudæi (inquit) messis, sacri erat seges eloquij. Quædam enim spicarum grana sunt verba Prophetarum, sed stultus habuit, sed non comedit: quia Iudaicus populus legem quidem verbotenus tenuit, sed per fatuitatis fastidium ab eius intellectu ieiunauit. Huius ergo stulti messem famelicus comedit: quia nimirùm Gentilis populus verba legis intelligendo edit, ad quæ plebs Iudaica sine intellectu laborauit. Hos famelicos fidei Dominus præuidit, cùm per Euangelium dixit, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. De his famelicis Anna prophetante, dicitur, 1. Reg. 2. Repleti priùs pro panibus se locauerunt, & famelici saturati sunt. Amos 8. Mittam famem in terram, non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Dei. Non enim in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Hos autem omnes iustitiæ gradus saturitas consequitur. Non sequitur illa auaros, & rapidos, qui quæ sua sunt quærũt. Tres enim sunt auaritiæ filiæ sanguisugæ, quæ nunquam dicunt, Sufficit. Auarus non replebitur pecunia. Verùm si quis operatur iustitiam, vt dicit Psaltes, hic habitabit in tabernaculo Dei, & requiescet in monte sancto eius. Sequentur eum opera eius, & cum cæteris electis dicet, Satiabimur cùm apparuerit gloria tua. Non ambierunt terrena, non iniustè rapuerunt, aut iudicarunt, sed omnia cum ordine iuris, ad amussim diuinæ legis: non ex auaritia detinuerũt, quod pauperibus elargiri possent: non existimarũt hanc homini fœlicitatem veram esse, si hic ditescerent, & honoribus dignitatibúsque abundarent: sed cum Psalte, semper Deum, semper regnum eius & iustitiam quæsierunt, vt & dicere possent, Sitiuit anima mea ad Deum fontem

Hilarius.

Hieronym.

Quid iustus.

Augustin.

Chromat.

Gre. Nyss.

Thomas.

Iustitia triplex.

Iustitia cõplectitur omnẽ virtutem.

Gre. Papa.

Quid operari iustitiã.

A fontem viuum. Ideò *saturabuntur*. Non satiatur hîc oculus visu, nec auris auditu. Hîc autem omnibus quæ ad sedandum desiderium faciunt, perfruentur. Psaltes: Replebimur ab vberta- *Quid saturari.*
te domus tuæ, sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate. Esa. 65. Ecce serui mei come-
dent, & vos esurietis. Ecce serui mei bibent, & vos sitietis. Ecce serui mei lætabuntur, & vos
confundemini: laudabunt præ exultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ
contritione spiritus vlulabitis. Saturari enim, seu comedere, in scripturis, vt scribit Dionysius Dionysius.
ad Titum, pro spirituali animæ abundantia, & refectione sumitur. Esa. 55. Audite audientes
me, & comedite bonum: & delectabitur in crassitudine anima vestra. Gregor. Nyss. lib. de Greg. Nyss.
beatitudinib. Nihil verò earum rerum, quibus voluptatis gratia studetur in hoc seculo, satie-
tatem affert: sed, vt dicit sapientia, Dolium perforatum est, occupatio circa voluptates. Quis
non auaris aliquid sibi deesse videt? Immò auaro tantum deest, quantum habet. Quis hono- *Nulla hîc*
ris insana cupidine captus, ambitionis finem fecit, assecutus ea quæ expetebat? Quis gula sa- B *satietas est.*
turatus est, vt non semel exoneratus ad mensam præpararet, aut cibos fastidiret? An non om-
nes voluptates præteruolant? Hanc ergo sublimem, certam, stabilémque sententiam à Domi-
no discimus, quòd solum virtutis studium in nobis existens stabilis consisténsque res sit: ex his
enim lætitiam constantem & permanentem habet. Sed & detur nobis, inquit Gregor. Nyss. Gr. Nyss.
vt ad arbitrium nostrum aliquid exempli gratia esse dicamus, quod in rerum natura non ha-
betur. Sicut enim in sensibili cibo, si nihil eorum quæ nutrimenti causa sumuntur, pro ex-
cremento eiiceretur, sed totum ad eiectionem corporeæ proceritatis assumeretur, quoti-
diano nutrimento per sese adaugente magnitudinem, in multam proceritatem corpora ex-
crescerent & attollerentur: Itidem & illa iustitia, & omnis cum ea virtus, quoniam secun-
dum eum qui mente percipitur, cibi modum comesta non egeritur, altiores semper per sese
C participantes efficit, sui semper adiectione magnitudinem augens. Quocirca si à nobis intel-
lecta est illa beata fames, omni vitiositatis redundantia per vomitum reiecta, esuriamus iu- *Quæ beata*
stitiam Dei, vt etiam ad expletionem, & satietatem eius perueniamus. Verùm hîc quæritur, *fames.*
quomodo saturari possit, qui esurit & sitit iustitiam: cùm dicat ipsa Sapientia, (Eccl. 24) Qui *Quæstio.*
comedunt me, adhuc esurient, & qui bibunt me, adhuc sitient? Verùm respondemus esse sa-
turitatem, quæ fastidium ducat, qualis de rebus terrenis accidit, quæ vsu suo vilescunt. Sic
enim fastidimus panem, domum, regionem, cùm illam pauci facimus, & aliam requirimus.
Sic nec auarus satiatur pecunia, quia non modò fastidit, sed pauci partam existimat. Non sic
autem intelligi debet de satietate illa cœlesti. Nam quoniam illa sufficit ad cuiusque quietem,
immò & incomprehensibilis est: ideò tantò magis prouocat eos, qui illa fruuntur. Ratio enim
quæ nos inducit vt huius mundi oblectamenta sensim pauci faciamus, est, quia illorum ad
D mentem & desiderium nostrum minor est proportio: cùm transitoria sint illa, mens autem
nostra sit æterna, nec quiescat, donec ad maius procedat, id est, ad Deum ipsum. Vnde licet
exterior hic homo noster, siue animalis appetitus, quamdiu his caret, ad ea moueatur: vbi ta- *Cur hîc*
men hæc ipsa possederit, in modico oblectatus, ad alia rapitur, non sua, sed interni hominis, *nulla satie*
seu spiritualis virtute, vt in his quiescat. Alioquin animalis homo non percipit quæ Dei sunt. *tas.*
Immortalis igitur anima, allecta caducis à caduca potentia partis animalis, ad sese recurrit, &
sibi conformia appetit. Hæc autem qualia sunt, nisi quæ ab æterno illo beatitudinis obiecto
Deo resultant? Ex his etiam intelligimus animę nostræ immortalitatem, quia fluxis non satia-
tur, sed ita demum ad durabilia procedit, donec ad ipsum, qui æternus est, perueniat. Iam cũ
immortalis anima æterna appetat, & in his quiescat, rectè dicuntur tunc *saturari* electi Dei,
cùm gloria cœlesti perfruuntur. Verùm neque adhuc satisfactum est quæstioni propositæ,
quomodo Sapientia dicat eos, qui illam comederint, adhuc esurituros, cùm hic electis Dei
E saturitas repromittatur. Dicendum est igitur, quòd electi Dei in illa gloria esurient, & satura-
buntur, non tamen eò modo, quo hic modò esurimus, modò satiamur. Si quis enim hic esu- *Quomodo*
rit, non dicetur simul & semel & de eadem re saturari: sed satur, ceu fastidiens cibum vnum, *esuriũt &*
alterum appetit. At verò de eadem gloria hoc censetur in electis, quòd saturitatem & esuriẽ *saturantur*
adferet: saturitatem, inquam, non quæ fastidium, sed desiderij completionem, vt ita dicamus, *sancti.*
significet: esuriem autem, quæ continuum oblectamentum designet. Ratio autem sumitur
ab obiecto beatitudinis, quod ibi cibum & potum vocat: non enim illud finitum est, aut ali-
quo termino conclusam vim & suauitatem habet, sicut & hi cibi caduci, qui corporis vsui
deseruiunt, sed immensæ & infinitæ virtutis & oblectationis est: vnde efficitur, vt nec ei ad-
iunctus appetitus fastidio ducatur. Satiatur igitur, quia alium spiritualem cibum non requi-
rit; esurit interim & sitit, quia nullo tædio præsentis boni afficitur. Sunt qui iustitiam de Chri-

sto Iesu interpretantur, quem hic esurimus & sitimus per spem & feruens desiderium: vt cum Paulo dicant, Cupio dissolui, & esse cum Christo. Vbi verò ad gloriam illa peruenerint, vt eo fruantur, saturabuntur: in illo enim omninò quiescent, qui est pax & gloria nostra. Rupertus lib. 4. in Matth. ad esuriem pietatis, sanctimoniæ, & verbi Dei suam meditationem transferens: Quòd, inquit, esurientes & sitientes iustitiam beati sint, quódque ipsi saturabuntur, pro exemplo vel testimonio sunt Prophetæ, & quique timentes Dominum, qui sub regibus Israel, sub Achab, Iesabel, & cæteris, qui Prophetas Domini occiderunt, & altaria suffoderunt, per loca deserta diffugientes, & latitantes, egestate & fame afflicti sunt, quorum Helias est notissimus, qui propter minas Iesabel fugitans ambulauit in fortitudine vnius cibi 40. diebus, & 40. noctibus. Esuriebant corporali esurie propter iustitiam, esuriebant & spirituali esurie ipsam iustitiam Christum quem expectabant. Talis erat Helias, quem & Deus curru igneo assumpsit, & transtulit in locum, vbi non esuriat neque sitiat. Itaque electi *saturabuntur* respectu bonorum caducorum huius mundi, quæ non appetent amplius: sed interim magno affectu, & spirituali quadam esurie, cibo illo æterno perfruuntur. *Beati misericordes, quia ipsi misericordiam consequentur.* Misericordiam subiecit iustitiæ, quia iustitia sine misericordia crudelitas est. Ideò vtramque coniungi necesse est. Prou. 3. Misericordia & veritas non te deserant. Psal. 83. Misericordia & veritas obuiauerunt sibi, iustitia & pax osculatæ sunt. Augustinus lib. de serm. Dom. in monte, cap. 6. Beatos esse dicit, qui subueniunt miseris, quod eis ita reponditur, vt de miseria liberentur. Hieronym. in Matth. Misericordia non solùm in eleemosynis intelligitur, sed in omni peccato fratris, si alter alterius onera portemus. Hilarius in Matth. In tantum enim Deus beneuolentiæ nostræ in omnes delectatur affectu, vt misericordiam suam sit solis misericordibus præstaturus. Chromatius conc. 1. in cap. 5. Matth. Nemo alteri præstare poterit, nisi priùs ipse sibi præstiterit. Postquàm ergo sibi misericordiam impetrauit, satietatémque iustitiæ, incipit iam dolere de miseris, incipit iam pro aliis peccatoribus exorare, & factus misericors in omnes etiam inimicos, maiorem sibi cumulum misericordiæ huiusmodi pietate in aduentum Domini præparabit. Et concion. 2. Ita ostendit, inquit, neminem Dei misericordiam promereri posse, qui non & ipse misericors fuerit. Fulgentius lib. 2. de remissionib. peccator. cap. 6. Hoc enim, inquit, iustus iudex per beatum nobis Apostolum Iacobum denunciari præcepit, dicentem, (cap. 2.) Iudicium sine misericordia fiet illi, qui non fecerit misericordiam. Ordo autem continet, vt misericordiam, quam homo iubetur impendere alteri, priùs exhibeat sibi, dicente Scriptura, (Eccl. 30.) Miserere animæ tuæ placēs Deo. Proinde si quis placere Deo non vult, animæ suæ misericordiam denegat. Et qui animæ suæ misericordiam in præsenti seculo noluerit donare, nullatenus apud Deum misericordiā poterit inuenire. Iudicium enim sine misericordia fiet illi, qui non fecerit misericordiam. Ac per hoc quod subsequenter dicitur, Superexaltat autem misericordia iudicium, in illo fiet, qui nunc misereturanimæ suæ placens Deo. Ipse namque Dominus dicit, Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Gregor. Nyssenus lib. de beatitudinib. hic meditatur nobis Deum media reliquisse, quibus ad ipsum perueniamus: quòd nimirùm is, qui iuxta sui imaginem hominem fecit, omnium bonorum materias atque subsidia in natura sui operis deposuerit, vt nulla res bona atque honesta extrinsecus in nos sese ingerat & insinuet, sed in potestate nostra sit vt habeamus quod velimus, tanquam ex cella penuaria, ex natura bonum promentes. Per singularia enim & particularia de vniuersalibus docemur, quòd non alia ratione potiri quis possit eorum quæ cupit, nisi ipse sibi bonum largiatur. Quamobrem Dominus alicubi dicit ad auditores, (Luc. 17.) Regnum Dei intra vos est. & (Matth. 6.) Quicunque petit, accipit, & qui quærit inuenit, & pulsanti aperietur: vt penes nos potestas sit, & à nostro pendeat arbitrio, quum velimus. Ita Gregorius Nyssen. ex his Domini sententiis obseruat relictum homini liberum arbitrium ad bonum, cùm in omnibus beatitudinis gradibus voluntas maximè compensetur. Si quidem ad voluntatem spectant, pauperes esse spiritu, lugere, esurire, & sitire iustitiam, misericordes esse: nec de homine coacto hæc vllo modo dici possunt. Vnde consequitur aut nullam esse expectandam gloriam, aut relictum esse homini liberum arbitrium. Chrysostom. hom. 75. ad popul. Antiochen. Quòd autem misericordes misericordiam consequantur, videtur quidem esse quædam æqualis retributio: est tamen meritis longè diffusior. Hi namque miserentur vt homines, misericordiam verò capiūt ab omnium Deo. Non est autem æqualis humana diuináque misericordia: sed quantum est nequitiæ bonitatísque discrimen, tantum hæc distat ab illa. Rupertus lib. 4. in Matthæum. Quòd autē misericordes misericordiam consequantur, Abdias ille exemplo sit, qui misericors fuit

Rupertus. August. Hieron. *Quid misericordia.* Hilarius. Chromatius. Fulgentius. *Nemo misericordiā habiturus, qui non misericordiam fecerit.* Gre. Nyss. *Deus non reliquit nos sine mediis ad salutē.* *De libero arbitrio.* Chrysost. Rupertus. *Exempla misericordiæ.*

A fuit in eos qui esuriebãt & sitiebant iustitiã, fugientes persecutionẽ regis Achab. Ait enim ipse ad Helyã, (3.Reg.18.) Nũ indicatũ est tibi Domino meo quid fecerim, cũ interficeret Iesabel Prophetas Domini, quòd absconderim de Prophetis Domini centũ viros, quinquagenos & quinquagenos de spelũcis, & pauerim eos pane & aqua? Dicitur hic fuisse terti⁹ ille princeps quinquagenarius, cui pepercit Helyas dicẽti, (4.Re.1.) Homo Dei, noli despicere animã meã, & animã seruorũ tuorũ qui mecũ sunt. Ecce descẽdit ignis de cœlo, & deuorauit duos principes quinquagenarios primos, & quinquagenos qui cũ eis erãt. Sed nũc obsecro vt miserearis animæ meæ. Misericordiã cõsecutus est, quia misericordiã fecerat: nec misericordiã solùm, verũetiã & gratiã Propheticã: completumq; est in eo illud per Salomonẽ dictum (Prou.22.) Qui pronus est ad misericordiã, benedicetur. Postmodũ enim relicto regis Ochoziæ ministerio, factus Helyę

B discipulus, prophetauit: & hic ille esse perhibetur, qui in ordine duodecim Prophetarũ quartus est. Ergo & ab eius exẽplo verè cõstat, quòd & misericordes misericordiã cõsequentur, & verũ apparet, quod tandẽ à Christo dicitur, (Matt.10.) Qui recipit Prophetã in nomine Prophetæ, mercedẽ Prophetæ accipiet. Greg. Nyss. lib. de beatitud. p misericordiã, illã etiã gloriã, quę nobis in futuro reposita est, intelligi docet. Ita nõ solũ hoc in seculo misericordiã colligunt, qui misericordiã operantur, sed & in futuro. Sareptana excipiens Helyã, misericordiã consecuta est in suscitato filio: Loth ab excidio ereptus est, quia Angelos excepit hospitio: Sunamitis filiũ impetrat, quia Prophetã Helisæũ domi excepit, & aluit. Magna & præclara sunt huius rei exẽpla. Sed & potior est illa, quæ nobis in futuro reponitur misericordia. Dicitur autẽ misericordia, tùm q, nõ sint cõdignæ passiones huius tẽporis ad futuram gloriã quæ reuelabitur in nobis: vnde

C nõ ex cõdigno, sed ex congruo miserationũ & promissionũ suarũ, Deus ẽlectis fœlicitatẽ repẽdet. Adiicit autẽ Greg. Nyss. Nã si Deus misericors à diuina scriptura nominatur, quod autẽ verè beatũ iudicandũ sit, id Deitas est. perspicuũ fuerit quid ex cõsequenti intelligatur, videlicet si ex hominibus aliquis existat, qui misericors sit, beatitudine diuina dignus habeatur: quippè cũ id assecutus sit, quo numẽ diuinũ denominatur. Ps.114. Misericors Dominus & iustus, & Deus noster miseretur. *Beati mundo corde, quoniã ipsi Deũ videbũt.* Vbi ostẽdit, quomodo se homo ad diuitias, quomodo ad Dei iustitiã habeat, vt toto spiritu diuitias spernat, iustitiã amplectatur: addidit quomodo ad externa ista. i. huius mũdi illecebras, & conscientiæ nostræ reatũ, seu ꝓximorũ peccata, nimirũ vt ea lugeamus: quarto demũ loco humanitatẽ & mãsuetudinem ad proximũ, etiã & misericordiã cõmendauit: iã assignat quæ intimã hominis partẽ attingũt. Chro-

D matius conc.1. in cap.5. Matt. Planè. s. mundo corde sunt, qui pauperes spiritu, qui mites, qui lamẽtati peccata, qui iustitia refecti, qui misericordes, in aduersariis quoq; tam syncerũ & lucidũ cordis oculũ gerunt, vt sine aliqua malitiæ lippitudine, inaccessibilẽ Dei claritatẽ sine impedimento conspiciãt. Mũditia enim cordis, & cõscientiæ puritas nullã nubẽ ad intuendũ Dominũ patietur. Et conc.2. Hos mundo corde esse significat, qui deposita sorde peccati, ab omni se carnis inquinamento purgauerint, & per opera fidei atq; iustitiæ Deo placuerint, secundũ quod Dauid in Ps.(15) testatur, dicẽs: Quis ascẽdet in montẽ Domini, aut quis stabit in mõte sancto eius? Innocẽs manibus, & mundo corde, qui non accepit in vano animã suã. Vnde & ipse Dauid ita precatur, (Ps.50.) Cor mundũ crea in me Deus, & spiritũ rectũ innoua in visceribus meis. Hier. in Matt. Mundo corde sunt, quos non arguit conscientia vlla peccati. Mundus (Deus)

E mundo corde conspicitur: templũ Dei non potest esse pollutũ. Hilarius in Matt. Nihil enim pollutum & sordidũ ad occursum diuinæ claritatis insistit, & ad conspectũ Dei obsoletæ mentis acies hebetatur: eos. s. & visui & auditui Dei esse patentes, quibus per animi nitorẽ, ac vitæ puritatẽ potestas eius sit contuendi. Ita Hilarius admonet, hîc spiritualiter videri Deũ, si quæ eius sunt, libenter videamus & audiamus. Vt enim primũ oculos purgamus, quã solẽ intueamur, ita primũ conscientia per pœnitentiã mundãda est, vt & Dei verbũ, cæteraq; eius in nos beneuolẽtiæ symbola amplectamur. Basil. in Epist. de vita solitaria: Quẽadmodũ, inquit, in cera quis scribere non potest, nisi characteres impressos antè deleuerit: sic nec anima diuina dogmata degustare, nisi pristinos ex animo mores penitùs distraxerit. August. lib. de serm. Domini in mõte, cap.7. Quã ergo stulti sunt, qui Deum istis exterioribus oculis quærũt, cùm corde videatur, sicut &alibi scriptum est, (Sap.1.) In simplicitate cordis quęrite illum. Hoc est enim mundũ

Greg. Nyss.

Idẽ Nyss.

Chromat. *Qui mundo corde.*

Idẽ Chro.

Hierony.

Hilarius.

Purganda mẽs his qui Deũ in scripturis videre volũt.

Basilius.

August.

cor, quod simplex est: & quemadmodum lumen hoc videri non potest, nisi oculis mũ- F
Rupertus. dis, ita nec Deus videtur, nisi purgentur interiores oculi. Rupert. lib. 4. in Matt. Daniel
Exempla. & socij eius pro exemplo sunt. Studium eius vt esset mũdo corde, ex eo cognoscimus, quod scriptum est, (Daniel. 1.) Proposuit autem Daniel in corde suo, ne polluereturde mensa regis, & de vino potus eius: & rogauit Eunuchorum præpositum ne cõtamina-retur, & dixit: Tenta nos obsecro diebus decem, &c. Pueris autem his dedit Deus scie-tiam & disciplinam in omni verbo & sapientia: Danieli autem intelligẽtiam omnium visionum & somniorum. Inter cætera quæ vidit ille mundo corde, maximum & pul-cherrimum est, quòd Deum vidit, quomodo à mortali homine videri potuit. Aspicie-bam (inquit cap. 7.) donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit: vestimentũ eius quasi nix candidum, & capilli capitis eius quasi lana munda. Aspiciebã, & ecce in nu-bibus cœli quasi filius hominis veniebat, & vsque ad antiquum dierum peruenit, & in G
consp ectu eius obtulerũt eum: & dedit ei potestatem, & honorẽ, & regnum: & omnes populi, tribus & linguæ seruient ipsi. Qui adhuc viuens & mortalis, sic propter cordis
Augusti. mundiciẽ vidit Deum, quomodo vel quàm fœliciter post hãc vitam videt eũ? Augusti.
Deus non cognoscitur ab impuris. to. 6. lib. contra Epist. Manichæi, cap. 42. Non enim eos oculos ad illud bonum cernẽ-dum præparari oportet, quibus cernitur lux ista diffusa per locos, & nõ vbiq; integra: verùm illum aspectum, aciemq; purgemus, quo cernitur, quantũ in hac vita licet, quid sit iustum, quid pium, quæ sit sapientiæ pulchritudo. Quæ quisq; cernit, præponit lon-gè omnium localium spatiorum plenitudini, & sentit, vt ista cernat, non per locorum spatia diffundi mentem suam, sed incorporea potentia stabiliri. Cui aspectui quoniam multùm inimica sunt phantasmata, quæ carnali sensu tracta imaginariè cogitatio no-stra versat & continet, detestamur istam hæresim, quæ suorum phantasmatum fidẽ se- H
cuta, & diuinam substantiam per locorum spatia, quamuis infinita, velut informẽ mo-lem disiecit, atque diffudit, & eam ex vna parte trũcauit, vt inueniret locũ malo: quod videre non potuit non esse secundum naturam, sed contra naturam: & ipsum malũ tã-ta specie & formis & pace partium in singulis naturis vigente decorauit, quæ sine his bonis nullam poterat cogitare naturam, vt ea mala, quæ ibi reprehẽdit, innumerabiliũ
Tho. Aqu. bonorum copia sepeliantur. Thomas Aquinas lib. Comment. in Matth. Quæritur au-
Quomodo Deus videri possit. tem, inquit, quomodo Deus videri possit. Habemus enim, quòd Deus videri non po-test. Ioan. 1. Deum nemo vidit vnquam. Et ne aliquis diceret, quòd quamuis nullus vi-deat in præsenti, videbit in futuro: Remouet hoc Apostolus, 1. ad Tim. vlt. Lucem ha-bitat inaccessibilem, quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest. Sed sciẽdum, I
An Deus videatur per essentiam. quòd secundum hoc sunt diuersæ opiniones. Aliqui enim posuerunt, quòd per essen-tiam nunquam Deus videatur, sed in aliqua refulgẽtia suæ claritatis. Sed hoc reprobat
Glossa. Glossa super illud Exod. 23. Non videbit me homo, & viuet, propter duo. Primò, quia hoc repugnat authoritati sacræ scripturæ, 1. Ioã. 3. Videbimus eũ sicuti est. Itẽ 1. Cor. 13. Videmus nunc per speculũ in ænigmate, tunc autẽ facie ad faciẽ. Itẽ rationi: quia bea-titudo hominis est vltimũ bonũ hominis, in quo quietatur desideriũ eius. Naturale au-tem desideriũ est, quòd homo vidẽs effectus, inquirat de causa. Vnde etiam admiratio Philosophorũ fuit origo Philosophiæ: quia videntes effectus admirabantur, & quære-bant causam. Illud ergo desideriũ non quietabitur, donec perueniat ad primã causam, quæ Deus est: scilicet ad ipsam diuinam essentiam. Videbitur ergo per essentiam. Alij K
plus etiã errauerunt ponentes contrariũ: quia dixerũt, q; non videbimus solùm oculo mentis, sed etiã corporis, essentiã Dei: & q; Christus videt oculo corporali essentiã di-uinã. Sed hoc non cõuenit: quod patet primò ex authoritate quæ hîc ponitur: quia nõ diceret, *Beati mundo corde*, sed, beati qui habẽt mundos & puros oculos. Ergo dat intelli-gere, quòd nõ videtur nisi corde. i. intellectu. Sic enim accipitur hîc cor, sicut & Eph. 1. Illuminatos oculos cordis vestri. Secundò, quia sensus corporis non potest nisi in suũ obiectum. Si autẽ dicatur quòd tunc habebit maiorem potentiã, dicendum q; tunc nõ esset visio corporalis: quia oculus corporalis nõ videt nisi colores, essentiam autem per
Augusti. accidens, secundũ Augusti. lib. vlt. cap. 19. de ciuit. Dei. Sicut cũ video viuẽs, possumus
Triplex resolutio quo modo Deũ nemo vidit. dicere q; video vitã, in quantũ video quædã indicia, quibus indicatur mihi vita sua: Ita erit in visione diuina, quia tãta erit fulgẽtia in cœlo nouo & terra noua & corporibus glorificatis, q; per ista dici poterimus videre Deũ quasi oculis corporalibus. Ergo *Beati mũdo corde*, &c. Soluitur ergo illud, Deũ nemo videbit vnquã, tripliciter. Primò, quia nõ

A visione comprehensiua: secundò, oculis corporalibus: tertiò, in hac vita: quia si alicui datum fuerit, quòd viderit in hac vita Deum, hoc fuit, quia taliter alienatus est, & elevatus supra sensus corporales. Augustin. tom. 2. Epist. 110. de videndo Deo. Ita, inquit, euidenter ostẽdit Christus, non solùm Patris diuinitatem, sed nec Filij quidem, & Spiritus sancti, quæ vna in Trinitate natura est, posse oculos mẽtis aspicere, cùm ait, *Beati mundo corde*. Beatissimus quoque Athanasius Alexand. Episcopus, cùm ageret aduersus Arrianos, qui tãtummodò Deum patrem inuisibilem dicunt, Filium verò & Spiritum sanctum visibiles putant, æqualem Trinitatis inuisibilitatem scripturarum sanctarum testimoniis, & diligentia suæ disputationis asseruit: simul quoque Deum non esse visum, nisi assumptione creaturæ: Secundum autem Deitatis proprietatem omninò Deum esse inuisibilem, id est, Deum Patrem & Filium, & Spiritum sanctum, nisi in-

B quantum mente & spiritu nosci potest. Gregorius Nanz. etiam sanctus Episcopus Orientalis, apertissimè dicit, Deum natura inuisibilem, quando patribus visus est, sicut Moysi, cum quo facie ad faciem loquebatur, alicuius cõspicabilis materiæ dispositione assumpta, salua sua inuisibilitate, videri potuisse. Hoc est etiam quod noster dicit Ambrosius super Lucam cap. 1. Patrem & Filiũ & Spiritum sanctum ea specie videri, quam voluntas elegerit, non natura formauerit: vt & illud verum sit Ioan. 1. quòd Deũ nemo vidit vnquam: quæ vox Domini ipsius Christi est: Et quem nemo hominum vidit, nec videre potest: quæ vox Apostoli, immò vox per Apostolum Christi est: & illa non repudientur testimonia scripturarum, quibus Deus visus esse narratur, quia & inuisibilis est per propriam Deitatis naturam, & cùm vult, videri potest per assumptam,

C sicut placuerit, creaturam. Porrò si natura ipsius est inuisibilis, sicut incorruptibilis, nõ mutabitur vtique in futuro seculo illa natura, vt de inuisibili visibilis fiat: quia neque poterit de incorruptibili corruptibilis fieri. Simul enim & incommutabilis est. Et vtique naturam eius cõmendauit Apostolus, cùm duo ista simulponeret, dicens, 1. Tim. 1. Regi autem seculorum inuisibili, incorruptibili, soli Deo honor & gloria in secula seculorum. Vnde non audeo ego ista distinguere, vt dicam, incorruptibili quidem in secula seculorum, inuisibili autem non in secula seculorum, sed tantùm in hoc seculo. Verùm quia nec ista testimonia falsa esse possunt, *Beati mundo corde, quoniã ipsi Deum videbunt*: & scimus quia cùm apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eũ sicuti est: negare non possumus filios Dei visuros Deum, sed sicut videntur inuisibilia, sicut ipsum ostensurum promittebat, qui hominibus apparebat in carne visibilis, quando

D dicebat, Et ego diligam eum, & ostendam meipsum illi, cùm ante oculos hominum conspicuus loqueretur. Vnde autem inuisibilia videntur, nisi oculis cordis? De quibus paulò antè dixi quid Hieronymus senserit ad videndum Deum. Hinc est etiam quòd memoratus Mediolanensis Amb. Episc. in ipsa resurrectione dixit nõ facile esse videre Deum, nisi iis qui mundo corde sunt: & ideò scriptum esse, *Beati mũdo corde, quoniam ipsi Deum videbunt*. Quantos beatos, inquit, iam numerauerat, & tamen eis videdi Deũ non promiserat facultatem? Idem Epist. 112. Non quia Dei plenitudinẽ quisquã non solùm oculis corporis, sed vel ipsa mente aliquando comprehenderit. Aliud enim est videre, aliud est totum videndo comprehendere. Aliquando quidẽ id videtur, quod præsens vtcunque sentitur: totum autem cõprehenditur videdo, quod ita videtur, vt nihil eius lateat videntem, aut cuius fines circunspici possunt, sicut te nihil latet præsentis volũtatis tuæ. Circunspicere autem potes fines annuli tui. Sed & Plotinus Philosophus ex

E Platone partim in Timæo, partim in Parmenide, Deũ summũ omniũ creatorem, quẽ nos verũ Deũ dicimus, sic prædicari asserit, vt scribit Augustin. lib. 9. cap. 16. de ciu. Dei: ꝙ ipse sit solus, qui nõ possit penuria sermonis humani quauis oratione vel modicè cõprehendi. Vix autẽ sapientibus viris, cũ se vigore animi, quantũ licuit, à corpore remouerint: Intellectũ huius Dei id quoque interdũ velut in altissimis tenebris rapidissimo coruscamine lumen candidũ intermicare. Cypr. in Præfat. lib. de Cardin. operib. Chri-

F sti ad Corneliũ Papã: Cordi igitur nostro, inquit, se offert Deus, & aliquid sui luminis infundit inuitans & prouocans. Nisi enim aliquo modo sentiretur, nec appetendi, nec inquirẽdi spes esset vlla aliqua, vel facultas: sed quia ex patre sentitur, admirationi est odor ille & sapor, nullã cũ carnalibus dulcedinibus habens similitudinẽ, & per omnia suauitate differẽs: eoq; desideratur copiosiꝰ, quo cætera delectamẽta excedit. Desideriũ autẽ inquirẽtes purificat, & purificatio exclusis enormitatibus ad formã Dei prouehit

Aug. *Athanas.* *Greg. Năz.* *Qua specie videatur Deus. Ambros.* *Deus immutabilis.* *Conclusio quomodo Deus videatur à beatis.* *Ambros.* *Deus inuisibilis. Augustin.* *Cypriani. Quomodo corde videatur.*

ascẽdens, atque in opere suo imago & similitudo Dei multis laboriosisque progressionibus & incrementis propriam sibi demum indicat dignitatem. Verũ si tantùm mundi corde Deum visuri sunt, quomodo fit vt Iob cap. 1. dicatur Sathã coram Deo stetisse?

Greg. Papa. Greg. Papa lib. 2. Mor. in Iob. cap. 3. Et hoc, inquit, quòd Sathan affuisse corã Domino dicitur, in graui nobis quęstione versatur. Sathan enim, qui mũdo corde esse nõ potest, quomodo videndo Domino affuisse potest? Sed intuendum quòd affuisse coram Domino, non autem vidisse. Dominũ perhibetur. Venit quippè vt videretur, non vt videret. Ipse in conspectu Domini, non autem in conspectu eius Dominus affuit: quia vis diuina, quæ intuendo penetrat omnia, non se videntem immundum spiritum vidit: sicut cæcus cùm in sole consistit, ipse quidem solis radiis perfunditur, sed tamen lumen non videt, quo illustratur. Quia enim & ipsa quæ Deum fugiunt, latere non possunt, dum cunctanuda sint superno conspectui, Sathan affuit absens præsenti. *Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.* Thomas Aquin. in Matt. Ponitur septima beatitudo: & sicut dictum est, virtutes ad optimũ disponentes, disponunt ad duo, scilicet ad visionẽ Dei, & dilectionem. Et sicut munditia cordis disponit ad visionem Dei, ita pax ad dilectionem Dei disponit: quia filij Dei nominamur, & sumus. Et sic disponit ad dilectionem proximi: quia sicut dicitur, 1. Ioan. 4. Qui odit fratrem suum quem videt, Deum quem non videt, quomodo potest diligere? Hilarius in Matth. Neque enim aliter transire in nuncupationem familiæ Dei licebit, nisi obliuione eorum assumpta, quibus possimus offendi, fraternæ inuicẽ charitatis pace viuamus. Hieronymus in Matth. Pacifici sunt, qui primùm in corde suo, deinde & inter fratres dissidentes pacem faciũt. Quid enim prodest alios per te pacari, cùm in tuo animo sint bella vitiorũ? Augustinus lib. 1. de serm. Domini in monte, cap. 8. In pace perfectio est, vbi nihil repugnat: & ideò filij Dei pacifici, quoniã nihil in his resistit Deo, & vtiq; filij similitudinẽ patris habere debent. Pacifici autẽ in semetipsis sunt, qui omnes animi sui motus cõponentes, & subiiciẽtes rationi, id est, menti & spiritui, carnalésque cõcupiscentias habentes edomitas, fiunt regnũ Dei. In quo ita ordinata sunt omnia, vt id quod est in homine præcipuum & excellẽs, hoc impetret cæteris non reluctantibus, quæ sunt nobis, bestiisque communia: Atque idipsum quod excellit in homine, id est, mens & ratio, subiiciatur potiori: quod est ipsa veritas, vnigenitus filius Dei. Neque enim imperare inferioribus potest, nisi superiori se ipse subiiciat. Et hæc est pax, quæ datur in terra hominibus bonæ voluntatis: hæc vita consummati perfectique sapientis. De huiusmodi regno pacatissimo & ordinatissimo missus est foras princeps huius seculi, qui peruersis inordinatisque dominatur. Chromatius Conc. 1. in cap. 5. Matth. Magna dignitas paci studentium, cùm filiorum Dei appellatione censentur. Bona quidem & hæc pacificatio, quæ fit inter fratres propter substantiam seculi litigantis, aut per vanã gloriam, aut simultates. Sed parua hæc merces, quia dixerat Dominus in exemplum nostri: Quis me constituit iudicem, aut diuisorem super vos? Iam enim præmiserat, Ablata tua ne repetas, Leuit. 12. & alio loco: Quomodo potestis credere, gloriam ab inuicem accipientes? Potior ergo & sublimior pacificatio intelligenda est à nobis: illam dicam, qua homines Gentiles, qui inimici sunt Dei, per instantiam doctrinæ adducuntur ad pacẽ, qua peccatores emundantur, & Deo per pœnitentiam reconciliantur, qua rebelles hæretici corrigũtur, qua Ecclesiæ discordes ad vnitatem pacemque reformantur. Idem Conc. 2. in 5. cap. Matt. Pacifici sunt, qui à dissensionis & discordiæ scandalo separati, dilectionem charitatis fraternæ & pacem Ecclesiæ sub Catholicæ fidei vnitate custodiunt. Quam pacem tuendam discipulis suis Dominus in Euangelio particulariter cõmendat, dicendo Ioã. 14. Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Quam pacẽ Dominum Ecclesiæ suæ daturum Dauid antè testatus est, dicens Ps. 84. Audiã quid loquatur in me Dominus Deus, quoniam loquetur pacem in plebem suam: & super sanctos suos, & in eos qui conuertuntur ad cor. De qua pace custodienda Apostolus commonet, Ephes. 4. dicens: In omnibus seruantes veritatem spiritus in vinculo pacis. Et iterum Philip. 4. Pax Dei quæ superat omnem intellectum, custodiat corda vestra & corpora à malo. Nihil enim tam necessarium seruis Dei, tam salutare Ecclesiæ, quàm charitatem seruare, quàm pacem diligere, sine qua Deum videri non posse, ad Hebræos Apostolus docet, dicẽdo: Ante omnia diligite pacẽ, sine qua nullus nostrũ Deũ videre poterit. Vnde (Heb. 12.) omni studio & deuotione pacem Ecclesiæ nos seruare conuenit,

Septima beatitudo. Tho. Aqu.

Hilarius.

Hierony.

Augustin.

Qui pacifici.

Chromatius

Idem.

Quæ sit vera pax.

A conuenit,& eos qui à pace dissentiunt,ad Ecclesiæ charitatem,quantum in nobis est, pacis ac fidei studio reuocare,exemplo Prophetæ, qui ait Psal. 119. Cum his qui oderant pacem, eram pacificus: cùm loquebar illis,impugnabãt me gratis.Meritò & in Euangelio,in exultatione Angelorum natiuitatem Domini nunciantium,hæc vox sancta repetitur,Luc.2.Gloria in altissimis Deo,& pax in terra, hominibus bonæ voluntatis.De qua pace & Dauid retulit,Ps.118.Pax,inquit,multa est diligentibus te,& non est illis scandalum.Et Esaias similiter:Et ponam in multa pace filios tuos, & in æquitate ædificaberis . Si enim ad hoc filius Dei carnem susceperè, & pati dignatus est, vt pacificaret nos Deo per sanguinem crucis suæ, vtique secundum quod Apostolus retulit Coloss. 1. per omnia pacifici esse debemus, vt verè ipsum Deum pacis in nobis habere mereamur.Hoc enim scriptum est,Psal.75.Factus est in pace locus eius,& ha-
B bitatio eius in Syon.Et sic verè non solũ filij Dei erimus,sed & hæredes Dei,cohæredes autem Christi.Hoc enim Apostolus retulit, Rom. 8. Si filij, inquit, Dei, & hæredes Dei,cohæredes autem Christi.Greg. Nyss.lib.de beatitud.Quinam sunt hi igitur Gr.Nyss.
qui pacifici vocantur? Imitatores humanitatis diuinæ, qui id, quod proprium diuinæ bonitatis est, in sua vita ostendunt. Tollit, & ad nihilum redigit bonorum largitor & dominus, quicquid extra naturam boni, & à bono alienum est. Hoc etiam tibi præscribit opus & officium,eiicere odium,finire bellum, abolere inuidiam, exterminare pugnam,tollere simulationem,extinguere extrinsecus in corde virtutem,introducere quæcunque subductis contrariis ex aduerso consistunt. Vt enim recedentibus tenebris lux succedit, ita etiam in locum horum cuiuslibet spiritus fructus succedit, dilectio,gaudium,pax, benignitas, animi lenitas,vniuersus ab Apostolo bonorum numerus collectus.Quomodo igitur non beatus est diuinorum donorum distributor ac dis-
C pensator?Imitatur Dei numerum, qui diuinam munificentiam sua beneficentia exæquat:Forsitan autẽ nõ ad alienũ duntaxat bonum beatitudo spectat.Sed opinor propriè pacificum appellari,qui eam quæ intra ipsum est,seditionem carnis & spiritus,atque intestinum naturæ bellum ad pacificam concordiam & consensum adducit, vbi corporis lex, quæ legi mentis repugnat,nõ amplius exercebitur,sed subiugata meliori regno,ministra diuinorũ præceptorũ existet.Rupert.lib.4.in Matt.Pacificos interpre- Rupertus.
tatur,sacri Euãgelij ministros,de quibus nimirũ dicitur apud Esaiã:Quã pulchri super mõtes pedes euangelizãtis pacẽ.Nã ipsi sunt,inquit,& fuerunt primi pacifici,& ministri perfectæ pacis,vtique pacis inter se & omnes homines. Quomodo inter se & om-
D nes homines? Videlicet eo modo,sicut cętera omnia reliquerant,sequẽdo principẽ pacis,ita vt amara materialia cũcta belli vasa de manibus illis excuteret idẽ princeps pacis,dicẽdo ad vnũ,vel primũ ex eis Petrũ: Conuerte gladiũ tuũ in locum suũ. Nusquã omninò deinceps arma bellè attrectauerunt,nisi gladiũ illum,gladiũ spiritualẽ,qui est sermo Dei viuus & efficax,& penetrabilior omni gladio ancipiti.Apoc.16. *Filij Dei vocabuntur*.i.erũt,agnoscẽtur,& habebũtur,siue id fiat à Deo ipso,siue ab illis, qui spiritu Dei præditi filios Dei verè agnoscũt.Hebraismus est. Gen. 21. In Isaac vocabitur tibi semẽ.Quod Paulus Rom.9.sic exponit:Neque qui semẽ sunt Abrahæ,omnes filij,sed in Isaac vocabitur tibi semen:id est, non qui filij sunt carnis,hi filij Dei,&c. Et pro eo quod Matthæus cap.21.dicit,Domusorationis vocabitur,Lucas cap.19.habet,Domus orationis est.Albertus Magnus in Matth.Filiatio autem Dei,assimilationem nostram Alb. Mag.
E importat ad Deum:& hæc perfectè non manifestabitur nisi in futuro.Et hoc est quod *Quid filiatio.*
dicitur 1.Ioan.3.Nunc filij Dei sumus:sed nondũ apparuit quid erimus. Scimus enim quoniam cùm apparuerit, similes ei erimus, & videbimus eum sicuti est. quasi dicat: Nunc quidem filij sumus per adoptionis gratiã: sed hoc quod ex ipsa filiatione erimus in gloria filiorum, nondum apparuit. Et hæc cùm apparuerit,ad similitudinẽ Dei nos prouehet in gloria patris cœlestis:&tũc videbimus eũ sine medio sicuti est,& ipsa visio nos lumine diuino implebit,& filios similes patris efficiet. Sicut crystallus cũ soli opponitur,statim ex lumine impletur, similis soli quasi filius solis efficitur: ita filij gloriæ similes patri efficiẽtur in lumine patris,quo implebũtur.Vnde Ro.8. Expectatio creaturæ reuelationẽ filiorum Dei expectat:quoniã & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorũ Dei.Creaturam vocat hominẽ,aliquid cõuenientię habẽs cum omni creatura. Et hoc præmiũ paci debetur: quia etiam pax nõ est, nisi de bono diuino omnia nostra obtinenti,& ad pacẽ deducẽti in cõcordia &vnitate

omnium virium Deo perfruendum. Sic enim in pace factus est locus eius. Et illa quæ F
sursum est Hierusalem, visio pacis, libera est, quæ est mater noster. Gal. 4. Tunc enim
fines nostros, quo ad omnes vires ponet pacem: & adipe frumenti æternæ dulcedinis
per fruitionem nos satiabit. *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ip-*
Octaua beatitudo. *sorum est regnum cœlorum.* Hæc octaua beatitudo designat perfectionem omnium præ-
Tho. Aqu. cedentium, inquit Thomas in Matth. Augustinus lib. 1. de serm. Domini in monte,
Auguſt. cap. 8. Nam pace intrinsecus constituta atque firmata, quascunque persecutiones, ille
qui foras missus est, forinsecus excitauerit, auget gloriam quæ secundum Deum est,
non aliquid in illo ædificio labefactans, sed deficientibus machinis suis innotescere
Greg Nyss. faciens, quanta firmitas intus extructa sit. Gregorius Nyss. libr. de beatitudinibus.
Ecce, inquit, finis & euentus diuinorum certaminum, & propter Deum susceptorũ
periculorum, laborum remuneratio, sudorum præmium, quo regnũ cœlorum athletæ G
Consum- consequuntur. Hęc est hominis consummata perfectio, si se non sinat tribulationibus
mata per- abstrahi, sed quantæcunque illæ sint, constans in Deo permaneat. Eccl. 27. Vasa figuli
fectio. probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Hieron. in Matt. Ideò hîc cõsi-
Hierony. dera, q̃ octaua veræ circũcisionis beatitudo martyrio terminatur. Chromatius Cõc. 2.
Chromati⁹ in Matt. Nec immeritò sanè esuriendã ac sitiendã iustitiã Dominus suprà memorauit,
cuius desiderio in tantum sitire nos decet, vt propter eã & persecutionẽ mundi, & pœ-
nas corporis, & ipsam mortẽ contẽnere debeamus. In qua significatione martyres ma-
ximè declarãtur, qui propter iustitiã, fidem & nomen Christi, persecutiones in seculo
sustinẽt: quibus spes magna promittitur. Eludit igitur Christus hoc suo axiomate, eorũ
omnium sententiam, qui infœlicitati deputant tribulationes & persecutiones huius
Lactãtius. seculi. Lactantius lib. 3. c. 8. congerit multas Philosophorum de beatitudine sentẽtias: H
quòd alij in voluptate, alij etiam in doloris carentia fœlicitatem cõstituerint. Quòd si,
vt Cynici existimarunt, priuatio doloris summum bonum est, quãtò cunctis hominibus
beatiora erunt animalia? Ideò scribit Paulus, 1. Cor. 15. attendens aliam beatitudinem, quàm præsentẽ: Nisi mortui, inquit, resurgunt, infœliciores sumus omni animante. Quid vetabit, ne & plantas & lapides fœlices dicamus, quæ simul cum sensu carent
Cicero. & dolore? Aristippus Socraticus, vt scribit Cicero lib. 2. Quæst. Tusculan. non dubitauit dolorem summum malum dicere. Econtrà verò Zeno Stoicus omninò malũ esse negauit. Aut enim nulla virtus est, aut sepeliendus est dolor. Glorioſum est vtique pro Domino pati. Minos, itemque Lycurgus, Cretensem laboribus erudierunt iuuentutẽ, vænando, currendo, esuriendo, sitiendo, algendo, æstuando. Philip. 1. Vobis autem donatum est pro Christo, non solùm vt credatis in eum, sed etiam vt pro illo patiamini, I
idem certamen habentes, quale & vidistis in me, & nunc audistis de me. 2. Tim. 3. O-
Chromati⁹ mnes qui piè volunt viuere in Christo Iesu, persecutionẽ patiuntur. Chromatius Cõc.
Inuidia 1. in cap. 5. Mat. Nõ enim est dubiũ, fratres, quia bono facto comes est semper inuidia.
virtuti inimica. Nã salua persecutorũ crudelitate, vbi cœperis rigidã tenere iustitiam, insolentiam repercutere, incredulos ad pacem Domini conuocare: vbi cœperis denique à mundanis hominibus & erroneis discrepare, statim persecutiones oriuntur. Necesse est surgant odia, æmulatio laceret. Sic denique ad illum summum gradum, ad ipsum caput & fastigium suos Christus auditores adducit, non tantùm vt sustineãt patiendo, sed etiam
Alb. Mag. vt moriendo congaudeant. Alb. Magnus in Matt. Sed cùm actio persecutio ab alio sit, & illud quod ab alio est, secundum quod tale est, non sit laudabile vel meritorium: videtur malè collocata beatitudo in eos, qui persecutionem ab aliis illatam tolerant. Et K
ad hoc dicendum, quòd licet passio sit effectus illatioque actionis, secundum quod est ab agente: tamen ex parte susципientis requiritur tolerantia volũtaria, & æquanimitas, interiores animæ actiones. Et in his propter difficultatem maximum collocatur meritum, & tanto maius, quanto secũdum naturam sumus infirmiores. 2. Cor. 12. Virtus in infirmitate perficitur. Apoc. 2. Scio opera tua, & laborem tuum, & patiẽtiam tuam: & quia non potes sustinere malos, & patientiã habes, & sustinuisti propter nomen meũ.
Pro iustitia pati, quid. Ideò beatitudo repromittitur non simpliciter persecutionem patienti, sed ei qui patitur *propter iustitiam.* Euthymius in Matth. iustitiam hîc vniuersaliter omnem virtutem
Euthym. nominauit. Idem habet Theophilact. & Chrysost. Hilarius iustitiam pro Christo & e-
Hilarius. ius veritate sumit. Et ille vtique factus est in se credentibus iustitia. Perfecta postremũ beatitudine eos muneratur, inquit, quibus omnia pro Christo pati affectus est: quia ipse

A se iustitia est. Theophilact. in Matth. Nõ soli autem martyres, sed & multi persecutionem patiuntur, quia iuuant iniuria afflictos, & in summa omnem virtutem fouent. Iustitia enim omnis virtus est. Fures autem & homicidæ, tametsi etiam ipsi persecutionẽ patiantur, non sunt tamen beati. Quia, vt scribit Augustinus, pœna non facit martyrẽ, sed causa. 1. Pet. 2. Hæc est gloria, si propter conscientiam sustinet quis tristitiam patiens iniustè. Quæ est enim gratia, si peccantes colaphizati suffertis? sed si benè facientes patienter suffertis, hæc est gratia apud Deum. Nemo vestrum patiatur vt fur, aut homicida. Nobis igitur summa gloria est, si ab hæreticis, Turcis, infidelibus, solius religionis Christianæ causa patiamur: etiamsi à ditioribus & potentioribus contra ius, aut pro iuris defensione affligimur. Iob. 27. Donec deficiam, nõ recedã ab innocentia mea: & iustificationẽ quam cœpi, non deseram. Persecutio enim non aufert innocentiam, sed auget coronã. Iacob. 1. Beatus vir, qui suffert tẽtationem: quoniã cùm probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligẽtibus se. Huius autem persecutionis exemplum sumere licet ex primis illis martyribus. Non enim ad tormenta requirebantur quasi homicidæ, qui malebant occidi quàm occidere, vt scribit Tertull. in Apolog. Non vt fures, qui propria contemnebant: non vt contra principes seditiosi, qui pro ijs primùm orabant: sed hoc solo nomine, quòd Christiani essent. Vnde ille hæc habet. Si qua, inquit, calamitas incidisset, cõclamabatur cõtra Christianos: Ad bestias, ad bestias: tolle sacrilegos, scelestos non licet viuere. Et, ad Scapulam scribẽs: Quid aliud negotiũ patitur Christianus, nisi suæ sectæ? quã incestã, quã crudelẽ tanto tẽpore nemo probauit. Pro tanta innocẽtia, pro tanta probitate, pro tãta iustitia, pro pudicitia, pro fide, pro veritate, pro Deo viuo cremamur: quod nec sacrilegi, nec hostes publici, nec tot maiestatis rei pati solent. Sed maiora certamina maiora sequũtur præmia. *Quoniam ipsorum est regnũ cœlorum.* Albertus Mag. in Matt. Tribus regnum constituentibus destituuntur, qui persecutionẽ patiuntur. Iniustè enim iudicantur contra leges & iustitiam regni. Et sub potestate iniqua cadunt, propter tyrannides eorum, qui sunt in potestate constituti: sed & propter eorum auaritiam, bonis spoliãtur. Hæc autem omnia restituuntur illis simul cum regno cœlorum. De primo dicitur, 1. Mach. 2. Testes erunt super nos cœlum & terra, quòd iniustè perditis nos. Act. 23. Tu sedens me iudicas secundum legem, & contra legem iubes me percuti. De secundo autem dicitur, Ioan. 19. Non haberes potestatem aduersum me vllam, nisi tibi datum esset desuper. Dan. 3. Tradidisti nos in manus inimicorum & pessimorum præuaricatorum, & regi iniusto & pessimo. Iob. 9. Terra data est in manus impij, vultum iudi-
D cum eius operit. De tertio, Heb. 10. Rapinam bonorum vestrorum cum gaudio sustinetis, arbitrantes vos habere meliorem, & manentem substantiam. Hæc omnia igitur in illo regno compensantur. Nam & recta Dei iudicia: simul etiam eius miserationes hîc contemplari licet, & effusam in electos liberalitatem. *Beati estis cùm maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint aduersum vos omne malum, mentientes propter me: Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis.* Thomas Aqu. in Matthæũ. In superioribus generaliter ea quæ perfectionis erant proposuit, hîc sermonem ad discipulos dirigit. Vbi primùm monet eos ad passionum tolerantiam, quod opus perfectum habet, Iac. 1. Demùm ad diligentem sui officij executionem, dicens, *Vos estis sal terræ.* Monet autem ad persecutionum tolerantiam. 1. considerando causam propter
E quam patimur. 2. præmium quod passiones consequitur. 3. exemplum Prophetarum, quos & ipsi imitabuntur. Tria quoque patienter toleranda esse dicit, duo in præsentia nostra, scilicet contumelias in verbis, & iniurias in factis: & vnum in absentia, detractiones nimirum ex odio cordis. Maledicti fortassè apud homines huius seculi cẽseamini, si hæc omnia sustineatis, sed *beati* in futuro, etsi non in præsenti: beati in cœlo, etsi non in terra: beati apud Deum, etsi non apud carnales homines. 1 Cor. 4. Maledicimur, & benedicimus. Hæc fuit electorum patientia. Rom. 12. Nulli maledictũ pro maledicto. Benedicite, & nolite maledicere. Hoc enim ab ipso Christo edocti sunt, 1. Pet. 3. Qui cùm malediceretur, non maledicebat: cùm pateretur, non comminabatur. Ps. 58. Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. Hieronymus in Matth. Illud enim maledictum contemnendum est, quod beatitudinem creat, quod falso maledicentis ore profertur. Vnde & specialiter definiuit, quæ sit beata maledictio, omne dicens maledictum mentientes propter me. Vbi ergo Christus in causa est,

Theophil.

Augusti.

Martyrum exempla.

Tertull.

Alb. Mag

Tho. Aqu.

Hieronym. *Maledictũ pati quid.*

Euthym. ibi & maledictio optanda est. Euthymius in Matthæum. Ne enim suspiceris, quòd F
simpliciter verbis malis impeti sit beatum, idcircò addidit, quæ planè distinctionem faciunt, videlicet vt quæ dicuntur, mendacia sint, & propter Christum ea dicantur. Quòd si hæc non ita se habent, miser potiùs est, qui malè audit, vtpotè plurimos suis malis operibus offendens. 1. Pet. 4. Si quid patimini propter iustiChromat. tiam, beati. Si exprobramini propter Christum, beati. Chromatius Conc. 1. in cap. 5. Matth. Perfecta igitur virtus est, fratres, post tot iustitiæ ministrationes, propter veritatem opprobria ab hominibus sustinere, affligi cruciatibus, morte denique affici, nec terreri proposito exemplo Prophetarum. Quales sunt autem huiusmodi maledi-
August. ctiones? Sed & quomodo differunt, maledicere, & dicere malum? Augustin. lib. 1. de serm. Domini in mon. cap. 9. Sed aliter, inquit, maledictum iactatur cum contumelia
coram illo cui maledicitur, sicut & Domino nostro dictum est: Nónne verum dici- G
mus, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Aliter cùm absentis fama læditur, sicut de illo scribitur, Ioan. 7. Alij dicebant quia Propheta est, alij autem dicebant, Non, sed seducit turbas. Ad eundem igitur modum olim si quis Christianum viderat, scelestum, sacrilegum, magum, impostorem, infanticidam vocabant: sed & de no-
Quæ olim maledicta in Christianos. stris mysteriis apud suos insusurrabant, quòd orientem solem, quòd caput etiam asininum adoraremus, quòd infantem aciculis interimeremus, & sanguinem calicibus exceptum propinaremus. Etsi verò hæc opprobria multos à Christiana professione subeunda deterrerēt, alios qui eam fecerant, à fidei soliditate dimouerent: beati tamē fuerunt, qui propter maledicta illa à Christo diuelli omninò non potuerunt. Persequi
August. autem est, inquit Augustinus lib. 1. de serm. Dom. in monte, vim inferre, vel insidiis H
appetere: quod fecit qui eum tradidit, & qui crucifixerunt eum. Sic Helyam persequebatur Iesabel, & impij principes. 3. Reg. 19. Ego relictus sum solus, & quærunt animam meam. Exod. 15. Dixit inimicus, Persequar & comprehendam, diuidam spolia, implebitur anima mea, euaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea. Psal. 3. Multi dicunt animæ meæ, Non est salus ipsi in Deo eius. Persequētur vos, inquit Christus, de ciuitate in ciuitatem. *Et dicent omne malum aduersum vos mentientes.* Nā quia Diabolus mendacij pater est, ille eos accendet, & imposituris contra vos armabit. Cùm enim nullam iustam causam suæ in vos contentionis habeant, mendacia & falsa crimina confingent. 2. Cor. 6. Vt seductores, & veraces. 1. Cor. 4. Blasphemamur, & obsecramus. Psal. 49. Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium ma- I
tris tuæ ponebas scandalum mihi: Hæc fecisti, & tacui. Es. 57. Super quem lusistis, & dilatastis os, & eiecistis linguam? Thomas. Ita triplex persecutio erit, cordis in odio,
Thomas. oris in detractione, operis in persecutionibus. *Mentientes* autem hæc confingent contra vos: alioquin si vera dicerent, quæ vobis eapropter expectanda esset beatitudo? Sileat igitur hæc Ouidij sententia:

Ouidius. *Scilicet ex merito si quid patiare, ferendum est:*
Quæ venit indignè pœna, dolenda venit.

Iniustè pati propter Christum, beatum. Alber. Ma. Immò tantò magis lætari & exultare conuenit, vt Christus adiicit, quòd & hîc nostram innocentiam contemplamur, & Christi gloriam expectamus. Sap. 10. Mendaces ostendit, qui maculauerunt eum, & dedit illi claritatem æternam. *Propter me* adiicit. K
Albertus Magn. in Matth. Hæc causa esse debet omnium detractionum & persecutionum. Vt enim nemo beatitudinem expectare debet ob maledictiones & persecutionem, siquidem illas iustè patiatur: ita neque illa rependetur, si alias ob causas, quā propter Christum illatæ sint, nisi quòd Dominus patientiam coronaturus est. Nam si falsum dicant, inquit, & temeritate propria sicut homines loquantur, istud tamen nō est causa beatitudinis, nisi mendacia illa in Dei ipsius, seu eorum quæ ad eum pertinēt, detestationem confingant. Esa. 52. Iugiter tota die nomen tuum blasphematur inter Gentes. Ps. 82. Aduersus te testamentum disposuerunt tabernacula Idumæorum & Ismaëlitæ. Ps. 68. Propter te sustinui opprobriū, operuit confusio faciem meā. Hier. 15. Noli in patientia tua suscipere me, scito quoniam propter te sustinui opprobrium.
Gaudete & exultate. Hieronym. in Matth. Nescio quis hoc nostrûm possit implere, vt la-
Hieron. ceretur opprobriis fama nostra, & nos exultemus in Domino. Hoc qui vanam sectatur gloriam, implere non potest. Gaudere igitur & exultare debemus, vt merces nobis in cœlestibus præparetur. Eleganter quodam volumine scriptum legimus: Ne quæ-

ras

A ras gloriam, & non dolebis, cùm in glorius fueris. Ita quoque si humilis fueris in oculis tuis, & in omnibus Dei gloriam quæsieris, facilè tolerabis, & ridebis hæc opprobria propter Deum accepta. Sic ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Act.5. Es.35. Gaudiũ & lætitiam obtinebunt, fugiet dolor & gemitus. Iob.23. Non enim perij propter imminentes tenebras, nec operuit faciem meam caligo. Tertull.lib.ad Martyr. post enumerata Lucretiæ, Mutij Scæuolæ, Heracliti, Empedoclis, Peregrini, Didonis, vxoris Asdrubalis, Reguli, Cleopatræ, & Leænæ exempla, quibus voluntaria quosdam tormenta constanter subiisse ostendit, adiicit: Igitur si tantum glorię terrenæ licet de corporis animi vigore, vt gladiũ, ignem, crucẽ, bestias, tormenta contemnant sub præmio laudis humanæ, possum dicere, modicæ sunt istæ passiones ad consecutionem
B gloriæ cœlestis & diuinæ mercedis. Tanti vitreum? Quanti verò margaritum? Quis ergo non libentissimè tantum pro vero habeat erogare, quantum alij pro falso? Omitto nunc gloriæ causam. Eadem omnia sæuitiæ & cruciatus certamina iam apud homines affectatio quoque & morbus quidam animi conculcauit. Quot otiosos affectatio armorum ad gladium locat? Certè ad feras ipsas affectatione descendunt, & de morsibus, & de cicatricibus formosiores sibi videntur. Iam & ad ignes quidam se auctorauerunt, vt certum spatium in tunica ardente conficerent. Alij inter vænatorum taureas scapulis patientissimis inambulauerũt. Hæc benedicti, nõ sine causa Dominus in seculũ admisit, sed ad nos & nunc exhortandos, & in illo die confundẽdos, si reformidauerimus pati pro veritate in salutẽ, quæ alij affectauerũt pro vanitate in perditionẽ. Quot olim Philosophi ita cõstantes & patiẽtes haberi voluerũt, vt seipsos vltrò ca-
C lũniatibus offerrẽt? Ipse etiã Diogenes Cynicus, vt scribit Laërtius lib. de vita Philos. seipsum assuefecerat mutis statuis niuiũ, vt duriciẽ diuitum ferre posset, qui, cùm ille victũ peteret, nihil suppeditarent. Quid verò non patienter propter Christũ & gloriã nostram feramus? *Exultate*, inquit, *in illa die:* sic enim Christus proposito sibi præmio contempsit crucem. In paucis probati, in multis benè disponemini. *Quoniam merces vestra copiosa est in cœlis*. Mercedem vocat, vt meritum astruat. Merces enim imputatur secundum meritum, vt scribit Apostolus. Vnde & ait: Vnusquisque mercedem
D accipiet secundum suum laborem. Matt.20. Voca operarios, & redde illis mercedem. Ps.126. Cùm dederit dilectis suis somnum, ecce hæreditas filij, filij merces fructus vẽtris. Quàm verò copiosè rependatur, considerandum est, non nobis ex condigno, sed congruo promissionum diuinarum rependi. Genes.15. Ego ero merces tua magna nimis.2. Cor. 4. Id quod in præsenti momentaneũ est & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Ps.2. Secundũ multitudinem dolorum meorũ in corde meo, consolationes tuę lætificauerũt animã meã. 2. Cor.1. Sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundat consolatio vestra. Augustinus to.8. in Expos. Ps.93. Quanto labore digna est requies, quæ non habet finem? Si verum vis comparare, & verum iudicare, æterna requies æterno labore rectè emitur. Verum hoc est: sed noli timere, misericors est Deus. Si enim haberes æternum laborem, numquam peruenires ad æternam quietem. Semper laborãs, quandoque peruenturus eras ad illud, quod dignè quidem potest emi sempiterno labore? Quia sempiterna requies est æquale præmium, ęterno certè labore digna est ęterna requies cõparari. Sed si semper laborares, numquã ad requiem peruenires. Ergo
E vt aliquando peruenias ad id quod emis, non in æternũ laborandum est: non quia non valet tanti, sed vt possideatur quod emitur. Digna est quidem emi labore perpetuo, sed necesse est vt labore temporali ematur. Certè tantus debuit esse, id est, sempiternus labor pro requie sempiterna. Decies centena millia annorum in labore, quid valent? Decies centena millia annorum habent finem: quod tibi dabo, dicit Dominus, non habebit finem. Qualis misericordia Dei! Nec dicit, Decies centena millia annorum labora, non dicit Mille annos labora, non dicit Quingentos annos labora: cùm viuis labora, in paucis annis. Inde iam requies erit, & finem non habebit. *Merces vestra*, inquit, *copiosa est*, vtique si laborẽ tã breuem spectes: sed & nos hîc in terra merces autẽ *in cœlis*. August.lib.1. de sermone Domini in monte. Non hîc cœlos dici puto superiores partes huius visibilis mundi. Non enim merces nostra, quæ inconcussa & æterna esse debet, in rebus volubilibus & temporalibus, collocanda est: sed in cœlis dictum

Quid faciẽdum vt nõ egreferamus contemptum.

Tertullia. *Exempla patientiæ.*

Quãta pro leuibus patimur.

Laërtius.

Meriti ratio.

Augustin.

Merces & meritum correlatiua sunt. Augustin.

puto, in ſpiritualibus firmamentis, vbi habitat ſempiterna iuſtitia: in quorum F
comparatione, terra dicitur anima iniqua, cui peccanti dictum eſt, Geneſ.3. Terra es,
& in terram ibis. De his cœlis dicit Apoſtolus, Philip.3. Quoniam conuerſatio noſtra
in cœlis eſt. Sentiunt ergo iam iſtam mercedem, qui gaudent ſpiritualibus bonis: ſed
tunc ex omni parte perficietur, cùm etiam hoc mortale induerit incorruptionẽ. Tho-
Tho. Aqui. mas Aquin. in Matth. opponit Gloſſæ ſententiam, quòd in cœlis dictum ſit, id eſt, in
ſuperioribus partibus mundi. Sed & Lucas ita habet: Merces veſtra multa eſt in cœlo.
Reſponſio, inquit. Mundus hic dicitur cœlum empyreum, cum tota mundi machina,
& non tantùm id quod includitur per primum mobile, vt volebant Philoſophi. Vnde
ſuperiores partes mundi dicuntur, quæ ſunt ſupra mundum iſtum. Ibi merces, quia &
ibi electorum congregatio eſt. *Sic enim perſecuti ſunt Prophetas qui fuerunt ante vos.* Vrget
eos exemplo ad patientiam. Iacob.5. Exemplum accipite, fratres, exitus mali & lon-
ganimitatis, laboris & patientiæ Prophetarum, qui locuti ſunt in nomine Domini. G
Sufferentiam audiſtis Iob, finem Domini vidiſtis: ecce beatificamus eos qui ſuſtinue-
runt. Luc.6. Secundum hæc faciebant Prophetis patres eorum. Act.7. Quem Pro-
phetarum non ſunt perſecuti patres veſtri, & occiderunt eos, qui prænunciauerunt de
aduentu iuſti, cuius nunc proditores facti eſtis, & homicidæ? Heb. penult. Itaque ha-
bentes tantam nubem teſtium, deponentes omne pondus & circunſtans nos peccatũ,
Quid ſal terræ. per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen. *Vos eſtis ſal terræ.* Nunc di-
ſcipulos ſui commonet muneris, ne fruſtrà in Apoſtolos eos ſelegerit: ſicut & alibi ait:
Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos, & poſui vos, vt eatis, & fructum afferatis, &
fructus veſter maneat. Cur enim eos ſelegerit, duabus ſimilitudinibus oſtendit: nimi-
Hieronym. rùm, vt ſint ſicut *ſal*, & ſicut *lux mundi*. Hieron. in Matth. Sal appellantur Apoſtoli, H
Hilarius. quia per illos vniuerſum hominum conditur genus. Hilarius in Matth. Sal, vt arbi-
tror, terræ nullum eſt. Quomodo ergo Apoſtolos ſal terræ nũcupauit? Sed proprietas
eſt quærenda dictorum: quam & Apoſtolorum officium, & ſalis natura monſtrabit.
Sal eſt in ſe vno continens aquæ & ignis elementum, & hoc ex duobus vnum eſt. Hic
igitur in omnem vſum humani generis effectus, incorruptionem corporibus, quibus
fuerat aſperſus, impertit: & ad omnem ſenſum conditi ſaporis aptiſſimus eſt. Albert.
Alb. Mag. Magnus in Matth. Neque verò prætereundum eſt, quòd ſalis materia terra eſt. Quod
probatur in 4. Meteor. quia omne quod liquatur frigido humido, de genere terræ eſt,
Qualitas ſalis. quantum ad materiam: ſicut & omne quod liquatur calido ſicco, de genere eſt aquæ,
ſicut plumbum, & omnia genera metallorum. Terra autem mutatur in ſalis naturam,
quando à fœtulentia lota eſt in humido, & comburente calido, ſicco potius quàm coa- I
gulante eſt exſiccata. Et ideò ſal eſt terreſtre ſiccum, per calidum in humido aqueo
combuſtum. Inde efficitur vicinus ſapor amaro, quia amaritudo reſultat, agente cali-
do comburente in terreſtre ſiccum. Ex tali igitur materia ex calido eſt amarum & ſic-
cum, & ex amaro mortificatiuum eſt vermium: ex ſicco, ſiccatiuum humidi putre-
ſcentis: vnde fit, vt & putrefactionem, & per conſequens fœtorem impediat. Et quia
inducit ſiccitatem & humidi deſtructionem & incenſionem, inde quoque fit, vt impe-
diat generationem, & terræ fœcunditatem: ſed & ex calore adurente, & acuto, acuit
id cui permiſcetur: ex ſiccitate autem amara, rudem ſaporem habet, & ſitim prouocat:
quia tamen acutum eſt, ſimul etiam diſſoluit, & commixtum ſaporibus, guſtui com-
modiores, & linguæ gratiores eos efficit. Penes has igitur proprietates & doctrina &
mores Eccleſiaſticorum exprimuntur: quia & calore igniti eloquij ſiccare debent om- K
nem terrenum affectum: & per ſiccitatem mortificationis corporis, omnem deſtruere
malum humorem concupiſcentiæ carnalis: & per condimentum diſcretionis, delecta-
bilem facere guſtum operis, quod eſt ſecundum virtutem: & per exſiccationem conſo-
Hilarius. lationis mundanæ, omnem exſiccare fœcunditatem vitiorum. Hilarius in Matt. Apo-
ſtoli autem ſunt rerum cœleſtium prædicatores, & æternitatis velut ſatores: immorta-
litatem omnibus corporibus, quibus eorum ſermo aſperſus fuerit, conferentes. Atque
ſuperius Ioannes teſtis eſt ſacramenti aquæ, igniſque perfecti, dum ait: Ipſe vos ba-
ptiſabit ſpiritu & igni. Meritò igitur ſal terræ nuncupati ſunt, per doctrinæ virtutem,
Rupertus. ſaliendi modo, æternitati corpora reſeruantes: ſed natura ſalis ſemper eadem eſt, &
Salis ſignificatio. immutari nunquam poteſt. Rupert. in Matth. Sed & inter illius, quæ Iudæis data eſt,
myſticæ legis ſacramenta, Dominus diligentiſſimè ſalem commendat. Leuit.2. Quic-

quid

A quid, inquit, obtuleris sacrificij, sale condies, nec offeres sal fœderis Domini Dei tui de sacrificio tuo. In omni oblatione offeres sal. Ita tertiò repetiuit in vno & eodẽ scripturæ loco commendationem salis, ne fortè primam aut secundam vicem nõ intelleXeris, aut non magnæ curæ putes esse Deo mysterium salis, immò & sal fœderis Domini nuncupauit. Sacrificium enim laudis est spiritus contribulatus, qui & tunc sese Deo liberiùs offert, cùm carnis concupiscentia, piis meditationibus velut sale maceratur. Rom. 12. Exhibeatis etiam corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, & rationabile sit obsequium vestrum. Rationabile autem efficitur, per salis spiritualis condimentum. Ita fiet, vt terra vitiorum conuertatur in salsuginem. Psal. 106. Et vrbes, in quibus diabolus nos expugnauit, subuersæ à spiritu, sale mortificationis conspergantur. Hieron. in Matthæum. Certè legimus in scripturis vrbes quasdam ita victorum sale seminatas, vt nullum in ipsis germen oriretur. Atque vtinam ita cõspergantur regiones nostræ spirituali sale doctrinæ Christi, vt germen omne vitij rescindatur, & pereat. Albertus Mag. aliud in salis natura obseruat, quod permulti mirantur: nimirùm quòd salsum quid in aliud simile nititur: vt si aquæ recenter salsæ pisces salsos immergas, aut carnes sale aspersas, expeieris salsuginem illam pisciũ aut carnium ab aqua illa abstrahi, imò potius quàm ab aqua dulci & potabili. 4. Reg. 2. Helisæus misit sal in aquas amaras. Et hoc sanè ita considerandum est: quòd amaritudo crucis Christi tollit amaritudinem tribulationum, & eas dulces efficit: & discretio & prudentia discipulorũ sal Philosophorum Gentilium ita infatuatum reddidit, vt & ipsi se insulsos & stupidos fuisse faterentur. *Quòd si sal euanuerit, in quo salietur? Ad nihilũ valet vltrà, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.* Chromatius serm. 2. in cap. 5. Matth. Infatuari eos ostendit, qui cùm semel per fidem & sapientiam cœlestem eruditi, fideles ac stabiles debeant permanere, relicta fide & sapientia diuina, aut in hæresim ruunt, aut ad stultitiam Gentilium redeunt. Et idcircò ait: Si autem sal infatuatum fuerit, in quo condietur? quia infatuati fraude diaboli huiusmodi homines, amissa fidei gratia euanescunt. Qui cùm potuissent alios non credentes, adhuc à fide alienos, diuinæ prædicationis verbo condire, etiam sibi inutiles extiterunt.. Denique Iudas Iscariothes de huiusmodi salibus fuerat: sed posteaquàm diuinam sapientiam reprobauit, & de Apostolo apostata factus est, non solùm aliis prodesse non potuit, sed & sibi miser & inutilis factus est. Et ideò addidit Dominus, dicens: Ad nihilum valet, nisi vt proiiciatur foras, & conculcetur ab hominibus. Quia huiusmodi iam non fideles ac domestici, sed proiecti ab Ecclesia, vt extranei & fidei hostes habendi sunt. D Vnde & Iudas de domestico fidei, inimicus factus est veritatis. Proiecti itaque huiusmodi extra Ecclesiam, necesse est vt in diuersis vitiis carnis, & variis voluptatibus seculi conculcentur. Et hoc est quod ait: *Ad nihilum valet vltrà, nisi vt proiiciatur foras, & conculcetur ab hominibus.* Quid sit autem conculcari ab hominibus, etiam Salomon in libro suo retulit, cùm de muliere meretrice loqueretur. Mulier, inquit, fornicaria, quasi stercus in via ab omnibus prætereuntibus conculcatur. Quia igitur conditi iam sale Apostolico sumus, in tali ac tanto condimento gratiæ spiritualis permanere debemus, vt ipsi quoque sal terræ nuncupari à Christo Domino nostro mereamur, qui est benedictus in secula. Augustin. lib. 1. de serm. Dom. in monte, cap. 10. Rectissimè itaque sequitur, Vos estis sal terræ: ostendens fatuos esse iudicandos, qui temporaliũ bonorum vel copiam sectantes, vel inopiam metuentes, amittunt æterna, quæ nec dari possunt ab hominibus, nec auferri. Itaque si sal infatuatum fuerit, in quo salietur? E i. Si vos, per quos condiendi sunt quodammodò populi, metu persecutionum tẽporalium amiseritis regna cœlorum, qui erunt homines, per quos à vobis error auferatur, cùm vos elegerit Deus, per quos errorem auferat cæterorum? Ergo ad nihilum valet sal infatuatum, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Non itaque calcatur ab hominibus qui patitur persecutionem, sed qui persecutionem timendo infatuatur. Calcari enim non potest nisi inferior: sed inferior non est, qui quamuis corpore multa in terra sustineat, corde tamen fixus in cœlo est. Rupertus lib. 4. in Matth. Et quidem, inquit, secundo post Apostolos meriti vel gratiæ loco viri Apostolici, Patres orthodoxi, & Doctores Catholici, sal dicuntur & sunt, atque lux mundi: quia videlicet sapienter atque fideliter tractando atque retractando sacram legis & Prophetarũ scripturam, quicquid in ea quasi carnaliter sonat, ita sermone viuido condiunt, vt

Hieronym. *Vrbes sale aspersæ.*

Alber. Ma.

Chromat.

Sal euanidũ Iudas.

Quid sit conculcari ab hominibus.

Augustin.

Rupertus. *Qui sal.*

ſpiritualiter ſapiat, & quòd erat clauſum, pateſcat: quòd obſcurum & tenebroſum videbatur, clarum & lucidũ fiat. Magna igitur dignitas in hoc dicto & gloria, Vos eſtis ſal. Sed audi quid ſequitur. Quòd ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? Ad nihilum valet vltrà, niſi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Noli ergo altum ſapere, ſed time, ô tu omnis, qui te ad ordinem illorum pertingere confidis, quibus dictum eſt, Vos eſtis ſal, conſcius tibi ſermonis ſapientiæ vel ſcientiæ, qui fortè tibi ſuper alios abundat. Nonnunquam autem accidit, vt euaneſceret ſal: nonnunquam accidit, vt ſcientiam quis habens, abuteretur ea in ſuperbia, & per mentis elationem loqueretur ſcientiæ vel conſcientiæ ſuæ contraria, ſciens veritatem, dum alteri inuidet, & alteri cedere, qui fortè prior locutus eſt, damnum ſuum putat, & quaſi tormento grauatur, quia ſuperbus & elatus eſt. Taliter niti, hoc eſt veritatem in iniuſtitia detinere, hoc eſt veritatem Dei commutare in mendacium, hoc eſt verbum dicere contra Spiritum ſanctum. Matth. 12. Hoc fuit peccatum Phariſæorum, quando dixerunt Luc. 11. Hic non eiicit dæmones niſi in Beelzebub principe dæmoniorum: Ita per inuidiam loquentes, cùm ſcirent quòd in digito Dei, id eſt in ſpiritu Dei, eiiceret dæmones. Hoc peccatum Arrij, peccatum omnium hæreſiarcharum fuit, quoſcunque remedio pœnitentię Spiritus ſanctus indignos iudicauit: quia cognoſcentes Deum, non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, ſecuti ſub nomine Chriſtiano peccatores antiquos, peccatores paganos, qui commutauerunt (ait Apoſtolus Rom. 1.) veritatem Dei in mendacium, & coluerunt, & ſeruierunt creaturæ potius quàm creatori, qui eſt benedictus in ſeculà, Amen. Vbicunque taliter acciderit, vbi doctor vel magiſter ſecundum talium exemplum deſipuerit, dicito quia ſal euanuit. Vbi autem taliter euanuerit, in quo ſalietur? Quo doctore alio emendabitur? Verè nullo, & fruſtrà effundes ſermonem, quia non eſt ibi auditus. Tit. 3. Eum qui huiuſmodi eſt, hæreticum hominem poſt primam admonitionem (ait Apoſt.) deuita, ſciens quia ſubuerſus eſt, & dereliquit, cùm ſit proprio iudicio condemnatus. Ad nihilum valet vltrà (ait Dominus) niſi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Et idcircò talium patres præceſſores Phariſæos foras miſit, non ſolùm à regno Dei, verumetiam à regno loci terreni, & templi manu facti: quia non erat vnde ſaliretur, quòd euanuerat ſal infatuatum: quia dicebant, & dicere non deſinebant verbum contrà Spiritum ſanctum: id eſt, quia non per ignorantiam negabant, ſed per inuidiam blaſphemabãt eum, qui venerat, Ieſum Chriſtum. Nunc enim, ait, viderunt & oderunt me & patrẽ meum. Neque verò tantùm verbum, condietur, pro ipſo ſalis effectu ad condiendos cibos, intelligimus, vt ſignificetur effectus doctrinæ & boni exempli Prælatorum: ſed & vis ipſa innata ſalis, ipſius etiam ſalis reſpectu intelligi poteſt. Vnde ſal infatuatum vocat: Et Marci 9. Chriſti verba oſtendunt. Ad nihil, inquit, valet vltrà: nimirùm quia inſulſum eſt: vt hic ſit ſenſus, ἐν τίνι αὐτὸν ἀρτύσετε, in quo ipſum parabitis, condietis? id eſt, quomodo ipſum corrigere poteritis? Quod hoc in Matthæi loco dici poteſt, ἐν τίνι ἁλισθήσεται, in quo ſalietur: vt vox *ſalietur* referatur ad ſal, ac ſi, velut Marcus, adiiceret αὐτὸ, ipſum: Vt ſicut ſal vim habet conſeruandarum carnium, ita & ſale alio ſal ipſum iam infatuatum emendari & corrigi poſſit. Et hunc ſenſum ſecutus eſt Theophilactus, ſimul oſtendens Chriſtum eapropter hanc ſimilitudinem protuliſſe, vt ne quid tribulationes ſucceſſuræ Apoſtolos, aut quoſuis Eccleſiæ Prælatos ab officio reuocarent: quaſi dicat, inquit: Prophetæ ad vnam gentem miſſi ſunt, vos autem totius terræ ſal eſtis, mordentes & condientes doctrina & reprehenſionibus diſſolutos, vt nõ pariant vermes perpetuos. Propterea ne abiiciatis mordacitatem reprehenſionum, etiamſi perſecutionem patiamini, & vobis exprobrentur. Ideò dicit, *Quòd ſi ſal infatuatum fuerit, in quo ſalietur? Ad nihilum valet vltrà, niſi vt proiiciatur foras, & conculcetur ab hominibus.* Si doctor enim infatuatus fuerit: hoc eſt, ſi non arguit & conſtringit, ſed mollis eſt & laxus, *in quo ſalietur?* hoc eſt, corrigetur? Tunc igitur *foras proiicitur* à doctorum dignitate: & *conculcatur*, hoc eſt deſpicitur. *Vos eſtis lux mundi.* Auguſtinus lib. 1. de ſerm. Domini in monte, cap. 11. Quomodo dixit ſuperiùs ſal terræ, ſic nunc dicit lumen mundi. Nam neque ſuperiùs iſta terra accipienda eſt, quam pedibus corporeis calcamus: ſed homines qui in terra habitant, vel etiam peccatores, quorum condiendis & extinguendis putoribus, Apoſtolicum ſalem Dominus miſit. Et hîc mundum, non cœlum & terram, ſed homines qui ſunt in mundo, vel diligunt mundum oportet intelligi,

Qui ſcientia abutuntur, ſunt ſal infatuatum.

Hæretici, ſal euanidum.

Theoph.

Auguſt.

A intelligi, quibus illuminãdis Apoſtoli miſſi ſunt. Chromatius Cõcio. 2. in 5. cap. Matt. Nam quia ipſe ſol iuſtitiæ eſt, non immeritò etiã diſcipulos ſuos lumen mũdi cognominat: quia per ipſos, quaſi quoſdã micãtes radios, vniuerſo orbi cognitionis ſuæ lumẽ effudit. Fugauerunt enim à cordibus hominũ tenebras erroris, luce veritatis oſtenſa. Per ipſos nãque illuminati etiam nos, ex tenebris lumen ſumus effecti, dicẽte Apoſtolo, Epheſ. 5. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autẽ lux in Domino, ſicut filij lucis ambulate. Et iterum, 1. Theſſ. 5. Nõ eſtis filij noctis neque tenebrarum, ſed eſtis filij luminis & filij diei. Meritò & ſanctus Ioannes in Epiſt. ſua teſtatus eſt (1. Ioan. 1.) dicens: Deus lux eſt: & qui manet in Deo, in lumine eſt, ſicut & ipſe eſt in lumine. Vnde quia tenebris erroris liberatos nos eſſe gaudemus, ſemper quaſi filij lucis in lumine ambulare debemus. Gregorius Papa lib. 18. Moral. in Iob, cap. 32. Omnes enim ſupernæ pa- Gregorius.

B triæ electi, ſancti quidem & iuſti ſunt: ſed participatione ſapientiæ, non comparatione. Quid enim ſunt homines Deo comparati? Lumen autem ſapientia. Lumen & ſerui ſapientiæ vocari ſolent: ſed illa lumen illuminans, iſti lumen illuminatum: ſicut ſcriptum eſt, Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Ioannis 1. Iuſtis autem tantummodò dicitur, Vos eſtis lux mundi, Matth. 5. Iuſtitia quædam ſapientia. Iuſtitia & ſerui ſapientiæ nuncupantur: ſed illa iuſtitia iuſtificans, iſti autem iuſtitia iuſtificata. De Deo quippè, qui ſapientia eſt, dicitur vt ſit ipſe iuſtus & iuſtificans. Iſti verò dicunt, Vt nos efficeremur iuſtitia Dei in ipſo. Aliter ergo venerandum eſt (1. Corinth. 5.) lumen illuminans, aliter lumen illuminatum: aliter iuſtitia iuſtificans, aliter iuſtitia iuſtificata. Ex eo fit, inquit Albertus Alber. Ma.

C reſultans, cognitio eſt omnium aliarum ſcientiarum. Luminaria autem hanc lucem fundentia, & vaſa lucis, ſunt qui à diuina ſapientia acceperunt verba vitæ donare nobis: ſicut dicitur Act. 7. Dan. 2. Qui docti fuerunt, fulgebunt ſicut fulgur firmamenti: & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ erunt in perpetuas æternitates. 2. Corinth. 4. Deus qui dixit de tenebris lumen ſplendeſcere, illuxit in cordibus noſtris ad illuminationem ſcientiæ Euangelij Chriſti. Hoc ſignum eſt Exod. 34. Vbi reſplenduit facies Moyſis ex illuminatione Dei. Philippenſ. 2. Inter quos lucetis ſicut luminaria in mundo, verbum vitæ continentes. Thomas Aquinas in Matthæum: Tho. Aqui.

Hic oſtenditur qui debeant illuminare verbo doctrinæ. In quo poſſunt notari tria, quæ debet habere prædicator verbi Domini. Primum eſt habilitas, vt non deuiet à veritate. Secundum eſt claritas, vt non doceat cum obſcuritate. Tertium eſt vtilitas, vt

D quærat Dei Laudem, & non ſuam. Primum notatur, cùm dicitur (*Vos*) diſcretiuè ſcilicet, qui eſtis deriuati à me qui ſum prima lux. Ioan. 8. Ego ſum lux mundi. (*Eſtis*) eſſe debetis. Ecce ſtabilitas, quæ notatur in verbo ſubſtantiuo, in quo excluditur lucis defectio, contra illos qui prædicant falſitatem: & lucis fictio, contra eos qui ſe transfigurant in Angelum lucis, 2. Cor. 2. & lucis diminutio, contra illos qui timore vel adulatione non reprehendunt vitia. Deinde notatur claritas, cùm dicitur (*Lux.*) Gloſſa: Gloſſa.

Per quos omnes illuminantur à tenebris ignorantiæ. Comparãtur autem luci, ratione eſſentiæ, ratione actus, ratione virtutis ſiue efficaciæ. Nam eius eſſentia eſt cœleſtis. Baſil. in Hexam. Lux eſt natura ſibi per omnia ſimilis & ſimplex. Eccleſiaſt. 24. Ego feci in cœlis, vt oriretur lumen indeficiens. Et ipſi conuerſatione debent eſſe cœleſtes. Philip. 3. Noſtra conuerſatio in cœlis eſt. Item non inquinatur ab immunditiis. Baſilius.

E Sapien. 7. Nihil inquinatum in illam incurrit. Et ipſi debent eſſe mundi. Eccleſiaſt. 9. Omni tempore veſtimenta tua ſint candida. Item omnibus eſt communicabilis. Iob. 21. Super quem non ſplendet lumen eius? Et prædicatores ſe debent omnibus exponere. Luc. 6. Omni petenti te tribue. Secundò, ratione actus, cuius ſecundum Baſilium eſt tenebras illuminare, vias dirigere, latibula manifeſtare, differentias rerum oſtendere. Et ipſi prædicatores debent illuminare in credendis, dirigere in operandis, vitanda manifeſtare, & modò comminando, modò exhortando hominibus prædicare. Tertiò, ratione efficaciæ. Lux enim ingerit delectationem. Eccleſiaſt. 11. Dulce eſt lumen, & delectabile eſt hominibus videre ſolem. Item terræ fœcunditatẽ. Eccl. 45. Radios igneos exufflans, &c. Item viuentibus generationẽ. Philoſophus: Homo generat hominem, & ſol. Præter hæc ſecundum Baſilium, veniente luce diei ægritudines alleuiantur, homines à ſomno excitantur, aues garriunt, beſtiæ ad pabula

Chromat. Lux mũdi qui ſint.

Deus lux, & fideles lux ſunt, & quomodo.

Quæ debeat habere prædicator.

Quomodo comparantur prædicatores luci.

1.

2.

3.

4.

sua fugiunt. Sic lux Apostolorũ, mundus est ædificatus exemplis, inflammatus doctri- F
nis, fœcundatus bonis operibus, alleuiatus peccatis, excitatus à negotiis, animatus ad
contemplationẽ cœlestium, ereptus de potestate dæmonũ. Deinde notatur cõmunis
Quæstio. vtilitas, dum dicit (*mundi.*) Ps.18. In omnem terrã exiuit sonus eorũ. Quæritur autem
Chrysost. hîc, quare præmiserit sal luci. Respõsio. Chrysost. Quia priùs vita, quàm doctrina. Vita
enim ducit ad scientiam veritatis. Proposita igitur similitudine ostendit, quomodo ad
instar lucis Apostoli officio perfungi possint: desumpta est autẽ à ciuitate & luce artifi-
Hierony. ciali, qualem omnes ad suos vsus accipiunt. Vt ostendat, inquit Hieron. in Matt. fidu-
ciã prædicandi, ne Apostoli absterreantur metu, sed tota libertate se prodant, & quod
audierunt in cubiculis, prædicent in tectis. *Non potest*, inquit, *ciuitas abscondi supra montem*
Methodi⁹. *posita.* Methodius conc. 2. in 5. cap. Matt. Ciuitas hîc, inquit, Ecclesiã significat, de qua
Ciuitas su- multis locis scripturæ testantur diuinæ, de qua Dauid maximè loquitur, dicens Ps.86. G
pra montẽ 45. & 47. Glorioſa dicta sunt de te ciuitas Dei. Et iterũ: Fluminis impetus lætificat ci-
Ecclesia. uitatẽ Dei. Et iterũ: Sicut audiuimus, ita & vidimus in ciuitate Domini virtutũ, in ci-
uitate Dei nostri, Deus fundauit eam in æternũ. Et vt manifestè se de hac ciuitate lo-
qui Spiritus sanctus ostenderet, etiam montis ipsius fecit mentionẽ, dicendo: In ciui-
tate Dei nostri, in monte sancto eius. De qua per Esaiã Dominus loquitur, dicens Esa.
54. Ecce ego præparabo tibi carbunculũ lapidem, & fundamẽta sapphirum, & propu-
gnacula tua iaspidem, & portas tuas lapidem crystallum, & circuitũ lapides electos, &
omnes filios tuos docibiles Dei. Et multa similia quæ prætermisimus, ne tædiũ legen-
tibus faceremus, maximè cùm hæc quæ dicta sunt ad probationẽ ciuitatis huius, satis
abundeq; sufficiant. Ciuitatem ergo supra montem positã Ecclesiã ostendit supra fidẽ
Domini ac saluatoris nostri in cœli gloria constitutam, quę actu spirituali omnem hę- H
reditatem terrenæ infirmitatis excedens, vniuerso mundo conspicua facta est & glo-
riosa, quæ iam non per annunciationem legis obumbratur, sed per Euangelicam do-
Rupertus. ctrinam aperta prædicatione conspicitur. Rupertus in Matth. Et quàm magna, quàm
ampla ciuitas, quam is, quem cœlum & cœli cœlorum capere non possunt, Deus inha-
bitat? Et quo in monte, nisi in altitudine cœli, ciuitas huiusmodi posita est: iuxta illud,
Nostra autem conuersatio in cœlis est? *Non potest abscondi*: nõ patitur ordo, vel ratio iu-
dicij seu consilij diuini, vt abscondatur, & incognita sit: quæ ad hoc ædificata est, & ad
hoc mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium, vt omnes qui inter aduersa-
rios periclitantur, qui inter Iudæos, paganos atque hæreticos pro fide agonizantur, re-
currere sciant ad ciuitatem hanc, vt in ea communiri, de ea sumptis sententiis armari, I
vt habeant vnde animam, pro qua illis res est, defendere possint. Ex ea etiã similitudine
quanti momenti sit doctrina Apostolorum & Prælatorum Ecclesiæ, ostendit sub typo
Alb. Mag. ciuitatis, cuius situm & euidentiam indicat Albert. Mag. in Matt. Habent autem sacri
Doctores doctores in docendo similitudinẽ ad ciuitatẽ in duobus præcipuè. In conformitate v-
ciuitati si- nius doctrinæ: quod accipitur ex nomine ciuitatis, quia ciuitas dicitur quasi ciuiũ vni-
miles. tas. Alterum est in munimine ciuitatis, quod accipitur ex ciuitatis munitione. Sicut e-
1. nim vna est fides, & vna Ecclesia, & vnus spiritus, & vnũ caput, & vnica tunica incõsu-
tilis perpetuę ciuitatis: ita debet esse vna doctrina, non diuisa per hæreses & schismata.
1. Cor. 1. Obsecro fratres, vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata. 1.
Cor. 11. Si quis videtur esse contentiosus inter vos, non talem cõsuetudinem nos habe-
Ambros. mus, sed neque Ecclesia Dei. Ambrosius: Contentio est impugnatio veritatis cũ confi- K
dentia clamoris. 2. Cor. 12. Nónne eodẽ spiritu ambulauimus? nónne eisdem vestigiis?
Gal. 1. Si quis prædicauerit vobis aliud præter id quod prædicauimus, anathema sit.
2. Ioã. 17. Sint vnũ sicut nos vnũ sumus. Hoc est ergo ciuiũ vnitas. Munitio autẽ ciuitatis
est in duobus: in turribus, & muris. Turres autẽ sunt altæ, & firmæ veritatis authorita-
tes, quibus suas debẽt munire rationes. Cãt. 4. Turris Dauid ædificata est cũ propugna
culis. Mille clypei pendẽt ex ea, omnis armatura fortiũ. Turris enim est fastigiũ solidæ
veritatis doctrinę sacrę: propugnacula, expositiones: clypei, authoritates habẽtes signa
3. Patriarcharũ, Prophetarũ, & Apostol. in hoc quod fidem eorũ demonstrãt. Armatura
fortiũ sunt reuelationes & rationes, quibus armãtur ad vincendũ. 1. Pet. 3. Parati sem-
per ad satisfactionem omni poscenti vos rationẽ de ea quæ in vobis est, spe. Tit. 1. Am-
plectentẽ eum qui secundum doctrinam est, fidelem sermonẽ, vt potens sit exhortari
in doctrina sana, & contradicentes reuincere. Esa. 54. Ponam iaspidem propugnacula
tua.

A tua. Iaspis ex nitore virentis fidei, solidam significat veritatem. Munitio ex muris, sicut dicit Chrysostomus, significat munimen Doctorum, qui subditorum & simpliciũ sunt refugium. Es. 26. Vrbs fortitudinis nostræ Syon saluator: ponetur in ea murus & antemurale. Murus enim est præsidium Christi, & antemurale præsidium Prælati, recipiẽs iactus & impulsus arietum & machinarum, sicut dicit Chrysost. Et ideò, qui tales non sunt, increpantur à Domino, Ezech. 13. Non ascendistis ex aduerso, nec opposuistis vos murum pro domo Israël. De situ autem huius ciuitatis dicitur, quòd est *in monte posita.* Mons autem est eminentia sanctitatis in actiua, & sublimitas spiritus intelligentiæ in contemplatiua. De primo dicitur Hier. 31. Benedicat tibi Dominus pulchritudo iustitiæ mons sanctus. Et Esa. 2. Erit mons domus Domini in vertice montium, & eleuabitur super colles, & fluent ad eum omnes Gentes. Ps. 67. Mons in quo beneplacitum est Domino habitare in eo: etenim Dominus habitabit in finem. Es. 40. Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas pacem, &c. De secundo, Ezech. 40. Dimisit me super montem excelsum valde, super quem erat ædificium ciuitatis vergentis ad austrum: hoc est, ad regionem luminis in cognitione, & calore sancti spiritus in affectione. Apoc. 21. Assumpsit me in spiritu in montem magnum & altum. De vtrisq; his mõtibus in Psal. 86. Fundamenta eius in montibus sanctis. Ps. 71. Suscipiãt montes pacem populo, & colles iustitiam. De euidentia dicit, *Non potest, &c.* Omnium enim oculis obiicitur, & omnibus ad refugium est. Esa. 33. Respice Syon ciuitatem solennitatis nostræ. Oculi tui videbunt Hierusalem ciuitatem opulentam: tabernaculũ quod nequaquam transferri poterit. De secundo dicitur Ios. 20. Separate ciuitates fugitiuorum, ad quas confugere possit qui ignorans effuderit sanguinem. Chrysostom. hom. 15. Oper. perf. in Matth. Itaque Christus, inquit, rursus Apostolos ista similitudine ad benè viuendi diligentiam cohortatur, ostendens, vt studeant esse solliciti, quasi ante oculos omnium scilicet constituti, & in medio orbis terrarum certantes theatro. Nolite, inquit, aspicere, quia in isto nũc residemus loco, & in exigua sumus parte certaminis. Sic enim eritis manifesti cunctis, quemadmodum ciuitas in montis vertice collocata, vel sicut lucerna in domo super candelabrum lucens. Vbi nunc sunt Christi virtutes, incredùli? Audiant ista, & Prophetæ potentiam post experimenta mirantes, maiestatem Domini adorando venerentur. Perpende enim qualia polliceatur eis, qui in sua quoque regione habebantur incogniti, quòd videlicet omni terra mariq́ue celebrandi sunt, & ad terminos vsque mundi fama ducente venturi, sed manifesto beneficiorum atque admirandæ operationis effectu. Non enim illos fama fecit vbique notissimos, sed ipsa vtique documenta virtutum: sicut adinstar volucrum effecti, ipso etiam sole perniciùs omnem perlustrauere terram, spargentes vbique lumina veritatis. Hîc autem videtur mihi illos ad constantiam cohortari. Dicendo enim non posse ciuitatem abscondi super montem positam, suam declarat profectò virtutem. Sicut impossibile, inquit, est super montem positam abscondere ciuitatem: ita etiam prædicationem latere atque reticeri. Omnia enim prædixerat, persecutiones, & maledicta, & insidias, periculáve, ne putarent quòd hæc eos possint in silentium coarctare, confirmans eos, ait: Quia non modò non tacebunt, sed etiam vniuersum prorsus illustrabunt orbem, & ob hoc quoque clari efficientur ac nobiles. Et hîc quidem propriè ostendit insigne virtutis: in consequentibus verò ab illis conscientiam flagitat, dicens: *Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus.* Ego quidem, inquit, lumen accendi: vt verò perseueret ardens, vestri profectò sit studij, nõ propter me, vosq́ue ipsos modò, verùm propter ipsos, qui eadem luce potientur, vobisque ducentibus viam veritatis inuenient. Non enim poterunt maledictionibus vestrum obumbrare fulgorem: si tamen vos omni cum diligentia vixeritis, atque ita prorsus, quasi qui vniuersum orbem vestri faciatis imitatione conuerti. Dignam igitur tanta gratia exhibete vitam, vt sicut illa cunctis mox regionibus prædicanda est, ita illi etiam conuersio vestra conueniat. *Neque enim accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt.* Thomas Aquinas in Matthæum, per lucernam doctrinam, seu feruorem prædicationis intelligit. Nam in lucerna est ignis & lumen. Sic & in prædicatione debet esse feruor interior spiritus, & lumen boni exempli exterius. Sic dicitur, (Ioan. 5.) Ioannes lucerna ardens & lucens. Atqui nemo sub modio, id est in abs-

4. Chrysost.

5. *Mõs quid.*

Chrysost. *Apostoli omnium oculis obiecti.*

Tho. Aqu. *Lucerna, doctrina.*

Beda. condito, *ſed ſuper candelabrum*, id eſt in manifeſto lux illa conſtituitur. Beda lib. 3. in cap. F
8. Luc. Vaſis, inquit, & lecti nomine carnem, lucernæ autem vocabulo verbũ deſignat:
quia qui ob metum carnalium incommodorũ verbum occultat, ipſam carnem vtique
præponit manifeſtationi veritatis, & ea quaſi operit verbum, quod prædicare trepidat.

Quid candelabrum. *Super candelabrum* autem ponit lucernam, qui corpus ſuum miniſterio Dei ſubiicit, vt
ſuperior ſit prædicatio veritatis, & inferior ſeruitus corporis: per ipſam tamen corporis
ſeruitutem excelſior luceat doctrina, quæ per officia corporalia, id eſt vocem & lin-
guam, & cæteros corporis motus in bonis operibus inſinuatur diſcentibus. Super can-
delabrum ergo ponit lucernam, cùm dicit Apoſtolus: Non ſic pugno tanquam aërem
verberans: ſed caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne fortè cùm aliis prædi-
cauerim, ipſe reprobus efficiar. Hæc ille ex Auguſt. de ſerm. Dom. in monte, lib. 1. cap.

Auguſt. Euthym. 12. Euthymius in Matth. Hoc igitur idem eſt, ac ſi Chriſtus dicat: Neque enim ego G
vos eo fine diuina ſcientia accẽdi, vt & illa abſcondatur: ſed ecce pono vos ſuper can-
delabrum, id eſt, ſuper excelſum doctrinæ locum, vt omnes qui in domo ſunt, illumi-

Theoph. netis. Theophilactus in Matth. Nunc ergo veſtri officij erit, ne gratia extinguatur, ſed
& aliis luceat fulgor doctrinæ veſtræ. Ita nimirùm oſtendit Dei eſſe lucernã accende-
re, & homines in miniſteriis conſtituere: ſed eorum eſt etiam, qui tantis officiis præfe-
cti ſunt, ita ſibi proſpicere, vt & aliis proſint.

Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter,

inquit prophanus poëta. Quid autem eſt, quòd quis acceperit gratiam aliquam, ſi illã
communi Eccleſiæ vtilitati deneget? Eccl. 26. Lucerna ſplendens ſuper candelabrum

Cãdelabrũ myſticum. ſanctum, & faciei ſpecies ſuper ætatem floridam. Exod. 25. præcipit Dominus fieri cã-
delabrum aureum cum ſeptem haſtilibus, & ſeptem lucernis: non tamen quod lateat, H
ſed in ipſo templo manifeſtũ ſit. Apoc. 1. Videt Ioãnes Dominum ambulantẽ in medio
candelabrorum ſeptem, quæ ſeptem Eccleſias deſignant: vt ſit aliquid ſuper candela-
brum, cùm in eminenti Eccleſiæ loco apparet. In eum autem vſum lucent, vt proſint
his qui in domo ſunt. Gen. 1. Poſuit luminaria in firmamento, vt lucerent diei & nocti.
Eccle. 43. Mundum illuminans in excelſis Dominus. Baruch. 3. Stellæ luxerunt ei cum
iocunditate qui fecit eas. Talis autem doctrina diuini verbi eſt. Eccleſ. 24. Doctrinam
quaſi anteculanum illumino omnibus, & narrabo illam vſque in longinquum. Sap. 17.
Totus orbis lympidè illuminabatur lumine ſolis: aut illis ſuperpoſita erat grauis nox,
imago tenebrarum, quæ erat eos comprehenſura. Eccleſiaſt. 33. Videte quòd non ſoli
mihi laboraui, ſed omnibus inquirentibus veritatem. Philip. 2. Inter quos lucetis ſicut
luminaria, in hoc mundo verba vitæ continentes. Itaque ſi tanto nos Deus honore di- I

Chromati⁹ gnatus eſt, vt aliis verbo & exemplo prodeſſe poſſemus: hoc autẽ non faciamus, inquit
Chromatius Conc. 2. in cap. 5. Matth. videbimur tam neceſſarij luminis vtilitatem, ad
damnum tam noſtrum, quàm aliorum, infidelitate noſtra, velut quodam velamine
obtegere & adumbrare. Quapropter & illum, qui talentum ad lucrum cœleſtis nego-
tiationis acceptum, abſcondere magis voluit, quàm ad mẽſam nummulariis dare, de-
bitam pœnam incurriſſe ſcimus, & legimus. Et idcircò lucerna illa ſpiritualis, quæ ad
vſum ſalutis noſtræ accenſa eſt, ſemper lucere debet in nobis. Habemus enim lucernã

Verbũ Dei lucerna. cœleſtis mãdati, & gratiæ ſpiritualis: de qua Dauid retulit, (Pſ. 118.) Lucerna pedibus
meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis. De qua & Salomon ait, (Prouerb. 6.) Quo-
niam lucerna eſt præceptum legis. De qua per Sophoniam quoque Prophetam Do-
minus teſtatur, (cap. 3.) Et ſcrutabor Hieruſalem cum lucerna. In hac enim lucerna K
inextinguibile legis, ac gratiæ ſuæ lumen oſtendit, quod non aliquo cæcæ mentis ve-
lamine operiendum eſt, vel obſcurandum, vt Iudæi & hæretici faciunt, qui perſpicu-
am lucem prædicationis diuinæ prauis interpretationibus obtegere & occultare ni-
tuntur, pro fide perfidiam prædicando, & lumen veritatis erroris tenebris obuelando.
Vnde lucerna hæc legis & fidei nõ occultanda nobis eſt, ſed ad ſalutem multorũ ſem-
per in Eccleſia, velut in candelabro conſtituenda, vt veritatis ipſius luce & nos frua-
mur, & omnes credentes illuminentur. Ad cuius luminis contemplationem, etiam per
Eſaiam nos Spiritus ſanctus adhortatur, dicendo: Venite ambulemus in luce Domini,
dimiſit enim populum ſuũ domus Iſraël. De qua luce & B. Petrus Apoſtolus teſtatus
eſt, (1. cap. 2.) dicens: Qui eripuit nos de tenebris, & vocauit nos in admirabilem lu-
cem. Vnde & Zacharias Propheta, (cap. 4.) vt ſpiritualis huius luminis, & cœleſtis

cande-

A candelabri, quo in figura Ecclesiæ ostensum est, manifestaret mysteria, inter cætera quæ ei pro merito Prophetiæ monstrata sunt, etiam candelabrum aureum cum lampadibus suis se vidisse testatus est. Nam & in tabernaculo testimonij ad futuræ veritatis exemplum, candelabrum cum lucernis indefesso lumine lucebat. Exod. 25. & 40. Scimus enim in candelabro illo, typũ veri & æterni luminis ostensum, qui per multiformem gratiam, omne Ecclesiæ corpus semper illuminat. Idem Chromatius. Potest autem & aliter intelligi, quia multiplex intelligentia spiritalis est, vt in lucerna ipsum Dominum significare noscamus, propter assumpti corporis humilitatem. Hic quidem non secundum gloriam diuinitatis sol iustitiæ nuncupatur, sed secundũ assumpti corporis sacramentũ etiã lucerna ostenditur: quia cũ Deus esset gloriæ & maiestatis æternæ, humilis in hoc mundo tanquã lucerna apparuit: Et non sine causa tanquã lucerna, quia lucerna per noctẽ lucere consueuit. Idcircò itaq; in hoc mundo humilis tãquam B lucerna apparuit, vt tenebras erroris de cordibus nostris, & ignorantiæ noctẽ depelleret: qui in hoc mũdo velut in nocte positi degebamus. Huiusmodi ergo lucerna. i. incarnatio Christi ostẽsa à lege ac Prophetis, iã non obscura prędicatione legis tanquã modis tegitur, nec infidelitate scribarũ ac Pharisæorum, velut quodã vase perfidiæ operitur, sed in cruce velut in cãdelabro cõstituta omnẽ Ecclesię domũ illuminat. Secundũ mysteriũ itaq; incarnationis lucerna est, secundũ gloriã verò diuinitatis sol iustitię est. Deniq; in ipso crucis candelabro, tanquã sol resplenduit, cùm per Apostolorũ prædicationẽ, quasi per quosdã radios, vniuerso orbi clarissimũ suæ cognitionis lumẽ inuexit Dominus & saluator noster, qui est benedictus in secula. Augustin. tom. 6. Orat. de quinq; hæresibus, cap. 7. in eã venit sententiã. Vides, inquit, tenebras mundi, & tu lumẽ abscõdis? *Nemo accendit lucernã, & ponit eã sub modio, sed super candelabrũ, vt luceat hominibus* C *qui in domo sunt.* Matt. 5. Ista domus totus mundus est. Lucernæ accẽsio, verbi est incarnatio: Candelabrũ autẽ crucis est lignum. Lucerna in candelabro lucens, Christus est in cruce pendẽs. Nemo accendit lucernã, & ponit eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt. Vides tu, videamus & nos. Tenebræ sunt, non offendamus in paganis, nõ erremus cũ hæreticis, luceat nobis lucerna, doceat nos verbũ in carne. *Sic luceat lux vestra corã hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrũ qui in cœlis est.* Chrys. hom. 15. in cap. 5. Matt. Op. perfecti. Non solũ, inquit, corrigitis orbẽ rectè sanctęq; viuẽdo, verũ etiã glorificatis Deũ: quòd si cõtraria gesseritis, & homines perdetis profectò, & Dei nomẽ blasphemiis offendetis. Et quẽadmodũ, inquit, per vos glorificabitur Deus, si vos homines maledictorũ fuerint cõtumeliis consecuti, sed vtiq; nõ omnes. Nã illi quoq;, qui hoc publicè faciunt inuidentes, apud D conscientiã tamen suã admirabuntur vos, atq; suscipient: sicut è regione vitiosos quosque palàm quidẽ adulterino sermone demulcẽt, sed eosdẽ in secreto mentis accusant. Quid igitur ad ostentationẽ nos viuere, atque ad gloriæ amorẽ iubes? Absit, non dico istud omninò. Neque enim dixi, vt rectè facta vestra in mediũ studeatis afferre, nec vt illa monstretis admonui: sed dixi, luceat lux vestra, hoc est plurima in vobis sit virtus, ac maximè ingens illius accẽdatur ignis, & ineffabile omninò lumẽ effulgeat. Quando autem tam magna virtus fuerit & clara, latere non poterit, etiamsi mille illam contegere velit modis ille qui possidet. Irreprehensibilem igitur etiam hominibus præstare vitam, vt nullum in vobis verum colorem accusationis inueniant. Sequitur illud, vt etiamsi innumeri accusare cupiant, nullus vnquam infuscare vos possit. Bene E autem ait lumen. Nihil est quod sic hominem faciat insignem atque perspicuum, etiamsi magno ambitu optet latere, vt splendor ille virtutis. Sicut enim ipso sole circundatus, vtrinque clarus refulget, nec in terram solummodò radios propriæ virtutis emittit, sed supra ipsum etiam cœlum proprio fulgore radiabit: hinc itaque illos vberiùs consolatur. Et si, inquit, maledicta in vos audientes, doletis: sed habetis plurimos, quos ad amorem atque admirationem Dei, vestro adducatis exemplo. Gregorius Papa lib. 8. Moral. cap. 38. Occultanda sunt ergo quæ agimus, ne hæc in huius vitæ itinere incautè portantes, latrocinantium spirituum incursione perdamus: & tamen veritas dicit, Matth. 5. *Videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est.* Sed aliud est profectò, cùm in ostensione operis, gloria quæritur largitoris: aliud, cùm laus priuata concupiscitur de dono largientis. Vnde rursus in Euangelio hæc eadem veritas dicit: Attendite ne iustitiam vestram faciatis co-

Lucerna Christus.

Christus sol.

Candelabrum, lignũ crucis.

Chromat.

Augusti.

Chrysost.

Gregorius.

ram hominibus, vt videamini ab eis. Opus ergo noſtrum cùm hominibus oſten- F
ditur, in cordis priùs examine penſandum eſt, per eiuſdem oſtenſionis ſtudium quid
quæratur. Si enim dantis gloriam quærimus, etiam publica noſtra opera in conſpe-
ctu illius occulta ſeruamus. Si verò per hæc noſtram laudem concupiſcimus, foras
ab eius conſpectu iam fuſa ſunt, etiamſi à multis ignorentur. Sed valdè perfectorum
eſt, ſic oſtenſo opere, authoris gloriam quærere, vt de illata laude priuata neſciant ex-
ultatione gaudere. Tunc ſolùm namque innoxiè hominibus laudabile opus oſtendi-
Auguſt. tur, cùm per deſpectum mentis veraciter laus impenſa calcatur. Auguſt. lib. 1. de ſerm.
Dom. in monte, cap. 12. Si tantummodò diceret, Sic luceat lumen veſtrum coram ho-
minibus, vt videant bona facta veſtra, finem conſtituiſſe videretur in laudibus homi-
num, quas quærunt hypocritæ, & qui ambiunt honores, & captant inaniſſimam glo-
riam. Contra hos dicitur ad Gal. 1. Si adhuc hominibus placerem, Chriſti ſeruus non G
eſſem. Et per Prophetam, Pſ. 52. Qui hominibus placent, cõfuſi ſunt, quia Deus nihili
fecit illos. Et iterum: Deus confringit oſſa eorũ qui hominibus placent. Et rurſum A-
poſtolus ad Gal. 6. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi. Et ipſe iterum: Probet autem
ſe homo, & tunc in ſemetipſo habebit gloriam, & non in altero. Non ergo tantùm di-
xit, vt videant bona opera veſtra: ſed addidit, *Et glorificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt*: vt
hoc ipſum, quod homo per bona opera placet hominibus, non ibi finem cõſtituat, ſed
referat hoc ad laudẽ Dei, & propterea placeat hominibus, vt in illo glorificetur Deus.
Hoc enim laudantibus expedit, vt non hominem, ſed Deum honorent, ſicut in ipſo
homine quem portabat, Dominus oſtendit, vbi admiratæ ſunt turbæ paralytico ſana-
to virtutes eius, ſicut in Euangelio ſcriptum eſt, Matth. 9. Timuerunt, & glorificauе-
runt Deum, qui dedit poteſtatem talem hominibus. Cuius imitator Paulus Apoſto- H
lus dicit Gal. 1. Tantùm autem audientes erant, quoniam qui aliquando nos perſeque-
batur, nunc euangelizat fidem, quam aliquando vaſtabat: & in me glorificabant
Deum.

Chriſtus maledictiones ex aduerſo beatitudinum conſtituit.

Luc. 6.

Matth.	Marc.		Ioan.
		Verumtamẽ væ vobis diuitibus, qui habetis conſolationem veſtram. Væ vobis qui ſaturati eſtis, quia eſurietis. Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. Væ cùm benedixerint vobis omnes homines: ſecũdum hæc enim faciebant Pſeudoprophetis patres eorum.	I

Quatuor vitia quatuor virtutibus oppoſita.

VERVMTAMEN *Væ vobis diuitibus, qui habetis conſolationem veſtram.* Lucas hęc opponit beatitudinibus, vt quantum virtutibus ad beatitudinem deſignatis emolumenti accedit, tantũ detrimenti contraria illis vitia ſequantur. Porrò quatuor vitia quatuor virtutibus opponit: diuitiarum cupiditatem paupertati, affluentiam deliciarum eſuriei, vanitatem ſecularium gaudiorum luctui, amicitiam hominum perſecutioni: Et ſicut his quatuor virtutibus cæteræ, ita quatuor vitiis oppoſitis reliqua vitia intelligũtur. Præponit autem *Væ*, interiectionem minantis, execrantis, & prædicentis magnum aliquod malum, ſeu
Beda. temporalis afflictionis, ſeu æternæ. Beda lib. 2. in Luc. Quòd ſit Væ diuitibus adfutu-
rum, à contrario meliùs intelligitur, vbi pauperum dicitur eſſe regnum Dei. A quo ſe K
regno per omnia qui hîc conſolari quærunt, alienãt, audituri à iuſto iudice: Filij recor-
damini, quia recepiſtis bona in vita veſtra. Vbi notandum, quòd non tã diuitiæ, quàm
diuitiarum amor in culpa eſt. Non enim omnis qui habet diuitias, ſed (vt Eccleſiaſtes
ait) qui amat diuitias, fructus non capiet ex eis: quoniam qui temporalia vel animo
contemnere, vel pauperi neſcit erogare, vſu quidem horum delectatur ad præſens, ſed
fructu, quem dando poterat acquirere, carebit in poſterum. Et alibi legimus: Bea-
tus dives qui inuentus eſt ſine macula, qui poſt aurum non abiit, nec ſperauit
In auaros. in pecunia & theſauris. Diuites igitur vocat per emphaſim eos, qui toti diuitiis
congregandis incumbunt, nulla iuris ratione habita, híſque quæ abutuntur, vt
Bonauent. meditatur Bonauentura in Luc. Abacuk 2. Væ ei qui multiplicat non ſua, id eſt,
bona terrena, quæ non ſunt noſtra, quia nec nobiſcum veniunt, nec nobiſcum
rece-

A recedunt. Terreni autem homines reputant esse sua. Apocalyp. 8. Væ, væ, væ habitantibus in terra. Tales sunt cupidi diuitiarum, contra quos dicit Dominus, Matth. 6. Nolite thesaurizare vobis thesáuros in terra, vbi ærugo & tinea demolitur. Quoniam ad diuitiarum istarum multiplicationem necesse est sequi inopiam, & ad consolationẽ sequi desolationem. Ideò subdens rationem, dicit, *Qui habetis consolationem vestram*, scilicet de præsenti, sed non de futuro. Vnde Iacob. 5. Agite nunc diuites, plorate vlulãtes in miseriis vestris quæ aduenient vobis. Ideò consolatio ista vana & falsa est, quia desolationem inducit. Zach. 10. Somniatores loquuti sunt frustrà, & vanè consolabuntur. Verè frustrà, quia dormierunt somnium suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Ps. 75. Et præterea etiam, cum Propheta Dauid: Renuit consolari anima mea, memor fui Dei, & delectatus sum. Iob. 6. Hæc mihi sit consola-
B tio, vt affligens me dolore, non parcat, vt per desolationem viæ perueniatur ad consolationem patriæ. De qua Esa. 66. Quomodo si cui mater blandiatur, ita ego consolabor vos. Hanc debemus expectare, non præoccupare. Iudith. 8. Expectemus humiles consolationem eius. Prosper Aquitanicus lib. 2. de vita contemplatiua, cap. 13. Quàm subtiliter igitur nos ille decipiendi artifex fallit, quanta cæcitate oculos nostræ mentis obduxit, ne discernamus gaudendi auidi, vnde iustiùs gaudeamus: aut ne cupientes augeri diuitiis nouerimus, quibus illas incomparabiliter præferamus. Nam gaudere quidem bonum est: sed qui gaudet, si non inde gaudeat vnde debet, non potest bonũ esse quod gaudet. siquidem gaudet & raptor, cùm desiderata rapuerit: gaudet & ebriosus, cùm optatæ occasionem potationis inuenerit: gaudet & adulter, cùm ad delectationem fruendi corporis concupiti peruenerit. Sed cùm sit gaudere bonum, de his at-
C que huiusmodi gaudere grande est malum. Hæc & his similia sunt, vnde gaudere nos vult mundus, cum suis amatoribus perterritus. Hæc sunt quæ repudiare debemus, vt de bona conscientia, de sanctitate morum, de acquisitione virtutum, de dono Dei, & de promissione futuri regni ineffabiliter gaudeamus. Ditari quoque diuitiis grande bonum est: sed inde ditari, vnde non habeas, non est habenda facultas, sed detestanda calamitas. Nihil enim calamitosius, nihil miserius eo, qui iniquis acquisitionibus crescit, quem locupletem fraudes faciunt ac rapinæ. Illæ nobis sunt ambiendæ diuitiæ, quæ nos ornare possunt pariter & munire: quas nec acquirere possumus inuiti, nec perdere: quæ nos contra hostiles impetus armant, à mundo disterminant, Deo commendant, ditant animas nostras atque nobilitant, nobiscum sunt, contra nos sunt. Diuitiæ nostræ credendæ sunt, pudicitia quæ nos pudicos, iustitia quæ iustos, pietas quæ
D pios, humilitas quæ humiles, mansuetudo quæ mansuetos, innocentia quæ innocentes, puritas quæ puros, prudentia quæ prudentes, temperantia quæ temperantes, & charitas quæ nos Deo & hominibus facit charos, virtutum potentes, seculi contemptores, ac bonorum omnium sectatores. Hæc sunt non omnium, sed sanctorum sanctæ virtutes: non diuitum superborum, sed humilium pauperum facultates: patrimonium cordium, diuitiæ incorruptibiles morum, quibus non abundant, nisi illi qui illis carnalibus ex corde renunciant. Quid quod ipse Cicero veras diuitias non in possessionibus, sed in virtutibus constituit in Paradoxis? (Parad. vlt.) Etenim si isti callidi re-
E rum æstimatores prata & areas quásdam magno æstimant, quòd ei genere possessionũ minimè quasi noceri potest: quanti est æstimanda virtus, quæ nec eripi, nec surripi potest vnquam, neque naufragio nec incẽdio amittitur, nec tempestatum nec temporum permutatione mutatur? qua qui præditi sunt, soli sunt diuites: etenim possident res & fructuosas, & sempiternas: solique quod est proprium diuitiarum, contenti sunt rebus suis: satis esse putant quod est, nihil appetunt, nulla re egent, nihil sibi deesse sentiunt, nihil requirunt. Improbi autem & auari, quoniam incertas, atque in casu positas habent, & plus semper appetunt, nec eorum quisquam adhuc inuentus est, cui quod haberet, esset satis: non modò non copiosi ac diuites, sed etiam inopes ac pauperes existimandi sunt. Chrysostomus, hom. de auaritia: cùm Gainas egressus esset à ciuitate, multa in auaritiam & diuitum imprudentiam exclamat, quę fortè hîc obseruare non absurdum erit, etiamsi prolixiora videantur. Proinde, inquit, cùm in diuitiis es, expecta paupertatem: cùm in affluentia, expecta famem: cùm in gloria, expecta ignominiã: cùm in sanitate viuis, expecta morbum. Assiduè perpende rerum humanarum naturã, quæ nihilo melius habet quàm amnium effluxus, & fumo in aëre euanescente fugacior

Prosp. Aqu.

Quãfallax sit gaudiũ gloriari in diuitiis.

Cicero.

Veræ diuitiæ in virtutibus.

Auarus semper eget.

Chrysost.

Diuitiæ fugaces.

eſt, & vmbra prætercurrente inanior. In his ſi philoſophatus fueris, nec ſuauia te poterunt inflare, nec moleſta deiicere. Si præſentibus bonis non admodũ hæreas, neque abſentibus diſcruciaberis, conſuefacias animum ad diuerſorum expectationem. Sæpè quidem fiet, vt diuerſa non accidant: ſed ſi acciderint, non vehementer te commouebũt. Atque vt intelligatis me hæc non coniectura loqui, volo vobis narrare veterẽ quandam hiſtoriam. Fuit vir quidam admirabilis, magnus, & vbique terrarum celebratus, beatus ille Iob, ille pietatis athleta, ille totius mundi victor & coronifer, qui per omnia certaminum genera tranſiuit, qui innumera trophæa erexit deuicto diabolo. Hic erat diues & pauper, glorioſus & contemptibilis, multorum liberorum pater & orbus. Hic verſatus eſt in aulis regalibus: ſed idem fuit in ſterquilinio. Hic fuit in ſplendida veſte, ſed poſt illam in morſu tinearum. Hic poſſedit innumera miniſteria: ſed idem ſuſtinuit innumeras contumelias à familiaribus in ipſum inſurgentibus, ab amicis conuiciantibus, ab vxore inſultante. Omnia illi priùs velut è fonte affluebant, pecuniarum copia, potentiæ magnitudo, & gloriæ acceſſio, pax & ſecuritas, honores & obſequium, corporis ſanitas, & filiorum opulentia, nec erat in eis quicquam moleſtum. Aderant illi diuitiæ cum ſecuritate, proſperitas ſtabilis: atque optimo quidem iure. Deus enim illum vndique vallauerat. Sed poſt illa omnia receſſerunt, móxque innumeræ tempeſtates immigrauerunt in domum illius: omnes, inquam, ac ſibi viciſſim ſuccedentes ac perpetuæ, denique ſupra modum, ſupráque fidem omnes. Siquidem vniuerſæ facultates illi ſemel ereptæ ſunt: famuli liberique præmatura, violentáque morte oppreſſi ſunt, ad menſam & ipſo in conuiuio mactati, non quidem ſecuri aut gladio, ſed à malo ſpiritu, qui domum concuſſit. Tum vxor in illum armabatur, ſuáſque machinas admouit iuſto. Famuli porrò & amici partim expuerunt in faciem eius, Iob. 30. quemadmodum ipſe ait: Non pepercerunt in faciem meam conſpuere: partim irruerunt in eum. Ex tota domo eiectus eſt, ac deinceps in ſterquilinio vitam egit, ac vermium fontes ſcatebant. Vndique ſanguine & ſanie diffluebat ille precioſus Adamas. Et accepta teſta abſterſit ſaniem, ipſe ſibi factus carnifex. Dolor dolorem excipiebat, & cruciatus intolerabiles: & nox die moleſtior, & dies nocte terribilior, ſicut ipſe dicit: Cùm obdormiero, dico quando erit dies? Cùm ſurgo, rurſum dico, quãdo erit veſpera? Plenus dolorum ſum à veſpera vſque ad diluculũ. Omnia præcipitia, omnia ſcopuli, nec eſt vllus qui conſoletur: qui inſultent, innumeri. Attamen in tanta tempeſtate, tantíſque fluctibus adeò intolerandis, conſtitit aduerſus omnia generoſo animo, & illabefactabilis. In cauſa fuit id quod dicebã: Nimirũ quòd cùm diues eſſet, expectabat egeſtatem: cùm ſanus eſſet, expectabat ægrotationẽ: cùm tot liberorũ eſſet pater, expectabat vt ſubitò fieret orbus. At hunc timorẽ apud ſe ſemper ſuſcepit, & hãc anxietatẽ ſemper apud ſe aluit, intelligens rerum humanarũ naturam, momentariámque volubilitatem negotiorum conſiderans. Eóque dixit, Iob. 3. Timor quem timebã, euenit mihi, & periculum quod metuebam, occurrit mihi. Semper enim cogitatione ſpectabat ad illum timorem, opperiens eum, ſperans, expectánſque: eóque cùm aduenìſſet, non perturbauit illum. Neque ſilui, inquit, neque mihi quieui, ſed mihi venit ira. Non dixit, Non ſilebo, neque quieſcam, futuro tempore: ſed non quieui, præterito tempore. Neque enim rerum proſperitas attulit arrogantiam, ſed expectatio triſtitũ non ſinebat me quieſcere. Quanquam affluentia vehementer hortabatur ad delicias, ſed aſperitas eorum quæ expectabantur, profligabat ſecuritatem. Et licet præſens fœlicitas cogeret frui rebus, tamen futurorum ſolicitudo voluptatem interrupit. Ideóque quoniam præmeditatus in animo ſuo hæc ventura proſpexerat rebus lætis, hæc certamina poſteaquàm acciderunt, fortiter & animoſè pertulit, vtpotè iã olim ad illa exercitatus: & quoniam ea expectatione perceperat, non eſt perturbatus, cùm cerneret illa adeſſe: quoniam ne tum quidem cùm adeſſent læta, vehementer illis adhæſit. Audi quid dicat. Quòd ſi delectatus ſum, cùm mihi moleſtæ affluerent diuitiæ, ſi repoſui copioſam auri vim mihi, ſi fiduciã habui in lapidibus pretioſis, ſi ad innumerabilia poſui manum meam. Quid ais homo? Num delectatus es diuitiis affluentibus tibi? Nequaquam, inquit. Quid ita? Quoniam videbam illarum inſtabilem fluxámque naturam, videbam poſſeſſionem haud durabilem. Aut non videò quidem, inquit, ſolem orientem ac deficientem, lunamverò intereuntem? Non enim in eodem manet ſtatu. Quod autem dicit, tale eſt. Si ſtellæ quæ ſunt in cœlis, perpetuóque lucent, recipiunt nonnulla

Iob exemplum.

Omnia hîc incerta.

F

G

H

I

K

A nullam mutationem, ſol deficiens, luna interiens, an non extremæ dementiæ ſit terrena pro ſtabilibus fixíſque ducere? Eóque nec præſentibus magnoperè delectabar, nec diſcedentibus vehementer contriſtatus ſum: quoniam probè noueram earum rerum naturam. Hæc nos audientes, chariſſimi, neque paupertate deiiciamur, neque diuitiis intumeſcamus, ſed in rerum permutatione animum immutabilem retinentes, Philoſophiæ fructum metamus, vt & hîc voluptate perfruamur, & futura aſſequamur bona. *Væ vobis qui ſaturati eſtis, quia eſurietis.* Dictio Græca eſt ἐμπεπλησμένοι, impleti eſtis: quod ita vertitur ac ſi ſcribatur κεχορτασμένοι, ſaturati. Sic Virg. pro iis qui vino & epulis replentur, habet: Virgilius.

Implentur veteris Bacchi, pinguíſque ferinæ.

Beda lib. 2. in Luc. cap. 6. Saturatus erat diues ille purpuratus, quando epulabatur quotidie ſplendidè: ſed dirum væ ſuſtinebat eſuriens, quando de Lazari, quem deſpexerat, digito guttam aquę quęrebat. Aliter ſi beati ſunt illi, qui iuſtitię ſemper eſuriunt opera: infœlices econtrariò ſunt æſtimandi, qui ſibi in deſideriis placentes, nulla veri & inconcuſſi boni famem patiuntur, ſatis ſe rati beatos, ſi non ad tempus ſua voluptate priuentur. Bonauentura in Luc. Ita, inquit, guloſis comminatur væ perpetuæ famis. Prou. 23. Cui væ? cuius patri væ? cui rixæ? cui foueæ? cui ſine cauſa vulnera? cui ſuffoſſio oculorum? Nónne his qui commorantur in vino, & ſtudent calicibus epotandis? Eſ. 5. Væ qui potentes eſtis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcendam ebrietatem. Et ideò ſubditur: *Quia eſurietis.* Saturitas hæc inducet perpetuam famem, ſecũdum illud Ioh. 20. Cùm ſaturatus fuerit, arctabitur, æſtuabit, & omnis dolor irruet ſuper eum. Et Eſa. 65. Ecce ſerui mei comedent, & vos eſurietis. Ecce ſerui mei bibent, & vos ſitietis. Vnde de malis dicitur, Pſal. 77. Manducauerunt & ſaturati ſunt nimis. Pſ. 33. Diuites eguerunt & eſurierunt: inquirentes autem Dominum, non minuẽtur omni bono. Tertullian. lib. de ieiunio contra Pſychicos. Teneo ſcilicet, inquit, à primordio homicidam gulam, tormentis ac ſuppliciis inediæ puniendam, etiãſi Deus nulla ieiunia præcepiſſet. Oſtendens tamen vnde ſit occiſus Adam, mihi reliquerat intelligendæ remedia offenſæ, qui offenſam demonſtrarat. Vltrò cibum, quibus modis, quibúſque temporibus potuiſſem, pro veneno deputarem, & antidotum famem ſumerem, per quam purgarem mortis à primordio cauſam in quoque cum ipſo genere tranſductam: Certus hoc Deum velle, cuius contrarium noluit: ſatíſque cõfidens placituram illi continentię curam, à quo damnatam comperiſſem incontinentiæ culpam. Baſilius Orat. de ingluuie & ebrietate: Ne igitur indulgeas carni tuæ, ſomniis, balneis, mollibúſque ſtratis, ſemper illud in ore habens, Quem fructum capiã ex ſanguine meo, ſiquidem deſcendam in corruptionem? Cur pinguefacis ac carnoſum efficis teipſum? An te præterit, quòd quanto te craſſiorem tibi facis carnem, tãto grauiorem animæ conſtruis carcerem? Nam nimia vis corporis impedimento eſt ſpiritui ad ſalutem. Ventri quidem neceſſaria ſuggerenda ſunt, at non iucundiſſima, nec talia ac illi, qui omnem terram, qui omnia maria perſcrutantur, ventri tributa exigentes, veluti tyranno cuidam. Miſerrimi ob occupationes ſuas, & ſanè nihil tolerabilius perpetiuntur iis, qui apud inferos pœnas pendunt. Nam apertè in ignem fodiũt, cribro aquam ferunt, pertuſo dolio humorem hauriunt, nec vllum finem ſuorum laborum ſtatuunt. Quemadmodum enim ſitis potum dulcem facit, & fames antegreſſa iucundam inſtruit menſam, ſic etiam ciborum voluptatem continentia efficit: mediã autem ſeipſam interponens, & continuitatem deliciarum dirimens, deſideratam ac ſuauem tibi veluti peregrè redeuntem eſcam efficiet. Proinde ſi tibi velis iucundam inſtruere menſam, ſuſcipito ex inedia mutationem: tu verò ex eo quòd vehementer deliciis deditus ſis, ignoras te tibi ipſi delicias obſcurare, & nimio amore voluptatis voluptatem abolere. *Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis.* Nunc, inquit, id eſt in hoc momento temporis. Ioh. 20. Gaudium hypocritæ adinſtar puncti. Et Prou. 14. Riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudij luctus occupabit. Melius eſt certè quòd fletus riſum antecedat, quàm econtrariò. Et propterea dicitur Eccleſ. 3. Tempus flendi, ſcilicet priùs in hoc tempore, & tempus ridendi pòſt in æternitate. Sed fatuus non vult nunc continere à riſu. Eccl. 21. Fatuus in riſu exaltat vocẽ ſuã: vir autem ſapiens vix tacitè ridebit. Immò Eccleſ. 2. Riſum reputaui errorem, & gaudio dixi, Quid fruſtrà deciperis? Stulti ergo ſunt, qui nunc rident, & ſapientes qui nunc

B C D E

Beda. *Guloſi.* Bonauent. *Eſuries futura.* Tertullian. *Abſtinentiæ laus.* Baſilius. *Ne ſeruiamus vẽtri.* *Quis riſus periculoſus.*

lugent, ſecundum illud Eccleſ.7.Cor ſapientum vbi triſtitia eſt,& cor ſtultorum vbi F
lætitia. Propterea dicitur ſtultis & mundanis, Eſ. 65. Ecce ſerui mei laudabunt præ
exultatione cordis, & præ contritione ſpiritus vlulabitis:ſcilicet in inferno.Matth.13.
Auguſt. Ibi erit fletus & ſtridor dentium. Auguſt.tom.9.lib.de conflictu vitior. & virtutum,
cap.21.Vnde ſcilicet tibi lætitia obrepat? An fortè in obliuionē venit, Ioan.16. Mūdus
gaudebit,vos autem contriſtabimini,ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium? An fortè
memoriam exceſſit quod idem alibi dicit, Luc.6. *Væ vobis qui nunc ridetis, quia plorabitis & flebitis?* Quod quidem per Salomonem dicitur, Prou.14.Riſus dolore miſcebitur,
& extrema gaudij luctus occupat.Et contrà per Euangelium Matth.5.Beati qui lugēt,
quoniam ipſi conſolabuntur. Rurſum per Salomonem, Eccl. 9. Neſcit homo an a-
more, an odio dignus ſit, ſed omnia in futurum reſeruantur incerta. Comprime ergo
inanem lætitiam, qui necdum euaſiſti pœnalem ærumnam. Nónne apud omnes in-
ſanus iudicatur is, qui in tenebris excluſus carceris gaudere conatur? Sed & in cor- G
Gre.Nyſſ. poris morbis, inquit Greg. Nyſſenus lib. de beatitudinibus, vbi aliqua pars corporis
Hic flendum eſt. ex violenta quadam læſione tabida facta fuerit, indolentia argumento eſt mortuam
eſſe, tabidam, ac languidam illam partem:ſed ſi arte quadam medica, vitalis denuò
ſenſus corpori reſtitutus ſit, tam is qui laborat, quàm curationem adminiſtrans, do-
lente iam parte gaudent,quippè certiſſimo argumento vtentes ad ſanitatem conuer-
tiſſe ſe morbum,eò quòd membrum ſentire iam cœperit ea quæ faciant dolorem. Ita
multi, poſtquàm amiſſo ſenſu doloris(vt inquit Apoſtolus Epheſ. 4.) tradiderunt ſe
vitæ peccatrici, cùm quod ad vitam cum virtute degendam attinet, reuera mortui
quidem tabefactíque ſint, nullum eorum,quæ faciunt,ſenſum habent.Sed ſi quis ſer-
mo medicus veluti quibuſdam calidis perurentibúſque medicamentis(futuri inquan- H
tum iudicij horrendis & acerbis minis)eos perſtrinxerit,& terrore eorum,quæ in ex-
pectatione ſunt, cor penitus exacerbauerit, terrorem gehennæ, ignem qui non extin-
guitur, vermem non morientem, ſtridorem dentium, perpetuúmque fletum, & te-
nebras exteriores,& talia vniuerſa, velut calida quædam & acria medicamenta volu-
ptatis affectibus torpenti interēdo refouendóque, eouſque redegerit eum,vt ſentiat in
qua vita verſetur, beatum eum effecerit, ſenſu doloris animo eius iniecto. *Væ cùm benedixerint vobis omnes homines.* Hoc in eos qui aſſentatoribus auſcultant, & ſuas laudes
Beda. prædicari geſtiunt: hoc eſt,inquit Beda in Luc. quod Pſalmiſta deplorat: Peccator in
deſideriis animæ ſuæ,& qui iniqua gerit,benedicitur.Cui non minima pœnæ pars eſt
ſua ſcelera non modò non argui, ſed inſuper quaſi benè geſta laudari.Proindè Domi-
minus non ait, Væ quia bene vobis dicunt homines, quaſi diſtante aliquantum tem- I
pore culpam tardiùs pœna ſequatur: Sed væ, inquit, cùm benè vobis dixerint omnes
homines.quia ipſa peccati nutrix adulatio,ſicut oleum flammis, ſic in culpa ardenti-
bus ſolita miniſtrare fomentum maxima eſt vtique pœna peccantium. Nam quomo-
do pauperes eſurientes & flentes, malorum decet improbitate probari: ita diuitiis, e-
pulis, riſuíque vacantes, per diſtricti iudicis iram, malè obſequentium clientela ma-
iorem fouentur ad pœnam. Quis enim, ſi ſapiat, non fictas adulatorum acclamatio-
nes auerſetur? Prouerb. 27. Qui benedicit proximo ſuo voce grandi, de nocte con-
Adulatio ſurgens, maledicenti ſimilis erit: quia ſicut dicitur Eſa. 9. Erunt qui beatificant po-
præcipitat pulum iſtum, ſeducentes, & qui beatificantur,præcipitati.Præcipitantur enim ex va-
in ſuperbiā. nis laudibus in opprobrium ſempiternum, dum ex illis extolluntur: ſecundum illud
Iob.30. Eleuaſti me,& quaſi ſuper ventum ponens,ſcilicet vanæ laudis, eliſiſti validè. K
Et quia difficile eſt huiuſmodi laudes vitare, ſubiungit exemplum: *Secundum hæc enim*
Gloſſa. *faciebant Prophetis patres eorum.* Prophetis, inquam, non veris, ſed falſis. Vnde Gloſſa:
Benedicebant Pſeudoprophetis, qui ad captandum fauorem vulgi de corde ſuo pro-
phetabant.Hier.5.Stupor & mirabilia facta ſunt in terra:Prophetæ prophetabant mē-
dacium,& ſacerdotes applaudebāt manibus ſuis,& populus meus dilexit talia. In hoc
ergo quod dicit malos homines laudari à Pſeudoprophetis,oſtendit omninò contem-
nendum eſſe fauorem popularem. Pſ.52. Deus diſſipauit oſſa eorum qui hominibus
placent: confuſi ſunt, quoniam Deus ſpreuit eos. Hoc autem dictum eſt non de his,
qui bona exempla & laudabilia populis oſtendunt ad Deum glorificandum, cùm di-
catur Matth.5. Luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, &
glorificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt. Sed qui propriam gloriam in placendo
hominibus,

A hominibus, & in eorum laudibus quærunt, ad Gal.1. Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Chrysostomus hom. de inanis gloriæ cupiditate. Cum ita- Chrysost.
que, inquit, ita fluxa sit & labilis humana laus, qua vti excusatione poterimus, si pro incertis certa perdamus, próque tam breui paucorum præconio, tot bonorum patiemur iacturam? Insuper si vel infinita foret nos laudibus efferentium multitudo, eo essemus calamitosi magis & miseri iudicandi, quo maior esset laudantium numerus. Quòd si hæc fortè miraris, audi qualem Christus in eam rem sententiam ferat. Luc.6. Væ vobis, inquiens, quibus vniuersi homines benedixerint: nec immeritò. Nam si ad singularum artium discrimen internoscendum, opifices ipsos in iudices malis: quo pacto virtutem permiseris multitudini probandam potius, quàm illi qui eius habeat, cæteris longo interuallo posthabitis, notionem, præstare & opem queat, & palmam?
B Illud ergo & parietibus ipsis & foribus erit, ac menti & animo inscribendum, repetendum etiam frequentiùs quod à Christo Domino vsurpatum est, Væ vobis quibus benedixerint homines: siquidem qui te tunc extulerint, paulò pòst non secus ac honoris & gloriæ, & suarum priuatarum laudum affectatorem calumniabuntur.

Christus Scribarum & Pharisæorum calumnias de præuaricatione legis refellit, legem nouam à vetere distinguit: nihil in veteri lege superfluum fuisse, sed implenda esse omnia in noua, nec quantumuis leuiter ipsam offendentibus impunè cessurum esse docet.

Matth. 5.	Marc.	Luc.	Ioan.
C Nolite putare, quoniam veni soluere legem aut Prophetas: non veni soluere, sed adimplere. Amen quippè dico vobis, donec transeat cœlum & terra, iota vnum aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant. Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum: qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum.			

SI quando pictores primos tractus duxerint, & informem rerum effigiem delineauerint, habent tamen apud se speciem ipsarum perfectã, sicut & omnes artifices (vt obseruat Augustin. tract.1. in Ioan.) eorum quæ facturi sunt, priùs ideas in mente concipiunt: vt si quis domum ædificaturus sit, priùs apud se ipsam domum effinxit, & fũdamenti, parietis, tecti, commoditatúmque omnium rationem habuit. Iam verò, si contingat pictorem, post primas illas lineas, penicillum admouere, veros colores adiicere, rerum facies exprimere, & informem rudémque tabellam ad perfectum deducere: quis illum arbitretur contra suæ artis professionem, concepti operis institutionem, & tabellæ pulchritudinem feciſſe? aut quis existimet nouum opus illum effinxisse? Hoc si quis obiiciat, audiet à pictore: Nihil nouum, ô bone, nihil non priùs conceptum effingo. Primas lineas duxeram, nunc illas ad perfectum deduco. Sicut enim fœtus primùm informis est, disponitur tamen ad perfectiorem formam: quam vbi acceperit, non nouum quid, sed idem ipsum perfectum & completũ esse incipit: ita quoque primi tractus ad perfectiores species dis- *Introductio. Augustin.*
E ponuntur: quæ vbi successerint, vnum & idem, sed absolutum opus est. Ad eundem sanè modum Christus ostendit se vnum eundémque legis veteris & nouæ institutorẽ, nec aliam inter vtramque distantiam esse, quàm quòd hæc perfectior, illa verò perfectionem appeteret, ad quam etiam disponebatur. Heb.7. Nihil ad perfectum adduxit lex. Ideò Christus, *Non veni*, inquit, *legem soluere, sed adimplere:* Vtique adinstar pictoris, qui lineas priores non ita delet, vt nouum opus condat: sed quod illis adumbrauerat, veris coloribus illustrat. Chromatius Conc.2. in cap.5. Matt. Nõ enim ad dissoluendã legem vel Prophetas filius Dei venit, qui author est legis & Prophetarũ: quia ipse Moysen ad tradendam legem populo dedit, & Prophetas ad prædicationem futurorum sancto spiritu mandauit. Ait igitur: *Nolite putare, quia veni soluere legem aut Prophetas. Non veni legem soluere, sed adimplere.* Impleuit autem legem & Prophetas hoc modo, dũ ea quæ scripta erant in lege & Prophetis, ipse consummat. Vnde cùm ace.um sibi in *Quomodo Christus nõ soluit, sed impleuit legem. Chromatius*

cruce oblatum bibisset, ait, Adimpletum est: vt euidenter ostenderet omnia quæ de p
se in lege ac Prophetis prędicta erant, etiam vsque ad aceti potum esse completa. Ad-
implet legem omni modo, dum mysterium Paschæ vel agni olim in figura monstra-
tum, passionis suæ sacramento compleuit. Vnde ait Apostolus, (1.Cor.5.) Etenim Pas-
cha nostrum immolatus est Christus. Adimplet legem, dum sacrificia legis, omniá-
que exempla in se præfigurata, accipiendo corpus, veritatis ratione cõpleuit: Vel cer-
tè adimplet legem, dum præcepta legis, quæ dederat, Euangelicæ gratiæ suæ supple-
mento confirmat. Nomen enim legis, pro doctrina & vitæ institutione ad voluntatẽ
Dei olim Iudæis ordinata sumitur: id est, pro omni scriptura diuinitùs inspirata, quæ
vtilis est ad docendum & arguendum, non modò quæ à Mose, sed & cæteris Prophe-
tis tradita est, quam Hebræi *Thorah* תורה vocant, à verbo *Iara*, quod est docuit & e-
Quid solue re. rudiuit. *Soluere* autem non simpliciter sonat præuaricari, quo modo fieri contingit ab G
his, qui etsi legem amplectantur, & vereantur, transgrediuntur tamen, propter carnis
infirmitatem: sicut & Paulus scribit, se non, quod bonum vult, facere, & legem quidẽ
esse spiritualem, se autem carnalem, venditum sub peccato. Rom.7. Sed soluere, de-
struere & oppugnare significat. Græca dictio est καταλῦσαι, non soluere simpliciter, sed
dissoluere, & eneruare, vt sonat Hebræa vox apud Matthæum. Sic enim habet, *Lo baa-*
thi לבטל *lebatel*, non veni eneruare. *Batal* enim est desinere, cessare, eneruare. Hoc autẽ
dicit Christus, præueniens scribarum & Pharisæorum calumnias. Illi enim etsi mini-
mè legem seruarent, sed & eam suis traditionibus oppugnarent: Christũ tamen apud
populum velut legis destructorem suspectum reddebant: Primùm, quòd non doceret
sicut scribæ, Matth.7. Præterea, quòd contemneret humanas traditiones, Matth. 15.
Postremò, quòd nec sabbata custodiret, nec sacrificia, nec legales illas purificationes H
magni ducere videretur, Ioan.9. Stephanus hanc Act.7. Paulus etiam hanc calumniã
passus est, quòd doceret defectionem à lege Mosis. (Act.21) His contumeliis populum
à Christi doctrina auocare, ipsum etiam pro aduersario ducere contendebant: & licet
non omnes distraherentur, multi tamen suspectum Euangelium habere cœperant.
Augustin. Augustin. lib.17. contra Faustum Manich. cap.1. hoc olim Manichęos à Catholicis
quæsiuisse scribit, Cur legem non acciperent & Prophetas, cùm Christus eos se non
venisse soluere dixerit, sed adimplere. Fortè scilicet idem quod & obiicitur à Iudæis,
Pet.Galati. vt scribit Petrus Galatinus lib.11. de arcanis fidei Catholicæ in Thalmud inuentis,
cap.2. Ex verbis enim, inquiunt, ac factis Christi nostri, quem vos Messyam esse di-
Quid lex, & eius diuisio. citis, apertè liquet Mosaicam legem minimè cessare. Et verum quidẽ dicunt, inquit I
Petrus Galatinus, Christum legem veterem totam implesse: ex hoc tamen nullatenus
inferre possunt eam, in quibus cessatura erat, non cessasse. Quod vt omnibus innote-
scat, in quinque capita lex partienda est: in moralia, iudicialia, promissiones, comm-
inationes, & sacramentalia. Moralia sunt decem præcepta legis, quæ & ille angustiùs
obseruari præcepit. Ceremonialia cesserunt veritati. Promissiones item ad effectum
perductæ sunt, si Christi priorem aduentum consideres: relinquantur nobis in futurũ
repositæ. Nec desunt nobis comminationes: mutata sunt autem, sed in melius, sacra-
Augustin. mentalia. Augustinus lib.17. in Faustum, cap.5. respondet calumniæ Manichæorum,
qui Christum legis præuaricatorem arguebant, ex eo quod ait, Nolite putare quòd ve-
ni legem soluere: nec enim, inquit, hoc dixisset, nisi aliquid tale fecisset, vnde in hanc
suspicionem venisset. Verùm non negamus Iudęis non intelligentibus, videri potuisse
Christum destructorem legis & Prophetarum: attamen quanti apud eum illa momẽ- K
ti fuerint, ostendit adiiciens, Quicunque soluerit vnum ex his mandatis minimis, &
Glossa. docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum. Glossa: Soluere est, vel
non agere quod lex præcipit, & rectè aliquis intelligit: vel non intelligere, quod per
Sixtus 3. prauam opinionem corrupit: vel eius integritatem, qualis Christo est, tollere. Sixtus
Quid adimpiere. tertius in Epist. de diuitiis: Adimplet, inquit, legem, cùm eam veram esse ostendit, quã-
do per se cessare facit illa, quæ iam cessatura prædixerat: & de antiqua lege legem no-
uam produxit, & nouum testamentum promulgauit ex vetere, vt magis ac magis legis
ac Prophetarum prædicta suppleret, in quibus continebatur: De Syon procedit lex,
& verbum Domini de Hierusalem. Et alibi: Dabo eis testamentum nouum, non se-
Cyr. Alex. cundum quod disposui patribus eorum. Cyrillus Alexandrinus Dialog. de adoratio-
ne & cultu in spiritu & veritate: Nam, inquit, & fabri ærarij statuam solidaturi, primũ
obscuram

A obſcuram ſpeciem in cera faciunt, deinde illi igni liquefactæ æs infundũt, & ſic opus ſuũ producunt, vt nouã ſpeciẽ ac pulchritudinẽ habeat, adiectis ad vmbras variis colorum ſpeciebus: Et apparent quidẽ, dũ æs cerã liquefacit, aboleri prima lineamenta, res autẽ ipſa non ſic habet. Vera enim dicere poſſunt, & faber ærarius, & pictor: Non deſtruximus vmbras, nec omninò inutiles figuras fecimus, ſed impleuimus potius. Nam quod in vmbris & figuris tantùm obſcurè deformiterq; videbatur, id ad meliorẽ clarioremq; formã productum eſt. Et ſiquidẽ ſacram, diuinitúſq; inſpiratã ſcripturã quis rectè perſcrutari velit, planè ſciet verũ eſſe quod dico. Moſes enim velamẽ ſuper faciẽ ſuam ponebat, eò quòd non poſſent filij Iſraël reſpicere faciẽ eius propter claritatẽ illius, ſicut ſcriptũ eſt. Nã craſſiores Iudæorũ mentes, quæ externa legis videbãtur, quodãmodò ferre poterant. i. ea quæ per literã legis dicebantur: at intolerabilia erãt & in- B acceſſa, quæ intus latebant. Eapropter & diuinus Paulus ſcribit, vſq; in diẽ hunc velamen in lectione veteris Teſtamenti manere nõ reuelatũ, quia per Chriſtũ aboletur, ſed vſq; in hunc diem, quando legitur Moſes, velamen ſuper eor eorum poſitum eſt. Hactenus Iudæorum res promouerunt: Nos autem, inquit, reuelata facie gloriã Domini vt ſpeculo repræſentantes, ad ipſam imaginem transformamur, à gloria in gloriã, tanquam à Domino ſpiritus. Hilarius in Matth. Ita virtus & poteſtas verborum cœleſtiũ magna in ſe momenta complexa ſunt. Lex enim operũ poſita eſt, & omniũ in fidẽ eorum, quæ in Chriſto erant reuelanda, concluſit: cuius doctrina & paſſio grande & profundum eſt paternę voluntatis arbitriũ. Lex autem ſub velamento verborũ ſpiritualiũ, natiuitatẽ Domini noſtri Ieſu Chriſti, & corporalitatem, & paſſionẽ, & reſurrectionẽ locuta eſt: atque id ita iam ante tempora ſæcularia ætatis noſtrę tẽpus eſſe diſpoſitum, C frequens, & Prophetica & Apoſtolica authoritas eſt. Ne igitur aliud exiſtimaremus in operibus ſuis eſſe, quàm contineretur in lege: non ſoluere ſe legem profeſſus eſt, ſed adimplere. Marcus Exercitator, in Conſultatione intellectus cum anima. Non enim, inquit, eſt lex Moſaica, quæ manifeſta iudicare ſolet: ſed ſpiritualis, quæ etiam occulta corripit. Quanquam etiam ſuis temporibus congruam tulit idem Deus, impleuit autem eam per gratiam Domini noſtri, qui dixit: Non veni ſoluere legem, ſed adimplere. Greg. Nyſſ. in lib. de cognitione Dei, & capitibus contra Hebræos: Ipſe enim tum antiqui, tum noui Teſtamẽti author Chriſtus. Ideò dicit, Nõ veni vt ſoluerem legem, ſed implerem. hoc eſt, vt illam propter Hebræorum imperfectionem imperfectã, maiore quàm & viris congruente Philoſophia perficerem, & abſoluerem. Illa enim erat pædagogus, qui ad Euangelium ſuſcipiendum inſtituebat. Hæc eſt autem præceptor D ipſe, qui docet perfectiora. Et illa quidem corpora informabat, hæc autẽ animos erudit. Vetus ergo eſt miniſtra nouæ. Ad nouam enim ducit, & viã oſtendit, & parat. Auguſtin. tom. 6. lib. 19. contra Fauſtum Manich. cap. 2. Sunt autem legum tria genera. Vnum quidem Hebræorum, quod peccati & mortis Paulus appellat: Aliud verò Gẽtium, quod naturale vocat. Gentes enim (inquit, Rom. 2.) quæ naturaliter legis ſunt, faciunt, & eiuſmodi legem non habentes, ipſi ſibi ſunt lex, qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis. Tertium verò genus legis eſt veritas: quod perinde ſignificans Apoſtolus dicit: (Roman. 8.) Lex enim ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu, liberauit me à lege peccati & mortis. Tribus ergo exiſtentibus legibus, & Ieſu aſſeuerante nobis, quia non venit ſoluere legem, ſed adimplere, requirendum eſt, de qua earum dixerit. Et cap. 3. probat id de Iudæorum lege intelligi, cùm non ſimpliciter dixerit, Nolite E putare quòd venerim legem ſoluere: ſed adiecerit, *& Prophetas*. In conſequentibus etiam verum legis ſenſum penes moralia explicauerit, dicens, *Audiſtis quia dictum eſt antiquis*: per Antiquos, Iudæorum primores, & legis Iudaicæ interpretes intelligens. Adimpletio autem probatur, inquit, cùm adiicit, Ego autem dico vobis. Idem libro 1. de ſermone Domini in monte. Huius ergo ſententiæ duplex eſt ſenſus. Nam qui dicit, Non veni legem ſoluere, ſed adimplere: aut addendo dicit, quod minus habet: aut faciendo quod habet. Qui autem addidit quod minus habet, non vtique ſoluit quod inuenit, ſed magis perficiendo confirmat. Et hoc maximè modo Chriſtus legem adimpleuit. Thomas in Matthæum. Impleuit autem moralia, illa quidem charitatis dulcedine condiendo, quia plenitudo legis eſt dilectio, Rom. 13. Ioan. 15. Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos. Impleuit & iudicialia, duritiam eorum mitigando, & adiiciendo Gehennæ timorem,

Quid vmbra & veritas.

Hilarius.

Marcus exercitator.

Greg Nyſſ.

Auguſt. *Legum tria genera.*

Idẽ Aug.

Quomodo Chriſtus impleuit legem.

Thomas.

metum tremendi illius iudicij:illa interim per misericordiã temperando. Ioan.8. Nec F
ego te condẽnabo. Ceremonialia autẽ impleuit, figurarũ velamen detegẽdo. Apoc.4.
Dignus est agnus aperire librũ,& soluere signacula eius. i. obseruationes figurarum in
Alb. Mag. lege. Alb. Magn. in Matth. Impleuit & sacramentalia, per veritatẽ simul & gratiã. Ve-
ritas autẽ respondet signo,& gratia sacramento. Promissiones impleuit, per veritatem
sui dicti. Heb.6. Vt per duas immobiles res, quibus impossibile est mentiri Deum, fir-
missimum habeamus solatiũ, qui confugimus ad tenendam propositã spẽ. Sed obiici-
An sufficiẽs sit hæc scripturarũ partitio. tur, Quid sit, quòd cùm Christus finis sit omniũ quæ scripta erant,& eadẽ adimpleue-
rit, scripturã tamen omnẽ colligat nomine Legis& Prophetarũ. Videtur enim hęc scri
pturarum partitio insufficiens esse: cùm Hieron. in Prologo galeato libri Regũ, dicat
Hieron. quatuor ordines esse sacrorũ voluminũ veteris Testamẽti. s. Legis, Prophetarum, Ha-
giographorum, & Apocryphorum. Sed & Luc. vltimo ait: Quoniam oportet impleri G
omnia, quæ scripta sunt in Lege, Prophetis,& Psalmis de me. Hîc autẽ nulla Psalmorũ
mentio fieri videtur, etsi illi tã expressè Christi mysteria prædixerint. Verùm hæc om-
nia etiã vnius legis nomine intelliguntur, vt diximus: eo nimirùm sensu, quo per legẽ
vniuersum veteris Testamenti organũ intelligitur. Prophetæ etiã lege cõprehendun-
tur. Hos tamen Christus specialiter expressit, vt perfecturũ se & consummaturũ ostẽ-
dat, quæ illi prædixerant. Sed & Psalmi nonnulli sunt, qui virtutes cõmendant,& gra-
tias pro quibusdã referunt, quæ in cæteris libris, qui legis nomine significantur, cõpre-
henduntur. Habent interim &illi sub typo rerũ gestarum, eorũ quæ futura erant, Pro-
phetiã: delineant enim ea quæ per Christũ impleta sunt. Ideò illi aut ad legem, aut ad
Prophetas reducũtur. Sed & cùm Christus Prophetarũ meminisset, solius tandẽ legis
rationẽ reddit, cùm adiicit: Non veni legẽ soluere, sed adimplere. Sed dicendũ (inquit H
Alb. Magn. Albert. Magn. in Matt.) quòd Prophetiæ non habent nisi promissiones futurorũ, aut
significationes, quæ non implentur, nisi rei exhibitione. Cũ igitur hîc solùm agat ma-
ximè de iis quæ legẽ spectent, illamque moralẽ, etiã legis nomen repetit: sensim tamen
August. Prophetias suo tẽpore perficiens. Aug. lib. Quæst. noui & vet. Test. qu.69. Ea autẽ om-
nia quæ de seipso erant, ipse Dominus fecit: nec dissoluit aliquid, sed cõfirmauit. Pro-
phetę enim de ipso locuti sunt: ideò vltra illũ, quę ab his de Christo dicta sunt, tẽdi nõ
possunt: neq; post ipsum aliquid huiusmodi Prophetæ reperire potuerunt, quia neque
habent de quo dicant,& de quo dicebatur, iã venit. Omnia etenim suis voluminibus
cõplexi sunt, incarnationẽ, conuersationẽ, passionẽ, resurrectionẽ, & diuinitatis mani-
festationẽ,& futurũ eius iudiciũ reuelauerunt: ac per hoc cessauerunt Prophetæ, im-
pleto tẽpore dispensationis. Lex autẽ duplici modo cessauit. Nã neq; in eo quidẽ tota, I
& id quod cessauit, poterit permanere, si seruetur cõditio. Aliud enim cessauit in sen-
tentia, aliud in ipsa lege. Prædicante Ioanne baptismũ pœnitentię in remissionẽ pecca-
torũ, cessauit sententia legis, quę reos tenebat peccatores: cessauerunt etiã onera legis,
quæ ad duritiã cordis Iudaici fuerant data in escis, Neomeniis,& cæteris. Misericor-
dia enim aduenientę cessauit vindicta,& onera legis in perpetuũ cessauerunt. Senten-
tia verò his cessat & aboletur, qui permanẽt in beneficio cõsecuto: his autẽ qui redeũt
ad hominem veterẽ, refricatur legis authoritas: quia immemores beneficiorũ redeunt
sub sententiam legis. Circuncisio verò & sabbatum vsque ad illud tempus valuit, quo
nouæ legis prædicaretur mandatum: sic enim data sunt, vt aduenientę lege fidei cessa-
rent. Vnde dicit Apostolus: Finis legis Christus. Nam & Daniel hoc significat, cùm de K
aduentu Domini & temporibus Hebdomadum prophetat, quòd & chrisma, & iudi-
cium,& sacrificium, & ipsa ciuitas cessatura essent. Spirituali enim aduenientę lege,
necesse erat cessare carnalia. Tunc enim ex parte corporis seruiebatur Deo, nunc ex
parte animæ: Pridem visibiliter, modò inuisibiliter. Non ergo soluta lex est, quia cessa-
uit, sed successum est illi impleto tempore. Nam si moralia spectes, addens istis potio-
ra saluator, non soluit vtique legem, sed adimpleuit. Destruxisset vtique legem, si im-
punè peccare docuisset. Porrò suspendit sententiam, vt hic qui malè fecit, habeat
Hieron. spatium pœnitendi. Hieronymus in Matthæum. Venit ergo adimplere legem &
Quomodo Christus Prophetas impleuerit. Prophetas: siue quòd de se per alios prophetata compleuerit: siue quòd ea, quæ
antè propter infirmitatem audientium rudia & imperfecta fuerant, sua prædica-
Euthym. tione compleuerit, iram tollens, & vicem talionis excludens, & occultam in
mente concupiscentiam. Eandem sententiam habet Euthymius in Matthæum: Com-
pleuit

A pleuit enim omnia quæ de ipso apud Prophetas erant, inquit. Nam ob id frequenter addiderunt Euangelistæ, vt compleretur quod dictum est per Prophetam. Legem autem compleuit, quia nihil eorum quę iubet, transgressus est. Dixerat enim priùs ad Iohannem, (Matth. 3.) Sic decet nos complere omnem iustitiam. Alio autem modo illam compleuit, addens ipsi, quæ prætermissa erant: quod etiam hinc magis congruum est intelligere. Quum enim lex peccatorum fines prohibeat, Christus quoque principia vetuit. Si quidem cædes fructus est peccati, radix autem eius est ira: nisi verò quis radicem abstulerit, quandoque tandem & ipsa fructū producet. Et quidem vt vmbra luci, ita ceremonialia veritati nouæ legis cedere oportuit. Illa ergo cessarunt, attamen soluta non sunt, sed ad veritatem reducta sunt. Hierem. 7. Holocausta vestra consumite cum victimis vestris, & comedite carnem: quoniam non sum locutus patribus vestris, neque præcepi eis in die, quo eduxi illos de terra Ægypti, de negotio holocausti & sacrificij: sed præcepi eis, dicens, Audite vocem meam, & viuetis. Quædam enim ad tempus præcepta sunt, non vt soluerentur aliquando, sed transferrentur ad perfectiorem cultum: vt cùm & Paulus ait, Hebræor. 7. Translato sacerdotio, necesse esse vt legis translatio fiat. Manet ergo lex, manet sacrificium, sacerdotium, cultus: sed omnia meliora & perfectiora in noua lege. Hierem. 21. Dabo legem meam in cordibus eorum. Ioannis 7. Hoc dicebat de spiritu quem accepturi erant credentes. Roman. 10. Perfectio legis Christus ad iustitiam omni credenti. Roman. 8. Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus misit filium suum in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secun-

Compleuit addēs prætermissa.

Cessit vmbra luci.

B

C dum spiritum. Roman. 3. Legem ergo destruimus per fidem? Absit: immò magis legem stabilimus. *Amen quippè dico vobis, donec transeat cœlum & terra, iota vnum aut apex vnus non præteribit à lege, donec omnia fiant.* *Amen*, vox Hebræa est, quæ verè, aut veritatem significat. Hac ergo dictione veritatem astruit & confirmat. Potest enim vtrumque interpretari, Dico vobis amen, id est, verè, seu veritatem. Quod adiicit, non quasi non semper veritatem affirmet, cùm ipse sit veritas: sed vt animos auditorum in ea quæ dicturus est, eleuet. *Donec transeat cœlum & terra*, phrasis, seu comparatio est, qua perpetuam regis constantiam ex collatione rerum firmissimarum designat: simulque alludit ad verba Prophetarum. Hierem. 33. Si irritum fieri potest pactum meum cum die & nocte, vt non sit dies & nox in tempore suo, & pactum meum irritum esse

Cōparatione veritatē & soliditatē verbi astruit.

D poterit cum Dauid. Et paulò pòst, cap. 25. Si pactum meum inter diem & noctem & leges cœli & terræ non posui, equidem & semen Iacob & Dauid serui mei proiiciam. Quod autem ait *Donec*, non ita intelligendum est, quasi lex & Prophetæ dissoluenda sint, statim atque cœlum & terra transierint. Hoc enim quomodo dici potest, cùm audierimus ex lege, quia Christus manet in æternum, & oporteat illum regnare, cùm submiserit inimicos suos scabellum pedum suorum? Finis enim legis Christus est, vt diximus. Verùm de his agit, quæ hîc compleri debent ante generalem omnium resurrectionem. Quod autem ait, *Transeat cœlum*, Hieronym. in Matt. Promittuntur nobis, inquit, cœli noui & terra noua, quæ facturus est Dominus Deus. Si ergo noua creanda sunt, consequenter vetera transitura. 2. Pet. 3. Aduenient dies Domini sicut fur, in quo cœli magno impetu transient, & elementa calore soluentur. Ergo *donec transeat cœlum*

Hieronym.

E *& terra* dictum est, vt Glossa & D. Thomas obseruant in Matt. id est, donec elementa mutentur de hac mutabili forma ad immutabilitatem. *Vnum Iota, aut vnus apex non præteribit.* Erasmus Annot. in Matth. Cùm Iesus Hebræis Hebraicè sit locutus, dubium non est, quin quod hîc *Iota* vocat, ea sit litera, quam Hebræi *Iod* appellant, י, minutissima omnium, quæ sic nonnunquam adiicitur, vt propemodum superuacanea videri possit. Deinde apicibus nec vetustissimi Græcorum, nec vetustissimi Hebræorum vtebantur: quanquam & Hebręi habent, quod aliquoties superscribunt: vt in יהוה & אלהים *Iehouah & Elohim*, punctum suprascriptum Cholem vocant, & facit O. Sed & Hebraïcum Euangelium Matthæi sic legit, *Iehouah thachauor iod ahad*, id est, non transibit Iod vnum. Hieronymus in Matthæum. Ex figura literæ ostenditur, quòd etiam quæ minima putantur in lege, sacramentis spiritualibus plena sunt, & omnia recapitulentur in Euāgelio. Cuius ergo eruditionis est, cuiusq; doctrinæ, etiā diuersa sacrificia, & quę superstitiosa videntur, in victimis quotidie demōstrare, cōpleri? Non est igitur quòd quis calūniari

Glossa. Thomas.

Erasmus.

Iota, pro Iod litera.

Hieronym.

F possit eorum omnium, quæ ad Leuiticum cultum erant, ſpiritualem in Chriſto interpretationem: vt quæ etiam facit ad confirmandum ſacroſanctum Chriſti corporis in Euchariſtia myſterium, & liturgicum ſacrificium: qualem Origenes, Cyrillus Alexãd. Chryſoſtomus, Auguſtinus, omnium verò maximè Heſychius requirunt. Apex igitur faſtigium literæ, non punctum vocale eſt, & deſignat minimum quid eorum, aut quæ Chriſtum præfigurabant, aut quæ inter prædictiones recenſentur, aut, vt ſcribit Rabanus, vnum vel minimum è decem mandatis. Non præteribit autem aliquid decẽ mandatorum vel minutulum, cuius rationem vel ſummus ille cenſor Deus non expoſcat: cùm & de omni verbo otioſo quod locuti fuerimus, rationem reddituri ſimus. Tanto igitur abeſt, vt Chriſtus legis præuaricationẽ tolleret, aut ipſe legẽ ſoluat, quòd huius diſtrictiſſimã ab omnibus obſeruationem requirit, adeò vt eos à vita excluſurus ſit, qui illam cõtempſerint. Eſ. 10. Conſummationem & abbreuiationẽ faciet Dominus: quia G conſummatio abbreuiata inundabit iuſtitiam. Eſ. 55. Verbum quod egreditur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum, ſed faciet quęcunq; volui, & proſperabitur in his, ad quæ miſi illud. *Qui ergo ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum.* Minima vocat illa, quæ ſuperiùs nomine Iod, & apicis vnius ſignificauit. Nam cùm nihil in lege ſuperuacuum, aut diminutum ſit, aliquid vel minimum ei detrahere, ipſum etiam diſſoluere eſt. Iac. 2. Qui offenderit in vno, factus eſt omnium reus. Eccl. 19. Qui modica ſpernit, paulatim decidit. Luc. 16. Qui infidelis eſt in modico, etiam & in magno infidelis erit. Verùm quis obiiciet, Ioã. 10. non poſſe ſolui ſcripturam. Thomas Aquinas in Matt. Nõ ſoluitur ſimpliciter, ſed in aliquibus. Vnde Rabanus: Mandata ſoluit in ſeipſo, & non in ipſis. Soluuntur autem tripliciter, ſcilicet non agendo, non credendo, alios in errorem trahendo. Minima mandata ſunt H moralia, vel legalia aliqua: quia minus ſunt ſignificatione, vel minima quantum ad remunerationem, in comparatione ad illa quæ Chriſtus dixit. Vnde Chryſoſt. Mandata Moyſi in actu facilia ſunt, vt non occidas, & ideò in remuneratione modica, & in peccato magna: ſed mandata Chriſti, vt non iraſcaris, in actu difficilia ſunt, & ideò in remuneratione magna, & in peccato minima. Videtur autem pronomen relatiuum *iſtis*, ea referre præcepta, de quibus in conſequentibus agitur. Duo autem dicit, & facienda illa, & eos quorum intereſt, de his homines docere debere. Hieron. in Matt. Suggillat igitur Phariſæos, qui contemptis mandatis Dei, ſtatuebant proprias traditiones, quòd non eis proſit doctrina in populis, ſi vel paruum, quod in lege præceptũ eſt, deſtruant. Et in hoc ſenſu poſſumus interpretari, *qui docuerit ſic homines*, vt intelligatur quidẽ homines recta doceri, ſic nimirùm vt docet lex: ſed factis vel aliquid ipſius minimũ vio- I lare. Et hoc quidem ſenſu vocabitur minimus in regno cœlorum, quia etſi non excludatur ab eo, parem tamen cum illis mercedem recepturus non eſt, qui cætera obſeruarunt. Ergo dixerit aliquis, Omnes erunt minimi in regno cœlorum: cùm nullus ſit, qui ne in minimo aliquo offendat. Verùm hîc fortè de venialibus peccatis & præuaricationibus agitur, quæ plena ſatisfactione elutæ non ſunt: aut ad mentẽ ſcribarum refertur, qui quæ potiora legis erant, minima eſſe cenſebant. At verò rurſus agitur, ſi & ipſa ſolutio grauiorum legis intelligitur, quomodo quis poſt præuaricationem iſtã ad regnum cœlorum peruenire poterit, cùm nihil inquinatum illud ingreſſurum ſit? Ad ea igitur, quæ verè minima ſunt, reuocandus erit intellectus: quorum præuaricatio non excludit à regno cœlorum, ſi modò per infirmitatem, non autem malitiam contigerit. Vnde ait, *& docuerit ſic*, nimirùm vt lex iubet, etſi non condemnetur ratione doctrinæ, K detrimentum tamẽ aliquod accipiat, quia minimus vocabitur in regno cœlorũ, à quo quidẽ non excludetur. Quis enim exiſtimet eum, qui rectè munus doctrinæ apud populum exoluerit, de ira & dilectione Chriſto ipſi conformia docuerit, & in aliquo minimo exoluerit, à regno cœlorum arcendum eſſe? Hier. in Matt. in eam venit ſententiã. Adiicit enim, quòd magiſtri eruditio, etiãſi paruo peccato obnoxius ſit, deducat eũ de gradu maximo, nec proſit docere iuſtitiã, quã minima culpa deſtruit: Et beatitudo perfecta ſit, quæ ſermone docueris, opere complere. Albert. Magn. in Matth. Illi enim quia peccant ex infirmitate vel negligentia, circa minima præceptorũ venialiter peccant, & ædificant ligna, fœnum, ſtipulam. Et ſecundum iuſtitiam regni cœlorum, & leges, & mandata, ſunt minimi in regno: manẽt tamen, & merito fundamẽti ſaluandi ſunt per ignem, vt legitur. 1. Corint. 3. Quòd ſi ita interpreteris, *qui ſic docuerit homines*, ac ſi

Rabanus.

Nullus detrahet impunè vel minimo legis punctulo.

Tho. Aqui. *Quomodo ſolui poteſt lex.*

Rabanus. Chryſoſt.

Hierony.

Venialia peccata nõ excludunt à regno cœlorum.

Hierony.

Alb. Mag.

Purgatorij ratio.

A ac si dicat, qui soluerit vnum de mandatis his minimis, & soluenda illa docuerit, moribus ipsis deprauatis conformem doctrinam professus, ille *minimus vocabitur in regno cœlorum*, tunc aut regnum cœlorum pro militante Ecclesia sumitur: aut si pro Ecclesia triumphante vsurpatur, interpretari debet minimus, pro eo qui nullum locum habet, seu nullus est in regno cœlorum, vt Tho. Aquin. obseruat in Matt. Aug. tom. 9. tract. 6 in epist. Ioan. Quid est, soluitur? Quid est, docetur? Soluitur factis, & docetur quasi verbis. Rom. 2. Qui prædicas non furandum, furaris. Soluit ergo in facto, qui furatur: & quia sic docet, minimus vocabitur in regno cœlorum, id est, in Ecclesia huius temporis. De illis dictum est Matth. 23. Quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite. Euthymius in Matth. Minimus vocabitur, inquit, id est, vilissimus, & omnium postremus. quod tantumdem valet ac si diceret, in supplicium proiicietur. Regnum autem cœlorum hoc in loco secundum suum dicit aduentum, in quo rex omnium apparebit. Theophil. in Matth. Vocabitur in regno, hoc est, in resurrectione, vltimus & abiectus in gehennam: non enim in regnum cœlorum ingredietur, sed regnum resurrectionem intellige. Augustinus lib. 1. de sermone Domini in monte, capite. 16. Qui ergo soluerit & docuerit, id est, secundum id quod soluit, non secundum id quod inuenit & legit, minimus vocabitur in regno cœlorum. Et ideò fortasse non erit in regno cœlorum, vbi nisi magni esse non possunt. Hilarius in Matthæum, ita futuros minimos, id est nouissimos, ac penè nullos denuncians minima soluentes. Chromatius sermon. 2. in Matthæum cap. 5. Et idcircò, inquit, nihil est de præceptis diuinis soluendum, nihil mutilandum, sed totum fideli ac deuota mente seruandum atque docendum est, ne cœlestis regni gloria amittatur. Quia quæ iudicio infidelium, vel hominum huius

Auguſt. Euthym. Theophil. Auguſt. Hilarius. Chromat.

B

C seculi minima putantur & parua, hæc apud Deum non sunt parua, sed necessaria. *Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum.* Hoc contra Scribas & Pharisæos dictum est, qui neque legem faciebant, nec ipsam docebant, sed potiùs suas traditiones. Ad ministros autem Euangelij hæc pertinent: nam vtraque parte addidit, & docuerit. Chromatius ita prosequitur. Quapropter non solùm verbis operandum est, sed & factis, nec vt doceas tãtùm, sed vt quæ docueris facias. Et audiamus ipsum Dominum huiusmodi doctores, qui dicunt & non faciunt, in Euangelio increpãtem. Væ (inquit Matt. 23.) vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia oneratis homines oneribus quæ portari non possunt, ipsi autem non tangitis digito vestro sarcinas ipsas. Vnde & Apostolus ait, Rom. 2. Non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Si hoc etiam de auditoribus dicit, quid de doctoribus intelligẽdum est?

Non docendũ, sed & faciendum est. Chromat.

D Inde & Salomon ait, Eccl. 4. Noli esse citatus in lingua, & segnis ac remissus in operibus tuis. Et ideò oportet eum qui docet, exemplum se præbere puræ fidei, & honestatis cõuersationis suæ, vt Apostolus Timotheo scribit: (1. Timot. 4.) Forma, inquit, esto fidelium. Et iterum: Exemplum teipsum præbens operum bonorum, in iustitia, in castitate, in sobrietate per doctrinam sanam. Vnde & filius Dei, qui magister & dominus legis est, ad exemplum nostrum, cuncta quæ docuit, voluit rebus ipsis implere. Sic Paulus (1. Cor. 9.) castigabat corpus suum, & in seruitutem redigebat: ne quũ aliis prædicasset, ipse reprobus efficeretur. Theophilactus in Matth. Primùm, inquit, ponit, fecerit: postea, docuerit. Quomodo enim alium inducam in viam, quâ nunquam transiui? Cæterùm si fecero, & non docuero, non habebo tantam mercedem: sæpè etiam & condemnationem, si quando propter inuidiam vel negligentiam non docuero. Hilar.

Theophil. Hilarius.

E in Matth. Confitenti ergo minimum omnium, Christi passionem & crucem, magnæ in cœlo vocationis gratiam Dominus esse confitetur. Dan. 12. Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.

Iustitia præcipitur illa abundantior, quam sibi Pharisæi vendicabant: & primùm in ratione prohibiti homicidij. Non enim illud tantùm, sed & ira, & omnis exprobratio prohibetur, neque aliquid ad altare offerre permittitur, quàm fratri reconciliemur.

Matth. 5. Marc. Luc. 12. Ioann. F

Dico autem vobis, quia nisi abundauerit iustitia vestra plus quàm Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Audistis quia dictum est antiquis, Non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo, raca, reus erit concilio. Qui autem dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis. Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade priùs reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum. Esto consentiens aduersario tuo citò, dum es in via cum eo: ne fortè tradat te aduersarius iudici, & iudex tradat te ministro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem.

Cùm autem vadis cũ aduersario tuo ad principem, in via da operam liberari ab illo: ne fortè trahat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerẽ. Dico tibi, nõ exies inde, donec etiam nouissimum minutũ reddas. G

Introductio. Gr. Nyss.

GREGORIVS Nyss. lib. de Beatitudinibus: Quod accidere verisimile est iis, qui ex aliquo alto vertice montis in vastum aliquod pelagus despiciunt, id menti meæ accidit, ab excelsa voce Domini: tanquam de aliquo cacumine montis, ad inexplicabilem intellectum despectanti profunditatem. Quemadmodum enim in multis locis maritimis, montem videre licet circa eam partem qua mare spectet, quasi dimidium abscissum, & à vertice ad profundum vsque directo, abrasum: cuius in superiore parte cacumen quoddam proiectum, profundo imminet. Quod ergo accidere verisimile est ei, qui à tali tantæque altitudinis specula, in profundum mare despiciat, itidẽ mihi nunc animus quasi vertigine laborat in magna hac Domini voce, *Nisi abundauerit iustitia vestra plusquàm Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum*. Quanta enim erat illorum iustitia? Quàm in ceremoniis, lotionibus, vestimentis, & aliis similibus abundans? Quàm magnum onus hominum humeris imposuerunt? Ipsis etiam Apostolis visum est ex Spiritu sancto, nihil vltrà oneris imponendum esse. Quid enim, inquiunt, tentatis imponere iugum super ceruices nostras, quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus? Et tamen iustitiam à nobis abundantiorem Christus requirit. Respondemus autem ceremonialia & traditiones Scribarum ad veram iustitiam non pertinuisse, vnde neque ad illas Christus nos obligauit: quin potius vanam hanc fuisse Scribarum & Pharisæorum iustitiam ostendit. Vnde proprio quodam idiomate dixit, *abundauerit*, pro eo quod eo integrior, præstantiorque fuerit. Matt. 23. Colabant enim culicem, & camelum glutiebãt. Mundabant quod deforis est calicis & paropsidis: intus autem pleni erant rapina & auaritia. Decimabant mentham, & anethum, & cyminum: & relinquebant quæ grauiora sunt legis. Tanto igitur abest, vt Christus ad illorum nos inuenta obliget, in quibus suam iustitiam constituebant, Dei autem iustitiam contemnebant, vt scribit Apostolus, seu frequenter lauarent, seu phylacteria & fimbrias dilatarent, seu tristes & morosi apparerent, seu per longas orationes domos viduarum comederent: quòd Christus hæc ita contemnere monet, vt interiorem faciem lauemus, Deum non labiis modò, sed & corde laudemus, & ipsi ex spiritu seruiamus. Prou. 15. In abundãti iustitia virtus maxima est. Iustitia Scribarum fucata & vana erat, ex quo fit, vt eam Christus fermento comparet. Cauete, inquit, à fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis. Abũdantiorem & perfectiorem Christus à nobis requirit, vt his contemptis, ad genuinum legis sensum conuertamur: nec tantùm arbitremur eum verè iustum dici, qui facto non offenderit in lege, nisi simul & voluntate illam amplectatur. Augustinus libr. 1. de sermone Domini in monte, capite 18. Iustitia Pharisæorum est, vt non occidant: iustitia eorum qui intraturi sunt in regnum cœlorum, vt non irascantur sine causa. Minimum ergo est non occidere: & qui illud soluerit, minimus vocabitur in regno cœlorum. Qui autem illud impleuerit vt non occidat, non continuò magnus erit & idoneus regno cœlorum, sed tamen ascendit aliquem gradum: perficietur autem, si nec irascatur sine causa. Idem lib. 2. contra literas Petiliani, cap. 61. Ita monet abundantiorem futuram iustitiam nostram iustitia Scribarum & Pharisæorum, si illis dicentibus, & non facientibus, cathedram tamen Moysi vereamur: ne cathedræ sanctitas

H

I

Iustitia Pharisæorum hypocritica.

K

Augusti. Iustitia vera non manum tantũ, sed & animum spectat.

Idem Aug.

A ctitas deseratur, & propter pastores malos gregis vnitas diuidatur. Pone scilicet eos, qui verbi & Ecclesiæ ministerium susceperunt, in moribus deprauatos esse: nullus fidelium regnum cœlorum ingressurus est, qui non illorum iustitiam superauerit. Vnusquisque enim onus suum portabit, & pro se rationem reddet. Idem lib. 20. de ciu. Dei, cap. 9. Abundet ergo iustitia nostra super iustitiam eorum, qui soluunt quod docent: vt vos non soluatis, sed faciatis potiùs quod docetis. Chromatius serm. 2. in Matth. cap. 5. Reprehenditur ergo iustitia Scribarum & Pharisæorum, quia non fidem promissionis diuinæ, sed humanam laudem & seculi gloriam quærebant: sicut habemus exemplum (Luc. 18.) de illo Pharisæo superbo & elato, qui vt sibi videbatur, iustitiæ suæ merita præferens, impudenter se elato animo, ac superbis vocibus in conspectu Dei iactabat. Retinebant ergo speciem iustitiæ Scribæ & Pharisæi, non vt Deo placerent, sed vt famam humanę gloriæ quærerent, vt lucra terrena, & temporalia commoda mercarentur. Et idcò hortatur Dominus, vt hanc fumosam iustitiam laudis humanæ, operibus iustitiæ cœlestis, ac fidei meritis præcedamus. Inde fit, vt non dicat, Nisi abundauerit iustitia vestra plusquàm legis & Prophetarum, cùm satis sit, si modò illã, & Christum ipsum qui per eam repromittitur, audiamus: sed, Nisi abundauerit iustitia vestra plusquàm iustitia Scribarum & Pharisæorum. De priore quidem dicit, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Posterior autem discernitur à vera iustitia. 1. quia Scribæ manum tantùm, Christus & manum & animum cohibet. 2. vt non in hypocrisi, & fuco externarum purgationum & traditionum, sed vt tota mente, & spiritu iustitiæ incumbamus. 3. vt non cortici literæ adhæreamus, sed penitiorem spiritus intellectum penetremus: quod in iis demum requiritur, quę dicuntur de circuncisione, C præputio, baptismatibus, ciborum delectu, & cæteris similibus. 4. vt distinguamus ea quæ ad tempus, & necessitate quadam permissa sunt Iudæis, ab his quæ verus Dei cultor grato & forti animo exoluere debet: ne scilicet libellum repudij, ne vsuram, aut vindictam vllo modo probet, sed ea sequatur, quæ princeps iustitiæ Christus præcipit. Euthymius in Matth. Cõsidera igitur quomodo & per præsentia verba, & per ea quæ superiùs dicta sunt, non calumnietur legem veterem, sed ipsam potiùs augeat. Verũ si illa irreprehensibilis est, cur saluos non facit eos qui illam seruant? Verùm maxima proposita sunt præmia pro retributione operum. Neque enim ampliùs possessio terræ promittitur, aut bonorum terrenorum, neque prolis fœcunditas, aut longa vita, seu victoria de inimicis: sed cœli hæreditas, bonorúmque cœlestium & Dei adoptatio, ac D fraternitas cum vnigenito eius, victoria quoque contra dæmones, & perpetui regni communicatio. Ideò meritò sanè maiora exigũtur certamina ab omnibus qui huiusmodi præmia sorte sunt accepturi, & his certaminibus suppositа sunt Christi præcepta, qui prædicta promisit præmia. Magnitudinem enim laborum ad magnitudinem oppositi præmiorum. Chrysostom. hom. 8. de pœnitentia: Quare labores, inquit, addidit? quare maiores desudationes? Dicens labores, dicens certamina, dicens extensionem legis, & præmiorum meminit. Nequaquam, inquit, Palæstinam do, neque terram fluentem lac & mel, sed ipsum vobis cœlum defero. Neque in officiorum mercede plura solùm recipimus, sed etiam in ipsa peccatorum transgressione supplicium maius trahimus. Quemadmodum qui legem præcesserunt, mitiorem pœnam dederunt his, qui peccauerunt in lege. Quicunque enim sine lege peccauerunt, sine lege E peribunt: id est, legem accusantem nequaquam habebunt. Maiora igitur & augustiora Christus præcepit, & tamen grauia non sunt: cùm neque condignæ sint passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Rupertus lib. 4. in Matthæum: Imprimis autem in quatuor virtutes totum hunc sermonem distinguere libet secundum quatuor virtutes principales, quas Ethnici quidem vocare potuerunt, sed non secundum cœlestem, vel spiritualem ipsarum dignitatẽ cognoscere meruerunt, scilicet iustitiam, temperantiam, fortitudinem, & prudentiam. Illic enim vbi dicitur, Estote perfecti, sicut & pater vester cœlestis perfectus est, iustitiam commendat. Vbi verò prohibet ne ad ostentationem & iactantiam opera nostra fiant, vel à ventris aut corporis sollicitudine temperantiam notat. Cùm verò nos admonet, ne mittamus margaritas ante porcos, & intremus per angustam portam, perseuerantiã fortem. In sequẽtibus verò, vt caueamus à falsis Prophetis, & ne de tribulis ficus colligamus, prudentiam commendat. His autem omnibus virtutibus Scribas & Phari-

Idem.

Chromatius.

Euthym.

Maior iustitia requiritur his qui beatitudine donandi sunt.

Chrysost.

Rupertus.

ſæos vacuos oſtendit, vt veræ iuſtitiæ quæ in ſpiritu eſt, aduerſarios: hypocriſi verò & F
iactantia intemperantes, in ſenſu & vera legis interpretatione inconſtantes, vt qui inar-
garitas illas ſcripturæ porcinis affectionibus metiantur: ſed & ipſimet ex ouibus ſe lu-
pos faciant, & hominum prudentiam eludere conentur, cùm deſtruant mandata Dei
propter traditiones ſuas. *Audiſtis* igitur, ô diſcipuli mei, inquit Chriſtus: hæc enim vo-
bis in Synagogis enunciata ſunt: *quia dictum eſt*, id eſt, præceptum à Deo per Moſen
Primùm agit de homicidio. *antiquis* ex Iudæorum Gente, primo nimirùm illi populo qui ex Ægypto egreſſus eſt:
Non occides. Qui autem occiderit hominem prætermiſſo ordine iuris, *reus erit iudicio* dam-
nationis, id eſt, mortem temporalem & æternam meretur. *Ego autem*, qui olim Pro-
phetis & ipſi Moyſi locutus ſum, *ego* inquam, qui ſum veritas, & ſapientia Patris, tãto
maior præ Moyſe habendus, quanto differentius præ illo nomen hæreditaui: ille ſcili-
cet fidelis ſeruus in domo Dei, ego filius. *Dico vobis*, non ſolùm occidi prohibeo, ſed G
dico, *quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo* ira inordinata, & rationem turbante & peruerten-
te, *reus erit iudicio*, accuſatione ſcilicet coram diuina iuſtitia. quaſi dicat, Ego legem
non ſoluo, ſed impleo, expono, atque perficio, & ad ſufficientem iuſtitiam perduco.
In lege enim apertè prohibetur homicidium, cùm dicitur Leuit. 15. ſed lex non expo-
nit perfectè, quomodo intelligendum ſit illud præceptum. Ego igitur illius verum in-
tellectum explico, vt in præceptis negatiuis, qualia ſunt, Non occides, Non mœcha-
beris, Non furaberis, exiſtimetis ſola facta vetari, ſicut multi Iudæorum arbitrantur,
qui cogitationes & affectiones prauas in peccati ſeriem non reducunt, niſi & illæ in
Motus animi compeſcẽdi ſunt. opus procedant. Atqui non tantùm facta, ſed & motus interiores, ipſa etiã verba per-
uerſa, damnatione digna ſunt. An non ſcilicet legiſtis in ſcripturis motus illos animi
corruptos damnari? vt quod ſcriptum eſt, Væ qui cogitatis inutile. Et, Malum vir fra- H
tri ſuo non cogitet in corde ſuo. Immò ſæpè per Hieremiam ita Dominus admonet:
Reuertimini à cogitationibus veſtris peſſimis. Ira quoque in veteri Teſtamento pro-
hibetur: vnde in Geneſi, Iacob: Maledictus, inquit, furor, quia pertinax, & indigna-
Euthym. tio, quia dura. Et Ioſeph ad fratres ſuos, Ne iraſcamini in via. Euthymius in Matth.
Poſtquàm igitur corda eorum beatitudinibus præmolliuit, & ad virtutẽ exacuit, ma-
iora deinceps addit præcepta. Incipit autem ab affectibus, qui naturaliores ſunt, puta
Quare primùm agit de homicidio. ab ira & concupiſcentia. Et primùm de ira differit, deinde etiam de concupiſcentia
tractat. Dignum eſt autem vt inquiramus, quare nõ ab eo incœperit, quod in lege po-
ſitum erat primum præceptum: quia cũ illud de diuinitate loqueretur, oportebat etiã
illud complere, & aliquid de ipſius dignitate manifeſtè addere. Nondum autem tem-
pus erat. Etenim ſi poſt doctrinam atque ſigna, dæmonium dicebant ipſum habere, I
cùm tamen nihil de ipſa manifeſtè diceret: quid obſecro non dixiſſent, & feciſſent, ſi
ante hæc omnia tale quippiam loqui tentaſſet? Sed & prudenter ait, *Audiſtis quia dictũ*
Theoph. *eſt*. Theophilact. in Matth. Hoc à certo quodam eſſe dictum non dicit. Si enim ita di-
xiſſet, Audiſtis quia dictum eſt à patre meo, aut à meipſo, qui filius Dei ſum, & verbũ
Patris: videri poſſet diuerſam à patre legem ponere. Iterum autem ſi dixiſſet, Ego di-
xi antiquis, ægrè acceptus fuiſſet ſermo. Indefinitè igitur dixit, *Dictum eſt antiquis*. Per
hoc autem quod dixit, Dictum eſt antiquis, oſtendit antiquitatem legis. Quoniã au-
tem vetera nunc antiquata ſunt, & fermè abolita, oportet omiſſis illis currere ad noua.
Vnde adiicit, *Ego autem dico vobis*. Prophetæ prænunciaturi futura, dicebant, Hæc di-
cit Dominus: Chriſtus autem, *Ego dico*, oſtendens diuinam ſubſtantiam. Illi enim ſer- K
Alb. Mag. ui erant: ipſe autem filius, omnia quæ ſunt Patris, in ſe poſſidens. Et quidem, vt obſer-
uat Albertus Magnus in Matth. moralia præcepta in medium profert, quæ illos audiſ-
ſe dicit, tanquam expreſſè populo è monte promulgata. Quod ſignificatum eſt Exod.
20. vbi legitur quòd cunctus populus audiebat voces, cùm Dominus Decalogi præ-
cepta, ſeu legis tabulas Moyſi daturus eſſet. Vnde & Dominus dixit ibidem, De cœlo
locutus ſum vobis. Pſ. 49. Deus deorum dominus locutus eſt. Referentes enim patres
locuti ſunt filiis. Pſ. 77. Quanta mandauit patribus noſtris, nota facere ea filiis ſuis,
vt cognoſcat generatio altera? *Qui autem occiderit, reus erit iudicio*. Hoc à Phariſæis adie-
ctum fuiſſe videtur. Vnde populus ſe minimè reum exiſtimabat, etſi fratrem in cor-
Quid ſit reum eſſe iudicio. de odiſſet: niſi eſſet quod ad magiſtratum deferretur. Occulta verò quis intelligit, &
quis deferat hominum intima apud iudices? Hinc ergo dicebat Iudæus, Innoxius ego
ſum, neminem facto occidi, nemo me accuſare poteſt. Ideò Chriſtum infenſiſſimo
proſequentes

A profequentes odio, & illius mortẽ importunis clamoribus efflagitantes, ſatis ſe mundos eſſe putabant, quòd ipſum propriis manibus non occidiſſent: & Pilato dicebant, Ioan.18. Nobis non licet interficere quenquam. Itaque hunc ſolum, vt reum iudicio hominum, Dei quoque iudicio reum eſſe putabant, non qui occidere voluiſſet, ſed qui cædem patraſſet. Exod.21. Si mors fuerit ſubſecuta, reddet animam pro anima. Matth.26. Qui gladium acceperit, gladio peribit. Chriſtus verò iram compeſcit, demùm & cõcupiſcentiam, vt motus virtutis animalis, quæ inferior eſt rationali, vt ſcribit Thomas Aquin. in Matth. Sed & primùm de ira agit, quàm de concupiſcentia: quia ira eſt contra conſeruationem naturæ, concupiſcentia verò ad multiplicationem eiuſdem. *Ego autem dico vobis, quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio.* Chromatius ſer.2. in Matth. cap.5. Ita conſummato & fideli populo Euangelica traduntur præce-
B pta conſummatæ iuſtitiæ. Lex præcipit non occidendum, Euangelium verò nec iraſcẽdum, vt omnem radicem peccati auferret de cordibus noſtris, quia per iracundiam poteſt etiam vſque ad homicidium peruenirì. Vnde non immeritò beatus Iob in libro ſuo ita teſtatus eſt, dicens, (c.5.) Stultum interficit iracundia, ſeductum autem occidit æmulatio. Dauid quoque ita ait, (Pſ.4.) Iraſcimini, & nolite peccare: dicite in cordibus veſtris, & in cubilibus veſtris compungimini. Quod teſtimonium ſanctus Apoſtolus interpretatus eſt, dicens, (Epheſ.4.) Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram, neque detis locum diabolo. Cùm ergo iraſci non liceat, multo minus homicidij crimen admittere: & cùm iracundia teneatur in futuro iudicio, quam putamus pœnam habiturum ipſius ſceleris factorem? Hieron. in Matth. Quod autem legitur, *qui iraſcitur fratri ſuo*, in quibuſdam codicibus additur, *ſine cauſa:* cæterùm in veris definita ſen-
C tentia eſt, & ira penitùs tollitur. Chryſoſtom. Theophilact. & Euthymius legunt hãc dictionem εἰκῆ, quam nos temerè vertimus. Euthy. in Matth. Addens autem temerè, inquit, non omnimodã abſtulit irã, ſed intẽpeſtiuã tantùm abiecit. Quæ enim opportuna eſt, vtilis eſt. Dicitur autẽ opportuna, quæ ſumitur aduerſus eos qui contra Dei præcepta viuunt: quando non ad vindicandum nos, ſed ad eorum vtilitatem, qui malè viuunt, ex dilectione & amore fraterno iraſcimur, cũ cõgrua honeſtate. Hieron. tamẽ radendum ſcribit *ſine cauſa:* vtique ne quis hinc ſibi in iræ peccato prætextum faciat, & ſeipſum excuſet, immò & iuſtificet, ac ſi iuſta de cauſa iratus fuerit: cùm ſcriptum ſit, quòd ira viri iuſtitiam Dei non operatur. Thomas in Matth. Eſt autem ira & ad proximum, & ad aduerſarium. Vtramque autem prohibet. Inſuper ira ad proximum eſt vel ſubita, vel inueterata, quæ eſt idem quod odium: quam ibi remouet, cùm ait,
D Si offers munus tuum, &c. Ira ſubita eſt duplex, vel intus latens, vel exteriùs apparẽs. Et rurſus illa quæ exteriùs apparet, duplex eſt. Vel enim apparet per ſignum confuſum, quando quis prorumpit in vocem indignationis, vt ſi dixerit Racha: vel per ſignum determinatum, ſicut quando prorumpit in ſermonem, exprimendo affectionẽ iraſcibilem cum certa malitia, quam remouet, his verbis, Qui dixerit fratri ſuo, Fatue. Per hoc enim exprimitur diſcreta indignatio procedens à ratione. Quantum verò ad iram latentem, ſeu motum indignationis & maleuolentiæ, *Ego*, inquit, *dico vobis, quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio.* Chryſoſt. lib.1. de compunctione cordis. Dic autẽ, inquit, mihi, quid graue à nobis exigit Chriſtus, aut quid oneroſum? Noli, inquit, iraſci fratri tuo ſine cauſa. Nónne hoc lenius eſt, quàm ſi tu alium feras iraſcentẽ ſine cauſa? Ibi enim iam ab alio congregata eſt iracũdiæ materia: Hîc verò qui vrgeat, nul-
E lus eſt, ſi non ipſe tibi flãmas ſuccendas iracundiæ. Nũquid ſimile eſt ab alio ingeſtã facem iracundiæ tolerare, nec ſuccendi, & nullo inſtigãte quieſcere, & ſilere? Illud ferre poſſe, hoc eſt alterius iracundiã, ſummæ Philoſophiæ eſt. Vt autẽ tu non inflammeris fruſtrà ad iracundiam, laus quidem nulla eſt, quòd non iraſceris ſine cauſa: ſi verò iraſceris inaniter, hoc eſt ſine cauſa, ſummæ vanitatis ac ſtultitiæ nota eſt. Auguſtin. epiſt. 148. Melius eſt vt nec iuſtè cuiquam iraſcamur, quàm velut iuſtè iraſcendo, in alicuius odium, iræ occulta facilitate delabamur. Greg. Nanz. in deploratione calamitatum animę ſuæ: Ira porrò ſi vehementiùs inflammetur, hominem de mentis ſtatu deiicit atque exturbat.. Gregor. Nyſſ. lib. de beatitudinibus: Quis, inquit, affectus & vitia iræ dignè expoſuerit? Quæ oratio turpitudinem huiuſmodi morbi deſcribet? Vides eorum qui à dæmone vexantur, affectus in iis, qui ab ira victi ſunt, apparere. Reputa adinuicẽ comparata, tum quæ iratis, tum quæ à dæmone arreptis accidunt, atque cõ-

Tho. Aqu.

Chromat.

Conſumma ta iuſtitia eſt, vt non iraſcamur temerè.

Hierony.

Euthym.

Thomas.

Quotuplex ſit ira.

Chryſoſt.

Iracundiæ peccatum max imũ.

Auguſt.

Greg. Năz.

Greg. Nyſſ.

Iracundi dæmoniacis similes.

tingunt, ecqua sit in his differentia? Sanguine suffusi, ac distorti eorum, qui à dæmonio F vexantur, oculi sunt, lingua præceps, aspera loquela, acuta & latratui similis vox. Cõmunia hæc tum iræ, tum dæmoni, quassatio capitis, manuum stolidi motus, eõcussio, & quasi æstuatio corporis totius, pedes instabiles: vna vtriusque morbi per eiusdem accidentia, descriptio est. Tantum duntaxat alterum ab altero variat, quòd vnum quidem voluntarium malum est, alterum absque voluntate ipsorum accidit, in quibus existit. Plutarchus lib. de cohibenda iracundia, scribit, quòd quemadmodum Lacedæmonij in seruis suis ostendere solebant, quàm fœda res esset ebrietas: sic aliorum exemplo discendum est, quàm turpis & obscœna res sit iracundia. Quæ quidem grauissimus morbus est, si modò verum est, quod scribit Hippocrates, morbos eos acerbissimos, ac periculosissimos esse, qui ægrotorum faciem quàm maximè immutant. G

Plutarc.

Hippocra.

Greg.Nan. Greg.Nanz.in Iambicis,

Frænetur ira, mente ne tandem cadas:
Iracundia aduersus serpentem solum tibi sit, ob quem corruisti.

Lactãtius. Lactantius lib.6. cap.18. scribit hominem non modò per iracundiam spoliari probi hominis, sed & hominis nomine. Ps.57. Furor illis secundum similitudinem serpentis. Itaque sicut à radicibus arbor euellenda est, & ab ipsis causis effectus rescindendi sunt: ita & homicidium maximè prohibebitur, si ab iracundia caueatur. Quandoquidem hîc non agitur de homicidio inuoluntario, aut eo quod ex iuris præscriptione patratur, sed de eo quod ex odio aut iracundia committatur. Loquitur ergo Saluator de ira, prout est mortale peccatum, videlicet velut est ex consensu, cum affectu nocẽ- H

Dion. Car. *An omnis ira sit peccatum.*

di iniustè, inquit Dionys. Carthusia. art.10. in Matth.cap.5. Verùm, inquit, inquiritur quando, & quomodo, & qualiter ira sit peccatum. Quamuis autem hæc quæstio cõmunis sit, habet tamen difficultatem præcipuam, propter sanctorum atque Catholicorum doctorum contrariam, vt videtur, determinationem. Dicit enim præsenti loco Hieronym. quòd definita sententia est, vt ira penitùs tollatur. Attamen Chrysost. Euthym. & Theophilact. vt diximus, eum reum non esse scribunt, qui ex causa irascitur. Ad huius quæstionis decisionem aduertendum est, quod Stoici & Platonici, passiones esse culpabiles, & animæ morbos: quorum loquendi modum multi Theologi secuti sunt: Peripatetici autem dixerunt, passiones esse quosdam motus naturales indifferentes, videlicet nec bonos nec malos moraliter ex sua ratione: sed fieri bonos, si per rationem moderentur: & malos, si metam rationis excedant. Horum ergo sententiam Augustinus & posteriores secuti sunt: iuxta quam, ira propriè sumpta definitur à Damasceno, desiderium vltionis, seu appetitus vindictæ, propter iniuriam illatam, seu I culpam alterius. Hæc autem vindicta benè & malè exerceri potest, nimirùm secundũ rationis censuram, & ordinem iuris, & item modo opposito. Inde fit, vt ira se habeat ad rationem dupliciter: scilicet antecedenter, sicque impedit actum rationis, & vitium est: aut consequenter, prout mouetur contra peccata, secundum rationis dictamen, & tunc zelus appellatur: estque actus virtutis moralis, quæ appellatur vindicatiua. Denique moderamen seu ordo rationis circa iram pensatur dupliciter. Primò quantum ad id, in quod tendit ira, quod est vindicta: quæ si quæratur propter correptionẽ peccantis, punitionem culpæ, seu conseruationem iustitiæ, erit laudabilis. Secundò quãtũ ad modũ irascendi, nimirùm ne immoderatè efferuescat ira: sic enim fieret vitiosa, quã uis in finem laudabilẽ tenderet. Dicendũ ergo secundũ Thomã, quòd ira immoderata ex parte vindictæ optatæ, seu irrogatæ, ex suo genere est mortalis, quoniam charitati K contrariatur, quæ non irritatur, nec cogitat malum: contrariatur quoq; iustitiæ, quæ maiorẽ expetit vltionẽ, q̃ culpa meretur. Potest tamen esse venialis propter paruitatẽ nocumenti illati, vel propter imperfectionem actus, rationem præuenientis. Ira verò immoderata intus vel foris signis prodita, ex suo quidem genere mortalis non est, nisi in tantum procedat, vt hominem à Dei & proximi charitate dimoueat: quod tum maximè contingit, cùm & rationẽ turbat, & ab officio reuocat. Amplius, sumitur ira dupliciter, quamuis impropriè. Primò pro sola commotione animi ex imaginatione cõtrarij, quæ non est graue peccatum: secundò pro motu voluntatis, pœnam iustè infligentis, & ita esse dicitur in Deo & Angelis. Eo autem modo quo ira laudabilis est, defectus illius vitiosus est. Doctores igitur, qui iram omninò vitandam dicunt, iram intelligunt præuenientem rationem: alij verò iram commendant, quæ rationem consequitur,

Ira venialis.

A sequitur, & zelus vocatur, qualis in Phinees, Samsone, in ipso etiam Christo, de quo hæc leguntur: Et circunspiciens Scribas & Pharisæos cum ira, dixit, Cuius vestrum bos aut asinus, &c. Et quidem ex ira, seu immoderata vindictæ cupiditate, nascuntur rixæ, tumor mentis, contumeliæ, clamor, indignatio, atque blasphemia, vt scribit Gregorius Papa lib. 1. Moral. c. 31. Prou. 29. Vir iracundus prouocat rixas: & qui ad indignandum facilis est, erit ad peccandum procliuior. Ephes. 4. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à vobis, cum omni malitia. Eccles. 8. Cum iracundo non facias rixam, & cum audace non eas in desertum: quoniam quasi nihil est ante illum sanguis, & vbi non est adiutorium, eludet te. Basilius hom. de ira: Ira, inquit, certamen excitat, certamen verò conuicium, conuicium verbera, verbera demum vulnera, ex quibus & mortes sæpè sequuntur. Ille maledixit, tu benedicas. B Verberauit, tu patere. Expuit, nihilique te existimauit: tu cogita quomodo ex terra es, & in terram reuerteris. His namque modis & rationibus te confirmans, longè leuiora quàm reuera sint, inuenies aduersarij facta & iurgia. Greg. Papa lib. 5. Moral. cap. 32. Sciendum est autem, quòd nonnullos ira citiùs accendit, facilius deserit: nõnullos verò tardè commouet, diutiùs tenet. Alij namque accensis calamis similes, dũ vocibus perstrepunt, quasi quosdam accensionis suæ sonitus reddunt: citiùs quidem flammam faciunt, sed protinus in fauilla frigescunt. Alij autem lignis grauioribus, durioribúsque non dispares, accensionem tardè suscipiunt, tamen accensi semel difficiliùs extinguũtur: & quia se tardiùs in asperitatem concitant, furoris sui diutiùs ignẽ seruant. Alij autem, quod est nequius, & citiùs iracundiæ flammas accipiunt, & tardiùs deponunt. Nonnulli verò has & tardè suscipiunt, & citiùs amittunt. In quibus nimirùm quatuor modis liquidò Lector agnoscit, quia & ad tranquillitatis bonum vltimus plus quàm primus appropinquat, & in malo secundum tertius superat. Verũ fortè quis obiiciet, scriptum esse Ps. 4. Irascimini, & nolite peccare: vt concludat irã nõ esse peccatum. Augustinus in Psal. 4. Hoc, inquit, duobus modis potest intelligi. Aut, C etiamsi irascimini, nolite peccare. id est, etiamsi surgit motus animi, qui iam propter pœnam peccati non est in potestate: saltem ei non consentiat ratio & mens, quæ intus regenerata est secundum Deum, vt mente seruiamus legi Dei, si adhuc carne seruimus legi peccati. (Rom. 7.) Aut agite pœnitentiam, id est irascimini vobis ipsis de præteritis peccatis, & vlteriùs peccare desinite. Quòd autem is qui irascitur fratri suo, *reus sit iudicio* Dei, manifestum est. Ecclesiastici 28. Qui vindicari vult, à Domino inueniet vindictam: & peccata illius seruans seruabit. Relinque proximo tuo nocenti te: D & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Homo homini reseruat iram, & à Deo quærit medelam? In hominem similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur? Ipse dum caro sit, reseruat iram: & propitiationem petit à Deo? Quis exorabit pro delictis illius? Memento nouissimorum, & desine inimicari. Mich. 6. Surge, contende iudicio aduersum montes. Iac. 2. Iudicium sine misericordia fiet ei, qui non fecerit misericordiam. *Qui autem dixerit fratri suo Racha, reus erit concilio.* Erasm. in Annotat. Non est βουλῇ, quod & ipsum significat consilium, sed συνεδρίῳ, quod consessum iudicum designat. In huiusmodi consessibus, velut apud Græcos Amphictyonum, graniores causæ agitari solent. Theophilact. in Matth. Concilium vocat Hebræorum tribunal. *Racha* verò ab aliis in alium sensum detortum est. Chrysostom. hom. 16. Operis perf. in Matth. Racha, inquit, non grandis alicuius est sermo conuicij, sed magis de E contemptu veniens, impatientiáque dicentis, vt ipsi nonnunquam vel seruulis, vel inferioribus quibusque aliquid imperantes, dicimus: *Vade tu.* Id etiam Syrorum lingua dici existimat, quem sequitur Theophilactus & Euthymius. Verùm illos fefellit ך *Ka* finale, quod secundæ personæ tribuitur: vt si dicamus *Apeka*, furor tuus: & *Hamateka*, ira tua, vt in Psal. 6. legitur: & *Hasdeka*, misericordia tua. Quo etiam modo dici posset *Rhaka*, malum tuũ, cùm *Rha* malum significet. Verũ neque hæc dictionis istius significatio est. Augustin. lib. 1. de serm. Dom. in monte, cap. 18. Nonnulli autem, inquit, de Græco trahere voluerunt interpretationem huius vocis, putantes pannosum dici Racha, quoniam dicitur Græcè pannus ῥάκος. Aquibus tamẽ cùm quæritur, quid dicatur Græcè pannosus, non respondent Racha: sed deinde non potuisset Latinus interpres, vbi posuit Racha, pannosum ponere, nec vti verbo, quod & Latina lingua nullum sit, & in Græca inusitatum. Probabilius est ergo quod audiui à quodam He-

Ira pro Zelo. Greg. Papa.

Iræ consequentia. Basilius.

Iracũdorũ differẽtia. Gr. Papa.

August.

Reum esse iudicio Dei quid.

Erasmus. *Quid concilium.* Theophil. Chrysost.

Quid Rhaca. August.

bræo, vocem esse non significantem aliquid, sed indignantis animi motum ex-
Hierony. primentem. hæc Augustin. Hieronymus tamen libr. 1. Comment. in Matthæum:
Hoc verbum propriè Hebræorum est, inquit. רקא *Raka* enim dicitur κενὸς, id est, inanis
Hilarius. aut vacuus: quem nos possumus vulgata iniuria, absque cerebro nuncupare. Hilarius
in Matth. *Raka* vanitatis opprobrium est. Et qui Spiritu sancto plenum, conuicio va-
cuitatis insimulet, fit reus concilio sanctorum, contumeliam Spiritus sancti sanctorũ
San. Pag. iudicum animaduersione luiturus. Sanctes Pagninus in Thesauro linguæ sanctæ, no-
Mercerus. men Tóar ריק *Rek*, inanis, vacuus, à radice ריק in Hiffil, quæ cuacuare significat. Mer-
cerus Additionibus quas fecit in Pagninum: Hinc, inquit, ריקא forma Syriaca, in Euan-
gelio vbi scribitur Racha, ociosum & leuem significat, vernaculè *Vault-neant*. Sed &
pauperem significat, vt notat Sanctes, vt 2. Par. 13. Et congregati sunt ad eum viri *Re-*
kim, vacui, id est pauperes. 2. Sam. 6. Vnus *Harekim*, vacuorum, id est pauperum. Hiero- G
nymus vertit, vnus de scurris. Minus igitur graue significat *Raka*, quàm dictio Fatue:
ideò non hîc sumitur pro eo qui sine cerebro fuerit, sed pro paupere & abiecto. Vt si
quis non commiseratione, sed contemptu ducatur in fratrem, & dicat ei, O pauper, ô
abiecte. Hoc enim etiam commiserantis esse potest, quod non contingit ei qui fatuũ
Quem animi motum Racha significet. aliquem dixerit, nisi fortè magnum stoliditatis demonstret argumentum. Grauius igi-
tur erit *Racha*, quàm simpliciter irasci, estque medium aliquid inter irasci & conuicia-
ri. Intelligendum hîc dãnari omnia qualiacunque iracundi & maleuoli animi signa,
quouis illa modo prorumpant, siue murmurando, siue frẽdendo, siue expuendo, siue
faciem indignanter auertendo, siue frontem rugando, siue nasum suspendendo. Nam
huiusmodi signis irascentis animi commotio plerunque proditur. Hic autem, qui vel
leui verbo irati animi sui in fratrem impetum prodiderit, *reus erit concilio*. Iudicium le- H
uius est, quàm concilium: quoniam de omnibus etiam leuibus iudicia ferri possunt,
concilium autem non initur, nisi grauibus de causis. Hoc verò si ad præsentem refer-
tur Ecclesiam, monemur de eo inquirendum esse, qui iracundiam suam prodiderit:
ne forte latiùs serpat & prorumpat. Si verò ad futurum triumphantis Ecclesiæ statum
referas, docet Christus grauem etiam pœnam infligi ei qui *Raka* dixerit, nõ ita tamen
vt pœna illa inflicta, & tolerata, omninò excludatur à regno cœlorum. *Qui autem dixe-*
rit, Fatue, reus erit gehẽnæ ignis. Hoc igitur mortale peccatum est, quod ab æterna vita ex-
Hierony. cludit, & æternæ damnationi adiudicat. Hieronym. in Matt. Qui enim æquè in Deũ
credenti dicit, Fatue, impius est in religione. Hilarius in Matth. Piaculi magni peri-
culum est, quem salem Deus nuncupauerit, eum contumelia infatuati sensus laceſſe-
re: & sapientum intelligentiam salientem, stultæ intelligentiæ exasperare maledicto. I
Cæterùm Gehennæ ignis, nomen accepit à Gehennon valle, in sorte tribus Beniamin,
Quid Gehenna & Thophet. de qua Iosue 18. sed ab impiis possessa, in qua filios exustos igni deuouebant, & immo-
labant dæmonio Moloch. Vocabatur & Thophet, de qua 2. Reg. 23. Contaminauit
Hilarius. quoque Thophet, qui est in conualle filij Hinnom, vt nemo consecraret filium suum,
aut filiam per ignem, Moloch. 2. Par. 28. Qui adoleuit incensum in valle Ben-hinnom,
& lustrauit filios suos in igne, iuxta ritum Gentium, quas interfecit Dominus. De A-
chaz, Idem. 7. Et non dicetur amplius Thophet, & vallis filij Hinnom: sed vallis inter-
fectionis, & sepelient in Thophet, eò quòd non sit locus. Existimant autem Thophet
dictum à *Thoph*, quod tympanum significat, quia cùm *Moloch*, quem pro Saturno cole-
bant, sacrificarent, & filios immolarent, seu lustrarent igne, tympana pulsabantur, ne
puerorum eiulatus audirentur. Hinc tympana Curetum & Corybantum efficta sunt, K
qui eiulatum Iouis pueri, ne à Saturno patre illum deuorare volente audiretur, celaret.
Virgilius. Virgilius lib. 3. Æneid.

Hinc mater cultrix Cybele, Corybantiáque æra.

Tertullian. Tertull. in Apolog. Iuppiter Cretam suam Romanis fascibus concuti sineret, oblitus
Cur Gehẽna pro inferno sumatur. illud antrum Idæum, & æra Corybantia. Porrò Christus nomen loci Thophet, & Ge-
hennom, transtulit ad significationem inferni, seu loci illius, in quo impij post præsen-
tem vitam igni æterno adiudicabuntur. Sicut & Esa. 30. legitur: Præparata est ab heri
Thophet, à rege præparata profunda, & dilatata. Nutrimenta eius ignis & ligna mul-
ta: flatus Domini sicut torrens sulphuris succendens eam. Translatio est igitur à valle
Auguſt. Ennon, & eo igne quo paruuli cruciabantur, ad ignem quo animæ impiorum post
mortem torquentur. Auguſt. lib. 1. de ser. Dom. in monte, cap. 18. Quid, inquit, interest

inter

A inter reum iudicio,& reum concilio,& reum Gehennæ ignis? Nam hoc postremum grauissimum sonat,& admonet quosdam gradus factos à leuioribus ad grauiora, donec ad Gehennam ignis veniretur. Et ideò sicut leuius est reum esse iudicio, quàm reũ esse concilio, ita leuius est reũ esse concilio, quàm esse reũ Gehennæ ignis. Itaq; oportet vt leuius esse intelligatur irasci sine causa fratri, quàm dicere Racha, & rursus leuius esse dicere Fatue. Non enim reatus ipse haberet gradus, nisi etiam peccata cõmemorarentur. Et quibusdã interiectis: Gradus itaque sunt in istis peccatis, vt primo quisq; irascatur,& eum motum retineat cæde conceptum. Iam si extorserit vocẽ indignantis ipsa commotio non significantem aliquid, sed illum animi motum ipsa eruptione testantem, qua feriatur ille qui irascitur, plus est vtique quàm si surgens ira silentio premeretur. Sin verò non solùm vox indignãtis audiatur, sed etiam verbum, quo iam certam eius vituperationem, in quem profertur, designet & notet, quis dubitet amplius hoc esse, quàm si solus indignationis sonus audiretur? Itaque in primo vnum est: id est, ira sola: in secundo duo, & ira & vox quæ iram significat: in tertio tria, & ira & vox quæ iram significat, & in voce ipsa certæ vituperationis expressio. Vide etiam nunc tres reatus, iudicij, concilij, & Gehennæ ignis. Nam in iudicio adhuc dissensioni datur locus: in concilio autem quanquam & iudicium esse soleat, tamen quia interesse aliquid hoc loco fateri cogit ipsa distinctio, videtur ad concilium pertinere sententiæ prolatio: quando iam non cum ipso reo agitur, vtrum damnandus sit, sed inter se qui iudicant conferunt inter se, quo supplicio damnari oporteat, quem constat esse damnandum. Gehennæ verò ignis nec damnationem habet dubiam sicut iudicium, nec damnati pœnam, sicut concilium. In Gehenna C quippè ignis certa est & damnatio, & pœna damnati. Videntur ergo aliqui gradus in peccatis & in reatu: sed quibus modis inuisibiliter exhibeantur pœnæ meritis animarum, quis potest dicere? Chrysostomus lib. 1. de compunctione cordis. Cæterùm, inquit, in hoc ostendit Christus, quia sub generalibus nominibus vitiorum multæ species peccatorum concluduntur: & siue fatuum quis dixerit, siue vanum, siue latronem, siue quolibet alio nomine iniuriam vel maledictum fratri ingesserit, ex quolibet horum vocabulo sub maledicti titulo Gehennæ ignis condemnabitur supplicio. Fatue enim & Racha quod ait: hoc est quod ostendit, quia ne leue quidem & minimum in fratrem collatum conuitium relaxabitur: atque ob id de leuioribus sententiam dedit Christus, vt de grauioribus dubitare non debeas. Quòd si quis existimat, sicut ego quidem noui nonnullos putare, terroris causa etiam in paruis exaggera- D ri minas præceptis: supereſt vt de cæteris omnibus mandatis, quorum præuaricatoribus pœna adscribitur, similia sentiant. Quòd si terroris causa, & non pro veritate supplicia promittuntur, consequens erit etiam, vt bonorum pollicitationes adhortandi tantummodò, & non veritatis gratia promittantur. Et si ita de vtraque parte sentiamus, resoluta sunt omnia religionis nostræ dogmata, si nihil aliud in omnibus mandatis ac præceptis diuinitùs datis agi dicitur, nisi vt aut bonorum vana spes homines, aut pœnæ error inanis astringat. Porrò si quis obiiciat, Paulum insensatos Galatas vocare, quos etiam fratres nominat, Christum etiam ita suos increpare, O stulti & tardi corde ad credendum, & tamen culpari non posse: respondet Augustinus lib. 1. de sermone Domini in monte, cap. 19. & Chrysostomus homil. 11. Oper. imperf. in Matthæum, subaudiendum in hac sententia, *sine causa*. Sanè, inquit Augustinus, in tribus E istis sententiis subauditio verborum intuenda est. Habet enim prima sententia omnia verba necessaria, vt nihil subaudiatur. Qui irascitur, inquit, fratri suo *sine causa*, reus erit iudicio. In secunda verò cùm ait, Qui autem dixerit fratri suo Racha, subauditur *sine causa*: & ita iungitur, reus erit concilio. Iam in tertia vbi ait, Qui autem dixerit fratri suo Fatue, duo subaudiuntur, & *fratri suo*, & *sine causa*. *Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuum ad altare, & vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens, offer munus tuum*. Postquàm iram, conuicia, etiam & proximi contemptum, velut homicidij radices compescuit: nunc ostendit, quid faciendum sit ei, qui alteri iniuriam fecerit, aut fratrem in aliquo læserit, aut qui iniuria à fratre fuerit affectus, ad reconciliationem vnumquemque admonens, quòd eorum preces & vota omnia apud Deum irrita sint, qui odio feruntur in proximum,

Peccata alia aliis grauiora.

Chrysost.

Quid sit Fatuum dicere.

Non tantũ terroris causa hæc à Christo dicuntur.

An Paulus malè fecerit vocans Galatas insensatos.

August. Chrysost. Subintelligitur in omnibus, sine causa.

& certò timenda sit post hanc vitam diuina vltio: qua etiam ad nouissimum vsq; quadrantem persoluere, & pœnas luere conueniat. Cæterùm particulæ ἐὰν οὖν, *si igitur*, satis ostendunt sententiam istam à prioribus pendere: quasi dicat, Ergo cùm ne in minimo quidem verbo fratrem offendere liceat, aut in eum irasci sine causa, aut dicere Racha, aut Fatue: multo minus, vt obseruat Chrysostomus & Augustinus, licebit animo tenere aliquid, vt in odium indignatio conuertatur. Cæterùm multipliciter exponitur *altare*, vt scribit Thomas Aquinas in Matthæum. Aut pro materialis templi ara materiali, sicut apud Psaltem: Lauabo inter innocentes manus meas, & circundabo altare tuum Domine. Aut pro Christo, vt Thren. 2. Repulit Dominus altare suum: scilicet Christum in passione. Augustin. lib. 1. de sermone Domini in monte, cap. 20. Altare quoque, inquit, spiritualiter in interiore Dei templo ipsam fidem accipere possumus, cuius signum est altare visibile. Quodlibet enim munus offerimus Deo, siue Prophetiam, siue doctrinam, siue orationem, siue hymnum, siue psalmum, & si quid tale aliud spiritualium donorum animo occurrerit, acceptum esse non potest Deo, nisi fidei sinceritate fulciatur, & ei fixæ atque immobili & firmæ imponatur, vt possit integrum atque illibatum esse quod loquimur. Nam sic multi hæretici non habentes altare, id est veram fidem, blasphemias pro laude dixerunt, terrenis videlicet opinionibus aggrauati, votum suum tanquam in terram proiicientes. Sed debet esse sana etiam offerentis intentio. Et propterea cùm aliquid tale oblaturi sumus in corde nostro, id est, in interiore Dei templo: (templum enim Dei sanctum est, inquit Apostolus 1. Cor. 2. & Ephes. 3. quod estis vos: & in interiore homine habitare Christum per fidem in cordibus vestris:) si in mentem venerit quod aliquid aduersum nos frater habet: id est, si nos eum in aliquo læsimus, tunc enim ipse habet aduersum nos. Nam nos aduersus illum habemus, si ille nos læserit, vbi non opus est pergere ad reconciliationem: non enim veniam postulabis ab eo qui tibi fecit iniuriam, sed tantùm dimittes, sicut tibi dimitti à Domino cupis, quod ipse commiseris. Pergendum est ergo ad reconciliationem, cùm in mentem venerit, quòd nos fortè fratrem in aliquo læsimus. Pergendum est ergo non pedibus corporis, sed motibus animi, vt te humili affectu prosternas fratri, ad quem chara cogitatione cucurreris in conspectu eius cui munus oblaturus es. Ita enim etiam si præsens sit, poteris eum non simulato animo lenire, atque in gratiam reuocare, veniam postulando, si hoc priùs corã Deo feceris, pergens ad eum non motu corporis, sed celerrimo dilectionis affectu: Atque inde veniens, id est, intentionem reuocans ad id quod agere cœperis, offers munus tuum. Chrysostom. hom. 16. Altare pro mensa Domini interpretatur. Audiant, inquit, hi qui sacris mysteriis certè initiati, cum inimicitiis ad communionem altaris accedunt, nimirùm sacrosancta Christi corporis & sanguinis mysteria: non modò fidelibus communicantur, sed & Deo summo offeruntur, vt simul sint & cœna, & sacrificium: vnde mensa illa altare dicatur. Quorsum enim Christus nouam legem condens, & ea quæ charitatis sunt præcipiens, altaris meminisset, nisi nobis altare relictum esse assereret? Discipulos nimirùm alloquebatur, quos à vetere ad nouam & Euangelicam legem proiuehebat: quibus vt augustiorem morum regulam, ita & augustius altare commendabat. Eapropter Paulus: Qui, inquit, altario deseruit, de altario viuat. Quòd si ad noui Testamenti cultum altare relictum est, ad quod munera nostra perferamus, & cui ministri deseruiamus, consequitur necessariò & relictum esse altare & sacrificium. Sunt enim θυσία καὶ θυσιαστήριον, altare & sacrificium correlatiua: ita vt ab vno ad alterum necessaria consecutio sit. Hoc autem sacrificium noue legis, quod aliud esse poterit quàm sacratissimi Christi corporis, cuius vmbram præbuerunt omnia legis antiquæ sacrificia? Martialis in Epistola ad Burdegalens. cap. 3. Ipsum, inquit, quem Iudæi crucifixerunt, proponimus in ara sanctificata. Dionysius Areopagita cap. 3. Hierarch. cœlest. Sed & illud, inquit, sacratius intuere, quod impositis sancto altari venerabilibus signis, per quæ Christus & signatur & sumitur, adest protinus atque incunctanter sanctorum descriptio. Eapropter Optatus Mileuitan. lib. 2. in Parmenianum Donatistam, conqueritur quòd Donatistæ altaria demoliti sint, & calices sanguinis Christi portatores confregerint in massas. Qua autem fronte propitiatorium Christi sacrificium pro nobis offerri volumus? qua eiusdem participes esse expectamus, si proximo non condonauerimus in cordibus nostris,

Tho. Aq.

Augusti. *Quid altare spirituale.*

Quomodo ad fratrem veniendũ est, si longè sit.

Chrysost. *Altare mensa Domini est.*

Sacrificiũ corporis Christi, seu Missah.

Martialis.

Dio. Areo.

Opt. Mile.

A nostris, sed contra eum iram reseruemus? An non intelligimus Christum etiam pro inimicis mortuum esse? Tu oblatione illa, quam è substantia tua seu bonis tuis ad altare perfers, quasi certo quodam pignore tete inseris participationi sacrorum mysteriorum, nimirùm vt pro te illa offerantur, quemadmodum tu teipsum tuaque altari obtulisti. At verò prospice quo animo, num ab omni iracundia & odio expurgato ad altare accesseris. Meminerunt Apostoli in Canonibus suis, ad altare deferri solitum oleum pro luminaribus. Det igitur hic oleum, ille panem, alius vinum: offerat & alius suæ messis primitias: eo sanè animo ducitur, vt altaris & sacrificij particeps fiat. Iam quomodo sacrificij, id est Christi, particeps erit, qui contra Christi institutionem & exemplum odium contra fratrem suum retinet? Chromatius sermone 2. in Matthæum, cap. 5. Quid enim, inquit, tam B gratum Deo, tam necessarium nostræ saluti, quàm quod Dominus præcepit iram non retinere, pacifico animo ac simplici conscientia Deo munus offerre, sicut obtulit primus Abel? Et ideò munera eius suscepta sunt à Deo, Cain reprobata: quia Abel pura ac simplici mente munera Domino offerebat, Cain verò aduersus fratrem tenebat in corde. Quapropter si volumus munera nostra Deo placere, excludere iracundiam de corde debemus, interficere iracundiam contra fratrem susceptam, tenere verò pacem fraternam, seruare charitatem, diligere vnanimitatem, custodire concordiam, vt placare Dominum mereamur, qui est benedictus in secula. Verùm fortassis obiicies, illum quem offenderis, longo locorum interuallo à te distare: vnde fiat, vt ad Deum pergens, institutum munus deseras. Respon- *Quid faciẽdum fratre distante.* det Augustinus lib. 1. de sermone Domini in monte, cap. 21. saltem apud te statuere C oportere, quòd statim atque illius adeundi commoditas sese offeret, cum illo reconcilieris. Non enim, inquit, diutiùs differri potest, cùm munus tuum relinquere ante altare iubearis. Si ergo de absente, &, quod fieri potest, etiam trans mare constituto, aliquid tale venerit in mentem, absurdum est ante altare munus relinquendum, quod post terras & maria pererrata offeras Deo. Et ideò prorsus intrò ad spiritualia refugere cogimur, vt hoc quod dictum est, sine absurditate possit intelligi. Chrysostomus homil. 11. Oper. imperf. in Matthæum. Sed fortè dicis, Chrysost. inquit, Ecce ego volo reconciliari: sed dic mihi, quomodo reconciliabor? Qualis præcessit offensio, talis debet sequi reconciliatio. Si cogitatu offendisti, cogitatu reconciliare. Si verbis offendisti, verbis reconciliare. Omne enim peccatum *Quæ reconciliatio, & quomodo faciẽda est.* quo modo committitur, eo modo & pœnitetur: vtputà cogitasti malè facere ali- D cui Christiano, non potes munus tuum offerre ante Deum, quia habes in corde tuo nocendi propositum. Recogita benè quod cogitaueras malè, & pœnituisti. Nam cogitationis peccatum contraria cogitatione dissoluitur. Et paulò pòst: Quoniam Idẽ Chrys. autem verborum peccatum verborum satisfactione dissoluitur, testis est Aaron. Cùm enim detraxisset Mosi, vadens, verbis rogauit eum, dicens: Rogo, Domine, ne referas in nos peccatum hoc, quia ignorauimus quòd peccauimus in te. Si autem operis aliquid ostendisti, puta alicuius pecuniam fraude, aut rem aliquam per violẽtiam abstulisti, redde ei quę abstulisti, & pœnituisti. Quoniam autem abstractę rei peccatũ rerum recompensatione dissoluitur, testis est Zachæus, dicens: Domine, quæcunque fraude abstuli, reddo in quadruplum. Si autem rem quidem alicuius non tuleris, sed fortè ca- E stigaueris hominem impotentem iniustè, dona ei aliquid pro iniuria dignum. Sic scriptum est in lege, Exod. 21. Si percusseris seruum tuum, & fregeris illi dentem, dimitte illum liberum. Secundum hoc intelligendum est, etsi castigaueris aliquem, iniuriæ peccatum beneficio esse dissoluendum. Alioqui nisi quem factis læsisti, factis placandus est, sine causa oras ad Dominum, sine causa eleemosynas facis de rebus, quibus alios expoliasti. Quid prodest tibi, si alter pro te oret ad Deum, & alter aduersus te interpellet Deum? Et si ad istius orationem vult tibi Deus misericordiam facere, illius interpellatio non permittit. Melius est, vt etsi nemini prodes, nemini noceas, quàm vt alios spolies, & alios vestias. Idem libro 1. de compunctione cordis. Iubet ergo Idem. Dominus relinqui donum ante altare, & priùs reconciliari fratri: vt ex hoc discamus, quia si nec illo tempore, quoad ministerium Dei videamur accedere, reconciliationem dissimulari, ac differri non patitur Deus: quanto magis curari hoc in aliis temporibus iubet? Nos verò imaginem quidem coluimus præce-

Quid altaris offerant cæteri præter sacerdotem. Chromat.

pti, veritatem verò ipsam virtutemque negligimus. Nam osculum pacis porrigere F
tempore quo munera offeruntur, in vsu est: sed vereor ne fortè plures ex nobis labiis
hoc tantummodò faciant, cùm Christus pacem non ex ore, sed ex corde desideret, &
affectu velit proximum salutari, non labiis. Si enim pax non habetur in corde, quasi
in scena res agi videtur & ludo: vnde per hæc exacerbari Deus credendus est potius,
quàm placari. Puritas enim & veritas est, quæ placent in conspectu Dei: respuit au-
tem & odit omne quod simulatur & fingitur. Et hæc agimus homines, quibus ne-
que irasci, nec inimicos habere permittitur: aut si fortè irasci accidat, mandatur vt
sub die vel iracundias nostras, vel inimicitias finiamus. Ita non solùm nobis præcipi-
tur, vt si quem offenderimus, ipsi primùm satisfaciamus, illum placemus, & ei recon-
ciliemur, antequàm aliquid ad altare offeramus: & ad eum pedibus corporis, si non
longè distet, aut saltem pedibus mentis, desiderio atque proposito ei satisfacere sta- G
tuamus: sed & monemur, vt si quidem ipsi aliquid aduersus fratrem habeamus, id est,
ab eo læsi fuerimus, in cordibus nostris dimittamus ei. Quod etiam explicat in refor-
matione præcepti de diligendo proximo. Præueniendus est enim inimicus, & ad
mentem, si fieri potest, reducendus est. *Et tunc veniens*, id est, localiter rediens, vel in-
tentionem tuam ad id quod cœperas, reuocans: *offeres munus tuum*, id est, inchoatum
Dei obsequium, oblationem corporalem, quam das Deo, vel eius ministris: non quòd
ea Deus indigeat, sed in signum quòd omnia bona tua à Deo receperis: secundum
quod Dauid testatur, Tua Domine sunt omnia, & quę de manu tua accepimus, dedi-
mus tibi: aut, vt particeps efficiaris incruenti Christi corporis sacrificij. Vel *offeres mu-*
nus spirituale, deuotam orationem, laudes, gratiarum actionem, *ad altare* spirituale a-
nimæ tuæ: aut siquidem corporalis oblatio fiat, ad altare templi materialis. Ita nemi- H
ni licebit aut in precibus exaudiri, nisi fratri dimittat, & reconcilietur: minus verò ad
sanctum altare accedere, nisi idem fecerit. Hinc scilicet & olim à Diaconis, interim
dum sacrosancta Leiturgia seu Missa celebrabatur, acclamatum fuisse scribit Basi-
Basilius. Chrysost. lius & Chrys. in Leiturgiis, Ne quis aduersus aliquem. Ab omni siquidem odio & pra-
ua voluntate purum esse oportet eum, qui ad altare accesserit. *Esto consentiens aduersa-*
rio tuo citò, dum es in via cum eo: ne fortè tradat te aduersarius iudici, & iudex tradat te mini-
stro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nouissimum quadran-
tem. Hîc primùm requirendum est, quis ille sit aduersarius, quæ via, quis iudex,
quis minister, quis carcer, quis quadrans: nimirùm sine eorum cognitione, sententia i-
sta facilè intelligi non potest. Fuerunt olim qui diabolum per aduersarium intelligi
existimarent: vnde factum est, vt & Gnostici huius opinionis existimarent per singu- I
los quosque libidinis gradus, & carni, & diabolo interim dum hîc viuimus, satisfa-
Epiphan. ciendum esse. Epiphanius libr. 1. tom. 2. in hæresim 27. hæc de Carpocratæis scribit.
Carpocra- Quid enim aliud, inquit, quàm omnem nefandam ac sceleſtam actionem, quam ne-
tæorũ blas- que fas est ore proferre, hi perpetrant? Et omnem speciem virilis coïtus, & libidinosæ
phema hu- ad mulieres consuetudinis, in singulis corporis membris, incantationésque ac venefi-
ius sententiæ cia, & idololatrias perficientes? Et hoc esse dicunt operationem redditionis debi-
interpretatio. torum in corpore, ad hoc vt non ampliùs accusentur, neque opus aliquod actionis
ab ipsis exigatur: & hac de causa animam non auersari post discessum hinc, ac rur-
sum in transitum in aliud corpus procedere. Ita enim habent ipsorum libri, vt si
quis prudentia præditus legat, admiretur & stupeat, ac credat: quî hæc sic ab homi-
nibus fiant, non solùm qui ciuitatem nobiscum inhabitant, sed etiam his qui cum K
bestiis, & similibus bestiis & pecoribus, fermè dixerim, quæ canes ac sues faci-
unt, facere audent. Aiunt enim: Oportet penitus his omnibus vti, vt ne egres-
sæ animæ aliquo opere relicto, ea de causa reuertantur in corpus rursus (admit-
tebant enim transmigrationem animarum à corporibus in alia corpora, statim atque
è corporibus suis emigrantes, iudici oblatæ fuissent) ad farciendum ea quæ non
fecerunt. Et hoc est, inquiunt, quod *Iesus* in Euangelio dixit per parabolam:
Sis benevolus aduersario tuo, dum fueris in via cum ipso, & da operam vt ab ipso libereris,
ne fortè aduersarius tradat te iudici, & iudex ministro, & minister coniiciat te in carce-
rem. Amen Amen dico tibi, non exibis illinc, donec extremum persolueris quadrantem.
Horrenda somnia. Fabulam porrò quandam confingunt iidem ad parabolæ huius interpretationem:
& aduersarium aiunt esse vnum ex Angelis qui mundum fecerunt, & ad hoc ipsum
subornatum

A subornatum esse, vt adducat animas ad iudicem, quæ hinc de corporibus exeunt: illinc verò redarguuntur, quòd non fecerunt omnem operam atque actionem: dari autem ipsas in principe ministro. Esse autem ministrum Angelum, ministrantem iudici mundi opifici, in hoc vt ferat rursus animas, & in diuersa corpora concludat. Esse autem hunc aduersarium, quem diximus duxisse Dominum in Euangelio, quem sanè ipsi vnum Angelum de mundi opificibus esse aiunt, nomen Abeli habentem. Carcerem enim dicunt esse corpus: extremum autem quadrantem volunt esse transitum ad alia corpora, & in singula præsentia perficere extremam corporum actionem, & nihil amplius relinqui ac restare ad nefarium quicquam faciendum. Oportet enim, inquiunt, velut diximus, omnibus prætergressis, ac singulatim perpetratis, liberatam redire ad supremum illum ignotum, transgressam mundi opifices & opificem. Dicunt
B autem rursus, quòd oportet animas vel in vna præsentia transitus ad corpora omnibus peractis, de cætero rursum liberatas abire. Si verò non in vna præsentia peregerunt per singulas præsentias transitum ad alia corpora, paulatim peracta vniuscuiusque nefarij opera operatione, de cætero liberari. Quin & rursus dicunt: Dignis hæc recensere dignamur, quo faciant ea quæ videntur esse mala. Non sunt autem natura mala, vt edocti liberentur. Hæc Epiphanius transscripsit ex Irenæi lib. 1. cap. 24. Cæterùm quis existimet nos huic aduersario diabolo beneuolos esse debere? Nam, vt scribit Hieronymus, Pro eo quod nos habemus in Latinis codicibus Consentiens, in Græco scriptum est εὐνοῶν, quod interpretatur Beneuolus & benignus. Hoc etiam obseruauit Ambrosius in cap. 12. Luc. Quis enim si Satanæ benè velit, eique benignus sit, non etiam eius desideria perficiat? Quæ autem conuentio Christi ad Belial? luci ad tene-
C bras? cui nimirùm ab ipso baptismate renunciauimus. Gregorius Nanzanzenus Orat. in nonam Dominicam. Ira, inquit, aduersus serpentem solum vtere, ob quem excidisti. Nam & ille, vt scribit Petrus, aduersarius noster diabolus, tanquam leo rugiens circuit quærēs quem deuoret. Non est igitur quod aut Carpocratiani, aut sortilegi, & quicunque dæmonicis artibus vtuntur, hac sententia abuti possint, quasi cum diabolo pactum aliquod inire valeant. Non sunt igitur audiendi hi, qui aduersarium diabolum interpretantur: &, vt scribit Hieronymus in Matthæum, volunt à Saluatore præcipi, vt dum in potestate nostra est, simus beneuoli erga diabolum, qui est inimicus & vltor: nec faciamus eum pœnas sustinere pro nobis. Cùm enim ipse vitiorum incentiua suppeditet, & nobis etiam voluntate peccantibus, si consenserimus
D ei vitia suggerenti, pro nobis quoque esse torquendum. Et dicunt, beneuolum esse vnumquemque sanctorum aduersario suo, si eum non faciat pro se sustinere tormenta. Augustinus lib. 1. de sermone Domini in monte, cap. 22. Sed neque, inquit, beneuolentiam diabolo iubemur exhibere, vbi dum beneuolentia, ibi amicitia: neque quispiam dixerit amicitiam cum diabolo esse faciendam. Neque concordare cum illo expedit, cui semel renunciando bellum indiximus, & quo victo coronabimur. Neque consentire illi iam oportet, cui si nunquam consensissemus, nunquam in istas incidissemus miserias. Fuerunt verò qui per aduersarium, carnem intelligerent: quia caro cōcupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, cum qua tamen conuenire debeamus & consentire: quia nemo vnquam carnem odit, sed nutrit & fouet eam, quemadmodū Christus Ecclesiam. Verùm hæc nostra in carnem beneuolentia non eò tendit, vt carni consentiamus, cùm scriptum sit, Si secūdum carnem vixeritis, moriemini.
E Et rursus: Desideria carnis non perficiatis. Sed beneuolentia hæc intelligitur ita ferri in carnem, quomodo patres in filios, magistri in discipulos, Christus in Ecclesiam fertur, vt eam emendet & corrigat. Augustinus quoque hoc obseruat. Magis enim, inquit, peccatores amant carnem suam, concordant cum ea, consentiunt ei: qui verò eā seruituti subiiciunt, non ipsi ei consentiunt, sed hanc sibi consentire cogunt. Notat & quorundam fuisse sententiam, vt beneuoli simus Deo, & cum illo consentiamus per pœnitentiā & meliorē vitā, quē nobis aduersariū constituimus. Quibus enim, inquit, resistit, rectè dicitur eorum aduersarius. Deus enim superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, Iac. 4. Et initiū peccati superbia: initiū autem superbiæ hominis apostatare à Deo. Eccles. 10. Et Apost. dicit, Rom. 5. Si enim cùm inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filij eius, multo magis reconciliati salui erimus in vita ipsius. Ex quo intelligi potest, nullam naturā malam inimicā Deo esse: quādoquidem

Quis aduersarius Irenæus. 1.

Non debemus esse beneuoli diabolo. Hierony. Ambros.

Greg. Nan.

Hierony.

Augusti.

2 *Nonconsētire carni.*

Augusti.

3. *An Deus aduersarius sit.*

& ipsi reconciliantur qui inimici fuerunt. Quisquis ergo in hac via, id est in hac vita, F
non fuerit Deo reconciliatus per mortem filij eius, tradetur iudici ab illo: quia pater
non iudicat quenquam, Ioan. 5. sed omne iudicium dedit filio. Atque ita cætera quæ
in hoc capitulo scripta sunt, consequuntur, de quibus iam tractauimus. Vnum enim
solum est, quod huic intellectui difficultatem facit, quomodo possit rectè dici in via
nos esse cum Deo, si hoc loco ipse accipiendus est aduersarius impiorum, cui iube-
mur citò reconciliari: nisi fortè quia ipse vbique est, nos autem cùm in hac vita simus,
cum illo itaque sumus. Psal. 138. Si ascendero in cœlum, inquit, tu illic es: si descende-
ro in infernum, ades. Si recipiam pennas meas in rectum, & habitabo in nouissimo
maris. Etenim illuc manus tua deducet me, & continebit me dextera tua. Aut si non
placet impios dici esse cum Deo, quanquam nusquam non præstò sit Deus: quem-
admodum dicimus cæcos esse cum luce, tametsi oculos eorum lux circunfundat: G
Chromat. vnum reliquum est, vt hîc aduersarium præceptum Dei esse intelligamus. Chromat.
sermone 2. in Matthæum cap. 5. eodem argumento, quo Deum aduersarium dicere
4. possumus, Spiritum sanctum hîc à quibusdam interpretari scribit: Quia, inquit, ad-
An spiritus sanctus aduersarius sit. uersatur vitiis & desideriis carnis, secundum quod Apostolus manifestat, dicendo ad
Galat. 5. Caro, inquit, concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Hæc
sibi inuicem aduersantur, vt non quæcunque vultis, illa faciatis. Spiritus enim cœle-
stia desiderat, caro terrena concupiscit. Spiritus donis spiritualibus gaudet, caro vitiis
corporalibus oblectatur. Vnde & Apostolus ait, Ephes. 1. Nolite contristare Spiritum
sanctum Dei, in quo signati estis in die redemptionis. Huic, credo, aduersario peccati
& erroris humani, suadenti quæ iusta & sancta sunt, in omnibus obedire nos Domi- H
nus præcepit, dum cum illo sumus in via, id est, in comitatu vitæ præsentis, vt æter-
nam pacem & perpetuam societatem cum eo habere possimus. Verùm si quis volun-
tati Spiritus sancti dicto non audiens, & contrarius extiterit, non dubium est huius-
modi hominem post excessum vitæ, Dei filio, qui iudex viuorum ac mortuorum est,
offerendum, à quo tradetur ministro, id est Angelo tormentorum, mittendus in car-
cerem gehennæ. Vnde non dimittetur, nisi etiam nouissimum quadrantem reddat,
id est omnem pœnam debiti, etiam vsque ad nouissimum peccatum exoluat. Fulgen-
Fulgẽtius. tius lib. 2. de peccator. remissionib. cap. 4. verbum Dei nomine aduersarij intelligit. Si
5. quidẽ, inquit, aduersarium sibi facit homo Dei verbum, quãdiu illa facit quæ diuinus
An verbum Dei sit aduersarius noster. sermo prohibet. Cui dicitur Psalm. 49. Tu verò odisti disciplinam, & proiecisti sermo-
nes meos post te. Huic sermoni diuino si quis in via, hoc est, si quis in hac vita citò I
consentiens non fuerit, missus in carcere, ignis æterni vltrà requiem non habebit.
Bonus enim aduersarius iste, qui salubri aduersitate iugiter instat, vt à nobis aduersi-
tatem mortiferæ iniquitatis expellat. Hinc est quòd nos in alio loco scriptura diuina,
vt celeriter conuertamur, hortatur, ne tarditas mortifera perditionem differenti pa-
riat, non salutem. Ait igitur: Ne tardaueris conuerti ad Deum, & ne differas de die
in diem: ne subitò veniat ira eius, & in tempore vindictæ disperdet te. Ostendit vti-
que sermo Dei diuinus, quia cùm vindictæ tempus aduenerit, non iam conuersio
malum punitione subtrahet, sed ira vindex debita condemnatione disperdet. Illud e-
nim tempus non erit remissionis, sed retributionis, nec indulgentiæ, sed vindictæ.
August. Hanc interpretationem sequitur Augustinus, per aduersarium, Dei mandata & præ-
6. cepta intelligens. Quid enim, inquit lib. 1. de ser. Domini in monte, cap. 22. sic aduer- K
Præcepta Dei nobis aduersantur. satur peccare volentibus, quàm præceptum Dei: id est, lex eius, & scriptura diuina,
quæ data est nobis ad hanc vitam, vt sit nobiscum in via, cui non oportet cõtradicere,
ne nos tradat iudici, sed ei oportet consentire citò? Non enim quisquam nouit quãdo
de hac vita exeat. Quis autem consentit scripturæ diuinæ, nisi qui legit & audit, & piè
deferens ei culmen authoritatis, vt quod intelligit, non propter hoc oderit, quòd
peccatis suis aduersari sentit, sed magis diligat correptionem suam, & gaudeat quòd
moribus suis, donec sanentur, non parcatur? Quod verò aut obscurum, aut absurdum
illi sonat, non inde concitet contradictionũ certamina, sed oret vt intelligat: beneuolẽ
tiam tamen & reuerentiã tantæ authoritati exhibendã esse meminerit. Si quis hoc fa-
ciat, nisi quisquis ad testamentum patris aperiendum & cognoscendum, non litium
Idẽ Aug. minitatione acerbus, sed pietate mitis accesserit. Idem lib. 2. Quæstion. noui & vet. Testam. qu. 23. Dominus ergo, inquit, peccatorem alloquitur, vt consentiat man-
datis

A datis, quæ illum inobedientem condemnant, vt subiiciat se voluntati eorum, & fiat ex inimico amicus: quia & contemptor legis, inimicus est eius: voluntati enim eius resistit. Ideóque hortatur peccatorem, vt benè agendo reconciliet sibi legem, ne in die iudicij accuset eum apud iudicem, & condẽnatus pœnas det spretæ legis. Omni enim, inquit, qui malè vult agere, disciplina dominica inimica videtur: cui nisi consenserit, mittetur in gehennam, diabolo, qui verè inimicus humani generis est, præparatam. Athanasius lib. Quæstionum ad Antiochum principem, quæst. 6. Dicitur etiã, inquit, conscientia aduersarius. Nam occultè nos in corde nostro redarguit, coërcet à malo: & si simus inobedientes, tandem nos ad Dei tribunal sistit, vbi & pœnas dabimus tum enormium peccatorum, tum etiam leuium & minimorum. Origenes hom. 35. in Luc. & post Origenem Ambrosius lib. 7. in Luc. cap. 59. per aduersarium, diabolum intelligunt: sed longè alio sensu, quàm eo quem assignauimus. Nec enim cum illo conue-

B nire nos oportere scribũt, vt sequamur affectum illius: sed vt pactionibus stemus, quas in baptismo iniimus, cùm illi & angelis eius abrenunciaremus. Et ille quidem aduersarius noster nobiscum est in via, quoniam & nos non solùm Angelus bonus, sed & malus comitatur, quamdiu in hac vita sumus, vt scribit Origenes. Maxima autem ratio, quæ eos impulit vt per aduersarium, diabolum interpretarentur, desumpta est ex Lucæ contextu, cap. 12. vbi hæc leguntur: *Cùm vadis cum aduersario tuo ad principem in via, da operam liberari ab illo: ne fortè trahat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem.* Siquidem videntur hæc quodammodò opponi sententiæ quam profert Matthæus, cùm in vna moneamur consentire cum aduersario, aut ei beneuolos esse: in altera doceamur ita facere, vt ab eo liberemur. quod duobus modis potest in-

C telligi. Primò quidem, ne eius voluntatem sequamur, sed in omnibus nobis ab insidiis eius caueamus, & sic ab eo liberemur, ne fortè rapiat tanquam leo animas nostras, & non sit qui eripiat: vnde & ipse argumentum sumat accusandi nos apud iudicem Deum. Secundo modo, vt liberemur ab eo, id est, ab accusationibus eius: & ita consentiamus ei, non iuxta voluntatem ipsius, sed secundum pacta quæ diximus. Hieronymus lib. 1. Commentar. in Matthæum, hanc interpretationem ita explicat. Quidam, inquit, subtiliùs dixerunt, in baptismate singulos pactum inire cum diabolo, & dicere, 1. Ioan. 5. Renuncio tibi diabole, & pompæ tuæ, & vitiis tuis, & mundo tuo qui in maligno positus est. Si ergo seruauerimus pactum, beneuoli & consentientes sumus aduersario nostro, & nequaquam in carcere concludendi. Sin verò quicquam transgressi fuerimus eorum quæ diabolo spoponderamus, trademur iudici ac ministro, &

D mittemur in carcerem, & non exibimus ex eo, donec reddamus nouissimum quadrãtem. Tertullian. lib. de anima, cap. ad Carpocratis opinionem, eandem interpretationem examinat, ita tamen vt & de alia dicat, secundum quam homines pro aduersariis sumũtur: nimirùm vt illis quantumuis a duersariis simus beneuoli, & liberemur ab accusatione illorum, quæ apud Deum fieri posset: quasi non in omnibus via charitatis illorum salutẽ quæsierimus, & contenderimus illos & Deo & nobis reconciliare. Obiicit tamen Chromatius serm. 2. in cap. 5. Matth. Quid si aliquis è fratribus ob causam fidei aduersarius existat? Numquid perfidiæ ipsius consensus accõmodandus est, ne cũ tali religiosa discordia maneat? Habemus aduersarios & Gentiles, qui fidei nostræ aduersantur, qui nos interdum tempore persecutionis ad nefanda sacrificia cogunt. Nũquid & propter huiusmodi aduersarios hoc agendum est, quemadmodum voluntati

E ipsorum consensum sacrilegum commodemus, ne inimici permaneant? quorum sacrilegæ persuasioni non modò consentiendum non est, verumetiam inuicta fide resistendum. Verumtamen facilis est huic responsio, quòd Ethnicis etiam hominibus beneuoli esse possumus sine Dei & nostræ conscientiæ dispendio, & ita ab illis liberari, si omnibus modis salua pietate & religione ostendamus nos eis benè velle, nec alio quàm charitatis impulsu constanter nos religionem Christianam affirmare. Sic enim, vt admonet Tertullianus lib. de anima, & Hieronym. in Matth. obseruabimus ea quæ Christus de diligendis inimicis præcepit, dicens: Diligite inimicos vestros, orate pro persequentibus & calumniantibus, orate pro his qui oderunt vos. Tertullian. ad Carpocratis opinionem, lib. de anima. Huc enim, inquit, temperat totam allegoriam Domini certis interpreta tionibus relucentem, & primò quidem simpliciter intelligendam. Nã Ethnicus homo aduersarius noster est, incedens in eadẽ via vitæ communis

Athanas.

Origenes. Ambros.

7 *Quomodo consentire possimus diabolo ex primo pacto.*

Diabolus accusator. Hierony.

Tertull.

Chromat.

8 *An Christianus infideli aduersario consentire debeat aut possit, & quomodo.*

Hierony.

Tertull.

Cæterum oportebat nos de mundo exire, si cum illis cõuersari non liceret. Huic ergo F
bonum animi præstes iubet. Diligite enim inimicos vestros, inquit, Luc. 6. & orate
pro maledicentibus vos, ne aliquo commercio negotiorum iniuria prouocatus ab-
strahat te ad suum iudicem, & in custodiam delegatus, ad exsolutionem totius debiti
arcteris. Tunc si in diabolum transfertur aduersarij mentio ex obseruatione comitan-
te, cum illo quoque moneris eam inire concordiam, quæ deputetur ex fidei conuen-
tione: pactus es enim renunciare ipsi, & pompæ, & angelis eius. Conuenit inter vos de
isto. Hæc erit amicitia obseruatione spõsionis, ne quid eius postea resumas, ex his quæ
ei cierasti, quæ illi reddidisti, ne te vt fraudatorem, vt pacti trãsgressorem iudici Deo
obiiciat (sicut eum legimus alibi sanctorum criminatorem, & de ipso etiam nomine
diaboli delatorem) & iudex te tradat angelo executionis, & ille te in carcerem man-
det infernum, vnde non dimittaris, nisi modico quoque delicto mora resurrectionis G
Hierony. expenso. Quid his sensibus aptius? quid his interpretationibus verius? Hieronym. in
Matth. Cùm hæc manifesta sit & consequens intelligentia, plerique arbitrantur de
carne dictũ & anima, vel de anima & spiritu: quod penitus non stat. Quomodo enim
aut caro mittenda erit in carcerem, si anima non consenserit, nec quicquam possit ca-
ro facere nisi quod animus imperauerit: aut spiritus sanctus habitans in nobis vel car-
nem vel animam repugnantes iudici tradere, cũ ipse sit iudex? Quòd si penitiùs Chri-
sti verba expendamus, videbimus omnem quæstionem resolui, quæ de aduersario
mouetur, cùm priùs dixerit, *Si frater tuus habet aliquid aduersum te, vade, & reconciliare prius*
9. *fratri tuo.* His enim verbis designauit aduersarium fratrem esse, nimirũ fidelẽ & Chri-
Aduersa- stianum, sed qui nos læserit, & in aliquibus offenderit, aut quem nos ipsi læserimus H
rius frater & offenderimus, cui satisfaciendum sit in hoc seculo, ne Dei iudicium in hoc secu-
noster est, lo incurramus. Chrysostomus hom. 16. Operis perfecti in Matth. Idem etiam hom. 11.
& quomo Oper. imperf. concludit. Siquidem (ait in Opere imperfecto) festinat Dominus, vt ad
do. Chrysost. amicitiam festinemus inimicorum nostrorum, quamdiu viuimus in hac vita. Vita
enim omnium hominum communis est, ista vita carnalis, per quam omnes homines
transeunt boni & mali: sciens quàm periculosum est, si vnus ex inimicis pace non fa-
cta fuerit mortuus. Nam postea, etsi voluerit pacem facere, non possunt cùm fuerint
separati. Si autem quamdiu in via huius vitæ es, non feceris pacem cum aduersario
quem læsisti, sed sic peruerso in aduersarium animo per mortem ieris ante iudicem
Christum, tradet te Christo, conuincens te reum in iudicio eius, & iudex tradet te
ministro, id est, angelo pœnarum crudeli, & ille mittet te in carcerem gehennæ. Et I
qui in hoc seculo, si pacem feciſſes, etiam grauissimi operis poteras accipere indulgẽ-
tiam, sicut scriptum est, Charitas operit multitudinem peccatorum: si semel condẽ-
natus fueris missus in carcerem, iam non solùm de grauibus peccatis, sed etiam pro
verbo otioso, quod locutus es: id est, si Racha alicui dixisti, pro eo sunt exigenda à te
supplicia. Tradet autem te iudici aduersarius tuus, etsi te priùs rogauerit ille. Dicit
enim Salomon Prouerb. 25. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: hoc enim faciens,
congeres carbones ignis super caput ipsius. Congerere autem carbones ignis quid est
aliud, nisi magis reum facere ante Deum? Si ergo qui benefacit inimico, magis illum
reum facit ante Deum: consequenter & qui priùs rogat inimicum suum, reum illum
facit ante Deum. Porrò quemcunque aduersarium intelligamus, semper via ista, de K
Via ista qua agitur, præsens vita intelligitur: qua elapsa, iudicium, & eorum quæ in hoc cor-
quid. pore egerimus, examen consequatur. In eam sententiam nos & ipse verborum Chri-
sti contextus, & Patrum omnium interpretatio deducit. Iudex autem Dominus Chri-
stus est, ad quem trahit nos propria conscientia, proprium peccatum, ipse etiam accu-
sator fratrum nostrorum diabolus, ipsa nostra in fratres insolentia, quia

—sequitur sua pœna nocentem.

Origenes. Origenes hom. 35. in Luc. Quis, inquit, putas iste iudex est? Ego nescio alium iudicem,
Iudex nisi Dominum meum Iesum Christum: de quo alibi dicitur, Matth. 25. Et statuet oues
quis. à dextris, hœdos autem à sinistris. Et iterum: Qui confessus fuerit me, cõfitebor & ego
eum coram patre meo qui in cœlis est: qui autem negauerit me coram hominibus, ne-
Ambros. gabo eum coram patre meo qui in cœlis est. Ambrosius lib. 7. in Luc. cap. 59. Hunc
magistratum, inquit, tibi & iudicem monstrat, qui monstrauit & accusatorem, & osten-
dit quando sit reuelandus. Rom. 2. In die, inquit, qua iudicabit Deus occulta hominũ
secundum

A secundum Euangelium meum per Iesum Christum Dominum nostrum. Hic igitur est iudex Iesus Christus, per quem omnia occulta redarguũtur, & improbi operis pœna mandatur. Vis scire Christum esse iudicem, qui exactori tradit, & in carcerem mittit? Ipsum interroga: immò ipsum lege in Euangelio dicentem, Matth. 22. Tollite, & mittite illum in tenebras exteriores. Exactores suos quoque ipse monstrauit alio loco, *Exactor quis.* vbi dicit Matth. 13. Sic erit in consummatione seculi: exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in camino ignis: ibi erit fletus & stridor dẽtium. Supereſt nunc vt intelligamus, quid sibi velit figura quadrantis. Et videtur vsualis rei expressum nomine, intellectus spiritalis arcanum. Nam sicut qui pecuniam soluunt, debitum reddunt, nec priùs euacuatur fœnoris nomen, quàm totius sortis ad nummum vsque quocunque solutionis genere quantitas vniuersa soluatur: sic com-

B pensatione charitatis actuumque reliquorum vel satisfactione, quæcunque peccati pœna dissoluitur. Non otiosum etiam, quia non æra, sicut alibi duo, non assem, nõ denarium, sed quadrantem hoc posuit loco. Quadrantaria enim permutatio, velut quædam est compensatio, cùm aliud redditur, & aliud significatur solutum. Ita & hîc aut pretio charitatis redimitur iniuria, aut iniuriæ æstimatione pœna laxatur. Quadrantẽ autẽ in balneis dare solere reminiscimur, cuius oblatione vt vnusquisq; lauãdi accipit facultatẽ, ita hic accipit abluẽdi: quia vniuscuiusq; peccatũ supradictę genere cõditionis eluitur, cùm tãdiu exercetur noxius pœnis, vt cõmissi supplicia erroris expendat. Hæc si quis expẽdat, intelliget ita eorum omnium, quæ hîc fecerimus, rationem esse reddendam, vt ne minimum quidem peccatum, quod hîc per pœnitentiam elutum non fuerit, Deus postmodùm inultum esse sinat. Ita & pro qualitate criminum, erit &

C plagarum modus. Augustinus tom. 10. serm. 41. de sanctis. Illi enim, inquit, qui capitalia crimina committunt, si quamdiu viuunt, ea remittere pœnitentiæ medicamentis noluerint, ad illum ignem (de quo dicit Apostol. 1. Cor. 3. Ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem) sicut iam dictum est, venire non poterunt, sed magis illam duram & irreuocabilem sententiam audituri sunt, Matt. 25. Discedite à me maledicti in ignẽ æternũ. Et ideò qui ab ista perpetua pœna, & ab illo purgatorio igne desiderant liberari, crimina capitalia non admittant, aut si iam commiserunt, fructuosam agant pœnitentiam, & illa parua vel quotidiana peccata bonis operibus redimere non desistant. Idem lib. 21. de ciuit. Dei. cap. 13. Et temporarias quidem pœnas, inquit, alij in hac vita tantùm, alij post mortem, alij & nunc & tunc, verumtamen ante iudicium illud seueriſsimum nouiſsimúmque patiuntur. Non autem omnes veniunt in sempi-

D ternas pœnas, quæ post illud iudicium his sunt futuræ, qui post mortem sustinent tẽporales. Nam quibusdam quod in isto non remittitur, remitti dicitur in futuro seculo, id est, ne futuri sæculi æterno supplicio puniantur. Ideò Christus nouiſsimi etiam quadrantis meminit, id est, modici cuiusque delicti: propter quod etsi æternaliter dãnari diuina nos iustitia prohibeat, puniri tamen & mulctari præcipit, donec mulcta & pœna illa quadranti respondeat. Tertullian. lib. de anima, cap. vlt. In summa, inquit, carcerem illum, quod Euangelium demonstrat, inferos intelligimus, & nouiſsimum quadrantem, modicum quoque delictum mora resurrectionis illic luendum interpretamur. Nemo dubitabit animam aliquid pẽsare penes inferos, salua resurrectionis plenitudine, per carnem quoque. Origenes hom. 35. in Luc. Verùm debeo, inquit, aliquod de scripturis adferre testimonium super damno, mulctáque pecuniæ. Alius damnum

E sustinet quingentorum denariorum, & debet eos, alius quinquaginta denariis condẽnatur: quæ summa ambobus à creditore conceditur. Porrò alius, sicut scriptura dicit Matt. 18. Oblatus est ei vnus qui debebat decẽ milia talẽta, decẽ milibus talentorũ cõdẽnatur. Et quid me necesse est plura persequi? Vnusquisq; pro qualitate & quantitate peccati, diuersam mulctę sententiã expendit. Si paruũ est quod peccas, ferieris damno minuti, vt scripsit Lucas: vt verò Matt. quadrantis. Verumtamen etiã necesse est hoc ipsum, quod extitisti debitor, soluere. Non enim inde exies, nisi & minima quæque persolueris. Qui verò fidelis est, nullo damno percutitur, sed quotidie ditatur. Totus enim mundus diuitiarum eius est. Infidelis autem nec obolum habet. Alius damnatur denario, alius mna, alius talento. Et quæsitor huius negotij, qui mensuras vniuersorum nouerit peccatorum. Hoc delictum talento condemnatur, illud peccatũ mulctam istiusmodi meretur. Scriptum est enim: Cùm autem cœpisset facere rationem.

Quid quadrans.

Augusti. Purgatorij probatio.

Idẽ Aug.

Tertullian.

Origenes. Peccata et eorum pœnæ nomine talentorũ, dragmarũ, denariorũ, quadrãtũ.

Supputanda est omnibus nobis gratia. Non est aliud tempus faciendæ rationis, nisi F
tempus iudicij, quando liquidò cognoscetur quid nobis creditum est, & quid lucri,
quídve detrimenti fecerimus, quis nostrum acceperit mnam, quis vnum talentum,
quis duo, quis quinque. Matth. 25. Necesse non est plura indicare, cũ hoc in commu-
ne dixisse sufficiat, reddituros nos esse rationem: & si debitores inuenti fuerimus, trahi
Idẽ Orig. ad iudicem, & à iudice exactori tradi. Et quibusdam interiectis: Quæ lex est, inquit,
carceris istius? Non egredior ex eo, neque me exactor patitur exire, nisi debitum om-
ne persoluero. Non habet exactor potestatem, vt mihi saltem quadrantem, vel mini-
mam portionem valeat concedere: vnus est, qui debitoribus nõ habentibus vnde per-
soluant, potest concedere. Accessit itaque ad eum vnus, qui debebat quingentos de-
narios, & alius quinquaginta: & cùm non haberent vnde redderent, ambobus dona-
uit, Luc. 7. Qui donauit, dominus est: iste verò qui exactor est, non est dominus, sed G
à domino ad exigenda debita præpositus. Non fuisti dignus vt tibi quingenti, siue
quinquaginta denarij donarentur, nec audire meruisti, Dimissa sunt tibi delicta tua:
sed mitteris in carcerem, & ibi exigeris per laborem & opera, siue per pœnas atque
supplicia: & non inde exies, nisi reddideris quadrantem, vel nouissimum minutum,
quod Græcè tenue dici potest. Peccata autem nostra pinguia sunt. Scribitur enim:
Incrassatum est enim cor populi huius. Aut comparatione peccatum dicitur tenue
atque subtile. Beatus est igitur primùm qui non peccat: secundò, vt in collatione ali-
quis saltem tenue peccatum habeat. Et inter ipsa quoque tenuia atque subtilia est di-
uersitas peccatorum. Nisi esset pecunia subtilis, numquam diceretur, Non exies inde,
donec reddas nouissimum quadrantem: quomodo sine pecunia diceret nouissimum
minutum, hoc est denarius, siue nummus, siue obolus, vel statera. Quòd si magnam H
pecuniam debuerimus, sicut ille qui scribitur Matt. 18. decem milia talenta debuisse,
quanto tempore claudamur in carcere, donec reddamus debitum, non possum mani-
festè pronunciare. Si enim qui parum debet, non egreditur, nisi exoluat minutum
Etiam pro leuioribus peccatis pœnas toleraturi sumus. Ambros. quadrantem: vtique qui tanto debito fuerit obnoxius, infinita ei ad reddendum debi-
tum secula numerabuntur. Ex his consequitur, quòd non modò pro grauioribus pec-
catis æternis, sed & pro leuioribus, id est pro minuto, & quadrante, temporalibus pœ-
nis fideles afficiantur. Pœnas autem temporales illas, quæ vsque ad nouissimum qua-
drantem, id est leuissimum peccatum infliguntur, comparat Ambrosius, vt diximus,
purgationi illi, quam quisque in balneis certo nummi pretio requirit: vbi & tamdiu
manet, donec lotus & mundus prodeat. Illum ergo, qui pro leuioribus peccatis affligi-
tur, pœna purgat, donec ille purgatus exeat. Et hoc est, quod Christus dicit, Donec I
persoluat ad nouissimum quadrãtem. Illum verò, qui pro grauioribus criminibus tor-
quetur, quandoquidem illorum reatum per pœnitentiam, dum hîc viueret, non abs-
terst, pœna grauior, & ipsa æterna torquebit. Albertus Magnus in Luc. cap. 12. Si
Alb. Mag. in inferno carcer est, inquit, tunc *donec* est inclusiuum, & est idem quod, nunquam
Donec, *quid significat.* exibis inde. Si autem in purgatorio, tunc est exclusiuum, ita quod cùm reddideris,
tunc exibis. Iob. 20. Luet quæ fecit omnia. Minutum autem nouissimum est venia-
le, vel originale peccatum. Quòd si cum peccatis mortalibus decesserit, in inferno
erit, & ratione adiuncti punietur in æternum, quia in inferno nulla est redemptio.

K

Verus sensus præcepti, Non mœchaberis, quo non modò factum ipsum, sed & cogita-
tio, & aspectus prohibetur. De tollendis occasionibus peccati, libello
repudij: quòdque non liceat post repudiatam vxorem,
alteri nubere.

Matth.

Matth. 5.	Marc. 9.	Luc. 16.	Ioan.
A Audiſtis quia dictum eſt antiquis, Non mœchaberis. Ego autem dico vobis, quia omnis qui viderit mulierem ad cõcupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Quòd ſi oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum, & proiice abs te: expedit enim tibi, vt pereat vnum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum mittatur in gehennam. Et ſi dextra manus tua ſcandalizat te, abſcinde eam, & proiice abs te: expedit enim tibi, vt pereat vnum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum eat in gehennam. Dictum eſt autem, Quicũque dimiſerit vxorem ſuam, det ei libellũ repudij. B Ego autem dico vobis, quia omnis qui dimiſerit vxorem ſuam, excepta fornicationis cauſa, facit eam mœchari: & qui dimiſſam duxerit, adulterat.	Et ſi pes tuus te ſcãdalizat, amputa illum: bonum eſt tibi claudum intrare in vitam æternam, quã duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inextinguibilis, vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Quòd ſi oculus tuus ſcãdalizat te, eiice eũ: bonum eſt tibi luſcum intrare in regnũ Dei, quã duos oculos habentẽ mitti in gehennam ignis, vbi vermis eorũ non moritur, & ignis non extinguitur.	Omnis qui dimittit vxorem ſuam, & alteram ducit, mœchatur: & qui dimiſſã à viro ducit, mœchatur.	

Introductio.

QVI ſaluã eſſe Rempublicã volũt, cauẽt ne qua rebus publicis, & quę communem omnium vtilitatẽ ſpectant, fiat iniuria: ne qua communi viæ, ne alueo fluminis, ne fonti communi: quoniã & omnes viæ, aluei, fontiſque commoditate vtuntur. Chriſtus verò non ea modò quæ alicuius priuata ſunt, ſed & quæ vnumquemque ſpectãt, reformat. Quid autem ad augẽdam & ſtabiliendã Rempubl. magis ſpectat, quàm ſi proles ciuibus generoſa naſcatur? Hoc autẽ quomodo C fieri poterit, niſi matrimonio ſuus honor, & coniugatis poſitæ à Deo leges ſeruentur? Has igitur aſſignat Chriſtus, Ne quis nõ modò mulierem corrumpat, ſed ne quidem in corde ſuo concupiſcat: & proinde omnem à ſe concupiſcentiæ occaſionem reſcindat: poſtremò, ne quis libellum repudij ita dari poſſe putet, vt altera vxor ducatur. Hæc enim non vxor, ſed pellex erit. *Audiſtis*, inquit, & per traditionem & viuam vocem accepiſtis, *quia dictum eſt* à Deo ipſo, ſeu loquente cum Moyſe, ſeu per tabulas ſuo digito ſcriptas præcipiente, *antiquis* illis patribus veſtris, qui ex Ægypto egreſſi ſunt, *Nõ mœchaberis*. Leuit. 20. Si mœchatus quis fuerit cum vxore alterius, & adulteriũ perpetrauerit cũ coniuge proximi ſui, morte moriãtur & mœchus, & adultera. Idẽ legitur Deut. 22. Et cap. 23. Nõ erit meretrix de filiab⁹ Iſraël, nec ſcortator de filiis Iſraël. Alb. Mag. in Matt. Nã cùm matrimoniũ ſit cõiunctio maris & fœminæ legitima, indiuiduã vitæ conſuetudinem retinens: actus prohibitus, qui contra legem matrimonij eſt, dupliciter matrimonio contrariatur. Legitimæ enim coniunctioni repugnat mœchia, & indiuiduæ vitæ conſuetudini repugnat repudium: Ideò vtrumque prohibet. *Ego autẽ*, cui vt vero legis interpreti, immò velut omnium maximo legiſlatori, credendum eſt, de quo & Moyſes prædixit: Prophetam ſuſcitabit vobis Deus è fratribus veſtris, ipſum tanquam me audietis. *Ego*, inquam, *dico* & præcipio *vobis*: quia (Eſ. 52.) Ego ipſe qui loquebar, ecce adſũm. Heb. 2. Si enim qui dictus eſt ſermo, firmus factus eſt, & ſi omnis præuaricatio & inobedientia iuſtam accepit retributionis mercedem, quomodo nos effugiemus, ſi tantam neglexerimus ſalutem? *Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt in corde ſuo.* Chryſoſtomus hom. 17. Oper. perf. in Matth. Hoc eſt, E inquit, dicere: qui dat operam in venuſta corpora curioſiùs intueri, & decoras aucupari facies, taliſque animam ſpectaculo, & obſcœnos pulchris etiam vultibus oculos affigere. Non enim idcircò Dominus aduenire contentus eſt, vt ſolummodò corpus à malis actibus, ſed vt priùs animam quoque ab huiuſmodi cogitationibus auerteret. Quia enim Sancti ſpiritus gratiam mente ſuſcepimus, meritò ipſam purificat primã. Et quemadmodum, inquis, poſſumus à concupiſcentia liberari? Maximè quidem, ſi velimus, etiam ipſam mortificare poſſibile eſt, atque à tali prorſus æſtu otioſum pectus manere. Hîc enim non omninò generaliter concupiſcentiam interimit, ſed illam quæ ex formæ decore concipitur. Qui enim ſtudet elegantes facies inſpicere, ipſe præcipuè fornacem ſibi iſtius paſſionis accendit, & captiuam faciens animam, ad opus quoque celeriter abducit. Propterea non dixit, Qui concupiuit ad adulterandum, ſed, Qui viderit ad concupiſcendum. Et cùm quidem de ira loqueretur, certè quadã

Philo Iudæus. 1. 2. 3.

Alb. Mag. *Adulterium duobus modis cõtrariatur matrimonio.*

Chryſoſt.

Mens quia capax Spiritus priùs eſt purganda.

Hîc non dicitur ſine cauſa.

peccatum ipsum definitione signauit, dicendo, sine causa. Hic verò non ita, sed ex in- F
Augusti. tegro ciusmodi concupiscentiam penitùs amputauit. Augustin. lib. 1. de serm. Domini in monte, cap. 23. Iustitia ergo minor est, non corporum coniunctione: iustitia verò maior est regni Dei, non mœchari in corde. Multò facilius custodit ne mœchetur in corpore, quisquis non mœchatur in corde. Illud ergo confirmauit qui hoc præcepit:
Non modò adulteriũ, sed & cõcupiscentia & ad eam aspectus prohibetur. non enim venit legem soluere, sed adimplere, Matt. 5. Sanè considerandum est, quòd non dixit, Omnis qui concupiuerit mulierem: sed, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam: id est, hoc fine & hoc animo attenderit, vt eam cõcupiscat: quod quidẽ non est titillari delectatione carnis, sed plenè cõsentire libidini, ita vt non refrænetur illicitus appetitus, sed si facultas data fuerit, satietur. Nam tria sunt quibus impletur peccatum, suggestione, delectatione, & consensione. Suggestio vel per memoriam fit, G
Tribus impletur peccatum. suggestio, delectatio, consensus. siue per corporis sensus, cũ aliquid videmus aut audimus, vel olfacimus, vel gustamus, vel tangimus: quo si frui delectauerit, delectatio illicita refrænanda est: velut cùm iejunamus, & visis cibis palati appetitus assurgit, non fit nisi delectatione: sed huic tamẽ non consentimus, si eam dominantis rationis iure cohibemus. Si autem consensio facta fuerit, plenum peccatum erit: notum autem Deo in corde nostro, etiamsi facto nõ innotescat hominibus. Ita ergo sunt isti gradus, quasi à serpente suggestio fiat, id est à lubrico & volubili, hoc est temporali corporum motu: quia etsi qua talia phãtasmata intus versantur in anima, de corpore forinsecus tracta sunt: & si quis occultus præter istos quinque sensus motusque corporis animum tangit, est etiam ipse temporalis & lubricus, & ideò quantò illabitur occultiùs vt cogitationem contingat, tantò
Typus tẽtationis. Serpens. Eua. Ratio. conuenientiùs serpenti comparatur. Tria ergo hæc, vt dicere cœperam, similia sunt illi gestæ rei, quæ in Genesi scripta est, vt quasi à serpente fiat suggestio & quædam sua- H
sio, in appetitu autem carnali tanquam in Eua delectatio, in ratione verò tanquam in viro consensio: quibus peractis, tanquam de paradiso, hoc est de beatissima luce iustitiæ, in mortem homo expellitur, iustissimè omninò. Non enim cogit qui suadet. Et omnes naturæ in ordine suo gradibus suis pulchræ sunt: sed de superioribus, in quibus rationalis animus ordinatus est, ad inferiora non est declinandũ. Nec quisquam hoc facere cogitur: & ideò si fecerit, sine iusta defensione punitur: non enim hoc cõ-
Nemo aliquid facit inuitus. mittit inuitus. Verumtamen delectatio ante consensionem vel nulla est, vel tam tenuis est, vt propè nulla sit: cui consentire magnum peccatum est, cùm illicita est. Cùm autem quisquè consenserit, committit peccatum in corde suo. Si autem etiam in factum processerit, videtur satiari & extingui cupiditas. Sed postea cùm suggestio repe-
Delectatio transiens & manẽs. titur, maior accenditur delectatio: quæ tamen multo adhuc maior est, quàm illa quæ I
assiduis factis in consuetudinem vertitur. Hanc enim vincere difficilimum est: & tamen etiam ipsam consuetudinem, si se quisque non deserat, & Christianam militiam non reformidet, illo duce atque adiutore superabit: ac sic in pristinam potestatem atque ordinem, vt vir Christo & mulier viro subiicitur. Sicut ergo tribus gradibus ad
Peccatum triplex. peccatum peruenitur, suggestione, delectatione, & consensione: ita ipsius peccati tres sunt differentiæ, in corde, in facto, in consuetudine, tanquã in tres mortes: Vna quasi in domo, id est, cùm in corde consentitur libidini: Altera iam prolata quasi extra portam, cùm in factum procedit assensio: Tertia, cùm in consuetudinis malæ tanquam
Tres mortui. mole terrena premitur animus, quasi in sepulchro iam putens. Quæ tria genera mortuorum Dominum resuscitasse, quisquis Euangelium legit, agnoscit. Et fortasse con- K
siderat quas differentias habeat etiam ipsa vox resuscitantis, cùm alibi dicit, Matth. 9. Puella, tibi dico, surge. Et alibi, Luc. 7. Iuuenis, dico, surge. Alibi, Ioan. 11. Infremuit in spiritu, & fleuit: & rursus fremuit: & post, Deinde voce magna exclamauit, Lazare, veni foras. Quapropter nomine mœchantium, qui hoc capitulo commemorantur,
Cur potius visus meminit, quã tact⁹, &c. omnem carnalem & libidinem & concupiscentiam oportet intelligi. Quòd si quis requirat, cur potius visus quàm aut tactus, aut olfactus, aut alterius sensuum meminerit:
Albertus. respondet Albert. Magnus in Matth. Visus enim, inquit, nunciat formam quæ mouet
3. ad concupiscentiam. Auditus enim non nunciat formam, sed nomen. Et hoc de se nõ mouet, sed in quantum est, significans formam quæ mouet. Et ideò non dicit, Qui audierit. Nec dicit, Qui olfecerit: quia olfactus circa mulieres nihil nunciat appetibile. Et similiter gustus. Tactus autem habet delectationem in cooperatione corporali, vel in ipso opere coitus. Sed solus visus nũciat formã pulchritudinis mulieris, quæ mouet libidi-

A libidinem. Huiusmodi autem & alia causa est, quia visus plures differentias repræsentat delectabilium, quàm aliquis aliorum sensuum. Per visum enim videmus colorem, figuram, compositionem membrorum, ornatum vestium, modum incessus, gestus, & multa huiusmodi, quæ omnia mouent concupiscentiam: & hoc non fit per alium aliquem sensum. Adhuc autem quia visus etiam vocatur interior imaginatio, & cogitatio fœminarum: quæ non sunt similia auditui, vel alij sensui. His igitur de causis dicit, *Qui viderit.* Sed incidit quæstio, quare potius loquitur de viro dicens, *Qui viderit*, quàm de muliere dicendo, quæ viderit. Et dicit Chrysostom. quòd in hoc ad paria iudicantur vir & mulier, sed propter dignitatem complexionis omnis legislator præcepta dat viris, vt per viros ad mulieres transeant, 1. Cor. 14. Si quid volunt discere, domi viros suos interrogent. Posset tamen dici, quòd tentatio maior est in viro quàm in muliere, B licet in muliere resistentia sit minor. Et vbi maior est tentatio, ibi ponit Dominus instructionem. Sic etiam per visum prima peccati incœpit tentatio, Genes. 3. Vidit igitur mulier lignum quod esset pulchrum oculis, aspectúque delectabile, &c. Sic Dauid vidit quod malè concupiuit, 2. Reg. 11. Quia, sicut dicit Gregorius, non licet intueri quod non licet concupiscere. *Mulierem.* Ecce tertium, quod non est forma, quæ per se mouet ad concupiscentiam. Et hoc patet: quia statim imaginata forma mulieris, diffunditur calor concupiscentię, & laxantur membra ad coitum, siue homo dormiat, siue vigilet. Et dicit Mulieris, & non fœminę, vel virginis: & hîc sumit eam secundum quod emollit forma eius in concupiscentia. Thren 3. Oculus meus deprædatus est animam meam in cunctis filiabus vrbis meæ. Iob. 31. Pepigi fœdus cum oculis meis, vt non cogitarem quidem de virgine. 2. Pet. 2. Oculos habentes plenos adulterij, & incessabilis delicti, pellicientes animas instabiles. *Iam mœchatus est in corde suo.* Hieronym. C in Matthæum. Inter πάθος καὶ προπάθειαν, inquit, id est inter passionem & propassionem hoc interest, quòd passio reputatur in vitium: propassio, licet vitij culpam habeat, tamen non tenetur in crimine. Ergo qui viderit mulierem, & anima eius fuerit titillata, hic propassione percussus est. Si verò consenserit, & de cogitatione affectum fecerit, sicut scriptum est in Dauid, Ps. 72. Transierunt in affectum cordis: de propassione trāsiuit ad passionem, & huic voluntas peccandi non deest, sed occasio. *Quicunque igitur viderit mulierem ad cōcupiscendum*: id est, si aspexerit vt concupiscat, vt facere disponat: iste dicitur rectè mœchari in corde suo. Gregorius Papa lib. 3. Moral. in Iob. cap. 22. Ita docet nos ad instar Iob testa saniem radere, cùm culpam à voluntate & actione mundauerimus. Quid enim, inquit, per testam, nisi vigor districtionis: quid per saniē, nisi fluD xus illicitæ cogitationis accipitur? Percussi ergo testa saniem radimus, cùm per pollutionem cogitationis illicitæ nosmetipsos asperè diiudicando mūdamus. Potest etiam testa, mortalitatis fragilitas intelligi. Testa ergo saniē mundare, est mortalitatis cursum fragilitatemq; pensare, & putredinem miseræ delectationis abstergere. Nā dum quisq; considerat quàm citò caro ad puluerē redeat, festinè superat hoc, quod se de carne intus turpiter impugnat. Cùm ergo ex tentatione praua menti cogitatio influit, quasi ex vulnere sanies decurrit. Sed citiùs sanies tergitur, si in consideratione nostra fragilitas quasi in manu testa teneatur. Neq; enim parui pendenda sunt, quæ quamuis vsque ad effectum non protrahunt, tamen illicitè in mēte versantur. Hinc est, quòd quasi à vulneribus redemptor saniem radere venerat, cùm dicebat Matt. 5. Audistis quia dictum est antiquis, Non mœchaberis. Ego autem dico vobis, quòd si quis viderit mulierem E ad concupiscendum eam, iam mœchatus est in corde suo. Sanies itaque tergitur, cùm culpa nō solùm ab opere, sed etiam à cogitatione resecatur. Hinc est quòd Hierobaal, cùm à paleis frumenta excuteret, Angelum vidit, Iudic. 6. ad cuius imperium protinus hœdum coxit: quin super petram posuit, & ius carnium desuper effudit: quæ Angelus virga tetigit, eaque ignis exiens de petra consumpsit. Quid enim frumentum virga cædere, nisi rectitudine iudicij à paleis vitiorum, grana virtutum separare? Sed hæc agentibus Angelus apparuit: quia tantò magis Dominus interiora deuinciat, quantò se studiosiùs homines ab interioribus purgant. Qui occidi hœdum præcepit: id est, omnem appetitum carnis nostræ immolari, carnesque supra petram poni, & ius carnium desuper fundi. Quem alium signat petra, nisi eum de quo per Paulum dicitur, 1. Corinth. 10. Petra autem erat Christus? Carnes ergo supra petram ponimus, cùm corpus nostrum in Christi imitatione cruciamus. Ius etiam carnium de-

2. *Cur virum potius exprimit in peccando. Chrysost.* 1. 2. *Gregor.* *Hieronym. Passio & propassio.* *Testa. Sanies.* *Gedeō paleas excutit.* 1. 2. 3. *Carnes supra petrā.* 4.

ſuper fundit, qui in conuerſatione Chriſti ipſas etiam à ſe carnales delectationes ex- F
inanit. Quaſi enim ius ex carne liquidum in petram funditur, quando mens à co-
5. gitatione carnalium fluxu vacuatur. Quæ tamen mox Angelus virga tangit: quia
6. intentionem noſtram nequaquam poteſtas diuini adiutoris deſerit. De petra au-
tem ignis exit, & ius carnéſque conſumit: quia afflatus à redemptore ſpiritus, tan-
ta cor noſtrum flamma compunctionis concremat, vt omne quod in illo illicitum
eſt & corporis, & cogitationis, exurat. Quod ergo illic eſt in petram ius fundere, hoc
eſt hîc ſaniem teſta mundare. Perfecta enim mens ſolerter inuigilat, vt non ſo-
lùm peruerſa agere renuat, ſed omne etiam quod in ſe per cogitationes turpiter
Greg Nyſſ. loquatur, tergat. Gregorius Nyſſenus lib. 7. Philoſophiæ, capite 2. ex hac Do-
mini ſententia confirmat liberum arbitrium. Multa enim hæretici blaterant, in-
Liberum arbitrium. quit, ignorantes quo pacto dicatur liberum arbitrium. Non enim quòd diuites G
ſimus, vel pauperes, vel ſani ſemper, aut naturaliter robuſti, vel alioqui domini,
vel ſummatim bonorum, quæ inſtrumentalia ſiue fortuita cognominantur, vel eo-
rum quæ ſecundum prouidentem finem accipiunt, poteſtatem habemus: ſed actio-
num ſecundum virtutem & vitium, & electionum & motuum, & quorum ſimi-
liter oppoſita agere poſſumus. In omni autem actione electio antecedit: & non
ſolùm actio, ſed & electio condemnabitur: atque hoc oſtendit quod in Euange-
lio Matth. 5. Qui inſpexerit mulierem ad concupiſcendum eam, mœchatus eſt cum
Theodor. ea in corde ſuo. Et Iob pro delictis corda filiorum ſuorum Deo immolauit. Theo-
doretus lib. affect. Græc. 9. cui titulus eſt De legibus, hinc oſtendit Chriſtianam le-
gem omni etiam Platonica Philoſophia ſuperiorem eſſe. Plato enim, inquit, exi-
mius Philoſophorum ſceleſtiſſimum pædicatum commendat, beatiſſimáque huic H
flagitio repoſita eſſe præmia oſtendit. At verò generis humani ſeruator non admiſ-
ſum modò flagitium, ſed procaces laſciuóſque intuitus puniendos decernit. *Qui e-
nim, inquit, viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt in corde ſuo.* Ea pro-
Cl. Alex. pter Clemens Alexand. lib. 3. Pædagogi, cap. 11. Videtur, inquit, ſuper omnia eſſe
auerſandus mulierum aſpectus. Non ſolùm enim ſi tangantur, ſed etiam ſi ſpecten-
tur, peccari poteſt: quæ maximè vitare oportet eos qui rectè & ſincerè inſtruun-
tur. Oculi enim tui recta videant, ſupercilia autem recta annuant. Etſi enim fieri
poteſt, vt qui viderit, ſe fortiter gerat: verùm etiam ne cadat, cauendum eſt: (fieri
enim poteſt, vt qui viderit, labatur: ſed fieri non poteſt vt qui non viderit, concu-
piſcat.) Non ſolùm enim pudicos ac temperantes ſatis eſt eſſe puros, ſed etiam ad-
hibenda eſt opera, vt quod eſt in extrinſecis, ſit ab omni reprehenſione & vitupera- I
tione alienum, omni excluſa ſuſpicionis cauſa, vt in ſummam quandam contraha-
Quid faciẽ dum cõtra ſuggeſtio-nes. tur caſtitas, vt non ſimus ſolùm fideles, ſed etiam videamur fide digni. Quòd ſi quis
obiiciat tot laqueis nos circumueniri, aut ab ipſis ſenſibus noſtris, aut à cogitatio-
nibus cordis, aut ab hominum, quibuſcum verſamur, conſuetudine, vt explica-
ri facilè & euolui minimè poſſimus: docet Chriſtus hyperbolica locutione om-
nes offendiculi occaſiones vitandas eſſe, aſpectum mulierum, & de ipſis cogita-
tiones, & laſciuorum hominum conſuetudinem, dicens: *Quòd ſi oculus tuus dexter*
Dio. Carth. *ſcandalizat te, erue eum, & proiice abs te.* Dionyſius Carthuſianus artic. 10. in cap. 5.
Oculus tri-plex. Matth. Oculus dexter intelligi poteſt tripliciter. Primò iſte oculus corporalis. Si
Corporalis. ergo is te ſcandalizat, id eſt, occaſionem peccandi ingerit, & ad concupiſcen-
tiam inducit: *erue eum*, non eſſentialiter, ſed quantum ad vſum, id eſt, reprime K
eum, ne intueatur illicita, quemadmodum in Eccleſiaſt. 9. legitur: Auerte ocu-
los tuos à muliere compta. & Pſalm. 118. Auerte oculos meos ne videant vanita-
tem. *Et proiice abs te*, quantum ad vſum illicitum, non quantum ad organum.
Iuxta hunc ſenſum dicit Apoſtolus: Mortificate membra veſtra quæ ſunt ſuper
terram. Et ne hoc malè intelligeretur, adiecit, quaſi exponens ſeipſum, fornica-
Oculus cor-dis. tionem, immunditiam, & cætera, id eſt vitia membrorum, occidite. Secundò, per ocu-
lum intelligitur oculus cordis, videlicet intellectus ſeu conſideratio curioſa: quæ
abiicienda ſunt modo præfato, cùm ſcandalum pariunt. Tertiò, per oculum dex-
Proximus. trum intelligitur quicunque proximus, ſeu quælibet res adeò chara vt oculus, cuius
occaſione ſi ad ruinam peccati inducimur, debemus eam vitare. Cauenda eſt ergo
Auguſt. familiaritas, & contractus eius, cuius occaſione ſcandalum patimur. Auguſtinus lib.

A lib. 1. de sermone Domini in monte, cap. 24. Quicquid enim est quod significat oculus, sine dubio tale est, quod vehementer diligitur. Solet enim & ab his qui vehementer volunt exprimere dilectionem suam, ita dici, Diligo eum vt oculos meos, aut etiam plus quàm oculos meos. Quod autem additum est *dexter*, fortasse ad augendam vim dilectionis valet. Quanquam enim ad videndum isti oculi corporis communiter intendantur, amplius tamen formidant homines dextrum amittere: vt iste sit sensus, Quicquid illud est quod ita diligis, vt pro dextro oculo habeas, *si scandalizat te*, id est, tibi si impedimento est ad veram beatitudinem, *erue illud, & proiice abs te. Expedit enim tibi, vt pereat vnum horum*, quæ ita diligis, vt tanquam membra tibi hæreant, *quàm totum corpus tuum eat in gehennam*. Sed quoniam sequitur de manu dextera, & similiter dicitur, *Si dextera manus tua scandalizat te, abscinde eam, & proiice abs te:* *Quid manus.*

B *expedit enim tibi vt pereat vnum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum eat in gehennam:* cogit quærere diligentiùs, quid dixerit oculum: in qua quæstione nihil mihi occurrit congruentius, quàm dilectissimum amicum. Nam hoc est vtique, quod membrum rectè possumus appellare, quod vehementer diligimus: & hunc consiliarium, quia oculus est tanquam demonstrans iter, & in rebus diuinis, quia dexter est: vt sinister sit dilectus quidem consiliarius, sed in rebus terrenis ad necessitatem corporis pertinentibus: de quo scandalizante superfluum erat dicere, quandoquidem nec dextero parcendum sit. In rebus autem diuinis consiliarius scandalizatus est, si in aliquam pernicioſam hæresim nomine religionis atque doctrinæ conatur inducere. Ergo & dextera manus accipitur dilectus, adiutor, & minister in diuinis operibus. *Amicus hæresim seminans scandalizat.* Chrysost.

C Nam quemadmodum in oculo contemplatio, sic in manu operatio rectè intelligitur: vt sinistra manus intelligatur in operibus quæ huic vitæ & corpori sunt necessaria. Chrysostomus homil. 1. de incomprehensibili Dei natura, hanc interpretationem sequitur, simulque eorum occurrit obiectioni, qui peccatum ad corporis naturam referebant. Nam si de corporis natura hoc diceretur, crimen & culpa iure in corporis creatorem transferretur. Præterea non oculum vnum, sed vtrumque eruere oporteret. Nam si alter, id est sinister relinquetur, non minus scandalizare te poterit. Sed vt intelligas non de oculo dici, adiungit dexteram: quo ostendat præstare, si quem amicum habeas etiam charum perinde ac tuum oculum, eum quoque reiicere, & à tua præcidere familiaritate, si modò te scandalizet, hoc est animæ noceat. Quid enim iuuat habere oculum, cùm reliquum corpus lædatur, & pereat? Ergo si, vt proposui, detrimento sint amicitiæ, resiliamus & fugiamus: at si nullam noxam, *Peccatum non referendum ad corporis naturam.*

D nullam iniuriam nobis ad religionem, pietatisque rationem inferant, inuitemus, ducamus amicos ad meliora. Verùm si neque prodesse amico possis, & detrimentum ex eo haurias, consulere tibi debes, vt tutus, secureque maneas. Fugiendæ sunt enim amicitiæ, si offendant. Huc recurrit & ista resolutio Athanasij lib. Quæstion. ad Antiochum principem, quæst. 69. Non de membris corporis hoc dixit Dominus, absit, sed de amicis & de cognatis: membra namque sumus inuicem. Si igitur, inquit, habes amicum, aut cognatum, cuius tanta sit tibi necessitas, quanta sit vel dextri tui oculi, vel manus, iuxta dictum Iob: Oculus eram cæcorum, & pes claudorum: si videris ab ipso damnum inferri animæ tuæ, abscinde eum. Nulla namque luci societas cum tenebris. Idque faciendum, si quid simulent, vel fraudulenter agant. Athanasi.

E Chromatius serm. 2. in cap. 5. Matth. Ita, inquit, si fortè aliqui de filiis, vel proximis, qui nobis velut oculi capitis chari sunt ac dilecti, de fide ac spe nostra contrarium sentiant, & scandalum generent, abiiciantur à nobis, & vt inimici salutis habeantur, ne cum huiusmodi hominibus perfidis ac blasphemis vnusquisque nostrum sociatus, pari pœna damnetur. Eadem est sententia D. Hilarij in Matth. Gregorius Papa lib. 6. Moral. cap. 26. Duæ igitur vitæ, actiua & contemplatiua: cùm conseruantur in mente, quasi duo oculi habentur in facie. Dexter namq; oculus, vita contemplatiua est: sinister, actiua. Sed sunt nonnulli, vt diximus, qui discretè intueri summa & spiritualia nequaquam possunt, & tamen alta contemplationis assumunt: atque idcircò in perfidiæ foueam, intellectus praui errore dilabuntur. Hos itaque contẽplatiua vita vltra vires assumpta, cogit à veritate cadere, quos in statu suæ rectitudinis humiliter sola actiua poterat custodire. Quibus rectè hoc quod præfati sumus, veritas dicit, *Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & proiice abs te. Bonum* Hilarius. Gregorius. *Vita contẽplatiua & actiua duo oculi.*

tibi est cum vno oculo in vitam intrare, quàm duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. F
Quid oculorum & pedum nomine.
ac si apertè diceret: Cùm ad contemplatiuam vitam idonea discretione non sufficis, solam securiùs actiuam tene: cumque in hoc quod pro magno eligis, desicis, eo contentus esto quod pro minimo attendis: vt si per contemplatiuam vitam à veritatis agnitione compelleris cadere, regnum cœlorum per actiuam solam valeas saltem luscus intrare. *Expedit enim tibi vt pereat vnum membrorum tuorum:* id est, vt careas delectationibus visus, quæ per oculum, & tactus, quæ per manum, aut ipsis etiam tuis amicis & proximis, *quàm totum corpus*, id est, tu ipse, *eat in gehennam*,
Alb. Magn.
id est, in æternum damneris. Albertus Magnus in Matthæum. Siquidem, inquit, occasio scandali aut fit in nobis, aut in his quæ nobis coniunguntur, vt oculus & manus. Si autem est in nobis, tunc in nobis coniuncta est duplex vita: Vna, oculi, quæ est theorica siue contemplatiua: Altera, manus, quæ est practica siue actiua. Et tunc G
si oculus per tædium contemplationis scandalizat, eruimus oculum, & transimus ad actiuæ exercitium. Contemplatio autem æternorum per dextrum significatur oculum. Et si dextera manus per torporem bonæ actionis scandalizat, eo quòd in agendis multas inuenit difficultates, abscindatur actio exterior, & transeamus ad quietem contemplationis. Si autem occasio scandali est in his qui nobis coniunguntur, tunc oculus dexter est amicus, doctor, vel consiliarius, vel procurator, qui nobis prospicit sicut dexter oculus: Manus autem est amicus, minister, subseruiens, œconomus, benefactor, qui nobis operatur sicut manus dextra. Et si in his scandalum inuenitur, abscindendi sunt, quantumcunque coniuncti, & proiiciendi: Quia qui aliquem talium amat plus quàm Christum, non est eo dignus, Matth. 10. Et Deut. 33. Qui dixerint patri suo vel matri suæ, Nescio vos, & fratribus suis, Ignoro illos, & nescie- H
rint filios suos, hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt: iudicia tua, ô Iacob, & legem tuam, ô Israël. Mich. vlt. Inimici hominis domestici eius. Tales enim dicuntur & oculi & manus: sicut dicitur Iob 29. Oculus fui cæco, & pes claudo. Hoc est ergo quod dicit. Sed secundum superiorem expositionem, quæ literalis est, quæritur: quare suprà de ira loquens, non docuit tantùm excludere concupiscentiam. Et ad hoc dicendum, quòd concupiscentiæ malum non vincitur nisi fugiendo: & ideò in hoc non est nisi exclusio facienda. Sed malum iræ non perfectè vincitur, nisi beneficia inimico impendendo: & ideò ibi exiguntur plura quàm hæc. Rom. 12. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: & si sitit, potum da illi. Hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius. Vbi verò remouendas monuit Christus omnes fornicationis occasiones, seu illa corporalis, seu etiam spiritualis fuerit, I
nunc vt in sua integritate inter coniugatos matrimonium permaneat, etiam libellum repudij leuibus de causis dare prohibet, vel si qua thori & bonorum separatio facta sit, sacramentum tamen ita constare monet, vt non liceat alteri coniugũ alteri sese thoro
Thomas.
immiscere. *Audistis*, inquit, *quia dictum est.* Tho. Aqu. in Matt. Non dicit à quo, vel quibus: per hoc significans ipsos esse quasi alienos à Deo, quibus hoc dicebatur. Deut. 24. scripsit Moyses, quòd si vxor non placet viro propter fœditatem aliquam. Verùm hoc dixit, non præcipiendo, sed permittendo. Matt. 19. Propter duritiẽ cordis vestri Moyses permisit vobis libellum repudij. Dictum est igitur, *Quicunque dimiserit vxorem suam*, quacunque etiam leui ex causa, non iure & legis præscripto ductus, *det ei libellum repudij*, id est, causam repudiationis scribat, & repræsentet antequàm dimittat. Porrò libellus
Quid libellus repudij.
K
ille Deuter. 24. vocatur Hebraicè ספר כריתת *Sepher Keritthuh*, id est, libellus abscissionis: quoniam eo libello ita separabatur mulier à viro, vt iam non vna caro dici possent, nihilque commune haberent. Ioannes Quinquarboreus Scholiis in Ruth: Formulæ autem libelli repudij exemplum, quo Hebræi vtuntur, inquit, & quo vsus videtur Rabbi quidam nomine Ieïel, Iudæus Parisiensis (in contextu enim sacro nusquam illud inuenitur) scriptum reperi apud Rabbinum Mosen de Kotsi, in libro sexcentorum tredecim præceptorum, ex affirmatiuis præcepto 50. quod Latinum factum
Io. Quinquarbor.
ita habet. Die tertia hebdomadis, 29. Lunæ Octobris, anno quinquies millesimo decimo octauo à mundi creatione, secundum numerum, quo numeramus nos hîc, Pa-
Forma libelli repudij.
risiis vrbe, quæ sita est ad flumina *Seine*, & *Biéure*: Ego N. cognominatus N. filius sacerdotis, qui hodie dego Parisiis vrbe, quæ sita est ad flumina *Seine* & *Biéure*, volui ex animi mei consensu, sine coactu, & dimisi, & deserui, & repudiaui te, tua
causa:

A cauſa: te vxorem meam N. cognominatam N. filiam Rabbi N. ſacerdotis, quæ fuiſti vxor mea antehac. Ob id enim deſerui & dimiſi,& repudiaui te, tua cauſa, vt ſis ſoluta, liberumque tibi ſit abeundi, vt nubas viro cuicunque voles, nec vir quiſquam impediat negotium tuum ex hoc die & in æternum. Ecce autem permiſſa es vnicuique viro,& hic eſt qui erit tibi à me libellus repudij,& ſcheda dimiſſionis,& inſtrumentum deſertionis,iuxta conſtitutionem Moſis & Iſraëlis. Oportet autem duorum teſtiũ nomina ſcribi in medio libelli,&tres mulieris generationes exprimi hoc modo, N. filia N. filij N. filij N. Deinde antequàm in manum mulieris detur libellus ab ipſo marito eam repudiante,magna diligentia & ſuperſtitione obſeruant, vt ſi omiſſa fuerit aliqua litera, aut repetita, aut cum alia confuſa cernatur, inualidum habeatur inſtrumentum,& de nouo præcipiant exarandum:quod tandem ſubſcribunt ipſi teſtes,
B tantùm ad ſpatium lineæ vnius ſcripturæ ipſius inſtrumenti. Cæterùm formula libelli repudij,qua veteres Romani vſi ſunt,in hunc modum ſe habuit:Res tuas tibi agito, res tuas tibi habeto. Caius l.diuortium.ff.de diuort. Alexand.ab Alex.lib.4.Gen.dier. cap.8.quatuor dati libelli huius à Romanis cauſas aſſignat: Nimirùm ſi vxor in adulterio,aut veneficio,ſeu clauium adulteratione deprehenſa foret,aut ſi vinum biberet. Hieronymus lib. 1. Comment. in Matth.c.5. In poſteriore parte locum iſtum pleniùs Saluator exponit, quòd Moſes libellum repudij dari iuſſerit propter duritiam cordis maritorum:non diſſidium concedens,ſed auferens homicidium. Multo enim melius eſt, licet lugubrem euenire diſcordiam, quàm per odium ſanguinem fundi. Auguſt. lib.1.de ſerm. Dom.in monte, cap.25. Non enim qui præcepit dari libellum repudij, hoc præcepit vt vxor dimittatur, ſed vt iracundiam temerariam proiicientis vxorem
C temperaret. *Ego autem dico vobis, quicunque dimiſerit vxorem ſuam excepta fornicationis cauſa, facit eam mœchari: & qui ſolutam à viro duxerit, mœchatur.* Hîc quærenda iſta occurrunt. 1. An propter fornicationem liceat viro vxorem dimittere.2. Et vtrum diuortio facto relinquatur viro,vt iure poſſit aliud inire matrimonium. Quòd viro liceat ob fornicationem vxorem dimittere,manifeſtum eſt ex Chriſti verbis. Vnde & Auguſtinus cap. 25.lib.1.de ſerm.Domini in monte.Dominus ergo,inquit, ad illud confirmandum,vt non facilè vxor dimittatur,ſolam fornicationis cauſam excepit: cæteras verò vniuerſas moleſtias, ſi quæ fortè extiterint, iubet pro fide coniugali fortiter ſuſtineri: & mœchum etiam dicit virum,qui eam duxerit, quæ ſoluta eſt à viro. Theodoretus affect.Græcar.lib.9.de legib. Vnam,inquit,humanæ naturæ opifex,diſſoluendæ copulæ occaſionem propoſuit, qua penitus nuptialis diſtraheretur coniunctio. Inquit enim:
D Omnis qui dimittit vxorem ſuam, excepta fornicationis cauſa, facit eam mœchari. Quibus ſanè verbis,cætera vxoris vitia æquo animo ferri iubet,ſeu loquax ſit illa, ſeu temulenta,ſeu conuitioſa. Ratio verò, cur propter fornicationem vxor dimitti poſſit, etiam ex naturali & humano iure deſumpta eſt. 1. Nam per nuptiarum fœdus coniuges inter ſe ita paciſcuntur,vt fidem mutuò ſeruẽt,alter alteri debitum reddat, ſimulque conuiuant,& neuter aliis commiſceatur. Ex quo fit,vt adultera digna ſit, cui debitum non reddatur,& quæ thoro & domo pellatur. 2. Fornicatio ſaltem vxoris filiorum educationi, quæ finis eſt matrimonij, planè aduerſatur: cùm partum incertum reddat,cuius pater ignoretur. 3. Aduerſatur etiam fornicatio cõuictui, qui etiam matrimonij finis eſt,ad quem mutuus amor requiritur. Quî enim fieri poteſt, vt vir,pollutum illud vas intelligens,quod ad procreandam prolem ſelegerat, & fictitium vxo-
E ris in ſe amorem obſeruans,non eam odio proſequatur? Dimittit igitur,& à ſe vxorem ablegat, ad abſtergendam infamiam, ne particeps criminis videatur: vel ad turpitudinem vxoris corrigendam, vel ad prolis incertitudinem cauendam. Nec diuortium illud permittitur adulterij cauſa, eò quòd adulterium ſit crimen grauiſſimum, ſed quia directè bonis matrimonij repugnat. Nam præter id quod fidem frangit, & prolem ſubſtituit, ſignificationem etiam ſacramenti deſtruit. Tollens enim membra Chriſti, membra faciam meretricis, inquit Paulus. Abſit: ſed erunt duo in carne vna: neque iam duo, ſed vna caro. Sunt tamen ſeptem caſus, quorum ſi aliquis occurrat, ius marito negabit dimittendæ vxoris, etiamſi illa adulterium commiſerit. Primus eſt, ſi vir quoque adulterio infamis fuerit. Auguſtinus lib. 1. de ſermone Domini in monte, cap. 28. Nihil enim iniquius, inquit, quàm fornicationis cauſa dimittere vxorem, ſi & ipſe vir con-

An apud Rom. & cur repudium. Alex. ab Alexand. Hieronym. Auguſt.

Quid hîc quærendũ. Auguſt.

An liceat viro vxorẽ dimittere, & cur liceat. Theodor.

Vxor poteſt dimitti ob fornicationẽ, & cur.

Qui caſus eximũt diuortium in fornicationis cauſa. Primus caſus, ſi vir adulter ſit. Auguſtin.

uincitur fornicari. Occurrit enim illud, Roman. 2. In quo alterum iudicas, teipsum condemnas: eadem enim agis quæ iudicas. Quapropter quisquis fornicationis causa vult abiicere vxorem, prior debet esse à fornicatione purgatus. Idem de verb. Domini, tract. 48. refertur 32. quæst. 6. c. Si ducturi estis vxores, seruate vos vxoribus vestris, quales vultis eas inuenire. Et Epist. ad Paxentium Comitem Arianum: Iniquum est, vt quisque de alio iudicare velit, & iudicari de se nolit. Et lib. De adulterinis coniug. refertur can. Indignantur mariti, si audiant adulteros viros pendere similes adulteris fœminis pœnas: cùm tanto grauiùs eos puniri oportuerit, quanto magis ad eos pertinet & virtute vincere, & exemplo regere fœminas. Secundus casus, propter quem vir etiam adulteram vxorem dimittere non potest, est, si vir ipse per lenocinium vxorem prostituerit: tunc enim in ipsum culpa refundi debet, l. cùm mulier. 1. ff. sol. matrim. & l. 2. §. si publico. ff. ad leg. Iul. de adult. quibus marito lenoni prohibetur vxoris accusatio. Immò verò eiusmodi mariti suarum coniugum lenones ita lege posita damnabantur, vt ab ipsis suis vxoribus publicè fictis & ridiculis verberibus vapularent. Tertius casus est, si magnis coniecturis virum longo iam tempore absentem, vxor defunctum esse audiens, alteri nubat. Si enim vir reuertatur, ad illum redire poterit, nec quidem illam velut adulteram dimittere poterit. Quartus est casus, si mulier fraude alicuius, fingentis se virum illius esse, talem & illum esse rata, adulterium commiserit, repudiari non potest, cùm omne crimen scientiam requirat. Huius rei documentum est Iacob cum Lya permixtus, quam Rachelem esse existimabat. Tractatur & hæc decisio ab Augustino, lib. de fide & operib. Quintus casus est, si mulier opprimatur tanta violentia, vt culpam non contrahat. Nam si per metum consentiret, nec à culpa, nec à diuortio excusaretur, vt elicitur ex Hieron. ad Damasum Presb. 32. quæst. 7. cap. Omnes. & quæst. 5. c. Reuera non potest caro antè corrumpi, nisi mens fuerit antè corrupta. & cap. Ita, ne. ex Augustino lib. 2. de ciuitate Dei. Ita, ne aliquem polluat aliena libido, metuitur. Non polluet, si aliena erit: si autem polluet, non erit aliena, sed cum pudicitia: vt virtus animi si comitem habeat fortitudinem, potius quælibet mala tolerare decernet, quàm malo consentire. Nullus autem magnanimus & pudicus in potestate habet quid de sua carne fiat, sed tantùm quid annuat mente, vel renuat. Quis tandem sana mente, si mente putauerit se perdere pudicitiam, si fortè apprehensa vel oppressa sua carne exerceatur, expleatur libido non sua? Sextus casus est, si vir, postquàm intellexerit vxoris adulterium, ipsam tamen in gratiam & thorum admiserit. Cùm enim consecuta reconciliatio sit, ob prius crimen repudiari non potest, vt ex Chrysostomo colligitur, 32. quæst. 1. can. Si quis. Septimus casus est, si solius spiritualis fornicationis ratione, idem propter disparem cultum & religionem fidelis vir vxorem repudiauerit, illa verò resipiscat, non ampliùs pro repudiata habebitur, sed ad virum reuertetur: vir autem eius, cessante iam diuortij causa, illam in thorum excipiet. Augustinus lib. 1. de sermone Domini in monte, cap. 29. Rursum, inquit, quæritur, vtrum si vxoris permissu, siue sterilis, siue quæ concubitum pati non vult, adhibuerit sibi alteram vir, non alienam, neque à viro seiunctam, possit esse sine crimine fornicationis? Et in historia quidem veteris Testamenti inuenitur exemplum: sed nunc præcepta maiora sunt, in quæ per illum gradum generatio humana peruenit. Tractanda illa sunt ad distinguendas ætates dispensationis diuinæ prouidentiæ, quæ humano generi ordinatissimè subuenit, non autem ad viuendi regulas vsurpandas. Sed tamen vtrum quod ait Apostolus, 1. Cor. 7. Mulier non habet potestatem sui corporis, sed vir: similiter vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier: possit in tantum valere, vt permittente vxore, quæ maritalis corporis potestatem habet, possit vir cum altera, quæ nec aliena vxor sit, nec à viro disiuncta, connubere? Sed non ita est existimandum, ne hoc etiam fœmina viro permittente facere posse videatur, quod communis sensus excludit: quanquam nonnullæ causæ possint existere, vbi & vxor mariti consensu pro ipso marito hoc facere debere videatur, sicut Antiochiæ factum esse perhibetur ante quinquaginta fermè annos, Constantij temporibus. Nam Acindynus tunc Præfectus, qui etiã Consul fuit, cùm quõdam libræ auri debitorem fisci exigeret, nescio vnde commotus, quod plerunque in istis potestatibus pernicioſum est, quibus quod libet licet, aut potius putatur licere, comminatus est iurãs, & ve-

Idē Aug.

2. Si vir lenocinium vxoris.

3. Si putetur defunctus.

4. Si fraus facta.

5. Si vis illata.

Hierony.

Augustin.

6 Si à viro admissa.

Chrysost.

7. Si ad fidē reuersa.

Augustin.

Vtrum ex consensu liceat fornicari.

Factum in istis vocatiõ.

A & vehementer affirmans, quòd si certo die, quem constituerat, memoratum aurum non exolueret, occideretur. Itaque cùm ille teneretur immani custodia, nec posset debito illo expedire, dies metuendus imminere & propinquare cœpit. Et fortè habebat vxorem pulcherrimam, sed nullius pecuniæ, qua posset subuenire viro. Cuius pulchritudine mulieris cùm quidam diues esset accensus, & cognouisset maritum eius in illo discrimine constitutum, misit ad eam, pollicens pro vna nocte, si ei misceri vellet, se auri libram daturum. Tum illa, quæ se sciret non habere sui corporis potestatẽ, sed virum suum, pertulit ad eum, dicens paratam se esse pro viro id facere, si tamen ipse coniugalis corporis dominus, cui tota illa castitas deberetur, tanquam de re sua pro vita sua vellet id fieri. Egit ille gratias, & vt id fieret imperauit, nullo modo iudicans adulterium esse concubitum, quòd & libido nulla, & magna mariti charitas, se iubẽ-
B te & volente flagitaret. Venit mulier ad villam illius diuitis: fecit quod voluit impudicus: sed illa corpus non nisi marito dedit, non connubere vt solet, sed viuere cupiẽti: accepit aurum. Sed ille qui dedit, fraude subtrahit quod dederat, & supponit simile ligamentum cum terra. Quod vbi mulier iam domui suæ posita inuenit, prosiliuit in publicum, eadem mariti charitate clamatura quod fecerat, qua facere coacta est. Interpellat Præfectum, fatetur omnia, quam fraudem passa esset ostendit. Tum verò Præfectus primò se reum, quòd suis minis ad id ventum esset, pronunciat: & tanquam in alium sententiam diceret, de Acindyni bonis auri libram fisco inferendam: illam verò mulierem dominam in eam terram, vnde pro auro terram accepisset, induci. Nihil hîc in alteram partem disputo, liceat cuique æstimare quod velit. Non enim de diuinis authoritatibus deprompta historia est: sed tamen narrato hoc facto, non ita re-
C spuit hoc sensus humanus, quod in illa muliere viro iubente commissum est, quemadmodum antea cùm sine vllo exemplo res ipsa poneretur, horruimus. Sed in hoc Euangelij capitulo nihil fortius considerandum est, quàm tantum malum esse fornicationis, vt cùm tanto vinculo sibi coniugia constringantur, hæc vna causa solutionis excepta sit. Nunc autem quærendum est, liceát ne viro, aut mulieri post diuortium alteri nubere. De muliere quidem manifestum est ex Christi verbis, *Et qui dimissam duxerit, mœchatur*. De viro autem idem concludi potest, cùm par vtrique sit & libertas, & obligatio, vt ex Hieronymo Thomas Aquinas in Matt. colligit. Quæritur enim, inquit, hîc, vtrum similis causa sit in viris, si dimittantur ab vxoribus suis causa fornicationis. Hieron. Thomas. Respondet Hieronymus: Quicquid viris dicitur, redundat in fœminas. Neque enim adultera vxor dimittenda, & vir mœchus retinendus. Aliæ sunt leges Cæsaris, aliæ
D Christi. Apud illas in viris fræna pudicitiæ laxantur: apud Christum, quod non licet fœminis, æquè non licet viris: quia eadem seruitus pari conditione censetur. Ideò & Canon Apostolorum 50. sic habet: Si quis laicus ἑαυτῦ γυναῖκα ἐκβάλλων, ἑταίραν λάβοι, ἀφοριζέσθω, alteram duxerit, aut ab alio dimissam, eiiciatur ab Ecclesia: nimirùm vt publicus adulter. Augustin. tom. 6. lib. 1. de adulter. coniugiis, cap. 9. Cur igitur, inquis, interposuit Dominus causam fornicationis, & non potius generaliter ait, Quicunque dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit, mœchatur: si & ille mœchatus est, qui dimissa fornicante muliere alteram duxit? Credo quia illud, quod maius est, hîc Dominus commemorare voluit. Maius enim adulterium esse quis negat, si vxore nõ fornicante dimissa alteram duxerit? non quia & hoc adulterium non est, sed quia minus est, vbi fornicante dimissa, altera ducitur. Nam simili locutione vsus etiam Apo-
E stolus Iacobus ait, 4. cap. Scienti igitur bonum facere, & non facienti, peccatum est illi. Numquid ideò non peccatum est illi, qui nescit bonum facere, & ideò non facit? Vtique peccatum est, sed hoc grauius, si etiam sciat, & non faciat: nec illud ideò nullum, quia minus. Vt ergo eodem modo vtrumque dicamus, sicut quicunque dimiserit vxorem excepta fornicationis causa, & aliam duxerit, mœchatur: ita quicunque scit bonum facere, & non facit, peccat. Sed quemadmodum hîc rectè dici non potest, Ergo si nescit, non peccat: sunt enim etiam peccata ignorantium, quamuis minora quàm scientium: ita nec illic rectè dici potest, Ergo si causa fornicationis dimiserit, & aliam duxerit, non mœchatur. Est enim mœchatio etiam eorum qui alias ducunt, relictis propter fornicationem prioribus: sed vtique minor quàm eorum, qui non propter fornicationem dimittunt, & alteras ducunt. Potest quippè, sicut dictum est, Scienti bonum facere, & non facienti, peccatum est illi, eo modo & illud dici, Dimittenti

Fraude merces cõmutata.

Aliæ sunt leges Cæsaris, aliæ Christi.

Can. Apo.

Augusti. *Nõ potest vir vxore dimissa alteram duc cere.*

vxorem excepta fornicationis causa, & alteram ducenti, mœchatio illi est. Quemad- F
modum igitur si dixerimus, Quicunque mulierem à marito præter causam fornica-
tionis dimissam duxerit, ab hoc crimine absoluimus: sed vtrosque mœchos esse mini-
mè dubitamus: ita eum, qui præter fornicationis causam vxorem dimiserit, & aliam
duxerit, mœchum pronunciamus: nec ideò tamẽ eum, qui propter fornicationis cau-
sam vxorem dimiserit, & alteram duxerit, ab huius peccati labe defendimus. Ambos
enim, licet alterum altero grauius, mœchos tamen esse cognoscimus. Neque enim
quispiam ita est absurdus, vt mœchũ neget esse, qui duxerit eam, quam maritus pro-
pter causam fornicationis abiecit: cùm mœchum dicat eum, qui duxerit eam, quæ
propter fornicationis causam abiecta est. Si ergo isti ambo sunt mœchi: vnde enim
dicimus, quicunque mulierem præter causam fornicationis à viro dimissam duxerit,
mœchatur: de vno quidem ipsorum dicimus, nec tamen mœchari ideò negamus, qui G
eam duxerit, quam propter fornicationis causam maritus dimiserit. Ita cũ ambo sint
mœchi, & ille scilicet qui dimiserit vxorem suam præter causam fornicationis, & alĩ
duxerit: & ille qui propter causam fornicationis vxore dimissa se alteri copulauerit:
profectò quando de vno eorum legimus, non ita intelligere debemus, quasi ex hoc al-
ter mœchus negatus sit, quòd alter expressus sit. Sed si hoc Euangelista Matthæus,
Cõciliatur Euangelistæ. qui expressa vna specie alteram tacuit, facit ad intelligendum difficile, numquid nõ
alij generaliter idipsum ita complexi sunt, vt de vtroque posset intelligi? Nam secun-
dum Marcum 10. cap. Quicunque dimiserit vxorem suam, & alteram duxerit, adul-
terium committit super eam: & si vxor dimiserit virum suum, & alij nupserit, mœcha-
tur: & qui dimissam à viro ducit, mœchatur. Qui ergo nos sumus vt dicamus, Est qui
mœchatur, vxore quidem dimissa alteram ducens: &, Est qui hoc faciens, non mœ- H
chatur: cùm Euangelium dicat omnem mœchari qui hoc facit? Proinde si quicunque
hoc fecerit, vt vxore sua dimissa alteram ducat, mœchatur: sine dubio ibi sunt ambo,
& qui præter, & qui propter causam fornicationis dimittunt vxorem. Huc recurrit
Conc. Mil. Concilium Mileuitanum, cap. 17. Placuit, inquit, vt secundum Euangelicã & Apo-
Vterque sponsatorũ obligatur æqualiter. stolicam disciplinam neque dimissæ à marito, alteri coniungantur, sed ita maneãt, aut
sibimet reconcilientur. Quòd si contempserint, ad pœnitentiam redigantur. In qua
causa legem Imperialem petendam promulgari. Innocentius primus, cuius tempore
Innocentius. 1. hoc Concilium celebratum est circa annum 420. Epist. 3. ad Exuperium Tholosanũ
Episcopum, cap. Et illud, inquit, desideratum est sciri, cur communicantes viri cum
adulteris vxoribus non conueniant, cùm è contra vxores in consortio adulterorũ vi-
rorum manere videantur. Super hoc Christiana religio adulterium in vtroque sexu I
pari ratione condemnat: sed viros suos mulieres non facilè de adulterio accusant, &
non habent latentia peccata vindictam. Viri autem liberiùs vxores adulteras apud sa-
cerdotes deferre consueuerunt: & ideò mulieribus, prodito earũ crimine, communio
denegatur. Virorum autem latente commisso non facilè quisquam ex suspicionibus
abstinetur: qui vtique submouebitur, si eius flagitium detegatur. Cùm ergo par causa
Hierony. sit interdum, probatione cessante vindictæ ratio conquieuit. Ipse etiam Hieronymus
tolerare non potuit repudiatæ mulieris coniugium, vt viuente priore viro, alteri nu-
bat, quin iuxta Domini verbum, ipsum etiam virum mœchiæ condemnet. Si quidem
An aliquo casu possit separatio nuptorum fieri, & aliud coniugium contrahi. in Epistola ad Amandum, de tribus quæstionibus: Reperi, inquit, iunctam Epistolæ
& commentariolo tuo breuem chartulã, in qua hæc edita ferebantur. Quærendum
ab eo, id est à me, Vtrum mulier relicto viro adultero & sodomita, & alio per vim ac- K
cepto, possit absque pœnitentia communicare Ecclesiæ, viuente adhuc eo quem priùs
reliquerat. Quod legens, illius versiculi recordatus sum, Ad excusandas excusationes
in peccatis. Omnes enim homines vitiis nostris fauemus, & quod propria facimus vo-
luntate, ad naturæ referimus necessitatem. Quomodo si dicat adolescens, Vim patior
corporis, me ad libidinem ardor impellit: ipsa organa membrorum genitalium, & cõ-
positio corporis, fœmineos quærit amplexus. Et rursum homicida: In egestate, inquit,
eram, indigebam cibo, tegmen corporis non habebam: Ideò alienum sanguinem fu-
di, ne ipse fame & frigore morerer. Respondeitaque sorori, quæ à nobis super statu
suo quærit, non nostram, sed Apostoli sententiam. An ignoratis, fratres (scientibus
enim legem loquor) quoniam lex dominabitur homini, quanto tempore viuit? Mulier
enim quę sub viro est, viuente viro astricta est legi. Quòd si mortuus fuerit vir eius, li-
bera

A bera est à lege viri. Ergo viuẽte viro adultera erit, si duxerit alterũ virũ. Et in alio loco: Mulier alligata est, quanto tempore viuit vir eius. Si autem dormierit vir eius, libera est: cui vult, nubat, tantũ in Domino. Omnes igitur causationes Apostolus amputãs, apertissimè definiuit, viuente viro adulteram esse mulierem, si alteri nupserit. Nolo mihi proferas raptoris violentiam, matris persuasionem, patris authoritatem, propinquorum cateruam, seruorum insidias atque contemptum, damna rei familiaris. Quãdiu viuit vir, licet adulter sit, licet sodomita, licet flagitiis omnibus coopertus, & ab vxore propter hæc scelera derelictus, maritus eius reputatur, cui alterum virum accipere non licet. Nec Apostolus hæc propria authoritate decernit, sed Christo in se loquente, Christi verba secutus est, qui ait in Euangelio: Qui dimittit vxorem suam excepta fornicationis causa, facit eam mœchari: & qui dimissam acceperit, adulter est.

Nulla est excusatio in peccatis coram Deo.

B Animaduerte quid dicat. Qui dimissam acceperit, adulter est. Siue ipsa dimiserit virum, siue à viro dimissa sit, adulter est, qui eam acceperit. Chrysostomus hom. 17. Oper perf. in Matth. Ille quidem, inquit, qui dimisit vxorem suam, si alteram duxerit, tunc se constituit criminis reum, qui adulteram fecit ex coniuge: hic verò accipiendo alienam, adulter effectus est. Augustin. lib. 1. de adulterinis coniugiis, cap. 11. Verba verò, inquit, quæ posuisti, ô Pollenti, vnde tibi visum est non mœchari eum, qui propter causam fornicationis vxorem dimiserit, & aliam duxerit, obscurè quidem posita sunt. Vnde non miror in eis intelligendis laborare lectorem. Sed non sunt difficilia in eo sermone Domini, qui tunc à me tractabatur, quando illa conscripsi, quæ cùm legeres, te mouerunt. Alibi quippè idem Matthæus ea Dominum dixisse narrauit, non cùm illum prolixum faceret in monte sermonem, sed cùm interrogatus esset à Pharisæis,

Chrysost.

Augustin.

C Matth. 5. Vtrum liceret ex quacunque causa dimittere vxorem. Sed quod minus intelligitur apud Matthæum, apud alios Euangelistas intelligi potest. Quapropter cùm legerimus in Euangelio secundum Matthæum, cap. 19. Quicunque dimiserit vxorem nisi ob fornicationem: vel quod magis in Græco legitur, præter causam fornicationis, & aliam duxerit, mœchatur: non debemus continuò putare illum non mœchari, qui propter causam fornicationis dimiserit, & aliam duxerit: sed adhuc ambigere, donec Euangelium secundum alios Euangelistas, à quibus hoc narratum est, consulamus. Quid si enim secundum Matthæum, non quidem quod ad hanc rem pertinet, dictum est totum, sed ita pars dicta est, vt intelligeretur à parte totum, quod tanquam explanantes Marcus & Lucas, vt clareret plena sententia, totum dicere maluerunt? Cùm ita primùm non dubitantes verum esse quod apud Matth. legitur, Quicunque dimiserit

Marcus & Lucas plenius Christi sẽtentiã explicant quàm Matthæus.

D vxorẽ suam præter causam fornicationis, & aliam duxerit, mœchatur: quærimus, vtrũ tantùm iste mœchatur ducendo alteram vxorem, qui præter causam fornicationis priorem dimiserit: an omnis, qui dimissa vxore alteram duxerit, vt vbi sit etiã ille qui fornicantem dimiserit. Nónne secundum Marcũ respondebitur nobis, Quid quæritis vtrum ille sit mœchus, & ille non sit? Quicunque dimiserit vxorem suam, & alteram duxerit, adulterium committit. Nónne etiam secundum Lucam dicetur nobis, Quid ambigitis vtrum ille, qui propter causam fornicationis vxorem dimiserit, & aliã duxerit, non mœchatur? Luc. 16. Omnis qui dimittit vxorem suam, & ducit alteram, mœchatur. Ac per hoc, quoniam fas non est vt Euangelistas, quamuis diuersis verbis de vna re loquentes, ab vno sensu eademq; sententia dissentire dicamus: restat vt Matthæum intelligamus à parte totum significare voluisse: eandem tamen tenuisse sententiam, vt dimittens vxorem, & alteram ducens, non quidem mœchatur, id est qui præter fornicationem dimiserit: quidam verò non mœchatur, id est qui propter fornicationem dimiserit: sed omnis qui dimittit vxorem suam, & ducit alteram, mœchari minimè dubitetur. Tertull. lib. de Monogamia. Adulteratur ergo, inquit, quia viuam carnem sibi immiscet super viuam pristinam, quam Deus aut coniunxit in duos, aut coniunctam deprehendit. Ideoque abstulit repudiũ, quod ab initio non fuit, vt quod ab initio non fuit, muniat duorum in vnam carnem perseuerantiam, ne necessitas vel occasio tertiæ concarnationis irrumpat, soli causæ permittens repudium, si fortè præueneri t, cui præcauetur. Adeò autem repudium à primordio non fuit, vt apud Romanos post annum 600. vrbis conditæ id genus duritiæ commissum notetur. Sed illi etiã non repudiantes, adulteria commiscent: nobis, etsi repudiemus, ne nubere quidem licebit. Gregor. Nanz. hom. in dictum Euangelij Matth. 19. Cùm consummasset Iesus

E

Tertull.

Repudium olim non licuit Romanis.

Gre. Nanz.

omnes sermones hos: Quid enim, inquit, causæ est, cur mulierem coërceret, marito F
Maritus obligatur eidem præcepto. contrà indulgeret, eúmque liberum relinqueret: & mulier quidem, quæ sceleratum consilium aduersus viri sui cubile susceperit, adulterij piaculo constringatur, acerbissimísque pœnis excrucietur: vir autem, qui fidem vxori datam adulterio violauerit, nulli supplicio obnoxius sit? Hanc legem haudquaquam probo, hanc consuetudinem minimè laudo. Viri erant, qui hanc legem sanxerunt: ac propterea aduersus mulieres
Chromat. lata est. Chromatius verò Romanus Episcopus, qui circa annum Domini 400. vixisse colligitur, serm. 2. in cap. 5. Matth. hanc sententiam ita concludit. Nam & passiuam Iudæorum licentiam, inquit, & stultam & miserabilem Manichęorum præsumptionem, qui negant à Deo esse coniugia, huius sententiæ pronunciatione damnauit, dicens: Excepta causa fornicationis vxorem non licere dimitti: apertè demonstrans, eum cõtra Dei agere voluntatem, qui matrimonium à Deo iunctum illicita diuortij sepa- G
ratione temerare præsumpserit. Vnde non ignorent, quàm graue apud Deum damnationis crimen incurrant, qui per effrænatam libidinis voluptatem absque fornicationis causa, dimissis vxoribus in alia volunt transire coniugia. Quod idcirco se credunt impunè committere, quia humanis & seculi legibus id videtur permissum, nescientes in hoc se grauius magis delinquere, quia humanas leges diuinis legibus præferant, vt quod illicitum Deus esse constituit, ideò licitum credant, quia ab homine sit liberè
Augusst. permissum. Augustin. lib. de bono coniugali, cap. 7. quod refertur causa 32. qu. 9. can. Interueniente diuortio non aboletur confœderatio nuptialis, ita vt si coniuges sint separati, cum illis etiam committitur adulterium, quibus etiam fuerint post suum re-
Idem. pudium copulati. Idem etiam lib. 2. de adulterin. coniugiis: quod & refertur can. Li-
Vinculum manet etiã dimissa vxore. citè dimittitur vxor ob causam fornicationis: sed manet vinculum prioris, propter H
quod sit reus adulterij, quicunque duxerit dimissam ob causam fornicationis. Sicut autem manente in se sacramento regenerationis excommunicatur quisquis reus est criminis: ita quæ separatur à viro, nunquam carebit sacramento coniugij, etiamsi non reconcilietur viro: carebit autẽ, si mortuus fuerit vir eius. Reus verò excõmunicationis ideò numquam carebit regenerationis sacramento, etiamsi non reconciliatus fue-
Chrysost. rit: quia nunquam moritur Deus, cui est copulatus in baptismo. Chrysostom. hom. 17. Oper. perfecti in Matt. Fructum huius dominicæ prohibitionis ostendit tutiorem, & firmiorem cõiugum inter se amorem, & certiorem fidem. Per hoc enim certè, inquit, facit mulierem pudicam nolentem, ad omnes illi aditum claudens, neque permittens vt aliqua viro impatientiæ occasio ministretur. Cũ enim diceret mulier, quòd omnimodo necesse sit aut eum habere, quem ab initio sortita sit, aut illius semel eiectam I
domo, nullum se iam aliud inuenturam esse suffugium, etiam nolens coniugem suum amare cogetur. Si verò nihil ipse de hoc propriè loquitur, minimè mireris. Est enim muliebris sexus infirmior: propterea illam relinquens, dum deterret virum, vitium quoque vxoris emendat: vt si quis lasciuum habens filium, illum quippè relinquat: eos verò corripiat, per quos ille talis efficitur, eosque ab illius comitatu discedere, nec
Gre. Nanz. ei prorsus appropiare præcipiat. Gregor. Nanzanz. hom. in dictum illud Matth. 19. Cũ
Melius est ergo vt patiẽter agãt coniugati. consummasset Iesus hos sermones: Ergo, inquit, impudicam quidem, quia genus corrumpit, & adulteras expellamus: cætera autem patienter & moderatè sapienterque feramus: aut, vt rectiùs loquar, sapienter & moderatè ferte, quicunque matrimonij iugum subiistis. Si illitos fuco & ceruſa colores & pigmẽta perspexeris, eam hoc ornatu K
spolia: si procacem & petulantem linguam, coërce: si meretricium risum, tristem efficе: si sumptum aut potum immodicum, contrahe: si intempestiuos progressus, constringe: si oculum elatum atque suspensum, reprime. At eam si temerè à te diuellas & abstrahas, incertum est vtra pars periclitetur, an ea quæ secat, an ea que secatur. Fons aquæ, ait ille, sit tibi proprius, nec eum cuiquam extero impartias. Pullus gratiarum tuarum, & ceruus amicitiæ tuæ consuetudinem vitæ tecum habeat. Quocirca tibi cauendum est, ne fluuius alienus efficiaris: atque aliis potiùs placere studeas, quàm vxori tuæ. Quòd si alio fertur cupiditas tua, parti quoque tuæ libidinẽ præscribis.

De

A *De prohibito periurio, & simplici iuramento: quomodo quid affirmare, vel negare possimus.*

Matth. 5. | Marc. | Luc. | Ioan.

Iterum audistis, quia dictum est antiquis, Non periurabis: reddes autem Domino iuramenta tua. Ego autem dico vobis, non iurare omninò: neque per cœlum, quia thronus Dei est: neque per terram, quia scabellũ est pedum eius: neque per Hierosolymam, quia ciuitas est magni regis: neque per caput tuum iuraueris, quia non potes vnum capillum album facere aut nigrum. Sit autem sermo vester, est, est, non, non: quod autem his abundantius est, à malo est.

B NON suis modò fructibus, sed & foliis proditur arbor: nec actionibus tantùm, sed & verbis, humani cordis penetralia demonstrãtur. Inde fit, vt Christus non modò ipsas & cogitationes, & actiones, sed & verba prohibuerit, quæ fratri molestiam & iniuriam inferre possent. Nunc etiam nec verbis diuinæ veritati iniuriam fieri monet, sed ita linguam nostram moderari ostendit, vt non modò à periurio, sed & ab omni vano iuramẽto caueamus. Greg. Nanz. in Quadragesimi ieiunij silentium, vbi linguæ damna protulit, ne illius licentia naufragium animæ suæ incurreret: Eapropter, inquit, quemadmodum si quis obliquam plantam manu paulatim in contrariam partem inflectat, hoc assequitur, vt quamprimùm vio-

C lentam ab ea manum subduxerit, rigida stet, nec iam pristino obliquitatis vitio laboret: sic ego cùm præcipitis sermonis impetum, mediocritatis regulam excessisse perspicerem, nullum melius remedium inueni, quàm vt eum excelso pectore premerem, vt lingua mea, & quæ dicenda, & quæ tacenda sunt, addisceret. Et quidem ipse Christus, vt ad perfectionem suos deducat, non modò illorum cogitationes, & actiones, sed & verba reformat, & ipsi frænum iniicit, non modò cùm prohibet ne Racha, aut Fatue, aut quid simile proximo dicamus, sed & vetat ne iuremus: è contrà monet, vt & proximis benedicamus, & Deum inuocemus. Et nunc quidem occurrit præceptum istud de modo aut affirmandi, aut negandi quæ voluerimus. *Audistis*, inquit, *quia dictũ est antiquis* per Moysen, *Non peierabis*. Leuit. 19. Non peierabis, nec pollues nomen Dei tui. Augustin. tom. 4. lib. contra mendacium, ad Consentium, cap. 19. periurium defi-

D nit, rei falsæ iuramẽtum. Quis enim, inquit, per veritatem possit esse periurus? Per mẽdacium igitur periurus est, & eo maximè, quo iurans falsa nouit esse vel credit quæ asserit. Porrò Scribæ & Pharisæi solùm prohiberi censebant, cum diuini nominis protestatione, rem quam nossent falsam, asserere: interim non aduertentes, prohiberi etiã iuramentum in asserenda re pauci momenti, cùm in lege etiam scriptum sit, Exod. 20. Non assumes nomen Domini tui in vanum: nec enim habebit insontem Dominus, eum qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustrà. *Reddes autem Domino iuramenta tua*. Hoc quidam à Scribis insertũ & additum quasi ad legis interpretationem esse dicũt: elicitur tamen ex ipsa scriptura, etiam pro vario huius sentẽtiæ sensu. Aut enim sic intelligitur, Reddes iuramenta tua, id est, quod iureiurando promisisti persolues: quod

E & sonat Græca dictio, ἀποδώσεις, aut ad eum referes tua iuramenta, quia per eum iurabis. Prior sensus probatur ex multis locis: vt cùm Dauid dicit, Reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea. Et rursus: Vota mea Domino reddam. Nam quod iuramenta, etiam vota interpretari possumus, si modò promissiones Deo factæ sint. Quòd si interpositum iuramentum sit promissioni factæ ad proximum, etiam & illa perfici debet, ne diuino nomini fiat iniuria. Eccles. 5. Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere: displicet enim infidelis & stulta promissio, sed quod voueris, reddè. Multo enim melius est non vouere, quàm post votum promissa non reddere. Zach. 5. Loquimini veritatem vnusquisque ad proximum, & iuramentum mendax ne diligatis. Omnia enim sunt hæc quæ odi, dicit Dominus. Quòd si hæc iuramenta intelligas Deo reddi, quæ per nomen eius iurentur, hoc etiam desumi videbitur Deut. 6. vbi legitur, Dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruies, & per nomen eius iurabis. Vnde factum sit, vt Scribæ & Pharisæi se nonobligari existimarent ad ea iuramenta præstanda, quæ per

Introductio.

Summa.

Gre. Nanz.

Linguæ damna.

Lingua refrænanda.

Augustin. *Periurium quid.*

Votorum ratio.

Quæ fuerit opinio Scribarum.

nomina creaturarum promitterentur. Verùm huic opinioni obstat, quòd Christus F
etiam prohibet iurari per cœlum, terram, & templum, quasi iam hominibus hæc as-
sueta essent. Confirmarunt quidam scripturarum de non tenendo illo iuramento sen-
tentiam, ex eo quod legitur Leuit.19. Non iurabis in nomine meo: quasi per creaturas
peierare liceret: & cùm Exod.20. legitur, non in vanum nomen Dei assumendum esse,
possimus creaturas in vanum assumere. Verùm neque id agit Christus, vt ostendat ad
vtrumque homines obligari, seu quòd per Dei aut creaturarum nomen iurauerint: sed
vt nec per ipsas etiam creaturas iurare liceat. Cæterùm duplex est iuramentum: vnũ
Duplex iuramẽtum. iudiciale, iudicis authoritate delatum, quod aliquando coactè præstatur: alterũ, quod
extra iudicium ex partium conuentione præstatur. Rursus est iuramentum assertoriũ,
& promissorium: assertorium est promissionis de præsenti, vel præterito: promissorium
Thomas. *Modus iurandi.* est de futuro. Sed &, vt scribit D. Thomas, duplex est modus iurandi: vnus per simpli- G
cem contestationem, alter per execrationem. Contestatio autem duobus modis fit:
1. aut simplici verbo, dicendo, Per Deum ita est, absque certa adiectione huius verbi
Iuro. Et verbis quidem aliis atque aliis hæc contestatio fit. Sic enim olim iurabant: (1.
Reg.14.) Viuit Dominus, & viuit anima tua. In nouo Testamẽto, Ro.1. Testis est mihi
Deus. Phil.1. Testem voco Deum. 2. Cor.1. Veritatem dico, non mentior. Rom.9. Te-
2. stis est mihi conscientia mea. Secundus modus iurandi per simplicem contestationem
est, cùm interuenit aliqua res sacra: vt cùm iuratur inter manus Episcopi, super Euan-
gelia, aut manu altari imposita: quod ad diuinam reuerentiam & terrorem iurantium,
vt à periurio reuocentur, institutum est. Iuratur autem per execrationem, cùm quis
Execratio. aut se, aut eorum quæ sua sunt, quædam diris deuouet, vt id verum esse credatur quod
asserit. Et tunc Deum non modò in testem, sed & vindicem assumit. Sic rex Samariæ H
contra Helisæum execratus est, dicens: Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, si stete-
rit caput Helisæi super ipsum hodie. Ad hunc sacramenti modum accessisse videtur
An iurare per fidẽ, malum. Paulus dicens: Testem inuoco Deum in animam meam. Verùm quidam quærunt, an
hic iuret, qui dixerit, In veritate, vel in fide. Respondetur, quòd illa per quæ iuramus,
fides, veritas, & similia, aut simpliciter & absolutè considerantur, & sic dicunt fidem
& veritatem diuinam: eo modo nemini dubium est, iuramentum præstari. Verùm si
cum adiectione quis dixerit, Per fidem, aut veritatem aulicorum, curiosorum homi-
num, mercatorum, quandoquidẽ hæc fides humana est, & definitur incertitudo eius
per adiecta huius, cùm sæpiùs fallax sit & aulicorum, & mercatorum fides: ideò fallax
iuramentum erit. Interim tamen peccatum incurritur, quia nomen fidei & veritatis
An quis ad omne iuramentũ obligetur. Quomodo non obligatur. rei fallaci adaptatur. Et quoniam pauci ducunt nonnulli iuramentum, & fidem non I
in omnibus præstandam esse censent: notandum est, quòd omne iuramentum, siue sit
assertorium, siue promissorium, ligat iurantem, saltem ad hoc vt veritas seruetur. Ob-
ligatio autem duplex est, vna ad proximum, altera erga Deum, ob cuius reuerentiam
promissum seruandum est, nisi tendat in peiorem & deteriorem exitum. quod contin-
1. git dupliciter. Vno modo, quando id quod iuratur, est per se malum: vt si quis alterũ
se occisurum, aut de iniuria vindicaturum, aut eleemosynam alicui se non esse facturũ
iurauerit, aut non ingressurum domum eius qui illum offenderit. Cùm materia istius
iuramenti omninò sit oppositа diuinę laudi & honori, non modò non peccat qui id nõ
præstiterit, sed & illum iuramenti pœnitere debet, quòd ita diuino nomine abusus sit,
Ambros. & per contraria opera crimen istud reparare. Ambros. lib.3. Offic. Turpe, inquit, quòd
ab Herode regnum pro saltatione promittitur: crudele, quòd mors Prophetæ pro iu- K
risiurandi religione donatur. (Matth.12.) Quanto tolerabilius tali fuisset periurium
sacramento, si tamen periurium dici potest, quod ebrius inter vina iurauerat, quod
deieratus inter saltantium choros promiserat. Neque vnquam adducar, vt credam nõ
Factum Iephte. incautè promisisse principem Iepthe (Iud.11.) vt immolaret Deo, quicquid sibi reuer-
tenti, inter limen domus suæ occurreret: cùm & ipsum voti pœnituerit, postquàm fi-
lia occurrit ei. Denique conscidit vestimenta sua, & dixit: Heu me filia, impedisti mi-
hi, impedisti mihi, in stimulum dolorum facta es mihi. Qui licet pio metu ac formi-
dine acerbitatem duræ solutionis impleuerit, tamen luctum annuum etiam posteris
deplorandum statuit, ac dereliquit. Dura promissio, acerbior solutio, quam necesse
habuit lugere etiam ipse qui fecit. Non possum accusare virum, qui necesse habuit im-
plere quæ vouerat: sed tamen miserabilis necessitas, quæ soluitur parricidio. Melius
est

A est non vouere, quàm vouere id quod ei, cui promittitur, nolit exolui. Deniq; in Isaac habemus exemplum, pro quo Deus arietem statuit immolari. (Genes.22.) Non semper igitur promissa soluenda omnia sunt. Denique ipse Dominus frequenter suam mutat sententiam, sicut scriptura indicat. Nam proposuerat percutere morte, & perdere populum: (Num.14.) sed postea rogatus à Moyse, reconciliatus est populo suo. Et iterum ad Moysen & Aaron ait: (Num. 16.) Diuidite vos de medio synagogæ, & consummabo eos simul. Quibus discedentibus à cœtu, Dathan & Abiron atque Chore, subitò impios terra prærupto soluta hiatu absorbuit. Isidorus lib.2.Sentent.de summo bono, cap. 31. Non est conseruandum sacramentum, quod malè & incautè promittitur, veluti si quispiam adulteræ perpetuam cum ea permanendi fidem polliceatur. Concilium Toletan.can.2. Patres dixisse memorat de ea re in pleno confessu:

B Dum periuramus, creatorem quidem offendimus, sed nos tantummodò maculamus. Cùm verò nostra promissa complemus, & Dei superbè iussa contemnimus, & proximis noxia crudelitate nocemus, & nos ipsos crudeliori gladio trucidamus. Concilium Lateranense sub Alexandro 3.c.1.tit.De iuramẽtis: Non est contra iuramẽtum veniendum, nisi vergat ad interitum salutis. Soluimur etiam ab obligatione iuramenti, si quid de nouo emergat quod non præcaueramus. Vt quod Herodes iurauit daturũ se quicquid petiisset Herodias: nec expectabat illam petituram caput Ioannis Baptistæ, sed aliquid quod illi sine iuris discrimine dare posset, vt torques aureos, annulos, vestes, fundum aliquem. Quoniã scilicet si præcogitasset illam hoc selecturã, non fuisset iuramento se constricturus: ideò neq; hac in re obligatur per factũ iuramentum. Christus igitur illam iurandi temeritatem, immò & peierandi occasionẽ rescindere volens,

C non modò peierare, sed & iurare prohibuit, dicens: *Ego autem dico vobis, nõ iurare omninò.* Chromatius serm.2.in cap.Matt.5. Per gratiam doctrinæ Euangelicæ, inquit, lex per Moysen data profectum accepit. In lege præceptum est, non esse peierandũ: in Euangelio verò, nec iurandum. Quod ipsum olim per Salomonem præcipere Spiritus sanctus præmeditabatur, dicendo: Iurationi non assuescat os tuũ. Et iterum: Si autẽ seruus flagellatus assiduè, à liuore non minuitur, sic omnis iurans & negotiãs à peccato non purgabitur. Vnde iurare nos prorsus non conuenit. Quid enim vnicuique nostrum iurare necesse est, cùm nobis omninò mentiri non liceat? Quorum verba ita vera semper, ita debent esse fidelissima, vt pro iurando habeantur. Et idcircò Dominus non solùm peierare, sed etiam iurare nos prohibet: ne tunc tantùm videamur verum dicere,

D cùm iuramus, ne quos veraces in omni sermone esse cõstituit, putaremus sine iuramẽto licitum esse mentiri. Iuramenti enim hæc causa est, quia omnis qui iurat, ad hoc iurat, vt quod verum est, loquatur. Et ideò Dominus inter iuramentum & loquelam nostram nullam vult esse distantiam: quia sicut in iuramento nullam conuenit esse perfidiam, ita quoque in verbis nostris nullum debet esse mendacium: diuini iudicij pœna damnatur, dicente scriptura, Sapien. 1. Os quod mentitur, occidit animam. Quisquis ergo verum loquitur, iurat: quia scriptum est, Testis fidelis non mentitur. Vnde non immeritò Deum nostrum iurare sæpè scriptura diuina commemorat: quia à Deo, qui verax est, quicquid dicitur, pro iuramento habetur, quia verum est omne quod loquitur. Itaque ita omninò iurare prohibuit, id est, vt Thomas Aquinas Commentariis suis in Matthæum interpretatur, ex qualibet causa, siue non habita legitima iurandi occasione: quia cùm sine causa iuratur, attestatio primæ

E veritatis contemnitur. Sed & prohibet iurare omninò, id est, assiduè, in omni & quacunque re occurrente, sine vlla discretione. Debent enim in iuramento tria esse, materia debita, scilicet veritas: forma debita, scilicet iustitia: & finis rectus. Vnde secundum Augustinum, Origen. & Gregor. non penitus iurare prohibuit, sed occasione periurij, quod perfectius est docuit. Augustinus lib. 1. de sermone Domini in monte, cap. 30. Sicut enim falsum loqui non potest, qui non loquitur: sic peierare non potest, qui non iurat. Sed tamen quoniam iurat, qui adhibet testem Deum, diligenter considerandum est hoc capitulum, ne contra præceptum Domini Apostolus feciisse videatur, qui hoc modo iurauit, cùm dicit, (Galat.1.) Quæ autem scribo vobis, ecce coram Deo, quia non mentior. Et iterum: (1.Cor.11.) Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, qui est benedictus in secula, scit quia non mentior. Tale est etiam illud (Rom.1.) Testis est mihi Deus, cui seruio in spiritu meo, in Euan-

Nota.

Mutat etiã Deus sententiam.

Isidorus.

Cõcil. Tol.

Cõcil. Lat. 2.

In quo casu iuramentũ soluitur.

Chromat.

Vbi veritas certa, non opus est iuramento.

Tho. Aq.

Tria in iuramento.

Augustin. *Ad vitandum periurium.*

Iurat Apostolus.

gelio filij eius, quomodo sine intermissione memoriã vestri facio sẽper in orationibus F
meis. Nisi fortè quis dicat, tunc cauendã esse iurationẽ, cũ id per quod iuratur, nõ per
modũ iurandi assumitur, quia nõ dixit, Per Deũ, sed, Testis mihi Deus. Ridiculum est
hoc putare. Tamen propter contẽtiosos, & multũ tardos, ne aliquid interesse quis pu-
tet, sciat etiam hoc modo iurasse Apostolum dicentẽ, (1. Cor. 15.) Quotidie morior per
vestrã gloriã. Quod ne quis existimet ita dictum, tanquã si diceretur, Vestra gloria me
facit quotidie mori, sicut dicitur, Per illius magisteriũ doctus factus est. i. illius magi-
sterio factum est, vt perfectè doceretur: Græca exemplaria diiudicant, in quibus scri-
ptum est, μὴ τλῶς καύχησιν ὑμετέραν, quod non nisi à iurante dicitur. Ita ergo intelligitur
præcepisse Dominum ne iuretur, ne quisquam sicut bonum appetat iusiurandum, &
Hierony. assiduitate iurandi ad periurium per consuetudinem delabatur. Hieron. Christus om-
ninò iurare prohibet, ne quis quasi bonum appetat iusiurandum, & assiduitate iurandi G
Duo hîc refellenda. labatur in periurium. Duo igitur hîc refellenda sunt: Vnum est hęresis Anabaptistarũ,
qui negant etiam graui ex causa, & iudicis imperio iurari posse. Alterum est Sathanica
consuetudo, qua & in leuibus etiam, dixerim & in prophanis & peruersis causis, Deũ
testem nonnulli adhibent. Possunt autem Anabaptistę ex scripturis & vsu piissimorum
virorum colligere, iuramentum in rebus grauibus licere: cæteri verò ex istis Christi
verbis intelligent, quàm contrarium Christianæ professioni fuerit, Deum testem re-
1. Contra Anabaptistas licitũ est aliquãdo iuramẽtum. bus prophanis assumere. Et quidem contra Anabaptistas potest quis ita iuramentum
confirmare, quòd si causa talis occurrerit apud iudicem, quæ probatione constare de-
beat, probationes desumentur aut à testibus, aut ab instrumentis, aut à cõfessione par-
tis. Atqui neque testes, neq; ipsa partis confessio nisi ex sacramento constabit. Vnde & H
Paulus, Heb. 6. Homines, inquit, per maiorem se iurant: & finis omnis eorum contro-
Quid in iuramẽto requiratur. uersiæ ad confirmationem, est iuramentum. Quinetiam Hier. 4. quibus iuramentum
fulciri debeat, ostenditur, cùm dicitur: Iurabis, Viuit Dominus, in veritate, iudicio, &
iustitia. Primò in veritate, vt id quod iuratur, sit verum, vel saltem æstimetur verũ: im-
1. Veritas. mò sit iuranti euidenter notum: alioquin si opinione tantùm aliquid assequitur, dicere
2. Iudiciũ. debet: Sic iudico, opinor: si audierit, Sic audiui, dicat. Requiritur secundò iudiciũ dis-
cretionis, vt non pro leui, sed graui causa iuretur. Si enim nemo nostrum nisi graui oc-
currente casu regis audet adhibere testimoniũ: quantò minus Dei nomen rei leui ad-
3. Iustitia. hibendum erit? Tertiò demum necesse est, vt iuramẽtum in iustitia fundetur: id est, ra-
tionem adhibeat, non offendiculi alicuius, aut scandali, aut diffamationis, aut etiã op-
pressionis iustorum, sed iustitiæ, qua cuique quod suum est, reddatur. Ex his relinqui-
tur, quòd omne iuramentum prohibetur in re leui, dubia, & falsa: sed & discretum esse I
Indiscretũ iuramentum. debet, alioquin damnatur. Dicitur autem indiscretum, si quis non planè aduerterit
quid dicat, nec veritati, aut diuino nomini, quod in testimonium vocat, suam reueren-
tiam adhibeat: aut indiscretum est, propter defectum causæ sufficientis. Causa suffi-
ciens est necessitas, vt cùm à iudice præcipitur, aut aliâs in periculo cõstituitur, nisi iu-
ret, vel competens vtilitas Reipublicæ, vel propria consequatur, quæ pensetur ad arbi-
Discretũ. trium boni viri. Ad discretum igitur iuramentum requiritur reuerẽtia, deuotio, fides,
necessitas, vel vtilitas. Ex eo fit, vt pueri ante annos pubertatis, quia minus discreti sũt,
Concil. Elibert. ad iurandũ minimè cogantur, vt transcribitur ex Concil. Elibertano, 22. q. 5. can. Pueri
ante annos quatuordecim non cogantur iurare. Et ex Cornelio Papa, can. Honestum
etiam videtur, vt qui in sanctis audet iurare, hoc ieiunus faciat, cum omni honestate
Blasphemiæ. & timore Dei. Nunc verò quanta est blasphemorum hominum licentia, qui ornatus K
gratiâ rebus obscœnis Deum testem faciant: immò & ipsum Deum non sine grauissi-
mis blasphemiis proscindant, nunc per caput Dei, per pedes, per corpus ipsum diuul-
sum, euocent in periuriorum, adulteriorum, ebrietatum, & homicidiorum suorum
Augusti. suffragatorem? Augustinus in sermone de Decollatione S. Ioannis, refertur 22. q. 5.
can. Ille qui prouocat hominem ad iurationem, & scit eum falsum iuraturum esse,
Blasphemo peior homicida. vincit homicidam: quia homicida corpus occisurus est, ille animam: immò duas ani-
mas, & eius animam quem iurare prouocauit, & suam. Chrysostomus homil. 17. Op.
Chrysost. perf. in Matthæum. Quid igitur, inquit, si aliquis exigat iuramentum, & necessitatem
iurationis imponat? Sit tibi timor Dei, omni necessitate violentior. Si enim velis
huiusmodi occasiones semper obiicere, nihil de his, quæ sunt imperata, custo-
dies. Nam & de vxore dicturus es, Quid si litigiosa? quid si sumptuosa? Et de
oculo

A oculo dextro: Quid si eum diligo, & amore eius inflammor? Et de impudico aspectu: Quid si aspicere non possum? Et de conuicio in fratrem prohibito: Quid si inconsiderantior fuero, linguamque frænare non potero? Et ita prorsus omnia quæ sunt diuina calcabis. Et certè in legibus humanis nihil ausus es tale proferre, ac dicere, Quid si illud vel istud? sed volens prorsus ac nolens suscipis cuncta quæ dicta sunt. Quòd si legem volueris custodire Christi, necessitatem quidem nullam, quæ te ab obseruatione eius impediat, aliquando patieris. Idem homil. 15. ad populum Antiochenum, cui titulus est, Quòd luctus risu vtilior est, & de calamitate ciuitatis Antiochenæ: Audistis, inquit, Prophetam (Zach. 5.) nobis hodie loquentem? Respexi oculis meis, & vidi, inquit, & ecce falx volans longitudine cubitorum viginti, & latitudine cubitorum decem. Et dixit ad me, Quid tu vides? Et dixi, Videō falcem B volantem, &c. Et ingredietur domum iurantis nomine meo, & dissoluet in medio, & suffodiet lapides & ligna. Quid tandem est dictum, & qua de causa in loco falcis, iurantibus sequens pœna videtur? Vt vltionem ineuitabilem esse, & supplicium effugi non posse videas. Ensem quis facilius quàm falcem vitabit? Falx obuia quæque sibi commoda resecat. Ita ad nouissimum quemque eorum qui iurant, immò qui cum iurantibus versantur, ruinā peruentura designatur. Domus diruentur, ligna & lapides dissoluentur. Quis enim non iusto Dei iudicio superbos aulicos & inflatos nobiles, aut alterius conditionis insipientes, in momento aut occidi, aut ita dissolui, vt non appareant, consideret, quibus tot in ore sunt blasphemiæ, tot prophana iuramenta, vt horrescat cœlum & terra? Non modò comminatur Dominus illorum, sed & totius domus, id est, familiæ istorum interitum, & talem ruinam, ac si C falx messem copiosissimam, aut pratum amœnissimum resecauerit. Hinc fit, vt mortuo, & restem suam portanti qua iuguletur, aut in præcipitium trahatur, iurantem comparet: sed & vetet, ne quenquam super altare aut super Euangelia adiuremus, ne fortè hominem spiritualiter occidere quodammodò dicamur. Super mensam sacram adiurans, inquit, vbi Christus positus est, & immolatus, illic fratrem tuum immolas? Et latrones quidem in viis mactant: tu verò coram matre filium immolas, scelerātius quàm Cayn patrans homicidium. Illic nempè fratrem tuum immolas in medio Ecclesiæ, & morte futura immortali. Non enim propterea facta est Ecclesia, vt adiuremus: propterea facta est, vt oremus. Nec ideò mensa posita est, vt adiuremus: ideò posita est, vt peccata soluamus. Tu verò, si nihil aliud, saltem librum istum reuerere, quem in iuramentum porrigis: & Euangelium, quod intra manus cāD piens iurare iubes, explica: & audiens quid tibi Christus de iuramentis differat, horresce, & desiste. Quid igitur de iuramentis inquit? *Ego autem dico vobis, non omninò iurare.* Tu verò legem iurare prohibentem contemnendo, iuramentum facis? O contumeliam! ô insaniam! Idem enim facis, tanquam si quis legislatorem prohibentem interficere, eundē sibi in cæde commilitonem faciat. Non ita gemo & deploro quospiā in viis iugulatos audiens, sicut gemo & lachrymis deploro, & horresco, cùm video quēpiam prope mensam hanc venientem, & manus imponentem, & Euangeliis attactis iurantem. De pecuniis quæso dubitas, & animam occidis? Quid tantum lucraris, quantum animam tuam, & proximum lædis? Si enim credis, quòd verax sit homo, ne iuramenti necessitatem adducas: si verò nosti quòd mentitur, ne peierare cogas. Sed vt mihi satisfieret, instandum erat, inquit. Tunc sufficientem capias satisfactionem, cùm E iurare quidem non feceris. Nunc nempè domum regressus, à conscientia continuò roderis, hæc reputans: Nunquid non frustrà adiuraui? Nunquid non peieraui? Nunquid non fui causa peccati? Si verò non adiuraueris, domum regressus multam capies consolationem, agens Deo gratias, & dicens: Benedictus Deus, quoniam meipsum continui, neque adiuraui frustrà, nec temerè: pereat aurum, pereant pecuniæ, vt hoc nobis consolationē afferat, legem non præteriisse, nec alterū coēgisse vt hoc faceret. His quidē exhortationibus hoc agit, vt ne temerè iuremus, aut alterum adiuremus: interim verò non reiicit iudicū sententiā de iuramento exigendo, aut præstando. Ita quoque & ipse Theophilactus intelligendus est, cùm dicit, etsi in veteri lege iurare licuerit, hoc tamen in noua non licere: ita dictum esse, ne in communibus colloquiis, & absque iudicis sententia, hoc attentemus, aut propter res humanas sine vlla arbitri præscriptione. Nam in Dei & veritatis causa, vbi animarum dis-

Idē Chrys.

Ex blasphemiis calamitates.

Non adiurādus quis, nec super Euangelio.

Magis deplorandi periuri, quàm gladio occisi.

Theophil.

In quo casu adiurare liceat.

pendium imminere videmus, nisi aliquid affirmemus, species aliqua iuramenti admit- F
ti potest. Casus scilicet hic ponatur. Quidam hactenus hæreticus, vbi videt se mortali
morbo laborare, & breui mortem imminere, apprehendens horrendum illud Christi
tribunal, simulque dubius in his quæ ab hæresiarchis didicit, certus se sine fide mini-
mè saluari posse: ad seipsum reuertitur, doceri postulat, & doctorem aliquem, de quo
magnam aliquam opinionem conceperit, accersit. Adest ille, audit quæstiones, satis-
factione opus esse videt. Interim tamen ab ægroto adiuratur, ne quid dissimulet, ne a-
liud in ore & in pectore habeat. Testem, inquit, inuoco Deum inter me & te, ne sedu-
cas me: ne contra conscientiam aliquid dicas. Tunc vbi doctor ita secum agi & paci-
sci viderit, num etiam conuentionem admittet, & testem ipsum Deum faciet eorum
omnium quæ ægrotum docturus est? Hac in re Paulum imitabimur, qui simili, vt di-
ximus, argumento suam fidem confirmat. Verùm vbi fidei & animæ dispendium non G
imminet, aut iudicis sententia non præscribitur ei qui non iurauerit, absurdum, immò
Euthym. impium est Deum in testem assumere. Ita igitur & Euthymius ipse, & ex antiquiori-
bus permulti intelligendi sunt hæc Christi verba interpretati esse: quòd simpliciter &
absolutè prohibeatur iuramentum in vulgaribus colloquiis, & rebus humanis. Alio-
quin si res diuinæ, & iudex id requirat, exhiberi debet. Ergo Christus vulgares homi-
num sermones reformat, dicens, *Nolite iurare omninò:* μήτε ἐν οὐρανῷ, neque in cœlo: quam
tamen præpositionem opinor iuxta proprietatem Hebræi sermonis, Apostoli subinde
Erasmus. vsurpant pro *per*, inquit Erasm. in Annot. vt, In digito Dei, id est, per digitũ Dei eiicio
dæmonia: &, In nomine tuo, id est, per nomen tuum prophetauimus. Hebraica dictio
est בשמים, in cœlo, seu per cœlum. *Quia thronus Dei est.* Esa. vlt. Cœlum mihi sedes est.
Hierony. Hieronymus in Matth. Hanc per elementa iurandi pessimam consuetudinem semper H
Alb. Magn. habuere Iudæi, sicut Prophetalis eorum arguit sermo. Albertus Magnus in Matthæ-
Duo genera iurãtiũ per creaturas. um. Duo enim genera hominum iurabant per creaturas, videlicet fideles & infideles.
Fideles simplices ideò per creaturas iurabant, quia putabant talibus iuramentis non
obligari, eò quòd nulla in creaturis esset diuinitas, & nulla per eas esset testificata ve-
ritas: cùm dictum sit Ecclesiast. 1. quòd omnis creatura vanitati subiecta est. Et hi argu
Augusst. untur ab Augustin. lib. 1. de sermone Domini in monte, cap. 31. Itaque, inquit, Domi-
nus docet nihil esse tam vile in creaturis Dei, vt per hoc quisque periurãdum arbitre-
tur, quando à summis vsque ad infima diuina prouidentia cuncta regerentur, incipi-
ens à throno Dei vsque ad capillum album aut nigrum. *Neque per cœlum*, inquit, *quia
thronus Dei est: neque per terram, quia scabellum pedum eius est:* id est, cùm iuras per cœlum aut
terram, non te arbitreris non debere Domino iusiurandum tuum, quia per eum iura- I
re conuinceris, cuius cœlum *thronus* est, & cuius *scabellum terra est.* Sic Esa. 66. Terra sca-
Theodor. bellum pedum meorum est. Videtur autem Orpheus Theodoreto lib. 2. aff. Græca-
rum, cui titulus est De principiis, ab ipsis scripturis hãc descriptionem mutuatus esse,
cùm ita Deum in suis carminibus describit.

Orpheus. Αὐτὸς δ' αὖ μέγαν αὖχις ἐπ' οὐρανὸν ἑστήκτην. &c. id est,

Ipse autem magnum supereſt innixus Olympum,
Aurato residens solio, pedibúsque sub ipsis
Prestatur tellus, dextram vsque ad littora tendit
Oceani. --

Deus non est corporalis. Neque verò hæc aut Dei, aut locorum descriptio quandam Dei, velut corporei, K
positionem notat: quin potius per hanc similitudinem Dei vbique præsentiam, & e-
ius per omnia diffusam prouidentiam indicat: sicut & reliqui versus Orphei demon-
strant, vt qui sequuntur.

In cœlo residens, imis tamen omnia terris
Perficit: hic caput, hic medium finésque tuetur.

Itaque cùm vbique Deum agnoscamus, quid est quòd per creaturas impunè nos peie-
rare arbitremur? Infideles verò iurabant per creaturas, quia putabant aliquid numinis
esse in creaturis, & attribuerũt eis veneratione immobilis veritatis, vt obseruat Chry-
Chrysost. sost. hom. 17. Op. perfecti in Matt. Attẽde ergo, ait Alb. Magn. in Matt. quòd creatura,
Albertus. per quam iurare non debemus, aut est imago, aut est vestigium. Et si est vestigium,
aut imitatur Deum in gratia & sanctitate, aut in natura. Et si in natura, aut in re-
præsentatione, aut in vltima & hac exigua similitudine. Et si in repræsentatione,

pulchritudinis

A pulchritudinis & gloriæ. Tunc dicit, *Neque per cœlum, quia* non Deus, ſed *thronus Dei eſt.* Et ideò repræſentat pulchritudinem gloriæ ſuæ, per quam iurans, exemplari illius pulchritudinis (quod eſt in Deo) obligatur. Sicut autem in naturis lux emittens lumen in purum & clarum aërem, facit ipſum ſedem & locum pulchritudinis ſuæ, quia omnes colorum ſpecies depuratæ, & à fæce materiæ remotæ, repræſentantur in ipſo, & agunt in oculos videntium: ſic etiam luce increata ſecernuntur cœli, per metonymiam dicti (qui ſunt Angeli) & locus efficiuntur omnium pulchritudinum veritatis diuinæ. Et ideò dicuntur throni à beato Dionyſio eſſe eleuati à ſcabelli ſubiectione, propter depurationem & ſerenationem naturæ, & thearchici, hoc eſt diuini principalis aduentus eſſe immaterialiter ſuſceptiui. Sic etiam anima hominis lucem habet intellectus agentis. Cùm infunditur lux increata, commiſcetur, & emiſſione luminis ſe-

B renat, & immaterialem facit animam in parte qua recipiat veritatem. Auguſtinus lib. 1. de ſermone Domini in monte, cap. 31. Sed & illa ſedes Dei, inquit, iudicium Dei ſignificat. Et quoniã hoc in vniuerſo mundi corpore maximam ſpeciem cœlũ habeat, & terra minimã, tanquã preſentior ſit excellenti pulchritudini vis diuina, minimã verò ordinet in extremis atque infimis, ſedere in cœlo dicitur, terramque calcare. Spiritaliter autem ſanctas animas cœli nomine ſignificari, & terræ, peccatrices. 1. Cor. 2. Et quoniam ſpiritalis omnia iudicat, ipſe autem à nemine iudicatur, conuenienter dicitur ſedes Dei. Peccator, cui dictum eſt, Terra es, & in terram ibis: quia per iuſtitiam meritis digna tribuentem, in infimis ordinatur, & qui in lege manere noluit, ſub lege punitur, congruenter accipitur ſcabellum pedum Dei. *Neque per terram.* Itaque locu-

C tiones iſtæ de regia aliqua maieſtate ſumptæ ſunt, vt diuinam nobis vtcunque repræſentarent. Magnus eſt regij throni ſplendor, neque ſcabella pedum regum ſuo honore carent. Quis temerè delinquet coram ſubſelliis regalibus? Nemo itaque putet terram hanc, in quam viuimus, expertem eſſe diuinæ gloriæ, maieſtatis & potentiæ. Vocatur autem terra, *ſcabellum pedum* Dei, vt ſciamus eum [illegible] omnia diffundi. *Neque per Hieroſolymam, quia ciuitas eſt regis magni.* Tametſi Domini ſit omnis terra, & plenitudo eius, ideóque diuinæ maieſtatis gratia reuerenter inhabitanda: meritò tamen exigitur, vt ea loca, in quibus diuina bonitas luculentiùs exoritur, aliis ſint venerabiliora. Talis erat ciuitas iſta propter templum, ſacerdotium, cultum, & verbum Dei, Pſal.

D 26. Ego conſtitui regem meum ſuper Sion montem ſanctum meum. Daniel. 9. 16. Auertatur obſecro ira tua & furor tuus à ciuitate Hieruſalem, & à monte ſancto tuo. Suprà cap. 4. 5. Aſſumit illum diabolus in ſanctam ciuitatem. Et infrà 27. 53. Venerunt in ſanctam ciuitatem. *Ciuitas* igitur *regis magni* dicitur, quòd illic Chriſtus magnus ille rex regum, & dominus dominantium, aut Deus ipſe, per quem reges regnant, & ſapientes iuſta decernunt, pleniùs exerceret virtutem ſuam & ſigna ſuæ præſentiæ: non autem quòd eſſet illic incluſus. Nunc autem Hieruſalem occupat totum mundum, vt dictum eſt per Prophetas. Vbique enim vult inuocari & manifeſtari. Non eſt autem fruſtrà, quòd Deum vocat magnum Regem: quia cœperat vrbs illa reuerentiæ plus exhibere vel Herodi regi, vel Romanæ poteſtati, quàm Deo ſuo. *Neque per caput, &c.* Cùm iuramus per caput noſtrum, vſurpamus poteſtatem, quæ Deo eſt peculiaris. Capita enim noſtra adeò non ſunt in noſtra poteſtate, vt quod in capite minutiſſimum eſt, pilus, poſſimus vel albũ facere, vel nigrum: Deus dominatur capiti noſtro. Ergo per Deum iuramus, cùm per illud iuramus.

E Admonemur hîc, nihil in creaturis Dei tam eſſe minutum, in quo non ſit diuina maieſtas, per quam eſt conditum, ob oculos habenda, etiamſi maximè noſtri iuris eſſe videamur. Vult ergo vt in creaturis Dei verſemur cum timore ipſius. Chromatius ſerm. 2. in Matt. cap. 5. etiam myſticas Hieroſolymę & capitis ſignificationes requirit, quod Hieroſolyma typus ſit Eccleſiæ, caput autem noſtrum Chriſtus, quia (1. Corint. 11.) caput viri eſt. Ita demum ſeu literam, ſeu myſteria ſpectes, reſcindit omnia iuramenta, quæ ſine præſcriptione iudicis, aut ablegata neceſſitate fiunt. Verum hîc quæritur, liceátne iurare per ſanctos Dei, maximè cùm Chriſtus prohibeat iurare per cœlum & terram & altare. Huic quæſtioni reſpondetur à D. Thoma in 3. Sentent. diſt. 30. quòd liceat iurare per creaturam relatam ad creatorem, prout in ea relucet veſtigium veritatis: ita tamẽ vt non creatura, ſed creator qui in eis relucet, in teſtimonium adhibeatur. Vt cùm Moyſes dixit, Audite cœli quæ loquor, & terra audiat

Throni Angeli.

Auguſt.

Anima ſanctæ, throni Dei.

Cur Hieruſalem ciuitas regis eſt.

Chromat.

Thomas. *Quomodo liceat iurare per creaturam.*

verba oris mei: non ſimpliciter cœlum & terram obteſtabatur, ſed Deum creatorem, F
& creaturas illas rationales, quę in cœlo & terra ſunt: ac ſi diceret, Audiant Angeli, au-
diãt homines. Interim tamẽ nobis prohibetur per illa iurare, excepta iuris neceſſitate.
Sicut enim Chriſtus non vetat abſolutè iurare, in cauſa iuris: ita neq; prohibet iurare
per cœlum, per terram, per Hieroſolymam, aut per altare. Quin potius ideò prohibet
iurare per cœlum & terram, quia hinc iuramentum fit in Deum, ad quem illa referun-
tur: non licet autem in Deum iurare, vt primùm dixit. Itaque ea quæ ad Deũ referun-
tur, ita ex hoc textu veneranda ſunt, vt illa prophanare non liceat per leue iuramentũ.
Ex quo fit, vt cùm huius generis ſint Apoſtoli, Martyres, & ſancti quilibet, non liceat
per eos iurare, ſepoſita aliqua legitima occaſione. Interim tamẽ vt in cœlo, terra, Hie-
Sanctorum veneratio. roſolyma, capite noſtro, ita maximè in ſanctis & electis ipſe Deus agnoſcendus eſt. Ita
tanto abeſt, vt ex hoc textu ſanctorum veneratio deprimatur, quòd & magis aſtruitur. G
Si enim & in capite, & in capillo Deus agnoſcitur: quanto magis in ſanctis & electis
ſuis? Ioſeph ipſe iurauit per ſalutem Pharaonis, Geneſ. 42. Verùm ita illũ conſiderabat,
vt diuinitùs excitatum, & reſeruatum, qui ſe, & tandẽ fratres ſuos exciperet. Alioquin
qui ſanctos Dei à Deo ſecluderet, ita errare videretur, ſicut & ij, qui cœlo aut terræ di-
Cl. Alex. uinam maieſtatem tribuebant. Cæterùm Clemens Alexandrinus lib. 3. Pædagogi, cap.
In eos qui pilos pingunt, & fuco vtuntur. 3. ex eo loco, quo Chriſtus aſtruit nos *non poſſe capillum album nigrum facere*, in eos diſpu-
tat, qui arte & pigmentis naturam emendare contendunt, vt iuniores videantur. Quo-
modo ergo, inquit, opus Deo contrarium fabricantur, vel potius ei per vim aduerſan-
tur impij, qui pilum tranſmutant, qui ab eo canus factus eſt? Fieri enim non poteſt, nõ
Auguſtin. poteſt, inquam, fieri, vt veram oſtendat animam, qui caput habet adulterium. Auguſt.
Cyprianus. tom. 3. lib. 4. de doctrina Chriſtiana, cap. 21. ex Cypriano lib. de habitu virginum, hanc H
ſententiam inſerit. Si quis pingendi artifex vultũ alicuius, & ſpeciem, & corporis qua-
litatẽ æmulo colore ſignaſſet, & ſignato iam cõſummatóque ſimulachro manus alius
inferret, vt iam formata, [illegible]picta, quaſi peritior reformaret, grauis prioris artificis in-
Idem. iuria, & iuſta indignatio videretur. Exiſtimas impunè ferendam tam improbæ temeri-
tatis audaciam, Dei artificis offenſam? Et paucis interiectis: Dominus, inquit, tuus di-
cit, *Non potes capillum vnum album facere, aut nigrum:* & tu ad vincendam Domini vocem,
vis te eſſe potiorem, audaci conatu, & ſacrilego contemptu? Crines tuos inficis: malo
præſagio futurorum, capillos iam flammeos auſpicaris. Itaque cùm omnia à Deo pen-
deãt, nihil fucati, nec in verbis, nec in actionibus admittatur, ſed omnia vera ſint, & ip-
ſum creatorem conſiderantibus præ ſe ferant. *Sit autem ſermo veſter, Eſt, eſt, non, non: quod*
autem his abundantius eſt, à malo eſt. Pro Eſt, eſt, Græcis eſt aduerbium affirmandi, ναὶ, ναὶ, I
næ næ: quod etiam à Latinis vſurpatur. Quod quidam vertunt, Etiam etiam. Simili lo-
quendi modo vſus eſt Paulus, 2. Cor. 1. An quæ cogito, ſecũdum carnem cogito, vt ſit
apud me τὸ ναὶ ναὶ, καὶ τὸ οὒ οὔ, etiam & non? Immò fidelis Deus nouit ſermonem meum
apud vos non fuiſſe ναὶ καὶ οὔ, etiam & non. Atqui Paulus hominum etiã aut affirman-
tium, aut aliquid negantium perfidiam notabat. Chriſtus interim ſimplicem affirma-
tionem & negationem effeire, eiq́ue credendum eſſe docet. Iac. 5. Sit ſermo veſter, Eſt,
eſt, non, non. Pſ. 11. In corde & corde locuti ſunt. *Quod autem his amplius eſt, à malo eſt*, tuo
vel alieno: Tuo, ſi vſum habes iurandi & mentiendi: Alieno autem, ſi non credit tibi is
quo cum loqueris, niſi iures, vel confirmes ea quæ dicis. Hoc enim eſt malum incre-
dulitatis, quæ prouenit ex fallacia ſermonis humani. Quidã ex malo, exponunt à dia- K
bolo, ἐκ τοῦ πονηροῦ. vocatur enim diabolus πονηρὸς per emphaſim. Matth. 13. Venit ma-
Malus pro diabolo. lus, & rapit quod ſeminatũ eſt in corde eius. pro quo Marcus habet, Venit Sathanas:
Chromat. Lucas verò, Venit diabolus. Chromatius hom. 2. in Matt. cap. 5. Id enim quod amplius
eſt, mendacium ſcilicet, ad authorem diabolũ reuocatur, qui ſemper ab initio mendax
eſt, ſicut & pater eius. Contendit autem ille nos non modò in peccata, quæ per actio-
nes, ſed & quæ verbis committuntur, impellere. Vnde in Apocalypſi legitur, Os dan-
dũ Antichriſto loquens blaſphemias. Sicut enim Spiritus Dei loquitur in electis eius,
ſic & malus ſpiritus loquitur in eis quos poſſederit. 3. Reg. 22. Ero ſpiritus mendax in
ore omnium Prophetarum. Ex quo colligitur, iuramenta, ſeu blaſphemias iſtas, quas,
proh dolor! ipſis auribus audimus à militibus, nobilibus, dicam & omnis conditionis
hominibus, à diabolo proficiſci. Nam ſi quod à Non nõ, eſt eſt, amplius eſt, à malo eſt:
quantò magis quod cum diuini nominis blaſphemia enunciatur?

Prohibetur

A *Prohibetur vindicta, lites & contentiones: monemur potiùs terrenis cedere, quàm litibus charitatem subuertere. Vbi agitur de lege talionis, forensium litium iactura, & quibus ad iudices prouocare liceat.*

Matth. 5.	Marc.	Luc. 6.	Ioan.
Audistis quia dictũ est, Oculum pro oculo, dẽtẽ pro dẽte. Ego autem dico vobis, non resistere malo: Sed si quis te percusserit in dexterã maxillã tuã, præbe illi & alteram: & ei qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium: & quicunque te angariauerit mille passus, vade cum illo alia duo. B Qui petit à te, da ei: & volenti mutuare à te, ne auertaris.		Et qui te percutit in maxillam, præbẽ ei & alteram. Et ab eo qui aufert tibi vestimentum, etiam tunicam noli prohibere. Omni autẽ petenti te tribue: & qui aufert quæ tua sunt, ne repetas. Et prout vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis similiter.	

QVI sequitur periculum, peribit in eo, vt dicit Sapiens. Et nostro quidem prouerbio monemus eos qui sibi timent à foliis arborum, ne syluam ingrediantur. Christus igitur satis perspectum habens, quãtum malum ex contentionibus, rixis, dissensionibus, & vindictæ appetitu nascatur, non modò vindictam appetere, aut malum pro malo reddere, aut contentiosum esse vetat: sed & iubet potius & bonis & fortunis cedere. Norat nimirum, quanta futura esset in rabulis fo- C rensibus iniustitia, quàm acres ad vindictam stimuli, quàm præceps Sathan, vt ex leui occasione maximum scelus patrandum persuadeat. Nouerat denique non alio magis prætextu ruituros, non dicam suos, sed & omnem Rempublicam, quàm eorum qui iuris ministerium sibi vendicant, & illius pallio, quotquot ad eos accesserint, deprædãtur, spoliant, suffocant, & in omne miseriarum genus præcipitant. Ideò dixit: *Audistis quia dictum est, Oculum pro oculo, & dentem pro dente.* Thomas Aqu. in Matth. Nunc quæ consiliorum sunt, explicat, vt nos ad Christianæ legis perfectionem deducat. Et primò ponit consilia respectu iudicialium: secundò, respectu moralium. Et prior pars in duas subdiuiditur. Primùm enim ponit veteris legis iustitiam: demum nouæ legis perfectionem, quæ cõsistit in duobus, scilicet in mali illati tolerantia, & in beneficentia. Porrò mali tolerantia consideratur, aut in corpore, & re, aut in operatione. Ad tole- D rantiam mali illati in corpore, mouet secundum duplicem gradum. Vno modo, vt nõ appetamus vindictam: alio modo, vt simus parati ad plura sustinenda. *Audistis, inquit, quia dictum est.* Non dicit quibus, vt innuat illos esse duros corde. *Oculum pro oculo.* Hæc erat lex talionis, vt obseruat Augustinus lib. 1. de serm. Domini in mõte, de qua Exod. 21. & Deut. 19. Hæc autem non solùm apud Iudæos, sed & apud multas Gentes inualuit. Hanc permiserat Deus iudicibus tantùm, non autem priuatis hominibus: nam & illos iubebat omnem etiam iniuriæ illatæ memoriam rescindere. Leuit. 19. Ne quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ fratrum tuorum. Scribæ verò & Pharisæi ita expo- E suerant, quòd magistratu interpellato, liceret cuilibet acceptam quamcunque etiam leuem, aut non spontaneam iniuriam persequi, modò lex ista talionis non excederetur. Huic autem expositioni suam doctrinam opponit Christus. Chromat. ser. 2. in c. 5. Matth. Hoc autem lex attendebat, vt si quis iracundię furore commotus, vel oculum, vel dentem alterius eruisset, ipse quoque simili pœnæ, & eidem damno subiaceret. In quo præcepto & iustitia legis ostensa est, & insolentis populi sub hoc terrore temeritas refrænata est, vt quia metum futuri iudicij non habebant, saltem vel præsentis vindictæ pœna eos à scelere prohiberet. Nos verò, qui & terribile Dei iudicium nobis ob oculos ponimus, & cum tremore Domino obsequimur, non tam præsentis, quã futuri supplicij terrore à sceleribus auocamur. Hieronym. lib. 1. Comment. in Matth. Qui dicit oculum pro oculo, inquit, non alterum vult auferri, sed vtrumque seruari. Non enim eò spectabat lex, vt vnius hominis cædes alterius morte compensaretur, quasi in hominum interitum tenderet: quin potius vt hominum vitam conseruaret, & homines à mutuis cædibus auocaret, hanc talionem permiserat. Hæc etiam fuit lex duodecim Tabularum. Si quis membrum rupit, in eum talio esto. Illi qui alteri os

Introductio.

Thomas. *Quæ consilia spectãt.*

Augustin.

Lex talionis iudicibus permissa, nõ priuatis personis.

Chromat. *Quæ legis intentio.*

Hierony. *De lege talionis.*

fregit, cùm ea corporis pars ſanctior in homine ſit, ob id admiſſum, nimiùm tenuiter F
pœnam dixit, cùm propter oris dignitatem, ſeueriori pœna vindicandum foret. Ve-
Alex. ab. Alex. rùm, vt ſcribit Alexander ab Alex. lib. 6. Gen. dier. cap. 10. Hæc poſtea ſecuti legis in-
terpretes, miti & tractabili ratione eaſdem leges indefeſſo ſtudio interpretati, abro-
gatis his quæ duriora, quę verò æquiora videbantur, ſequuti, propoſitas controuerſias
A. Gellius. vberiùs explicarunt. Phauorinus Philoſophus apud Aul. Gellium lib. 20. Noct. Attic.
cap. 1. ita diſputat cum Sex. Cæcilio Iuriſconſulto contra legem talionis. Nam præter
vlciſcendi acerbitatem, inquit, ne procedere quoque executio iuſta talionis poteſt.
Lex talionis iniuſta. Nam cui membrum ab alio ruptum eſt, ſi ipſi itidem rumpere per talionem velit, quæ-
ro an efficere poſſit rumpendi pariter membri æquilibrium? In qua re primùm ea dif-
ficultas eſt inexplicabilis. Quid ſi membrum alter imprudens ruperit? Quod enim
per imprudentiam factum eſt, retaliari per imprudentiam debet. Ictus quippè fortui- G
tus & conſultus, non cadunt ſub eiuſdem talionis ſimilitudinem. Quonam igitur
modo imprudentem poterit imitari, qui in exequenda talione, non licentiæ ius habet,
ſed imprudentiæ? Sed etſi prudens ruperit, nequaquã patietur aut altiùs ſe lædi, aut la-
tiùs. Quod cuiuſmodi libra atque menſura caueri poſſit, non reperio. Quinetiam ſi
quid plus erit, alitérve commiſſum, res fiet ridiculæ atrocitatis, vt contraria actio mu-
tuæ talionis oriatur, & adoleſcat infinita quædam reciprocatio talionum. His obie-
ctionibus Sext. Cæcilius ſatisfacturus, legem naturæ proponit, qua idem fiat in no-
bis, quod ipſi in aliis fecerimus: præſertim cùm facultatem habeamus paciſcendi, &
non neceſſe ſit pati talionem, niſi eam elegerimus: cùm hæc ipſa talio ad æſtimationẽ
iudicis neceſſariò redigeretur. Nam ſi reus, qui depaciſci noluerat, iudici talionem im- H
peranti non parebat, æſtimata lite iudex hominem pecuniæ damnabat, atque ita ſi reo
Factum. & pactio grauis, & acerba talioviſa fuerat, ſeueritas legis ad pecuniæ mulctam redibat.
Verùm neque mulcta pecuniæ homines ab iniuria facienda reuocabuntur, vt doctè
diſſerit Phauorinus. Vt ſi lex poſita ſit, *Si iniuriam alteri faxit, 25. æris pœnæ ſunto.*
Quis erit tam inops, quem ab iniuria facienda 25. aſſes deterreant? Itaque cùm eam
legem Q. quoque Labeo non probaret, in libris quos ad xij. Tab. conſcripſit, ita ha-
bet. L. Neratius fuit egregiè homo improbus, atque immani væcordia. Is pro delecta-
mẽto habebat os hominis liberi manus ſuæ palma verberare. Eum ſeruus ſequebatur,
crumenam plenam aſſium portitans, & quemcunque depalmauerat, numerari ſtatim
ſecundum xij. Tab. 5. & 20. aſſes iubebat. Propterea, inquit, Prætores poſtea hanc
aboleſcere, & relinqui cenſuerunt, iniuriíſque æſtimandis recuperatores ſe daturos
edixerunt. His rationibus à Rom. & lex talionis, & certa pecuniæ mulcta xij. Tabulis I
deſignata ſublata eſt. Chriſtus igitur neutrũ requirit, ſed ab ipſa radice, à corde, vin-
dictam reſcindit: ne fortè tandem iniuriæ & cædes inter ſuos graſſentur. *Ego autem,*
inquit, *dico vobis, non reſiſtere malo,* τῷ πονηρῷ. Malo inquit, quod referri poteſt vel ad rẽ
vel ad hominem: poteſt & ablatiuus eſſe inſtrumenti. Ne reſiſtamus calumniæ, & im-
pietati in nos commiſſæ, ſed illam patienter feramus: quod ſequentia explicare vidẽ-
Bonum pro malo reddendum. tur: Vel, ne reſiſtamus ſycophantæ & aduerſario, verùm ipſum contemnamus: aut ne
vicem & talionem rependamus, malum reddentes pro malo. Rom. 12. Noli vincere in
malo, ſed vince in bono malum. Chryſoſtom. hom. 18. Operis perf. in Matth. *Malum*
Chryſoſt. refert ad perſonam aduerſam. Non dixit, non reſiſtere fratri, inquit: ſed ait malo, oſtẽ-
dens quòd illo vtique inſtigante talia perpetrentur. Quid igitur? Non oportet nos re-
ſiſtere malo? Oportet quidem, ſed non hoc modo, verùm eo quo ipſe præcepit: vt ſci-
licet nos ad ſuſtinẽdas iniurias præbeamus: ſic enim illum profectò ſuperabimus. Nec K
enim aliquando ignis igne, ſed aquâ vtique ignis extinguitur. Atqui Ben Syra inter
Hebræos celeberrimus, inter ſentẽtias morales hãc nono loco poſuit, טב לבישא לא תעבור
id eſt, Bonum in malum non tranſire facias. Cuius & iſta Hebraica expoſitio eſt: quòd
omninò reuocemur à beneficentia in hoſtes, ne ſimus ſicut Iacob, qui bonum fecit
impio Eſau, & præceptum habuit à Deo, ne progrederetur cum eo in via. Verùm quo
magis ſopitur hominis aduerſarij iracundia quã per patientiam? Quàm melius Ethni-
Phocylid. cus etiam Phocylides poëta in Noutheticis:

ἢν γὰρ ἀποκτείνῃς ἐχθρὸν, σὸν χεῖρα μιαίνεις.
Si enim occideris inimicum, manum tuam polluis.

Tertull. Tertull. lib. Apolog. c. 36. Malè enim velle, malè facere, malè dicere, malè cogitare de

quo-

A quoquam ex æquo vetamur. Et cap. 37. oſtendit, quanta olim cum patientia Chriſtiani & calumnias,& omne tormentorum genus ſuſtinuerint, cùm,ſi voluiſſent, malis reſiſtere potuiſſent. Cui bello,inquit, non idonei, non prompti fuiſſemus, etiam impares copiis, qui tam libenter trucidamur? Potuimus & inermes, nec rebelles, ſed tantummodò diſcordes, ſolius diuortij inuidia aduerſus vos dimicaſſe. Si enim tanta vis hominum,in aliquem orbis remoti ſinum abrupiſſemus à vobis:ſuffudiſſet vtique damnationem veſtram tot qualiumcunque amiſſio ciuium, immò etiam & ipſa deſtitutione puniſſet. Proculdubiò expauiſſetis ad ſolitudinem noſtram,ad ſilentium reorum, & ſtuporem quendam:quaſi mortuæ vrbis reliquias quæſiſſetis,quibus in ea imperaretis.Plures hoſtes quàm ciues vobis remanſiſſent: nunc enim pauciores hoſtes habetis,præ multitudine Chriſtianorum penè omnium ciuiũ,penè omnes ciues Chri-

B ſtianos habendo. Sed hoſtes maluiſtis vocare generis humani. Verùm ſi nulli malo reſiſtendum eſt,an non mali creſcent in detrimentum bonorum, & totius Eccleſiæ? An non Paulus reſtitit Elymæ Mago, Act.13? An non Alexãdro & Hermogeni? Aug. & Hierony.malum conſiderant in ratione violentiæ quam infert electis,nõ in ratione culpæ. Nam in faciem impietati & ſceleri reſiſtendum eſt, licet nec violentia per violentiam compenſetur. Verùm rurſus occurrit obiectio, Si neque vi in impium agendum eſt, quæ erit authoritas magiſtratus? Non ſine cauſa gladium portat, inquit Paulus Rom.13. vindex in irã huic qui malè agit. Et,vt ſcribit Petrus,Principes miſſi ſunt ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum. Eccleſ. 8. Quia non profertur citò contra malos ſententia, abſque timore vllo filij hominum perpetrant mala. Reſpondetur hîc Chriſtum agere de priuata, non autem de publica vindicta. Nam ſicut

C priuata vindicta charitati repugnat: ita publica diuinæ iuſtitiæ correſpondet,& miniſterialis eſt, per quam Deus vindex conſideratur. Auguſtin.lib.2.contra Epiſt.Parmeniani: Non enim, inquit, præcepta Euangelica de dilectione inimicorum eatenus intelligenda ſunt,vt peccati relaxetur impunitas:ſed vt delinquenti correctio,& naturæ miniſtretur ſubſidium, donec per ſententiam iudicis adempta ſpe correctionis,malorum tollatur exercitium. Alioquin quam patres in filios, domini in ſeruos, reges in ſubditos poteſtatem haberent,ſi dilectionis prætextu correctio, iuſtitiæ authoritas,& belli æquitas tollatur?Habet quidem pater vna manu panem,ſed & altera vrgam.Qui parcit virgæ, odit filium ſuum, inquit Sapiens. Tanto abeſt vt virga dilectioni præiudicium faciat. Habent & domini flagellum in ſeruos. Sic enim olim, vt ſcribit Iuſti-

An impiis non reſiſtendum eſt, vt pullulẽt impietates. Auguſt. Hierony.

Auguſt.

Bellum dominorum

D nus lib.2.hiſt.in Trog.Pompeium,cùm Scythæ in longinquam regionem bella factu- *in ſeruos.*
ri profecti eſſent, vxores longiore mora illos mortuos eſſe ratæ, ſeruos ſuos in viros acceperunt. Redeuntibus dominis ſerui reditum præcludunt. Conflictatum eſt inter dominos & ſeruos. Verùm quamdiu æquis & paribus armis domini cum ſeruis congreſſi ſunt,æquales ſerui viſi ſunt & pares viribus dominis ſuis.Itaque ſenior omnium aliud conſilium ſuggeſſit, vt craſtino non clypeis,ſed flagellis in ſeruos progrederentur.Ita factum eſt, & flagella videntes ſerui dominos agnouerunt, & ſeruili timore depreſſi dominis ceſſerunt. Iam ſi virga patrem, flagellum dominum,gladius principem illuſtrat: quis non concludet reſiſtendum eſſe malis? Quid verò quòd Epiſcopo datur pædus paſtoralis? An non vt adinſtar paſtoris lupis & vrſis, hæreticis nimirùm & impiis occurrat? Act.20.Sic enim Paulus primores Epheſinæ Eccleſiæ monebat.

Pædus paſtoralis.

Attendite vobis, & vniuerſo gregi,in quos vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos, re-
E gere Eccleſiam Dei.Quid?An non principes Chriſtiani in Turcas & infideles exercitum parare poterunt, quia dictum eſt à Chriſto, Noli reſiſtere malo?1.Mach.2.Si non pugnauerimus aduerſus Gentes pro animabus noſtris,& pro iuſtificationibus noſtris, citius diſperdent nos à terra.Cui ergo niſi principi dicitur,Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime? Num.25. Hoſtes vos ſentiant Madianitæ, & eos percutite, quia & ipſi hoſtiliter egerunt contravos.Verùm aliud eſt,ſi quis ductus iuris & legum authoritate, ipſe etiam à Deo gladium portans, reſiſtat impiis,ſeu malis quibuſcũque: aliud, ſi quis ſola ductus particulari vindicta id faciat: aliud, ſi ex odio perſonæ, aliud ſi ex odio malitiæ.Prohibet Chriſtus omnibus reſiſtere malo,odiendo perſonam, non tamen principibus & his qui ius habent in eos, reſiſtere malo,odiendo malitiam.Poterit & ad modum quo reſiſtitur,referri.Ne quis reſiſtat malo modo, ſed modo bono &legitimo,nimirùm ordine iuris. *Sed ſi quis te percuſſerit in dextram maxillam,præbe ei &*

Iuliani calumnia. *alteram.* Iulianus olim hanc legem deridens, sinebat Christianos colaphizari & spoliari, conquerentibus id obiiciens. Verùm Augustinus hoc ad spiritualem sensum referendum esse scribit, lib. de Mendacio, ad Consentium, cap. 15. Valeant igitur exempla intelligendarum scripturarum, inquit, velut cùm legimus in Euangelio, Accepisti alapam, para alteram maxillam. Exemplum autem patientiæ nullum quàm ipsius Domini potentius & excellentius inuenimus. At ipse cùm alapa percussus esset, non ait, Ecce altera maxilla: sed ait, Si malè dixi, exprobra de malo: si autem benè, quid me cædis? Vbi ostendit illam præparationem alterius maxillę in corde essefaciendam. Quod & ipse Paulus Apostolus vtique nouerat. Nam cùm ipse alapa ante Pontificem percussus esset, non ait, (Act. 23.) Percute maxillam alteram: sed, Percutiet te Dominus paries dealbate. Et tu sedes iudicare me secundum legem, & contra legem iubes me percuti? Idem to. 6. lib. 22. contra Faustum Manich. cap. 76. Intelligant, inquit, hanc maxillæ præparationem non esse in corpore, sed in corde: ibi est enim sanctum cubile virtutis, quæ in illis quoque antiquis iustis nostris patribus habitauit: sed eam rerum dispensationem ac distributionem temporum ordo poscebat. Idem lib. 1. de ser. Dom. in monte, cap. 34. Parum enim adhuc videtur Domino, si pro malo quod acceperis, nihil reddas mali, nisi etiam & amplius sis paratus accipere. Para, inquit, adhuc te percutienti. Quod ad misericordiam pertinere hi maximè sentiunt, qui eis, quos multũ diligunt, tanquam filiis, vel quibuslibet dilectissimis suis ægrotantibus seruiunt, vel paruulis, vel phreneticis: à quibus multa patiuntur, etsi eorum salus id exigat: præter se etiam vt vltrà patiantur, donec vel ætatis, vel morbi infirmitas transeat. Quos ergo Dominus medicus animarũ curandis proximis instruebat, quid aliud eos docere posset, nisi vt eorum, quorum saluti consulere vellent, imbecillitates æquo animo tolerarent? Omnis namque improbitas ex imbecillitate animi venit: quia nihil innocentius est eo, qui in virtute perfectus est. Potest & ista sententia per quandam hyperbolen explicari, qua vt Chrysostomus hom. 18. Oper. perfecti in Matth. summam quandam patientiam, animíque moderationem intelligit: vt iniuria vna accepta, parati sint ad secundam ferendam, & ne defatigentur perseuerando. Dicant, & istud cum Paulo statuant, Ego non solùm ligari, sed & mori pro nomine Domini mei Iesu paratus sum. Chromatius serm. 2. in Matth. cap. 5. Huiusmodi enim meditatio tolerantiæ, inquit, ducit ad passionem martyrij. Facilè enim persecutionis tempore pœnas poterit sustinere, si in pace antè exercitatus, huiusmodi iniurias æquanimiter suscipiat. Hieronym. in Matth. Secundum mysticos sensus, percussa dextera nostra, non iubetur sinistram præbere, sed alteram, hoc est alteram dextram. Iustus enim sinistram non habet. Si nos hæreticus in disputatione percusserit, & dextrum dogma voluerit vulnerare, opponatur ei aliud de scripturis testimonium: & tamdiu verberanti succedentes sibi dextras præbeamus, donec inimici ira lassescat. Requirit etiam Augustin. spiritualem maxillæ interpretationem, lib. 1. de ser. Domini in monte. Interim tamen simplex istius sententiæ sensus est, quem Chrysostom. Theophil. Euthymius, Rabanus, Ambros. Chromatius sequuntur: vt tantum absis à vindicta, quòd vna alapa accepta, paratus sis & aliam pati. Glossa. Præbe, inquit, vel totum corpus ad affligendum. Cæterùm alapæ nomine, cætera ignominiæ tormenta intelligit. Solet enim his quos contemnimus impingi, vt mulieribus, pueris, aut alioqui effœminatis, & imbecillibus. At verò Christianus hanc ignominiam summa cum animi mansuetudine, adinstar ouiculæ tolerabit. Talem se exhibuit Michæas Propheta, 3. Reg. 22. Talem Christus, Ioan. 18. Talem & Paulus, Act. 23. De Christi patientia, sic Petrus: (1. cap. 2.) Qui cùm malediceretur, nõ maledicebat: cùm pateretur, non comminabatur: tradebat autem iudicanti se iniustè. Thren. 3. Dabit percutienti se maxillam. Iob. 16. Exprobrãtes percusserunt maxillam meam. Es. 50. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus. 2. Cor. 11. Ideò sustinetis si quis in faciẽ vos cædit, si quis deuorat, si quis accipit, si quis extollitur. *Et ei qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuã tollere, dimitte ei & palliũ.* Græcè est, θέλοντί σοι κριθῆναι, volenti tibi iudicari, vel tecum iudicari: quod rectè per periphrasim vertit interpres. Estque aliud genus iniuriarum, cùm non per vim, sed iuris prætextu, damnum infertur innocenti. Tunica autem dicitur χιτὼν, & vestis est interior, ἱμάτιον, exterior, quæ Romanis est toga, Græcis pallium. Tamen τὸ ἱμάτιον interdum pro quouis vestimenti genere ponitur. Lucas istud habet recto ordine, cap. 6. Et qui aufert

Idẽ Aug.

Idem.

Hyperbole. Chrysost.

Chromatius.

Hieronym.

Augustin.

Glossa.

A aufert tibi pallium, etiam tunicam noli prohibere. Hunc autem locum videtur Paulus his verbis exponere: (1. Cor. 6.) Iam quidem omninò delictum est in vobis, quòd iudicia habetis inter vos: quare nõ magis iniuriam accipitis? Quare non magis fraudem patimini? Sed vos iniuriam facitis, & fraudatis, & hoc fratribus. Verũ hîc oritur quæstio, num liceat Christianis in iudicio de re aliqua contendere. Agere quidem iure licet, non contendere, id est, ad cõtentionem prouocare, quod secum vindictam habet. Prohibeantur rixæ, & lites, non iuris discussio. Glossa iudicium altercationis vocat. Nouerat Christus quanta sit iudicum corruptio, quanta iniquitas. Quid enim, dic mihi, profuerit tibi apud iudices de tunica contendere? Etiam & ipsi pallium, cæteráque vestes auferent. Perpende scilicet quot, quantísque expensis tuam contentionem expendent. Agitur de tunica ablata, ius prouocationis, obtestationis, consignationis re-

An Christianis liceat in iudicio contendere.

B quiritur, & modò apparitori, modò clienti, modò aduocato, modò iudicibus consignandæ pecuniæ erunt. Poterat vna hora res ista decidi, aut per testes, aut per iuramẽtum: verùm è musca facient elephantum, & non modò dixerim te pallium cæteráque vestes consumpturum, vt tibi tunicam vendices, sed & ad extremam fortè paupertatem redigendum, etiam neque tunicam ablatam habiturum. Considera quæso quot sint forenses Harpyæ. Hîc si te sisti patiaris, etiamsi ius tibi deferatur, non tamen sine puluere, non sine infinitis laboribus, animi tormentis, pecuniarum expensis: ita vt nec ipsum rei caput de quo quærebatur, non nisi magno emisse videare. Adiudicent tibi licet tunicam, non prius tamẽ, quàm & pallium & omnia tua exsuxerint. Hoc est eorum qui in iudicio contendere volunt, certissimum & miserrimum tamen tormentũ.

Corrapteláe & rapinæ forenses.

Quid ergo tibi profuerit aut ad iudices prouocasse, aut apud eos contendere? Hinc si-

C bi è tuis & aliorum contentionibus, ex aliorum miseris spoliis pinguiorem fortunam comparant: ditescunt, epulantur, sumptus amplissimos suæ familiæ suggerunt: & tu, ô bone, illorum iudicio repetis, quæ tibi ex iure debentur? Etsi repetas, non habebis tamen, quã te picem tetigisse, & ad Rhamnum venisse fateare. Rhamnus vestes aliquãdiu remoratur: at verò remorabuntur illi & tunicam & pallium tuum, & omnia tua. Pessimus vtique iustitiæ administrandæ prætextus, quo spoliantur hi, qui spoliatos se conqueruntur: & aliquando latrones experiuntur iis peiores, quorum vt rapinis liberarentur, ad iudicum sententiam confugerunt. An non & Ascræus vates fratrem Persen ab his cõtentionibus auocabat, quòd sciret ab illis nihil aliud se referre posse, quã nuditatem, & paupertatem? Etsi enim iure apud illos contenderit, experturus sit ta-

Quid sequatur cõtentiosos.

D men quòd

Hesiod.

τῆς δὲ δίκης ῥόθος ἑλκομένης ἣ κ' ἄνδρες ἄγωσι
δωροφάγοι, σκολιῇς δὲ δίκῃς κεύνωσι θέμιστας. id est,

Porrò iustitiæ vim protractæ quocunque viri impellunt
Doniuori, prauísque sententiis leges diiudicant.

Chrysostom. hom. 12. Oper. imperf. in Matt. Primùm, inquit, indigna res est, vt homo fidelis stet in iudicio ante conspectum iudicis infidelis. Nam etsi infidelis non est, certè secularis est. Et qui te venerari debuerat propter dignitatem fidei, iudicat te propter necessitatem causæ, & perdes dignitatem Christi, propter negotium mũdi. Deinde propter lucrum, necesse est vt te coram eo abiicias. Demum omne iudicium irritatio cordis est, & cogitationum malarum. Si semel in iudicium ingressus fueris, non iam desideras, vt veritas causæ appareat, sed vt quocunque modo victor existas. Si autem videris quòd causa tua, sicut frequenter fieri solet in iudiciis, aut verbis, aut fraudibus, aut pecuniis expugnetur: necesse est similiter, vt & tu verbis, aut fraudibus, aut pecuniis causæ tuæ adesse festines. Etsi ab initio consilium non habuisti, vt sic ageres: postea sic agere, ipsius controuersiæ necessitas te cõpellit. Nã primùm pro lucro tantũmodò festinabas: postea iã & pro pudore contẽdis: Et magis contentus es etiã peccare tantùm, vt vincas, quàm vinci tantùm, vt ne pecces. Hæc ergo Christus illis mandat, qui magis diligunt Deum quàm mundum. Nam qui lucrum animæ magnum esse existimat, damnum rei modicum putat: & qui damnum rei magnum existimat, lucrum animæ minimum putat. Qui ergo difficilius putat rem dimittere, quàm iudicium ingredi, hoc cogitet, quia difficilius est de iudicio sine peccato exire. Ergo sicut Ioseph dimisit pallium in manu meretricis, (Genes. 39.) & fugit cum pallio castitatis: sic & tu proiice pallium in manus calumniatoris, & fuge cum meliore velamento iustitiæ: ne

Chrysost.

fortè dum vis vindicare veſtem corporis, pretioſiſſimum animæ veſtimentum per- F
Idē Chryſ. das. Idem hom.18.Oper.perf.in Matth. Quòd ſi neceſſe eſſet ob Philoſophiam nudū
rurſus incedere,ne ſic quidem eſſet pudendū:quia Adā nudus erat in paradiſo, (Gen.
3.)nec erubeſcebat tamen.Et Eſaias:(c.20.)Nudus & diſcalciatus,ſed omnibus Iudæis
longè honeſtior incedebat & clarior:& Ioſeph quando nudatus eſt, tunc magis ni-
Tertull. tuit. Non enim hoc modo nudari malum eſt. Tertullian. lib.de Patientia: Si detri-
mento rei familiaris animus concitatur,inquit, omni penè in loco, de contemnendo
ſæculo ſcripturis dominicis commonetur: nec maior ad pecuniæ cōtemptum exhor-
tatio ſubiacet,quàm quòd ipſe Dominus in nullis diuitiis inuenitur. Semper paupe-
res iuſtificat, diuites prædamnat.Ita detrimentum patientiæ,faſtidiū opulentiæ præ-
miniſtrauit:demonſtrans per abiectionem diuitiarum,læſuras quoque earum compu-
Thomas. tandas non eſſe. Quod ergo nobis appetere minimè opus eſt,quia nec Dominus ap- G
petiuit: detruncatum,vel etiam ademptum non ægrè ſuſtinere debemus. Thomas lib.
Comment.in Matth.Eapropter colligit perfectis Chriſtianis ſatius eſſe aliquid perde-
re,quàm in iudicio contra raptorem contendere.Vnde,inquit,ſolent dici hi verſus:

Expedit infirmis,licet abſque dolo,ſine lite:
Prælatiſque licet,non expedit Anachoritæ,
Nec licet,vt per eum ſint res in iure petitæ.

3.cauſa repeti poſſūt ablata. Triplex autem cauſa eſt,qua poſſunt etiam perfecti ablata repetere, inquit D. Thom.
Prima eſt malorum refrænatio. Iob.29. Conterebam molas iniqui, & de dentibus il-
lius auferebam prædam. Gregorius. Non ſolùm cura debet eſſe ne noſtra ſubtrahant,
Gregor. ſed vt rapientes non ſua, ſemetipſos non perdant. Secunda eſt, pacis conſeruatio. Eſ.
Alb. Mag. 33. Erit opus eius iuſtitiæ pax.Tertia eſt,pauperum conſolatio, quibus data ſunt illa H
bona temporalia ad ſuſtentationē. Alb. Magnus in Matth. Et quidem perfecti Chri-
ſtiani ſua repetere poſſunt ſine contentione,& in foro non contentioſo,apud iudicem
iuſtum,ſine diſpendio perfectionis ſuæ.Nec facio vim,inquit, vtrum habeant propriū
nomine capituli in communi,& non in ſingulari:Vel,nec nomine ſingulari,nec com-
muni. Videtur enim dolus in iis latere, qui ſe repetere dicunt alterius nomine, quod
ſubſtituerunt, quia perſona habilis eſt ad proprium.Hæc enim vmbra eſt,de qua Iob.
40.Protegunt vmbræ vmbram eius. Sine clamore & contentione omnibus licet, eo
modo quo proprium habent.Qui enim ſuum repetit, nulli iniuriam facit: niſi ex re-
petitione ſciat prouenire maius malum.Alioquin vbi ſcandalum oriri poterit, caueat
ne charitati diſpendium faciat. Dico autem ſcandalum commune paſſiuum:non ſin-
gulare,quia aliter aliquid non repeteretur.Dicent enim ſemper proterui & iniuſti ca- I
Dion.Cart. lumniatores ſe conturbari,ſi ea quæ rapuerunt, repetantur. Dionyſ. Carthuſianus in
Matthæum.Sed &, vt ex D.Thoma notauimus, Eccleſiaſticis Prælatis, etiam & reli-
gioſis bona Eccleſiæ committuntur, ſicut & bona Reipub. creduntur rectoribus.
Horum itaque conſeruatio imminet his, quibus commiſſa ſunt de neceſſitate, ſicut
& depoſitorum. Ideò propter ſcandalum vitandum dimittenda non ſunt, ſicut nec
alia quæ ſunt de neceſſitate ſalutis. Vnde B.Thomas Cantuarienſis Epiſcopus re-
petiit bona Eccleſiæ cum grandi ſcandalo regis. Alia verò bona temporalia noſtra
ſunt,ſeu propria:& hæc propter ſcandalum dimittenda ſunt, vel largiendo ea aliis, ſi
apud nos ſunt:vel dimittendo ea aliis, ſi iam apud nos non ſunt, quando ſcandalum
ex infirmitate, vel ignorantia oritur, quod eſt ſcandalum infirmorum. Dimittenda K
ſunt (inquam) vel ſcandalum alio modo ſedandum eſt, vt errans inſtruatur, & ſcan-
dalizari deſiſtat.Quòd ſi noluerit, iam ſcandalum eius erit ſcandalum Phariſæorum.
Dum igitur ſcandalum ex malitia ſcandalizati procedit, non ſunt bona temporalia,
quamuis propria,propter id vitandum dimittenda, quia hoc vergeret in detrimētum
boni communis,& rapientibus hoc noceret in anima.Quod ergo ait Saluator,& eius
Apoſtolus,intelligendum eſt ſecundum promptitudinem animi, ita, quòd homo pa-
ratior ſit pati fraudem atque iniuriam,quàm iudicio agere, deſiderio pacis internæ &
quietis, ne alij offendantur, dummodò aliundè expediat. Ex his eluceſcit quomodo
intelligendum ſit,quod præcipit Chriſtus: Qui aufert quæ tua ſunt,ne repetas: ſcili-
cet cum lite, & contentione, vel cum ſcandalo puſillorum. *Et quicunque te angariauerit,*
ἀγγαρεύσῃ μίλιον ἕν, coëgerit,& impulerit ad milliare vnum. *ἀγγαρεύω* enim idem quod
adigo & compello. *Vade cum illo & alia duo milliaria*, & animi præparatione, aut operis
executione

A executione: nisi te ad illicitam seruitutẽ adegerit. Si enim hucusque tantum procedis, quò te ducit, existimabit id à te necessitate & violentia, non autem animi promptitudine factum esse. Si verò vlterius progrediare, tuam tolerantiam & benignitatem experietur. Chromatius serm. 2. in Matth. cap. 5. Bonum enim nostrum vult, non tam ne- Chromat.
cessitatis, quàm voluntatis esse: vt dum amplius ex nobis facimus, quàm ab aliis postulamur, maioris mercedis gloriam consequamur. Integræ enim charitatis, ac perfectæ deuotionis officium est, plus sponte præstare quàm petieris. Hunc sensum quidam etiam spiritualiter intelligendum crediderunt, vt quicunque infidelis, vel necdum cognitionẽ veritatis consecutus, de vno Deo patre rerum omniũ cõditore, velut per iter legis ingressus, fecerit mentionem, Vadas cum illo adhuc alia duo: id est, post Patris
B professionem, per viam veritatis, hunc eundem vsque ad cognitionem Filij & Spiritus sancti perducas: ostendens illi non solùm Patrem, sed & Filium & Spiritum sanctum esse credendum. Augustinus. lib. 1. de serm. Domini in monte, cap. 37. In his generibus triũ Augustin.
exemplorum (alapæ, rapinæ, & angariæ) nullũ genus iniuriæ prætermissum esse video. Namque omnia, in quibus improbitatem aliquam patimur, in duo genera diuiduntur: quorum alterum est, quod restitui non potest, alterũ quod potest. Sed in illo quod restitui non potest, vindictæ solatium quæri solet. Verùm quid prodest, quòd percussus repercutis? Numquid propterea aliquid quod in corpore læsum est, restituetur in integrum? Sed tumidus animus talia fomenta desiderat: sanum autem firmumque ista non iuuant: quin potius misericorditer perferẽdam alterius infirmitatẽ indicat, quàm alieno supplicio suam mitigandã, quę nulla est. Neque hîc ea vindicta prohibetur, quę ad correptionem valet: ipsa enim etiam ad misericordiam pertinet. Nec impedit illud
C propositum, quo quisque paratus est ab eo, quem correctum esse vult, plura perferre. *Qui petit à te, da ei, & volenti mutuari abs te, ne auertaris.* Post tolerantiam aduersorũ, beneficentiam adiicit: vt in omnibus nos charitate ductos esse ipsi etiam infideles experiantur. Benefacimus autẽ dupliciter, aut sine spe persolutionis, donando gratis indigentibus: aut cũ mutui expectatione, sed tamen sine vsuris. Thom. Aquin. in Matth. Quã- *Mutuum.* Thomas.
tum ad primum, dicit, Qui petit à te rem, vel correctionem: Glossa, quæ possunt dari iuste: nec enim aliena res est in nostra potestate. Des, inquit Aug. vt nec tibi noceas, Augustin.
nec alteri. Tria autẽ maximè dare possumus, 1. Cordis compassionẽ. Esa. 58. Cùm effuderis esurienti animam tuam. Gregor. Nanzanz. homil. de paupertate fouenda: Sal- Greg. Nan.
tem, inquit, da lachrymulam. Gregorius Papa. Plus est compati, quàm temporalia largiri: quia qui compatitur, de seipso dat: qui pecunia succurrit, dat alienum à se. Possu- Greg. Papa.
D mus etiam dare oris consolationem. Eccl. 18. Nónne ardorem refrigerabit ros? Demũ manu liberales in egenos esse debemus. Deut. 15. Præcipio vt aperias manum fratri tuo egeno. Verùm hîc obiicitur, an ad omnes & semper obligemur. Respõdet D. Thomas, *An ad omnes, & semper obligemur.*
illud quod postulatur, aut esse temporale, aut spirituale. Si temporale, vel est de obsequio in opere, sic tenetur quilibet ad indigentem. Exod. 23. Si videris asinum odientis Thomas.
te iacere sub onere, non pertransibis, sed subleuabis eum. Vel est de rebus, quæ aut superfluæ sunt, aut necessariæ. De superfluis tenentur clerici. Vnde Ambros. Non ma- Ambros.
ioris est criminis habenti tollere, quàm cùm possis, indigentibus denegare. De superfluis & necessariis omnes tenentur etiam inimicis succurrere in extrema necessitate. Prou. vlt. Manum suã aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperes. Psal. 111. Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculũ seculi. 2. Cor. 9. Hilarẽ enim da-
E torẽ diligit Deus. Sed & de inimico dicitur Rom. 12. Si esurierit inimicus tuus, ciba illũ. Quod Hiero. Comment. suis in Epist. ad Rom. ita explicat. Quisquis in quacunq; Hierony.
necessitate morituro succurrere potuerit, si nõ succurrerit, occidit. Quòd si illud quod postulatur, spirituale est, obligat tam pauperes quàm diuites, nimirùm vbi facultas fuerit. *Et volentem mutuari abs te, ne auertaris.* Θέλοντα ἀπὸ σοῦ δανείσασθαι. Est autẽ δανείζειν, fœnerari, & tradere ad vsuram: vnde & δάνεισμα, fœnus, mutuum, & vsura est. Hîc verò *Non hîc agitur de vsura.*
non pro vsura aut fœnore, sed simpliciter pro mutuo sumitur, vt obseruat Chrysostomus. Prohibentur enim Christianis fœnora & vsuræ, licet mutuum: quod nos expendemus, Deo dante, cùm ad hanc Domini sententiam peruenerimus, Mutuũ date, nihil inde sperantes. Chrysostom. hom. 18. in Matth. Hæc superiùs dictis minora sunt: Chrysost.
sed nihil omninò mireris: hoc enim ferè semper facere cõsueuit, vt maioribus minora permisceat. Si verò hæc illorum comparatione videantur exigua, audiãt illi qui aliena

diripiunt, vel qui propria meretricibus largiuntur: duplicem sibi accendentes ignem, F
Alb. Magn. & de iniquis fructibus, & de pernicioſis ſumptibus puniendi. Albert. Magn. in Matth.
Ne auertaris igitur volentem mutuari abs te pecuniam, vel aliquid aliud: ſaltem vo-
luntas tua in illum propenſa ſit, ſi modò commodè poſſis. Quia in omnibus, inquit,
Gloſſa. hoc Apoſtoli verbum, 2. Cor. 8. ſubintelligitur: non vt aliis ſit remiſſio, vobis autem tri-
bulatio. Gloſſa, quod honeſtè dare poſſum, & alius honeſtè accipere. Et hoc notat A-
poſtolus, 2. Cor. 8. Veſtra abundantia illorum inopiam ſuppleat. Non enim vult Do-
minus, vt neceſſarium, cuius lucro viuo, & prouideo mihi, & commiſſo regimini, alteri
mutuo dem, qui fortè me lautior eſt: vnde fiat, vt ſubeam tribulationem indigentiæ, &
familiæ meæ magnum accedat detrimentum. 1. Tim. 5. Qui ſuorum, maximè verò do-
meſticorum curam non habet, infideli deterior eſt. Ita vbi & iuſtè, & ex noſtris, & ſine
vllo noſtro diſpendio mutuum dare potuerimus, non reiiciendus erit, quivoluerit mu- G
tuari à nobis. μὴ ἀποστραφῇς, ne auerſeris, aut reiicias, inquit. Quanquam & auertor re-
Eraſmus. Boëtius. peritur, vt ſit verbum depoſititium, inquit Eraſmus in Annot. ſed in carmine vſitatiùs:
vt apud Boëtium,

Eheu quàm ſurda miſeros auertitur aure!

Deut. 15. Hæc lex promulgata fuerat. Si vnus de fratribus tuis &c. ad paupertatem
deuenerit, non obdurabis cor tuum, nec contrahes manum: ſed aperies eam pauperi,
& dabis mutuum, quo eum indigere perſpexeris. *Omnia igitur quæcunque volueritis, vt fa-*
ciant vobis homines: ſic & vos facite illis. Hæc iſto loco refert Lucas: ſummam enim com-
plectitur eorum omnium quæ proximos ſpectant. Si quid eſt quod proximo inferre
velimus, conſideremus primùm, idémne nobis fieri patienter feramus: & qua menſu- H
ra nobis metimur, remetiamur & proximis. Nemo eſt qui non velit ſuę infirmitati cõ-
Lex naturæ. donari, iuuari in neceſſitate, viſitari in morbo, paſci in eſurie: & cum mãſuetudine tra-
Gratianus. ctari, ſi quem offenderit. Idem igitur ipſe ſibi iudex ſit: & ita in proximum ſe gerat, vt
& in ſe quoſque affectos eſſe velit, ſi in idem miſeriarum genus caderet. Gratianus hoc
ad ius naturæ retulit, diſt. 1. c. Humanum genus duobus regitur, naturali videlicet, &
moribus. Ius naturale eſt, quod in Lege & Euangelio continetur: quo quiſque iubetur
alij facere quod ſibi vult fieri: & prohibetur alij inferre, quod ſibi nolit fieri. Cæterùm,
Alb. Mag. Auguſt. vt obſeruat Albertus Magn. in Matth. voluntas hîc tantùm de bonis accipitur. Volun-
tas enim, vt ſcribit Auguſtinus, non eſt niſi in bonis: cùm in malis, flagitioſiſque factis,
Damaſcen. non voluntas, ſed cupiditas dicatur. Nimirùm, vt Damaſcenus docet, voluntas omnis
in ratione eſt. Itaque ſi quid obiicitur de iis quæ quis concupierit, concubitum, adul- I
terium, aut aliquid huiuſmodi: & idem proximo ſe exhibere debere exiſtimet: longè
quidem à Chriſti ſentẽtia fallitur. Non enim ait, Quæcunque concupiſcitis, ſed, Quę-
cunque vultis, recta nimirùm ratione ducti. Hanc autem ſententiam tanto honore
Seuerus Alexander Imperator proſecutus eſt, vt in publicis quibuſque locis eam Ro-
Æl. Lãpri. mæ tranſcribi iuberet, teſte Æl. Lampridio, libro de eius vita. Et hoc eſt diligere pro-
ximum ſuum ſicut ſeipſum.

Prohibetur odium inimici, & in eum omne beneficentiæ genus commendatur, vt quod ad Dei liberalitatem accedat. Vbi agitur de inimicis, & quinam illi ſint: & Scripturæ de odiendis quibuſ- K dam conciliantur.

Matt 5.	Marc.	Luc. 6.	Ioan.
Audiſtis quia dictũ eſt, Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis, diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderũt vos: & orate pro perſequentibus & calũniantibus vos, vt ſitis filij patris veſtri qui in cœlis eſt, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos		Sed vobis dico, qui auditis: Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos. Benedicite maledicentibus vobis, & orate pro calumniantibus vos. Et ſi diligitis eos qui vos diligunt, quæ vobis eſt gratia? nam & peccatores, diligentes ſe diligunt. Et ſi benefeceritis his qui vobis benefaciunt, quæ vobis eſt gratia? ſiquidem & peccatores hoc faciunt. Et ſi mutuũ dederitis his à quibus ſperatis recipere, quę gratia eſt	

A malos, & pluit super iustos & iniustos. Si enim diligitis eos qui vos diligũt, quã mercedẽ habebitis? nónne & publicani hoc faciũt? Et si saluta ueritis fratres vestros tãtũ, quid amplius facitis? nónne & Ethnici hoc faciũt? Estote ergo vos perfecti, sicut & pater vester cœlestis perfectus est.

est vobis? nam & peccatores peccatoribus fœnerantur, vt recipiant æqualia. Verumtamẽ diligite inimicos vestros: benefacite, & mutuum date, nihil inde sperantes: & erit merces vestra multa, & eritis filij Altissimi, quia ipse benignus est super ingratos & malos. Estote ergo misericordes, sicut & pater vester misericors est.

PARVM vtique commodi ex sole nanciscéremur, si ille nobis oriretur tantùm, & non etiam suo nos nostráque calore animaret. Hoc enim tellus calefacta, & plantas, & flores, & fructus producit. Ad eum sanè modum parum esset, si nos proximis gratiam rependeremus, illorumque in nos gratitudinem quodam velut nutu fateremur, nisi & beneficentia accederet. Et quid dico, gratiam rependamus, cùm alter alterum beneficiis præuenire, inimicis etiam benefacere debeamus? Hanc nobis Christus solis similitudinem ob oculos ponit, vt qui omnibus luceat, nemini se abscondat, quin suis vicibus ad quemque recurrat: Hinc & summi Patris in nos liberalitatem explicans, nósque in idem exemplum adducens, vt omnibus etiam aduersariis benefaciamus. Nam cùm finis præcepti sit charitas, eademque omnium virtutum maior existat, adeò vt qui in ea manserit, maneat & in Deo: ideò illam mundam, & perfectam, id est ab omni simultate immunem esse non modò contendit, sed & liberalem in omnes requirit. Roman. 13. Qui diligit proximum, legem impleuit. Ideò ait, *Audistis quia dictum est*: non tamen vtrumque eodem modo. Præceptum enim de dilectione proximi dictum est antiquis patribus Iudæorum in ipsa solitudine. Leuit. 19. *Diliges proximum tuum*. quod præceptum non modò in affectu, sed & in effectu consistit. Sed neque diligitur proximus dilectione carnali, quæ ex concupiscentiis emergit, sicut si quis scortum propter libidinem, aut diuitem propter aurum, aut epulonem propter mensam, aut principem propter dignitates diligere se dicat. Charitas enim non æmulatur, non agit perperàm, non inflatur, non cogitat malum, non quærit quæ sua sunt: sed neque solùm diligitur dilectione naturali, sicut omne animal diligit simile sibi, sed dilectione charitatiua atque gratuita, quæ fundatur in participatione fœlicitatis æternæ. Maximus martyr capitum Cent. 5. num. 14. Habere proximum sicut seipsum, est de sola vita, & vt superesse queat, curare: quod ad legem naturalem pertinet. Diligere verò sicut seipsum, est ei consulere, vt per virtutem fœliciter etiam agere possit: quod quidem lex scripta concedit. At verò diligere supra seipsum, maximè proprium est legi gratiæ. *Et odio habebis inimicum tuum*. Hoc verò adiectum, non est dictum ab vno & eodem legislatore: vnde ibi non sicut in cæteris superioribus mandatis, quæ à Deo profecta sunt, simul hæc annexa sunt, ἐρρέθη τοῖς ἀρχαίοις, Dictum est antiquis: sed simpliciter legitur, Dictum est. Posterior verò sententia à Scribis & Pharisæis profecta est. Albertus Magnus in Matthæum. In suis, inquit, traditionibus hoc posuerunt esse diuinum præceptum. Dicebant enim Rabbi Iosue, & Rabbi Ioanna, & alij Scribæ, quòd Deus dedit duplicem legem, vnam scriptam in lapidibus, & alteram in cordibus sapientum: Odium autem inimici in cordibus sapientum scriptum esse, quod etiam ex contrariorum opposita ratione facilè intelligatur. Ben Syra, qui à Iudæis nepos Hieremiæ fuisse creditur, in Sententiis moralibus, quas nobis Paulus Fagius in lucem emisit, sentent. 13. sic habet: Qui honorat inimicum suum, similis est asino. Cuius sententiæ exemplum habet Commentarius sequens, de Achab qui Benadad impium regem occisurus erat, si Prophetæ monitis paruisset: & ei tamen pepercit, eúmque in amicitiam recepit. Proponit & factum Saul, propter quod à Deo abiectus est, quia Agag regi pepercit. Verùm neque ex his exemplis generalis præscriptio de odiendis inimicis assignari potest: sed quærendum est primùm, qui veri sint inimici, quos odisse: qui demum sint, quos diligere debeamus. In hoc enim vt Iudæi, ita & permulti hallucinari possunt. Et pri-

Introductio.

Summa.

Dilectio vera in affectu & effectu.

Max. mar.

Alb. Magn. *A quibus probatum est inimici odium.*

Paul. Fagius

Cle. Alex. mùm quidem non dicit lex odiendum esse inimicum, sed è contrario. Clemens Alexandr. lib. 2. Stromat. Lex apertè dicit, inquit, Non abominaberis Ægyptium, quoniam aduena fuisti in terra Ægypti: vel Gentilem, vel quemuis etiam mundanum vocans Ægyptium. Et hostes, etiamsi muris immineant, conantes vrbem capere, non priùs vult hostes existimari, quàm missis ad eos legatis, ad pacem prouocauerint. Idem argumentum sequitur Philo Iud. lib. de Charitate. Et vt videas extremam æquitatis lineam, inquit, vult aboleri memoriam iniuriarum illatarum à veteribus hospitibus: vt magis nomen ad charitatem faciens valeat, quàm respectus malæ tractationis. Non prosequeris, inquit, Ægyptium odio. Atqui nullam iniuriam Ægyptij ab hac Gente abstinuerant, nouas semper crudelitatis species addentes prioribus. Attamen quia ab initio non excluserunt eam à suis ciuitatibus, nec arcuerunt à finibus, ob eam rem, inquit, habeant priuilegium & ius amicitiæ. Et si aliqui fortè voluerint transire ad Iudæorum instituta, non sunt hostiliter tractandi tanquam inimicorum posteri, sed hac conditione admittendi, vt tertia generatione vocentur in Ecclesiam, audituri diuina eloquia, eodem iure quo aduenæ, & patricij. Ac ne belli quidem ius ab humanitate alienum est. Idem narrat quod audiuimus ex Clemente Alexand. Vterque enim profert id quod legitur Leuit. 19. & Exod. 23. Si videris asinum odientis te iacere sub onere, non pertransibis, sed subleuabis eum. Quod

Lex vetat odisse inimicum.

Ph. Iudæus

Phocylides & legisse, & transcripsisse videtur Phocylides antiquissimus poëta, in Nouetheticis, sic enim habet:

χλιῶος δ' ἰὼ ἐχθροῖο πέσῃ κατὰ ὁδὸν, σωέγκρον, &c. id est,

Si inimici tui iumentum ceciderit in via, colleua:

Errantémque hominem, marí ve volutatum, ne deuites:

Præstat pro hoste amicum nanciscí beneuolum.

Philo. Philo Iud. in consequentibus: Nimirùm, inquit, in minimis quoque docet non gaudendum alienis aduersitatibus: sciens molestum affectum esse insultationem in miseriis. Adde quod exemplis contrarium astrui poterat. Illi quippè, qui Christi figuram gessere, in suos beneficentissimi inimicos fuere: vt Ioseph in fratres, Genes. 45. Dauid in Absalõ, 2. Reg. 18. & 16. in Semei & Saul, 1. Reg. 26. Vnde Christũ in se præsagiit (ait

Prosper Aquit. Prosper Aquitanicus, lib. de promiss. cap. 26.) Eodem modo se habuit Moses in Mariam sororem, illum ridentem, Num. 12. Philosophabantur verò Iudæi, vt & nunc permulti, diligendos amicos, ideò inimicos odiendos. Considerabant & vetitum sibi fœdus cũ inimicis Gentibus, Deut. 7. Illos exhorrescendos, quia odibilia opera faciebãt, Sap. 12. Vnde odio quoque prosequendos dicebant, quasi in morem Gentilium vim vi repellere liceat. Sed Scriptura odio prosequi vitium & malitiam hominum docebat, eámque detestari: cauebat quoque, ne Gentium fermento Israël inficeretur, si commercium cum hominibus impiis haberet: non tamen homines Dei creaturas, odisse docebat. Ideò adiicit, *Ego autẽ*. Vim habent omnes hę dictiones. Ego, ait ad emphasim, 1. qui se à diametro commentatoribus, immò legis deprauatoribus opponat. 2. qui à semetipso vt Deus loquatur & præcipiat: quem Esaias sic loquẽtem inducit cap. 53. Propter hoc, sciet populus meus nomen meum in die illa, quia ego qui loquebar, ecce adsum. *Dico*. Dico, cuius dicere est imperare: cuius verba veritas sunt: nec enim Deus est, vt filius hominis, vt mentiatur, Num. 23. *Vobis*. vtique, qui melioris perfectionis apicem scandere debetis, cùm & ampliorem ego vobis, quàm Moses, proponam mercedem. Vobis, inquam, qui meam & doctrinam & conuersationem sectari debetis: vt quemadmodum ego feci & docui, ita & vos faciatis. *Diligite inimicos vestros*. Non ait, Diligite inimicos meos, quia quo quis inimicus Dei est, etiã odiẽdus est. Est autẽ inimicus, nõ

Augustin. Dio. Areo. per naturã, sed per contrariã voluntatẽ, vt docet Aug. lib. 12. de ciuit. Dei, cap. 3. Nec enim in natura est malũ, ait Dionys. lib. de diuin. nominib. cap. 4. par. 4. Proindè nec homo aut diabolus malus est natura, sed voluntate, ait Cyrill. Hierosolym. catech. 2. Sed

Cyril. Hie. neque ait, eximite à pœnis. Potest enim inimicus quiuis aut lege politica, aut Ecclesiastica plecti, absq; charitatis iniuria. Immò 23. q. 4. can. est iniusta misericordia. Ex Am-

Ambros. brosi. 1. Offi. dicitur nõ miserendum latronis, etiamsi lachrymæ deprecantium cogere iudicem videantur, sed proferendam sentẽtiam: cùm alioqui displicuerit Saul misericors in Amalechitas, 1. Reg. 15. Charitas ergo Christiana nõ vetat iudicem legibus vti in noxios: habet quippè præceptum, Exod. 22. Maleficos non patieris viuere. Non enim

A enim præcepta Euangelica (ait Augustinus lib. 2. contra Epist. Parmeniani) de dilectione inimicorum, & misericordia impendenda proximis, eatenus intelligenda sunt, vt peccati relaxetur impunitas, sed vt delinquenti correctio, & naturæ ministretur subsidium: donec per sententiam iudicis, adempta spe correctionis, malorum tollatur exercitium. Idem refertur 23. q. 4. can. Non potest. Neque enim iudex, cùm impium damnat, inimicum agit: sicut nec iustitia charitatem opprimit. Idcircò de inimicitia suspectum iudicem repellere licet, vt patet 3. qu. 6. c. Omnes qui aduersus: &, Nulli Episcoporum: &, Quia suspecti: &, Qui inimici. Immò per iudices occisionem licitam, & per milites, docet Augustinus Epist. ad Publicolam, quod refertur 23. quæst. 5. can. De occidendis hominibus. Phinées quippè, Num. 25. Moses quoque cædem, Exod. 2. & 32. commendarunt suis exemplis: sed inimicorum Dei & legum. Nec errat, immò piè facit, pater filium castigans. Errabant enim Scribæ in dictione proximi, & in earum sententiarum sensu, quæ videbantur odium inimicorum admittere. Attendebant quidem dictionem amici, Leuit. 19. לא תשנא את אחיך *lo tisna eth-ahika*, id est, Non oderis fratrem tuum in corde tuo. Et rursus: ואהבת לרעך כמוך *Vehahautha*, proximum seu socium tuum sicut teipsum. Expendebant dictionem *Ahi*, seu fratris, pro eiusdem secum tribus homine: & dictionem *Recha*, pro amico, seu socio. Hos ergo solùm esse diligendos existimabant, qui eiusdem essent populi, religionis & cultus. Et quidem, vt docet Clemens Alex. lib. 2. Strom. frater intelligitur, non solùm qui ex iisdem parentibus natus est, sed etiam qui fuerit eiusdem tribus, eiusdem sapientiæ, aut verbi particeps. Hinc fit, vt & omnes Christiani se fratres nuncupent. Quinetiam nos ipsa natura consanguinitatis vinculo cõstrinxit. Leo Martyr, serm. 1. de Ieiunio decimi mensis. Proximi autem nomine non ij tantùm diligẽdi sunt, qui nobis amicitia & propinquitate iunguntur, sed omnes homines, cum quibus nobis natura communis est, siue illi hostes sint, siue socij, siue liberi, siue serui. Alioquin, vt scribit Lactantius lib. 6. de vero cultu, cap. 10. pro belluis immanibus habendi sunt, qui homines eiusdem secum naturæ oderit. Siquidem, vt ex Lucretio protulit,

Cœlesti sumus omnes semine oriundi,
Omnibus ille idem pater est.

Verùm quomodo tot obiectionibus respondebitur, quæ odiendos esse inimicos ostendunt? Hilar. in Ps. 138. Religiosum est odiũ, quo quis oderit inimicos Dei. Vnde & Psaltes habet: Nõne qui oderunt te Domine, oderã, & super inimicos tuos tabescebã? Perfecto odio oderã illos, inimici facti sunt mihi. Et alibi: Iniquos odio habui, & legẽ tuam dilexi. Itaq; ratio inimici habenda est: si inimicus tuus est, dilige eũ: si inimicus Dei est, ea ratione qua Deo aduersatur, odi illum. Hieron. in Vigilantium: Iniuriam meam patienter fero, iniuriam autem Dei ferre non possum. Hîc tu Mosen, hîc Dauidem, hîc ipsum etiam Christum considera, qui etsi inimicis suis essent mansuetissimi, in causa tamen Dei dissimulare non potuerunt. Moses per media castra cultores vitulorum occidi iussit, & ipse Christus vendentes & ementes flagellis abegit. Samuël, qui tot pertulerat à populo, docet Saulem non fuisse parcendum regi Amalechitarum, ipse etiam eum occidit. Dauid verò, qui toties suam mansuetudinem celebrat, quàm aduerso & vehementi animo ferebatur in Philistæos & Ammonitas? Hieron. lib. 3. Commẽt. in c. 5. ad Galathas: Non tam, inquit, personarũ quàm morum facta est dissensio. Vnde & resoluit, id quod dicitur ad Abraham, Inimicus ero inimicis, & aduersabor aduersantibus tibi: non tam Abraham illis fuisse inimicum, quàm illos virtutibus & religioni Abrahæ. Morum etiam potiùs quàm personarum distinctionem considerat, in hac sententia, Num. 31. Hostes vos sentiant Madianitæ: vt quomodo Deus vtiliter inter serpentem & mulierem inimicitias posuit, Genes. 3. ita magno nostræ fidei & salutis stabilimento, quid cum aduersariis contrahere prohibeat. Apocalyp. 1. Sectam Nicolaitarum ego odi. Sed & ipse Deus etsi diligat omnia quæ sunt, & nihil oderit eorum quæ fecit, præuidens tamen impietatem Esau antequàm nasceretur, dixit: Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Sed & nemo potest Deo seruire & mammonæ: vnde & nobis continuum bellum est cum Sathana. 1. Pet. 2. Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret, cui resistite fortes in fide. Et Iacobus: Resistite diabolo, & fugiet à vobis. Et Paulus: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus

August.
August.
Cl. Alexãd.
Omnes Christiani fratres sũt.
Leo Martyr.
Lactãtius.
Lucretius.
Obiectiones de odiendis inimicis.
Hilarius.
Hierony.
Idẽ Hiero.
Odiendi mores præsui.

principes tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. Abſit enim F
vt adinſtar Carpocratianorum aut veneficarum, pactum ineamus cum Sathana ini-
Baſilius. mico Dei. Baſil.hom. Quòd Deus non eſt author malorum, ideò docet Deum nobis
contra Sathanam inimicitiam indidiſſe, quia & ille nobis inimicus factus eſt. Reuera
Nulla nobis amicitia eſt cum malitia. enim, inquit, noxiæ ſunt amicitiæ, quæ cum malitia contrahuntur. Nam per amiciti-
am, ſimiles illis reddimur, quos amamus. Quamobrem rectè prouerbium dicit, Cor-
rumpunt bonos mores colloquia praua. Vt enim in peſtilẽtibus locis ſenſim attractus
aër, latentem corporibus morbum iniicit: ſic item ex praua conſuetudine maxima no-
bis mala haurimus. Hinc fit, vt requirendum ſit veræ dilectionis fundamentum in
Deo, quod vbi non fuerit, ſed à maligno, dilectio diſſolui debet. Ex his colligimus,
quos inimicos odiſſe poſſimus, inimicos Dei, pietatis, & bonorum morum: id eſt, ip-
Quos odiſſe poſſimus. ſam aduerſariam malitiam. Sic enim cùm Marcion Ioannem Euangeliſtam rogaſſet, G
Irenæus. ſum ſe noſſet, vt ſcribit Irenæus: reſpondit, Noui te filium Sathanæ. Quæ autem con-
uentio eſt Chriſti ad Belial, & templo Dei cum idolis? Si verò ille inimicus tuus eſt,
reconciliare cum eo, & dilige eum. Tanto abeſt vt vindictam homini permittat, quòd
Lactãtius. & inimicum diligendum, eique benefaciendum eſſe præcipit. Lactantius lib. 6. de ve-
ro cultu, cap. 18. agit in Ciceronem, qui in Officialibus libris dixerit, Virum bonum
eſſe, qui prodeſſet quibus poſſet, nemini noceret niſi laceſſitus iniuria. O quàm, in-
quit, ſimplicem, veramque ſententiam duorum verborum adiectione corrupit! Quid
opus fuit adiungere, Niſi laceſſitus iniuria? Non minus enim mali eſt referre iniu-
Non referenda eſt iniuria. riam, quàm inferre. Nam vnde certamina, pugnæ, contentiones, niſi quòd improbita-
ti appoſita impatientia magnas concutiat tempeſtates? Quòd ſi patientiam improbi-
tati oppoſueris, extinguetur protinus, tanquam ſi igni aquam ſuperfuderis. Alioquin H
ſi remittatur, erit vt oleum. Et hoc eſt non hominum more viuere, ſed pecudum &
brutorum. Sic ab homine & patientiam, & innocentiam tollit. Quid ergo noſtris No-
bilibus excuſationis eſt reliquum, qui ſummæ ſibi ignominiæ ducerent, ſi vel leuem
iniuriam condonarent, & non ſtatim mortem illius, à quo affecti eſſent, intentarent?
Plato. Condemnabunt eos etiam Niniuitæ, condemnabunt & cæteri Gentiles. Plato dialo-
go 1. de Republ. ſeu De iuſto, docet iuſti opus non eſſe, ſed iniuſti hominis, nocere vel
amico, vel alteri cuiquam. Sic enim Socratem cum Polemarcho diſputãtem inducit,
quòd Polemarchus, adinſtar Nobilium aulicorũ, aſſereret iuſtum & frugi hominem
non eſſe, qui non iniuriã vindicaret, & inimico modis omnibus nocere contenderet.
Socraticæ inductiones. Socrates ergo, Dic mihi, inquit, Polemarche, detrimento affecti equi meliores ne, an
deteriores fiunt ad equorum virtutẽ? *Pole.* Deteriores. *Socr.* Nónne & canes læſi, ad ca- I
num virtutem deteriores? *Pol.* Deteriores. *Socr.* Homines itaque, ô amice, detrimẽto af-
fectos, nónne peiores ad hominum virtutem iudicabimus? *Pol.* Omninò. *Soc.* Ergo iuſti
opus non eſt nocere. Quod ſic probat. Poſſúntne muſici ipſâ muſicâ non muſicos red-
dere? *Pol.* Nequaquam. *Soc.* Et equites ab equeſtri peritia per ipſam doctrinam alienos?
Pol. Non licet. *Soc.* An iuſti viri iuſtitia ipſa iniuſtos? Non enim caloris frigidum, neque
Seneca. ſiccitatis humidum opus eſt. *Polem.* Non certè. Seneca librum ſcripſit, cui titulum fe-
cit, In ſapientem non cadere iniuriam: quo argumentis multis rem iſtam demõſtrat. Et
cap. 13. ita ſapientem ſe habere ad quoſuis etiã inſolentes, & reluctantes, vt medicus ad
phreneticos, oſtendit. Nec ſanè aſſeſſor bruto recalcitranti iraſcitur, ſed emendat: nec
medicus ira mouetur contra phreneticum & febricitantẽ maledicentem ſibi. Doro- K
Dorotheꝰ. theus ſerm. 7. de accuſatione & reprehenſione, narrat ſe patrem vidiſſe, qui contẽneret
omnes iniurias: hanc verò rationẽ redderet. Ego certè me ad eas habeo, ſicut homines
Baſilius. ad blandos canes. Baſilius hom. 9. Hexaëmeron: Ipſi etiã leoni omniũ ferociſſimo ad-
blandimur, inquit, qui tamen noſtræ ſpeciei non eſt. Quid non à ſimili nobis aliquid,
quod humanum ſit, toleremus? Scio quidẽ caſtrenſem inter Barbaros legem fuiſſe, ne
miles à milite iniuriam toleraret: alioquin exautoraretur, vt qui mollioris eſſet animi.
In Nobiles furioſos & demẽtatos. Hanc ſibi legem præfigunt ignobiles iſti, qui feruntur in ſanguinem, & ita ſibi nobili-
tatis nomen demereri putant, ſi Chriſti nobilitatẽ abiiciant, & diabolo, qui homicida
eſt à mundi initio, vt aſſerit Chriſtus (Ioan. 8.) nomen dederint. Quæro ſcilicet, quæ
ſit illa nobilitas, & animi magnitudo, quæ te in lupum, leonem, & tigridem, dixerim &
in ipſum Sathanam transformet? Quid enim magis amicum naturæ noſtræ, quàm vt
quodq; animal ſuã ſpeciẽ cõſeruet? Hoc te tui corporis cõſtitutio docet. Nã, vt ſcribit
Galenus

A Galenus lib.1.de vſu part.iuxta animarum conditionem data ſunt corpora animantibus,ſeu timidis,ſeu audacibus.Non ſtatim tibi naturavngues acutos,non dentes,nõ cornua dedit,non operuit corpus tuum ſquammis,non cauda muniuit: ſed nudum & manſuetum animal procreauit.Vnde ergo mihi iſtam nobilitatis notam requiris, qua totus ſpiras odia,rixas,contentiones,furias, ſanguinem & vindictam? Primùm enim degeneras à natura tua, degeneras ab ipſa ratione, qua ſimul cum anima donatus es, à Chriſto per quem tu cùm inimicus eſſes, Deo reconciliatus es. Inſeris autem te Sathanicæ nobilitati, qui & ſanguine etiam humano ſe placari voluerit, & innocentes pueros in altaribus ſuis mactari. Et quidem Barbari in Romæ vaſtatione victis,qui in ædem ſacram ſanctorum Petri & Pauli confugerant,pepercerunt:ſed,vt ex Virgil.obſeruat Auguſtinus lib.1. de ciuit.Dei,cap.1.& 2.Ethnici Deos ſuos humano ſanguine

B placaturos ſe exiſtimarunt.Sic enim apud Virg. Æneas inquit:

Vidi Hecubam,centúmque nurus, Priamúmque per aras
Sanguine fœdantem quos ipſe ſacrauerat ignes.

Et quidem Dij Gentium dæmonia.Ab his ſuam illam ſanguinariam,furioſam,rabioſam,& blaſphemam nobilitatem mutuantur, qui etſi ſe Chriſtianos nuncupent, directè tamen Chriſti doctrinæ aduerſantur. Baſilius libr. Conſtitut. exercitoriarum cap. 21. monet nullam eſſe cauſam, cur à fratris dilectione ſeparemur. 1. Nam & mulier ſi inſidias ſtruxerit marito,condemnatur. Atqui nos ſpirituali ſocietate coniuncti ſumus. 2. Sed & corporis membra à corpore diuelli non poſſunt,ſine ipſius iactura:quã-to minus fratres? 3. Ad obiectionem autem ,quòd malus ſit, quem oderimus, reſpondit: Et malus erat Iudas, nec tamen exierunt Apoſtoli. Idem Epiſt. 79. Multum, ait,

C ſollicitũ eſſe oportet,& multas noctes inſomnes ducere, & cum lachrymis à Deo veritatem exquirere,eum qui à fratris amicitia reſecari velit.Si enim mũdi principes,vbi aliquem malefactorem morti adiudicare volunt, attrahunt vela, & expertiſſimos vocant ad propoſitorum conſiderationem: nunc quidem legis auſteritatem, nunc naturæ ſocietatem reuerentes,&multum ingemiſcentes,ac neceſſitatem deplangentes,nemini non manifeſtum faciunt,quòd non ex propria libidine, ſed ex neceſſario legis miniſterio,condemnationis inferant ſententiam: quanto oportet maiore cura,diligẽtia,conſultatione dignum reputari,ſi quis ſeſe à fratrum amicitia auellere conetur? At verò non modò pro leui iniuria excandeſcunt, & ſeſe ab amicorum conſuetudine ſeparant, ſed & cruento feruntur animo, vt ipſos perdant. Dixerim illos nobilitatem ſuam trahere,non ab electis filiis Adam,non à Seth,ſed à Cayn,qui fratri inſidiatus eſt,

D & ipſum occidit. Porrò charitatem in inimicos ſic Chriſtiani illi primi ſecuti ſunt, vt Tertullianus cap. 37. Apol.libro dicat, nec mortuis Gentiles peperciſſe Chriſtianis, quin illos de requie ſepulturæ,de aſylo quodam mortis diſtraherent: & eos inimicum vulgus lapidibus & furiis inuaderet. Et tamen licet nox vna pauculis faculis largitatẽ vltionis potuiſſet operari,noluiſſe Chriſtianos malum malo diſpungi.Immò ad maiorem charitatis in Chriſtianos cumulum, docet ibidem illis licuiſſe magis occidi, quã occidere. Nec verò videbitur hoc difficile illis,qui Chriſti ſpiritu potientur. Hic enim eſt ſpiritus dilectionis & pacis.Leo ſerm.de Martyribus:Poteſt,inquit,mihi quis dicere,Non poſſum vigilare, non poſſum ieiunare, non poſſum omnia mea pauperibus erogare,& in monaſterio viuere : numquid poteſt dicere, Non poſſum diligere? Auguſtin. to.6. lib. contra Adimantum,cap.17. Oſtendit legem iſtam de diligendis

E inimicis,non eſſe huic contrariam,quæ in veteri Teſtamento legitur(Exod.23.)de occidẽdis Chananæis,Hierbuſæis,Gergeſæis,Pherezæis,&Amorrhæis.Dominus enim, inquit, de diligendis inimicis præcepit,vtique de hominibus, quos per noſtram patiẽtiam & charitatem ad ſalutem poſſe conuerti, & quiuis intelligit, & exemplis ſæpiſſimè demonſtratum eſt.Quot enim è ſummis inimicis ſummi amici euaſerunt,per eorum qui offenſi erant,longanimitatem & patientiam?Ideò ſcilicet Chriſtus adiicit, *Benefacite his qui oderunt vos.* Ioſephum fratres eius oderant: tempore tamen penuriæ frumentariæ benefecit illis,(Geneſ.45.) & hac ſua liberalitate hoſtilem eorum animum euicit. Dauid autem quoties hoſtem Saulem in ſua poteſtate habuit? Pepercit tamen ei,nec permiſit quenquam in illum manus extendere. Hinc & ille exclamare coactus eſt,(1.Reg.26)Iuſtior tu es quàm ego:nam retribuiſti mihi bona pro malis. Seneca lib. De quatuor virtut. cap. de Magnanimitate:Nihil magnum,inquit,in rebus humanis,

Galenus.

Nobiles furioſi degenerant à natura, à Chriſto, à Deo.

Auguſt.

Virgilius.

Baſilius.

Nõ leuiter ſeparemur à fratribus.

Idẽ Baſil.

Tertull.

Leo.

Auguſtin.

Seneca.

niſi animus magna deſpiciens. Si magnanimus fueris, numquam iudicabis tibi contumeliam fieri. De inimico dices, Non nocuit mihi, ſed animum nocendi habuit: & cũ illum in poteſtate tua videris, vindictam putabis vindicare potuiſſe. Scito enim honeſtum & magnum genus vindictæ eſſe ignoſcere. At verò Chriſtiani non modò ignoſcunt, ſed & benefacere inimicis norunt. Hieronym. Epiſt. contra Pelagianorum hæreſim, benefieri inimicis ſcribit in correctionem & reſurrectionem, vt odij igne beneficiis ſuperato, & excocto charitatis frigore, inimicus eſſe deſiſtat. Hoc modo crudelem Iuliani Apoſtatæ animũ Chriſtiani olim ſuperarunt, cùm milites ipſius ægrotos exciperent, & eorũ tãdiu curã gererent, donec conualeſcerent: vt legitur apud Euſeb. hiſt. Eccl. lib. 9. c. 8. & hiſt. Tripar. lib. 6. cap. 29. Hinc nimirùm factũ eſt, vt & ſuis literis præciperet idem ab Ethnicis fieri. Literæ autem eius ad Arſaciũ ſacrorum in Galatia Pontificem hæc habebant. In vrbe quaque frequentia ad benignè excipiendos hoſpites xenodochia extrue, vt aduenæ non noſtræ tantùm religionis, ſed alieni etiam, quicunque petierint, aut indiguerint, humanitate noſtra perfruantur. Vnde ad eam rem pecunia ſuppeditet, prouiſum mihi eſt. Triginta enim millia frumenti modiorum, & ſexaginta millia ſextariorum vini, quotannis in eum vſum per Galatiam conferri iuſſi. Turpe ſiquidem eſſet, quum inter Iudæos mendicus non ſit; & impij Galilæi (ſic enim Chriſtianos vocabat) non ſuos tantùm, ſed & noſtros alant; ſi opem & auxilium noſtrum requirere noſtri viderentur. Porrò Græcæ religionis obſeruatores, vt ad miniſterium huiuſmodi aliquid etiam conferant, doce: hominéſque Græcos officiis & beneficiis talibus aſſuefac, antiquitùs noſtri moris operiſque id fuiſſe eos admonẽs. Homerus enim Eunæum hæc ita dicentem inducit:

Hoſpes, vel ſi te noſtras pertingeret ædes
Aduena deterior, iuſtos auferret honores.
Ab Ioue namque venit mendicus & hoſpes eodem.

Quid quòd etiam Turcarum principes xenodochia quædam erexerunt & fundarunt, quibus etiam Chriſtiani eleemoſynam aliquam acciperent, ſi modò nomen fundatoris, & requiem animæ eius verbis exprimerent? Auguſtin. lib. 5. de ciuit. Dei, cap. 26. hoc ipſo Chriſtianum Theodoſij animum apparuiſſe ſcribit, quòd Tyranno Eugenio deuicto, qui ſibi Occidentis Imperium occiſo Valentiniano arrogarat: eorum qui illis fauerant, filios Gentiles ad Eccleſias confugientes occidi vetuit, eóſque licet inimicorum filios Chriſtiana charitate dilexit, nec priuauit rebus, ſed auxit honoribus, in neminem poſt victoriam priuatas inimicitias valere permittens. Hoc nimirùm modo principes ſibi deuincere norunt populos, qui illos de tyrannide ſuſpectos habebãt. Roboam flagellis & ſcorpionibus populum à ſe auertit: illum autem licentia Hieroboam ſibi vendicauit. Vicit Heliſæus hoſtilem Syriorum militum animum, cùm eos, quos ſi permittere voluiſſet, breui mortuos videre poterat, liberali menſa excepit. 4. Reg. 6. Adde quòd charitas nõ ocioſa eſt. Probatio igitur dilectionis, exhibitio eſt operis. Diliges corde, ſed & idipſum teſtaberis opere. Ro. 12. Si eſurierit inimicus tuus, ciba illũ: ſi ſitit, potum da illi: & carbones ignis congeres ſuper caput eius. *Et orate pro perſequentibus & calumniantibus vos.* Sic Dauid Pſ. 118. Pro eo vt me diligerent, detrahebant mihi: egò autem orabam. Moſes orauit pro Maria ſorore ſua priùs eum calumniante, Num. 12. & ſæpiſſimè pro populo eum perſequente. Et hinc Chriſti ſanguis meliùs clamat quã Abel, Heb. 11. quòd Chriſtus pro inimicis orauit, dicẽs, Pater, dimitte illis, Matth. 26. Stephanus quoq; eum æmulatus eſt, cùm lapidibus obrueretur: exclamabat enim, Domine, ne ſtatuas illis hoc peccatum. Vnde Chriſtus Iacobum & Ioannem increpauit, quòd non recipientibus eum Samaritanis, dicebant, Vis iubeamus vt ignis deſcendat de cœlo, & comburat iſtos? Ad quos Chriſtus, Neſcitis, ait, cuius ſpiritus eſtis. Luc. 9. Iuſtinus recenſet Marci Imperatoris Epiſtolam ad Senatũ Rom. qui vetabat Chriſtianos ſuppliciis inquiri, quòd hi, cùm à nongentis ſeptuaginta quinque millibus barbarorum penè opprimeretur, & exercitus illius iam à quinque diebus aqua caruiſſet, precibus tamen ſuis à Deo ſuo (etſi illis priùs infenſiſſimus fuiſſet) fecerunt, vt in ſuos frigidiſſimus imber deſcenderet: in hoſtes grando mixta fulminibus præcipitanter ferretur. Hæc Iuſtinus Martyr, & Zonaras tom. 2. Annaliũ. Adeò valuerũt preces Chriſtianorum etiam pro ſuis perſecutoribus fuſæ. Quid eſt verò quòd iubeamur orare pro inimicis, cùm Paulus & Pontifici, & Fabro Alexandro maledixerit? Soluit Iuſtinus Martyr

Hieronym.
Euſeb.
Benefaciendum etiam infidelibus.
Homerus.
Auguſt. *Exempla beneficentiæ.*
Iuſt. Mart.
Zonaras.
Iuſtin. Ma.

A Martyr.25.quæst.ad Orthox. dicens eum nec Alexandrum,nec Pontificem repercussisse,sed tantùm Pontifici quæ essent euētura prædixisse, his verbis,Percutiet te Deus paries dealbate. Alexandro verò, Hoc ei reddat Dominus in die illa,non esse maledictum, neque conuitium, sed prædictiones Apostolo dignas,qui seipsum non vlciscatur, sed det locum iræ. Augustinus quoque serm.56.de tempore,docet imprecationes quas Prophetæ in inimicos proferunt, vt est hoc Psalmi 66. Fiat mensa coram eis in laqueum:non maledictiones,sed prædictiones esse.Greg. Nyssenus lib. de Oratione, aliter soluit. Nam nonnulli id Psaltis malè interpretantur. Ait enim Ps. 6. Deficiant peccatores,& iniqui. Et Hieremiam vindictam de aduersariis deprecantem,Hier.10. & Oseam, cap.9. Vuluam sterilem, & vbera sicca adducant. Respondet spectasse eos ad correctionem vitiositatis atque malitiæ,quę tūc in natura vigebat. Vt malum ergo B deficiat orant,non vt homo, cùm is malus non sit naturâ, omninò annihiletur. Iustinus quæst.80. ad Orthodoxos,quæstionem dissoluit,quæ sic moueri potest.Cur orandum sit etiam pro inimicis? quî fit quòd Helisæus imprecatus est pueris in Bethel? 4. Reg.2.Soluit autem dicens, commendabilem esse patientiam:sed tum cùm emendari possunt qui inferunt iniuriam, (scilicet quæ in Deum redundet,vt quæ ministro Dei infertur) quodque pueri voces illas, quas in Prophetas exclamabant, à parentibus didicissent, Prophetis semper infensis, castigatos parentes in occisione puerorum,vt discerent non afficere contumelia Prophetas, & per eos Deum. Cæterùm (ait Augustinus tom.10.serm.59.de temp.)quid aliud pro inimicis orandum est, nisi hoc quod ait Apostolus,(2.Ti.2.) vt det illis pœnitentiam,& resipiscant à laqueis diaboli, à quo captiui tenentur? Quòd si etiam pro inimicis Ecclesiæ,de quibus hîc maximè loqui- C tur,orandum est:quanto magis pro nostris?Inde ser.51.de verb. Domini, idem habet: Non eis irascamur,sed pro eis oremus, vt det eis Dominus intellectum.Hinc Cyprianus ad Cornelium Papam,orandum monet pro hæreticis,vt malint pro se orationem fieri antistitis, quàm sanguinem fundi sacerdotis. Cælestinus quoque Epist.1.c.1.consuetudinem Ecclesiæ recenset de fundenda pro hæreticis & schismaticis oratione. Et Optatus Mileuitanus lib.1.in Donatistas,eos fratres vocandos,& Prophetam Esaiam obseruandum censet.Vos qui timetis(inquit cap.66.)nomen Domini,eis qui vos odio habent, & execrantur, & volunt se dici fratres vestros,dicite,Fratres nostri estis.Charitatis enim præcipua sunt hæc duo(ait Basil.tom.2. ad quæst. 175.)dolere scilicet, & angi ex his rebus, ex quibus lætitur is qui diligitur. Beatus qui mœret propter illum qui peccat,sicut scriptum est: Si patitur vnum membrum, compatiuntur & cætera. D Leo Martyr,serm.1.de Ieiunio decimi mēsis: Et meritò, inquit,inimicos diligi,& pro persecutoribus sibi præcepit supplicari, qui ex omnibus quotidie Gentibus, fractis oliuæ suæ ramis, germen inserens oleastri, de inimicis reconciliatos, de alienis adoptiuos,de impiis facit iustos,vt omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur,quia Dominus noster Iesus Christus est in gloria Dei Patris. Aug.lib.1.de serm. Domini in monte,cap.43.Sed illud magis,inquit, vrget quęstionem,quod dicit Apost. Ioānes,(1.c.5.)Si quis scit fratrē suum peccare peccatū non ad mortē, postulabit,& dabit illi Dominus vitā,qui nō peccat peccatū ad mortē. Est autem peccatum ad mortem,nō dico vt pro illo roget quis. Apertè enim ostendit quosdam esse fratres,pro quibus orare nō nobis præcipitur,cùm Deus etiam pro persecutoribus nostris orare nos iubeat.Nec illa quæstio solui potest, nisi fateamur esse E aliqua peccata in fratribus, quæ inimicorum persecutione grauiora sint. Fratres autē Christianos vocari,multis scripturarum documentis probari potest. Peccatum ergo fratris ad mortem puto esse,cùm post agnitionem Dei, per gratiā Domini nostri Iesu Christi quisque oppugnat fraternitatem,& aduersus ipsam gratiam,qua reconciliatus est Deo, inuidētiæ facibus agitatur.Peccatum autem non ad mortem est,si quisquam amorem à fratre non alienauerit,sed officia fraternitati debita per aliquam infirmitatem animi nō exhibuerit.Quapropter Dominus in cruce ait,(Luc.23.)Pater, dimitte illis,non enim sciunt quid faciūt. Nondum enim gratiæ Spiritus sancti participes facti,societatem sanctæ fraternitatis inierant.Sed vtrum sicut pro quibusdā non est orādum,ita etiam contra aliquos orandum sit?Respondet Augustinus cap.45.lib.1.de sermone Domini in monte,Generaliter dictum esse,Rom.12.Benedicite,& nolite maledicere.Et illud, (1.Pet.1.) Nemini malum pro malo reddentes. Pro quo autem non o-

Augustin. Gr.Nyss. Iust.Mar. Auguſt. Cyprian. Cælestin. Opt. Mil. Basilius. Leo Mar. Augustin. *An pro aliquibus orare non debeamus.* Augustin.

ras,non etiã contra illum oras.Potes enim videre certam eius pœnam, & penè deſpe- F
ratam ſalutem : & non quia odiſti eum,ideò prò illo non oras : ſed quia ſentis nihil te
poſſe proficere,& orationem tuam non vis repelli à iuſtiſſimo iudice. Sed quid agi-
mus de his,contra quos oratum à ſanctis accipimus:non vt corrigerentur,nã hoc mo-
do pro ipſis potius oratum eſt:ſed ad illam vltimam damnationem?Non ſicut contra
Quomodo ſancti petãt vindictam traditorem per Prophetam:nam illud, vt dictum eſt,prædictio futurorum, non opta-
tio ſupplicij fuit:Nec ſicut Apoſtolus contra Alexandrum,nam & inde ſatis dictum
eſt:ſed ſicut in Apocalypſi Ioannis legimus Martyres orare vt vindicentur, (Apoc.6.)
cùm ille primus Martyr vt lapidatoribus ſuis ignoſceretur orauerit.Sed hinc nõ opor-
tet moueri.Quis enim audeat affirmare,cùm illi ſancti candidati ſe vindicari petie-
rint, vtrum contra ipſos homines,an contra regnum peccati petierint? Nam ipſa eſt
ſincera & plena miſericordię & iuſtitiæ vindicta Martyrum,vt euertatur regnum pec- G
cati.Non enim contra ipſos homines, ſed contra regnum peccati petierunt, quo re-
gnante tanta perpeſſi ſunt. Ad cuius euerſionem nititur Apoſtolus, dicens, (Rom.6.)
Non ergo regnet peccatum in mortali corpore veſtro. Deſtruitur autem & euertitur
peccati regnum,partim correctione hominum, vt caro ſpiritui ſubiiciatur: partim dã-
natione perſeuerantium in peccato,vt ita per iuſtitiam ordinati,iuſtis cum Chriſto re-
gnantibus,moleſti eſſe non poſſint. *Vt ſitis filij Patris veſtri qui in cœlis eſt.* Hunc ex aduer-
ſo patrum terrenorum conſtituit, qui vt peccatores,ita ad vindictam proni ſunt. At
veſtri patris illius cœleſtis filius eſſe non poteſt, qui nec ſpiritus eius,qui charitatis eſt,
particeps fuerit.Erimus autem, ſi filium naturalem patris Chriſtum imitemur.In per-
fectæ verò charitatis typum contemplamur,cùm Chriſtum reſpicimus.Nam per ſan-
guinem eius reconciliati ſumus,cùm eſſemus inimici:Adeò vt pro inimicis mortuus H
ſit:pro ſe crucifigentibus orarit:inimicos etiam ſuos poſt paſſionem,ad ſalutem & fidẽ
Chryſoſt. per Apoſtolos inuitarit.Potuit ne maius pignus dare,quàm pro nobis mala noſtra ſuf-
ferre?Ideò Chryſoſtomus hom.1.in Epiſt.ad Philipp.non adeò diuitum filios agnoſci
in torque, quem ſemper in collo circunferunt, (ait) quàm Dei filios charitate. Idem
Auguſt. Auguſtinus.15.de Trinit.cap.18.confirmat. Id autem dicens Chriſtus,quaſi ex oppo-
ſito filiorum diaboli, ſtatuit filios Dei:quòd diaboli filij ſanguine & liuore gaudeant:
ſicut & inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum, Sap. 2. Homicidiis quoque
exultent,cùm diabolus ſit homicida ab initio:ſicque opera patris perficere velint.His
quoque verbis dilectionis rationem confirmat Dominus,quòd fratres ſimus,ab vno
Deo inſpirati & animati:& equidem coniunctiores,qui animis,quàm qui corporibus:
Lactant. (ait Lactantius lib.6.de vero cultu,cap.10.) Vnde pro belluis immanibus ſunt haben- I
di,qui hominibus nocent, qui contra ius humanitatis,& fas omne,ſpoliant,cruciant,
occidunt,exterminant. Sed & Chriſtianæ religionis regula ad beneficentiam potiùs
Tertull. nos promouet.Proinde Tertullianus in Apol.cap. 37. Nullum bonum (ait)ſub exce-
Chryſoſt. ptione perſonarum adminiſtramus, ſc. quia omnes fratres ſumus. Chryſoſt. quoque
hom.24. ad popul. excandeſcit in Antiochenos,quòd rixantes non dirimerent,inex-
cuſabiles eos eſſe dicens, cùm iumentum lapſum erigere iubeamur: hi verò homines
ſint & fratres.Hac ratione Abraham Loth dicebat,Ne ſit lis inter me & te.Et cùm Iu-
da eripere vellet Ioſeph,Caro,inquit,& frater noſter eſt,Geneſ.37.Et quidem naturæ,
Tertull. ſimul & religionis conditio,vniuerſam omnium dilectionis rationem confirmat.Ter-
tullian. lib. Apol.cap. 37. Iidem ſumus Imperatoribus, inquit, qui & vicinis noſtris.
Malè enim velle,malè facere,malè dicere, malè cogitare de quoquam,ex æquo veta- K
Hierony. mur.Porrò dicat aliquis,Non plus igitur vxor,pater,frater,fideles,diligendi ſunt?Hie-
ronym.hom.3.in Cantica cantic.hanc quæſtionem diſſoluit. Omnis(inquit) rationa-
lis creatura, ex æquo diligenda eſt. Adiiciendum tamen eſt in charitate,vnicuique ad
hoc quomodo eſt, & ad hoc quomodo rationalis eſt. Si, verbi gratia, aut in moribus,
aut in opere,aut in propoſito,aut in ſciẽtia,aut in ſtudiis cæteros præcellit:pro his ſin-
gulis, ſecundum quodque meritum,ad generalem dilectionem addendum eſt etiam
ſpecialis aliquid charitatis. Verùm vt maior de his habeatur authoritas, ab ipſo Deo
capiamus exemplum. Ipſe enim amat omnia quæ ſunt,æqualiter: vt nihil oderit eorũ
quæ fecit:neque enim fecit aliquid quod odio haberet: nõ tamen ob hoc ſimiliter di-
Cyprian. lexit Ægyptios,Hebræos & Pharaonem,vt Moyſen & Aaron.Hinc Cyprianus lib.4.
Epiſt.7.ad Magnum,probat æqualitatem luminis vitæ æternę in Eccleſia,& in baptiſ-
mate:

A mate: cuius etiam sacramẽtum in Exodo celebratũ sit: cùm (Exod. 16.) sine discrimine sexus & ætatis manna à singulis ad mensuram gomer æqualiter colligebatur. Itaque considerandus est ille supremus omnium pater, à quo donum omne procedit. Attendenda est propensa in omnes etiam liberalitas. *Qui solem suum*, ὅτι τὸν ἥλιον, quia solem suum, *oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos.* Hoc enim nõ fortuitò, nec necessitate quadam facit, nõ naturæ infallibili cursu, præter quem aliter agere nõ possit: non ex aliqua in nos obligatione, sed summa sua liberalitate: vt qui quoties voluit, impios perdidit: aut inundante totam terram diluuio, temporibus Noah: aut immissis fulguribus, vt Sodomitis contigit: aut ipsa terra aperta, vt contigit Chore, Dathan & Abiron. Interim non omnes peccatores perdit, non priuat eos sole & luna, nõ imbribus & pluuiis, sed summam in omnes munificentiam ostendit: expectans pecca-

B tores, si quando pœnitentiam agant. Cæterùm pluuiæ & solis nomine, omnia ferè bona temporalia concludit. 1. Pluuiis enim irrigantur plantę. 2. Sole excitantur, & vi sua donãtur. 3. Sol omnia lætificat, Tob. 4. 4. Purgat & lustrat omnia. His quoque duobus spiritualia bona intelligi possunt, vt doctè docet Lactantius lib. 5. diuin. Instit. cap. 15. Lactantius. Per solem gratiæ, lux illuminans omnem hominem: Per pluuiam, donationes Spiritus sancti: vt apud Psaltem, Ps. 67. Pluuiam voluntariam segregabis Deus hæreditati tuæ. Sic Prophetiæ donum, etiam Balaam, Num. 24. & Caiphæ indulsit, Ioan. 12. Vnde nec hominum malitia prætexenda est, quin in necessitatibus eis subueniamus. Dilectionẽ hanc mutuam & beneficentiam probat August. Epist. 52. ad Macedonium, & lib. de catech. rudibus, cap. 26. adferens id Eccl. 13. Omne animal diligit sibi simile, sic & omnis homo proximum sibi. Hac sola naturæ habita ratione Aristoteles homini etiam August.

C impuro eleemosynam fecit: & cùm factum id argueretur, Misertus sum humanitatem (ait) non iniquitatem, vt docet Diogen. Laërtius lib. 5. de vita Philosoph. Eam quip- Laert.
pè in omnes beneficentiam, immò & misericordiam Deus docet, non solùm omnibus pluuiam infundens, & solem suum communicans, sed & quandoque peccata dissimulans & condonans: vt pulchrè docet Seneca lib. 6. de beneficiis, cap. 21. More optimo- Seneca.
rum parentum, inquit, qui maledictis suorum infantium arrident, non cessant dij beneficia congerere de beneficiorum authore dubitantibus: sed æquali tenore bona sua per gentes populósque distribuunt. *Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis?* Hæc enim merces vestra, compensatio prior dilectionis: vt & eorum qui alios ad cœnam inuitant, merces esse dicitur, quòd & idem à suis conuiuis expectant. *Nonne & Publicani*, quos tam pauci, immò velut abominabiles ducitis, *hoc faciunt?* Publica-

D nus est, qui vectigalia certo quodam pretio redimit. Vlp. de public. & vectig. lib. 1. Publicani sunt, qui publico fruuntur: nam & inde nomen habent. Et omnes qui aliquid à fisco conducunt, rectè vocantur Publicani. Hi olim Iudæis erant infensissimi, vt qui libertati populi Israëlitici aduersarentur, & tributa, quæ Romanis penderentur, exigerent. Illi verò, etsi ab omnibus peccatores iudicarentur, hac tamen in parte minimè defuerunt amicis, quin & eos reciproca dilectione prosequerentur. *Et si salutaueritis fratres vestros tantùm*, ἀσπάσησθε, Est etiam osculo & cõplexu salutare, quod olim moris erat non Iudæorum modò, sed & Græcorum & Romanorum. Vnde adiicit: *Quid amplius facitis?* τί περισσόν, quid eximium præter cæteros facitis? An illa salutatione Dei præceptum vos adimpleuisse arbitramini? Idéone vestram iustitiam iustitiæ Publicanorum & Ethnicorum præferetis? *Nônne & Ethnici hoc faciunt?* ἔθνος, Gens est, à qua

E Ethnicus, id est Gentilis. Pro his sumitur, qui nullam Dei, aut religionis certam cognitionem habuerant. Ita probat infidelium exemplo, perfectionis non esse diligentes diligere: & proinde cùm charitate probentur electi, eos debere magis abũdare in opere, vt abundantiores sint in mercede. Quid quòd & ipsi Gentiles inimicis condonandũ esse docuerunt, immò & his quos infensissimos habebant, & benefecerunt, & facilè recõciliati sunt? Plutarchus librũ scripsit de vtilitate capienda ab inimicis, quo mo- Plutarch.
net, vt olim non satis fuit non lædi à feris, sed deprehensa ratione qua illis vteremur, vtilitatem veteres collegerunt: ita ex inimicis & fauorem, & honorem aucupari debere: Exemplo nimirùm Cæsaris, qui Pompeij caput intuitus, defleuit. Sed & idem ferè Antisthenes ad Periclem scribit, Alexandrum prostratum Darium in belli momento, pallio cooperuisse, quo virtutis nobilitatem, ac fortunæ, cuius incertitudinem metuerat, demonstrabat. Porsena rex Scæuolam in familiarem assumpsit, qui tamen in eius

Idē Plutar. vitam coniurarat. Phocion vir Athenienſis, vt teſtis eſt Plutarch. lib. 1. Apophthegm. F
cùm falſorum teſtium delatione reus factus, diſcrimen capitis incurreret, nihil aliud
filio demandauit, quàm ne quid, harum rerum memoria, Athenienſibus iraſceretur.
Diod. Sic. Diodorus Siculus lib. 16. Biblioth. Dionem hoc ipſo plurimum charitatis, & commē-
dationis apud ſuos ciues aſſecutum eſſe dicit, quòd Syracuſis, & omni patria reſtituta,
eis qui inimico in ſe animo deliquerant, clementer veniam indulſit. Idem etiā huma-
Diog. Laër. nitatis argumentum Socrates præbuit, cùm (vt refert Diogenes Laërt. lib. 2. de vita
Philoſ.) calcem impingenti nihil comminatus ſit: ſed hanc eius tolerantiam demiran-
tibus, Quid, inquit, ſi me aſinus calce impetiſſet, num illi diem indixiſſem? Simile ferè
lib. 3. de ira, recenſet de Diogene: cui, de ira diſſerenti, cùm adoleſcens proteruus in-
ſpuiſſet, Non quidem, inquit, iraſcor, ſed dubito an iraſci debeam. Et Cato quidē me-
liùs: cui cùm cauſam agenti in frontem mediam quantum poterat attracta pingui ſali- G
ua inſpuiſſet Lentulus, faciem abſterſit: &, Affirmabo, inquit, omnibus, Lentule, falli
Liuius. eos qui te negāt os habere. Liuius lib. 5. Dec. 3. de Quinto Fabio Maximo narrat, quòd
Minutium Magiſtrum equitū imperio (Dictatura) ſibi æquari paſſus eſſet, quod hacte-
nus fuerat inauditum: & tamē periclitanti ſubuenit, cùm iam inſidiis Hannibalis cir-
cumuentus, de ſua & militum ſalute deſperaret. Econtrà verò furentem Aiacē μαχοφό-
φορον fecerunt, dum ille fruſtratus armis Achillis, in primates Græcorū, velut in aduer-
ſarios ſæuire vellet. Quid quòd & Poëtæ inſanum Herculem eapropter fingunt? Si
Seneca. quis pluribus exemplis egeat, legat libros Senecæ de ira & clementia. Quid quòd He-
ſiodus, initio libri ſui De opere & die, totus incumbit, vt infenſum fratrem ſuum Per-
ſen ſibi reconciliet? Alioquin ſi quis eſt qui alteri malum, ſpecie vindictæ præparet,
timeat ne cadat in foueam quam fodit, & conſtringatur laqueo quem tetendit. Con- H
ſideret Æſopi facetum apologum, quo nihil lupo profuiſſe oſtendit, quòd accuſarit
vulpem apud leonem ægrotum. Vulpes enim reuerſa, medicum ſe conſuluiſſe dixit,
qui iuberet leonē calidam lupi pellem indui. Rurſus idem iis euenit quod aſino: qui
cùm leonem galli cantu terrefactum perſequeretur, tandem ab eo deuoratus eſt. Si
quidem cùm igni oleum infundere, & furentem inimicum perſequi, non autē illi cō-
donare volunt, periculum mortis incurrunt. *Eſtote ergo perfecti vos, ſicut & Pater veſter cœ-
leſtis perfectus eſt.* Nam cùm patrem proles ſequatur, & ex radicibus pullulent arbores,
eáque à quibus prognatæ, ſua ſpecie præ ſe ferant: requiritur vt & nos, qui filij Dei di-
Greg. Nyſ. cimur, ad eius ſimilitudinem, quantum fieri poterit, contendamus. Gregorius Nyſſen.
lib. de profeſſ. Chriſtiana: Hoc autem, inquit, quomodo à terrenis fieri poterit, cùm
pater ille cœleſtis ſit? Reſpondet, quòd non cum diuina naturam humanam compa- I
rari iubeat Euāgelium: ſed bonas actiones, quoad eius fieri poſſit, imitari. Hoc autem
non aſſequitur homo abſque Dei & Spiritusſancti gratia. Nam vt niſi ſale carnes a-
Macharius ſpergantur, putreſcunt, inquit Macharius hom. 24. & niſi fermento immixto quis fari-
nam pinſet, inutilis eſt eſu panis: ita niſi cœleſti fermento, & Spiritus ſ. aſperſione im-
buatur anima, à ſe & per ſe ſolam perfectam puritatem efficere non poterit. Tum autē
Theodore. vt per gratiam ad Deum accedit, ita & ei quodammodò ſimilis dicitur. Theod. affect.
Græc. lib. 11. de Oraculis: Neque enim, inquit, fieri poteſt, vt vſquequaque Deo ſimiles
euadamus. Quo enim pacto viſibilis homo inuiſibilem imitetur? Quomodo qui bre-
uis eſt, ac exiguo loco concluditur, illi queat eſſe perſimilis, qui extra omnem termi-
num conſtitutus continet omnia? Quæ ſit rurſus ad æternum, rerúmque omnium cō- K
ditorem illius ſimilitudo, qui recens ac nouitius, quíque ne vlnaris quidem quantita-
tis queat cœlum componere? Nulli eſt ergo natura illa, nulli potentia, nulli ſapientia
imitabilis: bonitatis tamen ac māſuetudinis, iuſtitiæque ac humanitatis diuinæ typos
aliquos, quoquomodò effingi poſſe, non inficias iuerim. Quandoquidem & Chriſtus
iis qui perfectionem aſſequi cupiebant, genus hoc imitationis propoſuit, dicens: Eſto-
te miſericordes, ſicut & Pater veſter cœleſtis miſericors eſt: qui ſolem ſuum oriri facit
Gr. Nyſſ. ſuper bonos & malos. Gregor. Nyſſ. in Enarrat. vitæ Moſeos. Atqui, inquit, Deus ter-
Quomodo minum non habet. Quare neceſſe eſt participantis quoque deſiderium, cùm ad inter-
accedamus minatum, finitúmque ſeipſum extēdat, nullum habeat exitū, quo ceſſare poſſit. Quas
ad Dei per- ob res, ſi nullis terminis vitæ perfectio continetur, & virtutis ad ipſum terminus eſt:
fectionem. ex eo quòd interminata ſit, impoſſibile omninò eſt ita hanc perfectionem cōſequi aut
re aut verbis, vt ad altiora vllus aſcenſus relinquatur. Quomodo igitur quæris, ad quē
finem

A finem quiſpiam peruenturus ſit, cùm finis nullus inueniatur? Non tamen quoniam quod quæritur, exitum non habet, idcircò præceptum Domini negligendum eſt, quo dicitur: Perfecti ſitis, ſicut & Pater veſter cœleſtis perfectus eſt. Nam etſi totum conſequi nequeas, tamen in rebus omnibus, quæ natura bona ſunt, non paruum eſt lucrum, vel partem earum aliquam conſequi: vt tantum poſſideamus, quantum capere poſſumus. Clemens Alexandr. lib. 6. Stromat. Sicut, inquit, Moyſi ex iuſta operatione, Cl. Alexãd.
& ea quæ continenter ei intercedebat cum Deo conſuetudine, vultui inſidebat glorificata quædam coloris ſpecies: ita & iuſtæ animæ diuina quædam vis bonitatis inhærens, ſpiritualis illuminationis, perinde atque caloris ſolaris, imprimit apertum iuſtitiæ ſignaculum, lucem animæ vnitam per charitatem, quæ Deo afflat, & Deo afflatur. Hinc quæ Seruatori Deo fit aſſimilatio, exoritur ei qui perfectus euaſit, quantum
B licet humanæ naturæ, ſicut Pater, inquit, qui eſt in cœlis. Idem lib. 7. Stromat. Quo- Idem.
modo enim perfectum dicimus medicum, & perfectum Philoſophum: ita, vt opinor, perfecta cognitione præditum. Et lib. 4. Deum oportet, inquit, imitari, quoad eius fieri poteſt, ab eo qui eſt cognitione præditus. Mihi autem videntur Poëtæ quoque electos appellare Deiformes, & θεὸς diuos, & ἀντιθέους, hoc eſt Deo æquales, & conſilio Ioui pares, Atlanticos, & Deo ſimiles, corradentes illud (id eſt, alludentes ad id quod in Moyſi Geneſi legerant) ad imaginem & ſimilitudinem. Euripides itaque: In meo, Euripides.
inquit, ſunt tergo pennæ aureæ, & aptantur grata Sirenum talaria, ibóque in immenſum ſublatus aëra, Iouem conuenturus. Plato ipſe Dialogo, qui dicitur Minos, vel De Plato.
lege, ex Homero & Heſiodo, Minois exemplo, docet virum bonum Deo ſimilem eſſe. Itaque perfectio illa, quam aſſequimur, ſimilitudinem & imitationem, non autem
C æqualitatem dicit, cum Dei perfectione. Thomas Aquinas lib. Comment. in Matth. Th. Aquin.
Duplex eſt autem perfectio, vna gloriæ, altera viæ. De priore legimus Epheſ. 4. Donec occurramus omnes in virum perfectum. Porrò perfectio viæ, vel eſt naturæ, de qua Gen. 1. Perfecti ſunt cœli & terra: vel gratiæ. Et hæc duplex eſt, vel ſtatus, vel meriti. Perfectio meriti eſt multiplex. Prima cordis, Eſa. 38. Memento quomodo ambulauerim coram te, in veritate & corde perfecto. Oris, Iac. 3. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir. 3. Operis: & hæc eſt multiplex. Prima innocentiæ, Eccl. 31. Beatus vir, qui inuentus eſt ſine macula, qui probatus eſt in illo, & perfectus inuentus eſt. 2. Excellentiæ, Gen. 6. Noé vir iuſtus, atque perfectus fuit in generationibus ſuis. Ad hanc magis obligantur clerici, quàm laici. 3. Obedientiæ, Gen. 17. Ambula coram me, & eſto perfectus. 4. Patientiæ, Iac. 5. Patientia opus perfectum habet. 5. Perſeuerantiæ, *Quotuplex eſt perfectio.*
D 1. Pet. 1. Sobrij & perfecti. Gloſſa: Conſtanter perſeuerando. 6. Charitatis, 1. Ioan. 4. Perfecta charitas foras mittit timorem. Ad hanc tenentur omnes. Perfectio ſtatus eſt triplex. Prima ordinis. Deut. 33. dicitur Leuitis, Perfectio tua, & doctrina tua. Secunda prælationis, Luc. 6. Perfectus erit omnis, ſi ſit ſicut magiſter eius. 3. Supererogationis, Matt. 19. Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Hic agitur de perfectione charitatis, cuius primum exemplar in Deo eſt, quod ſibi omnes ad imitandum proponere debent.

De eleemoſynæ fructu, & qua intentione fieri debeat.

E

Matth. 6.	Marc.	Luc.	Ioan.
Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. Cùm ergo facis eleemoſynam, noli tuba canere ante te, ſicut hypocritæ faciunt in Synagogis & in vicis, vt honorificentur ab hominibus: amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam. Te autem faciente eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua: vt ſit eleemoſyna tua in abſcondito, & pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi.			

Introductio.

EORVM quę ſunt, alia ſurſum, alia deorſum feruntur, alia medium locum tenent, pro ratione innatæ grauitatis, aut leuitatis. Sic nimirùm, vt ex Iudæorum libris transſcripſit Ouidius, F

Ouidius.

Ignea conuexi vis, & ſine pondere cœli
Emicuit, ſummáque locum ſibi legit in arce.
Proximus eſt aër illi leuitate locóque.
Denſior his tellus-- Vltima poſſedit.--

Quæ autem corporum, ea eſt & ratio animarum. Sunt enim quæ ferantur ſurſum, ſunt quæ deorſum. Vt ſurſum feramur, monet Apoſtolus, dicens, Quæ ſurſum ſunt ſapite, quæ ſurſum ſunt quærite, non quæ ſuper terram. Surſum ferebatur Pſaltes, cùm diceret, Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam? Surſum ferebantur Apoſtoli, de quibus ita Eſaias, Qui ſunt iſti qui vt nubes volãt? Deorſum feruntur hi de quibus Poëta, G

Qui ſurſum, & qui deorſum ferantur.

O cruræ in terras animæ, & cœleſtium inanes.

Qui adinſtar ſerpentis, ſuper ventrem ſuum tranantur, & terram comedunt, id eſt nihil præter terrena appetunt. Quales erant & hi, ad quos Chriſtus: Vos de deorſum eſtis, vos de mundo hoc eſtis. Porrò affectiones animi id ipſum maximè definiunt, ſitne quis cœleſtis, aut terrenus. Chriſtus vtique cùm eſſet ſecundus ille homo de cœlo cœleſtis, omnes nos ad eandem ſecum ſimilitudinem inuitauit. Inuitat ſerpens antiquus ſuos vt terrena ſequantur, captent fumum humanæ glorię, diteſcant, honorẽtur: Chriſtus econtrà ſuos ad humilitatem, paupertatẽ, abiectionem, & contemptũ humanæ gloriæ vocabat. Videbat enim affectibus hiſce terrenis, gloria, ambitione, diuitiis, animam cuiuſq; grauiorẽ effici, & eapropter illã remorari, ne in cœleſtia contenderet. H Itaq; vt ſurſum erigerentur, grauitatẽ illã abſtulit, & ſemper monuit, ne quid nos moueant hæc omnia quæ in mundo ſunt: & ſi quid boni operis faciamus, ſeu oremus, ſeu ieiunemus, ſeu eleemoſynã faciamus, caueamus ne ex his gloriã hominũ cõparare velimus. Futurũ enim erit, vt hæc minimè ferantur in cœlũ, propter adiunctam iactãtiæ & gloriæ grauitatẽ *Attendite*, inquit, *ne iuſtitiã veſtrã faciatis corã hominibus, vt videamini ab eis.* Græcus contextus τὴν ἐλεημοσύνην eleemoſynã vocat, quod nos legimus iuſtitiã. Tamen Hierony. legiſſe videtur τὴν δικαιοσύνην, iuſtitiam. Interim tamen quod præfatur de iuſtitia, illud etiam de iis omnibus intelligit, quæ Dominus à nobis requirit: qualia ſunt eleemoſyna, oratio, & ieiunium. Thomas in Matt. Poſtquàm enim nos de perfectione Euangelica docuit, nunc intentionẽ noſtrã reformat, ſecundũ quã perfecti euadere poſſimus. Et pars iſta diuiditur in duas. Primò enim nos ad ſimplicitatẽ ſanctę intentionis, ſecundò ad puritatẽ conuerſationis dirigit. Porrò ſimplicitas ſanctæ intẽtionis debet eſſe in affectu, & effectu: alioquin dicitur Eccl. 2. Væh peccatori ingredienti terram duabus viis. Et Iac. 1. Vir duplex animo inconſtans eſt in operibus ſuis. Albertus Magn. in Matth. c. 6. Virtutis enim opus plus conſiſtit in modo, quàm in facto: ſecundum quod dicitur Deut. 16. Iuſtè quod iuſtum eſt exequeris. Omnis autem modus abundantis iuſtitiæ, conſiſtit in recta operis intentione, ſecundum quod intentio ſumitur pro ea quæ tendit in finem: quia quantum eſt de natura operis, non tendit in finem, niſi ſubſtantialiter fini debitis circunſtantiis proportionetur. *Attendite*, inquit: vobis proſpicite & cauete. Attentione enim opus eſt, ne perfecta iuſtitia, cùm de viſceribus prodire incipit, mox in ortu ſuo per inanem gloriam ſuffocetur. Gloria enim inanis ſeſe ſubtiliter animis hominum inſinuat, & ad inſtar colubri obrepit, vnde & maxima cautela nobis opus eſt. Baſilius libro conſtitutionum Monaſticarum, capite vndecimo. Illa, inquit, expugnatu difficilis, & callida noſtræ ſalutis inſidiatrix, quæ vel in ipſius cœli conuexis, inſidiarum aduerſum nos collocatrix, virtutes ramis in cœlum vſque licet expanſis ac porrectis adornatas profligare, ac deturbare pertinaciſſimè contendit. Simul ac enim illa pietatis mercatorem, quibuſque virtutum mercibus onerariam mentis nauem compleſſe animaduertit, procella ſua ocyùs excitata, in eo omni conatu operam dat vt illam euertat, & aquis peſſundet. Et poſt pauca: Age igitur, inquit, quando hæc ita ſunt, fugiamus inanem gloriam, dulcem ſpiritualium opum exſpoliatricem, iucundum animarum noſtrarum hoſtem, tineam virtutum, blandiſſimam bonorum noſtrorum deprædatricem, eandemque mellis illitu fraudis ſuæ veneni coloratricem, & mortiferi

Serpens.

Chriſtus.

Summa.

Hierony.

Thomas.

Alber. Ma.

Iactantia virtutem ſuffocat.

Baſilius.

Quæ inanis gloriæ epitheta.

A feri hominum poculi porrectricem. Hanc ergo attentè nos Christus cauere voluit, ne fortè illis blandimentis alliciamur. Vox enim *Attendite*, Scripturis vsitatissima est, cùm quid cauere maximè iubemur. Sic in consequentibus. Attendite vobis à falsis Prophetis. Act. 20. Attendite vobis & vniuerso gregi. Deut. 27. Attende & audi Israël: hodie factus es populus Domini Dei tui. Audies vocem eius, & facies mandata, atq; iustitias, quas ego præcipio tibi. Iustitię autem nomine, omne bonũ opus intelligitur, quo Deo & proximo sua reddũtur. Iustitia autem operum nostra esse dicitur. 1. quia ad eam nostra libera voluntas requiritur. 2. quodque gratia, qua illa perficitur, ideò nostra est, quia nobis donata est. 3. sed & ipsa nobis ex diuino pacto congruè imputatur, quòd Deus eam in nobis compensari velit, & coronari. 2. Tim. 4. August. in Ps. 49. vbi hæc leguntur, Congregate illi iustos eius. Iusti scilicet, inquit, erant, qui viuebant ex fide, B facientes opera misericordiæ. Etenim opera illa iustitiæ sunt. Habes Euangelium. Cauete ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus. Quam iustitiam? Cùm ergo facis eleemosynam, &c. Ergo eleemosynas, opera esse iustitiæ significauit. Idem lib. 2. de serm. Domini in monte, cap. 2. *Cauete* ergo, inquit, *facere iustitiam vestram coram hominibus, vt videamini ab eis*: id est, cauete hoc animo iustè viuere, & ibi constituere bonum vestrum, vt vos videant homines: *alioquin mercedem non habebitis*. Non si ab hominibus videamini, sed si propterea iustè viuatis, vt ab his videamini. Nã vbi erit, quod in principio huius sermonis dictum est, Vos estis lux mundi: non potest ciuitas abscondi supra montem posita: & reliqua, vsque ad id quod ait, vt videant opera vestra bona. sed non ibi constituit finem. Addidit enim, Et glorificent Patrem vestrum qui in cœlis est. Hìc autem quia hoc reprehendit, sibi sit finis rectè factorum: id est, si propterea re-C ctè faciamus, vt tantùm videamur ab hominibus, posteaquàm dixit, Cauete, &c. nihil addidit. In quo apparet non hoc eum prohibuisse, vt rectè fiat coram hominibus, sed ne ob id fortè rectè fiat coram hominibus, vt videamur ab eis, & ibi finem nostri propositi collocemus. Nam & Apostolus dicit, (Gal. 1.) Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem: cùm tamen alio loco dicat, (1. Cor. 10.) Placete omnibus per omnia, sicut & ego omnibus per omnia placeo. Quod qui non intelligunt, cõtrarium putant, cùm ille se dixerit non placere hominibus, quia non ideò rectè faciebat, vt placeret hominibus: sed vt Deo, ad cuius amorem corda hominum volebat conuertere, eo ipso quo placebat hominibus. Sicut ergo nõ absurdè loqueretur, qui diceret: In hac opera, qua nauem quæro, non nauem quæro, sed patriam: sic Apostolus conuenienter diceret, In hac opera, qua hominibus placeo, non hominibus, sed Deo placeo: quia nõ D hoc appeto, sed ad id refero, vt me imitentur, quos saluos fieri volo. Greg. Papa lib. 19. Moral. cap. 18. Aliquando enim sancti viri & compelluntur coram hominibus bona facere, inquit, aut eadem hominibus sua facta narrare: sed ad eum finem omnia referẽtes, vt non ipsi eisdem operibus, sed pater eorum qui in cœlis est, debeat glorificari. Dum enim sancta prædicant, ipsa prædicatio eorum fortasse despicitur, quorum vita nescitur. Compelluntur ergo vitam suam dicere, vt auditorum vitam possint mutare. Et venerari appetunt, vt reuerenter audiantur. Scriptum est enim, (Ezech. 1.) Cùm eleuarentur animalia de terra, eleuabantur pariter & rotæ: quia videlicet cùm auditorum mentes prædicantium vitam suspiciunt, necessariò vtique etiam vim prædicationis admirantur. Petrus Chrysologus serm. 9. Interim tamen iustitia hominum facilè ce-P. Chrysol. E lari non potest. Qui potest celare radios solis, inquit, iustitiæ poterit occultare fulgorem. Iustitia lux rerum consiliis non velatur obscuris, sed omnes illustrat exemplo. Quomodo ergo iustitiam vult celare, cuius opera vult sic elucere? Fratres, hìc præceptio cœlestis vult iactantiam tollere, auferre pompam, vanitatem demere, summouere inanem gloriam. Iustitia quippè, quæ per se sibi abundat ad gloriam, spectaculum populi, vulgi laudes, fauores hominum, mundi gloriam non requirit: à Deo genita cœlum spectat, in oculis agit diuinis, supernis virtutibus mixta, semper à Deo solo vt glorificetur, expectat. Sed hæc est iustitia, quæ ex Deo est: illa verò iustitia, quæ est hypocrisis, iustitia non est: mentitur oculis, fallit aspectum, videntibus illudit, decipit audiẽtes, seducit turbas, trahit populos, famã vendit, emit clamorẽ, fit sęculo, Deo nõ fit, mercedẽ rapit præsentẽ, præmiũ nõ quærit in futuro, cæcat oculos cæca ipsa, nõ vidẽs vult videri. Ideò Christus prohibet, ne iustitiã nostrã faciamus, *vt videamur ab hominibus*, hac nimirùm intentione, vt videamur & appareamus esse iusti: *alioquin*, inquit, *mercedem*

Attẽdite.

Iustitia quid, & cur nostra.
1.
2.
3. Augustin.

Iustitia opus est eleemosynæ. Idẽ Aug.

Obiectio.

Placere, & non placere hominib⁹.

Exemplũ.

Greg. Papa.

Aliud iustitia, & hypocrisis.

Meriti probatio. *non habebitis apud patrem vestrum qui in cœlis est*. Merces imputatur secundum meritum, F
inquit Paulus. Ideò & meritum à Christo astruitur: ita tamen vt non ex condigno, sed
congruo ipsum metiamur. Rom. 4. Habet gloriam quidem, sed non apud Deum. Al-
Alb. Mag. bertus Magn. in Matth. Et ne aliquis credat, aliqua velut Dei ingratitudine fieri, vt
nec ab eo acceptetur hæc iustitia, dicit *apud patrem*. Vox enim Patris, propensum in fi-
lios affectum dicit, quo quidem ductus libenter iustitiam nostram acceptaret, & re-
muneraret, si ad ipsum referretur. Et ne ideò hanc illum reiicere existimemus, quasi
quod semel probauerit, rursus admittat, quia alterationi subiectus sit: adiicit, *Qui in cœ-*
lis est. Siquidem apud Patrem illum luminum non est mutatio, nec vicissitudinis ob-
Glossa. umbratio, (Iac. 1.) Glossa, sed & humanus fauor, quem requiritis, vobis pro mercede
deputatur. Agg. 1. Qui mercedes congregauit, misit eas in sacculum pertusum. Chry-
Chrysost. sostom. hom. 19. Oper. perf. in Matth. Propter quod omninò indiscretè non factum G
Hierony. ipsum, sed voluntatem aut coronat, aut punit. Hieronym. Non virtus, sed causa virtu-
tis apud Deum mercedem habet. *Cùm ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te*. Gene-
raliter quidem Christus ab omni iusto opere remouendam hypocrisin admonuit: nũc
In quibus maximè cauenda est eleemosyna. maximè istud caueri debere in tribus ostendit, nimirùm in eleemosyna, oratione, &
ieiunio. Et primùm agit de eleemosyna, vt quæ à charitate omnium virtutum præci-
pua procedit: oratio scilicet à fide, & ieiunium à spe deducitur. Oramus, quia credi-
mus: ieiunamus, quia speramus Deum propitium nos reddituros, & hoc carnem no-
Chrysost. strum spiritui subiecturos. Chrysost. hom. 36. ad pop. Antioch. Est enim, inquit, eleemo
syna cœli nota ianitoribus, sponsalis thalami fores obseruantibus, & multa cum liber-
Prosper. tate suos cultores introducet, & contradicet nemo. Prosper Aquitanicus lib. de pro-
miss. & prædict. part. 2. c. 7. Eleemosyna à morte liberat, & ipsa purgat peccata. Elee- H
Eleemosynæ laudes. mosyna munus bonum est facientibus eam coram summo Deo. Hæc est quæ perpe-
tuos ignes extinguit, quæ resistit peccatis; quæ Christum pascit esurientem in paupe-
re, vestit nudum, visitat infirmum, peregrinum hospitio accipit: quæ omnem angustiã
carceris tollit, inopiam finit. Hæc diuitibus confert remedia, vitam æternã comparat,
fœnerat Deum, continet regnum cœlorũ. Hæc est quæ discernit agnos ab hœdis, quæ
Leo Papa. ad dextrã collocat iudicis, Angelis sociat, ex seruis filios Dei fieri præstat. Leo Martyr,
serm. 1. de ieiunio decimi mẽsis: Tria enim sunt, inquit, quæ maximè ad religiosas per-
tinent actiones, oratio sc. ieiunium, & eleemosyna. Quibus exercendis omne quidem
tempus acceptum, sed illud est studiosiùs obseruandum, quod Apostolicis accepimus
traditionibus consecratum, sicut etiam decimus hic mensis, morem refert veteris in-
Idem. stituti. Idẽ serm. 5. de collectis & eleemosyn. Nemo enim, dilectissimi, de vllis sibi bonę I
vitæ meritis blandiatur, si illi defuerint opera charitatis. Verùm cauendũ est, ne dũ illa
administramus, aliam quàm Dei gloriam quæramus. *Cùm*, inquit, *facis eleemosynam*. Nõ
Opus eleemosynæ requiritur. semper, aut non ab omnibus eleemosyna corporalis fieri potest, de qua hîc loquitur.
Sed neque satis est velle, cùm potueris: nisi & facias. Ideò dixit, *Cùm facis*. Iac. 2. Si frater
aut soror nudi sint, & dixeritis eis, Ite in pace, & calefacimini, non dederitis autem eis
quæ necessaria sunt corpori, quid proderit vobis? Largitio autem hæc eleemosynæ,
id est misericordiæ nomen sortitur: quia procedere debet à compassione interna. Iob
30. Flebam quondam super eo qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi. Rom. 12. Necessitatibus sanctorum communicantes. *Noli tuba canere* ante te. Meta-
phora est ducta ab iis quæ promulgantur, & publicè enunciantur, vt omnibus innote-
scant: sicut edicta principum. Ad illa enim audienda per præcones & tubicines popu- K
lus conuocatur. Id autem tantum valet, ac si diceret, Ne gloriemini, & vos iactetis de
eleemosyna quam facturi estis: sinite tubicines classicos

Virgilius. *Aere ciere viros, Martémque accendere cantu.*

Laurẽtius. Vestrum est in omnibus Dei gloriam quærere. Laurentius Presbyter Nouar. homil.
Apes. de eleemosyna. Fructifera arbor non loquitur, sed ex fructu cognoscitur. Apes
non in publico cellas intexunt, sed sub vili cortice. Hinc tandem gratia dulco-
ris. Quid est, quòd tu ex tua eleemosyna gloriam ab hominibus captes? *Sicut hy-*
Hypocritæ. *pocritæ faciunt.* ὑποκριτὴς, histrio dici potest, aut personatus quisque: quo nomine
eos intelligit, qui sibi iustorum personam per externa quædam pietatis opera effin-
gunt. Atqui, vt scribit Paulus, ἀγάπη ἀνυπόκριτος, charitas non ficta. Quid igitur
sibi prætextum iustitiæ faciunt, cùm id à mentibus liberis requiratur? Esa. 33. Con-

A triti sunt in Syon peccatores, timor possedit hypocritas. Quid enim est, quòd existiment omnem sibi spem rescindi, si ab hominibus nullum saltem honorem nanciscantur? Sap. 1. Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum. Fingunt illi se charitate in proximum ductos, ea ratione largitionem aliquam pauperibus facere: cùm interim sola hominum opinione moueantur. Id enim *faciunt in Synagogis & in vicis*, quorum nomine publicos quosque locos, & plebi frequentes intelligit, vt maiorem gloriæ cupiditatem significet. *Vt honorificentur ab hominibus*. Intentio hæc bonum opus, non minus quàm modicum fermentum totam massam, corrumpit. Etsi enim, vt scribit Philosophus in 1. Ethicor. laus præmium virtutis esse censeatur: ita tamen, vt illam studiosi non appetant: cùm virtus, & summum bonum propter semetipsum expetendum sit. Aristoteles

B Qui autem gloriam propriam quærit, quomodo iis incumbet, quæ ad Deum dirigi necesse est? Ioan. 5. Quomodo potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam quæ à solo Deo est, non quæritis? 2. Cor. 12. Si gloriari oportet, non expedit quidem. Quæ infirmitatis meæ sunt gloriabor. 1. Tim. 1. Soli Deo honor & gloria. *Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.* Et quidē rectè dicit *mercedem suam*, inquit Hier. in Matth. Suam enim, non Dei mercedem receperunt. Verbum præteriti temporis ostendit mercedem de hoc sæculo intelligi. Merces enim, quam à Deo expectamus, in futurum reposita est. Laudati sunt enim ab hominibus, quorum causa exercuere virtutes. Hierony.

Petrus Chrysologus serm. 9. Sed dicit, inquit, aliquis: Ergo in conuentu, in plateis, in triuiis, neganda est misericordia? Non præbendus est victus? Planè & in omni loco, & in omni tempore facienda est misericordia, præbendus est victus, nuditas est tegenda: sed sic, quomodo docuit misericordiæ author, vt misericordia non terræ sit C nota, sed cœlo: non hominibus sit insinuata, sed Deo. In plateis, in triuiis suum pietas habet secretum: econtrà platea triuium est, cùm in secreto facit hypocrita nihil secretum. Fratres, Deus monendo, sic vota culpat, non loca: sensum, non opera: studium, non datorem: arguit largientem ad suam famam, non ad pauperis famam: iudicat non vbi facias, quando facias, sed qualiter facias: quia Deus de cordibus, non de manibus facta metitur: & de sensu, non de locis operum colligit qualitatem. Misericordiam coram se solo vult fieri, qui solius est misericordiæ & remunerator & testis, & dicit, (Matth. 25.) Esuriui, & dedistis mihi manducare. Vult in paupere sibi dari: & qui vult sibi dari, vult quod datum est, se debere: & qui vult se debere quod datum, vult largientibus nihil perire. Deus parua poscit, maxima redditurus. Vnde homo, si in paupere Deo fœneras, testes homines non requiras: fides arbitros non requirit. De D accipientis fide disputat, qui sine mediatoribus nil dat: qui credita diffamat, vrit verecundia debitorem. Ergo homo daturus Deo, da secreto: vt quod dederis, non sit oneris, sed honoris. Chrysostomus homil. 19. Oper. perf. in Matth. Potest igitur, inquit, aliquis etiam coram hominibus eleemosynam facere, nec tamen ideò facere, vt illam oculis hominum ostentet: & aliquis non coram hominibus faciens, eo tamen animo facere, vt se facientem optet videri. Propter quod non omninò indiscretè factum ipsum, sed voluntatem aut coronat, aut punit: nisi enim hæc diligentia fuisset adiuncta, fecisset plurimos ad misericordiam segniores: quia scilicet non omnes vbique possent id facere latenter. Propterea ab huius te vinculo necessitatis absoluens, non fini operis, sed voluntati operantis mercedem, damnúmve decernit. Ne enim diceres: Cur ego sustineo detrimentum, si quod etiam facio, alter aspexerit? Non hoc, inquit, requiro, E sed tuam profectò mentem, modúmque miserendi. Curare enim vult animam, atque omni ægritudine liberare. Augustinus serm. 60. de tempore. Qui enim, inquit, ideò facit eleemosynam, vt ab hominibus se laudari desideret, etiamsi occultè fecerit, publicè facit, quia laudem ab hominibus quærit. Qui verò eleemosynam pro solo Dei amore facit, vt ad opus illud bonum reliqui imitentur, & non ipse, sed Dominus collaudetur: etiamsi publicè faciat eleemosynam, absconsè facit: quia pro eleemosyna illa, non hoc quod videtur, sed hoc quod non videtur, desiderat: nec ab hominibus laudē, sed à Deo mercedē optat accipere. Ben Syra inter sententias hāc decimo loco retulit, Manum tuam ne à bono abstrahas. In quam commentarius ex Hebræo translatus, sic habet: De eo qui eleemosynam egeno in occulto præstat, Scriptura dicit, (Prou. 21.) Munus in secreto datum placat furorem. Neq; istiusmodi furorē tantùm, sed & furorem Angeli, qui præest morti. Sic enim legimus de Beniamin iusto, quòd omni tem- Augustin. Ben Syra.

Pet. Chrys. *An non vbique danda eleemosyna.*

pore dederit eleemosynam,& liberatus fuerit à morbo quo laborabat. Alioquin nisi F
Deum attendas,quis tibi ad eleemosynam veram stimulus erit? Quid enim hominum
Damascen. laude fugacius est? Damascenus lib.2.Parallelorum cap.16.Da operam igitur,vt sis tã-
quam oliua fructifera in domo Dei.Id autem consequeris,si nunquam spe denuderis:
sed salutem,quæ fide comparatur,semper circa te virentem habeas.Sic nempè & per-
petuum foliorum oliuæ virorem imitaberis, eiusdémque feracitatem,vberẽ eleemo-
synam omni tempore præbens.*Te autem faciente eleemosynam,nesciat sinistra tua quid faciat*
Chrysost. *dextera tua,vt sit eleemosyna tua in abscondito.*Chrysost.hom.19. Oper.perf.in Matth.Cùm
Quid per dextrã & sinistram. ostendisset,inquit,quomodo non fieri debeat eleemosyna,quemadmodũ debeat fieri
rursus ostendit.Neq; verò per dextram & sinistram manus intelligi voluit,sed affectũ.
1. *Affectus boni & mali.* Si,inquit,possibile est teipsum quoque ignorare quod facis, sit hoc tibi prorsus in stu-
dio.Non enim,vt opinãtur quidam, ab iniustis tantùm hominibus misericordiæ opus G
voluit abscondi:cunctos enim voluit omninò celari. Hyperbolicus loquendi modus
esse videtur,ac si dicat:Tantum abesse debes ab inanis gloriæ cupiditate,quando elee-
Hyperbole. mosynam facis,vt nec sinistra tua,etsi coniunctissima & operis coadiutrix, si quid in-
2. *Vicini & inimici.* tellectus haberet,ignoret tamen,quid,quando,& quoties fiat.Nesciant ipsi vicini.Au-
Augusti. gust.lib.2.de serm.Dom.in monte,cap.4.Si intellexeris sinistram infideles dici,videbi
tur nulla esse culpa placere fidelibus velle: cùm prorsus nihilominus in quorumlibet
hominum laude fructum & finem boni operis constituere prohibeamur. Quod au-
tem ad id pertinet,vt te imitentur,quibus rectè facta placuerint:non tantùm fidelibus,
sed etiam infidelibus exhibendum est,vt laudandis bonis operibus nostris Deum ho-
Obiectio. norent,& veniant ad salutem. Si autem sinistram inimicum putaueris, vt nesciat ini-
micus tuus cùm eleemosynam facis:cur ipse Dominus inimicis Iudæis circunstanti- H
bus,misericorditer sanauit homines? Cur Apostolus Petrus eo sanato, quem ad Spe-
ciosam portam miseratus est,etiam inimicorum iras pertulit? Demum,si non oportet
inimicum scire cùm eleemosynam facimus,quomodo cum ipso inimico faciemus, vt
3. illud impleatur præceptum,Si esurierit inimicus tùus,ciba illum? Tertia solet esse car-
Sinistra vxor. nalium opinio,tam absurda & ridenda,vt non eam commemorarem,nisi expertus es-
sem,non paucos eo errore detineri,qui dicunt sinistræ nomine vxorem significari: vt
quoniam in re familiari, tenaciores pecuniarum solent esse fœminæ, lateat eas, cùm
aliquid misericorditer viri earum egenis impendunt; propter domesticas lites. Quasi
verò soli viri Christiani sint,& non etiam hoc præceptum fœminis datum sit.Cui er-
go sinistræ iubetur fœmina occultare opus misericordiæ suæ? An etiam vir sinistra erit
Augustin. fœminæ?Ideò Augustinus cap.5.sequenti, resoluit per sinistram ipsam delectationem I
4. laudis significari:per dextram verò intentionem implendi pręcepta diuina.Nam cùm
Idem. conscientiæ facientis eleemosynam miscet se appetitus laudis humanę,fit sinistra con-
scientia operis dextræ.Idem serm.60. de tempore:In dextra enim, inquit, intelligitur
amor Dei, in sinistra vanitas, vel cupiditas mundi. Si pro laude humana dederis ele-
emosynam,totum sinistra facit:dextra omninò nihil facit.Sinistra igitur omnis inten-
tio absit, procul sit omnis vana gloria, *vt sit eleemosyna tua in abscondito,* sit in ipsa bona
conscięntia,inquit Augustin. quæ humanis oculis demonstrari non potest, nec verbis
Ambrosi⁹. aperiri.Ambrosius lib.1.Offic.cap.9.Sunt qui iactantiam solam decore largitatis affe-
ctent,vt eo se probatos vulgo velint,quòd sibi nihil reliquerint: non recondunt in fu-
turum,& quia hic receperunt mercedem suam,illic sperare nõ possunt. Sunt qui opes
Non reuocanda eleemosyna,sed prius consulendum cui, & quid des. suas tumultuario mentis impulsu, non iudicio perpetuo, vbi Ecclesiæ contulerunt, K
postea reuocandas putarunt:quibus nec prima merces rata est,nec secunda: quia nec
prima iudicium habuit, & secunda habuit sacrilegium. Itaque *faciat dextra* eleemo-
synam tuam.Consulas priùs,ne postea retractes. Et ita expende largitionem tuam, si-
quidem illa magna & extraordinaria futura est, vt datum semel minimè, nec ipso af-
fectu reuoces. Omnia ergo in abscondito, & abstruso mentis iudicio & consilio,
quo solum Deum iudicem, inspectorem, & remuneratorem ob oculos habeas. Pe-
P.Chrysol. trus Chrysologus serm. 9. Sicut sunt nobis in dextra parte virtutes, ita nobis pars vi-
tiorum in sinistra. Ergo vt opus est dextræ, quod facit tacitus dator: quod facit
garrulus dator, opus est sinistræ. Hypocrisis, dolus, simulatio, mendacium, e-
latio, tumor, iactantia insistunt nobis, & imminent à sinistris. Quoties ergo no-
bis cum bonitate, pietate, cum misericordia causa est, nesciat hoc sinistra. Sini-

stra

A ſtra eſt, quæ nobis animarum prælia ſemper indicit : & ne virtutes in effectum veniant, elaborat. Ne ſit pietas, impietas agit: ne eleemoſyna vindicet, cupiditas pugnat: furti auaritia, ne miſericordia conualeſcat: ne innocentia, puritas, ſimplicitas, ſanctitas regnet, hypocriſis ſola confligit, quam Chriſtus tali prædicatione ſecludit: *Te faciente eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextra. Et Pater tuus qui videt in abſcõdito, reddet tibi.* Ille teſtis eorũ eſt omniũ, quæ cordis interioribus latẽt. Iob. 31. Nõne omnes vias meas & greſſus meos dinumerat? 3. Reg. 8. Solus nouit corda filiorum hominum. 1. Reg. 16. Homo videt ea quæ patent, Deus autem intuetur cor. Hier. 17. Ego Dominus ſcrutãs corda. *Videt in abſcondito:* non modò quia illa omnia, quæ in corde latẽt, cognoſcit: ſed & quia ex his hominum iuſtitiam diiudicat. Matth. 15. E corde prodeunt homicidia,
B adulteria. Ita veri adoratores adorant in ſpiritu & veritate. Ioan. 4. Pſallã ſpiritu, pſallam & mente. *Reddet tibi ἐν τῷ φανερῷ*, in propatulo : ſiquidem te non modò coram Angelis ſuis, ſed & coram omnibus maiore gloria donabit. *Reddet*, id eſt, compenſabit, & retribuet. Pſ. 61. Reddet vnicuique ſecundum opera ſua. Eſa. 3. Retributio manuum ſuarum fiet illi. Reddit autem Deus pro eleemoſyna multiplicia bona: nimirùm temporalia in præſenti. Prou. 28. Qui dat pauperi, non indigebit. Iterum ibidem: Qui deſpicit deprecantem, ſuſtinebit miſeriam. & Luc. 6. Date, & dabitur vobis. *Reddet* & gratiam. Tob. 4. Eleemoſyna ab omni peccato, & à morte liberat. Date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis. *Reddet* & in futuro vitam æternam. Luc. 16. Facite vobis amicos de Mammona iniquitatis, vt cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. 1. 2. 3.

De Oratione, & quomodo fieri debeat.

C

Matth. 6.	Marc.	Luc. 11.	Ioan.
Et cùm oratis, non eritis ſicut hypocritæ, qui amant in ſynagogis & in angulis platearum ſtantes orare, vt videantur ab hominibus: amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam. Tu autem cùm oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio, ora patrem tuum in abſcondito: & pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi. Orantes autem nolite multum loqui, ſicut Ethnici faciunt: putãt enim quòd in multiloquio ſuo exaudiãtur. Nolite ergo aſſimilari eis: ſcit enim pater veſter quid opus ſit vobis, antequàm petatis eum.		Et factum eſt, cũ eſſet in quodam loco orãs, vt ceſſauit, dixit vnus ex diſcipulis eius ad eũ, Domine, doce nos orare, ſicut docuit Ioãnes diſcipulos ſuos.	

D

MAGNA vis armorum eſt, ſed maior verborum. Quod enim arma non potuerunt, hoc euicerunt verba. Cic. lib. de vet. Rhetorica, homines huc illúcque more beſtiarum diſperſos Oratoris alicuius eloquentia ad cultiorem vitam reductos eſſe ſcribit. Eapropter præter cætera, vim elocutionis omnes mirati ſunt: quæ tantum potuerit, vt quietam Rempublicam perturbaret, perturbatam in momento ſedaret. Nam populo in ſeditionem commoto, vt ſcribit Virgilius, *Introductio. Cicero.*

Cùm lapides & ſaxa volant, furor arma miniſtrat.
--Si fortè virum quem
E *Inuenere, ſilent, arrectíſque auribus aſtant.* *Virgilius.*

Tantum poteſt ſapientis & eloquentis hominis viua vox apud homines. At verò apud Deum quantum momenti habet oratio, ſi modò ſuis omnibus partibus conſtet? Non quòd illę ex eloquentiæ, ſed fidei, ſpei, & charitatis fontibus depromãtur. Non mulcetur Dominus perſuaſibilibus humanæ ſapientię verbis, ſed oratione fideli. Gregorius Nyſſ. lib. de Orat. Oratio Ionæ cetum domum effecit, (Ion. 3.) Ezechiã ex portis mortis ad vitam reduxit, (4. Reg. 20.) tribus adoleſcẽtibus in ventum rorantem flammam conuertit, (Dan. 1.) Iſraëlitis aduerſus Amalechitas trophæum erexit, (Exod. 17.) & cẽtum octoginta quinque millia Aſſyriorum, vna nocte, gladio inuiſibili proſtrauit: (4. Reg. 29.) Atque ſexcenta præter hæc, ex iis quæ iam acciderunt, exempla licet inuenire: quibus palàm fit nihil ex iis, quæ per hanc vitam coluntur, & in pretio ſunt, orationi præſtare. Chryſ. hom. 2. de fide Annæ. Nulla, inquit, profectò res eſt, quæ poſſit æquari *Vis orationis.* *Gr. Nyſſ.* *Chryſoſt.*

deprecationi,nec quicquam eſt fide potentius. Vtrumque vobis declarauit Anna(ma- F
ter Samuëlis:) cum his enim muneribus accedens ad Deum, omnia quæ voluit effe-
cit. Siquidem & naturam mancam ac ſterilem correxit,& vuluam quæ concluſa erat,
aperuit,& probrum ſuſtulit, & conuicia æmulæ diſſoluit: ſéque ipſam ad magnam re-
Idem. ſtituit fiduciam,dum è petra infrugifera ſpicam meſſuit comãtem. Et hom.79. ad po-
pulum, de Oratione: Magnum verè bonum oratio,inquit. Si virtute præditum homi-
nem alloquens,non parum ex eo capis vtilitatis:cui Deo alloqui datum eſt, quot bo-
Ioan.Dam. nis fruetur? Ioann. Damaſcen. lib.2. Parallelorum,cap.15. hæc de orationis fructibus
congerit ex ſcripturis, Quòd (Exod.9.) egreſſus Moſes à Pharaone ex vrbe tetẽdit ma-
nus ad Dominum, & ceſſauerunt tonitrua,& grando. (Iud.16.) Samſon inuocat Do-
minum,vt reſtituatur fortitudo eius, & vindicet ſe de Philiſtæis,pro amiſſione duorũ
luminum. Et apprehendens ambas columnas,quibus innitebatur domus, alterámque G
earum dextra,alteram læua tenens,ait: Moriatur anima mea cum Philiſtiim: cõcuſſiſ-
que fortiter colũnis,cecidit dom⁹ ſuper omnes principes.(2.Par.32.) Orauit Ezechias,
& miſit Dominus Angelum contra Aſſyrios.(2.Par.33.) Manaſſes vinctus catenis &
compedibus in Babylone orauit,& exauditus eſt. Memoriæ proditum eſt ab Aphrica-
Aphrican. no,quòd dum hanc orationem funderet Manaſſes, vincula ferrea confracta fuerunt,
atque ipſe fuga ſuæ conſuluit ſaluti. (3.Reg.18.) Clamauit Helyas,& deſcendit ignis in
holocauſtum. (4.Reg.6.) Orauit,& aperti ſunt oculi pueri ſui, vt videret exercitũ An-
gelorum. (4.Reg.20.) Orat Ezechias,& addũtur vitæ eius quindecim anni. Hinc fit,vt
Chriſtus orationem commendet, immò & huius formam relinquat. Et ſicut nemo pa
tietur pretioſam gemmam in cœno verſari,ſed ea eleuabit & ſeliget, locóque nobili
recondet:ita Chriſtus non patitur orationem fermento Phariſæorum,id eſt hypocriſi H
Summa. fœdari. Ideò poſt eleemoſynæ præcepta,addit: *Et cùm oratis,non eritis ſicut hypocritæ.* Tho
Tho. Aqu. mas Aquin. in Matth. Tria igitur complectitur. Excludit humani fauoris & gloriæ ap-
1. 2. petitum ab oratione: docet & modum orandi: & veræ orationis formam ſubiungit.
3. Verùm hîc oritur quæſtio, cur non in ſingulari dixit, *Cùm oras*, quemadmodum & in
Obiectio. ſingulari enunciauit de eleemoſyna, Tu autem cùm facis eleemoſynam: aut tandẽ de
ieiunio adiicit, Tu autem cùm ieiunas. Reſpondeo, Pluraliter dicit, Cùm oratis: om-
Omniũ eſt orare. nium enim eſt orare, cùm ad hoc res temporalis nõ exigatur,niſi intentio. Atqui elee-
moſynam dare eorum tantùm eſt,qui poſſunt: ſed neque omnibus datur poſſe ieiuna-
re. Ex eo fit, vt non de omnibus dixerit in iis,quaſi ad ea omnes obligentur, ſi facultas
abſit: omnes tamen vitulos labiorum, orationes,& gratiarum actiones offerre debent.
Cauet autem ne fiant illæ à nobis, ſicut & ab hypocritis. *Qui amant in angulis platearum* I
ſtantes orare, vt videantur ab hominibus. Nõ condemnat orationes quę publicè fiunt,ſed il-
las quæ ideò fiunt ab aliquibus,vt deuoti eſſe videantur. Quales ſunt & iſtæ, quas ſuo
Perſius. tempore riſit Perſius:

Mens bona,fama,fides,hæc clarè,& vt audiat hoſpes.

Hypocriſis Gentilium. Nam & eadem olim hypocriſis erat Gentilium, vt ſi quid boni precarentur, illud pa-
làm,& vt ab omnibus audirentur,enunciarent. Sin verò aliquid in alterius diſpẽdium
orabant,ſubmittebant vocem.

Illa ſibi introrſum,& ſub lingua murmurat: ô ſi
Ebullet patrui præclarum funus,& ô ſi.
Sub raſtro crepet argenti mihi ſeria! dextro
Hercule: Pupillúm ne vtinam quem proximus hæres K
Impello,expungam.

Stantes orare. Atqui Chriſtus prohibet,velle videri,& gloriam humanam captare: non autem prohi-
bet publicè orare. Iudæi autem ſtantes orabant,quia ſtantes legem acceperunt. Exod.
19. Steterunt ad radicem montis. Luc.14. Phariſæus ſtans orabat. Quòd enim oratio
Oratio dominica publicè in ſacris myſteriis pronũciatur. publica non condemnetur, manifeſtum eſt, cùm hæc ipſa etiam, quam Chriſtus tradi-
dit,in Leiturgia Iacobi, Baſilij, Chryſoſtomi,& Germani Theoria, publicè pronũciata
legatur,interim dum ſacra myſteria celebrarentur. Idem ipſe etiam Cyrillus Hieroſo-
lymitanus, Catecheſi myſtagogica oſtendit. Quorſum enim,niſi publicæ orationis gra
tia Salomon templum ædificauit? 3.Reg.8. Et vt diſputat Baſil.in Pſ.28. Quid eſt quòd
Cyr. Hier. Baſilius. Apoſtoli Petrus & Ioannes in illud aſcenderunt, ad horam orationis nonam: niſi, vt
Tertull. ſcribit Tertullianus lib.de ieiun.contra Phychicos, vt orationem commendarẽt: Do-

mus

A inus enim mea, domus orationis vocabitur, inquit Christus. Et Psaltes: In domo eius omnes dicēt gloriam. Sed & idem ipse Christus, Quoties, inquit, duo aut tres consenserint de aliquâ re super terram, aut cōgregati fuerint in nomine meo, in medio eorū sum: quanto igitur celebriores & fortiores orationes sunt, quę à cōgregatis in nomine Christi fidelibus fiunt? Tertullian. lib. Apolog. cap. 30. Illuc in cœlum suspiciētes Chri Tertull.
stiani, manibus expansis, quia innocuis: capite nudo, quia non erubescimus: denique sine monitore, quia de pectore oramus: precantes sumus omnes semper pro omnibus Imperatoribus, vitam illis prolixam, imperium securum, domum tutā, exercitus fortes, senatum fidelem, populum probum, orbem quietum, & quæcunque hominis & Cæsaris vota sunt. Hæ Christianorum pro Imperatoribus preces fuerunt, quoties coirent in cœtum. Et quomodo antelucani illi cœtus ab iis fiebant, & vt scribit Iustinus Iust. Mar.
B Martyr in Apol. pro Christianis, Eucharistici mysterij participes fiebant, nisi precibus & verbo preeunte? Itaque publicam orationem non destruit Christus, sed hypocriticam: quæ ideò fit à nonnullis, vt videantur. *Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.* *Merces orationis.*
Merces autem orationis est, non modò vt quis exaudiatur, sed & vt ampliorem percipiat gratiā. Iac. 1. Dat enim omnibus Deus affluenter, & non improperat. Potest enim fieri vt Deus homini impio largiatur quod postulat, non tamen cum gratia. Legimus scilicet & ipsum Deum largitum esse Sathanæ quæ petebat. Iob. 1. Permittitur ei torquere Iob iustum, ita tamen vt nihil iuris in animam eius habeat. 3. Reg. 22. Spiritus mendax sese obtulit Deo, dicens, Mitte me: ero spiritus mendax in ore omnium Prophetarum. Sic fit nonnunquam, vt impij & peccatores non resipiscentes à Deo quædā postulent, quorum etiam participes fiunt: verùm illa nullam secum importāt spiritua-
C lem gratiam, nec faciunt ad eorum beatitudinem: immò si indurentur, illorum damnationem augent. Itaque rectè dicit, *receperunt mercedem suam.* Nam quicquid illis compensetur aut ab aura populi, aut à Deo illos per eadem plectente, quæ ipsi insipienter postularunt, nulla illis in futurum merces reposita est. Petierūt Israëlitæ carnes in deserto, & ecce adhuc escæ erant in ore ipsorum, & ira Domini ascēdit super eos. Petie- *Pœnæ hypocritarū.*
runt regem, & ab illo vexati sunt. Petunt & ipsi indurati peccatores sanitatē, diuitias, quieta omnia, vt illis abutantur: sed sinere peccatoribus ex sententia agere, magni iudicij est argumētum. His ergo compositis, ponamus ex vna parte peccatorem minimè resipiscentem: ponamus & ex altera iustum. Vterque petit & desiderat, vterque orat: hic, vt fruatur deliciis: iste, vt liberetur à malis. Dixerit igitur aliquis, quod & Dauid: Ecce isti peccatores in sæculo obtinuerunt diuitias: quicquid desiderarunt, habuerūt:
D Et iusti toties orant in afflictionibus, nec eruuntur? Quomodo ergo dicis maiorē mercedem iustis orantibus rependi quàm hypocritis? Verùm, ô bone, aliquantulum siste, & Christi verba attende. De præterito & præsenti loquitur, cùm, inquit, receperunt, aut sperant iusti futuram mercedem. Merces peccatorum momentanea est, sed merces iustorum æterna. Fruuntur impij bonis quę super terra sunt, nō fruuntur Dei gratia, non contendunt ad gloriam, quæ iustis rependetur. Ideò cū Dominus protector saluationum Christi sui sit, & suorum merces magna nimis: adiicit: *Tu autem cùm oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito. Et pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi.* εἴσελθε εἰς τὸ ταμεῖον, Ingredere conclaue, penuarium, seu cellam tuam. ταμεῖον enim promptuarium, cellam, penu, & cubiculum, quo pecuniæ Domini reponuntur, & intima seu penetralia ædium significat. Chrysostom. hom. 20. Chrysost.
E prioris Operis in Matth. Quid ergo, inquis? In Ecclesia non oportet orare? Et valde quidem, sed cum hac voluntate, vt illum vnum intuearis, qui habet donandi, quod petieris, potestatem. Vbique enim Deus, quo aliquid facias intuitu spectat: alioquin etiāsi cubiculum ipsum fueris ingressus, idque cum ostentatione tui obcluseris, vt scilicet intelligaris secretè oraturus, nihil tibi ad celandam orationem ostia prestiterunt. Nā cùm vtique opportunum sit ab inani gloria liberum pectus habere, tamen in oratione præcipuè. Augustin. lib. 2. de serm. Dom. in monte, cap. 6. Quid est ergo ostium? Foris Augustin.
omnia temporalia, & visibilia sunt, quæ per ostium, id est per carnalem sensum, in cogitationes nostras penetrant, & turba vanorum phantasmatum orantibus obstrepunt. Claudendum est igitur ostium, id est carnali sensui resistendum est, vt oratio spiritualis dirigatur ad patrem, quæ fit intimis cordis, vbi oratur pater noster in abscondito. *Et pater*, inquit, *qui videt in abscondito, reddet tibi.* Et hoc tali clausula terminandum fuit.

Obiectio.

An nō oporteat in Ecclesia orare.

Non enim hoc monet nunc, vt oremus, ſed quomodo oremus: neque, vt ſuperiùs, vt F
faciamus eleemoſynam, ſed quomodo faciamus: quoniam de corde mundando præ-
Cyprian. cepit, quod non mundat, niſi vna & ſimplex intentio. Cypria. ſerm. de orat. dominica.
Quod ergo in abditis & ſecretis vel ſemotis locis & cubiculis orare nos docuit, hoc
magis conuenit fidei, vt ſciamus Deum vbique eſſe præſentem, audire omnes & vide-
re, & maieſtatis ſuæ plenitudine, in abdita quoque & occulta penetrare: ſicut ſcriptũ
eſt, (Hier. 23.) Ego Deus approximans, & non Deus de longinquo. Si abſconditus fue-
rit homo in abſconditis, ergo ego non videbo eum? Nónne cœlum & terram ego im-
pleo? Et iterum: In omni loco oculi Dei contemplantur bonos & malos. Et quãdo in
vnum cum fratribus conuenimus, & ſacrificia diuina cum Dei ſacerdote celebramus, G
verecundiæ & diſciplinæ memores eſſe debemus: non paſſim ventilare preces noſtras
inconditis vocibus, nec petitionem cõmendandam modeſtè, Deo tumultuoſa loqua-
citate iactare. Quia Deus non vocis, ſed cordis auditor eſt. Nec admonendus eſt cla-
moribus, qui cogitationes videt. An non ſcilicet & eorum qui ſolo corde orabãt, vota
Chryſoſt. de cœlo proſpexit? Chryſoſtom. hom. 19. Oper. perf. in Matth. Nam & Moſes dolebat,
cúmque tacens oraret, audiebatur: & propterea ad illum dixit Deus, Exod. 14. Quid
clamas ad me? Anna quoque, cùm vocem nullam prorſus emitteret, omnia tamẽ quæ
voluit, impetrauit: quia ſcilicet ſola, & tota mente clamabat. 1. Reg. 1. Abel non modò
tacens, ſed & defunctus orabat, & ſanguis eius emittebat vocem, omni prorſus bucci-
Etiam ſãctorum defunctorum preces audiuntur. na clariorem. (Geneſ. 4. Heb. 11.) Sed & ſancti martyres in Apocalypſi orant ſub altari
Dei, & exaudiuntur. Itaque Deus maximè cor attendit. Celebriores quidẽ ſunt ora-
tiones Eccleſiæ, ſed & illæ in abſcondito fiunt, quia ex toto corde & anima. De pro-
fundis clamaui ad te Domine, inquit Dauid, (Pſ. 129.) Scindite corda veſtra, & non ve- H
ſtimenta veſtra, (Ioel. 2.) Vbi ſic oramus, *pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi.* Chryſ.
Chryſo. hom. 19. Oper. perf. in Matth. Non ait, donabit tibi, ſed reddet, inquit. Debitorẽ quip-
pè tibi eum conſtituit, tèque magno pro hoc etiam honore donauit. Reddere ad fu-
turum refertur, ne fortè, ſi hîc pro omnibus non exaudiuntur iuſti, exiſtimemus reli-
quam eſſe ſuæ orationis mercedem. 2. Tim. 1. Scio cui credidi, & certus ſum, quia po-
tens eſt depoſitum meum ſeruare in illum diem. Et 2. Tim. 4. Repoſita eſt mihi coro-
na iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illum diem iuſtus iudex. Etiãſi tardauerit,
expecta eum, quia veniẽs veniet. Et licet non citò exaudierit ſuos, in tribulatione cla-
mantes: non patietur tamen eos tentari vltra quod poſſunt, ſed faciet cum tentatione
prouentum. Ita in terra ſua duplicia poſſidebunt, quia tribulatio patientiam operatur,
patientia autem opus perfectum habet. *Orantes autem nolite multum loqui, ſicut & Ethnici* I
Chryſoſt. *faciunt: putant enim quòd in multiloquio ſuo exaudiantur.* Chryſoſtom. hom. 2. de fide Annæ:
An ſemper orandũ & quomodo multiloquium cauendum. Quomodo igitur dixerit aliquis, inquit, ſi paucis orandum eſt, cur parabolam propo-
ſuit, (Luc. 18.) admonentem ſemper eſſe orandum? Vidua quędam erat, quæ aſſiduè cõ-
pellando crudelem & inhumanum iudicem, neque Deum timentem, neque homi-
nes reuerentem, tandem importunis clamoribus flexit. Quin & nos Paulus hortatur
(Rom. 12.) dicens: Precationi inſtantes. Ac rurſus: (1. Theſſ. 5.) Indeſinenter orate.
Vtrumque faciendũ eſt, vt nec in longum verba proferamus, & tamen aſſiduè deprece-
mur. Siquidẽ & Chriſtus & Paulus iuſſit breues, ſed crebras fieri precationes ex pau-
Battologia quid. cis interuallis. Cæterùm multiloquium nuncupatur βαττολογία à Batto quodam ine-
pto poëta, qui cùm in verbis copioſus eſſe contenderet, ad nauſeam vſque verbis repe-
titis poëma conſcripſit. Hũc Ouidius poëtica fabella deludit, lib. 2. Metamorph. quaſi K
à Mercurio in ſilicem mutatum, vt qui ſua loquacitate, nihil quãtumuis ſecretum ta-
ceret. Alludit autem ad ineptam & moleſtam eius loquacitatem, ſic loquentem indu-
cens: *—ſub illis*

Ouidius. *Montibus, inquit, erant: & erant ſub montibus illis.*

Hebraicus tamen Matth. contextus hanc Ethnicam dictionem omittit: habet enim
ברב הדברים *Berou Haddeuarim*, in multiloquio verborum, quod vetus interpres atten-
Gr. Nyſſen. dit. Greg. Nyſſen. lib. de Orat. Βαττολογία eſt, inquit, quaſi linguæ volubilitas, & vanus
ſermo: vt aliquis Græcè explicans meliùs dixerit, τὸ νῦ φλυαρία, hoc eſt quaſi dicas,
mentis effẽrueſcentia, atque effutitio: λῆρος καὶ φλήναφος, hoc eſt deliramenta, atque
nugæ: ac ſi quod vocabulum eiuſmodi ſignificationis eſt. Quid igitur nobis ſermo cõ-
ſulit? Ne idem committamus in tempore orationum, qualis in mente furioſorum ac
delirorum

A delirorũ absurda perturbatio conflatur. Quẽadmodũ enim mente imperfecta prẽditi, nõ cogitant vt aliquid sibi ex sentẽtia obueniat: sed pro arbitrio fœlicitates quasdã sibi fingũt, thesauros, & nuptias, & regna, magnásque ipsorum appellationibus cognominatas ciuitates sibi proponentes, in eo se versari in mente sua imaginantur, quodcunque cogitationum vanitas eis suggesserit: nonnulli etiam vehementius hac vanitate correpti sunt, ac modum naturæ supergressi, vel volucres existunt, vel stellarum in modum lucent, vel montes in manibus gestant, vel cœlum sibi peruium faciunt: vel adinnumeros vsque annos viuũt iuuenes ex senibus enadentes: ac quæcunque alia talia magis væcordibus, bullarum in modum vana, atque inania figmenta in corde ingenerantur. Vt igitur in rebus gerendis, is qui non ea cogitat, per quæ sibi deliberanti aliquid boni contingat, sed vanis cupiditatibus necquicquam immoratur, stultus quidem & miser est, in hæc insomnia occasionem deliberationis aliquid agendi, quod ex vsu sit, insumens: ita qui in tempore orationis, in ea quæ animæ conducunt, intentus non est, sed vitiosis & perturbatis animi sui motibus Deum obsequi postulat: nugator quidem reuera atque blaterator est, quippè qui oret, vt Deus suarum ineptiarum & vanitatum adiutor & minister fiat. Chrysostomus hom. 19. Oper. perf. in Matth. Batto- Chrysost.
B logiam igitur, inquit, hîc loquacitatem vocauit, qua tunc vtique vtimur, cùm non vtilia nobis à Deo poscimus, vt potentiam nimirùm adipiscamur & gloriam, & vt superemus inimicos, atq; multis opibus affluamus, & omninò ea quæ nihil nobis ꝓfutura sunt: nouit enim Deus quid opus sit nobis. Videtur deniq; prohibere longas orationes: lõgas verò dico, non tempore, sed multitudine, & prolixitate verborum. Perseuerare quippè oportet, quæ sunt vtilia poscentes. Orationi, inquit, (Col. 4.) instate. Ita occur-
C rit Chrysostomus eorum obiectioni, qui Battologiæ seu loquacitati tribuerent orationes sæpiùs iteratas: ostendens non illas reiici, etiamsi iterentur, immò gratiores fieri, & faciliùs exaudiri: si tamen illæ rectè fiãt, id est, non in loquacitate, sed rectis petitionibus consistant. Adducit nõ modò viduæ importunitatem ad iudicem, sed & vicini, qui vicinum frequentiùs idem postulans, & ad ostium pulsans, tandem quod petebat, assecutus est, (Luc. 11.) Augustinus lib. 2. de serm. Domini in monte, cap. 7. Multilo- August.
quium in Gentibus fuisse dicit, vt qui exercendæ linguæ potiùs, quàm mundando animo darent operam: vt hoc nugatorij studij genus etiam ad precem fundendam transferre conarentur, arbitrantes Deum, sicut hominem iudicem verbis adduci in sententiã. *At verò scit pater noster quid nobis opus sit.* Requirit igitur nostræ necessitatis & humilitatis protestationem: quę tum demum etiam reiteratis oratiunculis manifestatur. Vt si
D quis dixerit sæpiùs, Miserere mei Deus: sicut & reiteramus Kyrie eleyson, Christe eleyson: quod idem sonat, ac si dicatur, Domine miserere, Christe miserere. Ipse etiã Chri- *An reiteratio precum sit battologia.*
stus præ feruore eandem orationem in monte Oliuarum reiterauit, dicens: Pater, trãsfer calicem istum à me. Et fides Chananæa commendatur, quæ orationis suæ opportunitate, fidem protestata est, dicens: Miserere mei, fili Dauid: filia mea malè à dæmonia vexatur. Adiuua me. Palladius in hist. Lausiaca, scribit Paulum monachum solitu- Palladius.
dinis quę appellatur Pherme, in Sceti, præcipuam & ferè omnem exercitationem in orationibus habuisse. Hic verò, inquit, trecentas preces expressas, & præstitutas habebat: totidem habens in sinu calculos, & in vnaquaque oratione iaciens vnum calculum. Interim tamen illa orationum repetitio, non ea intẽtione à Christo facta est, aut
E ab Ecclesia, aut ab aliquibus electis, vt multis verbis Deum excitaremus, sed nostrum affectum proderemus. Stulta, & impia fuit Gentilium de diis suis opinio, quòd dormirent, aut alia in loca peregrinarentur, vnde & eos clamoribus excitari oporteret. Et huic causæ alludit Helyas, inquit Thomas in Matth. cùm sacerdotes Baal sic adhor- *An clamore excitetur Deus.*
taretur, (3. Reg. 18.) Clamate voce maiore. Deus enim vester est, & forsan loquitur, aut Thomas.
in diuersorio est, aut fortè dormit, vt excitetur. Quo etiam figmento Greg. Nanzanz. Greg. Naz.
orat. 1. in Iulianum Apostatam, notat Iouem ab Homero describi lib. 1. Iliad. vt qui Homerus.
peregrè profectus, non tam citò vota sacrificantium exaudierit. Idem etiam de Neptuno effingens Odyss. lib. 1. Ait enim:

Nuper ad Aethiopas perrexerat ille remotos
Taurorum celer occurrens, pecudúmque Hecatombis.
Atque hîc accumbens carpebat gaudia mensis.

At verò Deus vbique est, neque Mercurio illi opus, qui votanostra explicet: penetrat

Arnobius. enim vsque ad intima cordis. Arnobius lib. 6. aduersus Gentes. Hoc enim est propriũ F
Dei complere omnia vi sua, non partiliter vspiam, sed vbique esse totum: non adesse,
nõ abesse, non cœnatum ad Æthiopas pergere, & post dies bissenos priuatum ad do-
micilium redire. At verò Deus omnia in omnibus est: per ipsum viuimus, mouemur,
& sumus, vt quidam poëtarum dixerunt, inquit Paulus. Itaque quisquis oraturus est,
perpẽdat Deum omnia scrutari, omnes intentiones nosse, & quo fine quisque aliquid
Orpheus. requirat. Quoniam, vt cecinit Orpheus,

Principium, medium, finémque tuetur.

Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. *Nolite ergo assimilari eis: scit enim Pater vester quid*
Tho. Aqui. *Cur oremus cum quinouit quibus nobis opus sit.* *opus sit vobis, antequàm petatis eum.* Thomas Aquin. in Matth. Quare ergo oportet orare?
Respondeo, non vt doceas, sed inflectas, vt familiaris efficiaris, vt humilieris, vt pec-
catorum tuorum rememoreris. Hieronym. in Matth. c. 6. Consurgit, inquit, in hoc lo-
co quædam hæresis, Philosophorum quoque peruersum dogma, dicentium: Si nouit G
Hieronym. Deus quid oremus, & antequàm petamus scit quibus indigeamus, frustrà scientí loqui-
mur. Quibus breuiter respondendum est, non esse nos narratores, sed rogatores. Aliud
est enim narrare ignoranti, aliud scientem petere. In illo iudicium est, hic obsequium.
Ibi fideliter iudicamus, hîc miserabiliter obsecramus. Quinetiam oratione mens no-
stra in Deum excitatur, cùm oratio elevatio sit mentis in Deum: & nos ipsos omniá-
que nostra Deo debere protestamur, estque velut sacrificium vespertinũ. Ideò sic orat
Psaltes: (Ps. 140.) Dirigatur Domine oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, ele-
uatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Hilarius in eundem Psalmum. In-
Hilarius. telligendum est autem, inquit, quid sibi velit comparatio proposita incensi. Et primũ
Oratio confertur incenso. natura incensi ea est, vt se in altum de humilibus extollat, spirans optimè, & sese in H
sensum suaueolentiæ immittens. Dein ex quatuor odoratissimis generibus in maximã
subtilitatem comminutis componitur, stacte, onyche, galbano, thure: quæ omnia hęc
in forma orationum fidelium constituta esse, beati Ioannis Apocalypsis ostendit (ca. 5.)
cùm ait: Et illi quidẽ vigintiquatuor seniores prociderunt ante agnum, habẽtes quis-
que citharam, & phialas aureas, plenas odoribus, quæ sunt orationes sanctorum. Qua-
tuor autem genera orationum Apostolus esse significat, ad Timotheum ita scribens:
(1. Tim. 2.) Obsecro primùm omniũ fieri precationes, orationes, postulationes, gratia-
rum actiones. Humilitatis nostræ est deprecari, magnificentiæ Dei est orari, fidei est
postulare, confessionis & laudis est gratulari. Et fortè quatuor illa genera odorum ad
vnum thymiama ex partibus subtilissimis comparata, singulis quoque generibus pote I
runt consummandæ orationis aptari. Nouit quidem Deus quibus indigeamus, sed
orationis obsequio vult agnosci. Inde factum est, vt cùm Elipham & Heliu commo-
neret de peccato in se & in Iob commisso, remedium ab oratione petendum ostende-
ret, dicẽs: Ite ad seruum meum Iob: sacrificium enim accipiam de manibus eius. Ps. 9.
Præparationem cordis eorum audiuit auris tua. Ps. 49. Sacrificium laudis honorifica-
Greg. Nyss. bit me, & illic iter, quo ostendam illi salutare meum. Gregor. Nyssen. lib. de Oratione,
Orationes etiam ideò fieri dicit, vt fiducia nostra erga Deum stabiliatur, ac confirmẽ-
tur. Quemadmodum in nostris quoque liberis videmus, inquit, qui initio quidẽ vbe-
ribus maternis adhærent, quantum natura capit, tantum à matre requirentes: Quòd
si infans adoleuerit, & aliquam loquendi facultatem adeptus sit, grandiora postulat. K
Glossa. Glossa interlinearis in Matth. Verbis cor accẽditur, & precibus serenatur. Sed & ani-
mus occupatus circa sancta verba, retrahitur à superfluis cogitationibus.

Qua fide Deum patrem vocemus, & quomodo pater, quomodo noster, & in cœlis esse dicatur: quibus petitionibus Oratio Dominica constet.

Matth. 6.	Marc.	Luc. 11.	Ioan.
Sic ergo vos orabitis: Pater noster qui es in cœlis.		Et ait illis. Cùm oratis, dicite, Pater.	

Gregorius

A GREGORIVS Nyſſ. lib. de Oratione: Quum magnus ille Moyſes, ad eam ſacrorum diſciplinam, quæ in monte inſtituebatur, populum Iſraëliticum adduceret, non priùs eos apparitione Dei dignos eſſe iudicauit, quàm indicta obſeruatione caſtitatis, & aſperſione aquæ, populo purificationem, atque peculiare, & luſtrale quoddam ſacrificium ſanxiſſet. Chriſtus verò nos ad diuinum colloquiũ cõuocaturus, in ipſo etiam monte primùm, quibus purgari & perfici debeamus, edocuit: demũ quomodo ad Deum accedendũ, & qua oratione conueniẽdus ſit, oſtendit. Verùm longè quidem gratior nobis acceſſus datus eſt, quàm Iudæis. Illis enim mons totus fumabat, & caligine obducebatur, adeò vt terrore concuſſi auocarentur: Nobis autem ſtatim in ipſo orationis exordio maxima ſpes & fiducia conci- *Introductio.*

B liatur, cùm ſic orandum doceat, *Pater noſter*. Qui enim Deum patrẽ conſiderat, an non & eorum quæ petiturus eſt, maiorem concipit expectationem? Neque verò Iudæi illi ad radicem montis ſtantes, in ipſius cacumen pertingere potuerunt: nobis autem per fidem ſtatim licet ex terra in cœlum conuolare, vt dicamus, Pater noſter qui es in cœlis. Et priſcis vtique Iudęis nihil perfectum & ſolidum promittebatur, non regnũ Dei, non panis ſuperſubſtantialis, non remiſſio peccatorum, non perfecta redemptio à maligno: nobis autem hæc magna cum fide poſtulare præcipitur, vt quæ minimè defutura ſint, ſi modò neque fides, neque ſpes noſtra hæſitauerit. Nouum igitur orationis genus nos Chriſtus docuit, qua neceſſaria, & potiora Euangelij bona complectitur: ea nimirùm, ad quæ nos omni tempore & hora contendere neceſſe eſt. Dicit ergo, *Sic vos orabitis*. Cyprian. ſerm. de Orat. Dominica: Iam, inquit, prædixerat horã venire, quando *Patris nomen ſpei plenum.*

C veri adoratores adorarẽt patrẽ in ſpiritu & veritate: & impleuit quod antè promiſerat, vt qui ſpiritũ & veritatẽ de eius ſanctificatione percepimus, de traditione quoq; eius verè & ſpiritualiter adoremus. Quæ enim magis ſpiritualis oratio eſſe poteſt, quã quæ nobis à Chriſto data eſt, à quo & Spiritus ſanctus miſſus eſt? Quæ vera magis apud patrẽ precatio, quã quæ à filio, qui eſt veritas, de eius ore prolata eſt? vt aliter orare quàm docuit, non ſolùm ignorantia, ſed & culpa ſit, quando ipſe poſuerit, & dixerit, Reiicitis mandatũ Dei propter traditionẽ veſtrã. (Matt. 15.) Nec ſolùm cõmendatior eſt, quia à Cyprian. *Orationis Dominicæ commendatio.*

1. Chriſto inſtituta eſt, ſed quia breuiſſima, & nihilominus ſua breuitate omnia nobis ne-
2. ceſſaria complectitur. Breuis eſt, vt & ille citò iuuare, citò etiã exaudire intelligatur, ſi
3. modò ad laudẽ eius & noſtram ſalutẽ ſint, quæ requiruntur. Breuis eſt, ne doctrinã cœ-
1. leſtẽ ambagibus obuolutã arbitremur: Et vt quiſq; memoria retinere illã poſſit, neq; ſit
2. D adeò mentis obtuſæ & ſtupidæ, qui non orare valeat. Sed & breuitas illius facit, vt ma-
3. iore deuotione repetatur. Hinc etiam diſcimus multiloquiũ auerſari, & faciliùs expẽ-
4. dimus & attendimus ea quæ petimus, cùm prolixitas tædium adferre ſoleat. Tertull. Tertull.

lib. de Orat. Dominus, inquit, Ieſus Chriſtus nobis diſcipulis noui Teſtamẽti nouam orationis formam determinauit. Oportebat enim in hac quoque ſpecie nouum vinũ nouis vtribus recondi, & nouam plagulam nouo aſſui veſtimento. Cæterùm quicquid retrò fuerat, aut demutatũ eſt, vt circũciſio: aut ſuppletũ, vt reliqua lex: aut impletũ, vt Prophetia: aut perfectum, vt fides ipſa. Ex his concludit, quòd cùm præſcriptus etiam adorationis modus ſit, orationis quoque forma noua præſcribi debuerit. Commendat autem orationem hanc, vt quæ ſua breuitate & compendio quicquid neceſſarium ſit, complectitur. Et tamen, inquit, breuitas iſta, magnæ ac beatæ interpretationis ſentẽtia

E fulta eſt: quantúmque ſubſtringitur verbis, tantũ diffunditur ſenſibus. Neq; enim propria tantùm orationis officia complexa eſt, vel veneratione Dei, aut hominis petitionem, ſed omnẽ penè ſermonẽ Domini, omnem cõmemorationẽ diſciplinæ, vt reuera in hac oratione breuiariũ totius Euangelij cõprehendatur. Incipit autẽ à merito fidei, & teſtimonio Dei, cùm dicimus, *Pater noſter qui es in cœlis*. Nam & Deum oramus, & fidem commendamus, cuius meritum eſt hæc appellatio. Scriptum eſt enim: Quotquot crediderunt in eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. Quanquam frequentiſſimè Dominus patrem nobis pronunciauit Deum: immò præcepit, ne quem nobis in terris patrem vocemus, niſi quem habemus in cœlis. Itaque ſicut oratores auditorum, pauperes diuitum beneuolentiã priùs captant, quàm ea quę voluerint, explicent: ita non tam Dei beneuolentiam captare, quàm noſtram primùm in eũ fiduciã confirmare docuit Chriſtus. Accedentem enim ad Deũ oportet credere quia eſt. Albertus Alb. Magn.

Summa huius orationis.

Magnus libro de Offic. Missæ cap. 20. Hæc igitur oratio duo complectitur: captat F enim beneuolentiam, demum ea quæ necessaria sunt postulat. Captatio autem beneuolentiæ duo habet. Captamus enim beneuolentiam, allegando dulcedinem affectus eius à quo petimus: & petendorum honestatem, eo quòd nihil nisi cœlestia petere proponamus, & bona quæ pater optimus à nobis peti desiderat. Dulcescit igitur principium orationis nostræ in nomine patris. Sapien. 16. Substantiam enim tuam & dulcedinem tuam, quam in filios habes, ostendebas: dulcissimum enim nomen est in ore filij nomen patris, si filius in spiritu, qui à patre procedit in filium, nominet, & inuocet patrem. Galat. 4. Quia estis filij Dei, misit Deus spiritum filij sui in corda vestra, clamantem, Abba, Pater. Sic in ore filij nomen Patris, mel est sub lingua, melos in aure, & in corde iubilus. Augustinus lib. 2. de sermone Domini in monte, cap. 8. Ita cùm in omni deprecatione beneuolentia concilianda sit eius quem deprecamur, & G laude beneuolentia concilietur: Dominus Iesus nihil aliud nos dicere iussit, nisi *Pater noster qui es in cœlis*. Multa enim dicta sunt in laudem Dei, quæ per omnes sanctas scripturas, variè latéque diffusa poterit quisque considerare, cùm legit: nusquam tamen inuenitur præceptum populo Israël, vt diceret Pater noster, aut oraret Patrem Deum: sed Dominus eis insinuatus est, tanquam seruientibus, id est, secundum carnem adhuc viuentibus. Hoc autem dico, cùm mandata legis acciperent, quæ obseruare iubebantur. Nam Prophetæ sæpè ostendunt eundem Dominum Deum, etiam eorundem patrem esse potuisse, si ab eius mandatis non aberrarent, sicut est illud, (Esa. 1.) Filios genui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Et illud, (Ps. 8.) Ego dixi, Dij estis, & filij excelsi omnes: & alia permulta, vbi arguuntur Iudæi, quia filij noluerunt esse peccando: exceptis eis, quæ in Prophetia dicuntur de populo Christiano, quia pa- H

Patris nomen pietatis.

August.

P. Laodicē.

trem Deum esset habiturus: sicut & Apostolus dicit, (Galat. 4.) Quandiu hæres paruulus est, nihil differt à seruo, cùm sit dominus omnium: & spiritum adoptionis nos accepisse commemorat. Petrus Laodicens. Episcopus Expositione in Orat. Dominicam: Tum demum, inquit, se Deus patrem nostrum dici vult, cùm Spiritus sanctus adueniens Christi nos adoptione dignatur. Tertullianus lib. de Orat. Appellatio ista & pietatis, & potestatis est. Greg. Nyss. lib. de Orat. Nam quali dicenti, *Pater noster*, opus est animo? Quanta fiducia? Quali conscientia? Vt vbi Deum, quoad eius fieri potest, per eas appellationes; quæ in illo animaduertuntur, ad intellectū inenarrabilis gloriæ quasi manu ductus mente conceperit, atque didicerit, quod diuina natura, quodcunque tandem ea sit, ipsa bonitas sit, sanctimonia, exultatio, potentia, gloria, puritas, I æternitas, semper eodem modo, atque similiter se habens: ac quæcunque talia circa diuinam naturam intelliguntur, quum & per diuinam scripturam, & proprias cogitationes animaduerterit: deinde talem emittere vocem, & eum qui tantus & talis est, suum patrem nominare audeat? Nam si quis expiatione etiam nunc opus habens, seipsum inspiciens, & vitiosam conscientiam suam agnoscens plenam maculis, & scelerum notis inustis, priusquàm à tot tantísque malis expurgatus sit, se Dei cognationi inferat, ac dicat, *Pater*, iusto iniustus, puro impurus: contumelia atque conuicium planè ea verba fuerint, siquidem suæ nequitiæ patrem Deum nominaret. Nam patris vocabulum caussam ex ipso procreati significat. Quanto igitur cum timore vocem hanc emittere audemus, dum nostræ ipsi infirmitatis conscij sumus, nisi Christus ani- K mos nostros confirmaret? Quid enim nos ad Deum? Quid puluis & cinis ad æternum, omnipotentem, & creatorem suum, vt eum patris nomine interpellare audeat? Petrus Chrysologus sermone 77. Hodie quod audituri estis, stupent Angeli, miratur cœlum, pauet terra, caro non fert, auditus non capit, non attingit mens, tota sustinere non potest creatura, ego dicere non audeo, tacere non possum: Deus det, vt & vos audire possitis, & ego dicere. Quid est magis tremendum, quòd se dedit terris Deus, aut quòd vos dat cœlo? Quòd societatem carnis intrat ipse, aut quòd vos facit consortium diuinitatis intrare? Quòd mortem sumit ipse, aut quòd vos resumit ex morte? Quòd ipse in vestram nascitur seruitutem, aut quòd vos sibi gignit in liberos? Quòd suscipit paupertatém vestram, aut quòd vos sibi facit hæredes, sui vnici cohæredes? Est vtique terribilius, quòd terra transformatur in cœlum, homo Deitate mutatur: seruitutis sors, dominationis iura sortitur. Sed hoc quāuis metuendum sit, tamen quia causa non docentē respicit, sed iubentem: accedamus filioli, quò

Tertull.

Greg. Nyss.

Fiducia requiritur primùm à nobis.

Quomodo sic inuocemus Deū.

Pet. Chrys.

A quò vocat charitas, trahit amor, inuitat affectio. Deum patrem viscera sentiant, vox personet, lingua loquatur, spiritus clamet, & totum quod est in nobis, respondeat gratiæ, non timori: quia qui iudicem mutauit in patrem, amari voluit, non timeri. Vt enim maiestatis, ita & benignitatis nomen patris est. Germanus Patriarcha Constantinop. in Expos. orat. Dominicę. Re vera pater omnium nostrûm est, quasi πάντας τηρῶν, hoc est, omnes conseruans. Pater enim dicitur multis de causis. Pater est creatione generali omnium, maximè verò hominum. Mal. 1. An non ipse pater tuus est, qui fecit te & creauit te? Ephes. 3. Flecto genua ad Deum, & patrem Domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas siue in cœlo, siue in terra nominatur. Ille nos ad imaginem & similitudinem suam præ omnibus creaturis effinxit: Ille membra nostra compegit. Iob. 10. Manus tuæ, Domine, fecerunt me, & plasmauerunt me totum in circuitu. Memẽ-

B to quæso quòd sicut lutum feceris me, & sicut lac me coagulasti. Pelle & carnibus vestisti me, ossibus & neruis compegisti me. Vitam & misericordiam tribuisti mihi, & visitatio tua custodiuit spiritum meum. Ex hoc creationis beneficio Iob Deum compellabat, quasi filius patrem, opus artificem, vt sui misereretur. Ideò Deut. 32. ad maiorem nostræ ingratitudinis amplificationem, Moses nomen patris ob oculos ponit, dicens: Generatio praua atque peruersa, hæccine reddis Domino tuo, populе stulte & insipiens? Nunquid non ipse pater tuus est, qui possedit te, & fecit te, & creauit te? Et quibusdam interiectis: Deum qui te genuit dereliquisti, & oblitus es creatoris tui. *Pater* est ratione educationis: dat enim escam omni carni. Et, vt dictum est, oriri facit solem suum super bonos & malos. Esa. 1. Filios exaltaui & enutriui: verùm ipsi spreuerunt me. Deut. 32. Incrassatus dilectus, impinguatus dilatatus est, & recalcitrauit. De-

C reliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo salutari suo. *Noster* est, etiam liberalitate, & miseratione. Psal. 102. Quomodo miseretur pater filiorũ, miseretur Dominus timentibus se, quoniam ipse cognouit figmentum nostrum. Ideò clamamus cum Apostolo, (1. Cor. 1.) Benedictus Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Es. 49. Si potest obliuisci mater, vt nõ misereatur filio vteri sui. Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. Propter hunc paternum amorem, quo Christus Iudæos diligebat, comparabat se gallinæ, quæ præ cæteris auibus compatitur pullis suis. (Matt. 23.) Quoties, inquit, volui, ô Hierusalem, congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti? Vocamus & Deum patrem,

D ratione eruditionis: vt qui tribus modis nos doceat: aut per occultas reuelationes, quo quidem modo Prophetis innotuit. 1. Corinth. 2. Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda Dei. Aut per inspirationes, quo modo sæpius docuit Apostolos & Ecclesiam suam. Psalm. 84. Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. Sed & nos ipse in secretis cordium alloquitur, & instruit, cùm auocat à peccatis ad meliorem conuersationem. Aut per prædicatores verbi sui nos instituit, quibus & ipse Christus: (Matth. 10.) Non enim, inquit, vos estis qui loquimini, sed spiritus patris qui loquitur in vobis. Deus quoque *Pater noster* est correctione. Prouerb. 3. Quem diligit pater filium corripit, & quasi pater in filio complacet sibi. Ideò disciplinam patris tui, fili mi, ne abiicias, nec deficias cùm ab eo corriperis. Heb. 12. Flagellat Deus omnem filium quem recipit. Quis enim filius, quem non corripit pater? Quòd si extra disciplinam e-

E stis, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri estis, & non filij. Glossa in eum locum. Qui excipitur à numero flagellatorum, excipitur à numero filiorum. Et hinc nobis consolatio maxima consurgit, quòd non ad interitum, sed castigationẽ nos pater ille supremus & optimus corripiat. Nimirùm vt illum agnoscamus, & ad illum concurramus, vt filij ad patrem. Psal. 43. Humiliasti nos in loco afflictionis. Psal. 15. Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine. Psalm. 49. Inuocauit me in die afflictionis, eruam te, & honorificabis me. Castigat nos vt emendemur. Ps. 28. Propter iniquitatem corripuisti hominem. Sed & hac correptione agit in nobis, vt damnationem æternam euadamus. 1. Cor. 10. Hîc enim corripimur, ne cũ hoc mundo damnemur. Ps. 72. De illis dicitur, qui persecutionẽ nullã aut afflictionẽ sustinẽt. In laboribus hominũ non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur, sed cũ dæmonibus, vt habet Glossa. At verò de electis ita dicitur, Ps. 88. Si autem dereliquerint filij eius legem meam, & in iudiciis meis non ambulauerint. Si iustitias meas prophanauerint,

Cur Deus vocetur pater noster.

Germanus.

1.
2.
3.
4.
1.
2.
3.
5.
Glossa.
1.
2.
3.

& mandata mea non custodierint. Castigabo in virga iniquitates eorum, & in verberi- F
4. bus peccata eorum. Demum, Pater ille optimus suis nos castigationibus probat, vt ve-
lut fornace & igne probati & decocti, puriores gloriam illã adipisci possimus. Ita pa-
5. terno animo nos prosequitur, etiam cùm afflictiones nobis immittit. At verò filiorum
nomine indigni sunt, qui paternas correptiones impatienter ferunt, nec in omnibus
paternam illam manum agnoscunt, quæ nos resipiscentes faciliùs excipere, & maiori-
6. bus gratiarum donis cumulare paratissima est. Quinetiam Patris illũ nomine prouo-
Tho. Aq. cantes, agnoscimus repositam nobis in cœlis hæreditatem. Thom. Aquinas in Matth.
cap. 6. Requiruntur duo ad dantem, nimirùm vt velit, & vt possit. Deum nobis benefa-
cere velle confidimus, quia *pater* est: posse, quia *in cœlis*. Si enim est in cœlis, potest quod
Tertull. vult. Quod autem dicit *Pater noster*, valet ad fidei nostræ institutionem. Tertullian. lib. G
de Orat. Ne mater quidem Ecclesia præteritur. Si quidem & in filio, & patre mater co-
Cyril. Hie. gnoscitur, de qua constat & patris & filij nomen. Cyril. Hierosolym. Catechesi my-
stag. 5. O maximam Dei benignitatem! His qui defecerant ab illo, & in extrema mala
inciderant, tantam præstitit malorum oblitionem, & gratiæ participationem, vt pa-
Leo. trem sese appellari voluerit. Leo Magnus serm. 6. de natiu. Dom. Magnum est dilectis-
simi huius muneris sacramentum, & omnia dona excedit hoc donum, vt Deus homi-
nem vocet filium, & homo Deum nominet patrem. Cæterùm non est quòd hîc patris
nomen à filio secludamus. Sicut enim hîc Pater nobis Deum, ita & tres in vna maie-
state personas significat. Vnus quidem pater, quia vnus Deus. Non enim hîc Pater di-
citur respectu filij sui naturalis, quo modo distincta in diuinis persona intelligeretur:
sed respectu nostri, quo modo sese similiter habent tres personę, vnus Deus, vnus crea-
Alb. Mag. tor, vnus director, vnus remunerator. Albertus Magn. in Matth. Opera enim creatio- H
Fulgẽtius. nis & renouationis nostræ toti trinitati communia sunt. Fulgentius lib. 2. ad Moni-
mum, q. 2. Ipsi enim tres sunt, vnus pater, vnus exauditor, & gratiarum largitor. Sic in
Ne quis temerè Deũ Patrem vocet. sacrificio solum quidem patrem alloquimur, sed toti trinitati sacrificamus. Verumta-
men quisque videat, vt sicut Deum nomine Patris appellat, ita se dignum filij nuncu-
patione faciat. Chrysostom. hom. 20. Oper. perf. in Matth. Nam qui communem pa-
Chrysost. trem nominat Deum, videtur se idoneum profiteri, qui congruum meritum conuer-
Greg. Nyss. sationis ostendat, ne scilicet tanta nobilitate indignus appareat, sed qui potius par gra-
tiæ præstet & studium. Gregorius Nyss. lib. de Orat. Si enim conscientia vitiosa quis
præditus patrem suum Deum dicat, nihil aliud quàm suorum malorum quasi princi-
pem & authorem eum insimulabit. At nulla communio luci cum tenebris, inquit A-
postolus, (2. Cor. 6.) sed cum lumine lumen sociatur, cum iustitia iustitia, cum hone- I
state honestas, cum incorrupto incorruptum. Contraria verò cum iis, quę eiusdem ge-
neris sunt, planè cognationem habent. Quum igitur patrem in oratione vocamus,
Dominus nos sublimem & altam vocem instituere docet. Neque enim nos mentiri
veritas docet, vt dicamus nos esse, quod non simus, & appellemus nos eo nomine,
quod natura nobis attributum non sit: sed vt dum incorruptum, & iustum, & bonum
patrem nostrum dicimus, vitæ integritate propinquitatem referamus, eámque veram
esse ostendamus. Vides quanto nobis opus sit apparatu? quali vita? quanto, ac quali
studio? Vt ad eum modum fiduciæ, erecta tandem conscientia nostra, ad Deum
dicere audeamus, *Pater*. Alioquin ego eiusmodi quædam mihi verba à Deo audire
videor. Patrem vocas, qui vita corruptus es, eum qui integritatis & incorruptibi-
litatis pater est? Cur sordida tua voce contaminas nomen incorruptum? Cur falsò K
tibi verbum hoc vsurpas? Cur naturam impollutam dedecoras? Si filius esses, meis
bonis prorsus vitam tuam insignem esse oportebat: non agnosco naturæ meæ ima-
Pet. Laodi. ginem in te. Aduersariorum sunt ista insignia. Petrus Laodicensis in Expos. Orat.
Dominicæ: Quisquis enim, inquit, Deum patrem vocat, is purus à peccatis, hæ-
résque regni cœlestis esse debet. Temerarius autem diabolo similis effectus, Deum
Germanus. patrem dicit, quem non glorificat. Germanus Patriarcha Constantinop. in eadem
Expos. An patrem igitur eum vocas? Vt filius actiones tuas institue, vt ipsi patri cœ-
lesti acceptus esse possis. Quis enim sub inferioris mundi principe militans, eique
per mala opera in filium adoptatus, ausit patrem eum appellare, qui sit boni cuius-
uis dominus & author? Constat vtique ab eo, qui sit huiusmodi, non Dominum
Thomas. Sabbaoth appellari Patrem, sed aduersarium cuius opera facit. Thomas Aquinas
in Matth.

A in Matth.cap. 6. Hoc autem orationis exordio duo remouentur errores. Quidam enim dicebant Deum humana minimè curare, vt habetur Ezech. 9. Dereliquit Dominus terram, & terram Dominus non videt. Quidam autem illum curare humana, & omnibus quidem prouidere confessi sunt: attamen prouidentiam rebus necessitatem imponere existimauerunt, ita vt non opus sit nostra apud eum oratione. quasi dicerēt, ita eum rebus omnibus prouidere, vt nostra oratio successus earum aut mutare, aut reuocare non possit. Destruuntur autem prophanæ istæ opiniones, si Deum patrem, & si nostrum illum esse attenderimus. Si enim pater est, prouidet filiis, vt legitur Sap. 12. Non est autem alius quàm tu, cui est cura de omnibus. Item pater dicitur ad filium, vt Dominus ad seruum In eo enim quòd ipse pater est, dicimus nos liberos. Nō enim
B dicitur pater aliarum rerū. Si ergo sumus liberi, libertate igitur arbitrij donati sumus, & sic aliquid est à nobis. Porrò quòd *noster* esse dicitur, communio nostra significatur, qua vt membra vnius corporis, alterutrius iuuamini esse debemus. Vnde nec quisque meum, sed nostrum patrem vocat, nec panem meum, sed nostrum, & omnia in communi posita ostendit. Cyprianus serm. de Orat. Publica est nobis, inquit, & communis oratio: & quando oramus, non pro vno, sed pro populo toto oramus, quia totus populus vnum sumus. Deus pacis & concordiæ magister, qui docuit vnitatem, sic orare vnum pro omnibus voluit, quomodo in vno omnes ipse portauit. Hāc orationis legem seruauerunt tres pueri in camino ignis inclusi, consonantes in prece, & spiritus cōsensione concordes. Quod declarat scripturæ diuinæ fides: & cùm docet quomodo orauerint tales, dat exemplum quod imitari in precibus debeamus, vt tales esse possimus.

Noster dicitur, quia nobiscum communio est. Cyprian.

C Tunc (inquit Dan. 3.) illi tres, quasi ex vno ore hymnum canebant, & benedicebant Dominum. Sed & Apostoli post ascensionem Domini, erant perseuerantes omnes vnanimes in oratione cū mulieribus, & Maria, quæ fuerat mater Iesu, & fratribus eius. Quia Deus, qui inhabitare facit vnanimes in domo, (Ps. 67.) non admittit in diuinam & æternam domum, nisi apud quos est vnanimis oratio. Nullus igitur sit in nobis, qui generis nobilitate glorietur, quasi non omnes vnum patrem habeamus Deum. Quæ enim maior gloria & nobilitas contingere potest, quàm quòd à Deo sumus, & illum Patrem vocamus? Non hic despiciendus est pauper, non abiectus homuncio: modò Christianus sit, frater noster est. Pro illo orare debemus, ei subuenire, nec minus adstricti esse debemus, quàm membra vnius corporis pro inuicem sollicita sunt. Ps. 146.
D Deo nostro sit iocunda decoráque laudatio. Ideò & Christus nobis datus, nobis natus est. Esa. 9. Vt nos non nobis natos esse putemus. Heb. 2. Nusquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ. Adiicimus autē *qui es in cœlis*, vt ipsum omnibus creaturis supereminere intelligamus. Petrus Chrysolog. ser. 77. Hoc cùm dicis, non sic habeas, quasi non sit in terris: non sic accipias, quasi sit loco clausus qui claudit omnia: sed intellige esse tibi genus in cœlo, & age vt sanctè viuendo sancto patri respondeas. Dei filium se probat, qui vitiis non obscuratur humanis, qui diuinis virtutibus eluceſcit. Nemo autem dicit, Pater meus, inquit Thom. hoc enim soli Christo seruabatur, qui solus est filius per naturam, nos per adoptionem. Patres nostri naturales in terra sunt: hic ille, qui in adoptionem nos recepit, *est in cœlis*. Chrysostom. hom. 20. Oper. perf. in Matth. Ita duplici modo Christus suorum animos accendit, nimirùm ex eius, quem patrem nominat, diuinitate: & de magnitudine beneficiorum, quibus ipso donante potiuntur:
E Nimirùm patrem dicendo, auditoris animum erigit, veniam peccatorum, pœnarum interitum, iustificationem & sanctificationem & liberationem, & filiorum adoptionē, & fraternitatem, & sancti Spiritus largissima dona vnico sermone concludit. Et ne his terrenis affixi simus, & ibi nostram spem reponamus, nos in cœlum erigit, dicens, *qui es in cœlis*. Theophilactus in Matth. Cùm dicit in cœlis, ostendit tibi patriam tuam, & domum paternam. Nam si vis habere patrem Deum, in cœlos specta, & nō in terram. Non ideò tamen in cœlis eum ita esse, vt aliquid cœleste putemus, quomodo Ennius, quum ita scriberet,

P. Chrysol.

Quis nobis patrisnomē designet. Thomas. Chrysost. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. Theophil.

Quomodo Deus in cœlis dicitur, qui vbique est. Ennius.

Aspice hoc sublime candens, quem inuocant omnes Iouem.

Deus enim omnium cœlestium & terrenorum, spiritualium & corporalium creator est: nec redigitur in ordinem rerum creatarum: sed in cœlis esse dicitur, ratione effectuum maiorum. Nam è corporibus cœlestibus pendere inferiora vidētur, Deo hæc & illa moderante. Psal. 2. Qui habitat in cœlis, irridebit eos. Et tamen testatur Dauid

illum vbique esse. Quò, inquit, ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? Si ascendero in cœlum, tu illic es: si descendero in infernum, ades. Sed sicut primum motorem Philosophi agnoscũt, quo sphæræ cæteræ ciẽtur, & cõsistunt omnia, illumq; omnibus cœlis superiorem: ita & Deum in cœlis habitare dicimus, & in cœlis esse, quia eius nutu mouentur illi. Ideò & altissimus dicitur, quia & altissima quæque sua maiestate superat. Dionysius Areopagita lib. de diuinis nominibus, cap. 5. Est enim Deus, eorum quæ sunt vbilibet causa. Nam profectò non istud quidem est, illud verò non est, neque alicubi est, alicubi non est: sed omnia est vt omniũ causa, & in se omnia initia, omnes conclusiones, & terminos rerum omnium continens & antehabens: & super omnia est, qui ante omnia per substantiæ eminentiam præest. Idcircò & principia, & media, & fines rerũ immensè & eminenter in se antè comprehendit, omnibusque esse per vnam, & supremè coniunctam causam sine contaminatione infulget, atque infundit. Si enim vnus sol visibilis, sensibilium substantias & qualitates permultas licet, atque differentes, ipse tamen vnus cùm sit, & vniformem infundendo lucem, renouat, nutrit, seruat, perficit, discriminat, coniungit, refouet, fœcundat, auget, immutat, firmat, implet, sustollit, viuificatque omnia: & quodlibet ex omnibus modo sibi congruo, vnius eiusdemque solis est particeps, plurimorúmque participantium sol vnus in seipso causas antè vniformiter cepit: multò magis omnium exemplaria rerum, vna supersubstantiali vnitate, in solis & omnium causa, antè subsistere est concedendum, quia & substantias producit. Sed neque difficile creditu est Deum ambire & replere omnia, cùm videamus solis virtutem per locorum tot spatia, & tot corpora diffusam esse. Gregorius Nanzanz. Orat. 2. de Theologia. Nusquam ille est, inquit, an alicubi? Si enim nusquam, quæret fortasse aliquis ex iis, qui inquirendi ac disputandi subtilitate impensiùs gaudent, quomodo esse quoque possit? Nam si id quod non est, nusquam est: id quoq; quod nusquã est, nec est quidem fortasse. Quòd si alicubi esse dixeris, proculdubiò siquidem est, vel in vniuerso est, vel supra vniuersum. Si in vniuerso: vel in quadam eius parte est, vel vbique. Si in quadam parte, ergo à minori circumscribetur. Si vbique, ergo à maiori, atque alio multo, hoc est id quod continetur, ab eo quod continet: alioqui Deus vniuersi complexu non tenebitur, locúsque quispiam erit à circunscriptione liber. In has absurditates incidant necesse est, qui eum in vniuerso esse dixerint. Et vbinam erat, antequàm rerum vniuersa hæc machina extitisset? Nam hoc quoque non leuem nodum affert ad huius quæstionis difficultatem. Quòd si eum supra vniuersum esse dixerint, atqui nihil erat, quod eum ab vniuerso dirimeret. Ac præterea vbinam illud est, quod supra vniuersum est? Quoquo modo animaduerti, atque intelligi potuit, quod sublimius, & quod inferius est, cùm nullus limes esset, qui hæc discerneret, atque discriminaret? Haud dubiè enim mediũ quoddam esse necesse est, quo finiatur, & terminetur vniuersum: atque id quod vniuerso excelsius est. Quid autem hoc fuerit aliud, quàm locus, quem fugiebamus? Nondum enim dico circumscriptum omninò numen esse, si animo & cogitatione comprehendi potest. Vnum quippè comprehensionis genus, comprehensio quoque ipsa est. Deus ergo comprehendi minimè potest. Apud Iob dicitur, Excelsior cœlo est: & tamen dicitur esse in cœlis. Excelsior cœlo est, si naturam eius incomprehensibilem spectes: si tamen illius effectus, in terra est, *in cœlis est*: quia omnia quæcunque voluit, fecit, in cœlo, terra, mari, & omnibus abyssis. Augustinus lib. 2. de serm. Domini in monte, cap. 9. In *cœlis* est, inquit, i. in sanctis & iustis. Non enim spatio locorum continetur Deus. Sunt enim cœli excelsa mundi corpora, sed tamen corpora, quæ non possunt esse nisi in loco. Sed si in cœlis, tanquam in superioribus mundi partibus, locus Dei esse creditur: melioris meriti sunt aues, quarũ vita est Deo vicinior. Nõ autẽ scriptũ est, Propè est Dominus excelsis hominibus, aut eis qui in montibus habitãt: sed, propè est Dominus obtritis corde, quod pertinet ad humilitatẽ. Et quemadmodũ terra appellatus est peccator, cũ ei dictũ est, (Gen. 3.) Terra es, & in terrã ibis: sic cœlum ecõtrariò iustus dici potest. Iustis enim dicitur templũ Dei sanctũ, quod estis vos. Quapropter si in templo suo habitat Deus, & sancti templum eius sunt: rectè dicitur, qui in cœlis es, qui es in sanctis. Et huius quidem rei significandæ gratia, cùm ad orationes stamus, ad Orientem conuertimur, vnde cœlum surgit: non tanquam ibi sit Deus, & tanquam cæteras mundi partes deseruerit: vbique præsens est, non locorum spatiis, verùm maiestate potentiæ: sed vt admoneatur

Dio. Areo.

Greg Nan.

Quæstiones pernicioſæ.

Auguſt. *Quid cœlorũ nomine.*

admoneatur animus ad naturam excellentiorem se conuertere, id est ad Dominum, cùm ipsum corpus eius, quod est terrenum, ad corpus excellẽtius, id est ad corpus cœleste conuertitur. Et olim quidem, vt scribit Tertull. in Apolog. aduers. Gentes, cap. 16. Ethnici Christianis imponebant, quòd solem adorarent, quia facie ad Orientem versa precabantur. Ille verò, sicut & tandem Arnobius Afer contra Gentes, respõdit ad illam, vt honorabiliorem partem, Christianos conuerti, non quòd illam, aut solẽ ipsum colant: sed quòd in re meliori, Deum præ cæteris omnibus optimum contemplarẽtur. Similis quoque ratio à nobis affertur, de eo quòd Deum in cœlis esse agnoscimus: non quasi in illis localiter habitet, aut nullibi quàm in cœlis sit: sed quòd ibi maximè eius prouidentia elucet, & manifesta est. Neque sanè reiiciẽda est & hæc spiritualis interpretatio cœlorum, quam Augustinus agnoscit. Siquidem sanctos & iustos cœlis comparari legimus apud Psaltem. Cœli enarrant gloriã Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. Et alibi: Lætentur cœli, & exultet terra. Esa. 1. Audite cœli, & auribus percipe terra. Per cœlum enim iustæ & spirituales creaturæ intelliguntur. Augustin. tom. 2. Epist. 57. ad Dardanum: Vnde, inquit, fatendum vbique esse Deum, per diuinitatis præsentiam, sed non vbique per habitationis gratiam. Propter hanc enim habitationem, vbi proculdubiò gratia dilectionis eius agnoscitur, non dicimus, Pater noster qui es vbique, cùm & hoc verum sit: sed, Pater noster qui es in cœlis, vt templum eius potiùs in oratione commemoremus, quòd & nos ipsi debemus: & in quantum sumus, in tantum ad eius societatem, & adoptionis familiam, pertinemus. Chrysostom. hom. 14. Oper. imperf. in Matth. Ita igitur, inquit, vult vt sciamus nos habere patrem cœlestem, vt erubescamus nos terrenis rebus substernere. Sicut enim degener filius ad opprobrium pertinet generosi patris: sic & Christianus iniustus ad blasphemiam pertinet Dei iusti. Nam sicut per bonos Christianos Deus glorificatur, sic & per malos blasphematur. Itaque ne attendas quid velit & quid possit pater tuus terrenus, nisi inquantum per illum Deus glorificabitur, contende in cœlestem patrem: immò in supercœlestem, & te ab hoc mundo & rudi materia exime. Pater cuiusque est, cõmunis omnibus est: quod etiam in cœlestibus, & per cœlestia corpora ostendit. Sol lucẽ omnibus, pluuiæ in communem vsum omnium effunduntur. Petrus Chrysolog. ser. 79. Ita te, qui cœlestem patrem vocas, ad cœlestem vult tendere, & repetere iam naturam, vt generi tanto vita nostra respondeat, ne terreni mores degenerent, quos cœlestis donauit, & contulit iam natura. Quæ sursum sunt sapite, quæ sursum sunt quærite, inquit Apostolus, non quæ super terram. Ita nimirum & ipsi cœli efficiamur, in quibus & supremus ille pater habitare dignabitur. Ioan. 14. Si quis diligit me, inquit Christus, seruabit sermonem meum, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Cyrillus Hieros. Catech. Mystagog. 5. Quod enim dicitur, Pater noster qui es in cœlis, inquit, Cœli sunt, qui cœlestis Adam fuerunt imago, in quibus Deus habitat & inambulat.

Tertull.

Arnobius.

August. *Sancti cœli sunt.*

Augustin.

Chrysost.

Pet. Chrys.

Cyril. Hie.

Explicantur octo petitiones Orationis Dominicæ, & concluditur nemini peccata condonari, qui fratri suo non remiserit offensam.

Matth. 6.	Marc.	Luc. 11.	Ioan.
Sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuũ. Fiat voluntas tua sicut in cœlo, & in terra. Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos à malo. Amen. Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater vester cœlestis delicta vestra. Si autem non dimiseritis hominibus, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra.		Sanctificetur nomen tuũ. Adueniat regnum tuum. Panem nostrum quotidianũ da nobis hodie. Et dimitte nobis peccata nostra, si quidem & ipsi dimittimus omni debenti nobis. Et ne nos inducas in tentationem.	

Introductio.

CVM omnes arboris fructus à radice pendeant, quicquid est in ramis pulchritudinis, siue à foliis, seu à fructibus, quicquid vtilitatis, ad radicem referri oportet: Ita cùm omnes à Deo pendeamus, in ipso viuamus, moueamur, & simus: necesse est & nos omnia nostra, vitam, pietatem, industriam, sanctificationem, Deo accepta referre. Non enim tu radicem portas, sed radix te: inquit Apostolus. Et sicut ex arboribus nihil aliud requirimus & desideramus, quàm vt non frustrà è radicibus suis viuant, sed illis respondeant, illas honorent: hoc enim tum maximè continget, cùm nec folia, nec fructus illis defuerint: ita primùm omniũ contendere debemus, ne frustrà Deus nos creauerit, & vitali aura donauerit: ne frustrà in filios adoptionis per lauachrum regenerationis vocauerit. Hoc autẽ fiet, si nomẽ eius sanctificauerimus, si nos eius filios esse in omnibus verbis, cogitationibus & factis demõstrauerimus. Hoc igitur vt in se perfectionem omnem nostram complectitur, ita prima ista omnium postulatio occurrit, vt cùm Deum patrem nostrum, nos autem eius filios agnouerimus, dicamus: *Sanctificetur nomen tuum.* Augustinus in Enchiridio ad Laurentium, cap. 115. Apud Euangelistam Matthæum, septem petitiones continere Dominica videtur oratio: quarum in tribus æterna poscuntur, in reliquis quatuor, temporalia, quæ tamen propter æterna consequenda, sunt necessaria. Idem lib. 2. de serm. Domini in monte, cap. 17. Harum septem petitionum consideranda & commendanda distinctio est. Nam cùm vita nostra temporaliter nunc agatur, atque speretur æterna: & cùm æterna potiora sint dignitate, quamuis temporalibus priùs actis ad illa transeatur: trium primarum petitionum impetrationes in hac vita, quæ in hoc sæculo agitur, exordium capiunt. Reliqua verò quatuor, quæ petimus, ad temporalem istam vitam pertinere mihi videntur. Albertus Mag. in Matth. Harum quatuor petitiones primæ sunt, inquit, pro adipiscendis bonis, tres postremæ pro amouendis malis. Quæ autem sunt pro adipiscendis bonis diuinis, aut sunt de summo bono, secundum quod pertinet ad vitam diuinam: aut sunt de bono conseruante, sustentante, & confirmante nos in summo bono. Et de bono quidẽ pertinente ad vitam diuinam, sunt tres primæ. De conseruante autem nos in illo, & confirmante, est quarta petitio. Tres autem primę multiplicantur secundum ea quæ requirũtur ad vitam diuinam & perfectam. Hæc enim sunt tria: Esse videlicet diuinum, in nobis perfectum, posse, & ordinatè agere. Ad esse autem, petitur sanctificatio nominis: ad posse, aduentus regni: ad agere, perfectio voluntatis diuinæ, sicut in cœlo, sic & in terra. Accommodat autem septem Spiritus dona, de quibus Esa. 11. & septem præcipuas beatitudines, septem istis petitionibus, secutus comparationem Augustini lib. 1. cap. 9. de serm. Dom. in monte, quam ille facit inter septem dona Spiritus, septem virtutes, & septem beatitudines. Et ideò (inquit) sicut dicit Augustin. prima regitur spiritu sapientiæ, qui est sapor diuinus ex esse diuino in nobis: & perficitur pacificatione cordis, quando illi esse diuino nihil in nobis repugnat. Secunda autem regitur spiritu intellectus, qui regnum Dei mentis illustratione declarat: & perficitur mũditia cordis, quæ scandala de regno Christi eliminat. Tertia autem regitur spiritu consilij, qui agenda secundum Dei voluntatem persuadet: & perficitur misericordia, quæ incipit à seipsa, miseriam omnis inordinati actus propellente. Quarta autem regitur spiritu fortitudinis, qui velut cibo sumpto, cor nostrum confirmat, ad ferenda patiẽter aduersa: & perficitur esurie, & siti iustitiæ, quæ magis in esse diuino sustentat, quàm panis quem quotidie sumimus. Tres autem vltimæ sunt de amouendis malis: quę mala aut transierunt actu, & remanent reatu: & de his auertendis est quinta: aut sunt imminentia per causam, & futura per actum, & ad illa auertenda sexta est: aut sunt imminẽtia per causam & actũ, & de his est postrema. Et ideò, vt Augustini sententiam sequamur, quinta regitur spiritu scientiæ, qui docet benè conuersari, & ostendit quæ sunt debita, quibus tenemur: & perficitur luctu, qui lauat delicta cõmissa. Sexta autem regitur pietate cultus Dei: auertit autem tentationes quibus induci possemus: & perficitur Christi mansuetudine, qui non permittet nos tentari vltra id quod possumus, & oues suas rapi de manu sua. Septima autem regitur spiritu timoris, qui retrahit à malo, & perficitur paupertate spiritus, quæ in omnibus temporalibus humiliter sapit, & agnoscit sufficientiã suam solam ex Deo esse. Ita efficitur, vt istis septem petitionibus septem dona spiritus impetrentur:

Septem petitionum ratio.

Idẽ Aug.

Albertus.

August.

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

A pertentur: quibus etiam virtutes & perfectiones, quæ ad beatitudinem faciunt, acquirantur. Quid autem omnium prius in votis esse debet, quàm vt nomen Dei & gloria per totum mundum diuulgetur: cumque illud diuulgatum fuerit, illi omnes pareant, & obediant: tum demum in obedientia perseuerent, non suam, sed Dei in omnibus facientes voluntatem? Hæc tria tribus prioribus petitionibus concluduntur. Petimus nomen Dei sanctificari, id est omnibus innotescere: Regnum eius aduenire, nimirùm vt omnes eius imperio pareãt: grauissima enim culpa fuerit, quem semel regem nouerimus, nobis imperare non sinere. Quinetiam non nostram, sed in omnibus Dei voluntatem fieri requirimus. Prima ergo petitio ista est, *Sanctificetur nomen tuum*. Augustin. lib. 2. de serm. Domini in monte, cap. 10. Quod, inquit, non sic petitur, quasi non sit sanctum nomen Dei, sed vt sanctum habeatur hominibus: id est, ita illis innotescat B Deus, vt non existiment aliquid sanctius, quod magis offendere timeãt. Neque enim quia dictum est, (Psal. 75.) Notus in Iudæa Deus, in Israël magnum nomen eius: sic intelligendum est, quasi alibi minor sit Deus, alibi maior: sed ibi magnũ est nomen eius, vbi pro suæ maiestatis magnitudine nominatur. Ita ibi dicitur sanctum nomen eius, vbi cum veneratione, & offensionis timore nominatur. Et hoc est quod nunc agitur, dum Euangelium adhuc vsquequaque per diuersas Gentes innotescendo, commendat vnius Dei nomen, per administrationem filij eius. Primùm igitur nomen Dei pro veritatis & Euangelij prædicatione sumitur: vt cùm Paulus scribit, Nomen Dei blasphematur inter vos. Quisquis enim Euangelium oppugnat, diuinum etiam nomen conspurcat. Thomas in Matth. Id ergo sanctificetur, id est, manifestetur in nobis: non quòd accrescat sibi, sed nobis, hęc nominis eius sanctificatio. Hier. 14. Tu autem in C nobis es Domine, & nomen sanctum tuum inuocatum est super nos. Sunt qui hoc ad Christi nomen referant, à quo Christiani dicimur: quod tum demum sanctificari dicitur, cùm & ipse nos illo nomine dignos reddimus. Gregor. Nyss. lib. de Orat. Nam & graues minas scriptura intentat his, qui nomen Dei inhonorauerint: dum dicit illis, (Esa. 52.) Væ illis per quos nomen meum malè audit inter Gentes. Ergo in nobis sanctificetur nomẽ dominationis tuæ, quod à nobis inuocatur: vt videant homines opera nostra bona, & glorificent te patrẽ qui in cœlis es, (Matth. 5.) Quocirca qui in oratione dicit, *Sanctificetur nomen tuum*, vi verborum hæc orat: vt auxilij diuini præsidio, atque adiumẽto fiat irreprehensibilis, inculpatus, iustus, pius: abstineat ab omni malo facinore, loquatur quod verum est, quod iustum est faciat, in rectitudine ambulet, tẽperantia illustris, integritate decorus, sapientia atque prudentia ornatus, ad superna D aspirans, terrena despiciens, institutis Angelicæ vitæ clarescens. Hæc & eiusmodi breuis hæc petitio continet. Non enim aliter per hominem Deus glorificari potest, nisi virtus eius testetur diuinam potentiam, atque virtutem esse causam bonorum. Chrys. hom. 14. Oper. imperf. in Matth. Sicut qui præclara veste indutus est, fugit omnem rem sordidam, ne fortè coinquinet eam, & perdat gratiam candoris eius: sic qui suscipit Deum in corde suo, & spiritu suo, sollicitus esse debet, ne fortè contaminet eum: sciens quia si contaminatus fuerit in nobis, ipse quidem in sua natura incontaminabilis manet, tamen contaminationis suæ iniuriam grauiter nostro vindicabit interitu. Idem hom. 20. Oper. perf. in Matth. Digna prorsus eo, qui Deum Patrem appellauit, oratio: nihil omninò prius, quàm pro illius gloria supplicare, omnia verò reliqua secundo loco ducere, infráque laudes eius numerare. Nam & Seraphin glorificantia Deum, hac voce resonant, (Esa. 6.) Sanctus, sanctus, sanctus. Sanctificetur igitur, hoc est dicere, glorificetur. Dignare, inquit, vitam munda cõuersatione seruare, vt per nos cuncti te omninò glorificent. Quod rursus Philosophiæ perfectę est, tam irreprehensibilem omnibus exhibere vitam, vt eam singuli quique mirantes, Dominum de seruorum sanctitate collaudent. Cyprianus serm. de Orat. dominica. Conuersemur igitur quasi Dei templa, vt Deum in nobis constet habitare. Nec sit degener actus noster à spiritu, vt qui spirituales & cœlestes esse cœpimus, non nisi spiritualia & cœlestia cogitemus & agamus, quia & ipse Deus dixit, (1. Reg. 2.) Eos qui clarificant me, clarificabo: & qui me spernit, spernetur. Beatus autem Apostolus in Epistola sua posuit, (1. Cor. 6.) Empti estis pretio magno, glorificate, & portate Deum in corpore vestro. Itaque non petimus vt Dei nomen sanctificetur orationibus nostris, sed vt sanctificetur in nobis. A quo enim sanctificatur Deus, qui ipse sanctificat? Sed quia ipse dixit,

Primùm petimus Dei nomen sanctificari.

Augustin.

An nomen Dei non sanctius est.

Dei nomen aut sanctificatur, aut blasphematur in nobis. Thomas.

Gr. Nyssen.

Chrysost.

Idẽ Chrys.

Cyprian.

(Leuit.20.)Sancti estote, quoniã & ego sanctus sum:ideò rogamus & petimus, vt qui F
in baptismo sanctificati sumus,in eo quod esse cœpimus,perseueremus. Et hoc quo-
tidie deprecemur,opus enim est nobis quotidiana sanctificatione,vt qui quotidie de-
linquimus,delicta nostra sanctificatione assidua repurgemus. Quæ autem sit sanctifi-
catio,quæ nobis de Dei dignatione confertur, Apostolus prædicat,dicens:(1.Cor.6.)
Neque fornicarij, neque idolis seruientes,neque adulteri, neque molles, neque mas-
culorum appetitores,neque fures,neque fraudulenti,neque ebriosi, neque maledici,
neque raptores,regnum Dei possidebunt. Et hæc quidem fuistis, sed abluti estis, sed
iustificati estis,sed sanctificati estis in nomine Domini nostri Iesu Christi, & in spiritu
Dei nostri.Sanctificatos nos esse dicit in nomine Domini nostri Iesu Christi, & in spi-
ritu Dei nostri. Hæc sanctificatio, vt in nobis permaneat, oramus. Et vt, quia Do-
minus & iudex noster, sanato à se & viuificato comminatur, Iam noli delinque- G
re, ne quid ei deterius fiat:hanc continuis orationibus precem facimus, hoc diebus
& noctibus postulamus,vt sanctificatio,& viuificatio quę de Dei gratia sumitur,ipsius
Pet. Laod. protectione seruetur.Petrus Laodic.in Expositione Orat. Dominicæ:Hoc igitur ver-
bum *Sanctificetur*, inquit,nõ imperatiuũ,sed optatiuũ est:vt sit ἁγιασθήτω, οἷον ἁγιασθείη,
Sanctificetur, quasi vtinam sanctificetur.Non vt sanctum è prophano fiat, sed vt eius
sanctitate nobis reuelata, sanctitatem eo dignam exhibeamus,præsertim quoties Dei
nomen exprimimus. Hoc ergo nomen aut pro veritate, aut ipsa Dei nuncupatione
intelligit: vt quemadmodum prohibemur assumere nomen Domini Dei in vanum,
ita in omnibus verbis nostris ei gloriam rependamus. Nec occurrat aliquis sermo de
Deo,& veritate,seu promissionibus eius,quo nõ illum summo honore prosequamur. H
Germanus. Germanus Constantinopolit.in Orat. Dominicam,ad nomen Christi in nobis Chri-
stianis, & sanctificationem nostram transfert, seu illa in corpore, seu in anima consi-
Cyrill.Hic. *Quomodo Dei nomen in nobis sanctifice-tur.* deretur. Cyrillus Hierosolymit. Catechesi mystag.5.Sanctum,inquit,est nomen Dei,
siue id dicamus, siue non dicamus: quia verò in iis qui peccant, aliquando prophana-
tur, idcircò petimus illud in nobis sanctificari:non vt ex eo, quod non fuisset tale,esse
incipiat:sed vt in nobis sanctificatis,& quæ sanctificatione digna sunt,facientibus,san-
Chromat. ctum fiat. Vtique,vt scribit Chromatius serm.2.in c.6.Matth. per opera misericordiæ,
per fidei meritum,per gratiam Spiritus sancti: quam sanctificationem vt per huiusmo-
1. di dona accipere possimus , misericordiæ ipsius auxilium necessarium est. Ita pri-
mum agnoscimus non nostris meritis , sed Dei gratia filiorum nomen nobis tribui:
nostra autem insolentia , & peccandi libertate fieri , vt & eo indigni iudicemur. A I
2. Deo autem pendere , vt & sanctificemur , & in sanctitate perseueremus . Quin-
etiam nos quotidie peccare , vnde & quotidianis remediis opus sit , fatemur: vt qui
sanctus est,in baptismate,sanctificetur adhuc per pœnitentiæ sacramentum . Verùm
quoniam ea quæ ad pœnitentiam necessaria sunt,qualis est contritio, & bonum pro-
positum, Spiritus sancti instinctu nobis donantur: ideò etiam sæpiùs sanctificari po-
stulamus: Hac quidem petitione nos immundos,miseros, peccatores & infirmos esse
3. confessi,vt à Deo mundiciem internam, fœlicitatem, iustitiam,& constantiam impe-
tremus. Sed neque huic diuinæ largitioni nos cooperari debere intelligimus, vt ob-
Alb. Mag. seruat Albert.Magnus in Matth.cùm non simpliciter dicamus,Sanctifica nomen tuũ,
sed impersonaliter, *Sanctificetur*. Quia,inquit, licet Deus sit auctor sanctificationis,ta-
men non fit sine nobis cooperantibus,nec sine adiutorio Angelorum. Et ideò ad cer-
4. tam personam referri non potest, ideò impersonaliter hoc pronunciat. Verùm fortè K
quis dixerit, Quid opus est iusto & sancto alicui etiã viatori hac oratione? Quid opus
fuit Apostolis, quos tamen sic orare Christus docuit? Respondendum est, quòd & il-
lis, & aliis hæc petitio profuit. Illis quidem,quia non est tanta in homine sanctifica-
tio, quæ nõ augeri possit. Ps.76. Dixi,nũc cœpi,hæc mutatio dexteræ excelsi. Eccl.18.
Cùm consummauerit homo,tunc incipiet.Sed est & sanctificatio viæ,& sanctificatio
5. patriæ:quinetiã requirebant,vt Deus per illos sanctificaretur,i.vt tã prosperè Euange-
liũ nunciarent,vt &alij nomẽ Dei glorificarent.Vænantius Fortunatus Pictauiensi.E-
Vænantius Fortunat. piscopus,hom.de Orat. Dominica. Nam in homine, inquit, fructus bonæ conuersa-
tionis , sanctificatio Dei est:vnde hoc quoque ordine nomen eius rectè sanctificari di-
cimus, cùm ex syncera nostra conuersatione,quam dono diuinitatis assequimur, gra-
tias largitori referat,& in nostris operibus sanctum nomen eius extollat.Item *Sancti-*
ficetur

A *ficetur nomen tuum*, quia ipsa oratione non continetur expressum *in nobis* (ac si in nobis solum id sanctificari postulemus) videmur non tantùm id pro nobis requirere, sed & pro his, qui necdum ad gratiam baptismi peruenerunt. Nam in Christi plenissima charitate docemur etiam pro inimicis orare: quia & ipse non amicos & fideles tantùm, sed aduersarios suos & culpabiles, de mortis carcere liberauit. Hoc etiam obseruat Tertull. lib. de Oratione. Hoc enim petimus, inquit, vt nomen Dei sanctificetur in nobis, qui in illo sumus: simul & in cæteris, quos adhuc gratia Dei expectat, vt & huic præcepto pareamus, orando pro omnibus, etiam pro inimicis nostris. Ideóque suspensa enunciatione, non dicentes, Sanctificetur in nobis, in omnibus dicimus. Itaque latè sese fundit hęc oratio. Rogamus enim non modò pro fidelibus omnibus, sed pro Turcis, infidelibus, & barbaris, vt omnes ad agnitionem Dei veniant, & in eis nomen Dei glorificetur. Vt enim omnes ad Dei similitudinem & imaginem, ita ad eius sanctificationem & gloriam creati sunt. Quis enim ex his non videat multos ad Dei laudem seligi, & naturali inseri oliuæ ex oleastro assumptos, resciſis interim naturalibus ramis? Ideò pro omnibus rogare tenemur, quoniam & omnes possunt glorificare Deum. Hac in spe Stephanus orauit pro se lapidantibus, Christus pro Iudæis. Duo enim in lecto erunt, & vnus assumetur, & alter relinquetur. At verò quæ summa est eorum omnium quæ pro inimicis postulaturi sumus, nisi sanctificatio nominis Domini? Augustin. Epist. 121. cap. 12. Hæc, inquit, & pro nobis, & pro nostris, & pro alienis, atque pro inimicis ipsis, sine fluctu dubitationis oranda sunt, quamuis alius pro isto, alius pro illo, sicut se habent propinquitates, vel longinquitates necessitudinũ, in corde orantis oriatur, aut excellat affectus. Hoc etiam in hominibus quos rogamus, sed C etiam in his rebus quas petimus, cogitandum. Exempli causa. Cùm aliquos audimus discedere à fide, aut praua consuetudine & cõuersatione sua polluere nomẽ Domini, meritò rogamus Deum, vt sanctificet nomen suum in istis impiis hominibus. Leo ser. 5. de Epiphania, etiam pro hæreticis orandum monet. Speramus enim, inquit, exorandam Dei misericordiam multis lachrymis, & legitima satisfactione lapsorum: quia dum hoc in corpore viuitur, nullius desperanda reparatio, sed omnium optanda correctio est. Nec sanè est quòd possimus sine diuini nominis dispendio vindictam in aliquem quãtumuis reprobũ appetere, modò spes aliqua superſit. Habeat quisque quod volet, iniuriam sibi & Ecclesiæ illatã: nihil tamen hîc satis est, quo reuocetur ab oratione, pro eo fundenda. An non scilicet fieri potest, vt qui hodie blasphemauerit nomen Domini, cras illud amplectatur? Respice Paulum. Qui priùs fui persecutor, blas-
D phemus, & contumeliosus, nunc misericordiam Dei consecutus sum. At verò, vt scribit Augustinus, si Stephanus non orasset, Ecclesia Paulum non haberet. Respice Augustinum priùs Manichæum. Quot tandẽ lachrymas & orationes pro eo mater sanctissima Monica fudit? Hæc ei securitas data est, quòd non posset ei malè succedere, qui tot lachrymarum filius esset. Orauit igitur Monica, & filium Ecclesiæ restituit. Hoc illa & nos in orationibus attendimus, vt sanctificetur nomen Dei. Cedant odia priuata bono publico, nostra autem iactura Dei sanctificationi. Verùm quæritur, cur hîc non dicatur, *sicut in cœlo & in terra*, quemadmodum & in tertia postulatione, ac si talis esset postulatio, Sanctificetur nomen tuum, sicut in cœlo & in terra? An non scilicet contendere debemus, vt Deus in nobis sicut & in beatis sanctificetur? Verùm hoc quamdiu in mortali est corpore, quod aggrauat animam, fieri nõ potest: perficie-
E tur autem in patria. Nec sanè tanta est gloria domus istius terrenæ, quanta est cœlestis. Itaque satis nobis esse ducimus, si quantum in nobis est, donante Dei gratia, nomen illud maiestatis verbis, factis, cogitationibus glorificemus. *Adueniat regnum tuum.* Hęc secunda petitio est, qua petimus Deum in nobis regnare per gratiam suam, & nõ peccatum: vt & ipsi regno gloriæ ipsius perfrui possimus. Petrus Chrysolog. serm. 77. Et quando non regnauit Deus, vt petamus aduenire regnum ipsius? Petimus ergo, vt qui sibi regnauit semper, modò regnet in nobis, vt & nos in illo regnare possimus. Regnauit diabolus, regnauit peccatum, regnauit mors, & fuit diu captiua mortalitas. Petimus ergo vt regnante Deo pereat diabolus, deficiat peccatum, moriatur mors, captiuitas captiuetur, vt nos liberi perpetuam regnemus in vitam. Alioquin, inquit Greg. Nyssenus lib. de Orat. Numquid qui sic orat, nunc regem vniuersi Deum fieri vult, qui semper est quod est, qui ad omnem mutationem firmus & immobilis est? qui non

Tertull.

Oratio pro inimicis.

Augusſt.

Leo. *Orandum etiam pro hæreticis.*

Augusſt.

Secunda petitio.

Pet. Chryſ.

Gr. Nyſſen.

Quodregnũ Dei. 1. poteſt reperire melius quicquam in quod tranſeat? Hoc igitur petimus, vt quoniam humana natura à boni iudicio, fraude aberrauit,& ad contrarium noſtrum arbitrium inclinauit, & omne malum hominum vitam inuaſit, & in poteſtatem ſuam redegit, innumeris modis morte naturæ immixta:& quoniam eiuſmodi tyrannide circumuẽti, atque obnoxij fuimus, tanquam per carnifices vel hoſtes, incurſibus affectuum atque perturbationum in ſeruitutem à morte redacti:rectè precamur regnum Dei ſuper nos venire. Non enim aliter prauam corruptionis poteſtatem exuere, atque effugere poterimus, niſi viuifica virtus in nobis imperium ſuſceperit. Hoc ergo petimus, ne amplius in nobis mors,ne amplius aduerſum nos efficax ſuæ malitiæ vitioſitatiſque tyrannis,ne præualeat aduerſum nos hoſtis,ne per peccatum captiuos nos ducat: ſed veniat ſuper nos regnum tuum, vt recedant & remoueantur à nobis, immò verò ad nihilum redigantur, quæ nunc imperium tenent & regnant vitia,& corrupti affectus. Vt deficit fumus deficiant,& ſicut fluit cera à facie ignis, ſic fugiant peccata à facie Dei regnantis in nobis. Neque enim fumus refuſus in aërem,ſignum aliquod ſuæ relinquit naturæ, neque cera, quæ in igne fuit, amplius reperitur. Sed neque tenebræ præſentiam lucis ſuſtinent, non morbus ſanitate ſuperueniente conſiſtit,non vim ſuã affectus & perturbationes exercent:impatibilitate,& horum malorum vacuitate præſente, vana atque deſerta mors eſt: è medio corruptio exceſſit, cùm vita in nobis regnat, & incorruptibilitas imperium tenet. Dulcis vox,per quam hanc planè precationem Deo offerimus:Rumpatur acies oppoſita, deleatur alienigenarum phalanx, dirimatur bellum carnis aduerſus ſpiritum,ne corpus animæ hoſtis,arx,& receptaculum ſit:appareat mihi regni potentatus, Angelica manus,cohortes regentium,legio à dextris aſſiſtentium, vt cadant ex oppoſita parte pugnantium decem millia. An forſitan,vt à Luca nobis idem intellectus planiùs explicatur,is qui orat,vt *regnum adueniat*, 2. auxilium ſancti Spiritus implorat?Nam is in illo Euangelio,pro eo quod eſt,veniat regnum tuum, Adueniat,inquit, ſpiritus ſanctus tuus ſuper nos, & purificet nos. Hæc Greg.Nyſſ. Fortè Græca Lucę exemplaria ſic habebant, vt ille legit:ſed tamen noſtra omninò correſpondent iis verbis quæ leguntur apud Matthæũ:apud vtrumque enim legitur, ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου, adueniat regnum tuum. Aut fortè Gregor. Nyſſen. gloſ-
Germanus. ſam aliquam in Lucam, pro ipſo Lucæ textu accepit. Germanus Conſtantinop. Patriarcha in Orat.Dominicam. Regnum Dei, inquit,Spiritus ſanctus eſt, ſicut & ipſe dixit:Regnum Dei intra vos eſt. Quandoquidem Spiritu ſancto vnà cum Patre & Filio regnare curæ eſt, vt qui virtutes intellectuales & Angelicas,exercituſque cœleſtes, atque omnem hominem venientem in hunc mundũ,credentémque in nomine Patris & Filij &Spiritus ſancti ſanctificet,& illuminet. Venit ergo regnum Dei,cùm Deus in nobis regnat per doctrinam ſuam,& Spiritum ſanctum, & homines ſeſe illius imperiis ſubiiciunt. Aut *adueniat*,id eſt manifeſtetur hominibus. Auguſt.lib. 2. de ſermon.
3. Auguſt. Domini in monte, cap.10. Quemadmodũ enim etiam lux abſens eſt cæcis, & his qui oculos claudunt:ita regnum Dei,quamuis nunquam diſcedat de terris, tamen abſens
4. eſt ignorantibus. Sumitur & hîc *regnum Dei*,pro fœlicitate ęterna, ad quam quiſque ſuſpirat. Ingemiſcimus enim,& parturimus vſque adhuc, reuelationem adoptionis filiorum Dei expectantes. Et cum Pſalte dicit vnuſquiſque noſtrũm, Quando veniã,
Bonauent. & apparebo ante faciem Dei?Bonauent.in Luc.cap.11.Hoc autem regnum,quo Deus regnat in ſanctis,facit etiam ipſos regnare,& eſſe reges,ſecundum illud Apocalyp. 5. Redemiſti nos in ſanguine tuo,ex omni tribu,& lingua, & populo,& natione:& feciſti nos Deo noſtro regnum & ſacerdotes, & regnabimus ſuper terram. Hoc regnum ab omnibus deſiderandum eſt: de quo Pſal.144. Regnum tuũ,regnum omnium ſęculorum. Et Apoc.11. Factæ ſunt voces magnæ in cœlo,dicentes:Factũ eſt regnũ huius
Vænãtius Fortun. mundi Domini noſtri, & Chriſti eius, & regnabunt in ſęcula ſæculorum. Vænantius Fortunatus Pictáuienſ. Epiſc.hom. de Orat.Dominica. Agnoſcitur igitur his verbis increpare perſonas,quæ præſentis ſæculi vitam diutiùs protrahere volunt: cùm iuſti
Chromat. vt regnum illud feſtinanter veniat,exoptent.Chromatius hom.2.in cap.6.Matth.Sed magnæ fiduciæ, & ſynceræ conſcientiæ eſt, hoc Domini regnum, vt adueniat,confidenter optare. Et idcirco,quia vt regnum Dei veniat,ſemper oramus,tales nos in fide Domini,& in mandatis eius,exhibere debemus, vt futuro regno digni eſſe poſſimus.
Cyprian. Cyprianus ſerm.de Orat. Domin. Benè autem regnum Dei petimus, id eſt, regnum cœleſte,

A cœleſte, quia eſt & terreſtre regnum. Sed renunciauit iam ſæculo, maior eſt & honoribus eius, & regno: & ideò ſoli ſe Deo & Chriſto dicat, & non terrena, ſed cœleſtia regna deſiderat. Continua autem oratione & prece opus eſt, ne excidamus à regno cœlorum, ſicut Iudæi, quibus promiſſum hoc priùs fuerat, exciderunt, Domino manifeſtante, & probante. (Math. 8.) Multi, inquit, venient ab Oriente, & Occidente, & recumbent cum Abraham, Iſaac, & Iacob in regno cœlorum. Filij autem regni expellentur in tenebras exteriores: illic erit ploratio, & ſtridor dentium. Oſtendit quod antè Iudæi filij regni erant, cùm filij Dei eſſe perſeuerarent: poſtquàm autem ceſſauit circa illos nomen paternum, ceſſauit & regnum. Hoc igitur quoties nobis aduenire petimus, meminiſſe debemus, quòd non habemus hîc ciuitatem permanentem, ſed futuram inquirimus: nos hîc peregrinos & aduenas eſſe, momentanea & leuia bona huius mundi æternis illis cedere: Et nos ita formare debemus, vt profligatis omnibus huius ſæculi cupiditatibus, regnum Dei ſperare poſſimus. Ita præ regno illo contemnenda ſunt nobis omnia. Omnia habui, tanquam ſtercora, inquit Paulus, vt Chriſtum lucrifacerem. Ex hac ergo valle lachrymarum ſuſpiramus ad Deum, vt liberet nos à corpore mortis huius, (Rom. 7.) & transferat in regnum filij dilectionis ſuæ. Col. 1. Heb. 11. Iuxta fidem hanc, defuncti ſunt omnes iuſti, non acceptis repromiſſionibus, ſed à longè eas aſpicientes, & ſalutantes, & confitentes quia peregrini & hoſpites ſunt ſuper terram. Qui enim hæc dicunt, ſignificant ſe patriam inquirere. Vnde 1. Pet. 2. Oſecro vos tanquam aduenas & peregrinos, abſtinere vos à carnalibus deſiderijs: quia (Iob. 7.) Militia eſt vita hominis ſuper terram, & ſicut mercenarij dies eius. (2. Cor. 5.) Audentes igitur ſemper, C & ſcientes, quoniam dum ſumus in corpore, peregrinamur à Domino: (per fidem enim ambulamus, & non per ſpeciem) audemus autem, & bonam voluntatem habemus, magis peregrinari à corpore, & præſentes eſſe ad Dominum. Quia (Sap. 5.) Iuſti in perpetuum viuent, & apud Dominum eſt merces eorum, & cogitatio illorum apud altiſſimum. Ideò accipient regnum decoris, & diadema ſpeciei de manu Domini, quoniam dextera ſua teget eos, & in brachio ſancto ſuo defendet illos. (Apoc. 22.) Et videbunt faciem agni, & nomen eius in frontibus eorum. Et nox vltrà non erit, & non egebunt lumine lucernæ, neque lumine ſolis, quoniam Dominus Deus illuminabit eos, & regnabunt in ſæcula ſæculorum. Precamur igitur vtex hoc mundo, quaſi ex graui peregrinatione & militia vocati, transferamur in regnum gloriæ, & fœlicitatis æternæ, velut in portum poſt huius ſæculi naufragium. D Cyprianus ſerm. in Orat. Dominic. Noſtrum igitur regnum petimus aduenire nobis à Chriſto repromiſſum, Chriſti ſanguine & paſſione quæſitum: vt qui ſæculo antè ſeruiuimus, poſtmodùm Chriſto dominante regnemus, ſicut & ipſe pollicetur, & dicit: (Math. 25.) Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod paratum eſt vobis à conſtitutione mundi. Poteſt verò, fratres dilectiſſimi, & ipſe Chriſtus eſſe regnum Dei, quod venire quotidie cupimus: cuius aduentus, vt citò nobis repræſentetur, optamus. Nam cùm reſurrectio ipſe ſit, quia in ipſo reſurgimus: ſic & regnum Dei poteſt ipſe intelligi, quia in illo regnaturi ſumus. Vænantius Fortunatus Pictau. Epiſcop. in Orat. Dominicam. Aduenìat ergo regnum Dei, id eſt Chriſtus, quem quotidie ſanctorum chorus veneranter expectat, in cuius repromiſſione ſe confidunt iuſti regnaturos eſſe. De huius aduentu Apoſtolus ait: Tunc rapiemur ſimul E in nubibus obuiam Chriſto in aëra, & ſic ſemper cum Domino erimus. Sed videamus, Qui rapientur cum beato Paulo in nubibus? Numquid homicidæ, luxurioſi, fallaces, ebrioſi, adulteri, rapaces, maledici? Tales enim non ſolùm Chriſto occurrere non poterunt: immò magis in fiſſuras petrarum recipi, & à collibus tegi deſiderabũt. Dicent enim montibus, Cadite ſuper nos, & collibus, Operite nos à facie formidinis Domini. Caſſianus collatione 9. Abbatis Iſaac, cap. 19. Intẽtis illud quodãmodò obtutibus ac defixis deſiderans & expectans, dicis, *Aduenìat regnũ tuum.* Nouit enim teſtimonio conſcientiæ ſuæ, cùm apparuerit, mox eius ſe futurũ conſortem. Hæc enim dicere & optare criminoſorũ nullus audebit, qui nec videre tribunal iudicis volet, quiſquis ſub aduẽtu eius non palmã, nec præmia ſuis meritis, ſed pœnã nouit ꝓtinus repẽſandã. Attẽdat igitur quiſq; quid oret cùm dicit, Aduenìat regnũ tuũ: ne fortè Chriſto aduenìẽte, omnia ſibi timẽda ſint, qui ea nõ fecit & obſeruauit, quibus ſibi Chriſtũ

Quid hîc diſcimus. 1. 2.

Peregrini ſumus.

Cyprianus.

Vænantius Fortunatus.

Caſſianus.

Q

& regnum eius demereri posset. Sunt qui per *regnum Dei*, reductionem vniuersi orbis F
ad fidem Euangelij intelligant: siquidem Christus monuit, ante secundum suum ad-
uentum prędicandum illud iri per orbem vniuersum. Hoc ergo petimus, vt apud Tur-
cas, Idololatras, Anthropophagos, & quosuis populos, non modò annuncietur, sed &
admittatur Euangelium: adeò vt dici possit hoc Apocalypseos: Ecce tabernaculum
Dei cum hominibus, & ipsi populus eius erunt, & ipse Dominus cum eis erit eorum
Deus. De hoc regno sic prædixit Psaltes, (Psal. 22.) Dominus regit me, & nihil mihi de-
erit, in loco pascuæ ibi me collocauit. Super aquam refectionis educauit me, animam
meam conuertit. Vnde & orat, (Psal. 79.) Qui regis Israël intende, qui deducis velut
ouem Ioseph. Excita potentiam tuam, & veni, vt saluos facias nos. Sunt etiam qui re-
7 *gnum Dei* referant ad integram omnium electorum gloriam, & aduersariorum Dei &
Christi eius contritionem. Ita scilicet, vt ponat inimicos suos scabellum pedum suo- G
rum, & iustos vtraque stola donet, quod post resurrectionem futurum est. Etsi enim
quisque nostrûm cupiat sibi aduenire regnum Dei post miseram hanc vitam, progre-
diuntur tamen vlteriùs alij. Nã zelo ducti, contra pietatis hostes, cupiunt, non sibi tan-
tùm, sed & omnibus electis regnum hoc aduenire: & omne contrarium regnum abo-
leri & subuerti, quale est regnum Sathanæ. Desiderant hæreticos, & infideles omnes,
qui gloriantur contra electos Dei, breui iudicari: & solum Deum & sanctos eius appa-
Tertullia- rere. Tertull. lib. de Orat. hãc interpretationem sequitur. Quum enim, inquit, regnum
nus. Dei, quod vt adueniat oramus, ad cõsummationem sæculi tendat, optamus maturiùs
regnare, & non diutiùs seruire. Etiamsi præfinitum in oratione non esset, de postulan-
do regni aduentu, vltrò eam vocem postulassemus, festinantes ad spei nostræ comple-
xum. Clamant enim zelo ductæ animæ martyrum ad Dominum sub altari: Quonam H
vsque non vlciscéris Domine sanguinem nostrum de incolis terræ? Nam vtique vltio
illorum à sæculi fine dirigitur. Immò quàm celeriter veniat Domine regnum tuum,
votum Christianorum, confusio nationum, exultatio Angelorum. Propter quod con-
Augusti. flictamur, immò potius, propter quod oramus. Augustinus to. 7. lib. 3. de anima, & eius
origine, cap. 11. Sed fortè dicas, omnia quidem pertinere ad Dei regnum, quia regnat
in cœlis, regnat in terris, in abyssis, in paradiso, in inferno. Vbi enim non regnat, cu-
ius vbique summa potestas est? Sed aliud est regnum cœlorum, quò fas non est acce-
dere, nisi lauacro regenerationis ablutos, propter dominicam veram, fixámque sen-
tentiam. (Ioan. 4.) Aliud autem esse regnum terrarum, vel aliarum creaturæ par-
tium, vbi possunt esse aliquæ mansiones domus Dei, quamuis pertinentes ad regnum I
Dei, non tamen ad regnum cœlorum, vbi excellentius & beatius est regnum Dei,
quomodo intelligitur, cùm dicimus, *Adueniat regnum tuum*, vbi cum illo fidelis fami-
lia eius beatè & sempiternè tota regnabit. Nam secundum potestatem, quæ illi su-
per omnia est, etiam nunc vbique regnat. Quid ergo est quod oramus vt veniat,
nisi vt cum illo regnare mereamur? Sub eius autem potestate etiam illi erunt, qui
pœna æterni ignis ardebunt. Numquidnam ob hoc etiam ipsos in regno Dei futu-
ros dicturi sumus? Aliud est enim regni Dei muneribus honorari, aliud regni Dei
legibus coërceri. Rogamus vtique vt Deus omnes impios coërceat, & omnes elec-
tos suæ gloriæ participes faciat. Et, vt ex Tertulliano audiuimus, rogant & ipsi
electi & beati accelerari resurrectionem, vt diaboli regnum rescindatur, & Deus &
Christus eius solus appareat. Hoc verò quamuis desiderent martyres Domini, attа- K
men dictum est, vt quiescerẽt modicum, donec impleatur numerus fratrum suorum:
aut qui nondum nati, sed nascituri sunt, aut qui nondum stadium suum cucurrerunt.
Et nunc quidem, quia mali bonis præualent, non potest ab impiis agnosci regnum
Augusti. Dei. Augustinus lib. 2. de sermo. Domi. in monte, cap. 11. Nulli autem licebit ignorare
regnum Dei, cùm eius vnigenitus non solùm intelligibiliter, sed etiam visibiliter in
homine Dominico de cœlo venerit, iudicaturus viuos ac mortuos. Post quod iu-
dicium, id est, cùm discretio, & separatio iustorum ab iniustis facta fuerit: ita in-
habitabit iustos Deus, vt non opus sit cuiquam doceri per hominem, sed sint om-
nes, vt scriptum est (Esaiæ 5. & Ioan. 6.) dociles Deo. Deinde beata vita omni ex
parte perficiatur in sanctis in æternum, sicut nunc cœlestes Angeli sanctissimi, at-
que beatissimi, solo Deo illustrante sapientes & beati sunt: quia & hoc promisit Deus
sanctis suis. (Matthæi 22.) In resurrectione erunt, inquit, sicut Angeli in cœlis.

Et ideò

A Et ideò post illam petitionem, sequitur, *fiat voluntas tua, sicut in cœlo & in terra.* Cassianus. Cassianus collatione 9. Abbatis Isaac capit. 20. ad Augustini sententiam, quæ statim consequitur, alludit. Non potest, inquit, maior esse oratio, quàm optare vt terrena mereantur cœlestibus coæquari. Nam quid aliud est dicere, Fiat voluntas tua sicut in cœlo, & in terra: quàm vt sint homines similes Angelis, & sicut voluntas Dei ab illis impletur in cœlo, ita & hi qui in terra sunt, non suam, sed eius vniuersi faciant voluntatem? Vt sicut est in Angelis, qui sunt in cœlis voluntas tua (inquit Augustin. cap. 12. lib. 2. de serm. Dom. in monte) vt omninò tibi adhæreant, téque fruantur, nullo errore obnubilante sapientiam eorum, nulla miseria impediẽte beatitudinem: ita fiat in sanctis tuis qui in terra sunt, & de terra quoad corpus attinet, facti sunt, & quamuis ad cœlestem habitationem, atque immutationem, tamen de terra assumendi sunt. Ad August.

hæc respicit etiam illa Angelorum prædicatio, (Luc. 2.) Gloria in excelsis Deo, & in
B terra pax hominibus bonæ voluntatis: vt cùm præcesserit bona voluntas nostra, quæ vocantem sequitur, perficiatur in nobis voluntas Dei, sicuti est in cœlestibus Angelis: vt nulla aduersitas resistat nostræ beatitudini. Item, *Fiat voluntas tua*, rectè intelligitur, obediatur præceptis tuis. Tunc enim fieri voluntatem Dei, ipse Dominus ait, cùm dicit: Meus cibus est vt faciam voluntatem eius qui me misit. Et sæpè, Non veni facere voluntatem meam, sed eius qui misit me. Ioann. 4. & 6. Alioquin nisi arbitrium nostrum & Dei gratiam consideremus, quomodo petere audebimus fieri voluntatem Dei? Id est, nisi hac ratione voluntatem Dei, vt à nobis, qui liberi sumus, adimpletur, Tertull.

expendamus: quis erit istorum verborum sensus? Tertullian. lib. de Orat. Non quòd inquit, aliquis obsistat, quominus Dei voluntas fiat, & ei successum voluntatis suæ
C oremus, sed in omnibus petimus fieri voluntatem eius. Vænantius Fortunatus in Expos. Orat. Dominicæ: Numquid scilicet aliquis potuit eius resistere voluntati, vt non faceret aliquando quod voluit omnipotens? (An non dixit, Omnis voluntas mea fiet, & omne iudicium meum stabit? Et legitur, Voluntati eius quis resistit? Quia quæcũque voluit fecit, vt cecinit Psaltes.) Petrus Chrysol. serm. 70. Nunc in terra multa fiunt pro diaboli voluntate, pro sæculi nequitia, pro desiderio carnis: in cœlo fit nil præter Domini voluntatem. Petimus ergo, vt interempto diabolo, vt nouo sæculo, vt mutato corpore, vt destructo mortis imperio, vt abolita dominatione peccati, in cœlo & in Cyprianus. terra, in Deo & hominibus, vna Dei sit, eadémq; voluntas. Cyprianus in Expos. Orat. Dominicæ. Nã quia nobis, inquit, à diabolo obsistitur, quominus per omnia noster animus atque actus Deo obsequatur: oramus & petimus vt fiat in nobis voluntas Dei, *Voluntas*
D quæ vt fiat in nobis, opus est Dei voluntate, id est, ope & protectione: quia nemo suis viribus fortis est, sed Dei indulgentia & misericordia tutus est. Denique & Deus infirmitatem hominis, quam portabat, ostendens, ait: Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste. Et exemplum discipulis suis tribuens, vt non voluntatem suam, sed Dei faciant: addidit, dicens: Verumtamen non quod ego volo, sed quod tu. Et alio loco dicit: Non descendi de cœlo vt faciam voluntatem meam, sed volũtatem eius qui misit me. Quòd si filius obaudiuit vt faceret patris voluntatem, quanto magis seruus obaudire debet, vt faciat Domini voluntatem? Sicut in Epistola sua Ioannes quoque ad faciendam voluntatem Dei hortatur & instruit, dicens, (1. Io. 2.) Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Si quis dilexerit mundum, non est charitas patris in illo: quia omne quod in mundo est, concupiscẽtia carnis est, & concupiscentia ocu-
E lorum, & superbia vitæ, quæ non est à patre, sed à concupiscentia mundi: & mundus transibit, & concupiscentia eius. Qui autem fecerit voluntatem Dei, manet in æternum. Voluntas autem Dei est, quam Christus fecit & docuit, humilitas in conuersatione, stabilitas in fide, verecundia in verbis, in factis iustitia, in operibus misericordia, in moribus disciplina, iniuriam facere non nosse, & factam posse tolerare, cum fratribus pacem tenere, Deum toto corde diligere, amare in illo quod pater est, timere quod Deus est, Christo nihil omninò præponere, quia nec nobis quicquam præposuit: charitati eius inseparabiliter adhęrere, cruci eius fortiter assistere, quando de eius nomine & honore certamen est, vt exhiberet in sermone constantiam, qua confitemur: in quæstione fiduciam, qua congredimur: in morte patien-
tiam, qua coronamur: hoc est, cohæredes Christi velle esse, hoc est præceptum Dei facere, hoc voluntatem patris implere. Gregorius Nyssenus libr. de Gr. Nysse

Voluntas nostra deci piturfacile.

Vænantius Fortunat. *Quæstio.*

Pet. Chrys.

Orat. Sed quare precamur vt à Deo bonum animi nobis propositum contingat? Quia F
infirma ad bonum est humana natura, posteaquàm semel per vitiositatẽ eneruata est.
Voluntatis corruptæ exemplũ. Non enim tam facilè à malo rursus ad bonum homo reuertitur, vt à bono ad malum
accessit. Quemadmodum etiã in corporibus talis ratio animaduerti potest, quòd non
simili, neque æquè commoda ac facili ratione, tum sanum corpus morbo obnoxium
fit, tum quod morbo laborauerit, sanatur. Nam qui paulò antè in sanitate degebat, vel
per vnum vulnus venit in periculum mortis: atq; vnus ambitus aut accessio febris fir-
mitudinem omnem corporis, ac vigorem soluit: & exiguum veneni gustatum vel pe-
nitùs interficit, vel quin id faciat, parum abest: & morsum serpentis, aut aculeum ve-
nenati alicuius animalis, aut lapsum, aut ruinam, aut largiùs quàm vires ferre possint,
sumptum cibum, aut aliquid aliud eiusmodi statim vel morbus sequitur, vel mors. At
morbi profligatio multis solertibus inuentis, & rationibus excogitatis, multa cum dif- G
ficultate, & artibus medicis conficitur, si fortè etiam confici possit. Idcircò cùm ad ma-
lum quidem ac vitium in nobis ruit appetitus, non opus est adiutore: quippè in volun-
tate nostra, vitiositate seipsam vltrò perficiente. Quòd si in melius inclinatio fiat, Deo
opus est, qui studium & desiderium ad opus perducat: propterea dicimus, Fiat volũtas
tua. Hoc autem dicentes, agnoscimus infirmitatem nostram, & quòd proni sumus ad
Væ. Fortu. malum ab adolescentia, nisi Deus erigat, & confirmet voluntatẽ nostram. Vænantius
Fortunatus in Exp. Orat. Dominicæ. Igitur quare non vnusquisque respicit tenebras
suas, ne illuminatus, tanquam lampas quæ aliundè succenditur, per ventositatem suæ
superbiæ extinguatur, & subducto splendore maneat in cæcitatis caligine, dum si quis
bonum velle habet, sui putet esse arbitrij, & non exinde gratias referat collatori, ne au-
diat quod dicitur: Qui autem non habet, etiam quod habet, auferetur ab eo: hoc est, H
quod per gratiam prœuenientem assequitur, nisi Deo illud ascripserit, per superbiã hoc
Greg. Nyss. amittit, quando iuxta scripturam, ipsa voluntas à Domino præparatur. Greg. Nyss. lib.
de Oratione: vbi explicauit per cœlum Angelos, per terram homines, vt talis constet
Quid cœlũ & terra. petitio, quomodo diximus, Fiat volũtas tua in terra ab hominibus, sicut fit in cœlo ab
1. Angelis, quæstionem hanc mouet: Et quî fieri potest, vt illi, quibus ea sors obtigit, vt
Angeli homines. vitam per carnem exigant, eam quæ in incorporeis virtutibus est, puritatẽ assequãtur,
quũ propter corporis necessarios vsus, anima innumeris curis demersa sit? Verùm hoc
dissoluit, cùm statim panem supersubstantialem, quo confirmemur, petendum esse ad-
monuit. Sunt tamen qui per cœlum spiritum, per terram corpus intelligant: vt roge-
mus Deum sua gratia carnem spiritui subiicere, vt illi in omnibus pareamus, cùm ma-
xima peccatorum pars à carnis infirmitate suggeratur. Hanc interpretationem adfert I
Augustinus lib. 2. de serm. Domini in monte, cap. 11. & eo antiquior Cyprianus in Ex-
Auguſt. Cyprian. Tertull. posit. Orat. Dominicæ, immò & Tertullian. lib. de Oratione. Ex interpretatione enim
2. figurata carnis & spiritus, inquit Tertul. nos sumus cœlũ & terra. Cyprianus: Est enim,
Caro & spiritus. inquit, inter carnem & spiritum colluctatio inuicem, & discordantibus aduersus se
quotidiana congressio, vt non quæ volumus, ipsa faciamus, dum spiritus cœlestia & di-
uina quærit, caro terrena & sæcularia concupiscit: & ideò petimus inter duo ista ope &
auxilio Dei concordiam fieri, vt dum & spiritu & carne voluntas Dei geritur, quæ per
eum renata est, anima seruetur. Quod apertè atque manifestè Apostolus sua voce de-
clarat: (Gal. 5.) Caro, inquit, cõcupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem.
Hæc enim inuicem aduersantur sibi, vt non quæ vultis, hæc faciatis. Manifesta sunt
autem opera carnis, quæ sunt adulteria, fornicationes, immundiciæ, spurcitiæ, idolo- K
latria, veneficia, homicidia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, animositates, pro-
uocationes, simultates, dissensiones, hæreses, inuidiæ, ebrietates, comessationes, &
his similia: quæ prædico vobis, sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei
non possidebunt. Fructus autem spiritus, sunt charitas, gaudium, pax, bonitas, ma-
gnanimitas, fides, mansuetudo, continentia, castitas. Et idcircò quotidianis, immò
continuis orationibus hæc precamur & petimus, & in cœlo, & in terra voluntа-
tem Dei circa nos fieri: quia hæc est voluntas Dei, vt terrena cœlestibus cedant,
spiritualia & diuina prœualeant. Potest etiam sic intelligi, Fratres dilectissimi, vt
3. quoniam mandat & monet Dominus etiam inimicos diligere, & pro his quo-
Fideles infideles. que qui nos persequuntur orare, petamus & pro illis qui adhuc terra sunt, &
necdum cœlestes esse cœperunt, vt & circa illos voluntas Dei fiat, quam Christus homi-

A hominem conseruando, & redintegrando perfecit. Nam cùm discipuli ab eo non iam terra appellentur, sed sal terræ: & Apostolus primum hominem vocet de terræ limo, secundum verò de cœlo: meritò & nos, qui esse debemus Patri Deo similes, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos: sic Christo monente oramus, & petimus, vt precem pro omnium salute faciamus, vt quomodo in cœlo, id est, in nobis per fidem nostram, voluntas Dei facta est, vt essemus de cœlo: ita & in terra, id est in illis non credentibus fiat voluntas Dei: vt qui adhuc sunt prima natiuitate terreni, incipiant esse cœlestes, ex aqua & spiritu nati. Chrysostomus homil. 20. Oper. perf. in Matth. Nam desiderari quidem conuenit cœlos, & ea quæ habentur in cœlis: tamen & antequàm superna illa præstetur habitatio, cœlum quodammodò fieri iussit è terra, vt scilicet tales sint, etiam dum B in ea degunt, ita & omnia faciant, & loquantur, quasi qui prorsus conuersentur in cœlo. Petrus Laodicensi hoc ad resurrectionem transfert. Ita enim habet in Expos. Orat. Dominicę: Quemadmodum sunt in cœlis Angeli, ita facito, vt nos etiam per spiritualis puriq́ue corporis resurrectionem ibidem simus. Hieron. lib. 1. Comment. in Matth. primam omnium expositionem sequitur, ac si dicamus: Vt quomodo Angeli tibi inculpatè seruiunt in cœlis, ita & in terra seruiant homines. Germanus Constantinop. Patriarcha in Expos. Orat. Dominicæ: Voluntas enim Dei & patris, œconomia est, seu dispensatio filij eius, vt Angelis in cœlo mutua est concordia, mutuúsque consensus, ita & nos in charitate sine hypocrisi viuere quęrimus: vt sit hic sensus, Domine, quemadmodũ fit in cœlo voluntas tua, & Angeli in pace degunt, nec vllus est inter eos qui pellat, & qui pellatur, neque qui affligatur, neque qui bellum gerat, & qui bello impe-
C tatur, sed omnes te profunda in tranquillitate glorificant: ita etiam in nobis terrestribus hominibus fiat voluntas tua, vt omnes Gentes vno ore & corde te creatorẽ & patrem omnium nostrũm glorificemus. Cassianus coll. 9. Abbatis Isaac cap. 20. Hoc certè nemo ex affectu dicere prævalebit, nisi is solus, qui Deũ credit omnia quæ videtur, vel aduersa, vel prospera, pro nostris vtilitatibus dispensare, magisq́; eũ pro suorũ salute & cõmodis prouidũ atq; sollicitũ, quàm nos ipsos esse pro nobis. Magnã igitur spẽ, & in Domino fiduciã habeat necesse est, qui hoc orat: sed & sibi ipsi renunciet, & omnia sua consilia, actiones, cogitationes diuinæ voluntati cõmittat, vt siue prosperetur, siue aduersis cõcutiatur, semper Dei prouidentiã attendat, nec ad dextrã aut sinistrã deflectat. Ita nimirùm Iob tot afflictionibus lacessitus, bonis etiã tẽporalibus priuatus, Dei voluntati remisit omnia. Sicut, inquit, Domino placuit, ita factũ est. Dominus dedit,
D Dominus abstulit, sit nomen Domini benedictũ. Seu etiã occurrat aliqua tẽtatio, seu carnis stimulus, & illius allectamenta, seu praua hominum consilia: semper istud occurrat, Fiat volũtas tua, sicut in cœlo & in terra. Et hoc Psaltis: Doce me facere voluntatem tuam Deus meus. Imple in me quæ tua sunt, & auerte mentem meam & oculos meos, ne videant vanitatem, & huius seculi concupiscentiis alliciantur. Cæterùm Hieronymus in Matth. ex hoc loco contra quosdam obseruat, non fieri in cœlo ruïnas frequentiores, post Angelorum primum lapsum. Erubescant, inquit, ex hac sententia, qui quotidie in cœlo ruïnas fieri mentiuntur. Nam quid nobis prodest cœlorum similitudo, si & in cœlo peccatum est? Thomas Aqu. in Matth. præter superiores interpretationes aliam adducit, vt sit istius petitionis hic sensus, Fiat voluntas tua sicut in cœlo Christo, ita & in terra Ecclesia: vt comparatio fiat cœli ad Christum, & terræ
E ad militantẽ Ecclesiam. Verùm hæc comparatio lõgiùs sumpta est. Possumus interim Christũ & cœlo, & soli conferre: nos verò terræ, vt iam in superioribus dictũ est. Nam quantum distant cœli à terra, tanto Christus nos omnes superat. Interim tamẽ cœlum terræ coniunxit, nõ modò cùm nostram naturam assumpsit, sed & cùm Ecclesiam sibi desponsauit, & homines membra corporis sui constituit. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Vænantius Fortunatus in Orationem Dominic. Considerandum est, quàm mirabiliter orationis huius contextus sit ornatus, vt nominatis æternis temporalia peterẽtur. Nam tria ista quæ poposcimus propter æterna consequenda, hîc necessaria sunt, & hîc incipiunt: sed perfecta in futura vita possideri credenda sunt, & perpetua permanebunt. Ergo panem nostrum da nobis, quantus animæ & carni necessarius est spiritualiter, vel corporaliter. Hebræi scilicet panis nomine omne necessarium ciborum genus intelligunt. Sic 4. Reg. 6. Helisæus intellexit, cùm diceret: *significat*,

Chrysost. *Pet. Laodi.* *4. Hierony.* *Germanus.* *Cassianus.* *Hieron.* *Th. Aquin. 5.* *Christus Ecclesia.* *Quarta petitio.* *Vænantius.* *Panis omne necessariũ alimentum*

Pone panem & aquam coram eis, vt comedant, & bibant, & reuertantur ad dominum F
suum. Subiungitur enim, Et appoſita eſt eis magna ciborum copia. Sic 2. Reg. 9. dixit
Dauid ad Miphiboſeth filium Ionathæ: Tu comedes panem in menſa mea ſemper. Et
Hier. 52. dicitur rex Ioachim comediſſe panem ſemper in menſa regis Euilmerodach.
Et Iob 42. Comederunt panem in domo Iob: de lauto conuiuio intelligendum eſt. A-
liquando tamen tenuiorem victum ſignificat, vt Eſa. 4. Triſti tempore ſeptem mulie-
res dicunt: Panem noſtrum comedemus, & veſtimentis noſtris operiemur. Hîc igitur
omnia vitæ præſenti neceſſaria intelligit, ſicut & Gen. 3. In ſudore vultus tui veſceris
Quid panis quotidianus, & quid ſuper ſubſtantialis. pane tuo. Porrò quod nos legimus *quotidianum*, Hieronym. vertit ſuperſubſtantialem:
ſiquidem, inquit, in Græco habetur ἐπιούσιον, quod verbum Septuaginta interpretes
ἐπιούσιον frequentiſſimè transferunt. Conſiderauimus ergo in Hebræo, & vbicunque
illi ἐπιούσιον expreſſerunt, nos inuenimus סגלה *ſegulla*, quod Symmachus ἐξαίρετον, id eſt G
præcipuum, vel egregium tranſtulit: licet in quodam loco, peculiare interpretatus ſit.
In Euangelio quod appellatur ſecundum Hebræos, pro ſuperſubſtantiali pane reperi
מחר *mahar*, quod dicitur craſtinum: vt ſit ſenſus, Panem noſtrum craſtinum, id eſt futu-
rum da nobis hodie. Seuerus Alexandrinus Patriarcha lib. de ritibus baptiſmi & Sy-
Seuerus Alexand. Patriarcha. naxeos apud Syros receptis, vocat להמא דסונקנך, id eſt, panem indigentiæ nuncupat.
Etſi verò de omni re ad victum neceſſaria intelligatur, maiorem tamen & latiorem
habet ſignificationem, vt ad cibum animæ ſpiritualem, quem maximè à Deo quærere
Hierony. debemus, extendatur. Hieronym. in Matth. Poſſumus enim ſuperſubſtantialem panẽ
intelligere, qui ſuper omnes ſubſtantias, & vniuerſas ſuperet creaturas. Alij tamen ſim-
pliciter putant, ſecundum Apoſtoli ſermonem, dicentis, (1. Tim. 6.) Habentes victum,
& quibus tegamur, his contenti ſimus: de præſenti tantùm cibo ſanctos curam agere: H
cùm tamen in poſterioribus ſit præceptũ, Nolite ſolliciti eſſe de craſtino. Petrus Chry-
Pet. Chryſ. ſolog. ſerm. 70. Poſt regnum cœleſte terrenum panem petere non iubemur, prohiben-
te ipſo cùm dicit, Nolite ſolliciti eſſe animæ veſtræ quid manducetis, aut quid biba-
tis: ſed quia ipſe eſt panis qui de cœlo deſcendit, petimus & precamur, vt ipſum panẽ,
quo quotidie, id eſt iugiter ſumus in æternitate victuri, hodie, id eſt in præſenti vita, de
Idẽ Chryſ. conuiuio altaris ſancti, ad virtutem corporis mentíſque capiamus. Et ſerm. 68. Ita, in-
Chriſti corpus eſt panis ſuperſubſtantialis. quit, quotidianum & in diem vult nos in ſacramento ſui corporis panis viaticum po-
ſtulare: vt per hoc ad perpetuum diem, & ipſam Chriſti perueniamus ad menſam: vt
vnde hîc guſtum ſumpſimus, inde ibi plenitudinẽ, totáſque ſatietates capiamus. Theo-
Theophi. philact. in Matt. Panem dicit, qui ſubſtantiæ noſtræ ſufficit. Tollit autem curã de cra-
ſtino: Quoniam & corpus Chriſti panis eſt ſuperſubſtantialis, cuius eſſe participes, ci- I
tra condemnationem, precamur. Et quidem Chriſti digniſſimũ corpus panis dicitur,
& quia ſub ſpecie panis nobis exhibetur, & quia hoc in nobis, ſed excellentius, facit,
quod panis corpori. Vnde Chriſtus ipſe carnem ſuam panem vocauit, dicens: Et panis
quem ego dabo, caro mea eſt, quam ego dabo pro mundi vita. Et ea conſideratione
Tertullia. Hieremias, interprete Tertull. lib. aduerſ. Iudæos, corpus Chriſti panis nomine intel-
lexit, cùm impiorum contra Chriſtum conſilia exprimeret, dicentium, Mittamus li-
Cyprianus. gnum in panẽ eius: quod ſic explicatur, Mittamus lignũ crucis in corpus eius. i. cruci-
figamus eum. Cypr. ſerm. de Orat. Dominica: Nam panis, inquit, vitæ Chriſtus eſt, &
Chriſtus noſter eſt. panis omnium non eſt, ſed *noſter* eſt: & quomodo dicimus Pater noſter, quia intelli-
gentium & credentium pater eſt: ſic & *panem noſtrum* vocamus, quia Chriſtus noſter,
qui corpus eius contingimus, panis eſt. Hunc autem panem dari nobis quotidie po- K
ſtulamus, ne qui in Chriſto ſumus, & Euchariſtiam quotidie ad cibum ſalutis accí-
pimus, intercedente grauiore aliquo delicto, dum abſtenti & non communicantes
à cœleſti pane prohibemur, à Chriſti corpore ſeparemur, ipſo prædicante & monente:
Ego ſum panis vitæ qui de cœlo deſcendi: ſi quis ederit de hoc pane, viuet in æter-
num. Panem autem quem ego dabo, caro mea eſt pro ſæculi vita. Quando ergo di-
cit in æternum viuere, ſi quis ederit de eius pane, vt manifeſtum eſt eos viuere, qui cor-
pus eius attingunt, & Euchariſtiam iure communicationis accipiunt: ita contrà ti-
mendum & orandum eſt, ne dum quis abſtentus ſeparatur à Chriſti corpore, pro-
cul remaneat à ſalute, comminante ipſo & dicente: Niſi ederitis carnem filij hominis,
& biberitis ſanguinem eius, non habebitis vitam in vobis. Et ideò panem noſtrum, id
eſt Chriſtum, dari nobis quotidie petimus, vt qui in Chriſto manemus & viuimus, à

ſanctificatione

A sanctificatione & corpore eius non recedamus. Augustin. lib. 2. de serm. Dom. in mõ- Augustin.
te, cap. 12. Itaque panis quotidianus, inquit, aut pro iis omnibus dictus est, quæ huius
vitæ necessitatem sustentant, aut pro sacramento corporis Christi, quod quotidie ac-
cipimus, aut pro spirituali cibo, de quo idem Dominus ait: Operamini nõ cibum qui
perit, sed qui permanet in vitam æternam. Quoad panem Eucharisticum, occurrit
obiectioni. De sacramento enim corporis Christi, inquit, vt illi non moueant quæstio-
nem, qui primi in Orientalibus partibus nõ quotidie Cœnę dominicæ communicãt,
cùm tamen iste panis quotidianus dictus sit. Vt ergo illi taceant, neque de hac re suã
sententiam defendant, vel ipsa authoritate Ecclesiastica sint contenti, quòd sine scan-
dalo ista faciunt, neque ab eis qui Ecclesiis præsunt, facere prohibentur, neque non
obtemperantes, damnantur. Vnde probatur non hunc in illis partibus intelligi quoti-
B dianum panem: magni enim peccati arguerentur, qui ex eo non accipiunt quotidie:
sed vt de istis, vt dictum est, nihil in aliquam partem differamus, illud certè debet oc-
currere cogitantibus, regulam nos orandi à Domino accepisse, quam transgredi non
oportet, vel addendo aliquid, vel prætereundo. Quod cùm ita sit, quis est qui audeat
dicere, semel tantùm nos orare debere orationem dominicam, aut etiamsi iterum vel
tertiò vsque ad eam tãtùm horam, qua corpori Domini communicamus, postea verò
non sit orandum per reliquas partes diei? Non enim iam dicere poterimus, Da nobis
hodie quod iam accepimus. Aut poterit quisque cogere, vt etiam vltima diei parte sa-
cramentum illud celebremus? (Similis autem ratio erit, si de pane corporali intelliga-
tur: nam qui pastus est, & in stratum se recipit, orat istud: & quomodo iam satur, panẽ
hodie requirit, cùm appositis omnibus lautitiis ne quidem sibi cibum hac ipsa die sup-
C peditaturus sit?) Restat igitur vt quotidianum panem accipiamus spiritualem, inquit,
præcepta scilicet diuina, quæ quotidie oportet operari & meditari. Nam de ipsis Do-
minus dicit, (Iob. 6.) Operamini escam quæ non corrumpitur. Quotidianus autẽ iste 2.
cibus nunc dicitur, quamdiu ista vita temporalis per dies decedentes succedentésque *Panis est Dei verbũ.*
peragitur. Et reuera quamdiu nunc in superiora, nunc in inferiora, id est, nunc in spiri-
tualia, nunc in carnalia animi affectus alternarit, tanquam ei qui aliquando pascitur
cibo, aliquando famem patitur, quotidie panis necessarius est, quo reficiatur esuriens,
& relabens erigatur. Sicut itaque corpus nostrum in hac vita, ante illam scilicet im-
mutationem, cibo reficitur, quia sentit dispendium: sic & animus, quoniam tempora-
libus affectibus, quasi dispendium ab intentione Dei patitur, præceptorum cibo refi-
ciatur. *Da nobis hodie* dictum est, quamdiu dicitur hodie, id est in hac tẽporali vita. Sic
D enim cibo spirituali post hanc vitam saturabimur in æternum, vt nõ tunc dicatur quo-
tidianus panis: quia ibi temporalis volubilitas, quæ diebus dies succedere facit, vnde
appelletur quotidie, nulla erit. Vt autem dictum est, (Ps. 94.) Hodie si vocem eius au-
dieritis, quod interpretatur Apostolus in Epistola quæ est ad Hebræos, (cap. 3.) quam-
diu dicitur hodie, ita & hîc accipiendum est, Da nobis hodie. Si quis autem illa, quæ
de victu corporis necessario, vel de sacramento corporis dominici dicuntur, in hanc
sententiam vult admittere, oportet vt cõiunctè accipiantur omnia tria, vt scilicet quo-
tidianum panem simul petamus & necessarium corpori, & sacramentum visibile, &
inuisibile verbum Dei. Cyrillus Hierosolymit. Catech. Mystagog. 5. Cæterùm, inquit, Cyrill. Hie.
pãnis hic communis non est ἐπιούσιος, id est, supersubstantialis: panis verò iste sanctus, *Quomodo*
E supersubstantialis dicitur, eo quòd animæ subsistentiã confirmet. Panis hic non in ven- *corpus*
trem descendit, & in secessum emittitur, sed per te totum, ad corporis & animæ vtilita- *Christi su-*
tem distribuitur. Hodie autem dicit, pro quotidie, sicut & Paulus: Donec, inquit, ho- *persubstã-*
die cognominabitur. Itaque ratio quæ Patres impulit, vt panem istum meliorẽ mul- *tiale est.*
to communi intelligerent, fuit: Primò, quòd Christus meliora nos petere docuit, quã
quæ non dicam Iudæis sub lege, sed & Gentibus data sunt. Datus est illis panis com-
munis, sed neque sacramentalis, neque spiritualis suiverbi, nisi solis Iudæis. 2. Demum
prohibet sollicitos esse de cibo, potu & vestitu: vt videretur huius petitionis sensu, solli-
citudinem illam approbare. 3. Determinat etiam panem pro meliori & excellentiori, *Communis*
cum vocat illum *nostrum*, & *supersubstantialem*: & docuit fideles petere non aliis, sed sibi, *panis non*
Da nobis. Atqui communis panis non est peculiaris fidelibus, vt vocent illum panem *est supersub-*
suum, non est supersubstantialis, non illis solis datur: relinquitur ergo quod de excel- *stantialis.*
lentiori pane intelligendum esse monebat. Ioan. Cassianus collat. 9. Abbatis Isaac cap. Cassianus.

21. Quòd ἐπιούσιος dicitur, nobilitatis ac ſubſtantiæ eius ſignificat qualitatem, qua ſcilicet ſuper omnes ſubſtantias ſit, atque omnes creaturas ſublimitas magnificentiæ eius, ac ſanctificationis excedat. Hoc verò quòd dicitur quotidianus, proprietatem vſus ipſius, atque vtilitatis expreſſit. Nam cùm dicit quotidianum, oſtendit quòd ſine ipſo nullo die ſpiritualem vitam capere valeamus. Cùm dicit hodie, oſtendit eũ quotidie eſſe ſumendum, & heſternam præbitionem eius non ſufficere, niſi nobis hodie quoque ſimiliter fuerit attributus: omníque tempore hanc orationem debere profundere, indigentia eius quotidiana commoneat, quia non eſt dies, quo non opus ſit nobis huius eſu ac perceptione cor interioris noſtri hominis confirmare. Petimus igitur vt Deus nos ſua gratia paſcat, ſua iuſtitia & pietate interiorem noſtrum hominem in fide Chriſti ſui reficiat: vt ita confirmati, adinſtar Helyæ, in fortitudine cibi illius peruenire poſſimus vſque ad montem Dei, ad fœlicitatem illam æternam. Ita requirimus quæ ad vitam animæ promouendam faciunt, nimirùm verbum Dei, animæ ſpirituale pabulum, ſacroſanctam Euchariſtiam, panem illum cœleſtem, cæteráque ſalutifera Eccleſiæ ſacramenta ac Dei dona, quæ ad benè beatéque viuendum paſcunt, curant, confirmant hominem interiorem. Iac. 1. Ita ſi quis indiget ſapientia, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat. Deut. 8. Non enim in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Eccleſ. 15. Cibabit illũ pane vitæ & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potabit illum. Hæc de verbo, & gloria Domini dicuntur. De Euchariſtia verò, Prou. 9. Venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miſcui vobis. Ambroſ. lib. 5. de Sacramentis, cap. 4. occurrit obiectioni eorum qui dicere poſſent: Si nomine panis Euchariſtia intelligitur, quomodo dicis eſſe corpus Chriſti? Memini, inquit, ſermonis mei, cùm de ſacramentis tractarem. Dixi vobis, quòd ante verba Chriſti, quod offertur, panis dicatur: vbi Chriſti verba deprompta fuerint, iam non panis dicitur, ſed corpus appellatur. Quare ergo in Oratione Dominica, quę poſtea (in ordine celebrationis Miſſę) ſequitur, ait, Panem noſtrũ? Panem quidem dixit, ſed ἐπιούσιον, hoc eſt ſuperſubſtantialem. Non iſte panis eſt qui vadit in corpus, ſed ille panis vitæ æternæ, qui animæ noſtræ ſubſtantiã fulcit. Ideò Græcè ἐπιούσιος dicitur. Latinus autem hunc panem quotidianum dixit, quem Græci dicunt aduenientem: quia Græci dicunt τὸν ἐπιοῦσαν ἡμέραν, aduenientem diem. Ergo quod Latinus dixit, & quod Græcus, vtrumque vtile videtur. Græcus vtrumque vno ſermone ſignificauit, Latinus quotidianum dixit. Hæc Ambroſ. Tertull. lib. de Orat. Chriſtus panis noſter eſt, inquit, quia vita Chriſtus, & vita panis. Ego ſum, inquit, panis vitæ. Et paulò ſuprà: Panis eſt ſermo Dei viui, qui deſcendit de cœlis. Tum quod & corpus eius in pane cenſetur, hoc eſt corpus meum. Itaque ſi quis Auguſtini obiectioni inſiſtat, quòd nos etiam accepto ſacramento Chriſti corpus, adhuc ipſa die panem illum ſuperſubſtantialem poſtulamus: ſatisfaciet ipſius Tertulliani reſponſio, qui fructum Chriſti corporis nos ſemper appetere demonſtrat. Nec enim quicunque particeps efficitur ſacramenti, ſtatim vitę particeps efficitur, niſi dignus accedat. Inde fit, vt & ante, & poſt ſacramentum acceptum, opus habeamus hac oratione, nimirùm quia nobis opus eſt vita, quæ nobis per ſacramentum communicatur, ſi modò Deus nos dignatus fuerit. Priùs quidem oramus, vt digni efficiamur: tandem verò rurſus deprecamur, vt Deus non attendat infirmitatem & indignitatem noſtram, ſed ſuam liberalitatem & munificentiam. Itaque, inquit Tertull. petendo panem quotidianum, perpetuitatem poſtulamus in Chriſto, & indiuiduitatem à corpore eius. Panem enim peti mandat, qui ſolùm fidelibus neceſſarius eſt: cætera enim nationes requirunt. Interim tamen ad tertiam Panis acceptionem delabamur. Nimirùm Auguſt. Cyprian. Euthym. Chryſoſt. Greg. Nyſſenus id etiam de pane communi intelligi poſſe ſcribũt, aut pro neceſſariis ad victum. Sic enim Gen. 28. Vouit Iacob votum, dicens: Si fuerit Dominus mecum, & cuſtodierit me in via per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad veſcendum, & veſtimentum ad induendum, reuerſuſq; fuero proſperè ad domum patris mei, erit mihi Dominus in Deum, cunctorúmque quę dederis mihi, decimas offeram tibi. Sic & Salomon, Prou. 30. Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, tribue tantùm victui meo neceſſaria: ne fortè ſatiatus illiciar ad negandum, & dicam, Quis eſt Dominus? aut egeſtate compulſus furer, & periurem nomen Dei mei. Auguſtin. lib. 2. de ſerm. Dom. in monte, cap. 12. Sed fortè quiſpiã moueatur, cur oremus pro

F G H I K

Ambroſ.

Cõciliãtur Latina Græcis.

Tertull.

3. Panis pro neceſſariis omnibus ad vitam.

Auguſt.

A pro his adipiſcendis, quæ huic vitæ ſunt neceſſaria, veluti eſt victus, & tegumentum: cũ ipſe Dominus dicat, Nolite ſolliciti eſſe quid edatis, vel quid induamini. An poteſt quiſq; de ea re, pro qua adipiſcẽda orat, non eſſe ſollicitus, cùm tanta intentione animi oratio dirigenda ſit, vt ad hoc totum illud referatur, quod de claudendis cubiculis dictum eſt: & illud quod ait, Quærite primùm regnum Dei? Non ait vtique, Quærite primùm regnum Dei, & deinde iſta quærite: ſed, Hæc omnia, inquit, apponentur vobis, ſcilicet etiam non quærentibus. Indeciſa quæſtio relinquitur ab Auguſtino: huic verò ſatisfacit Cyprianus ſerm. de Orat. Dominica: tum quòd non cupidè poſtulatur abundantia, ſed tantùm panis: neque de craſtino ſollicitus ſit qui ſic orat, cùm hodie tantùm poſtulet: ſed & media obſeruet, cùm non à deprauatis actionibus, fraudibus & dolis ſibi victum ſuppeditet, ſed à benedictione Dei. Cyprianus: Meritò, inquit, Cyprianus.
B Chriſti diſcipulus ſibi victũ in diem poſtulat, qui & de craſtino die cogitare prohibetur: quia & contrarium nobis eſt & repugnans, vt quæramus in ſæculo diu viuere, qui petimus regnum Dei velociter aduenire. Sic & Apoſtolus monet, formans & corroborans ſpei noſtræ ac fidei firmitatem. Nihil, inquit, intulimus in hunc mundum, verũ neque auferre quid poſſumus. Habentes itaque exhibitionem & tegumentũ, his cõtenti ſimus. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationes diaboli, & deſideria multa, & nocentia, quæ mergunt hominem in perditionem & interitum. Radix enim omnium malorum eſt cupiditas, quam quidam appetentes, naufragauerunt à fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis. Ita docet non tantùm contemnendas, ſed & periculoſas eſſe diuitias: illic eſſe radicem omnium malorum blandientium, cæcitatem mẽtis humanæ occulta deceptione fallentium. Vnde & diuitem ſtultũ ſæculares copias
C cogitantem, & ſe exuberantium fructuum largitate iactantem, redarguit Dominus dicens: Stulte, hac nocte expoſtulatur anima tua: quæ ergo paraſti, cuius erunt? (Luc. 12.) Lætabatur ſtultus in fructibus, nocte moriturus, & cui iam vita deerat, victus abũdantiam cogitabat. Contrà autem Dominus perfectum & cõſummatum docet fieri, qui omnibus ſuis venditis, & in vſum pauperum diſtributis, theſaurum ſibi condit in cœlo. Pauca ergo petimus, & parua: non craſtino, ſed hodie: non delicias, ſed panem. Gregor. Nyſſ. lib. de Orat. Idcircò, inquit, quęrere iubemur id, quod ſatis ſit ad naturam corporis conſeruandam: *Panem da* ad Deum dicentes: non luxum, non delicias, Greg. Nyſſ. *Frugalitatis commendatio.*
neque diuitias, non floridas veſtes purpureas, non ornamenta aurea, non lapidum fulgores, non vaſa argentea, non agri copiam ac latitudinem, non imperium exercituũ,
non bellorum & Gentium præfecturas, non equorum greges, non boum armenta,
D reliquorúmque pecorum magnam multitudinem, non mancipiorum copiam, non claritudinẽ, atque fulgorem in foro: non columnas, non ſtatuas, non pannos ſericos, non muſica acroamata, neque quicquam tale, per quæ anima à diuina, ac potiori cura abſtrahitur, ſed *panem*. Ita apertè per hanc orationem clamat intelligentibus: Deſinite ô homines, circa res vanas cupiditatibus diffundi, deſinite laborũ aduerſus voſmetipſos cauſas & materias accumulare. Exiguum eſt quod naturæ debes: cibum debes carunculæ tuæ, rem & modicam, & paratu facilem. Si vſum & neceſſitatem intueris, cur aduerſus temetipſum multiplicas tributa? Tandem ita panem poſtulari à Deo monet, ſi iuſtis rationibus, & cum gratiarũ actione quis ſibi victum ſuppeditet. Sed & eo quod dicitur *Hodie*, aliam Philoſophiæ regulam deducit: Nimirùm, inquit, vt diſcas per ea quę dicis, quod quotidiana ſit vita humana. Id quod præſens eſt, cuique propriũ
E duntaxat eſt: futuri verò ſpes in incerto manet. Neſcimus enim quid paritura ſit inſequens dies. Cur miſerè ſolliciti ſumus de incertis? Cur curis futurarum rerum affligimur, atque vexamur? Sufficit, inquit, diei afflictio ſua: κακίαν (quod ſonat malitiam) malorum paſſionem nominans. Panis hodiernæ neceſſitatis, & vſus eſt: regnum, beatitudinis quæ ſperatur. Si hæc petamus, perſpicuum eſt, quòd circa rem quotidianam occupatio ſit: ſin autem aliquod animæ bonum intelligetur, quòd petitio pertineat ad rem perpetuam & infinitam: quò potiſſimùm ſpectare precantes iubet, quaſi vnà cum maiori prima quoque neceſſitas & vſus conficiatur. Thomas Aquin. quartam Panis 4. Thomas. *Panis beatitudo.*
acceptionem explicat in Matth. vt ſumatur pro æterna beatitudine, ſeu clara Dei viſione. Luc. 17. Beatus qui manducat panem in regno cœlorum. Pſ. 68. Panem Angelorum manducauit homo. Verùm quomodo hodie illa poſtularetur, & quotidiana cenſeretur? Immò quomodo non ſuperiori petitioni includitur, qua petimus nobis

Quinta petitio. aduenire regnum Dei? Quinta petitio est, *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Euthym. in Matt. Sciens enim quàm lubrica esset natura nostra ad peccatum, agnoscens quoque & post regenerationis lauacrum rursum nos offensuros esse, iubet pro peccatis deprecari, quæ etiam debita nominauit. Debitum scilicet & peccatum, quasi eadem res, obnoxium reddunt hominem, sicut & æs alienum. Tertullian. lib. de Orat. Exomologesis est petitio veniæ, quia qui petit veniam, delictum confitetur. Sic & patientia demonstratur acceptabilis Deo, magis quàm vt velit mortem peccatoris. Debitum autem in scripturis, delicti figura est: quod perinde iudicio debeatur, & ab eo exigatur, nec euadat iustitiam exactionis, sicut illi seruo dominus debitum remisit. Cyrillus Hierosolym. Catech. Mystag. 5. Multa enim habemus peccata, & offendimus tum sermone, tum cogitatione, plurimáque damnationis opera facimus. Et si dicamus, quia peccatum non habemus, mentimur, vt dicit Ioannes. Cyprianus serm. de Orat. Dominica: Ergo post subsidium cibi, petitur & venia delicti, vt qui à Deo pascitur, in Deo viuat: nec tãtùm præsenti & temporali vitæ consulatur, sed & æternę: ad quam veniri potest, si peccata donantur, quæ debita Dominus appellat: sicut in Euangelio suo dicit, (Matth. 18.) Remisi tibi debitum, quia me rogasti. Cæterùm quod dicitur, *Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*, non de pecunia intelligitur, inquit Augustinus lib. 2. de serm. Domini in monte, cap. 13. sed de omnibus quæ in nos quisque peccat. Quapropter fatendum est, omnia peccata dimittenda esse, quæ in nos committuntur, si volumus nobis à patre dimitti, quæ admittimus. Hoc confirmat Cyprianus hac Christi sententia, Matth. 11. Cùm steteritis, inquit, ad orationem, remittite si quid habetis aduersus aliquem, vt & pater vester qui in cœlis est, remittat peccata vobis: si autem non remiseritis, neque pater vester qui in cœlis est, remittet peccata vestra vobis. Excusatio tua nulla in die iudicij supereſt, cùm secundum tuam sententiã iudiceris, & quod feceris aliis, hoc & ipse patiaris. Augustinus in Enchirid. ad Laurentium cap. 64. Quisquis roganti, & peccati sui pœnitẽti non ex corde dimittit, nullo modo existimet à Domino sua peccata dimitti, quoniam mentiri veritas nõ potest. *Si non dimiseritis hominibus, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra.* quæ verba Christus huic orationi statim subiicit, quasi rationẽ redditurus, cur cum hac adiectione peccatorum remissio requirenda sit. Ad tam magnum tonitruum qui non expergiscitur, inquit Augustinus, non dormit, sed mortuus est. Qua fronte igitur hanc ad Deum orationem fundis, qui spiras vindictam in proximum? An tibi ipsi vindictam hæc dicendo accersis? Require scilicet à teipso, quo animo proximum prosequaris, eum dico qui te offenderit. Cogita an remittas ei, an verò aliquid adhuc simultatis & inuidiæ in corde lateat. Hoc si repereris, nec abiures omne odium, vindictam, simultatem, idipsum autem sic deprecaberis, *Dimitte nobis sicut dimittimus*, num idem idipsum erit, ac si dicas, Vindex esto peccatorum meorum, quia & ego vindictam sumere decreui? Ne parcas, quia ei qui me offenderit, parcere minimè statui? Tu igitur, tuipsius iudex esto. Thomas Aquin. in Matth. Per hoc, inquit, duos errores excludit: errorem scil. Pelagij, qui dicebat quòd sine peccato poterat homo viuere: Cur scilicet quotidie nos orare Christus admonuit, vt dimittantur peccata nostra, nisi quòd & nos peccatores agnoscere debemus. Alius error est, quòd si quis peccauerit, pœnitentiam agere non potest. Atqui Christus hoc petere non doceret, nisi spes esset remissionis. Debitores autẽ dicuntur duobus modis, vel qui peccãt contra, vel qui pecuniæ nobis debitores sunt, aut huiusmodi aliorum. Non ergo docet vt dimittam debita pecuniæ, sed peccati: vel etiã si offensa aliqua est in dilatione solutionis pecunię, offensa dimitti poterit, etsi non dimittatur pecunia. Mouet Thomas Aqu. & Albertus aliam quæstionem: An debeat ille Orationem Dominicam dicere, qui nondum dimisit fratri delinquenti in se, & an prosit dicenti. Sed respondent, prodesse ad impetrandam gratiã, si tamen non pertinaci corde in hostem dicatur: sed sic oret, ac si dicat, Sicut tu dimittis debita nostra, ita confer mihi hanc gratiam, vt & ego dimittam peccãti in me. Aut non nocet, sinon in propria, sed totius Ecclesiæ persona dicatur. Cæterùm quicunque hoc postulat, primò considerare debet in quot & quantis Deo debitor sit, vt ab illo omnia acceperit: vt ingratus fuerit, & abusus sit corpore, mente, lingua, sensibus, bonis, creaturis, tempore: siquidem in his omnibus Deo debitor est, si per singula & omnia Deo non fuerit obsecutus. Hoc vt commodè faciat, iuxta Tertull. sententiam, exomo-

Cyril. Hie. *Omnes sumus peccatores.* Cyprianus. Tertullia. Euthym. Augusti. Cyprianus. Augusti. *Quo animo hoc postulemus.* Tho. Aq. *Quot modis dicuntur debitores.*

A exomologesin, id est confessionem integram peccatorum facere debet, dicens adinstar Ezechiæ regis: Domine, sic & sic viuitur, & in talibus est vita mea. Hac facta recapitulatione, vbi temetipsum iudicaueris, tum tandem ad misericordem patrem conuersus dices, *Dimitte nobis debita nostra.* Albertus Magnus in Matth. Quadruplex autem est de bitum: de nobis scilicet, de commissis donis, de perpetratis, & de omissis. De nobis, quia serui sumus, & quicquid sumus, Domino debemus. Ad Philemon. Et teipsum mihi debes, inquit Paulus. Luc. 17. Cùm omnia feceritis, dicite, Serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus. Commissa autem dona, aut gratuita sunt, aut naturalia, aut fortuita. Gregor. Cùm crescunt dona, crescunt etiam rationes donorum. De his debitoribus habemus Matth. 18. & 25. Luc. 19. Tradidit illis bona sua, & dixit: Negotiamini donec venio. Contrahuntur debita per facta opposita præceptis diuinis. Alb. Mag. Gregor.

B Luc. 7. Duo debitores erant cuidam fœneratori. Sed & per omissionem multa sunt peccata, si quis fratri non succurrerit, si diligentiam in diuinis omiserit. Horum omnium recapitulatio fieri debet, vt sic melius debitorum remissionem petamus, quoniã ratio à nobis requiritur, nec nisi illa reddita debita donantur. Ne simus sicut & hi, de quibus Esa. 3. Peccatum suum sicut Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt. Hier. 3. Frons meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Sed audiamus quid nos Hieremias suo exemplo doceat. (cap. 31.) Confusus sum, & erubui, quoniã sustinui opprobrium adolescentiæ meæ. Dan. 9. Tibi Domine iustitia, nobis autem confusio faciei, sicut est hodie. Dan. 3. Non possumus aperire os. Esa. 43. Narra si quid habes, vt iustificeris. Prou. 18. Iustus priùs accusator est sui. Ps. 50. Iniquitatem meam ego cognosco. Iob. 33. Peccaui, & verè deliqui, & vt eram dignus, non accepi. Ita demum abhorrens

C vitam priorem, spe & remissionis fiducia in Deum piissimum patrem coniecta, tu primùm meditare, si quis te offenderit: dimitte omnibus debitoribus tuis: & dic, Quàm pauca mihi debentur, & quàm multorum ego Deo debitor sum? Ergóne pauca non relaxabo fratri, qui tanta mihi donari postulo? Eccl. 28. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Tunc igitur confidenter dicemus, *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Sequitur sexta petitio, inquit Augustinus lib. 2. de serm. Dom. in monte, c. 14. *Et ne nos inferas in tentationem.* Nõ- nulli codices habent *inducas*, quod tantumdem valere arbitror. Nam ex vno Græco, quod dictum est εἰσενέγκῃς, vtrumque translatum est. Multi autem peccando ita dicunt, Ne nos patiaris induci in tentationem, exponentes videlicet, quomodo dictũ sit, *inducas*. Non enim per seipsum inducit Deus, sed induci patitur eum, quem suo au- Augustin. *Sexta petitio.*

D xilio deseruerit ordine occultissimo ac meritis: causis etiam sæpè manifestis, dignum iudicat ille, quem deserat, & intentationem induci sinat. Aliud est autem induci in tentationem, aliud tentari. Nam sine tentatione probatus esse nullus potest, siue sibi ipsi, sicut scriptum est, (Eccles. 34.) Qui non est tentatus, qualia scit? siue alij, sicut Apostolus ait, (Gal. 4.) Et tentationem vestram in carne mea non spreuistis. Hinc enim eos firmos cognouit, quia eius tribulationibus, quæ Apostolo in carne acciderãt, non sunt à charitate deflexi. Nam Deo noti sumus, & ante omnes tentationes, qui scit omnia antequàm fiant. Quod itaque scriptum est, (Deut. 13.) Tentat vos Dominus Deus vester, vt sciat si diligatis eum: illa locutione positum est, vt sciat, pro eo quod est, vt scire vos faciat: sicut diem lætum dicimus, quòd lætos faciat: & frigus pigrum, quòd pigros faciat: & innumerabilia huiusmodi, quæ siuein consuetudine loquẽdi, siue in sermone doctorum, siue in scripturis sanctis reperiuntur: quod non intelligentes hæreti- *An Deus inducat in tentationẽ.*

E ci, veteri Testamento aduersantur, velut ignorantiæ vitio notandum putantes, de eo quod dictum est, Tentat vos Dominus Deus vester, quasi in Euangelio de Domino scriptum non sit, (Ioan. 6.) Hoc autem dicebat tentans eum: ipse enim sciebat quid esset facturus. Si enim nouerat cor eius quem tentabat, quid est quod voluit videri tentando? Sed profectò illud factum est, vt ipse sibi notus fieret, qui tentabatur, suámque desperationem contemneret, saturatis turbis de pane Domini, qui eas non habere quod ederent, existimauerat. Non ergo hîc oratur vt non tentemur, sed vt non inferamur in tentationem: Tanquam si quispiam, cui necesse sit igne examinari, non oret vt igne non contingatur, sed vt non exuratur. Vasa enim figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. (Eccles. 17.) Ioseph ergo tentatus est illecebra stupri, (Genes. 39.) sed non est illatus in tentationem. Susanna tentata est, (Daniel. 13.) nec ipsa in-

ducta, vel illata in tentationem. Sed Iob maximè, cuius admirabilem ſtabilitatem in F
Domino Deo ſuo cùm illi hæretici hoſtes veteris Teſtamenti, ore ſacrilego irridere
voluerint, illud præ cæteris ventilant, quòd Sathanas petierit eum tentandum. Et
Idem Auguſtin. quibuſdam interiectis: Fiunt igitur tentationes per Sathanam, non poteſtate eius, ſed
permiſſu Domini, ad homines aut pro ſuis peccatis puniendos, aut pro Domini mi-
ſericordia probandos & exercendos. Et intereſt plurimùm, in qualem quiſque tenta-
Qua virtute Sathan tente. tionem incidat. Non enim in talem incidit Iudas, qui vendidit Dominum, in qualem
incidit Petrus, cùm territus Dominum negauit. Sunt enim tentationes humanæ, cre-
do, cùm bono quiſque animo, ſecundum humanam tamen fragilitatem in aliquo cõ-
ſilio labitur, aut irritatur in fratrem ſtudio corrigendi, paulo tamen amplius quàm
Chriſtiana charitas poſtulat: de quibus Apoſtolus dicit, (1. Cor. 10.) Tentatio vos non
apprehendat, niſi humana: cùm idem dicat, Fidelis Deus, qui vos non ſinat tentari G
ſuprà quàm poteſtis ferre, ſed faciet cum tentatione etiam prouentum, vt poſſitis tole-
rare. In qua ſententia ſatis oſtendit, non id nobis orandum eſſe, vt non tentemur: ſed
ne in tentationem inducamur. Inducemur autem, ſi tales acciderint, quales ferre non
Tertull. poſſumus. Tertullianus lib. de Orat. nimirùm ad plenitudinem tam expeditæ oratio-
nis, hoc adiicit, *Ne nos inducas in tentationem*, vt non de remittendis tantùm, ſed etiam
de auertendis in totum delictis ſupplicaremus. Ne nos inducas in tentationem: id eſt,
ne nos patiaris induci ab eo qui tentat. Cæterùm abſit vt Dominus tentare videatur,
quaſi aut ignoret, aut fidem cuiuſque deiicere conſentiat. Diaboli eſt & infirmitas, &
malitia. Nam & Abraham non tentandæ fidei gratia ſacrificare filium iuſſerat, ſed
probandæ: vt per eum faceret exemplum præcepto ſuo, quo mox præcepturus erat,
neque pignora Deo chariora haberet, ipſe à diabolo tentatus, præſidem & artificem
Gregorius. tentationis demonſtrauit. Gregorius Papa lib. 3. Moral. in Iob, cap. 3. hanc Domini H
protectionem, vt non ſinat nos induci in tentationem, illis verbis confirmat, quæ ad
Sathan tẽtaturum Iob habuit. Quid eſt, inquit, hoc quod ad Sathan dicitur: Animam
illius ſerua? Quo enim pacto ille cuſtodit, qui cuſtodita ſemper irrumpere appetit? Sed
ſeruare Sathan dicitur, irrumpere non audens: ſicut è contrario Patrem in oratione
poſtulamus, dicentes: Ne nos inducas in tentationem. Neque enim in tentationem
Dominus inducit, qui ſemper à tentatione ſubditos miſericorditer protegit: ſed tamẽ
in tentationem quaſi eius inducere eſt, à tentationis nos illecebra non munire. Et tũc
nos in tentationis laqueum non inducit, cùm vltrà nos quàm tentari poſſumus, non
Cyprian. permittit. Cyprianus ſerm. in Dominic. Orat. Hac igitur in parte oſtenditur nihil cõ-
Permiſſio diuina. tra nos aduerſarium poſſe, niſi Deus antè permiſerit, vt omnis timor noſter atque de-
uotio & obſeruatio ad Deum conuertatur, cùm in tentationibus noſtris nihil Malo I
liceat, niſi poteſtas inde tribuatur. Probat ſcriptura diuina, quæ dicit, (2. Reg. 24) Ve-
nit Nabuchodonozor rex Babyloniæ in Hieruſalem, & expugnabat eam, & dedit eã
Dominus in manu eius. Datur autem poteſtas aduerſus nos Malo ſecundum noſtra
peccata, ſicut ſcriptum eſt, (Eſa. 41.) Quis dedit in direptionem Iacob & Iſrael eis,
qui prædabantur illum? Nónne Deus cui peccauerunt, & nolebant in viis eius am-
bulare, neque audire legem eius, & ſuperinduxit ſuper eos iram animaduerſionis ſuæ?
Et iterum, Salomone peccante, & à præceptis & viis Domini recedente, ſic poſitum
eſt: (3. Reg. 11.) Excitauit Dominus Sathan ipſi Salomoni. Poteſtas verò aduerſus nos
dupliciter datur, vel ad pœnam, cùm delinquimus: vel ad gloriam, cùm probamur,
ſicut de Iob factum videmus, manifeſtante Deo, & dicente: (Iob. 1.) Ecce omnia quæ-
cunque habet, in manus tuas do, ſed ipſum caue ne tangas. Et Dominus in Euange- K
lio (Ioan. 19.) loquitur tempore paſſionis, Non haberes poteſtatem aduerſum me vllã,
Cyr. Hier. niſi tibi datum eſſet deſuper. Cyrillus Hieroſolym. Catech. myſtag. 5. in eam venit
Non oramus vt nõ omninò tẽtemur, ſed ne ſuccumbamus. ſententiam. Numquid hîc docet nos Dominus orare, vt ne omninò tentemur? Quo-
modo ergo alibi dictum eſt: Vir non tentatus, non eſt probatus. Et iterũ: Omne gau-
dium exiſtimate, fratres, cùm in varias tentationes incideritis. Sed iſtud fortè eſt in-
gredi in tentationem, cùm aliquis tentatione obruitur. Videtur enim eſſe tentatio,
velut torrens aliquis tranſitu difficilis. Qui ergo in huiuſcemodi torrente non ſub-
merguntur, optimi natatores facti, traiiciunt, neque deinceps ab illo detrahuntur.
Qui verò ſecus affecti ſunt, cùm primùm in tentationem aliquam fuerint ingreſſi,
ſtatim ſubmerguntur. Verbi gratia: Iudas in auaritiæ tentationem ingreſſus, non eam

ſupera-

A superauit: verùm submersus est, & corpus & animam. Petrus ingressus in eam, qua Christum negauit, tentationem, non est submersus, sed strenuè tranans, à tentatione superatus est. Audi rursus alibi vniuersum sanctorum chorum, quòd à tētatione liberati sunt, gratias agētē: Probasti nos Deus, igne nos examinasti: sic examinatur argentum. Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationem supra dorsum nostrum. Adduxisti homines super caput nostrum. Transiuimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Vides ipsos liberè de transitu tentationis loquentes, atque profitentes sese in illa non hæsisse. Eduxisti nos, inquiunt, in refrigerium. Educi in refrigerium, est liberari à tentatione. Petrus Chrysologus serm. 72. Quamdiu verò sumus in hoc fragili corpore, necessariò precamur ne tentationi pateat aditus, nec diabolo tribuatur accessus. Cyprianus sermone de Orat. Quando autem rogamus, P. Chrysol. *Infirmitas humana.* Cyprianus.

B ne in tentationem incidamus, admonemur infirmitatis & imbecillitatis nostræ, dum sic rogamus, ne quis se insolenter extollat, nè quis sibi superbè atque arroganter aliquid assumat, ne quis aut confessionis, aut passionis gloriam suam ducat, cùm Dominus ipse humilitatem docens, dixerit, Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem prōptus est, caro autem infirma: vt dum præcedit humilis & submissa confessio, & datur totum Deo, quicquid suppliciter cum timore & honore à Deo petitur, ipsius pietate præstetur. Chrysostomus homil. 20. in Matthæū. Chrysost. Et quidem docet nos non quidem recusare certamina, sed ne in ea audaciùs insiliamus: hoc enim modo & nostra incipiet clarior esse victoria, & diaboli infœlicior pugna ridebitur. Nam protractos, siquidem in medium viriliter stare oportet, ac fortiter: non prouocatos verò quiescere, & tempus certaminis expectare, vt nos & vacuos o-

C stendamus amore gloriæ, & plenos virtute constantiæ. Theophilact. in Matthæum. Theophil. Imbecilles sumus homines, ideò non debemus nos ipsos in tentationes iniicere: sed si incideremus, orandum ne absorbeamur à tentatione. Absorptus enim & victus ille in profundū tentationis inductus est: at non item qui incidit, & vincit. Hoc igitur dū precamur, agnoscimus præsentem hanc vitam, perinde atque militiam esse super terram, (Iob. 7.) dum variis tentationibus semper impugnamur, grauiterque cum mūdo, carne & Sathana conflictamur. Idcircò diuinā opē imploramus, ne huiusmodi tentationibus succūbamus. Tob. 3. Ait Sara: Hoc enim pro certo habet omnis qui colit te, quòd vita eius si in probatione fuerit, coronabitur: si autem in tribulatione fuerit, liberabitur: et si in corruptione fuerit, ad vitam tuā venire licebit. Non enim delectaris in perditionibus nostris, quia post tempestatem tranquillum facis: & post lachrymatio-

D nem & fletum) exultationē infundis. Itē cap. 12. ait Raphaël ad Tobiā: Quia acceptus eras Deo, necesse fuit, vt & tentatio probaret te. 2. Pet. 2. Nouit autē Dominus pios de tentatione eripere. Albertus Mag. in Matth. Secundum hunc intellectum, inquit, Alb. Magn. 1. potestas tentatoris admonet nos de quatuor. Primùm quidem de patiētia in tentatione, propter eum qui dat potestatem. Apoc. 2. Patientiam habes, & sustinuisti multa propter nomen meum, & non defecisti. Iac. 1. Patientia opus perfectum habet, vt sitis perfecti & integri, in nullo deficientes. Heb. 10. Patientia vobis est necessaria, vt voluntatē Dei facientes, reportetis repromissiones. Iac. 5. Patientes igitur estote & vos, quoniam aduentus Domini appropinquabit. 2. Admonemur quàm humiliter de no- 2.

bis sapere debeamus, cùm tot tentationes experiamur, quibus ex nobis ipsis resistere minimè possimus. Mich. 6. Humiliatio tua in medio tui. 2. Cor. 12. Ne magnitudo re-

E uelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, Angelus Sathanæ qui me colaphizet. Sic dicitur Es. 2. Quòd oculi sublimis hominis humiliati sunt, & incuruabitur altitudo virorum, & exaltabitur Dominus solus in die illa. Quicunque enim de se aliquid præsumit, inclinatur per tētationes. 1. Cor. 10. Qui se existimat stare, videat ne cadat. 3. Hinc requiritur in nobis constantia, qua fortiter tētatori resistamus. Gal. 2. 3. Nec ad horam cessimus subiectioni. Eccl. 10. Si spiritus potestatē habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris. Luc. 22. Vos estis qui permansistis mecum in tribulationibus meis. Eccles. 2. Fili accedens ad seruitutem Dei, præpara animam tuam ad tētationē: quia (Matth. 10.) Qui perseuerauerit vsque in finē, saluus erit. 4. Sed & ad- 4.

monemur interim, ne nobis propter occurrētes tētationes, aliquid in posterū decedere existimemus: siquidē Deus non nisi ad prouentum fidelium suorum, tentationibus illos ventilari permittit. Sap. 3. Deus tentauit illos, & inuenit eos dignos se.

Rom.5. Vnde gloriamur in tribulationibus,scientes quòd tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem,probatio verò spem,spes verò non cõfundit. Iac. 1. Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cùm probatus fuerit, accipiet coronã vitæ,quam repromisit Deus diligentibus se. Et in tentatione quidem tria vtiliter notantur,quibus & Deum resistere petimus. Primum est,secreta Sathanæ malitia, si prætextu boni nos adoritur: huic autem resistitur,cùm Deus nobis illius consilia in apertum deducit.2.Cor.2. Non enim ignoramus cogitationes eius, quàm sint nimirùm fraudulentæ & subdolæ.Prou.30.Salomõ inter ea quæ sibi sunt incognita,recensetviã colubri super petram:cui nimirùm assimilatur tentatio Sathanæ in corde induratorũ hominum,quibus & fucum alicuius boni prætexit. Iob.41.Quis reuelabit faciem indumenti eius, & in mediũ oris eius quis intrabit? Portas vultus eius quis aperiet?quasi dicat: Nullus vtique reuelare poterit faciem illam Leuiathan Sathanæ,qua quemque adoritur, tot fucis adumbratam:nisi qui,sicut ego,periculum illius malitiæ fecerit, & diuina gratia restiterit. Hi enim qui intrant per tentationes in medium fraudis eius, illi sunt,qui aliis detegendo aperiunt portas vultus eius. Requirimus igitur, vt Deus nobis reuelet hanc Sathanę versutam malitiã,ne fortè esca aliqua adumbrata extractos,nos in rete suũ pertrahat.Frequenter enim Angelus tenebrarum trãsformat se in Angelum lucis.Secundò considerantes quàm infirmæ sint vires nostræ,vt occurrenti malo resistamus:petimus virtutem constantiæ, bonum propositum, & in eo perseuerantiam. Eccles.6. Si possides amicum,in tentatione possideillũ, & ne facilè credas ei teipsum. Quantò magis contendere debemus,vt Deum possideamus,qui pugnet pro nobis? Et quoniam finis tentatoris est, vt nos in æternam damnationẽ pertrahat, finis noster sit, vt à damnatione liberati, aliquando beata quiete perfrui possimus.Eccles. 33. Timenti Deum non occurrit malum, sed in tentatione Deus eum liberabit, & conseruabit à malis. Eccles.43. In tentatione inuentus est fidelis, ideò iureiurando dedit illi gloriam in Gente sua. Psal.43. Liberasti nos Domine ex affligentibus nos, & eos qui nos oderunt, confudisti. Apocalyp. 2. Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Qui vicerit, non lædetur à morte secunda. Vincenti dabo manna absconditum. Qui vicerit, & custodierit vsque in finem opera mea, dabo illi potestatem super Gentes. Cyprianus sermon.in Orat. Dominicam. Comprehendentes autem aduersa cuncta, quæ contra nos in hoc mundo molitur inimicus, à quibus esse potest fida, & firma tutela, si nos Deus liberet, si deprecantibus opem suam præstet, adiicimus, *Sed libera nos à malo*. Nihil enim remanet, quod vltra adhuc debeat postulari, cùm semel protectionem Dei aduersus mala petamus, qua impetrata contra omnia, quæ diabolus & mundus operantur, securi sumus & tuti. Quis enim in sæculo metus est, cui in sæculo Deus tutor est? πονηρὸς autem diabolus intelligitur, qui totius mali & auctor est, & origo, (inquit Petrus Chrysologus serm.70.) Ille enim qui naturâ cœlestis fuit,nunc est nequitia spiritualis, ætate maior sæculo, nocendi vsu tritus,lædendi arte peritissimus. Vnde non iam malus, sed malum dicitur,à quo est omne quod malum est. Gregorius Nyssenus libr. de Orat. Videtur, inquit, Dominus multis ac diuersis vocabulis *malum* illum nominare, iuxta differentias prauarum efficientiarum & improborum exercitiorum. Vocat eum diabolum, Beelzebub, Mammonam, principem mundi, homicidam improbum, patrem mendacij. Talis igitur naturâ non est, sed propria malitia. Chrysostomus hom 20.Oper.perf.in Matth.Malum hîc diabolum vocat,docés nos cum eo habere prælium, nullo vnquam fœdere dirimendum, & ostendens quia non sit ille talis naturâ. Cùm enim omnis malitia de motu voluntatis oriatur, ostenditur bonę absque dubio esse naturæ, eum qui malus vocatur:quod certè dicitur meritò,propter redundantiam malignitatis. Et quia cũ nihil sit lęsus à nobis,incõciliabili aduersum nos certamine prælіatur: & idcircò non dixit, *Libera nos* à malis, sed *à malo*: nos erudit nusquã amariùs aduersus proximos cõmoueri,propter ea quæ ab illis patimur mala,sed ab istis in illũ transferre inimicitias,quasi in cunctorũ caput, & causam malorum. Theophil.in Matth. Non dixit, Libera nos à malis hominibus: non enim tam illi nos iniuria afficiunt, quàm malignus dæmon per eos. Sic nimirùm & ille est spiritus mendax in ore Prophetarum,(3. Reg. 22.) & homicida est, quia ad fratricidium Cayn impulit, (Genes. 4.) & princeps mundi dicitur, quia omnia per eos qui huic

1. 2. 3. Cyprian. *Septima petitio.* Pet. Chr. *Quis malus.* Gregor. Nyssenus. I. *Malum pro diabolo sumi.* Chrysost. Theophil.

A huic mundo addicti sunt, operatur. Augustinus tamen lib.2. de serm.Dom.in mõte, cap.16. Malum pro peccato sumit, in quod inducuntur, quos etiam Deus in tentationẽ induci permittit. Orandum est, inquit, vt non solũ non inducamur in malũ, quo caremus, quod sexto loco ponitur: sed ab illo etiam liberemur, quo iam inducti sumus. Quod cùm factum fuerit, nihil remanebit formidolosum, nec omninò metuẽda erit vlla tentatio. Quod tamẽ in hac vita, quãdiu istã mortalitatẽ circũferimus, in quã serpentina persuasione inducti sumus, nõ sperãdũ est posse fieri: sed tamẽ aliquãdo futurũ sperandũ est: & hæc est spes quæ non videtur: de qua cũ loqueretur Apostolus, ait, Spes autem quæ videtur, nõ est spes. Sed tamẽ sapiẽtia, quæ in hac quoque vita cõcessa est, fidelibus seruis Dei non est desperanda. Hæc est autem, vt id, quod Domino reuelante, fugiendum esse intellexerimus, cautissima vigilantia fugiamus: & id quod B Domino reuelante appetendum esse intellexerimus, flagrantissima charitate appetamus. Ita etiam relicto mortalitatis huius onere, ipsa morte deposita, ex omni parte opportuno tempore perficietur beatitudo, quæ in hac vita inchoata est: & cui capessendæ, atque obtinendæ, aliquando, nũc omnis cõnatus impẽditur. Verùm, si latius malũ sumitur, quàm pro tentatore: quærit Albertus, an petamus nos liberari à malo pœnæ, an à malo culpæ. Non dubium, quòd à malo culpæ quis liberari contendat, cùm iam orauerimus, ne in tẽtationẽ induceremur. Quis autẽ existimet malum pœnæ omninò deprecandũ esse, cũ per varias tribulationes ingredi nos oporteat in regnũ Dei? Respõdet intelligi de malo, quod imminet secundum causam & actũ. Et hoc est, inquit, malũ pœnæ cuiuscunque, secundum quod est causa imminẽtis culpæ, quod quidẽ malũ est fomes peccati. Sũt autẽ alię pœnæ, quæ & occasionem præbẽt peccato, quas amoueri C postulamus à nobis. Interim tamẽ alia pœnarũ genera nobis aliis de causis irrogantur, etiã vt reuocẽt à peccato, castigẽt, reducãt, & ad gloriã præparent: quæ tanto abest vt illas à nobis auertamus, quòd immissas libenter amplectimur. Sic Paulus: Libenter, inquit, gloriabor in infirmitatibus meis, in tribulationibus pro Christo, vt inhabitet in me virtus Christi. Et quidem homo liberatur à malo tribus modis, pro ratione triplicis auxilij: sicut & contrariis modis succumbere illum cõtingit. Primùm quidem, si fortes nos & constantes reddat, & carnem spiritui subiiciat, vt & recta velimus. Ro. 6. Exhibete vos Deo, tanquam ex mortuis viuentes, & mẽbra vestra arma iustitiæ Deo. Peccatum enim vobis non dominabitur. quasi dicat: Licet insit causa peccati, tamen dominari non potest, quamdiu estis sub gratia. Gen.4. Subtus te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius: id est, non induceris in peccatum, nisi te volente: alioquin D peccatum necessarium esset, & non voluntarium. Petimus etiam vt Deus prosternat Sathanam, sua ipsius virtute, nihil illi sinendo in nos. Sicut enim ad perfectam curationẽ ægroti, requiruntur non modò purgatiuæ potiones, quæ humorẽ corruptũ educãt: sed & confortatiua quædã, quæ vires ægroti confirment: ita quidem requiritur, vt & Sathanæ conatus omnes deprimantur, & nos contra tentationes illius fortiores efficiamur. Requiruntur igitur tria. Primũ est, virtus cõfortans volũtatẽ. Ios. 1. Confortare, & esto robustus. Iob.4. Manus lassas roborasti & genua debilia, vacillãtes confirmauerũt sermones tui. Iudith 13. Confirma me Domine Deus Israel, & respice in hac hora ad opera manuũ meatũ. Ps.77. Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis. Secũdo loco requirimus bonum gratiæ perficiens sanitatẽ: iuxta scripturæ sententias sequentes. Hier.17. Sana me Domine, & sanabor. Hic est enim (Ps.102.) Qui propiE tiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. Tertio loco requirimus integram sanitatis restitutionem, (1.Thess.5.) vt integer spiritus vester, & anima & corpus seruetur in aduentu Domini nostri Iesu Christi. Iac.1. Sitis perfecti, & in nullo deficientes. Petrus Chrysolog.ser.70. Hinc est, inquit, quòd propriis viribus liberari homo non potest, carnalibus vinculis illigatus. Petendum ergo nobis est, vt Deus nos à diabolo liberet, qui Christum terris, vt diabolum vinceret, commodauit. Clamet homo, clamet ad Deum, clamet, Libera nos à malo, vt à tanto malo, solo Christo vincente liberemur. Chrysostomus homil. 20. Oper. perfect. in Matthæum hanc demum clausulam legit, *Quia tuum est regnum & potentia & gloria in sæcula, Amen:* quam quidem vetustiores Græci codices obseruant, & Euthymius & Theophilactus interpretantur. Attamen Greg.Nyss. etsi amplissimè Dominicam Orationẽ interpretetur, hanc non legit, sicut neque Cyrillus Hierosolymit. Catech.mystag.5. Ex quibus

Augustin. 2. Malum pro peccato.

An deprecemur malum pœnæ. Albertus.

Quid requiramus. 1. 2. 3.

P.Chrysol.

Chrysost. Euthym. Theophil. Gr.Nyssen. Cyr. Hier.

Hieron. Tertull. Cyprianus. colligimus non eodem modo Græca se habuisse. Hieronym. illam non obseruat, neque cæteri antiquiores Latini, quemadmodum neque Tertullianus aut Cyprianus. Legitur tamen in Hebraico Euangelio Matthæi: quæ quoniam facit ad illustrationẽ

Chrysost. illius maiestatis paternæ, quam precamur, à nobis etiam non omittetur. Chrysostom. ho. 20. Oper. perf. in Matt. Postquàm, inquit, inimici nos commemoratione permouit, rursum mentem nostram confirmat, ne fortè nos Sathanæ potentia commoueat, cùm omnibus potentior ille sit quem inuocamus. *Tuum est enim regnum*, inquit, *& potentia, & gloria*. Quid igitur timendum nobis est, cùm nullus sit qui ei repugnare, sibique vel minimum imperium vendicare possit? Quando enim dixit, *Tuum est regnum*: ostendit illum quoque impugnatorem nostrum, ipsi Deo subiectum esse, etsi repugnare videatur. Nam & ille de numero seruorum est, licet reorum iam, atque reproborum. Nec audebit aliquando super vnum irruere conseruum, nisi priùs ab omnium Domino habuerit potestatem. Verumtamen hæc Chrysostomi sententia ita expendenda est, vt non cum Origenistis diabolum conseruum vocet, quasi nobiscum eandem fœlicitatem sperare possit: & quasi viatoris instar, nondum ad terminum peruenerit: aut quasi Deo obsequi velit, quando nihil sine ipsius permissione potest. Sed ita seruus dicitur, vt qui, velit nolit, Dei imperiis subiiciatur. Nos verò serui Dei dicimur, vt qui

Theophil. ei placere in omnibus & obsequi contendamus. Theophilact. in Matt. Ita animat nos hoc loco. Nam si rex est, & potens pater, & glorioſus: omninò & nos vincemus malignum, & glorificabimur posthac. Sed & hæc conclusio, velut omnium causæ redditio est. Nã cùm omnia eo fine Deus creauerit, vt in omnibus, maximè verò in hominibus glorificaretur, sanctificaretur, & appareret: etsi hæc omnia nostris meritis petere non audeamus: petimus tamen, quoniam *Deo est gloria, regnum*, id est, propter gloriam Dei, & per nomen ipsius & regnum obsecramus. Sicut & cùm Psaltes sic orat: Adiuua nos Deus, & propter gloriam nominis tui libera nos, & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. Et rursus: Propter temetipsum inclina Deus. Non in meritis, sed in miserationibus tuis multis, effundimus preces nostras, inquit Daniel. Tuæ Domine potentiæ, tuæ gloriæ, & regno, non autem nobis innitimur: respice ergo in testamentum & promissiones tuas, vt & tu solus ab omnibus inuoceris omnipotens, glorioſus, & omnium moderator in sæcula sæculo-

Hierony. *Amen, quid.* rum. *Amen*. Hieronymus in Matthæum. Amen, signaculum Dominicæ orationis est: quod Aquila interpretatur, Fideliter, nos *Verè* possumus dicere. Cyprianus

Cyprianus. sermone in Orat. Dominicam. Quid mirum, fratres, si oratio talis est, quam Dominus docuit, qui magisterio suo omnem precem nostram salutari sermone breuiauit? Hoc iam per Esaiam Prophetam fuerat antè prædictum, cùm plenus Spiritu sancto de Dei maiestate, ac pietate loqueretur. Verbum consummans, inquit, & breuians in iustitia, quoniam sermonem breuiatum faciet Deus in toto orbe terræ. Nam cùm Dei sermo, Dominus noster Iesus Christus omnibus venerit, & colligens doctos pariter & indoctos, omni sexui & ætati præcepta salutis ediderit, præceptorum suorum fecit grande compendium, vt in disciplina cœlesti, discentium memoria non laboraret, sed quod esset simplici fidei necessarium, velociter disceret. Sic cùm doceret quid sit vita æterna, sacramentum vitæ magna & diuina breuitate complexus est, dicens: Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te Deum solum, & quem misisti Iesum Christum. Ioan. 17. Item cùm de lege & Prophetis præcepta prima & maiora decerperet: Audi, inquit, Israel, Dominus Deus tuus vnus est. Deuter. 6. Et diliges Dominum Deum tuum de toto corde tuo, & de tota anima tua, & de tota virtute tua: hoc est primum: & secundum est simile huic, Diliges proximum tuum tanquam te. In his duobus præceptis tota lex pendet & Prophetę. Matth. 7. Nec verbis tantùm, sed & factis orare nos Dominus docuit, ipse orans frequenter & deprecans, & quid facere oporteret, exempli sui contestatione demonstrans. Atque sicut præcepta & fidem, ita & in compendium orationis formulam redegit, qua quicquid sincerè postulari potest, comprehenditur. Tertullianus lib. de Orat. Compendiis, inquit, paucorum

Tertull. *Cõmendatio huius orationis.* verborum, quot attinguntur edicta Prophetarum, Euangeliorum, Apostolorum, sermones Domini, parabolæ, exempla, præcepta, quot simul expungũtur officia Dei, honor in patre, fides, testimonium in nomine, oblatio obsequij in volũtate, cõmemoratio spei in regno, petitio vitæ in pane, exomologesis debitorũ in deprecatione, solli-

citudo

A citudo tentationum, in postulatione tutelæ. Quid mirum? Deus solus docere potuit, vt se voluit orari. Ab ipso igitur ordinata religio orationis, & de spiritu ipsius, iam tũc cùm ex ore diuino ferretur, animata suo priuilegio ascendit in cœlum, cõmendans patri quæ filius docuit. Quoniam tamen Dominus prospector humanarum necessitatũ, seorsum post traditam disciplinam, Petite, inquit, & accipietis: sunt quæ petantur pro circunstantia cuiuscunque, præmissa legitima & ordinaria oratione, quasi fundamento accidentium. Ius enim est desideriorum, ius superstruendi extrinsecus petitiones, cum memoria tamen præceptorum: Ne quantum à præceptis, tantũ ab auribus Dei lõgè simus. Ex his Tertulliani verbis, præter compendiariam huius orationis rationẽ, discimus & ipsam omnibus petitionibus nostris singularibus debere præmitti: siquidẽ nimirùm aliquid petendum expressiùs fuerit, aut pro temporum, aut necessitatum ra-
B tione. Cæterùm & hanc omninò regulam constituit, ne orans patrem aliquid contra fratrem habeat. Ne, inquit, priùs ascẽdamus ad Dei altare, quàm si quid discordiæ, vel offensæ cũ fratribus contexerimus, resoluamus. Quid est enim ad pacẽ Dei accedere sine pace? ad remissionem debitorum, cum retentione? Quomodo placabit patrẽ iratus in fratrem, cùm omnis ira ab initio interdicta sit nobis? Nam & Ioseph dimittens fratres suos ad perducẽdum patrẽ, Et ne, inquit, irascamini in via, nos scilicet monuit. Aliàs enim via cognominatur disciplina nostra. Tum nè in via orationis constituti ad patrem cum ira incedamus. Exinde apertè Dominus amplians legem, iram in fratrẽ homicidiò superponit, ne verbo quidem malo permittens expungi. Ideò statim atque orationis formam præscripsit, adiunxit: *Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater ille cœlestis delicta vestra. Si autem non dimiseritis hominibus, nec pater vester cœ-*
C *lestis dimittet vobis peccata vestra.* Absoluta isthęc sententia est, nec vllam patitur exceptionem: vt & tu ipse idem à Deo iudicium expectes, quod proximo feceris. Iac. 2. Iudicium enim sine misericordia fiet ei, qui non fecerit misericordiam. Gregor. Nyss. lib. de Orat. Caueat, inquit, ne à iusto iudice audiat, Medice, cura teipsum. Me ad humanitatem hortaris, quam tu proximis non impartiris: remissionem debitorum petis: qui sit ergo vt suffoces obæratũ? Deleri chirographum aduersus te scriptum precaris, qui diligenter obseruas obnoxiorum pacta atque contractus. Tabulas nouas, & abolitionem atque remissionem petis, cui per vsuras æs alienum nutris & auges. Tuus debitor est in carcere, & tu in oratorio: ille ob debita cruciatur, & tu remitti tibi debitum vis. Exaudiri oratio tua non potest: superat enim sonus & strepitus vocis eius qui cruciatur. Si tu corporale debitum dimiseris, soluentur tibi animæ vincula. Si condo-
D naueris, condonabitur tibi. Ipse iudex eris, ipse tua affectione legem feres, qua tu obnoxium prosecutus fueris, super eum sententiam præ te ferens.

Nemo benè orat, nisi remissa fratri offensa.

Gregor. Nyssenus.

Prohibetur hypocritarum intentio in ieiunando: & quid ad ieiunium fructuosum requiratur, Christus ostendit.

Matth. 6.	Marc.	Luc.	Ioan.
Cùm autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ, tristes: exterminãt enim facies suas, vt pareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam. Tu autem cùm ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua: ne videaris hominibus ieiunans, sed patri tuo qui est in abscondito: & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi.			

E

VLTVM distãt rerum imagines à prototypis, multum homo pictus ab homine viuo, etsi quidem ars naturam imitetur. Et hoc in Apologo facetè Gabrias poëta, ex Æsopo demonstrat: Quòd vulpes statuarij officinam ingressus, inter cætera, humani capitis effigiem obseruauit: Et pulchrum, inquit, caput, sed cerebrum non habet. Nam, vt scribit Psaltes, simulacra illa os habent, & non loquentur: oculos habent, & non videbunt. Ad eorum instar vidẽtur esse hypocritæ, & quotquot ore tenus Deum profitentur, corde autem & factis negãt. Externã enim sanctitatẽ profitentur & iactant, intus autẽ pleni sunt dolo & rapina.

Introductio. Gabrias.

Hos Christus (Matth. 23.) sepulchris dealbatis comparat, quæ extrà quidem speciosa F videntur, sed intus ossibus & fœtore plena sunt. Etsi verò homines deludere, Deum tamen fallere non possunt, qui scrutatur renes & corda. Ex eo factum est, vt Christus, primum omnium moneret, in iustitiæ & pietatis operibus maximè cauendum esse ab hypocrisi, ne operam ludant qui his obsequiis Deum sibi promereri arbitrantur. Hoc vt in eleemosyna & oratione, ita & nunc in ieiunio cautius obseruandũ monet.

Leo Mart. Leo Martyr serm. 1. de ieiunio decimi mensis. Oratione enim propitiatio Dei quæritur, ieiunio concupiscentia carnis extinguitur, eleemosynis peccata redimuntur: simulque per omnia Dei in nobis imago renouatur, si & in laudem eius semper parati, & ad purificationem nostram sine cessatione solliciti, & ad sustentationem proximi indesinenter simus intenti. Hæc triplex obseruantia, dilectissimi, omnium virtutum cõprehendit effectus. Hæc ad imaginem & similitudinem Dei peruenit, & à Spiritu G sancto inseparabiles facit: quia in orationibus permanet fides, in ieiunio innocens vita, in eleemosynis mens benigna.

Chrysost. *Tria summa mala.* Chrysost. hom. 15. Oper. imper. in Matth. Et omniũ quidem malorum prima & fortiora sunt tria: Gula, auaritia, & vana gloria. Aduersus quæ Dominus tentationis suscipiens bellum, pugnauit pro nobis. Contra gulam pugnauit in Eremo, contra auaritiam super montem, contra vanam gloriam super tẽplum. Item omnium bonorum fortissima sunt tria: Eleemosyna, oratio, & ieiunium. Et vide quomodo aduersus tria mala inuenta sunt tria bona. Eleemosyna contra

Contra hæc tria remedia. auaritiam est, oratio contra vanam gloriam, ieiunium contra gulam. Et quibusdam interiectis. Quia ergo sciebat Dominus vanam gloriam ex omni bono procedere: ideò illam spinam, quæ assiduè nascitur in terra bona, iubet præcidere, ne suffo-

Idẽ Chrys. cet ieiunij fructum. Et quemadmodum præcipua medico cura est, vt nobiliores H corporis partes conseruet: ita Christus cauet, ne nobiliores humanarum virtutum actiones corruptione Pharisaica imbuantur. Diximus de eleemosyna & oratione:

Summa. nunc de ieiunio agendum est. Non enim suo tantùm exemplo, sed & doctrina præstituit ieiuniis legem, vt scribit Tertullianus lib. de ieiunio contra Psychicos. *Cùm ieiunatis*, inquit, *nolite fieri sicut hypocritæ tristes.* Hæc conditio facti, eadem est atque ista quam superiùs dixit, Cùm facis eleemosynam, &, Cùm oratis. Ita nimirùm illa in-

Tertullianus. telligenda sunt, vt pietati & Christiano obsequio necessaria. Quis enim verè Chri-

Ieiunium Christiano necessariũ. stianus est sine istis? id est, quibus potius quàm istis actionibus aliquis se Christianum esse demonstrat? Itaque etiam ieiunium requirit, sed in ipso cauendam esse hypocri-

Chrysost. sim admonet. Chrysostomus homil. 1. de ieiunio, illius laudes etiam à corporis vtilitate commendat. Quoniam per gulam, inquit, hydropisis, vomitus, grauedo capitis, I

Quotuplex sit ieiuniũ, & quanta sit eius vtilitas. apostemata, & varij morbi: sanantur autem illa per ieiunium. Quantum verò ipsum animæ conducat, quis exprimere possit? Et quidem ieiunium multiplex est. Aliud scilicet naturale, quod ad corporis valetudinem præscribitur, qualis à medicis dieta est, ex qua etiam Basil. serm. 1. de ieiunio colligit, quanta sit ieiunij vtilitas, cùm potior

1. medicinæ pars hinc pendeat. Aliud est ieiunium ciuile, cùm ita homines suis rebus

Basilius. intenti sunt, vt non meminerint cibi. Sic qui Paulum interfecturi erant Iudæi, vouerunt nõ priùs se comesturos, quàm cædem istam commisissent. Est & ieiunium Chri-

2. 3. stianum, quod religionis ratione obseruatur. Plura sunt ieiunantium genera, sed quæ his comprehendantur. Attamen, ne quis de omnibus hîc à nobis agi existimet, breuiter illa edisseramus. Vulgari versu comprehenduntur.

Abstinet æger, egens, cupidus, gula, simia, virtus. K

1. De ægris dictum est. Hoc quod in illis meritum fuerit, si solius hominis medici præscriptionem, non Dei: solius corporis valetudinem, non animæ spectent? Et quidem Barbari, Turcæ, & quicunque sunt infideles, solius corporis meliori spe, strictissima se diæta macerant: nec eapropter Deo acceptiores fiunt. Quid si præscriptionem hanc diætæ ad corporis sanitatem tolerabiliorem ducunt, quàm ieiunij Christiani ad animæ restitutionem? Quid si alacriter incũbunt difficilibus omnibus, ad præsentis vitæ conseruationem, quòd sibi nihil in posterum reliquum esse existiment? De egenis au-

2. tem ieiunantibus sola patientia iudicium faciet. Si enim hoc ita patienter tolerent, vt & benedicant Deum in omnibus, famem, sicut & sitim, & algorem, & cætera omnia illis in salutem cedere non dubitamus. Verùm si egens sumatur pro helluone aliquo & parasito, qui assuetus sit ollas & coquinas sectari, ventrem implere: cui nihil

grauius

A grauius ieiunio esse videatur: Contingat interim illum in has angustias redigi, vt neque mensam, neque coquinam inueniat: immò neque assem, quo sibi victum comparet: & tum coactus ieiunet: quod illi quæso meritum adscribendum erit, qui se infœlicem eo ipso existimat, & suam in cibo & potu fœlicitatem constituit? An verò ille Deo acceptus erit, qui coacto ieiunat, immò verò abstinens, Deo maledicit, quòd non in promptu mensam paratam habeat? Obsequium voluntarium requirit Deus. Ideò neque hic de ieiunio coacto agitur. Ieiunant & cupidi seu auari, vt ditentur. Parcunt enim mensæ, vestibus, & rebus omnibus quæ ad commodiorem vsum esse possunt. Sic tantum deest auaro, quantum habet. Talem depingit Persius, qui vt ditiorem familiam relinqueret, ipse ne quidem sibi caules lautiùs parari, nisi magna quadam & profusa liberalitate permitteret. Satyra 6. 3. *Auari ieiunium.*

B *--Solis natalibus ipsis* Persius.
Tingit olus siccum muria vafer in calice empta
Ipse sacrum irrorans patinæ piper.

Quem, vt lautiùs conuiuaretur, quasi prodigalitate effusiorem, seruo suo exclamantem inducit:

--Nunc, nunc impensius vnge,
Vnge puer caules, mihi festa luce coquatur
Vrtica, & fissa spumosum synciput aure.

Quid auaris tanta frugalitas prodest, & voluntariè susceptа ista ieiunia, cùm non eo animo fiant, vt Deum colant, & violentos carnis impetus deprimant: sed vt dum mẽsæ, & victui necessario parcunt, tantum cumulati reditus apud eos remaneat? Pessimum hoc ieiunium, quod diuinæ & humanæ charitati aduersatur. Ieiunat etiam gulosus, qui vbi se copiosiùs cibis repleuerit, quàm natura ferre possit, mensam fastidit. Ita nimirùm, vt cecinit noster Mantuanus, C 4. *Gulosorum ieiunium.* Mãtuanus.

Qui satur est, pleno laudat ieiunia ventre.

Hoc autem cùm non spõte occurrat, sed ex ingurgitatione & repletione oriatur: quomodo non etiam peccatum consequatur? Est tamen & aliud gulosorum ieiunium. Vbi enim sibi conuiuium parari cognouerint, paucis diebus, aut saltem vno die antequàm ad mensam accedant, sese inedia pascunt, ventrem demum laxant, vt copiosiorem illi ciborum sarcinam ingerant. Et hos quæso ieiunantes quis non irrideat, aut abominetur? His nimirùm Tertullianus comparat pœnitentes illos Psychicos, qui ieiunium aliud non admittunt quàm cõuiuaturorum: non alium saccum, quàm purpuram & sericum: non alium cinerem, quàm vnguenta & liquores, & lectisternia delicatiora. Hos nimirùm si sequamur, dicemus & mandabimus alicui, quoties pœnitentiam acturi fuerimus, (ait Tertull. lib. de pœnitentia) Defæcato senectutem vini, conquirito altilium enormem saginam, adijcito ad sumptum: cumq; quis interrogauerit, cur animæ largiaris: Deliqui in Deum dicito, & periclitor in æternum perire: itaque nunc pendeo, & maceror, & crucior, vt Deum in quem deliqui, reconciliem mihi. Irridet etiam Horatius profusionem ipsam ciborum, inquit Hieronym. lib. 2. in Iouinianum, quæ tandem fastidium, & quandam velut pœnitentiam pariat. Tertull. D *In delicatulos.* Hieronym. Horatius.

Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas.

Vnde in Atheos, qui omnem carni licentiam laxarent, cùm se crassum pinguemq; describeret, lusit his verbis: *In Atheos.*

E *Me pinguem & nitidum bene curata cute vises,*
Cùm ridere voles Epicuri de grege porcum.

At verò regnum Dei non est esca & potus: non includitur macello: non in copiosis cibis fœlicitas nostra est, sed in spirituali mensa, in verbo Dei, & gloriæ expectatione. Propter hanc nimirùm Patres antiqui egentes, angustiati, & afflicti erant, quibus dignus non erat mundus. Vnde & superiùs Christum audiuimus dicentem: Beati qui nunc esuritis, quia saturabimini. Sed & ieiunant simiæ, hypocritæ nimirùm, ieiunarunt Pharisæi: verùm nihil hoc illis ad salutem profuisse docet Christus. Ostẽdit quòd Deo gratum & acceptum ieiunium esse oporteat. Porrò quomodo non ieiunium cõmendaret, quod in omni lege à Domino indictum & commendatum est? Quomodo non ieiunium nouæ legi inscriberet, quo, vt scribit Philo Iudæus lib. de temulentia, afflantur homines, & Spiritusancto inebriantur? Sic Anna Samuelis mater, sic Daniel 5. 6. *Quod Deo gratum sit ieiunium.* Philo.

ieiunis contigit. Sed & iubetur Prophetæ, ne in Bethel cibum accipiat, verùm redeat F
ieiunus: qui quoniam legem hanc præuaricatus est, à Pseudo propheta deceptus, &
tandem à leone suffocatus est. 3. Reg. 13. Neque verò negauerim internum à peccatis
ieiunium requiri: eapropter scilicet corporaliter ieiunamus, vt carnem maceremus,
castigemus, refrænemus, & spiritui subijciamus. Nam qui Deum sibi propitium red-
dere contendunt, ieiunio contra peccata pugnandum censent, & ita ieiunant in cor-
pore, vt simul ieiunent in mente. Quòd si quis obijciat, Dominum reiecisse ieiunia
Iudæorum, cùm Esa. 58. iactantibus illis suas neomenias & abstinentias, Nónne magis
hoc ieiunium est quod elegi, dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos depri-
Tertull. mentes, dimitte eos qui cõfracti sunt liberos. Tertullianus lib. de ieiunio contra Psy-
chicos, huic obiectioni hactenus respondit, quoniam & illa hæretici Psychici se mu-
niebant. Nam Dominus hypocritarum ieiunium reiecit. Numquid enim ieiunium G
ieiunastis mihi? An verò quia ieiunium hypocritarum à Christo reijcitur, & prohibe-
tur: ideò ieiunandum omninò non esse intellexit? Cur ergo docuit qua se regula ie-
iunaturus dirigeret? Cur ipse ieiunasset? Cur Apostolos post ascensionem ieiunaturos
prædixisset? Cur oratione & ieiunio eijcienda esse dæmonia quædam docuisset? Cur
& Ioannem semper ieiunantem præmisisset? Odit ieiunium hypocritarum, requirit
Origenes. autem religiosum & verè pium ieiunium. Origenes hom. 2. in Iesum Naue. Sed &
quid prodest, si ieiunamus à peccatis, & iterum peccata cõmittimus? Quid prodest la-
uisse, & in cœno denuò volutari? Ieiunasti aliquanto tempore, tale est, quale si inte-
rim ex Ægypto discesseris. Transijsti mare rubrum, secutus es Mosen, præcepta legis
obseruans: sed iam te à Mose suscipit Christus, qui te circuncidit secundò. Itaque
vtrumque internum & externum ieiunium simul coniungi oportet: quod etiam in H
consequentibus Metaphorica locutione Christus ipse docet. Eapropter enim Græ-
ca ieiunij dictio benè posita est, vt quòd inedia purget animæ viscera, νῆστις enim ieiu-
nus, seu νῆστις, ieiunum intestinũ, q. νηστίλις. Quemadmodũ enim vermes, qui in puero-
rum intestinis germinant, pharmacis quibusdam vehementer acribus & amaris excu-
tiuntur: ita peccatum in intimis secessibus habitans, ieiunium extinguit, enecatq;, si-
Basilius. mul atque in animam superuenerit. Hæc Basilius serm. 2. de ieiunij laude. Proinde
Euseb. Emissen. Eusebius Emissen. hom. 1. de initio quadragesimæ: Si requiras & dicas (inquit) quid
commodi hoc ieiunandi exercitium adfert? O homo, quid diceres, si non priùs Domi-
nus tuus abstinendi dedisset exemplum? Primùm enim per gulæ & incontinentiæ vi-
tium mors intrauit in terram: ieiunium quid possit aduerte. Et extrinsecus virus au-
getur, corpus affligitur, & diabolus effugatur. Proinde Apostolus. Sic pugno (inquit) I
non quasi in incertum, nec quasi aërem verberans: sed castigo corpus meum, & in ser-
Basilius. uitutẽ redigo, ne fortè cùm alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Basilius quoque
serm. 2. de laude ieiunij. In omni, inquit, serio negotio, in omni corporis habitu, ieiu-
nij præstò est vtilitas, ac pariter omnia condecorat, domos, fora, noctes, dies, ciuitates,
deserta. Ieiunarunt legislatores: vt bis Moses 40. diebus. Exod. 24. Deut. 9. Prophe-
tæ: Daniel, Helias, Ioannes Baptista. Reges: Dauid, Achab, Ezechias. Et principes, vt
Iosue: Mulieres, Iudith, Ester: Populus Israël sæpissimè: Immò & Gentiles, vt Nini-
uitæ: Sacerdotes, vt in omni afflictione: Omnis generis denique homines, prout & ad
saccum & cinerem inuitãtur à Ioële in Epistola hodie lecta ex cap. 2. Ieiunauit Chri-
stus: ieiunarunt Apostoli, vt patet Act. 1. & 13. Ieiunauit postmodùm tota Ecclesia.
Philo. Nam etiam Philo Iudæus Ecclesiam apud Alexandriam à Marco edoctam, refert li- K
Epiphani°. Euseb. bro de vita supplicum: quod etiam annotat Epiphanius lib. 1. in hæreses, to. 2. hæres.
29. contra Nazareos, & Eusebius lib. 2. hist. Eccles. cap. 17. ciborum parsimoniam ve-
lut fundamentum quoddam in anima collocasse, nec cibum aut potum sumpsisse an-
Augusti. te solis occasum: Immò quosdam per totum triduum ieiunasse narrat. Augustinus
quoque to. 1. lib. de moribus Ecclesiæ, cap. 22. & 33. refert Christianos olim, non etiam
vt erat omnibus vsitatissimum, semel sub noctem corpus cibo refeciisse, sed cõtinuum
Palladius. triduum, vel amplius, viros & fœminas sine potu duxisse. Multa his similia Palladius
Theodore- tus. in historia Lausiaca, & Theodoretus in Theophili de antiquis illis Ascetis narrãt, quæ
hîc enumerare longum esset. Quæ scilicet natio, quod tempus ieiunium non com-
mendauit? Hoc & seruis & dominis, pauperibus & diuitibus, in omni etiam loco fru-
Basilius. Leo Mart. ctuosum fieri docet Basil. serm. de ieiunio. Leo Martyr serm. 4. de ieiunio decimi
mensis.

A menſis. Et illa quidem, inquit, quæ ſub lege rerum futurarum figuras gerebant, impletis quæ ſignificauere, finita ſunt: Ieiuniorum verò vtilitatem, noui Teſtamenti gratia non remouit, & continentiam corpori atque animæ ſemper profuturam, pia obſeruatione ſuſcepit. Quoniam ſicut permanet apud intelligentiam Chriſtianam: Dominũ Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies: &, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua: & proximum tuum ſicut teipſum: & cætera taliũ mandatorum: Ita quod in eiſdem libris de ieiuniorum ſanctificatione & curatione præceptum eſt, nulla interpretatione vacuatur. In omni enim tempore, omniq; vitæ huius ſæculi, ieiunia nos contra peccata faciunt fortiores. Ieiunia contra concupiſcẽtias vincunt, tentationes repellunt, ſuperbiam inclinant, iram mitigant, & omnes bonæ voluntatis affectus ad maturitatem totius virtutis enutriunt, ſi tamen in operibus
B miſericordiæ ſe prudenter exerceant. Hinc eſt quòd Epiſcopi ab Apoſtolis edocti ieiunia plebi mandare aſſolent, inquit Tertullianus lib. de ieiunio. Et olim catechumenis tempus ieiunij indicebatur, teſte Clemente lib. 2. Recognit. ad Iacobum fratrem Domini: qui denique lib. 5. Conſtitut. Apoſtolicarum, dies ſex ad Paraſceuen vſque ieiunare in pane, ſale, oleribus & aqua iubet, cap. 19. Ignatius in Epiſt. ad Philippẽſes, idem ieiunium quadrageſimæ in memoriam cõuerſationis & legiſlationis Chriſti obſeruare monet, cap. 13. Clemens etiam Alexandrinus lib. 7. Stromat. ieiunium dierum quarti & ſexti commendat. Aurelianus in vita S. Martialis, tantam eiuſdem auſteritatem deſcribit, vt ſæpiſſimè ieiunãs, ſolo pane & aqua vteretur. D. Sophronius Patriarcha Hieroſolymitanus hom. in laudem ſanctæ Crucis, multiplicẽ ieiunij quadrageſimalis fructum recenſet. Et inter cætera, pharmacum nobis (ait) ſuggerit Dominus ie-
C iunium, omnis doloris lenitiuum, quo carnis appetitum omnem velut fræno quopiam iniecto coërcet ac frangit. Qui ſunt igitur qui ieiunij meritum explaudunt? Nónne Gentilium vox eſt ita dicentium, Manducemus & bibamus, & num placet vt Chriſtũ exuentes pecudem induamus, & expoliantes Chriſtum ſuperueſtiamur diaboli amictus? O ſtultũ Heliſæum, qui ſilueſtribus ramis & amaris paſcebat Prophetas! (4. Reg. 4.) O Paulum inſipientem, qui tantoperè ieiunijs gloriatur, (2. Cor. 11.) ſi nihil proſunt ieiunia! Hæc Ambroſius Epiſt. ad Vercellenſ. Eccleſiam. Itaque Chriſtus ieiunium Chriſtianum à fermento Phariſæorum repurgat, vt nobis in ſalutem & animæ remedium ſuccedat. *Cùm ieiunatis*, inquit, *nolite fieri, ſicut hypocritæ, triſtes.* quaſi dicat, Ieiuniũ quidem prodeſt, ſi modò ad Dei laudem & proximi ædificationem inſtituatur. Alioquin ieiunium inter ea bona referendum eſt, quæ indifferentia vocantur. Caſſianus
D collat. 21. Abbatis Theonæ, cap. 14. Ea enim, inquit, quibus qualitates ſtatutas videmus & tempora, & quæ ſic obſeruata ſanctificant, vt omiſſa non polluant, media eſſe manifeſtum eſt, vt puta nuptias, agriculturam, diuitias, ſolitudinis remotionẽ, vigilias, ſacrorum lectionem, meditationemq; librorum, ipſáque ieiunia. Quæ omnia diuina præceptio, vel ſanctarum authoritas ſcripturarum, non ita inceſſabiliter cuſtodienda decreuit, vt ea paulũlum intermiſiſſe nefarium ſit. Sed & quis dubitat apud idololatras olim obſeruata eſſe ieiunia? Quis non admitti à Turcis, & quantũuis barbaris, dicam & incantatoribus & magis, vt dæmones ad reſpondendum prouocentur? Maximus Martyr Sententiarum cent. 3. numero 70. Dæmones, inquit, non oderunt temperantiã, non execrantur ieiunia, non largitionem pecuniarum, non hoſpitalitatem, non pſalmorum decantationem, non legendi ſtudium, non tranquillitatem, non ſcientias ma-
E ximè ſublimes, neque ſi quis humi dormiat, non vigilias, non reliqua omnia, quibus inſignita eſt vita Deo grata, quamdiu inclinat in eos ſcopus & cauſa eorum quæ gerũtur. Itaque illa omnium ſuo fine diſcriminãtur: & bona quidem erunt, ſi in Dei laudem conſpirent, alioquin aliena ſunt. Inde fit, vt Chriſtus hypocritarum eleemoſynas, orationes & ieiunia auerſetur: nóſque doceat illa in Dei gloriam inſtituere, vt ex ijs præmium gloriæ colligamus. μὴ γίνεσθε ὥσπερ οἱ ὑποκριταὶ σκυθρωποί. *Ne efficiamini.* Intẽtionem facti maximè reſpexit Latinus interpres, dicens: *Nolite fieri*: quoniam non aliqua carnis debilitate, ſed arte naſcatur hæc triſtitia. Thomas Aquinas in Matth. Latinam verſionem attendit. Per hoc, inquit, quod dicit *Nolite*, prohibet non ſolùm facere, ſed velle: quia in voluntate radix eſt merendi, & demerendi. Chryſoſtom. hom. 15. Oper. imperfecti in Matth. Sciens autem Dominus quia non poteſt fieri, vt ſit hilaris qui ieiunat, ideò non dixit, Ne ſitis triſtes, ſed, Ne efficiamini triſtes. Aliud eſt enim

Tertull. Clemens. Ignatius. Clemens Alex. Aurelian⁹. Sophroni⁹. Ambroſi⁹. Caſſianus. *Bona media.* Maximus. Th. Aquin. Chryſoſt.

Fieri aliud est quàm esse. Basilius. triſtem eſſe, aliud fieri. Qui enim naturaliter propter aſſiduum ieiunium triſtis eſt, il- F
le eſt triſtis, non autem fit: qui autem per impoſturas aliquas pallentes apparent, illi
non ſunt triſtes, ſed fiunt. Baſilius Reg. breuiorum quæſt. 223. Hoc præceptum, inquit,
ad eos pertinet, qui Dei mandatum ob eam cauſam exequi ſtudent, vt ſpectentur ab
hominibus, quò videlicet à vitio humanæ gloriæ liberentur. Quandoquidem manda-
tum Domini, ſi ad gloriam Dei fiat, nequaquam ſua ſponte, apud Dei cultores abſcõ-
di debeat, ipſe Dominus declarauit, cùm dixit, (Matth. 5.) Non poteſt ciuitas abſcondi
ſupra montem poſita. Quis enim ſi olim Helyam aſpexiſſet, qualem illum deſcribit
G. Nyſſen. Gregorius Nyſſenus lib. de virginitate, non illum ſquallidum, capillis obumbratum,
ieiunio marceſcentem vidiſſet? Non item priſcos illos Aſcetas, Anthonium, Macha-
rios, Paulum, Hilarionem, ipſum etiam Hieronymum? Sed ne id humanæ gloriolæ
gratia facere viderentur, in ſolitudinibus ſeſe continebant. Quid enim magis deteſta- G
tur Deus, quàm vt tu alteri tribuas, quod illi debetur? Ieiunio colendus eſt Deus, nõ
mundus, vt tu ab eo mercedem accipias. Ideò *ne triſtes efficiamini*, inquit: ne ſtudeatis
apparere ieiunio macerati. Sic nimirùm vidua illa, quæ ad Dauidem pro Abſalone re-
Quid triſtẽ eſſe. conciliando venerat, luctum ſimulabat. Dixerat enim ei Ioab, (2. Reg. 14.) Lugere te
ſimula. σκυθρωποὶ triſtes dicũtur, & vultuoſi, qui vultu præ ſe ferunt magnam quandam
triſtitiã. Idẽ eſt enim σκυθρωπάζομαι, atq; ſi quis dicat, præ triſtitia incedo demiſſis ocu-
lis. Ad eum ſcilicet modum non Phariſæi modò, ſed & hæretici permulti ſanctitatem
Origenes. mentiti ſunt, vt obſeruat Origen. hom. 4. in diuerſ. Tales olim Marcionitæ à Marco
Exempla eorum qui triſtitiam ſimulant. Colobarſo, cùm ſe raptos fingerent: tales Euthuſiaſtæ, Valentiniani, Cataphrygum
virgines, vt Philaſtrius & Epiphanius in libris de hæreſibus narrãt: ſe nimirùm in ter-
tium vſque cœlum euectos mentientes, externum quendam fucum aſpicientibus in- H
gerebant, vt incederent,

Qualis & Ogygio decurrit plena lyæo.

Tales etiam nunc procedunt Anabaptiſtæ, dum ſibi neſcio quam Apoſtolicarum ani-
marum metempſychoſin vendicãt: vt alius ſe vnum, alius alterum ex Apoſtolis eſſe
iactitet. *Sicut hypocritæ.* Hypocritæ à ſimulatione dicũtur: ὑποκρίνεσθαι autem Græcis idẽ
quod nobis eſt abiudicare, quòd externum iudicium aliud in hypocrita ſit, quàm res
Demoſth. ipſa. Demoſthenes hypocriſim ſumit pro pronunciatione, quòd in ea omnes geſtus &
fictiones conſiſtant. Ea quoque dictione mimi, actores comœdiarum, ſeu tragœdia-
rum, & hiſtriones ſignificantur, vt qui alios ſe eſſe ſimulent quàm ſint. Falsò enim per-
ſuadere nituntur populo, ſe reges aut principes eſſe ob geſtus vocíſque tenorem, quos
proximè æmulantur. Vnde quiſquis ſe alium aſtu & iactantia vult facere quàm ſit: vt I
deuotum, cùm ſit obdũratus corde: humilem, cùm ambitioſus: affabilem, cùm cru-
delis: pium, cùm impius: idque ab arte venatur, quod ipſius ſua conſcientia negat, hy-
Ambroſ. pocrita dicitur. Ambroſius hypocritas dictos eſſe dicit, (lib. de ieiunio, & Helya. cap.
10.) eo quòd ſimulatione alienam perſonam induant, ſicut in ſcena qui tragœdias ca-
Auguſtin. Budæus. Iſidorus. nunt. Auguſtinus lib. 2. cap. 3. de ſerm. Domini in monte, & Budæus lib. Comment. in
linguam Græcam, Iſidorus quoque lib. Etymologiarum eandem interpretationẽ ſe-
Maximus. quuntur. Maximus Martyr Cent. 3. num. 67. Hypocriſis, inquit, eſt amicitiæ fucus, iu-
ſtitiæ ſimulatio, deceptio veritatis habens formam, cuius ſtudioſi ſunt, qui prauitate
Pet. Chryſ. morum ſerpentes imitantur. Petrus Chryſolog. ſerm. 7. Hypocriſis, inquit, ſubtile ma-
lum, ſecretum virus, venenum latens, virtutum fucus, tinea ſanctitatis. Hypocriſis ſe-
cura ſimulat, fallit proſpera, curioſa mẽtitur, & crudeli arte virtutes truncat mucrone K
virtutum: ieiunium ieiunio perimit, oratione orationem euacuat, miſericordiam mi-
ſericordia proſternit. Hypocriſis cognata febris frigido populo propinat ardorem.
Quod corporibus eſt hydrops, hoc hypocriſis eſt animabus: hoc eſt, hydrops bibẽdo,
Fulgẽtius. hypocriſis autem inebriata ſitit. Fulgentius Epiſt. 3. de virginitate ad Probam, hypo-
criſim ex ſuperbia naſci oſtendit. Hos enim, inquit, in conſpectu hominum ſuperbia
tanquam ſuos demonſtrat hoſtes (per fictam humilitatem) & intrinſecus habet ne-
quiſſimos milites. Ab his iniquitas callidè geritur, vt humanis obtutibus iuſtitia falla-
citer oſtendatur. *Exterminant enim facies ſuas, vt videantur hominibus ieiunantes.* Græca vox
eſt ἀφανίζουσι, id eſt, demoliuntur, occidunt, aut obſcurant: quæ aliud multò ſignificat
quàm quod vulgò dicitur. Diuus Hilarius vertit, Conficiunt & obſcurant: Hierony-
mus, demoliuntur: Chryſoſtomus, corrumpunt atque diſpergunt. Origenes eandem

vocem

A vocem quam Chryſoſtomus, aſſumit. Exterminant verò hypocritæ facies ſuas, quia extra terminos naturæ eas obſcurant: vt qui (ait Hieronymus) animo fortè lætante, triſtitiam ſimulent, & luctum ferant in vultu. Huius generis ſunt. 1. Mulieres, quæ ac ſi plaſmatore ſuo ſapientiores eſſent, (ait Chryſoſtomus in hunc locum, & Ambroſ. lib. Hexameron Origenes quoque homil. 4. in diuerſ.) arte & fuco natiuum colorem corrigere, immò corrumpere nituntur. 2. Pauperes mendici permulti, quòd ſegnitie quadam adducti vitam ſudore comparare nolint, deformãt facies ſuas herbis quibuſdam & ſanguine, vt tandem eorum qui verè pauperes ſunt, eleemoſynas ſibi comparent. At verò, inquit D. Paulus, (1. Theſſ. vlt.) qui non laborat, non manducet. Viderit eos Magiſtratus, vt habetur in Cod. de valetudin. mendicis. 3. Hypocriticè verò ieiunãtes ita depingit D. Gregor. 8. Moral. Ora palleſcunt, (inquit) corpus debilitate quaB titur, pectus interrumpentibus ſuſpiriis vrgetur: nihílque tanto labore aliud niſi æſtimatio humana cogitatur. *Vt videantur hominibus ieiunantes.* Non malum eſt videri bonum ab hominibus. Ait enim Chriſtus, (Matth. 5.) Videant homines opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum. Sed ea lex adhibenda eſt, vt idem intus ſis, qualis foris vis videri. Ideò Chryſoſtomus hom. 21. Oper. perfecti in cap. 6. Matth. reprobat excuſationem eorum, qui vt ſe iuſtos ſimulent: Ne ſcandaliſem (aiunt) multos, id facio. Tu verò (inquit) hominum metuis offenſam, non autem Dei. Et quid hac væcordia poſſit eſſe deterius? Hîc verò duo genera hypocritarum poſuit Chryſoſtomus: vnum nimirùm eorum, qui non ieiunant, & tamen ieiunantes videri volunt: alterum eorum, qui ieiunant quidem, ſed honorem humanum ex ieiunio vænantur. Et ſi autẽ hi & illi condemnentur à Domino, maximè tamen qui pietatem mentiuntur, quam Comninò non obſeruant. Sicut & hi, de quibus olim Satyricus poëta cecinit,

Chryſoſt. Ambroſ. Origenes. Gregorius. Chryſoſt. Iuuenal.

Qui Curios ſimulant, & Bacchanalia viuunt.

Euſebius lib. 13. cap. 5. de præp. Euang. Atqui, inquit, vir iuſtus laude cuiuſquã vix mouebitur, niſi eius qui artificium nouit. Bernardus in Apologia ad Gulielmum Abbatem. Quis enim magis impius, an profitens impietatem, an mentiens ſanctitatem? Nónne is qui etiam mendacium addit, geminat impietatem? Beati igitur illi, qui cum Hieremia dicere poſſunt, (cap. 17) Diem hominis nõ deſideraui, hoc eſt humanã gloriam. Cæterùm ex eo colligimus, ſuperbiam non tantùm conſiſtere in rebus ambitioſis, & inflatis, quales ſunt diuitiæ, pompæ, honores, dignitates: ſed etiam in mẽtita humilitate. Sub vilibus etiam pannis & ieiunio, ſub herbarum etiam eſu deliteſcit ſuperbia. Hoc nimirùm Plato in Diogene Cynico notauit, qui cùm, vt ſcribit Diogenes Laërtius lib. de vitis Philoſoph. calcans Platonis lectum, diceret, Calcare ſe faſtum Platonis: ſtatim ſubintulit, Tu calcas quidem, ſed alio faſtu. Porrò obiiciat aliquis: Si cauendum eſt, ne videamur hominibus ieiunantes, prohibentur ergo publica ieiunia. Ergo tempore indicti ieiunij lætabor, & eo quo nemo ieiunaturum me ſuſpicabitur, ieiunabo. Epiphan. in hæreſ. 75. ſic Aërium hæreticum concluſiſſe ſcribit, licet non ex iſtis præmiſſis. Auguſt. ſerm. 60. de tempore. Ergo, inquit, contra Chriſti præD cepta facimus, qui publicè ieiunium indicimus, & vidente toto populo, pariter cum ipſo ieiunamus? Et hoc in ſenſu oportet intelligi, vt nemo pro laude humana, ſed pro peccatorum indulgentia, vel pro miſericordia diuina ieiunet, & vnuſquiſque ſuam cõſcientiam interroget, an pro ſolo Deo id faciat. Licet enim priuata ieiunia bona ſint, qualia Dauidis pro puero, Iudith & Heſter pro populo ſuo: præferũtur tamen publiE cè indicta. Leo ſerm. 4. de ieiunio ſeptimi menſis. Eccleſiaſticus, inquit, miles, etiamſi ſpecialibus præliis poſſit fortiter facere, tutiùs tamen & fœliciùs dimicabit, ſi contra hoſtem palàm in acie ſteterit, vbi non ſuis tantùm viribus certamen ineat, ſed ſub inimici regis imperio fraternis conſociatus agminibus, bellum vniuerſale conficiat. Minore enim diſcrimine plures cõfligunt cum hoſte, quàm ſinguli: nec facilè patet vulneri, quem oppoſito ſcuto fidei, non ſua tantùm, ſed & aliorum fortitudo defendit. Sicut enim oratio Eccleſiæ, quæ publica eſt, non ea ratione reiicitur, quòd hypocritæ ſuas orationes oſtẽtant: ita neque publicum ieiunium prohibetur à Chriſto, etſi prohibeant illud ad inſtar hypocritarum ſuſcipere, vt ab hominibus videamur. Publicum ieiunium Eccleſiæ habet à Deo mercedem, quia in eius gloriam ſuſcipitur. At verò de hypocritis adiicit Chriſtus. *Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam.* Quam verò mercedem? Fumum & auram gloriæ iſtius. Chryſoſt. hom. 15. Oper. imperfecti in Matth.

Euſebius. Bernard.

Mentiens ſanctitatẽ impius eſt.

Diog. Laër.

An prohibeantur ieiunia publica.

Epiphan. Auguſt.

Leo.

Chryſoſt.

Delectatio enim illa laudis tamdiu ſentitur, quamdiu auditur. Mox verò vt aures trã- F
ſierit, trãſit & delectatio laudis. Mercedẽ enim omnes recipiunt ab his in quibus ſperãt.
In his autem magis ſperare videntur, quorum obſequiis ſe deuouent, & quibus magis
placere nitũtur. Idcircò cùm hypocritæ hominibus magis quàm Deo placere ſtuduerint, ab his quoque temporaneam accipient mercedem. Ita (vt dicitur Iob. 8.) Spes hy-
pocritæ peribit: & ſicut tela aranearum fiducia eius. Quid enim leuius humano rumo-
Idem. re & fauore, cui ſe tamẽ addixerunt? Aptè igitur Chryſoſtomus hom. 21. in Matth. hy-
pocritam perſonatis ſcenicis confert, qui tamdiu apparent, quandiu aſſiſtit ſpectantiũ
multitudo. Neque tamen omnes decipiunt, cùm norint plurimi qui ſint, quoſnam eſſe
ſe ſimulent. Tandem denique theatro illo ſubitò diſſoluto, qualẽs ſint manifeſtiſſimè
omnibus reuelatur. Sic & hypocritas intus & in cute norunt plurimi: pleniùs autem
agnoſcentur, cùm dies retributionis aduenerit. *Tu autem cùm ieiunas.* *Tu*, emphaſim ha- G
bet: ſecernit enim ſuos ab hypocritis. Tu diſcipule mi, qui iam in filium Dei adopta-
tus es, & illum patrem agnoſcis, ieiunium etiam tuum ad eius laudẽ & gloriam inſti-
tuere debes. Et rectè quidem ait, *Cùm ieiunas.* Nec enim ſemper à nobis ieiunatur,
etſi ſemper temperantia & ſobrietas à nobis requiratur. Quod in eos dixerim, qui tẽ-
Auguſtin. perantiam cum ieiunio confundunt. Auguſtin. Epiſt. 86. ad Caſulanum. Aliud eſt,
Aliud ieiunare, aliud temperãtem eſſe. inquit, grauare corda crapula & ebrietate, aliud modeſtia & temperantia cuſtodita
relaxare ieiunium. Docet demum inter temperantiam & ieiunium hanc eſſe diffe-
rentiam: quòd non eſſe temperantem, ſemper ſit malum: at verò non ieiunare, non
1. ſemper ſit malum. Siquidem & Tertullianus lib. de corona militis: Ieiunium, in-
Tertull. quit, die Dominico nefas ducimus: A Paſchate ad Pentecoſten eſſe gaudemus. Etſi
verò non ſemper ieiunandum ſit, ſemper tamen temperantem eſſe oportet. Ita nimi-
2. rùm non ieiunabimus, & tamen temperantes erimus: ſed etiam ieiunantes, ita cibos H
3. Hierony. præparare poterimus, vt leges intemperantiæ ſubeamus. Hieronym. ad Nepotianum
Presbyterum, de vita Clericor. Sint, inquit, tibi ieiunia pura, caſta, ſimplicia, modera-
ta, & non ſuperſtitioſa. Quid prodeſt oleo non veſci, & moleſtias quaſdam, difficulta-
téſque ciborum quęrere, caricas, piper, nuces, palmarum fructus, mel, &c. Audio quoſ-
dam contra rerum naturam aquam non bibere, non veſci pane: ſed ſorbitiunculas
delicatas, contrita olera, betarúmque ſuccum, non calice ſorbere, ſed concha. Atqui
fortiſſimum ieiunium eſt aqua & panis. Agit & in omnes qui coquos quærunt, & va-
riis condimentis cibos præparant. Hoc verò quomodo temperantiam dixerimus? Eſt
ergo abſtinentia aliud, aliud & temperantia. *Tu* ergo, inquit, *cùm ieiunas*, ſiue ex præ-
cepto, ſeu priuato aliquo conſilio: non enim ſemper te ieiunare continget: *Vnge ca-*
Contra Anabatiſtas. *put tuum.* Errant hîc Anabaptiſtæ, exiſtimantes ad literam obſeruandum eſſe præce- I
Euthym. Anſelm. ptum iſtud. Nimirùm Euthymius & Anſelmus Commentariis ſuis in Matth. admo-
nent, falſos eſſe expoſitores illos, qui nihil volunt in nouo Teſtamento allegoricè ſu-
mere: ſiquidem in præceptis non id tantùm attendendũ eſt quod prima facie apparet,
Auguſtin. ſed & ſenſus quoque ipſorum attẽdendus eſt. Auguſt. lib. 3. de doct. Chriſtiana, cap. 16.
Quoties in ſcriptura res abſurda præcipi videtur, tunc & illa figuratè intelligenda
eſt. Quis enim credat Deum ieiunantibus præcipere quod eſt luxuriantium? Sic
quidem Ieſabel oculos ſtibio perunxit, & meretrix apud Salomonem: Perfudi, in-
Cl. Alex. quit, cubile meum myrrha & cinnamomo. Clemens Alex. lib. 2. Paidagogi, cap. 8.
ſuperabundantiam vnguentorum à Chriſtiano reiicit: & ipſos dicit vnguentarios à
ciuitatibus, quæ bonis legibus & inſtitutis vtuntur, expelli, quòd homines effœmina-
An liceat vnguentis perfundi. rent. Oportet autem imprimis apud nos vnguenta non olere, ſed vitæ probitatem: K
ſpiret autem fœmina Chriſtum, qui eſt regalis vnctio. Diſtinguit autem vnguento-
rum ſpecies: in ſpiritualem, de qua Pſ. 44. Myrrha & gutta & caſia à veſtimentis tuis:
quibus virtutes quæ Chriſtianum decent, deſignantur. In neceſſariam & medicam.
Vnde Ariſtippus Philoſophus, inquit, cùm vnguento vnctus eſſet, dicebat malos ma-
lè perdendos cynædos, qui vt vnguenti vtilitas malè audiret, effecerant. Honora au-
tem medicum propter neceſſitatem, inquit ſcriptura. Duæ illæ vnguenti ſpecies Chri-
ſtiano licent: non autem illa effœminata, quæ ad libidinem eſt. Ideò ſcilicet Dioge-
nes Cynicus vnguentis delibuto, Vide, inquit, ne fragrantia capitis fœtorem vitæ præ-
Diog. Laër. ſtet. Hoc Diogen. Laër. lib. 6. de vitis Philoſoph. Hinc & ipſe Martialis, alioquinæquo
procacior & dicacior, Poſthumũ vnguẽta redolentẽ his verbis conſtringit, lib. 2. Epig.

Hoc

Hoc mihi ſuſpectum eſt, quod oles benè Poſthume ſemper. Martialis.
Poſthume, qui benè olet, non benè ſemper olet.

A Itaque Chriſtus vnguentis delibutos non probat: ſed quemadmodum quando ſuprà (Matth.5.) dixit, Si oculus tuus ſcandalizat te, erue eum: aut ſi manus tua, abſcinde eam: non de corporis mutilatione intellexit, inquit Euthymius in Matth. ita neque nunc ſimpliciter vngi aut lauari iubet: ſed quia mos iſte apud veteres fuit, vt lætitiæ ſuæ tempore ſæpius vngerentur. Quod, vt ſcribit Chryſoſtomus hom. 21. Oper. perf. in Matth. & ſancti Danielis, & Dauid docetur exemplo. Alioquin, teſte Hieronym. & Anſelmo in Matth. qui inter Palæſtinos in luctu erant, ab vnctione abſtinebant, vt legitur 2. Reg. 12. de Dauide, qui ſe vngebat & lauabat, cùm à luctu ſurrexiſſet. Item cap. 14. de muliere Thecuitide, quam vt videretur lugere mortuum, iubet Ioab ſimu- Euthym. Chryſoſt.

B lare: atque ideò ſe non vngere. Econtrà vt læta appareat Ruth, dicit ei Noëmi, Ruth. 3. Lauabis te, ac inunges. Iudith vngitur, vt patet Iudith 10. & 16. Luc 7. ait Chriſtus, Vnguento caput meum non vnxiſti. Et Matth 26. vnctio denuò ab eo commendatur. Non repellit ergo Dominus lugentes vel peccata ſua, vel mundum, inquit Maximus Taurinenſis, cùm dixerit, Matth. 5. Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabũtur. Non vtique ſpernit Deus pœnitentis & contriti cordis mœrorem, ſed ſeruientis ſibi artificem & dolo ſimulatam non vult circunferre triſtitiam. Hoc ergo loquendi modo, deſignat prompto animo ſuſcipienda eſſe ieiunia, & tam alacri, vt ſi quid leuius & lætius eſſet ſubeundum. Ecce nimirùm Iudith peractis ieiuniis vncta ad lætitiam pergit ad Holofernem. (Iudith 10. & 12.) Heſter eodem apparatu pro Iudæis eripiendis ad Aſſuerum perrexit, (Heſter 4. & 5.) Et ipſemet Daniel vnctus poſt Max. Taur. 1.

C ieiunia lætus cum ſuis apparuit, qui tamen ſiccis cibis vſus erat, (Dan. 1.) Tu ad illorũ inſtar, etſi nõ externo vngaris vnguento, lætitiam tamen præ te fer, quantum fieri poteſt, ac ſi & ipſe ad lætitiam vnctus eſſes. Metaphorica igitur locutio eſt, ab his ſumpta, qui vt lætiores apparerent, vngebãtur. Baſilius hom. 1. de laudib. ieiunij: Nemo enim deiectæ mentis coronatur, nemo mœrens trophæum ſtatuit. Tertullian. lib. de pœnitent. Cur enim triſte duceres, quod factum eſt ſalutare? Vel tu ipſe conſidera lætiores quoſque ad diem feſtum procedere. Magnus autem tibi dies feſtus eſt, quo Sathanam, & carnem tuam per ieiunium vinces. Tertullian. lib. de coron. militis, refert olim in natalitiis Imperatorum coronas geſtatas: tu tibi brauium propone, ad quod cõtendis, non tamen ſine labore, ſed tamen cum hilaritate. Vel *vnge caput tuum*, omnia in Dei & Chriſti gloriam referas. Deus enim caput Chriſti eſt, & caput viri Chriſtus. Baſilius. Tertull. 2. Idem. 3.

D Chryſoſtomus hom. 5. in Geneſ. Equites, ſi coram rege equos dirigunt, aut pugnant, non tam populi, quàm regis fauorem attendunt. Tuus rex Chriſtus eſt, illi ſoli dimicandum tibi eſt, & ieiunandum. Baſilius homil. 1. de ieiunio: Ad myſteria te vocat ſermo. Qui vngitur, chriſmate perfunditur. Qui lauatur, abluitur. Ad interiores partes aſſume legiſlationem. Ablue animam tuam à peccatis, vnge caput à chriſmate, vt particeps ſis Chriſti, & ſic accede ad ieiunium. Bernardus ſerm. 1. in capite ieiunij, eundem ſenſum ſectatur. Docet enim Chriſtum vngi, ſi omnem gloriam, quæ proficiſcitur è bonis actionibus, ad eum referamus. Quomodo, inquit, vngitur? Num eius baptiſmo chriſma defuit, ſuper quem ſpiritus manſit, quem vnxit Deus prę participibus ſuis? Pſ. 44. Itáne aquam petit à riuulo fons indeficiens? Petit ſine dubio, aut ſanè repetit magis. Ad fontem enim vnde exeunt, flumina reuertũtur, vt iterum fluãt. Chryſoſt. Baſilius. Bernardus.

E Non verò vt minus habeas, quod dederat, Chriſtus repetit, ſed ne tibi pereat, quicquid ad eum referre volueris. Siquidem etiam fluminis aqua, ſi ſtare cœperit, & ipſa putreſcet, & inundatione facta ſuperueniens repelletur: ſic planè gratiarum ceſſat decurſus, vbi recurſus non fuerit. Sed & vngitur Chriſtus eleemoſyna: ſiquidem & vnctionem, quę à muliere facta eſt in Bethania, in iſtum ſenſum detorſit, vt cui pauperes ſuccederent. Illis, inquit, poteritis benefacere, me autem non ſemper habebitis. Denique & hoc ſibi fieri Chriſtus imputat, quod illis impenditur. Chryſoſt. & Thomas Aquinas in Matth. Eſurientem ciba, inquiunt, & Chriſtum vnxiſti. Sic duo hîc ſimul bona concludit, ieiunium & eleemoſynam: ductrice enim eleemoſyna gratum erit ieiuniũ, ait Nectarius in S. Theodorum Martyrem. Ad quod alludit Auguſtinus to. 10. ſerm. 65. & 77. de tempore. Ieiunia, inquit, noſtra vt plena ſint, & ſuffarta miſericordiæ pinguedine ſaginentur, demus eſurientibus prandium noſtrum. Proinde Chryſoſt. hom. Chryſoſt. Th. Aquin. Nectarius. Auguſtin. Chryſoſt.

ad popul. docet non ieiunandum ad parſimoniam, quomodo auari: ſed cibos, quos F
alioqui ſumpſiſſes, pauperibus erogandos. Idem admonet Ignatius ad Philadelphien-
Ignatius. ſes Epiſt. Proinde D. Maximus Epiſcopus Taurinenſ. homil. in die cinerum: Vn-
Max. Tau. git, inquit, reuera omnis deuotus caput ſuum, cuius religioſum ieiunium ſanctæ elee-
moſynæ vbertate pingueſcit. Et ſi altius aliquid cogitemus, vnges caput tuum, quod
eſt Chriſtus, ſi bonis operibus meliora ſubiungens, ſimplici cum deuotione lætifices.
Hæc ille. Porrò Bernardus, necnon Ambroſius locis nunc expreſſis etiam caput pro
conſcientia, ſeu interiori homine ſumunt, qui vngatur, id eſt, ſanetur ieiunio, eo-
démque velut gratiarum vbertate pingueſcat. Quomodo enim vngitur caput no-
Bernardus. ſtrum ieiunio, quod eo marceſſit? inquit Bernardus ſerm. 1. in cap. Ieiunium. An ve-
rò hoc tibi nouum videtur? Ego plus dicam, etiam impinguatur. Numquâm ne le-
giſti quod ſcriptum eſt, Pſalm. 32. Vt alas eos in fame? Eſt ergo ieiunium corporis, ca-
pitis vnctio: & carnis inedia, refectio mentis. *Et faciem tuam laua.* Alludit ad Iudæo- G
rum morem, qui ſæpiùs lauabant quod deforis erat calicis & paropſidis. (Matth 23.)
Non quòd & hoc neceſſarium ſentiat, cùm (Matth. 15) dicat lotionem illam, ſi omit-
tatur, non polluere hominem: ſed ad ſpiritualis faciei mundiciem nos erigit. Quæ au-
tem illa eſt, niſi conſcientia? Sicut enim ex facie homines iudicant, ita Deus ex cor-
de omnium rationem habet. 1. Reg. 16. Homo videt ea quæ patent, Deus autem in-
tuetur cor. 2. Quinetiam à facie pulchri ac deformes deſignantur: Deus autem à cor-
de vnumquemque cenſet. Itaque facies conſcientia eſt, cuius meminit Pſaltes, di-
cens: Tibi dixit cor meum, exquiſiuit te facies mea. Et Hierem. Thren. 4. Denigra-
ta eſt facies eorum ſuper carbones, non ſunt cogniti in plateis. Hæc inflatur ſuper-
bia, pallet inuidia, rubet crapula, marceſcit auaritia, deturpatur & deletur luxuria, H
ſicq; omnibus peccati generibus fœdatur. Monet ergo Chriſtus ieiunium externum
non ſine mentis puritate meritorium eſſe. Pingat quiſque animam ſuam, & primùm
Chryſoſt. à vitijs ieiunet, vt quod externum eſt, Deus acceptum habeat. Hoc Ioan. Chryſoſt.
hom. 3. ad popul. agens de detractione, confirmat Niniuitarum exemplo. Quid tan-
dem, inquit, ineuitabilem illam iram ſoluit? Num ieiunium ſolum & ſaccus? Non eſt
dicendum, ſed totius vitæ mutatio. Vnde hoc manifeſtum? Ab ipſis propheticis ver-
bis. De Dei enim ira locutus, & illorum ieiunio, idem conciliationem dicens, &
conciliationis cauſam, ſic adijcit: Et vidit Deus opera ipſorum. Qualia opera? Quòd
ieiunauerunt? Quòd ſaccum induerunt? Verùm intulit: Quoniam conuerſus eſt
quiſque à vijs ſuis malis, pœnituit mali quod dixerat facere ipſis Dominus. Sic docet
optimus ille pater mente & intentione ieiunandum, ſimul à peccatis cum ipſo corpo- I
rali ieiunio, ſicq; ſpiritualem faciem lauandam eſſe. Porrò alicuius facies conſpurcata
& deturpata duabus de cauſis lauatur. Nimirùm vt is à ſuis cognoſcatur, aut diliga-
tur. Quis verò non intelligit maculatam ſceleribus conſcientiam à Deo non agno-
ſci, vtique vt ſuam? Abac. 2. Mundi ſunt oculi tui, & ad iniquitatem reſpicere non
poteris. Hierem. 2. Quàm vilis facta es nimis, iterans vias tuas. Sed & quomodo pol-
Effrem. lutam conſcientiam diliget Deus? Ergo, inquit Effrem lib. 1. de compunctione cor-
dis, cap. 11. Si vis lauare faciem tuam, dilue eam lachrymis, & ablue eam cum fletibus,
vt in conſpectu Dei, & ſanctorum Angelorum eius cum claritate refulgeat. Siquidem
lauatur iiſdem modis conſcientia, quibus facies mundatur. Primò aqua: nimirùm
lachrymis contritionis conſcientia abluitur. Vnde Dauid Pſal. 50. Lauabo per ſingulas
noctes lectum meum lachrymis: per lectum & ſtratum, conſcientiam intelligens. Et K
per Ioëlem nos hodie inuitat his verbis Eccleſia, (Ioël. 2.) Conuertimini ad Dominũ
Pulueris & cinerum ratio. in ieiunio, fletu & planctu: & ſcindite corda veſtra, &c. 2. Puluere humilitatis. Sic
quippè Achab ieiunãtem commendat Dominus Heliæ, dicens: Num vidiſti Achab
Philo. humilitatũ coram me? 3. Reg. 22. Sic nimirùm obſeruat Philo Iudæus lib. ſuo de ſom-
niis, cinere olim ſacra luſtrata à Pontifice, vt ad ſui ille memoriam rediret: Vt &
Abram, Geneſ. 18. cùm ſe cinerem vocat. Idem docet lib. de Victimas offerenti-
bus. Ibi ſiquidem præhabito Moſis exemplo, qui è ſacris ignis reliquiis cinere præ-
parato, & in vas, ſuperfuſa aqua, indito, hyſſopi ramum, hac temperatura intin-
gens, tandem populum aſpergebat: ita colligit. Admonet (inquit) hoc eos qui ad
cultum Dei accedant, vt ante omnia ſeipſos noſcant, & ſuam eſſentiam, ſcilicet ſe de
terra mortales eſſe. Hæc ſanè ratio eſt, cur Eccleſiæ Antiſtes frontes hodie cineribus
intin-

A intingit: vt nimirùm procul fastum, vanam gloriam abiiciamus, & humilitatem sectemur, Deo obsequium reddentes. Potest & facies literaliter sumi, sicut & caput, verùm aut per metaphoram, aut per hyperbolen. Per metaphoram quidem, quasi dicat: Sicut ij alacres sunt, qui & caput vngunt, & faciem lauant, ita & tu alacris esto dum ieiunas, ac si ipsum ieiunium esset & lauacrum, & vnctio. Vtrumque enim de eo dici potest, cùm extergat & mundet animam à peccatis, & illam velut vnctam, ad instar pugilum, contra spirituales hostes promptiorem, & fortiorem reddat. Per hyperbolen autem ita interpretabimur, ac si dicat: Etsi oderim vnguentis perfusos, & tam curiosè lotos: malim tamen te caput vngere, & faciem lauare quoties ieiunas, ne ieiunare videare: quàm σκυθρωπὸν & vultuosum seu tetricum apparere, talemq; velle videri, vt simul ab hominibus gloriam aucuperis. Summoperè enim cauere debes *ne videaris*, B id est, videri contendas, *hominibus ieiunans*: sed refer illud non ad tuam gloriam, sed Dei: nec ad ostentationem, sed humilitatem. Neque enim gloria mundi gloria Christianorum est, sed conscientiæ bonæ interrogatio apud Deum, qui omnia videt, etiam abscondita. Mundus igitur oderit, an faueat, nihil laborandum est. Obstrepant quantum volent voluptuarij hæretici, & obganniant non ieiunandum, nos liberos esse, proinde nec ieiuniis adstringi debere: ieiunabimus certè patri nostro, non illis. Nec enim eorum, sed Dei voluntatem sequi debemus, memores istius Pauli sententiæ: Si hominibus, id est, carnalibus, & qui humano seu potius animali sensu viuunt, placerem, Christi seruus non essem. Non quærimus videri hominibus, *sed patri* nostro, *qui videt in abscondito*, qui abdita quæque cordis secreta per- C scrutatur. Hoc enim & Susanna meditabatur, vt à seniorum scelere declinaret. Si hoc egero, inquit, væ mihi est. Quia scilicet idipsum quod rogabatur, perpetrans, non poterat non peccare in conspectu Domini. Hæc Dei præsentis meditatio reuocat nos à peccatis, & ad pietatem & virtutem promouet, cùm ipse ea omnia obseruet, quæ compensaturus sit. *Et pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi.* Ne putes ideò, quia secreta est iustitia tua, nullum esse qui respiciat. Qui finxit oculum, non considerat, & qui docet hominem scientiam? Omnia nuda sunt & aperta oculis eius. Heb. 4. Is vtique reddet tibi. Græci addunt ἐν τῷ φανερῷ, id est in aperto, seu in propatulo: quod è diametro eius est, in occulto. Neque enim tenebris obruæ manebunt iustitiæ tuæ, sed in lucem emittentur. Hinc Psaltes, Psalm. 36. Reuela, inquit, Domino viam tuam, & ipse faciet, & educet quasi lumen iustitiam tuam, & D iudicium tuum quasi meridiem. Econtrà verò iustitiæ hypocriticæ & fictæ tenebris mancipabuntur, & à Deo non agnoscentur. Iob. 20. Laus impiorum breuis, & gaudium hypocritæ ad instar puncti. Porrò ex mercede meritum colligitur, vt in superioribus diximus. Ex quo efficitur, vt cùm ieiunanti rependat Deus mercedem, ipsum etiam meritorium esse ostendat. Reddere enim, pro mercedem rependere sumitur: *Meritũ ieiunij.* Vt cùm priùs dixit de hypocritis, ἀπέχουσι μισθὸν, receperunt mercedem. Ambrosius Epistol. 82. ad Vercellens. Ecclesiam: Qui sunt qui ieiunij meritum excludunt? Nónne Gentilum vox est, Manducemus, bibamus, cras enim moriemur? Quantum fuit ieiunij meritum in Hester, & Iudith, vt populum suum liberarent? & in Niniuitis, vt Deum placarent? Psaltes etiam dixit: Humiliabam in ieiunio animam meam, & oratio mea in sinu meo conuertetur. Cyprianus serm. de ieiunio & tentatione. Ambrosi. Cyprian. E Quotquot, inquit, à Deo aliquid obtinere conati sunt, ieiunio incubuere & lachrymis: nec defuit prouentus. Athanas. lib. de virg. Per ieiunum & obedientiam in paradisum qui volet, redibit. S. Dorotheus ser. de ieiun. Etenim, inquit, si, vt homini, contigerit peccare, vel ex fragilitate, incuria, aut negligentia: en sacros hos dies exhibuit Deus, vt cum ieiunio & cordis humilitate animæ salutem curet, expietur, & mundetur. Augustinus, etsi pluribus locis, maximè tamen tom. 10. serm. 65. ieiunij meritum extollit. Petrus Laodicens. Exposit. in Orationem Dominic. Vbi peccata alia corporalia, alia spiritualia dixit: Euanescunt, inquit, omnia partim dilectione spirituali, partim ieiunio & abstinentia. Mens enim nostra tunc demum & proprium lumen recuperat, & Deum remotis omnibus obstaculis, intuetur. *Virtus ieiunij.* Athanas. Doroth. Augustin. Pet. Laod.

De abijcienda rerum terrenarum ſollicitudine, æternis bonis appetendis, & conijcienda in Deum fiducia.

Matth. 6. | Marc. | Luc. 12. | Ioan.

Nolite theſauzirare vobis theſauros in terra: vbi ærugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt & furãtur. Theſaurizate autem vobis theſauros in cœlo: vbi neque ærugo neque tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt nec furantur. Vbi.n. eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum. Lucerna corporis tui eſt oculus tuus. Si oculus tuus fuerit ſimplex: totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus fuerit nequam: totum corpus tuum tenebroſum erit. Si ergo lumen quod in te eſt, tenebræ ſunt, ipſæ tenebræ quantæ erunt? Nemo poteſt duobus dominis ſeruire: aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget: aut vnum ſuſtinebit, & alterum contemnet. Non poteſtis Deo ſeruire, & mammonæ. Ideò dico vobis, ne ſolliciti ſitis animæ veſtræ quid manducetis, neque corpori veſtro quid induamini. Nónne anima plus eſt quàm eſca, & corpus plus quàm veſtimentum? Reſpicite volatilia cœli, quoniam non ſerunt, neque metunt, neque cógregant in horrea: & pater veſter cœleſtis paſcit illa. Nónne vos magis pluris eſtis illis? Quis autem veſtrum cogitans, poteſt adiicere ad ſtaturam ſuam cubitum vnum? Et de veſtimento quid ſolliciti eſtis? Conſiderate lilia agri quomodo creſcunt: non laborant neque nent. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt ſicut vnum ex iſtis. Si autem fœnum agri quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit: quantò magis vos modicæ fidei? Nolite ergo ſolliciti eſſe, dicẽtes, Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater veſter, quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primùm regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis. Nolite ergo ſolliciti eſſe in craſtinum: craſtinus enim dies ſollicitus erit ſibi ipſi: Sufficit diei malitia ſua.

Videte & cauete ab omni auaritia: quia non in abundãtia cuiuſquam vita eius eſt, ex his quæ poſsidet. Sic eſt qui ſibi theſaurizat, & non eſt in Deum dives. Dixítque ad diſcipulos ſuos, Ideò dico vobis, Nolite ſolliciti eſſe animæ veſtræ quid manducetis: neque corpori, quid induamini. Anima plus eſt quàm eſca, & corpus plus quã veſtimẽtum. Conſiderate coruos, quia non ſeminant neque metũt, quibus non eſt cellarium neque horreum, & Deus paſcit illos. Quantò magis vos pluris eſtis illis? Quis autem veſtrũ cogitando poteſt adiicere ad ſtaturã ſuã cubitũ vnũ? Si ergo neque quod minimũ eſt, poteſtis: quid de cæteris ſolliciti eſtis? Cõſiderate lilia quomodo creſcũt: nõ laborant, neque nent. Dico autẽ vobis, nec Salomõ in omni gloria ſua veſtiebatur ſicut vnũ ex iſtis. Si autem fœnũ quod hodie eſt in agro, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit: quantò magis vos, puſillæ fidei? Et vos nolite quærere quid mãducetis, aut quid bibatis: & nolite in ſublime tolli: Hæc enim omnia gẽtes mundi quærunt. Patet autẽ veſter ſcit quoniam his indigetis. Verũtamen quærite primùm regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis.

Luc. 11.

Lucerna corporis tui, eſt oculus tuus. Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit: ſi autem nequã fuerit, etiam corpus tuum tenebroſum erit.

Luc. 16.

Nemo ſeruus poteſt duob⁹ dominis ſeruire: aut enim vnum odiet, & alterũ diliget: aut vni adhærebit, & alterũ contemnet. Nõ poteſtis Deo ſeruire & mãmonæ.

F G H I

Introductio.

IT si mens humana feratur in magna quædam bona, non eodẽ tamen modo. Sũt enim qui, cùm nihil præter agros, & humilẽ caſam viderint, nihil amplius appetãt, quàm quod ſuis ad fœlicitatẽ ceſſiſſe arbitrantur. Nõ ambiũt palatia & caſtra, non laqueatas domos, non phaleratos equos, nõ purpuram & byſſum: quia ne eorum quidẽ vllũ verbũ audierunt. Summas diuitias exiſtimant in arboribus, pecudibus, & paucis armentis: veſtitũ autem ruſticum, cæteráque quæ cognouerũt, ſumma exiſtimãt. Alij verò, qui regũ menſas, comitatus, palatia, qui honores obſeruarunt, hæc appetũt: floccipẽdunt humiliora, caſas, fructus, pecudes, lac, cæteraq; abiectiora. Porrò qui maiorem in cœleſtia ꝓgreſſum fecerũt, & quodãmodò deguſtarunt abundantiam illius gloriæ, qua perfruũtur electi: hæc ſola bona appetẽda eſſe cẽſent, cætera contemnunt. Exclamant cũ Pſalte: Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quã præparaſti diligẽtibus te! Namq; vt Apoſtolus ex Eſaia tranſcripſit, Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quod ꝓparaſti tuis. Hinc factũ eſt, vt Apoſtolus omnia velut ſtercora duceret, ſatis ſibi eſſe putans, ſi Chriſtũ lucrifaceret. Sicut igitur iis ruſticis, qui nihil ꝓter caſas audierunt, nõ cõtingit ampliora expetere: ita iis qui nõ intelligũt, quãta nobis fœlicitas in cœlo repoſita ſit, euenit vt in eã minimè ferãtur, ſed ſolũ terreſtria appetãt. Chriſtus igitur q̃ ſperãda eſſẽt, priùs docuit: nũc verò hac ſpe nobis iniecta, mẽtes etiã noſtras à terrenis euehit, & illis

contem

A contemptis omnem noſtram in Deum fiduciam, ſpem quoque coniiciendam demonſtrat. Dehortatur igitur nos Chriſtus à rerum cœleſtium cupiditate, dicens, *Nolite theſaurizare*, &c. Monet nos Deo totum cor conſecrare debere, vt oculus interioris hominis, mens, cor, & anima, ſit lucerna noſtra: id eſt, accendatur vero gratiæ lumine. Et variis argumentis admonet in Deum omnem noſtram fiduciam coniiciendam eſſe. Laurentius Nouarienſ. Epiſc. hom. de pœnitentia. Eradicat autem auaritiam, vt ex qua præcordiis infixa pullulent omnia mala. Quid eſt auaritia? Cupiditas omniũ malorum. De iſta radice exurgunt mendacia, oriuntur periuria. Qui enim eſt aut diſtractor, aut emptor, qui lucri gratia habet de cupiditate tractatus: nónne plerumque peierat, ſæpè mentitur? Sine hoc vitio negotiator aut rarus, aut nullus eſt. Et quid dico negotiatorem? Quæ res facit prædones, aut vnde erumpunt proditores? Nónne B de auaritia prædo fuit rex Achab, quãdo per factionem doloſæ mulieris, falſa ſub proditione iuſtum trucidauit, vt vineam eius violentiùs inuaderet? Auarus fuit & Iudas, cùm proderet Chriſtum Iudæis, cùm acciperet ab eis 30. argenteos. Tolle auaritiam, & non eſt diſcordia: aufer auaritiam, & ſolus amor regnat. Deſinat auaritia, & ceſſat ambitio. Tolle cupiditatem, & nemo dicit, Hoc meum, aut hoc tuum. Fraus inde germinat, dolus inde conſurgit, factio inde concinnatur: iræ quoque, inſidiæque, bella ipſa ſiue publica, ſiue inteſtina, cupiditatis & auaritiæ fructus ſunt: vt ſi quando vel argumentis, vel armis alter alterum vel ſuperauerit, vel truncauerit, res eius velut victor diripiat, & ſuam auaritiam compleat. Chriſtus verò mutuam charitatem commendat, & tantum ab alienorum concupiſcentia abhorret, vt etiam propria indigentibus largiri iubeat. Admonuit eleemoſynam faciendam, condonandum aduerſariis, bene- C faciendum omnibus, cedere etiam volentibus nobiſcum contendere. Itaque ſicut ab eleemoſyna, oratione & ieiunio hypocriſin: ita nunc & ab omnibus iſtis, & reliquis noſtris actionibus & cogitationibus cæcam habẽdi cupiditatem remouet. Chryſoſtom homil. 21. Oper. imperfecti in Matth. Sed & inanis gloriæ morbum fugarat, facilè iam contemptum habendi, & mundi conſequenter inducit. Nihil quippè ita ad amorem diuitiarum, vt gloriæ cupiditas, inflammat. Propter hanc namque homines & ſeruorum greges, & eunuchorum cateruas, & equos aureis phaleris inſignes, & argenteas menſas, & alia magna ridenda conquirunt: non vt expleant neceſſitatem, non vt capiant voluptatem, ſed vt ſeſe poſſint oſtentare quamplurimis. Superiùs igitur tantummodò, quia miſericordem fieri oportet: hîc verò & quantum miſereri oporteat, oſtendit, dicendo, *Nolite theſaurizare*. Quia enim importunum D erat, inter ipſa dicendi initia, de contemptu rerum ſubitò inferre ſermonem, propter quandam ſcilicet auaritiæ tyrannidem: paulatim vitij huius inducit horrorem, ab eóque liberat ægrotantes, ac ſenſim animum auditoris ingreditur, & vt facilius recipi poſſit, & gratius. Euthymius in Matth. Quod vt faciliùs perſuadeat, damnum oſtendit quod à theſaurorum reconditione prouenit: & commoda quæ ex eorum in cœlis reſeruatione ſequuntur. Sed quid ſecluſa eleemoſyna, ieiunium & oratio? Leo ſerm. 4. de ieiunio decimi menſ. Ieiunium ſine eleemoſyna, non tam eſt purgatio animæ, quàm carnis afflictio: magiſque ad auaritiam, quàm ad continentiam referendum eſt. Auaritiam igitur prohibet, vt ieiunium & oratio maiorem vim habeãt. μὴ θησαυρίζετε ὑμῖν θησαυρούς. Eſt autem θησαυρίζειν, recondere & coacernare: vnde & theſauri ſunt diuitiæ ſepoſitæ, & in longum tempus reconditæ, quos E Perſæ Gazam vocarunt. Procedit autem hæc coaceruatio, & ex nimio temporalium amore, & Dei diffidentia: quaſi nec in dies omnibus prouidere poſſit. *In terra* autem dicit, vt inſtabilem hominum fiduciam oſtendat: ſiquidem breues dies hominis ſunt ſuper terram: & (Pſalm. 48.) Diues cùm interierit, non ſumet omnia: neque tranſibit cum eo gloria domus eius. (Iob. 27.) Cùm dormierit, nihil ſecum aufert: aperiet oculos ſuos, & nihil inueniet. Baſilius Orat. exhortatoria ad adoleſcentes. Ego quidem, ait, non video, niſi iuxta draconum fabulam, quod voluntatem aliquam adferat, defoſſis theſauris inuigilare. Ipſe namque vſus ad naturæ neceſſaria, non ad voluptatem, atque libidinem definitur. Qui verò extra illius fines egrediuntur, ſimiles erunt ijs, qui ad prærupta curribus feruntur, nequaquam curſus ad vlteriora ſiſtere valentes. Sed quo magis plura poſſident, eò maioribus, immò pluribus opus habent, vt concupiſcentiæ ſatisfaciant, iuxta execeſtiden Solonem, qui ſic dicit:

Lau ẽtius Nouarienſ.

Auaritiæ malũ cauſa mendacij eſt.

Chryſoſt.

Euthymi⁹.

Leo.

Prohibetur auaritia, vt cõmendetur eleemoſyna.

Multa in terris ſatietas.

Baſilius.

Diuitiis nullum ſtatuunt mortalia finem
Pectora. -

Theognis. Quamobrem Theognide vtendum eſt præceptore, dicente: F

Non amo diuitias, non opto magna, ſed adſint
Parua, modò vt viuam lætus, & abſque malis.

Ego verò Diogenem magnoperè admirari ac laudare ſoleo rerum omnium contemptorem, qui ſe rege Alexandro ditiorem, paruo contentus, oſtendit, cùm ille procul dubiò ad ſuum ſuſtinendum pluribus indigeret. Nimirùm diuitias ille ſuas, in eo quod ſatis eſſe putabat, immò in diuina Philoſophiæ meditatione cõſtituerat. Quantò verò nos, qui Chriſti regnum certa fide comprehendimus, theſauros terrenos contemnere, & noſtram in futurum expectationem, cœlo reponere debemus? Baſilius hom. in illud, Deſtruam horrea mea: & hom. de diuitiis & paupertate. Sed dices, G Quem, obſecro, iniuria afficio, ſi mea retineo, & conſeruo? Quænam iſta tua ſint, cedo? Vnde ea accipiens in hanc vitam intuliſti? Nónne nudus ex vtero matris excidiſti? Nónne rurſus nudus in terram reuerteris? Et hom. ad diuites. At dices, neceſſarias eſſe opes, liberorum cauſa. Perbellè tu quidem auaritiam tuam hoc nomine velas ac tegis: liberos enim prætendis, cor verò auaritia plenum geris. Ne, obſecro, culpam transferas in inſontem. Habet enim is proprium Dominum, habet proprium œconomum, cui vitam acceptam refert, & à quo vitæ ſumptus expectat. Num his qui vxores ſibi adiunxerunt, Euangelium ſcriptum non eſt? Scriptum enim eſt, Si vis omni ex parte perfectus eſſe, vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Quando petebas à Domino vt te liberis frugi ornaret, num etiam illud addidiſti, Da mihi filios, vt mandata tua negligam, ac nihili pendam: da liberos, ne in regnum cœ- H lorum intrem? Quis verò ſponſionem faciet filium tuum rebus datis ac relictis rectè vſurum? Docet demum ex diuitiis & habendi cupiditate omnia mala enaſci. Interim tamen ſic intelligendum eſt, prohiberi à Chriſto, non ſimpliciter aliquid recondere, quomodo reges, principes, Eccleſia, & patres theſaurizare quandoque licitè poſſunt: ſed eo ſenſu aliquid in futurum nobis recondere non licet, vt cor noſtrum totũ terrenis impendamus, & cœleſtia ſapere deſinamus. Congeſſerunt nimirùm permulta patres antiqui, Abraham, Iob, & Reges: immò & ſacerdotes in templi gazophylacium & theſauros multos aggregarunt, ita tamen vt his animum non applicarent: ſed tantùm illis vt viatores vterentur, vt qui vltrà pergerent, & ea præterirent. Nimia quippè diuitiarum ſollicitudo prohibetur, non modica. Numquid enim Paulus (2. Cor. 12.) parentes filiis theſaurizare debere dixit? Numquid & Sixtus, & I beatus Laurentius, vti teſtatur Ambroſius libr. 1. Offic. cap. 42. diuitias theſaurõſque Eccleſiæ conſeruarunt: & ne Decio tyranno darentur prohibuerunt? Siquidem (vt legitur 12. q. 2. c. Aurum.) Aurũ habet Eccleſia, non vt ſeruet, ſed vt pauperibus eroget. Neque verò eapropter cæcam quorundam Eccleſiæ Præſulum habendi cupiditatem hîc excuſatam eſſe velim: non enim in communes Eccleſiæ & membrorum Chriſti, ſed proprios ſuos vſus illa appetunt, ad quæ inſatiabili furore feruntur. Non quæ Chriſti ſunt, quærunt, ſed quæ ſua. Recondere pauperibus & communi Eccleſiæ neceſſitati, non modò non offendit verbum Chriſti, ſed & laudabile eſt. Nam prouentus & reditus Eccleſiæ Gelaſius ad Iuſtinianum Diaconum ſcribẽs, approbat: ita tamen vt pars cedat Antiſtiti, ſecunda clericis, tertia fabricis, quarta pauperibus: vt refertur 12. q. 2. can. Vobis enim. & can. Quatuor. Idem Simplicius Papa Florentino & Equitio Epiſcopis ſcribit, à Gaudentio Epiſcopo faciendũ, immò & præcipit: vt K habetur can. de reditibus Eccleſiæ. Interim verò hoc non eſt theſaurizare, eo nimirùm ſenſu quo Chriſtus intelligit, & quo legitur Ecc. 5. Noli attendere ad poſſeſſiones iniquas, & ne dixeris, Mihi ſufficiens eſt vita: nihil enim proderit in tempore vindictæ, & obductionis. Thomas Aquin. in Matth. c. 6. Dicendum igitur, inquit, quòd per theſauros, intelligit nimiam abundantiam. Duplex eſt enim abundantia, vna neceſſaria, altera ſuperflua. Et ideò cùm reges multis indigeant, multa congregare poſſunt, quæ alteri particulari eſſent ſuperflua. Vnde efficitur vt illorum coaceruatio regibus peccatum non ſit, peccatum ſit autem his, quibus & iſta ſuperflua ſunt. Immò ſapienter egit Pharao, & ſpiritu Dei impellebatur Ioſeph, vt in Ægypto tempore abundantiæ frumenta reconderet, ad commune omnium ſubſidium, tempore anguſtiæ: quod ſanè illis

An neceſſariæ ſint opes.
1. Idẽ Baſil.
2.
3.
Quibus licet recõdere.
4.
Baſilius.
Ambroſi⁹.
Gelaſius.
Thom. Aq.
1.
2.
1.

A illis licuit vt principibus, nomine Reipublicæ: nõ liceret autem particulari alicui, suo nomine. Secundam rationem adfert D. Thomas, quare thesauri prohibeantur, nimirùm ne illis fiduciam nostram, quam Deo debemus, committamus. 1. Tim. vlt. Diuitibus huius sæculi præcipe non sublime sapere, nec sapere in incerto diuitiarum suarũ. Baruch 3. Vbi sunt principes Gentium, qui argentum fabricant, siue thesaurizant, & aurum in quo confidunt homines, & non est finis acquisitionis eorum: qui solliciti sunt, & non est inuentio operum illorum: exterminati sunt, & ad inferos descenderunt, & alij in locum eorum surrexerunt? Prohibet quoque thesaurizare, propter instabilitatem, quam exprimit, adiiciens, *Vbi ærugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt & furantur.* Hanc miseriam adiecit Deus hominum auaritiæ atque diffidentiæ, vt humano thesauro tria aduersentur, ait Rabanus. Metalla nimirùm ærugine, vestes tinea de- 2. 3. Rabanus. *Quibus Deus auaritiam hominum reprimat.*

B moliuntur. Sunt autem alia quæ neutrum timent, sicut lapides precioſi, possessiones, fundi: & ideò ponit generale detrimentũ, scilicet fures: nam recõdita furtis auferi contingit, & ab iniustis hominibus possessiones quasque diripi. Euthym. in Matth. σὴς enim vermem significat (idem Latina dictio tinea exprimit) βρῶσις autem significat putrefactionem, ad rubiginem mutationem, omnémque huiusmodi à seipso corruptionem indicat. Quid ergo? Etiam aurum perdunt vermes? Etsi non vermes, attamẽ fures. Omnes igitur spoliantur? Plurimi sanè. Incertum est autem, qui à violentia tuti permaneant. Albertus Mag. in Matth. Aut enim corruptio ab ipso thesauro nascitur, aut aliundè. Si de ipso, hoc contingit dupliciter. Aut enim est ex ipsius rei thesaurizatę destitutione simplici: aut de destitutione simul, & generatione consumentis ipsum. Et primò consumitur per æruginem, quia ærugo non est materia alicuius generationis, Euthym. Albertus.

C propter amaritudinem sulphuris, & frigiditatem argenti viui, ex quorum destitutione fit ærugo. Alia autem molliora sic corrumpuntur, quòd ex alteratione generãtur vermiculi, qui consumunt residuum. Quæcunque alia sunt, maiorum patent auaritiæ. An non etiam quotidie id impleri videmus, quod olim de Ecclesiæ, immò & Christianorum bonis dictum est: Quod non capit Christus, rapit fiscus? Tanto enim abest, vt ditiores fiant, qui suis se parcere bonis existimant, cùm eleemosynam Christi membris denegant: quòd ea ipsa ratione permittit Deus partem illorum à militibus, partem à contentiosis in foro hominibus, partem à principibus auferri. Dicit autem, Vbi fures effodiunt, quod sonat vox Græca διορύσσουσι: siquidem perfosso pariete fures ad scrinia penetrant. Et quidem altiùs hæc miseria animo reuoluenda est, quæ scilicet in diui- *Effodere quid.*

D tias agat, eásque subuertat, in quibus tamen tantam fiduciam homines collocãt: siquidem & ærugo conquisita metalla corrodit: minutuláque animantia eas vestes consumũt, quas tanti æstimant homines. Sic nimirùm quàm abiecta & vilis esset Ægyptiorum potentia, declarauit diuina maiestas, cùm eam non vrsis & leonibus, sed ranis & pediculis profligauit. Atque vt discas, quàm lubrica & fallax sit diuitum fortuna: vide quàm multi regnorum primores vnico bello, vnica etiam hora profligati sunt: quot olim captiui ducti. Id in Manasse, id in Sedechia contemplare. Id & in Ethnicis principibus, quos ante currum vinctos, triumphatores capitolium ascensuri, deduxerunt. Narratur etiam pridem (Iud. 1.) Adonibezech viginti regibus captiuis manuum ac pedum summitates amputasse, quos ad eam necessitatem redegerit, vt sub mensa eius ciborum reliquias colligerent: & easdem ipse tandem captus à tribu Iuda, pœnas luit. Itaque cùm tam incerta, tam breuis & lubrica sit rerum humanarum possessio, *Quot è diuitibus pauperes.*

E *thesaurizate vobis thesauros in cœlo, vbi neque ærugo & tinea demolitur, neque fures effodiunt & furantur.* His verbis ostendit, inquit Greg. Nyssenus lib. ad Harmonium, de professione Christiana, nulla vi beatitudinem illam corrumpi posse. Nullus hîc latro: deiectus est scilicet inde diabolus, accusator fratrum nostrorum. Antiochus Pandectarum scripturæ serm. 15. Nam si vt hospites habitamus hîc, si ciuitas nostra longiore intercapedine disiuncta est: quid in aliena apparamus agros, substructiones, & ædificia? Vtique quisquis in aliena ciuitate studiosiùs apparat hæc, re ipsa innuit, nihil sibi spei superesse, vt aliquando deflectat iter, in eam quæ propria est, ciuitatem Hierusalem. Et quis existimauerit, eos qui sibi ad multos annos ingentes thesauros recondunt, aliquid de futuro sæculo meditari: & non hîc se, quasi semper victuros habere? Et paulò post. Sanè multò præstiterit nobis, vt tales coëmamus agros, tale peculium, quod æternùm duret, nósque rectà prouehat ad illam nobis promissam ciuitatem, quæ est mater no- Gr. Nyssen. Antiochus. *Stultũ hîc thesaurizare.*

ſtra, quando ad illam quotidiana peregrinatione cõtendimus. Verùm fortè quis obii- F
ciat, quòd Deus bona iſta terrena condidit, & hominibus vtenda dedit. Quomodo
igitur non amplectenda fuerint? Hanc quæſtionẽ ſic reſoluit S. Maximus Monachus
Maximus. in dialogo de Chriſti incarnatione. Manifeſtum eſt, inquit, quòd Deus illa condide-
rit, & hominibus ad vtendum tradiderit, & quòd omnia bona ſunt, quæ à Deo ſunt
facta, vt quum ipſis benè vtamur, Deo etiam placeamus. Verùm cùm ſimus imbecil-
les & mente materiales, materialia mandato dilectionis præferimus, ipſique reſiſten-
tes, cum hominibus pugnamus. Ex eo fit, vt Chriſtus nos his materialibus affixos eſſe
Paulinus. prohibeat, vt ſpiritualibus magis addicti ſimus. Paulinus Nolanus Epiſt. 27. ad Aprũ.
Sibi igitur habeãt literas ſuas Oratores, ſibi ſapientiam ſuam Philoſophi, ſibi diuitias
ſuas diuites, ſibi regna ſua reges: nobis gloria, & poſſeſſio, & regnum Chriſtus eſt, no-
bis ſapientia in ſtultitia prædicationis, nobis virtus in infirmitate carnis, nobis gloria
in ſcandalo crucis, quo mihi mundus occiditur, & ego mundo, vt viuam Deo: non G
Vera Philoſophia Chriſtiani hominis. autem iam ego, ſed in me Chriſtus, cui conſepulti ſumus, in quo nunc abſcondimur
huius mundi oculis, vt confuſioni eiuſdem cum ipſo reuelemur, quando horum, quæ
nunc nobis obiicit, memor Sathan dicet, (Sap. 5.) Hi ſunt quorum vitam æſtimaba-
mus inſaniam, quomodo reputati ſunt inter filios Dei? Quàm verò tutò repoſitus eſt
ille theſaurus noſter in cœlo? Quàm ſecura expectatio? Nihil hîc tutum eſt, ſed vani-
P. Chryſol. tas vanitatum, & omnia vanitas. At verò ſpes non confundit. Petrus Chryſolog. ſer.
Nulla ſecuritas in diuitijs. 7. Quàm ſecurus dormit, qui Deum ſuorum meruit habere cuſtodem? Quàm neſcit
curas, quàm deponit angores, quàm nõ eſt a xius, quàm ſeruorum caret faſtu, qui ſua
patri ſeruanda cõmittit? Tineã non excludunt clauſtra, ſed claudunt: & generant, non
repellũt: rubiginẽ nutriunt ſeruata, non vitant: quia quod de re naſcitur, non vitatur. H
Vbi eſt neceſſitas, fures deeſſe nõ poſſunt. Qui ergo inter tineas, fures, rubiginem, ſua
ponit, exponit quę ſua ſunt, non reponit. Sicut de veſtimẽto tinea, rubigo de metallo,
de neceſſitate fures naſcuntur: ita de diuitiis auaritia, cupiditas de quæſtu, de habẽdo
habendi arbor acquiritur. Qui ergo vult auaritiam vincere, diuitias proroget, non
reponat. Præmittamus, Fratres, theſauros noſtros in cœlum, ſint vectores pauperes,
qui poſſunt ſinu ſuo quæ noſtra ſunt, ad ſuperna portare. Nemo de fraude dubitet ba-
iulorum: tuta eſt iſta tranſuectio, per quam noſtra ad Deum, Deo fideiuſſore portãtur.
Ideò Laurentius ad Decium dicebat, quòd theſauros Eccleſiæ in cœleſtes domos ma-
Cl. Alexãd. cus pauperum deportaſſent. Clemens Alexandr. lib. 3. Paidagogi, cap. 6. Vir, inquit,
bonus & iuſtus recondit in cœlo theſaurum. Sic is qui terrena vendidit, & dedit pau-
peribus. Sit diues qui multa poſſidet, ſitq; onuſtus auro; vt ſordidum marſupium: at I
in iuſto quidem ineſt honeſtum & decorum, id eſt, ordo qui in adminiſtrando, largiẽ-
dóque definitur. Sunt enim qui ſeminant, & plura colligunt, de quibus (Pſ. 111.) Di-
ſperſit, dedit pauperibus. Iſtud igitur per antitheſim dictum eſt, *in cœlo*, vt ex oppoſito
iſtius ſit, *in terra*: non modò quòd tutiora & ampliora ſint bona cœleſtia, ſed quòd &
Idem. *In Tacianos hæreticos.* illis in æternum electi perfruentur. Clemens Alexandr. lib 3. Stromat. refellit Tatia-
nos, qui vt matrimonium, & liberorum procreationem tollerent, hac ſententia abu-
tebantur, quaſi filij in terra quidam theſaurus ſint, ſed & illis nutriendis terrena con-
gerere oporteat. Atqui ſeruator non dixit de liberorum procreatione, inquit, ſed ad
impertiendum & communicandum eos adhortatur, qui ſolùm opibus abundare, in-
digentibus verò nolunt opem ferre. Et quidem dixerim præcipuum etiam filiis the-
ſaurum in cœlo parandum eſſe, nimirùm Dei timorem, cultum & iuſtitiam: vt hîc
nati, finem vitæ Chriſtianæ, cœleſtem beatitudinem adipiſci poſſint. Eouſque diligẽ-
di ſunt, vt & ibi noſtra eorum corda defigãtur: & eo magis diligamus eos, quo fuerint
Baſilius. cœli, id eſt, Dei ipſius qui in cœlis eſt, amantiores. Sic enim Baſilius conc. in Lacizis
habita, monet patres charitatem Dei & proximi filiis theſaurizare, quòd reliqua cadu-
ca ſint, & quandoque ruinæ filiorum occaſionem ingerant. Cæterùm generali ſenten-
tia oſtendit impoſſibile eſſe eum, qui terrenis facultatibus congerendus defixus ſit,
toto corde, vt decet, Deo obſequi: adiiciens, *Vbi eſt enim theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuũ.*
Hieronym. Hieronym. in Matth. Hoc non ſolùm de pecunia, ſed & de cunctis paſſionibus dicẽ-
Regula generalis. dum eſt. Guloſi Deus venter eſt. Vnde & Paulus, Rom. 16. Obſeruate eos qui diſſen-
ſiones & offendicula faciunt inter vos. Huiuſmodi enim homines Chriſto Domino
Ieſu non ſeruiunt, ſed ſuo ventri. Phil. 3. Inimici crucis Chriſti, quorum Deus venter

eſt

A est. Luxurioſi theſaurus, effœta libido eſt: & in quam quiſque partem magis inclinat, ibi & theſaurum, & cor conſtituere dicitur. Thomas hîc notat vetus prouerbiũ, Vbi amor, ibi oculus: oculi ſtultorum in finibus terræ. Inde fit, vt quocunque in loco ſint, omni etiam tempore illa meditentur. Dionyſ. Carthuſianus. *Vbi ergo theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum:* non per eſſentiam, ſed per effectum, intentionem, atque memoriã. Per cor enim deſiderium exprimitur. *Lucerna corporis tui eſt oculus tuus.* ὁ λύχνος τ̃ σώματός dicitur ſimpliciter lucerna corporis: quod figuratè dictum eſt, ac ſi diceret: Corpus quoties graditur, pro lucerna oculo vtitur: ita omnis vitæ & actionum directrix eſt intentio. Auguſtinus lib. 2. de ſer. Domini in monte, cap. 21. Igitur omnia è corde mũdo & ſimplici procedere debere oſtendit. Oculum ergo hîc accipere debemus ipſam intentionem, qua facimus quicquid facimus: quæ ſi munda fuerit & recta, & illud a-

B ſpiciens quod accipiendum eſt, omnia opera noſtra, quæ ſecundum eam operantur, neceſſe eſt bona ſint. Quæ omnia opera totum corpus appellauit: quòd & Apoſtolus membra noſtra dicit quædam opera, quæ improbat, & mortificanda præcepit, dicẽs, (Col. 3.) Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immunditiam, auaritiam, & cætera talia. Non ergo quod quiſque facit, ſed quo animo faciat, conſiderandum eſt. Hoc eſt enim lumen in nobis, quia hoc nobis manifeſtum eſt, bono nos animo facere, quod facimus: omne enim quod manifeſtatur, lumen eſt. Nam & ipſa facta, quæ ad hominum ſocietatem à nobis procedunt, incertum habent exitum, & ideò tenebras eas vocauit. Non enim noui, cùm pecuniam porrigo indigenti & petenti, quid inde aut facturus ſit, aut paſſurus: & fieri poteſt, vt vel faciat ex ea, vel propter eam patiatur aliquid mali: quod ego cùm darem, non euenire volue-

C rim, neque hoc animo dederim. Itaque ſi bono animo feci, quod mihi cùm facerem, notum erat, & ideò lumen vocatur: illuminatur etiam factum meum, qualemcunque exitum habuerit. Itaque ad intentionem cuiuſque facti, ex ſeipſo indifferentis, ratio referenda eſt. Bonum eſt eleemoſynam dare, precari, ieiunare: ſed ſi intentio tua ſit, dũ hæc facis, non vt Deum colas, verùm vt hominibus placeas, etiam corpus actionum tuarum tenebroſum erit. Chryſoſtom. hom. 21. Oper. perfecti in Matth. maximã cordis ſinceri in omnibus rationem habendam docet: quæ vt vim ſuam habeat, ita illud conſeruandum monet, vt pupillam oculi. Hoc autem fiet, ſi neque humanæ gloriæ, neque congerendis theſauris incumbamus: illa enim cordis oculos excæcant. Si enim ignoras, inquit, quanta per hoc inferatur noxa menti, à corporalibus iſtud addiſce. Quod enim oculus eſt corpori, hoc intellectus eſt animæ. Vt enim nequaquam o-

D ptes auro ornari, veſte ſerica conſpici, ſit oculis tibi carendum. Sed proculdubiò ſanitatem deſiderabiliorem rebus omnibus iudicares, quæ ſi tibi certè depereat, nihil te iam tota vita delectat: quanto hoc magis præ oculis mentis debes efficere? Sicut enim poſtquàm corporalium oculorum lumen extinctum eſt, omnia iam membra in miſeria verſantur, ac tenebris: ita etiam mente cæcata, innumeris prorſus malis hominũ vita cumulatur. Quemadmodũ igitur in corpore hoc maximè prouidemus, vt oculos habeamus incolumes: ſic etiam in anima intellectus conſeruemus ſalutem. Si verò cæcamus iſtum, quo aliis quoque debemus inferre lumen: vnde iam ipſi poterimus aſpicere? Sicut enim qui caput ipſum fontis obſtruxit, totũ ſimul exſiccauit & fluuiũ: ſic etiam qui oculum mẽtis tenebris obduxit, omnes quoque iſtius vitæ actus vna cõfuſione cæcauit. Albertus in Matth. Hic oculus cordis ex lumine fidei habet illumi-

E nationem, ex calore charitatis habet mobilitatem & vſum. Quia ſicut organa ſenſuũ deſtituta calore naturali rigeſcunt, & immobilia efficiuntur: & ad literã obtenebrãtur oculi, ex contractione tunicarum: ita etiam refrigeſcente charitate congelatur cor, & efficitur tenebroſum. Eccl. 43. Frigidus ventus Aquilo flauit, & gelauit cryſtallus ab aqua. Cor autem lumine fidei illuſtratur, vt intelligat quid concludere debeat. Pſ. 12. Illumina oculos meos. Epheſ. 1. Illuminati oculi cordis veſtri. Priùs enim quã veniat fides, adinſtar Pauli ſumus, (Act. 9.) qui apertis oculis nihil videbat. Inſtructo tandem ab Anania, ceciderunt velut ſquammæ ab oculis. Additur & lumen contemplationis, 2. Cor. 4. Deus qui dixit de tenebris lumen ſplendeſcere, illuxit in cordibus noſtris, ad illuminationem ſcientiæ Euangelij Chriſti. Baſilius lib. Moral. cap. 14. hanc etiam ſententiam Eccleſiæ Prælatis accommodat, qui lucere debent corpori Eccleſiæ ſuæ, & tanquam oculi præcauere quò gradiri, & à quo pedes auertere debeat. *Si oculus*

Thomas.

Dion. Carth.

Auguſtin. *Oculus intentio eſt.*

Ad intentionem referuntur bona indifferentia.

Chryſoſt.

Alb. Magn.

Baſilius.

tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit. Hier. in Matth. cap. 6. Lippientes ſolent F
Hierony. lucernas videre numeroſas: ſimplex oculus & purus ſimplicia intuetur & pura. *Quòd ſi oculus tuus πονηρὸς ἦ, nequam*, aut malus *fuerit, totum corpus tuum tenebroſum erit.* Quomodò enim corpus, ſi oculus non fuerit, totum in tenebris eſt: ita anima, ſi principalem fulgorem ſuum perdiderit, vniuerſus ſenſus in caligine commorabitur. *Si ergo lumen quod in te eſt, tenebræ ſint, ipſæ tenebræ quantæ erunt?* Si ſenſus qui lumen eſt, animæ vitio caliga-
Hilarius. tur: ipſa putas caligo quibus tenebris obuoluetur? Hilarius in Matth. Si enim lumen cordis ſimplex & lucidum manebit, claritatem æterni luminis corpori tribuet, & ſplẽdorem originis ſuæ, corruptioni carnis infũdet. Si autem obſcurum peccatis, & voluptate nequam fuerit: vitiis mentis natura corporis ſubiacebit. Quòd ſi cupiditates in
Chromat. animã graſſentur, quanto peccatis addictiora corpora noſtra erunt? Chromatius ſer. G
Lucerna fides eſt. 2. in c. Matth. 5. & 6. Lucernam fidem vocat: Quia, inquit, ſicut lucerna incedentium in nocte greſſus illuminat, ne aut in foueas, aut in offendicula quæque ambulãtes incurrant: ita & in hac ſæculi nocte, ſplendor fidei omnes vitæ noſtræ greſſus, præeunte lumine veritatis illuminat, ne aut in foueas peccatorum, aut in offendicula diaboli incidamus. Quòd ſi hæc fides noſtra, quę lucerna corporis, vel oculus ſignificatur, in nobis aut peccatorũ tenebris, aut perfidiæ obſcuritate cæcetur, ſine dubio omne corpus noſtrum obſcurũ tenebroſũmque redditur. Quod ipſum ſc. Ioannes oſtendit, dicens: Deus lux eſt, & qui charum habet fratrem ſuum, in lumine manet. Qui autem odit fratrem ſuum, in tenebris eſt, & in tenebris ambulat, & neſcit vbi ambulat, quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius. Et ſi hoc, de eo qui fratrem ſuum odit, dictum eſt: in quibus tenebris hæreticus demorabitur, qui amiſſo lumine Catholicæ veritatis, perfidus ac blaſphemus exiſtit? Alio etiam ſenſu per oculum corporis, quod eſt omnibus H
membris pulchrius ac precioſius, Epiſcopus intelligitur: qui clarã fidei ſuæ ac doctrinæ prædicatione, velut oculus quidam Eccleſię corpus illuminat. Qui ſi per ſimplicem fidem, ac ſanctam conuerſationem Catholicus & fidelis doctor extiterit: poteſt
populus cui præeſt, doctrinæ ac formæ ipſius exemplo, in lumine veritatis ſemper manere. Verùm ſi is, qui lumen cæteris præbere videtur, per prauam fidem, aut per turpem conuerſationem, nequam & perfidus doctor extiterit: ſine dubio, vitæ ac perfidiæ ſuæ exemplo totum corpus poteſt tenebroſum efficere. Vnde non immeritò de tali oculo Dominus dicit: Si lumẽ quod in te eſt, tenebræ ſunt: ipſę tenebræ quantæ erũt? Hoc eſt, ſi huiuſmodi doctor, qui lumen fidei ex ſe præbere cæteris debet, per hæreſim obcæcatus tenebroſus extiterit: quantæ in populo illo poſſint eſſe tenebræ pecca-
Auguſtin. torum? Auguſtin. lib. 2. de ſerm. Domini in monte, cap. 21. ad intentionem refert. Si I
inquit, ipſa cordis intentio, qua facis quod facis, quę tibi nota eſt, ſordidatur appetitu rerum terrenarum & temporalium, atque cæcatur: quãto magis ipſum factũ, cuius incertus eſt exitus, ſordidum & tenebroſum eſt? Quia etſi benè alicui proueniat, quod tu non recta & munda intentione facis: quomodo tu feceris, tibi imputatur, nõ quo-
Chryſoſt. modo illi prouenerit. Chryſoſtom. hom. 21. Oper. perf. in Matth. Quid ergo tibi diui-
Animæ cura in omnibus eſt potior. tiæ, quid iactantia profuerit, ſi his vitiis anima obtenebretur? Quid enim prodeſt auratis armis milites refulgere, cùm ducitur rex ipſe captiuus? Quod lucrum eſt ornatæ depictæq; nauis, cùm ipſius mergitur gubernator? Quenam illa eſt benè compoſiti K
corporis pulchritudo, cùm facies oculos amiſit? Tale quid erit, quale olim poſt Ho-
Virgilius. merum cecinit Virgil. lib. 3. Æneid. de Cyclopibus, & Polyphemo:

Monſtrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum.

Quemadmodum igitur, inquit Chryſoſtom. ſi medicum, cuius ad ægritudines aliorum depellendas ſanitas eſt neceſſaria, ipſum in ægritudinem mittas, & in deaurato cubiculo, lectulóque argenteo iacere præcipias, nihil proficiet omninò languentibus: ita ſi quod menti potius eſt, corruperis, illud ſcilicet, quo ingruentibus vitiis repugnare potes, & theſauro feceris aſſidere: non modò nihil omninò profeceris, ſed totũ prorſus animum læſeris. Simplices ergo ſint oculi tui neceſſe eſt, & puri, adinſtar ſponſæ Eccleſiæ, de qua dicitur Cant. 1. Oculi tui columbarum. & Cant. 4. Vulneraſti cor
meum in vno oculorum tuorum. Ita ſimplex & nuda, non fucata intentio eſſe debet
Ambroſ. eius, qui Deo per orationem, eleemoſynam, aut ieiunium obſequitur. Ambroſ. lib. 1.
Bernard. de Officiis, cap. 30. Affectus tuus, inquit, nomen impoſuit operi tuo. Bernardus Epiſt. 69. Non materia, inquit, neque exitus actuum, ſed intentionis propoſitum culpas diſcernit

A cernit & merita. Thomas 1. quæſt.20.art.4.& q.19.art.7. Omnis enim inclinatio vel motus perficitur in hoc,quod conſequitur finem, vel attingit terminum: Vnde non eſt perfecta voluntas,niſi ſit talis, quæ data opportunitate operetur. Bonum autem ex tota & integra cauſa: vnde ſiue voluntas ſit eius, quod eſt ſecundum ſe malum, & in ratione boni, ſiue ſit boni ſub ratione mali, ſemper voluntas erit mala.Sed ad hoc vt volũtas ſit bona,requiritur,quòd ſi bona ſub ratione boni:hoc eſt,quòd velit bonũ, & propter bonũ.Inde fit,vt etſi bonũ ſit orare,eleemoſynã largiri,ieiunare: oporteat tamẽ hoc ꝓpter bonũ facere.Alioquin ſi propter malum,id eſt, propter iactantiam, aut maiorẽ honorem, & compenſationem in hoc mundo,ſiue propter diuitias:redduntur hæc tenebroſa propter oculum, id eſt,intentionẽ malã.Porrò quia,vt diximus,omniũ vitiorum maximum eſt auaritia, ex quo cæcitas animæ obducitur: ideò nunc Chri- *Contra ar-*
B ſtus illam,& omnem terrenorum ſollicitudinem fugiendam docet,non modò quia à *dentiorem*
Deo nos diſtrahit,ſed & omninò alienos reddit.Poterant enim diſcipuli dicere,Quid *habendi*
ſi ſimul ſpiritualibus & terrenis incumbamus? Quid ſi & in terra & in cœlo theſauros *cupiditatẽ.*
congeramus? An non ſimul & Deo obſequi, & de terrenis ſolliciti eſſe poſſumus?His obiectionibus occurrit Chriſtus generali ſententia & prouerbio, dicens: *Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Aut enim vnum odio habebit,& alterum diliget:aut vnum ſuſtinebit,& alterum contemnet.* Porrò quibuſdam fortè videbitur hæc regula in nonnullis pati exce- *obiectio.*
ptionem.Si quidem Paulus,1.Cor.7.Qui cum vxore eſt,inquit,ſollicitus eſt quæ ſunt mundi, & diuiſus eſt. Poteſt igitur vnicus homo duobus obſequi. Reſpondet Alber- Alb.Mag.
tus Magn.in Matth. cap.6. Quòd non diuiditur in duo dominia, ſed in duos actus vnius dominij : quia matrimonij vinculum eſt de bono dominio Chriſti. Licet ergo
C in actu honeſtiori non ſemper ſit matrimonio ligatus: id eſt,quidam actus ſint matrimonij, qui ad virtutẽ non referantur,ita vt is qui ligatus eſt, non propriè dicatur hoc in actu obſequi & colere Chriſtum: tamen eſt in aliquo actu Chriſti officiorum, quæ diſpenſantur inter fideles,vt vnus actus ſit in vno, & alius in alio. At verò rurſus alius *Alia obie-*
exurget, & dicet ex hac Chriſti ſententia colligi, nemini quàm Deo obſequen- *ctio.*
dum eſſe: ex quo conſequatur, vt contra hanc legem faciant hi, qui hominibus obſequuntur. At verò dicendum, Deum in hominibus agnoſci, ſiquidem illos Deus inſtituerit. Vnde & Petrus Ananiæ dixit, Act. 5. Non mentitus es hominibus,ſed Deo: cùm etiam Petro & cæteris qui illi aderant, mentiretur. Verùm hoc *Deus in*
dixit, quia in illis Deus agnoſcebatur.Vnde & ipſe Dominus ad Samuelem dixit:Nõ *ſuis agno-*
te ſpreuerunt,ſed me. Et Chriſtus ſuis: Qui vos ſpernit,me ſpernit. Honoratur enim *ſcitur.*
D Deus in ſuis, vt diximus, & in illis contemnitur. Proinde homines illi Deo ſubiecti, non alienantur à Deo. Hîc verò agitur de duobus,id eſt contrariis dominis,quorum vnus ab altero non pendeat, aut alteri ſubſtituatur. Hoc enim ſi contingat,etſi plures ſint quibus paremus,vnus tamen,nimirùm qui inter eos ſummus eſt,agnoſcitur. Hoc *Subſtituta*
in rebus politicis. Multi in vnica Repub.domini ſunt,& tamen vnus : multi ſubſtitu- *non negant*
ti,& vnus ſupremus. In hoc caſu poteſt quis pluribus dominis ſeruire, & tamen vni *ſumma.*
tantùm ſeruire: Pluribus ſubſtitutis,dependentibus, & ab vno pendentibus, qui ea ratione vnus eſſe dicantur: non autem pluribus contraria & diuerſa imperantibus, nullo modo coniunctis, ſed ſecum è diametro pugnantibus. In Republica ſunt Tribuni, Cenſores, Quæſtores,Patricij,Senatores, Conſules, vnus Dictator: & hi omnes concurrunt in eandem legem, voluntatem, commune bonum. Ita vnum domi-
E nium efficiunt: & qui his omnibus paruerit, vni paruiſſe dicetur:& qui alterum eorũ offenderit,Rempub.offendiſſe dicetur.In exercitu ſunt Centuriones,Tribuni militũ, decuriones, duces: & hi omnes vnum,quia & vni Imperatori parent.At verò, vt ſcribit Tertull.lib.de corona militis, Nemo miles ab infœderatis & hoſtibus domini ſui Tertull.
cibaria captat, niſi profugus & proditor. *Aut enim vnum odio habebit,& alterum diliget.* Fingat obſequium ſuum quantum volet,non verum obſequium erit, ſiquidem illud ex corde metiamur, in quo eſt odium & dilectio. Poſſunt enim homines multa ſimulare, vt qui vni paruerit, ſi in hoſtis eius manus inciderit, multa confingat obſequia: verùm ſi cor attendas,longè aliud præ ſe feret. *Non poteſtis Deo ſeruire & Mammonæ.* Prolatam generaliter ſententiam applicat,vt ex his quæ nobis contingunt, facilè colligamus, quàm ſit impoſſibile Deo & diuitiis, ſeu diabolo obſequi. Diximus dictionem *Mãmonas quis.*
Mammona Syriacam eſſe,cùm *Racha* interpretaremur: quod & Hieronym.in Matth. Hieron.

Chryſoſt. Clemens. Irenæus. cap.6.aſſerit, & Chryſoſtom.hom.16. Oper.imperfecti in Matth. Clemens Rom.lib. 5.Recognit.Mammona patria eorum voce,inquit, diuitias vocat.Irenæus lib.3. contra hæreſ.cap.8. Mammonas,inquit,ſecundum Iudaicam loquelam,qua & Samaritæ vtuntur, cupidus eſt, & qui plus quàm oportet habere vult. Secundum Hebraicam adiunctiuè,dicitur Mam, vel ſignificat guloſum, id eſt,qui non poſſit à gula ſe continere. Mammona igitur idē quod Græcis πλοῦτος. Abdias lib.5.hiſtor. certaminis Apoſtolici,Mammona,dæmonis nomen eſſe ſcribit, qui lucris carnalibus præeſt,& dominatur eorum qui diligunt mundum. Nec hoc mirum, cùm etiam Plutus Deus ab Ethnicis adoratus ſit, vt ſcribit Clemens Alex.lib.Stromatum.Vnde & Theognis antiquiſſimus Poëta:

Abdias.

Plutus Deꝰ diuitiarū.

Cle. Alex. Theognis.

ὦ σὲ μάτλω, ὦ πλοῦτε, θεῶν τιμῶσι μάλιστα. id eſt,

Non fruſtrà te Plute colunt, ô maxime diuûm.

Quid eſt ergo ſeruire Mammonæ? Eſt,ita incumbere congerēdis per fas & nefas theſauris,vt huic ſtudio omnem animam,cor,cogitationes & conatus omnes impendas: adeò vt ipſas, aut in ipſis dæmonem, qui te ad hūc cupiditatis ardorem impulit, adores & colas. Hoc autem vinculo irretitus,quomodo Deo ſeruire & obſequi poteris? Eapropter Paulus 1.ad Timoth.6.Qui cupiunt diuites fieri,inquit,incidunt in tentationes diaboli, & deſideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum eſt cupiditas. Chryſoſt.hom. 22. Oper.perfecti in Matth. Quid verò, inquit, his quæ dicta ſunt, ad vtrumque excitandum mentis affectum cumulatius proferatur? Quid terribilius, quàm ſi etiam propter pecunias Chriſti ſeruitio dicamur excidere: vel deſiderabilius, quàm ſi deſpectu diuitiarum, tota illi mente poſſimus, & dilectione coniungi? Quod enim ſemper dicere ſoleo, id nunc rurſus admoneo, quòd ſcilicet auditorem ad eorum quæ dicit obedientiam,etiam per aduerſa compellat:non ſolùm ſcilicet per iſta quæ proſunt, verumetiam per illa quæ lædunt:ſicut optimus quiſpiam medicus,qui ex intemperantia oſtendat ægritudinem eſſe ſecuturam, & ex obedientia ſoſpitatem. Tantum autē valuit hæc ſententia apud Tertullianum, vt ex ea,lib.de corona militis, concluderet Chriſtianum non poſſe Deo ſimul & Imperatori parere, in mandato doctrinæ Chriſtianæ oppoſito:quo præceperat M. Aurelius Caracalla, vt in die ſuo natali coronam caſtrenſem omnes milites capiti ſuperponerent,& à Tribuno donatiuum acciperent: ac ſi ſummo quodam honore Cæſares eſſent adoraturi.Quidam enim ex Chriſtianis militibus coronam manu geſtabat:Vnde & murmur ſecutum eſt. Adhibetur, inquit Tertullianus,quidam illic magis Dei miles, cæteris conſtantior fratribus,qui ſe duobus dominis ſeruire poſſe præſumpſerat, ſolus libero capite, coronamento in manu ocioſo. Cuius factum defendens Tertullianus, tractatum de corona militis ſuſcepit, quo etiam hæc habet.In his ergo,inquit,erit ſerti militaris ſuperſtitio vbique polluta, & polluens omnia,quæ iam polluātur & cauſis.Ecce annua votorum nūcupatio quid videtur?Prima in principiis, ſecunda in capitoliis. Accipe poſt loca,& verba.Hunc tibi Iuppiter bouem cornibus auro decoratis vouemus eſſe futurum. Cuius ſententiæ vox eſt? Vtique negationis. Hoc igitur erit, Non poteſtis Deo ſeruire & Mammonæ: Mammonæ manum tradere,& à Deo abſiſtere.Hinc idem lib.de Spectaculis concludit, non eſſe cum Ethnicis communicandum & conuerſandum, (quemadmodum ſcilicet nec cum hæreticis.)Nemo enim poteſt,inquit,duobus dominis ſeruire. Quid luci cum tenebris? Quid vitæ & morti? Odiſſe debemus iſtos conuentus, & cœtus Ethnicorum: vel quod illic nomen Dei blaſphematur, illic quotidiani in nos leones expoſtulātur,inde perſecutiones decernuntur,inde tentationes emittuntur. Quid facies in illo ſuffragiorum impiorum æſtuario deprehenſus, non quaſi illic aliquid poſſis ab hominibus?Nemo te cognoſcit Chriſtianū:ſed recogita quid de te fiat in cœlo. Dubitas enim in illo momento, quo in diaboli Eccleſia fueris, omnes Angelos proſpicere,& ſingulos de cœlo denotare,quis blaſphemiam dixerit,quis audierit,quis linguam, quis aures diabolo aduerſus Deum adminiſtrauerit? Non ergo fugies ſedilia hoſtium Chriſti, illam cathedram peſtilentiariam, ipſumque aërem, qui deſuper incubat, ſceleſtis vocibus conſtupratum? Sint dulcia licet, & grata licet, & ſimplicia etiam honeſta quædam. Nemo venenum temperat felle & elleboro,ſed conditis pulmentis, & benè ſaporatis, & plurimùm dulcibus id mali iniicit:ita & diabolus,lethale quod

Chryſoſt.

Tertull. *Quid ex hac Chriſti ſententia.*

1.

2. Idem Tertull.

A quod conficit, rebus Deo gratissimis & acceptissimis imbuit: omnia illic seu fortia, seu honesta, seu sonora, seu canora, seu subtilia. Proinde habe, acsi stillicidia mellis de liuaeunculo venenato, nec tanti gulam facias voluptatis, quanti periculũ. Digna prorsus Tertulliani sententia, qua in eos vti possumus, qui prætextum sibi faciunt, ad hæreticorum conuentus, mensas, colloquia: aut quòd parentes, aut vicini, aut compatriotæ sunt: aut quòd honesti sint, & ciuiles: Non aduertentes interim hanc sententiam omnibus præferendam esse, qua Christus Deo & Mammonæ seruiri non posse asserit. Gregor. Nanzanz. Orat. ad eos, qui dicebant eum Cathedram Constantinop. affectare: Eos enim, qui aliud quidem sentiunt & profitentur, inquit, quasi pestem & corruptelam Ecclesiæ, veritatisque virus abiicite: non odio eorum flagrantes, sed eorum casum miserentes. Bernard. sermon. 2. de inquirendo Deo. Væ etiam peccatori terrã ingrediẽti duabus viis. Nemo enim duobus dominis seruire potest. Ne hãc quidem simplicitatem amat integritas illa, perfectio illa, illa plenitudo. Indignum enim est ei, vt inueniendum se præbeat, nisi perfecto corde illam quæsierit. Cęterùm si odibilis est canis reuersus ad suum vomitum, & sus lota in volutabro luti, sed & ipsum quoque quẽ inuenerit tepidum, ex ore suo euomere incipit Deus: simulator & proditor vbi parebunt? Ex hac igitur sententia colligit Bernardus neminem corde duplici Deum colere posse, nimirùm vt hæreticis & Ecclesiæ faueat, vt peccatum & iustitiam colat, vt auaritiæ & Christo, eiúsque membris obsequatur: aut hominibus, simúlque Deo placeat. Clemens Alexandrinus eandem sententiam sequitur libr. 7. Stromatum. Nam cuius est, inquit, institutum vt placeat hominibus: quoniã non quæ conferunt, sed quæ delectant, multi eligunt, is Deo placere non potest. Sed & latiùs illam porrigit ad omnia quæ ex peccato, & quæ pendent ex iustitia: vt doceat non posse nos allectamentis vitiorum obsequi, & Deo. Quomodo ergo, inquit, cibus & potus, & venus ei (qui iustus est) amplius fuerit delectabilis: cùm etiam sermonem, qui etiam adfert aliquam voluptatem, motúmque cogitationis, & operationem iucundam habeat suspectam? Nemo enim potest duobus dominis seruire, Deo & Mammonæ. Non pecuniam dicens, sicut nudè dicit: sed suppeditationem quæ fit à pecunia in varias voluptates. Reuera fieri non potest, vt qui Deum cognouit magnificè & verè, eis quæ aduersantur, seruiat voluptatibus. Verùm quoniam hîc de diuitiis sermo est, occurret quæstio, quid de iis sentiẽdũ sit, qui cũ diuites essent, Deũ tamẽ coluisse legũtur? Verũ breuiter respõdemus: diuites quidẽ illos fuisse, sed imperasse diuitiis, non ipsis obsecutos esse, at soli Deo. Hanc resolutionem adfert Chrysostom. hom. 22. Oper. perf. in Matth. At tu, inquit, noli mihi contra hanc sententiam proferre diuites, sed diuitiis seruientes. Alioquin etiam Iob erat diues, non tamen pecuniæ seruiebat, sed habebat diuitias, eísque vt congruit, imperabat: nec erat famulus earum, sed dominus. Sicut enim alieni patrimonij dispensator, ita illa possidebat: non modò aliena non rapiens, sed propria quoque indigentibus largiens: quódque his maius est, nec habere se illa gaudebat. (Iob. 31.) Si lætatus sum, inquit, quia mihi essent multæ diuitiæ. Vnde etiam consequenter, quia gaudium de possessione non habuit, dolorem ab amissione non pertulit. At non tales nostra sunt ætate locupletes, sed captiuis omnibus deterius effecti, & sicut inuiti, cuidam tyranno tributa pendentes, non quiescunt à miseria seruitutis. Quasi enim arcem quandam, ita eorum mentem amor auri insedit. Vnde per dies singulos præcepta eis plena iniquitatis imponit, nec est omninò aliquis, qui non obediat imperanti. Noli igitur econtrà argumentari: semel siquidem pronunciauit Deus impossibile esse vtriusque seruitium. Ne ergo tu dixeris hoc esse possibile. Quando enim te vnus Dominus propriis exui iubet, alter præcipit aliena diripere: quando ille tibi imperat castitatem, iste luxuriam: quando tibi castigationem ventris indicit, ille ebrietatem atque delicias: quando te alter omnia ista iubet despicere, ille te inhærere atque inhiare præsentibus præcipit: Cùm hic quidem iubet lecta marmora, parietes pictos, & laquearia deaurata mirati: ille inhorrescere huiusmodi omnia, & veræ Philosophiæ pulchritudinem, ac morum ornamenta suscipere mandat. Et quomodo possibile est tam contraria hæc pariter conuenire? Idem hom. 16. Poster. oper. in Matth. Itaque non dixit, Nemo potest habere Deum & diuitias: sed, nemo potest Dei & diuitiarum seruus esse. Aliud enim est habere diuitias, aliud seruire diuitiis.

Ne cũ hæreticis versemur.

Greg. Nan

B Bernardus. 3.

C Cl. Alexan. 4.

Mammona pro cupiditate.

D Chrysost.

E Idẽ Chrys.

Si habes diuitias,& illæ non te faciunt ſuperbum,aut violentũ,ſed propter Deũ quod F
potes das impotentibus,dominus es diuitiarum tuarum,non ſeruus:quia nõ te diuitiæ
tuæ tenent,ſed tu diuitias.Si autem tuæ te diuitiæ ſuperbum faciunt, aut violentum,
& conſtrictus auaritia nemini aliquid præſtas, tunc ſeruus es diuitiarum tuarum,non
dominus:quia diuitiæ tuæ te tenent,non tu diuitias tuas. Itaque ad affectum & vſum
hæc omnis ſententia referenda eſt, vt nemo poſſit diuitiis conquirendis ſe totũ adii-
cere, his die noctúque inuigilare, hoc ſtudium omnibus præferre, & ſemper de iis
quocunque in loco ſit, meditari : niſi ſimul & diabolum diuitiarum ſeu mundi iſtius
principem colat, & Dei cultum, cui tamen omnia debet, negligat. Eapropter Pau-
lus πλεονέκτας, εἰδωλολάτρας, id eſt,auarum,idololatrã appellat,1.Cor.5.Epheſ.5.Nam
vt ſcribit Poëta,

Imperat,aut ſeruit collecta pecunia.

Quòd ſi illa ſeruiat, tu imperabis ei, & ad ſalutem & proximi conſolationem ea vte- G
ris, idq; Pſaltis ſequeris, Pecuniæ ſi affluant, nolite cor apponere. Sin verò impe-
ret illa, tu quouis modo in proximorum etiam perniciem eam comparare cona-
Tertull. beris. Ita nimirùm cuidam Genti, vt ſcribit Tertullianus, aureos compedes dare
Aurei cõpedes. captiuis mos eſt . Et hoc quid tibi profuerit, ſeu aureis manicis & compedibus
teneare,ſiue ferreis: cùm ſemper & in his, & in illis captiuus fias? Quid demum
te rebus tuis, quas breui poſſeſſurus es, prouidiſſe proderit, & de æternis ſollici-
Plutarch. tum non fuiſſe ? Plutarchus ſcribit, in vna vrbium Sparta, diuitiarum Deum ſer-
uari & cæcum, & iacentem, vt picturam inanimatam ac immobilem. Ex quo etiam
Cl. Alex. Clemens Alexandrinus Plutum cæcum natum ab Ethnicis creditum eſſe ſcribit,
Plutus cæcus. vtpotè qui ſtatim atque homines poſſederit, eos excæcare ſoleat: id eſt, omnem H
ab eis rationem & mentem auferre. Hinc fit, vt & ipſæ ab æterno lumine, à Deo
Auguſt. nimirùm ipſo, hominem auertant. Porrò Auguſtinus libr.2. Quæſtionum Euange-
licarum quæſt.36.occurrit quæſtioni, Quî fiat vt Chriſtus repetat eiuſdem ſenſus ver-
ba, hæc nimirùm: Aut enim vnum odio habebit,& alterum diliget:aut vnum ſuſti-
nebit, & alterũ contemnet? Hæc,inquit, non ſine conſideratione diſtinguenda ſunt.
Non enim paſſim atque temerè dicta ſunt. Siquidem nemo interrogatus vtrum dili-
gat diabolum, reſpondet ſe diligere, ſed potiùs odiſſe: Deum autem ſe diligere om-
nes ferè proclamant. Ergo ſi vnum dilexerit, alterum odiſſe debet. Verùm vt co-
gnoſcamus quem oderit, & quem diligat: adiicit, *Vni adhærebit*, nimirùm quem dile-
xerit. Etſi enim qui auaritiæ ſtudet,verbis enunciet ſe diabolo minimè obſequi, ne-
que ei ſeruire : facto tamen ipſo ſe eum diligere, & ei ſeruire demonſtrat,cùm ei ad- I
hæreat. Et qui facto ipſo Dei præcepta, & per conſequens Deum ipſum contemnit,
& voluntatem omnem, omne ſtudium, & intentionem ſuam ab eo auertit: an non
Albertus. ſe quoque illum odiſſe demonſtrat? Albertus Magnus in Matth. Sed adhuc quæri-
An quis Deum oderit. tur,inquit, vtrum Deum aliquis oderit. Probatur idipſum Pſal.73. Superbia eorum
qui te oderunt, aſcendit ſemper. Et tamen iſtud Auguſtinus retractauit. Reſponſio.
Cùm Deus ſit principium dans eſſe,& continens in eſſe, & gubernans ad optimum
ſuæ naturæ vnumquodque: & cùm omnia appetãt eſſe, ſicut & bonum: conſtat quòd
in iſta conſideratione omnia aut naturali, aut animali, aut intellectuali motu amant
Deum. Verùm cùm ipſe etiam ſit iudex,per iuſtitiam reddens vnicuique quod ſuum
eſt, nihil prohibet eos qui oderunt iuſtitiam, & iudicium, etiam odiſſe Deum iudi-
cem, & blaſphemare: ſicut dicitur Pſal.2.Sap. 1. Dicere etiam poſſumus, quòd etſi K
Deum ſecundum ſe impij non oderint, oderunt tamen eum in effectis & operibus
eius: quæ nec vereri, nec ſuſpicere volunt, ſed potius abominantur. Sic Pſalm.
49. Proieciſti ſermones meos retrorſum.Eſa.1.Ipſi ſpreuerũt me. Rurſus magna olim
quæſtio ventilata eſt à Marcionitis,& Manichæis,etiã & à Lucibellianis & Gnoſticis
An duo ſint Dij, cõtra Marcionitas. de Deo malo:ita nimirùm conſiderarunt Mammonam, vt Deum & Dominum: cùm
Chriſtus priùs dixerit,Neminẽ poſſe duobus dominis ſeruire: exquo intulerit,nemi-
nem Deo ſeruire poſſe, & Mammonæ.Verùm his reſpondemus, Mammonam Do-
minum & Deũ dici nõ ſimpliciter,id eſt,quaſi ipſe tantũ gradũ habeat:ſed ex opinio-
ne eorũ qui diabolũ & diuitias colũt.Huic ſimile eſt,quod Pſaltes dixit,Dij Gẽtiũ dæ-
monia.Nõ ſimpliciter Deos vocat,ſed Deos Gẽtiũ,id eſt in opinione Gẽtiũ.Dixerí &

Vaccam

A Vaccam Deam pro Io; & Bouem Deum Apim apud Ægyptios,& Simiam; & Crocodilũ, vt differit Theodoretus lib.affect. Græc.tractatu de Diis. Erit & Phallus Deus, & cætera voluptatis monumenta, vt & Clemens Alex.contra Gentes; & Arnobius, & Gregor. Nanzanz. Orat.1. contra Iulianum disputant. Sed &, vt scribitur apud Esaiam, Dolauit artifex lignum, & ipsum formauit in speciem hominis, & dixit incuruans se ante illud: Deus meus es tu. Ergo si qui lapidem, lignum, folium, ventum pro Deo coluerunt: ex ea ratione Dei vnitas excludetur? Immò neque excludetur apud Gentiles, qui etsi Deos multos coluerint, vnum tamen summum coluerũt, quẽm patrem vniuersi

Theodo. Cl. Alexan. Arnobius. Greg. Nan.

← ἀνδρῶν τε, θεῶν τε vocauerunt.

Iam; quomodo Deum mali constituent hæretici, qui & verè Deus sit, id est, summam
B habeat potestatem? Nec quidem ipse Mercurius nisi à Ioue mittitur, nec Iuno aut Pallas aliquid sepositò Iouis numine potuisse crediderunt Gentiles. Et quid est quòd Sathanicis spiritibus talem nonnulli tribuant potestatem, vt Deorum nomen, id est, coæqualitatem cum Deo summo assequantur? Etsi non negemus multos Sathanam pro Deo colere, multos dæmonibus magnum dæmonium tribuere, etsi illos colant, & plus illis deferant quàm Deo: non proinde tamen Dei vnitas & simplicitas eluditur. Deus vnus est, Deus inquam verus, summus: multi Dij per adoptionem & communicationem nominis: multi demum Dij per abusum & falsam opinionem. Et illo quidem modo dicimus Christum intellexisse Mammonam Dominum nuncupari: non quòd talis sit, sed quòd hac illum authoritate & nomine
C perfidi auari donare soleant: aut suis factis, cogitationibus & intentionibus omnibus illum pro Deo agnoscant. Irenæus lib. 3. contra hæres. cap. 6 ostendit, quòd in scripturis nemo alius Deus nominetur, nec Dominus nuncupatur, nisi solus verus Deus pater omnium, & Verbum eius. Cap. 7. explicat, quid sit quod à Paulo dicitur, Excæcauit mentes infidelium. Et capit. 8. sic concludit. Soluta igitur & hac illorum calumnia (qui Deum malum constituunt) manifestè ostensum est, quoniam nunquam Prophetæ neque Apostoli alium Deum nominauerunt, nec Dominũ appellauerunt, præter verum & solum Deum. Multò magis ipse Dominus, qui & Cæsari quidẽ quæ Cæsaris sunt, reddi iubet, & quæ Dei sunt, Deo. Cæsarẽ quidẽ Cæsarẽ nominans, Deum verò Deum confitens. Similiter & illud quod ait, Nõ potestis duobus dominis seruire, ipse interpretatur dicens: Non potestis Deo seruire & Mammo-
D næ. Deum quidem confitens Deum: Mammonam autẽ nominans, hoc quod & est. Neque enim Mammonam Dominum vocat, dicens: Non potestis duobus dominis seruire: sed discipulos docet seruientes Deo non subiici Mammonæ, neque dominari ab eo. Qui, inquit, facit peccatũ, seruus est peccati. Quemadmodum ergo seruientes peccato, seruos peccati vocat, non tamẽ ipsum peccatum Dominũ appellat: sic & eos qui Mammonæ seruiunt, seruos Mammonæ appellat, nõ Dominum appellans Mammonam. Tertull. lib. 4. contra Marcionem. Ita cùm vnum Deum ponit nominaturus, & creatorem, si alius esset ipse: creatorem nominauit, quem Dominum sine alio Deo nõ posuit. Ergo nõ est colligendũ, quòd diabolus Deus sit, ex eo quod Christus præintulit, nos non posse duobus dominis seruire: sed quòd ex hac generali sententia consequatur non posse nos Deo seruire & Mammonæ, cùm opposita vtriusque sit volun-
E tas, etsi non sit æqua potestas, immò diaboli nulla. Interim ex eo quòd quis diabolum adorat, & quasi Deum colit, seu Magus, seu Marcionita sit: non sequitur quòd diabolus sit Deus, aut diuitiæ Deus. Sequeretur enim quòd & omnia, quæ præcipuo & velut summo amore homines prosequuntur, pecuniæ scilicet, mulieres, homines, rura, filij, parentes, Dij essent verè & simpliciter: quod etsi illi opinentur, vt olim traductos in numerum Deorum Ethnici venerabantur, reipsa tamen vnus est Deus & Dominus omnium. 1. Reg. 5. Cùm arca Dei poneretur in templo Dagon, cecidit Dagon capite & summitatibus amputatis super limen. *Ideò dico vobis, ne sollicити sitis animæ vestræ quid manducetis, aut corpori vestro quid induamini*. Hilarius in Matthæum. Contemptum sæculi, & fiduciam futurorum toto superiore sermone præceperat. Nam cùm ad iniuriam pronos iubet esse, & ad damnum voluntarios, & ad vltionem negligentes, & ad damnum promiscuos, & ad humanã gloriam incuriosos, confirmare nos in spem bonorum futurorũ laborat. Plures enim & amor præsentiũ, &

Tertull.

Hilarius.

Quomodo Deus vnus.

Irenæus.

Non est Deus aliquis malus.

spes nostra in Deũ cõfirmanda.

desperatio futurorum incertos facit, & aut illecebris capit, aut infidelitate corrumpit. Ideò nos à terrenorum sollicitudine, ad cœlestia cogitanda & speranda F
Ambros⁹. prouocat. Ambrosius libr. 7. in Luc. cap. 12. Nihil enim moralius ad faciendum fidem, omnia credentibus à Deo posse conferri, quàm quòd aërius ille spiritus vitale collegium, animæ corporisque contubernio fœderatum, sine nostro labore perpetuat: nec salutaris deficit vsus alimenti, nisi cùm suprema venerit dies moriendi. Per animam autem, non intelligit spiritualem hominis partem: quid enim ei aut cibo, aut indumento opus est? sed pro vita hac tẽporali & caduca sumit: sicut & alibi,
Augustin. Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam: Augustin. lib. 2. de serm. Domini in monte, cap. 23. Ad vitam temporalem cibus, ad corpus vestimentum pertinet. Occurrit autem obiectioni, qua quis dicere posset: Quid ergo? Ocioſi, & ignaui erimus. Ergo ad fucorum instar, mella apum exugemus, & aliorum laboribus viuemus? Vbi igitur illa lex quam Deus ab initio præscripsit, In sudore G
vultus tui, vesceris pane tuo: & quam Psaltes in patrefamiliâs commendat, dicens: Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & benè tibi
An Christ⁹ ignauiã & desidiã probet. erit? Et quod Paulus se denunciasse scribit, quòd si quis non vult operari, nec manducet. Si enim vnumquemque laborare, sudare, & inuigilare victui conquirendo necesse est: quomodo stabit ista regula, Ne solliciti simus quid manducemus, aut quid bibamus? Num scilicet hæc comparare quis poterit sine sollicitudine? Quid quòd & quosdam summo manè excitari, & suo labori prospicere oportet, statim atque

Excubitor lucem cantu prædixerit ales?

Verùm has omnes obiectiones vnica Christi elausula eludit. Non dixit, Ne laboretis, ne sudetis, ne vigiletis, ne prospiciatis vobis. Quin potius per omnem Euange- H
lij discursum ista leges: dictum agricolis, Quid hîc statis tota die ocioſi? dictum discipulis, Videte, vigilate & orate. Et istud, quòd Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retrò, aptus est regno Dei. Etiam & istud, Messis multa, operarij pauci. Rogate dominum messis, vt mittat operarios in vineam suam. Non ergo hæc prohibuit, quæ natura, quæ Deus, quæ idem ipse Christus commendat:
Th. Aquin. sed dixit, *Ne solliciti sitis*. Thomas Aquinas in Matthæum. Dicendum ergo quòd
Sollicitudo triplex. sollicitudo tribus modis consideratur mala. Sollicitudo enim dicit prouidentiam cum studio: studium autem est vehemens applicatio animi. In ista autem vehementi applicatione potest esse peccatum, quando scilicet alicui rei, velut fini, totum seipsum impendit: quo quidem modo solliciti esse prohibemur. Et ideò legitur Prouerbior. 11. Expectatio sollicitorum peribit. Intendit etiam aliquando mens nostra I
ad superflua acquirenda: quod item prohibetur Ecclesiast. 2. Dixi ego in corde, Vadam, & affluam diuitiis. Quòd si temporalibus etiam conquirendis mens addicta fuerit, adeò vt spiritualia derelinquat, peccat. Quidam quoque solliciti sunt, cum quodam timore & desperatione, quòd timeant ne quid illis desit: & quoniam hac in re de Dei prouidentia, & de misericordia dubitant: ideò Christus illos his verbis
Albertus. reprimit. Albertus Magnus in Matthæum. Rursus secundum Glossam sollicitudo duplex est: Vna est suffocans, & hæc interdicitur, quia mentem & rationem perturbat: adeò vt sese quis mente alienatus diuinarum mancipium faciat. Est sollicitudo prouidentiæ, quæ si benè, id est, secundum Dei legem dirigatur, in aliqui- K
bus tolerabilis, in aliis laudabilis est. Et militat illa aliquando quidem in pigritiam,
1. aliquando pro charitate suscipitur, Luc. 10. Martha, Martha, sollicita es, & turbaris erga plurima. Quæ sollicitudo laudatur in viduis, vt pauperes pascant, &
2. excipiant. Galat. 2. Qui videbantur columnę esse, dextras mihi dederunt & Barnabæ, societatis: vt nos in Gentes, ipsi verò in circuncisionem: tantummodò vt pauperum Christi memores essemus. quod etiam sollicitus fui hoc ipsum facere. Sed
&, vt diximus, (1. Corinth. 7.) Qui habet vxorem, sollicitus est quæ sunt mundi, & quomodo placeat Deo: & idem curat mulier, vt placeat viro. Denique quis familiæ, Ecclesiæ, aut populo sine sollicitudine præesse potest? Romanorum 12. Qui præest, in sollicitudine. 1. Timoth. 5. Qui suorum & maximè domesticorum curam
3. non habet, infidelis, & infideli deterior est. Laudabilis vrique, & necessaria
4. est sollicitudo pauperum, & in Prælatis sollicitudo subditorum. Quid quòd

ad mutuam

A ad mutuam beneficentiam, & opera misericordiæ implenda, seu spiritualia, seu temporalia sollicitudo requiritur? Siquidem, vt scribit Paulus, 1. Cor. 12. Pro inuicem sollicita sunt membra. Vnde & alibi, Ephes. 4. Solliciti seruare vnitatem in vinculo pacis. Demum quis sine sollicitudine diaboli tentationes cauere possit? Eapropter Christus patremfamiliâs proponit vigilantem, ne sinat perfodi domum suam, vbi nouerit qua hora fur venturus sit. Amplius, sunt qui ita sollicitudinem diuidunt, vt alia sit laudabilis, alia tolerabilis, alia miserabilis, alia vituperanda. Laudabilis in præcepto est: & hæc rursus est multiplex. Est sollicitudo regiminis, qua pater filios, dominus seruos, præceptor discipulos, Rex populum, Princeps subditos, Prælatus Ecclesiæ gregi suo prouidet. 2. Corinthiorum 12. Instantia mea quotidiana sollicitudo Ecclesiarum. Est sollicitudo obedientiæ, 2.
B in subditis. Iosue cap. 23. Estote solliciti, vt custodiatis cuncta, quæ scripta sunt in volumine legis Moysi. Est sollicitudo pacifici conuictus inter pares, de 3.
qua Ephesior. 4. Est & sollicitudo proficiendi, & hæc in tribus consistit: nimirùm in memoria præceptorum diuinorum. Deuteron. 4. Custodi temetipsum sollicitè, & animam tuam, ne obliuiscaris verborum quæ viderunt oculi tui: & ne excidant de corde tuo, cunctis diebus vitæ tuæ. Consistit in præcautione mali. 2.
Deuter. 4. Custodite animas vestras sollicitè! Non vidistis aliquam similitudinem, in die qua locutus est vobis Dominus in Oreb de medio ignis: ne fortè decepti faciatis vobis sculptam similitudinem. Attenditur & illa sollicitudo proficiendi in feruore spiritus, ad bonum faciendum incitati. Rom. 12. Sollicitudine non pigri, spiritu feruentes, Domino seruientes. Porrò sollicitudo tolerabilis multi-
C plex est. Aliquando enim est dilectionis naturalis. Sic (Tob. 10.) Cùm moras faceret Tobias, causa nuptiarum, sollicitus erat pater eius, dicens: Putas quare moratur filius meus? Aliquando est rei familiaris. 1. Reg. 9. De asinis quas nudius tertius perdidisti, ne sollicitus sis, quia inuentæ sunt. Aliquando est sollicitudo prouidentiæ necessariæ, vt patris de vestiendis filiis: quomodo Paulus dixit patres thesaurizare, id est, reseruare aliqua filiis. Est & sollicitudo infirmitatis humanæ: quomodo vir curat vt vxori placeat, & vxor vt viro accepta sit. Alia est sollicitudo curæ moderatæ. Tob. 5. Rogo te de qua tribu, vel de qua domo es tu? Cui Raphaël Angelus: Genus quæris mercenarij, vel mercenarium qui cum filio tuo eat. Non autem te sollicitum reddam. Ego sum Ananias Azariæ magni filius. Hæ sollicitudinum species excusabiles sunt. Est verò & sollicitudo mi-
D serabilis multiplex. Alia est enim laboris in operando, de qua Eccles. 2. Detestatus sum industriam meam, qua sub sole laboraui, habiturus hæredem post me, quem ignoro, vtrum sapiens vel stultus sit: & dominabitur in laboribus meis, quibus desudaui, & sollicitus fui, nec est quicquam tam vanum. Alia est sollicitudo passionis, de qua 1. Machab. 6. Recessit somnus ab oculis meis, & corrui corde præ sollicitudine, & dixi in corde meo, In quantam tribulationem deueni, & in quos fluctus miseriæ? Alia est sollicitudo præcauendi insidias hominum. Hier. 38. Sollicitus sum propter Iudæos, qui transfugerunt ad Chaldæos, ne fortè tradar in manus eorum, & illudant mihi. Et denique aliud genus sollicitudinis vituperabilis, quam hîc Christus prohibet. Hæc autem multiplex est. Est enim alia scientiæ eo-
rum quæ vana & superflua sunt. Eccles. 2. Cùm alius laborat in sapientia &
E doctrina, & homini otioso quæsita dimittit. Et hæc ergo vanitas & magnum malum. Alia est in studio peccandi. Danielis 13. Volentes concumbere cum ea, obseruabant sollicitè quotidie videre eam. Alia est in adinuentione nouarum voluptatum, qualis olim erat tempore Commodi & Heliogabali: impositionum & exactionum, cæterorúmque quæ contra Dei legem, & proximi charitatem militant. Sic (Sap. 14.) Imaginem regis, quem honorare volebant, fecerunt, vt illum qui abierat, tanquam præsentem colerent, sua sollicitudine. Alia est sollicitudo acquirendi diuitias cum cupiditate diteſcendi. Matth. 13. Sollicitudo sæculi istius & fallacia diuitiarum suffocant verbum, & sine fructu efficitur. Est & sollicitudo auarè conseruandi diuitias. Sic Ecclesiast. 2. Peccatori dedit (permisit) Deus afflictionem & curam superfluam, vt addat & congreget, & tradat ei cui placuit. Antiochus

Antiochus Monach⁹. Monachus in Pandectis ſcripturæ, hom. 13. hac hominem Deo ſubtrahi, & diabolo F mancipari docet. Quandoquidem, inquit, iuxta legis præſcriptum, ſi pars vna corporis lepra aſpergitur, altera autem ſincera eſt, totum interim cenſetur immundum. Planè alienæ facultatis appetentior, quantalibet pecuniæ copia exuberet, numquam exſatiatur. Quum enim permulta adeptus fuerit, ad alia rurſus cumulando tota con-

Proſper. *Cõtra auaritiam.* cupiſcentia fertur: qui quantam habet materiam iſtius vitioſæ affectionis ſecundum proportionem, tanto recedit à Deo, fitq; particeps apoſtaſiæ. Proſper Aquitanicus libr. 2. de vita contemplatiua, cap. 15. Ecce enim, inquit, iubet nobis imperioſa cupiditas, vt diuina parui pendentes, poſſeſſionum terreſtrium damnoſa compendia cogitemus: vt in eis totam ſollicitudinem curámque ponamus, vt inde nos morbida natiuitate iactemus, vt amplitudine patrimonij diffuſioris elati, fieri pauperes ſpiritu negligamus. O facinus inauditum! Nam iugo Chriſti contempto, ferreum cupiditatis imperium voluntaria mentium inclinatione ſuſcipimus, & Domini noſtri leui onere, quod ſubiectos non onerat, ſed ſubleuat, poſthabito, plumbeum pondus noſtris ceruicibus aggeramus, quod citiùs poteſt deponi, quàm ferri: quia & ipſa cupiditas, quę nobis ſubiici vltrò volentibus hoc pondus imponit, contemni poteſt faciliùs, quàm expleri: & ideò qui ſe illi volentes dediderunt oppugnanti, voluntatem vlteriùs reſiſtendi non habebunt tyrãnicè dominanti. Et hoc fit in iſto Dei iudicio, vt qui cupiditati reſiſtere noluimus ingreſſuræ, iam reſiſtere nequeamus ingreſſæ. O plangendum miſerabiliter mentis expugnatæ ſeruitium! O intolerandum dæmonicæ cupiditatis imperium! Vt ex hoſtibus ſuis, quos poteſt vincere, victores faciat ſuos, promittit ingentia, & bonorum temporalium pollicitatione deceptos iam impellit miſeros, & miſerandos in turpia. Tenet nos lucrorum H pœnaliter dulcium catenis addictos, & in ſua ditione captiuos: nec trahit inuitos, ſed quod eſt deterius, quoſcunque voluerit, volentes ducit. Vaſtat in omnibus quicquid verecundiæ aut pudoris inuenerit: aut quos ſuis triumphis addixit, adhuc tanquam reſipiſcendi ſuſceptis omnibus viribus honeſtatis exarmat, ne quando contra eum, qui bellare noluimus, rebellemus. Rapit nos, ac paſſim per omnia adquiſitionum genera cupidos adquirendos diſpergit. Non permittit animum liberum, non ſtabile corpus, vagante animo mobiliter, aut quietum, & velut quædam cadauera in paſtum feris, auibus, beſtiiſque proiecta, captiuos ſuos immundis ſpiritibus tradit, non lacerandos, ſed auidiſſimis mortiferorum criminum faucibus deuorandos: nec tamen vt eſſe iam deſinant, ſed vt pœnaliter viuant. Denique in viuis corporibus adhuc portant funera ſua: ſed iidem ſimul viui & mortui. Hinc eſt quòd peccato viuentes, quantum nos congeſtarum opum oblectet acceſſio, ipſa fruendi carnalibus delectatione ſentimus: & quantum virtutum ſuſtineamus inopiam, velut mortui virtutibus, ignoramus. Ioannes Damaſcenus libr. 2. Parallelorum, cap. 17. ex Chryſoſtomo. Quid, inquit, diuitiis cumulandis te fatigas: & alij in bona ingrediuntur, luxúque & deliciis influent? An non Prophetam audiſti dicentem, Pſal. 38. Theſaurizat diues, & ignorat cui congregabit ea? Et alio loco rurſus ait, Pſal. 48. Inſipiens & ſtultus peribunt, & relinquent alienis diuitias ſuas. Quod & Lyricus Poëta Horatius his verſibus cecinit.

Damaſcen. *Vanitas auarorum.* Horatius.

Abſumet hæres cæcuba dignior, K
Seruata centum clauibus, & mero
Tinget pauimentum ſuperbo,
Pontificum potiore cœnis.

Hi ſunt diuitiarum ſucceſſus, vt & poſſeſſores ſuos eludant, & tanta ſollicitudine, immò tantis nonnumquam peccatis comparatæ, breui & miſerè diſſipentur. Igitur, quàm melius eſt modicum iuſto ſuper diuitias peccatorum multas! quàm melius noſtram curam omnem & ſollicitudinem in Deum reponere, & ſic in cœlo theſaurizare? Damaſcen. Damaſcen. in ſuperiore cap. hæc ex Baſilio, hom. in plagam grandinis, ex hac auarorum prophana ſollicitudine, & deprædatione, calamitates magnas populis, & illis ipſis diuitibus imminere oſtendit, has illorum curas ita deſcribens. Vnde hæc tandem, inquit, & quæ nobis cauſa calamitatem hanc inuexit? Alius noſtrûm pauperem oppreſſit, terræque partem aliquam interuertit, limitémque ſceleratè, vel furto, vel aperta vi tranſgreſſus eſt, domúmque domui, & agrum agro adiun-

xit

A xit, vt proximo aliquid extorqueat, pertinacíque animo in hoc incubuit, vt vicinum nullum haberet, perinde ac solus habitaturus in terra. Alius vsuris & augmentis terram fœdauit, colligens vbi sementem non fecit, ac metens vbi non sparsit, non ex agrorum cultu, sed ex pauperum egestate ac penuria facultates suas augens. Alius ære torcularíque primitiis Deum, cuius munere omnia habuerat, defraudauit, suíque beneficij immemorem se esse, & stultum ostendit, non modò pro iis, quibus fruebatur, gratias nullas agens, sed ne hoc quidem, si nihil aliud moliens, & gratitudine sua liberalitatem Dei sibi in futurum acquireret. Alius nec viduam nec orphanum miseratus est, nec panem cibumq; pauperi exiguum, vel Christo potiùs, qui per illos vel parcè nutritos alitur, impertiit: isq; etiam fortasse, qui multis opibus, & quidem præter spem fruitur (nam hoc longè iniustissimum est) quíque in multis horreis angustia
B laborat, eáque partim implet, partim euertit, vt futuris fructibus maiora extruat: illud ignorans fore, vt priusquàm spei suæ compos fiat, morte abripiatur, rationémque reddendam habeat tum vbertatis & copiæ, tum vanæ animi cogitationis, vt qui aliena bona malè dispensarit. Alius viam humilium inflexit, & iustum iniustis rationibus transuersum egit, Amos 5. Alius in portis corripientem odio habuit, Abac. 1. piumq; sermonem execratus est. Alius reti suo multa colligenti immolauit, pauperíque prædam domi habuit, aut Dei memoriam ex animo eiecit, aut certè illius malè recordatus est, dicens, Zach. 11. Benedictus Dominus, quoniam diuites facti sumus: opésque ipsius beneficio se consecutum iniquè existimauit, à quo pœnis quoque afficietur. Ob eas etenim causas venit ira Dei in filios contumaces. Ob eas causas, vel clauditur cœ-
C lum, vel perniciosè aperitur, eóque magis, si nec plagis quidem cæsi, resipiscamus, nec eum qui natura sua ad nos appropinquat, accedamus. Quid ad hæc dicemus, qui frumẽtum emercamur, sordidúmque postea quæstum ex eiusdem venditione captamus, temporúmque difficultates obseruamus, vt opibus affluamus, & alienis calamitatibus insultemus, atque non vt Ioseph Ægyptiorum facultates dispensationis maioris causa (vtrumque enim pulchrè notat, nimirùm rem frumentariam & aceruare, & partiri) sed, vt impij & nefarij homines, popularium nostrorum bona comparemus, Amos 8? Qui dicimus, quando transibit mensis, vt rerum pretia augeamus: & sabbatha, vt thesauros aperiamus? qui duplici mensura ac statera æquitatem euertimus, ac plumbeam iniquitatis mensuram ad nos ipsos deprimimus, Zach. 5. Quid ad hæc dicemus, qui quærendarum opum nec finem nec modum vllum nouimus? Qui aurum & argẽtum
D non secus atque illi olim Baal & Astarthem, & execrandum simulachrum Chamos, adoramus? Qui gemmarum luxus & splendores consectamur, vestésque molles & diffluentes, quæ à tineis absumuntur, & latronibus ac tyrannis furibúsque reconduntur? Qui seruorum & quadrupedum gregibus gestimus, qui latifundiis montibúsque dilatamur, & alia iam habemus, alia adiungimus, alia quoque primo tempore adepturi sumus, instar illius apud Salomonẽ sanguisugæ, (Prou. 30.) cuius auiditas expleri nequit, quemadmodum nec inferni, nec terræ, nec aquæ: nouúmque orbem, quem possideamus, quærimus, ac Dei terminis succensemus, vt minoribus, quàm cupiditas nostra, in-
explebilísque auaritia postulet? Chrysostom. hom. 22. Oper. perfect. in Matth. Neque Chrysost.
verò, inquit, tantùm ostendit Christus miseriam, distentionémque animi de pecuniæ amore nascentem: sed & ea quæ parta sunt, abiici iubet, & ne super necessario quidem
E cibo voluit esse sollicitos. Clemens Alexand. lib. 2. Paidagogi, cap. 10. expendit dictio- Cl. Alex.
nem (Quid) in his sententiis, Quid manducetis. Quid, inquit, cibi varietatem expulit. Id enim significatur ex scriptura: Ne solliciti sitis, quænam comedatis, aut quænam *Prohibetur curiositas victus & vestitus.*
bibatis. De his enim esse sollicitum, est nimia plura habendi cupiditas, & delicias arguit. Sed si comedere per se solùm cogitetur, est argumentum necessitatis, & defectus repletio, vt diximus. Quod est autem amplius, est ex superfluo. Idem etiam de vestitu resoluit. *Nónne anima plus est quàm esca, & corpus plus quàm vestimentum?* Argumentum est à maiori ad minus. Qui enim dedit maiora, dabit & minora. Deus autem dedit & animam & corpus, multò maiora & esca & vestimento. Vtrumque igitur conseruabit. Augustinus lib. 2. de serm. Domini in monte, cap. 22. Sic, inquit, Dominus admo- Augustin.
net, vt meminerimus multo amplius Deum dedisse, quando nos fecit & composuit ex anima & corpore, quàm est alimentum atque tegumentum, quorum cura nos duplicare cor non vult. *Nónne*, inquit, *anima plus est quàm esca?* vt tu intelligas eum, qui

dedit animam, multò facilius escam esse daturum: *& corpus quàm vestimentum*: id est, F
plus est: vt similiter intelligas, eum qui corpus dedit, multò faciliùs daturum esse ve-
stimentum. Quo loco quæri solet, vtrum ad animam cibus iste pertineat, cùm anima
incorporea sit, iste autem cibus corporeus. Sed animam hoc loco pro vita positam
nouerimus, cuius retinaculum est alimentum illud corporeum. Secundum hanc si-
gnificationem dictum est etiam illud Ioan. 12. Qui amat animam suam, perdet illã.
Quod nisi de hac vita acceperimus, quam oportet pro regno Dei perdere, quod po-
tuisse Martyres claruit, contrarium hoc præceptum erit illi sententiæ, qua dictum est
Matth. 16. Quid prodest homini, si totum mundum lucretur, animæ autem suæ detri-
mentum faciat? *Respicite*, inquit, *volatilia cœli, quoniam non serunt, neque metunt, neque con-
gregant in horrea: & pater vester cœlestis pascit illa. Nónne vos pluris estis illis?* οὐχ ὑμεῖς μᾶλλον
διαφέρετε αὐτῶν, nónne vos magis præcellitis ea? Quia vtique rationale animal, sicuti est
Dei prouidentiæ argumentũ. homo, sublimius ordinatum est in rerum natura, quàm irrationabilia, sicuti aues. Alio G
igitur argumento sumpto à minori ad maius, probat Deum rationem habiturum eo-
rum omnium quæ nobis sunt necessaria: quod ostendit primùm in cibo, demum in
vestitu. Nam qui prouidet minoribus, prouidebit & maioribus. Sed Deus prouidet
brutis animantibus, prouidet & plantis: multò magis igitur prouidebit hominibus.
Nam & ille pater noster est cœlestis, non illorum: quia non sunt ad imaginem eius,
neque habent spiritum adoptionis filiorum: & tamen, vt scribit Paulus 1. Cor. 9. Nón-
Albertus. ne de bobus cura est Deo? An non propter nos hæc quoque scriptura dicit? Alber-
Cur Dominus similitudinem sumit à volatilibus & liliis. tus Magnus in 6. cap. Matth. Sed quæritur, inquit, quare potius sumit similitudinem
à volatilibus cœli, quàm natabilibus, vel gressibilibus, vel reptilibus. Ad hoc sunt tres
rationes. Vna quidem est, quia cibus altilium magis sparsus & incertus est quàm alio- H
rum animalium: propter quod etiam natura dedit eis & alas ad volandum, & pedes
ad ambulandum, vt veloci motu vitæ cibum adquirant: Et cùm illa sint sine sollicitu-
1. dine: quod multò magis nos. Alia ratio est, quòd nulla animalia minus conseruant
2. quàm aues: quoniam & gressibilia faciunt thesauros, sicut & mus montanus, & repti-
lia, sicut formica, & natabilia, sicut habentia antra: Sed volatilia omninò sunt sine sol-
licitudine. Et ideò de sollicitudine tollenda melior & congruentior ab eis accipitur
3. similitudo. Tertia ratio est Ambrosij, & est moralis: quia per altitudinem volatus, ma-
gis volatilia spiritualibus & contemplatiuis viris assimilantur. Psal. 54. Quis dabit mi-
Obiectio. hi pennas sicut columbæ, & volabo, &c. Videtur autem ista doctrina Domini contra-
riari sermonibus eius: quia Genes. 3. dicit, In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Iob.
5. Homo natus ad laborem, sicut auis ad volandum. Apostolus 1. Cor. 4. Laboramus I
operantes manibus nostris. 2. Thess. 3. Si quis non laborat, non manducet. Iac. 5. Agri-
cola expectat pretiosum fructum terrę, patienter ferens, donec accipiat temporaneum
& serotinum. Ad hoc dicendum, quòd est labor duplex, scilicet spiritualis, & corpo-
ralis. Ad alterum istorum laborum meo iudicio tenetur omnis homo. Est autem vter-
Labor est duplex. que istorum laborum duplex: Vniuersalis, & particularis. Vniuersalem voco, qui fit
circa populum vniuersalis Ecclesiæ, vel ciuitatis, vel prouinciæ, vel plebis alicuius. Et
tunc illi, qui circa tales laborant, possunt accipere ab illis: aut per modum debiti, si-
cut Prælati: aut per modum eleemosynæ, sicut Prædicatores missi: aut alij aliquid
circa tales militiæ Christiani officij exercentes. Particularem autem laborem voco,
qui est in vno actu simplici spirituali vel corporali. Spiritualis, sicut est canonicorum,
vel monachorum in cantando, & legẽdo, & disciplinam religionis portando. Corpo-
ralis est autem, sicut arando, vel suendo, vel lanas operando, vel aliquid tale. In omni- K
bus enim talibus labor exercendus est: sollicitudo suffocans tollenda, sicut in antè ha-
Th. Aquir. bitis dictum est. *Nónne vos magis pluris estis illis?* Thomas Aquinas lib. Comment. in
Matth. cap. 6. Homo enim, inquit, præponitur omnibus: vt habetur Genes. 1. Facia-
mus hominem, &c. Et sequitur, vt præsit piscibus maris, & volatilibus cœli. Et non est
intelligendũ, quin Apostolici viri non congregent: sed est intelligendum, quòd Deus
in congregatione liberat iustos à tribulatione: vt Danielem liberauit de lacu leonum,
& tres pueros de fornace. Et non dico quòd existentes in tribulatione, non debeant
Alia obiectio. facere vt eruantur: quia præcepit Dominus, vt ex vna ciuitate fugerent in aliam: sed
est intelligendum, quòd si faciant iusti quod est in se, liberabit eos Dominus. Et ista
exempla inducuntur ad sciendum, quòd Dominus habeat prouidẽtiam de omnibus,
& dat

A & dat vnicuique secundum modum suum. Auibus enim dedit, quo modo necessaria acquirerẽt. Dedit enim eis naturalem instinctum, per quẽ mouerentur ad inquirendũ vnde viuerent. Ideò non debemus nos esse nimis solliciti. *Quis autem vestrum*, &c. Hîc probat experimento, quòd sicut prouidet auibus, ita & nobis. Quædam enim est pars animæ quæ subiacet rationi, vt motiua, sensitiua: quædam quæ non, vt augmentatiua, nutritiua: & his conuenit homo cum brutis: & sicut prouidet brutis in augmento, & nutrimento, sic & hominibus. Vnde augmentum non est nobis ex nobis, sed ex Deo: Vnde de prouidentia Dei non debemus desperare. *Considerate lilia agri*, &c. Instruxit nos de cibo: modò de vestimento: Vnde habentes alimenta, & quibus tegamur, &c. Dicit ergo, *Considerate*, &c. Consideratio creaturarũ debet esse ad laudem Dei. Psalm. 142. Meditabor in omnibus operibus tuis, &c. *Nec lilia non laborant, neque*

B *nent.* Ad vestimentum enim requiritur & opus virorum & mulierum. Ideò ad amouendum opus virorum, dicit, *Non laborant*: ad excludendum opus mulierum, dicit, *Neque nent.* Tangit autem gloriam ornatus eorum, vt scribit Albertus Mag. in Matth. hæc verba adiiciens, *Dico autem vobis*, qui non possum mentiri. 1. Petr. 2. Nec inuentus dolus in lingua eius. *Quoniam nec Salomon*: qui vltra modum, vt dicitur, curiosus fuit in vestibus. 3. Reg. 10. Regina Saba mirabatur de vestibus suorum seruorum. *In omni gloria sua*: hoc est, in gloria vestitus sui. *Coopertus est*, tam venusto & tam vernanti colore habitus: *sicut vnum ex istis*. Omnia ergo simul in diuersitate colorum suorum, incomparabilia sunt habitui Salomonis. Attende autem quòd innuit flores operiri coloribus: quia coloris natura de lumine perficitur, & in superficie rei diffunditur. Propter quod & Pythagorici colorem epiphanium, hoc est, superapparentẽ, vocauerunt. Vnde

C terra vestita floribus in quandam similitudinem stellati cœli ornatur. Esa. 61. Induit me Dominus vestimento salutis, & indumento iustitiæ circundedit me. Talis enim habitus habitum virtutis in sanctis demonstrat: in quo præcedũt sicut dies verni vernantes. Quintò tangit comparationem curæ patris ad fœnum & ad filios adoptionis. Et ostendit curam patris ad fœnum paruam, ex tribus. Ex natura, cùm dicit, *Si enim fœnum*, quod parui est momenti. Secundò, ex loco, cùm dicit, *agri*, cui nulla custodia adhibetur, sed decerpendum omnibus exponitur. Tertiò, ex vilitate: quia dicit, *quod hodie est*, breui apparens tempore: *& cras*, hoc est post modicum, *mittitur in ignem*: quia ad minus sarmenta comburuntur, ne agrum occupent, & nullius momenti reputantur. *Vel in clibanum*, alia litera: quia homines clibanum inde succendunt, in quo coquant panes, vel aliquid aliud, & incendunt, & tanquam res parui momenti existens quacunque consumptione consumitur, & æternę vitæ non reseruatur. *Deus sic vestit*,

D hoc est exornat pictura colorum. Et inde transit ad sanctos per comparationem, dicens: *Quanto magis vos*, qui natura estis ad Dei patris imaginem, & in custodia commissi Angelis, qui custodiunt vos in omnibus viis vestris, & in ordinatione prædestinationis præordinati estis ad æternam vitam. Et subiũgit in corruptionem, si talia non aduertant, cùm dicit, *modicæ fidei*, hoc est modicæ fiduciæ, qui parua de patre cœlesti præsumitis. Matth. 14. Modicæ fidei, quare dubitasti? Rom. 5. Confortatus est fide, plenissimè sciens, quòd quæcunque promisit Deus, potens est facere. Sed non contrarium est quod dicitur 1. Cor. 4. Esurimus, & sitimus, & nudi sumus: & instabiles sumus vsque ad hanc horam. Heb. 11. Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes,

E angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus. Matth. 25. Esuriui, & non dedistis mihi manducare: sitiui, & non dedistis mihi bibere: nudus fui, & non vestiuistis me. Ergo sancti sæpè habent in his indigentiam necessitatis: & sic videtur quòd non concluditur ratio Domini. Ad hoc dicendum, quòd in veritate non placet Deo: nec intẽdit hîc astruere, quòd aliquis sequatur inertiam & otium, sed exerceat aliquid militiæ Christianæ, sicut dicit Augustinus in lib. de operib. Monachorum. Et si exercet hoc, dignus est cibo & veste, quam procurat illi Deus ex labore suo. Vnde etiam Christus dixit ista illis, qui prima fundamenta fidei ponere debebant: & propter multum discursum instantiæ prædicationis non poterant cogitare nisi de pane quotidiano. Quibus etiam Luc. 10. dicit: Edentes & bibentes quæ apud illos sunt. Vnde etiam illis de domo nihil dixit: quia instabiles esse oportuit. Quando igitur ea quæ sunt militiæ Christianæ exercemus, etsi nunc desunt, necessaria dispositio patris cœlestis est: vel ad probandam nostram patientiam, vel ad purganda delicta, vel ad considerationem eo-

Albertus.

Argumentum à minori ad maius.

Augustinus.

Quare Christus nihil de domo dixit.

rum, qui ista negant pro tempore, cùm bonorum pauperum vendent necessitates. Et F
quicquid eorũ fiat piè, pater cœlestis prouidet sanctis. Psal. 36. Iunior fui, etenim senui:
& non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem. Absque enim dubio
credendum est: quòd si in talibus deest auxilium humanum, nõ deerit diuinum, dum-
Augustin. modò homo non desit gratiæ Dei. Multi enim sunt, vt dicit Augustinus, qui interio-
re aure audiunt à Domino, Psal. 40. Beatus qui intelligit super egenum & pauperem:
in die mala liberabit eum Dominus: Et illorum granaria sunt granaria pauperum san-
Cl. Alex. ctorũ. Cæterùm Clem. Alex. lib. 2. Paidag. c. 10. vbi sententiam hanc Christi edisseruit
de sollicitudine vestitus abiicienda, hæc adiicit: Pudet me, vt verecundè dicam, cùm
videam tantum opus effundi ad tegenda pudenda. Vetus enim homo, qui erat in pa-
Impudẽdis regendis quanta sollicitudo. radiso, ramis & foliis dimetiebatur tegumentum pudoris: nunc autem cùm nobis o- G
ues fabricatæ sint, ne similiter ac oues simus insipientes. A ratione autem seu verbo in-
stituti, sumptuosas vestes redarguamus, dicẽtes, Estis pili ouium. Etiamsi se iactet Mi-
letus, etiamsi laudetur Italia, etiamsi sub pellibus pili custodiantur, quorum nonnulli
In curiosas vestes. insano amore, nobis quidem certè nullum est studium in ea conferendum. Beatus au-
tem Ioannes despectis quoque ouium pilis, qui delicias redolent, pilos camelorum e-
legit, & eis se vestiit: simplicem vitam & à dolo alienam repræsentans. Mel enim co-
medebat, & locustas, dulcem & spiritualem cibum: à fastu alienas & moderatas vias
Domini præparans. Se enim certè purpurea chlamyde induisset, si vllam vrbani fastus
curam gessisset: sed cùm in solitudinum quiete tranquillè cum Deo versaturus, se re-
cepisset, ab omni inani studio, vanáque boni specie, sordidóque ac illiberali decore se
remouit. Ouina autem pelle Helyas vtebatur indumento, & ouinam pellem stringe-
bat zona facta ex pilis. 4. Reg. 1. Esaias verò alius Propheta, nudus erat, & nullis vteba- H
tur calceis. (Esa. 20.) Sæpè autem sacco quoque vtebatur, quod est indumentum hu-
militatis. Quòd si etiam vocas Hieremiam, is cingulum solum habuit lineum. (Hier.
13.) At verò dolosæ mulieres, & qui sunt ex viris effœminati, in fraudulentas dolosas-
que tincturas insano amore feruntur: non amplius lintea ex Ægypto, sed quædam alia
ex terra Hebræorum & Cilicum comparantes. Porrò autem oportet, vt mihi quidem
videtur, id quod tegitur, ex tegumento ostendere se esse melius eo: vt templo imagi-
nem, & corpore animam, & veste corpus: nunc autem contrà omninò. Si corpus ea-
rum vænundetur, numquam mille dragmas Atticas inuenerit: vnam autem vestem
mille talentis ementes, se esse vestibus inutiliores, & viliores arguunt. Hoc verò quid
aliud est, quàm plus corpori deferre quàm animæ, & plus temporali vitæ quàm æter- I
Hieron. næ? Cæterùm, inquit Hieronym. in Matth. sunt quidam, qui dum volunt patrum ter-
minos excedere, & ad alta volitare, in ima merguntur: *Volatilia cœli* dicentes Angelos
esse, cæteráque in Dei ministerio fortitudines: quæ absque cura sui Dei alãtur prouí-
dentia. Si hoc ita est, vt intelligi volunt, quomodo sequitur dictum ad homines: Nón-
ne vos magis pluris estis illis? Simpliciter ergo de volatilibus cœli, sicut & de liliis &
fœno intelligendum est: vt Dei prouidentiam in omnia diffusam colligamus. Non ne-
Ambrosi⁹. gauerim tamen mysticam posse sumi liliorum significationem, qualem Ambrosius
lib. 7. cap. 12. in Luc. prosequitur: ita tamen vt nullum literæ, seu simplici liliorum in-
telligentiæ præiudicium faciat. Illud delectat aduertere, inquit, quia non in asperitati-
bus montium, incultísque syluarum, lilia, sed in hortorum amœnitate generãtur. Sunt
enim horti quidam diuersarum pomiferi virtutum, iuxta quod scriptum est: Hortus K
conclusus soror mea, hortus conclusus, fons signatus: eò quòd vbi integritas, vbi ca-
stitas, vbi religio, vbi fida silentia secretorum, vbi claritas Angelorum est, illic Confes-
sorum violæ, lilia Virginum, rosæ Martyrum sunt. Nec incongruum quisquam putet,
Christus li- quòd Angelis lilia comparentur: cùm lilium ipse se Christus memorauerit, dicens:
lium. Ego sum flos campi, & lilium conuallium. Et benè lilium Christus: quia vbi Marty-
rum sanguis, ibi Christus, qui est flos sublimis, immaculatus, innoxius: in quo non spi-
narum offendat asperitas, sed gratia circunfusa claresçat: sunt enim spinæ rosarum,
quia tormenta sunt Martyrum. Non habet spinas inoffensa diuinitas, quæ tormenta
non sensit. Ergo si lilia, vel Angeli supra hominum gloriam vestiuntur: nec in nobis
misericordiam Dei desperare debemus: quibus per resurrectionis gratiam Dominus
speciem Angelis similem pollicetur. Quo loco etiam videtur perstringere quęstionẽ,
quam etiam Apostolus non omisit: quia Gentes huius mundi quærunt quomodo
resurgant

A resurgant mortui,& quali corpore veniant. Verùm si quis hanc quæstionem mouerit, respondebimus,Deum illorum corpora illustraturum,qui illustrat lilia: immò qui fecit vt Angeli,qui per lilia significantur,in pulchris & subtilibus corporibus apparerẽt. Verùm fortè quis obiecerit, Quid ergo faciunt hominum opera & labores, si solus Deus dicatur & hominem nutrire,eundémque vestire? Ecce agricola sementem terræ iniicit, metit, triturat,ventilat, recondit: accedit molendinarius qui conterat, pistor panem præparat. Et vt de vestimento sumamus exemplum, rusticus ouem tondet,alius lanam lauat,alius corradit,alius net,alius licio admouet,alius pãnum calcat, alius tingit: opus est sartore qui vestem componat. Numquid hi ad vestitum,illi verò ad educationem faciunt? Quid ergo hæc ad Dei prouidentiam remittuntur? Sed in his Dei prouidentia collucet, vt differit Theodoretus in lib. de prouidentia. Neque B verò,vt soluit Augustinus lib.de opere Monach. cap.26.nõ pascit & vestit eos qui manibus operantur,sed ne Christianam militiam ad hoc detorqueant,vt ista conquirant, hos seruos Dominus præmonet, vt in eo ministerio, quod sacramento eius debetur, non ista,sed regnum eius & iustitiam cogitemus.Hieronym.in Matth. Labor exercẽdus est, sollicitudo tollenda: Vtique quia labores manuum nostrarum Dei benedictioni & prouidentiæ committendi sunt. Tertull. lib.1. ad vxorem, vbi de concupiscentia & insufficientia hominum quædam dixit,infert: Hæc procul à fidelibus,quibus nulla cura tolerãdæ vitæ,nisi si diffidemus de promissis Dei & cura, qui lilia agrestia vestit.Hieronym.in Matth. Et reuera,quæ regum purpura,quæ pictura textricum potest floribus comparari? Quid ita rubet vt rosa? Quid ita candet vt lilium? Violæ verò purpuram nullo superari murice,oculorum magis, quàm sermonis iudicium est.

Quomodo resurgentiũ corpora illustranda sint.

Theodor. August.

Hieronym. *Labor exercendus, tollenda sollicitudo.* Tertull. Hieron.

C *Nolite ergo solliciti esse, dicentes, Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hæc enim omnia Gentes inquirunt. Scit enim pater vester, quia his omnibus indigetis.* Chrysostomus hom.23.Oper.perfect.in Matth.Sicut paulò antè Gentium exemplo eos ad perfectiorem charitatem inuitauit,dicens:Si enim diligitis eos qui vos diligunt,nónne & Ethnici hoc faciunt? sic nunc commemoratione Gentilium eos ad id quod perfectius erat,inuitauit. Et quæ,inquit,amplior est vestra fiducia in Deum,quàm Gentium? Neque dixit, *Nouit* Deus, sed nouit *pater vester*, vt eos ad spem certiorem vocaret. Chrysost.hom.16.poster.interpret.in Matth. *Hæc Gentes quærunt*,quia in rebus humanis fortunam esse credunt: vnde non prouidentia, non iudicio Dei vitam suam gubernari existimant,sed incerto euentu. Ideò timent,& desperant, quasi qui neminem habeãt gubernantem. Qui autem credit se iudicio Dei gubernari, non incerto duci euentu: D escam quidem suam in manu Dei committit, sciens quia neminem sine voluntate & iudicio Dei fames, aut nuditas occidit. Cogitat autem de bono & malo: sciens quia nisi sollicitus fuerit,nec malum fugiet,nec bonum apprehendet. Isichius lib.6. in Leuit. cap. 20. ex hac sententia sic colligit. Ergo apertè nos separatos esse à Gentibus voluit sublimiorem sectando conuersationem. Et quo magis ab infideli, quàm fide discernemur? Illa verò quomodo in nobis esse poterit,nisi in Deum omnem nostram expectationem coniiciamus,& illum nobis prospecturum credamus? Ideò scilicet & patrem vocauit,non modò vt eius in nos affectum exprimeret, sed & nostram in eum fiduciam adaugeret. Cyprianus serm.de eleemosyna.Quando enim factum est,vt iusto deessent subsidia,cùm scriptum sit: Non occidet fame Dominus animam iustam?Helyas in solitudine coruis ministrantibus pascitur: & Danieli in lacu, ad leonum prædam, iussu regis incluso,prandium diuinitùs apparatur: & tu metuis, ne operanti & E Deum promerenti desit alimentum? Quando ipse in Euangelio ad exprobrationem eorum, quibus mens dubia est, & fides parua, contestetur & dicat, Aspicite volatilia cœli,&c. Tu Christiano,tu Dei seruo,tu operibus bonis dedito,tu Domino suo charo aliquid putas defuturum? Nisi si putas, quia qui Christum pascit, à Christo ipse non pascitur: aut eis terrena deerunt,quibus cœlestia & diuina tribuuntur. Augustin. de serm.Domini in monte,cap.23.Sed & hîc,inquit, manifestissimè ostendit,non hæc esse appetenda,tanquam talia bona nostra,vt propter ea ipsa debeamus benè facere (sicut solent hypocritæ) si quid facimus: sed tamẽ esse necessaria. Sed & Gentiles & hypocritas ideò condemnat,non tantùm quòd si quid boni facerent,id vt ditarentur facerent: aut etiam Gentiles & infideles Christianos notauit,qui Dei prouidentiæ detraherent,& ad fortunam reuocarent hominum successus,ideóque summa cum solli-

Chrysost.

Idẽ Chrys. *Cur Gentiũ meminit.* I.

Isichius.

Cyprian.

Augustin. 2.

3.

citudine victum sibi conquirerent: sed & illos qui mundo affixi sunt, nihil autem de futuris post hanc vitam meditantur, intellexit, vt scribit Thom. Aquinas in Matth. vt quorum infidelitas accedat ad Gentium atheismum: qui quoniam aut Deum esse aut si sit, curare res humanas negant, & quia resurrectionem corporum, & animarum immortalitatem inficiantur, dicunt, Edamus, bibamus, cras moriemur. Prima eorum cura est, quomodo corpus suum lautè tractaturi sint. Nullam enim vitam præter præsentem esse existimant. At verò abscondita est vita nostra cum Christo in Deo: cùm autem apparuerit Christus vita nostra, tunc & nos apparebimus cum ipso in gloria. Nec quod hîc viuimus, vera vita est, sed melior & æterna expectatur, ac creditur. Thomas. F

Augustinus lib. 15. de Trinitate, cap. 13. *Scit* autem, seu nouit *pater vester*, ait Verbum eius, quid vobis necessarium sit, priusquàm petatis ab eo. Nec ista ex aliquo tempore cognouit, vt nosset, sed futura omnia temporalia, atque in eis etiam nunc, quid & quando ab illis petituri fueramus, & quos, vel de quibus rebus exauditurus, vel non exauditurus esset, sine initio antè præsciuit. Vniuersas autem creaturas suas, & spirituales, & corporales, non quia sunt, ideò nouit: sed ideò sunt, quia nouit. Non enim nesciuit quæ fuerat creaturus: quia ergo sciuit, creauit: non quia creauit, sciuit: nec aliter ea sciuit creata, quàm creanda. Non enim eius sapientiæ aliquid accessit ex eis: sed illis existentibus, sicut oportebat, illa mansit vt erat. Augustin. G

Quærite ergo primùm regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis. Chrysostom. hom. 23. in Matth. Oper. perfect. Postquàm enim animos audiẽtium onere curarum leuauit, nunc eos de cœli regione commonuit. Venit enim vetera soluturus, & ad meliorem, veriorémque patriam vocaturus: idcircò contendit nos à terrenis passionibus eximere. Idcircò Gentilium meminerat, quibus videlicet nulla est cura futurorum, nec cogitatio aliqua de cœlo: Nobis autem sunt ista principaliter requirenda. Neque scilicet propterea creati sumus, vt ederemus, biberemus, & veste tegeremur (cùm his primus homo in statu innocentiæ carere potuisset, nec pro victu labori addictus fuerit, nec se foliis ficus operuerit, nisi post peccatum) sed vt placeremus Deo, & bonis futuris potiremur. Sicut ergo in Chrysost. H

vsu ipso hæc trãsitoriè sunt habenda, ita & in oratione transitoriè postulanda. Gregor. lib. 15. Moral. in Iob. cap. 21. Si quidem magis se Dominus, quàm ea quæ condidit, vult amari, æterna potius quàm terrena postulari, sicut scriptum est, Quærite primùm regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis. Qui enim ait, non dabuntur, sed *adiicientur*: profectò indicat aliud esse quod principaliter datur, aliud quod superadditur. Quia enim nobis in intentione æternitas, in vsu verò temporalitas esse debet: & illud datur, & hoc nimirùm ex superabundanti superadditur. Et tamen sæpè homines, dum bona temporalia postulant, æterna præmia non requirunt: petũt quod adiicitur, & illud non desiderant, vbi adiiciatur. Nec lucrum suæ esse petitionis deputant, si hîc sint temporaliter pauperes, & illic beatitudine diuites inæternum viuant: sed solis, vt dictum est, visibilibus intenti, labore postulationis renuunt inuisibilia mercari. Qui si superna quærerent, iam cum fructu laborem exhiberent: quia cùm mens in precibus authoris sui speciem anhelat, diuinis desideriis inflammata, supernis coniungitur, ab inferioribus separatur, amore feruoris sui se aperit, vt capiat, & capiẽs inflammat: & superiora amare, iam sursum ire est: dumq; magno desiderio ad cœlestia inhiat, miro modo hoc ipsum quod accipere quærit, degustat. Ambrosius lib. 7. in Luc. cap. 12. Ita Christus nec ad præsens, nec in reliquum ostendit fidelibus gratiam defuturam: si modò qui diuina desiderant, terrena nõ quærant. Indecorum quippè est homines curare de cibo, qui militant regno. Nouit rex, quemadmodum familiam suã pascat, alat, vestiat: & ideò dixit, Iacta in Domino iactatum tuum, & ipse te enutriet. Augustinus lib. 2. de serm. Domini in monte, cap. 24. Quid interfit inter bonum quod appetendum est, & necessarium quod sumendum est, hac sentẽtia declarauit, cùm ait, Quærite primùm regnum Dei. Regnum ergo & iustitia Dei bonum nostrum est: & hoc appetendum, & ibi finis constituendus, propter quod omnia facimus, quæcũque facimus. Sed quia in hac vita militamus, vt ad regnum peruenire possimus, quæ vita sine his necessariis agi non potest: Apponentur vobis hæc, inquit, sed vos regnum Dei primùm quærite. Cùm enim dixit illud primùm, significauit quòd hoc posterius quærendum est, non tempore, sed dignitate. Illud tanquam bonum nostrum, hæc tanquã necessarium nostrum: necessarium autẽ propter illud bonum. Neque enim, verbi gratia,

Aliud est quod principaliter datur, aliud quod superadditur. I

Ambros. K

Quomodo primum regnũ Dei.

Augustin.

A tia, ideò debemus Euangelizare vt manducemus: sed ideò manducare, vt Euangelizemus. Nam si propterea Euangelizamus vt manducemus, vilius habemus Euangelium quàm cibum: & erit iam bonum nostrum in manducando, necessarium autem in Euangelizando. Quod autem Apostolus prohibet, cùm dicit: licere sibi quidem, & permissum esse à Domino, vt qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuant: id est, de Euangelio habeant, quæ huic vitæ sunt necessaria: sed tamen non esse abusum hac potestate. Erant enim multi, qui occasionem habere cupiebant acquirendi & vendendi Euangelium, quibus eam volens amputare Apostolus manibus suis victum suum tolerauit. De his enim alio loco dicit: Vt amputem occasionem his qui quærunt occasionem. Quanquam si, vt cæteri boni Apostoli, permissu Domini de Euangelio viueret, non in eo victu constitueret finem Euangelizandi, sed
B magis sui victus finem Euangelio collocaret, id est, vt superiùs dixi, non ideò Euangelizaret, vt peruenirent ad cibum, & si quæ sunt alia sumeret: sed ideò ista sumeret, vt illud impleret, ne non volens, sed necessitate Euangelizaret. Hoc enim improbat, cùm dicit, Nescitis quoniam qui in templo operantur, quæ de templo sunt edunt: & qui altario deseruiunt, cum altario compartiuntur? Sic Dominus determinauit his qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuere: ego autem nullius horum vsus sum. Ostendit permissum esse, non iussum: alioquin contra præceptum Domini fecisse tenebitur. Et quibusdam interiectis concludit. Quærentibus ergo primùm regnum Dei, & iustitiam eius, id est, hæc præponentibus cæteris rebus, vt præter hæc cætera quæramus, non debet subesse sollicitudo, ne illa desint, quæ huic vitæ propter regnum Dei sunt necessaria: ideò non dixit, *Quærite ista*, sed *adijcientur*, si illa
C quæratis, sine vllo vestro impedimento, ne cùm ista quæritis, illinc auertamini, aut ne duos fines constituatis, vt & regnum Dei propter se appetatis, & ista necessaria, sed hæc potius propter illud. Ita vobis non deerunt, quia duobus dominis seruire non potestis. Duobus autem dominis seruire conatur, qui & regnum Dei pro bono magno appetit, & hęc omnia temporalia. Non poterit autem simplicem habere oculum, & vni Domino seruire, nisi quæcunque sunt cætera, si sint necessaria, propter hoc vnum assumat, id est propter regnum Dei. Sicut autem omnes militantes accipiunt annonam & stipendium, sic omnes Euangelizantes accipiunt victum & tegumentum. Sed non omnes propter salutem Reipublicæ militant, sed propter illa quæ accipiunt: sic & non omnes propter salutem Ecclesiæ ministrant Deo, sed propter hæc temporalia. Euthym. in cap. 6. Matth. Quærite ergo primùm, hoc est, ante ea Euthym.
D quæ corpori sunt necessaria, vel præcipuè, siue maximè. Regnum autem Dei vocat, bonorum æternorum fruitionem: Iustitiam autem, iustificationem quæ à Deo est, vt nos ipse iustificet. Nam superiùs quoque, vbi docuit quomodo nos orare oporteat: primùm quidem dicere præcepit, Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum, adueniat regnum tuum, fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra. Deinde verò, Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie. Neque enim ad hoc *Non viui-*
facti sumus, vt edamus & bibamus, ac vestiamur: sed vt illi complacẽtes, æternis fruamur bonis: & ad hoc maximè conuenit viuere, idq; magis postulare. Nisi enim hoc petierimus, nequaquam dabit: ea verò quæ corpori necessaria sunt, & petentes & nõ petentes accipiemus propter corporis sustentationem, quemadmodum & Gentes incredulæ. Nam idcircò dixit, adiicientur. Non ergo de hoc sollicitum esse oportet,
E quod etiam absque sollicitudine sumus accepturi, sed de altero priori & potiori. Verùm si ea, quæ corpori sunt necessaria, nobis etiam non petentibus præbet: quare ergo iussit, vt panem petamus supersubstantialem? Non aliam ob causam, quàm vt tali petitione fateamur ipsũ esse qui nos alat: vtque hoc confitentes, tali animi gratitudine familiares efficiamur. Theodor. in Danielẽ Prophet. Iustitia autem sempiterna, ppriè Theodor.
ipse Dominus Christus est. De quo beatus Paulus ait, Qui factus est nobis sapientia à Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio. Et de Euangelio Romanis (ad Rom. 1.) scribens, dixit: Quia iustitia Dei in eo reuelatur: siquidem liberalitate vsus, æternę vitæ conciliatricẽ iustitiã iis qui in se crediderũt, gratificatus est, quã etiã vt peterẽt orantes, hortatus fuerat, Quęrite, inquiens Matt. 6. regnũ Dei, & iustitiã eius. Chrys. ho. 23. Op. Chrysost.
perf. in Matt. Cõsideraſti ergo, inquit, quemadmodũ etiam per ista suaserit, quod prætia quoq; ab ipso absq; dubitatione percipiãt. Qui enim maiora præstat, multò magis

tribuit & minora. Non enim propterea (inquit) nolite ista depoſcere, vt vel fame de- F
ficiatis, vel nuditate deformes ſitis, ſed vt abundè vobis etiam neceſſaria iſta ſuppe-
terent: quod certè omnium maximè idoneum erat, vt illos poſſet attrahere. Nam
ſicut in eleemoſyna dehortans eos ſeſe hominibus oſtentare, hac illis præcipuè ra-
tione ſuadebat, qua docebat multo eis maiorem gloriam eſſe tribuendam, ſi ipſi
vltrà non quærerent: Pater enim, inquit, tuus qui videt in occulto, in conſpicuo
reddet tibi: Ita hîc quoque abſtrahens eos ab inquiſitione præſentium, hoc eis
maximè ſuadet modo, quo non requirentibus multo abundantiùs dandum eſſe
promittit. Propterea, inquit, iubeo iſta quæri, non ne accipias, ſed vt abundanter
accipias. Cúmque ea quæ tibi competit vtilitate, etiam præſentia conſequaris, ne
ſollicitudinibus afflictus, & curarum morſibus ſæpè diſcerptus, non modò iſtis, ve-
rumetiam ſpiritualibus bonis te facias indignum, ne & ſuperfluam patiaris ærum- G
Cyr. Alex. nam, & quod eſt amplius, propoſitam tibi amittas coronam. Cyrill. Alexandr. lib. 3.
in Ioann. cap. 28. Non ſimus ergo, inquit, ſolliciti quid manducemus, ſed con-
ſiderantes præſtantiorem eſſe animam, quàm alimentum, & corpus quàm indu-
mentum, præſtantioribus magis ſtudeamus. Nulla enim ex deliciis corporis ad
miſeram animam vtilitas: immò contrà detrimentum intolerabile tranſit. Si qui-
dem in ignem æternum, qui benè non vixerunt, peruenturi ſunt. Qui autem recta
ratione appetitum domarunt, & Spiritus ſancti præceptis ſubiacuerunt, ij tam cor-
Anima corpore præſtat. pus quàm animam in ſalutem ducent. Stultiſſimum ergo eſt, carnem & carni iocun-
da ſic amplecti, vt nullam aut vix æqualem de anima, quæ multo corpori præſtat, curã
habere videamur. Cui tanto ſtudere quiſque magis iubetur, quanto cæteris præ-
ſtantior eſt. Sic enim ſapienter & iudicabimus, & operabimur. Operemur igitur, H
vt Saluator ait, non eum cibum, qui lapſus in ventrem, & breui nos voluptate af-
ficiens, per aluum tandem emiſſus perit: ſed cibum ſpiritualem, qui corda confir-
mat, & in vitam æternam perducit, quem largiturum ſe pollicetur, dicens: Hunc
Auguſt. cibum vobis filius hominis dabit. *Nolite ergo ſolliciti eſſe in craſtinum.* Auguſtinus
lib. 2. de ſerm. Domini in monte, cap. 25. die craſtino temporalia & fluxa bona in-
telligenda eſſe monet, quæ ſatiare minimè poſſint: ſed & ſæpiùs repetenda eſſe vi-
Hilarius. demus. Hilarius in Matth. Commune, inquit, iudicium eſt diem eſſe labentium
temporum curſum, luce ſolis illuminatum, quem nox & interuentu ſuo diem die
ſubrogat. Ergo de futuro ſollicitos nos eſſe vetuit. Incuria enim ſollicitudinis re-
Hieron. laxatæ, non negligentiæ, ſed fidei eſt. Hieronym. in Matth. De præſentibus ergo I
conceſſit debere eſſe ſollicitos, qui futura prohibet cogitare. Vnde & Apoſtolus 1.
Theſſal. 2. Nocte & die, inquit, manibus noſtris operantes, ne quem veſtrum gra-
uaremus. Cras in ſcripturis futurum tempus intelligitur, dicente Iacob, Geneſ. 30.
Et exaudiet me cras iuſtitia mea. Et in Samuëlis phantaſmate, Phytoniſſa loquitur
Gregorius. ad Samuëlem: Cras eris mecum. Gregorius Papa libr. 1. Moral. cap. 51. Neque e-
nim, inquit, adhuc mortali in carne viuentibus funditùs cura carnis abſcinditur:
ſed vt diſcretè animo ſeruiat, temperatur. Nam quia nos ſollicitos veritas in cra-
Non omninò ſollicitudo prohibetur. ſtinum prohibet, haberi vtcunque curam in præſentibus non negat, quam tendi ad
tempus quod ſequitur vetat. Et nimirùm Paulus, cùm carnis curam fieri in con-
cupiſcentia non ſinit, proculdubiò in neceſſitate concedit. Diſcretione ergo ma-
gni moderaminis carnis cura frænanda eſt, vt ſeruiat, & minimè principetur, ne K
quaſi domina animum vincat, ſed ſubacta mentis dominio, quaſi ancilla famule-
tur: vt iuſſa aſſit, atque ad nutum cordis repulſa diſſiliat: vt vix à tergo ſanctæ cogita-
tionis appareat, & nunquam contra faciem rectæ cogitationis obſiſtat. Quod no-
bis benè hiſtoria ſacræ lectionis innuitur, cùm Abraham tribus Angelis occurriſſe
memoratur. Ipſe quippè venientibus extra oſtium occurrit, Sara verò poſt oſtium
ſtetit: quia videlicet vt vir ac dominus domus ſpiritualis, noſter ſcilicet intelle-
ctus, debet in cogitatione trinitatis, clauſtra carnis excedere, & quaſi habita-
tionis infirmæ ianuam exire. Cura autem carnis, vt fœmina, foris non appareat,
& videri iactanter erubeſcat: vt quaſi poſt tergum viri ſub diſcretione ſpiritus
ſolis neceſſariis intenta, nequaquam ſciat procaciter detegi, ſed verecundè
moderari. Cui tamen ſæpè cùm dicitur vt de ſe minimè præſumat, ſed totam
ſe in diuinæ ſpei fiduciam transferat, deſpicit, & ceſſante ſtudio, adeſſe ſibi vitæ
ſubſidia

A subsidia posse diffidit. Vnde & hæc eadem Sara promissiones Dei audiens ridet, sed ridens corripitur: correpta autem protinus fœcundatur, & quæ iuuentute vigens fœcundari non potuit, annis fracta senilibus, vtero marcescente concepit: quia cùm cura carnis sui confidentiam habere desierit, contra spem ex diuina promissione accipit, quod habituram se ex humana ratione dubitauit. Vnde & benè Isaac, id est, risus dicitur, qui generatur: quia cùm supernæ fidei fiduciam concipit, quid mens nostra aliud quàm gaudium parit? Curandum itaque est, ne aut necessitatis metas cura carnis transeat: aut in eo quod moderatè sequitur, de se præsumat. Sæpè verò animus fallitur, vt quod voluptuosè appetit, necessarium suspicetur: quatenus omne quod libet, vitæ debitam vtilitatem putet. Et sæpè quia effectus prouidentiam sequitur, in sui fiduciam mens leuatur. Cúmque sibi adesse quod deest cæteris viderit, cogi-
B tatione tacita de magnitudine suæ prouisionis hilarescit: tantóque à vera prouisione longè fit, quanto ipsam quoque eleuationem quam patitur nescit. Vnde solerti semper custodiæ intentione pensandum est, vel quid opere agimus, vel quid corde versamus: ne autem mentem præpediens, foris se terrena cura multiplicet, aut saltem de eius moderamine intus se cogitatio exaltet: vt cùm diuina iudicia temporali circunspectione metuimus, sempiterni supplicia horroris euadamus. Christus igitur nos à curiosa & superflua hac futura diei sollicitudine reuocat, duas tandem rationes proferens. Prior est, quòd *crastinus dies sollicitus erit sibi ipsi*: Posterior, quòd *sufficit diei malitia sua*. Ignoramus scilicet quid futura pariat dies, vt dicitur Luc. 11. Sed &, vt scribit Horatius, Horatius.

C *Linquenda tellus & domus, & placens*
Vxor: neque harum quas colis arborum
Præter inuisam cupressum,
Vlla breuem dominum sequetur.

Hilarius in Matth. Sollicitudinem diei tribui admonet, non quasi dies aliquod animal sit, quod sollicitudinem rei alicuius amplecti possit, sed quòd nos in illum cum cura & anxietate respiciamus. Hieronymus in Matth. notat, quòd ἡ κακία posita est pro κάκωσις, id est malitia posita est pro afflictione. Nec enim, malitiæ seu vitij dies capax esse dicitur, cùm neque rationis sit particeps. Hieronymus. Hîc, inquit, ma-
D litiam non contrariam virtuti posuit, sed laborem & afflictionem, & angustias sæculi: quomodo & Sara afflixit Agar (Genes. 16.) ancillam suam, quod significanter Græcè dicitur, ἐκάκωσεν αὐτὴν. Sufficit ergo nobis præsentis tẽporis cogitatio: futurorum curam, quæ incerta est, relinquamus. Chrysost. hom. 23. Operis perfect. in Matth. Sufficit ergo diei malitia sua: id est, miseria, inquit. An fortè non sufficit tibi illa sententia, (Genes. 3.) In sudore vultus tui manducabis panem tuum: quòd alium quoque addis curarum laborem, qui certè à prioribus es sudoribus liberandus? Malitiam verò hîc non malignitatem vocat: absit hoc enim: sed miseriam vel laborem. Sicut enim cùm alibi dicit, Amos 3. Si est malitia in ciuitate quam Dominus non fecit: non auaritiam significat, ac rapinas, nec eorum quicquam aliud omninò: sed
E eas profectò plagas, quæ diuinitus inferuntur, de quibus rursus loquitur per Prophetam, Esa. 45. Qui facio pacem, & creo mala. Neque enim malitiam hîc voluit intelligi, sed pestilentias profectò & famem, cæteráque huiusmodi, quæ mala esse putantur à plurimis. Est quippè iste mos, vt multi hæc mala esse pronuntient. 1. Par. 13. Sic enim & quinque aliarum prouinciarum sacerdotes, atque diuini, quando arcæ subiunxerunt boues, illatas à Deo plagas, & mœrorem illum ac dolorem, quem de illarum afflictionibus sentiebant, malitiam nominabant. Ita hîc quoque malitiam pro afflictione posuit, dicens: *Sufficit diei malitia sua*. Nihil enim perinde animam, vt sollicitudo & cura eius, excruciat. Sic enim Paulus, 1. Corint. 7. ad amorem virginitatis accendens, consilium subministrat, dicens: Volo autem vos sine sollicitudine esse. Quod verò ait, Crastinus dies sollicitus erit sibiipsi: nõ ipsum prorsus diẽ aliquid curare dixit: sed quia etiã ad imperfectũ vulgus ei sermo est, volens expressius esse quod protulit, personã quandã ascripsit tẽpori, iuxta multorũ profectò ad alios morẽ locutus. Et paulò pòst. Cõsidera verò, inquit, eius admirabilẽ erga suos, puidẽtiã,

Malitia pro labore. Hieronym. Chrysost. Anima sollicitudine obruitur.

& quemadmodum omnes prorsus patres pietate dilectionis exuperet. Hoc enim, inquit, iubeo, ob nihil aliud omninò, nisi vt vos liberem ab inanium afflictione curarum. Si enim & hodie cures de crastino, & rursus crastino ipso cures die, nónne superfluo ac nimio temetipsum deprimes onere curarum? Cur ergo cogis diem plusquàm ipse sortitus est afflictionis accipere, & supra proprios eius labores etiam sequentis ei diei pondus imponis: & hoc cùm nihil istius adiectione facis, alterius leuiora sis onera facturus laborum? Cùm igitur eos acriùs increparet, ipsum penè tempus animauit, & velut afflictum ab omnibus introduxit, quasi quod contra illos de imposita sibi afflictione clamaret. Et reuera accepisti diem, vt ea quibus in ipso opus est, cogitares: quam igitur ob causam curas ei etiam alterius adiungis? Numquid enim non habet sufficiens onus sollicitudinem sui? Cur igitur maiore illum opprimis fasce curarum? Augustlib.2.de serm.Dom.in monte, cap. 26. Hoc autem loco vehementer cauendum est, ne fortè cùm viderimus aliquem seruum Dei prouidere, ne ista necessaria desint vel sibi, vel iis quorum sibi cura commissa est, iudicemus eum contra præceptum Domini facere, & de crastino esse sollicitum. Nam & ipse Dominus, cui ministrabãt Ang̃eli, Matth. 4. tamen propter exemplum, ne quis postea scandalum pateretur, cùm aliquem seruorum eius animaduertisset ista necessaria procurare, loculos habere dignatus est, cum pecunia, vnde vsibus necessariis quicquid opus fuisset præberetur: quorum loculorum custos & fur, sicut scriptum est Ioan. 12. Iudas fuit, qui eum tradidit: sicut & Apostolus Paulus potest videri de crastino cogitasse, cùm dicit: De collectis autem in sanctos, sicut ordinaui Galatiæ, ita & vos facite. 1. Cor. 16. Sic vnusquisque vestrum apud se seponat thesaurizans, quod sibi placuerit: vt non cùm venero, tunc collectæ fiant. Cùm autem aduenero, quoscunque approbaueritis per Epistolas, hos mittam perferre gratiam vestram in Hierusalem. Quòd si dignum fuerit vt & ego eam, mecum ibunt. Veniam autem ad vos, cùm Macedoniam transiero: nam Macedoniam pertransibo. Apud vos autem forsitan remanebo, vel etiam hyemabo, vt vos me deducatis quocunque iero. Nolo autem vos modò in transitu videre: spero enim me aliquantulum manere apud vos, si permiserit Dominus. Permanebo autem Ephesi vsque ad Pentecosten. Item in Actib. Apostolorum scriptum est, ea quæ ad victum sunt necessaria, procurata esse in futurum propter imminentem famem. Sic enim legimus: In illis diebus descenderunt ab Hierosolymis Prophetæ Antiochiam, erátque magna exultatio. Act. 11. Congregatis autem nobis, surgens vnus ex eis nomine Agabus, significauit per spiritum, famem magnam futurã in vniuerso orbe, quæ & facta est sub Claudio Cæsare. Descendentium autem vt quisque abundabat, statuerunt vnusquisque eorum in ministerium mittere presbyteris habitantibus in Iudæa fratribus: qui & miserunt per manus Barnabæ & Sauli. Et quia nauiganti eidem Apostolo Paulo imposita sunt vtensilia quæ offerebantur, non ad vnum tantùm diem victus videretur esse procuratus. Et quod idem scripsit Ephes. 4. Qui furabatur, iam non furetur: magis autem laboret, operando manibus suis bonum, vt habeat vnde tribuat cui opus est quod bonum est: malè intelligentibus non videtur seruare præceptum Domini, quo ait: Respicite volatilia cœli, quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea: & considerate lilia agri, quomodo crescunt: non laborant, neque nent: cùm istis præcepit vt laborent, operantes manibus suis, ita vt habeant quod etiam aliis possint tribuere. 1. Corint. 2. Et quod sæpè de seipso dicit, quòd manibus operatus est, ne quem grauaret, 2. Thessal. 3. Et de illo scriptum est, quòd coniunxerit se Aquilæ propter artis similitudinem, vt simul operarentur, vnde victum transigerent: non videtur imitatus aues cœli, & lilia agri. His & huiusmodi scripturarum locis satis apparet Dominum nostrum non hoc improbare, si quis humano more ista procuret: sed si quis propter ista Deo militet, vt in operibus suis non regnum Dei, sed istorum inquisitionem intueatur.

August.

Loculorum custos & fur.

De fu-

A *De fugiendo temerario iudicio, non temerè porrigendis sanctis mysteriis, & discretione in omnibus seruanda: de fide & perseuerantia in oratione necessaria, de lege naturæ, & arcta via quæ ducit ad vitam.*

Matth. 7.

Nolite iudicare, & non iudicabimini. Nolite condemnare, vt non condemnemini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini: & in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in
B oculo tuo non vides? Aut quomodo dicis fratri tuo, Frater, sine eiiciam festucam de oculo tuo: & ecce trabs est in oculo tuo? Hypocrita, eiice primùm trabem de oculo tuo, & tunc videbis eiicere festucā de oculo fratris tui. Nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos: ne fortè conculcent eas pedibus suis, & conuersi dirumpant vos. Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. Aut quis est
C ex vobis homo, quem si petierit filius suus panem, nunquid lapidem porriget ei? Aut si piscem petierit, nunquid serpentem porriget ei? Si ergo vos cùm sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris: quāto magis pater vester, qui in cœlis est, dabit bona petentibus se? Omnia ergo quæcunque vultis vt faciāt vobis homines, & vos facite illis. Hæc est enim lex & Prophetæ. Intrate per angustam portam: quia lata porta, & spatiosa via est quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per
D eam. Quàm angusta porta & arcta via est, quæ ducit ad vitam: & pauci sunt qui inueniunt eam!

Marc. 4.

In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis.

Marc. 11.

Omnia quæcūque orātes petitis, credite quia accipietis, & euenient vobis.

Luc. 6.

Nolite iudicare, & non condemnabimini: nolite condemnare, & non condemnabimini. Dimittite, & dimittemini. Date, & dabitur vobis: mensuram bonam & confertam & coagitatam & supereffluentem dabūt in sinum vestrum. Eadem quippè mēsura qua mensi fueritis, remetietur vobis. Dicebat autem illis & similitudinem. Nūquid potest cæcus cæcum ducere? nónne ambo in foueam cadunt? Non est discipulus super magistrum: perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister eius. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui: trabem autem quæ in oculo tuo est, non cōsideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo, Frater, sine eiiciam festucam de oculo tuo: ipse in oculo tuo trabem non videns? Hypocrita, eiice primùm trabem de oculo tuo, & tunc perspicies vt educas festucam de oculo fratris tui.

Luc. 11.

Et ego dico vobis, Petite & dabitur vobis: quærite & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. Quis autē ex vobis patrem petit panē, nūquid lapidem dabit illi? Aut piscem, nunquid pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ouum, nunquid porriget illi scorpionem? Si ergo vos cùm sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris: quantò magis pater vester cœlestis de cœlo dabit spiritum bonum petentibus se?

Introductio.

FONTES nemo probauerit, qui non lympidam aquam emittant, semper scaturiant, & purissimo latice decurrant. Nec enim aquas æstimamus, quæ modò lympidæ, modò citrinæ sunt: modò puræ, modò cœnosæ: modò scaturiunt, modò deficiunt. Eundem cursum, colorem, laticem semper habeat oportet, quæ fuerit probabilior. Neque sanè eos æstimamus homines, quibus lingua, cor, verba & actiones, quibus denique omnia duplicia sint. Væ duplici corde, væ duplici lingua. Cor purum & idem, id est, constans sit necesse est, vt Deo sit acceptum.
E Atqui fontes omnibus sunt peruij: faciles esse quoque nos omnibus oportet. Fontes non hos & illos, sed & omnes præfigurant, & quasi in speculo repræsentant. Idē Christus à nobis requirit: Vt priùs nos quasi in fonte iudicemus, demum alios expēdamus: ne leui rumore, quasi terrarū stillicidio, pro tēpore decurramus, sed semper eundem laticem, eandē in nos & omnes conscientiam habeamus: ne nos denegemus rogātibus, cùm & vnicuique fontes pateant, & tanto puriores sint, quanto magis hauriuntur: Denique vt sicut eodem modo se habent fontes viui, ita & eodem modo nos habeamus, vt quod nobis fieri nolimus, aliis ne faciamus. Hæc Christus in sequentibus demonstrat. Et primùm in ratione iudicij, in communicatione bonorum, & constanti statu conuersationis quam professi fuerimus. Et primùm quidem ait: *Nolite iudicare, vt non iudicemini*: vel, vt habet Lucas, & *non iudicabimini*. Dionysius Carthu. in Matth. cap. 7. artic. 15. Et nónne nos omnes astare vtique oportet

Summa.

Dion. Cart.

ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque prout gessit? Habet autem hic locus difficultatem præcipuam, propter diuersas authoritates scripturæ, quæ quantum ad verba videtur contrariæ. Vbertim quippè ad iudicandum inuitamur, immò iudicare præcipimur. Vt enim Apostolus dicit, Spiritualis homo omnia iudicat. Et rursus: Si nos ipsos, inquit, iudicaremus, non vtique iudicaremur. Et tamen ait, Neque meipsum iudico. Itémque, Tu quis es qui iudicas proximum tuum? Et penè innumerabilia sunt loca scripturæ, quorum quædam prohibent, quædam iubent vel admonent iudicare. Aduertendum ergo secundum Thomam, quòd iudicium propriè sumptum est actus iudicis, inquantum huiusmodi: Iudex verò dicitur, quasi ius dicens. Idcircò iudicium est determinatio iuris, seu prolatio sententiæ. Iudicium ergo est actus iustitiæ, tanquam habitus ad iudicandum idoneè inclinantis: rationis verò seu prudentiæ, tanquam iudicium proferentis. Iudicium itaque in tantum est licitum, in quantum ex iustitia & ratione procedit. Tria verò requiruntur ad hoc, quòd iudicium de alio per modum sententiantis sit licitum. Primò, vt procedat ex habitu iustitiæ & ratione, non ex impetu passionis. Qui enim in magnis peccatis sunt, iudicare non debent eos, qui in eisdem, vel maioribus sunt peccatis, secundum Chrysostomum. Secundò, vt procedat ex authoritate præsidentis: quia iudicare homo non debet, nisi subiectum. Tertiò, vt proferatur secundum rectam rationem prudentiæ. Si primum horum defuerit, vocatur iudicium iniustum & peruersum: si secũdum, erit vsurpatum: si tertium, erit suspicioſum & temerariũ. Nihilominus de manifestis, & quæ bono animo fieri queũt, iudicare permittimur, vel iubemur: iuxta illud, Attendite vobis à falsis Prophetis: à fructibus eorum cognoscetis eos. Prædicta ergo tria inordinata iudicia prohibentur. Albertus Mag. in cap. 7. Matth. Attendendum hîc est, inquit, quòd aliud est iudicium rationis, & aliud iudicium iudicis. Iudicium rationis licet sit de omnibus de quibus inquirimus an sint, vel non sint: tamen iudicium quod hîc queritur, est iudicium quod fit de actibus humanis, & de hominibus, vtrum bona sint vel mala. Et si est de actibus humanis: aut de actibus propriis in propriæ conscientiæ discussione, aut de alienis in alienarum conscientiarum inuestigatione curiosa. Et si est de propriis in suæ conscientiæ inuestigatione, nunquam est temerarium: quia propriam conscientiam habet testem, qui non fallitur in factis propriis: quia sibi constat & factum, & causa facti, & intentio facientis. Et de hoc dicitur 1. Cor. 11. Si nosmetipsos diiudicaremus, non vtique diiudicaremur. Iob. 13. Vias meas in conspectu eius arguam: & ipse erit saluator meus. Si autem est de alienis: aut est de actibus humanis, aut de ipsis agentibus. Si est de actibus: considerandum est vtrum sint de his quæ iam iudicata sunt à spiritu sancto in scriptura. Et hæc sunt, de quibus dicit Apostolus, quòd mox nominata sunt mala: & iudicium condemnationis in illa non est temerarium. Sed potius si hæc non condemnabilia iudicantur, est error. Ioann. 3. Qui non credit, iam iudicatus est. Rom. 1. Non intellexerunt, quoniam qui talia agunt, digni sunt morte: non solùm qui faciunt ea, sed etiam qui consentiunt facientibus. Aut est de his quæ iudicata non sunt, nec mox nominata sunt mala. Et ideò non omnia possunt bono animo & malo fieri, & bono fine & malo, & benè & malè, quo ad alias circunstantias: & ideò iudicare illa, & condemnare illa, temerarium est iudicium. Sicut in exemplo quod dicit Glossa: quia licet expediat temporalia abiicere, & sine sollicitudine esse, tamen si hoc aliquis non faciat, non est iudicandus. In tali ergo iudicio duo sunt consideranda. Vnum est indagatio causæ, quæ ex ipsa re est probabilis, & via ad veram causam inueniẽdam. Et hæc est solertia, non temeritas. Aliud est adhibere causam, quam res ipsa non demonstrat, & in peiorem partem interpretari. Et hæc est interpretatio facti potius quàm verum de re iudicium. Et si hoc fiat in siniſtram partem, temeritas est: si autem in meliorem partem fiat, hoc boni animi signum est: quia de quolibet præsumendum est bonum, nisi probetur contrarium. De hoc dicitur Ioan. 6. Id quod iustum est, iudicate: & nõ inuenietis in lingua mea iniquitatem, nec in faucibus meis stultitia personabit. Si autem est de ipsis, qui agunt talia qualia inducta sunt, hoc fit duobus modis: Aut enim iudicio de agente secundum præsentem actum, aut secũdum perseuerantiam siue permanentiam in illo. Si iudico secũdum actum, à quo determinatur agens bonus vel malus: Tria sunt, sicut dicit Tullius, quæ infirmãt iudicium accusandę personæ vel excusandæ, par, pactum, & iudicatum. Par autem est, quod æquitati & iuri est congruum.

Thomas.

Iudicium quid.

Tria ad rectum iudicium.

1.
2.
3.

Albertus.

Quotuplex est iudiciũ.

Exemplum

Iudiciũ in meliorem partem.

F G H I K

Hoc

A Hoc autem totum in paritate & æqualitate consistit, sicut superiùs diximus. Pactũ autem est, quod licet æquum non sit vel æquale, tamen ex libera volũtate cõuenit inter pangẽtes (aliâs paciscentes) & non cõtrariatur ciuilitati vel honestati. Iudicatũ autẽ est, quod authoritate legis est sancitum. Si ergo video aliquem, cuius factum aut æquo, aut pacto, aut legi contrariatur: si iudico eum iniustum, non est iudicium temerarium. *Iudicium temerariũ quale sit.* Si autem nihil talium video in ipso, & iudico iniustum: non est iudicium ex ipsa re iudicatum, sed temerarium, ex temeritate formatum: & tunc est temerarium. Si autem iudico de permanentia in malo quod agit, non potest esse nisi temerarium; quia qui hodie est bonus, cras melior erit: & qui hodie malus, cras potest esse vel fieri bonus: & in vltimo instanti suæ vitæ potest esse bonus, sicut latro pendẽs in cruce. Dẽ nemine desperandum est, dum viuit. Rom. 14. Tu quis es qui iudicas alienum seruum? Suo
B Domino stat, aut cadit. Attende autem quòd in vtroque istorum iudiciorum, in quibus iudicat ratio, si occurrit rei necessitas, iudicium est verum, & oppositum iudicium est erroneum: sicut in his quæ mox nominata sunt mala. Et si sequatur rei probabilitatem, solertia est: quæ attẽdit rhetor, qui ex signis probabilibus acclamationes formar ex accusationis vel defensionis iudicio. Sicut si video loquentem cum muliere hominem, & est homo honestus, & est locus honestus, matrona honesta, sumitur exclamatio defensionis. Si autem iuuenis, velut è tonstrina comptus, politus, composito gradu incedens, mulier autem scapulas gestãs, & gestiens placere, simul, & leuis & locus suspectus, & mulier suspecta est: sumuntur ex talibus acclamationes accusantes, & præsumptionem contra eum faciẽtes. Hoc igitur est iudicium rationis, quod præponitur *Iudicium rationis, et iurisdictionis.*
C iudicio iurisdictionis: quia non debet constitui iudex, in quo iudicium rationis non est iustum, sed potius amoueri debet à solio iudicij, etiamsi solium iudicis acceperat. Iudicium autem iurisdictionis consideratur dupliciter quoad præsentem partem lectionis. Et tertia consideratio erit in parte sequenti, & in vltima parte lectionis. Vnus autem duorum modorum est in adeptione iudicij. In adeptione iurisdictionis duæ sunt considerationes. Vna est, si præsumatur iudicium sine iurisdictione: & tunc potestas iudicandi & iudicium præsumptum est. Genes. 19. Ingressus es vt aduena: nunquid vt iudices? Exod. 2. Quis te constituit iudicem & principem super nos? Adhuc si ingerat se aliquis in cathedram & solium iudicis propria voluntate, imprudenter, vel simoniacè: præsumit talis temerè iudicium. 2. Reg. 15. Quis me constituat vt iudicem super terram, vt ad me veniant omnes qui habent negotium, & iustè iudicem? Ita di-
D xit iniquus temerarius fratricida, & patris expulsor Absalon. Heb. 5. Nec quisquam sumit honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron. Iac. 3. Nolite plures magistri fieri fratres mei, scientes quia maius iudicium sumitis. Et intelligit de magisterio authoritatis iudicandi, quod habent Prælati. Hi ergo quoties iudicant, temerè se iudicio intromittunt, quia non à summo iudice potestatem iudiciariam acceperunt. Vnde sicut in iudicio hominum inferior iudex inuasor est, qui à Papa, vel Imperatore, vel à Rege in suo regno non est institutus: ita inuasor est talis, qui à Deo non vocatur ad iudiciariam potestatem. Daniel. 13. Constituti sunt duo senes iudices in illo anno: de quibus locutus est Dominus, quia ingressa est iniquitas in Babylone à senioribus iudicibus, qui videbantur regere populum. Hoc enim sonat nomen Iudicis: quia iudex debet esse constitutus, quia seipsum non debet ingerere. Alius autem modus, qui est in iu-
E dicij excusatione, vnam solam habet considerationẽ. Si enim in tali excusatione voluntas præit, & ratio informata rationibus iuris sequitur: tunc est sicut dicitur in Prouerbiis: Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas. Et tunc semper voluntas impia præualet contra iuris rationem, & semper egreditur iudicium peruersum & temerarium. Abacuc. 1. Præualente impio aduersus iustum, egreditur iudicium peruersum. *Nemo iudex nisi cõstitutus.* *Voluntas impia causa peruersi iudicij.* Nulla enim voluntas nititur precedere rationem, nisi impia. Bona enim voluntas non est bona, nisi ordinetur à ratione. Et illa sequitur Deut. 6. Iudices & Magistros constitues in omnibus portis tuis, quos Dominus Deus tuus dederit tibi, per singulas tribus tuas, vt iudicent populum iusto iudicio, nec in alteram partem declinent. Ita etsi temerarium & præceps iudicium, non simpliciter tamẽ omne iudicium prohibetur. Hieronymus in Matth. Si iudicare prohibet, qua consequentia Paulus in Corintho *Hieron.* iudicat fornicantem, (1. Cor. 5.) & Petrus Ananiam & Sapphyram mendacij coarguit? Sed ex consequentibus, quid prohibuerit, ostendit, dicens: *Quomodo enim iudicaueritis,*

Nõ prohibet simpliciter Christus iudicare.

sic iudicabitur de vobis. Hîc non prohibuit iudicare, sed docuit. Hilar. in Matth. Nũquid F
ergo boni iudicij arbitrium suscipi non oportebit? Atqui profitetur pro conditione
iudicij iudicandos: & vniuersis, genere quo mensi sunt, metiendum. Ergo nunquam
benè iudicabitur, si omninò non erit iudicandum? Sed iudicari desponsionibus suis
vetuit: quia vt iudicia ex incertis rebus inter homines sumuntur, ita & hoc iudicium
aduersum Deum ex sentiendi atque opinandi ambiguitate suscipitur: quod penitùs
repellit à nobis, vt constans potiùs fides retineatur: quia nõ sicut in rebus cæteris pec-
catum sit perperàm iudicasse, sed in his rebus tantummodò de Deo iudicio initum
Augustin. esse, sit criminis. Augustin. lib. 2. de serm. Domini in monte, cap. 27. De rebus enim,
quæ possiunt bono animo, & simplici fieri, quamuis etiam possint non bono, & dubiũ
tamen est quo animo fiant, iudicare temerè in malam partem prohibemur: quin po-
tius præcipi existimo, vt ea in meliorem partem interpretemur. De manifestis ergo
iudicemus, de occultis verò Deo iudicium relinquamus: quia & ipsa abscondi non G
Chrysost. possunt, siue bona, siue mala, cùm tempus aduenerit, quo manifestentur. Chrysostom.
hom. 24. Oper. perfecti in Matth. Quid igitur? Non debemus arguere peccantes? Nã
& Paulus hoc dicit, immò ipse Christus per Paulum, (Rom. 14.) Tu quid iudicas fra-
trem tuum? Et tu quis es, qui iudicas alienum seruum? Et iterum, Nolite ante tempus
iudicare quoadusque veniat Dominus, (1. Cor. 4.) Quomodo ergo alibi dicit, (2. Tim.
4.) Argue, obsecra, increpa? Et alibi, (1. Tim. 5.) Peccantes coram omnibus argue? Et
Quomodo iudicãdũ. Christus quidem in Euangelio, (Matth. 18.) præcipit, Si peccauerit in te frater tuus,
vade, & corripe eum inter te & ipsum solum: & si te audierit, lucratus es fratrem tuũ:
si verò te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum vel duos, vt in ore duorum vel triũ
testium, stet omne verbum. Quòd si non audierit, dic Ecclesiæ. Et certè multos con- H
stituit increpantes: & non increpantes modò, verumetiam punientes: cùm eum, qui
nullum horum vellet audire, quasi Ethnicum & Publicanum esse præcipit. Quòd si
iudicaturi omninò non erunt, priuabuntur omnium potestate: & frustrà illam acce-
perunt (Prælati Ecclesiæ, aut Apostoli quos Christus alloquebatur) ad ligandum &
soluendum. Nam & aliter, si hæc peccandi impunitas obtineret, cuncta pariter dispe-
rirent, & quæ in Ecclesiis sunt, & quæ in vrbibus, & quæ in domibus singulorum. Nã
& dominus seruum, & domina ancillam, & filium pater, & amicum amicus nisi iu-
dicauerint, ad maximum omninò incrementum sui vitia cuncta peruenient. Et quid
dico amicus amicum, vbi de ipsis quoque iudicemus inimicis? Numquam poterimus
omninò inimicitias dissoluere, & absque vllo prorsus ordine ac distinctione meritorũ
Quod iudicium prohibetur. permixta erunt omnia atque confusa. Ergo præceps & temerarium iudicium, quod I
in sola opinione versatur, prohibet, quòd sine charitate est, aut saltem etsi zelum ha-
bere videatur, non tamen scientiam. Prohibet, inquam, iudicium de occultis, quod
suspicionem melius dixerimus, & aliquando calumniam, de qua id legitur: Noli quæ-
rere impietatem in domo iusti. Hoc etiã obiter taxare videtur Christus in Pharisæis,
qui & Christum & Apostolos eius temerè iudicarent: quia videbantur illis summa
hæc esse delicta, illotis manibus manducare, vellere spicas in sabbato, Publicanorum
interesse conuiuiis, & si qua essent similia. Sed neque iudicandum est de melioribus,
vt de senioribus & Presbyteris Ecclesiæ, aut Prælatis, aut regibus, aut principibus, te-
merè non est à quoquam subditorum iudicandum. Interim non prohibetur iudicium
de manifestis, id est, zelo & scientia directum, non ad condemnationem interim, sed
ad salutem. Quòd si quis iudicandi & condemnandi authoritatem habet ex officio, K
Albertus. hoc agat secundum allegata & probata. Albertus Mag. in Matth. c. 7. Cæterùm non
intelligimus allegata ab homine, sed à iure. Et ideò non debet esse iudex, nisi sciens &
potens discernere inter allegata, ne fraudem faciant aduocati. Eccles. 7. Noli quære-
re fieri iudex, nisi virtute valeas disrumpere iniquitates. Virtute enim iniquitates dis-
rumpit, qui habitu scientiæ & virtutis iniquitatem videt, & condemnat. *In quo enim iu-*
dicio iudicaueritis, iudicabimini: & in qua mensura mensi fueritis, remetietur & vobis. Non enim
proximum condemnas, sed temetipsum, inquit, & facis tibi terribilius iudicium, co-
gisque aduersum te diligentissimam fieri, etiam de minimis, vltionem. Sicut enim in
Chrysost. venia peccatorum promerenda à nobis principia sumuntur, (inquit Chrysostom. ho.
24. in Matth.) sic etiam in ipso iudicio à nobis condemnationis mensura procedit.
Neque enim oportet exprobrare delictum, neque illum qui peccato aliquo sit præ-
uentus,

A uentus, insolenter obruere, sed clementer monere: nec persequi iurgio, sed iuuare cõ-
filio: nec cum iactatione in eum erigi, sed cum dilectione corrigere. Non enim illũ,
sed te profectò extremo addicis supplicio, non ei vtique parcẽdo, cùm te petit de pec-
catis suis exercere iudicium. Augustin. lib. 2. de serm. Dom. in monte, cap. 29. Potest Augustin.
autem mouere, quod ait: In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabitur de vobis. *An Deus*
Nunquid enim si nos in iudicio temerario iudicauerimus, temerè etiam de nobis *temerè iu-*
Deus iudicabit? Aut nunquid si mensura iniqua mensi fuerimus, apud Deum iniqua *dicet.*
mensura est, vnde nobis remetiatur? Nam & mensuræ nomine ipsum iudicium signi-
catum arbitror. Nullo modo Deus vel temerè iudicat, vel iniqua mensura cuiquam
rependit. Sed hoc dictum est, quoniam temeritas illa qua punis alium, eadem ipsa tã-
dem te puniat necesse est. Nisi fortè arbitrandum est, quòd iniquitas ei noceat aliquid
B in quem procedit, ei autem nihil à quo procedit: immò sæpè nihil nocet ei qui patitur
iniuriam, ei autem qui facit, necesse est vt noceat. Quid enim nocuit martyribus ini-
quitas persequentium? Ipsis autem persecutoribus plurimùm, quia etsi aliqui eorum
correcti sunt, eo tamen tempore quo persequebantur, excæcauit illos malitia eorum.
Sic & temerarium iudicium plerumque nihil nocet ei, de quo temerè iudicatur: ei
autem qui temerè iudicat, ipsa temeritas necesse est vt noceat. Potest & ista senten-
tia sic intelligi, quòd iudicandi simus ab hominibus eodem iudicio, quo alios iudica-
uerimus. Ita enim à Deo comparatum est, vt qualem se quisque erga alios præstat, ta-
les vicissim experiatur & alios erga se. Etsi enim Deus temerè nonnunquam de iu-
stis iudicari sinat, educit tamen eorum iustitiam in lucem, & mendacia calumnia-
torum reuelat. Vnde fit, vt quisque Deum omnibus prouidere, nec sine causa sinere
existimet, vt calumniam quam intuleris, ipse recipias. Augustinus lib. 2. de sermone Augustin.
C Domini in monte, cap. 28. Duo sunt autem, in quibus temerarium iudicium cauere
debemus: cùm incertum est, quo animo quidque factum fuerit: vel qualis futurus sit
qui nunc vel bonus, vel malus est. Verùm oritur quæstio, Ergóne qui neminem iudi-
cauerint, non iudicabuntur? Concedimus sanè non esse illos iudicandos, de eo quod *An non*
iudicauerint, cùm neminem iudicauisse dicantur, sed de cæteris quæ fecerint. Iudi- *iudicabun-*
cium enim temerarium non vnicum est omnium peccatorum: ita vt qui neminem te- *tur qui non*
merè iudicauerit, non alterius vitij reus esse possit. Iudicabitur ergo non de temera- *iudicaue-*
rio iudicio, quod non habuerit, sed de aliis peccatis. Rursus, videtur falsum esse quod *rint.*
hîc dicitur, Qua mẽsura mensi fueritis, remetietur & vobis. Nam cùm hoc de pœna il-
lata intelligatur, videtur maiores supereresse pœnas in futuro, quàm illæ esse possint, quas
D proximis inferamus. Respondet Albertus Mag. in Matth. quòd maiori quidem pœna Albertus.
damni & census punit Deus. Et hoc ideò est, quia dignitas eius, contra quem pecca-
tur, aggrauat peccatum. Peccatur autem in Deum, cuius dignitas, & honor infinitus
est. Et ideò etiam in nihilum conterendus esset peccator, si non misericordia relaxãs *An non*
remitteret iudicium. Pœna autem æterna est ideò, sicut dicit Glossa, quia voluntas *maior pœna*
peccandi est æterna. Cùm enim aliquis cum finali impœnitentia in peccato moritur, *supereſt de-*
voluntas eius in malo obstinatur, & inæternum propter hoc gratiæ insusceptibilis ef- *licto hîc*
ficitur. Et ideò numquam peccatum aliquod ab eo soluitur. Et cùm pœna peccatum *commisso.*
sequatur, in æternum consequens est vt puniatur. Hoc est ergo quod dicitur, 3. Reg. Glossa.
21. In quo loco linxerunt canes sanguinem Naboth, & tuum lingent. Hester. 7. Amã
suspensus est in ligno, quod parauerat Mardochæo Iudæo. Es. 27. In mensura contra
E mensuram cùm adiecta fuerit, iudicabit eam. Deut. 25. Secundum mensuram peccati
erit & plagarum modus. Et hoc sanè sic complectitur Thomas Aquin. in Matth. Thomas.
cap. 7. Dico scilicet, quòd in peccato duo sunt considerandа, duratio, & offensa: Et in
offensa duo, scilicet auersio & conuersio. Ex parte conuersionis, culpa finita est: ex
parte auersionis, infinita: quia auertitur à Deo, qui est infinitus. Cùm ergo auertat se
ab infinito, infinitè puniri debet. Item ex parte durationis duo sunt considerandа, *Quomodo*
scilicet actus, & macula. Actus momentaneus est, macula infinita, id est æterna: ideò *pœna pro-*
infinitè, id est, æternaliter puniri debet. Vnde si à dæmonibus posset deleri macula, *portionetur*
possent liberari à culpa & pœna. Similiter ex parte pœnæ est acerbitas, & hæc est fini- *peccato.*
ta: item duratio, & hæc est infinita. Vniuscuiusque ergo peccatum in authorem re-
dundabit: vt quia in proximo Deus agnoscitur, & in membris suis Christus, & sic cõ-
temnendo, seu iudicando proximum, iniuriam Deo & Christo eius detulit, propter

temeritatem ſuam, & pœnas inferendo, ſeu ſe vindicando de proximo, Deum contra ſe prouocauit: eapropter longè diuturniores pœnas luiturus ſit. Ideò in Prouerbiis dicitur: Iniquitates ſuæ capient impium, & funibus peccatorum ſuorum conſtringetur. Et Eccleſiaſtes: Qui fodit foueam, incidet in eam. Et, Qui diſſipat ſæpẽ, mordebit eum coluber. Et in alio loco: Faciente nequiſſimum conſilium, ſuper ipſum euoluetur. Qualẽ ergo vis Deum eſſe tibi, tale te exhibe alteri. *Quid autem vides feſtucã in oculo fratris tui:* Hoc eſt, cur obſeruas & penſas paruum peccatum, in conuerſatione vel corde proximi tui, iudicando eum, & arguendo de minori exceſſu: *Et trabem*, id eſt, grande peccatum, *in oculo tuo*, in animo tuo ſeu vita, *non vides?* Hoc recto iuris ordine minimè fit. Nam cùm cuiuſque charitas à ſeipſo incipiat, tu qui charitatem in omnibus iudiciis & exhortationibus præ te ferre debes, quomodo non primùm teipſum iudicas, diſcutis & emendas? Qui alium doces, teipſum non doces, inquit Apoſtolus: & qui gloriaris in lege, per præuaricationem legis, Deum inhonoras. Propter quod dicit Ambroſ. lib. 7. in Luc. Iudicet de errore & culpa alterius, qui in ſeipſo non habet quod iudicet: ne cùm de alio iudicat, in ſemetipſum ferat ſententiam. Scriptum eſt enim, Ex ore tuo te iudico ſerue nequam. Omni vitio debet carere, qui in alterũ paratus eſt dicere. Plutarchus lib. de diſcrimine adulatoris & amici. Cauendum, inquit, quis corripiat, ne & id audiamus:

Mederis aliis ipſus vulneribus ſcatens:

Auguſt. lib. 2. de ſerm. Dom. in monte, cap. 30. trabis & feſtucæ exẽpla proponit: Vt ſi fortè, inquit, verbi gratia, ira ille peccauit quem arguis, tu odio reprehendas. Quantum enim inter feſtucam & trabem, tantum inter iram diſtat, & odium. Odium enim eſt ira inueterata, quaſi quæ vetuſtate ipſa tantum robur acceperit, vt meritò appelletur trabes. Fieri autem poteſt, vt ſi iraſcaris homini, velis eum corrigi. Si autem oderis hominem, non potes eum velle corrigere. *Quomodo ergo dicis fratri tuo, Frater, ſine, eiiciam feſtucam de oculo tuo: & ecce trabs in oculo tuo eſt?* Attende ergo, ait Albertus, quod in iudice maius crimen duobus modis dicitur. Ex genere ſc. & ex nocumẽto. Ex genere: vt ſi quis iudicat ex odio eũ, qui offenderit ira. Nam, vt ſcribit Auguſtin. in regula, Melior eſt, qui quamuis ira ſæpè tentetur, tamen impetrare feſtinat, vt peccatum hoc ei remittatur ab eo, cui ſe feciſſe nouit iniuriam: quàm qui tardiùs iraſcitur, & ad veniã petendam, difficiliùs inclinatur. Similiter & in alio genere, fortè aliquis accuſatur de fornicatione, & iudex interim ſubiacet inceſtui, vel adulterio: & ſic de aliis. Alio modo quãtitate nocumenti, dicitur maius crimen iudicis, quia in plures redundat, & audaciam dat delinquendi: ſicut dicit Gregorius in Paſtorali. Hunc enim peccantem nemo arguere præſumit, & in exemplum culpa vehementer extenditur, cùm pro reuerentia gradus peccator honoratur. Et hoc olim cecinit poëta his verbis:

-- Tanto conſpectius in ſe
Crimen habet, quanto qui peccat, maior habetur.

Pſal. 72. Prodiit quaſi ex adipe iniquitas eorum. Peccata igitur ſuperiorũ trabes ſunt, peccata ſubditorum quandoque ſunt feſtucæ: non ſi ſpeciem eorum, ſed gradum peccantis conſideremus. Rupertus lib. 6. in Matth. eorum quæ diximus, exemplum proponit. Et ſanè fuit feſtuca in oculo Dauid, inquit, quando iratus propter maledicta Nabal, ſemetipſum vlciſci voluit: & quando vxorem Vriæ lauantẽ ſe, de ſolario proſpiciens, vidit & concupiuit. Tu cùm ſis quaſi Semei, quomodo de eiuſmodi feſtucis iudicare, vel conſilium dare poteris, aut iſtud conueniet tibi tantam habenti in oculo tuo trabẽ, vt maledicens, & lapides mittens, terrámque ſpargens, dicas tale quid, vt eſt hoc: Egredere vir ſanguinum, & vir Belial, reddidit tibi Dominus vniuerſum ſanguinem quem effudiſti. Quàm melius Abigail, vxor Nabal inſipientis & ſtulti, irato Dauid occurrit, vt feſtucam iracũdiæ ex eius oculo erueret. In me ſit, inquit, domine mi, hæc iniquitas: &, (quibuſdam interiectis) Cùm ergo fecerit Dominus tibi, domino meo omnia quæ locutus eſt bona de te, non erit hoc in ſingultum & ſcrupulum cordis tibi domino meo, quòd effuderis ſanguinem innoxium, aut ipſe te vltus fueris. Ita effectum eſt, vt cùm illa ſine vlla trabe & odio, ſed cum aptiſſima gratia, ad Dauidem acceſſiſſet, illum placauerit, feſtucam ex eius oculo eduxerit, & in gratiarum actionem illum impulerit. Dixit enim ad Abigail: Benedictus Dominus Deus Iſraël qui miſit te hodie in occurſum meum, & benedictum eloquium tuum, & benedicta tu, quæ

Charitas à ſeipſa incipit.

Ambroſ.

Plutarch.

Auguſtin. *Quid trabs & feſtuca.*

1.

Albertus.

Auguſt.

2.

Gregorius.

3.

Rupertus.

Exempla.

A tui, quæ prohibuisti me hodie, ne irem ad sanguinem, & vlciscerer me manu mea. Eadem ferè gratia, nulla trabe excæcatus Nathan ad Dauid accessit: sic enim cum illo egit, & alterius personæ prætextu eum suauiter induxit, vt idem ipse sibi festucam eiiceret, & exclamaret: Peccaui Domino. Plutarchus lib. de discrimine adulatoris & amici. Medicus enim cùm carnem secauerit, non saltare, sed concinnè & aptè se gerere debet, quanto magis cauere eum oportet, qui alterum arguit, ne in animi motibus indecorè se habeat? Plato quidem senes monet, vt qui verecundiam studeant adolescentibus incutere, ipsi primùm reuereantur adolescētes: Sicut bonus medicus mauult somno aut cibo morbū ægroti depellere, quàm castorio aut scammonio. Chrysostomus lib. 1. de compunct. cordis. At verò quàm longè aliter nos habemus? Quippè qui in aliorum delictis seueri & amarissimi iudices residemus, nostras autem trabes B oculis infixas proprijs non videmus: qui aliena etiam minima sollicitè perscrutamur, & ad condemnandum cæteros, omne vitæ nostræ tempus absumimus: à quo vitio neque sæculi hominem, neque Monachorum vllum facilè inuenies liberum. Et quidē cùm tanta sit in hoc posita comminatio: (diuina enim sententia dicit, In quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini:) Et cùm libido & voluptas, vt in cæteris solet peccatis, ex hoc nulla sumatur, omnes tamen festini ac præcipites huic se vitio subiugarunt, tanquam si studium nobis & certamen esset propositum, quis ad hoc malum prior perueniret. Verùm fortè obiicies, Si nemo iudicare alterum debet de eo crimine, cuius se nouit esse conscium: quis omnium nostrum erit, qui licet ad animarum regimen & curam vocatus sit, alterum arguere præsumet? Nam ipsi etiam qui altare ascendunt, inquit Chrysost. norunt & fatentur se esse peccatores. Quòd si peccator confessionem C delictorum suorum audiri, & à nobis remedium aliquod dari postulet: quis non primùm sibi timeat, & dicat, Iustior forsitan tu es quàm ego? Et hoc sanè locum habere posset, si modò iudicium nostrum non esset ministeriale, sed à nobis, id est, humano modo penderet. Proinde licet animarum pastor, & pœnitentiæ minister, se primum omnium peccatorem agnoscat, & ideò discat ex his quæ patitur, & cæterorum misereri, & neminem iudicare in ratione sui, id est, qua persona priuata est, seu qua suam conscientiam respicit: Attamen in ratione sui ministerij, quod hominibus altius est, & humanis peccatis & defectibus non deletur: à Deo enim est: non modò peccatorū confessiones audit, sed & diiudicat peccata, & secundum vniuscuiusque culpam, indicit & mulctam, vt legitur historiæ tripartitæ lib. 9. cap. 36. Neminem ergo iudicat vt homo, vt peccator, vt conscius sibi: sed iudicat vt minister Dei, & absoluit aut li- D gat. Alioquin si quis temerè, & nullo iuris ordine, de altero in re leui, ipsemet cōscius, iudicium ferret, ei diceretur: *Hypocrita, eiice primùm trabem de oculo tuo, & tunc videbis eiicere festucam de oculo fratris tui.* Augustin. lib. 2. de serm. Dom. in monte, cap 30. Et bene ait, Hypocrita. Accusare enim vitia, officium est bonorum virorum & beneuolorum: quod cùm malefici agunt, alienas partes agunt: sicut hypocritę, qui tegunt sub persona quod sunt, vt ostendant in persona quod non sunt. Hypocritarum ergo nomine simulatores acceperis. Et est verè multum cauendum & molestum simulatorum ge- nus, qui cùm omnium vitiorum accusationes odio & liuore suscipiant: etiam consultores videri se volunt. Et ideò piè cautéque vigilandum est, vt cùm aliquem deprehēdere vel obiurgare non necessitas coëgit, primùm cogitemus vtrum tale sit vitiū, quod nunquā habuimus, vel quo iam caruimus. Etsi nunquam habuimus, cogitemus & nos E homines esse, & habere potuisse. Si verò habuimus, & non habemus, tangat memoriā cōmunis fragilitas, vt illā reprehensionem aut obiurgationem, non odium, sed misericordiā præcedat: vt siue ad correctionē eius, propter quē id facimus, siue ad peruersionē valuerit (nam incertus est exitus) nos tamē de simplicitate oculi nostri securi simus. Si autē cogitantes, nosmetipsos inuenerimus in eo esse vitio, in quo est ille, quem reprehēdere parabamus, non reprehendamus, neque obiurgemus, sed tamē congemiscamus: & nō illum ad obtemperandū nobis, sed ad pariter cauendum inuitemus. Nam illud quod dicit Apostolus 1. Cor. 9. Factus sum Iudæis tanquā Iudæus, vt Iudæos lucrifacerem: his qui sub lege erant, quasi sub lege essem, cùm non sim ipse sub lege, vt eos qui sub lege erant, lucrifacerem: his qui sine lege sunt, quasi sine lege, cùm sine lege Dei non essem, sed sim in lege Christi, vt lucrifacerem eos qui sine lege sunt: Factus sum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacerem: omnibus omnia factus sum, vt om-

Gratia decet eum qui alterū arguit. Plutarch. *Medicus.*

Chrysost. *In temerarios rerum alienarum inquisitores et iudices.*

Cōfessiones audiens quomodo se agat in aliorum peccata.

Hist. trip.

Augustin. *In Hypocritas.*

Quid agendum, si nos eiusdem criminis reos viderimus.

nes lucrifacerem: non vtique simulatione faciebat, quemadmodum alij intelligi vo- F
lunt, vt eorum detestanda simulatio tanti exempli authoritate muniamur: sed hoc fa-
ciebat charitate, qua eius infirmitatem, cui volebat subuenire, tanquã cogitabat. Hoc
enim perstrinxit dicendo: Cùm enim liber sim ex omnibus, me omnium seruum fe-
ci, vt plures lucrifacerem. Quod vt intelligamus non simulatione, sed charitate fieri,
quæ infirmis hominibus tanquam nobis compatimur: ita monet alio loco, dicens ad
Gal. 5. Vos in libertatem vocati estis fratres: tantùm ne libertatem in occasionem car-
nis detis, sed per charitatem seruite inuicem. Quod fieri non potest, nisi alterius infir-
mitatem quisque habeat quasi suam, vt eam æquanimiter ferat, donec ab ea liberetur
ille, cuius curat salutem. *Nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas vestras ante*
porcos. Hæc sententia videtur conscissa, quódque non omnia ita ab Euãgelistis scripta
sunt, vt à Christo ordine sunt dicta: sed quæ meminisse potuerunt, ea tradiderunt. Po- G
Quomodo hæc sententia superioribus quadret. test tamen superioribus coniungi. Primò, respectu Pharisæorum, quos in Hypocrisi
& temerario iudicio notabat. Secundò, respectu eorum, qui proximos iudicaturi sunt
& delinquentes correpturi. Si enim Pharisæos consideres, Christus hac sententia ra-
tionem reddit, cur cùm tot præcepta tradiderit in monte, & veterem legem reforma-
uerit, nihil tamen locutus sit de præcipuis nostræ fidei mysteriis & sacramentis: nimi-
rùm quia in turba illa, quæ eum audiebat, multi erãt canibus & porcis similes, quibus
non conueniebat committere tam pretiosas margaritas. Quòd si sententiam hanc re-
feras ad eos, qui de proximis iudicare possunt, eósque corripere: cùm illud maximè ex
scripturarum præscriptionibus facturi sint: monet ne tam facilè verba tanti momenti
effundant, sed primùm prospiciant, superfit ne aliqua spes in delinquentibus, vt scri-
pturarum sacra oracula venerentur & suspiciant. Contingit nimirùm aliquando, vt
corripiendus sit is, qui nouam, & ab Ecclesiastica traditione alienam doctrinã sequi- H
Rupertus. *Non omnibus neque semper, neque vbique effundẽdũ est verbum.* tur, vbi & prudenter se habere necesse est. Rupertus lib. 7. in Matth. In doctrina sua,
inquit, seruus Domini scientiam habens scripturarum (vnde & dicitur scriba doctus
in regno cœlorum) magnam debet habere temperantiam, maximéque illi congruit
attendere locum, tempus, personam. Nam si absque consideratione horum sermonem
effundat intemperans doctor, immoderatus prædicator, sæpè illi cõtigit sanctum da-
re canibus, & mittere margaritas suas ante porcos. Nónne etiam plerosque illorum,
qui margaritas, de quibus agitur, diligenter pro tempore & loco absconderũt, canes
& porci, id est, homines immundi & proterui, incuriosè discusserunt ac perstrutati
sunt, & conculcatis margaritis diripuerunt? Multos enim occiderunt, quamplures
persecuti sunt, non vt ipsi margaritas haberent, sed vt margaritæ ipsæ nusquam com-
parerent. Magnum cautelæ huius exemplum primus ipse, qui hæc loquitur, in facto I
suo præbuit: quia videlicet scripturam suam ita condidit, vt non ab omnibus, vel à
quibuscunque posset intelligi. Non ei sufficere visum est, quòd labium, quod omni-
bus vnum erat, & sermones quos eosdem habebat omnis terra, confudit in constru-
ctione Babylonicæ turris, atque ita remouit omnes gentes à lectione scripturarũ, quas
erat traditurus vni, scilicet Hebrææ genti. Nam & in illa Dei gente vnica, quæ legem
accipiebat, cui credebantur eloquia Dei, non defuerunt, nec defuturi erant porci vel
canes huiusmodi, margaritis cœlestium sacramentorum indigni, & quibus omne san-
ctum non deberet dari, quod fieret, vel factum esset, si nudo sermone absque figuris
& ænigmatibus lex & Prophetæ fuissent elocuti. Proinde igitur talem scripturam cõ-
didit, quæ non facilè posset intelligi quò tenderet, vel quale contineret mysterium K
regni Dei. Et sicut ipse tunc fecit, ita docet cùm dicit: *Nolite sanctum dare canibus, neque*
mittatis margaritas vestras ante porcos. Quare? *Ne fortè conculcent eas pedibus suis, & conuersi eli-*
dant vos. Duplex causa est, videlicet ne margaritis fiat iniuria, & nobis vitæ periculum
Augustin. siue mortis occasio fiat. Augustinus lib. 2. de serm. Dom. in monte, cap. 31. Diligenter
ergo quærendum est, quid sit sanctum, quid margaritæ, quid canes, quid porci. San-
ctum est, quod violare atque corrumpere nefas est: cuius vtique sceleris conatus &
voluntas teneretur rea, quamuis illud sanctum natura inuiolabile atque incorrupti-
bile maneat. Margaritæ autem quæcunque spiritualia magni æstimanda sunt, & quia
in abdito latent, tanquam de profundo eruuntur, & allegoriarum integumentis quasi
apertis conchis inueniuntur. Licet itaque intelligi, quòd vna eadémque res, & sanctũ,
Margarita dici possit: Sed sanctum ex eo quòd non debet corrumpi, Margarita ex eo

quòd

A quòd non debet contemni. Albertus Magn. in Matth.c.7.In primo notatur, quòd ministri Ecclesiæ voluntatem habeant non communicandi sanctificationes canibus, quamuis aliquando rapiant eas de manibus eorum:quia publicè accedentem,de quo nesciunt caninum peccatum, nisi occultè,arcere non debent à communione sanctorum,quia per hoc proderent: sed occultè dissuadere & inhibere, vt in aperto non voluntariè, sed quasi coacti sustinere: Sicut ipse Dominus inter alios secum in catino contingentem non prohibuit, vt dicitur Matth.26.Marc.14. Secundum est *sanctum*, quod non est communicandum.Et distinguit Chrysostomus inter sanctificatum & sanctificationem,ea distinctione,quam posuit Augustinus inter sanctum sacrum(aliâs sacras) & sanctum sacrum. Et vt hoc bene intelligatur,dicendum quòd sanctificatio propriè est forma illa quæ facit sanctitatem in omnibus quibus imponitur: sicut est B benedictio,& inuocatio Trinitatis in sanctis Ecclesiæ.Sãctificans autem & sacrum, est sacramentum Ecclesiæ, inuocatione diuini nominis sanctificatum,& gratiam cõferens ei qui accipit.Sanctificatum autem,non sanctificans,est id quo benedictione aliquid sanctificatur,sed gratiam non confert.Et hoc non non propriè sacramentum vocatur, quia sanctum est quod formam habet sanctitatis,sicut facientem sanctitatẽ in alio cui confertur. Et hoc modo aqua benedicta,& prandium benedictum, & cætera huiusmodi sunt sanctificata:1.ad Tim .4. Sanctificatur enim per verbum Dei & orationem. Itaque, quod hîc vocatur sanctum, est sanctum sanctificans, quod sanctũ sacramentum Ecclesiasticum: sicut baptismus, confirmatio, Eucharistia, & alia huiusmodi. Vnde figura Eucharistiæ dicitur. 1. Reg. 21. Si mundi sunt pueri maximè à mulieribus, manducent.1.Cor.11.Probet autem seipsum homo,& sic de pane C illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini. Hoc igitur est sanctum. Hoc dicit non esse dandum canibus. Canis enim, vt dicit Chrysostomus homil. 17. Oper. imperfecti in Matthæum,duas habet immunditias, quia nec vngulam diuidit in duo, nec ruminat. Et ego addo. Tres habet secundum proprietates morum. Duæ autem immunditiæ (vt dicit Chrysostomus) significant immunditiam ex infidelitate,& ex moribus:quales erant in paganis,hæreticis,& perfidis Iudæis. Tres autem immunditiæ secundum mores sunt: vna in latratu,& duæ in cibo. In latratu autem duas habet proprietates singulares,quæ sibi soli inter animalia cõueniunt. Inter omnia enim animalia habet,quòd vix emittit voces, nisi ad abigendos superuenientes, cùm alia animalia ad hoc nõ vociferentur. Secunda est, quòd cùm clausõ ostio deintus latrat, statim ad quemlibet D impellentem ostium,antequàm consideret vtrum blandiendum sit, an minantibus latronibus adlatrandum.In cibo autem duas habet: quia & vorax est animal, vltra saturitatem se superimplẽs:propter quod etiam in hominibus talis appetitus vocatur caninus. Secunda est,quòd redit ad vomitum, & iteratò deuorat eum.Infideles igitur & incorrupti moribus significantur ex duabus immunditiis legalibus. Contentiosi autem & semper contra veritatem garrientes significantur ex hoc, quòd non nisi abigendo latrat. In 3. epistol. Ioann. Propter hoc cùm venero, commoneam eius opera quæ facit, verbis malignis garriens in nos, & quasi ei ista non sufficiant. Neque enim ipse recipit fratres, & eos qui recipiunt, de Ecclesia eiicit. Per hoc autem quòd latrat, non discernendo priùs, vtrum amicus sit, vel non: significat iram quæ oppugnat, non discernendo quid oppugnet. Per voracitatem autem E significat carnis & auaritiæ insatiabilitatem:quæ sunt duæ filiæ sanguisugæ,Prouerbiorum 30. Canes impudentissimi nescientes saturitatem. Per reuersionem ad vomitum,significat inconstantiam pœnitentiæ & virtutis: quia si etiam aliquid boni aliquando inceperint, statim ad pristina mala relabuntur. 2. Petr. 2. Canis reuersus ad suum vomitum: & sus lota in volutabro luti. His ergo sacra non sunt danda. *Neque mittatis margaritas ante porcos*. Theodoretus in Cantica cantic. Margaritis enim, inquit, & lapidibus pretiosis diuina sunt eloquia similia. Iudicia Domini, inquit Propheta, vera,iustificata in idipsum: desiderabilia super aurum, & lapidem pretiosum multum. Psal. 18. Et rursum, Ecce concupiui mandata tua super aurum & topazium. Psal. 118. Et regnum cœlorum, vt Dominus ait, simile est homini negotiatori, quærenti bonas margaritas. Matth. 14. Et alibi, Matth. 7. Ne proiiciatis margaritas vestras ante porcos. Cyrillus Alexandrinus libro 5. in c

Albertus.
Qui canes.
Quod sanctum.
Chrysost.
Corpus Christi sanctum.
Chrysost.
Canis conditiones.
Latratus indiscreti.
Voracitas.
Vomitus.
Theodor.
Margaritæ quid.
iil. Ale.

Ioan.cap.21. Hoc igitur Christi verbo admonemur altissima diuinæ veritatis sacra- F
menta & sublimia mysteria non esse proponenda impugnatoribus veritatis, aut con-
Cl. Alexan. temptoribus, ne irrideant ea, aut acriùs improbent. Clemens Alexand. lib. 2. Stromat.
Nam quoniam non sola traditio est publica ei qui sentit sermonis significantiam, oc-
cultanda est sapientia, quæ dicta est in mysterio, quam docuit Dei filius. Iam enim
Esaias quoque Propheta igne linguam purgat, vt possit dicere visionem: & nec linguã
solũ, sed etiã aures castas nobis habere conuenit, si conemur fieri veritatis participes.
Hæc mihi erãt impedimẽto, quominus scriberem: & nunc adhuc vereor, vt ait Matt.
7. ante porcos iacere margaritas, ne eas conculcent pedibus, & conuersi nos frangant.
Auditores sulli. Est enim difficile de vero lumine puros & perspicuos ostendere sermones suillis & in-
doctis auditoribus. His enim vix possunt apud vulgus vlla magis audiri ridicula: rursus
autẽ apud ingeniosos magis admirabilia, & Deum magis inspirantia. Animalis autem G
homo nõ suscipit ea quæ sunt spiritus Dei: sunt enim ei stultitia, 1. Cor. 2. Sapientes au-
tem ore non proferunt quæ in confessu cogitant. Sed quod auditis, inquit Dominus,
in aurem, prædicate super tecta: arcanas veræ cogitationis traditiones, quæ excelsẽ &
excellẽter explicãtur, iubens suscipere, & sicut in aurem audiuimus, ita etiam tradere
quibus oportet, nõ autẽ omnibus passim tradere, quæ eis in parabolis dicta erãt, præci-
piens. Sed reuera cõmẽtariorũ & monimentorum descriptio, sunt quæcũque sparsim
habent seminatam hîc & illic veritatem, vt eos lateant, qui more graculorum passim
ac temerè verba serũt. Postquã autẽ agricolam bonum nacta fuerint, producet vnum-
quodque ex eis, & edet frumentum. Cùm vna sit itaque veritas (habet enim innume-
rabilia falsũ diuerticula, quemadmodũ Bacchæ, quæ Pẽthei mẽbra diuulserũt) Philo-
sophiæ tam barbaræ quàm Græcæ hæreses, vnaquæque id quod sortita est, tanquã to-
Dionysius. tã iactat veritatẽ. Dionysius 1. Mysticæ Theologiæ c. ea propter sic monet Timotheũ: H
Hæretici et infideles à mysteriis abigendi. Vide ne quis hæc indoctorũ videat, qui in sensibus detinentur. Isti omninò indigni &
incapaces sunt prædictorum bonorum: quoniam teste Apostolo, Carnalis homo non
percipit ea quæ sunt spiritus Dei: stultitia enim est illi. Hoc est quod in Esaia habetur:
Quẽ docebit Dominus scientiã, & quẽ intelligere faciet auditum? Ablactatos à lacte,
Albertus. auulsos ab vbere. Albert. Mag. in Matth. latiùs sententias istas examinat. Margarita
Margarita proprietates. enim est, inquit, id quod inuenitur in ostrearum conchis conclusum. Et hoc significat
sanctarum scripturarũ sacrũ & pretiosum intellectum in litera sicut in cõcha clausũ.
Vnde Ps. 118. Dilexi ea super aurum & topazium, & super lapidẽ pretiosum multum.
Matth. 13. Inuenta vna pretiosa margarita abiit, & vendidit omnia quæ habuit, & cõ-
parauit eam. Tertiò notandum est, quòd dicit *vestras*, cùm hoc de sanctis suprà non I
dixerit: quia licet spiritu reuelante percipiamus veritatem scripturæ, tamen quia
studium adhibemus, nostrum est quod reuelatur. Rom. 2. In die quo iudicabit Do-
minus occulta hominum secundum Euangelium meum. Quædam tamen Glossa ad
idem refert & sanctum, & margaritam. Et dicit veritatem Euangelij per vtrumque
significari. Per sanctum quidem, quia sanctificatum est & inuiolabile: per margaritam
autem proprietate quę inducta est: quia propria corruptione non corrumpitur. Sed
prima expositio est magis propria. Quartum quod hîc notatur, est quod dicit *ante por-
cos*: quia veritas scripturæ exposita proponitur ante audientes potiùs, quàm detur
eis: & magister vnus, qui in cœlis docet omnem illum qui docetur. Sed attenden-
Chrysost. dum est, quòd porcus quatuor pessimas habet proprietates, præter immunditiam le- K
Porci proprietates. galem, quam tangit Chrysostomus. Vna est, quia & animal inter omnia naturalia a-
1. nimalia monstruosum. Secunda est, quia nunquam est sui capitis erectiuum, sed sem-
2. per depressiuum. Tertia est, quia cibi est sordidissimi. Quarta autem, quia in luto sem-
3. per quærit volutari. Monstruositas autem est, quia coniunguntur in eo oppositorum
4. animalium proprietates, quasi quędam membra monstruosa. Cùm enim nullum ani-
Mõstruositas quæ. mal in duo diuidens vngulam sit, quod non tamẽ ruminet, porcus in duo diuidit vn-
1. gulam, & non ruminat. Adhuc animal fissi pedis in multos digitos, habet multos fi-
2. lios, & diuidens vngulam in duo, tamen parit vnũ, & rarò duos gemellos. Porcus autẽ
conuenit cũ vtroque: quia non habens in multa fissũ pedẽ, sed in duo diuidẽs vngulã,
habet in vno loco corporis mammillas: & animal in multa diuidẽs, habet multas per
totã longitudinẽ ventris mammillas. Porcus autem diuidit in duo pedem, & per lon-
gitudinem

A gitudinem ventris totam habet mammas. Adhuc animal diuidens vngulam habet ſerum. Porcus diuidit, & non habet, ſed ſaginam. Adhuc in pilis medium eſt inter ericium & piloſum, quaſi compoſitum ex vtroque. Adhuc culmos habet in mandibula inferiori ad corrixandum, & ſimiliter in mandibula ſuperiori, licet breuiores ſint quàm elephas, cùm culmos habeat, non habet niſi in inferiori mandibula. Et ſic multa monſtruoſa deprehenduntur in porco. Propter quod etiam porcus dicitur quaſi ſpurcus, aliâs ſpurius, ex talibus compoſitionibus: quia cùm conueniat diuerſis animalibus, ſemper retinet ex quolibet magis ſpurcam proprietatẽ: Et quoad hæc ſignificat monſtruoſos homines ex diuerſis vitiis compoſitos. Num. 13. Monſtra quædã hominum vidimus ibi. Hoc autem, quod eſt capitis depreſſiuum, ſignificat totos inhiãtes terrenis. Pſal. 16. Statuerunt oculos ſuos declinare in terram. Daniel. 13. Euerterũt 3. 1.

B ſenſum ſuum, & declinauerunt oculos: vt non viderent cœlum, neque recordarentur iudiciorum iuſtorum. Cibi etiam eſt viliſſimi: ſignificans eos, qui paſcuntur immunditiis. Iob. 30. Ecce ſub ſentibus delicias computabant. Eſa. 36. dicit Rabſaces qui diabolum ſignificat, ſe eſſe miſſum audire eos qui comedunt ſtercora ſua, & bibunt vrinam pedum ſuorum. Thren. 4. Qui nutriebantur in croceis, amplexati ſunt ſtercora. Aut in luto volutatur, vt dicit Petrus, ſignificat tranſitum de peccato in peccatum: & non quieſcit niſi in fœtore. Hierem. 48. Fertilis fuit Moab ab adoleſcentia, requieuit in fæcibus ſuis. Immunditia autem legali eſt immundũ, eo quòd non in toto eſt immundum, vt dicit Chryſoſtomus, quia diuidit vngulam: ſed in parte eſt immundum, quia non ruminat. Et per hoc ſignificat non errantes in fide, ſed in moribus. De quibus dicit Apoſtolus ad Titum, 1. Confitentur noſſe ſe Deum, factis 2. 3. 4.

C autem negant. His ergo margãritæ non ſunt proponendæ. Eccleſ. 21. Verbum ſapiens quodcunque audiet ſcius, laudabit, & adiiciet: audiuit luxurioſus, & diſplicebit illi, & proiiciet illud poſt dorſum ſuum. Prou. 23. In auribus inſipientium ne loquaris: quia deſpicient doctrinam eloquij tui. Verùm fortè aliquis obiiciet contrarium à Chriſto præcipi Matth. 10. Quæ in aure auditis, prædicate in tectis. Marc. vltimo: Prædicate Euangelium omni creaturæ. Et à Paulo 2. ad Timot. 4. Inſta opportunè & importunè. Chryſoſtomus homil. 24. in caput 7. Matth. Oper. perfect. Chryſoſt. Sed ne hoc quidem mandatum, inquit, aduerſatur priori: nec indifferenter omnibus prædicari iuſſit, ſed his quos doceri oporteret, præcepit cum fiducia prædicari. Aut talibus ſancta communicanda non ſunt, quandiu tales ſunt, id eſt, tales eſſe publicè cognoſcuntur. Si quis enim obiiciat de peccatore, non tamen publico, an arcendus

D ſit ab altari & communione ſacramentorum: Reſpondendum eſt, admitti poſſe, ſicut & Iudas à Chriſto admiſſus eſt ad cœnam, hac maximè ratione, quòd fuerit ab omnibus notus, & publicè peccator declaratus. Interim monitione paſtoribus opus eſt, & magna prudentia, ne fortè rebus ſacris iniuria fiat, & diuiſiones in Eccleſia excitentur. Sunt enim (inquit Chryſoſtomus, quibuſdam interiectis) qui inter Catholicos modeſtiam ſimulant, vt ſecreta condiſcant: cùm verò didicerint, repentè alij ex aliis effecti irrident, inſultant, atque illudunt, quaſi quadam à ſe arte deceptis. Propterea & Paulus 2. ad Timot. 4. dicebat: Quem & tu deuita, valde enim reſtitit verbis noſtris. Et rurſus alibi, ad Tim. 3. cap. Increpa huiuſmodi. Et iterum: Hæreticum hominem poſt vnam aut ſecundam correptionem deuita. Non enim ex his quæ didicerint, armantur, ſed eorum accuſatione ſuperbiùs efferuntur, atque inſolentia fœ- *An peccatori non publico denegãda ſint ſacramẽta.*

E diori complentur. Et idcircò non exiguum lucrum eſt in ſua illos ignorantia permanere. Non enim tam recta temeritate deſpiciunt. Si verò deſpiciunt, geminum eſt omninò damnum, cùm certè ipſi & nihil omninò fructificent, immò magis magiſque lædantur, & tibi negotia ac pericula mille commoueant. Audiãt hoc loco illi qui imprudenter omnibus ac temerè copulãtur, deſpicabilia ea quæ ſunt reuerẽda, faſcientes. Nam & myſteria clauſis ianuis ideò celebramus, & eos qui nondum initiati ſunt, adeſſe prohibemus: non quia infirmitatem myſteriorũ aliquam deprehẽdimus, ſed quia ad participationem eorum illi adhuc quos arcemus, infirmi ſunt. Propter etiã ipſa multa ad Iudæos in parabolis diſſerebat, quoniã non videbant videtes. Propterea iuſſit & Paulus ad Col. 4. ſcire nos quemadmodum debeat vnicuique reſponderi. Auguſt. libr. 2. de ſermone Domini in monte, capit. 33. Cùm igitur præceptum eſſet, ne *Non omnibus communicandum.* Auguſt.

ſanctum daretur canibus, & margaritæ ante porcos mittantur, potuit auditor occurrere, & dicere, conſcius ignorantiæ atque infirmitatis ſuæ, & audiens præcipi ſibi ne hæc daret, quæ ſeipſum nondum accepiſſe ſentiebat. Potuit ergo occurrere, ac dicere, Quod ſanctum me dare canibus, & quas margaritas me mittere ante porcos vetas, cùm adhuc me habere ea non videam? Opportuniſſimè ſubiecit dicens: *Petite,* inquit, *& dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis, &c.* Petitio pertinet ad impetrandam ſanitatem, firmitatémque animi, vt ea quæ præcipiuntur, implere poſſimus: Inquiſitio verò ad inueniendam veritatem. Cùm enim beata vita actione & cognitione compleatur, actio facultatem virium, contemplatio manifeſtationem rerum deſiderat. Horum ergo primum petendum, ſecundum quærendum: vt illud detur, hoc inueniatur. Sed cognitio in hac vita viæ priuſquam ipſius poſſeſſio eſt: ſed cũ quiſque verã viam inuenerit, perueniet ad ipſam poſſeſſionem, quæ tamen pulſanti aperietur. Vt ergo tria iſta, id eſt, petitio, inquiſitio, pulſatio manifeſta fiãt, ſub aliquo exẽplo ponamus. Videmus aliquẽ infirmis pedibus ambulare non poſſe: Priùs ergo ſanãdus eſt, & firmãdus ad ambulandũ. Et ad hoc pertinet quod dicit, *Petite.* Quid autẽ prodeſt, quòd ambulare iam, vel etiam currere poteſt, ſi per deuia itinera errauerit? Secundũ eſt ergo, vt inueniat viam quæ ducat eum quò vult peruenire: quã cùm tenuerit, & peruenerit ad eum ipſum locum vbi habitare vult, ſi clauſum inuenerit, neque ambulare potuiſſe, neque pererexiſſe ac perueniſſe profuerit, niſi aperiatur. Ad hoc pertinet quod dictum eſt, *Pulſate.* Magnam autem ſpem dedit & ille, qui promittendo nõ decipit. Ait enim: *Omnis qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulſanti aperietur.* Ergo perſeuerantia opus eſt, vt accipiamus quod petimus, & inueniamus quod quærimus, & quod pulſamus aperiatur. Chryſoſtomus hom. 24. Oper. perfect. in Matth. Non ſolùm, inquit, vos oportet ſtudere virtutibus, ſed ad tantum opus diuinum quoque aduocare præſidium. Veniet enim prorſus, atque aderit, & vobiſcum certamina ipſa tractabit, ac facilia vobis cuncta perficiet. Propterea & petere præcepit, eíſque daturum ſpopondit: nec tamen obiter poſtulare iuſſit, ſed cum ſedulitate multa, & magna patientia, crebroque pulſatu. Hoc eſt enim quod ait, *Quærite.* ſiquidem ille qui quærit aliquid, cuncta profectò alia mente proiiciens, attẽdit illud quod ſolùm requirit, ac præſentium rerum nihil omninò conſiderat. Norunt certè illud, quotquot vel auro vel ſeruis, vt plerumque contingit, amiſſis, experti ſunt hanc quam dico diligentiam requirendi. Ex eo quidem, quod ait, *Quærite,* iſtud oſtendit: Ab eo verò quod dixit *Pulſate,* vehementer accendi, & ardere prorſus mente præcepit. Noli ergo homo, ſponte concidere, néve inferius ſtudium impende virtuti, quàm cùm aurum requiris amiſſum. Illud enim frequenter requirens, nequaquàm forſitan reperis: verumtamen cùm omninò neſcires inueniendũ eſſe quod fuerat amiſſum, omnes nihilominus perſcrutandi excogitares modos. Hîc verò iam ſponſionem Chriſti etiam tenens, quod abſque dubio ſi quæſieris, accipias, ne minimam quidem partem illius ſtudij conaris oſtendere: quòd ſi non cõtinuò acceperis, ne ſic quidem deſperare te cõuenit. Propter hoc quippè ait, *Pulſate:* vt oſtenderet, quia etſi non continuò aperuerit, te nihilominus oporteat ad ianuam permanere. Didymus Alexãdrinus enarratione in Epiſt. beati Iacobi, c. 4. Cùm autem vera ſit, inquit, expoſitio Saluatoris, dicentis: *Petite, & dabitur vobis:* quã etiã fecit eſſe credibilem, cùm dicit: *Omnis qui petit, accipit:* quærere libet quomodo aliqui orantes non audiantur, vt accipiant quæ habere poſtulauerunt per ſuam petitionẽ. Ad hæc dicendum eſt, quoniam qui via congrua ad poſtulandum venit, nihil relinquens eorum quæ pertinent ad impetranda quæ cupit omnia, percipit quod ſibi dari rogauit. Si quis autem extra intentionem traditæ petitionis poſcere videatur, iſte neque petere modo debito creditur: & ideò non percipit quod petit. Nónne falſũ quod dictũ eſt Luc. 11. Omnis qui petit accipit? Nã cũ doctor dicat, Omnis qui ad me accedit cauſa doctrinarũ, habebit diſciplinas earũ: accedere ad doctorẽ de rebus ipſis accipiendũ eſt, hoc eſt, vt etiam deſiderium habeat doctrinarũ, vt exerceat & meditetur eas, & ſumma intentione reſpiciat ea quæ à magiſtro dicũtur, & naturã habeat bonã. Indubitanter enim huiuſmodi homo percipit diſciplinam, quã magiſter dare promiſit. Si quis alius acceſſerit ad doctorem, non faciẽs quæ prædicta ſunt, ſed tantũmodò vt videatur ab eo, & videat eum, volens falſam facere promiſſionem doctoris: dicendum eſt ei, Non acceſſiſti ad eum ſicut inuitauit, ſed aliter, & tantummodò ad

Deus dat margaritas.

Chryſoſt.

Orationis & inuocationis virt°.

Didymus.

Quî fiat, vt quidam orãtes non exaudiantur.

videndum

F G H I K

A videndum eum. Apertiorem enim faciens superior epistolã, & qui petere videantur, nec accipiant, indubitanter malè petentes illos dicit, qui vanis cupiditatibus inhæserunt: quia verò instant aliqui dicentes, Quare illi qui pro scientia & perceptione virtutis petunt, & non accipiunt? dicendum est illis: Quomodo & ipsi non propter ipsa bona percipienda petunt, sed vt per ea laudentur? Est enim amor concupiscentiæ velle laudes acquirere: vnde etiam his non datur, quoniam ad concupiscentias insumendas volunt possidere quæ poscunt. Quòd si quis ea quæ ad salutem suam, & Dei honorem faciunt, in fide, nihil hæsitans, postulauerit: liberalis Deus est, vt largiatur. Prope est enim omnibus inuocantibus eum, inuocantibus eum in veritate. Fulgentius Epistol. 7. ad Vænantiam de pœnitentia, cap. 4. Ex hac Domini sententia, certam nobis relinqui remissionis spem concludit. Qualecunque enim sit peccatum, inquit, à Deo quidem potest remitti conuerso: sed ille sibi remitti non sinit, B qui desperando, contra se indulgentiæ ostium clauserit. Cæterùm veritas non mentitur, quæ dixit: *Petite & accipietis, pulsate & aperietur vobis: omnis enim qui petit, accipit, & pulsanti aperietur*. Vnde & Propheta sanctissimus Esaias, ad remissionem peccatorum nullatenus desperandam, impios & iniquos hortatur, dicens, (cap. 55.) Quærite Dominum dum inueniri potest, inuocate eum dum propè est. Derelinquat impius viã suam, & vir iniquus cogitationem suam, quia multus est ad ignoscendum. Rupertus lib. 7. in Matth. Hîc interim fortitudine opus est. Qua fortitudine? Illa nimirùm, vel simili, qua pater fortium Iacob, cum Angelo luctatus est, (Genes. 32.) & victor existens, dicenti sibi, Dimitte me: Non dimittam te, inquit, nisi benedixeris mihi. Et benedixit ei in eodem loco. Qualis ergo fuit illa fortitudo? Quid senserat ipse qui C dixit, quoniam si contra Deum fortis fuisti, quãto magis contra homines prævalebis? Nimirùm fortitudo illa gemitus fuit inenarrabilis, fletus fuit spiritus contribulati: quo & Moyses eundem Deum dicentem, (Exod. 32.) Dimitte me, tenere potuit. Denique & hoc testatur Osee, immò ipse Deus loquens in Osee, (cap. 12.) qui cùm dixisset de illo: In vtero supplantauit fratrem suum, & in fortitudine sua directus est cum Angelo, & inualuit ad Angelum, & confortatus est: addidit, dicens, Fleuit & rogauit eum. Igitur humili fortitudine, forti humilitate hîc opus est, vbi sanctum absconditum, & in litera obfirmata clausæ tenentur margaritæ sensuum cœlestium. Et sicut ille Iacob luctatus est cum illo Angelo, in quo sine dubio Deus erat, qui & victum se fatebatur: ita luctari debet verbi Dei amator, cum sermone vel scriptura quæ est ex Deo, nec dimittere antequàm vincat vinci volentem, sensúmque comprehendat vtilem in litera latentem. Lucta enim pulcherrima est, tamdiu perseuerare petendo, donec accipiat. Quantum sibi placeat huiusmodi lucta, quàm veraciter vinci cupiat ipse, qui reluctari videtur, dum non citiùs aperit: nos animaduertere vult, cùm protinus subiungit: *Quis ex vobis homo, quem si petierit filius eius panem, nunquid lapidem dabit ei? Aut si petierit ouum, nunquid porriget illi scorpionem?* Augustinus libr. 2. de sermone Domini in monte, cap. 33. Quemadmodum egit de volatilibus cœli, & de liliis agri, ne victum nobis, vestitúmque desperaremus adfuturum, vt spes à minoribus ad maiora consurgeret: ita & hoc loco Chrysostomus homil. 24. Operis perfecti in Matthæum. Id igitur est, ac si dicat: Si modò meæ non vis credere sponsioni, crede vel huic, quod à me profertur, exemplo. Ab hominibus quidem cùm aliquid exposcis, & molestus omninò, & onerosus videris. Deum verò, quando E id non facis, tunc amplius, vt tibi indignetur, accendis. Hieronymus in Matthæum. Si petenti datur, & quærens inuenit, & pulsanti aperitur: ergo cui non datur, & qui non inuenit, & cui non aperitur, apparet quòd non benè petierit, quæsierit, pulsauerit. Pulsemus itaque ianuam Christi, de qua scriptum est, (Psal. 117.) Hæc porta Domini, iusti intrabunt in eam: vt cùm intrauerimus, aperiantur nobis thesauri absconditi & tenebrosi in Christo Iesu, in quo est omnis scientia. Quanta verò cum fiducia id expectare debemus? Psaltes etiam id habet: Sicut pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se, quoniam ipse cognouit figmentum nostrum. Quàm suauis & amica isthæc similitudo est? Poterat Christus spem nostram aliis & rationibus & exemplis confirmare. Rationes istæ esse potuerunt: quòd creator est, nos opus manuum eius: Quòd oues simus pascuæ eius: Quòd miseretur omnium quæ potest, & nihil oderit eorum quæ fecit: Quòd dominus

Quomodo rogãdus sit Deus.

Fulgẽtius.

Rupertus.

Augustin. *Exemplo nostra in Deũ fiducia cõfirmatur.*

Chrysost.

Hierony.

in seruos, artifex in opus suum propensus est. Potuit & exempla proponere sanctorũ virorum, qui olim quamuis magna quædam & ardua postulauerint, tamen exaudiri sunt. Verùm suauius multò, & delectabilius & familiarius omnibus exemplum proposuit: se velut optimum patrem proponens, nos autem filiorum nomine dignatus. An ne, inquit, possibile est patrem sic filium auersari, vt cùm ab eo necessaria postulauerit ad vitam, præbeat ei quæ mortem inferre possint? Quòd si vos rationem naturæ tanti momenti esse videtis in patribus, vt omnia curent, quæ ad eorum educationem faciunt: an non existimatis vim illam creatoris ad creaturam longè fortiorem esse? Nec enim hîc de monstris antiquorum deorum disserimus, inter quæ & hæc leguntur de Saturno, quòd Iouem filium occisurus, requisierit, & pro filio lapidem deuorarit. Deus lapides non porrigit pro panibus filiis suis, quin potius è lapidibus panes efficeret. Quòd si quis obiiciat, cœlum clausum fuisse annis tribus & mensibus sex: & minitari Dominum in lege, se daturum cœlum ferreum: respondemus hæc non contigisse filiis à patre, sed ingratis & perfidis seruis à Domino. Sed & adiicimus, remedium contra sterilitatem constitutum esse in oratione. Orauit enim Helyas, & cœlum pluit. Rursus obiicienti Deum nonnunquam indulgere pernicioſa hominibus, prouocatum scilicet importunis eorum postulationibus: quæ tandem ad instar scorpionum illis fuerunt. Sic enim Israëlitis petentibus carnes, coturnices immisit. Et legitur apud Psaltem: Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum, & ira Domini ascendit super eos. Dedit & eis regem in furore suo. Respondemus hæc illis data esse non quasi filiis, sed rebellibus & degeneribus, sicut escæ datæ esse leguntur: Aut in correptionem insipientiæ suæ, sicut & rex datus est. Filiis autem bona semper largitur. *Nam si vos*, inquit, *cùm sitis mali*: id est, etsi innata quadam malitia vestra voluntas corrupta sit, & affectio distracta, adeò vt nec tam benè velitis vestris, vt ferebat natura hominis in statu innocentiæ, ante peccatum. Genes. 8. Proni sunt enim sensus hominis ad malum: nam & in originali peccato concepti estis, Psal. 50. Ephes. 2. Vnde & Paulus, Romanorum 7. Scio quia non habitat in me, id est, in carne mea bonum: &, Volenti mihi facere bonum, video quòd adiacet mihi malum. *Si*, inquam, *vos mali*, si cum Deo comparemini, *nostis bona data* à Deo, non autem accepta à vobis, *dare filiis vestris* carnalibus: *quanto magis pater vester qui in cœlis est, dabit petentibus se*? Ille habet à se omnia: vos ab eo accipitis si quid habetis. 2. Corint. 4. Quid enim habes, ô homo, quod non accepisti? Ille in cœlis & electis est, vos in terra: ille lucem habitat inaccessibilem, vos in continuis miseriis versatis. Vos facilè discernere non potestis, quid bonum, & quid filiis vestris sit contrarium. Nam si quis morbus ingruerit, calida pro temperatis, mollia pro duris porrigitis: non quòd desit voluntas benefaciendi filiis, sed quòd in electione necessariorum erratis. Atqui Deus pater ille vester non fallitur, & nouit quid vobis opus sit. Vel fortè dices, His aduersari quæ legimus de electis Dei, qui cùm se opprimi viderent ab hostibus fidei, ad Deum clamauerunt, vt liberarentur: & tamen liberati non sunt. Sed ego dixerim, quòd per mortem liberati sunt à Deo, & maiore securitate donati, vt meditatur Augustinus, sermone de Martyribus. Demum dedit eis bona, quia tribulatio illa in magnum bonum eis cessit. In paucis probati, in multis benè dispositi sunt. Dominus tentauit illos, quia inuenit eos dignos se. (Hebræor. 11.) Sed & dicimus orationes filiorum non eò simpliciter respexisse, vt eruerentur à tribulationibus: sed cum conditione voluntatis diuinæ: sicut & cùm Christus oraret transferri à se calicem, cum hac conditione: Verumtamen non mea, sed tua voluntas fiat. Simul potius patientiam in aduersis, quàm illorum auersionem precatos esse. Quæ omnia illis benignissimus ille pater largitus est. Esai. 60. Germen plantationis meę, opus manuum mearum ad glorificandum: minimus erit in mille, & paruulus in Gentem robustissimam. Et quoniam liberalitas Dei eò tendit, non vt nos talentum acceptum defodiamus terræ, & bona collata nobis reseruemus, cæteris autem denegemus: sicut & margaritas, & sanctum, & quæcunque talia sunt nobis petentibus donanda repromisit, vt arguere, & corripere peccantes possimus, simúlque nobis & aliis prodesse: Ideò vt nos magis ad mutuam beneficentiam exhortetur, adiicit: *Quæcunque ergo*

Dei in homines liberalitas.

Argumẽtũ à minori ad maius.

Augustin. 2.

1.

3.

A *ergo vultis vt faciant vobis homines, eadem & vos facite illis.* Augustinus lib. 2. de serm. Domini in monte, cap. 34. obseruat sic legi in Græcis exemplaribus: Sed ad manifestationem sententiæ puto, inquit, à Latinis additum *bona*. Occurrebat enim, Quid si quisquam flagitiosè aliquid erga se fieri vellet, & ad hoc referat istam sententiam? Veluti si velit aliquis prouocari vt immoderatè bibat, & se ingurgitet poculis, & hoc prior illi faciat, à quo sibi fieri cupit: Ridiculum est hunc putare istam impleuisse sententiam. Cùm ergo hoc moueret, vt arbitror, addita est, ad manifestationem rei vna ista dictio, *bona*. Quòd si deest exemplaribus Græcis, illa igitur emendanda sunt? Sed quis hoc audeat? Intelligendum est ergo plenam esse sententiam, & omninò perfectam, etiamsi hoc verbum non addatur. Id enim quod dictum est, *Omnia quæcunque vultis*, non vsitatè ac passim, sed propriè dictum accipi oportet. Voluntas namque nō B est nisi in bonis. Nam in malis flagitiosis q; factis cupiditas propriè dicitur, non voluntas: Non quia sic semper loquātur scripturæ, sed vbi oportet, ita omninò proprium verbum tenent, vt non aliud sinant intelligi. Chrysost. hom. 24. Oper. perf. in Matth. Chrysost. Neque verò simpliciter ait, *Quæcunque vultis*, sed *Omnia* quæcunque vultis. Sed neque ociosè *ergo* posuit, sed necessariò prorsus ac signanter: ac si diceret, Si ergo cupitis audiri, præter illa quæ dixi, etiam ista perficite. Nimirùm cùm oratione opus est & disciplina virtutum. Et non dixit, Quæcunque vis tibi à Deo fieri, hæc fac proximo: ne diceres, Quonam modo fieri potest, cùm ille sit Deus, ego verò homūculus? Sed quæ vis tibi fieri à conseruo, hæc fac proximo. Quid vnquam hoc præcepto aut leuius inueniatur, aut iustius? *Hæc est lex & Prophetæ*. Vnde manifestum est secundum naturā nobis esse virtutem. Huic Chrysostom. sententiæ astipulatur Cicero, Relicta nobis es- Cicero. C se seminaria virtutum, quæ si adolescere sineremus, ad ipsam nos fœlicitatem natura perduceret. Ideò Dominus: Mandatum, inquit, quod ego præcipio tibi, non est supra te situm: vtique quia non est vltra naturæ nostræ captum. Philo Iudæus lib. de Abrahamo. Duabus de causis leges venerabiles sunt, inquit: Altera, quoniam præcepta legis à natura non discrepant, altera, quòd hinc liquet, non esse opus magno labore ad exigendam vitam iuxta legum regulam: quando illi prisci ante leges singulatim proditas, non scripto iure vsi, pari facilitate ac fœlicitate vixerunt, vt meritò quis dicere possit leges scriptas nihil aliud esse, quàm vitarum Patrum commentarios, in quibus eorum dicta factáque narrantur. Nam illi scholas nullas frequentarant, nullis præceptoribus vsi fuerant: sed à seipsis instituti doctíque, ordinem naturæ secuti sunt: *Lex natu-* D quæ lex est dubio procul antiquissima omnium. At verò quæri potest, quomodo tota *ralis.* lex pendeant & Prophetæ in eo quod dictum est, *Quæcunque vultis vt faciant vobis homines, hæc & vos facite illis.* An non scilicet aliquid est in Prophetis, quod hac lege nō exprimitur? Vbi scilicet ea quæ sunt fidei? Vbi mysteria? Vbi Christus, quem tamen prædixerunt lex & Prophetæ? Ergo nihil aliud habent lex & Prophetæ, quàm vt quæcunque volumus nobis fieri, aliis faciamus? Legem igitur & Prophetas compleuerunt hi, qui inter Ethnicos secundum virtutum vixerunt. Quòd si concluditur, quid est quod de eorum salute dubitetur? Verùm legem & Prophetas attendit Christus non in vniuersa sui ratione, id est, eorum omnium quæ apud illos continentur, vt de cultu Dei, fide, spe in eum: sed tantùm in ratione qua homo sese ad proximum habere debet. Hoc etiam resoluit Augustinus tom. 3. lib. 8. de Trinitate, cap. 7. per similem Augustin. E Pauli sententiam. Cùm enim, inquit, duo præcepta sint, in quibus tota lex pendent & Prophetæ, dilectio Dei, & dilectio proximi: non immeritò plerumque scriptura pro vtroque vnum ponit, siue tantùm Dei: sicuti est illud, (Rom. 8.) Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Et iterum, (1. Cor. 8.) Quisquis diligit Deum, hîc cognitus est ab illo. Et illud, (Rom. 5.) Quoniam charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum sanctum qui datus est nobis. Et alia multa. Quia qui diligit Deum, consequens est vt faciat quod præcipit Deus, & in tantum diligit, in quantum facit. Consequēs est ergo, vt & proximum diligat, quia hoc præcepit Deus. Siue tantùm proximi dilectionem scriptura commemorat, sicut est illud, (Gal. 6.) Inuicem onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Et illud, (Gal. 5.) Omnis lex in vno sermone impletur, in eo quod scriptum est, Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Et in Euangelio, Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines, hæc & vos facite illis. Hæc enim est lex & Prophetæ. Et pleraque alia reperimus in literis

ſacris, in quibus ſola dilectio proximi videtur, & taceri de dilectione Dei, cùm in vtro- F
que lex pendeat & Prophetæ. Sed & hoc ideò: quia & qui proximum diligit, conſe-
quens eſt vt ipſam præcipuè dilectionem diligat. Deus autem dilectio eſt: & qui ma-
net in dilectione, in Deo manet. Accedunt autem in eam ſententiam, qui legunt, non
ὅλος γὰρ ὅδε νόμος, hæc eſt enim lex, ſed ὅλως, id eſt, ſic eſt lex, ſic illa & Prophetæ præ-
ſcribunt, in iis quæ proximum concernunt. *Intrate per anguſtam portam: quia lata porta*
& ſpatioſa via eſt quæ ducit ad mortem. Rectè quidē poſt dilectionem, & officia erga pro-
ximos, ſimilitudine oſtendit, non tam facilè in beatitudinem æternam peruenīri, vt
quiſque hîc & concupiſcentiis & propriis affectibus ſimul indulgere, & ſalutem con-
ſequi poſſit. Oſtēdit igitur Chriſtianę vitæ regulam in charitate, patientia, paupertate,
eleemoſyna, oratione, ieiunio, cæteríſque omnibus abſolutionem & perfectionem eſ-
ſe: quod probat ſimilitudinibus portæ anguſtæ & viæ ſtrictæ, cùm ex aduerſo liberior G
carnalium hominum vita per amplam portam & ſpatioſam viam intelligatur. Albert.
Albertus. Magn. in Matth. Tria igitur ſunt notanda: ſcilicet quæ ſit porta, qualiter anguſta, &
Quæ ſit por- qualis introitus. Porta autem eſt hîc introitus ad vitam, ſicut inferiùs dicetur. Eſt autē
ta ad vitā. introitus ad vitam redemptionis Eccleſię: & eſt introitus ad vitam gratiæ: & eſt in-
troitus ad vitam gloriæ. Et primus quidem introitus duplex eſt. Vnus eſt per Chriſtū
redimentem, & alter eſt per ſacramenta, per quæ gratiam redemptionis accepimus.
Primo modo dicitur ſecundum quandam gloriam Chriſtus porta. Ioan. 10. Ego ſum
oſtium: per me ſi quis introierit, ſaluabitur. Secundo modo vulnus lateris, ex quo ſa-
Gloſſa. cramenta fluxerunt: aqua expiationis & redemptionis dicitur porta. Vnde Gloſſa di-
cit: Quid anguſtius illo foramine, quod lancea militis fecit in latere Chriſti, per quod H
tamen ferè intrauit totus mundus? Pſal. 117. Hæc porta Domini, iuſti intrabunt per
eam. Ad vitam autem gratiæ non intratur, niſi per portam virtutis: de qua dicitur in
Pſal. 117. Aperite mihi portas iuſtitiæ. Geneſ. 28. Non eſt hîc aliud niſi domus Dei, &
porta cœli. Eſ. 28. Erit Dominus fortitudo reuertentibus de bello ad portam. Introi-
tus autem iſte in vitam gratiæ ſpecialiter eſt per charitatem. Et ideò charitas dicitur
porta. Hæc enim eſt porta Orientalis, per quam oriens ex alto princeps Ieſus ad nos
ingreſſus eſt: Et per quam etiam regreſſus eſt in cœlum: & clauſa omnibus non per-
tinentibus ad membra corporis eius: nec vnquam alicui niſi ſibi integritate membro-
rum ſuorum aperietur. Ezech. 44. Porta Orientalis clauſa eſt, & non aperietur: quia
Dominus Deus Iſraël ingreſſus eſt per eam: erítque clauſa principi. Hæc dicitur ar-
cta. Anguſtum enim eſt inimicos diligere, nullum iudicare, ad vnum contendere: ni- I
hil niſi Chriſtum amare: & huiuſmodi. Introitus autem ad gloriam eſt per portam
perſeuerantiæ, quæ datur in fine omnium bonorum ad vitam pertinentiū: & inchoa-
tur à principio eorum, in propoſito permanendi cum Chriſto. Et hæc eſt porta, de qua
dicitur in Pſal. 126. Beatus vir qui impleuit deſiderium ſuum ex ipſis, non confundetur
cùm loquetur inimicis ſuis in porta. Omnes iſtæ portæ anguſtæ ſunt valde: ita quòd
foramini acus comparatur. Sed litera ſpecialiter videtur intelligi de porta virtutis, &
antonomaſicè de porta charitatis, & per effectum intrādi de porta perſeuerantiæ. Vn-
de fortè melius dicitur, quòd porta eſt virtus: apertura, charitas: introductio, perſeue-
rantia. Prouerb. vlt. Nobilis in portis vir eius, quando ſederit cum ſenatoribus terræ.
Cur porta Hæc porta dicitur anguſta tribus de cauſis, ſecundum Chryſoſtomum. Vna eſt, pro-
anguſta. pter præciſionem eorum quæ adhærent intranti, cum quibus intrare non poteſt. Al- K
1. tera eſt propter paucitatem eorum euntium qui cohærent intranti. Tertia, propter
2. difficultatem tranſeundi per eam. Ea enim quæ cohærent homini, ſunt, in quibus &
3. natus & enutritus eſt contemporanea naturæ exiſtentia: quæ ſunt gaudere in præſen-
tia delectabilium corporis, & triſtari in abſentia eorundem: triſtari in præſentia tri-
ſtabilium corporis, & gaudere in eorumdem abſentia. Delectabilia autem corporis
ſunt, ad luxum pertinentia, concupiſcentiæ in guſtu, & veneris: & ad cōcupiſcentiam
oculorum in his quæ auarè congregantur, & auariùs retinentur: Et in his quæ perti-
nent ad pompam ſæculi, ſuperbiam vitæ, dignitatum ambitionem, honorem primatū:
& vani applauſus & laudes, in quibus gaudet humanæ vitæ cōcupiſcentia, & triſtatur
in abſentia eorumdem. Triſtatur etiam in præſentia ieiuniorum, orationum, humili-
tatis in veſte, dimiſſione ſociorum, aſperitate veſtitus, & huiuſmodi: Et in eorumdem
præſentia gaudet & exultat: quia, ſicut dicitur Sap. 2. Nihil aliud quęrit talis populus,
niſi

A nisi vino pretioso & vnguentis implere se, in omnibus locis signa luxuriæ relinquere: Et hanc esse fortè suam, quòd in bonis præsentibus gaudeat, & omnibus deliciis fruatur. Virtus autem hoc habet, quòd in præsentia talium delectabilium tristatur, in absentia gaudet. In præsentia parsimoniæ gaudet, & in absentia tristatur. Et ideò est arcta: Et angusta dicitur esse. Ex vna enim & sola & tota causa constituitur, sicut suprà docuimus. Vitium autem fit omnifariam. Sic ergo oportet præcidi ab homine latitudinem & luxum vitiorum. Hierem. 4. Circuncidimini viri Iuda, & auferte præputium cordium vestrorum. Genes. 17. Circuncidetur ex vobis omne masculinum, & circuncidetis carnem præputij vestri: vt sit signum fœderis inter me & vos. Rom. 2. Circuncisio cordis non in litera, sed spiritu, cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est. Pau-
B citas etiam comitantium (aliàs commeantium) in via & per portam, ostendit quòd angusta est: quia in via concupiscentiæ homo vadit cum vxoribus, filiis, cognatis, affinibus & amicis: sicut dicitur Iob. 21. Tenent tympanum & citharam, & gaudent ad sonitum organi: & infantes eorum exultant in lusibus, ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferni nouissima descendunt. Sed in via descendunt virtutis. Si quandoque sunt in domo, duo in tres, & tres in duos diuidentur. Si duo sunt in lecto, aut in agro, aut in mola, vnus proficiscitur, & alter remanet. Deuter. 33. Qui dixerunt patri suo & matri, Nescio vos: & fratribus suis, Ignoro illos: & nescierunt filios suos, hi custodierunt pactum tuum, & eloquium tuum seruauerunt. Et Matth. 10. & 19. præcipitur, vt patrem & matrem & cæteros amicos relinquamus, si volumus esse digni vt sequamur Christum per portam angustam. Matth. 19. Multi sunt vocati, pauci verò electi. Secunda causa est, quia pauci etiam insipientes proficiunt, & multi qui profece-
C runt, deficiunt, & reuertuntur. Hoc optimè significat Psalmista, (Ps. 72.) vbi dicit: Mei autem penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei, quia zelaui in peccatoribus, pacem peccatorum videns. Quis enim considerans tantum commodum peccatorum, non zelet vitam eorum? videns quòd in omnibus pacem habent, & plantati proficiunt, & sancti impugnantur. Vix est cuius pedes non moueantur, & offendantur gressus: nisi quòd vnum est adiutoriũ, quod dicit Psalmista (Ps. eod.) Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me. Ioan. 6. Multi discipulorũ abierunt retrorsum, & iam non ambulauerunt cum eo. 2. ad Tim. 1. Scis quòd à me auersi sunt omnes qui sunt in Asia. 2. ad Tim. vlt. Demas me dereliquit, diligens hoc sæculum. His ergo de causis dicitur angusta: Et sic habitum est de
D porta & de angustiis eius. Introitus autem est per inceptionem, profectum, & perfectionem. Inceptio per conuersionem, profectus per virtutum & meritorum accumulationem, & perfectio per cursus & status consummationem. Inceptio est per angustissima, progressus latior, latissima & iocundissima perfectio. Ps. 17. Eduxit me in latitudinem: saluum me fecit, quoniam voluit me. Eduxit me de angusto conuersionis in latitudinem profectus virtutis, & in profectione saluum fecit. Prou. 4. Semita iusti quasi lux splendens & crescens vsque ad perfectum diem. At verò multum diuersa est via peccatorum. *Quia lata porta, & spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam.* Hilarius in Matth. Arduum homini iter in cœlo est. Cæterùm via Hilarius.
perditionis lata est. Hanc plures obtinent: illam porrò pauci inueniunt. Paucis enim damna præsentium rerum chara sunt: quibus cupiditates & animi vincere, & corporis frangere, & exposita totis sæculi viribus illecebrarum omnium lenocinia prætere-
E re, maximum cœlestis spei lucrum est. Illis autem, quibus solum bonum est scortari, comessari, ambire, insolescere, fastidire, odisse, diripere, plurimus est frequentantium iter tale comitatus. Clemens Alex. lib. 4. Stromat. in eam sententiam adfert celebra- Cl. Alex.
tissima Hesiodi carmina, lib. De opere & die. *Via virtutis arcta est* Hesiod.

τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
Ἀθάνατοι· μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτήν,
καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον, &c. id est,
Virtuti sudorem dij præposuerunt
Immortales: longa verò atque ardua via est ad ipsam,
Et primùm aspera. Vbi verò ad summum ventum fuerit,
Facilis deinceps est, quantumuis fuerit difficilis.

Hæc illa est litteræ Pythagoricæ significatio, quam & his verbis Virgilius describit: Virgilius.

Littera Pythagoræ discrimine secta bicorni,
Humanæ vitæ speciem præferre videtur.
Nam via virtutis dextrum petit ardua callem:
Difficilémque aditum primum spectantibus offert,
Sed requiem præbet fessis in vertice summo.
Molle ostentat iter via lata, sed vltima metà
Præcipitat captos, volutque per ardua saxa.

Hanc Philosophicam similitudinem Socrates etiam assumpsit, differens cum Aristippo, vt scribit Xenophon lib. 2. de factis & dictis Socratis: Etiam & id ex Epicharmo adiiciens, quòd laboribus nobis omnia dij vendunt. Et in eam rem adducit lætã Prodici Sophistæ de Hercule fictionem, quæ quoniã animos excitat, ad discretionẽ vtriusque vitæ, & plena sententiis est, & accedit plurimùm ad mores, non omninò hîc videtur esse contemnenda. Ait namque Herculem, cùm à puerili ætate ad adolescentiam perueniret, quæ adolescentes iam sui arbitrij effecta ostendunt, siue per viam virtutis, seu vitiorum gradiantur, gressum à ciuitate in solitudinem, consedisse cogitationibus agitatum vtram viarum prædictarum præponeret: Ibi duas apud eum apparuisse accedere mulieres magnas: alteram honestam & liberalem visu, ex ipsa quidem natura corpus munditia ornatam, oculos verò verecundia: effigiem autem totam castitate, alba veste vestitam: Alteram verò ex carnositate atque mollitie esse nutritam, ornatam verò colorem quidem vt albior atque rubicundior: effigiem verò, vt rectior quàm à natura esset, appareat: oculos autem vagantes atque apertos habentem, tali veste vestitam, ex qua pulchritudo quàm maxima coruscet, sæpéque seipsam respicere & attẽdere: si quis etiam alius eam videret, nunquam ad propriam vmbram aspicere. Cùm autem propiùs Herculem accessissent, illam quæ vitij personam gerebat, multa Herculi pollicitam esse, delicias scilicet, epulas, & eius generis allectamenta: Alteram ecõtrà magnos docuisse labores, iisque ad fœlicitatem esse perueniendum: Herculi verò maximè cauendum, ne vitij illecebris demulceatur, cùm & id tandem illum ad summam infœlicitatem perducturum sit. Ad quod etiam referẽdum videtur trium Dearum iudicium ad Paridem Priami filium, ex Poëtarum fictione delatum: cùm harum trium vnica Pallas virtutem profiteretur, cæteræ verò potius vitij tramitem designarent: Iuno quidem in diuitiis, Venus verò in deliciis & voluptatibus. Sic duæ stabant cõtra vnam, quòd arctior sit via, quæ ducit ad fœlicitatem. Vnde & Christus adiicit, *Quàm angusta porta & arcta via est, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam!*

Occurrit autem quæstio, cur arctam viam vocet, quæ tot vocationibus diuisa est, vt quemadmodum in domo patris cœlestis mansiones multæ sunt, ita alius in statu virginitatis, alius in statu coniugij, alius in viduitatis, alius in cœlibatus statu, salutem sibi comparare possit. Verùm dicitur arcta via, si conferatur cum via peccatorum: & si rationem habeamus earum præscriptionum, quę omnibus & singulis fiunt in ratione, qua omnes conueniunt vt Christiani sint. Hoc confirmat Gregor. Nanz. Orat. 1. de Theologia. Nam cùm diuersas illas in domo patris mansiones protulisset, sic disputat: Est'ne aliquid quod has mansiones comparet, vt mea est sentẽtia, an omninò nihil? Est sanè, inquis. Quidnam hoc? Hoc nimirùm, quòd diuersa sint viuendi genera atque instituta, quodq; pro fidei proportione alia vita aliò ducat, quas vias nominamus. Quid ergo? His ne omnibus incedere necesse est, an quibusdam solùm? Omnibus siquidem atque idem hoc possit: sin minus, compluribus, aut certè aliquot. Aut si ne hoc quidẽ concedetur, satis, vt quidem ipse existimo, præclarum fuerit, vel vnam egregiè assequi. Rectè hoc existimas. Quid igitur cùm audis vnam viam esse, eámque peranguſtam, quid his verbis significari putas? Vnam sanè esse, si virtutem spectes (hæc enim vnica est, licet in multas partes secetur) verùm anguſtam propter sudores, & quia non in multis teritur, siquidem multitudinem eorum cogites, qui contrario itinere per vitiũ incedunt. Fulgentius lib. 2. de remissionib. peccator. cap. 4. Porrò salus, inquit, non dabitur iniquis, sed iustis: ante finem scilicet huius vitæ correctis atque conuersis. Salus illa bonis dabitur, qui ad amicitiam Dei cucurrerunt per cõuersionem, non malis, qui permanentes amici mundi, Apostolica increpatione inimici Dei mererentur cõgruè nuncupari. Tales enim beatus Iacobus obiurgat. Adulteri, nescitis quia amicitia huius mũdi inimica est Deo? Si quis ergo voluerit amicus esse huius mundi, inimicus Dei

Xenophõ.

Fictio Prodici de Hercule.

Obiectio.

Greg. Náz.

Fulgenti⁹.

A Dei cõstituetur: qui declinans à malo, & faciens bonum, pro suis iniquitatibus in
presenti vita pœnitentiam gesserit, & conuersus ad Deum toto corde, malis operibus
renunciauerit, spes ipsius vana non erit. Cæterùm frustrà seipsum seducit, quisquis per
latam & spatiosam viam se peruenturum arbitratur ad vitam: cùm Dominus per ar-
ctam viam nos iubeat ambulare: atque angustæ portæ nobis demonstrat introitum,
per quem venitur ad regnum. Dicit enim: *Intrate per angustam portam. Quàm lata porta,*
& spatiosa via, quæ ducit ad perditionem: & multi sunt qui intrant per ipsam! Quàm angusta por-
ta & arcta via, quæ ducit ad vitam: & pauci sunt qui intrant per eam! Verùm rursus & alia
quæstio oritur, quomodo Christus viam salutis arctam & angustam esse dicat, cùm a-
libi asserat iugum suum suaue esse, & onus leue: & ita scribat Ioannes, Quia mandata
eius grauia non sunt. Augustin. lib. 2. de serm. Domini in monte, cap. 35. Non ideò, in- Augustin.
B quit, hæc dicit, quia iugum Christi asperum est, & sarcina grauis: sed quia labores fini-
re pauci volunt, minus credentes clamanti, Venite ad me omnes qui laboratis, & ego
reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & reliqua. Hinc ergo sermo sumpsit
exordium de humilibus & mitibus corde, quoniam iugum leue, & sarcinam leuem
multi respuunt, pauci subeunt: eo quòd arcta sit via quæ ducit ad vitam, & angusta
porta qua intratur in eam. Diligentibus quidem Deum omnia cooperantur ijs, qui se-
cundum propositum vocati sunt sancti. Proinde lata & spatiosa illis via virtutis esse
videtur. Secum enim conscientiam tutam & quietam habent. At verò carnalibus ho-
minibus difficilis est. Hilarius Enarratione in Psal. 118. hæc verba explicans, Latum Hilarius.
mandatũ tuũ nimis: Latũ, inquit, planè est, siue quòd infinitum cognitionem humanæ
ignorãtiæ excedit, siue quòd multa sunt, in quibus Dei præceptis obtemperetur, atque
C placeatur, secundũ diuisiones & munera gratiarũ. Nõ enim ab omnibus omnia expe-
ctãtur neq; vniuersi vniuersa ad summã placendi implere possint. Alius ieiunio placet,
alius simplicitate fidei promeretur, alius vitia eleemosynis redimit, alius securitate cõ-
summat: sicut alij curationũ concessa virtus est, alij Prophetiæ scientia cõtributa est,
alij fidei firmitas data est, alij sapiẽtia & cognitio donata est. Latum igitur mandatum
Dei est, & in omnia spei nostræ genera diffunditur: vt non difficile sit, si voluntas adsit,
præcepto Dei obtemperare, cùm latum & diffusum sit ad placendum officiosa reli-
gionis varietate. Neque solùm latum, sed vehementer latum: latitudinis infinitate
hac ipsa superlatiui adiectione monstrata. Sicut autem latum Domini mandatum, ita
& lata via dici potest. Nec mirum esse debet, quòd illa & eadem lata sit & stricta, si
modò ad diuersa referatur. Ita enim via etiam peccati lata & stricta est. Quis enim *Difficilius*
D non experiatur, difficilius esse vitium sequi, quàm virtutem? Quid non plenum suspi- *est etiã vi-*
cionibus in libidinibus, furtis? quid non vigiliarum? quid non timoris? Adeò nõ abs *tium sequi,*
re dicunt, qui in inferno positi sunt, se vias difficiles sectatos esse. Sed quoniam prom- *quàm vir-*
ptis animis ad eas ferebantur, nihil tunc illis difficile videbatur. Indè fit, vt bono & fi- *tutem.*
deli animo via salutis arcta esse minimè videatur. Augustin. tom. 10. serm. 9. de verb. Do- Augustin.
mini, horum & illorum rationem complectitur, his verbis, cùm de iugo Domini leui
disputat. Sub iugo illo leui & sarcina leui audiamus, inquit, Apostolum dicere, (1. Cor.
6.) In omnibus commendantes nosmetipsos tanquam Dei ministros, in multa patiẽ-
tia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, &c. Et alio loco in se-
cũda Epistola, (2. Cor. 11.) A Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepi, ter vir-
E gis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci, nocte & die in profundo ma-
ris fui, & cætera quæ numerari quidem pericula possunt, sed tolerari nisi Spiritu san-
cto iuuante non possunt. Omnia ergo illa, quæ commemorauit aspera & grauia, fre-
quentiùs & abundantiùs sustinebat: sed profectò aderat illi Spiritus sanctus, qui in *Ad tolerã-*
exterioris hominis corruptione interiorem renouaret de die in diem, & gustata re- *tiam.*
quie spirituali in affluentia deliciarum Dei, in spe beatitudinis futuræ omnia præsen-
tia deliniret aspera, & omnia grauia releuaret. 1. Corint. 4. Ecce quàm suaue iugum
Christi portabat, & quàm leuem sarcinam, & omnia illa quæ superiùs enumerata dura
& immania omnis auditor horrescit, leuem tribulationem diceret, intuens interiori-
bus & fidelibus oculis, quanto pretio temporalium emenda sit futura vita, non pati
æternos labores impiorum, & sine vlla sollicitudine perfrui eterna fœlicitate iustorũ.
Secari & vri se homines patiuntur, vt dolores non æterni, sed aliquantò diuturnioris
vlceris acriorum dolorum pretio redimãtur, in languida & incerta vocatione breuis-

simæ atque vltimæ vitæ. Immaniſſimis bellis miles atteritur, pluribus fortaſsè annis in F
aboribus inquietus, quàm in otio quieturus. Quibus tẽpeſtatibus & procellis, quàm horribili & tremenda ſæuitia cœli & maris impleti ſunt mercatores, vt diuitias ventoſas acquirant, maioribus quàm quibus acquiſitæ ſunt periculis & tempeſtatibus plenas? Quos æſtus, quæ frigora, quæ pericula, ab equis, à foſſis, à præcipitiis, à fluminibus, à feris perferunt venatores: quantum laborem eſuriendi & ſitiendi, quantas viliſſimi & ſordidiſſimi cibi & potus anguſtias, vt beſtias capiant, & interdum nec ipſius beſtiæ carnes, propter quam hæc tanta ſuſtinent, epulis neceſſarias? quanquam etſi aper ceruúſve capiatur, magis ſuaue ſit venantis animo, quia captus eſt, quàm comedentis palato, quia coctus eſt. Quantis cruciatibus propè quotidianarum plagarum tenera puerorum ætas ſubditur? Quantis etiam in ſcholis vigiliarum & abſtinentiæ moleſtiis exercentur, non propter diſcendam ſapientiam, ſed propter opes, honoréſq; G
vanitatis, vt numeros & literas, & diſertas fallacias eloqui diſcant? Sed in his omnibus qui hæc non amant, eadem grauia patiuntur: qui verò amant, eadem quidem, ſed non grauia, pati videntur. Omnia enim ſæua & immania, prorſus facilia, & propè nulla efficit amor. Quanto ergo certiùs ac faciliùs ad verã beatitudinem charitas facit, quod ad miſeriam quantum potuit, cupiditas fecit? Quàm facilè toleratur quælibet aduerſitas temporalis, vt æterna pœna vitetur, æterna requies comparetur? Non immeritò ille vas electionis cum ingenti lætitia dicit, Rom. 8. Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Ecce vnde illud iugum ſuaue eſt, & ſarcina leuis: & ſi anguſta eſt paucis eligentibus, facilis tamen omnibus diligentibus. H

De Pſeudoprophetis vitandis, & dignoſcendis: de fructu bonorum operum: de tuto fidei & pietatis ædificio.

Matth. 7.

Attendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. A fructibus eorũ cognoſcetis eos. Nunquid colligunt de ſpinis vuas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona fructus bonos facit: mala autem arbor malos fructus facit. Non poteſt arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur Igitur ex fructibus eorum cognoſcetis eos. Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnũ cœlorum: ſed qui facit voluntatẽ patris mei qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnum cœlorum. Multi dicẽt mihi in illa die, Domine, Domine, nónne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc cõfitebor illis, Quia nunquam noui vos: diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatẽ. Omnis ergo qui audit verba mea hæc, & facit ea: aſſimilabitur viro ſapienti qui ædificauit domum ſuam ſuper petram, & deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim erat ſuper petram. Et omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea, ſimilis erit viro ſtulto, qui ædificauit domum ſuam ſuper arenam: & deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina eius magna. Et factum eſt: cùm conſummaſſet Ieſus verba hæc, admirabãtur turbæ ſuper doctrina eius. Erat enim docens eos ſicut poteſtatem habens, & nõ ſicut ſcribæ eorum & Phariſæi.

Marc.

Luc. 6.

Non eſt enim arbor bona quæ facit fructus malos: neque arbor mala faciens fructum bonum. Vnaquæque enim arbor de fructu ſuo cognoſcitur. Neque enim de ſpinis colligunt ficus, neque de rubo vindemiant vuam. Bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bonum, & malus homo de malo theſauro profert malum. Ex abundantia enim cordis os loquitur. Quid autem vocatis me, Domine, Domine: & non facitis quæ dico? Omnis qui venit ad me, & audit ſermones meos, & facit eos: oſtendam vobis cui ſimilis ſit. Similis eſt homini ædificanti domum, qui fodit in altum, & poſuit fundamentum ſuper petrã: inundatione autem facta illiſum eſt flumen domui illi, & non potuit eam mouere: fũdata enim erat ſuper petram. Qui autem audit, & non facit, ſimilis eſt homini ædificanti domũ ſuam ſuper terram ſine fundamento: in quam illiſus eſt fluuius: & continuò cecidit, & facta eſt ruina domus illius magna. I K

Ioan.

A SIQVANDO hostium aduentus populo innotuerit, ne minus cautus intercipiatur, omnia prospicit, castrorum & vrbium munitiones, arma bellica, hostium etiam insidias & consilia explorat, & ita prudenter se gerit, vt aduersariorum conatus eludat: Ita quidem Christus monet faciendum, ne hæreticorum, Iudæorum, omniúmque infidelium consiliis obruamur. Albert. Magn. in Matth. *Attendite à falsis Prophetis.* Est autem continuatio ad præcedens, qua docet neminẽ iudicandũ esse, & iustitiam nostram coram hominibus non faciẽdam, sed per angustam portam intrandum esse. Sed in omnibus his quia species pietatis & exhibenda, & attendenda est, & hæc est causa deceptionis etiam hæreticis: Ideò ne decipiantur, dicit, *Attendite vobis à falsis Prophetis.* Chrysostom. hom. B 24. Oper. perfect. in Matth. Ecce, inquit, cum canibus ac porcis aliud quoque insidiarum genus multo illis profectò efficacius ad nocendum. Illi quippè professi sunt, & omninò manifesti, isti verò fraudulenter obtecti: & idcircò ab illis quidem imperat abstinere, istos verò etiam diligenter examinari, atque discerni, quasi omninò difficile sit ad primum illos intelligere congressum: Propter quod dixit *Attendite*, vt nos ad eos excutiendos redderet acriores. Deinde, ne cùm audissent arctam atque angustam viam, & quia illos multis aduersitatibus per eam oporteret incedere, porcos quoque & canes esse cauendos. Cúmque istis aliud quoque malitiosius genus luporum: ne (inquam) tot tristium rerum aggestione concciderent, ac satis durum putarent tam multis insidiantibus iter tale conficere, & de omnibus mandatis præterea esse sollicitos, malorum quoque illos, quæ sub patribus eorum sunt facta, commo- C nuit, vt huiusmodi homines falsos Prophetas vocando. Nam & antè talia contigerunt, Luc 21. Nolite, inquit, omninò terreri: nihil prorsus vobis nouum accidet, nihílque peregrinum, sempérque diabolus ad oppugnationem veritatis subornat errorem per Pseudoprophetas. Albertus Magnus in Matth. Sed videtur, inquit, quòd cùm Matth. 11. dicantur lex & Prophetæ vsque ad Ioannem peruenisse, non oportuit post tempora Ioannis à talibus attendere. Et hæc est obiectio Chrysostomi: & soluit, quòd Prophetia omnis fuit de Christo, & sacramentis eius: Quia Prophetia propriè diuina est inspiratio sub immobili veritate, tales rerum euentus denuncians, quæ sunt de redemptore & sacramentis eius. Et hoc modo Prophetia fuit ad Ioannem, qui digito Saluatorem demonstrauit: & inceperunt Apostoli in labores Prophetarum tunc intrare, & regnum cœlorum vim pati, & violenti rapuerunt præsens regnum, quod D annunciabatur per Christum. Sed si Prophetia dicitur quæcunque enunciatio futurorum, tunc fuerunt, & sunt Prophetæ post Ioannem: sicut Agabus & filiæ Philippi Euangelistæ, qui futuram famem & vincula Pauli prænunciabant. Sed hîc, vt dicit Chrysostomus, Prophetæ dicuntur doctores Ecclesiæ, qui diuina docere non possunt, nisi spiritu diuino intelligantur, quem habuerunt Prophetæ. 1. Corint. 14. Prophetæ duo aut tres dicant, vt cæteri diiudicent. Potestis enim omnes per singulos prophetare, vt omnes discant, & omnes exho tentur. Et ibidem antè: Æmulamini spiritualia, magis autem vt prophetetis. Et ibidem: Qui prophetat, Ecclesiam Dei ædificat. Veri igitur doctores, veri sunt Prophetæ: Falsi autem doctores sub specie pietatis latentes, falsi sunt Prophetæ. Hierem. 6. A Propheta vsque ad E sacerdotem cuncti faciunt dolum. Soph. 3. Prophetæ eius væsani, viri infideles. Est autem attendendum quod dicit, Attendite ab his qui videntur falsi Prophetæ: vel à fallacibus hominibus, qui Prophetæ videntur, & non sunt: quia benè possunt verè prophetare, & etiam veri Prophetæ esse, & tamen falsi sunt per alium modum. Dupliciter enim dicitur falsus Propheta: à falsitate doctrinæ scilicet, & ab intentione fallendi, vel seducendi, quamuis vera doceat. A falsitate doctrinæ. 3. Reg. vlt. Fuit Propheta falsus Sedechias, qui sibi fecit cornua, & enunciauit quòd Achab iret in Ramoth Galaad, & ventilaturus esset Syros. Et sicut ibidem dicitur, spiritus mendax erat in ore eius, & aliorum Prophetarum complicum suorum: & decipit Achab, vt iret vbi occidendus fuit. Ab intentione autem fallendi, quamuis vera dicerent, falsi fuerunt Balaam & Caiphas. Balaam, Num. 23. & 24. qui & vera & bona dixit: sed pergens ad populum suum, dedit consilium quid facturus esset Balac populo, vt deciperetur per idolum Phegor, hoc est idolum tentiginis. Et Caiphas, Ioann. 11.

Introductio

Summa. Albertus.

Chrysost.

Albertus.

An superstitio Prophetæ.

Falsus Propheta dupliciter dicitur.

vera dixit, ſed tamen malitiam intendit delere, ſcilicet nomen Chriſti. Et ſic eſt in F
multis aliis. Vtroque autem modo ſimul & diuiſim dicuntur hi falſi Prophetæ. Hier.
23. In Prophetis Hieruſalem vidi ſimilitudinem adulterij, & iter mendacij. Adul-
terij ſimilitudo, quando veritatem quam docent, adulterantur per ſeductionis inten-
tionem. Iter autem mendacij, quando mendacia vel falſa proponunt. Hierem. 14.
Falsò prophetauerunt vaticinantes in nomine meo: non miſi eos, & non præcepi
eis, neque locutus ſum. Deut. 13. Si ſurrexerit in medio tui Propheta, aut qui ſomniũ
ſe vidiſſe dicat, & prædixerit ſignum, & euenerit quod locutus eſt, & dixerit tibi,
Eamus, & ſequamur Deos alienos quos ignoras, & ſeruiamus eis: non audies verba
Prophetæ illius & ſomniatoris: quia tentare vult te Deus, vt palàm ſciat vtrum dili-
gas eum, aut non. Et ibidem infrà. Propheta autem ille ſomniator occidatur: quia
locutus eſt, vt auerteret te à Domino Deo tuo. Iſti verò ſunt falſi Prophetæ, *qui ve-* G
niunt ad vos in veſtimentis ouium, intus autem lupi ſunt rapaces. Et ideò cauendum mo-
net. Facilius eſt enim decipi, quàm ſanis conſiliis obedire. Tam enim præcipites ad
impoſturam ferimur, vt niſi aliundè ſeductor exurgat, ipſi carnali noſtro iudicio fal-
Hilarius. ſas opiniones adferamus. Porrò, vt ſcribit Hilarius in Matth. blandimenta verbo-
rum, & manſuetudinis ſimulationem admonet fructu operationis expendi oportere:
vt non qualem quis verbis referat, ſed qualem ſe rebus efficiat, ſpectemus. Quia,

Mente ſub agnina latitat mens ſæpè lupina.

Duob⁹ mo-
dis dicitur
ouis & lu-
pi.
Tertullian.
Hoc autem quidam ad doctrinam, alij ad mores referunt, vt aut oues ſimulent, aut
lupi ſint. Tertullianus lib. de præſcript. aduerſus hæreticos. Quænam, inquit, ſunt
iſtæ pelles ouium, niſi nominis Chriſtiani extrinſecus ſuperficies? Qui lupi rapaces, H
niſi ſenſus & ſpiritus ſubdoli, ad infeſtandum gregem Chriſti intrinſecus deliteſcen-
tes? Qui Pſeudoprophetæ ſunt, niſi falſi prædicatores? Qui Pſeudoapoſtoli, niſi
adulteri Euangelizatores? Qui Antichriſti interim & ſemper, niſi Chriſti rebelles?
Hoc erunt hæreſes, non minus doctrinarum peruerſitate Eccleſiam laceſſentes, quàm
tunc Antichriſtus perſecutionũ atrocitate perſequetur: niſi quòd perſecutio & Mar-
tyres facit, hæreſis Apoſtatas tantùm. Et ideò hæreſes quoque oportebat eſſe,
vt probabiles quique manifeſtarentur, tam qui in perſecutionibus ſteterint, quàm
Cyprian. qui ad hæreſes non exorbitauerint. Cyprianus ad Nouatianum hæreticum. Prædi-
xerat ergo Dominus multos eſſe venturos ſub pellibus ouium rapaces lupos. Qui
autem illi, niſi ſenſu ſubdolo conſpirantes, ad infeſtandum gregem Chriſti? Sicut
legimus ad Zachariam poſitum: (cap. 11.) Ecce ego ſuſcito paſtorem in terra, qui
quod auerſum eſt, non viſitabit, & carnes electorum manducabit, & talos illorum I
torquebit. Similiter & per Ezechielem (cap. 34.) increpat huiuſmodi paſtores, ſci-
licet prædones & laniones dicam. Itaque de falſis paſtoribus & falſis miniſtris id
Chryſoſt. intelligitur, qui ſenſu ſubdolo verba ſacrarum ſcripturarum corrumpunt. Chryſo-
Oues qui
ſint.
ſtom. homil. 19. Oper. imperfect. in Matth. Oues enim propriè Chriſtiani dicun-
Vinc. Lir. tur. Veſtimentum autem ouile, eſt ſpecies Chriſtianitatis. Vincentius Lirinenſis
lib. contra nouationes hæreticor. cap. 36. manifeſtiùs exprimit veſtimenta ouium,
vt corruptionem hæreticæ doctrinæ explicet. Quid eſt, inquit, veſtitus ouium, niſi
Prophetarum & Apoſtolorum proloquia, quæ iidem ouili quadam ſinceritate, agno
illi immaculato, qui tollit peccatum mundi, tanquam vellera quædam texuerunt?
Qui ſunt lupi rapaces, niſi ſenſus hæreticorum fieri & rabidi, qui caulas Eccleſiæ
ſemper infeſtant, & gregem Chriſti, quaqua poſſunt, dilacerant? Sed vt fallaciùs in-
cautis ouibus obrepant, manente luporum ferocia, deponunt lupinam ſpeciem, & ſe- K
ſe diuinæ legis ſententiis, velut quibuſdam velleribus obuoluunt: vt cùm quiſque
Greg. Năz. lanarum molliciem præſenſerit, nequaquam aculeos dentium pertimeſcat. Gregor.
Vigilãdum
cõtra lupos.
Nanzian. Orat. in Maximum, contra lupos illos vigilandum à paſtoribus monet, qui-
bus nimirùm dictum ſit, *Attendite.* Etenim, inquit, ſi vel bubulcus ob vitulum vnum
ab armento aberrantem, vel paſtor ob pecudem è decadis grege deſideratam, vel
auis ob nidulum, quem ad breue tempus reliquit, vſqueadeò diſcruciari ſolent,
vt & illi arreptis fiſtulis in ſpeculam quandam euecti, calamos omnes mœrore
impleant, atque palantia animalia quaſi ratione prædita euocent, ac ſi paruerint, ma-
iorem ex illis quàm ex reliquis ſimul omnibus delectationem percipiant: hæc autem

ſtridens

A stridens ad nidum conuolet, pullíſque ſtridentibus aduoluatur, eóſque pennis fo-
ucat: quo tandem chariores eſſe par eſt apud bonum egregiúmque paſtorem oues
rationis participes, & pro quorum ſalute nonnihil periculi adiit: quandoquidem
hoc quoque acriores animi flammas excitat. Equidem ipſe graues & truculentos *Qui ſint lupi & cur.*
lupos timeo, ne caligine noſtra obſeruata, rapaci ac violenta doctrina gregem dila-
cerent. Temporum enim incommoditates explorant, quòd palàm apertéque nihil
efficere poſſint. Ita doctrinam illorum violentam & rapacem vocat, vt quæ veri-
tati ſuas partes præripiat, ſed & animas alienas ſibi vendicet: ſimúlque quia facilè
hæreſes ad ſeditiones & ſanguinem feruntur. Hoc licuit olim in Arianis experiri,
quorum principes Epiſcopi contra Monachos & Eremitas exercitus ductabant: hoc
in Circuncellionibus, qui, vt ſcribit Auguſtinus, Catholicorum oculos calce im- *Crudelitas*
B plebant, aut eruebant: hoc in Manichæis, qui vi & cum baculis ora noſtrorum *hæreticorũ.*
aperiebant, vt ex ipſorum manibus communionem acciperent: Et ne prolixior
eſſe videar, hoc in Neochriſtianis, qui ferro & igne per omnia graſſati ſunt, tem-
pla diſturbarunt, vrbes diruerunt, & ſacra & prophana diripuerunt, & effuderunt
ſanguinem electorum fidelium in circuitu Hieruſalem, adeò vt non eſſet qui ſepeli-
ret. In puteos deiecerunt viuos: alios verubus confixos igne vſtularunt, aliis pu-
denda amputarunt: Presbyteris ſummas manus, & capitis verticem præſciderunt,
vteros aperuerunt, inteſtina eduxerunt, cor manibus moribundorum impoſuerunt,
nares abſciderunt. Infinita ſunt tormenta, quibus lupi iſti, Sathanico ſpiritu per-
citi, Catholicos noſtros perſecuti ſunt. Verùm cùm primùm Euangelij ſui publi- *Veſtimenta*
cationem appeteret, ne fortè ſi ſe lupos ſtatim proderent, abiicerentur, *venerunt in* *ouium quæ.*
C *veſtimentis ouium*. Nihil aliud in ore habere videbantur, quàm purum Dei cultum,
puram & meram Euangelij reſtitutionem, ipſum Chriſtum, ipſam ſalutem. Profi-
tebantur ſe non ſua, ſed quæ Dei eſſent quærere, omnia pro Chriſto expendere, hu-
milimos principum ſubiectos eſſe, nihil aliud ſpirare, quàm vt cultus diuini, ita Rei-
public. candorem, pacem, vnionem. Cúmque hac ouium pelle ſimplicium, dixe-
rim minus etiam cautorum, principum oculos faſcinaſſent, & aures deliniſſent,
cùm non omnes lupos latentes aduerterent, quodam tempore tolerati ſunt. Illi ve-
rò vbi ſibi in caulam Chriſti pedem oblatum viderunt, ſtatim perſonam quam ſi-
mularant, exuerunt: laruam ouinam reiecerunt, neque iam amplius oues, ſed lupos
agere voluerunt. Tunc vlulatibus ſuis cæteros lupos euocare, exercitum conflare,
ouibus inſidiari, diſperſas deuorare, ſéque ſanguine paſcere cœperunt. Atque vti-
D nam hic ille fucus, hæc larua præuiſa fuiſſet ab his, qui Reipublicæ clauum tene-
bant. In ſumma monet Chriſtus eos, qui ſapere voluerint, ne hæreticorum blanditiis,
promiſſis, aut ſimulatis amicitiis confidant: hoc enim genus hominum aliud in ore,
aliud in pectore habere ſolet: de quibus & id Pſaltis dici poteſt: Dentes eorum ar-
ma & ſagittæ, & lingua eorum gladius acutus. Veloces pedes eorum ad effunden-
dum ſanguinem. Itaque cautè conſiderandi ſunt. Si enim doctrinam attendas, ni-
hil aliud crepant quàm ſcripturas, nullam aliam pellem præferunt quàm literam. Et
pellem quidem dico: nec enim rei ipſius ſubſtantiam habent. Oues fuerunt Prophe-
tæ & Apoſtoli, oues omnes Eccleſiæ doctores: illorum ſententias, ſed pelle & lite-
ra tenus accipiunt, aut truncant, aut immutant. Quòd ſi quis cum illis ſapienter
egerit, pellem tollet, & lupos latentes agnoſcet. Quòd ſi illorum mores perpen-
E das, etſi primùm honeſti, ciuiles, pacifici videantur, attamen vbi ſe prodiderint,
nihil ingratum magis eſt, nihil illiberalius, aut turbulentius eſt. Hieron. in Matth. *Hieronym.*
cap. 7. De ouibus quidem, inquit, hæc Domini ſententia de ouibus ſimulatis in-
telligi poteſt, qui aliud habitu aut ſermone promittunt, aliud opere demonſtrant. Sed
ſpecialitet de hæreticis intelligendum eſt, qui videntur continentia, caſtitate, ieiunio,
quaſi quadam pietatis ſe veſte circundare: intrinſecus verò habentes animum vene-
natum, ſimpliciorum fratrum corda decipiunt. Ex fructibus ergo animæ, quibus in-
nocentiam ad ruinam trahunt, lupis rapacibus comparantur. Theophil. in Matth. *Theophil.*
Nam vafri & impoſtores hæretici blandiloquentiã prætexunt, & vitam ſimulant ſan-
ctam, ſed intrinſecus latet aculeus. Iudumentũ autem ouis eſt, & manſuetudo quam
vſurpant, dum adulantur & decipiunt. 2. Tim. 3. Habentes quidem ſpeciem pietatis,
virtutẽ autẽ eius abnegantes. Aſſimilantur autẽ ſcorpionibus, (Apoc. 9.) quorũ facies,

quidem blandiebatur, sed potestas nocendi in cauda latebat. Et ficti quidem arietes F facilè gregem aberrare faciunt. Dan. 8. Vidi arietem cornibus ventilantem ad Orientem & Occidentem, & Aquilonem & Meridiem, & omnes bestiæ non poterant liberari de manibus eius. Quis autem facilè resistat hęresiarchæ, si quò gregem abduxerit? Num illorum, quos sibi asciuerit, viribus nitetur, vt quatuor orbis partes vẽtilet & excutiat? Vnde scilicet tot tumultus à Turcis, nisi per arietem Mahumetum, statim atque ad se Arabas & Scythas pellexit? Vnde tot in Africa, nisi ab his, qui in Mahumetismo hæresim fabricarunt? Nusquam est perniciosius monstrum, quàm lupus dissimulatus. *A fructibus eorum cognoscetis eos.* Occurrit obiectioni, quæ sic fieri posset: Cùm tam cautè & prudenter à dissimulatis illis ouibus, Pseudoprophetis nimirùm, nobis prospiciendũ sit, quomodo illos discernere poterimus? Nam ex manifestis & externis eos diiudicare necesse est, cùm in cordis secreta penetrare minimè possimus. Atqui videmus vestimenta ouiũ: nihil aliud ab ijs audimus, quàm velle se Deo, velle Christo G suum cultũ, scripturis suam fidẽ exhiberi. Nihil sonãt in ore quàm scripturas, scripturas. In operibus demum ijs, quibus nos adoriuntur, videtur polliceri sanctitatem. An non hæc sunt vestimẽta ouium? 3. Reg. 13. Ipse etiã Domini Propheta à falso Propheta deceptus est in Bethel, quia verbũ Domini prætexebat. Michæas verò num à Pseudopropheta Sedechia audiit, Numquid tibi soli Dominus locutus est, & non mihi? Origen. hom. 29. in Matth. Dicet, inquit, qui seducere voluerit, & defendere cõtraria veritati: Ecce hîc Christus, adferens exempli gratia alterũ textum, qui defendere videtur illius mendacij verbũ, quod proposuit vindicare. Dicet & alius, Ecce hîc Christus, demonstrans verbi gratia alium Euangelij locum. Et sic ex lege, Prophetis, & Apostolis profert vnusquisque, quæ mendacium suum defendere videntur. Et qui- H busdam interpositis: Quoties Canonicas proferunt scripturas, quibus omnis Christianus consentit, & credit, dicere videntur, Ecce in domibus est verbum veritatis: sed nos illis credere non debemus, nec exire à prima, & Ecclesiastica traditione, nec aliter credere, nisi quemadmodum per successionem Ecclesiæ Dei tradiderunt nobis. Augustinus quoque Donatistas contra Christum Christi signum portasse, & contra Euangelium de Euangelio non intellecto gloriatos esse scribit. Epistol. 61. Num illa sunt ouium, id est, Catholicorum fidelium, aut ipsius Christi vellera? Quomodo ergo non facilè seducamur, si in vestimentis illis ouium ad nos accesserint? Et vnde illos quæso cognoscere poterimus? Respondet Christus. *A fructibus eorum.* Vincentius Lirinens. lib. contra nouationes hæreticor. cap 36. Id est, inquit, cùm cœperint diuinas illas voces non iam proferre tantùm, sed etiam exponere: nec adhuc iactare I solùm, sed etiam interpretari: tunc amaritudo illa, tunc acerbitas, tunc rabies intelligitur, tunc nouitium virus exhalatur, tunc prophanæ nouitates aperiuntur, tunc primùm scindi sæpem videas, tunc transferri patrum terminos, tunc Catholicam fidem cædi, tunc Ecclesiasticum dogma lacerari. Tales erant ij, quos percutit Apostolus Paulus in 2. ad Corint. dicens: (cap. 11.) Nam eiusmodi, inquit, Pseudoapostoli operarij subdoli transfigurant sese in Apostolos Christi. Itaque si quis obiecerit, vestimenta esse externa illa ouium symbola, scripturarum voces, in ratione fidei, & fucatam sanctitatem in ratione morum: requirat autem quomodo lupina rabies argui possit. Th. Aq. monet in causa fidei, & tot productarum scripturarũ specie, fructum confessionis attendendum esse. Vnde, inquit, si quis omnia quæ fidei sunt, confitetur, hæreticus non est. Ephes. 5. Fructus enim lucis est in omni bonitate, & K iustitia, & veritate. At verò si quam eliciant conclusionem contra communem Ecclesiæ fidem, tunc aures obturandæ sunt, tunc exsibilandus est serpens, tunc prodendus est lupus, & abiiciendus. Hac nimirùm esca te attrahere, hoc fuco tibi imponere volebat. Non agnoscebas lupum, quandiu proferebat Matthæum, Marcum, Lucã, Ioannẽ, Paulum: at verò vbi contra propriũ sensum & communem interpretationẽ interpretari cœpit, & conclusiones Ecclesiæ aduersarias educere, tunc ibi facile fuit animaduertere lupum rapacem. Quòd si hęc Christi sententia non modò de hæreticis, sed & de hypocritis intelligatur, Eusebius Emesenus hom. in hunc scripturæ contextum, opera penitiùs consideranda monet, si fideles, si mites, si patientes, misericordes, humiles, pacifici, casti, beneuoli, si auaritiã oderint, si pecuniã non abscõdunt, & similia, quæ enumerare longum est. Gal. 5. Fructus enim spiritus est charitas, gaudium,

Occurrit obiectioni.

Fucus verborum in hæreticis.

Origenes.

Augustin.

Vinc. Lirin.

Quomodo discernãtur hæretici.

Th. Aq.

Aures obturandæ sunt hæreticis.

Euseb. Em.

A dium, pax, longanimitas, patientia. Sed & adhuc maior eorum cognoscendorum difficultas oritur. Num scilicet & omnia in illis hæc fucata sunt? Respondet D. Thomas Aq. in Matth. quòd potest vix aliquis hypocrita esse ita compositus, quin appareat aliquid malitiæ ipsius, vel verbo, vel facto. Prouerb. 27. Quomodo in aquis resplendent vultus prospicientium, sic corda hominum manifesta sunt prudentibus. Et Seneca: Nemo potest diu fictam ferre personam. In tribus autem maximè manifestantur: nimirùm in his quæ subitò agenda occurrunt, quia in his quæ cum deliberatione facit, cauet sibi. Item in tribulationibus. Ecclesiast. 6. Est amicus secundum tempus suum, & non permanebit in tempore tribulationis. Item manifestantur, quando possunt consequi quod volunt, vel cùm iam illud consequuti sunt. Magistratus enim virum qualis sit, manifestum reddit. Albertus Magnus in Matth. Si, in- Alb. Magn.
B quit, illi qui sanctitatem externam simulant, humanis honoribus, acclamationibus, & similibus delectantur, hypocritæ sunt: Quòd si illi, qui scripturas proferunt, schisma faciunt, & censuræ Prælatorum Ecclesiæ subiici nolunt: hæresim suspicari potes. Sap. 4. Fructus eorum inutiles & acerbi ad manducandum: ad nihilum enim apti sunt. Sicut enim zizania non dignoscuntur à tritico, quandiu similem cum tritico virorem habent: at verò statim atque folliculos ad fructum formare cœperint, facilè cognoscuntur: Ita & hæretici, & Pseudoprophetæ, quandiu virorem virtutis, & scripturarum prætendunt, cognosci non possunt: vbi verò folliculos inanis suæ doctrinæ emiserint, facilè discernuntur ab aristis Ecclesiæ, à sanctis scilicet Catholicæ Ecclesiæ doctoribus. Ecclesiast. 11. In filiis suis agnoscitur vir. Sap. 4. Ex iniquis omnes filij qui nascentur, testes erunt nequitiæ aduersus
C parentes eorum in interrogatione sua. *Numquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus?* Huic simile est id Iacobi cap. 3. Numquid fons de eodem foramine emanat dulcem & amaram aquam? Numquid potest ficus vuas facere, aut vitis ficus? His similitudinibus sententiam suam confirmat, quasi per inductionem. Et quoniam generaliter de omnibus arboribus dicturus est, quòd omnis arbor bona fructus bonos facit, &c. hoc primùm ostendit duarum arbuscularum exemplo. Vnum sumptum est à spinis, alterum à tribulis: & similiter duos fructus his denegatos assignat. Albertus Magnus in Matth. Videtur hîc per spinas ille intelligi, Alb. Magn.
quarum succus niger est, cortex nigra, spina crescens de centro ligni longa est, nigra, & acuti anguli, fructus acris est. Vnde & propter asperitatem ἄκανθος vocatur. Ad quod alludit Chrysostom. scribens sub vmbra spinæ, serpentes delitesce- Chrysost.
D re. Et significat hæreticos nigros squalore, inquit Albertus, & præcipuè in cortice coram hominibus, quorum spina ex intimo corde procedit, fortis & longa, acutam & obstinatam suorum dogmatum defensionem prætendens: succus doctrinæ amarus, fructus acerbus, quibus facilè dentes fidelium obstupescant. 2. Reg. 23. Præuaricatores quasi spinæ euellentur vniuersi, quæ non tolluntur manu. Et si quis eas tangere voluerit, armari ligno lanceato & ferro illum oportet: quia hæretici manu molli Ecclesiæ tangi non possunt, sed ferro domantur acutæ argumentationis, & seueræ coërcionis. Prou. 24. Per agrum pigri hominis transiui, & per vineam viri stulti, & ecce totum repleuerant vrticæ, & operuerant superficiem eius spinæ. Nam quia socordes & pigri pastores sunt, lupi illi audaciùs in caulam Domini grassantur. Interim tamen non desinit, quantumuis afflicta, sese prodere Ecclesia. Cant. 2. Sicut lilium in-
E ter spinas, sic amica mea inter filias. Porrò *tribuli* idem hîc sunt quod & spina alba. Et hæc extrinsecus in superficie corticis spinam habet albam, triangulam, breuem, valde angustam, aduncam versus terram, & fructus eius extrinsecus rubeus, & intus lapidosus. Quo designantur credentes, & adhærentes hæreticis, qui forinsecus spinam, id est, virtutem quandam breuem habent, vt quæ non nisi in falsa opinione fundata sit, in solo cortice, non in veritate scripturæ. Hi sunt spina alba, ob similitudinem cum Catholicis Christianis. Triangula, quia in abusu sæcularis potestatis qua pungunt, abutuntur potentia, diuitiis, & amicis. Fructus rubeus est in sanguine, & lapidosus in obstinatione. Genes. 3. Spinas & tribulos germinabit tibi. Hebr. 6. Terra proferens spinas & tribulos reproba est, maledicto proxima. Vua autem est succus generatiua vitis bonæ spei, vt dicit Aristoteles & gaudij, Psalm. 103. Vinum lætificat cor hominis. Societate coniuncta racemo qui palmiti adhæret.

Omnia in hæreticis ficta sunt. Th. Aquin.

1. 2. 3.

Qui fructus.

Hæretici spinæ sunt.

Tribuli quid. 2.

Vitis quid, & Vua.

Et hæc adhæret veræ viti, vncis repens ſemper ſuper ligna aliena vt ſuſtentetur. Et in F
his proprietatibus ſignificat veterum Prophetarum doctrinam, ſpem æternorum gaudium ſpirituale generantem, primatum non deſiderantem, ſed in congregatione ſanctorum palmiti Eccleſiaſtici ordinis adhęrentem, & per hunc viti Chriſto contiguam: non nouella & ſingularia ferens, ſed poteſtate rationum ſuarum & perſuaſionum repens ſuper ligna paradiſo diſtantia, hoc eſt, ſuper authoritatem patrum. Iudic. 9. dixerunt ligna ad vitem: Veni, impera nobis. Quæ reſpondit: Numquid poſſum deſerere vinum merum, quod lætificat Deum & homines, & inter ligna promoueri? Quæ dixit, Non. Non enim deſiderat primatum verus doctor: ſed racemus ſine ſpina lignis quæſiuit imperare, & non combuſſit omnia. Talis ergo vua de ſpinis non colligitur. Hæc vua creſcit in vite: De qua dicitur Ioan. 15. Ego ſum vitis vera, & pater meus agricola eſt. Et ibidem: Sicut palmes non poteſt facere fructum, niſi manſerit in vite: G
ita nec vos, niſi in me manſeritis. Geneſ. 49. Lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum. Hier. 2. Ego plãtaui te vineam meam, omne ſemen verum. Hæc vua & hoc vinum non creſcit niſi in vinea Domini Sabaoth, quæ domus Iſraël eſt, Eſa. 5. hoc eſt, Eccleſia. De ſpinis autem hæreticorum non intelligitur. Eſa. 16. In vineis non exultabit, neque iubilabit: vinum in torculari calcabit, qui calcare non conſueuerat: vocem calcantium abſtuli. Vinum enim ſpiritum dirigit ſurſum, lætificat mentem, bonam ſpem ingerit, calorem accendit, & ſpiritus facit feruorem. Et hoc facit doctrina, quæ eſt ſuccus de vite Chriſto in vinea Eccleſiæ: Et ideò ſpiritu ſurſum bulliens Eccleſia læta mente celeuma iubilat, & calore charitatis accenſa, firmam ſpem concipiens æternorum, bibit, & inebriatur, oblita poſteriorum, & ad anteriora ſe extendit. Sed licet hæreſis vinum habere videatur, in colore quidem vini ſimilitu- H
do eſt, re autem vera eſt quod dicitur. Deut. 32. Vua eorum vua fellis, & botrus amariſſimus. Fel draconum vinum eorum, & venenum aſpidum inſanabile. *Aut de tribulis*

Quid ficus, & quomodo quatuor habet.

ficus. Ficus quatuor habet, quando bona eſt: Multitudinem granorum in vnum collectorum, dulcedinem humoris quæ granis infunditur, molliciem pellis, & non flores inter arbores. Et granorum quidem ſanctorum multitudo in Eccleſia ſignificat communionem: dulcedo humoris, ſignificat dulcedinem charitatis in conſolatione ſpiritus omnia grana infundentis. Mollicies autem pellis mititatem ſignificat conuictus & ſocietatis. Carentia autem floris inter ligna, ſignificat nihil ei ineſſe mundanæ oſtentationis: vt cùm dicitur Eſaiæ 18. Ante meſſem totus effloruit, & immatura perfectio germinauit. De primo dicitur in Pſal. 110. In conſilio iuſtorum & congregatione. Pſ. 132. Ecce quàm bonum & quàm iocundum habitare fratres in vnum. Pſal. 54. Vnanimes habitare in domo. De ſecundo, Eccleſ. 24. Spiritus meus ſuper mel dulcis, & hęreditas mea ſuper mel & fauum. De tertio, Matth. 5. Beati mites, &c. Num. 12. Erat Moyſes mitiſſimus omnium virorum qui erant ſuper terram. Matth. 11. Diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde. De quarto, Eſ. 28. Væ coronæ ſuperbiæ, ebriis Efraim, & flori decidenti, gloriæ exultationis eorum. Hier. 24. Ficus: ficus bonas, bonas valde. Quatuor dicit, propter quatuor inducta. Ficulnea autem Chriſtus eſt, & hortus Eccleſia. Et ſufficit talibus dulcedo Spiritus ſancti, non quærens promoueri ſicut hypocrita, nec quærens ſyluam hominum ſibi ſubdere, ſicut hæretici ſibi conciliabula facientes. Iudic. 9. dicit ficus: Numquid poſſum deſerere dulcedinem meam, fructúſq; ſuauiſſimos, & ire vt inter cætera ligna promouear? De hominũ vite & huiuſmodi ficu dicitur, 3. Reg. 4. Habitabat Iuda & Iſraël abſque timore vnuſquiſque ſub vite ſua & K
ſub ficu ſua. Huiuſmodi enim ficus nõ colligitur de tribulis ſuperinductis: ſed potius ea quæ ſuprà dicta ſunt, etſi ſimilitudinem aliquando vſurpent ficuum, ſunt idola ficus: reuera autem ſunt peſtiferi & lapidoſi & acres fructus, de quibus dicitur Hier. 24. Ficus: ficus malas, malas valde, quæ comedi non poſſunt, eò quòd malæ ſunt.

Cõditiones fic⁹ ex Hieremia.

Chryſoſt. Chryſoſtom. hom. 19. Oper. imperf. in Matth. c. 7. ſuperiora confirmat his verbis. Vua myſterium habet in ſe Chriſti. Sicut enim botrus multa in ſe grana ligno mediãte ſuſpendit, ſic & Chriſtus multos ſibi fideles per lignum crucis tenet adiunctos. Similiter & ſicut ficus multa grana vno tegmine tenet incluſa, ſic & multos fideles quodã dulcis charitatis amplexu vna tenet Eccleſia. Et ſunt in ficu ſigna hæc: charitatis quidem in dulcedine, vnitatis autem in coniunctione granorum, ſicut ſcriptum eſt Pſalm. 67. Deus qui inhabitare facit vnanimes in domo. In vua quidem eſt patientiæ ſignum,

quia

A quia in torcular mittitur: gaudij autẽ in ſpe, quia vinum lætificat cor hominis, Pſ. 103. Sinceritatis, quia non eſt aqua permixtum, & delectatio ſuauitatis. De his ſcriptum eſt ad Galat. 5. Fructus autem ſpiritus eſt, charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, manſuetudo, fides, modeſtia, cõtinentia, caſtitas: aduerſus huiuſmodi non eſt lex. Spinæ autem ſunt hæretici, ſicut ſermo ipſe demonſtrat ſuperiùs dicens: Attendite à falſis Prophetis. Ergo non poſſunt ſpinæ & tribuli Eccleſiaſticos fructus proferre. Sed quid proferunt? Vulnera, tribulationes, & cætera mala. Quemadmodum ſpina vel tribulus, ex quacunque parte illam conſpexeris, habet aculeos: ſic & ſerui diaboli ex quacunque parte conſiderentur, iniquitatibus pleni ſunt. Si loquitur, in dolo loquitur: ſi tacet, malè cogitat: ſi iraſcitur, inſanit: ſi patienter agit, tempus expectat nocendi, & opportunitatem conſiderat quando noB ceat. Si malè agit, non erubeſcit: ſi benè facit, ad vanam gloriam propter homines facit. Quomodo proferat bonum fructum, cuius radix diabolus eſt? Sub arbore bona & beſtiæ, & animalia requieſcunt, niſi tantummodò ſerpentes. Sic iuxta fideles homines & boni & mali homines pacem habere, ac accipere poſſunt: iuxta autem infideles homines nemo poteſt pacem habere, neque requieſcere in eis, niſi tantummodò ſerpentes, id eſt dæmones, qui habent cubilia in pectoribus eorum. Fructus eorũ nulli procedunt ad vſum: vmbra refrigerij non eſt in eis. Et verum eſt quidem, quia ſpinas & tribulos omnes iniquos hæreticos appellauit: tamen forſitan ſciens Dominus hanc hæreſim eſſe præualituram præ omnibus, tribulos eos appellauit, quaſi trinitatis profeſſores, & trigulam impietatem in ſua perfidia baiulantes. Verùm quis fortaſſis obiiciet, ſæpiſſimè effici, vt à peccatoribus & hypocritis veritas doceatur: C vnde nec locum habeat illa generalis præſcriptio. Reſpondet Auguſt. lib. 2. de ſerm. Domini in monte, cap. 37. Quòd ſi aliquando ſit vtilis, (inquit,) non hoc ipſe facit, ſed fit de illo diuina prouidentia procurante, ſicut de Phariſæis dicit, Quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite. Hoc ipſum quòd bona dicebant, & ea quæ dicebant, vtiliter audiebantur & fiebant, non erat ipſorum. Matth. 23. In cathedra enim Moyſi, inquit, ſedent. Per diuinam, inquit, prouidentiam legem Dei prædicantes, poſſunt eſſe audientibus vtiles, cùm ipſi ſibi non eſſent. De talibus alio loco per Prophetam dictum eſt, Hier. 12. Seminaſtis triticum, & ſpinas metitis: quia bona præcipiunt, & mala faciunt. Non ergo qui eos audiebant, & faciebant quæ ab eis dicebantur, de ſpinis legebant vuas, ſed per ſpinas de vite legebant vuas: tanquam ſi manum aliquis per ſæpem mittat, aut certè de vite, quæ ſæpe fuerit inuoluta, vuam D legat, non ſpinarum eſt fructus iſte, ſed vitis. *Sic omnis arbor bona bonos fructus facit*. Similitudinem in particulari ſumptam ad genus arborum transfert, quarum tria proponit: proprietatem in fructu ſecundum actum: earumdem etiam proprietatem ſecundum inſitam virtutem ſeu potentiam: arboris autẽ omninò inutilis & pernicioſæ conſumptionem. Chryſoſtom. hom. 19. Oper. imperf. in Matth. Porrò non dixit, Arbor mala non poteſt fieri bona, neque arbor bona, mala. Alioquin qui malus eſt, à Deo eſſet quòd malus eſt: & qui bonus eſt, à Deo eſſet quòd bonus eſt. Nunc autem ſic dicit: Malus non poteſt facere fructus bonos: id eſt, quandiu malus eſt. Si verò factus fuerit bonus, poteſt: vt vnuſquiſque quòd malus eſt, aut bonus, voluntatis eius ſit, non naturæ. Nam ſi nolebat, & non poterat fructus bonos proferre, naturæ erat: ſi autem poteſt, & non vult, arbitrij eſt, non naturæ. Auguſtin. lib. 2. de E ſerm. Domini in monte, cap. 36. Hoc autem loco, inquit, Manichæorum error maximè cauendus eſt, qui de ipſis duabus arboribus duas naturas opinantur eſſe, quarũ vna ſit Dei, neque ex Deo. De quo errore & aliis libris diſputatum eſt vberiùs, & ſi adhuc parum eſt, diſputabitur. Nunc verò non eos adunare duas iſtas arbores dicẽdum eſt. Primùm, quia de hominibus eum dicere tam clarum eſt, vt quiſquis præcedentia & ſequentia legerit, miretur eorum cæcitatem. Deinde attendunt quod dictum eſt: *Non poteſt bona arbor fructus malos facere, neque arbor mala fructus bonos facere*. Et ideò putant neque animam malam fieri poſſe, vt in melius commutetur, neque in deterius bonam: quaſi dictum ſit, Non poteſt arbor bona mala fieri, neque arbor mala bona fieri: ſed dictum eſt, *Non poteſt arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala fructus bonos facere*. Arbor eſt quippè ipſa anima, id eſt ipſe homo: fructus verò, opera hominis. Non ergo poteſt malus homo bona operari, neque bonus mala. Malus ergo

Spinæ.

Sub ſpinis ſerpentes.

Obiectio, quòd ab hypocritis veritas aliquãdo dicatur.

Auguſt.

Chryſoſt.

Auguſtin. *Cauẽdũ hîc Manichæorũ dogma.*

Qui fructus arboris.

si vult bona operari, priùs bonus fiat. Sic alio loco dicit euidentiùs ipse Dominus, P
Matth. 12. Aut facite arborem bonam, & fructus eius bonos: aut arborem ma-
lam, & fructus eius malos. Quòd si duas naturas istorum his duabus arboribus fi-
guraret, non diceret, Facite. quis enim hominum facere potest naturam? Deinde etiã
ibi, cùm ipsarum duarum arborum fecisset mentionẽ, subiecit: Hypocritæ, quomo-
do potestis bona loqui, cùm sitis mali? Quandiu ergo quisquis malus est, non potest
facere fructus bonos. Si enim bonos fructus fecerit, iam malus non erit. Sic verissimè
dici potuit, Non potest esse nix calida: cùm enim calida esse nix cœperit, non iam
niuem, sed aquam vocamus. Potest ergo fieri, vt quæ nix fuit, non sit: non autem po-
test fieri, vt nix calida sit. Sic potest fieri vt qui malus sit, non sit malus: non tamen
Hierony. fieri potest vt malus benè faciat. Hieronym. in Matth. cap. 7. Quæramus ergo ab hæ-
reticis, inquit, qui duas inter se dicunt esse naturas: si iuxta intelligentiam eorum, ar- G
bor bona malos fructus facere nunquam potest, quomodo Moses arbor bona pecca-
uerit ad aquam contradictionis, Deuter. 32. Et Dauid Vria interfecto, cum Bethsa-
Potest arbor bona malos aliquando fructus facere, & quomodo. bee concubuerit, 2. Reg. 11. Petrus quoque in passione Domini negauerit, dicens,
Nescio hominem. Matth. 26. Aut qua conscientia Iethro socer Moysi, arbor mala,
qui vtique ad Deum Israel non credebat, dederit consilium Moysi bonum, Exod. 18.
Et Achior ad Holofernem aliquid vtile sit loquutus, Iudith. 5. Et Comicus dixerit,
quod benè dictum Apostolus comprobauit, 1. Cor. 5. Corrumpunt bonos mores col-
loquia mala. Et cùm inuenerint quid respondeant, non inferemus & Iudam arborem
quondam bonam fecisse fructus malos, postquàm tradiderit saluatorem. Ioan. 13. Et
Saulum arborem malam eo tempore quo persequebatur Ecclesiam Christi, fecisse
postea fructus bonos, quando in vas electionis de persecutore translatus est? Tam- H
diu ergo bona arbor fructus non facit malos, quamdiu in bonitatis studio perseue-
rat: & bona arbor tamdiu manet in fructibus peccatorum, quandiu ad pœnitentiam
non conuertitur. Nemo enim permanens in eo quod fuit, incipit ad id esse, quod nec-
dum cœperit. Alb. Mag in Matth. conditiones bonæ arboris, bonæ animæ applicat.
Alb. Mag *Cõditiones arboris bonæ.* Dicitur enim, inquit, arbor bona delectabilis, salutaris & vtilis. De vtilitate, Ezech.
47. Erit fructus eius in cibum, & folia eius in medicinam. Esa. 37. Hoc anno pomis
vescere. Genes. 2. Ex omni ligno paradisi comede. De delectabilitate, Cantic. 2. Sub
vmbra illius quem desideraueram, sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. De salu-
britate, Apoc. 22. Ex vtraque parte fluminis lignum vitæ afferens fructus duodecim.
de quibus dicitur ad Gal. 5. Fructus autem spiritus, charitas, pax, gaudium, patientia,
benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. I
Hæc arbor dicitur bona. Melior enim est ex plantatione super aquas, ex quibus non
exsiccatur. Ps. 1. Erit sicut lignum quod plantatum est secus aquarum decursus, quod
fructum suum dabit in tempore suo. Hier. 17. Erit quasi lignum viride, quod planta-
tum est secus decursus aquarum. Optima autem, si multotiens fert fructum. Ezech.
47. Per singulos menses affert primitiua. Apoc. 22. Per singulos menses reddens fru-
ctum suum. Hier. 17. In tempore siccitatis non erit sollicitum, nec aliquando desinet
facere fructum. Hæc est igitur arbor bona, quæ facit bonum fructum. Fructus autem
eius sunt dulcedines sanctorum donorum & operum: & menses sunt illuminationes
Cl. Alexan. cœlestes, quibus sibi rediuiui fructus lumen continuè ministratur. Clemens Alexan.
lib. 3. Stromat. Vitæ enim institutio apertè eos arguit qui mãdata nouere: qualis enim
sermo, talis est vita. Arbor enim cognoscitur ex fructibus, non ex floribus & foliis ac K
ramis. Cognitio est ex fructu & vitæ institutione, non ex verbo & flore. Non enim di-
cimus solum verbum esse cognitionem, sed aliquam diuinam scientiam, & lucem il-
lam quæ innata fuerit in anima ex præceptorum obedientia, quæ facit omnia mani-
festa quæ sunt in generatione, & hominem instituit vt seipsum cognoscat, & docet
hominem, vt ad Deum suas cogitationes dirigat. Quod enim oculus est in corpore,
hoc est in mente cognitio. Neque dicant libertatem, eam quæ est sub voluptate serui-
tutem, sicut illi qui bilem ducunt dulcem. Nos enim didicimus libertatem, qua Do-
minus noster nos liberat, soluere à voluptatibus & à cupiditatibus, & aliis vitiis, ani-
míque perturbationibus. 1. Ioan. 1. Qui dicit, Noui Dominum, & mandata eius non
seruat, mendax est, & veritas in eo non est. *Mala autem arbor fructus malos facit.* Est au-
tem arbor alia mala, alia inutilis. Arbor inutilis est, quæ nullos facit fructus: arbor

mala,

A mala, quæ malos. Dicitur autem fructus arboris malus, qui aut indelectabilis, aut pernicioſus, aut inutilis eſt. Albertus Magnus in Matth. De primo, inquit, Ezech. 18. Patres noſtri comederunt vuam acerbam, & dentes eorũ obſtupeſcunt. De ſecundo, Daniel. 4. Excutite fructus eius. Quos autem dixit, quia non eſt ſalubris. De inutilitate dicitur, Iob. 9. Tranſierunt ſicut naues poma portantes: quaſi dicat inutiliter: nihil relinquentia niſi vanum odorem. Inutiles autem arbores ſunt ſteriles. Abac. 3. Mẽtietur opus oliuę, & arua non afferent cibum. Iudæ: Arbores autumnales, infructuoſæ, bis mortuæ, eradicatæ. Hæc omnia de facili aptantur viris bonis, quorum vita labor eſt. Bonitas arboris, bonitas gratiæ, & bonitas fructus, & bonitas operum, & refectio bonitatis Spiritus ſancti, informantur opera. Mala autem arbor, mala vita. Malorum fructus, mala opera, & refectio concupiſcentiæ quæ eſt in eis. *Cur fructus malus.* Albertus.

B *Neque arbor bona malos fructus facere.* Hîc loquitur de fructu bonarum arborum ſecundum poteſtatem, & conuertit ſermonem, comparans fructus bonos ad arborem malam, & è cõuerſo fructus malos ad arborem bonam. Videtur autem quòd contrarium eius quod dicit eueniat: quia ſæpè videmus quòd arbor mala fit bona per inciſionem & cultum: & homo bonus malus fit, & è conuerſo malus fit bonus. Ad hoc autem dicendum, quòd arbor bona hîc vocatur liberum arbitrium ſub forma bonitatis gratiæ gratum facientis. Et hoc modo ſecundum poteſtatem formæ efficientis, non poteſt arbor bona fructum malum facere. Similiter arbor mala dicitur, ſecundum quod eſt informata vitiis. Et hoc modo ex forma non habet poteſtatem fructus faciendi bonos. Similiter ex Phyſicis, quando per inciſionem vel inſitionẽ arbor emendatur, tunc forma efficitur alia: quia in loco inciſionis vel inſitionis efficitur nodus & tortuoſitas viarum ſiue, pororum inflexio. Et ideò diutius ibi ſtat ſuccus, propter quod calore arboris & ſolis meliùs digeritur. In ſtrictis etiam & multis poris ſubtiliùs diuiditur, & meliùs obedit digeſtioni. Et aliter quod hîc dicitur, fieri non poteſt. De bona dicitur, Ezech. 17. In terra bona ſuper aquas plantata eſt, vbi faciet fructum. De mala, Daniel. 4. Succidite arborem & præcidite ramunculos eius, & excutite folia, & diſpergite fructus. Sũt autem iſti ramunculi, mali fructus. Rom. 7. Paſſiones corporis quæ per legem erant, operantur in membris meis, vt fructificarent morti. Verùm quæritur, cũ arbor bona

C fructus malos facere non poſſit, quomodo Deus, qui ſummè bonus eſt, mala peccatoribus rependit? Reſpondetur quòd rependit peccatoribus mala pœnæ, quæ ſunt iuſtitiæ, quæ verè mala non ſunt. Non autem immittit mala culpæ. Auguſtin. lib. cõtra Adimantum Manichæi diſcipulum, cap. 26. Ita ergo Deus malum facit, quod non ip-

D ſi Deo malum eſt, ſed eis in quos vindicat. Itaque ipſe quãtum ad ſe pertinet, bonum facit: quia omne iuſtum bonum eſt, & iuſta eſt illa vindicta. Et ideò non eſt contrarium quod Adimantus obiicit, dixiſſe Dominum, Matth. 7. *Arbor bona fructus facit bonos, mala autem arbor fructus malos facit.* Quamuis enim malum ſit gehenna damnato, iuſtitia tamen Dei bona eſt, & ipſe fructus eſt ex arbore bona. Ille autem malis peccatorum ſuorum theſaurizat ſibi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudicij Dei, qui reddet vnicuique ſecundum opera ſua. Quanquam iſtę duæ arbores manifeſtiſſimè in ſimilitudine duorum hominum poſitæ ſint, id eſt iuſti & iniuſti: quia niſi quiſque voluntatem mutauit, bonum operari non poteſt. Quòd autem in noſtra poteſtate ſit poſitum, alio loco docet, vbi ait: Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonũ: aut facite arborem malam, & fructum eius malũ. Et quibuſdam interiectis: Hæc ſunt, inquit, mala, quæ Deus facit, id eſt, peccatoribus pœnas: quòd in ignem mittet arbo-

E res, quæ in malitiæ perſeuerantia fieri bonæ noluerunt, cùm hoc ipſius arboris malũ ſit. Deus autem, vt ſæpè dixi, non dat fructus malos: quia iuſtitiæ fructus eſt vindicta peccati. Poteſt & alia quæſtio oriri, quomodo cùm cuiuſque noſtrũ natura bona ſit, à nobis tamen mala naſcantur. Auguſtin. tom. 3. in Enchirid. ad Laurent. cap. 13. & 14. ſic reſoluit, quòd omnis natura, etiamſi vitioſa eſt, in quantum natura eſt, bona eſt: in quantum vitioſa eſt, mala eſt. Quapropter, inquit, in his contrariis, quæ bona & mala vocantur, illa Dialecticorum regula deficit, qua dicunt nulli rei duo ſimul ineſſe contraria. Nullus enim aër ſimul eſt & tenebroſus, & lucidus: nullus cibus aut potus ſimul dulcis eſt & amarus: nullum corpus ſimul vbi album eſt, ibi & nigrum: nullum ſimul vbi deforme, ibi & formoſum. Et hoc in multis, ac penè in omnibus contrariis reperitur, vt in vna re ſimul eſſe nõ poſſint. Cum autẽ bona & mala nullus am-

Quomodo Deus tam bonus mala rependit peccatoribus. Auguſt.

Quomodo cũ natura noſtra bona ſit, à nobis mala naſcantur. Auguſt. *In bono malum.*

bigat esse cõtraria, nõ solũ simul esse possunt, sed etiã mala omninò sine bonis, & nisi in F
bonis esse nõ possũt, quãuis bona sine malis esse possint. Potest enim homo vel angelus
nõ esse iniustus: Iniustus autẽ nõ potest esse nisi homo vel angel⁹: & bonũ, quod homo:
bonũ, quod angelus: malũ, quod iniustus. Et hæc duo cõtraria ita simul sunt, vt si bonũ
nõ esset, in quo malum esset, prorsus nec malũ esse potuisset: quia non modò vbi con-
sisteret, sed vnde oriretur, corruptio non haberet, nisi esset quod corrũperetur. Quòd
si bonum esset, nec corrumperetur: quoniã nihil est aliud corruptio, quàm boni ex-
terminatio. Ex bonis igitur mala orta sunt, & nisi in aliquibus non sunt: nec erat aliàs
vnde oriretur vlla mali natura. Nam si esset in quantum natura esset, profectò bona
esset: & aut incorruptibilis natura magnum esset bonum, aut etiam natura corrupti-
bilis nullo modo esset, nisi aliquod bonum, quòd bonum corrumpendo posset ei no-
cere corruptio. Et cap. 15. Sed cùm mala in bonis orta esse dicimus, non putetur hoc G
dominicæ sententiæ refragari, qua dicit, *Non potest arbor bona malos fructus facere.* Non
potest enim, sicut veritas dicit, colligi vua de spinis: quia non potest vua nasci de spi-
nis: sed ex bona terra vt vites nasci posse videmus, & spinas. Et eo modo tanquam ar-
bor mala fructus bonos, id est, opera bona, non potest facere voluntas mala: sed ex
bona hominis natura oriri voluntas & bona potest, & mala. Nec fuit prorsus, vnde
primitùs oriretur voluntas mala, nisi ex angeli & hominis natura bona. Quod & ipse
Dominus eodem loco, vbi de arbore & fructibus loquebatur, apertissimè ostendit.
Ait enim, (Matth. 12.) Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum: aut facite
arborem malam, & fructum eius malum. Satis admonens ex arbore quidem bona
malos, aut ex mala bonos fructus nasci non posse: ex ipsa tamen terra, cui loquebatur, vtramque arborem oriri posse. Ita sicut in vna, eadémque terra, non tamen vni- H
ca radix, sed vna & altera bonos aut malos fructus facit: sic in vna eadémque hominis
natura, alia atque alia voluntas est, adeò vt non ex eadem bonum & malum pendeat.

Augustin. Augustinus tom. 7. lib. 1. de gratia Christi, contra Pelagium & Celestium. Nam & Dominus, inquit, nec arborem bonam dicit posse facere fructus malos, nec malam bonos. Et Apostolus 1. ad Tim. 6. cùm dicit radicem omnium malorum esse cupiditatẽ, admonet vtique intelligi radicem omnium bonorum charitatem. Vnde si duæ arbores bona & mala, duo sunt homines, bonus & malus: quid est bonus homo, nisi voluntatis bonæ, hoc est, arbor radicis bonæ? & quid est homo malus, nisi voluntatis malæ? Fructus autem harum radicum atque arborum, facta sunt, dicta sunt, cogitata sunt, quæ bona de bona voluntate procedunt, & mala de mala. Et cap. 19. Facit autem homo arborem bonam, quando Dei accepit gratiam. Non enim se ex malo bonum I

Quomodo homo facit malam arborem. per seipsum facit, sed ex illo, & per illum, & in illo qui semper est bonus: nec tantùm vt arbor sit bona, sed etiam vt faciat fructus bonos, eadem gratia necessarium est vt adiuuentur, sine qua boni aliquid facere non potest. Ipse quippè in bonis arboribus cooperatur fructum, qui & forinsecus rigat atque excolit per quemlibet ministrum, & per se dat intrinsecus incrementum. Malam verò arborem homo facit, quãdo seipsum malum facit, quando à bono incommutabili deficit: ab eo quippè defectus est origo voluntatis malæ: qui defectus non aliam naturam malam, sed eam quæ bona est condita, vitiat. Sanato autem vitio, nullum malum remanet: quia vitiũ naturæ quidem inerat, sed vitium natura non erat. In eum igitur sensum sese habet hæc Christi sententia, quòd ab hæreticis tota voluntate corruptis & deprauatis adinstar pernicio-

Chrysost. sæ arboris boni fructus expectandi minimè sunt. Chrysostom. hom. 19. Oper. imperf. K
in Matth. cap. 7. Malus enim, inquit, non potest facere bonum, (inquantum talis est:) etsi videtur tibi facere bonum, considera cautè ipsum bonum, & inuenies intus esse malum illud. Nam quod ex proposito malo fit, etiam bonum malum est. Nam bonũ opus malum propositum non excusat: malum autem propositum bonũ opus condẽnat. Si videris infidelem humilem aut mansuetum, scito quia subdolus est in corde. De talibus enim dicit Propheta, Ps. 54. Molliti sunt sermones illius super oleum, & ipsi sunt iacula. Si videris eum bona opera facientem, intellige quia propter homines facit. De his enim dicit Dominus: Omnia faciunt vt ab hominibus videantur. Sic bonorum hominum omnia opera etiam mala, bona sunt. Si ergo videris aliquem Deum in veritate non colentem, quasi bonum ne credas oculis tuis, vt dicas bonum illum, sed crede magis Deo quàm tibi, qui dixit: *Non potest arbor mala facere fructum bonum.*

Si autem

A Si autem dicis illum bonum, mendacem feciſti Chriſtum. Tu enim vides quæ ſunt in facie, Deus autem quæ ſunt in corde. Sicut enim in horto ſunt multæ arbores fructũ inutilem facientes, in ſyluis autem non inuenitur bonum faciens: ſi autẽ faciunt, aut inſipidum faciunt, aut acerbum: Sic in Eccleſia, quæ hortus eſt Chriſti, Salomone dicente, Cant. 4. Hortus concluſus, fons ſignatus, ſoror mea, paradiſus, cum fructu pomorum multi ſunt mali. In eccleſiis autem hæreſum, quæ ſunt ſyluæ deſertæ, nemo eſt bonus: quia etſi eſt aliquis bonus, propter homines eſt bonus, & non propter Deũ. *Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.* Vt quid enim terram occupat, & ad quid vtilis erit, niſi vt comburatur? Hac ſimilitudine Dominus in hypocritas, & maximè in hæreticos & infideles, ſententiam ignis profert: non modò cùm nunc, id eſt in hoc ſæculo à magiſtratibus pœnis dignis ſua infidelitate mulctantur, ſed & tunc cùm emigrant. Supplicium enim ignis, cui adiudicantur hæretici, iu-
B dicium præbet futuri, & multò terribilioris ignis Gehennæ, cui mancipati ſunt, quotquot hinc cum hæreſi diſceſſerint. 2. Reg. 23. Spinæ igni ſuccenſæ, quia comburentur vſque ad nihilum. Heb. 6. Horum conſummatio erit in combuſtione. Eſ. 9. Erit in combuſtionem & cibum ignis. Ezech. 15. Ecce igni datum eſt in eſcam: vtrãque partem eius conſumpſit ignis, & medietas eius redacta eſt in fauillam. Hic erit exitus idolorum iſtorum, quæ manu & opinione humana conflata ſunt. Rurſus eãdem ſententiam confirmat Chriſtus, Ioan. 15. Palmes qui in me non mãſerit, mittetur foras, & areſcet, & colligent eum, & in ignem mittent. Apoc. 19. Apprehenſa eſt beſtia, & cũ ea Pſeudoprophetæ, & viui miſſi ſunt in ſtagnũ ardentis ignis ſulphure. An non Helyas excidit gladio Prophetas Baal, (3. Reg. 18.) & eorum corpora in torrentem Ciſon deie-
C cit? An non Iehu cum Ionadab filio Rechab, & octoginta viris, percuſſit omnes cultores Baal in ore gladij? (4. Reg. 10.) An non Ioſias Rex occidit ſacerdotes idolorum ſuper altaria, in quibus Baali ſacrificabant, & crematorum cadauerum cineres diſperſit? (4. Reg. 23.) An non Mathathias eum occidit, qui idolum illi porrigebat? (1. Mach. 2.) Quid quòd nec ipſe Petrus Ananiam & Sapphiram tolerare potuit, quòd de pretio agri ſui Eccleſiam fraudarent? (Act. 4.) quanto minus tolerãdos docuit eos, qui nouis dogmatibus Eccleſiam turbarent? Nam ſi arbor non ferens fructum excinditur, & in ignem mittitur: quid arbori venenoſæ, quid hæretico, non modò non ferenti fructum, ſed aërem ipſum ſua peſte inficienti faciendum eſt? *Igitur ex fructibus eorum cognoſcetis eos.* Concluſio eſt ex præinductis collecta. Ratio autem redditur Luc. 6. Quia bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bonũ, & malus homo de malo the-
D ſauro cordis ſui profert malum. *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnũ cælorum.* Occurrit obiectioni quæ de hypocritis, etiam & quibuſdã hæreticis fieri poſſet. Quis enim illorum non Dominum appellat, & maximis acclamationibus oſtentat ſe Dei cultorem eſſe? Quis hæreticorum non habuit ſua cantica, ſuos Pſalmos, ſuas precationes? Ariani etiam noctu tædis accenſis per Conſtantinopolim, tempore Eudoxiæ Imperatricis, cantica quædam contra Conſubſtantialium Catholicorum fidem perſonabant, vt ſcribit Nicephorus lib. 13. hiſt. Eccleſ. cap. 8. Sozomenus lib. 5. hiſt. Eccleſ. cap. 28. & idem quidem factum à Samoſatæo. Ille enim in media Eccleſia magno die Paſchatis, mulierculas ſubornauit, quæ de ipſo pſallerẽt, reiectis illis Pſalmis qui in honorem Chriſti cantabantur: vt ſcribit Euſeb. lib. 7. hiſtor. Eccleſ. cap. 30. Habuerunt omnes ſuos cœtus, & inuocationes. Quid quòd nonnulli ipſa ratione
E Euchitæ, id eſt, precatores dicti ſunt? Et noſtris etiam temporibus habent Sacramentarij, Zuuingliani, Caluiniani, habent & Lutherani, & Bucceriani ſuos Pſalmos, ad quos concinendos promiſcuam hominum multitudinem inuitant. Ergóne quia norũt clamare, ô Chriſte, ô Domine, ideò etiam audiendi, & fructus doctrinæ, id eſt, impietatis illorũ, colligendi ſunt? Atqui ſi quis idiota hîc hæreat, & quod aliquãdo inſuſurrarunt, ita obſtrepat: quomodo non iſti Anabaptiſtæ veritatem habeant, cùm tã intento animo precentur? quomodo non Sacramentarij, cùm tam ardenti clamore ſuos Pſalmos intonent? Adiiciat quoque, quomodo non Turcæ bonos fructus emittant, cùm non ſine magna reuerentia in ſua ſe templa recipiant, & ſuum *Haalla* ſæpiùs intonent? Ita ſi veritas in iis eſſe exiſtimanda eſt, qui dicunt, *Domine, Domine*, qui Pſalmos Marocinos & Beſzanos, aut huiuſmodi ſimiles magna voce canunt: nulla erit fidelis ab infideli diſcretio. Ipſos etiam Athenienſes ante doctrinam Euangelicam acceptã,

Hæretici ignibus adiudicandi.

Pſalmi ab hæreticis decantati. Nicephor. Sozomen.

Euſebius.

Paulus teſtatus eſt Dominum inuocaſſe. Hunc enim, inquit, quem ignorantes coli- F
tis, annuncio vobis. Rectè ergo dicit, non omnem dicentem, Domine, Domine, in-
greſſurum regnum cœlorũ. Hoc nec omnibus fidelibus continget, niſi ſimul charita-
Theoph. tis & pietatis opera coniunxerint, vt ſtatim confirmat. Porrò, inquit Theophilactus
in Matth. Hoc loco oſtendit ſeipſum Dominum, quandoquidem ait (*dicit mihi, Domi-
ne, Domine:*) nam ita ſe & Deum dicit. Docet autem nos, ſi fidem abſque operibus ha-
buerimus, nihil eam nobis eſſe profuturam. Clemens Alex. lib. 7. Stromat. idem aſſe-
Cl. Alexan. rit, adiiciens: Is autẽ, qui cognitione præditus eſt, operarius fuerit, qui mũdanas quidẽ
vincit cupiditates, licet ſit adhuc in carne. 1. Cor. 13. Si linguis hominum loquar &
Angelorum, charitatem autem non habeam, factus ſum velut æs ſonans, aut cymba-
lum tinniens. Ita nimirùm reſponderi poteſt obiectioni, quæ fit hoc modo. Corde
creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem, vt ſcribit Apoſtolus, (Rom. G
10.) & Ioel, (cap. 2.) Omnis quicunque inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit. Vi-
Albertus. detur igitur ſatis eſſe ad ſalutem, ſi quis dixerit, Domine, Domine. Albertus Magnus
Perfectain- in Matth. reſpondet ex Gloſſa, quòd perfecta inuocatio conficitur ex tribus: ex deuo-
uocatioqui- tione ſeu fide cordis, ex confeſſione oris, & operis atteſtatione, vt perfecta cenſeatur:
bus cõſtet. alioquin mendax eſt. Pſal. 77. Dilexerunt eum in ore ſuo, & in lingua ſua mentiti
1. ſunt ei. Cor autem eorum non erat rectum cum eo, nec fideles habiti ſunt in teſta-
2. mento eius: Eſa. 29. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè eſt à me.
3. Hier. 12. Propè es tu ori eorum, & longè à renibus eorum. Ideò adiicit: *Sed qui facit vo-*
luntatem patris mei qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnũ cœlorum. Rom. 2. Non enim legis au-
ditores iuſti ſunt apud Deũ, ſed factores legis iuſtificabuntur. 2. Cor. 8. Facto perficite,
vt quemadmodũ promptus eſt animus voluntatis, ita ſit & perficiẽdi. Tria autem tã- H
git: voluntatem, quæ eſt regula omnis rectitudinis, quia iniuſta eſſe non poteſt. A-
bac. 1. Mundi ſunt oculi tui, & ad iniquitatem reſpicere non poteris. Affectũ acce-
ptantis, cùm dicit, *Patris mei.* Et attende, quòd paulatim ſuos erigebat ad notitiã ſuæ
diuinitatis, nimirùm vt credatur quòd iuſtitia ab eo prædicata, accepta ſit Deo pa-
tri ſuo. Ioan. 3. Pater amat filium, & omnia dedit ei in manus. Voluntas enim patris
eſt, id quod docet filius. Ioan. 6. Quid faciemus vt operemur opera Dei? Reſpondit
Ieſus: Hoc eſt opus Dei, vt credatis in eum quem ille miſit. Per hoc autem quod di-
cit, *Qui eſt in cœlis*, altitudinem diuinæ iuſtitiæ deſignat, quæ terrenis inquinamentis
ſeu huius ſæculi peccatis non polluatur. Pſal. 88. In iuſtitia tua exaltabuntur. Pſal. 3.
Noſtra conuerſatio in cœlis eſt. *Multi dicent mihi in illa die, Domine, Domine.* Quæ illa
dies, niſi de qua Soph. 1. Dies iræ, dies timoris & miſeriæ? Rom. 2. In die iræ & reue- I
lationis iuſti iudicij Dei. Nec mirùm ſi Chriſtum alloquantur, cùm & Matth. 25.
Thomas. aſſerat idem ipſe eos, qui à ſiniſtris erunt, dicturos: Domine, quãdo te vidimus eſu-
rientem? Verùm hæc mentaliter dicturi eſſe intelliguntur. Thom. in Matth. cap. 7.
Dies terminum nominat, ſed non ſecundum temporis qualitatem. Quia dies iudi-
cij aliquando nox dicitur, & aliquando vtrumque nomen, diei ſc. & noctis, ſortitur.
Matth. 25. Media nocte clamor factus eſt, Ecce ſponſus venit, exite obuiam ei. 1.
Cor. 4. Dies vocatur. Et in Pſal. 36. Educet quaſi lumen iuſtitiam tuam, & iudicium
tuum tanquam meridiem. *Domine, Domine*, Multiplicat ad ſignificandum maiorem
timorem, & confuſionem. *Et hi multi*, quia (Eccleſ. 1.) ſtultorum infinitus eſt nume-
rus. *Nónne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo* K
Chryſoſt. *virtutes multas fecimus?* Chryſoſtom. hom. 19. Oper. imperf. in Matth. Conſidera, quia
in nomine dicunt, non in ſpiritu: quia in nomine Chriſti multi ambulant, qui non
habent ſpiritum Chriſti, ſeducendi cauſa. Ideò non ex nomine Chriſti cognoſcendi
ſunt Chriſtiani, ſed ex ſpiritu Chriſti. Ergo prophetant in nomine Chriſti, in ſpiritu
autem diaboli, quales ſunt diuinatores. Sed ſic diſcernuntur, quoniam diabolus in-
terdum verum dicit, ſanctus ſpiritus nunquam mentitur. Cõceſſum eſt autem dia-
bolo & interdum veritatem dicere, vt mendacium ſuum rara veritate commendet.
Si autem nunquam diceret verum, neque ſanè ad tentationem poſſet ſufficere ſedu-
Hieronym. ctio eius. Hieronymus in Matth. cap. 7. Prophetare, & virtutes facere, & dæmonia
eiicere, interdum non eius meriti eſt, qui operatur: ſed vel inuocatione nominis Chri
ſti hoc agit, vel ob condamnationem eorum qui inuocant, & vtilitatem eorum qui
vident & audiunt, conceditur: vt licet homines deſpiciant ſigna facientes, tamen

Deum

A Deum honorent, ad cuius inuocationem fiunt tanta miracula. Nam & Saul (1. Reg. 10.) & Balaam (Numer. 23.) & Cayphas (Ioan. 11.) prophetauerunt nescientes quid dicerent: & Pharao, & Nabuchodonozor (Genes. 41. Dan. 2.) somniis futura cognouit. Sed & Iudas Apostolus cū animo proditoris multa signa inter cæteros Apostolos fecisse narratur. Greg. lib. 20. Moral. c. 8. Nonnunquam etiā hæretici signa quoque ac miracula faciunt, sed vt hīc præmia afflictionis suæ abstinentiæque recipiant, videlicet laudes quas quærunt. Vnde redemptoris voce dicitur: Multi dicent in illa die, nonne in nomine tuo prophetauimus? Qua nimirùm sententia quid datur intelligi, nisi vt in hominibus charitatis humilitas, non autem debeant virtutū signa venerari? Vnde nūc sancta Ecclesia, etiāsi qua fiant hæreticorū miracula, despicit: quia hæc sanctitatis spe- cimē nō esse cognoscit. Probatio nāque sanctitatis, nō est signa facere, sed vnūquēque B vt se, diligere: de Deo autem vera cognoscere, & de proximo meliora, quàm de seipso sentire. Nam quia vera virtus in amore est, non autem in ostensione miraculi, veritas demonstrat, quæ ait, (Ioan. 13.) In hoc cognoscent omnes quia mei discipuli eritis, si dilectionem habueritis ad inuicem. Augustin. lib. 2. de serm. Domini in monte, cap. 7. Sed meritò potest mouere, quomodo huic sententiæ conueniat illud Apostoli, Nemo in spiritu Dei loquens dicit Anathema Iesu, & nemo potest dicere Dominum Iesum, nisi in Spiritu sancto. At verò dicere non possumus eos qui Spiritum sanctum habeant, non introituros regnum cœlorū, si modò perseuerarint. Efficitur igitur, vt & qui dicunt, Domine, Domine, & qui in nomine Domini Iesu prophetant, & dæmonia eiiciūt, non excludantur à regno cœlorum. At verò aliud est voce tenus dicere Dominum Iesum, aut etiam corde. Ergo, inquit Augustinus illi voce tantùm sonant, non autē C intellectu cernunt, & voluntate agunt. Verè autem ac propriè illi dicunt, à quorum voluntate ac mente non abhorret prolatio sermonis sui: secundum quam significationem dicit Apostolus, Nemo potest dicere Dominum Iesum, nisi in spiritu sancto. Et illud ad rē maximè pertinet, ne decipiamur, tendentes ad contemplationem veritatis, non solùm nomine Christi, per eos qui nomen habent, & facta non agunt, sed etiam quibusdam factis ac miraculis: qualia cùm propter infideles fecerint, Dominus monuit tamen ne talibus decipiamur, arbitrantes ibi esse inuisibilem sapientiam, vbi miraculum visibile viderimus. Theophilact. in Matth. Multi enim quum prædicare incipiebant, eiiciiebāt dæmonia, & quāuis indigni essent, per nomē tamē Iesu fugabāt dæmones. Nam gratia etiā per indignos efficax est, sicut per indignos sacerdotes sā- ctificamur. Nā quia cōsecratio mysteriorū & veritas sacramentorū nō pēdet ab huma D na, sed diuina institutione & virtute, & nō in merito sacerdotis, sed Christi perficiūtur: ideò sacerdos peccator, & suo etiā ministerio, si vitā spectes, indignus, vbi verba protulerit, æquè consecrat: quia non in suo, sed Christi nomine consecrat. Fulg. l. 1. de peccator. remission. cap. 26. Non eapropter saluandos omnes probat, quòd Dominum inuocauerint, nisi & innocentia vitæ accedat. Nā & libro Psalmorum scriptū est, Ps. 144. Propè est Dominus omnibus inuocantibus eum in veritate. Voluntatem timentium se faciet, & preces eorum exaudiet, & saluos faciet eos. Propter quod & in Prouerb. (cap. 3.) Vnusquisque nostrūm timere Dominum iubetur, & à malo discedere. Ibi quippè dicitur: Time Dominum, & declina ab omni malo, & erit pax corpori tuo, & diligentia ossibus tuis. Nam & in libro Ecclesiastico, (cap. 7.) ne mala faciat vnusquisque fidelium, sic admonetur: Noli facere mala, & non apprehendent te. E Discede ab iniquo, & discedent mala abs te. Ne semines mala in sulcis iniuriæ, & non metes illa in septuplum. *Et tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos: discedite à me omnes qui operamini iniquitatem.* Verùm quomodo istud verum est, quòd numquam Dominus nouerit aut hypocritas, aut hæreticos qui nomen suum inuocauerunt, & se Christianos nuncupauerunt? An non multi eorum aliquando fuerunt in gratia? Tunc igitur illos Christus nouerat. At verò, inquit Albert. Mag. in Matth. c. 7. dicendū quòd duplex est notitia: vna simplicis visionis, qua nouit omnia: altera est beneplaciti, Dei prædestinantis, quæ non est gratiæ tantùm, sed gratiæ ordinātis ad gloriam: & illa notitia, eos nunquam se cognouisse asseret. Etsi enim gratiam illis aliquo tēpore infuderit & communicarit, non tamē ad hoc, vt per illam gratiā (potentia quidē) sed nō actu saluarentur: quia ipse prænouerat quid esset in homine, & quid in illis, & per consequens præuiderat eos gratiarū donis abusuros esse. Non noui vos, inquit,

Gregor. *Humilitas in omnibus cōmēdāda.* Augustin. Theoph. *Veritas sacramētorū non pendet ab humana virtute.* Fulgent. Albertus. *Duplex est notitia.*

Hierony. per absolutam approbationem, eternámque approbationem. Hieronym. in Matth. F
c.7. signanter dixit, *Confitebor tunc illis*, quia multo antè tempore dicere dissimulauerat,
Gregorius. *non noui vos*. Non nouit Dominus eos qui pereunt. Gregorius lib.33. Moral. c.18. Mollia quidem deprecantes dicent ea, quæ eius nomine fecerunt: sed duro corde, illa
cùm facerent, in suam laudem rapuerunt. Vnde mox audiunt, Non noui vos. Au-
Augusti. gust. in Psal.100. Cùm declinaret à me malignus, non cognoscebam, inquit Psaltes.
Quid est, non cognoscebam? Non approbabam, non laudabam, non mihi placebat.
Cognoscere enim inuenimus in scripturis aliquando dici, pro eo quod est placere nobis. Quid enim Deum latet, fratres? Numquid nouit iustos, & non nouit iniustos?
Quid cogitas, quod ille nesciat? Non dico, quid facis, sed quid cogitas quod ille nesciat: immò quid cogitaturus es, quod ille antè non viderit? Omnia ergo nouit Deus,
& tamen in fine, id est in iudicio, post misericordiam, de quibusdam dicit: In illa die G
venturi sunt, & dicent, Domine, Domine, in nomine tuo manducauimus, & bibimus, & virtutes multas fecimus. Et dicam illis, Non noui vos. Ille non nouit aliquem? Sed quid est, Non noui vos? In regula mea vos non cognosco: noui enim regulam iustitiæ meæ. Et in Ps.34. sic interpretatur, Non noui vos: id est, non coaptamini corpori meo, nõ hæretis regulis meis, vitiis hæsistis. Et in Ps.1. Nouit Dominus viam iustorum, quemadmodum dicitur, Nouit salutem medicina, morbos autem nõ nouit: & tamen etiã morbi arte medicinæ agnoscuntur. Sic dici potest nosse Dominũ viã iustorum, viam autem peccatorum non nosse: non quia aliquid Dominus nescit,
& tamẽ dicit peccatoribus, *Non noui vos*. Sed planiùs dictum est, vt hoc sit nesciri à Domino, quod est perire: & hoc sit sciri à Domino, quod est manere: vt ad scientiam Dei
pertineat esse, ad ignorantiam verò non esse: quia Dominus dicit, Ego sum, qui sum. H
Chrysost. Et, Qui est, misit me. Exod.3. Chrysostomus hom.19. Oper.imperf. in Matth. Sicut enim omnes homines naturaliter cognoscunt Deum, non autem videntur verè cognoscere, quia non dignè colunt, sicut serui dominum, sicut factura factorem: Et hæc est secundum naturam quidem cognitio, non autem secundum voluntatem: Sic & Deus naturaliter omnes cognoscit: sed nõ eos videtur verè cognoscere, quia non eos diligit quasi factor facturam, quasi dominus proprios seruos. Et hoc est secundũ naturam cognoscere, non autem ex voluntate, quia omne malum extraneum est à Deo.
Albertus. Ideò dicet illis, *Discedite à me*. Albertus Magnus in Matth. Sed contrà: Quò ibo à spi-
Quomodo à Deo, qui vbique est, discedit. ritu tuo, & quò à facie tua fugiam? Responsio. Deus vbique est: sed discedit ab eo,
quando proiicitur aliquis à visione contemplationis eius, secundum quam obiicitur sanctis, in ratione summi boni. Es.26. Tollatur impius ne videat gloriã Dei. Matth.25. I
Hierony. Proiicite eum in tenebras exteriores. *Qui operamini*. Hieronym. in Matth. Non dixit, qui operati estis iniquitatem, ne videretur tollere pœnitentiam: sed, qui operamini, hoc est, qui vsque in præsentem horam, cùm iudicij tempus aduenerit, licet non habeatis facultatem peccandi, tamen adhuc habetis affectũ. Basilius qu.282. Quomodo
Basilius. autẽ non fuerunt operatores iniquitatis, qui donis Dei ad propriarum voluptatum negotia abusi sunt? Quales erant illi, de quibus dicit Apostolus: Non enim sumus vt plerique cauponantes verbum Dei. Et rursus, Qui putant quæstum esse pietatem, &
Chrysost. multa eiusmodi. Chrysost. hom.19. Oper.imperf. in Matth. Sed & post mortem etiam Christo mentiẽtur, dicentes, Domine, in nomine tuo hoc & hoc fecimus. Numquid nesciebant ipsi apud se, quia nunquam nec dilexerant Christũ, nec fecerant voluntatẽ K
eius? Sed putant se, sicut in hoc sæculo homines deceperunt, sic & ibi etiam Deũ fallere posse. Ideò etiã non dicit illis, Discedite à me qui operati estis iniquitatem: sed, qui operamini. Quia iniqui nec post mortẽ desinũt esse iniqui: quia etsi peccare nõ possũt,
Albertus. tamẽ peccandi propositum tenent. Alb.Mag. in Matth. Quia, inquit, sicut dicit Damascenus, quod est in Angelis casus, hoc est in hominibus mors. Et ideò sicut Angeli remanserũt in obstinata voluntate eius, quod concupierunt: ita etiã homines efficiũtur obstinati in voluntate peccati, in qua moriũtur. Ezech.32. Descẽderunt in infernũ cum armis suis, & posuerunt gladios suos sub capitibus suis, & fuerũt iniquitates eorũ in ossibus eorum. Atqui arma eorum, cũ quibus in infernum descenderũt, sunt iniquæ volũtates: & gladij, quib⁹ Deũ impugnauerũt & factos, sũt conatus eorũ ad malũ: Et iniquitates in ossibus eorũ, sũt notę peccatorũ in viribus animæ. Et hæc est causa, cur ignis

semper

A semper eos incendit: quia voluntates illæ perpetuæ erunt in eis, eò quòd non sunt susceptibiles gratiæ. Cùm enim ceciderint à statu meriti, impossibile illis est redire ad gratiam: & per consequens necesse est in pœnis eos permanere. Anima enim rationalis, quæ, sicut dicit Dionysius, discussam habet disciplinam per signa vestigij & imaginis acceptam, sine sensu perfici non potest. Vnde fit, vt ex casu ab vsu sensuum, impossibile quoque sit resurgere. Sed opponi posset, quod in Sapientia, de impijs legitur, Videntes turbabuntur timore horribili, intra se pœnitentiam agentes, & dicentes: Hi sunt quos habuimus in contemptum & derisum & cõtumeliam, & nunc computati sunt inter filios Dei! Nos insensati vitam illorum existimabamus insaniam. Dicendum, quòd pœnitentiam agent de peccato, non inquantum est malum, sed inquantum est æternæ pœnæ meritorium. Lugebunt pœnas, non autem peccata sua. *Omnis ergo qui audit verba mea hæc & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domum suam supra petram.* Alia rursus similitudine ostendit, & fidem & opera illis necessaria esse, qui salutem consequi, & non modò à præsentibus, sed & futuris malis erui voluerint. Auditus enim per verbum Dei, & fides ex auditu est. (Ro. 10.) Auditus igitur non sufficit, nisi credat ille qui audierit, cùm auditus ad fidem disponatur. Sed neque fides sola sufficit ad salutem, verumetiam requiruntur opera pietatis & charitatis. Proponit igitur eius qui audit & facit, & eius qui audit & non facit, quanta in posterum differentia sit, nimirùm coram iusto iudice Deo: idque similitudine sumpta à duobus, domum sibi cuique suam ædificantibus. Describit autem ædificationem, impugnationem, & constantiam seu firmitatem domus benè constructæ: contrà verò ruinam eius, quæ firmis fundamentis innixa non erat. Thomas Aquinas lib. Commentar. in Matth. c. 7. Dicit ergo auditum verbi non sufficere, cùm interim ille sit necessarius. Ioan. 8. Quia qui ex Deo est, verba Dei audit. Sed nõ sufficit. 1. Ioan. 1. Non enim auditores verbi, sed factores gloriabuntur. Item benè dixit *verba mea hæc*: quia quicquid ad salutem pertinet, ibi continetur. Vnde qui audit verba hæc, & facit, *assimilabitur viro sapienti*. Et non dicit quòd sit sapiens, sed assimilabitur. Et potest hæc similitudo intelligi de corporali ædificatore, & sic plana est litera: Vel potest intelligi spiritualiter, & sic vir iste est Christus. Eccles. 6. Virum vnum de mille reperi. Domus Christi est Ecclesia. Scit enim qualiter oportet ædificare. Vnde de ipso, Prou. 9. Sapientia ædificauit sibi domum. Et Prouerb. 14. Mulier sapiens ædificauit domum suam (supra petram.) 1. Cor. 10. Petra autem erat Christus. Vnde Christus super se ædificat: ipse enim est fundamentum. Vnde 1. ad Cor. 13. Fundamentum aliud nemo ponere potest, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus: hoc enim est fundamentum veritatis æternæ. Hoc autem est omninò immobile. Psal. 124. Qui confidunt in Domino, sicut mons Syon. Sequitur impugnatio huius domus. *Et descendit pluuia*. Pluuia doctrina intelligitur. Et est bona & mala pluuia. Ergo quæ irruit, est mala doctrina. Genes. 19. Dominus pluit super Sodomã sulfur & ignem. Item, flumina sunt bona & non bona. Esa. 18. Diripuerunt flumina terrã eius: & per hoc significantur sapientes esse. Ista flumina ex pluuiis generantur per ventos, dæmones. Vnde in Canonica Iudæ: Nubes sine aqua, quæ à ventis circumferuntur, &c. *Et irruerunt in domum*: id est, in Ecclesiam. *Et non cecidit*. Non enim dirumpentur funiculi eius in æternum. Esa. 32. Et quare fundata erat super petram, id est Christum? Athanasius lib. Quæstionum ad Antioch. principem, qu. 43. Quis est enim ille homo, qui ædificauit domum suam super petram? Sanctus Petrus. Petra, Christus: domus, fides: ventus, diabolus est. Qui verò super arenam ędificauit, Iudas est. Arena siquidem est sterilis. Theophilus Antioch. lib. Allegoriarum 1. in quatuor Euangelia, quædam paulo immutat. Petra, inquit, Christus est intelligẽdus: domus, vita hęc præsens innixa Deo: flumina & venti, impetus persecutionis: arena, hæresis, in qua quicquid ædificatum fuerit, cadit. Hieron. in Matth. Descendit pluuia ista, quę domũ subuertere nititur, diabolus est: Flumina verò, omnes Antichristi, qui contra Christum sapiunt: Venti, spirituales nequitiæ in cœlestibus. *Fundata enim erat supra petram, &c.* Super hanc petram Dominus fundauit Ecclesiam. Ab hac petra Apostolus Petrus fortitus est nomen. Super huiusmodi petram non inueniuntur serpentis vestigia. De hac & Propheta loquitur confidenter, Ps. 39. Statuit supra petram pedes meos. Et in alio loco: siquidem Psal. 103. Petra refugium leporibus siue herinaceis. Timidum enim

Dionysius.

Alia similitudo.

Auditus verbi non sufficit.

Th. Aq.

Quæ dom⁹.

Quæ pluuia

Athanas.

The. Ant.

Hieronym.

animal in petræ cauernas se recipit, & cutis aspera & tota armata iaculis tali se protectione tutatur. Vnde & Moysi dicitur eo tempore, quo de Ægypto fugerat, & lepusculus Domini erat: Sta in foramine petræ, & posteriora mea videbis: Exod. 33.

Euthym. Euthymius paulò aliter, ita tamen vt ex parte concurrat. Domum quidem, inquit, Christus appellat, intelligentis animæ operationem, quæ variis ædificatur virtutibus. Petram autem, præceptorum eius firmitatem, quæ fundant & firmant ea, quæ superædificata sunt, & omnes tentationum insultus, ne euertantur custodiunt: suadendo omnes contumelias, multiplicésque illecebras, etiam mortem ipsam despicere, nec ob vllum despiciendum mollescere, aut terga dare. *Et descendit imber, & venerũt flumina, flauerúntque venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim erat super petram.* Ad intellectum quidem communem, per imbrem, fluuios & ventos, varias innuit tẽtationes: Anagogicè verò per imbrem intelligimus commoti animi cogitationes, quas G immittunt dæmones animis: fluuios autem, affectiones ad perditionem detrahentes: ventos verò, dæmones, qui nequitiæ spiritus dicũtur. Siue sensibiles, siue intelligibiles dixerimus tentationes, omnes hæ in prædictam domum irruentes, siue insilientes, aut illi ruinam minitantes, non potuerunt deiicere aut dissoluere eam, quia fundata erat firmiter supra petram, siue super soliditatem, vt dictum est. Statim itaque Apostolos mihi intuere, in quos plurimæ defluxerunt insidiæ, ac innumeræ calamitatum hyemes deciderunt, nec valuerunt animarum eorum turrim euertere, sed perditis certè corporibus animo permanserunt inexpugnabiles ac insuperabiles. *Et omnis qui audit hæc verba mea, & non facit ea, assimilabitur viro fatuo.* Quia multi auditorum laudaturi erant quæ dixerat, nec tamen ea facturi, per parabolam hos anticipando deterret. Positis autem prudentis atque fatui operibus, illius autem rationi consonis H & honestis, huius autem vanis: vtrinque discipulorum confirmauit salutem, & per zelum prudentiæ, & per odium vani laboris. Hoc autem frequenter facit, ad virtutem adhortans, & ab imitatione bonorum, & ab odio malorum. *Qui ædificauit domum suam supra arenam: & descendit imber, & venerunt flumina, flauerúntque venti, ac irruerunt in domum illam, & cecidit.* Meritò stultum illum nominauit. Quid enim insipientius eo, qui domum suam super arenam ædificat, & cùm laborem sustineat, priuatur tamen fructu, quem inde colligere oportuit? Hoc ergo est, ac si diceret: Omnis qui postquàm præcepta mea didicit, super ea quasi super solidum fundamentum, suas actiones non ædificat, hoc est, non conuersatur iuxta id quod illa admonent, sed alia incedit via, stultus est, & vanè laborat, hoc est, variis tentationibus, afflictionis tempore, facilè superabitur. Quum autem talis ob aliud nihil prætermittat I salutis præcepta, quàm propter viam arctam & angustam, erit sanè arena voluptatum amor, super quam ædificat suam conuersationem: Ideóque ingruente tentatione, in negationem cadit, non ferens acerbitatem, eo quòd laboribus, durísque asperitatibus non sit assuetus. *Et fuit ruina ipsius magna.* Magna vtique. Neque enim ab honore excidit, aut diuitiis, seu alia huiusmodi humana prosperitate, sed à fide in Christum. Nam qui infidelis est, non cadit, sed iacet penitus in fouea erroris: qui verò ab hac extractus, & ad fidei altitudinem subleuatus, postea reuocatur, hic cadit, & à via

Hilarius. excidit æterna. Hilarius in Matth. Sensus igitur iste superioribus iunctus est. Obiur-

Conclusio. gans enim Pseudoprophetarum iactantiam, & hypocritarum figmẽta, per comparationis exemplum, perfectæ in se fidei hominem exponit: Quòd is, qui verba sua & audit, & facit, super petram sit ædificatus, & fundamento stabili firmóque incidentium tempestatũ impetu non possit dissolui. K In petra Dominus seipsũ significat, validũ excelsi ædificij fundamẽtum: eũ autẽ, qui ex se in sublime opus excreuerit, moueri nõ posse vel pluuiis, vel fluminibus, vel vento. In pluuiis, blandarum & sensim illabentiũ voluptatum illecebras significat, quibus primùm fides ruinis patentibus immadescit. Postquàm torrentium procursus, id est, grauiorum cupiditatum motus incurrit, atque exinde tota ventorum vis circunflantium desæuit, vniuersus scilicet diabolicę potestatis spiritus infertur. Sed fundamento petræ homo ædificatus insistet, nec moueri loco suo poterit. Stultus verò hæc audita dissimulans, tanquam arenæ opus ædificationis impenderit, infideliter stat, citò pluuiis illabentibus subluendus, & fluminibus propellendus, & ventis differendus, secundum naturam arenæ super quã ædificatus est, cũ graui ruinæ suæ strage soluẽdus. Atque ita superiorũ cõturbationũ exẽplo

Dominus

A Dominus non voluit & efficere quæ iuſſit,& credere quæ ſpopondit. Auguſtinus lib. 2. de ſermone Domini in monte, cap. 40. Concluſio ergo huius totius ſermonis quàm terribiliter inferatur, valde attendendum eſt. Omnis ergo, inquit, qui audit verba mea hæc,& facit ea, ſimilis eſt viro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſuper petrã. Non enim quiſquam firmat quæ audit vel percipit, niſi faciendo. 1. Cor. 10. Et ſi petra Chriſtus eſt, ſicut multa ſcripturarum teſtimonia prædicant, ille ædificat in Chriſto, qui quod audit ab illo, facit. Licebit verò in maius diſcendi & meditandi argumentum profuſiorem huius ſimilitudinis explicationem ex Chryſoſtomo tranſcribere. Ille igitur homil. 20. Oper. imperf. in Matth. Diabolus, inquit, inſipiens vir ædificauit domum ſuam ſuper arenam. Domus enim eius ante Chriſtum fuerunt omnes Gentes. Sicut enim ſancti domus facti ſunt Chriſti, ita & impij domus ſunt inimici. B Ædificati autem fuerunt ſuper arenam, id eſt, ſuper inconſtantiam infidelitatis. Si enim conſtantia fidei dicitur petra, rectè & inconſtantia infidelitatis vocatur arena: id eſt, idololatria, quæ per varias idolorum culturas ſemper diſperſa eſt. Aut certè ſuper arenam, id eſt, ſuper carnales homines ac infideles. Ideò tales homines arena dicuntur, non terra: quoniam quidem terra fructum facit, arena autem ſterilis manet. Deinde quia terra quidem vnita eſt,& in ſeipſam conſtricta: arenæ autem grana non conueniunt ſibi, nec adhærent ad inuicẽ: ſic ſunt & omnes infideles, qui ſub diabolo ſunt: non ſunt vniti, nec vnum ſapiunt, ſed ſunt per diuerſas opiniones diſperſi. Et alius quidem ſic dicit, alius autem ſic. Sic & dogmata Philoſophorum nos docent, quæ ſunt contraria ſibi ſemper. Eo modo perfidia hæreticorum, qui nunquã ſapiunt vnum, ſed quot ſunt, tot ſententias habent: propter quod arenæ aſſimilatur omnis diaboli populus. Populus autem Dei non ſolũ vnitus eſt quaſi terra, quæ quãuis compacta ſit, tamen ſolubilis eſt: ſed eſt ſicut lapis conſtrictus & indiſſolubilis. C Tertiò, quia diaboli populus non numerabilis eſt, ſicut arena: Dei autem ex multis pauci ſunt electi. Pluuia autem eſt doctrina: quia ſicut pluuia irrigat terram, vt proferat fructum: ſic doctrina hominem irrigat, vt iuſtitiã operetur: ſicut dicit Deus per Eſaiam (cap. 5.) de tollenda Iudæis doctrina. Et mandabo, inquit, nubibus, ne pluant ſuper eam pluuiam. Nubes autem dicuntur Prophetæ & Apoſtoli: quia ſicut nubes baiulant pluuiam, & effundunt eam ſuper terram, ſic & Prophetæ & Apoſtoli accipiunt verba à Deo, & effundunt ſuper rationabilem terram. Sunt autem nubes, quæ à ſpiritu ſancto excitantur: & ſunt nubes, quæ à ſpiritu poteſtatis aëris, ſicut dicit Propheta Pſal. 17. Tenebroſa aqua in nubibus aëris. Nubes autẽ quæ à ſpiritu ſanD cto excitantur, candidam baiulant aquam, id eſt, veram & ſanctam doctrinam. Quæ autem à ſpiritu aëriæ poteſtatis, tenebroſam baiulant aquam, id eſt, falſam & impiam doctrinam, quæ non illuminat, ſed tenebreſcere facit mentes eorum, qui ſuſcipiunt eam. Venti autem ex parte quidem mala, ſunt immundi ſpiritus, qui intra hominum præcordia flant: ex parte autem bona, ſpiritus diuerſarum virtutum, vel angeli, qui inuiſibiliter in ſenſibus hominum operantur, & adducunt ad bona. Et vide proprietatẽ rerũ. Pluuiæ proprium eſt mollire, & ſoluere: ventorum autẽ, cum virtute vrgere. Sic ergo impiorum nubes falſa ſua doctrina & promiſſionibus molliunt homines, & blandimentis & perſuaſionibus ſoluunt: diabolus enim intrat in corda eorum quaſi ventus, & inuiſibiliter vrget conſentire mendaciis eorum, vel in cætera peccata cõpelE lit. Sic & in parte bona ſanctæ nubes doctrinam iuſtitiæ perſuadent hominibus, & rationabiliter placant. Spiritus autem ſanctus vel Angeli, quaſi proſperi venti, proſperãtes in cordibus, faciũt homines acquieſcere veritati. Sicut enim nõ eſt poſſibile, vt ex ſola pluuia fructificet terra, niſi flauerit ſuper eã ventus: ſic non eſt poſſibile, vt ſola doctrina corrigat hominẽ, niſi cooperatus fuerit ſpiritus ſanctus in corde ipſius. Flumina autem ſunt ex parte quidem mala homines immundo ſpiritu pleni, & inverboſitate ſtructi: quales ſunt Philoſophi diuerſorum dogmatum, Oratores, Grammatici, cæteríque non ſecundum Deum ſapientes, de quorum ventre exeunt flumina aquæ mortuæ: Ex parte autem bona, Euangeliſtæ, doctores, populi, cæteríque ſapientes ſecundum Deum, de quorum ventre exeunt flumina aquæ viuæ. Eccleſiam ergo, quam Chriſtus vir ſapiens ædificauit ſuper petram, neque pluuia mendacis doctrinæ corrũpit, neque diabolicus vẽtus impellit, neque violentorũ fluminum impetus mouet. Nã etſi humiliatur Eccleſia propter tentationem, tamen perire non poteſt propter fidem

Auguſtin.

Chryſoſt. *Diaboli ſtructura vana eſt.* *Domus.* *Arena.*

Pluuia.

Nubes.

Venti.

Christi. Nec est contrarium, quòd quidam de Ecclesia cadunt: illi enim nunquam F
Christiani fuerunt. Sicut enim non omnes qui sunt ex Israël, hi sunt Israëlitæ: sic nõ
omnes, qui Christiani dicuntur, sunt & Christi. Christianorum enim opera sunt as-
picienda, non nomina. Dicit enim Apostolus 2. ad Tim. 2. Cognouit Dominus qui
sunt ipsius. &, Discedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen Domini. Ergo qui
discedit ab iniquitate, ille est Christi, non qui vacuè nominat nomẽ Christi. Illi enim
tales nec super petram fidei erant ædificati, sicut inferiùs ostẽdemus. Aduersus domũ
autẽ, quã ædificauerat stultus sibi super arenam, id est, aduersus Gẽtiles & omnes im-
pios, qui sunt diaboli domus, descendit pluuia, id est, veritatis doctrina per Prophetas
& Apostolicas nubes: descenderunt venti, id est, gratiæ spirituales, aut Angeli, qui in-
uisibiliter operantes, homines ad fidem veritatis inclinant: Venerunt flumina, id est
quatuor Euangelistæ, aut cęteri sapientes, & impegerunt in domum illam, & sic ceci- G
dit domus diaboli, & spiritualibus instrumentis erecta est domus Christi. Et ne mi-
reris, quia Gentes venientes ad fidem, cecidisse dicuntur. Ceciderunt enim diabolo,
vt resurgerent Christo. Ecce enim omnis homo, quamdiu ambulat in peccatis, dia-
bolo stat, Christo autem iacet: cùm autem conuersus fuerit ad iustitiam, diabolo qui-
dẽ cadit, Christo autem surgit. Dicit enim Propheta de hominibus liberatis à Chri-
sto: Ascendit in altum, captiuam duxit captiuitatem. Ps. 67. Item Dominus, Luc. 11.
Quamdiu fortis armatus custodit domum suam, in tuto sunt omnia eius: cùm autem
venerit fortior, diripiet vasa eius, videlicet homines impios, ex quibus ædificata fue-
rat diabolo domus. Si ergo secũdum Prophetiã captiui dicũtur, si spectes diabolum: si
autem spectes Christum, ad libertatẽ fidei sunt cõuersi: Sic direpti dicuntur secundũ
Christum: consequenter & cecidisse dicuntur quantum ad statum suum priorem, qui H
surrexerunt in fide. *Et facta est ruina eius magna.* videlicet idolis in toto mũdo destructis,
Ruina domus Sathanicæ. mendaciis in tota terra conuictis, erroribus solutis, iam totus mundus diabolo ceci-
dit, Christo autem surrexit. Sic ergo domum, quam stultus ædificauerat super arenã,
sapiens rex spiritualibus armis sanctorum suorum destruxit: domum autem, quam sa-
piens Christus ædificauit super petram, stultus diabolus fallacibus argumentis mini-
strorum suorum nunquam poterit dissipare. Huic ergo viro sapienti Christo similis
est Christianus omnis, qui ædificat se super petram, id est Christum. Qui enim audit
verba Christi, & facit ea, ipse est qui ædificat se super petram Christũ. Christus enim
charitas est, & qui ædificat in charitate, super petram Christum se ædificat. Qui ædi-
ficat se in mansuetudine, ædificat se super petram, id est Christum: Christus est enim
mansuetudo. Qui ædificat se in castitate, ædificat se super petram Christum: Christus I
est enim castitas. Qui ædificat se in misericordia, ædificat se supra firmam petram
Christum: Christus enim misericordia est. Et in quacunque specie boni ædificaue-
rit se homo, super petram Christum se ædificasse videtur: quia omne bonum est
Christus. Similis autem est Christo, quoniam sicut Christi Ecclesiam ædificatam
super petram nulla eam aduersitas diruere potest: sic talem Christianum qui se ædi-
ficauerit super Christum, nulla eum aduersitas diruere potest, vt dicat cum Paulo,
Romanorum 8. Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia,
&c. Stulto autem diabolo similis est omnis Christianus, qui se ædificat super arenam.
Super arenam autem ædificat se, qui audit verba Christi, & facit ea. Verba enim quæ
non conuertuntur ad opus, arena sunt spargibilis. Sicut enim grana arenæ non
conueniunt in vnum, neque adhærent ad inuicem, sed semper sunt separata: sic K
verba quæ audiuntur, & non conuertuntur in vnam iustitiæ massam per opus, se-
parata sunt & dispersa. Et ideò assimilantur arenæ, quæ nunquam in semetipsa
coniungitur. Ergo super arenam se ædificat omnis Christianus, qui ex auditu so-
lo verborum credit in Christum, & non per opera bona se confirmat in Christo.
Sed & qui facit opera mala, super arenam ædificat. Arena enim est omnis malitia, si-
cut diximus suprà: & qui in bonis mundialibus instruit, se super arenam ædificat.
Similis autem stulto diabolo est: quia sicut diaboli domus, id est, idololatria à Chri-
sto destructa est per opera ministrorum eius, & gratiarum: sic & ille hodie aut
cras destruendus est à diabolo per opera ministrorum eius, vel dæmonum, vel ho-
minum impiorum. Et tales sunt hi, quos cadere de Ecclesia significauimus suprà:
eò quòd non se ædificauerint super petram, sed magis super arenam. *Et erit ruina eius*

magna

A *magna.* Quomodo magna? Sicut enim domus, quæ habet validum fundamentum, si pars aliqua parietis vel tecti ceciderit, ruina eius magna non erit, quia potest fieri vt iterum reparetur: si autem fundamentum eius casum fuerit passum, tunc est ruina eius magna, quia tota venit deorsum: Sic & Christianus si aut fornicatus fuerit, aut adulteratus, aut homicidium fecerit, cecidit quidem: tamen ruina eius magna non est, quia iterum pœnitentia surgere potest sicut Dauid. Si autem de fundamento fidei aliquid fuerit passus, id est, si præuaricatus fuerit, & ad Gentiles aut hæreticos transierit, tunc est ruina eius magna, quia totus funditùs ruit. Cæterùm ex his omnibus discimus nos nostra culpa ruere, cùm nostrum sit in Christo ædificare. Vnde confirmatur liberum arbitrium in bono, & nostra cooperatio cum Deo. Hoc probat Chrysostomus homil. Quod nemo lædit nisi à seipso. Hoc est, inquit, quod nobis indicat & Chrysost.

B illa parabola, quæ de illis scripta est, quorum alius ædificauit supra petram domum suam, alius supra arenam: Non vt arenam vel petram intelligamus, neque vt ædificium ex lapidibus & lignis consideremus extructum, neque vt flumina & imbres & ventos, qui impingunt in domos illas materiales putemus: sed vt hæc esse intelligamus vel virtutem animi, vel ignauiam: & vt ex his aduertamus, quòd nisi qui se ipse læserit, ab alio non potest lædi. Non ergo neque pluuia, neque flumina cum impetu descendentia, neque venti validissimi commouere potuerunt domum suam supra petram fundatam: vt ex hoc intelligamus, quia qui seipsum non prodiderit, nec à seipso fuerit motus, nulla superueniens tentatio deiicere eum poterit, aut mouere. Illud verò aliud ædificium facilè subuertitur, non pro tentationum violentia, alioquin & illud aliud ædificium deiecisset: sed propter fundamenti, id est, propositi infirmitatem. *Aliud petra, aliud arena.*

C Arena enim est res mobilis & fluens, quæ sine dubio instabilitatem atque inconstantiam designat animorum. Non ergo, vt diximus, lapsus & ruinæ causa tentatio est, sed instabilitas animi & ignauia, quæ etiam sine tentatione interdum sponte deiicitur: sicut & ipsa fabrica, quæ super arenam fundata est, etiamsi flumina ventique non vrgeant, ipsa tamen paulatim effluens instabilis arenæ ædificij crepidinem subruit & euertit. Nam & arenæ sponte rumpuntur: Adamas verò nec malleis cæsus infringitur. Ita ergo qui à semetipso non lædit, etiamsi tundatur, ab aliis non potest lædi: qui verò animi sui ignauia proditur, etiam nullo perurgente sponte defluit, & resoluitur: sicut & Iudas ille non solùm nullo extrinsecus impellente delapsus est, sed è contrario pluribus adiutus remediis stare non potuit. *Et factum est, cùm cõsummasset Iesus verba hæc, admirabantur turbæ super doctrina eius.* Euthymius in Matth. Tu autem, inquit, ad- Euthym.

D mirare turbarum attentionem ac tolerantiam in audiendo, quæ donec complecterẽtur omnia doctrinæ verba, libenter perseuerabant: obstupuerunt verò tanquam ab inuidia ac malitia alieni. Deinde quoque causam ponit stuporis. *Erat enim docens eos, sicut potestatem habens, & non sicut Scribæ & Pharisæi.* ὡς ἐξουσίαν ἔχων, vt habens authoritatem. Maiorem enim vim habet, quàm si diceret δυνάμιν, id est potestatem. Relucebat enim in ipso quædam maiestas, quæ omnium animos in se raperet. Vnde dixit, ἐξεπλήσσοντο, stupuerunt & attoniti facti sunt. Sunt qui istud referant ad modum seu stylum Christi, quo nemini adulatus, quicquid erat veritatis, palàm fecerat. Vnde & prosequitur Euthymius. Docebat cum increpandi fiducia, & non cum metu, quemad- Idem.

E modum Scribæ: Vel quia Scribæ à lege & Prophetis proferebant ea quæ docebant, vtpotè dicentes: Hæc iubet lex, Ista dicunt Prophetæ. Christus verò accepta à seipso authoritate, docebat, ac legem ferebat, & continuè addebat, Ego autem dico vobis: & tanquam futuri iudex sæculi, bonis quidem promittebat salutem, malis verò comminabatur supplicium. Rupertus lib. 7. in Matth. Ergo potestatem non habere in do- Rupertus.
cẽdo, est bona loqui, & esse malos Scribas & Pharisæos, volendo placere hominibus, & adulando diuitibus, vt ex eis aliquid commodi adipiscantur. Contra tales apud Ezechielem sermo propheticus hoc modo grandissimè inuehitur. Ezech. 13. Hæc dicit Dominus Deus: Væ qui consuunt puluillos sub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis, ad capiendas animas. Et cùm caperẽt animas populi mei, viuificabant animas eorum, & violabant me ad populum meum, propter pugillum hordei, & fragmen panis, vt interficerent animas, quæ non moriuntur, & viuificarent animas quæ non viuunt, mẽtientes populo meo credenti mendaciis. Quid enim est viuificare animas, quæ non viuunt, & interficere animas quæ non moriun-

tur, nisi iustificare impium, & condemnare pium pro muneribus? Hoc namque tale F
est, quale esset consuere puluillos sub omni cubito manus, & facere ceruical sub capite vniuersæ ætatis, & hoc propter pugillum hordei, & fragmen panis, id est propter emolumentum vel commodum temporale, vile nimis vel exile comparatione detrimenti iustitiæ, quod sibi talis adulator peccati alieni scienter acquirit. Num ergo hi tales in docendo potestatem habent? Immò serui seruorum, impotes & vænales cliē-
Hierony. tuli sunt. Hieronymus hoc refert ad maiestatem docentis. Scribæ enim, inquit, ea docebant populos, quæ scripta sunt in Moyse & Prophetis. Iesus verò quasi Deus & Dominus ipsius Moysi, pro libertate voluntatis suæ, vel ea quæ minus videbantur, addebat in lege: vel commutans prædicabat in populos, vt suprà quoque legimus:
Chrysost. Dictum est antiquis: Ego autē dico vobis. Quinetiam, vt scribit Chrysostomus hom. 26. Operis perfect. in Matth. Terribilis illius iudicij faciens mentionem, se monstrabat esse iudicem de præmiis atque suppliciis. Vnde consequens erat illos per ista G
turbari.

Christi attactu & imperio leprosus in montis decliuio sanatur: & quæ sacerdotum fuerit authoritas in lepra discernenda.

Matth. 8.	Marc. 1.	Luc. 5.	Ioan.
CVM autem descendisset de monte, secutæ sunt eum turbæ multæ: & ecce leprosus veniēs, adorabat eum, dicens, Domine, si vis, potes me mundare. Et extendens Iesus manum, tetigit eum, dicēs, Volo, mundare. Et cōfestim mundata est lepra eius. Et ait illi Iesus, Vide nemini dixeris: sed vade, ostende te sacerdoti, & offer munus quod præcepit Moyses, in testimonium illis.	Et venit ad eum leprosus deprecans eum, & genu flexo dicit ei, Si vis, potes me mundare. Iesus autem misertus eius, extendit manum suam: & tangens eum, ait illi, Volo, mundare. Et cùm dixisset, statim discessit ab eo lepra, & mundatus est. Et cōminatus est ei, statimque eiecit illum: & dicit ei, Vide nemini dixeris: sed vade, ostēde te principi sacerdotum, & offer pro emundatione tua quæ præcepit Moyses, in testimonium illis. At ille egressus cœpit prædicare & diffamare sermonem: ita vt iam nō posset manifestè introire in ciuitatē, sed foris in desertis locis esset, & conueniebant ad eum vndique.	Et factum est, cùm esset in vna ciuitatum, & ecce vir plenus lepra, & videns Iesum, & procidens in faciem, rogauit eum, dicens, Domine, si vis, potes me mundare. Et extendens manum, tetigit eum, dicens, Volo, mundare. Et confestim lepra discessit ab illo: & ipse præcepit illi, vt nemini diceret: sed, Vade, ostende te sacerdoti, & offer pro emūdatione tua sicut præcepit Moyses, in testimonium illis. Perambulabat autem magis sermo de illo: & conueniebant turbæ multæ, vt audirent, & curarentur ab infirmitatibus suis. Ipse autē secedebat in desertum, & orabat.	H I

Introductio

NON SATIS est arboribus, si folia habuerint, nisi simul & fructus producant: nec enim foliis, sed fructibus pascimur. Ita neque satis Christus fecisse arbitratus est, si populum in monte, doceret, nisi quod de arboribus fructiferis dixerat, ipsemet in seipso spectādum daret, fructus miraculorum & curationum proferens, quibus omnes intelligerent ipsum esse verè saluatorem mundi. Eapropter & K
in monte, & in ipsius descensu oblatos curat. Sic enim, vt dixit Petrus, (Act. 10.) pertransiuit bene faciendo, & sanando omnes languores. Hoc narrat
Hieronym. Mathæus in curatione leprosi, qui sese Christo descendenti obtulit. Hieronymus in
Summa. cap. Matth. 8. Primus, inquit, ei se obtulit leprosus. Necdum poterat enim cum lepra tam multiplicem in monte saluatoris audire sermonem. Et notandum quòd hic primus specialiter curatus sit, secundò puer centurionis, tertiò socrus Petri febriens in Capharnaum: quarto loco qui oblati sunt ei à dæmonio vexati, quorum spiritus verbo eiiciebat, quando omnes malè habentes curauit. *Et ecce leprosus veniens, adorabat eum dicens.* Rectè post prædicationem atque doctrinam, signi affertur occasio, vt per virtu-

tum

A tum miracula præteritus apud audientes sermo firmetur. *Igitur cùm descendisset Iesus de monte, secuti sunt eum turbæ multæ.* Chrysostomus homil.26.Oper.perfect.in Matth. Non secuti sunt aliqui Scribarum videlicet ac principum, sed qui erant à malitia liberi, incorruptæ sententiæ. Et per totum prorsus Euangelium hos ei cernis affixos: si- quidem cùm doceret, audiebant silentes, nihil vtique perstrependo, nec alicuius quæ- stionis obiectu consequentiam interrumpendo doctrinæ, neque Pharisæorum more tentantes, nec reprehensionem aliquam in illo reperire cupientes. Itaque iam sermone finito permanebant, sequentes illum, atque mirantes. Nec tantùm illæ turbæ, qui in monte erant, descenderunt: sed, vt scribit Hieronymus, occurrerunt etiam turbæ, quæ ad altiora ascendere non valuerunt. Origen.hom.5. in diuersos, hoc ad mysteriũ transfert. In montem scilicet (inquit) ascendere nequaquam poterant: quia quos delictorum sarcina deprimit, ad mysteriorũ sublimia nisi abiecto onere scandere mi-
B nimè valent. Idcircò & filij Israël primitùs in mõtem ascendere non poterant ad obuiandum Deo, quia Ægyptiaca grauati cõuersatione præpediebantur, sed solus Moyses ascenderat, & pauci cum eo seniorum Israël, Exod.18. Veluti denique tunc cum Domino discipuli in montem ascenderunt, & sic modò fideles animæ Deum timentes, & Dominum diligentes, regna cœlestia desiderantes, Dominum semper sequẽtes, post Dominum in illum cœlestem montem ascenderunt, audientes Apostolum dicentem, Col.3. Quæ sursum sunt sapite, quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei patris sedens. Descendente nunc Domino, hoc est inclinante se ad in-
C firmitatem, & impotentiam cæterorum, misertus imperfectioni eorum, vel infirmitati, secutæ sunt eum turbæ multæ, quidam propter charitatem, plerique propter doctrinam, nonnulli propter administrationem & curationem. *Et ecce leprosus veniens adorabat eum.* Lucas sic habet, *Et factum est, cùm esset in vna ciuitatum, Ecce vir plenus lepra.* Ambrosius lib.5.in Luc.cap.5.certum locum non exprimi censet. Thomas Aquin. in Matth.scribit, Matthæum historiam, prout gesta est, enarrasse: Lucam obiter tetigisse. Dixit autem Lucas, Christum in vna ciuitatum fuisse, vtique quia descendens de monte venit in vrbem Capharnaum, à qua non longè distabat, cùm occurrisset ille
D leprosus. Occasionem autem, quæ leproso audaciam suggesserit, vt se Christo offerret, explicat Ambrosius. Ille, inquit, qui excludebatur à lege, purgari se Domini potestate præsumens, non ex lege, sed supra legem esse gratiam iudicauerat, quæ leprosi maculam posset abluere. Ideóque vt in Domino potestatis authoritas, ita in illo fidei constantia declaratur. Potuerat pedem reuocasse, si legis seueritatem attendisset, Leuit. 13. & 14. quæ vetat ne leprosus cœtibus hominum se admiscere audeat. Verùm Christi benignitas, & in omnes quantumuis ægrotos propensissima voluntas faciunt, vt nihil non audeat. Beda in Luc. Videtur notare, quòd Christum audierit non venisse legem soluere, sed adimplere: Itaque illam in se humaniorem & faciliorem reddẽdam sperat, cùm à Christo non modò non eiectus, sed curatus fuerit. Verùm quis præter eas rationes, non agnoscat secreta vi quadam spiritus impulsum illum fuisse, vt animum minimè desponderet? Benignus est, dicebat apud se, neminem repellit qui ad
E ipsum confugerit, non abhorruit dæmoniacos aspectu horribiles, sed accedens eos curauit: quid non de eo sperare debeam? Nec enim leprosum dici existimemus, vt qui aliqua vel minima, & nõ apparente macula laboraret: vnde fieret, vt à promiscua multitudine non agnosceretur. Lucas enim scribit, quòd *vir erat plenus lepra*: Marcus autem, quòd *Iesus misertus est eius*: vt qui miserum lepræ statum præ se ferret. Eius autem fidem & ardorem notat Matthæus, dicens: *Veniens.* Fuerunt qui expectarent in via, donec Iesus transiret, vt illi qui curati sunt in via vrbis Hiericho: Iste occurrit Christo, & in turbas irrumpit. Heb. 11. Accedentem enim ad Deum oportet credere, quia est. Euseb.Emesenus in hom.Meritò quidem Domino de monte descenti leprosus occurrit, quia ad hoc venerat, ad hoc de cœlis descenderat, vt mundum sanaret, & à vitiorum lepra mundaret. Thomas Aquinas in Matth. cap. 8. Quædam enim infirmitates intrà latentes sunt, vt febres: quædam tamen etsi internæ sint, earũ tamen effectus extrinsecus se prodit, qualis est lepra. Ille ergo leprosus est, cuius mala voluntas manifestatur per malum actum. Albertus Magn. in Matth. cap. 8. Itaque cùm Christus sit virtus & sapientia Patris, in quantum sapientia est, docuerat in monte: in quantum autem virtus, adhibuit miracula. Quæ quidem magna esse oportuit,

Chrysost. *Qui Christũ sequantur.* Hieronym. Origenes. *Mysterium.* 1. 2. 3. Ambrosius. Thomas. *Vnde leprosus fiduciã & audaciã conceperit.* 1. Beda. 2. 3. Euseb.Em. Th.Aquin *Qui leprosus.* Albertus.

vt & perfectam virtutẽ demonstrarent. Tribus igitur modis magna fuisse deprehen- F
1. duntur, aut penes virtutem quæ conseruat substantiam secundum materiam, aut pe-
2. nes ea, quæ per sensum motiuam virtutem ministrant, aut penes ea quæ vitam com-
3. municant. Quod vt meliùs intelligatur, sciendum quòd alimentum conseruat sub-
Aristot. stantiam corporis. Animatum enim ab inanimato, vt dicit Aristoteles, duobus maximè differt, motu & sensu. Vita autem est actus animæ secundum ipsam suam essentiã. Inde fit, vt actus isti principales sint. Aut enim vita esse dicitur secundum id quod omnibus etiam indoctis apparet in animantibus & plantis: aut principium est perfectioris motus. Porrò per nutritionem vita primùm apparet in omnibus corporaliter
Dionysius. viuentibus. Et ideò Dionysius Philosophus dixit, Vitam esse principium speciei nutrimento idoneæ naturam assequens. His ergo suppositis, facilè colligemus Christi summum fuisse miraculum in curatione leprosi. Nam cùm summæ virtutis sit natu- G
Quid lepra. ram lapsam & deiectam restituere, hoc etiam in lepra curata cõspicitur. Omnis enim lepra corruptio est nutrimenti, ex corruptione venarum, ad fontes membrorum deriuata. Et ideò etiam membra cadunt leprosis. Perfectissima autem vita, secundum sensum & motum dissolutio est per paralysim. Ideò Christus à lepræ curatione orditur, vt ad hominis integram restitutionem se venisse ostenderet. *Et adorabat eum.* προσεκύνει αὐτῷ. Marc. γονυπετῶν αὐτῷ, genua incuruans illi. Luc. πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον, procidens in faciem. Sic quidem olim externa quadam corporis humiliatione, potentiores viros reuereri fas erat. Genes. 23. Sic Abraham adorauit populum terræ. Verum tamen pluris hîc habendum est adorandi verbum, cùm ex sequentibus facilè colligamus, quantam Christo maiestatem leprosus detulerit. Esa. 45. Te adorabunt, téque deprecabuntur. Psal. 44. Quoniam ipse est Dominus Deus tuus, adorabunt eum. Et alibi:
Origenes. Et adorent eum omnes Angeli eius. Origenes hom. 5. in diuersos. Deorsum currens H rogas, ô homo, & in monte nihil dicis? Quare sic? Quia tẽpus & tempora omni rei sub cœlo, tempus doctrinæ, & tempus curationis. In monte docuit, illuminauit, monuit, animas curauit, corda sanauit. Propterea ergo ego illa maiora tentare nolui, illa summa tardare passus sum. Ipsis ergo completis, nunc illi descendenti me offero. Cæte-
Adoratio. rùm antequàm peteret, adorare cœpit: antequàm rogaret, culturam ostendit. Adorabat eum, hoc ipso illum Deum & Dominum inuocans. Sic & illi beati Magi priùs
Ambrosius. procidentes adorauerunt eum, & ita demum ei munera obtulerunt. Ambrosius lib. 5. cap. 5. in Luc. Ille in faciem procidit, quod humilitatis est, & pudoris: vt vnusquisque de suæ vitæ maculis erubescat. Sed confessionem verecundia non repressit. Ostẽdit vulnus, remedium postulauit, & ipsa religionis & fidei plena confessio est. Nimi-
Erubescendum in peccatis. rùm quis est, quem suorum scelerum pudere non debeat? Erubescimus coram homi- I nibus prodire, si facies maculis conspurcata fuerit, neque erubescimus Deum & Angelos eius, qui deformatam iniquitatibus cõscientiam nostram intuentur? Facies meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Et quid Dominus de Maria sorore Moysi? Nónne, inquit, si pater spuisset in vultum eius, saltem septem diebus debuerat erubescere? Nam quia scelus suum, quod contra fratrem murmurando commiserat, in pudore non agnoscebat: ideò & lepra aspersa est: vt ex cõtagione corporis disceret, quam magis cõtagionem animæ verecundaretur. Aspice mihi publicanum, vt demisso vultu inclamat, Deus propitius esto mihi peccatori. Interim tamen non debet tantus es-
Ne pudor obsit. se pudor & verecundia, vt confessionem peccati prohibeat. Ne pudor prohibeat exo-
Tertull. mologesin peccati, vt monet Tertullianus lib. de pœnitent. cùm nec verecundia pro- K hibeat confessionem morbi. Ne quem pudeat ægram animam Christi ministris exhibere, cùm neminem suæ sanitatis cupidum pudeat, vlcus putridum, aut lepram etiã insigni medico reuelare. Hoc igitur in leproso obseruatur. Præcedit pudor, sequitur
Origen. confessio. *Domine*, inquit, *si vis, potes me mundare.* Origenes hom. 5. in diuers. Hoc igitur idem est, ac si dicat: Domine, tu qui dignè adoraris, qui meritò coleris, te quidem ego vt Dominum adoro, ideóque te Dominum dico. Per te enim omnia facta sunt. Voluntas tua opus tuum est. Voluisti vt hæc immundissima lepra in me veniret, siue
Christi omnipotẽtia. propter peccata mea, vt correptus pœnitentiam agerem: siue propter tuam prudentiã, vt mirabiliter me mundans, magnificeris. Omnia enim prouidenter facis, & salutem petentibus tribuis. Siue ergo hanc lepram propter peccata mea pertuli, dimittes culpas meas, munda me: siue propter prouidentiam tuam, mirabiliter munda me, vt ab

omnibus

A omnibus magnificeris. Tu priùs Naaman principem Syriæ per Helysæum à lepra mundasti, nihil tibi difficile est: potes, si modò velis. Statuere sibi videtur, quod dicitur per Psaltem: Quæcunque voluit Dominus fecit in cœlo, terra, mari, & omnibus abyssis. Sap. 12. Subest tibi cùm volueris posse. Hest. 13. In ditione tua cuncta sunt posita, & non est qui possit resistere voluntati tuæ. Si decreueris saluare nos, continuò liberabimur. Sed quia multa potest Deus, quæ non efficit, inquit Albertus in Matth. ideò coniungit cum potestate effectum, dicens, *me mundare*. Iob. 23. Ipse solus est, & nemo auertere potest cogitationes eius: & anima eius quodcunque voluit, hoc fecit, Rom. 9. Voluntati eius quis resistet? Hæc autem confessio an non maximæ fidei est? An non satis ostendit illum Christi diuinam maiestatem agnouisse? Cedo scilicet, cui regum aut principum, cui etiam sanctorum hîc nobiscum viuentium à leproso dici B potest, Si vis, potes me mundare? Syramnes Persarum rex, mirantibus quomodo non succederent facta verbis eius, dixit: Ego dominus verborum tantùm sum, non rerũ. In prouerbio quidem antiquo dictum est,

Albertus.

Fidei cõfessio expenditur & Christi virtus diuina. 1.

Plutarch. in Apoph.

Quis nescit longas regibus esse manus?

Verùm hoc dictum est, quòd multos, & longè dissitos habeant suorum mandatorum executores. Verùm qui illi sunt? Homines. Atqui vana salus hominis, vt scribit Psaltes. Et Hieremias, (cap. 17.) Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnẽ brachium suum. Quis ergo sic dixerit homini, nisi cum summa diuini nominis iniuria, *Si vis, potes:* maximè in re quæ naturam omnem superet? Velle quidem adiacet 2. mihi, perficere autem non inuenio, inquit Apostolus. Et quicunque misericordia ducuntur in proximum, quantumuis incurabili morbo laboret, volunt quidem, sed prodesse non possunt. Quòd si ægrotis aliquibus prosint, non id tamen pendet ex necessaria voluntatis consecutione, vt quia volunt, possint: sed quia applicauerunt actiua passiuis, adiunxerunt remedia. Deus enim de terra procreauit medicinam. Quod autem de iustis & electis dici potest, quòd eiecerunt dæmonia, & varios languores curarunt: Signa enim eos qui crediderint, hæc sequentur, inquit Christus, In nomine meo 3. dæmonia eiicient, linguis loquentur nouis, &c. Respondendum est, quòd virtus illa qua sanabant, non pendebat à voluntate eorum, sed à nomine Christi. Demum quod de virtute orationum, quæ ab electis fiunt, obiici potest, quibus Deus quæ petierint largiatur, etsi à voluntate & ardenti affectu proficiscantur, non omninò tamen earum effectus pendent à voluntate ipsorum, sed à virtute & liberalitate Dei. Ex his omnibus manifestum est, nec sanctis, nec principibus, nec cuiuis hominum, immò neque D creaturæ dici posse, *Si vis, potes*: vt possit, quia vult: soli autem Deo hoc ipsum deferẽdum est. Possunt multa Angeli, non omninò quia volunt, sed quia & hoc illis Deus dedit: & aliis indulsit. Si quidem Rom. 13. Omnis potestas à Deo est: itaque non pendet à voluntate creaturæ. Chrysostom. hom. 21. Oper. imperfecti in Matth. Non illum ergo petebat quasi hominem, sed adorabat, quasi Deum, & spirituali medico spiritualẽ afferebat mercedem. Nam omnes medici pecuniis, iste sola oratione placatur. Vere enim nihil est dignius quod offeramus Deo, quàm oratio fidelis. *Domine*, inquit, *si vis, potes*. Non de voluntate Christi ad omne bonum parata dubitat, sed de iudicio volũtatis. Christus enim cùm sit bonus, nociua non vult præstare, etiamsi rogetur. Nec enim expedit omnibus corporalis integritas. Quoniam ergo nesciebat, vtrũ E expediret ei curatio illa, nec ideò ambigebat de voluntate ipsius, quòd ad omne bonum parata esset, ignorans iudicia misericordiæ eius, dixit, *Si vis*. ac si dicat, Credo quia omne quod bonum est, vis: ignoro autem si bonum est mihi quod desidero. Hoc autem planè non dubito, sed potiùs credo: quoniam si bonum est id mihi, hoc vis. Hic ergo sermo non ostendit eum dubitare de misericordia eius, sed ignorare iudicia misericordiæ eius, & confiteri eius omnipotentiam. Idem hom. 26. Oper. perfect. in Matth. Non enim dixit, Si oraueris, potes me mundare: neque ait, Domine munda me: sed ipsi cuncta commisit, eúmque conferendæ sanitatis Dominum esse confessus est, atque in ipso constituit omnium potestatem. Fulgentius lib. 2. ad Thrasimundum regem. Deus enim, inquit, sola operatus est voluntate. Subest enim tibi cùm voles, posse. Cuius voluntatis omnipotentiam Euangelicus ille leprosus diuina illuminatione cognoscens, hanc ad suæ emundationis testatur sufficere effectum, dicens: *Domine si vis, potes me mundare*. Cùm dicit, *Si vis, potes*, ostendit diuinam voluntatem ipsam esse

Chrysost.

Idẽ Chrys.

Fulgentius.

Gr.Nanziã. pleniſſimam poteſtatem. Gregor.Nanz.Orat. de dogmate & ſtatu Epiſcoporum. Aut F enim hominem quoque ſermone aliquid efficientem oſtende, aut mihi concede Deũ non humano more procreare. Quòd ſi ſecus exiſtimas, age animo, & voluntate ciuitatem deſcribe, & ſtatim ciuitas repræſentetur: expete tibi filium naſci, & protinus tibi puer ſiſtatur: expete aliud quippiam eorum, quæ actione comparantur, & confeſtim in opus voluntas prodeat. Quòd ſi nihil horum voluntatem noſtram ſequitur, Dei autem voluntas cum actione coniuncta eſt: perſpicuum vtique eſt alio modo hominem agere, alio autem rerum omnium creatorem creare. Hæc ille. *Et extendens Ieſus manum, tetigit eum.* Origenes hom.5.in diuerſos. Et quid eſt quòd tetigit eum, cùm lex prohibeat leproſum tangere? Propter hoc tetigit, vt oſtenderet quia omnia munda mundis, quia aliorum aliis non adhærent inquinamenta, neque extranea immunditia immaculatos coinquinat. Sed ad hæc, propter quid tetigit? Vt humilitatem demonſtraret, & doceret nullum ſpernere, aut horrere, vel contemptibilem ducere, propter corporis læſionem, aut maculam, quæ à Deo immittitur, pro qua ipſe ſit redditurus rationem. Ambroſ. lib.5.cap.5. in Luc. Tangit, inquit, propter Manichæum. Nimirùm ita bonus Deus mala pœnæ contrectat, quæ immiſit, ne duo dij eſſe cum Manichæo credantur: Deus præmiorum, & Deus ſuppliciorum. Tangit etiam ad veritatem ſuæ carnis demonſtrandam. Vbi enim verus tactus eſt, verum ſit corpus neceſſe eſt. Siquidem, vt ipſe ſcribit Lucretius,

Origenes. *Cur Chriſtus tetigit leproſum.* 1. 2. Ambroſius. 3. 4. Lucretius.

Tangere, nec tangi niſi corpus, nulla poteſt res.

Chryſoſtomus hom.21.Oper.imperf. in Matth. aliam adfert rationem. Quia, inquit, in lege dictum erat, vt qui tangeret lepram, immundus eſſet vſque ad veſperam: tetigit lepram, non quaſi ſeruus legis, ſed quaſi Dominus. Nam lex legiſlatori ſubiecta eſt, H non legiſlator legi. Quid ergo? Soluit legem? Literam quidem legis ſoluit, propoſitum autem huius non ſoluit, ſed maiorem illi addidit dignitatem. Si enim lex facere potuiſſet, vt lepra non ſordidaret tangentem, nunquam iuſſiſſet homines vt non tangerent lepram. Ideò ergo lepram tangere prohibuit, quia facere non potuit, vt lepra non ſordidaret tangentem. Ille ergo qui lepram tangens ab ea inquinatus non eſt, nõ egit cõtra legem, ſed amplius fecit quàm lex iubebat: quia non ſolùm ſordidatus non eſt à lepra, ſed & lepram ipſam mundauit. Rurſus Chriſtus leproſum tetigit, curaturus, vt ſcribit Cyrillus Alexandr.lib.ad Reginas de recta fide, vt viuificam eius carnẽ, eíque vnitam diuinitatem colligeremus. Admirabere in iſtis, inquit, Chriſtum operantem vt Deum, ſimul & corpore. Vt quidem Deum, dum vult: vt hominem, dum extendit manum. Vnus igitur ex vtriſque filius. Nam quamuis verbum caro factum I ſit, operatur tamen vt Deus, cum ſua carne, quæ habet per illud virtutem. Albert. Magnus in Matth. Quæritur autem, cur Heliſæus curauerit Naaman non viſum, neque tactum, ſed verbo, (4.Reg.5.) Quare Chriſtus maioris virtutis exiſtens, non etiam verbo, vel etiam voluntate curauerit leproſum hunc, ſed & ipſum tetigerit? Dicendum quòd Heliſæus ſuæ infirmitatis conſcius, attactu curare noluerit: quin potius ad figuram ſacramenti miſit, in quo curatio perficitur: quod talem habere effectum extũc Deus præſignare voluit. Chriſtus autem, ſanitatem quam dant ſacramenta, ſacramentis non alligauit, quum nec propria virtute ſacramenta ſalutem conferant. Et ideò Chriſtus hic manu extenſa, extenſam quoque ſuam in noſtræ ſalutis effectus virtutem oſtendit. *Et dixit, Volo, mundare:* id eſt, purgator, ſeu ſis mundus. Siquidem breuibus K his verbis, primùm quod requirebatur, num vellet, aſſeruit. Ideò dixit, *Volo.* ad effectum autem voluntatis ſuæ, adiicit per modum imperantis, καθαρίσθητι, munderis. Hieronym. Hieronym. Non ergo vt plerique Latinorum putant, iungendum eſt, & legendum, Volo mundare: ſed ſeparatim, vt primùm dicat, Volo: deinde imperet, Mundare. Fulgentius. Fulgentius lib.2.ad Traſimundum. Sic Dominus hoc miſericordi effectu curationis, Origenes. oſtendit, quòd crediderat fideliter, qui popoſcit. Orig.hom.5.in diuerſos. Hoc ipſum eſt, ac ſi dicat: Confidens profiteris me ſi voluero poſſe, magnificè credis, magnificè etiam mundaris. Non dubitaſti credere, non tardo ſanare. Non diſtuliſti confeſſionẽ, non differam tuam purgationem. Atque vt magnam tibi gratiam oſtendam, ad te manum porrigo. Medicus ſum cœleſtis, corpora cum animabus curare poſſum. Propterea omnes tango, non vt infirmitas mihi adhæreat, ſed vt ab iis qui eam habent, expellam. Sol enim, ait, incõparabilis ſum, & Lunaiuſtitiæ. Ideò omnes ſalutis radiis perfundo,

Cyrill. Al. 6. Alb. Magn. *Quæſtio.*

A fundò, ipſe verò ſicut fui permaneo, in ſingularis meæ ſanctitatis pulchritudine. Non ſperno legẽ, ſed curo vulnus: nec deſtino mandatum, ſed fugo, atque mundo lepram. Ambroſ. Ambroſ. lib. 5. in Luc. cap. 5. Simul autẽ & illud mirabile, quod eo ſanauit genere, quo fuerat obſecratus. Si vis, potes me mundare. Volo, inquit, mundare. Habes voluntatẽ, habes pietatis effectum. Hilarius in Matth. Contactu corporis viſitatur, verbi vir- Hilarius. tute curatur. Chryſoſtomus homil. 21. poſterior. Oper. in Matth. Non ex quo ta- Chryſoſt. cta eſt lepra receſſit, ſed ex quo iuſſa eſt: Vt oſtendatur, quia non propter effugationem lepræ tetigit eum, ſed vt ſolueret legem. Alioqui quantum ad lepram, ſufficiebat ſermo tantummodò. Sed neque ſermo neceſſarius erat, ſed ſola voluntas. Ergo voluntas facta eſt, propter leproſum: verbum autem, propter ſpectantes. Nam ſi tacitè ipſum curaſſet, tot aſtantibus circa Chriſtum, quis ſcire potuiſſet, cuius virtute ſanatus eſſet? Quinetiam hoc ipſo imperantis verbo ſe coæqualem patri oſtendit. Cyrillus lib. 6. de Trinitate. Nam ſi filius non eſt virtus Patris, ſed adoptiuam tan- Cyrill. tùm virtutem habet, ſimilem creaturis: quomodo non arguatur, qui leproſum non increpauerit, dicentem: Domine, ſi vis, potes me mundare? ſed potius illius fidem confirmat, ab effectu, adiiciens, Volo, mundare. Ambroſius libr. 2. de fide, cap. 3. Sci- Ambroſ. uit etiam ſanctus Apoſtolus Petrus Ieſum in poteſtate habere, quæ vellet, & ideò cùm videret eum ambulare ſupra mare, ait: Domine, ſi tu es, iube me venire ad te ſuper aquam. Idem lib. 5. in Luc. cap. 5. Hoc enim eſt indicium poteſtatis, quia qua- Idẽ Ambr. ſi habens poteſtatem ſanandi, & iubendi authoritatem, & operandi teſtimonium non refugit. Volo ergo dicit, propter Photinum: imperat propter Arium. Idacius Idacius Clarus aduerſus Varimandum Arianum: Idcircò ſi quis obiiciat filium patre mino- Clarus. C rem eſſe, quia Patrem rogaſſe legitur: audiat & ipſum iubere. Nam cùm ei leproſus dixiſſet, Si vis, potes me mundare: non expectauit filius rogare patrem, vt ſanaretur infirmus, ſed ſuam voluntariè impartiens medicinam, ſolo tactu curauit eum, in quo tantùm vt curaretur, fidem inuenit, dicens ei: Volo, mundare. Damaſcenus Damaſc. lib. 3. de fide Orthod. cap. 17. Caro enim Domini diuinis actionibus ditata eſt, propter puriſſimam ad verbum vnionem, nequaquam proprietatum naturalium excidentiam ſuſtinens. Non enim ſecundum propriam actionem, ſed propter vnitum ſibi verbum diuina operatur, verbo per eam, propriam manifeſtante actionem. Nam & vrit ignitum ferrum, non naturali ratione vſtiuam poſſidens actionem: ſed ex vnione ignis ad ferrum illud obtinet. Ipſa igitur mortalis erat propter ſeipſam, & viuificans propter vnionem ad verbum. Simili quoque pacto & voluntatis Deificatio- D nem, non vt tranſmutata naturali motione, dicimus: ſed vt vnita ipſius diuinæ, & omnipotenti voluntati, & facta Dei humanati voluntas. Vnde cùm voluit latere, non potuit, Deo verbo complacẽte, per ſeipſum demonſtrare in ipſo veraciter eſſe humanæ voluntatis infirmitatem. Volens autem leproſi operatus eſt emundationem, propter vnionem ad voluntatem diuinam. Sciendum autem, quòd Deificatio naturæ & voluntatis quàm apertiſſimè manifeſtatiua & demõſtratiua eſt duarum naturarũ & duarum voluntatum. Quod ergo tangit, hominis eſt: quod dicit *Volo*, Dei & hominis interpretari poteſt: Dei quidem, cuius voluntas cauſa omnium effectum eſt: hominis autem, cuius voluntas diuinæ coniuncta vim diuinam propter coniunctionem aſſequitur. *Et confeſtim mundata eſt lepra eius.* Albertus Magnus in Matth. Tranſcendit Alb. Mag. E vtique hæc curatio omnis creatæ naturæ modum: quia non ſimplicis alicuius morbi, ſed lepræ curatio eſt: & quia non ſucceſſu tẽporis, ſed confeſtim mundata eſt. Geneſ. 18. Nũquid Deo eſt quicquam difficile? Nam cùm lepra, vt dictum eſt, corruptis vaſis, ſimul & alimentum hominis corrumpat, & ipſum in choleram nigram ex omni humore corrumpat: mundata lepra, mundata quoque ſunt & reſtituta cætera, quæ & cibum accipiunt, & ipſum digerunt & tranſmittunt: adeò vt in inſtanti integræ conſtitutioni reſtitutus fuerit. Ita tactus exterior, verbum etiam ipſum, non aures modò pepulit, aut in carnis ſuperficiem peruenit, ſed & intima quæque penetrauit. Heb. 4. Viuus eſt ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens vſque ad diuiſionem corporis & ſpiritus, compagum quoque & medullarum, & diſcretor cogitationum, & intentionum cordis. Et quid dico, in corporis intima verbũ penetraſſe? Penetrauit & animæ profundiſſimos receſſus, vt hominẽ integræ ſanitati reſtitueret. *Et dicit illi Ieſus, Vide ne cui dixeris: ſed abi, oſtende te ſacerdoti, & offer munus tuum,*

quod præcepit Moyses in testimonium illis. Chrys. hom. 21. Op. imperf. in Matth. Non dixit, F
Chrysost. Vade & ostende te sacerdoti, & nemini dixeris: sed primò, Nemini dixeris, & vade, ostende te. Non enim semper iubet illum tacere, sed quandiu ostẽdat se sacerdotibus,
Nõ omninò tacere Christus prohibuit. ne fortè si antè alicui nunciaret, de verbo in verbum audirent sacerdotes, & occasionẽ habentes lepræ, propter inimicitiam & odium Christi expellerẽt eum de populo quasi leprosum, nõ recipiẽtes mandatũ. Ideò iubet eũ offerre munus, vt si postmodum vellẽt eũ expellere diceret: Munera quasi à mũdato suscepistis, & quomodo me quasi leprosum expellilitis? Si enim adhuc leprosus eram, munera nõ debuistis à me quasi à mundato accipere. Si autem mũdus factus sum, repellere non debetis quasi leprosũ. Eadẽ
Mystica leprosi curatio. aliter: Omnia opera curationũ Christi habent in se mysteria dispositionũ Dei reconditarum. Ideò corporalia quidem rationum eius cõmoda, & illorum fuerunt tunc, & G
modò sunt nostra: spiritualia autem forsitan nostra sunt tãtummodò. Igitur hic leprosus, qui post verba doctrinæ, confestim iam quasi præparatus accessit ad curam, in figura fuit populi Iudaici, deorsum quidem consistentis, quia populus erat: qui audiẽs verbum quod dictum fuerat sursum, & credens & adorans salutem expetiit. Tangitur autem illa à verbo, & ita à lepra infidelitatis curatur, secundum quòd scriptum est: Et
Idẽ Chrys. mundi estis propter sermonem meum. Idem Chrysostomus homil. 26. Operis perfect. in Matth. Et quomodo, inquies, alibi prædicari permisit sua miracula? Respondet, tum permisisse, cùm patris gloriam plenius sanctificandam agnosceret: Vetuisse verò, cùm necdum agnosceretur, ne fortè suiipsius humanam gloriam quærere videretur. 2. Corint. 12. Si gloriari oportet, non expedit quidem. Ezechias enim iactans & ostendens thesaurum suum, illum simul cum regno perdidit. Es. 39.
Alb. Mag. Ita Matth. 13. Qui thesaurum inuenit, homo, abscondit. Albertus Magnus in H
Matth. Sed quid hoc videtur esse quod dicitur Marci. 1. Iste leprosus cœpit diffamare & prædicare sermonem, ita vt iam non posset intrare ciuitatem manifestè, sed foris in desertis locis esset: & conueniebant ad eum vndique. Et videtur benè fecisse iste, quia dicitur Tob. 12. Opera Dei reuelare & confiteri honorificum est. Iste autem confessus fuit opera Dei, non ad laudem suam, sed ad gloriam Dei. Esa. 12. Annunciate hoc in vniuersa terra. Responsio. Dicendum, quòd iste gloriam propriam non quæreret de hoc, quòd dignus habitus esset à Domino præ multis aliis
Cur Christus hoc publicare prohibuit. leprosis vt curaretur: quia hoc esset iactantiæ. Sed opus diuinæ potentiæ ad hoc factum fuit, vt potentia innotesceret & prædicaretur: & hoc fecit iste. Primùm autem cauit, & ideò inobediens non fuit. Cautelæ etiam fuit præceptum istud se-
Origenes. cundum Chrysostomum: & hoc notatur in ordine istorum præceptorum. Primum I
est. Et ideò non cauebat, nisi donec se ostenderet sacerdotibus. Origenes homil. 5. in diuers. Et quare, inquit, hoc Domine, dicet nemini? Propter meam humilitatem, propter meam dulcedinem: vt vos doceamini quando aliquid boni facitis, non gloriari aut extolli, vel inaniter placere velle, vel in conspectu, sicut consuetudo est quibusdam, qui cùm quid boni fecerint, seu ieiunauerint, seu in pauperum eleemosynis, largitatibus, necnon & in altaris honore, cultúque sanctorum. Etenim ipsi ante homines volunt gloriari, & sibi placere, ante Dominum mercedem perdentes. *Vide nemini dixeris.* Te enim tacente, hoc mirabiliter clamabit. Te enim os non aperiente, omnis virtus corporis tui iubilabit. Hesterno immundus, hodie mundus, ante pusillum horribilis, & nunc decorus. Vide ergo nemini dixeris, sed vade, ostende te sacerdoti. Ambulante te ad templum, videntes mirabun. K
Cur mittit ad sacerdotem. tur, & sacerdos videns expauescet, quoniam secundum legem semel & bis ab eo inclusus, & ostendens teipsum, mundari non potuisti. Vade ergo, ostende te sacerdoti, vt videns cognoscat, quia non per legis consuetudinem mundatus es, sed per gratiæ
L operationem: non propter terrenorum sacerdotum imaginem, sed per cœlestem summi sacerdotis splendorem. Vade, ostende sacerdoti teipsum. Sacerdoti te ostende à summo sacerdote missus, à summo sacerdote Dei Patris mundatus. Sed non videaris in cõspectu Domini inanis, non videaris ad sacerdotem manu vacua venire. Non venias in conspectu sancti templi infectuosus, sed offer munus tuum. Ad illum enim hoc tũc dictũ nos admonet omnes loquẽs, vt & nos dona & munera nostra non teneamus apud nos, sed reddamus gratias Deo, maximè cùm de aliqua liberamur tribulatione.
2. Offer, inquit, munus tuũ, Ioã. 5. Quare? Vt omnes qui videt portare, & offerre, credant

his

A his mirabilibus, & magnificent Deum, qui misertus est tui: & infidelis per hoc increpatio, & testimonium duritiæ cordis ipsorum fiet. Sic & illum 38. annis iacentem in infirmitate erigens à languore, iussit portare grabatum suum, & ire in domum suam, vt hunc ipsum lectus portatus ab eo per mediam ciuitatem clamaret, saluantem se inuocando & laudando. Sic & illum cæcum in natatoria Siloé misit, vt videntes ambulare illuc eundem cæcum, & iterum remeantem mirati & obstupescentes crederent huic talia mirabilia facienti. Hieronymus in Matth. Varias ob causas mittit eum ad sacerdotem. Primùm propter humilitatem, vt sacerdotibus deferret honorem. Sed & erat lege præceptum, Leuitic. 14. vt qui mundati fuerant à lepra, offerrent munera sacerdotibus. Deinde vt mundatum videntes leprosum, aut crederent saluatori, aut non crederent. Si crederent, saluarentur: si non crederent, inexcusabiles forent. Et simul ne, quod in eo sæpissimè criminabantur, legem videretur infringere. Chrysostomus homil. 26. Oper. perfecti in Matth. Quia enim homines, quandiu aliqua ægritudine detinentur, Dei sæpè meminerunt: morbo autem liberati, grauiùs obsidentur languore desidiæ: Idcircò præcipiens, vt ægroti videlicet & sani Deum iugiter recordemur, ei quem curauerat, ait, *Da gloriã Deo.* Qua verò de causa iussit, vt seipsum ostenderet sacerdoti, & munus offerret? Vt legem vtique rursus impleret. Non enim vtique illam resoluit, sed tunc quidem illud, & nunc istud effecit, tum futuræ viam Philosophiæ præstruendo, tum impudentissima Iudæorum ora refrænando, & infirmitati eorum necessaria condescensione meditando. Et quid omninò miraris, si hoc in prædicationis suæ fecit exordio, quando & Apostoli, quos certè ad Gentes ire præcepit, per quos & doctrinæ ianuas toti prorsus orbi iussit aperiri, & excludi legem, & instituta præceptorum nouari, omniáque ferè vetera cessare, inueniuntur quidem aliquando custodire legem, aliquando verò transcurrere? Et quid hoc, inquis, ad legis videtur spectare custodiam, si dixit, *Ostende te sacerdoti?* Immò vel maximè. Erat quippè lex vetus (Leuitic. 14.) ne leprosus de emundatione sua ipse decerneret, sed vt conspectui sacerdotis se offerret, & probationem suam oculis eius exponeret, atque ex illius sententia in numerum mundorum rediret. Nisi enim dixisset sacerdos leprosum esse mundum, adhuc cum immundis erat extra castra mansurus. Propter quod ait: *Ostende teipsum sacerdoti, & offer munus tuum quod præcepit Moses.* Non dixit, quod ipse præcipis: sed eum interim ad legem remisit, vndique ora obloquentium cõsuendo. Ne enim eũ dicerent rapuisse gloriam sacerdotum, opus quidem impleuit ipse, probationem verò permisit illis, quibus etiam de signis suis tribuit iudicandi potestatem. ac si diceret, Tam procul sum vt vel Moysi videar, vel sacerdotibus repugnare, vt eos quos ipse curaui, ad iudicium illorum remittam. Quid verò est quod ait, *In testimonium illis?* εἰς μαρτύριον αὐτοῖς, non modò exponi potest, communi cæterorum leprosorum modo: id est, ac si dicat: Vt illi ipsi testificentur lepram verè esse mundatam: sed & in redargutionem, in accusationem atque documentum, si peruersæ voluerint esse sententiæ. Quia enim dicebant, Vt seductorem ac deceptorem iure persequimur: Tu, inquit, mihi in illo tempore in testimonium eris, quòd à præuaricatione sim legis alienus: quippè cùm te curauerim, ad legem remitto, atque ad sententiam sacerdotum: quod certè erat honorantis legem, & Moysi præcepta venerantis, nec antiquis dogmatibus resistentis. Si verò nihil iam illis obseruatio ista præstabat, hinc quoque maximè possumus, quantus penes illum sit honor legis, agnoscere: quia & præuidens nullum iam eos fructum de obseruatione eius habituros, tamen quæ pertinebant ad illam, cuncta prorsus implebat. Nam & hoc totum vtique præsciebat, & illud nihilominus imperauit, non ad instructionem illorum, neque correctionem, profectò, sed in testimonium illis, hoc est in accusationem atque in redargutionem eorum, qui me legis esse aduersarium mentiuntur. Quæ à me, inquit, etiam facienda erant, facta sunt omnia. Eusebius Emissenus in hom. Porrò præcepit Moyses, vt leprosus, quando mundatur, offerat pro se duos passeres viuos, quibus vesci licitum sit, & lignum cedrinum, & coccum, & hyssopum. Et vnum è passeribus immolet in vase fictili super aquas viuentes, alterum verò in agrum auolare dimittat. Hoc enim vanum & inutile videtur, nisi fieri ille præcepisset, cui nihil vanum & inutile placet. Ille igitur qui mundatur, duos passeres offerat, & corpus & animam

Hieronym. 3.

B

Chrysost. 4.

Christus se legi submisit.

C

D

E

Euſ. Em. *Sacrificiũ pro leproſo quale, & quid ſignificauit.*

Domino reddat, vt iam non mundi voluptatibus, sed Deo seruiant. Qui benè F
viui offerri dicuntur, quoniam de morte ad vitam transferuntur. Quibus quia ve-
sci cibum licitum est, mundos eos esse, & à peccato liberos manifestat. Nihil enim
nisi mundum lex comedi iubet. Offert autem simul cum his & lignum cedrinum:
vt qui corpus & animam Deo reddit, incorruptam fidem & synceram conuersationē
se agere promittat. Cedrus enim incorruptibilis est, redolentisque naturæ. His au-
tem superaddat & coccum, vt charitatis igne succensus, Deum diligat & proximum.
Coccus enim ignei coloris est. Offerat præterea hyssopum, vt in petra radicatus
& fundatus, numquam à Christo separari valeat. Hyssopus enim naturaliter in pe-
tra nascitur. Petra autem erat Christus. Postquàm sic se totum Deo reddiderit, im-
molet vnum de passeribus in vase fictili super aquas viuentes. Hic enim passer cor-
pus est: ideóque in vase fictili immolatur, quia vasa terrea & fictilia sunt corpora
nostra. Immolatur autem super aquas viuentes, sicut sanctæ scripturæ immolari G
præcipiunt. Vnde Apostolus Rom. 12. Obsecro vos, inquit, per misericordiam
Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem,
rationabile obsequium vestrum. Hæc est viua aqua, quæ te benè passerem tuum
immolare docet. Iudæi enim non benè immolant, quia ad hanc aquam non ve-
niunt. Alterum verò passerem, id est, animam, in agrum auolare dimittat, qua-
tenus iam libera, nec terrena corruptione, mole grauata, virtutum alis ad cœle-
stia volare discat. Quia enim alter passer iam immolatus est, ideò iste liberè vo-
lat, & à nullo detinetur: corpus quod corrumpitur, aggrauat animam. Sap. 9. Hic
est igitur rectus pœnitentiæ ordo, vt quicunque mundandus ad Deum venit, priùs
seipsum totum offerat, fidem & charitatem, & in bonis operibus perseuerantiam H
promittat: carnem quæ peccauerat, in seruitutem redigat & affligat, & animam
iam libertate donatam ad cœlestia contemplanda volare dimittat.

Christus commendatione Presbyterorum, Centurionis quoque humilitate, pietate & fide permotus, puerum eius iam animam agentem sanitati restituit, fidem miratur: vocationem Gentium, & reprobationem Judæorum prædicit.

Matth. 8. | Marc. | Luc. 7. | Ioan.

Cùm autem introisset Capharnaum, accessit ad eum Centurio, rogans eum & dicens, Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & malè torquetur. Et ait illi Iesus, Ego veniam, & curabo eum. Et respondens Centurio, ait, Domine, non sum dignus vt intres sub tectum meum: sed tantùm dic verbo, & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: & dico huic, vade, & vadit: & alij, veni, & venit: & seruo meo, fac hoc, & facit. Audiens autem Iesus, miratus est: & sequentibus se dixit, Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel. Dico autem vobis, quòd multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraham & Isaac & Iacob in regno cœlorum: filij autem regni eiicientur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus & stridor dentium. Et dixit Iesus Centurioni, Vade: & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer ex illa hora.

CVM autē impleſſet omnia verba ſua in aures plebis, intrauit Capharnaū. Centurionis autem cuiuſdam ſeruus malè habēs, erat moriturus: qui illi erat pretioſus. Et cùm audiſſet de Ieſu, miſit ad eum ſeniores Iudæorū, rogās eū vt veniret, & ſaluaret ſeruū eius. At illi cùm veniſſent ad Ieſum, rogabāt eum ſollicitè, dicētes ei, Quia dignus eſt vt hoc illi præſtes: diligit enim gentem noſtram, & ſynagogā ipſe ædificauit nobis. Ieſus autē ibat cum illis. Et cùm iam non longè eſſet à domo, miſit ad eum Centurio amicos, dicens, Domine noli vexari. Non enim ſum dignus vt ſub tectū meū intres: propter quod & meipſum non ſum dignum arbitratus vt venirem ad te: ſed dic verbo, & ſanabitur puer meus. Nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites: & dico huic, vade, & vadit: & alij, veni, & venit: & ſeruo meo, fac hoc, & facit. Quo audito Ieſus miratus eſt: & cōuerſus, ſequentibus ſe turbis dixit: Amē dico vobis, nec in Iſrael tantam fidem inueni. Et reuerſi, qui miſſi fuerant, domum, inuenerunt ſeruum, qui languerat, ſanum.

NEMO

A NEMO ex ruptis & dissipatis cisternis aquam exhaurit, aut è littore maris quod quotidie alluitur, messem copiosam expectat. Nemo à Pseudoprophetis gratiam curationum expectat, sed neque in illis fidem suam collocat. Præmonuerat Christus cauendum ab hypocritis & falsis Prophetis, vt infructiferis arboribus: nunc præter doctrinam & signa quæ in mõte exhibuerat, se arborem illum esse testatur, de qua & Psaltes (Psal.1.) & Ezech.cap.47.prænunciarunt. *Introductio*

Fructus eius in cibum sunt, & folia in medicinam. Nam quicquid ab eo est, ad restitutionem, & nostræ naturæ confirmationem pertinet. Hoc statim manifestum apparuit in iis curationibus, quas è monte descendens compleuit. Expedita quippè celebri concione in monte, & in ipsius procliuio curato leproso Iudæo, occasionem ca-

B ptauit Dominus sanandi Gentilis, nimirùm Centurionis serui. Ideircò Capernaum ingressus, audit pro eo supplicantes sacerdotes, necnon ipsum Centurionem: demum iuxta fidem domini, seruum solo verbo, etiam absentem, sanitati restituit. Cæterùm mysterium agebatur in istius curatione post expeditam leprosi Iudęi purgationẽ. Siquidem curatis ijs, qui ex Iudæis electi fuerant, statim Gentilis Centurionis seruus curandus offertur, inquit Ambrosius lib.5.in Luc. cap.7. In quo populus nationum, qui mundanæ seruitutis vinculis tenebatur, æger letalibus passionibus beneficio Domini sanandus exprimitur. Itaque curato leproso, *Cùm intrasset in Capharnaum, Centurionis cuiusdam seruus malè habens, erat moriturus*. Capharnaum oppidum est Galilææ Gentium in finibus Zabulon & Nephtalim iuxta mare Galilææ, nobile emporium, de quo etiam Christus Matth.11. Et tu Capharnaum vsque in cœlum exaltare. Hanc vrbem vt metropolim totius Galilææ, Christus & ipse Galilæus habitus, frequentiùs

C habitauit, vt & profluens multitudo eius doctrinam & miracula obseruans, maiores in fide progressus faceret. Venit igitur in illam vrbem, non modò quia monti vicinior erat, sed & quasi ad ostium pulsaturus, quia ibi Gentilem sciebat ægrotum. Et in maiorem Iudæorum condemnationem, cùm Gentilis palàm professus sit suam in Christum fidem, Iudæis interim in infidelitate permanentibus. Ecce igitur ipsi ingredienti opportuna sese obtulit propagandi sui nominis, & nostræ in eum fidei occasio. *Centurionis enim cuiusdam seruus malè habens, erat moriturus.* ἑκατόνταρχος seu Centurio dicitur, qui centum præfectus est. Sunt qui pedites fuisse arbitrentur. Nam cùm Romani Rẽpublicam Iudæorum sibi subiecissent, nossent autem quàm difficiles, & ad defectionẽ proni essent Iudæi, præcipuis vrbibus præsidiarios milites collocarant: quorum erat,

D non modò nouos motus, si qui à Iudæis proficiscerentur, reprimere: sed & Persarum, & Ægyptiorum incursionibus obsistere. Ex sacris enim historiis, & Iosepho Iudæo colligimus, quàm frequentibus illorum infestis armis & deprædationibus Iudæi hactenus oppressi fuerint. Cæterùm Centurionis illius, qui Capernaum agebat, seruus erat moriturus. Apud Lucam vocatur δοῦλος, apud Matth. παῖς. Eadem tamen vtriusque significatio est: seruos enim pueros vocare solemus. ἔχων κακῶς ἤμελλε τελευτᾶν. Malè habens, inquit Luc. fini imminebat. Exaggeratur itaque miseria à persona, quia seruus: à morbo, quia paralyticus: immò à grauitate morbi, quia moriturus erat. Commendatur etiam Centurio ob pietatem in proximum, & in Deum. In proximum quidem, vt qui ægrotantem seruum, domi retinuerit, curarit, & pro eo Dominum de-

E precatus sit. In Deum verò, tum ratione ministrorum eius, quibus Synagogam ædificauit, & intercessoribus vsus est: tum Christi ipsius respectu, quẽ veritus sit accedere, cuius omnipotens verbum agnouerit. Sequetur demum propiciatio Christi, vt qui solo verbo absentem seruum sanitati restituerit, & omnibus Gentibus salutem repromiserit. Primùm autem occurrit propensus Domini in seruum affectus. Lucas enim habet, quod ἦν αὐτῷ ἔντιμος δοῦλος, erat illi pretiosus seruus. Hinc factum est, vt ægrotum non expulerit domo, aut contempserit, sed magna sollicitudine curarit pristinæ sanitati restitui. Et hoc vtique mirum est, quod à Centurione seruo impenditur, si & ipsum Ethnicum, & olim seruos pro mancipiis habitos consideremus. Imperator Iustinianus Institutionum capit. De iure personarum, docet natura quidem omnes esse liberos, seruitutem autem è iure Gentium esse profectam. Seruitus enim est, inquit, constitutio iuris Gentium, qua quis domino alieno contra naturam subiicitur. Ex eo autem serui appellati sunt, quòd Imperatores captiuos vendere iubent, *Ambrosius.* *Iustinian.*

ac per hoc ſeruare, nec occidere ſolent: qui etiam mancipia dicti ſunt, quòd ab hoſti- F
bus manu capiantur. Quis autem quantumuis ſuperborum principum, non & ab ho-
ſte potentiori deuinci, & Deo ita permittente, captiuus teneri, & pro mancipio habe-
ri poſſit? Hinc fit, vt eam, cui ſubiectus eſt, calamitatem in ſeruis deplorare, & ita illo-
Macrobius. rum miſereri debeat. Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 11. Tibi autem vnde in ſeruos
tantum & tam immane faſtidium? quaſi non iiſdem tecum & alantur & conſtent e-
lementis, eundémque ſpiritum ab eodem principio carpant. Vis tu cogitare eos, quos
ius tuum vocas, ijſdem ſeminibus ortos, eodem frui cœlo, æquè viuere, æquè mori?
Serui ſunt, immò homines. Serui ſunt, immò conſerui. Si cogitaueris tantundem in
vtriſque licere fortunæ, tam tu illum videre liberum potes, quàm te ille ſeruum. Ne-
ſcis qua ætate Hecuba ſeruire cœpit, qua Crœſus, qua Darij mater, qua Diogenes, qua
Plato ipſe? Multa igitur oſtendunt, nos beneuolo in ſeruos animo eſſe debere. 1. Ea- G
dem naturæ conditio in dominis & ſeruis. Ex quo fiat, vt ſicut caput pro membris, ita
Philo. domini pro ſeruis ſolliciti eſſe debeant. Philo Iudæus lib. de ſpecialibus legibus: Etſi
enim fortuna & conditio vilior dominos à ſeruis diſtinxerit, communis tamen vtriſ-
Gr. Nanz. que natura & lex diuina eſt. Vnde & Greg. Nanz. in Tetraſtichis,

Τί δεσπότης, ἢ δοῦλος, ἢ φαύλη τομή·
Εἷς πᾶσι πλάστης, εἷς νόμος, κείσις μία.
Quid dominus, aut ſeruus? ſtulta vtique diuiſio:
Vnus omnibus creator, vna lex, vnum iudicium.

Vnde & Paulus Col. 4. Ipſi domini ſeruis, tanquam conſeruis vtantur, conſideran-
tes ſibi Dominum eſſe in cœlis. 2. Adde quòd & domini ope ſeruorum opus habent,
Cyrus Th. vnde & coadiutores illos agnoſcunt. Cyrus Theod. lib. Affection. Græc. ſerm. de pro-
uidentia, inæqualitatem quidem ſtatuum probans, mutuam tamen omnium ſympa- H
thiam confirmat. Alij piſtores, alij lanifices, alij nautæ, & alij aliis artibus addicti ſunt,
ita ſanè vt alia eſt membrorum horum & illorum functio, quæ in vnici corporis ne-
ceſſarium ſtatum & perfectionem contendit. 3. Sed & ob peccatum ſeruitutem inue-
Auguſt. ctam eſſe ſcribit Auguſt. lib. 19. de ciuit. Dei, cap. 15. Quis autem noſtrum ſine peccato
eſt, vt primus in ſeruos lapides mittat, primus eos contemnat? Immò quanto purior
& iuſtior erit, tanto magis in ſeruos benè afficietur. Sic Iob tam ſuis ſe charum quaſi
affectu reciproco aſſerit. Dixerunt, inquit, viri tabernaculi mei, quis det de carnibus
Macrobi⁹. eius vt ſaturemur? Macrobius vt ſuprà. Seruus eſt quidem, ſed neceſſitate, ſed fortaſ-
sè libero animo ſeruus eſt. An non in ſeruum vænundatus eſt Ioſeph, & ipſe tum pro-
phetabat? Quantus qualíſque Daniel in Babylone, & tamen vnus è captiuis? Ne di-
cam & Plautum, & ex omni doctiſſimorum virorum ſerie permultos pro mancipiis I
vænundatos eſſe. 4. Habet & hæc, quam legimus in hiſtoriis, magna rerum mutatio,
quæ ex ſeruis dominos, è dominis ſeruos efficit, magnam vim in omnibus animis, vt
iuxta conſilium Apoſtoli, qui ſtat, videat ne cadat. 5. Chriſtianos etiam monet tremẽ-
dum, quod nobis in exitu huius ſæculi reddetur, iudicium: quo tragica magis rerum
mutatio ſubſequetur, quo deponet Deus potẽtes de ſede, & exaltabit humiles: è ſter-
core eriget pauperem, vt collocet eum cum principibus, & ſolium gloriæ teneat. Di-
ues enim cùm interierit, non ſumet omnia, neque tranſibit cum eo gloria domus eius,
non dignitates, non gradus, non honores, non dominationes: ſed quo fortè pluribus
imperabat, eo magis ab omnibus deſeretur: & quos deſpexerat, gloria donatos conſpi-
ciet. Sic (Heb. 11.) ſancti egentes, anguſtiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus, K
& tamen in paucis probati, in multis benè diſponentur. 6. Quinetiam Chriſti humi-
Gr. Nanz. litas quid de ſeruis exiſtimare debeamus, efficit. Siquidem, vt ſcribit Gregor. Nanz.
in Tetraſtich.

καὶ χριστὸς ὤφθη δοῦλος, *& ipſe Chriſtus ſeruus viſus eſt.*

Philip. 2. Exinaniuit ſemetipſum, ſerui formam accipiens. His meditationibus impel-
limur ad beneuolentiã in ſeruos, vt illos pro confratribus habeamus. Quid enim hîc
abiectũ cenſeãt domini? Non dico vt adinſtar D. Martini ipſe ſemper ſeruo miniſtres
Seuer. Sulp. (quod Seuerus Sulpitius ſcribit) ſed vt illũ languentem non deſeras. Ita enim fiet, vt &
tu dignus habearis qui ſeruos habeas. Quem enim equo dignũ putabimus, qui nullã
Plato. equi nutriendi & fouendi curam habuerit? Plato lib. 6. de legib. neminem ſeligẽdũ in
Xenophon. dominũ docet, qui nõ educatione mãſuetudinẽ didicerit. Xenoph. li. 8. de pædia Cy-
ri,

A ri, hac potissimũ virtute scribit Cyrũ magnas sibi hominũ copias demeruisse. Nã cùm cogitasset, inquit Xenophõ, permultos homines, siquidẽ bona valetudine vtãtur, parare necessaria, & reponere quæ vsui sunt, benè valentibus: vt autem, si ægrotarint, afforent vtilia, non admodum eos curare. Itaque existimauit circa hæc sibi quoque esse laborandum. Medicos optimos ad se accersiuit, vt cum his loqueretur: & quæcunque vel instrumenta vtilia esse dixisset aliquis eorum, vel venena, vel esculenta, vel poculenta, hæc omnia parata seruabat apud sese. Considerabat enim quando quis eorum ægrotaret, quod esset curandi tempus: præbebátque omnia quibus opus esset. Habebat etiã medicis gratiam, cùm quem suorum sanassent. Hac beneficẽtia sibi multos obsequẽtes comparabat: cùm ex aduerso illi indigni sint dominari in seruos, qui nec seruos regere, nec ægrotos curare dignantur. Paulus etiam hoc habet. Si quis suorum, maximè domesticorum curam nõ habet, hic est infideli deterior. Legem tulit Claudius Impe-
B rator, quæ refertur lib. 40. Digest. tit. 8. Qui sine manumissione ad libertatem perueniunt, à Modestino lib. 6. Regularum: qua seruo, quem pro derelicto dominus ob grauem infirmitatem habuit, competit libertas. Instit. lib. 1. tit. de his qui sui vel alie. iur. sunt, adducitur Antonini Imperatoris rescriptum ad Elium Martianum, sub hac forma. Dominorum quidem in seruos suos potestatem illibatam esse oportet, nec quicquam hominum ius suum detrahi, sed dominorum quidem interest, ne auxilium cõtra sæuitiam, vel famem, vel intolerabilem iniuriam, denegent his qui iustè deprecãtur. Ideóque cognoscere de querelis eorum, qui ex familia Iulij Sabini ad sacram statuam confugerunt: & si vel duriùs habitos, quàm æquum, vel infami iniuria affectos esse cognouerit, vænundari iubet, ita vt in potestatem dominorum non reuertantur.
C Gregor. Nyss. lib. de Orat. Quid enim est, quod tu quia dominus es, adeò seruum tuũ contemnas? Quantum ad naturæ dignitatem attinet, eiusdem tecum conditionis est, qui lege ac consuetudine tibi subditus est. Neque per te factus est, neque per te viuit, neque corporis & animi efficacias abs te habet acceptas. Quid ergo eum sic despicis? Hæc omnia perpendebat hic Gentilis: ideò pretiosum habet seruum, ægrotum domi retinet, curat, & omnia requirit quæ ad prosperam valetudinem restituendam facere existimat. Qui vbi medicos nihil hîc proficere videt, ad summum omnium, etiã animarum, medicum Iesum contendit. *Cùm audiisset de Iesu*: id est, de miraculis eius, cùm & omnium ore celebraretur: & per vniuersam Iudæam, Galilæam, & circumuicinam regionem verba hæc disseminarentur: seu cùm audiisset Iesum, quem priùs aut aspectu, aut auditu nouerat, in Capernaum aduenire: *misit ad eum seniores*, vt scribit
D Lucas. Nemo interim miretur, quòd Matthæus dicat Centurionem ipsum ad Iesum accessisse. Nam quod ab vno omittitur, ab altero suppletur. Augustinus lib. 2. de consens. Euangelist. cap. 20. accessisse illum soluit, per amicos, & seniores. Quod etiam, inquit, tenuit consuetudo, vt iam etiam vulgò peruentores appellentur, qui potentiũ quorumlibet tanquam inaccessibiles animos, per conuenientium personarum interpositionem, ambitionis arte pertingunt. Sed & ideò venisse, quia venire voluerit, scribit. Habet enim Lucas, quòd primùm ibat cum senioribus, sed dignum se minimè arbitratus est, vt veniret ad Iesum. Chrysost. hom. 27. in Matth. Non enim absurdũ est, inquit, missos esse primùm aliquos, per quos diceret Domino: Non sum dignus vt intres sub tectum meum: verumetiam ipsum accessisse, ac per se demum eadem Domino dixisse: quod non repugnantium se inuicem supplentium Euangelistarum est. Se-
E dulius, cui Hieronym. lib. de viris illustribus testimonium reddit, sic supplicantem exprimit lib. 1. Euang. hist.

August.

Chrysost.

Sedulius.

Inde recedenti supplex se protinus offert
Centurio, & precibus proiectus talibus orat.
Impubis pueri cruciatur spiritus æger,
Sed iussu miserere precor.

Sed & Nicodemus in Euangelio suo de passione & resurrectione Christi, inducit istum Centurionem Pilato dicentem, se in Capharnaum vidisse Iesum, eúmque pro puero rogasse. Præmisit interim duos hominum ordines, vt scribit Lucas, nimirùm πρεσβυτέρους τῶν Ἰουδαίων, καὶ φίλους, id est, *seniores Iudæorum*, & amicos. Seniorum autem seu Presbyterorum ordo Synagogæ ratione dicebatur. Sic eos vult esse medios inter se & Christum, quasi iam didicisset, sacerdotes inter nos & Deum quodammodò me-

diatores esse. Ad eundem scilicet modum, non quo Christus mediator est Dei & hominum homo & Deus, vt scribit Paulus, sed quo Moses (Num. 5.) ait: Ego medius & sequester fui inter vos & Deū. Theodoretus dialog. 2. qui dicitur Incompatibilis: Ipsum, inquit, nomen mediatoris hîc (apud Paulum) & diuinitatem, & humanitatem significat. Mediator enim dictus est, vnione naturarum, ea quæ sunt disiuncta, & distantia, coniungens. Epiphanius in Ancor. vt probet nullam in Christo esse naturarum confusionem, sed veritatem: Mediator (ait) quoniam in medio vtrorumque est, Deus existens, & homo factus, non mutatus naturam, sed secundum vtraque ad ambo medius existens. Cyrillus Alexandr. lib. 2. Thesauri, cap. 10. Mediator non solùm reconciliatione, sed natura & substantia in vna hypostasi, Deus & homo existens. Nã aliter quomodo vnicum mediatorem Christum Paulus dixisset? Multi enim sanctorum mediationis officio vsi sunt, Paulus, Ieremias, & Prophetæ. Porrò quòd olim seniores, & nunc etiam sacerdotes mediatores dicantur, testantur Patres. Ambrosius Oratione priore præparatoria ad Missam: Quoniam, inquit, me mediatorem inter te & populum me esse voluisti, licet in me boni operis testimonium non agnoscas, officium dispensationis creditæ non recenses. Chrysostom. lib. 6. de sacerdotio: Qui Spiritū sanctum inuocauerit, sacrificiúmque illud honore & reuerētia plenissimum perfecerit, quæro ex te, quoto illum ordine collocabimus. Angeli astant, &c. Hîc sacerdotem pro vniuerso orbe legatum & deprecatorem vocat. Augustinus lib. 2. de visitat. infirmor. cap. 4. ostendens non sufficere ad salutem, si soli Deo fiat confessio peccatorum: Prius, inquit, eges sacerdotis, qui mediator sit apud Deum tuum salubri iudicio. Hinc Paulus pro Christo legatione se fungi asserit. Hoc ac si cognouisset, Centurio præmittit seniores, & eos pro se intercedere compellit. Nimirùm Leu. 5. & 17. per ipsos offerre, & Iac. 5. ad infirmos euocari iubentur. Quinetiam primores illos populi, immò maiores omni potentatu fateri videtur, vt qui apud Deum omnipotentem plurimum possint. Hi scilicet arma spiritualia habent, & in dæmones omnium peruersissimos hostes bellum gerunt, vt meditatur Chrysostom. hom. 4. de verb. Esaiæ, Vidi Dominum. *Illi autem cùm venissent ad Iesum, rogauerunt eum sollicitè* σπουδαίως, studiosè. Magno quippè affectu ducebantur, quòd vt tandem confessi sunt, Centurioni plurima deberent. Sed neque tepidam, aut frigidam orationem approbat Dominus, verùm quæ magno fit studio & confidentia. Vnde & Sapiens: Fili mi, ante orationem præpara animam tuam. Bonauentura in Luc. Hoc, inquit, seniores isti faciebant ex amore, & confidentia. Rom. 12. Sollicitudine non pigri, spiritu feruentes, Domino seruientes, spe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi instantes, necessitatibus sanctorum communicantes. Et quia potissima ratio impetrandi est meritum eius, pro quo petitur: Ideò additur, *Dicentes ei, Quia dignus vt hoc ei præstes.* Et sic iã inueniśti quem quæris, secundum illud Sapient. 6. vbi de sapientia dicitur: Quoniam dignos se ipsa circuit quærens, & in viis se ostendet illis hilariter, & in omni prouidētia occurret illis. Et ad huius dignitatis comprobationem adiungunt: *Diligit enim gentem nostram,* cùm tamen sit alienigena. Et ideò tu qui es de gente nostra, debes eum rediligere, secundum quod dicis Prou. 8. Ego diligentes me diligo. Nec tantùm diligit ore vel lingua, sed opere & veritate. Vnde addunt, *Et synagôgam ipse ædificauit nobis:* quod quidem magnum beneficium fuit, & signum magni amoris. Vnde Gregorius de charitate dicit, quòd amor operatur magna, si est: si autem operari renuit, amor non est. Et quoniam magnam præstet eleemosynam, dignus est vt magnam ei facias gratiam, vt cognoscat illud Eccl. 11. esse verũ. Benefac iusto, & inuenies retributionem magnã: et si non ab ipso, certè à Domino. quasi dicant, Ostende te Dominum populi nostri, vt facias huic sicut obstetricibus, Exod. 1. quæ fecerunt misericordiam cum Hebræis, de quibus dicitur Exod. 1. Quia timuerunt obstetrices Deum, ædificauit illis domos. Centurio Gentilis erat, honorat tamen Iudæos, quasi iam Spiritu sancto ad vnius Dei cultum instructus: vt & Naaman militiæ princeps regis Syriæ, 4. Reg. 5. Et Achior Iudith 14. Ex Gentibus enim tres maximè Centuriones commendantur: Iste, necnon is qui viso terræmotu, cùm spiritum Christus edidisset, ait, Verè filius Dei erat iste: & Cornelius à Petro baptisatus, Act. 10. Porrò dilectio Iudaicæ Gentis maximè definitur rectus cultus vnius Dei, & doctrinæ, omníque ministerij, quod per sacerdotes fiebat: cuius maximum argumentum erat, quòd Centurio sacerdotes reueretur,

Theodor. Epiphan. Cyr. Alex Ambros. Chrysost. Augusst. Chrysost. Bonauent. Gregorius.

quos

A quos tamen hæretici tanto cum horrore deteſtantur. Hos igitur & ipſi Gentiles condemnaturi ſunt: condemnabit Cyrus Perſarum rex, qui ſacerdotes templi priſtinæ dignitati reſtituit: condemnabit Alexander ille Magnus, ſed barbarus, qui (vt ſcribit Ioſephus lib. 11. Antiquitatum Iudaicarum, cap. 8.) cùm iratus Ioiadæ Iudæorum Pontifici, Hieroſolymam exercitu ſtipatus accederet, Pontificem ſacra ſtola indutum cum agmine ſacerdotum vidit, ex equo exiliens adorauit, non hominem ſe adorare, ſed Deum, cuius Pontifex eſſet miniſter, aſſerens. Idem Attilæ contigit regi Hunnorum, cùm Romam euerſurus properaret. Occurrentem enim Leonem Papam primùm excepit, & exaudiuit, vt teſtatur Paulus Diaconus lib. 5. rer. humanarum. Contrà verò hæretici facies ſacerdotum non erubuerunt, (Eccleſ. 7.) quin potius omni crudelitatis genere in eos ſæuierunt. Sic, vt ſcribit Theodoretus lib. 4. hiſt. Eccleſ. cap. 24. Valens hæreticus Arianus 80. viros Eccleſiaſticos vnà cum nauigio in B medio mari igni combuſſit. Nicephorus Calixtus lib. 11. hiſt. Eccl. cap. 16. Cùm namque, inquit, delecti ex Eccleſiaſtico ordine octoginta viri, quibus præfuit Vrbaſus, Theodorus & Menedemus, Nicomediam veniſſent, preces Imperatori obtuliſſent, & de vi tanta quiritati eſſent, indignatus ille, in præſentia quidem iram preſſit: deinde autem clàm Modeſto præfecto præcepit, vt comprehenſos eos necaret. Supplicij eius modus, quia nouus & inſolens prorſus fuit, poſteritatis memoriæ eſt mandatus. Præfectus, ſi viros religioſos, qui nihil commiſiſſent, propalàm perimeret, ne ſeditio in vulgo oriretur, veritus eſt: quapropter eos ſe in exilium miſſurum eſſe aſſimulauit. In qua illi ſententia magnis animis acquieuere. Ille nauem eos, veluti ſolum exilij cauſa verſuros, conſcendere iuſſit, & nautis præcepit, vt in medio mari nauem incēderent, vt quum eo modo illi interiiſſent, ſepulchri cura carerent. Ventum eſt in ſi- C num medium, qui Aſtacenus vocatur. Ibi nautæ imperata fecerunt. Nam ipſi ſcapha, quæ nauem ſequebatur, conſcenſa, nauigium in quo viri illi vehebantur, incenderunt. Vehementiùs tum Subſolanus ventus flabat, & proinde nauis eo citiùs flammam concepit. Durauit ea vſque ad locum Bithyniæ, qui Dacides nuncupatur, ibique vnà cum piis illis hominibus in littore eſt abſumpta. Sed enim factum tam truculentum vindicta eſt proſequuta. Fames ſiquidem repentè tanta eſt in Phrygia orta, vt neceſſariò incolæ patriam relinquerent, & Conſtantinopolim ſe atque ad alias diuerſas prouincias conferrent. Mitto poſterorum temporum clades, & ſacerdotū perſecutiones. Quid quòd & iſtis temporibus etiam ab his impetuntur, qui tamen ſe Catholicos eſſe profitentur? *Diligit*, inquiunt, *gentem noſtram. Nam & Synagôgam ædificauit nobis.* Hoc mirum in milite, magis autem in Gentili. Quis enim, ſi noſtros milites per- D pendat, non videat inter eos contemptum Dei, templorum, religionis, & miniſtrorum eius eſſe? Nolim omnes hîc complecti, ſed eorum multos. Nulla eſt nunc caſtrēſis diſciplina, & minor religio. Vbi tempus illud, quo tantæ militibus locorum ſacrorum cura erat, & miniſtrorum eius, vt nihil his inauſpicatis facerent? Quo, vt ſcribit Sozomenus lib. 1. cap. 8. Conſtantinus in bellicis expugnationibus tabernaculum ad templi formam paratum circumegit, & in eo cōuentus fecit? Quo, vt Gregorius Turonenſ. lib. 2. cap. 24. hiſt. Franc. Clodouæus Francorum rex, etiam nondum fidelis & renatus, cùm audiſſet militem vrceolum Eccleſiæ ſurripuiſſe & fregiſſe, eiuſdem militis caput in duas partes enſe proprio diſſecuit? Quo, vt Oroſius lib. 7. hiſtor. Alaricus Gothorum rex vi inuaſa Roma prohibuit, ne quis ſeſe in ſanctorum Petri & Pauli Eccleſiam immitteret? Quo nunc ſacrilegia ab ipſis militibus perpetrātur, &c. E Sic infideles illi, immò & iſte Centurio eos condemnabit. Sed & mirum illud, quòd Synagogam & collegium audiendo diuino verbo illis condiderat. Minus enim ſibi conuenire videntur arma & togæ. Verum tamen olim Mineruabellis & ſtudiis præerat: ſed & iuxta Platonis decretum Philoſophi imperabant, & Imperatores philoſophabantur. Hinc illis contubernales ſcholæ. Nunc econtrà omnia. Apud magnates & bellorum duces pauci fiunt bonarum literarum monumenta. Ambroſius ſerm. 90. in dedicatione Baſilicæ. Porrò, inquit, ſi commendatur qui ædificauit Synagôgam Domino, quanto eſt commendatior qui ædificauit Eccleſiam? Et ſi is meretur gratiam, qui impietatis receptaculum præſtitit, quanto maiorem meretur gratiam, qui religioni domicilium præparauit? Et ſi ille cœleſti miſericordia viſitatur, qui conſtruxit locum vbi Chriſtus ſemper negatur: quanto magis viſitandus eſt, qui fabricare

Ioſephus

P. Diacon.

Theodor.

Niceph.

Sozomen.

Gr. Tur.

Oroſius.

Ambroſ.

fecit tabernaculum, vbi Christus prædicatur? In Centurione autem Dominus, non F
quid operis fecit, sed qua mente operatus sit, comprobauit. Nam qui tempore, quo
nondum Christiani erant, sollicitè Synagôgam fecit: si fuissent vtique Christiani, in-
telligitur quod multò sollicitiùs feciſſet Ecclesiam. Sed tamen licet Synagôgam ædi-
ficasset, Christum prædicat: ipso enim opere commonet Pharisæos debere illos su-
scipere Saluatorem: & demonstrat propterea se tabernaculum amplius ædificasse, vt
multipliciter Domini gloriam loquerentur. Si enim credit in Christum conditor Sy-
nagógæ, multò magis credere debet habitator ipsius Synagógæ. *Et accessit ad eũ Centu-*
rio rogans eum. Non satis fuit misisse, vênit ipse. Quòd enim primùm non accesserat, hu-
militatis fuit, vt qui se indignum hac supplicatione iudicaret. 1. cùm Gentilis esset,
Christus Iudæus. 2. cùm sanguine & bello gauderet, Christus verò rex esset pacificus.
Vênit tamen ad extrema sæuiente morbo. *Domine.* Captat beneuolentiam, Dominũ G
eum vocans, rémque illi perfacilem quam postulaturus est, declarat, vt qui sit domi-
nus mortis & vitæ. Eccles. 8. Sap. 16. Ioan. 5. Exod. 15. Dominus nomen illi. Fidelem
Pet. Chry- quoque ei suam fatetur seruitutem, vt scribit Petrus Chrysolog. serm. 15. *Puer meus.* Per-
solog. sonam pro qua intercedit explicat, puerum suum dicens. Habent autem emphasim,
Puer, & Meus: vt & sibi dilectum, simúlque fidelem insinuet: quasi diceret, Mihi iste
seruus est, & ego creatori. Iste me super terram, & ego magnum in cœlis habeo do-
Origenes. minum. Si ergo eius non misereor, quomodo mei ille miserebitur? Hæc Origen. ho.
5. in diuers. *Iacet in domo.* βέβληται, prostratus est, vt ne minima quidem corporis pars sui
compos sit. Hinc illi laus, quòd non repulit eum à domo sua, non dereliquit, vt Ama-
lechites Ægyptium seruum, quem tamen inuentum Dauid pane & aqua refecit. 2.
Reg 30. sed vt sano eo vsus est in domo, ita ægri curam gerit. *Paralyticus.* Species hæc
Galenus. morbi pernicioſissima est, vt docet Galenus lib. 3. de patientibus locis, cap. 10. éstque H
cùm alterum latus sensum & motum amitttit: aut cùm omnia corporis membra suo
vsu destituuntur. *Et malè torquetur.* A sui commiseratione Iesum excitat. quasi dicat, Nõ
possum, Domine, non molesto ferre animo quæ ille patitur: adeò considero conque-
rentem & eiulantem illum, vt mihi ipsi hæc accidere videantur. *Et ait illi Iesus, Ego ve-*
niam & curabo eum. 1. Plus promittit quàm rogatus sit. Liberalis enim Deus in donis
suis, Iac. 1. qui tribuit abundanter, neque improperat. 2. Ire pollicetur, vt fidem Cen-
turionis palàm promulgari sinat, qui absentem solo verbo curare potuisse crediderit.
3. Vt se facilem succurrendis pauperibus doceret: ecce enim, ad seruum ire pollicetur.
Et respondens Centurio, ait. Dedit debitum de humilitate & fide responsum. Humilitatis
sunt hæc, Domine, non sum dignus, &c. Dominum enim cum pauore vocat, quasi
ad contemplandam Christi celsitudinem peruenerit. Exemplo sit Centurio iste, om- I
nibus militibus humiliter ad Deum accessuris. Igne quippè cœlesti concremantur
quinquagenarij illi, qui quondam ad Heliã (4. Reg. 1.) superbè locuti sunt. Discãt igi-
tur Deũ, ministróſque eius vereri. En scilicet miles iste ob pietatem laudatur. Multi
Origenes illo tempore pro diuersis rogabant infirmitatibus (ait Origen. hom. 5. in diuers.) nullus
tamen pro seruo nisi iste solus. Et hoc illi ad augmentum beatitudinis & coronã glo-
riæ erat. *Non sum dignus vt intres sub tectum meum.* 1. Vt Christi maiestatem, ita suam in-
dignitatem expendit. quasi diceret, Alienigena sum, Gentilis miles, gladio accinctus,
Idẽ Orig. sanguinem fundens, & ad prælium exiens: & ob hoc non sum dignus. Origenes. Ita
Petrus, vbi Christum rerum cognouit authorem, exclamauit, Luc. 5. Exi à me Domi-
Pet. Chrys. ne, quia homo peccator sum. Petr. Chrysolog. hom. 15. 2. Dicendo se indignum, præ- K
August. stitit dignum, non in cuius parietes, sed in cuius cor Christus intraret (ait Augustin.
serm. 6. de verb. Domini) Humilitate enim, Christi ad nos aduentus procuratur, vt fu-
gatur superbia. Luc 16. Sic humilis Publicanus iustificatur, Pharisæus superbus mi-
Origenes. nimè. Quando igitur (ait Origen. hom. 7 in diuersos) diuinum hoc atque incorruptũ
accipis epulum: quando vita, pane, & poculo frueris, manducas & bibis corpus & san-
guinem Domini, tunc Dominus sub tectum tuum ingreditur. Ita ergo humilians te-
metipsum, imitare hunc Centurionem, & dicito, Domine non sum dignus vt intres
sub tectum meum: vbi enim indignè ingreditur, ibi ad iudicium ingreditur accipienti.
Sed tantùm dic verbo, & sanabitur puer meus. Vt superiora Centurionis verba humilitatis
fuerunt, ita sequentia fidei. Nam quod homini est impossibile, Dei verbo facillimũ
esse creditur. Luc. 1. quãuis cum eo omnia formata sint & stent. Sanẽtur quoque vni-
uersa.

A uersa. Sap.16. Heb.1. Portat enim omnia verbo virtutis suæ: & vt salus animæ à verbo
suo prodire intelligatur, verba in formam omnium sacramentorum instituit. Quod
Centurio, Dic, inquit, tantùm verbo, Beszanam Diabolodori Confessionis puncto 4.
num.44. confundit impudentiam, quæ Magiæ adscribit verba Christi in confectione
Eucharistiæ: ac certam verborum legem in sacramentorum peractione, Magicas im-
posturas vocat. Quid ergo, Besza? Magicarum impostor nugarum Christus? qui ba-
ptismatis leges præscripsit his verbis, Baptiso te in nomine Patris & Filij, &c. Tu ipse
Magus, qui ijsdem in baptisando vteris. Præterea, an non Euangelistæ veraces, qui
Christum in cœna eadem quæ nos verba protulisse testantur? Audi Hesichium lib. 6. Hesichi⁹.
in Leuit. cap. 22. Sermo, inquit, qui prolatus est ab ipso Christo supra Dominicum my-
sterium, liberat nos ab ignorantia, remouetq; nos additus, carnale quippiam & terrenũ
B de sanctis arbitrari. Ambrosius quoque lib.4. de sacramentis, cap.4. & 5. Quomodo, Ambros.
inquit, potest qui panis est, esse corpus Christi? Consecratione. Cõsecratio igitur qui-
bus fit verbis, & cuius sermonibus? Domini Iesu. Ergo sermo Christi hoc conficit sa-
cramentũ. Quis sermo Christi? Nempè is quo facta sunt omnia. Legant quæso Besza-
ni sophistæ librum, quem Marcus Archiepiscopus Ephesinus edidit, cui titulum fecit,
Quòd non solùm à voce dominicorum verborum sanctificantur diuina dona, verùm
à consequente oratione & benedictione sacerdotis, virtute Spiritus sancti: & audiant
Iacobum fratrem Domini, Basilium & Chrysostomum in sua Liturgia hęc ipsa verba
Christi exprimere, quòd ijs consecratio perficiatur. Origenes hom.13. in Numer. Pri- Origenes.
mò omnium fatendum est, in quibusdam plus posse verba quàm opera. Quod ferro &
armis non fit, hoc verbis efficitur: & non dico sanctis, vel Dei verbis, sed quibusdam
C quę inter homines habentur, incantibus & veneficiis, sicut de Balaam Balach putauit,
vt & fecerunt Magi de virgis, &c. Petrus Chrysolog. serm.15. De verbo, & sine verbo Pet. Chrys.
quid dicitur: sed iste postulat verbum, non de loquendi vsu, sed de virtute faciendi. Ps.
106. Misit verbum suum, & sanauit eos. Hanc autem fidem suam argumento à mino-
ri ad maius confirmat, dicens, *Nam & ego homo sum sub potestate constitutus.* Homo sum,
inquam: ac si diceret, non Deus & homo, qualem teipsum agnosco. Et ego quidem su-
periori potestati subiectus sum, tu autem omnium dominus es. Licet tamen & Impe-
ratori & Senatui Romano, & Syriæ Pręsidibus subiiciar, tãtum valet mandatum meũ,
vt statim atque aliquem ex subiectis impulero, quæcunque præcepta fuerint, exequa-
tur. *Habeo enim sub me milites, & dico huic, Vade, & vadit: & alteri, Veni, & venit: & seruo*
meo, fac hoc, & facit. Theophilact. in Matth. Itaque si ego, inquit, qui regis seruus sum, Theophil.
D militibus meis subditis impero, multò magis imperare potes morti & morbis, ita vt
ab hoc recedant, ad alium autem veniant. Corporales enim morbi, milites sunt & vl-
tores Dei. Proinde admiratur Christus, & dicit, quòd neque in Israëlitis tantam inue-
nerit fidem, quantam in hoc Gentili. Quinetiam tibi omnes virtutes cœlestes militãt,
omnis creatura visibilis & inuisibilis: quãtò igitur magis, si morbo imperaueris, cedet?
Si vt olim Raphaëlem ad cæcitatem Tobiæ curãdam, aut Esaiam ad Ezechiæ morbũ
purgandum, ita mandato destines aliquem ad puerum meum sanitati restituendum,
conualescet. Satis est te dixisse & imperasse, cùm sis omnium dominus. Ioannes Cas- Cassianus.
E sianus collat.6. cap.5. perfectionem animæ ad similitudinem Euangelici Centurionis
assumit, ita vt anima sit, vel Centurio. Nos enim (ait) dignitatis eius apice sublimati
sumus, si non quibus volumus cogitationibus abducamur, sed his quibus spiritualiter
delectamur, immorari & inhærere, malis quidem suggestionibus, imperãtes, Abite, &
ibunt: bonis verò dicentes, Venite, & venient. Seruo quoque nostro corpori, ea quæ
castitatis, vel continentiæ sunt, iniungemus, & sine vlla contradictione deseruiet: non
iam suscitans nobis aduersus spiritum concupiscentiæ stimulos, sed omnem exhibens
spiritui famulatum. *Audiens autem Iesus*, qui & ipse cordis intima penetrabat, & fidem
Centurionis præcognouerat: sed ad suorum instructionem, quod ipse corde credide-
rat ad iustitiam, ore confiteri voluerat ad salutem. *Miratus est*, non velut ignotam fidẽ,
sed mirabilem suis adeò verbis ostendens, vt & ipse mirari videretur. Augustinus lib. Augast.
1. de Genesi contra Manichæos, cap. 7. Quòd enim miratur, non perturbati animi si-
gnum est, sed docentis magisterium: nec velut rei priùs incognitæ est admiratio, cùm
& in eo illam fidem fecisset, sed fidem hanc mirãdam esse nobis significat. *Miratus est.*
Nec enim ex ignorantia causæ cadit in Deum admiratio (ait Thomas Aq. in Matth.) Thomas.

sed apprehensio magnitudinis effectus alicuius in Christum cadere potest. Vnde ad- F
Origenes. mirati in Christo, est magnum reputare. Obseruat Origenes hom. 5. in diuers. Deo nihil esse mirabile, nec aurum, nec diuitias, nec regna, nec principatus: cùm ista omnia sint in conspectu eius tanquam vmbra, & sicut nihil, vel flos decidens. Idcircò eorum nihil esse Deo pretiosum, sed solam tantùm fidem ostendit. Nihil igitur caduca hæc æstimemus, sed integram fidem, vitæq; puritatem assequi enitamur. *Et sequentibus sedixit, Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel*: pensata nimirùm hominis qualitate: nec enim Iudæus, sed Gentilis erat. Sed neque per Israël, quemlibet ex Hebræo populo intelligit, quin potius eos, qui pro suorum curatione ad Dominum accesserant. Interim tamen quæri potest, quomodo tantam in Israël fidem, quantam hic habuit Centurio, Christus inuenire non potuit? Num fidelior ille Abraham, cæterisque
Hieronyn. & Patriarchis & Prophetis? Sed de præsentibus hîc loquitur, inquit Hieronymus, nō de antiquis illis patribus. Rursus verò num fidelior diua Virgine, cui Elizabeth, Beata, G
inquit, quæ credidisti? Luc. 1. Sed id de communi plebe Iudaica, non de electis suis intelligit: seu comparatione facta & gentis, & status, & modi, quo ad fidem allectus, cum
Chrysost. quodammodò fideliorem dicit cęteris. Credidit enim Andreas, ait Chrysostom. hom. 22. in Matth. sed Ioanne dicente, Ecce agnus Dei. Credidit Petrus, sed euangelizante sibi Andrea. Credidit Philippus, sed legendo scripturas. Nathanaël priùs signum diui-
Origenes. nitatis accepit, & sic fidei cōfessionem obtulit. Et vt verbis vtar Origenis ho. 5. in diu. Iairus Israëlis princeps pro filia sua petens, non dixit, Dic verbo, sed, Veni velociter. Nicodemus de fidei sacramēto audiens, ait: Quomodo potest hoc fieri? Maria & Martha dicunt, Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus, quasi dubitantes quòd vbique posset. Fidelior ergo omnibus Centurio, vt qui plura credat, nec ad eam H
fidem à mortali aliquo allectus. Vnde licet minus quidē crederet quàm cæteri, quòd tamen Gentilis miles est, miram fidem habet: vt & maius est rusticum aliquid sapiē-
Optatus. ter dicere, quàm Philosophum. Proinde Optatus lib. 5. in Parmenianum, fidem huius Centurionis perfectam vocat. Cæterùm obserua Christum fidem Centurionis cha-
Maximus. ritate in puerum munitam commendasse. Hinc ne dixeris (inquit S. Maximus lib. 1. de charitate) quòd nuda fides in Dominum nostrum Iesum Christum te seruare possit, nisi charitatem quoque in illa per opera possederis. Si quidem nudè credere, nouerunt etiam dæmones, & contremiscunt. Et sicut ignis recordatio corpus non calefacit, sic fides sine charitate non operatur in anima cognitionis illuminationem. Porrò
Hilarius. D. Hilarius in Matth. ex hac Centurionis historia, Gentium vocationem mysticè colligit. Iacentes enim, inquit, in sæculo, & peccatorum morbis dissolutæ (adinstar istius serui) spiritualiter Gentes æstimandæ sunt, omnibus vndique membris fluidis, & ad I
consistendi officium, gradiendique corruptis: quarum salutis sacramentum in puero Centurionis expletur, quem satis dictum sit principem esse Gentium credituraram. Quis autem sit hic princeps, Canticum Moysi in Deuteronomio docet, vbi dicitur, Constituit terminos Gentium iuxta numerum Angelorum. His scilicet verbis Hilarius similitudinem ducit à Centurione, ad angelos principes Gentium: vt sicut ille pro puero, sic illi pro Gentibus apud Dominum deprecati sunt. Ita enim habes principē regni Persarum restitisse viro vestito lineis, & Michaëlem in adiutorium illius veniētem, Daniel. 10. quod per orationes & vota intelligitur. Inde fit, vt Christus non modò Centurionis istius, sed & Gentium credituraram fidem commendet. Adiicit enim, *Dico autem vobis, quòd multi ab Oriente & Occidente venient*. Ita sumpto argumento ab hoc Gentili, Gentium vocationem prædicit. Habet autem Emphasim, quòd sua authori- K
tate sententiam istam confirmat, his verbis: *Dico vobis*, quasi & hæc vsurparet. Prædixerunt vtique Prophetæ Gentes saluandas. Ego quoque, in quem conspirant Lex & Prophetæ, idem confirmo vobis Iudæis, in vestræ incredulitatis & duriciei maiorem condemnationem. *Multi* (ait) non omnes: quia 4. Esd. 8. multi quidem creati sunt, pauci autem saluabuntur: multi tamen respectu Iudæorum, pauci respectu vniuersorum infidelium & reproborum.
Basilius. Basilius homelia in Psal. 48. Ideò, inquit, Ecclesia ex
August. omnis generis studiis collecta est, vt nemo extra vtilitatem relinquatur. Augustinus lib. 3. cap. 66. contra Cresconium Grammaticum. Solue, ait, quæstionem, quomodo Dominus dicat Matth. 7. quàm arcta est via ad vitam, & pauci inueniunt: nunc, multi ab Oriente: Et Apoc. 7. multitudo quæ numerari non poterat. Et hoc, quia ipsi

boni,

A boni, virique Christiani, qui per seipsos multi sunt, in comparatione malorum falsorúmque itidem pauci sunt. Pauca grana respectu paleæ. Et tamen Abrahæ dicitur, Multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli. Porrò venire intelligit, non tam gressu corporis, quàm affectu mentis: quasi sumpta translatione & metaphora à regina Austri, quæ venit à terræ finibus, vt Salomonis sapientiam audiret, 3. Reg. 8. Orientis & Occidentis nomine vniuersum mundum implicat, quod est scripturis familiare. Sic Malach. 1. Ab ortu ad occasum: quasi dicat, vbique terrarum, quas sol ab ortu ad occasum vsque perlustrat. Sic Psal. 112. A solis ortu vsque ad occasum laudabile nomen Domini. Esa. 43. Ab Oriente adducam semen tuum, & ab Occidente congregabo te. Dicam Aquiloni, Da, & Austro, Noli prohibere. Ierem. 31. Ecce ego adducam eos de terra Aquilonis, & congregabo eos ab extremis terræ. Albertus Magnus in Matth. Alb. Mag.

B Sed quæritur, inquit, quare non nominat nisi duas plagas cœli: cùm alibi dicat, à quatuor ventis cœli esse congregãdos. Ad hoc dicendum, quòd in cœlo est duplex Oriẽs, & duplex Occidens, secundum motum rectum vnius circuli æquinoctialis, & secundum motum obliquum circuli signorum. Secundum motum rectum circuli æquinoctialis, oritur sol & quælibet stella super circulum horizontis, quando in manè emergit: & occidit in sero sub eundem, quando declinat ad occasum. Et secundum hanc distantiam punctorum tota terræ longitudo distinguitur. Secundum autem motum obliquum oritur sol & cæteræ stellæ, quando ascendere incipiunt à puncto Capricorni, & continuè ascendunt à Meridie in Aquilonem super polos orbis signorum rotati, donec perueniunt ad punctum Cancri in Aquilonem. Occidunt autem, quando descendunt à puncto Cancri in Aquilonem continuè rotati vsque ad punctum Capricorni in meridie. Et secundum hæc duo puncta distinguitur cœli & terræ longitu-

C do & latitudo. Et secundum hoc in communi sumendo Oriens & Occidens, intelligitur totius terræ longitudo. Aliter potest dici, sed non ita conuenienter, quòd tota terræ longitudo, quæ est inter Oriens & Occidens, habitatur: sed non tota longitudo, quæ est inter Meridiem & Aquilonem, habitabilis est: & ideò tangit puncta longitudinis. Mal. 1. Ab ortu solis vsque ad occasum magnum est nomen meum in Gentibus, & in omni loco offertur nomini meo oblatio munda. Ex vniuerso igitur orbe congregandos esse fideles denunciat. *Et recumbent cum Abraham, Isaac & Iacob in regno cœlorum.* 1. Id est, eadem fruentur gloria qua Abraham, Isaac & Iacob. Certũ enim est, 1.

Christum futuram illam gloriam, sumpta metaphora ab his qui mensæ recumbunt, & lautioribus epulis excipiuntur, declarasse. Luc. 22. sic, Edetis & bibetis super mensam meam in regno meo. Et Ioann. 13. Pater faciet electos discumbere. Hoc nimirùm

D quòd planè fruitio illa animam satiabit: vnde meritò Angelicus cibus nuncupetur. Est ergo allusio ad ea bona, quæ Deus Israëli sub lege promisit, Leuitic. 24. copiam frumenti, vini & olei: Ad benedictionem quam patres filiis precabantur, in pinguedine terræ: sed & ad id quod viuentes nitimur, vt non esuriamus neque sitiamus. Es. 65. Serui me comedent, &c. 2. Abraham, Isaac & Iacob potiùs meminit quàm cæterorum: quòd hi & celeberrimi & antiquissimi primæ Iudæorum nobilitatis parentes extiterint, & Dominus ipse se Deum eorum dixerit, Exod. 3. Vt & per eos, vniuersos fideles intelligat. *In regno cœlorum.* Nec enim amplius locum habet ille sinus in opaco aut sublimiori terræ loco, quem explicat Tertullianus, lib. 4. contra Marcio- Tertull.

nem: siquidem eduxit Christus in cœlum captiuitatem captiuam, & patres illi iam agnũ quocũque progressus est, secuti sunt, Ephes. 4. Cæterùm propter viuæ fidei meri-

E tum Christus Gentibus accessum ad Deum promittit, Ephes. 1. Proinde ait Chryso- Chrysost.

stomus, hom. 8. in Epistol. ad Rom. Considera igitur, quantum sit credere, certoque persuasum sit, posse Deum non solùm à supplicio liberare eum, qui in impietate iam per omnem vitam suam ambulauit, sed & confestim iustum facere, immortalibúsque simul illis spiritibus dignum reddere: vt & nobis olim reprobatis Gentilibus idem cõtulit. Proinde festinemus ingredi in illam requiem. Carnales Mahumetistæ, authore Sergio monacho, quòd conuiuiorum desiderio tenerentur, futuram constituerunt in deliciis ciborum & ferculorum beatitudinem: quòd hanc doctrinam ex malè intellectis scripturæ locis, monachus ille Mahumeti pedagogus exhauserit. Quippè etiam à Cherinto Chiliastæ olim dimanarunt, qui vt voluptatibus addicti erant, Christum mille annis post resurrectionem in carne cum sanctis regnaturum, eósque

Gratianus. Philaster. frequentibus epulis excepturum docuerunt. De his habes apud Gratianum 24. quæst. 3. c. Quidam autem hæretici: & Philasterum in Catalogo hæretic. Sed non animaduerterunt illi, & verbum Dei, & gloriam, & gratiam, & spiritum sanctum dici cibum & potum in scripturis. Sic D. Dionysius Areopagita Epistol. 9. ad Titum, quosnam cibos sapientia præparare dicatur, resoluit solidum cibum: vocans intellectualem perfectionem, secundum quam qui intelligentiæ dono præditi sunt, modò digni, diuinarúmque rerum consortes effecti perficiuntur: vt etiam Georgius Pachymerius in hanc Epist. commentatur, &c. *Filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores.* *Filij regni* Iudæi sunt, non prædestinatione, sed vocatione. 1. Vel quia Deus in eis antè regnauit, (inquit Hieronymus in Matth.) 2. Vel quòd regnum Dei esset illis præparatum: quod magis illos mordebat, (ait Chrysostomus homilia 27. in Matth.) 3. Vel quòd Ecclesiæ Dei filij essent, quæ regnum dicitur. 4. Tum quòd & hi hos sibi titulos præferrent, cæteris nationibus despectis. *Eiicientur* vim habet, quod coactis accidit: nec enim ait, ibunt. Turpiùs eiicitur, quàm non admittitur hospes. D. Remigius in Matth. tenebras exteriores, fletum quoque & stridorem dentium, historicõs interpretatur, sic vt prædicat Dominus his verbis, Iudæos per nationes & regiones varias, propter infidelitatem dispergendos, adeò vt ob earum intemperiem, modò igne torridi, modò frigore stridentes passim appareant. Fletus enim ab igne solet fieri, stridor dentium à frigore. Illis ergo ascribitur fletus, qui in calidioribus locis habitant, sicut in India & Æthiopia: stridor verò dentium, his qui in frigidioribus locis, sicut est Hircania & Scythia. Vel tenebræ exteriores dicuntur, quoniam qui à Domino expellitur, foras relinquit lumen, vt scribit Hieronymus in Matth. Nam quia via illorum tenebræ & lubricum, & excæcati in sua malitia, interiores tenebras elegerunt: ideò exterioribus plectentur, nimirùm inferni pœnis addicti, vbi vmbra mortis & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Tertullianus lib. de anima: Nobis, inquit, inferi, non nuda cauositas, nec subdialis aliqua mundi sentina creduntur, sed in fossa terræ, & in alto vastitas, & in ipsis visceribus abstrusa profunditas. Origenes homil. 9. in Hieremiam. Tenebræ hîc exteriores, inquit, & ignis æternus & gehenna. *Ibi erit fletus & stridor dentium.* Per metaphoram membrorum, pœnas describit tormentorum. Augustinus ad Iulianum, Epist. 211. Væ his quibus præparatur dolor verminum, ardor flammæ, sitis inextincta, fletus & stridor dentium, oculorum lachrymæ, tenebræ exteriores sine luce. Hieronymus in Matth. & Druthmarus in cap. 16. eiusdem, ex eo quòd fletus & stridoris dentium Christus meminit, futuram resurrectionem colligunt, qua in excitatis dentibus & ossibus plectentur impij, pœna vera, non autem imaginaria. Haymo in homil. Euangel. metaphoram explicat. Solent enim, inquit, oculi præ fumo lachrymas emittere; dentes verò præ nimio frigore stridere. Hinc Iob 24. Transibunt ab aquis niuium ad nimium calorem ignium: quibus supplicia damnatorum intelliguntur, similitudine desumpta à febricitantibus, qui vbi magno calore exudarunt, extremo frigore palpitare incipiunt. Augustinus lib. de triplici habitaculo, cap. 1. Cruciabit, inquit, eos & visio dæmonum. Eorumdem meminit Prosper lib. 3. de vita contemplat. cap. 12. Prudentius in Hamartigenia, horrendam hanc dæmonum visionem deprecatur his verbis:

Hieron. Chrysost. Hieron. Hieronymy. Tertull. Origenes. Augustin. Hieron. Druthm. Haymo. Augustin. Prosper. Prudentius.

At mihi tartarei satis est si nulla ministri
Occurrat facies, auidæ nec flamma gehennæ
Deuoret hanc animam mersam fornacibus imis.

Chrysost. Chrysostom. lib. de reparatione lapsi, pulchrè contemplatur pœnas illas futuras, vt peccatorem ad sui reatus agnitionem euocet. E pluribus verò, hîc quædam inferere non erit superfluum. Ibi (inquit) quid agemus? Nihil erit ibi nisi stridor dentium, nisi vlulatus & fletus, & sera pœnitentia, cessantibus vndique auxiliis, & vndique inualescentibus pœnis. Nec solatium quidem est vnquam vllum. Nihil occurret oculis nostris, nisi soli pœnarum ministri, & facies dira tormentorum: & quod est omnium tetrius, nec aëris quidem ipsius vllum erit solatium, aut lucis. Circundabunt enim pœnarum loca tenebræ exteriores, & ignis ille flammeus, qui sicut naturam non habet consolandi, ita nec illuminandi: sed & ignis obscurus & flamma tenebrosa est. Si quis plura dicere volet, legat subsequentia hoc eodem loco. *Dixit autem Iesus Cẽturioni, Vade*

A *Vade, & sicut credidisti fiat tibi.* *Vade* hîc, non rigorem indicat, vt Matth. 4. sed signum est exauditæ petitionis. *Fiat*, vox Deo familiaris, vt qui quæcunque vult faciat. *Sicut credidisti:* Fides enim maximum patrocinium est. Luc. 17. Si habueritis fidem sicut granũ synapi, dicetis huic arbori, Eradicare, & transplantare, & iacta te in mare, & obediet vobis. Albertus Magnus in Matth. Sed quæritur quare effectus miraculorum non attribuitur ita charitati vel spei, sicut fidei. Ad hoc dicendum, quòd sola fides est ex auditu: & ideò ex parte illa quærit persuasionem: Cùm autem auditus sit de supernaturalibus, oportet quòd inductiuum & persuasiuum eius sit per supernaturalia. Spes autem & charitas non sunt ex auditu, sed sunt affectiones simplices: & ideò persuasionem habere non possunt. *Fiat tibi.* Matth. 15. O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut petisti. Luc. 1. Beata quæ credidisti, quoniam perficientur in te quæ dicta sunt tibi à Domino. *Et sanatus est puer ex illa hora.* Nescit enim tarda rerum molimina Spiritus sancti gratia. Gregorius. Hierem. 30. Obducam cicatricem tibi, & à vulneribus tuis sanabo te. Hierem. 33. Ecce ego obducam cicatrices eorum, & sanabo & curabo eos. *Sanatus est*, inquit, *in illa hora*: quoniam in ictu oculi, puncto temporis & statim operatur Deus. D. Basilius Epistol. 181. ad Chilonem: Non Christi præsentia, inquit, sed fides Centurionis, ægrotantem seruum liberauit. Sic etiam nunc te orante, in quocunque fueris loco, ægroto quouis credente quòd preces tuæ ipsi auxilium ferent, omnia ipsi ex animi sententia succedent. Beda lib. 2. in Luc. Lucas autem habet, inquit, Et reuersi qui missi fuerant domum, inuenerunt seruum, qui languerat, sanum. Probatur fides domini, & serui sanitas roboratur. Potest ergo meritum domini etiam seruis suffragari, non solùm fi-

Alb. Mag.

B

Gregor.

Basilius.

Beda.

C dei merito, sed etiam studio disciplinæ. Pleniùs sanè hæc explicat Matthæus, quòd dicente Domino Centurioni, Vade, & sicut credidisti, fiat tibi, sanatus sit puer ex illa hora. Sed beato Lucæ moris est quæ plenè viderit ab aliis Euangelistis exposita breuitate, vel etiam de industria præterire: quæ verò ab eis omissa, vel breuiter cognouerit adtacta, dilucidare solertiùs. Mysticè, vt dixi, Centurio, cuius fides Israëli præfertur, electos nimirùm ex Gentibus ostendit, qui quasi centenario milite stipati, virtutum spiritualium sunt perfectione sublimes, nihilque à Domino terrenum, sed sola æternæ salutis gaudia sibi suísque requirunt. Numerus enim centenarius, qui de læua transfertur ad dexteram, in cœlestis vitæ significatione poni consuevit. Vnde est quòd arca Noé centum annis fabricatur, Abraham centenarius filium promissionis accepit, seruit Isaac & inuenit in ipso anno centuplum, atrium tabernaculi centum cubi-

D tos longum est, in centesimo Psalmo, Misericordia & iudicium Domino cantatur, & cætera huiusmodi. Talis ergo meriti viri pro his necesse est Domino supplicent, qui adhuc spiritu seruitutis in timore premuntur, quatenus eis paulatim ad sublimiora proiectis, perfecta dilectio foras mittat timorem.

Adolescens filius vnicus viduæ Christi iussu suscitatur: vnde omnes illum pro summo Propheta habuerunt.

E Matth. | Marc. | Luc. 7. | Ioan.

Et factum est, deinceps ibat Iesus in ciuitatem quæ vocatur Naim, & ibant cum eo discipuli eius, & turba copiosa. Cùm autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur, filius vnicus matris suæ: & hæc vidua erat, & turba ciuitatis multa cum illa. Quam cùm vidisset Dominus, misericordia motus super eam, dixit illi, Noli flere. Et accessit, & tetigit loculum. Hi autem qui portabant, steterunt. Et ait, Adolescens, tibi dico surge. Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui. Et dedit illum matri suæ. Accepit autem omnes timor: & magnificabant Deum, dicentes, Quia Propheta magnus surrexit in nobis, & quia Deus visitauit plebem suam.

Introductio.

NON est generosi militis domi in otio stertere. Ideò olim Hercules, Theseus, multíque alij celebrantur, vt qui se in exteras prouincias contulerint, suæ virtutis periculum facturi. Hinc duodecim labores Herculis, hinc & Argonautica nauigatio. Atqui supereſt nunc Ecclesia,

-- velut altera quæ vehat Argo
Delectos heroas, erunt etiam altera bella,
Atque iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.

Supersunt expugnandæ hæreses, expugnanda Gentium & Barbarorum dogmata. Eapropter nos Christus suo inducit exemplo, vt qui verbi ministerium susceperint, nunc hanc, nunc illam prouinciam in fide confirment, & errantes ad viam reducere nitantur. Hoc enim ipse Christus facit. Non huic satis est in montis decliuio mundasse leprosum, & in Capharnaum curasse Centurionis seruum, sed & in Naym proficiscitur, vt & illic mortuum adolescentem suscitet. *Et factum est, deinceps ibat Iesus in ciuitatem, quæ*
Theophil. *vocatur Naym.* Theophilactus. Postquàm, inquit, Centurionis seruum etiam absens sanauit, aliud rarius fecit miraculum, vt ne quis dicat: Et quid noui in hoc seruo contigit? Fortassis alioqui non fuisset mortuus. Propterea mortuum illum qui efferebatur, suscitare voluit. Intendebat enim Dominus se mortis & vitæ dominum ostendere, nec Heliæ aut Helisæo, qui mortuos suscitarunt, aut cuiuis ex antiquis, qui morbos mirabiliter curarunt, cedere: immò eum se esse, qui mortis destruat imperium. Heb. 1. Os. 13. Tres igitur hîc nobis personæ depingũtur, Vidua mœsta de filij obitu, filius vnicus defunctus, Christus solo verbo & attactu loculi defunctum excitans. Hic autem primùm Christi beneuolẽtiam mirari contingit, vt qui vltrò medicus ad ægrotos, vita ad mortuos accedat. Etsi enim eum Regulus, etsi Centurio rogarint, non rogauit tamen hæc vidua, vt in Naym veniret. Vltrò se offert, etiam non quærentibus: docens vtique tantam Dei in nos bonitatem esse, vt vltrò se peccatoribus obcæcatis, & omninò suæ salutis curam reijcientibus offerat. Apoc. 1. Ego sto ad ostium, & pulso: si quis aperuerit, intrabo ad eum, & cœnabo cum illo. Vnde & Psaltes: Misericordia eius præueniet me. Sic præuenit Paulum nihil minus cogitantem, quàm Christi doctrinam amplecti: immò & ipsi hostem infensissimum, cùm in Christianos literas à Pontificibus accepisset, Act. 9. Sic præuenit Zacheum, Luc. 9. dicens, Festina, descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. Præuenit & Onesiphorum olim sicarium, tandem verò diui Pauli discipulum. Quam Dei bonitatem fusissimè declaCHRYSOST. rat Chrysost. lib. de reparat. lapsi. Porrò Naym, vt ait Beda in Lucam, insignis est Galilææ ciuitas, secundo milliario à monte Thabor, in sorte Zabulon, satis populosa. Ibi igitur beneficium aliquod conferre voluit: nullibi quippè Christus sine fructu fuit. Quæ nimirum vrbs virtutem eius non sensit, si eam Christus appulerit? In Chana, Galilææ oppido, aquam in vinum mutauit. Ioan. 2. In terra Gennesara obsessos præter modum à spiritibus immundis eripuit, Luc. 8. In finibus Tyri à muliere Chananæa dæmonium abiecit, Matth. 15. Quas verò in Capharnaum & Hierusalem curationes operaturus est? Adeò vbicunque est Christus, ibi est & beneficus. Proinde in Neochristianos obseruabis ipsum in Eucharistia non sumi absque fructu, nimirùm vi viuificatiua & confortatiua: nec in nostra Liturgia offerri sine fructu oblationis illius, quam
CHRYSOST. pro redemptione nostra in cruce litauit. huius enim hæc memoria est. Chrysostom. hom. 61. ad popul. Antiochenum: Hic mysticus sanguis, inquit, dæmones expellit, & procul esse facit, Angelos autem ad nos vocat, atque Angelorum dominum. Vbi nãque sanguinem dominicum viderint, dæmones quidem fugiunt, concurrunt autem Angeli. Hic sanguis effusus omnem terrarum orbem aluit. Et paucis interiectis: Nã si figura ipsius tantam habuit virtutem, & in Hebræorum templo, & in media Ægypto superliminaribus inunctis, quomodo veritatem quidem ipsam diabolus non timuerit? Hæc est salus animarum nostrarum, hoc abluitur anima, hoc adornatur, hoc inflammatur. Hic sanguis effectus est, & cœlum fecit accessibile: & sicut auro liquescente, siue quis manum, siue linguam immittat, eam statim auream reddit: ita & hæc proposita pretiosam reddunt animam. Quomodo scilicet non omnia nobis cum Christo bona communicentur? Eapropter venit in mundum, venit & ad viduam, & mortuum adolescentem. *Et ibant cum eo discipuli eius,* quos iam selegerat. Es. 8. Ecce ego

& pueri

A & pueri mei, quos dedit mihi Dominus: vt tandem huius miracula apud omnes testimonium perhiberent. Act.1. Eritis mihi testes. Sed & Christum suo exemplo ostendunt non modò pedibus corporis, sed & gressibus animæ sequendum esse. Qui enim dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. 1. Ioann.2. Nimirùm milites ducem, proles patrem, oues pastorem, & stellæ Lunam suo lumine sequuntur. Ne quis igitur ex nobis se Christi discipulum dicat, & interim illius doctrinæ aut moribus aduersetur. Ne quis se Christianum nuncupet, & interim factis Christum oppugnet. *Et turba copiosa.* Eius verborum dulcedine allecta: Qui dicerent, Domine, ad quem ibimus? verba æternæ vitæ habes. Ioann.6. Nimirùm fama eius quotidie increscebat. *Cùm ergo appropinquaret portæ, efferebatur defunctus.* Rem ipsam aggreditur, eámque tristem & lugubrem ex omni circunstantia reddit: vt non curiosè, sed
B causa sufficienti ipsum excitatum esse audiamus. 1. Defunctus enim filius erat. 2. Nec vnus è multis, sed vnicus. 3. Nec nuptæ matris, sed viduæ. 4. Nec vrbis ignotæ, sed notissimæ, vnde & turba ciuitatis multa cum illa. 5. Nec pridem hæc mors contigerat, vt eius dolor compesci posset, sed recens erat: cùm adhuc efferretur corpus. Albertus Magnus in Luc. Ecce igitur mouentia ex parte matris in duplici ordine considerantur. Quædam enim sunt in habitudine filij ad matrem, quædam autem in habitudine matris ad filium. De his quæ sunt in habitudine filij ad matrem, dicit, *Filius vnicus matris suæ.* Pignus autem naturæ mortaliter fuit, inquantum filius: dilectus vteri, inquantum filius. Totus autem in eo fuit matris affectus, inquantum vnicus: omnium votorum suorum dilectus, inquantum vnicus: senectutis baculus, inquantum vnicus. *Matris* autem *suæ*, quæ feruentiorem in eo habuit amorem, quæ necessa-
C riorem iam habuit prolem robustam. Quòd enim pignus naturæ mortalis fuerit filius, patet per hoc quod dicit Augustinus, quòd nuptiæ bonum sunt mortalium, non propter aliud, nisi quia mortalis & fugientis naturæ in successore pignus remanet, & extinguentis iam luminis lucerna ex parte accensa. 2. Reg. 14. Quærunt extinguere scintillam meam quæ relicta est. Scintilla enim reseruata, est pignus ignis. Et sic est filius pignus parentum. Dilectus est etiam vteri matris, Prouerb.31. Quid dilecte vteri mei? q.d. quem ego foui in vtero meo. Vnde & Tob.4. Memor enim esse debes, quãta sustinuerit in vtero suo propter te. Alter enim fuit pro patre, quia non habuit: & ideò deficiente virtute in parentibus, crescit in filiis. Et ideò Exod.20. dicitur, Honora parentes. In quantum autem vnicus, totus in eo fuit matris affectus, sicut dicit Basilius
D 2.Reg.1. Sicut mater vnicum amat filium, ita te diligebam. Et ideò Hierem. 6. dicitur: Luctum vnigeniti fac tibi planctum animarum. Totus fuit votorum suorum dilectus, inquantum vnicus: in eum omnia vota sua referebat, Prouerb.31. Quid dilecte votorum meorum? Inquãtum autem vnicus, fuit senectutis baculus. Tob.5. Baculum senectutis nostræ, lumẽ oculorum nostrorum. Ruth.4. Natus est qui te diligat, & enutriat senectutem tuam. Et hæc omnia spiritualiter sunt in natis Ecclesiæ, quos in corde suo parturiuit & portauit. Mater etiam feruentiorem in prole habebat amorem. Omnis enim mater diligit, sicut dicit Tullius in Topicis & Rhetoricis. Esa.49. Nunquid potest obliuisci mater infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? quasi dicat, non potest. Hæc etiam necessariorem habuit iam robustam prolem, quæ iam anus se iuuare non potuit, solo filij solatio sustentãda. Rom.15. Debemus nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere. Miseriam igitur auget defuncti conditio. Nec enim
E capularis erat senex, sed adolescens, baculus senectutis futurus matris suæ. Hinc discimus, quòd, vt scribit Horatius lib.1. Odar.

Alb. Mag.

Augustin.

Basilius.

Horatius.

Mixta senum ac iuuenum densantur funera, nullum
Sæua caput Proserpina fugit.

Sic homo quasi flos egreditur & conteritur, velut vmbra, Iob.4. Quot enim quæso dilectissimos à parentum sinibus vna hora abripuit? 4.Reg.4. Habes Sunamitidẽ vnico filio etiam puero orbatam, quem suis precibus à Deo Helisæus Propheta impetrarat.3.Reg.17. Habes Sareptanæ viduæ filium hoc ipso etiam tempore mortuum, quo apud eam morabatur Helias. Et sanè variis de causis Dominus filios etiam teneros aut adolescentes morti mancipat.1. Aliquando ob parentum peccata, quòd filiis debitam instructionis curam non impenderint: vnde cùm hi aliquam impietatis maculam incurrerint, defectum castigationis paternæ Deus in his vindicat: vt docet Iustinus

Iust. Mart.

Martyr quæſt. 80. ad Orthod. exemplo puerorum 40. qui quòd Heliſæum riderent, F
ab vrſis duobus deuorati ſunt, 4. Reg. 2. Eodem quippè modo vna die duo filij Heli,
immò & ipſe Heli mortui ſunt: quòd paterna indulgentia abuſi filij in multa ſcelera
delapſi eſſent, 1. Reg. 4. Sic & ob duritiem Pharaonis primogenita Ægypti occiſa ſunt,
Exod. 13. Ob Dauidis adulterium filius, quem ex Berſabea habuerat, defunctus eſt.
2. In parentum verò probationem, quandoque filij ex hac vita demigrant. Sic & filij
& filiæ Iob (cap. 1.) è viuis abſumpti ſunt. 3. Nonnunquam verò rapiuntur, ne mali-
tia eorum animam immutet. 4. Sæpè autem vt doceantur mutationes rerum omniũ.
5. Mors verò iſtius contigerat, vt dum ſuſcitaretur, Chriſti virtus agnoſceretur, quem-
admodum & Lazaro obuenit. Cæterùm diſcant omnes huius vnius exemplo, ſeu
parentes, non oblectari nimis in filiis, nec eos plus æquo diligere, ſed & Deo totos
commendare: ſeu qui in flore ætatis viuunt, etiam nouiſſima attendere debent, nec
volucri confidere vitæ, quoniam mors non tardat, & neſcimus quando tempus ſit. G
Hora enim noſtra ſemper eſt parata. Habet igitur miſeriam & luctum. 1. Quòd ado-
leſcens fuerit. 2. Quòd filius, non nepos, aut agnatus. 3. Quòd vnicus, adeò vt in eo de-
pereat nomen familiæ. *Et hæc* (mater) *vidua erat.* Paucis Euangeliſta molem ærumnæ
explicat. Vidua erat: proinde omnis expectatio habendæ in iſtius locum prolis amiſſa
erat. Potuerat iſte illi eſſe in vicẽ mariti defuncti: nunc & pater & filius defuncti ſunt.
Hinc quoq; ſufficiens eſt ei impendendæ miſericordiæ ratio. Nam ſemper viduarum
miſertus eſt Dominus, & eas. 1. conſolandas, & ſecundò benedicendas pollicetur. 3. &
impugnari eas in iudicio vetat. 4. immò adiuuari iubet & honorari. 1. Iob. 29. Cor vi-
duæ conſolatus ſum. 2. Pſalm. 101. Viduam eius benedicens benedicam. & Pſalm. alio:
Viduam eius ſuſcipiet. Sic benedicta Anna vidua, Luc. 2. 3. Deuter. 24. Non peruer- H
tes iudicium viduæ. Eſa. 10. Væ illis dicitur, qui condunt leges iniquas, vt ſint viduæ
præda eorum. Idem Hierem. 7. Zach. 7. 4. Eſa. 1. Subueni oppreſſo, viduæ &
pupillo. Iac. 1. Religio vera & immaculata apud Deum & homines hæc eſt, viſi-
tare pupillos & viduas in tribulatione eorum. Sic Raab benefecerunt legati Iſraël,
Iudic. 6. Item Helias miſſus eſt ad Sareptanam, cuius etiam filium defunctum ſu-
ſcitauit, vt hodie legitur in Epiſtola. *Et turba ciuitatis multa cum illa.* Hinc duo
diſcimus. 1. Viduam hanc nobiliſſimam fuiſſe, cùm omni ciuitati nota fuerit. 2. Quis
mos Iudæorum fuerit in ſepeliendis, & proſequendis ad tumulum defunctorum
corporibus. Vbi & duo dicenda occurrunt: Vnum eſt, de ſepulturis, alterum de fu-
neribus. Obſeruant Chriſtiani ex antiquis Patribus, quæ probanda ſit ſepultura, &
Laërtius. quæ improbanda. 1. Cynica vtique indigna eſt Chriſtiano: de qua Laërtius lib. 6. de I
vitis Philoſophor. Nec enim belluis Chriſtianorum corpora exponenda ſunt, aut
Auguſt. contemnenda, quibus tanquam organis vſus eſt Spiritus ſanctus, vt docet Auguſt. lib.
1. de ciuit. Dei, cap. 13. 2. Sed neque Chriſtiani ſe in ignem præcipitant, vt Empedo-
cles: aut in æquora, vt Cleombrotus: quaſi ſubtractis ab hominum oculis oſſibus, bea-
tiores eſſe queant, & non omnes mortales ſimus. 3. Nec illis vt Anthropophagis in vſu
fuit, licet defunctorum corpora in cibum ſumere: hoc enim inhumanum eſt. 4. Nec
barbarus mos apud nos locum habet: immò Chriſtiana doctrina extinctus eſt, vt
Theodor. Theodoretus lib. Græc. affection. ſerm. 9. docet his verbis. 1. Maſſagetæ, inquit, mi-
ſerrimos homines arbitrati, qui alio mortis genere, quàm violenta nece decumberent,
quíque idcircò legem de mactandis ſenibus comedendíſque tulerunt, poſtquàm pi-
ſcatorũ (Apoſtolorum) leges, ſanctorúmque (vt Pauli) acceperunt, abominabiles illas K
dapes ac hoſtias pertæſi ſunt. 2. Tibareni quoque ſoliti olim ſeniores ab altiſſimis ru-
pibus dare præcipites, legem iniquiſſimam conſciderunt. 3. Neque ampliùs Hyrca-
ni, neque ipſi etiam Caſpij canes alunt hominum cadaueribus (deuorandis.) 4. Neque
Scythæ vnà cum mortuis hominibus infodiunt, quos olim viuentes illi dilexerant. 5.
Quíque priùs mortuorum corpora canibus diſcerpenda, volucribúſque porrigere
didicerunt: nunc ex quo credere in Chriſtum cœperunt, ab huiuſmodi inhumanitate
abhorrent, ac terræ mortuos ſuos infodiunt. Perungebant quidam corpora, & ſepul-
chris ad hoc extructis reſeruabant, qui mos fuit Ægyptiis antiquiſſimis noſtro reſpõ-
dens: cuius meminit Diodorus Siculus lib. 2. Bibliothecæ, & Herodotus lib. 2. qui
Diodorus. Herodot⁹. Euterpe inſcribitur. Alij exſiccabant cadauera, & domi reſeruabant. Alij, vt Roma-
Terentius. ni, ea perurebant. Terent. in Andria:

Imus,

Imus, ad ſepulchrum venimus,
A *In ignem poſita eſt, fletur.*

Sic Homerus in Iliade, recenſet corpus Achillis exuſtum, & cùm eo permultos viuos ex domeſticis crematos. Nos meliùs terræ demandamus, iuxta Dei verbum, Geneſ. 3. donec reuertaris in terram. Sap. 12. Vt ſpiritus redeat ad Deum, & corpus in terram, vnde ſumptum eſt. Hinc eſt quòd Patriarchæ, immò omnis Iſraël & Chriſtianus populus hunc morem ſecutus eſt. Porrò mos Iudæis erat defunctos extra vrbes & oppida ſepelire & inhumare. Sic enim & Chriſtus in horto ſepultus eſt. Et id vtique ſecreto quodam myſterio, quòd ſtatim poſt mortem in beatitudinem illam æternam euolare non poſſent. Vnde vt ab vrbibus corpora, ita à gloria illa animæ excludebantur, donec Chriſtus captiuam duxit captiuitatem. Ex eo fit, vt iſte defunctus *efferretur*. Porrò quod adiicitur, Et turba ciuitatis multa, funus ſeu conductum notat. Fuit enim vſus funerum antiquiſſimus, & ſanctis Patribus commendatiſſimus. Nolim hîc Ioſeph & Abrahæ meminiſſe: nolim & piorum virorum, qui corpus S. Stephani mortuum curarunt, vt legitur Act. 7. Ea ſolùm, paucâque proferam, quæ Patres poſtmodùm teſtati ſunt. Nicephorus ſuæ hiſtor. Eccleſiaſtic. lib. 2. cap. 22. quàm celebris fuerit ſanctiſſimæ matris virginis Mariæ conductus cum luminibus & floribus & palmis, ſufficienter narrat. Gregorius Nyſſenus Epiſt. ad Olympium de morte ſororis ſuæ Macrinæ, curationem illius funeris ſic deſcribit, vt ſeorſim viri, ſeorſim mulieres, & ſeorſim ſacerdotes cum Pſalmis & canticis ad ſepulchrum procederent. Item Nicephor. lib. 9. cap. 50. & Gregorius Nanzanz. Orat. 2. in Iulianum Apoſtatam, exhibitum narrat Theodoſio defuncto pietatis officium, omnibus corpus cum plan-
C ctu proſequentibus: cùm interim in deteſtationem Iuliani Apoſtatæ, Iuliani corpus demortuum à mimis & ſcenicis in communem cloacam delatum ſit. Hinc eſt quod Petrus Alexandrinus Epiſcopus in Epiſtola, quam ſcripſit de Arianorum & Lucij in Alexandria impietatibus, inter cætera ait: Cúmque Iudex ille multos quoque infantium cruciaſſet, quidam eorum morientes, neque parentum, neque fratrum exequiis ſolennibus ſunt potiti. Quod vtique deflet, in conſuetudinem Eccleſiæ reſpiciens, quæ funeris & exequiarum ſolennitatem ſemper commendauit. Gregorius Nanzan. Orat. 7. idem officium exhibitum Cæſario defuncto recenſet. Cum pompa, inquit, elatus eſt, ſacris parentum manibus honoratus: cùm mater luminaris prælatione calamitati pietatem opponeret. Ioannes Chryſoſtom. hom. 4. in cap. 2. ad Heb. Epiſtol. Dic mihi, inquit, quid ſibi volunt in funere lampades iſtæ feſtiuæ? Quid etiam
D hymni? Nónne vt Deum glorificemus? Pro qua re, dic, Preſbyteros vocas, & pſallentes? Nónne vt conſolationem recipias? Nónne vt honores decedentem? Vides vt apertiſſimis verbis eum, qui Eccleſiæ frequentiſſimus eſt, funeris producendi morem deſcripſerit? Brentius etiam, quamuis Luthero faueat, tomo 1. hom. 69. in Luc. hodierni Euangelij Lectionem examinans, rationem huius conſuetudinis præterire noluit. Tres nimirùm cauſas aſſignat, quibus docet nos nõ abs re funeris officium adimplere. 1. Vt dilectio noſtra in defunctos ſignificetur, & lugeamus cum lugentibus. 2. Vt quaſi ob oculos nudo, fœtenti, & putreſcenti propoſito cadauere, mors in memoriam reuocetur, & reſipiſcamus. Eccl. 7. Melius enim eſt ire in domum luctus, quàm gaudij. Quaſi ipſum nos alloquentem defunctum nobis proponamus, & dicentem id Eccleſ. 38. Memor eſto iudicij mei: ſic enim erit & tuum: mihi heri, & tibi hodie. 3.
E Vt noſtrã de reſurrectione fidem conteſtemur, vt qui non corpus hominis, quaſi bruti abiiciamus. Quare corpora noſtra, inquit Brentius, tanquam ſacrę reliquiæ, terræ mãdanda ſunt: & ſepulturæ locus non aliter habendus eſt, quàm ſacrum quod dicitur Cœmeterium, id eſt, dormitorium. Ergo Brenti, Cœmeteria à locis communibus diſcernenda ſunt. Itaque non modò humanitatis, ſed & religionis ratione corpus iſtud adoleſcentis Iudæi ſepulturæ mandaturi erant, & idipſum proſequebantur funere ſolẽni, cùm non modò illud mater vidua ſequeretur, ſed & turba ciuitatis multa cum illa. *Quam cùm vidiſſet Dominus* oculo corporali, quitamẽ oculo ſpirituali omnia cõſiderat: & ideò cùm viduæ afflictionem præuidiſſet, in hunc locum acceſſerat: *Miſericordia motus eſt ſuper illam:* quod ſecundum hominẽ, aut externum cõmotionis argumentũ intelligendũ eſt. Vidit oculis & corporis & cordis, & diuinitate: nouit quanto deſtituta eſſet ſolatio, etiã nullo referente: ſtatimq; qui ait, miſericordiã ſe velle & nõ ſacrificiũ,

Homerus.

Nicephor.

Greg. Nyſ.

Nicephor. Gr. Nanz.

Pet. Alex.

Gr. Nanz.

Chryſoſt.

Brentius.

misericordia motus est. Hoc suo facto nos edocens, vt alter alterius onera portemus. F
Proinde Paulus, Heb. 13. Mementote laborantium & vinctorum, inquit, tanquam simul vincti. 2. Cor. 11. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Et Rom. 9. Optate pro fratribus anathema fieri. Et alibi, Gaudete cum gaudentibus, inquit, flete cum flentibus. Interim obseruabis fletus huius viduæ viuentis, apud Christum mortuo patrocinari filio: adeò vt Christus tandem eum excitet: sicq; viuos mortuis suffragari. *Et dixit ei, Mulier, noli flere.* quasi dicat, Quid est quòd velut omnibus desperatis adeò te torques? Quin eum attendis, qui filium à morte excitare queat? Nihilne tibi de me relatum est? Nihil tuas aures pepulit? Non audisti me non ægros tantùm sanitati restituisse, sed & mortuos vitæ? Siste igitur lachrymas: mox enim quem ploras, excitatum videbis. Christus igitur non omninò prohibet plorare mortuos: sed sic, vt tamen resurrecturos eos speremus. Duplex enim est pro mortuis planctus: vnus moderatus G
& humanus, qui spe resurrectionis & beatitudinis compescitur. Sic Ioseph fleuit patrem, Genes. 54. Dauid Ionatham & Saul, 2. Reg. 1. Filij Israël Mosen, Deut. vlt. Christus Lazarum, Ioann. 11. Sed modicum super mortuum plora, quoniam requieuit. 1. Thessal. 4. Nolo vos enim (inquit Paulus) ignorare de dormientibus, vt non contristemini sicut & cæteri qui spem non habent, nimirùm Gentiles: Qui, vt ait Hesychius, lib. 6. in Leuitic. cap. 19. & barbam radere, & incisuras sibi in corpore facere, & viuorum corpora simul cum mortuo igni tradere consueuerant, cùm mortuos deflerent. Tanquam enim illis corruptis, semetipsos dissipabant atque corrumpebant, quòd spem morti superesse non putarent. Nos verò, qui non habemus hîc ciuitatem permanentem, sed futuram inquirimus, Heb. 13. ingemiscimus quidem humano affectu, spe tamen futuræ gloriæ consolamur. Sic Christus spe resurrectionis proximæ, H
Noli flere, inquit. *Et accessit, & tetigit loculum.* Iustinus Martyr ad Orthodoxos, quæst. 28. Si Pharisæorum fictam religionem arguens Dominus, dixit eos esse sepulchra dealbata, ossibus mortuorum plena, & communi immundicie: & in lege, qui mortuum tangebat, impurus iudicabatur, quasi aliquid illicitum faciens: & nos, mortuos & eorum sepulchra abhorremus, cùm mortuus in veteri & in nouo Testamento impurus appellatur: Nónne Christus contra vtrumque fecit, qui viduæ filium resuscitans, tetigerit feretrum, & Iairi filiam manu prehenderit? Nam etiamsi ambo tandem reuixerunt, tamen mortua erant corpora, cùm tecta sunt. Responsio. Corporum cadauera, & eorum sepulchra abhorrentur propter fœtorem, quem exhalant, non propter mortem. Si enim tantùm propter mortem abhorrerentur, non liceret mortuorum corporum animalium partibus vti ad vsum viuentium, vt coriis & I
cornibus, & pilis, & bile, & adipibus & carnibus, quæ quum mortua sunt, nulla ratione negari potest. Quòd si mortua sunt, & tamen propter vtilitatem, quæ inde percipitur, non abhorrentur, absurdissimum est ea pura existimari propter vtilitatem quam afferunt: sanctorum verò Martyrum corpora & sepulchra à Gentibus abhorreri, cùm ea tueantur homines ab insidiis dæmonum, morbósque curent, arte medica incurabiles. Comparauit autem Dominus fictam Pharisæorum religionem cum dealbatis sepulchris, quoniam quemadmodum viuentium iudicio piorum, quippè quæ quodammodò sit animæ eorum mors, & fœtor, & impuritas. Vt enim anima à corpore separata, mortuum fœtidúmque & impurum corpus est: ita separato Dei metu ab anima, & fœtida & impura. Neque verò quicquam fecit Dominus, quod vel veteri, vel nouo Testamento esset contrarium: nec enim sub lege erat, cùm mortuos K
illos, de quibus in quæstione dictum est, suscitauit. Nam à baptismate exorsus est Dominus regimen Euangelicum, quod erat extra legis obseruationem, ideóque non est contaminatus tangendo mortuo. Secundum nouum Testamentum verò ea sola polluunt hominem, quæ mala ex corde prodeunt: at mortuum tangere, non polluit hominem. Cyrillus Alexandr. libr. 10. in Iulianum Apostatam: Quòd autem sepulchra, hoc est mortuos hominum animabus nullam inquinationem afferre posse cognouerit, manifestè ostendit ipse, mortuos accedere dignatus, & ad ipsa monumenta, quum præciperet Lazarum etiam fœtentem rediuiuum resurgere. Ita mirè resuscitauit Archisynagogi puellam. Tetigit enim manum eius, dicens, Puella, surge. Insuper & in Naym, quæ Iudææ ciuitas est, viduæ suscitauit filium, tacto loculo acclamans, Adolescens, tibi dico, surge.

Hesychi⁹.

Iust. Mart.

Cyrill.

Quomodo

Quomodo igitur reliquiæ mortui viri mentes noſtras coinquinarent? Numquid pol-
A luit mentem quæ in nobis eſt, vel num cogit ad ea quæ non licent, ſenſibilis fœtor? Et quomodo ſermo ille non eſt refertus ſtultitia? Cæterùm defunctorum reliquias viderit quis non nudas, & negligenter in terram proiectas, ſed benè compoſitas. *Acceſſit* igitur *Chriſtus, & tetigit loculum*. An non verò ſolo verbo adoleſcentem iſtum excitare poterat, quo & Centurionis puerum, & Chananitidis filiam curauit? Poterat ſanè: ſed docet hoc facto viuificam eſſe carnis ſuæ virtutem, ob inhabitantem diuinitatis plenitudinem. Cyrillus ad Reginas, de recta fide: Iam, inquit, quo pacto non vita ſecundum naturam eſt, qui non ſolùm ſermone repellere mortem potuit, ſed etiam tactu manus? Erat enim conſequens ac neceſſarium, viuificum eſſe corpus, quod erat proprium vitæ. Sed & in ſacramentis attactum requiri docebat,
B ac illorum ſignificationem inculcandam. Neque nos prius excitari à peccato, quàm ſua ille gratia, velut manu nos pulſauerit. Apoc. 1. Viuifica eſt igitur caro Chriſti. Nam ſi contactu oſſium Heliſæi mortuus excitatus eſt, (4. Reg. 13.) quanto magis contactu manus Chriſti viuentis? Immò verò ipſius carnem manducantes viuificantur, vt ille ait, Ioan. 6. Patres veſtri manducauerunt manna in deſerto, & mortui ſunt: Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. Satyrus Ambroſij frater etiam corpore Chriſti ſub Euchariſtia, tantùm in ſtola eius collo appenſa, cùm ſe fluctibus ebullientis & intumeſcentis maris deuouiſſet, ad portum deuenit, vbi & Chriſti corpus, quo velut à morte ereptus fuerat, adorauit. Hoc Ambroſius teſtatur ſerm. de exceſſu fratris Satyri. Cæterùm nobis feretri, quo portatur puer, nomen obſeruandum eſt. Loculus enim dicitur, quaſi paruus locus: quòd poſt mortem nihil, niſi quantum
C hoc putre cadauer capiet, nobis ſuperſit. Hinc deteſtare ambitionem eorum, qui tot regnis, terris, poſſeſſionibus, palatiis, caſtris, aut eorum, qui tot Præbendis, Epiſcopatibus, Abbatiis, Prioratibus, Parochiis nondum contenti, inſatiabili velut rabie, cætera etiam concupiſcunt.

Cyrill.

Ambroſ.

--*Mors ſola fatetur* (inquit Iuuenalis Satyra 10.) Iuuenal.
Quantula ſint hominum corpuſcula.-

Hoc quippè Alexandri ipſius exemplo experiri eſt. Nam

Vnus Pelæo iuueni non ſufficit orbis:
AEſtuat infœlix anguſto limite mundi.
Cùm tamen à figulis munitam intrauerit vrbem,
Sarcophago contentus erit. --

D Loculus igitur vicem loci perampli ſupplebit. *Illi autem qui portabant, ſteterunt.* Nimirùm ex fama, quæ vniuerſam regionem pererrabat, Chriſti virtutem intellexerant: quòd, Luc. 4. virtus de illo exibat, & ſanabat omnes. Mouet & illos, quòd numeroſa multitudine ſtipatus ſit: vnde nonnihil diuinum de illo rati ſunt, proinde ſteterunt. *Et ait: Adoleſcens tibi dico, ſurge:* vt impleatur, aut ſaltem argumentum habeat hoc quod futurum eſſe prædixit, Ioann. 5. Mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint, viuent. Pſalm. 67. Dabit voci ſuæ vocem virtutis. Idcircò ait, Tibi dico, ego ſcilicet qui ſum Chriſtus, cuius verbum poteſtate plenum eſt. Non ſic Prophetæ, ſed in nomine Domini, vt Helias & Heliſæus, mortuos excitarunt: Chriſtus verò Patri iure ait, Ioann. 17. Omnia mea tua ſunt, & tua mea ſunt. Alij enim operationum miracula precati ſunt à Deo, vt Act. 9. Sanet te Dominus Ieſus Ænea. At verò
E Dominus Ieſus in maieſtate eſt Dei patris. Ego igitur (ait) ego nimirùm qui claues habeo vitæ & mortis: Dico tibi, mortuo, cuius eſt etiam imperium meum audire, *tibi dico, ſurge.* Interim obſerua vocem Chriſti ad mortuos vſque peruenire, & eis proficere & vtilem eſſe: quanto magis incruentum corporis Chriſti pro eis oblatum ſacrificium? *Et reſedit qui erat mortuus.* Sic Act. 9. Thabita prius mortua, ad vocem Petri aperuit oculos ſuos, & reſedit: In teſtimonium quòd peccator in delictis mortuus, ſi à Domino excitetur, ſurgat neceſſe eſt ab illis, & ſedeat in tranquillitate conſcientiæ. *Et cœpit loqui*, in maius ſuæ reſurrectionis indicium: loqui nimirùm gratiarum actiones. *Et dedit illum matri ſuæ*, in conſolationem. Sic Helias cùm filiũ Sareptanæ ſuſcitaſſet, reddidit eum matri, 3. Reg. 17. Idem Heliſæus fecit Sunamitidi, cuius filium ſuſcitarat, 4. Reg. 4. Moraliter autem peccator quaſi 1. in adoleſcentia defunctus eſt, cùm in calore concupiſcentiæ, gratiæ vitam ſpiritualem

perdidit. 2. Tangit Christus loculum conscientiæ per gratiam præuenientem. 3. Flet F
Ecclesia velut vidua eius mortem spiritualem. 4. Christus mouetur precibus viduæ
Ecclesiæ. 5. Verbo suo mortuam animam in vitam reuocat per ministros suos, seu
auditu verbi, seu sacramento pœnitentiæ. 6. Matri tandem, id est, Ecclesiæ redditur.
7. Exultant autem omnes, & mirantur quòd Deus sic visitet plebem suam. *Accepit autem omnes timor, & magnificabant Deum, dicentes, Quia Propheta magnus*, cuius me-
minit Moyses, Deut. 18. *surrexit in nobis, & quia Deus visitauit plebem suam*. Luc. 1.
Dion. Car. Dionysius Carthusianus artic. 17. Enarrat. in Luc. Cæterum, inquit, quod hic legi-
mus, *Accepit omnes timor*, qualis fuerit iste timor, & de causis eius, patet ex dictis.
Non enim fuit directè & propriè timor afflictiuus, & desolationem inducens: sed
fuit timor admirationis, ac reuerentialis, consolationem & grandem iucunditatem habens admixtam. *Et magnificabant*, id est, magnum, glorioſum, potentem Deum G
esse profitebantur: quia ex affectu tam miraculoso, supernaturali & inclyto omnipotentiam Dei pensabant, laudabant, & honorabant: vnde & gratia miraculorum, sicut & cæteræ gratiæ gratis datæ ordinantur ad aliorum vtilitatem, videlicet ad ædificationem eorum in fide atque reuerentia Dei, sicut ait Apostolus. Vnicuique datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. *Dicentes, quia*, id est quòd, *Propheta magnus*, hoc est magnæ sanctitatis & potestatis, *surrexit in nobis*, id est, inter nos apparuit ac perfulsit. Quamuis enim nondum putarent Iesum esse Deum, non tamen dubitabant, quin diuina virtute feciſſet hoc signum. Ideò Deum principaliter collaudabant, Iesum verò tanquam Dei ministrum, per quem & cuius sanctitate ac meritis Deus feciſſet tantum prodigium. Deinde in isto miraculo modus agendi mirabilior fuit, quàm opus, quòd scilicet Iesus tam imperialiter ac re- H
pentè fecit hoc signum. Non enim Helias aut Helisæus taliter mortuos suscitauerunt, sed instanter orando, & super defunctos procumbendo. Porrò per Prophetam magnum aliqui putant eos intellexisse Prophetam, de quo per Moysen Dominus dixit, Prophetam suscitabo eis de fratribus eorum tanquam te. Sed hoc literaliter de Christo prædictum est, vt ipsemet docet. Aut ergo illi Iudæi scripturam illam intellexerunt de Christo prænunciatam, quo dato confessi sunt Iesum esse Messiam, quemadmodum Samaritani apud Ioannem dicentes, Quia verè hic est Propheta, qui venturus est in mundum: Aut de aliquo perpetuo vate, & sic non intendebant asserere quòd Christus esset Messias. Potius tamen reor, quòd nomen Prophetæ sumpserunt communiter, intendentes quòd Christus esset magnus Propheta, quemadmodum Helias & Helisæus, ac alij quidam fuerunt. Vnde & alio loco cùm quæreret I
Christus à discipulis, Quem dicunt homines esse filium hominis? Respondérunt alij Ioannem, alij Heliam, alij Hieremiam, &c. *Et quia Deus visitauit plebem suam*. hoc est, misericorditer fecit cum populo Iudæorum, mittendo eis tam magnum Prophetam, tanta quoque beneficia impendendo plebi suæ per illum. Cur autem populus Iudæorum specialiter dictus sit populus Dei, dictum est pleniùs. Postremò Christus suscitauit tres mortuos corporaliter, per quorum suscitationem designatur triplex hominum genus spiritualiter mortuorum in anima, quos suscitauit spiritualiter. Suscitauit enim filiam Archisynagogi iacentem in lecto, atque in thalamo: per quam figurantur, qui solo consensu peccati in anima mortui sunt, vel sola praua K
affectione, seu cogitatione, occultisve vitiis. Suscitauit & iuuenem istum extra portam elatum: quo designantur peccatores, qui processerunt in opus, & publicè peccant. Suscitauit & Lazarum iam sepultum: quo exprimuntur qui consuetudine vitiosa oppressi sunt, super quos puteus clausit os suum, hoc est, qui in profundum vitiorum prolapsi, sunt indurati in vitiis, de quibus Hieremiæ habetur: Induraue-
runt facies suas supra terram, & noluerunt reuerti.

Joannes

A *Ioannes vinculis traditus, ad Christum discipulos mittit: & illi quidem ab ipso docentur ex operibus, quam de se opinionem concipere debeant. Ioannes ab austeritate & constantia, testimonio etiam Christi & Malachiæ commendatur.*

Matth. 11.	Marc.	Luc. 7.	Ioan.
Et factum est: cùm consummasset Iesus præcipiens duodecim discipulis suis, transiit inde, vt doceret & prædicaret in ciuitatibus eorum. Ioannes autem cùm audisset in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis, ait illi, Tu es qui venturus es an alium expectamus? Et respondens Iesus ait illis, Euntes renunciate Ioanni quæ audistis & vidistis, cæci vident, claudi ambulant, leprosi mũdantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur: & beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. Illis autem abeuntibus, cœpit Iesus dicere ad turbas de Ioanne, Quid existis in desertũ videre? arundinem vento agitatam? Sed quid existis videre? hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Etiam dico vobis, & plusquàm Prophetam. Hic est enim de quo scriptum est, Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.		Et exiit hic sermo in vniuersam Iudæam de eo, & in omnem circa regionem. Et nunciauerunt Ioanni discipuli eius de omnibus his. Et conuocauit duos de discipulis suis Ioannes, & misit ad Iesum, dicens, Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Cùm autem venissent ad eum viri, dixerunt, Ioannes Baptista misit nos ad te, dicens, Tu es qui venturus es, an aliũ expectamus? In ipsa autem hora multos curauit à languoribus suis & plagis, & spiritibus malis: & cæcis multis donauit visum. Et respondens dixit illis, Euntes renunciate Ioanni quæ audistis & vidistis, Quia cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur: & beatus est quicunque non fuerit scandalizatus in me. Et cùm discessissent nuntij Ioannis, cœpit de Ioanne dicere ad turbas, Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam? Sed quid existis videre? hominem mollibus vestimentis indutum? Ecce, qui in veste pretiosa sunt & deliciis, in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Vtique dico vobis, & plusquàm Prophetam: hic est de quo scriptum est, Ecce mitto Angelum meum ante faciẽ tuam, qui præparabit viam tuam ante te.	

B

C

D

E

Introductio.

LVCTVS quidem in paleas & leues conchas prævalent, at verò si ad scopulos accesserint, alliduntur, & nihil proficiunt. Ita quidem tribulationes infirmos ventilant, sed iustos commouere non possunt. Magna vis est adamantis: ferrum enim attrahit, nec ferro quãtumuis duro rumpitur: Ita magna vis est iustitiæ, vt quæ malitiam confundat, nec ab ea suppeditari possit. Chrysost. hom. 3. in Matth. Granum in spica si flagello tunditur, exilit: sed id quod extra spicã est, non item: Ita ventilatur quisquis carnalis affectus cortice inuoluitur, quo si ereptus fuerit, tribulatione excuti non potest. Talis fuit Ioannes Baptista, quem nihil à professione veritatis auocauit, non minæ, non insidiæ, non carcer, non vincula, non ipsa mors imminens. Vnde & illum Christus ex aduerso arundinis ventis agitatæ cõstituit. Cuius in Deo zelus non modò in redarguẽdo Herode, sed & in docendis Apostolis manifestus apparuit. Hæc nimirùm dicturi sumus. De incarcerati Ioannis quæstione, Christi resolutione, eiusdémque testimonio Ioanni perhibito. In superioribus audiuimus, quæ causa mouerit Herodem, vt Ioannem, quem reuerebatur, carceri manciparet, eiúsque vitæ insidiaretur. Nicephorus lib. 1. histor. Eccles. cap. 19. Ioannes enim Herodem manifestè in faciem reprehendit, qui propria relicta coniuge (filia hæc erat Arabum regis Arethæ) amoribúsque eius nuncio remisso, vanam & effœtam erga Herodiadem affectionem rebus omnibus anteponebat. Hanc ille, cùm vxorem esse sciret fratris Philippi, contra legis constitutionem (semen enim habebat ex fratre, & quidem eo superstite, vt Iosepho videtur) duxerat. De illis enim hoc solùm facere permittitur, qui non procreatis liberis excedunt è vita, ídque prouidentia cõsilióque eo factum, vt fratribus semen suscitaretur. Itaque Ioannes delictum id arguere nõ cessabat, quẽ lubẽter Herodes audiisset, sed vehementioribus amoribus delinitus hominem misit in custodiam. Ideò igitur *Ioannes in vinculis*, quia non modò diuinum,

Summa.

Chrysost.

Nicephor

Iosephus.

Cur Ioannes in vinculis.

ſed & humanum ius à principe violari indignum duxit: maximè vbi princeps F

--tanto conſpectius in ſe
Crimen habet, quanto qui peccat, maior habetur.

Aggrauabatur igitur ſcelus hoc, ſi perſonas ſpectes. Non enim ignotus aliquis, ſed rex, qui cæteris prælucere debebat, hoc attentauerat: neque in vxorem alicuius ex ſuis mancipiis, ſeu ſeruis, ſed in coniugem fratris. Quòd ſi nec inter fratres vxores ſecuræ ſunt, quid ab aliis expectandum erit? Frater qui adiuuatur à fratre, quaſi ciuitas firma, inquit Sapiens. Nunc autem & frater in fratrem armabatur, rex in regem, vicinus in vicinum, coniugatus in coniugatum, etiam repudiata coniuge ſua, coniugem
Chryſoſt. fratris appetebat. Hoc quoniam arguebat Ioannes, in carcerem coniectus eſt. Chryſoſtomus homil. 27. Oper. imperfect. in Matth. Ioannes ſpecie homo, gratia Angelus, quia nihil carnis erat in eo, niſi quod videbatur. Corpore tenebatur in carcere, anima autem in cœlo. Et quod Herodes illi faciebat pro pœna, ille ſuſcipiebat pro G
beneficio: ſicq; Dei miſericordia fruebatur, quia verum gaudium ſanctorum eſt exire de mundo, quemadmodum feſtinantem hominem ad rem aliquam quam deſiderat, ſi quis neſciat conſilium eius, pro malo compellat ire volentem. Sic puto eſſe, cùm impius hominem iuſtum vult occidere mori cupientem. Sicut ſeruus, poſtquàm commiſſi operis penſum impleuerit, gaudet ante faciem domini ſui apparere: ſic & Ioannes commiſſo prædicationis miniſterio conſummato, lætabatur ad Deum tranſire. Auguſtinus ſerm. 4. de natiuit. Ioannis, Ioannem ſanctum & perfectum vocat,
Auguſt. qui per omnia Dei voluntatem fecerit, atque hoc meruerit, vt corpus, quod Deo donante ſuſceperat, Deo donando deponeret. Nec hoc illi vitio, ſed ſummæ laudi ducitur, quòd in vinculis eſt. Quem enim Prophetarum non ſunt perſecuti patres Iu- H
dæorum, qui prænunciabant de aduentu iuſti? vt liberè Stephanus illis exprobrauit.
Greg. Papa An non & in Ioanne & Chriſto menſuram patrum ſuorum impleuerunt? Gregorius Papa lib. 3. Moralium, cap. 5. Ecce, inquit, dum beati Iob vulnera cruciatúſque conſidero, repentè mentis oculos ad Ioannem reduco, & non ſine grauiſſima admiratione perpendo, quòd ille Prophetico ſpiritu intra matris vterum repletus, atque vt ita dixerim, priuſquàm renaſceretur, renatus: ille amicus ſponſi, ille quo inter natos mulierum nemo maior ſurrexit, ab iniquis in carcerem mittitur, & pro puellæ ſaltu capite truncatur, & vir tantæ ſeueritatis, pro riſu turpium moritur. Numquid-nam credimus aliquid fuiſſe, quod in eius vita, illa ſic deſpecta, mors tergeret? Sed quomodo ille vel in cibo peccauit, qui locuſtas ſolummodò & mel ſylueſtre edit? Quid Deo, vel de qualitate ſui tegminis deliquit, qui de camelorum pilis corpus operuit? Quid de cõ- I
uerſatione ſua offendere potuit, qui de Eremo non receſſit? Quid loquacitas, qui diſiunctus longè ab hominibus fuit? Quid eſt quòd Iob Dei teſtimonio præfertur, & tamen plagis vſque ad ſterquilinium ſternitur? Quid quòd Ioannes Dei voce laudatur, & tamen carceri mancipatur? Quid in Ioanne princeps Herodes arguere poterat? An vetuerat Publicanos ad ſe venientes tributa colligere? An milites mandata principum faceſſere prohibuerat? An populum à Romanis deficere? An ſcribas & Phariſæos ſibi Reipub. clauum arrogare? Nihil horum in Ioanne. Omnes ad pœnitentiam conuocauerat, Publicanos, milites, populum, omnes denique ita in officio
continuerat, vt nihil in magiſtratus concludi poſſet. Sola inuidia, crudelitas, tyrannis, ſola denique mulieris vnius malitia huius afflictionis occaſionem & furorẽ præſtitit. Interim verò dum *Ioannes eſſet in vinculis*, ſuſcitato adoleſcente filio viduæ, *exiit* K
hic ſermo in vniuerſam Iudæam, & omnem circum regionem. Pſal. 147. Velociter currit ſermo eius. Cant. 4. Odor tuorum veſtimentorum (ſeu actionum) ſuper omnia aromata. *Et nunciauerunt Ioanni* Baptiſtæ *diſcipuli eius, de omnibus his.* Non enim ita conſtrictus & clauſus tenebatur, vt non liceret diſcipulis ad eum accedere, & cum eo ſermocinari. Marc. 6. Herodes enim metuebat Ioannem, & libenter eum audiebat, & audito eo multa faciebat. Cæterùm non eodem omnes affectu hæc Ioanni referebant. Erant enim qui Chriſto & eius diſcipulis inuiderent, quia plures ſectatores haberet, baptizaret, nec tamen ieiunaret. Erant & qui in eius fidem inclinarent, de qua etiam certam aliquam à magiſtro concluſionem expectabãt. Hinc factum eſt, vt *conuocauerit Ioannes duos de diſcipulis ſuis, quos mitteret ad Ieſum.* Qui fuerint iſti, non liquet: ſatis eſt quòd duos ſelegerit è ſuis, quibus & hanc legationẽ crederet. Videntur illi typum habuiſſe

A in duobus illis exploratoribus Ioſue & Caleb, quos ex omnibus ſcriptura commendat, vt fideliſſimos teſtes terræ illius quam Dominus promiſerat. Exploraruntilli terram promiſſionis, iſti Chriſtum hominem à Deo promiſſum. Et illi quidem ex fructibus terræ illius vbertatem, iſti verò ex doctrina & operibus Chriſti gratiam commendarunt. Duos mittit, vt in ore duorum ſtet omne verbum. (Deuter. 17.) Chryſoſtom. ho. 27. Operis perf. in Matth. Ita ſicut pater, ſi viderit filios bonis moribus ornatos, & omni ſapientia perfectos, quaſi ſecurus moritur, nihil de cætero timens de illis: ſic & Ioannes volebat diſcipulos ſuos perfectos videre in Chriſto, vt iucundiùs moreretur. Magis autem non ſicut Pater filios ſuos commendabat Chriſto, ſed quaſi pædagogus alienos filios, quos ad tempus accepit, Chriſto vt patri proprio reſtituit. Rependebat igitur illis fidele obſequium, quos dubios & incertos de Meſſia relinquere nolebat. Ita Phædo, Cebes, Simmias, Crito, permultique diſcipuli Socratem ſuum viſitarunt, & ipſa etiam die, qua capitis ſupplicio damnatus eſt, ab eo de animæ immortalitate inſtructi ſunt, vt legitur in dialogo Platonis, cui titulus eſt Phædo, vel De anima. Mittit eos ad Chriſtum, quoniam limes conſtitutus erat inter noua & vetera, in quo deſineret Iudaiſmus, & à quo Chriſtiana profeſſio ſumeret initium, vt ſcribit Tertullianus libr. 4. in Marcionem. Id enim facit, quaſi dicat, Ego vos admoneo, vt deſiſtatis ab vmbris, & tranſeatis ad ſolem Chriſtum, in quem & vos introduco. Thomas Aquinas libr. Comment. in Matth. Verùm quæri poteſt, cur hucuſque Ioannes hanc legationem diſtulit, & non priùs diſcipulos ſuos ad Chriſtum miſit. Re-

B

C ſpondetur, quòd ſemper erat cum eis, & ideò nouis ſemper teſtimoniis illis fidem Meſſiæ inculcabat, nunc ipſum digito oſtendens, nunc ex ſigno deſignans: nunc autem, cùm ſe ab illis diſceſſurum cerneret, ſolenni iſta legatione illos certiores reddit. *Et interrogauit* Chriſtum per diſcipulos ſuos: *Tu es qui venturus es, an alium expectamus?* Hilarius in Matth. Ioannes detentus in carcere Dominum ignorat? & Propheta tantus Deum ſuum neſcit? Atqui venturum, vt præitor, nunciauit, conſiſtentem vt Propheta agnouit? adeuntem vt confeſſor veneratus eſt. Vnde tam variæ, & tam abundanti ſcientiæ error obrepſit. Sed conſequens de eo Domini teſtimonium ſentiri hoc ita non ſinit. Neque ſanè credi poteſt Spiritus ſancti gloriam in carcere poſito defuiſſe, cùm Apoſtolis virtutis ſuæ lumen eſſet in carcere poſitis miniſtraturus: ſed præbetur in his,

D quæ in Ioanne geſta ſunt, intelligentia amplior, & cum facti efficientia gratia in eo expreſſa ſentitur, vt Propheta ipſe, ipſo quoque conditionis genere prophetaret, quia in eo forma legis elata eſt. Chriſtum etiam lex annunciauit, & remiſſionem peccatorum prædicauit, & regnum cœlorum ſpopondit, & Ioannes totum hoc opus legis expleuit. Igitur ceſſante iam lege, quæ peccatis plebis incluſa, & populi vincta vitiis, ne Chriſtus poſſet intelligi, vinculis & carcere continebatur. Ergo ad Euangelia contuenda lex mittit, vt infidelitas fidem dictorum contempletur in factis: Et quod intra eum peccatorum fraude fit vinctum, per intelligentiam libertatis Euangelicæ abſoluatur. Tali igitur Ioannes exemplo, non ſuæ, ſed diſcipulorum ignorantiæ conſulit. Ipſe enim *venturum* in remiſſionem peccatorum prædicauit: ſed vt ſcirent non alium à ſe prædicatum, ad opera eius

E contuenda diſcipulos ſuos miſit, vt authoritatem dictis ſuis illius opera conferrent, neque Chriſtus alius expectaretur, quàm cui teſtimonium opera præſtitiſſent. Hierony. lib. 2. Comment. in Matth. cap. 11. Ergo non quaſi ignorans interrogat: ipſe enim cæteris ignorantibus demonſtrauerat, dicens: Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi: & Patris vocem audierat, intonantis, Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui: ſed quomodo ſaluator interrogat, vbi ſit poſitus Lazarus, vt qui locum ſepulchri indicabant, ſaltem ſic pararentur ad fidem, & viderent mortuum reſurgentem: ſic & Ioannes interficiendus ab Herode, diſcipulos ſuos mittit ad Chriſtum, vt per hanc occaſionem videntes ſigna atque virtutes, crederent in eum, & magiſtro interrogante ſibi diſcerent. Chryſoſtomus homil. vigeſima ſeptima. In prima quidem facie, extraneum aliquid Ioannes facere videretur. Cui enim ad baptiſmum ſuum venienti dixerat, Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me: quem inter innumerabiles populos venientem, digito loquens

Chryſoſt.

Tertul.

Tho. Aquin.

Hilarius.

Hieronym.

Chryſoſto.

monſtrauerat:& quod amplius eſt,quem in vtero conſtitutus, priuſquàm naſcere- F
tur,non ſolùm cognouit,ſed etiam exultatione ſpirituali, matrem ſuam fecit eſſe
Prophetam: ipſe nunc quaſi neſciens interrogat.Sed Ioannes in carcere,ſciens iam
ſe in exitu conſtitutum,volebat diſcipulos ſuos Chriſto adiungere: tanquam ſi pro-
Ambroſ. uidus pater moriens,filios ſuos conſignet fideli tutori.Ambroſius lib.5.in Luc.ca.7.
Nonnulli tamen,inquit,de ipſo Ioanne ſic intelligunt,magnum quidem illum eſſe
Prophetam,ita vt Chriſtum agnoſceret,& annunciaret remiſſionem peccatorũ fu-
turam. Itaque non vt dubium,ſed tanquam pium vatem,quem venturum credide-
rat,non credidiſſe moriturum.Quódque non fide,ſed pietate dubitauit. Dubitauit
& Petrus dicens,Propitius tibi eſto Domine , non erit tibi hoc. Ille fidei princeps,
cui ſe Chriſtus nondum filium Dei dixerat,& tamen crediderat: de morte Chriſti
nec Chriſto credidit,pietatis affectus,non indeuotionis eſt lapſus.Denique alibi la- G
uari ſibi pedes recuſat,vbi myſterium non agnoſcit, dum Dominus grauatur obſe-
quio.Ergo moriturum Chriſtum,nec ſancti crediderunt. Quod enim oculus non
vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, hoc præparauit Deus dili-
Th.Aquinas gentibus eum. Hæc Ambroſius:quæ Thomas Aquinas in Matth.non omninò pro-
bat:quòd huic ſententiæ aduerſetur Chryſoſtomus, qui non modò Chriſti aduen-
tum,ſed & paſſionem à Ioanne præuiſam eſſe,ipſo Ioannis teſtimonio docet, cùm
dixit:Ecce agnus Dei.Conſtat enim,inquit Thomas,quòd præſciuit illum immo-
landum,vt veram hoſtiam,quæ tolleret peccata mundi.Sed & hîc à Domino com-
mendatur,quòd ſit plus quàm Propheta. Atqui Prophetæ non modò prænunciaue-
runt de aduentu, ſed & de paſſione & morte iuſti.Manifeſtum eſt igitur,quòd nec H
idipſum Ioannes ignorauerit. Alia verò ratio huius interrogationis aſſignatur, ni-
mirùm quòd Ioannes Chriſtum quidem nouerit etiam paſſurum & moriturum,ſed
interrogauerit,num ille ipſe in propria perſona ad inferos deſcenſurus eſſet.Hiero-
Hieronym. nymus Epiſt.ad Algaſiam,quæſt.1. Hunc enim, inquit, ſenſum habere poteſt. Scio
quòd ipſe ſis, qui tollere veniſti peccata mundi: ſed quia ad inferos deſcenſurus
ſum, etiam hoc interrogo,vtrum & illuc ipſe deſcendas: an impium ſit hoc de
filio Dei credere, aliúmque miſſurus ſis. Hoc autem ſcire deſidero,vt qui te iam
in terris hominibus nunciaui, etiam inferis nunciem, ſi fortè venturus es. Ean-
Gregorius. dem etiam habet ſententiam lib.2. Comment.in Matth.Gregor. lib. 40. Homil.
hom.6. Miſſus enim in carcerem,an ipſe veniat requirit,inquit:non quia ipſum eſ-
ſe mundi redemptorem dubitat, ſed quærit vt ſciat ſi is qui per ſe in mundum ve- I
nerat, per ſe etiam ad inferni clauſtra deſcendat.Quem enim præcurrens mundo
nunciauerat, hunc moriendo & ad inferos deſcendendo præcurrebat. Probat au-
tem Gregorius Papa, hom.1.in Ezechielem,fieri potuiſſe vt Ioannes vnum cogno-
uerit,alterum ignorauerit. Aliquando enim,inquit,ſpiritus Prophetiæ ex præſenti
tangit animum Prophetantis,non autem ex futuro : Aliquando ex futuro tangit
quidem,non autem ex præſenti: Aliquando verò ex præſenti & ex futuro: aliquãdo
ex præterito,ex præſenti atque ex futuro pariter tangitur animus Prophetantis. Ali-
quando tangit ex præterito Prophetiæ ſpiritus,nec tangit ex futuro:aliquando tan-
git ex futuro,nec tangit ex præterito: aliquando verò in præſenti,& ex parte tangit,
& ex parte non tangit. Aliquando in futuro ex parte tangit,& ex parte non tangit.
Sed hæc ipſa ſi poſſimus eo ordine quo præmiſſa ſunt, ſacræ ſcripturæ teſtimoniis K
oſtendamus.Ex præſenti enim Prophetiæ ſpiritus Prophetantis animum tangit, at-
que ex futuro non tangit: ſicut Ioannes Baptiſta venientem Dominum videns, ait:
Ecce agnus Dei,ecce qui tollit peccata mundi.Sed cùm iam moriturus eſſet, miſſis
diſcipulis, requirebat dicens: Tu es qui venturus es,an aliũ expectamus? In quibus
verbis oſtenditur,quia in terris quidem veniſſe redemptorem nouerat: ſed an per
ſemetipſum ad aperienda inferni clauſtra deſcenderet,dubitabat. Erat enim fides
omnium certiſſima de inferis,ſed & de illis, quos per Meſſiam eripi conueniebat.
Neque enim Chriſtus euacuaturus erat inferos,& infideles quoſque æternis ſuppli-
ciis addictos erepturus:ſed patres illos,qui cum fide Meſſiæ deceſſerant. Quinetiã,
Irenæus. vt ſcribit Irenæus circa finem lib.5.in hæreſes,à maximis Prophetis prædictus fue-
rat Chriſti ad inferos deſcenſus, ſicut & Zach. 9. Tu autem in ſanguine Teſta-
menti tui eduxiſti vinctos de lacu, in quo non erat aqua. Et à Pſalte : Eduxiſti
animam

A animam meam ex inferno inferiori. Et, Eccl. 24. Penetrabo inferiores partes terræ, & visitabo dormientes in Domino. Hoc ipsum etiam secreto & distincto symbolo fidei designatur, quo Christum ad inferna descendisse credimus. Hoc igitur quomodo Ioannes ignorare potuerit, vix ostenditur, nisi forsan quis ipsum requirere diceret, num in anima, an verò simul & in corpore inferna illum penetraturum, sicut & in cœlos cum corpore ascensurum nunciaturus sit. Verùm coactior hæc quæstio fuerit. Non ignoro defunctos rescire quæ hîc fiant, non modò ab Angelis, sed & ab his, qui recenter à nobis emigrauerint, vt docet Augustinus lib. de cura pro mortuis agenda. Et proinde patres illos vita functos à Ioanne hinc abeunte intelligere potuisse quæ à Christo fierent, vt & illorum de sua libertate expectatio confirmaretur. Veruntamen non videtur hæc huius legationis & interrogationis potior occasio Augusti.

B fuisse. Theophilact. in Matth. Hoc autem, ait, friuolum fuerit existimare. Sciebat enim Ioannes, quòd & ad infernum venturus esset Dominus cum anima, vt & illic saluaret, sicut dicit Gregorius Theologus, omnes qui credituri erant, quòd pro nobis incarnatus esset. Omnes verò conueniunt, ceu ipse etiam Hieronymus, & Gregorius, quòd ad suorum discipulorum institutionem hanc quæstionem Ioannes commouerat. Euthymius in Matth. Sciēs enim, inquit, discipulos suos inuidia moueri aduersus Christum: vehementer enim præceptorem suum amantes, & pariter gloriā illius frui cupientes, indignabantur, videntes Christum celebrē fieri. Verùm quia sæpius eos admonendo, persuadere nequiuerat; nunc autem breui moriturus erat: delectis duobus, qui prudentiores essent, hos mittit ad Christū, prætextu quidē interrogandi, an ipse esset, qui venturus erat. Vera tamen causa erat, vt cōspectis mi- Theophil. Euthym.

C raculis quæ faciebat, crederent. Iustinus quæst. 38. ad Orthod. dicit, hanc fieri quæstionem, ne fortè in opinione vulgi discipuli hallucinarentur, & Iesum aliquem ex antiquis Prophetis redituum, non autem Messiam esse existimarent. Siquidem visis operibus, quidam illum Hieremiam, alij Heliam, aut alterum ex Prophetis dicebant, (Matth. 16.) Itaque ne in re tam periculosa nutarent & dubitarent, Ioannes discipulos suos ad Christum dirigit. Vim habet, quod ait, Tu es qui venturus es, ὁ ἐρχόμενος, ille venturus, quem prædixerunt Prophetæ, & venturum omnes expectant, vt & hostem humanæ naturæ prosternas, & tollas peccata mundi, nósque Deo patri reconcilies? Albertus Mag. in Matth. Erat enim venturus Christus post Iustin. Mart. Alb. Mag.

D Ioannem, non modò in persona, sed in efficacia sacramentorum, & in constitutione Ecclesiæ, & officio redemptionis. *An alium expectamus?* Innuit Ioannes alium expectari, à quo voluit discipulos auerti, ne cum Iudæis excæcati, Antichristū pro Christo præstolarentur, & susciperent. Sic enim Christus (Ioan. 5.) Ego, inquit, veni in nomine Patris mei, & non suscepistis me. Alius veniet in nomine suo, & illum suscipietis. Tertullianus lib. 4. contra Marcionem, agit in eos qui contendebant Tertullian.

E Ioannem dubitasse, an alius esset expectandus, quasi alius in lege Christus, alius sit in gratia. Sed hoc ait, Tu es qui venturus es: id est, Si tu non es quem venturum expectamus: id est, vnus tantùm est, aut tu, aut alius. Docet & Ioannem creatori & redemptori competiisse. *In ipsa autem hora*, qua discipuli Ioannis ad Christum accesserunt, vt scribit Lucas, *multos curauit* Iesus *à languoribus suis, & plagis, & spiritibus malis: & cæcis multis donauit visum.* Chrysostomus homil. 27. in Matth. Chrysost.

F Intellexit cogitationem Ioannis Christus, animaduertit consilium principis sui rex, sentit sermonem serui sui dominus. Quod enim spiritus in Ioanne dictauerat, Deus intellexit, dicente Apostolo: Qui scrutatur corda, scit quid desiderat spiritus. Propterea spiritualem hominem spiritualis facilè intelligit: carnalis autem non intelligit spiritualem, ipse tamen intelligitur ab eo: Quia spiritualis diiudicat omnia, ipse autem à nemine diiudicatur, quia carnalis homo secundum carnem loquitur, & semper secundum carnem intelligit: spiritualis autem secundum cor loquitur, & cogitationes intelligit. Ita primùm cœpit Iesus facere & docere, & primùm factis, demum & verbis eorū interrogationi respondet. *Et dixit illis: Ite, & renūciate Ioanni, quæ audistis & vidistis.* Præsentis temporis verba sunt, ἀκούετε καὶ βλέπετε, auditis & videtis. Nam tametsi nouitios illos & auditores doctrinæ, & miraculorum spectatores habuisset, suppeditauerat tamen in præsenti, seu docendo, seu operando, sufficientē suæ quæstioni resoluti onem. Etsi verbis non creditis, inquit Christus Iudæis, saltem

Cl. Alexandr. operibus credite. Clemens Alexandr. lib.1. Pædagogi, cap.10. Consilij autem dandi tres partes sunt,inquit: Vna quidem, quæ sumit exempla ex tempore præterito, vt verbi gratia, quid Hebræis euenerit, qui aurum per idololatriæ crimen adorarunt in vitulo, & qui passi sunt, cùm fornicati essent,& quæ sunt similia. Altera verò, quæ ex præsenti tempore intelligitur, vt quæ sensu comprehendatur: vt quod dictum est iis qui Dominum rogauerunt, an ipse esset Christus, aliúmne expectarent. Abite enim, inquit, & dicite Ioanni quæ audistis & vidistis. Hoc ergo fuit, quod prædicens dicebat Dauid(Psal. 47.) Sicut audiuimus, ita & vidimus. Ex futuris autem constat tertia pars dandi consilij, qua quæ sunt euentura, iubet caueri,quemadmodum illud quoque dictum est: Qui autem in pecca- F

Theophilact. ta inciderint,eiicientur in tenebras exteriores. Theophilactus in Matth. Non dixit, Annunciate Ioanni, Ego sum qui venturus sum: sed sciens quòd Ioannes hac de causa discipulos misisset,vt videāt miracula,inquit, Quæ videtis, annunciate Ioāni. A duobus igitur potioribus sensibus testimonium accipit,cùm auditus perverbum, visus per miracula confirmetur. *Cæci vident.* Ioan.9. A sæculo non est auditum, quia quis aperuit oculos cæci nati. Vident & spirituales cæci, per oculum seu lumē fidei. Ioan.9. In iudicium veni in mundum,vt qui non vident, videant, & videntes cæci fiant. *Claudi ambulant.* Soph.3. Sanabo claudicantem,& eam quæ abiecta fuerat,reuo- G

Alb.Magn. cabo. Hæc autem duo,vt scribit Albertus Magnus, nunquā acciderant, nisi à Christo. *Leprosi mundantur.* Hoc quidem signum aliquando ab aliis, sed rarò factum est, idque non ea potestate,id est,non imperio,quemadmodum & Christus, Matth.8.& Luc.17. *Surdi audiunt.* Marc.7. Benè omnia fecit,& surdos fecit audire, & mutos loqui. *Mortui resurgunt*, quod Christi imperio contigit. Luc.7. Adolescens, tibi dico, H surge. Marc.5. Puella, tibi dico, surge. Ioan.11. Lazare, veni foras. *Pauperes euangelizantur.* πτωχοὶ εὐαγγελίζονται: id est,pauperes lætum nuncium accipiunt. Hoc e-

Cyrillus. nim significat Euangelizari. Cyrillus ad Reginas, de recta fide: Operibus ipsis igitur Christus demonstrat se perfectorem diuinarum operationum esse, inquit: in memoriam reducens ea quæ per Prophetam prædicta fuerant. Dicit enim beatus Esaias,(cap.40.) Confortamini manus remissæ, & genua soluta. Deinde quasi protensa manu, ostendit Emmanuelem dicens:Ecce Deus noster, ecce Dominus cum fortitudine veniet,& brachium cum authoritate. Demum adiicit miracula quæ tum à Christo fient. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum apertæ erunt. Tunc saliet sicut ceruus claudus, & expedita erit lingua mutorum. Et propositam resurrectionis spem ingerit,dicens: Resurgent mortui, & excitabuntur I

Lactantius. qui in sepulcris sunt. Lactantius lib.4.de Vera sapiētia,cap.15. Sed &,inquit, Sibylla hoc expressis prædixit verbis:

-νεκρῶν δ' ἀνάστασις ἔσται,
Καὶ χωλῶν δρόμος ἔσται ὠκὺς, καὶ κωφὸς ἀκούσῃ,
Καὶ τυφλοὶ βλέψουσι, λαλήσουσ' ἀλαλεόντες. id est,
-mortuorum autem resurrectio erit,
Et claudorum cursus erit velox, & surdus audiet,
Cæci videbunt, & mortui loquentur.

Has Christi virtutes Apollo Milesius consultus, Vtrúmne Deus an homo

Idem. Christus fuerit, portentificas appellauit,sic respondens, vt scribit Lact.lib. eodem, cap.13. K

Θνητὸς ἦεν κατὰ σάρκα, σοφὸς τεραπώδεσιν ἔργοις. id est,
Mortalis erat secundum carnem, sapiens portentificis operibus.

Lactantius rationem reddit cap. 15. quòd quacumque iter faciebat, ægros ac debiles,& omni morborum genere laborantes,vno verbo, vnóque momento reddebat incolumes:adeò vt membris omnibus capti,receptis repētè viribus roborati, lectulos ipsi suos reportarent,in quibus fuerāt paulo antè delati. Claudis verò, ac pedum vitio afflictis,non modò gradiendi, sed etiam curandi dabat facultatem. Tunc quorum cæca lumina in altissimis tenebris erant,eorum oculos in pristinum restituebat aspectū. Mutorum quoque linguas in eloquium sermonēque soluebat. His signis & euidentibus miraculis Messyas agnosci debuit. Vnde & diuina prouidentiâ factū est,vt nullum miraculum Ioannes exhiberet,ne fortè Messyas esse putaretur, immò

neque

A neque à Malachia vsque ad Ioānem Propheta aliquis intercederet, vt scribit Theodoretus in 12. Prophetas minores, vt sol ipse exoriens inter eclypses illustrior appareret. Sed & Moyses prædixerat, non modò à doctrina, sed & ab operibus discernendum esse Messyam, dum illum ad sui instar requirendum esse prædixit. Eusebius Cæsarienſis lib. 3. Demonstr. Euangel. cap. 2. Primus, inquit, Prophetarum Moses alium Prophetarum sibi similem suscitandum esse denuntiat. Num igitur ex iis qui post Mosen extiterunt Prophetæ, Esaias, exempli gratia, aut Hieremias, aut Ezechiel, aut Daniel, aut alius quispiam de cæteris duodecim Mosi conferendus fuit? Nequaquam. Sed ex illis tandem, quis vnquam Moysi similia effecit? Nusquam poteris dicere. Itaque Christum Mosi conferendum ostendit, & in doctrina & operibus, ita tamen vt Christus potior Mose sit. Ego verò ad compendium re- B uocabo vtriusque comparationem ab Eusebio allatam. 1. Vterque simulacrorum euersor, 2. vterque saluator, 3. vterque quadraginta diebus ieiunauit, 4. vterque populo alimenta præbuit in deserto, 5. vterque promisit terram, sed Christus meliorem (Matth. 5.) 6. Moses per mare, Iesus super mare ambulauit. 7. Moses extenta manu aquas sustulit, Christus sedauit. 8. Moses & Christus in monte transfigurati sunt. 9. Moses leprosam Mariam oratione sanat, Christus imperio leprosos purgat. 10. Moses in digito Dei coram Magis Pharaonis mirabilia operatur, Christus coram Iudæis in digito Dei dæmonia eiicit. 11. Moses nominat Naue, præfectum populi: Christus nominat Petrum pastorem Ecclesiæ. 12. Moses duodecim exploratores, & septuaginta sapientes habuit: Christus duodecim Apo- C stolos, & septuaginta discipulos. 13. Lex à Mose data est, eadem per Christum ad perfectum deducta est. Et omnia quidem in Christo meliora & excellentiora. 14. Noluit Deus sciri sepulcrum Mosis, & tamen reddidit sepulcrum Christi glorioſum, vt à Mose transuolemus ad Christum. Nouerat Ioannes à mirabilibus his operibus Messyam esse dignoscendum: ideò factum est, vt & ille mitteret discipulos, qui ex operibus quid creditu opus esset, colligerent: & Christus ipse in eorum conspectu miracula faceret, & eum eorum & suæ doctrinæ testimonio missos illos faceret. Adiecit, *Pauperes euangelizantur*, vt impletum ostendat Esaiæ vaticinium (cap. 61.) ne fortè aliquid eius prædictionibus deesse videatur. Iisdem enim fermè verbis vtitur, quibus & Propheta, quæ idem ipse in synagoga Nazareth suo aduentu & in seipso impleta esse ostendit (Luc. D 4.) Sic autem habet Esaias: Spiritus Domini super me, eò quòd vnxerit me. Ad euangelizandum mansuetis misit me, vt mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem. Eædem enim dictiones leguntur in 70. Interpretum versione, εὐαγγελίζεσθαι πτωχοῖς, pro quo Euangelista legit, πτωχοὶ εὐαγγελίζονται. Pauperum autem nomine, qui πτωχοὶ dicuntur, simplices etiam quique ex populo intelliguntur, de quibus Christus loquebatur, sua ad patrem oratione, dicens: Gratias tibi pater, quia abscondisti hæc sapientibus, & reuelasti paruulis. Euseb. Cæsarienſis libr. 3. Demonst. Euangel. cap. 1. Illos enim, inquit, in commendatione beatorum, qui apud se futuri sunt, anteposuit, dicens: Matth. 6. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Pauperes Apostoli, Iac. 2. An non pauperes elegit Dominus in hoc E mundo, diuites in fide? Pauperes discipuli, quicunque relictis omnibus Christum secuti sunt. Pauper turba, quam contemptui habebant scribæ & Pharisæi, dicentes: Turba hæc quæ non nouit legem, maledicta est. Pauper est omnis Christianus, quia nec sententiæ Psaltis obaudit, Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Pauperes denique omnes erant, qui Euangelium acceperunt. Mutuata est dictio ista ab Hebraica עניים *Hanauim*, quæ mansuetos, pauperes & humiles significat. Obseruat & Eusebius dictionem Euangelij, cùm legitur לבשר, *lebasser*, à *Basar*, vt in superioribus annotauimus. Vt enim Deus superbis resistit, & humilibus dat gratiam: ita Euangelium suum communicauit, non ambitiosis & inflatis Pharisæis, sed mansuetis discipulis. Iac. 1. In mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potens est saluare animas. Eccl. 5. Esto mansuetus ad audiendum verbum, vt intelligas. Hieronym. in Matth. Vel pauperes spiritu, inquit, vel certè operibus pauperes intelliguntur, vt nulla inter no-

Theodoret.

Euseb. Cæsa.

Mosis cum Christo comparatio.

Euseb. Cæsar.

Hieronym.

biles & ignobiles, inter diuites & egenos in prædicatione distantia sit. Hæc ma- F
gistri rigorem, hæc præceptoris comprobant veritatem, quando omnis apud eum
qui saluari potest, æqualis est. *Et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me.* Theophil. in
Theophil. Matth. Sic ostendit discipulis Ioannis, quòd non laterent eum quæ cogitabant: nã
Hilarius. ipsi multũ de eo dubitabant. Scandalizabantur enim, vt diximus (Ioan. 3.) quia ba-
ptizaret, nec ieiunaret. Hilarius in Matth. Sed nunquid aliquid iam in Christo gestũ
erat, quod Ioannem scandalizaret? Non vtique. Nam in ipso suæ doctrinæ cursu
& operis morabatur: sed superioris sententiæ vis & proprietas contuenda est: quid
Qui in Christo scandalizantur. illud sit, quòd pauperes benè nunciantur, id est, qui perdiderint animam, qui
crucem suam acceperint & sequentur, qui humiles spiritu fient, quorum regnum
præparatur in cœlo. Ergo quia in Domino hæc passionũ vniuersitas cõueniret, futu-
ráque esset crux sua plurimis scandalũ, beatos eos professus est, quorũ fidei nihil ten- G
Ambros. tamenti deferret crux, mors, sepultura. Ambros. lib. 5. in Luc. cap. 7. Crux enim, e-
tiam electis scandalum posset afferre. Etiam & ipsi discipuli scandalizati sunt, Chri-
sto patiente: eapropter hæc prædixerat. Omnes vos scandalum patiemini in me
in ista nocte. Scandalizati sunt & Pharisæi in doctrina & operibus eius. In doctrina
quidem, vt cùm Dominus dixit, Omne quod intrat in os, in ventrem vadit, & in se-
cessum emittitur. Ideò quod intrat in os, non inquinat hominem. Sic enim discipu-
li ad eum: Scis quia Pharisæi audito hoc verbo scandalizati sunt. Sed & hi scandali-
zati sunt, qui cùm illum in Capharnaum audiissent de sua carne & sanguine ver-
ba facientem, abierunt retrorsum, & dixerunt: Quomodo potest hic nobis dare
suam carnem ad manducandum? Scandalizati sunt & qui audierunt illum dicentẽ H
paralytico, Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Et ad eorum instar scandalizã-
tur hæretici, quoties de Christi carnis & sanguinis in sacra Eucharistia veritate, &
de potestate hominibus credita ad remissionem peccatorum differitur. Insultant
Ecclesiasticæ doctrinæ, & abeunt retrò, immò Pharisaico liuore in illam excande-
scunt. Fuerunt qui scandalizarentur, quòd hominem totum sanum faceret in Sab-
bato, quòd cum publicanis manducaret, quòd peccatores reciperet, quòd sineret se
à peccatrice tangi, quòd ad Samaritanos diuerteret, quòd in parabola hominis vul-
nerati Samaritanũ sacerdoti & leuitæ præferret, quòd pauperes discipulos haberet,
illos illotis manibus accũbere sineret, & pueris acclamãtibus Osanna filio Dauid, si-
lentiũ non imponeret: quòd abdicãdas omnes possessiones doceret. Ita dicemus illũ
petram fuisse scandali, & lapidẽ offensionis, non tamen quòd occasionem scandali I
perfidis ingesserit, sed quòd illi sua malitia, quod ad ædificationẽ erat, in scandalum
& offensionem traduxerint. Quid enim est adeò pium & sanctum, quod non homi-
Homines impij quantumuis sancta rident. nes prophani rideant, & velut scandalum aliquod detestentur? An nõ hæc de Chri-
stiana doctrina verè dicta sunt, quòd signum est cui contradicitur, quòd & huic se-
ctæ omnes aduersantur? Animalis enim homo non percipit quæ Dei sunt. Scan-
dalum hoc acceptum est, non datum. At verò *beatus est qui non fuerit scandalizatus*
in Christo. Fidelis enim ille est, credit, veretur, honorat, & suspicit omnia dicta
& facta Christi. Beatus, inquam, ille, inquantum quis hîc beatus censeri potest,
Eus. Emiss. qui ita se dirigit & formet, vt rectà ad beatitudinem peruenturus sit. Euseb. E-
missenus homilia in Euangelium. Beatus, inquit, qui fideliter firmitérque credi-
derit, quæcunque scripta prophetata sunt de me. Qui non horrui virginis vte- K
rum, non vtique horreo ad inferna descendere. Cloaca mundi est infernus: lux ta-
men stercore non inquinatur. Mundus transeo per immundum, mundus totum
compleo mundum. Descende igitur securè, præcursor mihi es. Vade, & præcur-
re, nuncia gaudium fidelibus meis: citò sequar, & liberabo eos. Considera modò,
quanta lætitia locus ille tenebrarum, locus ille mœroris & doloris: considera, in-
quam, quanta lætitia, quantóque gaudio exultauerit, quando ibi beatus Ioãnes hęc
verba narrare cœpit. *Illis autem abeuntibus, cœpit Iesus dicere ad turbas de Ioanne, Quid exi-*
Beda. *stis in desertum videre?* Beda lib. 2. in Luc. Quia turba circunstans interrogationis
mysterium nesciebat, & putabat Ioannem dubitare de Christo, quem ipse mon-
strauerat, vt intelligerent Ioannem non sibi interrogasse, sed discipulis suis, dignis
Euthym. eum laudibus accumulat. Euthym. in Matth. Illi quidem meliores redditi absces-
serunt. Quare autem non ipsis præsentibus loquutus est de Ioanne? Ne ei vide-

retur

retur adulari. Cyrillus Alexandr.lib.2. Thesauri, cap.4. Nam quoniam, inquit, di- Cyrill. Alex.
scipulos Ioannis turba vidit, interrogantésque audiuit, non quod illi, sed quod Ioã-
nes dicere velle videretur, ne de Ioanne turbarentur, putaréntque leuiorem homi-
nem, quòd primò, Ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi, de Christo dixisset:
deinde, an ipse venturus esset, dubitaret. Ne igitur vel hoc, vel alioqui leuiorem ho-
minem arbitrarentur, & propter hanc turbationem minus proficerent, dixit ad eos,
Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam? Fuistis mirati Baptistam, & ideò
longa itinera in desertum ad ipsum fecistis. Cur ergo modò leuioris mentis homi-
nem, & quasi arundinem putatis, & ex inconstantia huc & illuc leui de causa im-
pelli? Theophilact. in Matth. Hanc igitur suspicionem è medio tollens Christus, in- Theophil.
quit: Non est Ioannes arundo, hoc est inconstans & varius. Nam si talis esset, qua-
re exiuistis ad eum in desertum? Proinde talis manet, qualem vos eum iudicastis. E-
piphan. lib. 1. tom. 2. in hæresim 26. Gnosticorum, ait eos vetus Testamentum reie- Epiphan.
cisse, etiam & Deum illius. Et hoc est, inquiunt, quod dixit Dominus de Ioanne, *Hæresis Gnosticorum de Ioanne.*
Quid existis in desertum videre? an arundo? Quoniam non erat, inquiunt, perfectus
Ioannes. Agitabatur enim à multis spiritibus ad similitudinem arundinis, quæ ab
vnoquoque vento commouetur. Et cùm quidē veniebat spiritus principis, Iudaïs-
mum prædicabat: cùm verò spiritus sanctus, de Christo loquebatur. At verò hæc nõ
per affirmationem dicta sunt, sed ita per interrogationē enunciata, vt negatiuo mo-
do sese habeant, quemadmodum & sequentia, cùm ait, *hominem mollibus vestitum?* Nõ
quòd talem esse Ioannem asserat, quin potius contrarium ostendat. Hilarius in Hilarius.
Matth. Ergo cùm dicit, Quid existis in desertum videre arundinem vento moueri?
hoc loquitur: Nunquid existis videre hominem cognitione Dei vacuum, & ad im-
mundorum spirituum flatum vagantem? Nam increpantis potius affectu quàm
confirmantis hæc loquitur: ostendens scilicet non eum in Ioannē conspici, qui & *Ioannes non erat arundo.*
inanis mobilis sit. Porrò in arundine, homo talis & mobilis ostenditur de gloria se-
culi vitæ suæ inanitate speciosus, ipse autem fructu veritatis cauus, exterior pla-
cens, & nullus interior, ad omnem ventorum motum, id est immundorum spiri-
tuum flatum mouendus, neque ad consistendi firmitatem valens, & animi medul-
lis inanis. Gregorius Papa hom. 6. Et hoc videlicet, inquit, non asserendo, sed negã- Greg. Papa.
do intulit. Arundinem quippè mox vt aura contigerit, in partem inflectit alteram.
Et quid per arundinem nisi carnalis animus designatur? qui mox vt fauore vel de-
tractione tangitur, in partem quamlibet inclinatur. Si non ab humano ore aura
fauoris flauerit, hilarescit & extollitur, totúmque se quasi ad gratiam inflectit. Sed
si inde ventus detractionis eruperit, vnde aura laudis veniebat, mox hunc quasi in
partem alteram ad vim fauoris inclinat. Sed arundo vento agitata Ioannes non e-
rat: quia hunc nec blandum gratia, nec cuiuslibet detractionis ira asperum facie-
bat. Nec prospera hunc erigere, nec aduersa nouerant inclinare. Arundo ergo ven-
to agitata non erat, quem ab status sui rectitudine nulla rerum varietas inflectebat.
Sed & hæc ipsa sui carceris occasio magnam eius constantiam satis ostendit, vt qui
in manifesto scelere tacere, dissimulare, aut adulari principi Herodi minimè potue-
rit, sed vt vir constans & impauidus in faciem arguerit. Hoc nimirùm est fidelis
concionatoris munus, vt arguat, obsecret, increpet importunè & opportunè. Phi-
lo Iudæus, lib. de Ioseph. Indignum enim esset, inquit, si cùm meæ fidei commissa sit Philo.
administratio Reipublicæ, in præuidendis commoditatibus cæderem cuiuis medi- *Constantia requiritur in personis publicis.*
cinæ professori. Nam ille in ægroto nullam splendidioris fortunæ rationem habens,
nec quòd claro genere natus, aut opulentus, denique rex aut tyrannus sit, vnum hoc
spectat, quomodo queat seruare hominem: & si fortè sectione, vstionéve opus vi-
det, secat, vrítque principem suum ac dominum seruus ipse atque subditus. Ego
qui non vnum virum curandum suscepi, sed integram ciuitatem laborantem mor-
bis grauioribus contractis ex innatis concupiscentiis, quid agere debeo? Num pro-
dita vtilitate publica illius aut illius aures mulcere adulatione illiberali, & ne qui-
dem seruo decora? Emori præstat, quàm loqui ad gratiam, dissimulata veritate, &
vtilitate neglecta. Idem lib. Quòd omnis probus liber sit. Extant, inquit, de hac
bonorum virorum libertate multa Poëtarum & Historicorum testimonia: quo-
rum sententiis Græci simul & Barbari penè ab ipsis incunabulis innutriti proficiũt

in bonis moribus, quicquid virosum ex mala educatione aut deprauata victus ratione contraxit anima recudendo in melius. Vide quid apud Euripidem loquatur Hercules: F

Combure carnem hanc, concrema, repleto te
Meo cruore. Nam prius vel sidera
Terram subibunt, terra vel scandet polum,
Quàm mollis à me extorqueatur vox tibi.

Reuera enim seruilis est adulatio simulatióque, quoties à mẽte verba dissident. Cæterùm ingenuè sine fuco è sincera conscientia liberam sentẽtiam depromere decet generosos animos. Hæc fuit Ioannis constantia, & in dicendo libertas, vt nec pomissis alliceretur, nec minis & suppliciis à veritate abduceretur. Gregorius Papa in homelia. Discamus ergo, fratres charissimi, arũdo vento agitata non esse: solidemus G animum inter auras linguarum positum: stet inflexibilis status mentis. Nulla nos detractio ad iram prouocet, atque ad remissionem inutilis gratiæ nullus fauor inclinet: non nos prospera eleuent, non aduersa perturbent: & qui in soliditate fidei figimur, nequaquam rerum transeuntium mutabilitate moueamur. Adhuc autẽ de eius expressione subiungitur, *Sed quid existis videre in desertum? hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt.* Camelorum enim pilis, vt scitis, vestitus Ioannes fuisse describitur. Cæterùm Neochristiani hæretici quidam locum hunc omninò impugnant, cùm ita interpretantur, Ioannem vestitum fuisse pilis camelorum, sicut legitur Matth. 3. Non vt asperum indumentum habuerit, sed vndulatam vestem, quam Gallicè dicimus *du camelot vndé*. Atqui vndulatæ vestes molles H sunt, fuerúntque olim in magnis delicijs, vt scribit Plinius lib. 8. nat. hist. c. 48. Et inde variis coloribus vestis distincta defluxit. Varro lib. 1. de vita pop. Romani, in eandem scribit sententiã, reges olim vndulatas, non minus quàm prætextas & togas, habere solitos. At verò Epicurei & delicatuli hæretici non sibi persuadent hominem nobilem pilis camelorum indutum fuisse, ac si nec vnquam legerint Dauidem & Achab reges in cinere & cilicio, regem Niniue in sacco, Iudith fœminam illustrem in eodem habitu, & tot olim, qui è summo nobilitatis culmine vitam solitariam professi sunt. Chrysost. hom. 1. in Marc. scribit Ioannem non lana vestitum fuisse, sed pilis camelorum & setis, vt ipso habitu abductionem à seculo testaretur. Clemens Alexand. lib. 2. Paidagogi, cap. 10. Beatus autem Ioannes, inquit, despectis quoque ouium pilis, qui delicias redolent, pilos camelorum elegit, & eis sese vestijt, simplicem vitam, & à dolo alienam repræsentans. Mel enim comedebat, & locustas, dulcé I & spiritalem cibum: à fastu alienas & moderatas vias Domini præparans. Se enim certè purpurea chlamide induisset, si vllam vrbani fastus curam gessisset: sed cùm in solitudinem quietis, tranquillè cum Deo versaturus se recepisset, ab omni inani studio, vanáque boni specie, sordidóque ac illiberali decore se remouit. Ouina autem pelle Helyas vtebatur indumento, & ouilam pellem stringebat zona facta ex pilis. Esaias verò (20) alius Propheta nudus erat, & nullis vtebantur calceis. Sæpè quoque sacco vtebatur, quod est indumentum humilitatis. Quòd si etiam vocas Hieremiã, (13. cap.) is cingulum solum habuit lineum. Quemadmodum autem benè nutrita corpora, si nuda sint, vires ac vigorem apertius indicãt: ita etiam pulchritudo morũ, si ineptis nugis non inuoluatur, magis indicat animi magnitudinem & magnificen- K tiam. Augustinus tractatu 4. in Ioann. Vestiebatur (inquit) Ioannes asperis, id est tunica facta de pilis cameli. Ioannes Hierosolymitanus lib. de inst. Monastica ad Caprasium monachum, hanc scribit melotem dici, quemadmodum à Paulo, Heb. 11. Circuierunt melotis & pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus. Gregorius Nicenus lib. exhortatorio ad virginitatẽ, cap. 6. Eapropter simul confert Helyam & Ioannem Baptistam, quòd ambo ab adolescentia sese statim ab humanæ vitę societate remouerint, quòd vterque magnus, hic qui cœlum tenuit, ille quo maior non surrexit. Et à quibusuis, inquit, qui sibi occurrerent, res necessarias petebant: sic nec quotidiani quidem ac necessarij victus curam habuerunt: vnus pellibus caprinis, alter pilis camelorum amictus. Asperum autem vestitũ fuisse manifestum est ex antithesi adiuncta, *qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt:* seu, vt habet Lucas, Ecce qui in veste pretiosa sunt & deliciis, in domibus regũ sunt.

Greg. Papa.

Quòd vestitus Ioannis asper fuerit, contra hæreticos.

Vestis vndulata in deliciis.

Plinius.

Varro.

Chrysosto.

Clem. Alex.

Augustí.

Greg. Nicen.

Antithesis contra vestitũ asperum.

A Rupertus lib. 9. in Matth. hoc argumento adulationem & inconſtantiam longè à Ioanne repelli oſtendit. Ioannes, inquit, non in domo, ſed in carcere regis eſt. Homines mollibus veſtiti, id eſt, adulatores, qui regum ſuorum adulantur peccatis, tractabiles atque ſuaues dominatoribus tanquam beneficis, cùm ſint iniqui, ſicut Herodes patrator adulterij, ecce in domibus cõuiuij circa latera regalia comedunt & bibunt. Ioannes autem ſpinoſis & aſpero veſtitu armatus, ita vt palpari nõ poſſit, iuxta illud Eccleſ. 12. Verba ſapientum quaſi ſtimuli, & quaſi claui in altum defixi: Hic talis extra cõuiuium in carcere clauſus eſt: nec aliter admittitur in illas domos regum, niſi ita vt afferatur caput eius in diſco, ſaltatricis præmium, ſaluatoris pretium. Hieronymus lib. 2. Comment. in Matth. hinc omnẽ mali ſuſpicionem à Ioãne reiici oſtendit. Cur enim, inquit, diuitias cupiat, vt affluat dapibus? Locuſtis veſcitur & melle ſylueſtri. An vt mollibus veſtiatur? Pili camelorum tegmen eius ſunt. Iſtiuſmodi cibus & veſtis, carceris hoſpitio recipiuntur, & prædicatio veritatis tale habet habitaculum. Qui autem adulatores ſunt, & ſectantur lucra, & quærunt diuitias, & diuitijs affluunt, & mollibus veſtiuntur, iſti in domibus regũ ſunt. Ex quo oſtenditur, rigidã vitam & auſteram prędicationem vitare debere aulas regum, & mollium hominum palatia declinare. Beda lib. 2. in Luc. Non ergo cœleſti, ſed terreno regno militãt hi, qui pro Deo perpeti aſpera fugiunt: ſed ſolis exterioribus dediti, preſentis vitæ mollitiem & delectationem quærũt. Nemo ergo exiſtimet in luxu atque ſtudio veſtium peccatum deeſſe: quia ſi hoc culpa non eſſet, nullo modo Dominus Ioannem de veſtimenti aſperitate laudaſſet: quamuis hoc, quòd Ioannes non eſſe veſtitus mollibus

B Hieronym. Vita Ioannis rigida & auſtera. Beda.

C dicitur, per ſignificationẽ intelligi aliter poteſt. Mollibus enim veſtitus nõ fuit, quia vitam peccantium non blandimentis fouit, ſed vigore aſperæ inuectionis increpauit, dicens: Genimina viperarum, quis vobis demonſtrauit fugere à ventura ira? *Sed quid exiſtis videre? Prophetam? Vtique dico vobis, & pluſquàm Prophetam.* Prophetæ quippè miniſteriũ eſt, vẽtura dicere, non etiam demonſtrare. Ioannes ergo plus quàm Prophetа eſt, quia eum quẽ præcurrendo prophetauerat, etiã oſtendendo denuntiabat. Hanc reſolutionem cur Ioannes plus quàm Propheta dicatur, habent Hieronymus lib. 1. Commentariorum in Matth. & lib. 2. in Epiſt. ad Epheſios, Chryſoſtomus, Cyrillus lib. 2. in Ioan. cap. 1. Theophilactus, Euthymius, & Gregorius, etiam & Auguſtinus, tract. 4. in Ioan. Hieronym. in cap. 3. Epiſt. ad Epheſ. Aliud eſt enim in ſpiritu vẽtura cognoſcere, aliud cernere ea opere cõpleta. Vnde & Ioannes propterea ma-

Quomodo Ioannes plus quàm Propheta. Hieronym. Chryſoſt. Cyrillus. Theophil. Euthym. Gregorius. Auguſtinus.

D ior omnibus Prophetis dicitur: quia quẽ cæteri prophetauerunt, ipſe conſpexerit, & digito demonſtrauerit, dicens: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Iuxta quem ſenſum & illud exponi poteſt: Multi Prophetæ & iuſti cupierunt videre quæ vos videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt. Hæc vtique videre & audire cupiebant, quæ futura cognouerant. Quòd ſi neſciebant vẽtura, quomodo deſiderare poterant quæ penitus ignorabant? Legimus in Regnorum libris (3. Reg. 3.) Dominum Salomoni in ſomnio pollicẽtem, atque dicentem: Pro eo quod petiiſti à me verbum iſtud, & nõ petiiſti tibi dies multos, nec poſtulaſti diuitias, nec animas inimicorum tuorum, ſed petiſti vt intelligeres & audires iudicium: ecce feci verbum tuum, & dedi tibi cor prudens: & ſapiens ſicut tu, non fuit ante te, & poſt te non ſurget tibi ſimilis. Et quomodo quidam putant Apoſtolis Chriſti reuelatum

E eſſe myſterium, quod ignotum fuerit Salomoni: cùm Apoſtolis omnibus ſapientiorem fuiſſe Salomonem, & retrò Patriarchis vox diuina pollicita ſit, qui de ſeipſo loquitur quoque confidenter: Deus docuit me ſapientiam, & intellectum ſanctorum cognoui. Necnon Dauid Pſal. 5. de ſcientia occulti myſterij gloriatur, dicens: Incerta & occulta ſapiẽtiæ tuæ manifeſtaſti mihi. Et ad eum, qui ſibi de ſapiẽtia ſupplaudebat, Deus loquitur per Prophetam: Nũquid tu ſapientior es Daniele? Aut ille igitur, de quo ſuprà diſſeruimus, Ezech. 28. tenẽdus eſt ſenſus: ita Patriarchas & Prophetas, vt nunc Apoſtolis reuelatum eſt, Chriſti ignoraſſe myſterium: quia aliud ſit quid tenere manibus, aliud futurum in ſpiritu præuidere. Vtrumque verò in Ioanne conſideratur, vt qui & in ſpiritu Chriſtum præuiderit, & præſentem monſtrauerit: ex quo fit, vt plus quàm Propheta cenſeatur. Hic eſt enim de quo ſcriptum eſt (Malach. 3.) Ecce ego mitto angelum meum, qui præparabit viam tuam ante te. Paulo aliter ſeſe verba habent apud Malachiam. Idem tamen eorum ſenſus eſt, cùm facies

Beda. Christi, facies etiam Dei dicatur. Beda lib. 2. in Luc. Quod Græcè Angelus dici- F
tur, hoc Latinè Nuncius dicitur. Rectè ergo qui nunciare supernum iudicem
mittitur, Angelus vocatur, vt dignitatē seruet in nomine, quam explet operatione.
Altum quid nouum est, sed vita inferior nomine non est. Sed & omnes qui sacerdo-
tij nomine censentur, Angeli vocantur, Propheta adtestante qui ait: Labia sacerdo-
tis custodient scientiam, & legem requirent ex eo eius, quia Angelus Domini exer-
cituum est. Necnon etiam vnusquisque fidelium, inquantum sufficit, inquantum
gratiam supernè accipit, si à prauitate proximum reuocat, si exhortari ad benè ope-
randum curat, si æternum regnum vel supplicium erranti denuntiat, cùm verba san-
Rupertus. ctæ adnunciationis impendit, profectò Angelus existit. Rupertus lib. 9. in Matth.
Nimirùm, inquit, hoc tale, vel tantum est, ac si diceret: Ioannes ante faciem meam
officium agit Angeli: quod videlicet officium Angeli, quātum distet ab officio Pro-
phetæ, debet scriba doctus quærere & proferre de scripturis sanctis. Quibus requi- G
sitis, audire & dicere poterit: Angelorum officium est, non solùm res venturas, siue
iam instantes pronunciare, verùm etiam ad certas mitti personas, per quas oporteat
demonstrari res ipsas, & eorum corda colloquio suo præparari, qui digni sunt ope-
ratione diuinitatis. In hoc officio primi, post verbum promissionis, fuerunt illi tres
Angeli, qui apparentes Abrahæ in figura sanctæ Trinitatis, hospitio eius fuerunt re-
cepti, loquente in ipsis Domino, ac dicente: Reuertens veniam ad te tempore isto,
vita comite, & habebit filium Sara vxor tua. Nouissimus Angelorum, qui eiusdem
promissionis administratorij fuerunt, Gabriel ad Mariam missus est virginē, vt præ-
parabilem eius mentem præpararet annunciatione ista: Ecce concipies & paries fi-
lium. Porrò Prophetarum officium fuit, promissionem eandem siue aduentum eius H
absque certis pronunciare personis. Exempli gratia. Esaias (cap. 7.) ait: Audite ergo
domus Dauid. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Em-
manuel. Neque iste, neque quisquam alius Prophetarum, ad certam aliquam per-
sonam missus est, vt tale quid Euangelizaret, nisi iste plusquàm Propheta Ioannes,
qui ad hoc missus est, vt præsentem Christum hominibus digito demonstrans, viam
ante faciem eius ipsa demonstratione præpararet. Pro hac excellentia, Ioannes plus
Hieronym. quàm Propheta & Angelus est. Hieronymus lib. Commentariorum in Malachiam,
cap. 3. Hoc ergo, inquit, quod dicitur, Ecce ego mitto Angelum meum, & præpara-
bit viam ante faciem meam: ex persona Christi dicit, quòd Ioannem miserit in de-
serto Iudææ prædicare baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. Quod
autem sequitur: Et statim veniet ad templum suum dominator quem vos quæritis, I
& Angelus testamenti quem vos vultis: ita de se, quasi de altero loquitur, iuxta con-
suetudinem scripturarum. Nullique dubium, quin dominator iste saluator sit, qui
creator est omnium: & Angelus testamenti & magni consilij Angelus appellatur.
Alij verò hoc quod dicitur, Ecce ego mitto Angelum meum, & præparabit viam
ante faciem meam: ex persona patris dictum putant. & quod sequitur: Statim veniet
ad templum suum dominator quem vos quæritis, & Angelus testamenti quem vos
vultis, de Domino saluatore ab eo dictum intelligunt. Præparat autem viam Ioan-
nes, & rectas facit semitas Dei nostri in cordibus credentium: in quibus propter pra-
uitatem & incredulitatem priùs Deus ambulare non poterat. Templum autem vel
Ecclesiam interpretatur, vel vnumquemque credentium in Ecclesia. 1. Pet. 2. Ædi-
ficamini, domus spirituales, sacerdotium sanctum, offerentes spirituales victimas & K
acceptabiles Deo per Christum Iesum: Eos verò qui crediderint sic explicat, 1. Cor.
3. Nescitis quòd templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis? Iudæi hoc quod
dicitur, Ecce ego mitto Angelum, de Helia Propheta dictum intelligunt, & quod
sequitur: sed & Angelum testamenti referunt ad ἐληλυθότα, hoc est ad Christū suum,
quem dicunt vltimo tempore esse venturum. Miror autem quomodo eos rerum
exitus non doceat veritatē. Quod enim templum suum inueniet dominator, quod
vsque ad fundamentum destructum est? At si ab alio exstruendum est antequàm
Christus adueniat, quid Christus eorum amplius facturus est, cùm ab alio restituta
Thomas. sint omnia? *Amen dico vobis, nō surrexit inter natos mulierum maior Ioāne Baptista.* Thom.
in Matth. Vbi Ioannem ab Angelico officio commēdauit, nunc etiam ipsum com-
mendat quantum ad differentiam omnis ordinis & status: nunc illum cœlestibus &
terrenis

A terrenis conferens, nunc differentiam legis & Euangelij constituens, denum & præsens futurúmque seculum considerans. Hoc autem quod dicturus est, iuramento confirmat, ne fortè quis Ioannem propter humilitatem, & vestitus cibíque austeritatem contemnendum putet. Hieronym. in Matth. Inter natos, inquit, mulierum. His ergo præfertur hominibus, qui de mulieribus nati sunt, & de concubitu viri: & non ei qui natus est ex virgine & spiritu sancto. Petrus Galatinus lib. 7. de arcanis fidei in Talmud inuentis, cap. 5. docet nec ex eo contextu sequi, quòd Ioannes maior fuerit, seu sanctior sacratissima virgine Maria. Nam cùm, inquit, sanctus Ioannes Baptista, ipso Christo qui de muliere natus est, maior non fuerit: dicátque textus, *surrexit*, quod dici non potest nisi de eo qui priùs cecidit, & postea surgit: Ita hoc saluatoris dictum interpretari necessariò cogimur, *Inter natos mulierum*, id est, inter eos

Ioannes non fuit maior sanctiss. virgine.

Hieronym.

Pet. Galatin.

B qui in originali peccato concepti sunt, non surrexit maior Ioanne Baptista. Probat autem diuam virginem in peccato originali minimè conceptam fuisse, idque ostendit ex Gregorio Nanzanzeno, Gregorio Nysseno, Basilio, Ioãne Chrysostomo, Damasceno, ipso etiam Mahmede: vnde concludit Ioannem non intelligi maiorem virgine matre. Bonauentura in Luc. Non enim dicitur maior respectu vtriusque sexus, sed tãtùm virilis: vnde non includitur virgo Maria, quæ exaltata est super choros Angelorum, nullam puram creaturam habens superiorem, nec etiam æqualem: secundum illud Cantici 6. Vna est columba mea, perfecta mea, vna est matri suæ, electa genitrici suæ. De qua & Sedulius,

Maria concepta sine peccato.

Bonauẽtura.

Sedulius.

Nec primam similem visa es, nec habere sequentem.

C Sed & superiora & sequentia Christi verba satis ostendunt, eum non omnibus, sed Prophetis conferri, cùm & plusquàm Prophetam eum dixerit, & adijciat, quòd lex & Prophetæ vsque ad Ioannem. Hieronym. in Matth. Nec cæteris Prophetis & Patriarchis, cunctísque hominibus eum prætulit, sed Ioannem illis exæquauit. Non enim statim sequitur, vt si alij maiores eo non sunt, ille maior aliorum sit: verùm vt æqualitatem cum cæteris sanctis habeat. Fuit enim & ipse Hieremias in vtero sanctificatus, vt in illius Prophetiæ cap. 1. legimus. Bonauẽtura in Luc. Ita de illo dici potuit, id quod de Iosue scriptum est, Eccl. 46. Fuit magnus secundum nomen suum, maximus in salutem electorum Dei. Quia enim magnam habuit gratiam, ideò Ioãnes vocatus est. Thom. Aquinas in Matth. c. 11. ostendit Hieronymi expositionem facilè inter homines colligi, nimirùm vt non statim quis maior omnibus censeatur,

Hieronym.

Bonauent.

Th. Aquinas

D quo nemo maior asseritur. Argumentum enim illud, inquit, in Angelis, vbi est ordo, valorem haberet: sed inter homines concludi non potest, cùm inter eos non sit ordo secundum naturam, sed solùm secundum gratiam. Neque tamen inconueniens est Ioannem dici maiorem omnibus patribus veteris Testamenti. Ille enim maior & excellentior est, qui ad maius officium est assumptus. Et Abraham quidem maior est inter Patres, quoad probationem fidei: Moyses maior, quoad officium Prophetiæ, vt habetur Deut. vltimo: Et non surrexit Propheta vltrà in Israël sicut Moyses. Albertus in Matth. Ioannes igitur maior dicetur officio præcursionis, quia medius fuit inter legem & gratiam. Tertull. lib. 4. in Marcion. Limes inter vtrumque constitutus, in quo desinerent vetera, & noua inciperent. Itaque non tam sanctitate, quàm officio cæteris præfertur. *Qui autem minor est in regno cœlorum, maior est illo.* Thom. Aquinas

Albertus.

Tertullian.

Th. Aquin.

E in Ioannem. Occasione verborum istorum quidam locum calumniandi inuenerũt. Volunt enim omnes veteris Testamenti patres damnare. Si enim maior est alijs, sequitur quòd alij non sint de numero saluandorum, quia per regnum cœlorum præsens Ecclesia designatur. Quòd si ille de præsenti Ecclesia non fuit, consequitur quòd neque in numerum saluandorum censendus sit. Hanc autem conclusionem peruersè & falsò elici manifestum est, cùm Dominus Iesus hæc verba in laudem & commendationem Ioannis protulerit. Quæ verò laus esset, si illud ad Ecclesiam minimè pertinere assereret? Itaque alia requirenda interpretatio est. Alia verò atque alia designatur à Patribus pro ratione regni cœlorum. Illud enim modò pro beatorum congregatione, modò pro præsenti Ecclesia sumitur. Quòd si pro beatorum cœtu vsurpetur, ita intelligendum est, quòd qui minor est inter beatos, maior est Ioanne Baptista, sed & maior est & omni viatore. Inde fit vt Paulus præsentem statum pueritiam, futurũ autem virilem ætatem vocet. 1. Cor. 13. Cùm essem paruulus,

loquebar vt paruulus, ſapiebam vt paruulus: cùm autem factus ſum vir, euacuaui F
quæ erant paruuli. Videmus hunc per ſpeculũ in ænigmate, tunc autem videbimus
Auguſt. cum ſicuti eſt. Auguſtin. lib. 2. contra aduerſarium Legis & Prophet. cap. 5. ſcribit
minorem omnibus electis Angelis potuiſſe tunc dici maiorem Ioanne, quia omnes
beati erant, & Deo fruebantur: ad quẽ adhuc Ioannes contenderet. Quòd ſi per re-
gnũ cœlorum præſentẽ interpretemur Eccleſiam, Ioannes cum Chriſto conferetur,
ita tamẽ vt Chriſtus minor ſit in regno, ſed maior Ioanne. Dicitur autẽ minor dupli-
Th. Aquin. citer, inquit Thomas Aquinas in Matth. aut tempore, aut humilitate. Tempore qui-
Minor dupliciter dicitur. dem, quia ſemeſtri poſt Ioannem natus eſt. Ioan. 1. Qui poſt me venit vir, ante me
factus eſt. Vel humilitate minor: quanto enim maior eſt maieſtate apud Deum, tan-
to ſe humiliauit apud homines. Vnde & diſcipulis ſuis dicebat: Qui maior eſt inter
vos, fiat ſicut minor, & qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator. Non enim venit filius ho-
Euſ. Emeſen. minis miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animã ſuam pro multis. Euſebius Emeſen. G
hom. in Euang. Domin. 3. Aduentus. Quis eſt enim iſte, qui Ioanne maior eſt, & in
regno cœlorum minor eſt, niſi ſaluator noſter, de quo ſcriptum eſt, (Pſal. 8.) Minui-
Chriſtus minor in regno cœlorum. ſti eum paulominus ab Angelis, gloria & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum
ſuper opera manum tuarum? Hoc autem Apoſtolus exponens ait: (Heb. 8.) Eum au-
tem, qui modico quàm Angeli minoratus eſt, videmus Ieſum propter paſſionem
mortis gloria & honore coronatum. Minor eſt enim Angelis Ieſus ſecundum hoc,
quòd mortalis & paſſibilis factus eſt, qui tamen omnibus maior eſt, ſecũdum quod
Hilarius. Deus eſt, & creator omnium eſt. Hilarius in Matth. Ioannes igitur minor eſt eo qui
interrogatur, cui non creditur, cui teſtimonium opera ſua præſtãt: hic in regno cœ-
Hieronym. lorum maior eſt. Hieronym. in Matth. Exiſtimat melius de ſanctis qui beatitudine
perfruuntur, intelligendum, quòd eorum minimi Ioanne maiores ſint. Multi enim, H
inquit, de ſaluatore hoc intelligi volunt, quòd qui minor eſt tempore, maior ſit di-
gnitate. Nos autem ſimpliciter intelligamus, quòd omnis ſanctus, qui iam cum Deo
Beatorũ gloria. eſt, maior ſit illo, qui adhuc cõſiſtit in prælio. Aliud eſt enim coronam victoriæ poſ-
ſidere, aliud in acie pugnare. Quidam nouiſſimum Angelum in cœlis Domino mi-
niſtrantem, meliorem volũt accipere quolibet homine qui verſetur in terris. Et qui-
dem nemini dubium eſt Chriſtum maiorem eſſe Ioanne Baptiſta, vt ſcribit Augu-
Auguſtinus. ſtin. tract. 13. in Ioannem. Maior poteſtate, maior diuinitate, maieſtate, claritate, tan-
quam in principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum: ſed minor fuit natiui-
tate. Hoc verò quomodo intelligit Auguſtinus? An ſcilicet ille qui natus eſt ex vir-
Confertur Ioannes Chriſto. gine, & cõceptus de Spiritu ſancto, natiuitate minor eſt eo, qui naturali ordine, quẽ- I
admodum & cæteri, natus eſt? Annon eius natiuitas illuſtrior eſt, qui venit vt tol-
leret peccata, quàm eius qui natus eſt ſine peccato? Verùm hoc ad hominum opi-
nionem referendum eſt, non qualis illa eſt, quæ fide & Angelorum teſtimonijs au-
getur & confirmatur: ſed qualis illa, quæ à rebus externis argumentum ducit. Ioan-
nes domi natus eſt, Chriſtus in ſpecu: Ioannẽ natum exceperũt amici & vicini ſum-
mo gaudio, Chriſtum nullus præter paſtores. Notus omnibus Ioannes erat, ignotus
Chriſtus, niſi ſolis fidelibus. Ita eius natiuitas humilior fuit natiuitate Ioannis. Sed
& ad hominum opinionem collato Chriſto, nondum plenè ſententia iſta cõcludetur. Etſi enim in oculis hominum ipſo Ioanne minor eſſe cenſeatur, non tamen cæ-
teris omnibus qui ad regnum cœlorum pertinent. Quot enim inter eos fuerunt aut
ignoti, aut deſpecti? Et tamen non vnius Ioannis, ſed & omnium qui in regno ſunt, K
reſpectu, minorem in regno cœlorum vocat. Hoc autem quomodo etiam de Chri-
ſto homine dici poterit? Fuit ne omnium illorum minor? Hoc ſanè, ſi perſonæ qua-
litatem penſemus, & ipſam conferamus cum humilitate aſſumpta. Perſona diuina
erat, ipſe Deus erat de Deo, lumen de lumine: & tamen in ſimilitudinem hominum
factus eſt, habitu inuentus vt homo. Quis non pluris humilitatem principis quàm
ſerui faciat, etſi ipſum humilitatis opus idem in vtroque ſit? Sit opus aliquod abie-
ctum quod ſeruus faciat, non tantæ ducitur humilitati, quantæ ſi princeps illud ag-
grediatur. Hac ergo ratione Chriſtus & minor & humilior cæteris omnibus cen-
ſendus eſt, quia quum in forma Dei eſſet, ne rapinam arbitraretur eſſe ſe æqualem
Deo, humiliauit ſemetipſum, factus patri obediẽs vſque ad mortem, mortem autem
Auguſtin. crucis. Auguſt. tom. 6. lib. 2. contra aduerſar. Legis & Prophetarũ, cap. 5. in eam venit
ſenten-

A sententiam, & punctorum hîc rationem ita variari posse monet, vt legatur, Qui minor est in regno cœlorum, maior est illo. Vel sic, Qui minor est, in regno cœlorum maior est illo. Quòd si in regno cœlorum ad minorem referatur, de humilitate assumpta, collatione facta cum persona diuina intelligendum erit: sin verò dicatur esse minor simpliciter, ad ætatem & tempus referendum erit, quo Christus Ioanne fuit inferior. Cyrillus Alexandr. lib. 2. Thesauri, cap. 4. hoc sic interpretatur, non vt fiat collatio Ioannis cum Christo, aut cum beatis, aut cum renatis ex aqua & spiritu sancto quamlibet paruulis: quod etiam ex sequentibus Christi verbis elici ostendit. Nam cùm Eunomij peruersam ex hoc contextu conclusionem refutasset, hoc etiam adiecit. Quum itaque Christus multa magnáque de Ioanne dixisset, & summum inter natos mulierum esse ipsum affirmasset, quòd ad extremum humanæ B virtutis peruenisset, maius bonum postea ponit: meliorémque atque maiorem eũ, qui iam ad regnum cœlorum peruenerit, & filius Dei factus sit, per Spiritum sanctum renatus, vt ostenderet mirabilem esse Ioannem, propter virtutes suas præcipuas, sed mirabiliores ipso, regni cœlorum participes, hortaretúrque hac ratione, vt magno animo id rapere conarentur, quod Ioanne quoque maiores faciet. Regnum enim cœlorum donum spiritus esse modò dicimus, secundum illud Christi dictũ, Luc. 17. Regnum cœlorum intra vos est. Maior igitur omnibus natis mulierum inuenitur, qui per spiritum renatus est. Illi enim filij carnis adhuc appellantur: isti filij Dei sunt, quem orantes appellant, Abba pater. Quare etsi inter natos mulierum secundum humanam virtutem mirabilis Ioannes sit, qui tamen ipso minores videntur, in regno cœlorum, hoc est renati per spiritum sanctum, maiores sunt: C quia non mulierum nati, sed Deo participes, filij Dei ideò appellantur, etiamsi minimi perfectioribus virtute, quasi infantes videantur, quia modò renati. Quòd autem Ioannem & omnes natos mulierum regeneratio, quæ per Spiritum sanctum fit, magno interuallo excedit, non longè nobis quærendus est testis, quum ipse Ioannes ad Iesum dixit, opus esse sibi ab eo baptizari. Nam etsi perfectus esset virtute, renascendi tamen propter spiritum gratia patebat, vt in maiorem ascenderet gradum: nec ex muliere deinde natus esset, sed ad diuinam nobilitatem reformatus: quod saluator maximè affirmauit. Non enim dixit, perfectum ipsum esse, quamuis sanctificationem spiritualis baptismatis non haberet: sed necessarium baptismum, per dispensationem in aliud tempus differendum asseruit. Nihil e- D nim aliud, mea quidem sententia, illa verba saluatoris significant, Dimitte modò. Quòd verò cœlorum regnum, donum spiritus, & regenerationem fidelium appellat, ex ipsis saluatoris verbis sciamus. *A diebus enim Ioannis vsque modò regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Ioan. 1. Nam cùm Ioannes prædicaret, Parate viam Domini, rectas facite semitas eius: multi magna vi, magnóque studio à vitijs ad virtutem vertebantur: sed & filij Dei per spiritus sancti gratiam fiebant per baptismum regenerati. Ceterùm varia est huius loci interpretatio. Quidam enim sic interpretantur, quòd regnum cœlorum vim patiatur, id est, ab his acquiratur, qui sibi ipsis violentiam inferunt, id est, qui abnegãt semetipsos, & tollunt crucem suam, & mortificant membra sua supra terram. Ita nimirùm Chryso- Chrysosto. stomus interpretatur homilia 38. Operis prioris in Matth. Secundò hoc intelligi potest de Scribis & Pharisæis, iisque omnibus, qui regnum cœlorum sibi deberi cõ- E tendebant: cùm tamen Christum abiicerent, cæteros verò, vt publicanos & peccatores, tanquam regno indignos excluderent: cùm tamen illud peccatores, immò & Gentiles præripuerint Iudæis, quem sensum sequitur Hilarius. Vnde & alibi inquit, Meretrices & publicani præcedent vos in regno cœlorum. Succedit & tertia interpretatio, quam habet Hieronym. in Matth. Grandis enim, inquit, violentia nos in Hieronym. terra esse renatos, & cœlorum sedem quærere: possidere per virtutem quod non tenuimus per naturam. Albertus Magnus in Matth. Vis, inquit, est impetus fortioris, Albertus. continens id quod vim patitur infra terminos alienos, sicut dicit Tullius. Violentũ autem est, cuius principium est in alio conferente aliquid quo vim patiatur, sicut dicit Augustinus & Damascenus. Et hoc modo violentia spiritus se retinentes intra terminos cœlestis iustitiæ sibi per naturam non debitos, dicuntur hîc vim pati. Et quo ad primam gratiam nihil omninò conferunt, nisi quòd obicem

Ioannes Christo, beatis & infantibus baptizatis confertur.

Cyrill. Alex.

Qua violentia rapitur regnũ cœlorũ.

non ponunt, sed totum facit spiritus. Et sic *violenti* virtute spiritus *rapiunt illud*: quod F
non fuit legi concessum, vel Ioanni, qui talem spiritum non conferebat. Vnde Luc.
16. si habetur de Ioanne Baptista: Regnum Dei euangelizatur, & omnis in illud
vim facit. Raptus enim & violentus est motus & subitus: quia vi superioris natu-
ræ agit & subitæ: quia nescit tarda rerum molimina spiritus sancti gratia. Genes.
49. Ad prædam ascendisti fili mi. Esaiæ 8. Voca nomen eius, accelera veloci-
ter, spolia detrahe, festina prædari. Esa. 59. Cùm venerit quasi fluuius violen-
Ambrosius. tus, quem spiritus Domini cogit. Ambrosius serm. 15. Regnum cœlorum non
nisi Christus & Dominus, qui regnat in cœlis. Cogi autem verbum tunc solet
dici, cùm res aliqua rarior assidua operatione densatur. Ex quo ergo Ioannes Ba-
ptista saluatoris annuntiauit aduentum, ex eo regnum cœlorum, quod priùs flui-
dum & remissum apud Iudæos iacebat, credentium populorum cœpit assiduita- G
te densari, & omnis illa regni raritas prædicationum frequentatione solidari. Tam
enim rarum fuit apud Iudæos regnum, vt transiret ad Gentes, tam fluidum, vt
emanaret ad populos. Nunc autem tanta credentium cogitur densitate, vt fixum
& solidum maneat sine fine: sicut scriptura dicit, Et regni eius non erit finis.
Cogimus ergo regnum cœlorum, & vim quodammodò facimus, sicut ait Euan-
gelica lectio: Et vim facientes diripiunt illud. Vim, inquam, facimus Domino,
non compellendo, sed flendo: non prouocando iniuriis, sed lachrymis exoran-
Violentia laudabilis. do: non blasphemando per superbiam, sed humilitatem merendo. O beata vio-
lentia, quæ non indignatione percutitur, sed misericordia condonatur. Beata, in-
quam, violentia, quæ vim patienti bonitatem elicit, & vtilitatem tribuit inferenti. H
Mala res admittitur, & de iniuria nemo causatur: vis admittitur, & religio propaga-
tur. Quisquis enim violentior Christo fuerit, religiosior habebitur à Christo. Ag-
gredimur ergo in itinere Dominum: siquidem ipsa est via: & more latronum
suis eum spoliare nitimur. Cupimus illi auferre regnum, thesauros & vitam: sed
ille tam diues & largus est, vt non abnuat, non resistat: & cùm omnia dederit, ni-
hilominus ipse omnia possideat. Aggredimur, inquam, illum, non ferro, non fuste,
non saxo, sed mansuetudine, bonis operibus, castitate. Hæc sunt arma fidei no-
stræ, quibus in congressione certamus. Vt autem his armis vti in vi inferenda pos-
simus, antè corporibus nostris vim quodammodò faciamus. Expugnemus membro-
rum vitia, vt virtutum præmia cõsequamur. Priùs enim ipsi regnare debemus in no-
bis, vt regnum possimus diripere saluatoris. Ait ergo Euangelium, Et vim facientes I
diripiunt illud. Raptores igitur simus. Raptores autem non nisi diripiunt aliena.
Agnosco veram esse sententiam. Christum enim Ecclesia rapuit synagogæ, & a-
lienæ gentis regnum vim faciendo possedit. Nam saluator missus sub lege, natus
in lege, nutritus iuxta legem, dum à Iudæis negligitur, à Gentibus occupatur: &
dum à sacerdotibus perditur, à peccatoribus inuenitur, sicut ipse ait: Publicani &
peccatores præcedunt vos in regno cœlorum. Raptores igitur sumus. Mirandum
non est, quippè qui à tali authore descendimus. Scriptum est enim de Patriarcha
nostro Beniamin: Lupus rapax, rapit enim quod suum non est. Ita & nos velut fi-
lij rapacis illius lupi & alienorum pastorũ vocem audimus. Propter nos autem verus
pastor venit, qui & dicit: Non sum missus nisi ad oues perditas domus Israël. Rapi-
tur itaque Christus, cùm à Iudæis dimittitur, & ab aliis prædicatur. Rapitur K
Christus, cùm occiditur à Iudæis, sepelitur à nobis. Rapitur Christus à vigilanti-
bus discipulis, à dormiẽtibus perditur Pharisæis: sicut mentiendo ipsi confessi sunt,
dum custodias ponerent sepulturæ post resurrectionem Domini, dicentes, Matth.
28. quia discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum nobis dormientibus. Sunt
Cur regnum cœlorũ potius à diebus Ioãnis vim patitur. etiam qui ita interpretentur, *quòd regnum cœlorum vim patitur*, id est, multi ad illud cõ-
tendant, & qui priùs, antequàm veniret Ioannes, nullam aut modicam salutis
curam habebant, eius prædicatione accensi acrioribus animis ad illam ferantur.
Dionys. Carthus. art. 22. in Matth. Quis enim, inquit, vim inferat regno cœlorum?
Dio. Carth. etsi illud vim patitur, cur potius à diebus Ioannis quàm antè? vel quomodo à
diebus Ioannis vsque nunc, in hora qua Christus hæc dixit, quasi nec postea
passum sit vim? Est igitur sensus. *A diebus autem*, id est, ab exordio prædicationis Ioannis Baptistæ, *regnum cœlorum*, id est, vita æterna, seu gloria
patriæ,

A patriæ, *vim patitur*, id est, per violentiam quandam acquiri prædicatur. Ioannes enim primò sic legitur prædicasse, Pœnitentiam agite, quia appropinquabit regnũ cœlorũ. Sed pœnitentiam agere, est sibi ipsi bonam violentiam facere, affligendo & reprimendo seipsum. Non ergo sic intelligendum est, quasi ante Ioannis prædicationem potuerit aliquis regnum cœlorũ mereri sine vi tali, seu pœnitentia: sed quia antè non docebatur apertè quòd regnum cœlorũ taliter acquireretur, per hoc quoque quod dicitur, *vsque nunc*, non datur intelligi, quòd post verba hæc Christi non patiatur vim. Subditur, *Et violenti*, id est, superantes seipsos, qui contra seipsos, & cõcupiscentias cunctáque vitia efficaciter pugnant: *rapiunt*, id est, cum labore & bona violẽtia capiunt, *illud* pro præmio sui certaminis. Violenti ergo sunt, qui desiderio patriæ, seipsos quotidie mortificant, carnem suam cum vitiis & concupiscentiis crucifigẽ-

Violenti qui sunt.

B tes: qui dicere possunt cum Propheta, Propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras. Et cum Apostolo: Nullam requiem habuit caro nostra, sed omnem tribulationem passi sumus. Foris pugnæ, intus timores. Dicitur itaque regnum cœlorum vim pati, quoniam propter ipsum adipiscendum infert homo sibi ipsi vim bonam, & patitur, affligendo seipsum: & ita est prædicatio causalis, cùm dicitur, *Regnũ cœlorũ vim patitur*. Vnde Lucas sic habet, Lu. 16. Omnis in illud vim facit. Vel dicitur vim pati, quia per modũ patientis se habet, dum homo cum grandi labore illud apprehendit. Secundũ quem sensum ait Dominus, Laboraui sustinens. Et alio in loco: Si affiget homo Deum, quia vos configitis me. &, Inualuerunt super me verba vestra. Lactantius lib. 6. de vero cultu, cap. 4. Nam sicut in hoc seculo, cùm est propositum cum hoste certamen, priùs laborandum est, vt sis postmodùm in otio, esu-

Lactantius.

C riendum, sitiendum, æstus, frigora perferenda, humi quiescendum, vigilandum, periclitandum est, vt saluis pignoribus, & domo, & re familiari, & omnibus quæ pacis, ac victoriæ sunt, perfrui possis: sin autem præsens otium malueris, quàm laborem, malum tibi proximum facias necesse est. Præoccupabit enim aduersarius non resistentem, vastabuntur agri, diripietur domus, in prædam vxor ac liberi venient, & tu ipse interficiere aut capiere: quæ omnia ne accidant, præsens commodum differendum est, vt maius longiúsque pariatur. Sic in omni hac vita, quia nobis aduersarium Deus reseruauit, vt possemus capere virtutem, omittenda est præsens voluptas, ne hostis opprimat: vigilandum, stationes agendæ, militares expeditiones obeundæ, fundendus ad vltimum cruor: omnia denique onera & grauia patienter ferenda, eo quidem promptius, quo nobis imperator noster Deus præmia pro

Hoc opus, hic labor est.

D laboribus æterna constituit. Et cùm in hac terrena militia, tantum homines laboris exhauriant, vt ea sibi pariant, quæ possint eodem modo perire, quo parta sunt: certè nobis nullus labor est recusãdus, quo id acquiratur, quod nullo modo possit amitti. *Omnes enim Prophetæ & Lex Moysi vsque ad Ioannẽ prophetauerunt*. Euthymius in Matth. Legẽ vocant veterẽ legislationem. Siquidem in hac multa de Christo prædicta sunt, & maximè in legibus de sacrificiis, figuram aut præsagium habentibus eius, qui pro mundo erat offerendus. Dicit ergo, *Omnes Prophetæ*, qui videlicet de vẽturo Christo prophetauerunt, & lex quæ in ouium & agni immolatione prophetabat de Christo immolando, huiusmodi Prophetiæ ad Ioannẽ vsque protenderunt. Hæ siquidẽ Prophetiæ erant vsque ad Ioannẽ. Deinceps verò cũ illo iam nõ Prophetiæ manserunt, sed operum exhibitiones factæ sunt. Nam horũ ipse vidit euentum: ideóque agnito

Euthym. Lex quid.

Christo, agnũ illũ appellauit, dicens: Ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi. Chri-

E stus autem hunc locutus est sermonẽ, simul Ioannem hinc laudans, tanquam primum qui harum Prophetiarum cognouit euẽtum, quasi & ipsum Prophetam: simul quoque docens quòd aduenerit iam qui prophetabatur, nec deinceps alterum oporteat expectare. Est autem & alia quædam expositio, quòd omnes simpliciter Prophetæ, & lex prophetandi, vsque ad Ioannem Iudæis prophetauerant, & hic vltimus est Prophetarum: deinceps verò nullus alius eis prophetabit. Huic ergo quasi postremo, omninò credere oportet, qui multa de me testatus est, & venit vt omnium animas tanquam sponsas ad me adducat. Namque & hunc Malachias Propheta missum dixit, vt pararet viam meam ante me. Verùm quæri potest, Num in nouo etiam Testamẽto Prophetę fuerint? Ioan. 4. dixit Christo mulier Samaritana, Video quia Propheta es tu. Matth. 23. Ecce ego, inquit Christus, mitto ad vos Prophetas,

An non post Ioannem Prophetæ fuerũt.

& ſapientes & Scribas. Act.5. Petrus prodidit donum Ananiæ & Sapphiræ. Act.11. & 21. Agabus propheta prædicit famem futurã, & Pauli vincula. Sed & quatuor virgines filiæ Philippi prophetabant. Paulus ad Epheſ.4. Dedit quidẽ Deus alios Apoſtolos, alios Prophetas. 1. ad Cor.14. Qui prophetat hominibus, loquitur ad ædificationẽ, & exhortationẽ & conſolationẽ. Reſpondet Thomas Aq. lib. Cõment. in Matth. Th. Aquin. quòd Propheta ad duo mittitur: ad confirmandam fidem, & corrigendos mores: Prou.29. Cùm Prophetia defecerit, diſſipabitur populus. Ad confirmandam fidem, vt habetur 1.Pet.1. de qua ſalute exquiſierũt atque ſcrutati ſunt Prophetæ, qui de futura in nobis gratia prophetauerunt, ſcrutantes in quod vel quale tempus ſignificaret in eis ſpiritus Chriſti, vnde Prophetia de iſtis duobus ſeruiebat. ſed iam fides fundata eſt, quia iam promiſſa per Chriſtum ſunt completa. Sed ad corrigendos mores nunquam deficit, nec deficiet Prophetia. Habet ergo excellentiam Ioannes, qui in veteris & nouæ legis miſſus eſt ante faciem Chriſti, quaſi ſimul cum Chriſto. Sed & reſponderi poteſt, nomen Prophetarum pro eorum ſcriptis qui præceſſerant, Hieronym. ſumi debere: quem ſenſum ſequitur Hieronym. in Matth. Omnes enim Prophetæ, inquit, & lex vſque ad Ioannem prophetauerunt. Non quòd poſt Ioãnem excludat Prophetas. Legimus enim in Actib. Apoſt. cap.21. & Agabum prophetaſſe, & quatuor virgines filias Philippi: ſed quod Lex & Prophetæ, quos ſcriptos legimus, quid. *Quomodo Ioannes eſt Helyas.* quid prophetauerunt, de Domino vaticinati ſunt. Quãdo ergo dicitur, Omnes Prophetæ & lex vſque ad Ioannẽ prophetauerunt, Chriſti tẽpus oſtenditur. *Et ſi vultis recipere, ipſe eſt Helias, qui venturus eſt.* Chryſoſtomus hom.38. Operis prior. in Matth. Chryſoſto. Mittam enim, ait (Malach.4) vobis Helyam Theſbiten, qui conuertat corda patrũ ad filios. Hic eſt, ait, Helyas, ſi attendere diligẽter volueritis. Mittam enim, ait, Angelum meũ ante faciẽ tuam. (Malach.3.) Rectè autem ait, ſi vultis recipere. Non veni cogere aliquem, vt gratam ab omnibus petere mentem videretur. Significauit autem Ioannem Helyam eſſe, & Helyam Ioãnem: vtrique enim vnam adminiſtrationem ſuſceperunt, & præcurſores ambo conſtituti ſunt. Quapropter non dixit, Hic eſt profectò Helyas: ſed, ſi vultis ſuſcipere, hic eſt: ſi mente videlicet attenta vtriuſque geſta, & animo facili, non contentioſo conſiderare volueritis. Hieronymus in Hieronym. Matth. Helyas ergo Ioannes dicitur, non ſecundũ ſtultos Philoſophos, & quoſdã Hæreticos, qui μετεμψύχωσιν introducunt, ſed quòd iuxta aliud teſtimonium Euangelij venerit in ſpiritu & virtute Helyæ, & eandem ſpiritus ſancti vel gratiam habuerit, vel menſuram. Sed & vitæ auſteritas vigórque mentis Helyæ & Ioannis pares ſunt. Ille enim in eremo, iſte in eremo: ille zona pellicea cingebatur, & iſte ſimile I habuit cingulum. Ille quoniam regẽ Achab & Ieſabel impietatis arguit, fugere cõpulſus eſt: iſte quoniam Herodis & Herodiadis illicitas arguit nuptias, capite truncatur. Sunt qui propterea Ioannẽ vocari putant Helyam, quòd quomodo in ſecũdo ſaluatoris aduentu iuxta Malachiã præceſſurus eſt Helyas, & venturum iudicẽ nunciaturus: ſic Ioãnes in primo aduẽtu fecerit: & fit nũcius vel primi aduẽtus Domini, Iuſtin. Mart. vel ſecũdi. Iuſtinus Martyr Dialog. cum Tryphone Iudæo, dicenti parum credibile ſpiritũ Dei Propheticũ, qui in Helya fuerat, & in Ioanne fuiſſe: Nónne, inquit, idẽ tibi videtur accidiſſe Ieſu Naue filio, quãdo iuſſus eſt Moſes ei manus imponere, Deo dicente: Et ego transferam in eũ de ſpiritu qui in te eſt? Sic potuit efficere, vt ab He- *Spiritus Helyæ quid.* lya in Ioannem migraret. Addam & ſpiritum Helyæ in Eliſæo duplicem fuiſſe factum. Quod de gratiarum donis intelligi debet, quæ etſi ab vno & eodẽ ſpiritu ſancto proficiſcantur, alia tamen atque alia ſunt, ſed in Helya & Ioanne eadem. Hiero. Hieronym. in Matth. Hoc ergo quod dictum eſt, Si vultis recipere, ipſe eſt Helyas, myſticum eſſe, & egere intelligentia, ſequens ſermo Domini demonſtrat, dicens: Qui habet aures audiendi, audiat. Si enim planus eſſet ſenſus, & manifeſta ſentẽtia: quid neceſſe fuit nos ad illius intelligentiam præparari? Eadem eſt ſententia Chryſoſt. hom.38. Chryſoſt. Oper. prioris in Matt. Multa verò huiuſmodi & ad interrogandum eos ænigmata proferebat. Qui ſi non excitabantur, ſed quaſi dormitantes negligebant, multo grauiores certè fuiſſent, ſi apertè, planéque omnia dixiſſet. Nemo enim obiicere audebit, ita difficilem Ieſum fuiſſe, vt interrogandi fiduciam difficultate illius amitterẽt. Nam qui de prauis rebus per tentationem interrogabant, quíve ſubdolè quærere, quãuis ſæpiùs refutati fuerint, nunquã ceſſauerunt: quomodo nõ quæſiſſent de neceſ-

A necessariis, si discendi cupiditate incẽsi fuissent? Et qui de legalibus quærebant, & quodnã esset mandatum primũ, nulla opportunitate inducti, scisitabantur ab eis: quomodo dictorũ suorũ, de quibus rationem reddere, si dubia erant, tenebatur, sensum nõ inuestigarẽt, præsertim cùm ad hoc ipse inuitare videretur? Nã cùm dixerit, Violenti rapiunt illud: &, Qui habet aures ad audiendũ, audiat: ad interrogandũ eos impellebat. *Et omnis populus audiens, & publicani iustificauerunt Deũ, baptizati baptismo Ioãnis.* Duos hominum ordines inter Iudæos facit Lucas. In alterũ ordinẽ reponit populũ & publicanos, hoc est rudem, simplicem, & indoctam plebem, ac peccatores, qui palàm turpem vitam ducebant. In alterum ponit Pharisæos & legis peritos, hoc est, sanctissimos & sapientissimos, ac doctissimos inter Iudæos. Si pro humana coniectura diuinandum esset, nullos iudicaremus potiùs Christũ agnouisse & recepisse,
B quàm Pharisæos & legis peritos, genus hominum in diuinis scripturis, in quibus Christus promissus erat, eruditissimum. Sed ecce quàm vanæ sunt hominum coniecturæ. Nam indoctum vulgus & infames publicani, audientes Euangelium Christi, & percipientes testimonia miraculorũ ac Ioannis Baptistæ, iustificauerunt Deũ, id est, tribuerunt Deo gloriã iustitiæ & veritatis, receperunt Euangeliũ Dei, agnouerunt peccata sua, crediderunt in Christũ, vt ipso iustificarentur, & baptisati sunt baptismo Ioannis, vt haberent cœleste signaculũ, quo & in cõmunionem bonorum reciperentur, & in fide sua cõfirmarentur. Pharisæi autẽ & legis periti, tantũ abest vt agnouerint Christũ, & consiliũ Dei, hoc est Euangelium, per quod saluti hominum consulturus, decreuit saluare credentes, receperint, vt etiã maximis odiis persecuti
C sint. Consiliũ enim Dei erat, quòd vellet homines saluare per Christũ: & hoc consiliũ per Euãgelij prædicationẽ innotescebat. Porrò iustificatur Deus quatuor modis. Primo, cùm confitemur illũ omnem iniustitiã & culpã odisse. Sap. 14. Odio sunt impius & impietas eius. Secundo, cùm ei asscribimus omnẽ iustitiã & virtutẽ, vt Psal. 10. Iustus Dominus, & iustitias dilexit. Tertio, cùm agnoscimus omnẽ nostrã iustitiã ab eo procedere. Quarto, cùm gloriã ab eo rependi, vt iustitiæ mercedẽ, & impios iustè damnari profitemur. Ambrosius lib. 6. in Luc. cap. 1. Iustificatur igitur (inquit) Deus ipse per baptismum, dum se homines peccata propria confitendo iustificant: sicut scriptum est Esa. 43. Dic tu iniquitates tuas vt iustificeris. Et iustificatur in eo, quia non per contumaciam refutatur, sed per iustitiã Dei munus agnoscitur. Iustus enim Dominus, & iustitias dilexit. In eo ergo iustificatio est, si non ad indignos &
D ad noxios, sed ad innocentes per ablutionem factos videatur & iustos sua munera transtulisse. Iustificemus igitur Dominum, vt iustificemur à Domino. Quid sit iustificari Deũ, impensius requiramus. Apostolus dicit (Rom. 3.) Sit autem Deus verax: omnis autem homo mendax, sicut ipse Dauid Psal. 50. dicit: Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris. Ergo is qui peccat, & confitetur Deo peccatum, iustificat Deum, cedens ei vincẽti, & ab eo gratiam sperans. In baptismate igitur iustificatur Deus, in quo est confessio & venia peccatorum. Non contemnamus igitur sicut Pharisæi, consiliũ Dei. Consilium Dei est in baptismate Ioannis. Quis igitur dubitet Dei esse consilium in Christi lauacro? *Cui autem similem æstimabo generationem istam?* Per generationem scribas & Pharisæos seniorésque intelligit, qui nulla ratione potuerant ad resipiscentiam flecti. Generationis autem voce vtitur, sicut & Marc. 9. Generatio mala, quamdiu patiar vos? quãdiu ero vobiscum? Deu. 32. Generatio enim peruersa & infidelis. Albertus in Matth. Dicitur autem generatio, vt notet quòd contractã per imitationẽ peccati, hæreditauerunt consuetudinẽ, quam etiam nouis studiis peccando cumulauerãt. Sap. 12. Semen erat maledictũ ab initio, & immutari non poterat naturalis malitia eorũ. Contra quos dicitur Ps. 77. Ne fiant sicut patres eorum, generatio praua & exasperans. *Similis est pueris sedentibus in foro, qui clamantes coæqualibus dicunt: Cecinimus vobis, & non saltastis: lamentauimus, & non planxistis.* Quod clamantes legimus, Græca dictio habet θεοφωνοῦντες, acclamantes seu alloquentes: sed & pro coæqualibus legimus ἑταίροις, sociis. Nec est simpliciter cecinimus, sed ἠυλίσαμεν, cecinimus tibiis: nec simpliciter lamentauimus, sed ἐθρυνήσαμεν, lugubria cecinimus. Siquidem veteres variis harmoniarũ modis, quos appellabant Phrygium, Doriũ, Lydium, varios mouebant affectus, tibiis alacritatem incitabant: & legimus Ἁρμάτου μέλος, pro lugubri

Populi & publicani Pharisæos & Scribas condemnant.

Ambros.

Albertus.

Erasmus.

cantione. Sensus igitur est: Diuersis rationibus tentauimus vos excitare, nec vllo pacto potuistis commoueri. Porrò *planxistis*, Græcis est ἐκόψασθε: quod inde dictum est, quòd olim in luctu seipsos cæderent manibus, qui propriè planctus dicitur. Hieronymus autem annotauit hîc Græcè esse ἐν ἀγοραῖς, id est, in mercatibus. Nam Latinis etiam forum est, in quo aguntur causæ. Cæterùm ἀγορὰ, Græcis propriè forum est rerum vænalium. Vtitur igitur similitudine à vulgari puerorum cantione sumpta, qua nullo modo pueri cõmouentur, sed velut assuetam & frequentiorem contemnunt. Nimirùm ita fiebat à Iudæis, vt clamantes Prophetas, quasi vulgarẽ cantilenam repetentes (eorũ enim omnium finis erat Christus) contẽnebãt & deridebãt.

Theophilact. Theophil. in Luc. Cantio autem hæc, quoddam ludi genus apud Iudæos erat. In partes enim duas pueri multi diuidebãtur, & quasi vitã deridebant: alij ex vna parte lamentabantur, alij ex altera tibiis canebant: & neque lugentes curabãt hi qui ex altera parte, neque tibicines ipsos curabãt hi qui lugebãt. Taxat igitur Dominus Pharisæos, qui neque lugebant cum Ioanne lugubrem vitam agente, & pœnitentiam introducente, neque eum imitabantur: neque obtemperabant Iesu vitam præferenti ciuiliorem: sed ambos repellebant, nec lugentes cum Ioanne lugente, neque concinentes cum Iesu tibiis canente, hoc est remissiore.

Iudæi nec lugere, nec exultare voluerũt.

Hilarius. Hilarius in Matth. Totus hic sermo infidelitatis opprobrium est, & de affectu superioris querimoniæ descendit, quia insolens plebs per diuersa prædicationum genera edocta non fuerit. In pueris scilicet Prophetas significans, qui in medio synagogæ tanquam in publico fori conuentu populum coarguant, quòd dictis suis non paruerint. Ad cantuum enim modum saltantium modus aptatur.

Hieronym. Hieronym. in Matth. Pueri ergo hi sunt, de quibus Esaias loquitur: (cap. 8.) Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi Deus. Et in 18. Psal. Testimonium Domini fidele, sapientiã præstãs paruulis. Et alibi: (Psal. 8.)

Hilarius. Ex ore infantium ac lactantium perfecisti laudem. Hilar. in Matth. In simplicitate autem sensus, vt pueri, prædicauerunt, & ad confessionem psallendi Deo prouocauerunt: vt cantico Moysi continetur, vt Esaiæ, vt Dauid, vt cæterorũ Prophetarum. Rursũmque eos in pœnitẽtiam peccatorũ, & ad dolorẽ ac luctum veterum delictorum nec Ioannis prædicatio inflexerit. Quibus & lex grauis visa sit, potus cibíque præscriptis & difficilis, & molesta: peccatum in se, quod dæmoniũ nuncupat, habẽs: quia per obseruantiæ difficultatem necesse sibi esset in legem peccare. Rursũmque in Christo prædicatio Euangelij vitæ libertate non placeat, per quam difficultates legis & onera laxata sint, & ad eam Publicani peccatorésque crediderint. Atque ita tot & tantis admonitionum generibus frustrà habitis, neque per gratiam iustificentur, & à lege sint abdicati.

Prædicator confertur tibicini.

Bonauent. Bonauentura in Luc. Apta vtique ista comparatio est, qua prædicator tibicini confertur, iuxta illud Esa. 58. Clama, ne cesses: quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Hier. 4. Loquimini, & canite tuba in terra, clamate fortiter, & dicite: Congregamini, & ingrediamur ciuitates munitas, leuate signũ in Syon. Nec immeritò, quia Eccle. 40. Tibiæ & psalterium suauem faciunt melodiam, & super vtraque lingua suauis. Adhæc duri corde non mouentur, nec saltant per profectum bonorum operum: de qua saltatione Mal. 4. Egrediemini, & salietis sicut vituli de armento: & calcabitis impios, cùm fuerint cinis sub planta pedum vestrorum, in die qua ego facio, dicit Dominus exercituũ. Et de hac Ambrosius lib. 6. in Luc. Cantauit, inquit, Dauid, vt in salicibus suspenderemus organa nostra. Cãtauit & ipse, & ante arcam Domini non pro lasciuia, sed pro religione saltauit. Ergo nõ histrionicis motibus sinuati corporis saltus, sed impigræ mentis, & religiosa corporis agilitas designatur. Benè ergo dicit, *Cantauimus vobis, & non saltastis*. Cantauit Moyses, quãdo in mari rubro, ad transitum Iudęorũ fluctus obriguit, vnda circumstetit, eadémque equos Ægyptiorũ ascensoréque refusa demersit. Cãtauit Esaias dilectæ vineæ suæ canticũ: significans plebẽ suis flagitiis asperam futurã, quę fœcundis priùs erat virtutibus fructuosa. Cãtauerunt Hebræi, cùm vestigia eorũ tactu flammę rorantis humescerent, & intus extráque ardentibus omnibus, solos tamẽ ignis innoxios lamberet, nec adureret. Abakuk quoque cãtico publicã doctus mulcere mœstitiam, prophetauit dulcẽ Domini futurã fidelibus passionẽ. Cantauerũt ergo Prophetæ, spiritualibus modulis publicę salutis oracula resultãtes. Fleuerũt Prophetæ threnis flebilibus, dura Iudæorũ corda

Ambrosius.

Quando Prophetæ cantauerunt.

mulcere

A mulcere volentes. Docuerat scriptura cantare & saltare spiritualiter, dicẽte Domino ad Ezechielẽ, (cap. 21.) Plaude manu, & percute pede. Bonau. in Luc. Dicere potuerunt Prophetæ, *Lamentauimus*, scilicet per comminationem pœnæ. Ezech. 2. Scriptæ erant in eo lamentationes, & carmen, & væ. Et Hier. 9. Contemplamini, & vocate lamentatrices, vt veniant, & ad eas quæ sapientes sunt, mittite, & properent: festinent, & assumant super nos lamentum. Ioel. 2. Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, in fletu & in planctu: & scindite corda vestra, & non vestimenta vestra. Licet autem sic eos Prophetæ impellerent, nihilo tamen magis cõmoti sunt. vnde addit, *Et non ploraſtis*, per compunctionem pœnitentiæ. Esa. 22. Vocauit Dominus Deus exercituum in die illa ad fletum & ad planctum, & ad caluitium & ad cingulum sacci: & ecce gaudium & lætitia, occidere vitulos, & iugulare arietes, co- Bonauen.

B medere carnes, bibere vinum. Ita facta est Prophetarum & ipsius Ioannis & Christi prædicatio erga Scribas & Pharisæos, velut æs sonãs, & cymbalum tinniens. Eapropter olim Michæas sic conquerebatur: Væ mihi, quia factus sum, sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ. Non est botrus. Ficus præcoquas desiderauit anima mea. Ita duri corde, & incircuncisis auribus fuerunt. Loquor vobis, & non creditis, inquit Christus. *Venit enim Ioannes neque manducans, neque bibens: & dicunt, Dæmonium habet.* Assumptam similitudinem adaptat, quasi dicat, Ioannem lamentasse, & omnes ad lachrymas pœnitentiæ prouocare voluisse, eapropter asperam vitam selegisse: Christum verò faciliorem viuẽdi modum tenuisse, & omnium curationem & salutem, læta nimirùm omnia promisisse. Ioannem quidem comminatum esse, quòd iam

C securis ad radicem posita, & in proximo ventura esset ira: Christum verò gratiam & misericordiam pollicitum esse. Interim etsi læta hic, ille tristia, in eundem tamen finem enunciauerit, nihil tamen apud Pharisæos effecisse. Dupliciter enim homines ad meliorem vitam inducuntur, quidam per speciem sanctitatis, quidam per viã familiaritatis. Has duas vias sibi Christus & Ioannes diuiserũt. Immò verò Christus ita sibi lenitatis viam vendicauit, vt Ioannem altera asperiore donaret. Quid verò ab illis ad emolliẽda Pharisæorum pectora profectum est? Quid potuit facere, quod non fecerit? Cæterùm non ita intelligendum est, quòd Ioannes omninò non manducauerit & biberit, cùm in superioribus dictum sit, quòd cibus eius erant locustæ: sed quia nihil delectabile, eorum quæ quisque in cibum & potum appetit, in vsum habuerit. Lucas (7. cap.) ita soluit, dicẽs: *Non manducans panem, neque bibens vinum.* Luc. 1. Vinum & siceram non bibet. Ita nimirùm sibi Dei spiritum promerebatur & con-

D seruabat, ita etiam pœnitendum docebat, Ioël. 2. In ieiunio, fletu & planctu. Ita adinstar Danielis, pro suo populo lugebat: (Dan. 10.) Ego Daniel lugebam trium hebdomadarum diebus, panem desiderabilem non comedi, & caro & vinum non introierunt in os meum. Iunilius Africanus lib. 2. Contrapositorum, interrogat. 17. Ideò Iunil. Africa. enim dictum est non manducans & non bibens, quia illo victu quo Iudæi vtebãtur, non vtebatur. Bonauent. in Luc. Et tamen per eum non est emollita Iudæorum du- Bonauent. ritia ad plorandum, sed aucta malitia ad detrahendum. Vnde subditur: *Et dicitis, Dæmonium habet*: aut quia solitariam vitam ducebat, aut quia ab ordinarijs cibis abstinebat. Amant enim solitudines etiam hi qui dæmonico spiritu afflãtur: quod in Ægeriæ nymphæ fictione, per quam Numa hydromantiam intelligebat, facilè colligimus. Sunt etiam quædam dæmonum genera, quæ corpus ab esurie vendicẽt, vt scribit Psellus. Verùm quæritur, quãdo hoc Ioanni exprobratum sit. Exprobratum esse, Psellus.

E non dubium est, cùm nec Iesus mentiatur, & id illis liberè exprobret. Nec mouere quenquam debet, quòd istud tacuerint Euangelistæ, quando dictum sit, cùm nec omnia quæ Christi sunt, expresserint. *Venit filius hominis manducans & bibens*: id est, indifferenter oblatos cibos accipiens, & apud eos qui ipsum inuitauerint, liberè recũbens: quod quidem facit non cibi temporalis gratia, sed vt sua familiaritate eos ad fidem inducat, gratiam hospitalitatis compensẽt, & diuini verbi spiritualem illis cibum communicet: neque tamen hac sua consuetudine aliquid magis proficit. *Dicunt* enim: *Ecce homo vorax & potator vini, publicanus & peccatorum amicus.* Ita nimirùm *Prælati sæpiùs maledicentia impetuntur.* appropinquantibus ad eum publicanis exprobrant: Ecce hic peccatores recipit, & manducat cum illis. Sed ille ad eos, Matth. 9. Euntes discite quid est, Misericordiam volo, & non sacrificium. Thom. Aquinas in Matth. ex eo loco obseruat flocci pen- Tho. Aquin.

dendos vanos hominum rumores : alioquin si quis eos expenderit, futurum est vt F
nec aliquid boni aggrediatur : aut quod cœperit, perficiat. Eccl. 11. Qui considerat
Greg. Nanz. ventos, non seminat: & qui considerat nubes, nunquam metet. Greg. Nanz. in Apo-
loget. 1. Neque enim, inquit, mortalibus quicquã tam suaue ac iucundum est, quàm
de rebus alienis garrire, idque præsertim, si vel beneuolentia quadam, vel odio tra-
hantur: quibus affectibus veritas vtplurimùm labefactari solet. Et Orat. 3. de pace.
Atqui, inquit, quod ego sum, hoc maneo, siue maledictis impetat, siue laudibus
euehat. Mortalis autem temerè verbis natat, vt inquit Iob, nec me improbæ linguæ
magis circumfluunt, quàm æquorea spuma scopulum circumluit, vel pinum aut
aliam quamuis arborem densam & sublimem tenues auræ. Ac simul huiusmodi
quiddam mecũ disputo. Si me falso crimine accusator incessit, non me magis, quàm
eum qui loquitur, hæc oratio perstringit, etiamsi me nominatim conuitijs petat: sin G
autem verum crimen mihi impingit, quid est cur eum potius quàm meipsum accu-
Paul. Nolan. sem? Hoc argumento Paulinus Nolanus epist. 6. Seuerum admonet, ne obtrectatio-
ne secularium & improborum hominũ institutum Monasticũ deserat. Tu, inquit,
fragilis substantię pretio cœlum Christúmque mercatus es, verè intelligens super e-
genum & pauperem, quem in Christo esse, & in quo Christũ, vt ipse docuit (Matth.
25.) tegi, pasci, fœnerari credidisti. Sit hic odor mortis in mortem ijs qui pereũt, qui-
bus caro, & crux Dei viui stultitia & scandalum est, quia ipsis caro & sanguis, cui
seruiunt, Christum Iesum esse Dei filium non reuelat: nobis autem carnis & mortis
diuinæ fides, odor vitæ efficiatur ad vitam. Nec moueantur, frater dilectissime, pedes
nostri à vijs Domini, & tramite itineris angusti, si nos interdum profana vel stulta
quorundam sæcularium verba circumlatrent. Instructi enim satis per sacras literas H
& de ipsis & de nobis sumus. De his enim Apostolus nobis ait, (1. Tim. 4.) Quia in
hoc laboramus & maledicimur, quia speramus in Deum viuum, qui est salus omniũ
maximè fidelium. Neque sanè aut Ioannem, aut ipsum Christum ab instituto viru-
lentæ hominum linguæ reuocarunt. Sed & illi prophanis & virulentis calumnijs
impetiti sunt, & beatos Christus pronuntiauit, quibus maledixerint homines pro-
Cur Dominus vitam Ioanne leuiorem elegerit. pter filium hominis: Gaudete, inquit, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est
in cœlis. Verùm quæri potest, quid sit quòd dominus leuiorem vitam elegerit, qui
per Ioannem asperiorem monstrauit. Respondet Thomas Aquin. in Matth. id factũ
Th. Aquin. esse, quia Dominus confirmabat doctrinam suam miraculis, quæ Ioannes non fece-
rat. Ideò si Ioannes non saltem excellentiore vitæ instituto donaretur, minus admit- I
teretur eius testimonium: sicut videmus in sanctis, quorum vnus habet excellẽtiam
in vno, alius in alio. Sic nimirùm Augustinus doctrina, Martinus miraculis. Itẽ alia
ratio assignari potest. Ioãnes scilicet, quia homo purus erat, ideò abstinebat à carna-
libus omnibus, quæ animam pellicere potuissent. Sic enim Paulus, 1. Cor. 9. Castigo,
inquit, corpus meum, & in seruitutem redigo, ne fortè cùm alijs prædicauerim, ipse
1 reprobus efficiar. At verò quia Christus verè Deus & homo erat, sui corporis, & o-
mnium affectuum Dominus erat, ideò neque cibo neque potu in tentationem alli-
2 ci potuit. Vnde factum est, vt nec austerũ illud viuendi genus elegerit. Chrysostom.
Chrysostom. hom 38. Oper. prioris in Matth. Immò verò hanc quoque viam ipse cõfecit, cùm 40.
diebus ieiunarit, & circumierit ita docens, vt non haberet vbi caput declinaret. Sed
3 tamen etiam ad ipsum præparauit, vt faciliùs omnes lucrifaceret. Sed & debuit ipsis K
factis assumptæ naturæ veritatem ostendere: quæ sicut in aspectu, tactu, ita & in esu-
rie, siti, potu & cibo manifesta fuit. Eapropter coram multis bibit, & comedit, immò
Paul. Nolan. frequenter apud inuitantes recubuit. Paulinus Nolanus Panegyrico de obitu Cel-
si pueri:

Imbecilla quidem, sed naturalia carnis
Gessit, & affectus corporis exhibuit.
Sensibus humanis comedit, bibit, & sua somno
Lumina declinat, lassat eundo viam.

Addit D. Thomas hoc liberiore victu docuisse Mosaica legis onera gratia, & quasi
4 insupportabilia sublata esse: vnde per viam mansuetudinis, initium nouæ legis du- L
5 cat. Sed & adijcere possumus hanc rationem, quam idem ipse reddidit. Nimirùm
quòd non potuerunt filij sponsi ieiunare, quamdiu cum illis erat sponsus: tandem
autem

A autem ablato sponso ieiunaturi essent, nimirùm quòd tum quidem cùm & mansuetudine & facilitate homines ad salutis doctrinam allicceret, eos ieiuniis & asperitatibus deterrere noluit. *Et iustificata est sapientia à filijs suis*. Hieronym. in Matth. hanc sententiam ita explicat, ac si Christus dicat. Ergo quia vos noluistis vtramque, meã scilicet & Ioannis suscipere disciplinam (nec lamentantibus, aut præ gaudio gestientibus Prophetis auscultastis) ideò Dei sapientia, dispensatio atque doctrina iusta & recta comprobata est à filijs sapientiæ Apostolis & discipulis meis. Et ego qui sum Dei virtus & sapiẽtia, iustè feciſſe ab Apostolis meis filiis comprobatus sum, quibus reuelauit pater, quæ à sapientibus absconderat, & prudentibus apud semetipsos. In quibusdam Euangelijs legitur, Iustificata est sapientia ab operibus suis: sapientia quippè non quærit vocis testimonium, sed operum. Thom. in Matth. Itaque pro va- Hieronym. Thomas.

B rietate lectionis, alia atque alia erit interpretatio. Vno modo, retorquendo ad vtrũque, quod dictum est de Ioanne & Christo, ac si dicat: Si quando eueniat, vt facienti doctori quod in se est, nullus obaudiat, saluat ille sanè animam suam, & immunis omninò à peccato est: (Ezech. 33. & 18.) Iustificatur quoque in verbis & operibus suis. Fecit quod debuit, annuntiauit impio vt seipsum à via sua mala conuerteret. Et sic sapientia, id est, filius Dei, iustificatus est & in Ioanne & in seipso, omnibus modis homines inuitans (Prou. 1.) & per asperam vitam Ioannis, & suam in omnes beneuolentiam & miracula. Sic iustificata est sapientia in operibus suis. Vel si legatur, *iustificata est in filijs suis*, hunc sensum habebit, ac si dicat. Tametsi filij diaboli dicant, quòd Ioannes dæmonium habeat, ego verò sim homo vorax, &c. attamen filij sapientiæ intelligunt, quòd vita vera non in cibo & potu consistat: sed in æqualitate

C animi, vtendo cibo loco & tempore: abstinendo similiter quando decet, ita quidem vt nec excessus nec defectus sit. Sic quidem Paulus (Phil. 4.) Vbique, inquit, & in omnibus instructus sum & satiari, & esurire, & abundare, & penuriam pati. Ideò quia plenam iustitiam non videretur ostendere, si totaliter abstineret: crederetur enim omnis iustitia in abstinentia esse posita, cùm tamen in animi æqualitate consistat. Hi- Thomas. *Varietas huius lectionis.*

larius in Matth. Sed & iustificata est sapientia à filiis suis, ab his scilicet, qui vim facientes regno cœlorum, illud fidei iustificatione diripiunt, confitentes iustum sapiẽtiæ opus esse, quia munus suum ad fideles & obsequentes (Gentiles, aut plebem) à contumacibus perfidisque (Iudæis aut Pharisæis) transtulere. Est autem non otiosum hoc in loco virtutem dicti contueri. Est enim ipse sapientia, non ex efficientijs, Hilarius. *Filii sapientiæ iustificant matrem.*

D sed ex natura. Cæterùm negotiũ omne potestatis effectus est: vt non idẽ est opus virtutis & virtus, vt efficiẽs discernitur ab effecto. Plures enim eludere dictũ Apostolicum, quod ait (1. Cor. 1.) Christum sapientiam & Dei virtutem, his modis solent: quòd in eo ex virgine creando efficax Dei sapientia & virtus extiterit, & in natiuitate eius diuinæ prouidentiæ & potestatis opus intelligatur: sit'que in eo efficientia potius quàm natura sapientiæ. Quorum ne quid tale intelligi posset, ipsum se sapiẽtiam nuncupauit: eam in se, non quæ eius sunt, ostendens. Est enim sapientiæ opus, fides, charitas, spes, pudicitia, ieiunium, continentia, humilitas, humanitas: sed hæc naturæ opera sunt, non ipsa natura: & non in his quæ fiunt, consistit res ipsa quæ faciat, cùm Apostolus Dei virtutem, & Dei sapientiam dixerit: quia ex ea sapientia (diuina & increata) quæ erat creata sapientia est.

E *Christus comminationibus Iudæos terrere & promissionibus allicere nititur: præmonet illos de timendo iudicio, & speranda requie.*

Matth. 11.	Marc.	Luc. 10.	Ioan.
Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus, in quibus factæ sunt plurimæ virtutes eius, quia non egissent pœnitentiam. Væ tibi Corozain, væ tibi Bethsaida: quia si in Tyro & Sidone factæ essent virtutes quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent. Veruntamen dico vobis, Tyro & Sidoni remissius erit, in die iudicij, quàm vobis. Et tu Capharnaum, nunquid vsque in cœlum exaltaberis? vsque in infernum descendes: quia si in Sodomis factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt in te, fortè mansissent vsque in hanc diem.		Dico vobis quia Sodomis in die illa remissius erit, quàm illi ciuitati. Væ tibi Corozain, væ tibi Bethsaida: quia si in Tyro & Sidone factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt	

Verumtamen dico vobis, quia terræ Sodomorum remissius erit indie iudicij, quàm tibi. In illo tempore respondens Iesus dixit, Confitebor tibi Pater Domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea parvulis. Ita Pater, quoniam sic fuit placitũ ante te. Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Et nemo nouit filium, nisi Pater: neque Patrem quis nouit, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiã vos. Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde: & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue.

in vobis, olim in cilicio & cinere sedentes pœniterent. Veruntamen Tyro & Sidoni remissius erit in iudicio, quàm vobis. Et tu Capharnaum vsque ad cœlum exaltata, vsque ad infernum demergeris. F

Introductio.

Greg. Nanz.

MEDICORVM quidem & Pastorum Ecclesiæ similis conditio est, vt scribit Gregor. Nanzanz. in Apolo. 1. Vt enim illi corporũ, ita isti animarum curam habent. Et sicut in curandis corporibus habenda ratio est temperamenti, sexus, ætatis, aëris, temporis, medicamentorum: sic in curandis animabus ratio eorũ quos curare instituerimus, habenda est. Illis enim acriora, illis gratiora pharmaca prodesse possunt. Christus sanè modò amicis & suauibus verbis allicit, modò comminationibus concutit: nunc lamentationibus, nunc cantu, id est nunc terrore, nũc etiam spe incitat. Præmissi fuerãt Prophetæ qui tristia minarentur, quíque læta nuntiarent: nec tamen Iudæos his illorum exhortationibus commotos esse dixit: nunc etiam terret, *Væ* inclamans in *Corozaim*, *Capharnaum*, *& Bethsaida*, id est, in obduratos quosque peccatores: nunc consolationem adfert, sed pijs discipulis & velut filijs suis: adijciens, Discite à me quia mitis sum & humilis corde. Iugum enim meum suaue est. His enim parvulis seipsum reuelarat, absconderat autem sapientibus, vt qui omne medici cõsilium reijcerent. Ita hos ab illis distinguit. Basilius lib. Commẽt. in cap. 1. Esaiæ Prophetæ. Hinc scilicet, inquit, factum est, vt vetitum sit in Deuteronomio arare in boue & asino in vnum: hoc est, cum qui sit prompto animo & laborum toleranti, connectere ei qui sit voluptatum amantior, & captiuus tenetur affectibus. Non enim de bobus cura est, sed id causa nostri scriptum prorsus est. Contrà autem alio loco copulantur. Beatus enim qui seminat super omnem aquam, vbi bos & asinus calcant: hoc est, qui sermone ad docẽdum appositio excusitat vim animæ generosam, & laborum patientem, nec eius obsequitur voluptatibus. Et eo prorsus modo Christus & plebem & Pharisæos suis exhortationibus flectere volebat. Verùm id ei contigit, quod illi qui furiosum canẽ in foueam delapsum extrahere contenderit. Vbi enim ille manum extenderit, tum canis in eum armatur, & dentibus sæuit, liberatorem minimè cognoscens. Ideò Dominus per Esaiam dicit: (cap. 1.) Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui, Israël autem me non cognouit: obduratiores & brutis illis animantibus minus rationabiles designans, vt qui toties monentem contemnant. Hoc nos ex sequentibus audiemus. Christus enim cùm illos nec asperitate, nec lenitate vitæ, nec minis, nec promissionibus allectos similitudine prolata docuisset, quàm terribilis eos maneat diuini iudicij expectatio, ostendit. *Tunc* enim *cœpit exprobrare ciuitatibus, in quibus factæ sunt plurimæ virtutes eius, quia non egissent pœnitentiam.* Albertus in Matth. Exprobratio est probri in faciem obiectio. Exprobrat ciuitatibus, non pagis aut villis, id est, rusticis & simplicibus hominib⁹, sed his qui de politica vita, & maiore prudentia gloriantur: apud quos erãt & legis interpretes, & doctores, & verbi cõcionatores, quibus non deerat institutio in bonis moribus, & doctrina. Et licet hæc illis omnia præ rusticis suppeterent & abundarent, vnde & in fide solidiores, & in moribus meliores & cultiores esse debuissent, Christum tamen, vt & cæteros olim Prophetas, qui ad eos venerant, contempsissent. 1. Esd. 4. Manus magistratuum fuit in transgressione hac prima. Naum 3. Væ ciuitas sanguinum vniuersa, mendacij dilaceratione plena. Es. 1. Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis plena iudicij? Causam autẽ exprobrationis in genere designat, dicens, *In quibus factæ sunt plurimæ virtutes.* Act. 2. Iesum Nazarenum virum approbatum à Deo in vobis, virtutibus & prodigijs

Christus opportunè & importunè vrget Iudæos. Summa.

Vbi populus, ibi & numerosior iniquitas.

Albertus.

G H I K

A digijs & ſignis, quæ fecit per eum Deus in medio veſtri, ſicut & vos ſcitis. Et ideò id eis meritò exprobrari poteſt: (Mich. 6.) Populo meus, quid feci tibi, aut quid moleſtus fui? Non autem exprobrauit eis quòd iniquè vixiſſent, & multa magnáque peccata perpetraſſent: ſed *quòd pœnitentiam nõ egiſſent.* Vnicuique enim eorum conueniebat id quod dicitur Iob. 24. Dedit ei locum pœnitentiæ, & ipſe abutitur eo in ſuperbiam. Et dixit Ieſus: *Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethſaida.* Corozaim Galilææ oppidũ eſt, ſecundo lapide à Capharnaum: Bethſaida item ſita eſt ad lacum Genezara, de qua in ſuperioribus diximus. Cur autem potius iſtarum ciuitatum meminit quàm cæterarum? Meminit enim & Capharnaum. Reſpondet Theophilactus, ideò factũ, quia ex Bethſaida erant Petrus & Andreas. Vt intelligas, inquit, eos qui non crediderunt, non à natura, ſed à volũtate malos eſſe, meminit Bethſaidæ, ex qua Andreas

Cur Chriſtus Væ Corozaim & Bethſaidæ potius quàm cæteris dicat. Theophil.

B & Petrus, & Philippus, & filij Zebedæi fuerunt: atque ita non naturæ, ſed voluntatis malitia fuit. Nam ſi naturæ, fuiſſent & illi mali. Aut dicendum ideò illorum oppidorum Galilææ meminiſſe, quia tum illa in Galilæa præcipua erant: & in Galilæa, & per conſequens in illis primùm manifeſtari cœperat per ſigna & virtutes. Verùm rurſus quæritur, quî fiat vt Dominus, qui docuerat benedicere perſequentibus nos, Corozaim & Bethſaida maledicat. Maledictionis enim ſpecies eſt Væ illud quod in oppida illa inclamat. Reſpondet Thomas Aquinas in Matth. aliud eſſe maledicere formaliter, aliud materialiter: quòd formaliter nullus maledicere debeat, materialiter autem poſſit. Quædam enim, inquit, coniuncta ſunt ſecundum tactum, quæ tamen poſſunt ſeparari ſecundum intellectũ. Vt in pomo eſt odor & ſapor, quæ quidẽ

Th. Aquinas

C ſecundum tactum ſeparari non poſſunt, eſſe ſecundum intellectum poſſint. Eodem ſanè modo velle aliquem nõ puniri, & interim ordinem iuſtitiæ comprobare, ſimul & ſemel ſecundum idem eſſe reipſa non poſſunt, niſi ſecundum intellectum. Ex eo fit, vt ſi quis alteri maledicat, quia in eius afflictione delectatur, malè agat: ſi autem non aut vindictæ, aut mali illius appetitu, ſed victus ordine iuſtitiæ, illi maledicere videatur, idipſum laudabile eſt: non enim propriè maledicit, ſed maledictionem ſucceſſuram doceat, niſi illum pœniteat. Ad eundem modum ſeſe habebat hoc *Væ* Domini: non enim propriè maledictio, ſed diuinæ iuſtitiæ denunciatio erat. *Quia ſi in Tyro & Sidone factæ eſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitẽtiam egiſſent.* Tyrus metropolis eſt Phœniciæ, maritima, in tribu Neptalim, vt dicit Hieronymus, licet filij Iſraël non potuerint eam obtinere à Chananæis. Sidon ſe-

D cunda eſt à Tyro, Phœniciam terminans, olim inſignis & magna. Hæ à Chananæis Gentiũ populis habitabãtur. Dominus igitur vulgariter locutus eſt. Cúmque enim vellet oppidis Galilææ inſignem impœnitentiam exprobrare, dicit eos ijs obſtinatiores eſſe, quos omnium habebant deploratiſſimos, quales vtique Tyrij & Sidonij illis erant, qui præterquàm quòd Gentes ſine Deo, etiam ob maris commoditates, & commerciorum multorum contagionem, moribus erãt ſupra cæteros corruptis. Et tamen illis deteriores Galilæos pronuntiat, vt qui & audita eius doctrina, & viſis miraculis, inſanabiles ſint. *Saccum & cinerem* dicit, quibus nimirùm pœnitentes ſen-

Sacci & cineris vſus pœnitentibus.

ſum ſuorum ſcelerum teſtabantur: *ſacco* ſuam nuditatem, *cinere* corporis ſui humilitatem deſignantes. Nudus ingreſſus, ſed & nudus reuertar, inquit Iob (c. 2.) Ideò ſi-

E cut olim ſuffecerunt primis parentibus perizomata è ficus folijs, & tandem mortuorum animalium pelles: ſic & *ſacco*, nudos ſe, pauperes & abiectos proteſtantur. Immò iam exprimunt ſuæ ſepulturæ typum, quo erit pro torpenti crine caluitium, pro zona funiculus, pro faſcia pectorali cilicium, & pro veſte pretioſa ſaccus, ſeu in ſacci modum linteamen ipſum corpus inuoluens. In cinere verò demonſtrant ſe è cinere in cinerem reuerſuros eſſe: vnde diſcunt humiliari ſub potenti manu Dei. Siquidem & Abraham, Loquar, inquit, ad Dominum, cùm ſim puluis & cinis. Et alibi dicitur: Quid ſuperbis terra & cinis? Philo Iudæus lib. de victimas offerentibus, hanc

Philo.

rationem colligit. Ibi ſiquidem præmiſſo Moſis exemplo, qui è ſacri ignis reliquijs cinere præparato, & in vas ſuperinfuſa aqua indito, hyſſopi ramum hac temperatura intingens, tandem populum aſpergebat, ita colligit. Admonet, inquit, hoc eos qui ad cultum Dei accedunt, vt ante omnia ſeipſos noſcant, & ſuam eſſentiam, nimirùm ſe de cinere procreatos eſſe. Cyrillus Hieroſoly. catech. 2. Sic beatus Dauid non ab-

Cyrill. Hier.

ſtinens à pœnitentia, loco purpuræ ſacco vtebatur, & loco aurei throni in terra ci-

neré que rex ſedebat, poſtquàm venit ad eum Nathan: neque tantùm in cinere ſedebat, ſed & cinere veſcebatur, ſicut & ipſe dicit. Quoniam cinerem tanquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miſcebam. Hieronym. lib. 2. Commẽt. in Lament. Hierem. In cilicio quippè aſperitas & compunctio peccatorum: in cinere autem puluis oſtenditur mortuorum. Et idcircò vtrumque hoc adhiberi ad pœnitentiam ſolet: vt in compunctione cilicij cognoſcamus quid per culpam fecimus, & in fauilla cineris perpendamus quid per peccatum facti ſumus. Tertull. lib. de Pœnitentia, ſic contra delicatulos, qui pœnitentiæ aſperitatem vt moleſtiorem reijciũt. Quid ſi præter pudorem, quem potiorem putant, inquit, etiam incommoda corporis reformident, quòd inlotos, quòd ſordulentos, quòd extra lętitiam oportet diuerſari, in aſperitudine ſacci, & horrore cineris, & oris de ieiunio vanitate? Num ergo in coccino & tyrio pro delictis ſupplicare nos condecet? Superiùs enim ita pœnitentiã depinxerat. De ipſo quoque habitu atque victu mãdat ſacco & cineri incubare, corpus ſordibus obſcurare, animũ mœroribus deijcere, illa quæ peccauit triſti retractatione mutare. S. Eligius Nouiomenſis Epiſcopus hom. 11. in cœna Domini, ad pœnitentes, ita ſuos deſcribit. Ad vos, inquit, præterea noſter ſermo tranſfertur, quos ſub pœnitudinis habitu conſtitutos, facie ſqualida & crine demiſſo peccamina veſtra planxiſſe, & vitia carnis in vobis mortificaſſe, quantum homini poſſibile eſt videre, conſideramus. Concilij Agathenſ. cap. 9. ſaccus & cinis publicè pœnitentibus deputatur. Hæc enim habet. In capite quadrageſimæ omnes publicè pœnitentes ante fores Eccleſiæ ſe repræſentent Epiſcopo ciuitatis, ſacco induti, nudis pedibus, vultibus in terram proſtratis, reos ſe eſſe ipſo habitu & vultu proclamantes. Publica fuit Niniuitarum pœnitentia in ſacco & cinere. Fuit & humiliatio publica, ſeu generalis omnium Iſraëlitarum in ſacco & cinere, tempore Heſter reginæ, vt Deus eis propitiaretur contra impium Aman conſilium. Sed & priuata fuit pœnitentia Achab in cinere, cùm Dominus ad Helyã diceret: Num vidiſti Achab humiliatum corã me? Iob. vlt. Ago pœnitentiam in fauilla & cinere. Ad eorum igitur inſtar Tyrijs & Sidonijs pœnitentiam acturos fuiſſe pronunciat Chriſtus, ſi quidem apud eos tot tantaſque virtutes feciſſet, quantas in Bethſaida & Corozaim operatus fuerat. Albertus Magnus in Matth. Sed hîc, inquit, incidit quæſtio. Cùm præſciret Dominus Iudæos & Galilæos malè accepturos doctrinam & miracula ſua: Tyrios verò & Sidonios his viſis pœnitentiam acturos præuideret: cur quæſo non potius ſeipſum Tyrijs & Sidonijs communicauit, quàm Galilæis, cùm minus iudicium Galilæos manſurum, & Tyriorum ſalus conſecuta fuiſſet? Nam per ſubtractionem ſuæ prædicationis & miraculorum Tyrijs ſalutis via ablata, & per illorum cõmunicationem Iudæis maior condemnatio & reprobatio ſancita eſt. Verùm hîc temporum ratio fuit habenda: vt quia ſuos Apoſtolos ex oppidis Galileæ collecturus erat, ideò primùm in illis prædicaret, & miracula ageret. 2. Sed & eo tempore omnia ſacramenta per legem probanda erant, cúmque prohiberet lex ne cum exteris nationibus Iudæi commercium haberent, Chriſtus ſtatim ad Gẽtes profectus non eſt: donec Euangelij veritas illuxiſſet. 3. Alioquin quam non Iudæi excuſationem habuiſſent, ſi Chriſtum apud Tyrios & Sidonios primò diuerſatum perſpexiſſent? Si enim & in contemptum illũ Samaritanum vocarunt, quomodo non etiam Tyrium & Sidonium nuncupaſſent, & velut deſertorem eieciſſent? 4. Quinetiam promiſſus Iudæis erat, & factus ſub lege, legi ad tempus parere debuit: ſic'que ſeipſum intra Iudęæ ſepta continere: donec per diſcipulos ſuos iam in cœlum aſſumptus, toti mundo annunciaretur. Porrò ad id quod obijcitur, Gentes fuiſſe neglectas: reſpondetur, quòd & illæ recto legis naturalis dictamine nouerant quæ illis pro eo tempore facerent ad ſalutem. Eſa. 46. Redite præuaricatores ad cor. Rom. 2. Eiuſmodi legem non habẽtes, naturaliter ea quæ legis ſunt, faciunt: qui oſtendũt opus legis ſcriptum eſſe in cordibus eorũ. Cæterùm quòd & illæ audito Euangelio credituræ fuiſſent, manifeſtũ eſt ex Actis Apoſtolorũ (cap. 12.) vbi fides & deuotio Tyriorũ deſcribitur, qui Apoſtolis, maximè verò Paulo crediderunt. Huic teſtimonio Chriſti omninò ſimile eſt, quod ad Ezechielem Dominus ait (cap. 3.) Fili hominis, non ad populum profundi ſermonis & ignotæ linguæ tu mitteris. Et ſi ad illos mittereris, ipſi audirẽt te. Domus autem Iſraël, ad quã mitto te, nolunt audire te, quia nolunt audire me. Redduntur & aliæ cauſæ, propter quas

Hieronym.
Tertul.
Eligius. Epiſ.
Conc. Agath.
Alb. Magn.
Cur Chriſtus non ſe Tyriis & Sidoniis potius quàm Galilæis communicauit.
An Gentes fuerint à Deo neglectæ.

A quas Tyrijs & Sidoniis minimè tũc prædicatũ ſit, ſed iſtæ aut potiores fũt, aut illis reliquæ includũtur. Remigius in Matth. ſoluit, plures quidẽ ex Sidoniis & Tyriis maiori multitudine credituros, ſed quia multi apud eos hæretici eſſent, qui fidei obſtare poſſent, ideò dilatam eſſe Euangelij prædicationem, donec ſcilicet & ipſa auctior, & miraculis eſſet illuſtrior. Thomas Aquinas in Matth. alias rationes ex Patribus colligit. Ex Gregorio quidem, quòd ſcire ſecreta Dei non eſt hominis, tamen ſecundum quod videtur, quia promiſſum erat patribus: ideò ad confirmandas promiſſiones patrum primò prædicauit Iudæis. Ex Auguſtino verò, quòd præſciuit Dominus quia ſi credidiſſent, non perſeueraſſent in tempore paſſionis, & ideò ad eos non miſit. Hieronym. in Matth. Quærat prudens lector, inquit, ſi Tyrus & Sidon & Sodoma potuerunt agere pœnitentiam ad prædicationem ſaluatoris: vitium Remigius. Th. Aquinas. Hieronym.

B ſilentij in eo eſt, qui acturis pœnitentiam noluit prædicare. Ad quod facilis & aperta reſponſio eſt, ignorare nos iudicia Dei, & ſingularum diſpenſationum eius ſacramenta neſcire. Propoſitum fuerat Domino Iudææ fines non excedere, ne iuſtam Phariſæis & ſacerdotibus occaſionem perſecutionis daret. Vnde & diſcipulis ante paſſionem præcepit (Matth. 10.) In viam Gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis. Corozaim igitur & Bethſaida damnantur, quòd præſenti Domino credere noluerunt: Tyrus & Sidon iuſtificantur, quòd Apoſtolis illius crediderunt. Non quæras tempora, cùm credentium intuearis ſalutem. Hæc Dei iudicia miramur, quãdiu ſumus in corpore, ſed vbi ad beatitudinẽ peruenerimus, iuſtitiã Dei eiúſque bonitatẽ confitebimur. Auguſt. tom. 3. lib. Enchiridij ad Laurentiũ, *Cur pœnitentiam acturis non prædicauit Ieſus.* Auguſtin.

C cap. 95. Tunc nõ latebit quod nũc latet, cùm de duobus paruulis vnus eſſet aſſumẽdus per Dei miſericordiam, alius per iudicium relinquendus: In quo is qui aſſumeretur, agnoſceret quid ſibi per iudiciũ deberetur, niſi miſericordia ſubueniret: cur ille potius quàm iſte fuerit aſſumptus, cùm vna cauſa eſſet ambobus: cur apud quoſdã non factæ ſint virtutes, quæ ſi factæ fuiſſent, egiſſent homines iſti pœnitentiam, & factæ ſint apud eos qui non fuerant credituri. Apertiſſimè namque Dominus dicit, *Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethſaida, quia ſi in Tyro & Sidone factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egiſſent.* Nec quidem iniuſtè Deus noluit ſaluos fieri, cùm poſſent ſalui eſſe, ſi vellent. Tunc in clariſſima luce ſapientiæ videbitur, quod nunc piorum fides habet, antequàm manifeſta cognitione videatur, quàm certa, & immutabilis, & efficaciſſima ſit voluntas Dei, quàm multa poſſit,

D & non velit: nihil autem velit, quod non poſſit: quámque ſit verum quod in Pſalmo canitur (Pſ. 113.) Deus autem noſter in cœlo ſurſum, in cœlo & in terra, omnia quęcunque voluit, fecit. *Veruntamen dico vobis, Tyro & Sidoni remiſſius erit in die iudicij quàm vobis.* Pœnam pœnæ comparat, & culpã culpæ. Albertus Magnus in Matth. Albertus.

Neque tamen comparatio eſt peccati in ſubſtantia, vt idololatriæ Tyriorum ad malos Dei cultores: ſed ſolùm ſecundum contemptum, qui ſequitur auditum. Tyro, inquit, & Sidoni remiſſius erit in pœna, quia non contempſerunt niſi interiùs vocantem: vos autem & interiùs per ſpiritum ſuum, & ſcripturæ veritatem, & exteriùs per prædicationem & miracula, vos ad fidem cogentem ſpreuiſtis & illuſiſtis. Dies autẽ iudicij aut pro extremo & generali, aut pro particulari, quod quiſque poſt mortem experitur, intelligendus eſt. Luc. 12. Seruus ſciens voluntatem domini ſui, & nõ

E faciens, vapulabit multis. Iac. 4. Scienti & non facienti, peccatum eſt illi. Ioan. 15. Si non veniſſem, & locutus eis non fuiſſem, peccatũ non haberẽt. Si opera nõ feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatũ non haberent. Nunc autẽ & viderunt, & oderũt me & patrem meum. Thomas Aquinas in Matth. Notandum autem quòd ex his verbis tres errores excludit. Quidam dicebant omnia peccata paria, & ſimiliter ſupplicia. Hoc excludit, cùm dicit iſtis deterius futurum quàm Tyro & Sidoni. Quidam etiam dixerunt eos tantùm ſaluandos, quos præſciuit conuertendos & credituros, ſi quidem eis prædicaretur: hoc enim excludit, cùm dicit, quòd Tyro & Sidoni malè erit: ſed tamẽ deterius his quibus nunciatum eſt regnum Dei. Vnde Auguſt. lib. de bono perſeuerãtiæ: Non remunerat Dominus pro his quæ feciſſet, ſed pro his quæ facit. Item remouet tertium errorem, quia dicebant quidã quòd Dominus miſit Prophetas & prædicatores Iudæis, & non aliis, quia ſciebat quòd alij non recipetent: oppoſitum enim demonſtrat Chriſtus, aſſerens Tyrios & Sidonios credituros, Th. Aquin. *Tres hinc errores eludũtur.* Auguſtinus.

si quidem audiissent eum,& vidissent eius miracula. Audis verò non absoluendos F
esse Tyrios à pœnis,sed remissiorem pœnam toleraturos. Nam sicut stella differt à
stella in claritate: (1. Cor. 15.) Et different mortui in resurrectionis gloria, & in domo
patris mansiones multæ sunt, vnus tamen Deus: sic in inferno licet vnus ignis sit,
varij tamen sunt gradus tormentorum. *Et tu Capharnaum nunquid vsque in cœlum exaltaberis? vsque in infernum descendes.* Prænunciat Christus omnium tandem ore celebrandam esse Capharnaum,propter miracula quæ in ea operatus est. Simul enim
cum accepto Euangelio, nos harum & illarum vrbium, in quibus Christus versa-
Hieronym. tus est,meminimus:nec meminimus modò,sed, vt scribit Hiero. in Epitaphio Paulæ, illas videre desideramus,etiam quantumuis dirutas & desertas,& ad ea loca, in
quibus Christus nostræ salutis dispensationem compleuit,peregrinamur. Veruntamen si populi illius,qui primùm & ipsis Christi temporibus Christum audiit,& mi- G
Quæ fuit gloria Capharnaum. racula vidit,infidelitatem & cordis duritiem cõsideremus:si Dei iusta iudicia extremæ illius ingratitudini conferamus,quomodo non despuamus, atque illos exhorrescamus? Exaltabatur Capharnaum,quia præcipua totius Galilææ erat,& tum nobile
emporiũ:exaltabatur à Prophetis,qui circa illius terminos, vt in superioribus diximus, Christũ versaturũ nuntiauerant. Exaltata est à Christo,qui eã suis & concionibus & frequentioribus miraculis selegit. Vnde & Luc. 4. Dixerunt ad eũ Nazaræi,
Quanta audiuimus à te facta in Capharnaum,fac & hîc in patria tua. Exaltanda autem erat à peregrinis Christianis per diffusum de ea rumorem apud omnes. Exaltabãtur & Capernaitæ,propter diuitias. Sed vsque in infernum descendes, inquit. Abdiæ. Si exaltatus fueris vt aquila,& inter sidera posueris nidũ tuum,inde detrahã te,
dicit Dominus. Amos 9. Si ascenderint vsque in cœlum,inde detraham eos. Iob. 20. H
Si ascenderit vsque in cœlum superbia eius,& caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinium in fine perdetur. Et hæc sanè exprobratio magnas & populosas vrbes manet,si quidem Domini obliuiscantur:& suppetit illis,non modò Bethsaida & Corozaim,sed & ipsam Hierosolymam ob oculos ponere, quæ tanto abiectior facta est,
Babylonis meretricis excidium. quanto sese in Christum Domini extulit. An non etiam væ & væ dicetur Babyloni illi magnæ,vt per illius typum quantumnis magna & superba,simúlque Deo & sanctis eius aduersantia imperia intelligantur? Sic enim Apoc. 18. Væ, Væ, ciuitas illa
magna Babylon,ciuitas illa fortis,quoniam vna hora venit iudicium tuum. Et negotiatores terræ flebunt,& lugebunt super illam,quoniam merces eorum nemo emet amplius. Et post pauca: Qui diuites facti sunt ab ea, longè stabunt propter timorem tormentorum eius flentes,& lugentes,& dicentes: Væ,væ,ciuitas illa magna, quæ I
amicta erat byssо & purpura,& cocco,& deaurata est auro,& lapide pretioso & margaritis,quoniam vna hora destitutæ sunt tantæ diuitiæ, & omnis gubernator, & omnes qui in lacu nauigant,& qui in mari operantur,longè steterunt,& clamauerũt, videntes locũ incendij eius,dicentes: Quæ similis ciuitati huic magnæ? Et miserunt puluerẽ super capita sua,& clamauerunt flentes,lugentes,& dicẽtes: Væ, væ, ciuitas
illa magna,in qua diuites facti sunt omnes qui habebant naues in mari de pretiis eius,quoniã vna hora desolata est. Hæc ruïna Babylonis, omnium vrbium, ciuitatũ, rerum publicarum,imperiorum & regnorũ Christo aduersantium desolationẽ implicat,quæ tum maximè successura est,cùm ille posuerit inimicos suos scabellum
pedum suorum. De Babylone quidem ibi dicitur. Quantum glorificauit se in deliciis,tantũ date illi tormentum & luctũ: hîc autem de Capharnaum dicitur, quòd K
quanto extulit se in cœlum,tanto in infernum demittenda sit. *Quia si in Sodomis factæ fuissent virtutes,quæ factæ sunt in te,fortè mansissent vsque in hanc diem.* Nota est historia sceleris Sodomitarum & Gomorrhæorum, & circumuicinarum vrbium, (Genes.
Sodomorum scelus minus scelere Iudæorum. 19.) quódque Deus illud vindicãs,pluerit sulphur & ignem, & subuerterit ciuitates has cum habitatoribus suis,& vniuersam circùm regionem, & cuncta terræ virẽtia. Nunc Sodomitas ita confert Capharnaitis,vt Capharnaitas peiores esse concludat:
Non quòd attendat speciem peccati Sodomitarũ,quod contra naturã erat,& peccatum peccato conferat:sed promptitudinẽ aut grauitatẽ animi ad suscipiendum Dei
Albertus. verbum in his aut in illis,vt scribit Albertus in Matthæum. Ezech. 16. Iustificata est Sodoma soror tua ex te. Sodomitæ enim contempserunt Angelos in hominũ specie
appatentes,nulla interim signa facientes. Sed neque Loth miraculis illustrabatur,

vt

A vt Sodomitæ nullam excusationem haberent, si pœnitentiam prædicanti fidem nō adhiberent. Isti autē maiestatis Dominum plurima apud eos signa facientem, non modò contempserunt, sed & turpissima morte condemnarunt. Ioan. 10. Multa bona opera ostendi vobis in nomine patris mei. Ioan. 5. Opera quæ ego facio in nomine patris mei, ipsa sunt quæ testimonium perhibent de me. *Fortè mansissent.* Fortè dicit, notans libertatem arbitrij in Sodomitis, non defectum præscientiæ Christi. *Mansissent,* merito pœnitentiæ, nec subuersa fuissent, *vsque in hanc diem,* sicut & cæteræ vrbes, quibus Deus propitiatus est. Quòd si quis obiiciat decretam à Deo fuisse ciuitatū illarum subuersionem, vt legitur dictū esse ad Abrahā, Genes. 17. Respondemus,

B cōminationem, non sententiā irreuocabilem fuisse. Ideò nimirùm Rex Niniue simili, immò magis absoluta cōminatione accepta, Quis scit, inquit, si cōuertatur Deus, & relinquat post se benedictionem? Nec frustrà ita sperauit, cùm Dominus ciuitati tandem huic pœnitenti propitiatus sit. Ion. 3. Quid verò non graue per Helyam Dominus cōminatus fuerat Regi Achab? 3. Reg. 21. Verùm nec ille animum despondit, sed sacco vestitus, & cinere aspersus, tristis obābulauit, si quo modo Dominū flecteret. Ideò Dominus ad Helyam: Quia, inquit, Achab humiliatus est mei causa, non inducā malum in diebus eius. Et idem sanè Sodomis pollicebatur Dominꝰ: sic enim Abrahæ dixerat: Si inuenero Sodomis decem viros in medio ciuitatis, dimittā omni loco propter eos. Interim tamen obduratiores esse Capernaitas pronuntiat, vnde & illis maius indicatur supplicium. Ait enim: *Verumtamē dico vobis, quia terræ Sodomorum remissius erit in die iudicij, quàm tibi.* Ita ostendit maximum omnium peccatorū esse,

C contemptum verbi Dei, & hominum infidelitatem: quod etiam nos in consequentibus dicturi sumus. Heb. 12. Si enim illi non effugerūt, recusantes eū qui super terrā loquebatur: multò magis nos, qui de cœlo loquētem nobis auertimus. Vtrorumque & Sodomitarū & Capernaitarū peccatum magnum est, & ideò hi & illi grauiter punientur: interim tamē remissius erit Sodomis, quia peccatū Capernaum grauius est, vtpotè directè in Deū. Dionys. Carthus. art. 22. in Matth. cap. 11. Probabile est enim, inquit, quòd absolutè loquendo minor erit damnatio Sodomorum, quàm istorum, & quòd minus grauiter peccauerint, quàm isti. De his autē meritò dixit Psaltes, (Ps. 33.) Venite, & videte opera Dei, terribilis in consiliis super filios hominū. Et, (Ps. 35.) Iustitia tua sicut montes Dei, iudicia tua abyssus multa. Quis enim inuestiget vel explicet, cur iustus & omnipotens Deus, coram his miracula fecit, & nuntios suos,

D ministróque verbi misit, quos nouerat non credituros: & horum nullum fecit his quos nouerat credituros, si eadem quæ & isti vidissent & audiissent? Exclamare igitur oportet cum Apostolo, (Rom. 11.) O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, &c. *In illo tempore,* cùm hæc loqueretur turbis, *respondens Iesus, dixit: Confiteor tibi pater Domine cœli & terræ.* Thomas Aquinas in Matth. Vbi redarguit Dominus infidelitatem turbarum, nunc gratias agit de fide discipulorum & aliorum credentium. Et primò reddit gratias patri, tanquam autori: secundò ostendit eandem potestatem se habere. *Respondit.* Sed cui? Conuenit ei quod dicitur Iob. 15. Numquid sapiens respondit, quasi in ventum loquens? Non. Vnde respondet tacitæ obiectioni. Posset enim dicere aliquis: Isti non credūt, quibus prædicasti. Alij autem credidissent, si prædicatum fuisset illis. Redarguit ergo quosdam, qui causas electionis

E curiosiùs inquisierunt, & demersi sunt in profundum: vt Origenes, qui electionem ex meritis pendere censebat. Atqui diuinæ hoc voluntati tribuendum esse ostendit, capropter Patri gratias agens, quòd voluntatem suam paruulis reuelauerit. Hilarius in Matth. Sic, inquit, idem sensus & superiora & consequentia continet. Nā tametsi optabilis fuerit salus Israël, tamen non extra gaudium Domino erat prædicata olim fides Gentium. Hierony. in Matth. Porrò confessio non semper pœnitentiam, sed & gratiarum actionem significat, vt in Psalmis sæpissimè legimus. Triplex enim est cōfessio: alia nimirùm fidei, alia peccatorum, alia gratiarū actionis. De confessione fidei, Ro. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutē. Et Psaltes: Confitebor tibi, quoniam terribiliter magnificatus es. De cōfessione peccati, Iac. 5. Cōfitemini alterutrū peccata vestra. Ios. 7. ad Achaz dictum: Fili, da gloriā Deo, & confitere peccatū tuū, & indica mihi quid feceris. De confessione gratiarum actionis, Ps. 105. Confitemini Domino quoniam bonus, &c. Ps. 108. Confitebor Domino

Prædictiones, comminationes sunt.

Quomodo Sodomorum peccatum minus sit.

Dio. Carthus.

Tho. Aquin.

Hilarius.

Hieronym.

nimis in ore meo. Esa. 12. Confitebor tibi Domine, quoniam iratus es mihi: cõuersus F
Hieronym. est furor tuus, & consolatus es me. Hieronym. in Matth. Audiant verò qui saluato-
Creator cœli rem non natum, sed creatum calumniantur, quòd patrem suum vocet cœli & terræ
et terræ pater Dominum. Si enim creatura est, & creatura conditorẽ patrem appellare potest, stul-
est Christi. tum fuit non & sui, & cœli, & terræ Dominum vel patrem similiter appellare. Sed
neque vniuersaliter, verùm specialiter patrem illum suum nuncupauit, quia eiusdẽ
cum eo naturæ est, Deus de Deo, lumen de lumine. *Dominum cœli & terræ* dicit, vt o-
mnem tollat quærendi occasionem, de quo patre intelligat. Etsi enim pauci Deum
cognouerint, omnes tamen Dominũ cœli & terræ confessi sunt. Rom. 1. Inuisibilia
enim Dei, per ea quæ facta sunt, visibilia cognoscuntur, sempiterna quoque eius vir-
tus & diuinitas. Vnde apud Esaiam: Quis, inquit, creauit & fecit hæc? Sed & quo-
modo nisi aliquo moderante summo numine vniuersa moles ista regeretur? Psal. 99. G
Scitote quoniam Dominus ipse est Deus, ipse fecit nos, & non ipsi nos. Cœli autem
nomine cœlestes & Angelicas creaturas intelligit: per terram autem hominem, cui
confertur suæ cognitionis beneficiũ. Dominum autẽ ipsius non modò subditos ali-
Dionysius. quos designat, sed, vt scribit Diony. lib. de diuinis Nominib. omniũ bonorum & pul
chrorũ verã & omnimodam possessionẽ, veram & nullo modo nutantẽ fortitudinẽ,
summámq; maiestatẽ. Act. 17. Hic cœli & terræ cùm sit Dominus, nunc annunciat
hominibus, vt omnes vbique pœnitentiã agant. Rom. 10. Idẽ Dominus omnium di-
ues in omnes qui inuocãt eũ. Iudith. 9. Deus cœlorũ, creator aquarũ, & Dominus to-
tius creaturæ. Vocat autẽ Christus eum patrem, non quia ab illo creatus, sed genitus
sit. Ps. 88. Ipse inuocauit me, pater meus es tu. Ps. 2. Dñs dixit ad me, filius meus es tu,
Cyril. Alex. ego hodie genui te. Cyril. Alex. li. 5. Thesauri, ca. 5. Filius enim, inquit, secundũ natu- H
ram est: sed propter formam serui quã accepit, homo propter nos factus, Dominum
patrem appellat: Dominũ verò cœli, & omniũ quæ in cœlo sunt, & similiter terræ.
Sed si ipse quoque vt cœlũ & terra ex nihilo productus esset, non vt præcipuum sibi
nomen, filij appellationẽ seruasset: ita vt omnia creata iugo seruitutis subiecerit. Ni-
hil enim creatũ, cùm cœlũ & terram nominauit, à seruitute excepit: seipsum autem
excepit: non est igitur creatura, sed filius. Cur autẽ gratias agat, exprimit dicens: *quia*
abscondisti hæc nouæ legis sacramenta & mysteria, etiam & meipsum, in quo pœniten-
tiã annunciari voluisti in remissionẽ peccatorum, *à sapientibus & prudentibus*, id est, ab
his qui prudentes & sapientes sunt in oculis suis: de quibus Esaias, (cap. 3.) Vę qui sa-
pientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes. Esa. 45. Sapientia &
scientia tua decepit te. Qui tamen verè stulti & insipientes sunt. Hier. 10. Stultus fa- I
ctus est omnis homo à scientia sua: quia (Sap. 1.) in maliuolam animam non ingredie-
tur sapientia, neque habitabit in corpore subdito peccatis. Horum autem nomine
licet omnes huius seculi sapiẽtes & prudentes intelligi possint, maximè tamẽ Scribæ
& Pharisæi. Impletur enim quod per Esaiã prædictum fuerat, Perdam sapientiam sa-
pientũ, & prudentiã prudentum reprobabo. Vnde & Paulus, 1. Cor. 1. Videte voca-
tionem vestrã, fratres, quia non multi sapientes secundũ carnem sunt inter vos. Et
rursus: Nónne stultam fecit Deus sapientiã huius mundi? Sapientes diuinarum, pru-
dentes verò humanarum rerum respectu dicuntur. *Et reuelasti ea* per internam insp-
rationem, *paruulis*, id est humilibus. Sicut & Iacob. 4. & 1. Pet. 5. scriptum est, Deus su-
perbis resistit, humilibus autem dat gratiã. Prou. 11. Vbi humilitas, ibi sapientia. Ideò
Pro. 9. Sapientia clamat, Si quis est paruulus, veniat ad me. Ad hos enim quasi adval- K
Qui paruuli. les profundas, descendunt à patre luminum, & fonte riui bonitatis ac radij sapien-
tiæ, quos mentes superbæ continere nequeunt, iuxta illud Ps. 118. Qui emittis fontes
Albertus. in conuallibus, inter medium montium pertrãsibunt aquæ. Albertus in Matth. Abs-
consio autem hæc non fit aliquid agente Deo, sed vno modo offerendo se Iudæis &
Gẽtibus. Excæcatis verò Iudæis hanc lucem videre non contingit, propter velamen
literæ & carnalis sensus, quod positum est super corda eorum. 2. Cor. 3. Vsque in ho-
diernum diem idipsum velamen manet non reuelatum. Sicut enim lux æqualiter se
offert cæco & videnti, & tamen cæcus manet in tenebris: ita & claritas notitiæ Dei.
Vt enim à luce illustremur, obex remouendus est: obicẽ autẽ intelligimus, obstinatã
Sapientia hu- hominis voluntatẽ: Ita (Iob. 36.) In manibus abscondit lucem, & præcipit ei vt rursus
mana Deum aduenias: annunciat de ea amico suo quòd possessio eius sit. Itaque quid prodest
nescit. homini

A homini scientia rerum naturalium, quæ maximè ad Philosophiã refertur, & de nomine sapientiæ tumescere: si Deum & Christum eius, id est, salutis suæ viam ignorauerit? Quid in rebus & actionibus humanis prudentem, prouidum, sagacem & circumspectũ esse: si nec nouissima attendat, & sibi quid successurum sit post mortẽ, circumspiciat? Quot videmus in humanis rebus cautos & subtiles, ne quidem minimũ suarum cogitationum meditandæ morti, iudicio Dei, pœnis inferni, electorũ gloria reseruare? Non frustrà à sapiente dictum est, O mors, quàm amara est memoria tua, homini pacem habenti. Rebus domesticis, curis & sollicitudinibus huius sæculi obruuntur, ibi sapiunt, & prudẽtes sunt: verùm de anima, & de salute sua omnẽ sollicitudinẽ abiecerũt. Iob. 5. Atqui Deus apprehẽdit sapientes in astutia sua, & consilium prauorũ dissipat. Esa. 29. Peribit sapientia à sapientibus, & intellectus prudẽtiũ
B abscondetur. Hier. 7. Nõ glorietur sapiẽs in sapientia sua. Eccl. 7. Dixi, sapiẽs efficiar, & ipsa sapiẽtia longiùs recessit à me multo magis quàm erat. Ro. 10. Ignorãtes enim Dei iustitiã, & suã quærentes statuere, iustitiæ Dei nõ sunt subiecti. Rom. 1. Dicẽtes se esse sapientes, stulti facti sunt. Itẽ dicit sapiẽtes secundũ carnẽ viuẽtes, quę carnis sunt quærẽtes, non quæ Dei. Itẽ sapientes sunt vt faciant mala, & benefacere nescierũt. Et his abscõdit Deus sua mysteria. Ro. 1. Tradidit eos in reprobũ sensum. Ephe.
4. Vt nõ ambuletis sicut & Gentes ambulãt in vanitate sensus sui. Verùm dixerit aliquis, Militántne humanæ scientiæ in diuinorũ cognitionẽ, cùm visibilia Dei per ea quæ facta sunt visibilia cognoscãtur? (Rom. 1.) Respondendum est, non hîc condẽnari scientias humanas, seu rerũ naturalium cognitionem: cũ & illam diuina sapien-
C tia indulserit Salomoni: sed reiici tumorem & superbiam, quam sibi arrogãt hi, qui non modò res illas naturales, sed & diuinas norunt. Sic intelligẽda est Tertul. sentẽtia lib. de Præscript. contra hæret. quòd Philosophi patriarchæ hæreticorum: non quòd vera Philosophia opponatur fidei, sed quòd Sophistæ, dũ sibi nomen Philosophiæ iniustè vendicant, suis ineptis rationibus Deum subijcere contẽdunt. Et quidẽ nõ modò in eum qui Philosophiæ, sed & qui Theologiæ titulo gloriatur, cadit rerũ diuinarũ ignorantia. Vnde scilicet & Scribæ & Pharisæi, quæ clauẽ scientiæ habere putabãtur, excæcati sunt, nisi à superbia? Vnde tot hæretici nobis è doctoribus prodierunt, nisi ex præsumptione? Eapropter Grego. Nanz. Orat. de moderatione in
D disputat. seruanda, monet ne quis, quantumuis gratiarum donis clarus, infletur. Ascendat enim ille quisquis est, inquit, vel ad tertium vsque cœlum, si ita libeat, quemadmodũ Paulo contigit: cæterùm cũ ratione & scientia, ne propter animi elationem cadat, pennísque propter volatus sublimitatem liquefactis miserè corruat. Augustinus. August. ser. 8. de verb. Domini, in Euang. secundũ Matth. Abscõdit igitur Dominus mysteria sua à sapientibus. Qui sunt sapientes? A contrario accipe. *Reuelasti*, inquit, *paruulis*. Non dixit, Reuelasti stultis, & imprudentibus, sed paruulis. Qui sunt paruuli? Humiles. Nomine ergo sapientum & prudentũ superbi intelligũtur. Debemus igitur esse paruuli. Nã si voluerimus esse magni, quasi sapientes & prudentes, nõ nobis hæc reuelantur. 1. Cor. 1. Quæ stulta sunt huius mundi, elegit Deus vt confundat fortia. Psalm. 118. Intellectum dat paruulis. Daniel. 2. & 3. pueris tribus se reuelauit.
Thomas Aquin. in Matth. Sed quid est quòd gratias agit de excæcatione superbo- Th. Aquinas
rum? Dico verò hoc ab eo non ideò fieri, quasi de illorum excæcatione gaudeat: sed
E quòd iusta Dei iudicia commendet. Huius enim nõ est quærẽda causa, cùm ad Dei voluntatem deueniendũ sit, vtique in ratione vindictæ peccati. Ideò adiicit: *Ita pater, quia sic placitum est ante te*. id est, ita quidẽ contingit, vt hi, quia superbi, te vindice excæcentur: illi, quia humiles, te propitio illustrẽtur, quia tu iustus iudex ita acceptũ habes. Dionysius Carthus. art. 22. in Matth. Ac si dicat. Prima causa istius, quòd quidã Dio. Carth.
præ aliis illuminati sunt, non est nisi ipsum beneplacitũ voluntatis diuinæ. Quòd e- *Prima causa illuminationis.*
nim aliquis humilitatem & cæteras virtutes habet, quæ ad diuinam illuminationẽ disponũt, originaliter procedit ex prædestinatione diuina, quã nulla præcedunt merita. Præterea quamuis in cõmuni quædam ratio assignetur, cur quidã electi, quidã præsciti sint, vtpotè quatenus misericordia Dei refulgeat in electis, qui sunt vasa pietatis in honorẽ & gloriã: & iustitia Dei manifestetur in reprobis, qui sunt vasa iræ in interitũ: in speciali tamen, causa dari nõ potest, cur potius ille, quàm ille electus sit, nisi voluntas diuina. Propter quod ait Augustinus: Quem trahat, & quẽ non trahat, Augustin.

cur istum trahat, & illum non trahat, noli diiudicare, si non vis errare. Voluntas F
enim Dei cùm sit prima omnium entium causa, causam non habet: nec tamen irra-
tionalis vel iniusta esse potest, cùm essentialiter sit ipsa sapientia, atque iustitia infi-
nita. Quod igitur comprehendere non valemus, cum omni reuerentia veneremur:
quoniam scrutator maiestatis opprimetur à gloria. Prædictis Christi verbis confo-
nat illud Psalmistæ: (Ps. 43.) Brachium eorum non saluauit eos: sed dextera tua, &
brachium tuum, & illuminatio vultus tui, quoniam complacuisti in eis. Et quod in
Exodo ait Deus sublimis & benedictus, (cap. 33.) Miserebor cui voluero, & clemens
ero in quem mihi placuerit. Ideò dicit Apostolus, (Rom. 11.) Cuius vult miseretur,
& quem vult indurat. Thomas Aquin. in Matth. Artifex potest quidem assignare
Th. Aquin. causam, quare lapides quosdam in fundamento, quosdam in superiore domus parte
Cur Dominus quosdam saluat, alios nō. posuerit: sed cur inter similes partes vnū hîc, alterum ibi statuat, nulla alia causa est, G
quàm voluntas eius. Ita quoque quòd Dominus quosdam saluet, ad misericordiam:
alios verò reprobet, ad eiusdem iustitiam refertur. Veruntamē, si quæritur cur potius
huius quàm illius misereatur: hoc ad solam eius voluntatem reducetur. Albertus
Albertus. Magnus in Matth. Verùm fortassè dicis, quòd præscit excæcationem, & sic ipsa im-
mobiliter futura est. Respondendum autem, quòd præscientia non est causa excæ-
cationis, etsi tamen quodāmodò causa sit illuminationis: & ideò non imponit ei ne-
cessitatem. Sicut enim si solis lumen haberet præsciētiam: præsciret quidem cæcum
sibi obiectum non fore illuminandum: neque tamen in eo cæcitatem causaret, etsi
cæteros videntes illuminaret: ita Deus quidem lux est, & omnia nuda & aperta sunt
oculis eius, in eo tenebræ non sunt vllæ. Ex eo fit, vt præsciat omnia, nec aliquid eū
lateat: & illuminet omnia quæ illuminantur. Causa quidem illuminationis est, non H
tamen tenebrarum, etsi tenebras præuideat: causa gratiæ, fidei & salutis, non tamen
Augustin. causa peccati est, licet idipsum prænouerit. Augustinus lib. 1. de Trinitate: Si quis al-
teri digito solem ostenderit, & ille solem ostēsum non aspiciat aut videat: culpet po-
tius oculi sui lippitudinem, quàm digiti indicem. Porrò volūtas Dei diuiditur à Da-
masceno in antecedentem & consequentem: non quòd in Deo sit aliquis ordo, vel
successio voluntatum, sed secundum nostrum modum intelligendi, & ex parte voli-
torum. Videmus scilicet in actionibus naturalibus aliquid considerari ex parte agē-
tis, & aliquid ex parte recipientis. Ex eo fit, vt Deum in se consideratum, Theologi
dicant omnes voluntate antecedente saluos fieri velle: relatione autē facta ad creatu-
ræ dispositionē, num scilicet se præparauerit, aut obicē oblatæ gratię posuerit, asserāt
voluntate consequente hos per suam iustitiam excæcare, illos verò sua gratia illumi- I
Hilarius. nare. Ad voluntatem hāc consequentem Hilarius sententiam istam Christi retulit:
ita enim habet in Matth. Cœlestium verba arcana atque virtutes sapiētibus absconduntur, & paruulis reuelantur: factísque huius æquitatē Dominus paternæ volun-
tatis iudicio confirmat: vt qui dedignantur paruuli in Deum fieri, stulti deinceps in
sapientia sua fiant. Verùm fortè id superior diui Thomæ & Dionysij sententiæ repu-
Cur hic illuminatur, ille excæcatur. gnare videbitur, nimirùm quòd ratio quidem reddi possit, cur hic illuminetur, & ille
excæcetur, vt vnum ad iustitiam, alterum ad misericordiam referatur: quod sanè est
voluntatis consequentis: verùm nullam aliam causam præter Dei voluntatem, assi-
gnari posse, cur huius potius quàm alterius misereatur: quasi ad voluntatem antece-
dentem referenda sit vnius prædestinatio, & alterius reprobatio. Verùm iam ex Al-
berto respondimus, voluntatem quidem Dei prædestinationis causam esse, & ita an- K
tecedentem causam cur vnius potius quàm alterius seligatur, ad Dei voluntatem
solam referendam esse: sua enim ipsius causa & propter se creaturæ rationali præpa-
rat gratiam. Verùm non ita dicendum est de reprobatione, quasi ipsius sola Dei vo-
luntas causa sit, non autem ipsa creaturæ præuisa malitia. Ex eo fit, vt si placitum seu
voluntatem Dei antecedentem hac in Christi sententia consideremus, eam quidem
ad solius gratiæ seu illuminationis effectum referamus, vt sensus sit: *Ita pater* con-
tingit humiles doceri non superbos, sic placitum est ante te: præparasti scilicet
illis gratiam & lumen fidei ab æterno. Cur enim Deus præparauerit lumen fidei
vni potius quàm alteri, ratio alia præter Dei voluntatem assignari non poterit.
Quòd si Dei voluntatem cōsequentem intelligas, ad vtrumque effectum, illumina-
tionem scilicet & excæcationem se porriget, & causam habebit ex parte Dei, &

ex

A ex parte creaturæ, ſicut & ipſe hac in ſententia docet Chriſtus. Nam ſi de illuminatione agitur, ex parte Dei aſſignabitur miſericordia, ex parte creaturæ humilitas: ſi de excæcatione, ex parte Dei iuſtitia, ex parte creaturæ ſuperbia deſignabitur. Et videtur quidem hîc intelligi illa voluntatis ratio, cùm hominũ conditio exprimatur, vt eorum ſcilicet alij ſint paruuli, alij ſapientes: quaſi dicat, hos præ illis fidei lumine illuſtratos eſſe, quia paruuli erant: alios excæcatos, quia ſapientes. Porrò reuelationis illius modum explicat, dicens: *Omnia mihi tradita ſunt à patre meo.* Vnde fit, vt per filium reuelentur illa patris myſteria, quæ ſapientibus huius ſeculi abſcondita ſunt. Hilarius in Matth. Tradita autem non alia ſunt, quàm quæ in filio ſoli nata ſunt patri. Hieronym. in Matth. Tradentem igitur patrem, & accipientem filium myſti- Hilarius. Hieronym.

B cè intellige. Alioquin ſi iuxta fragilitatem noſtram ſentire volumus, cùm cœperit habere qui accipit, incipiet non habere, qui dederit. Tradita autem ſibi omnia, non cœlum & terra intelligenda ſunt, & cætera quæ ipſe fecit & condidit: ſed hi qui per filium acceſſum habent ad patrem, & antè rebelles, poſtea Deum ſentire cœperũt. Chryſoſt. hom. 39. Operis prioris in Matth. Dæmones Chriſti poteſtati traditos di- Chryſoſtom.

cit, vnde fiat vt in nomine eius à corporibus eiiciantur. Cyrillus lib. 10. Theſauri, c. 1. Cyrillus.

Itaque nihil deitati filij derogatur, quoniam ab eo dicitur, Omnia mihi tradita ſunt à patre meo: ſed potius hic ſermo demonſtrat naturaliter ipſum Dei filium eſſe. Nã ſi omnia ſibi tradita ſunt, nec eſt quicquam, præter numerum omniũ, non erit ipſe vnus omnium quæ ſibi tradita ſunt, ſed ex patre propriè naſcitur: & vt ſecundum naturam filius habet omnia, quæ patris propriè ſunt. Proprium autem patris eſt, vt omnia poſſideat: poſſidet ergo etiam filius omnia, & ſic ſolus eſt naturaliter hæres

C patris, in quem omnia quæ patris ſunt, naturaliter, vt ita dicam, defluunt. Non eſt ergo vnus omnium, neque creatura: ſed ſolus propriè atque verè Patris filius. Thomas Aquin. in Matth. Attende igitur æqualitatem, ſed tamen à Patre originem, quod eſt contra Sabellium. Sed & quod dicit *omnia*, tripliciter exponi poteſt. Aut enim omnem creaturam intelligit, ſicut Matth. vlt. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra: aut electos & prædeſtinatos, Ioan. 17. Tui erant, & mihi eos dediſti. Illi enim Chriſto ſpecialiter dati ſunt. aut per omnia, intrinſeca, ſeu omnem diuinitatis perfectionem notat, Ioan. 5. Sicut Pater habet vitam in ſemetipſo, ſic dedit & filio vitam habere in ſemetipſo. Dedit autem hæc per æternam generationem. *Et nemo nouit filium niſi Pater, neque Patrem quis nouit, niſi filius, & cui voluerit filius reuelare.* Nam quia omnia Patris ſunt, eadémque tradita ſunt filio, efficitur vt ſicut omnipotens & omniſciens eſt Pater, ita omnipotens & omni-

D ſciens ſit filius: & ſicut Pater origo luminis & omnis ſcientiæ eſt, ita & à filio doceri nos conueniat. Cyrillus Alex. lib. de recta in Deum fide, ad Reginas: Quòd Th. Aquinas. *Tripliciter hoc exponitur.* Cyrillus.

ſi, inquit, nemo nouit filium niſi Pater, quomodo (Ariani) reiiciunt Patris teſtimonium? Monſtrauit enim ſuum filium in Iordane, dicens: Hic eſt filius meus, in quo complacitum eſt mihi. Neque nudum oſtendit nobis ſuum verbum, ſed vnitum carni: & non dixit, quòd in hoc eſt filius meus, ſed hic eſt, qui cum carne: Vnus igitur & Dominus & filius. Ita propoſito ſententiam iſtam adiungit, ne fortè quis in patris reuelatione hallucinetur: reuelat enim hic nobis ſua per filium ſuum myſteria. Thomas Aquin. in Matth. Sed quid iſtud, quòd nemo nouerit filium niſi pater? Nónne ſancti nouerunt? Dicendum quòd norunt quidem attingendo fide, ſed non

E comprehendendo. Verùm rurſus obiicitur, Nónne Spiritus ſanctus cognoſcit? Vtique: ſed notandũ quòd dictiones excluſiuæ aliquando adduntur nominibus diuinis eſſentialibus, aliquando perſonalibus. Et cùm adiungũtur perſonalibus, non excludunt illud quod idem eſt in natura: vt ſi addantur patri, non excludunt filium. Sicut cùm dicitur 1. Tim. 1. Regi immortali, inuiſibili, ſoli Deo honor & gloria: nõ excluditur pater, excluditur interim alius in natura, vt homo: quaſi ſoli Deo, nõ ergo homini. Sed & nemo nouit, intelligitur comparatione facta ad homines, quorũ nullus nouit patrẽ, niſi ſolus filius Deus & homo: Vel ſi generaliter ſumitur ad creatorẽ & creaturas, nihil eorum eſt præter ſolum ipſum Deum, quòd patrem & filium & ſpiritũ, id eſt, ſeipſum Deum cognoſcat. Cæterùm ſicut filius, verbum & ſapientia patris eſt: ita & per eum nos doceri neceſſe eſt. Vnde adijcit, *Neque Patrem quis nouit niſi filius, & cui voluerit filius reuelare.* Albertus Magnus in Matth. Et ideò per ipſum, Tho. Aquin. *Quomodo Chriſtus, & quomodo ſancti norunt Patrem.* Albertus.

& non per alium fit reuelatio. Huius autem duo pulchra ſunt ſimilia: vnum in natura nobiliori corporum, imperfectum: & alterum in natura intellectualis animæ, perfectius, ſed tamen non omninò completum. In corporibus eſt attendere ſolem, qui eorum quæ in terra naſcuntur, pater eſt & cauſa, vt dicunt Philoſophi: eáque per lumen & calorem ſuum efficit. Eſt autem lumẽ perfecta ſimilitudo lucis ipſius, ab ipſo prodiens per conformitatem ſuæ formæ & virtutis. Et ideò lumen ſimul habet formam ſolis, & omnem virtutem eius, ſecundum omnem diuerſitatem generatorum & corruptorum in terra, & aquis & aëre. Et ideò ſi lumen cognitione præditum eſſet, & ſeipſum interpretari poſſet, diceret ſibi quidẽ omnia à ſole tradita eſſe, quódque nihil niſi per ipſum alicui infunderetur, eorum quæ originaliter ſolis ſunt. Et quòd in iſta vniuerſali virtute nemo noſſet ſolem, niſi lumen: & lumen in vniuerſali virtute acceptum nemo noſſet niſi ſol, & cui lumẽ vellet reuelare. Et hoc ſanè, quia nihil in terra omnium capax eſt, ideò reuelatio fit ſecundum partem, pro capacitate & præparatione eorum, quibus ſeſe lumen infundit. Videmus enim quòd aliter recipit carbunculus, & aliter ſapphyrus, & aliter ſmaragdus, & ſic de alijs, quæ in ſui profundo illuſtrãtur. Et ſimiliter diuerſimodè ea, quæ non niſi exteriùs in ſuperficie illuminãtur, aliter hanc vel illam luminis impreſſionem accipiunt, vt aut album, aut nigrum, aut viridem colorem præ ſe ferant. Aliud exemplum eſt in natura intellectualis animæ, in qua eſt intellectus omnis cognitionis pater, & verbum quod eſt ſplendor eius, loquens & manifeſtans omnia quæ ſunt in ipſo. Hac enim conſideratione verbum ſolum ſcit intellectum, & econuerſo ſolus intellectus ſcit in vniuerſali virtute verbum natum ex ipſo, & non fit reuelatio niſi ab intellectu: neque ij qui verbum audiunt, illud plenum tota illa ſua virtute, qua ab intellectu procedit, percipiunt. At verò vnuſquiſque ſecundum capacitatem ſuam illud percipit, quod maximè de verbo intelligitur, quo intellectus practicus cum tota ſimul virtutis ſuæ operatione manifeſtatur. Ad eundem ſanè modum, quo architectus quicquid mẽte conceperit ad ædificij ſtructuram, verbo explicauerit: vna quidem reuelatio erit, niſi quòd mens ſeipſam verbo reuelat modo ſpirituali, verbum autem mentis conceptum hominibus explicat. Ita quidem & Pater filium nouit, & filius Patrem: éſtque illa cognitio interna, immò & eſſentialis: Reuelatio autem fit per verbum, vt & paternam ſapientiam. Clemens Alex. lib. 1. Stromatum. Filius enim eſt, qui reuera oſtẽdit, quomodo nos ipſos cognoſcere oporteat: qui vniuerſorum patrem cui vult reuelat, & facit vt intelligat, quoad fieri poteſt, vt humana natura comprehendit. Meritò ergo Apoſtolus dicit (Epheſ. 2.) per reuelationem ſe noſſe myſterium. Hilarius lib. 6. de Trinitate. Non enim niſi per mutuam teſtificationem cognoſci, vel per Patrem filius, vel per filium Pater potuit. Vox è cœlis eſt, ſermo etiã filij eſt. Tam ignorabilis eſt filius, quàm & Pater. Omnia ei tradita ſunt, & in omnibus nihil intelligitur exceptum. Sic poteſtas exæquata eſt, ſic ſecretum cognitionis æquale eſt, ſi natura in nominibus eſt: quæro, quomodo quod vocãtur, non ſunt, quorum & vis in poteſtate, & difficultas in cognitione non differt? Cyrillus Alex. lib. 2. in Ioan. cap. 137. Pater itaque filio demonſtrat, quæ ipſe facit, non quaſi depicta in tabellis, nec quaſi ignorãtem, doctrina iuuans (omnia enim filius veluti Deus nouit) ſed totum ſeipſum in natura filij ſui ſic pingens, vt quæcumque in ſe habeat, in filio demonſtret. Ita vt ex quibus, quænam ſit natura Patris cognoſcitur, ex illis etiam natura filij demonſtretur. Idcircò dictum eſt, quòd nullus cognoſcit filium niſi Pater, nec Patrem nouit aliquis niſi filius: eſt autem in vtroque, non per doctrinam, ſed naturaliter vtriuſque cognitio, & pater quidẽ in ſeipſo filium videt, filius autem Patrem in ſeipſo rurſus videt: propterea dicit, (Ioan. 14.) Ego in patre, & pater in me eſt. Hiero. in Matth. Erubeſcat interim Eunomius, tantam ſibi notitiam Patris & filij, quantam alterutrum inter ſe habeant, iactitans. Quòd ſi inde contendit, & ſuam inſaniam conſolatur, quia ſequitur: *& cui voluerit filius reuelare*: Aliud eſt naturæ æqualitate noſſe, quod noueris, aliud reuelantis dignatione. Chryſoſt. hom. 5. de incomprehenſibili Dei natura. Reuelat vtique filius, non quantum cognoſcit, ſed quantum nos recipere poſſumus. Hoc enim ſi Paulus fecit, quanto magis Chriſtus? Ille quippè ad ſuos diſcipulos ſcribens, ſic ait: Non potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus: tanquã paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi, nõ eſcã, nõ enim poteratis. Greg. Nanz.

Similitudines duæ.

Cl. Alexandr. *Filius reuelator eſt myſteriorum.*

Hilarius.

Cyrill. Alex.

Hieronym.

Chryſoſt.

Greg. Nanz.

A Nanz. Orat. 2. de Theolog. Hoc enim ego potius dicendũ cẽſeo, Dei naturam nullis quidem verbis explicari poſſe, ſed neque animo atque intellectu comprehendi, non modò ignauis ac languidis, deorſúmque vergentibus, ſed magnis etiam & excelſis viris, Deíque amore flagrantibus, ac mortalibus peræquè omnibus, quibus ad veri cognitionem caligo hæc & carnis craſſities tenebras offundit. Reuelat ergo filius, ſed quantum capere poſſumus: illuſtrat ſol, ſed quantum patiuntur oculi noſtri. Hoc filij eſt, ab eo pendet ſummi boni cognitio, ſeu illa nobis lumine naturali, ſeu gratia communicetur. Verbum enim & naturam illuſtrat, & ipſam etiam ſuà gratià perfectiorem reddit. Ioan. 1. Deum nemo vidit vnquam. Vnigenitus filius, qui eſt in ſinu patris, ipſe enarrauit. Eccl. 1. Fons ſapientiæ verbum patris in excelſis. Et attendẽda eſt ſuperior ſimilitudo: quia ſolem nihil manifeſtat, niſi lumen: & intellectum ni-
B hil declarat, niſi verbum. Ioan. 17. Ego te clarificaui ſuper terram, opus conſummaui quod dediſti mihi vt faciam. Sap. 7. Eſt enim candor lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula Dei maieſtatis, & imago bonitatis eius, & emanatio quædam claritatis omnipotentis Dei ſincera. Et ne fortè quis difficilem ad verbum acceſſum arbitretur, vnde minimè mirum ſit, quòd permulti in ignorantiæ tenebris verſentur: ipſe Chriſtus omnes ad ſeipſum inuitat, dicẽs: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos.* Et hoc idem ſapientiæ verbum eſt, (Pro. 1.) Conuertimini ad correptionem meam, en proferam vobis ſpiritum meum, & oſtẽdam vobis verba mea. Et Eccl. 24. Tranſite ad me omnes qui concupiſcitis me, & à generationibus meis adimplemini. Venire autem eſt fide, & deuotione mentem in diuinum verbum eleuare. Eſa. 2. Domus Iacob venite, & ambulẽmus in lumine Dei noſtri. Hier. 51. Qui
C fugiſtis gladium, venite, & nolite ſtare. Recordamini procul Domini, & Hieruſalem aſcendat ſuper cor veſtrum. Pſ. 33. Venite filij, audite me, timorem Domini docebo vos. Et alibi, de Deo loquẽs: Accedite ad eum, & illuminamini, & facies veſtræ non confundentur. *Ad me*, inquit. Lumen enim eſt ad reuelationem Gentium, & gloriam plebis Iſraël. Ioan. 14. Ego ſum via, veritas & vita. Ioan. 6. Vnde cùm plerique à Chriſto ſecederent, optione etiam Apoſtolis data, num & illi abire vellent, reſpondit Petrus: Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes. *Omnes*: nullum enim excipit. Eapropter Petrus, (Act. 10.) In veritate, inquit, comperi quia non eſt perſonarum acceptor Deus, ſed in omni Gente qui facit iuſtitiam, acceptus eſt illi. 1. ad Tim. 1. Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus, quia Chriſtus Ieſus venit in
D hunc mundum peccatores ſaluos facere: &, non vult aliquem perire, ſed omnes ad agnitionem veritatis venire. *Qui laboratis:* non enim iuſtos ſolùm, ſed & peccatores vocat. Albertus in Matth. Labor ex tribus cauſatur. Aut enim eſt ex contrarietate naturæ, quomodo ægrotum laborare dicimus: aut ex contrarietate potentiæ ad opus, vt ſi quid ſupra virtutem, aut ſi reſiſtere & opponi videatur, quemadmodum caro ſpiritui, & lex membrorum legi ſpiritus. Inde fit enim, vt non facilè quis bonum operetur, reſiſtente animali parte. Sed & animalis homo non percipit quæ Dei ſunt. Hinc nimirùm hæreſes, hinc infidelitas: hinc etiam carnis opera, quæ Paulus enumerat, Gal. 5. Eſa. 45. Labor Ægypti, negotiatio Æthiopiæ, & Sabaim viri ſublimes ad te venient, & tui erunt. Labor enim Ægypti idololatriæ typũ geſſit, intellectum affligens: negotiatio Æthiopum nigrorum exagitatio paſſionum eſt. Emergit & labor ex tentationibus externis: domeſticas enim intelligimus carnis
E nomine. Externæ autem tentationes, ſeu impedimenta virtutis ſpiritualis, nobis à mundo ſuggeruntur: quia quicquid in mundo eſt, aut eſt concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ. Hinc ſegniùs emergimus ad opus bonum, tot contrarijs nobis laborem faceſſentibus. At verò per Chriſtum erigimur & ſubleuamur. Vicit enim ille mundum, carnem & peccatum. Sed & hæc eſt victoria quæ vincit mundum, fides noſtra. Fides autem erit, ſi ad Chriſtum acceſſerimus. Thomas in Matth. Specialiter autem hoc conuenire poteſt Iudæis, quia laborabãt oneribus legum & mandatorum. Vnde & Petrus ait, Act. 15. Vt quid tentatis imponere iugum ſuper ceruices noſtras, quod neque nos, neque Patres noſtri portare potuimus? Ideò addit, *& qui onerati eſtis*. Hoc etiam de oneribus peccati intelligitur. Hieronym. in Matth. Grauia enim onera eſſe peccati, & Zacharias Propheta teſtatur (Zach. 5.) dicens, iniquitatem ſedere ſuper talentum plumbi. Et Pſalmiſta com-

Albertus.

Thomas.

Hieronym.

plorat, (Ps.37.) Iniquitates meæ sicut onus graue grauatæ sunt super me. Esa. 58. Dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes. Est & onus exactionũ, de quo ibidẽ Esaias: Dimitte eos qui confracti sunt, liberos, & omne opus dirumpe. Es.10. In die illa auferetur onus eius de collo tuo. Et quidem olim, (1.Reg.22.) Venerunt ad Dauid omnes qui erant in angustia constituti, & oppressi ære alieno, & amaro animo: & factus est eorum princeps. At verò quàm meliori modo princeps noster Christus est? *Ego*, inquit, *reficiam vos*, ἀναπαύσω, id est, refocillabo siue recreabo. Nec enim ad cibum est referendum, sed ad remedium lassitudinis, cùm ab hoc verbo deductum sit nomen, quod mox vertit requiem, ἀνάπαυσιν, quod in Psalmis legimus refectionem, super aquas refectionis. Theophilactus in Matth. Iudæos enim facientes traditiones legis, & in operatione mandatorum legis fatigatos: Gentiles quoque onere peccatorum oppressos, quiescere facit Christus. Duorum nimirùm, laborantium & oneratorum nomine, Iudæi & Gentiles intelliguntur. Quis enim obseruatoribus mandatorum, quis peccatoribus pœnitẽtibus requiem donauerit nisi Christus? Quis dubia præter eum resoluerit? *Tollite iugum meum super vos.* Vos igitur Iudæi, qui legis & Mosaicarum figurarum, immò & Pharisaicarum traditionum: vos Gentiles, qui fabularum Poëticarum & Sathanicarum de multitudine Deorum, impostrarum iugo colla subiecistis, & quicunque vos etiam carnis desiderijs deuouistis, nunc caput erigite, & tollite iugum istud meum: subiicite vos mihi, & mei discipuli estote, & permittite vt ego vos doceam. Cyrillus Alex. lib. de Recta in Deum fide, ad Reginas, cap. Quòd Deus sit Christus. Nisi, inquit, Emmanuel esset verè Deus, quomodo suum iugum nobis imposuit? Deo enim seruiunt omnia. Dictum est autẽ iugum, & lex. Sed nobis imponit suum iugum Christus, sibíque subiicit, quamuis omnia in patrẽ suggerat. Deus igitur est, vnde omnia illi subiecta esse decet. Gregor. Nyss. tractatu in dictum Euangel. Quatenus feciſtis vni ex minimis, &c. Iugum dicit cultum & obseruationem præceptorum, vt dicto audientes simus iubenti. Iumẽtum Christi efficiamur, dilectionis loris nos illigãtes: iugum eiusmodi commodum est, non atterit collum subeuntis, se polit ac leue reddit. Albertus in Matth. Notatur autem hîc libertas voluntatis, per hoc quod non imponitur, sed ab ipsis tollitur portantibus. Eccl.6. Iniice pedem tuum in compedes illius, & in torques illius collum tuum. Subiice humerum tuum, & porta illam, & ne acedieris vinculis illius. Excutite iugum peccati, & diaboli. Genes.27. Erit enim, cùm excuties iugum de collo tuo. Christus scilicet, vt scribitur Esa.9. Iugum oneris eius, & virgam exactoris eius spoliauit, sicut in die Madian. Verùm fortè quis obiiciet: Quid istud? Christus pollicitus est se nobis requiem daturum, & tamen ecce nos ad iugum vocat. Respondet Thomas Aquinas in Matth. Quòd non proinde quia sumus à Christo vocati, omne iugum excussimus, aut ita liberi effecti sumus, vt nulla lege & religione teneamur. Excussimus vtique iugum peccati, iugum Sathanæ: at verò nosmetipsos Christo subiecimus. Rom.6. Liberati à peccatis, serui Deo efficimur. Et de hoc iugo dicitur. Bonum est viro cùm iugum portauerit ab adolescentia sua. *Et discite à me quia mitis sum, & humilis corde.* Christus non verbis modò, sed & exemplis suorum vitam & mores format. Ioan.13. Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Porrò tota lex in duobus consistit, scilicet in mansuetudine, & humilitate. Per mansuetudinem homo ordinatur ad proximum: per humilitatem, ordinatur ad Deum. facit enim illa hominem capacem Dei. Esa. 66. Super quem requiescet spiritus meus, nisi super quietum & humilem? Adiicit autem, *corde:* quia, vt dicitur Eccl. 19. Est qui nequiter humiliat se, & interiora eius plena sunt dolo. Quid autem est Christo humilius, qui exinaniuit semetipsum, serui formam accipiens? Quid mansuetius eo, qui quasi ouis ad occisionem ductus est, cùm pateretur, non comminabatur, sed tradebat iudicanti se iniustè? Athanasius serm.4. contra Arianos. Mansuetudinem igitur de se docuit, dicens: Discite à me quia mitis sum & humilis corde: non quidem vt coæquemur illi, cùm hoc sit impossibile: sed vt in eum respicientes, mãsueti perseueremus in omni tempore: sicut cùm nos firmo & indissolubili inuicẽ affectu conciliaret, ex se mutuatus est exemplum, & dixit, Vt sint vnum, quemadmodum & nos. *Et inuenietis requiem animabus vestris*, etsi non corporibus. Quoniam Iob.5. sicut auis ad volatum, sic homo nascitur ad laborem: & per multas tribulationes

Erasmus.

Theophilact.

Cyrillus.

Cur Euangelium iugum.

Greg. Nyss.

Albert.

Thomas.

Humilitatis commendatio.

Athanasius.

nes

nes oportet nos ingredi regnum Dei. Nullibi verò animæ requies est, nisi in Deo. Augustin. lib. 10. Confessionum: In omnibus quæ mente percurro, non inuenio tu- August.
rum locum animæ meæ præter te. Hier. 6. State igitur super vias vestras, & videte, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis refrigerium animabus vestris. Eccl. vlti. Videte quia modicum laboraui, & inueni mihi multam requiem. Nam tametsi Christi iugum sit leue, & exemplum gratiosum, magnam tamen adfert consolationem. Esa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulēta. Albertus in Matth. Albertus.
De primo horum, nimirùm de pulchritudine pacis, typum habes, 2. Reg. 19. cùm rex Dauid dixit ad Berzellai: Veni mecum, vt securus requiescas in Hierusalem. Siquidem Hierusalem visio pacis interpretatur. De secundo, Deut. 33. Beniamin amantissimus Domini habitabit confidenter in eo, quasi in thalamo tota die cōmorabitur, & inter humeros illius requiescet. De tertio, Apoc. 14. A modò iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis. 1. Pet. 4. Quod est honoris & gloriæ, & virtutis Dei super vos requiescet. Requies animarum in remissione peccatorum est, in secura spe salutis: & illa perfectissima est, in fruitione Dei. *Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue.* Quod suaue legimus, Græca dictio habet χρηστὸν, quod facile, commodum, & blandum sonat. Hieronym. libr. 2. aduers. Pelag. istius sententiæ con- Hieronym.
tra Pelagium verum & genuinum sensum docet. Profitebatur. Pelagius ex hoc Domini verbo, facilia Dei esse mandata. Soluit Hieronym. non quidem impossibilia, sed tamen difficilia. Hunc autem locum ita explicat. Quòd si, inquit, illud Ioannis opposueris, Mandata eius grauia non sunt, (1. Ioan. c. 5.) & de Euan- *Quomodo Christi iugum sit leue.*
gelio, Iugum meum suaue est, & onus meum leue: facilè reuinceris. Leuia enim certum est dixisse Euangelij mandata, ad comparationem superstitionis Iudaicæ, in qua varia ceremoniarum genera quærebantur, quæ iuxta literam, & Apostoli Petri sententiam (Act. 15.) nullus explere potuit. Hilarius in Matth. Quid enim iu- Hilarius.
go ipso suauius? quid onere leuius? Probationem fieri, scelere abstinere, bonum velle, malum nolle, amare omnes, odisse nullum, æterna consequi, præsentibus non capi, nolle inferre alteri, quod sibi perpeti sit molestum. Hieron. in Matth. At verò Hieronym.
quomodo Euangelium est lege leuius, cùm in lege homicidium, in Euangelio ira damnetur? Qua ratione Euangelij gratia facilior, cùm in lege adulterium, in Euangelio concupiscentia puniatur? In lege multa præcepta sunt, quæ Apostolus non *An non lex Euangelica strictior sit.*
posse compleri plenissimè docet. In lege opera requiruntur, quæ qui fecerit, viuet in eis. In Euangelio voluntas requiritur, quæ etiamsi effectum habuerit, tamen præmium non amittit. Euangelium ea præcipit, quæ possumus, ne scilicet concupiscamus, hoc in arbitrio nostro est. Lex cùm voluntatem non puniat, punit effectum, ne adulterium facias. Finge in persecutione aliquam virginem prostitutam. Hæc apud Euangelium, quia voluntate non peccat, virgo suscipitur: in lege quasi corrupta repudiatur. Augustin. serm. 9. de verb. Domini secundum Matth. Sed & mirum Augustin.
quibusdam videtur, cùm audiunt Dominum dicentem, Iugum meum suaue est, & onus meum leue: & considerant eos qui iugum ipsum intrepida ceruice subierunt, & illam sarcinam mansuetissimis humeris acceperunt, tantis agitari & exerceri difficultatibus huius seculi, vt non à laboribus ad quietem, sed à quiete ad labore vocari videantur, cùm & Apostolus dicat. 2. Tim. 3. Omnes qui volunt in Christo pie viuere, persecutionem patiuntur. Quid enim aliud est Christi iugum sufferre, quàm in ipso pie viuere? Verùm gustata requie spirituali in affluentia deliciarum Dei, in spe beatitudinis futuræ omnia præsentia etiam grauia releuantur, & non modò commoda, sed & læta ducuntur. 2. Cor. 6. In omnibus commendemus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis. Rom. 8. Non enim sunt condignæ passiones ad futuram gloriam, quę reuelabitur in nobis. Psal. 16. Ideò Dauid, Propter verba labiorum tuorum, inquit, ego custodiui vias duras. Theophilact. in Matth. Dicuntur igitur & o- Theophil.
mnia mandata Christi iugum leue, quoniam propter futuram retributionem leuia, tametsi ad breue tempus grauia videantur.

Christum Pharisæus mensa excipit, Peccatrix saluatorem agnoscit: & hæc quidem veræ pœnitentiæ, ille verò crudelitatis Pharisaicæ magnum argumentum porrigit. Vbi etiam de peccatorum grauitate, remittentis Dei liberalitate, & hominis iustificatione. F

Matth. Marc. Luc. 7. Ioan.

Rogabat autem illum quidam de Pharisæis vt manducaret cum illo. Et ingressus domum Pharisæi discubuit. Et ecce mulier quæ erat in ciuitate, peccatrix, vt cognouit quòd Iesus accubuisset in domo Pharisæi, attulit alabastrum vnguenti, & stans retrò secus pedes eius, lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat. Videns autem Pharisæus qui vocauerat eum, ait intra se, dicens, Hic si esset Propheta, sciret vtique quæ & qualis est mulier quæ tangit eum, quia peccatrix est. Et respondens Iesus dixit ad illum, Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait, Magister, dic. Duo debitores erant cuidam fœneratori: vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderent, donauit vtrisque. Quis ergo eum plus diligit? Respondens Simon dixit, Æstimo quia is cui plus donauit. At ille dixit ei, Rectè iudicasti. Et conuersus ad mulierem, dixit Simoni: Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti: hæc autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis suis tersit. Osculum mihi nō dedisti: hæc autem ex quo intraui, non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxisti: hæc autem vnguento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi, Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem ad illam, Remittūtur tibi peccata. Et cœperunt qui simul accumbebant, dicere intra se, Quis est hic, qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem, Fides tua te saluā fecit: vade in pace. G H

Introductio.

MAGNA quidem est pictorum industria, vt qui tabulam rasam viuo velut corpore animare possint. Quanto verò maior & melior est Dominus, qui ex peccatore iustum, ex persecutore vas electionis, ex hoste amicum, ex blasphemo prædicatorem fidelissimum efficiat? Ita nimirùm Paulus, ita Matthæus, ita peccatrix Euangelica reformata est. Vt non abs re de illa sic cecinerit Ecclesia: Fit ex lebete phiala, in vas translata gloriæ de vase cō- I

Ecclesia.

tumeliæ. Ægra currit ad medicum, vas ferens aromaticum: & à morbo multiplici, verbo curatur medici. Hoc autem rectè consecutum est ea, quæ de iustis repellendis, & peccatoribus recipiendis Dominus dixerat, vt res ipsa poneret ob oculos, quod verbis docuerat. Inuitarat enim omnes ad suaue iugum, nunc peccatrix facilem sibi sperat accessum, & veræ pœnitentiæ testimonia prodens, remissionem accipit peccatorum. Tres autem hîc nobis maximè proponuntur, Christus, peccatrix, Pharisæus. Peccatricis quidem pœnitentia, Pharisæi murmur, Christi gratia exprimuntur. Ad intelligendum autem gratiæ beneficium, parabola profertur, qua Christus murmurantem Pharisæum conuincit, & peccatricem vindicat. *Rogabat Iesum quidam Pharisæus.* Euthymius in Luc. Hîc legitur ἠρώτα, quod non significat, Interro- K

Euthym. Vbi hoc contigerit.

gabat, vt alibi, sed, Vocabat: nam tanquam Prophetam Christum ad conuiuium inuitabat. Sunt qui in Nazareth, sunt qui in Hierusalem hoc contigisse existiment, alij in Bethania. Sunt etiam qui Pharisæum istum Simonem illum esse leprosum, cuius Matthæus meminit, fuisse contendant, qui fuerit patruelis Marthæ, & Mariæ Magdalenæ. Verùm omissis his curiosis quæstionibus ad factum deueniendum est. Quid quæso mirabilius, an quòd Pharisæus Christum inuitauit, an quòd Christus ingressus domum Pharisæi discubuit? Pharisæi enim præ cæteris cognitione legis, & sanctitatis opinione turgebant: erátque genus hoc hominum Christo infensissimū. Interim tamen reseruauit sibi ex illis Deus, qui non flecterent genua ante Baal, & peruersæ synagogæ consiliis acquiescerent. Quidam enim ex his Christo fauerunt, vt Nicodemus & Gamaliel: quidam verò, quasi inter duas aquas enatantes, perspicaciùs eum nosse cupiebant: proinde eius colloquium prætextu cœnæ venabātur, inter quos

Mirum ex parte inuitantis & inuitati.

A quos iſte cenſendus eſt. Bonauentura in Luc. Et quidem Chriſtum prudenter inuitauit, ſecundum conſilium & propoſitum ſapientis, (Sap. 8.) quaſi & iſtud apud ſemetipſum ſtatuiſſet. Propoſui hanc ſapientiam (Chriſtum ſcilicet) adducere mihi ad conuiuandum: ſciens quoniam mecum communicabit de bonis, & erit allocutio cogitationis, & tædij mei. Iob. 22. Si reuerſus fueris ad omnipotentem, ædificaberis, & longè facies iniquitatem à tabernaculo tuo. Rogabis eum, & exaudiet te, & vota tua reddes. Albertus Magnus in Luc. Neque ſanè prætereundus eſt iſte inuitationis modus. *Rogabat*, inquit. Sunt enim peregrini, maximè verbum Dei annunciantes, vocandi, adducendi, rogandi, attrahendi, & cogendi. Vocandi, Luc. 14. Vocauit multos, & miſit hora cœnæ ſeruum ſuum B dicere inuitatis vt venirent. Adducendi: Geneſ. 43. Introduc viros domum, quia mecum comeſturi ſunt in meridie. Tob. 2. Vade, & adduc aliquos de tribu noſtra, timentes Deum, vt epulentur nobiſcum. Attrahendi etiam ſunt, violentis precibus, quaſi quibuſdam adiurationibus. Geneſ. 18. Domine, ſi inueni gratiam in oculis tuis, ne tranſeas ſeruum tuum, ſed afferam pauxillum aquæ, & lauentur pedes veſtri: ponámque buccellam panis, & confortetur cor veſtrum, & quieſcite ſub arbore, & tranſibitis. Cogendi etiam quandoque ſunt, adinſtar Chriſti, Luc. 24. Sic enim duo diſcipuli coëgerunt illum dicentes: Mane nobiſcum Domine, quoniam aduеſperaſcit, & inclinata eſt iam dies. Neque verò tantùm Chriſtum rogat, vt in ſuam domum diuerteret, ſed *vt manducaret cum illo*. Sunt qui pro foribus pauperes admittant, illiſque eleemoſynam largiantur, aut eis mittant quod velint, & C hi quidem benè faciunt: ſunt qui in domos recipiant, & foueri iubeant, & hi melius faciunt: ſunt qui ad menſam velut ſocios & contubernales admittant, & hi optimè faciunt. De primo ordine, Nehemiæ 8. legitur. Mittite partes his quinon præparauerunt ſibi de ſecundo. Iob. 31. Foris non manſit peregrinus, & oſtium viatori patuit. De tertio, Geneſ. 43. Ioſephi factum recenſetur. Habet autem iſta Phariſæi gratia ſuam mercedem: illum enim Chriſtus dignatur, & apud illum diuertit. Geneſ. 19. Ita nimirùm Angeli hoſpitalitatem Abrahæ ſua præſentia commendarunt. Apoc. 3. Ego ſto ad oſtium, & pulſo: ſi quis aperuerit, intrabo ad eum, & cœnabo cum illo. Tanto abeſt vt reiiciat inuitantes ſe, quòd & ipſe prior ad nos accedit, & vltrò ſeipſum nobis offert: vt doceat neminem de ipſius gratia diffidere debere. *Et ingreſſus domum Phariſæi diſcubuit*. Hîc autem quæritur, cur D Chriſtus ſic liberè inuitantibus adfuerit, cùm nec ſic Prophetæ ſeipſos communicauerint, immò verò in ſolitudinibus errabant, in montibus, cauernis, & obſcuris terræ. Heb. 11. At verò alia Chriſti, alia Prophetarum ratio eſt. Diuerterunt interim Heliſæus apud Sunamitidem, & centeni ſimul & centeni Prophetæ in ſpeluncis ab Abdia ſub Achab rege, pane & aqua refocillati ſunt. Quinetiam Chriſtus, Qui recipit, inquit, Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet. Licuit ergo nonnunquam Prophetis ad quoſdam diuertere: quanto magis Chriſto licebat? Venerat ſcilicet, & vt ſaluaret, & doceret. Inde factum eſt, vt modis omnibus, & priuatis colloquiis, & publicis concionibus hoc efficeret: & ita ſe in hominum familiaritatem & conſuetudinem inſinuaret, vt quandoque cum illis cibum ſumpſiſſe legatur. Quòd ſi quis obiiciat, prohibitum cum impiis cibum E ſumere, nec impunè licuiſſe Prophetæ ad Pſeudoprophetam diuertere: eapropter enim à leone occiſum illum eſſe: (3. Reg. 13.) Reſpondemus diſtinctionem perſonarũ habendam eſſe, & rationem attẽdendam, ob quam iſtud cæteris prohibitum ſit. Nimirùm poterant cæteri impiorum conſuetudine à virtutis tramite deflectere: at verò quis exiſtimet illam aliquid Chriſto detrimenti allaturam fuiſſe? Iunilius Africanus lib. 1. Contrapoſitorum, interrog. 89. hanc quæſtionem ita diſſoluit. Cùm Pſalmiſta dicat, inquit, Superbo oculo, & inſatiabili corde huic non conueſcebar, (Pſal. 100.) quomodo è contrario legitur cum ſuperbis (Phariſæis) manducaſſe? Quid eſt, non conueſcebar? Non cum illo manducabam. Veſci enim manducare eſt. Atqui Phariſæus iſte ſuperbus erat, cui nimirùm diſplicuit illa mulier peccatrix, & tamen conueſcebatur cum illo Deus. Sed & abſtinemus à fratrum conſuetudine, ſi viderimus eos malè viuere, vt erubeſcant, & corrigantur. Soluit tandem Pſaltis ſententiam attendendam eſſe, de cibo quo paſcitur ſuperbus oculus, & cor inſatiabile.

Bonauen.

Vocanda eſt ſapientia.

Albert. Mag.

Qui maximè vocandi ad menſam.

Hoſpitalitati ſua eſt merces.

An licuit Prophetis venire ad menſam alienam.

Cur vetat Deus Prophetæ manducare in Bethel.

Iunilius Africanus.

An non abſtinendum à mẽſa impiorũ.

Omnis, inquit, superbus inuidus est, & malis alienis pascitur. Vnde & Apostolus, F
Gal. 5. Si mordetis & comeditis inuicem, videte ne ab inuicem consumamini. Itaque licet Christus corporaliter cum superbo Pharisæo manducarit, non tamen spi-
Pet. Chrys. ritualibus eius affectibus seipsum pauit, quin potius eos auersatus est. Petrus Chrysolog. serm. 93. Ita Christus ad Pharisæi mensam venit, non vt carnalibus escis repleretur, sed vt in carne negotium cœleste monstraret: neque vt probaret posita humanitùs ante se, sed post se gesta diuinitùs approbaret. Christum enim semper agnoscimus per humanos actus diuinas exercuisse virtutes, dum noua, & præter vsus mortalium, cuncta esse quæ ab eo corporaliter gesta sunt, comprobantur. Cæterùm eius bonitatem demirare. Qui enim domum Pharisæi non nisi rogatus ingressus est, vltrò sese in domum Leui (Luc. 5.) & Zachæi Publicani (Luc. 19.) ingessit: vt intelligas illum humilibus & abiectis peccatoribus sanandis venisse, non G
1. turgentibus hypocritica sanctitate Pharisæis. Manducauit ergo Dominus cum
cognatis, vt inopiæ illorum succurreret, sicut & Ioan. 2. in Chana Galilææ. Cum
2. Pharisæis, vt & miraculis & doctrina superbiam eorum retunderet, & hypocri-
3. sim reuelaret. Cum peccatoribus & Publicanis, vt eos cibo spirituali pasceret, &
4. ad pœnitentiam induceret. Cum amicis, vt eorum charitatem foueret. Ioan. 12.
5. Cum Apostolis maximè, vt eos de diuinis mysteriis doceret, & sacramentum Eucharistiæ institueret. Ingressus est igitur domum Pharisæi, & *discubuit*. Albertus
Alb. Magn. *Quid discumbere.* Magnus in Luc. Discubitus est sessio à femore inferiùs cum appodiatione spinæ dorsi ad mollia reclinatoria. Fatigabatur enim Dominus & discipuli ex itinere, ideóque talia illum emolumenta recreabant. Sic Christus totius humanitatis seu bonitatis exemplar, neminem dedignatur, hîc accumbens & peccatricem H
excepturus propter eorum manifestam crudelitatem, qui peccatores adhuc in spe positos despiciunt, quasi soli ipsi sint iusti. Sic promptus adest iis etiam vlceribus curandis, quæ in Pharisæo latebant, humanam scilicet amans naturam, qui nolit aliquem perire, sed omnes ad agnitionem veritatis venire: simúlque instruens nos ne altum sapiamus, sed timeamus: cùm videamus quàm dira hypocrisis sit in Pharisæo, & qui aspernetur aut vitet peccatorum colloquia, quos ad mentem redituros sua exhortatione sperauerit. *Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix*. Rem omninò mirabilem descripturus Euangelista, pro suo more addit particulam *Ecce*. Res enim insueta, & omnibus in exemplum futura proponitur. Mira mulieris pœnitentia, contritio, deuotio & satisfactio: mira Pharisæi durities & excandescentia: mira Christi Iesu bonitas & pietas apparuit. I

Porrò magna quæstio est inter varios authores, quæ sit hæc mulier peccatrix,
Num hæc peccatrix sit Maria Magdalena soror Lazari. hinc scilicet orta, quòd nec eius nomen, nec familiam Lucas exprimat: cùm interim non aduertant hoc isto capite 7. inter mulieres quæ Christum sequebantur, Mariam Magdalenam recensèri, de qua septem dæmonia exierant. Marcum quoque cap. 16. eodem illam titulo donare: nec legi aut colligi eam curatam à dæmoniis corporaliter illam aut spiritualiter torquentibus, quàm ex hoc capite. Fateor vtique permagnos viros dubitasse, num eadem sit, quæ vnxit Dominum in domo Pharisæi istius, & quæ legitur idem fecisse in Bethania. Variant enim Græci quidam: neoterici quoque nonnulli, vt Faber Stapulensis, sed & hæretici, velut Caluiniani, insi-
Rationes eorũ qui negant peccatricem fuisse sororẽ Lazari. ciantur istam fuisse sororem Marthæ & Lazari. Quibus priùs respondendum est, quàm quid tenendum sit, demonstretur. K

Primùm quidem obiiciunt, quòd Magdalena nobilis fuerit: proinde minus esse
credibile, quòd peccatrix publica diceretur. quasi verò nobiles à peccatis eximátur.
Fateor sanè, quòd vera nobilitas sola est atque vnica virtus. Si enim nobilitas vocẽ
haberet, eósque qui de illa gloriantur, alloqueretur, exprobraret vtique eis, quòd
Philo. Iud. quæ ipsa odit, illi prosequuntur: vt docet Philo Iudæus lib. de nobilitate. 2. Adducunt quòd Magdalena diues fuerit, proinde nec se prostituerit: cùm id stipis habendæ gratia fiat. Etsi verò non asseramus eam scortum fuisse, tamen quia vno hoc vitio cætera forsan intelliguntur: quæso nũ pauperes tantùm se prostituunt? Quasi verò nec Claudia Augusti filia, nec Semiramis, nec suo se modo Heliogabalus pro-
1. Quia nobilis.
2. Quia diues.
Iuuencus. stituerit. Immò verò, vt scribit Gentilis Iuuencus,

Credo pudicitiam Saturno rege moratam

Inter-

A *In terris, visámque diu, cùm frigida paruas*
Præberet spelunca domos, &c.

At verò vbi diuitiarum vbertas succreuit, multiplicatũ est & omne vitij genus. Parum vtique in rebus versati sunt, qui dicunt nullam mulierem nisi stipis habendæ gratia se prostituere. 3. Impurus morio Petrus Viretus, libr. 8. de vera & falsa religione, cap. 27. duas factas vnctiones adducit: vt Luc. 7. f. & Ioan. 12. a. refertur: proinde nec vnam eandémque esse mulierem. 1. quòd vna facta fuerit anno primo prædicationis Christi, altera anno tertio: 2. vna in Galilæa, altera in Bethania: 3. prior in domo Simonis, posterior in domo Marthæ: 4. priorem vnctionem feciſſe dicatur peccatrix, posteriorem soror Marthæ & Lazari. Quasi verò cùm diuersum fuerit tempus, non potuerit eadem Magdalena priùs peccatrix, vnde nominari indigna, demum iustificata, Christum vngere: prius quidem, vt peccatorum remissionem assequeretur, posterius verò in gratiarum actionem, seu inspirata vt corpus Christi vngeret in sepulturam. Fatetur enim eodem capite Viretus, non tres vnctiones esse, quas Luc. 7. f. Matth. 26. a. Marc. 14. a. & cuius meminit Ioan. cap. 12. Atqui Viretus fatetur Mariam Magdalenam illam esse, è qua eiecta fuisse septem dæmonia narratur: non eam tamen fuisse Marthæ sororem: rationem autem adfert, quòd soror Marthæ Maria dicatur. Perbella sanè conclusio: quasi Magdalena non etiam Maria vocetur, Marc. 16. Luc. 7. Adiicit demum sororem Marthæ Christo dilectissimam, & piam fuisse mulierem, proinde nec agnosci peccatricem. Et hoc quidem concedimus, distinctione facta. Tum enim cùm à Christo diligeretur, & Christum ipsa diligeret, eique obsequeretur, peccatrix esse desiuerat. Quid autem vetat, quin antequàm ita diligeret, priùs sese variis peccatis inuoluisset? Hoc enim sonat præsens historia: Et quòd peccatrix in ciuitate fuerat, & quòd dilexit multum, ideóque Christi sese deuouit obsequiis. Sic nimirùm de seipso Paulus scribit: Priùs fui persecutor, blasphemus, contumeliosus, nunc autem misericordiam consecutus sum. An non de eodẽ, sed diuersorum temporum respectu dici potuit, & quòd peccator fuerat, & quòd Christo dilectus fuerit Apostolus? Proferunt alij peccatricem istam fuisse Galilæam, Marthæ verò sororem fuisse Iudæam. vbi & suam stoliditatem magis produnt. Vnde scilicet colligunt istam fuisse Galilæam? Nec enim Lucas hoc exprimit: immò neque regionem notat, in qua facta fuerit ista vnctio. Verùm fortè diuinant factam fuisse in Galilæa, vt eam discernant ab ea quæ in Bethania facta est, Matth. 26. Sed esto, hoc eis donemus. Quid concludent? Vnxit Dominum in Galilæa, ergo Galilæa erat. Vnxit in Bethania, ergo Bethanienſis erat. Absurda prorsus argumentatio. Peccatrix vnxit in Galilæa, ergo Galilæa erat. Idem enim consequetur, si de Christo dicamus. Prædicauit in Galilæa, curauit dæmonicam Chananææ filiam in Syrophœnicia, ergo Galilæus, & Chananæus erat. Magi adorarunt Christum in Bethlehem, ergo non ab Oriente, sed tantùm à Bethlehem venerunt. Sed absurdissimis istis nugis confutatis, probemus istam peccatricem, & Magdalenam, & sororem esse Lazari. Et primò quidem Ioannes cap. 11. eam Mariam determinãs, quæ Lazari soror erat, hanc simul rationem adfert, quòd vnxit pedes Iesu, & extersit capillis suis. Hoc verò certum est factum fuisse antequàm Lazarus suscitaretur. Cedo, vbinam? quando? Siquidem vnctio in Bethania facta contigit post suscitatum Lazarum, cùm Ioannes ipse hæc præmittat: Venit Iesus in Bethaniam, vbi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitauit Iesus. Fecerunt autem ei cœnam ibi, & Martha ministrabat: Lazarus verò vnus erat ex discumbentibus. Doceant ergo ex scripturis, quænam & quando ante Lazarum suscitatum Christi pedes vnguento perfuderit, & capillis suis extersérit, nisi ista peccatrix: quam necesse est concludant fuisse Mariam sororem Lazari. Sed & ostendant, quænam sit alia Maria Magdalena, quam à septem dæmoniis, id est peccatorum spiritibus malignis curatam legimus, Luc. 7. Siquidem Marcus etiam id notat, c. 16. & hanc pedes Domini perfudisse scribit ipse Chrysostomus Hom. de proditione Iudæ. Ambrosius libr. 6. in Luc. cap. 31. Hieronymus Procemio in Hoseæ, Gregorius Papa, Beda in Luc. idem censent. Ambrosius quidem ea quæ de duabus adferuntur vnctionibus argumenta, & quomodo nunc peccatrix, tandem verò Maria soror Lazari vocetur, diluit. Potest enim quæstio meriti, temporis diuersitate

3. *Quia duæ vnctiones narrantur.* P. Viretus.

4. *Quod ista nõ nũcupetur Maria.*

5. *Quòd peccatrix Galilæa fuerit.*

Rationes quibus intelligimus peccatricẽ Magdalenam fuisse sororẽ Lazari.

Chrysost. Ambros. Hieronym. Greg. Papa. Beda.

dissolui, inquit, vt adhuc illa peccatrix sit, iam ista perfectior. Etsi enim personam F
Beda. non mutat Ecclesia, vel anima, tamen mutat propositum. Beda lib. 3. in Luc. Ita qui diligentiùs inuestigant, inquit, inueniũt tandem mulierẽ, Mariam videlicet Magdalenam, sororem Lazari, vt Ioãnes narrat, bis eodẽ functam esse obsequio. Semel quidem hoc loco, quando primò accedens cum humilitate & lachrymis, remissionem meruit peccatorum: Secundò autem in Bethania, nõ iam peccatrix, sed casta, sancta,
Regula Allegoriæ. deuotáque Christo mulier, nõ solùm pedes, sed & caput eius vnxisse reperitur. Quod & regulis allegoriæ pulcherrimè cõgruit: quia & vnaquæque fidelis anima priùs ad Domini pedes humiliata, peccatísque absoluẽda, curuatur: dehinc augescẽtibus per tempora meritis, lætæ fidei flagrantia, Domini quasi caput aromatum odore perfundit. Et ipsa vniuersalis Ecclesia Christi, in præsenti quidem incarnationis eius, quæ pedum nomine designantur, mysteria celebrando, deuota redemptori suo reddit G
obsequia. In futuro autem, & humanitatis eius gloriam, & diuinitatis eius æternitatem, quia caput Christi Deus, simul intuendo, perpetuis confessionum laudibus,
Li. 1. de sacris diebus. quasi pistica nardo glorificat. Sed & noster Mantuanus in diuam Magdalenam:

Magdalena ferens loculos spirantis amomi,
Panditur effusis per eburnea colla capillis.

Porrò videtur Lucas nomen illius supprimere, cùm peccatricem nuncupat, ne no-
Cur Lucas nomen peccatricis tacet. tam illi inurat, maximè quidem, cùm vitio velut carbone obscuraretur. Exprimit ergo sexum eius, vt etiam in sexu infirmo pœnitentiam integram, obdurescentibus interim Pharisæis demirere: & hoc ipso quòd mulier est, sexus nimirùm debilis, deli-
Sexus. cioſa eius vita magis excusetur. Nam mulieres stimulis carnis magis agitantur, & facilius illius illecebris succumbunt. Sic allecta est Eua pulchritudine fructus, Gen. 3. H
Dyna curiosè egressa est, vt videret mulieres Sichimitas, Gen. 24. Proinde dicitur, (Prou. 11.) Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra & fatua. Obiter autem in-
Peccator in scriptura quis. dicat illius peccatum, dicens, *quæ erat in ciuitate peccatrix.* ἐν τῇ πόλει ἥτις ἦν ἁμαρτωλός. Hactenus enim seipsam ob vitam obscœnam diffamauerat. Et quidem scriptura
Gregorius. peccatorum nomine, eos qui omne vitij genus amplectuntur, intelligit. Inde fit, vt Marcus septem dæmonia nuncupet. Gregor. hom. 33. Ecquid enim per septem dæmonia, nisi septem vitia, designantur? Grauitas peccatorum exprimitur, cùm velut publica dicitur *in ciuitate peccatrix*, quòd omnium velut digito ostenderetur. Videtur etiam familiam eius insignem innuere, cùm magnatum vitia faciliùs in vulgus prodeant: &, vt habet Iuuenalis, Satyra 8. I
Iuuenalis.

Omne animi vitium tanto conspectius in se
Crimen habet, quanto qui peccat, maior habetur.

Sedulius. Sedulius lib. 4. Carminum, velut publicam peccatricem depingit.

Tunc mulier, quam fama nocens, & plurima vitæ
Mordebant delicta suæ, clementia supplex
Corruit amplectens vestigia.

Mantuanus. Mantuanus verò istud ob oculos ita describit lib. 1. de fastis diebus.

Illustri te stirpe satam, sub purpura & auro
Transegisse ferunt teneros regaliter annos.
Et quoniam tempus iuuenile, licentia, forma,
Otia, deliciæ, mortalia pectora soluunt, K
In venerémque trahunt: malè custodisse pudorem
Diceris, & cæci sensisse Cupidinis arma.

Audierat peccatrix de Iesu. Verùm tãdem ad se reuersa, Christum medicum quæsiuit, qui sordes illas ablueret, & profunda libidinis vlcera expurgaret & curaret. *Cognouit quòd Iesus accubuit in domo Pharisæi.* Priùs vtique illam de Christo audijsse facilè colligimus. Vnde scilicet
I. hæc perferrentur, aut locum ipsa requisisse diceretur? Primum enim omnium est, Christum nosse, Ioan. 19. Hunc iustificatorem, Act. 16. Per quem pœnitentia prædicetur in remissionem peccatorum, illum esse agnum Dei, qui tollit peccata mundi, Ioan. 1. & non esse in alio aliquo salutem. Sic Heb. 11. Accedentem ad Deum o-
Tria requiruntur. 1. cognitio iustificantis Christi. portet credere, quia est. Ideò scilicet Lucas statim ante huius facti historiam scribit, quòd Publicani iustificauerũt Deum baptizati baptismo Ioannis: Pharisæi autẽ & legis periti consilium Dei spreuerunt in semetipsos, nõ baptizati ab eo. Beda lib. 3.
Beda. in

A in Luc. Pergit igitur idem Euangelista, quæ verbis proposuerat, etiam factis astruere, iustificatam videlicet sapientiam ab omnibus filijs suis, id est iustis, & post iniustitiam pœnitentibus, decentissimo comprobans exemplo. Nec enim tantùm ista Christum hominem, sed & Dei sapientiam & virtutem agnouisse videtur: quem ipsa suo facto solum esse iustum, bonum, misericordem, & gratiæ largitorem testaretur. Petrus Chrysologus serm. 93. Hæc cognouit, quòd nisi ab illo solo ciuitatis peccatum non posset auferri, qui solus mundi venerat abolere peccatũ. Ceterùm post Domini Iesu cognitionem, sequitur & cognitio sui. Nouerat Dei miserationes super omnia opera eius, quòd nec misericordiarũ eius vllus est numerus. Nouerat & seipsam miseram, fragilem, carnalem, vænundatam sub peccato, Deo & hominibus despectam. Nimirùm, vt noster habet Mantuanus, Pet. Chryso. 2. Cognitio sui. Mantuanus.

B *Sic pater omnipotens vt se cognosceret ipsam*
Fecit: ac illudentem oculis dispescuit vmbram.
Tum pertæsa graues maculas, Heu pœnitet, inquit,
Pœnitet atque pudet vitæ infœliciter actæ.
Iratos patior superos, me numina toruum
Prospiciunt, in sorde cubo tenus ore sepulta.
Manibus in prædam data sum, me possidet orcus,
Déque meis furiæ exuuijs posuere trophæum.

Gregor. Papa in hom. Sic quia turpitudinis suæ maculas aspexit, lauanda ad fontem misericordiæ cucurrit. Maculas autem suas non aspiceret, nisi iam lumine cogni- Greg. Papa.
C tionis illustrata esset. Vnde Diony. in Epist. ad Titum: Primum, inquit, donum quod datur homini ex respectu ad lumen, cognitio sui est. Hier. 31. Postquàm ostendisti mihi, egi pœnitentiam. Ambrosius lib. 2. Hexam. cap. 7. Hoc scilicet est noscere seipsum, non quales quis lacertos aut possessiones habeat, sed qualem fortiatur animam Bernardus lib. de conscientia, cap. 1. Ex eo nimirùm iustus incipit, si accusator est sui. Sic Ezechias: Recogitabo, inquit, omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Domine, sic & sic viuitur, & in talibus est vita mea. Post Christi & sui ipsius cognitionem, requiritur & vbi Christus inueniatur. Matth. 24. Si enim dixerint, Hic aut illic est Christus, nolite credere. Non apud Marcionem, aut Cherintum, nec apud Lutherum aut Caluinum: sed in domo Simonis, qui obedientem sonat. Christus in domo obedientiæ est, in vna Catholica & Apostolica est Ecclesia. Ter- Ambrosius. Bernardus. 3. Cognitio Ecclesiæ in qua Christus.
D tullianus lib. de præscriptionibus, vbique apud hæreticos audiri scribit, Quære Tertull.
& inuenies. Quæri frustrà apud Apellem, aut Ebionem, aut cætera hereticorum monstra: quærendum igitur esse in vna Ecclesia. Hic Christus recumbit. Matth. 28. Ego vobiscum sum, inquit, vsque ad consummationem sæculi. Hîc remissionem peccatorum donat. Inde fit, vt frustrà aliquem extra Ecclesiam pœniteat, vt scribit Augustin. ser. 11. de verb. Domini: cùm nec extra Ecclesiam Augustin.
Christum inuenturus sit. Ita illud apud se requirebat, quod & sponsa Christi in Canticis, Cant. 1. Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam. Cognitio enim domus, in qua Christus accumbebat, præsupponere videtur diligentem inquisitionem: vt qua facta, tandem contigerit ipsum qui diligebatur & quærebatur, inueniri. Hoc autem illi innotuisse potuit, aut à domesticis, quibus & vicinior & familiarior erat. Nam si hoc in
E Nazareth factum est, vt quidam conijciunt, milliario tantùm secundo distabat castrum eius Magdalum ad oram lacus Genezareth inter Bethsaidam & Tiberiadem situm. Ex Martha quoque sorore Pharisæi notissima hoc cognitum fuisse nonnulli conijciunt. Itaque vbi Christum apud Pharisæum esse intellexit, venit illuc, etiam non inuitata, vt scribit Gregorius Papa, & super conuiuan- Gregorius.
tes ingressa est. Petrus Rauennas Chrysolog. homil. 93. Claustra domus, in- Pet. Chryso.
quit, non prorumpit extraneus, conuiuij secretum non præsumit non inuitatus intrare: & quid est quòd hæc mulier ignota, immò malè nota, onusta luctibus, plena lachrymis, clamosa planctu, nescio ianitore, nullo conscio, ipso ignorante pastore, domus adytus percurrit omnes, transit omnes ministeriorum cateruas, ipsum conuiuij peruolat ad secretum, & facit domum lætitiæ, domum lamentationis & planctus? Fratres, non rogata venit illa, sed iussa: intrauit *Quæ requirũtur ad pœnitentiam.*

exhibita,non præſumens:ipſe ſic fecit eam ſiſti ſibi, qui illam cœleſti ſententia iuſſit F
abſolui.Facilem ad miſerãdum ſupernam didicit maieſtatem: & ideò credidit quòd
Gregorius. eſſet ad veniam promptus,qui Phariſæi venerat tam promptus ad menſam. Gregor.
in hom. Et quia ſeipſam intus erubeſcebat, non fuit quòd foris erubeſceret: id eſt,
Confidentia in Deum. humanum timorem abiecit, eum nimirùm qui à vera, eáque fructuoſa pœnitentia
retrahit. Quid enim eſt quòd homines noſtræ pœnitentiæ teſtes eſſe nolimus, quòd
habemus & teſtes & accuſatores malè actæ vitæ? quibus & factis & dictis ſcanda-
Tertullian. lum iniecimus?Tertullianus lib.de pœnitentia,ſatis oſtendit pœnitentem à propoſi-
to minimè reuocari, etiamſi humanum rumorem & ſiniſtram opinionem ſibi præ-
fixerit,nec ita ſibi parcere debere, vt à pœnitentiæ operibus, confeſſione ſcilicet &
Confeſſio & ſatisfactio. ſatiſfactione,retrahatur.Miſerum eſt,inquit,ſecari,& cauterio exuri,& pulueris ali-
cuius mordacitate anxiari: tamen quæ per inſuauitatem medentur, & emolumento G
curationis offenſam ſui excuſant, & præſentem iniuriam ſuperuenturæ vtilitatis
gratia commendant. Quid ſi præter pudorem, quem potiorem putant, etiam in-
commoda corporis reformident, quòd illotos, quòd ſordulentos, quòd extra lætí-
tiam oportet diuerſari, in aſperitudine ſacci, & horrore cineris, & oris de ieiunio
vanitate? Num ergo in coccino & tyrio pro delictis ſupplicare nos condecet? Ce-
do acum crinibus diſtinguendis,& puluerem dentibus elimandis, & biſulcum ali-
quid ferri vel æris vnguibus repaſtinandis,ſi quid ficti nitoris,ſi quid coacti ruboris,
in labia aut genas vrgeat: præterea exquirito balneas lautiores hortulani, maritimí
ve receſſus:adijcito ad ſumptum,cõquirito altilium enormem ſaginam,defęcato ſe-
nectutemvini:cúmque quis interrogarit,cur animæ largiaris,Deliqui in Deum, di-
cito,& periclitor in æternum perire.Itaque nunc pendeo,& maceror, & excrucior, H
vt Deum reconciliem mihi,quem delinquendo læſi.Hæc optimus Pater in eos into-
nabat,qui pœnitentiam abducto ieiunio,ſacco,& cæteris agendam cenſebant: qui-
bus vtique libertini noſtri hæretici ſimiles ſunt,qui dum pietatis & pœnitẽtiæ opera
abdicant, cur non & pœnitentem iſtam peccatricem condemnant, quæ ſparſis la-
chrymis inculta acceſſit,lachrymas & vnguentum in Chriſti pedes effudit?

Pœnitentia publica. Porrò quòd palàm ſuæ pœnitentiæ teſtimonium edidit,typum geſſit antiquiſſimę
in Eccleſia conſuetudinis:qua, vt refertur hiſtor.tripart.Caſſiodori lib.9.c.35.viſum
Caſſiodorus. eſt antiquiſſimis Pontificibus, vt velut in theatro ſub teſtimonio Eccleſiaſtici popu-
li delicta panderentur.Ritum ſanè pœnitentiæ publicę etiã nunc multi obſeruant in
Gratianus. Italia, Gallia,India,& permultis locis.Eius meminit Gratianus diſtinct.50.In capite
quadrageſimæ,inquit,omnes publicè pœnitentes,qui publicam ſuſcipiunt & ſuſce- I
perunt pœnitentiam,ante fores Eccleſiæ ſe repręſentent Epiſcopo ciuitatis,ſacco in-
duti,nudis pedibus, vultibus in terrã proſtratis,reos ſe eſſe ipſo habitu & vultu pro-
clamantes.Ibi adeſſe debent decani,id eſt,archipreſbyteri, preſbyteri paręciarũ, &
preſbyter pœnitentiũ:qui eorũ conuerſationẽ diligenter inſpicere debent: & ſecun-
dum modũ culpæ,pœnitentiã per præfixos gradus iniũgant. Poſt hæc Epiſcopus in
Eccleſiã eos introducat, & cũ omni clero ſeptẽ pœnitẽtiæ Pſalmos in terrã proſtra-
tus cum lachrymis pro eorũ abſolutione decantet. Tunc reſurgẽs ab oratione,iuxta
quod Canones iubent,manus eis imponat,aquã ſuper eos benedictã ſpargat, cinerẽ
priùs mittat:deinde cilicio capita eorum cooperiat, & cum gemitu & crebris ſuſpi-
rijs eis denunciet,quòd ſicut Adam eiectus eſt de paradiſo,ita & ipſi ab Eccleſia pro
peccatis ſuis abijciuntur. Poſt hæc iubeat miniſtris,vt eos extra ianuas Eccleſiæ ex- K
pellant.Clerus verò proſequatur eos cum Reſponſorio:In ſudore vultus tui veſceris
pane tuo, &c.Vt videntes ſanctam Eccleſiam pro facinoribus ſuis tremefactam, &
commotam,non paruipendant pœnitentiam.In ſacra autem Domini cœna,rurſum
ab eorum decanis & preſbyteris Eccleſiæ liminibus repræſententur. Hæc ſanè de-
ſumpta ſunt ex capite 9. Concilij Agathenſis: quæ fuſiùs deſcripſimus, vt intelli-
Quibus indicitur pœnitẽtia publica. gant hæretici quàm diſtricta etiam olim fuerit pœnitentia. Cæterùm vt pro ratio-
Ambroſius. ne delicti eſt & plagarum modus, ita quædam priuatam, quædam publicam re-
quirunt pœnitentiam.Alia enim alijs morbis ſunt remedia. Ambroſius ad virgi-
nem lapſam, cap. 8. Grandi plagæ, inquit, alta & prolixa opus eſt medicina.
Euſebius. Grande ſcelus grandem habet neceſſariam ſatisfactionem. Sic Euſebius hiſt.Eccl.
lib.5. cap. 28. Natalem ambitione deceptum ab hæreticis, & ad pedes Zepherini

Ponti-

A Pontificis Romani prouolutum depingit. Sic Theodosium Imperatorem ab Ambrosio ex templi aditu eiectum, & longo tempore in squallore palatio conclusum, demùm & publicè pœnitentem ob 7. millia hominum Thessalonicæ occisa, describit Nicephorus Callistus hist. Eccles. iast. lib. 12. cap. 41. Synesius Ptolomaidis Episco- Nicephor.
pus, Epist. ad Ioannem, hunc pœnitentiæ morem ita commendat, vt ei cauendum Synesius.
sit, qui eum non obseruauerit. Et quisnam fieres, inquit, è corpore egressus, siue violenta pœna, siue alio modo abripiaris, cùm tibi non fuerit lingua ad negandum, sed insculptam habeas actionis notam? Nónne vertigine laborabis? Nónne perplexus eris? Traheris tacens, sperabísque vltionem tu & ego, & omnis quem non publica priùs expurgauerit pœnitentia.

Pœnitentiæ huius publicæ speciem habes apud Ambro. lib. 1. de pœnitent. cap. 16. Ambros.
B Sed vix solet imponi, nisi pro crimine totam vrbem commouẽte, vt habetur 26. q. 6. can. vlt. Presbyter inconsulto Episcopo, &c.

Ex eo igitur, quòd coram omnibus suæ pœnitentiæ testimonium protulit, non modò consequendæ sanitatis ardentissimum affectum prodidit, quem nec hominũ pudor remoraretur: sed & satisfactionis cuiusdam argumentum dedit, vt quos pra- *Satisfactionis argumentum.*
uis exemplis ad peccandum allexerat, nunc pia conuersione ad pœnitentiam inducat. Augustin. lib. 50. Homiliar. ser. 23. Videtis igitur mulierem in ciuitate famosam, Augustinus.
malæ vtique famæ, quæ erat peccatrix, non inuitatam irruisse cõuiuio, vbi summus medicus recumbebat, & quæsiisse pia impudentia sanitatem. Irruebat quasi importuna cõuiuio, sed opportuna beneficio: importuna peccatoribus, sed opportuna iustificanti nos Christo. Impudens videbatur hominibus, quasi quæ sese vltrò in-
C gereret: sed tamen illam Christus trahebat & suscipiebat. Eccles. iast. 1. Omnia flumina ingrediuntur mare, & illud non redundat. Per terræ meatus fontes, & irrigui quique fluuij à mari procedunt, & in illud reuertuntur. A Christo profluebat gratia contritionis, deuotionis, spei in hanc mulierem: illa rursus hæc illius donauit, in suum authorem refudit. Venit spiritus, inquit Ezechiel (cap. 2.) & statuit me supra pedes meos. Nimirùm priùs istam spiritus ingressus est, quàm à peccato surgeret, & ad Christum properaret. Gregor. lib. 8. in Iob, cap. 16. Talis quippè ama- Gregorius.
ritudo pœnitentiæ verecundanti cordi importunè ingerit illicita quæ commisit. Districtum contra hæc iudicem ostendit, suppliciorum minas incutit, pauore animam ferit, pudore confundit, motus illicitos increpat, quietem noxiæ securitatis turbat. Quæ ei conditor bona contulit, quæ ipse bonis illius mala rependit innumera: quòd mirè ab eo conditus, quòd gratuitò nutritus, quòd ad rationis substantiã
D conditione ditatus est, quòd vocatus & sequi noluit. *Attulit alabastrum vnguenti*, de- Erasmus.
licias pristinæ suæ vitæ monumenta: omnia quibus antè malè placuerat sibi ac mundo, in Christum, cuius amore flagrabat, effusura. Attulit autem delicatum vasculum vnguentarium, quod ob leuorem, qui obstat quominus apprehendi queat, alabastrũ *Alabastrum quid.*
appellant. Erat autem vnguentum eximium, magnóque emptum. Beda & Albertus, Albertus.
alabastrum pro certo marmore accipiunt. Albertus in Luc. Est autem, inquit, firmũ & perspicuũ. Et quia pretiosa vnguenta spirando euanescunt, ideò frigiditate illius marmoris restringuntur & conseruantur: sicut ab authoribus medicinæ camphora præcipitur in Psyllio, vel semine lini conseruari, propter eandem causam. Beda verò Beda.
lib. 3. in Luc. Alabastrum, inquit, genus est marmoris candidi, varijs coloribus intertincti, quod ad vasa vnguentaria cauare solent, eo quòd optimè seruare incorrupta
E dicatur. Nascitur circa Thebas Ægyptias & Damascum Syriæ, cæteris candidius: probatissimum verò in India. Proinde cùm vasa huiusmodi adeò pretiosa extiterint, non dubium est precios issimum fuisse vnguentum. Videtur verò hoc attulisse, 1. vt fessum Christum releuaret. Potuit enim eum aut concionantem, aut ægros curanté audijsse, quibus faciundis cùm multum laboris sustinuisse videretur, pro more tan- *Cur vnguentum obtulit.*
quam fesso, hoc illi refrigerium affert. Mos enim erat Palæstinis, vt aliquando dixi- 1.
mus, fessos hoc solatio recreare. Sed & munus hoc attulit, vt placaret eum, quẽ in se 2.
ob sua scelera iratum credebat. Prou. 18. Donum enim hominis dilatat viam eius, & ante Principes spatium ei facit. & Prou. 2. Munus absconditum extinguit iras. Cogitauit enim secum illud Micheæ, (c. 6.) Quid dignum offeram Domino? Ps. 28. Afferte Domino filij Dei. Ps. 50. Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Petrus Chry-

Pet. Chryſ. Albertus.

ſolog. hom. 93. Portauit oleum, quia medicinam lethali vulneri à cœleſti medico F
requirebat. Albertus Magnus in Luc. Vnguenti autem vſus eſt, lenitio, impingua-
Myſticũ vnguentum. tio, & odoris diffuſio. Significat autem compunctionem, quæ lenit dolorem pecca-
torum. Eccl. 38. Vnctiones conficiet ſanitatis, & pigmenta ſuauitatis. Impinguat de-
uotione. Pſ. 62. Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. Eccl. 38. Impingua
oblationem, & da locum medico. Odorem autem virtutum diffundit. Iob. 41. Fer-
ueſcere facit quaſi ollam, profundum maris, ſicut cùm vnguenta bulliunt. Pro-
fundum maris eſt profunditas cordis amari, hoc feruet in calore doloris & deuo-
tionis & charitatis, & ſpirat odorem virtutum, ſicut quando bulliunt vnguenta ſpi-
rantia diuerſa virtutum odoramenta. Cant. 4. Odor vnguentorum tuorum ſuper
omnia aromata. Dicunt autem nonnulli hoc vnguenti genus à muliere paratũ ſibi
fuiſſe ad vultus fucum, & decorem. Quod quidem minus probabile videtur: cùm G
laſciuarum mulierum vnguenta ſint maximè aut ad reſtrictionẽ fœtoris, in pudẽdis
& mãmillis, aut ad incitandam libidinem, quæ duo Chriſto minimè competebant.
Ergo potius ad releuandam laſſitudinem, & pro more hoc factum fuiſſe coniicitur.
Reſtitutio rei malè partæ. Hæc Albertus. Interim verò minimè negãdum eſt, hanc Chriſto oblationem velut
reſtitutionem fieri rei, priùs malè vſurpatæ in vſus indignos, vt quod illicitis actibus
Beda. priùs intenta, ſibi pro odore carnis priùs adhibuit, inquit Beda in Luc. hoc iam
Deo laudabiliter offerat. Etſi enim Heſter, Iudith, & Suſanna ſine calumnia vnguẽ-
Clem. Alex. tis vſæ fuerint, his tamen & meretrix in Prouerbiis, & ipſa Ieſabel abuſa eſt. Cle-
mens Alexandr. lib. 2. Paidagogi, cap. 8. Coronarum autem, inquit, & vnguentorũ
Vſus vnguentorum. vſus non eſt nobis neceſſarius. Ad libidines enim & voluptates impellunt, maximè
cùm nox propè eſt. Scio quòd cùm vnguenti alabaſtrum ad ſanctam cœnam mulier H
attuliſſet, vnxit pedes Domini, & eum delectauit. Scio etiam veteres Hebræorum
reges auro & lapide pretioſo ornata geſtaſſe diademata. Sed mulier quidem verbi
nondum fuerat particeps, erat enim adhuc peccatrix. Eo autem, quod apud ſe pu-
tabat eſſe pulcherrimum, nempè vnguento, honorauit Dominum, atque etiam
ornamento corporis, nempè capillis ſuis, abſterſit vnguentum quod redundabat,
Tertullian. libans Domino lachrymas pœnitentiæ. Tertullian. lib. de habitu muliebri. Habitus
enim fœminæ, inquit, duplicem circumfert ſpeciem, cultum & ornatum. Cultum
Contra mulieres fucatas & vnguentis perfuſas. dicimus, quem mundum muliebrem vocant: ornatum, quem immundum muliebrem cõuenit dici. Ille in auro & argento & gemmis & veſtibus deputatur: iſte in
cura capilli, & cutis, & earum partium corporis, quæ oculos trahunt. Alteri ambitionis crimen intendimus, alteri proſtitutionis: vt iam hinc proſpicias, Dei ancilla, I
quid ex his diſciplinæ tuæ conueniat. Peccatrix igitur nunc ad mentẽ rediens, ornatum illũ immundum ſibi & ſuperfluum emendat, & Chriſto deponit. Et licet nihil
Erubeſcentia peccatoris. aut parum vereretur diſcũbentes, erubeſcebat tamẽ Chriſto ſeſe indigna ingerere.
Quomodo enim non vereatur peccator Deum? Adã peccato patrato, abſcondit ſe,
Geneſ. 4. Non audet Publicanus oculos in cœlum leuare, Luc. 16. Sed & Manaſſes,
Non ſum dignus, inquit, reſpicere altitudinem cœli, præ multitudine iniquitatum
mearum, Hiere. 6. Erubeſcite à vijs veſtris malis. Eccl. 16. Gratia ſuper gratiam mu-
lieris, mulier ſancta & pudorata. Quæ nihil verita erat, vt conuiuijs indulgeret, &
carnem ſatietate ad libidinem prouocaret: nunc quaſi ſatisfaciens his quibus ſcan-
dalo fuerat, accedit, & *ſtat retrò*, &c. adeò ſibi Chriſtũ opponit in aduerſarios ſuos,
Fiducia. qui eam tueatur. 2. additur *ſecus pedes*. Secus vtique, quòd iam magna cum fiducia
Chriſto Ieſu appropinquaret. Pſal. 33. Accedite ad eum, & illuminamini. Rom. 7. K
Infœlix ego homo, quis me liberabit à corpore mortis huius? Gratia Dei per Ieſum
Chriſtum. Quis eſt qui condemnet? Chriſtus Ieſus qui mortuus eſt, & reſurrexit:
Timor. qui etiam interpellat pro nobis. Accedamus ad eum in plenitudine fidei, aſperſi cor-
da à conſciẽtia mala, & abluti corpus aqua munda. 3. Timor verò mulieris exprimi-
tur, vt quæ ſacrum Domini verticem tangere aut vngere nõ auſa eſt: ſicut & tandem
fecit in Bethania, ſuſcitato Lazaro: ſed pedibus ſe aduoluit. Sic Ruth, cap. 3. ad pe-
des Booz aduoluta gratiam inuenit. Non audet iſta ſe vultui Chriſti offerre, immò
& eius aſpectu ſe indignam iudicat. Dauid Abſaloni pœnam inflixit. 2. Reg. 14. d.
Reuertatur, ſed faciẽ meam non videat. Hier. 31. Confuſus ſum & erubui, quoniã
ſuſtinui opprobrium adoleſcentiæ meæ. Retrò igitur ſtat, & ad pedes ſe humiliat.

Deut.

A Deut.33. Qui appropinquant pedibus eius, recipient doctrinam eius. Abacuc 3. Egredietur diabolus ante pedes eius: immò septem dæmonia de ea ante pedes Domini egressa sunt. 4. Dolorem verò eius exprimit Euangelista, dicens quòd *lachrymis cœpit rigare pedes eius*. Oculis terrena concupierat, inquit Gregorius, sed hos iam per pœnitentiam conterens, flebat. Proinde cogitãti mihi de Mariæ Magdalenæ pœnitentia, flere magis libet, quàm aliquid dicere. Cuius enim vel saxeum pectus illæ huius peccatricis lachrymæ ad exemplum pœnitendi non emolliant? Quæ oculis suis huc & illuc vagantibus animas deprædata fuerat, quæ impudico aspectu iuuenes inspexerat, & interdicta concupierat, quæ elato supercilio ambulauerat, nunc satisfactionis speciem præferens, & oculos & lachrymas Christo dedicat. Nunc igitur, inquit, oculi mei illi soli addicti sitis, quem cæteris omnibus contemptis solum B diligo. Attenuati sunt nunc oculi mei suspicientes in eum. Fuerint olim fictæ meæ lachrymæ, dum terrenis & vanis rebus cura animúsque incubuit: nunc eius obsequijs veræ & ex imo pectoris deductæ profluant. Id ergo dicere poterat Ps. 37. Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis. Sic, (1.Reg.1.) Cùm esset Anna amaro animo flens largiter, orauit. Sic Sunamitis, dum Helisæi pedes pro mortui filij sui suscitatione complecteretur. Ideò scilicet Helisæus ad Giezi, (4.Reg.4.) Dimitte eam, inquit: anima enim eius in amaritudine est. Id sibi vendicare poterat, quod Noëmi, Ruth.1. Non vocetis me Noëmi, hoc est pulchram, sed amaram: quia amaritudine me valde repleuit Omnipotens. Vnde & id de ea, quod Hieremias (Thren.3.) de filia Syon asserere possumus. Magna est velut mare contritio tua, quis medebitur tibi? Verùm ecce tibi præsto medicus est, qui quantum distat C ortus ab occidẽte, longè facit à nobis iniquitates nostras. Petrus Rauennas Chryso- Pet. Chrysol.
logus serm.93. Verumtamen iura naturæ nunc mutantur. Cœlum enim terram irrigat, non terra cœlum. Nunc verò terrena mulier, eius qui è cœlis descendit, pedes abluit. Tam copiosæ huius lachrymæ fuerunt, vt pedibus Christi lauandis sufficerint: & tamen adeò induruerunt peccatores, vt ne guttulam quidem ex oculis emittant. Audimus & legimus quid ista fecit, & tamen quasi surda aure contemnimus. Nihil nos ista mouent? Nihil in quam incidimus necessitas? Nihil futuri iudicij timor? Nihil Dei opt.max. & Christi Iesu maiestas, quem toties offendimus, & ad iracundiam prouocauimus? Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, inquit Dauid. Idẽ Ps. 6. Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis stratum meum rigabo. D Matth.5. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Matth.6. Væ tamen vobis quia flebitis. Nondum peccatis nostris renunciauimus, inquit Ambrosius, lib.6. in Ambrosius.
Luc.cap.31. Vbi sunt nostræ lachrymæ? vbi gemitus? vbi fletus? Psal.94. Venite adoremus & procidamus ante eum: ploremus ante Deum qui fecit nos, vt saltem ad pedes Iesu venire possimus. Cæterùm quòd mulier ista pedibus Christi aduoluitur, antiquissimum Eccles. morem docet: quem explicat Tertull. lib. de Pœnitentia, inter Tertul.
cætera pœnitentis munia. Plerunque, inquit, pœnitentia mandat ieiunijs preces alere, ingemiscere, lachrymari & mugire, & dies noctésque ad Dominum Deũ tuum, presbyteris aduolui, & aris Dei adgeniculari, omnibus fratribus legationes deprecationis suæ iniungere. Et paulò pòst. Ergo cùm te ad fratrum genua protendis, Christum contrectas, Christum exoras. Sed enim eos qui ambitu obeunt capessendi magistratus, quæ non atria nocturnis & diurnis salutationibus occupant? Ad omnem E occursum maioris cuiusque personæ decrescentes, exules sunt à libertatis & lætitiæ fœlicitate: idque totum propter vnius anni volaticum gradum: quantomagis pro æterna animæ fœlicitate, & peccatorum remissione? *Et capillis capitis sui tergebat* pedes Christi, quos iam lachrymis abluerat. Adeò non vestes, non armillas, aut cætera huiusmodi tantùm contemnit, sed & capillos capitis, in quibus mulieres gloriari solẽt. Ideò scilicet muliebrem illum fastum per Esaiam (cap.3.) Dominus deprimit, dicens filiabus Syõ. Pro eo quòd eleuauerunt se filię Syon, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, & composito gradu incedebant: decaluabit Dominus verticem filiarum Syon, & crinem earum nudabit, & auferetur omne ornamentum calciamentorum, &c. Et erit pro crispanti crine caluitium. Hieronym. Epist. ad Fu- Hieronym.
riam. Hæc crine, quo multos antè deceperat, pedes Domini tergens, saluata est. Nõ habuit crispantes mitras, nec stridentes calceolos, nec orbes stibio fuliginatos.

Dolor seu contritio. Gregorius.

Quãta lachrymæ.

Cur peccatrix potius capillis quàm aliquo linteo pedes Christi tersit.

Quanto enim fœdior, tanto pulchrior fuit. Nunquid scilicet deerat isti mulieri vel sudarium, vel linteolum aliquod, quo Christi pedes tergeret? Num quæ tam pretiosum vnguentum, non etiam vel aliquod mantile adferre potuit? Potuit sanè. Verùm nihil dignius capillis habuit, nihil proprium magis, quo suis se membris Christo præstare obsequium testaretur. Vnde nec Lucas ipse sibi satis fecisse putauit, si narraret illam capillis suis Christi pedes tersisse, nisi adijceret, *capitis sui*, ad emphasim maiorẽ.

Mulierum capillitium aliunde acceptum. Greg. Nanz.

Non acceperat illa vænales puelli, aut puellæ alicuius formosissimæ crines, quibus aut caput suum, aut ipsum etiam Christũ deturparet. Grego. Nanz. orat. in mulieres sese ambitiosiùs ornantes, hac arte dicit alterum fieri corpus Dei, alterũ manus. Verendum, inquit, ne Deus iratus sic deformatas mulieres alloquatur. Dic age aliena mulier, ecquis tandem & vndenam est fictor tuus? Non te depinxi canis, sed imaginem mei finxi. Quî fit ergo, vt pro chara imagine idolum habeam? Venustas hæc G Adonidis hortus est citò marcescens, Polypi color citò transiens, literæ in arena conscriptæ. An tu graculi Æsopici formam imitata, non times ne detractis alienis

Tertullian. pennis risum tandem moueas? Tertullian. lib. de cultu fœminarum. Quod nascitur, opus Dei est: ergo quod fingitur, diaboli negotium est. Diuino operi Sathanæ ingenia superducere, quàm scelestum est! Serui nostri ab inimicis nostris nihil mutuantur: milites ab hoste Imperatoris sui nihil concupiscunt. De aduersario enim eius, in cuius manu sit, aliquid vsui postulare trãsgressio est. Christianus à malo illo adiuuabitur? Nescio an hoc ei nomen perseueret. Erit enim eius, de cuius doctrinis instrui concupiscit. Quàm indignum nomine Christiano, faciem fictam gestare, quibus simplicitas animi indicitur: effigiem mentiri, quibus lingua non licet: appetere quod datum non sit, quibus alienum abstinendum: speciem exercere, quibus studiũ H pudicitiæ est? Video quasdam & capillum croco vertere. Malè ac pessimè sibi auspicantur flammeo capite: decorum putant quod inquinant. Atqui & detrimentum crinibus medicaminum vis inurit, & cerebro perniciem etiam cuiuslibet synceri humoris assiduitas reseruat: tum solis animando capillo & siccando exoptabilis ardor. Sed enim Dominus ait, Quis vestrum potest capillum atrum ex albo facere, aut album ex atro? Hæ quæ reuincunt Deum. Ecce, inquiunt, pro albo vel atro, flauum facimus gratiæ faciliorem: quamuis & atrum ex albo conantur facere, quas pœnituit ad senectam vsque vixisse. Proh temeritatem! Erubescit ætas exoptata votis, &c. Quid crinibus vestris quiescere non licet, modò substrictis, modò relaxatis: modò suscitatis, modò elisis? Aliæ gestiunt in cincinnis coërcere: aliæ vt vagi & volucres elabantur non bona simplicitate. Affigitis præterea nescio quas enormitates I sutilium atque textilium capillamentorum. Mirum quòd contra Domini præcepta contenditur. Ad mensuram neminem sibi adijcere posse pronunciatum est. Vos planè adiicitis ad pondus collyridas quasdam sputorum vmbilicos ceruicibus astruendo. Si non pudet enormitatis, pudeat inquinamenti: ne exuuias alieni capitis forsitan immundi, forsan nocentis & gehennæ destinati, sancto & Christiano capiti suppares. Deus vos velari iubet, credo ne quarundam capita videantur. Atque vtinam miserrimus ego in illo die exultationis, vel inter calcanea vestra caput eleuem, videre an cum cerussa & purpurisso, & croco, & in illo ambitu capitis resurgatis: an taliter expictam Angeli in nubila subleuent obuiam Christo, &c. Si quæ sunt igitur,

Cur virgines velatæ tondeantur. quæ his pigmentis caput ementitæ sint, iam capillos, immò & omnia sua, vt & ista peccatrix, Dei obsequio deputent. Cæterùm ex huius peccatricis facto colligimus, K nihil mirum esse, si virgines Christo consecratæ capillos deponant. Quæ enim mũdo renunciauit, non tantùm caput velare debet, ne nundinatitium sit, vt docet Tertullian. libr. de velandis virginib. sed & capillum aut affectu tantùm, aut etiam reipsa tondere. Immò, 1. Cor. 11. b. si non velatur mulier, tondeatur, inquit Paulus.

1. Hinc est quòd virgines cùm Deo sacrantur, tondentur, & imitatrices factæ huius peccatricis se Christo dicantis, capillos pedibus Christi aduoluũt, ne ampliùs in illis

2. gloriari videãtur. Sic olim quoties vir aut mulier se Deo consecrabant, vt essent Nazaræi, oblato pro eis sacrificio tondebantur. Hæc enim sunt verba Domini ad Moysen, Numer. 6. d. Tunc tradetur Nazaræus ad ostium tabernaculi fœderis cæsarie consecrationis suæ: tollétque capillos eius, & ponet super ignem qui est suppositus

3. sacrificio pacificorum. Sic consecrabatur Deo cæsaries. Proinde qui luctum actu,

A actu, aut pœnitentiam fructuosam olim aut votum edituri erant, capillũ tondebant, Ieremiæ 7.f. Tonde capillum tuum, & proijce & sume in directum planctum, &c. Micheæ 1.d. Decaluare & tondere super filios deliciarum tuarum: dilata caluitium tuum sicut aquila: quoniam captiui ducti sunt ex te Iob.1. d. Auditis de morte filiorum nuncijs, scidit vestimenta sua, & tonso capite corruit in terram, & adorauit, & dixit: Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Act. 18. c. Paulus in Cenchris sibi totondit caput, quia habebat votum. Porrò qui Deo consecratur, luctum agit perpetuum, donec in gaudium æternum veniat, & votum edit. Idcircò olim monastico instituto addicti priùs tondebantur, vt docet D. Dionys. Areopagita, lib. Eccles. Hierarch. cap. 6. par. 2. Parte verò 3. Tonsura, inquit, crinium, vitam mundissimam indicat, & nulla figura fucatam: & quæ nullis fictis coloribus B animi inductis deformitatem exornet: sed ipsa in seipsa non humanis venustatibus, sed singularibus & vnicis ad Dei exactissimam similitudinem properet. Crines igitur velut sui capitis superflua quædam, aut iuuenum in lasciuiam allectamenta, quibus abusa fuisse videbatur, Christo consecrat. Petrus Chrysolog. hom. 93. In peccatricis caput, purgandis criminibus refluebat vnda, vt suo fonte mulier, in nouum baptisma, suorum dilueret illuuiem peccatorum. *Et capillis capitis sui tergebat*, vt iuxta Psalmistã (Ps. 67) verticem capilli, ex quo ambulauerat in delictis suis, in sanctitatem tali verteret seruitute. *Et osculabatur pedes eius.* Præcesserant interuenientes lachrymæ, vt oscula deuota sequerẽtur: quia lachrymæ satisfactionis sunt documẽtum, oscula sunt recõciliationis indicia. Dio. Carth. in Luc. Oscula sunt ex dilectionis ardore sereno ac spirituali, ac si gratias ageret pedibus sanctis qui corpus illud deferebãt, per C cuius os conuersa fuerat. Præterea quia pedes sunt inferiores partes corporis, ad eos audaciùs accessit. Alber. in Luc. Spiritus à corde in dilectũ per os ipsum trãsmeabat, & indissolubili vinculo adhærebat. Sic spõsa inuitabatur, Can. 1. Osculetur me osculo oris sui. Ro. vlt. Salutate inuicẽ in osculo sancto. Sed & dilectũ suũ sponsa fidelis sic requirebat, Cant. 8. Quis mihi det te fratrem meum sugentẽ vbera matris meæ, vt inueniam te solum foris, & deosculer te, vt nemo iam me despiciat? *Et vnguento vngebat* in satisfactionem prioris abusus vnguẽtorum in libidinem. Sic meretrix, Prou. 7. Perfudi lectulum meum myrrha, aspersi cubile meum aloe & cinamomo. Produnt hæc nonnunquam lasciuam mulierum conditionem. Amos 6. Væ vnguento delibutis. Petrus Chrysolog. serm. 93. Non tamẽ est quod facit hæc mulier, mollis & carnalis obsequij, sed plenæ humanitatis est sacramentum: quia in capite Christi Deus est, in pedibus Euangelizantium pacem, per quos prædicatus venit ad fines terræ. De- D mum occurrit eorum obiectioni, qui ad liberum vnguentorum vsum forsan hoc mulieris factum prætexere possent. Quòd si, inquit, suauis odoris fuisset, Pontificem magnum, nempè Dominum dicant Deo offerre: ne id esse sacrificium, & suauis odoris suffitum intelligant, sed gratam & acceptam charitatem, spiritualem scilicet odoris suauitatem, Dominum altari offerre occipiant. Adiecerim non tam pro vnguento, quàm pro affectu in Christum propensissimo mulierem istam commẽdare. Gregor. hom. 33. Quot ergo in se habuit oblectamenta, tot habuit holocausta. Conuertit ad virtutum numerum, numerum criminum, vt totum seruiret Deo in pœnitentia, quicquid ex se Deum contempserat in culpa. Melius carendum tot allectamentis existimauit, quàm vt si illa suppeterent, sese in peccatorum, quæ sectata fuerat, colluuie contineret. Abiecit à se vnguenta, capillorum ornatum, mundum mu- E liebrem, attactus impudicos. Philo Iudæus, lib. Quòd deterior potiori insidiatur: Propterea, inquit, videntur mihi, qui non omninò rudes sunt, malle cæcitatẽ, quàm videre quæ non decet: malle surditatem, quàm audire sermones pernicioſos: linguã quoque libenter amissuri, ne proloquantur quæ celanda sunt. Certè fertur quosdam sapientes, cùm in rota cruciarentur ad extorquenda secreta, præmordisse linguam suam, & ita grauiorem cruciatum rependisse tortoribus, dum eos voti fecerunt impotes. Tantus amor iustitiæ, tantus horror scelerum & vitiorum inesse debet, vt non modò vnguentis, osculis, capillis, ornatu, velut illecebris, sed & ipsis etiam membris libenter careamus. Paulinus Nolanus, Epist. 4. ad Seuerum, de Samsonis & peccatricis capillitio: Habeant sanè capillos, inquit, quibus iuxta illam Euangelicam peccatricem, vestigia Christi tergeant, & sapientiæ pedibus implicentur, vt aliud nisi sa-

Tonsura monachorum. Dionysius Areopagita.

Pet. Chryso.

Oscula deuota. Dionysius Carthusian.

Albertus.

In vnguento delibutes.

Pet. Chrys.

Gregorius.

Philo Iudæus

Paul. Nolan.

pientiam amare, niſi virtutem amplecti, niſi pudicitiã oſculari neſciãt: & vt extremo F
ſaltem rore verbi cœleſtis aſperſæ, dicant: Ros enim qui abs te eſt, ſanitas eſt nobis.
Sint mulieribus noſtris comæ, ſpiritualium acta virtutum, ieiunia, miſericordiæ, ora-
tiones. Tales enim & virum decet crines: ornet eas Chriſti gratia, non capilli: caſti-
tatis gemma, non lapides: & operum in his, non odorum flagret vnguentum. Memi-
nerint eſſe ſe filias illius filiæ regis, cuius gloria omnis abintus eſt. (Pſal. 44.) Intelli-
gant cur illas Apoſtolus prolixiori capitis velamento tegi iuſſerit. Propter Angelos,
inquit (1. Cor. 11.) illos ſcilicet ad ſeductionem paratos, de quibus ſancti iudicabunt.
(1. Cor. 6.) Hi enim petulantiùs infirmiora vaſa pertentant, ſicut non Adam, ſed
Euam coluber aggreſſus eſt. Alioquin (Amos 6.) Væ vnguento delibutis, & his qui
Auguſt. in crimibus gloriantur. D. Auguſtinus hom. 23. lib. 50. Hom. myſticè quomodo pec-
Myſtica peccatricis ſignificatio. catricem iſtam imitari poſſimus, aperit. Secura, inquit, quælibet anima à multa ne- G
quitia per Domini gratiam ſe liberandam, tanquam immunda proſtitutione mun-
danda in Eccleſiam credat: accedat ad pedes Domini, &c. Pedes Domini, prædica-
tores Euangelij. Capilli mulieris, ſuperfluæ poſſeſſiones. Tergat capillis, tergat pror-
ſus, operetur miſericordiam: & cùm terſerit, oſculetur: accipiat pacem, vt habeat
Beda. charitatem. Beda lib. 2. in Lucam paulò aliter interpretatur. 1. Per Phariſæũ, Iudai-
cũ populum: 2. domũ Phariſæi, ipſam legis, Prophetarúmque cuſtodiam: 3. Diſcubi-
tum Chriſti, formæ ſeruilis aſſumptionem: 4. Vnguentum, bonam de nobis opinio-
nem, emergẽtem è bonis operibus: 5. Secus pedes Domini ſtare, eius veſtigia ſequi.
6. Rigare pedes eius, ſanctis in tribulatione cõpati: 7. Capillis tergere, ſanctis de bo-
nis noſtris ſubuenire: 8. Oſculari, eos diligere quibus ſubuenerimus. Eadem habes
apud D. Gregoriũ Papam, ho. 33. in Euangelia. *Videns autẽ Phariſæus, qui vocauerat eum.* H
Magna nunc Phariſæi iſtius inhumanitas & crudelitas exprimitur. Crudelitas, vt
Crudelitas Phariſaica. qui peccatores omni remedio velut deſperatos relinquat, nec ſemetipſum cõſideret,
quàm fragilis & infirmus ſit: Nimirùm ex ijs, qui, vt Chriſtus aſſerit, Matth. 23. ſimi-
les ſunt ſepulchris dealbatis, quæ licet foris ſpecioſa appareant, intus tamen fœtore
Hieronym. & oſſibus plena ſunt. Hieronym. in Matth. Religio Phariſæorum non compaſſionẽ,
ſed indignationem habet. Nec enim Dei iuſtitiam, ſed ſuam ſtatuere quærẽtes, Dei
Albertus. iuſtitiæ ſubiectos ſe eſſe arbitrantur. *Ait intra ſe.* Albertus in Luc. Toties enim alios
confutatos audierat, vt ne hiſcere quidem auderent. Erit quaſi Phytonis vox tua, in-
quit Propheta, & quaſi de humo audietur eloquium tuum. Eccl. 13. Memento quo-
niam malus eſt oculus nequam. Eccl. 11. Bona in malum conuertens inſidiatur, &
in electis imponet maculam. Prou. 23. Ideò ne comedas cũ homine inuido, & ne de- I
ſideres cibos eius, quoniam in ſimilitudinem arioli & coniectoris æſtimat quod i-
gnorat. *Ait* ergo *intra ſe*, ſicut hypocrita, de quo Iob 15. Concepit dolorem, & pepe-
rit iniquitatem, & vterus eius præparat dolos. Murmurat in peccatricem, & gratiæ
Temerarium iudicium. largitorem. Et temerè quidem de peccatrice iudicat, ſua ipſius vitia non introſpi-
ciens. Intuebatur mulierem, non ſeipſum. Sicut enim oculus circum ſe fertur in ob-
iectum, ſeipſum interim non aſpiciens: ſic & multi in alios aciem oculorum diri-
Perſius. gunt, ipſimet in ſua cauſa cæcutientes. Perſius Satyr. 1.

Vt nemo in ſeſe tentat deſcendere nemo,
Sed præcedenti ſpectatur mantica tergo.

Greg. Nanz. Talem olim Nouatum exprimit Gregorius Nanzanzenus in ſancta lumina, vt qui
Chriſtianos quoſdam ſæuiente perſecutione, tormentorum magnitudine, in abne-
gationem fidei prolapſos, pœnitentiam demum agentes, à communione ſubmo- K
ueret. Tu verò quid ais? Quam legem affers, ô noue Phariſæe, & nomine duntaxat,
Nouatianorũ error. non animo & volũtate pure, ac Nouati dogmata cum eadẽ infirmitate tumido ore
nobis crepans? Pœnitentiam non admittis? Luctibus locum negas? Lachrymas non
profundis? Vtinam talem tibi iudicem experiri non contingat. Clementia & facili-
tate Ieſu non moueris, qui infirmitates noſtras accepit, & morbos portauit: qui non
venit vt iuſtos vocaret, ſed peccatores ad pœnitentiam: qui miſericordiam mauult,
quàm ſacrificium: qui ſeptuagies ſepties peccata condonat. Quàm beata eſſet ſubli-
mitas tua, ſi puritas ea eſſet, ac non faſtus & arrogantia, leges ſupra hominis captum
inſtituens, vitæque emendationem ſalutis deſperatione tollens. Verùm rationes
murmuris Phariſaici ſunt. *Hic*, inquit, *ſi eſſet Propheta.* Chriſtũ nõ Domini, non iuſti,

non

A nõ Prophetæ nomine dignatur. Sic contemnit, quem tamẽ omnis populus ſuſpiciebat. Verùm hæc erat Phariſaica de Chriſto loquendi formula. Luc. 23. Hunc inuenimus ſubuertentẽ Gentem noſtram. Et rurſum, (Ioan. 19.) Non hunc, ſed Barrabam. *Hic*, ait. Et quis *hic*? O Phariſæe, num adinſtar ſtupidorũ patrum tuorum de vero pane dicturus es, *Manhu*, (Quid hoc?) *Si eſſet Propheta*, quo illum nomine turba Iudæorum excipit & audit, qualẽ eum omnes exiſtimant, cùm Prophetarum ſit ex reuelatione diuina intueri ſecreta: *ſciret vtique quæ, & qualis eſt mulier quæ tangit eum*. Infidelitatem & crudelitatem ſuam prodit. Infidelitas eſt, quia nec quidem Prophetæ nomine Chriſtum dignatur: quanto minus igitur illum pro Meſſya agnoſcat? Euthym. in Luc. Ignorabat quòd cùm Deus eſſet, propter peccatores homo factus erat. Sed & longè hallucinatur à Prophetarum conditione: quaſi nullus Prophetarum aut ad B peccatores ad pœnitentiam conuocandos venerit: aut illos, ad ſe proruentes vt viam ſalutis audirent, admiſerit. Sic enim ratiocinabatur. Nullus Propheta permittit ſe ab ea tangi, quam peccatricem eſſe cognoſcit: hic autem id ſibi fieri permittit, non eſt igitur Propheta. At verò quis Prophetarum non pœnitentiam prædicauit? Quis non ad peccatores à ſceleribus deterrendos, & ad viam reducendos venit? Quis, ſi redirent ad mentem, eos auerſatus eſt? Etſi nemo ſanæ mentis, & optimæ conſcientiæ congratulatur peccatoribus cùm malefecerint, eis tamen cõpatitur. An nõ Ionas etiam ad barbaram nationẽ venire iuſſus & coactus eſt? An nõ per cucurbitæ ſimilitudinem edoctus eſt, quantum peccatoribus ad meliora conuerſis condolere debuiſſet? Ion. 3. Tu doles, inquit Dominus, ſuper cucurbita exſiccata, in qua non laborasti, neque feciſti vt creſceret, quæ ſub vna nocte nata eſt, & ſub vna noC cte periit: & ego non parcam Niniue ciuitati magnæ, in qua ſunt pluſquàm centum viginti millia hominum, qui neſciunt quid ſit inter dextram & ſiniſtram, & iumenta multa? An non Nathan Prophetæ ex officio incubuit ad Dauid peccatorẽ venire, illum reducere, & ſpem pœnitenti ingerere? Verumtamen, inquit, Ecce Dominus tranſtulit peccatum tuum. Quid aliud vir Dei apud Hieroboam, 3. Reg. 13. cõtendebat, niſi vt illum ab idolorum impietate ad vnius Dei cultum auocaret, qui tanto abeſt vt vindictam deprecaretur, quòd ad ſecuram diuinæ miſerationis fiduciam pro manus illius, quæ exaruerat, reſtitutione Deum precatus fuerit. Grego. Nanz. orat. in ſancta lumina. Quid? Ne Dauidẽ quidem reſipiſcentem admittis, qui Propheticam quoque gratiam pœnitentia conſeruauit? Petrus Chryſol. ſerm. 94. D Phariſæe, quod conſpicis, non eſt ignorantia, ſed poteſtas: eſt diuini iudicij, non erroris humani. Phariſæe, erras, neſcire magis potuit ſi fuiſſet Propheta: quia Prophetia non eſt humani arbitrij, ſed muneris diuini. Vnde Propheta ſcit non quantum vult, ſed quantum dederit ille, qui tribuit Prophetiam. Baſilius hom. de pœnitentia, in vnum multa Prophetarum exempla congerit, quorum tota in dicendo & ſcribẽdo intentio fuerit, vt ad mentem peccatores reducerent. Hoc Hieremias nitebatur, cùm venturam Hieroſolymæ deſolationem prædiceret: hoc Eſaias, cùm filiam Syon à puluere excitaret: hoc Ezechiel, cùm clamaret, Conuertimini & viuite. Phariſaica igitur doctrina lõgè à ſcripturis, longiſſimè verò ab Euangelica doctrina diſcrepat. Quis infirmatur, inquit Paulus, & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego non vror? An igitur zelus tuus nequam eſt, quia Ieſus meus bonus eſt? Quis non fucum Phariſaicum videat? Quis enim Prophetarum non pœnitentiam prædicaE uit, facilémque ſe peccatoribus, vt eos lucraretur, reddidit? Eccl. 7. Ne deſis plorantibus in conſolatione. Iob. 30. Flebam, inquit, quondam ſuper eo qui afflictus erat. Immò Moyſes, Dele me, inquit, de libro vitæ, aut remitte eis hanc noxam. Tanto in peccatores ferebatur amore. Galat. 6. Conſidera teipſum, ne & tu tenteris. Ecce verò Phariſæus veraciter apud ſe ſuperbus, & fallaciter iuſtus, ægram reprehendit de ægritudine, medicum de ſubuentione, inquit Gregorius Papa: qui ipſe quoque elationis vulnere ægrotabat & laborabat: alter verò in febre carnis, & ſenſum perdiderat mentis. Sed inter hæc nos gemitus cogit quoſdam noſtri ordinis viros intueri, qui ſacerdotali officio prædiți ſi quid fortaſſè iuſtè exteriùs vel tenuiter egerint, protinus ſubiectos deſpiciunt, & peccatores quoſque in plebe poſitos dedignantur, eiſque compati culpam ſuam confitentibus nolunt: ac Phariſæi more à peccatore tangi deſpiciunt. Porrò ſemper neceſſe eſt, vt cùm peccatores quoſque conſpicimus,

Ignorantia et malitia Phariſæi. Euthym.

Prophetarum fuit ad pœnitentiã inducere.

Greg. Nanz. Pet. Chryſ.

Baſilius.

Greg. Papa.

nosmetipsos prius in illorum calamitate defleamus, quia fortassè in similibus aut F
lapsi sumus, aut labi possumus, si lapsi non sumus. 1. Cor. 10. Qui stat, videat ne cadat.

Pet. Chrysol. Petrus Chrysologus, serm. 94. Errat igitur longè mea quidem sententia Pharisæus. Mulieris malæ tactus vrit malè conscium, suspectum notat, hominem malæ voluntatis infamat. Cæterùm peccatrix fit bona, sancta, innocens, cùm tetigerit veniæ largitorem. Stercora contingunt, sed non inquinant solem: medicum, cùm tangit vulnera, putredo non polluit: iudicem quamuis tangat reus, non potest maculare cùm supplicat. Sic peccator cùm Dominum tangit, non Dominum sordidat, sed ipse & peccato caret omni, & rapit subitò sanctitatem. Probat hoc mulier in profluuio sanguinis constituta, quæ vt tangit fimbriam Domini, non fimbriam polluit: sed ipsa mox inquinamento vetustæ caruit passionis. Impius igitur Pharisæus iste, vt qui peccatricem à medico arcendam putet, sitientem à fonte, moribundam à vita, & G
hinc sibi prætextum quærat, quòd à peccatoribus Prophetæ & viri optimi abstinere debeant. Vnde non tantùm Christum Prophetam esse negat, sed & impuritatis notam inurit, & se iustũ sic arbitratur, vt se supra Christũ efferat, vt qui nunquam permissurus sit se à peccatrice tangi. Pientissimus verò Dominus huius causam suscipit: vt doceat peccatorem animũ non despõdere, etiamsi à quibusdam aut

Christus causam peccatricis suscipit. ieiunans, aut cilicium gerens, aut peccata sua confitens, aut alios producens pœnitẽtiæ fructus, à carnalibus hominibus, etiã à libertinis hæreticis rideatur. Addit igitur Euangelista, *Et respondens Iesus dixit ad illum, Simon, habeo tibi aliquid dicere.* Ancipitem quid velit retinens, etiam ad aures dictis arrigendas paratiorẽ reddit. Vocat ex nomine Simonem, ad conciliandam beneuolentiã. Potuisset enim vocare Pharisæum hypocritam & murmuratorem: sed nouit vt peritus chirurgus, quando lenibus & H
quando acribus remedijs vtendum sit: Suo hoc nos docens exemplo, vt opportunè & importunè increpemus & obsecremus errantes, vt ad viam veritatis redeant. Nec enim semper & vbique commoda est asperitas. *Habeo tibi aliquid dicere.* Parat attentionem ab vtilitate & fructu quæstionis, seu narrationis. quasi dicat: Quædã ego ad tuam vtilitatẽ allaturus sum. Proinde, *Ille ait, Magister dic.* Magistrũ vocat, quẽ Prophetam esse denegarat. Mos enim hypocritarũ est lenibus verbis aliquem prodere. Dixit ergo Iesus. *Duo debitores erant cuidam fœneratori: Vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Non habentibus illis Vnde redderent, donauit Vtrisque.* Rem ipsam attingit Christus, & quod Simon illi derogabat, sibi tamẽ inesse testatur. Docet enim se cordis secreta agnoscere, cùm murmur Pharisæi palàm faciat: proinde illum impiè gessisse, dicendo: Hic si esset Propheta, sciret vtique, &c. Cæterùm pro more pa- I

Vsus parabolæ Christo frequens. rabola vtitur, vt suo ipsius ore Simonem condemnet. Sic Nathan excitata de oue parabola, Dauidem ad reatus sui agnitionẽ deduxit. Sic Dauid Psal. 77. Aperiã, inquit, in parabolis os meũ. Id verò Christo fuit vsitatissimum, maximè cùm turbis loqueretur, Matth. 13. Porrò quatuor hac parabola insinuat. 1. Contractum in fœnerando: 2. Debitorum differentiam: 3. Impotentiam in soluendo: 4. & saluatoris quæstionẽ,

1. Fœnerator Deus. quis creditorũ plus diligat. Primò igitur fœnerator Deus est: 1. qui pro culpa momẽtanea pœnã æternã exigit, & pro donis gratiarum vitã æternam. Matth. 19. Quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, & ego veniens cum vsuris exegissem illã? 2. Aut fœnerator dicitur, quòd nos velit accepta gratia multiplices fructus fidei, pœnitentiæ, & bonorum operum illi reddere. Proinde nisi pietatis fructus illi persolue-

2. Debita peccata. rimus, peccatum incurrimus: per quod & illi debitores sumus. 2. Debita igitur sunt K
Tertullian. Pet. Chryso. peccata, inquit Tertullianus lib. de oratione, quòd perinde iudicio debeatur, nec euadat iustitiam exactionis, nisi donetur exactio. Petrus Chrysologus, ser. 49. Vis scire homo quid Deo debeas? Quòd factus es, Dei creditũ est: quòd es rationis capax, Dei fœnus est: quòd discretionẽ mali malignè possides, accepisti: & quòd viuẽdi normã acceperis, per chirographũ legis, stipulanti Deo spopondisse te non potes diffiteri. Sed dũ per vitia carnis, in lutũ instar suis demergeris, & diuinæ legis substantiã dissipas, factus es glorioſi fœnoris debitor luctuosus, cui deficientibus virtutum lucris criminum multiplicatur vsura. 3. *Duo debitores sunt* Maria & Pharisæus. Is qui denarios quingentos debebat, Maria est, quæ multum peccauerat. Is qui quinquaginta, Simonẽ significat: nõ quasi parum peccasset, sed quòd se parũ peccasse arbitraretur. Pharisæorum enim omnium est se iustos esse arbitrari. 4. *Neuter habet Vnde reddat,*

quia

A quia nemo ex se potest vel pro minimo peccato satisfacere. 1. Cor. 4. Quid enim habes homo quod non accepisti? Esa. 26. Omnia opera operatus es in nobis Domine. 5. *Donat vtrisque.* 1. Tempus ad pœnitentiam. Rom. 2. An ignoras, ô homo, quòd Dei benignitas te ad pœnitentiam adducit? 2. Pretium ad redemptionem. Gratis enim venundati estis, & gratis redimemini. 3. Gratiam ad exercendos pœnitentiæ fructus. Nemo enim venire potest ad me, ait Christus, nisi pater, qui misit me, traxerit eum. 4. Charitatem ad merendum vitam æternam. Rom. 6. Charitas diffusa est in cordibus nostris. Bernardus ser. 1. de annunciatione beatæ Mariæ. Testimonium enim conscientiæ verum est, inquit, cùm Spiritus sanctus testimonium perhibet spiritui nostro. Porrò hoc testimonium in tribus consistere credo. Necesse est enim primò

B omnium credere, quòd remissionem peccatorum habere non possis, nisi per indulgentiam Dei. Deinde quòd nihil prorsus habere queas operis boni, nisi & hoc ipse dederit. Postremò, quòd vitam æternam nullis potes operibus promereri, nisi gratis tibi detur & illa. Quis enim potest facere mundum de immundo conceptum semine? Nonne qui solus est mundus? De operibus quoque bonis certum omninò est, quòd nemo illa habeat à seipso. Nam si stare non potuit humana natura adhuc integra, quanto minus poterit per seipsam reparari? Vnde ergo satisfactionis nomen, dixerit aliquis? Et hanc tamen ad perfectam pœnitentiam requiri audimus ab Ecclesia. An verò potest quis satisfacere pro peccato? Audiendus sanè Dominus est, qui dixit, *debitores non habere vnde reddant*: nec interim contenendus est Ioannes, qui ait, Facite dignos fructus pœnitentiæ. Est ergo satisfactio alia redemptoris propria,

C cùm sit agnus Dei qui tollit peccata mundi, per quem habemus accessum ad patrẽ, Ephes. 2. & Deo reconciliamur, Ro. 5. Est enim propitiatio pro peccatis nostris, 1. Ioan. 2. Est & alia fidelium pœnitentium cõmunis satisfactio, quam Christus his verbis notabat, Matth. 11. Si in Tyro & Sidone factæ essent virtutes, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent. Idcircò ait Iob, (cap. 42.) Me reprehẽdo, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere. Hoc iudiciũ est, quod de nobis ipsis facere debemus. 1. Cor. 11. Si enim nosmetipsos iudicaremus, non vtique iudicaremur. Dum autẽ iudicamur, à Domino corripimur, vt non cũ hoc mundo damnemur. Hieron. in Epi-

Hieronym.

taphio Paulæ ad Eustochium, Epist. 27. Affligendum est corpus, quod multis vacauit deliciis, longus risus præpeti compensandus est fletu, mollia linteamina, & serica pretiosissima, asperitate cilicij cõmutanda. Defluant oculi lachrymas, qui mascu-

D lũ simpliciter non aspexerunt. Pallescat facies, quæ quondã viruit impudicè. Denique totũ corpus incuria maceretur, cinere aspersum & opertũ cilicio perhorrescat, quia malè sibi de pulchritudine placuit. Cor verò sit liquescẽs sicut cera ieiuniis, inquietãs seipsum, & cogitationibus ventilans, quare sit ab inimico subuersum. Sensus etiã crucietur, quia in mẽbra corporis cùm haberet dominationẽ, malo cessit imperio. Talis vita, talis actio pœnitentiæ si fuerit perseuerans, audebit sperare, & si non gloriã, certè pœnæ vacuationẽ. Dicit enim Deus, Zach. 1. Cõuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Ioel. 2. Conuertimini ex toto corde vestro, in ieiunio, fletu, & plãctu, & scindite corda vestra, & non vestimẽta vestra, quoniã pius & misericors sum. Sic conuersus magnus ille Dauid iustificatus est: sic Niniue peccatrix illa ciuitas, incumbentẽ sibi euasit interitũ. Quid ergo sibi volunt in omne peccati genus effrænes

E hæretici, cùm satisfactionẽ à pœnitentia excludunt? An non Audianorũ hæresim renouant, non modò illa contẽpta, sed & minutorũ tantùm peccatorũ remedia quærentes in suis conciliabulis, flagitiorum autẽ suorum sententiã operientes? Theodoretus lib. 4. Hæreticarũ fabularũ: Audiani, inquit, postquàm sacros libros, vnà cũ adulterinis bipartitò diuiserint (eos enim mirũ in modũ arcanos & mysticos existimant) & hinc & illinc per versus posuerint, iubent vnumquẽque inter eos trãsire, & quæ à se peccata sunt, cõfiteri: deinde confessis donãt remissionẽ, non tẽpus ad pœnitentiã, vt iubent leges Ecclesiæ, præscribentes, sed sua potestate condonantes. Scientes autem, qui transeunt, id quod agitur ludum esse, vera quidem peccata celant: quædam autem parua & ridicula dicunt, quæ etiam dicere vereretur aliquis, nisi eadem, qua ipsi, amentia laboraret. Et vtrumque sanè Gnostici nostri temporis faciunt. Friuola enim effutiunt, & in genere se peccatores ore tenus clamant, verùm nullũ suorum facinorum explicant: nec tempus ad pœnitentiã ab Ecclesia præscriptum,

Nemo ex se potest satisfacere.

Quid Deus donet peccatori.

Bernardus.

In quibus cõsistit testimonium bonæ conscientiæ.

Vnde satisfactio.

Quotuplex sit satisfactio.

Satisfactio pars pœnitentiæ.

Audianorum hæresis.

Theodoret.

quo ſatisfactio fiat, agnoſcunt. Tam leuis momenti apud eos pœnitentia eſt, vt ſolo motu capitis, ſola oris apertione ad remiſſionem ſuorum ſcelerum opus eſſe arbitrẽtur. Etſi enim pro pœna æterna ſolus Chriſtus ſatisfecit: non tamen nos à temporali cruciatu exemit, & ita cõſtituit, quaſi nec cooperatores eſſe, aut ſimul cum ipſo pati debeamus. Chryſoſto. hom. 80. ad pop. Antiochen. Totam, inquit, vitam in peccatis abſumpſi: & ſi pœnitentiam egero, ſaluabor? Maximè quidem. Vnde conſtat? Ex Domini clementia. Ne tuæ confidas pœnitentiæ. Tua namque pœnitentia tanta nequit peccata delere. Si ſola foret pœnitentia, iure timeres: ſed poſtquàm cum pœnitentia cõmiſcetur Dei miſericordia, confide, quoniam tuam vincit nequitiam. Multũ enim eſt miſericors Deus, & tantum clemens, vt neque filio pepercerit, vt ingratos ſeruos redimeret. Itaque non habent debitores vnde Deo reddant, non habent vtique à ſeipſis, ſed à Deo, quod rependant pro æterno debito. *Donat* autẽ Deus *fœnerator*, & Chriſtum, & gratiam: quinetiam donat & pœnitentiæ tẽpus, & lachrymas, cæteráque omnia ad pœnitentiã verã neceſſaria. Num interim vt tẽpore, oblata gratia, conuerſionis occaſione, modíſque oblatis quibus reconciliemur, abutamur? Abſit. Gregor. lib. 4. Cõment. in 1. Reg. cap. 4. in hæc Samuelis verba ad Saulẽ, Ecce quod remanſit, pone ante te. Remanſit quidẽ, inquit, quia non omnia noſtra Chriſtus expleuit. Per crucẽ quidem ſuã omnes redemit: ſed remanſit vt qui redimi, & regnare cũ Deo nititur, crucifigatur. Præceſſit Chriſti crux, noſtra conſequitur. Præceſſit prima illa per Chriſtũ ſatisfactio, conſequitur & noſtra. Satisfactionis enim noſtræ nulla prorſus vtilitas emergeret, niſi à Chriſti ſatisfactione penderet. Vnde & ille nos ad crucem, & comitatum ſuum inuitabat, dicens, (Matth. 16.) Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucẽ ſuã, & ſequatur me. Ideò & Petrus, (1. cap. 2.) Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplũ, vt ſequamini veſtigia eius. Etſi verò hæc noſtra ſatisfactio fiat de bonis Dei & Chriſti eius (quid enim habes homo, quod non accepiſti? 1. Cor. 4.) habet tamen ſeruus hæc bona, quæ Dominus ei gratis ex amore conceſſit: quorum per accidens ſeruus Dominus eſt ex indulto Domini, perpendentis bonam noſtrã voluntatẽ. Ideò & idem ipſe Dominus nos ad pœnitentiam vocat, ad fructus dignos, ad crucem, ad ſaccum, cinerẽ, ieiunium, eleemoſynas, pietatis opera, cæteráque omnia pœnitentiæ exercitia. Baſilius hom. 1. de laudibus ieiunij. Per ieiuniũ, inquit, ſatisfacite Deo. Sed & Tertullianus lib. de pœnitentia, Offendiſti, inquit, ſed reconciliari adhuc potes. Habes cui ſatisfacias, & quidem volentẽ. Id ſi dubitas, euolue quæ ſpiritus Eccleſiis dicat. Deſertam dilectionem Epheſiis imputat (Apoc. 1. & 2.) ſtuprum & idolothytorum eſum Thyatirenis exprobrat, Sardios non plenorum operũ incuſat, Pergamenos docentes peruerſa reprehendit, Laodicenos fidentes diuitiis obiurgat: & tamen omnes ad pœnitentiã commonet, ſub comminationibus quidem. Et ibidem. Satisfactio confeſſione diſponitur, confeſſione pœnitentia naſcitur, pœnitentia Deus mitigatur. Cyrillus Hieroſolymitanus catech. 2. Satisfactionẽ nuncupat carnis afflictionẽ. Eſt & reſtitutio rei alienæ, ſatisfactio quædam, qualis & hæc quã Zachæus pollicebatur, dicens: Dimidium bonorum meorũ, Domine, do pauperibus, & ſi quẽ defraudaui, reddo quadruplũ, Luc. 19. Ambroſius ſer. 15. Nullum enim tam graue delictum eſt, quod non purgetur abſtinentia, eleemoſynis extinguatur. Ait enim ſanctus Propheta, Eccl. 3. Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna delet peccatũ. Interim hæc omnia Dei dona ſunt. Gregorius Nanzan. orat. 16. de paupertate fouenda: Da, inquit, omnia, da parũ: nunquã Dei magnificentiam ſuperabis, etiamſi cuncta quæ poſſides, relinquas, etiãſi teipſum adiicias. Deo enim dare, accipere eſt: & nihil dabis proprium, quoniam omnia ſunt à Deo. Sic *donauit vtriſque*, non modò debitum ipſum, ſed & debiti perſolutionem: quoniã ipſi adeò pauperes & egentes ſumus, vt à nobis nihil quaſi à nobis habeamus vnde reddamus. Ita caſu demũ à Chriſto propoſito, quæſtionem format, vt ex iis quæ nobis vſuueniunt, id quod vult, colligat, dicens: *Quis ergo* duorum illorum debitorum *eum* fœneratorem, qui vtrique debitori donauerit, *magis diligit*, id eſt, tenetur diligere? *Reſpondens Simon dixit*, *Æſtimo*. Ita ſobriè loquitur, timens ne propriis verbis à Chriſto conuincatur: *quia is*, ad maiorem dilectionem & obſequium obligatur, *cui plus donauit* gratis fœnerator, cùm poſſet exigere modis omnibus pecu-

Deimiſericordia concurrit ad pœnitentiã.

Chryſoſt.

Gregorius.

Noſtra ſatisfactio pendet à Chriſti merito.

Baſilius.

Tertullian.

Cyrillus.

Ambroſius.

Greg. Nanz.

A pecuniam suam. Istud nimirùm in rebus humanis maximè verum est, vbi amor ex acceptis beneficiis emergit sæpiùs: vnde fit, vt quo maiora dona sunt, eo maior obligatio consequatur. *At ille dixit ei, Rectè iudicasti.* Iam suo ore constringit Simonem, qui mos Christo familiarissimus erat. Sic Matth. 23. Herodianos: Cuius est imago hæc & superscriptio? Et Pharisæos: Baptisma Ioannis vnde erat? Et rursus: Christus cuius filius est? Suo autem nos exemplo Christus docet, vt veritatem, à quocumque dicatur, amplectamur. Sic de Pharisæis monuit, vt quodcunque dixerint nobis, faciamus. *Et conuersus ad mulierem.* Dionysius Carthusianus in Luc. Hoc de duplici conuersione potest intelligi. Nam & spirituali ad eam per maiorem gratiæ infusione conuertit. Vnde & Gregorius in homil. Quid mire- Dio. Carthus. Gregorius.

B mur, fratres, inquit, Mariam venientem, an Dominum suscipientem? Suscipientem dicam, an trahentem? Sed vt verius fatear, & trahentem dicam, & suscipientem. Ipse enim ad pœnitentiam traxit intus, qui per mansuetudinem suscepit foris. Fuit & externa conuersio Christi ad mulierem, cùm oculos in eam direxit, non modò vt non despiciendam, sed & attendendam esse moneret. *Dixit Simoni*, vt quod generaliter assumpserat, iam ad rem accommodaret. *Vides hanc mulierem.* Vide scilicet, quam aspicere dedignaris. Vide sexum mollem & fragilem, qui tumorem mentis tuæ deprimat. Mulier est, sed virilem, immò Angelicum tandem animum sortita: vt quo magis abundauit delictum, eo superabundet & gratia. *Intraui in domum*

C *tuam*, non vltrò, sed inuitatus à te, ex quo fit, vt & hospitali liberalitate donari debuerim. Et tamen *aquam pedibus meis non dedisti.* Poteram alioquin tibi meam præsentiam & colloquium denegare: tu verò ne hospitalitatis quidem minimum exhibuisti. Cùm enim mos Palæstinis sit aquam pedibus lauandis præbere, tu ne quidem id præstitisti defesso, & ei quem nudis pedibus satis longum iter confeciisse prospicis. Et quidem hoc obsequio Abraham & Loth Angelos exceperunt, Genes. 18. & 19. Quin & Gen. 24. Laban aquam porrexit, lauandis pedibus camelorum & virorum, qui cum Abrahæ seruo aduenerant. Tu verò non tantùm huic officio defuisti, sed & in mulierem murmuras, quæ lachrymis, quas habet pretiosissimas & vberrimas, *rigauit pedes meos*: cùm tamen lachrymæ ab interiori trahantur, nec tam in prõptu habeantur. *Et capillis suis tersit.* Quo manifestum est, quantũ nunc omnem ornatum, fastum, omnes denique delicias contẽnat, in quibus priùs sibi cõplacebat. *Osculum* Ingratitudo Pharisæi, & antithesis illius cũ peccatrice.

D *mihi non dedisti*, quod & amicis & parentibus & hospitibus aduenientibus exhibetur: quo etiã modo Christus discipulos suos excipiebat. *Hæc autem ex quo intrauit*, & ad me procubuit, *non cessauit osculari pedes meos*, abiectissimam alioquin humani corporis partem. Ita & suã in me dilectionem, & humilitatem prodidit. *Oleo caput meum non vnxisti*, cùm tamen & huic vsui oleum proferatur, sed & pretiosissimus iste liquor à muliere prolatus capiti magis quàm pedibus congruere videatur. Ita Christus vrget pietatis, & veræ satisfactionis opera ad perfectam & consummatã istius peccatricis pœnitentiam. Ex quo fiat, vt & remissionẽ peccatorum consequatur. Adiicit enim: *Propter quod* pietatis & satisfactionis officium, etiam iuxta sententiam tuam, *dico tibi, Remittuntur ei peccata multa* à fœneratore Deo, *quia dilexit multum*, & se benefactori gratissimam ostendit. Prodidit enim ipsis externis operibus, intimæ suæ dilectionis feruorem. 1. Pet. 4. Charitas enim operit multitudinem peccatorum. 1. Ioan. 3.

E Sic nos translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Col. 3. Super omnia igitur charitatem habete, quod est vinculum perfectionis.

Verùm hîc occurrit quæstio. Suprà enim Christus asseruit ideò quemquam plus diligere, quia plus condonatum est ei: hîc autẽ oppositum inferri videtur, cùm dixit, ideò dimissa esse peccata multa, quia dilexit multum. In parabola scilicet innuit, quòd remissio peccati sit causa magnæ dilectionis: nunc verò è conuerso inferre videtur, quòd magnitudo dilectionis, remissionis peccatorum causa sit. Denique si remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum, dilectio igitur remissionem præcedit, sicque in eodẽ erunt peccatũ mortale & charitas. Diony. Carth. in Luc. Ad ista ergo dicendum, quòd dupliciter dicitur peccatũ remitti. Aut enim remittitur quantũ ad culpam, aut quantũ ad pœnam. Itaque cùm dicitur remissio præcedere dilectionem, intelligi debet remissio peccati quantũ ad culpã: cùm autem dicitur & ipsa remissio consequi dilectionẽ, intelligendum est quantum ad pœnam. *Quæstio quomodo ideò plus diligit, quia plus ei donatũ est: & ideò remittuntur peccata, quia multũ diligit.* Dio. Carthu. *Dupliciter dicitur peccatum remitti.*

Hanc enim remissionem præcedit & efficit magna dilectio, non obstante, quòd ex F
remissione maioris culpæ maior oriatur dilectio, quantum ad actum amandi: loquẽ-
do de vna, atque frequenti causa maioris dilectionis, & cæteris partibus. Frequenter
enim contingit, vt qui grauiùs se peccasse recordãtur, feruentiores fiant, atque Deo
obsequentiores: dicente Apostolo, (Rom. 7.) Vbi abundauit delictum, superabun-
dat & gratia. Non tamen est consequens, nec Christus vult dicere, quòd semper
plus diligant, aut gratiam possideant ampliorem, quibus plura condonata sunt pec-
cata. Non enim latro crucifixus cum Christo, & veniam consecutus, feruentior fa-
ctus est Petro, aut Ioanne, aut Iacobo: nec aliquis horum virgine glorioſa, cui nul-
lum actuale peccatũ vnquam remissum est: quia non sola peccati receptio, aut do-
ni acceptio auget amorem, præsertim de diuino amore, qui interdum è sola Dei
bonitate quibusdam perfectior intensiórque præstatur. Vnde Christus nunc lo-
quitur de causa amoris & eius effectu, prout ad suum congruebat propositum, ad G
reprimendum Pharisæi errorem: nimirùm in collatione duorum, Peocatricis scili-
cet, & Pharisæi.

Quidam verò ad ista aliter responderunt, dicentes, quòd quædam est dilectio, re-
missionem culpæ præcedens, & quædam hanc sequens: quia in iustificatione impij
Tria in impii iustificatione. tria sunt, scilicet primariæ gratiæ infusio, vtpotè fidei, spei, & charitatis: cordis quo-
que contritio, & culpæ remissio. Et quamuis hæc tria simul sint tempore, non tamẽ
causalitate. Nam infusio gratiæ est causa contritionis, & contritio est causa remissio-
nis culpæ. Itaque patet, quòd primaria dilectio præcedit remissionem peccati, cùm
neque contritio sine dilectione sit: sed & fides, spes & charitas contritionem peperis-
se videantur. Est autem & alia dilectio, quæ sequitur remissionem. Cùm enim anima
sentit se sancto Spiritu aspiratam, creditque probabiliter culpam sibi à Deo dimis- H
sam, amplius diligit, & magis mouetur ad benè agendum: & fortè secunda ista di-
lectio est præcedentis augmentatio, causata ex consideratione remissionis præce-
dentium peccatorum. Ergo de primaria intelligitur, quod dicitur, *remittuntur ei pec-
cata multa*: de secundaria autem locutus est Pharisæus, *Æstimo quia is* plus diligit, *cui
plus donauit*. Constat ergo quòd Maria, ceu quilibet pœnitens, dilectionem Dei pri-
mariam & gratiam priùs habuit, quàm remissionem peccati, non prioritate tempo-
ris, sed causalitatis, præsertim in genere causæ formalis, cùm naturaliter prius sit esse
gratiæ, sicut & cuiuslibet rei, quàm suum agere. Et ita prius est esse gratiæ, quàm
Gorranus. Th. Aquin. suum officium oppositum, puta peccatum expellere. In eam venit sententiam Gor-
ranus in Luc. & idem in prima secundæ D. Thomas Aquinas asserit: Nimirùm I
quòd iustificatio passiua impij, est motus eius ad iustitiã, quemadmodũ passiua cale-
factio est motus ad calorem. Deinde ostendit, quòd ad iustificationem hanc requi-
ratur infusio gratiæ, & motus liberi arbitrij ad consensum, acceptationémque gratię
infusæ, & motus fidei, motus etiam charitatis, sine qua nihil meritorium extat, si-
múlque motus liberi arbitrij contra peccatum, renitendo ei, & fugiendo ipsum. Po-
Quomodo fiat iustificatio. stremò exigitur remissio culpæ, quia per hoc motus iustificationis completur, quod
culpa remittitur. Asserit quoque Thomas, quòd licet iustificatio impij fiat in instan-
ti, nihilominus inter ea iam dicta, quæ ad eam requiruntur, talis est ordo, vt naturali
ordine prior sit infusio gratiæ, deinde motus liberi arbitrij in Deũ, ceu in gratiæ ac-
ceptionem, tertio loco sequitur motus liberi arbitrij contra peccatum: remissio au-
tem culpæ est vltimum, quod ad ipsam ordinatur. Verumtamen ex parte hominis, K
prior est remissio culpę, quàm infusio gratiæ, secundum viam generationis. Oportet
enim impedimentum auferri ante introductionẽ oppositi. Hæc omnia S. Thomas
circa finem præallegatę Summæ pulchrè declarat, quæ breuitatis gratia omittimus.
Albert. Caietanus. Eadem etiam habet Albert. Magnus in Luc. Thomas de Vio Caietanus in Luc.
Inuersa, inquit, conclusio infertur. Nam ex dictis inferendum erat: Quoniam re-
mittuntur peccata eius multa, ideò diligit multum: & tamen infertur, quòd quia di-
lexit multum, ideò dimittuntur peccata eius multa. Solutio est, quòd hæc duo
conuertibiliter sese consequuntur: & propterea licet vtrumque inferre, & v-
Dilectio quomodo sese habet ad remissionem. trumque Iesus intulit. Multa remissio & multa dilectio mutuò sese inferunt: &
similiter parua remissio, & parua dilectio. Sed & vltra hoc docuit Iesus in his
verbis rationem causalitatis, quòd scilicet dilectio est causa remissionis velut

perfi-

perficiens, remissio autem est causa dilectionis velut disponens. Disponimur enim ad amandum benefactorem ex accepta remissione debiti: sed non perficitur in nobis peccatorum remissio (vtique in ratione pœnæ) nisi diuina charitate infusa. Neque intelligeremus similitudinem debitarum pecuniarum, per omnia currere cũ remissione peccatorum, mutauit Iesus causalitatem. siquidem per remissionem creditæ pecuniæ, sic disponimur ad amandum, vt amor non perficiat remissionem, sed sequatur ad eam ex nostra voluntate: at verò peccatorum remissio non perficitur nisi in dilectione, quæ etiam ex Deo est magis quàm ex nobis. Et propterea Dominus intulit, remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Vbi etiam nota non esse dictum, quòd dilexit multoties, sed multum: vt hinc discas ad centum peccata eluenda non exigi centum actus dilectionis, aut contritionis: quoniam semel diligere multum, delet innumerabilia peccata. Pet. Chrysologus ser. 94. Quid autẽ, inquit, est quod dixit, *Cui minus dimittitur, minus diligit*? Ergo peccandum satis est, vt maior charitas comparetur? Absit. Charitas de præteritis subuenit, non liberat de futuris: charitas nescit peccare, cùm diligit: charitas non est charitas, si delinquit: charitas Dei custos est sanctitatis. Hoc enim annunciat Apostolus. Charitas, inquit, non agit perperàm, non æmulatur, &c. Beda lib. 3. in Luc. Quid enim esse credimus dilectionem, nisi ignem? & quid culpas, nisi rubiginem? Incendit ergo peccati rubiginem, quia ardet validè per amoris ignem. Tanto namque amplius peccati rubigo consumitur, quanto peccatoris cor magno charitatis igne concrematur. Chrysostomus Paræneticapriore ad Theodorum lapsum, seu libr. de reparatione lapsi: Quoniam autem, inquit, confessum esse peccata magnum affert solatium: quantum putas allaturum per opera diluisse? Nisi sic foret, & à recto cursu semel deflectentibus pateret reditus, quotus tum quisque ex tot hominũ millibus in cœlum rediisse videbitur? Atqui maximè refulgentes inueniemus post lapsus enormes, qui magnum impetum in malitia præ se tulerunt, eundem rursus adhibuerunt sæpenumerò rebus optimis, perpensis apud se debitis, quibus erant velut obærati per sua ipsorum malefacta. Quod & Christus ipse illustre reddidit, vbi Simoni de muliere respondet, *Vides hanc mulierem*? &c. Non temerè dico tibi, *remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum*. Cæterùm *cui parum dimittitur, is parum diligit: eique dixit, remittuntur tibi peccata tua*. Quare aduersarius, cùm his rebus cognitis planè intelligit eos, qui malefacta quantumlibet immania perpetrarunt, vt primùm cœperint pœnitere, quòd maiore studio id faciunt, tanquam cõscij delictorum suorum, vehementer timet ac formidat, nequando rem exordiantur. Gradu enim facto, ampliùs retineri nequeunt: conflagrant per pœnitentiam, tanquam vehemens ignis, & auro puro animas suas puriores efficiunt, tanquam vento rapido conscientiæ, ac memoria præcedentium peccatorum, in virtutis portum conuehuntur. Et hoc est quod peccatores plus possident, quàm qui nunquam ceciderunt: quoniam maiore alacritate reditum tentant, modò tantùm rẽ, vt sic dixerim, auspicentur. Nã arduum est & difficile fastu, posse ingredi cliuum primum, & vestibula contingere pœnitentiæ, & inimicum illic exsufflantem ignem, & imminentem abigere, atque prosternere: ille autem tanto furore deinceps non digrassabitur, semel exuperatus: vnde & ex ea re fortis est, qui cecidit. Itaque non absolutè intelligenda est hæc sententia, quia ex omnibus hominibus nemo magis diligat, quàm qui multum peccauerit: sed comparatione inter peccatores ad Deum conuersos facta, illius maior & obligatio, & nonnunquam obligationis agnitio consequitur. Nimirùm habemus Paulum eapropter seipsum deiicientem, vt inhabitet, inquit, in me virtus Christi. Ita cæteris paribus componenda est hæc conclusio. Chrysostom. libr. 2. de compunctione cordis, ex eo loco obseruat, plurimum nobis etiam post remissionem peccatorum conducere, si anteacta peccata cum horrore in memoriam reuocemus, & tanquam nuper admissa lugeamus. Ita enim, inquit, animæ arrogantiam frangemus, frequentiùs eam de malis suis, & de vitiis commonentes: & cautela nobis, ne vltrà in eadẽ delicta incidamus, acrior enascetur. Sic enim & Paulus commemorat, quæ per ignorantiam commissa, gratia baptismi & confessio fidei aboleuerat. Sed & si illa adducantur ante oculos, & animæ verecundiam incutiunt, & eam ad amorem eius, qui tam multa & tam magna concessit, prouocant. Sic enim Simonem

Pet. Chryso.

Beda.

Chrysosto.

Cur pœnitentia sit difficilis.

Chrysostom.

Memoria peccatorum post remissionem.

Augustin. rectè respondisse testatus est, quòd is plus diligat, cui plura donata sunt. Augustin. F
lib.5.Hom.serm.23.ita docet intelligendum, *cui parum dimittitur*, id est, is qui non ita
seipsum diiudicat, quasi Dei debitor non sit, quantumuis iustus, quomodo de se
Pharisæi præsumebant: sed à seipso acceperit, vt resisteret tentationi, aut non seque-
retur peccatum aliquod: ille *minus diligit* Deum fœneratorem. Transfert enim in
seipsum dilectionem quæ Deo debetur. Hoc, ait August. tibi dicit Deus tuus. Re-
gebam te mihi, seruabam te, locus & tempus defuit: vt hæc deessent, ego feci. Agno-
sce ergo gratiam eius, cui debes & quod non admisisti. Sic quo magis illum diligi-
mus, illo magis & nos eius debitores esse cognoscimus. *Dixit autem ad illam*, iã con-
uicto Simone proprio iudicio: *Remittuntur tibi peccata tua*, quoad culpã & pœnam, vt
Absoluta potentia. ex superioribus audijmus. Quæ quidem Christus tunc sine sacramentis operabatur,
Albertus. nunc autem illorum ministerio, & clauium vsu perficit, vt scribit Albert. Magnus. G
Bonauent. Idem concludit Bonauentura in Luc. Pœnam enim huic mulieri donari scribit, se-
cundum quod petebat Manasses, 2.Par. vlt. Peto rogans te Domine, remitte mihi,
remitte mihi, ne simul perdas me cum iniquitatibus meis, neque inæternum reser-
ues mala mihi. Hanc remissionem Christus sua virtute donauit. Matth.9. Vt autem
sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra remittendi peccata, dixit Para-
lytico, Remittuntur tibi peccata tua. Act. 10. Huic omnes testimonium perhibent,
remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes qui credunt in eum. Est
enim absoluta hæc donatio: nec aliundè, id est, alterius se authoritate peccata re-
mittere, docet. Nec minus diuinum hæc verba sonant effectum, quàm quæ in rerum
creatione legimus, cùm dixit Deus, Fiat lux, & facta est lux.

Ouid. Meta. *Iussit & extendi campos, subsidere valles.* H

Hoc autem illa intersunt, quòd in rerum creatione, nullius quàm Dei voluntas, in
peccatoris autẽ reparatione, ipsius peccatoris affectus, humilitas, & consensus re-
quiritur. Vbi nec minus est peccatorem iustificare, quàm hominem ab initio crea-
Quid nostrum quid Dei. uisse. Vtrobique diuina potestate opus fuit. *Remittuntur*, ait. Tua sunt peccata, sed
mea est remissio. Peccatum abiecisti, & remissionem exoptasti: ideò scilicet huc ad
me venisti. Quis autem ad Deum accessit, & confusus abijt? Eum qui venit ad me,
non eijciam foras. Ideò fruere votis tuis. Remittuntur tibi peccata tua. Poterat di-
cere, Ego remitto: sed maioris maiestatis est istud verbum, *remittuntur. Et cœperunt qui*
simul accumbebant, dicere intra se. λέγειν ἐν ἑαυτοῖς, ancipitem sensum habet. Accipi enim
potest, *intra sese*, vt cogitarint duntaxat, aut *inter sese*, vt collocuti sint. Vtrumque ni- I
mirùm verum esse potuit, quòd & cogitarint, & inter sese de Christo dixerint: *Quis*
est hic, qui etiam peccata dimittit? Hoc & alij dixerunt, quãdo Paralyticum curauit. Sunt
qui hæc per admirationem dicta esse putent, alij per contumeliam, quasi Christo
blasphemiã irrogantes: & vtrumque sanè fieri potuit, sed à diuersis: nimirùm vt qui
Christum honorabant, inducti peccatricis pœnitentia, stupendam gratiam & beni-
gnitatem eius attenderent, qua peccatricẽ consolaretur, & liberam solutámque re-
mitteret. Qui verò illum calumniabantur, hoc obtendebant, quod Dominus Deus
Christus aliter vt Deus, aliter vt homo remisit peccata. apud Esaiam (cap.44.) dicit: Ego sum, Ego sum, qui deleo iniquitates propter me.
Quasi verò nec Christus vt homo, ita & verè Deus esset, & æqualem cum patre po-
testatem non haberet. Erroris occasio est, quòd Christi diuinitatem ignorant: eique
conuenire duobus modis peccata remittere, ministerialiter quidem vt homini, au- K
Maximus. thoritatiuè verò, vt Deo. Maximus Centuria 1.cap.62. Formam enim fiduciam spe-
randi Deificationem (sed & cætera quæ nobis in Christo bona promittuntur, quale
est & peccatorum remissio) dat humanæ naturæ ipsa per Deum humanitatis assump-
tio. Parũ est testam agnoscere, nisi in testa sit oleũ & lux: parum Christum hominẽ
credere, nisi simul & diuinitas credatur, qua illuminantur abscondita tenebrarum
nostrarum. *Dixit autem ad mulierem.* Non enim respondit ad cogitationem illorum
Gregorius. peruersam: quia, vt scribit Gregorius, cœlestis medicus ægros respuit, quos de medi-
camine deteriores fieri videt. Veruntamen non sequitur quòd Christus non respon-
derit illis, quamuis Euangelista non scribat. Multa enim fecit & dixit Saluator, quæ
nullus Euangelistarum conscripsit: immò eorum quæ & operatus & locutus est,
pauca scripserunt, vt Euangelica legenti volumina eluceseit. *Fides tua*, non quidem
mortua, sed viua, nimirùm quæ per charitatem operata est, qua mihi prædicanti

credi-

credidisti, spem veniæ concepisti, & tot holocausta obtulisti: *te saluam fecit*. Formaliter, inquit Albertus in Luc. Ego autem vt Deus, causaliter & efficienter. Dionys. Carthus. in Luc. Hoc est, merito fidei tuæ, à peccatis tuis es liberata. Vnde in Actis Apostolorũ fertur de Deo, (c. 15.) Fide purificans corda eorum. & Paulus, (Heb. 11.) Sine fide impossibile est placere Deo. Nam fides est fundamentum principiúmque virtutum, & per ipsam mens primò coniungitur Deo. Nec obstat quod paulò antè Christus asseruit, huic mulieri multa peccata dimissa esse, quia dilexit multum: siquidem ad eundem actum virtuosum multæ virtutes concurrere possunt. *Vade* nunc libera, & à peccatis soluta, nihil sollicita quid isti dicant, cùm assequaris quod totis votis optabas. Seu *vade in pace*. hoc est, in iustitia, vt interpretatur Theophilactus. Pax enim iustitia est, sicut & peccatum inimicitiæ cum Deo. Ita non contentus est remisisse peccata, nisi adijciat & operationem boni. Vade in pace, hoc est, fac ea quæ te Deo concilient. In pace pectoris, & conscientiæ, quam tandem nullum ad damnationem remordeat peccatum: & hanc quidem pacem sectare, vt ne rursus in anteacta te crimina præcipites. Rom. 5. Iustificati ergo ex fide pacem habeamus ad Deum. Hæc est pax vera, fructus spiritus, vt scribit Paulus, Gal. 5. quæ pacat conscientiam. Philip. 3. Pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra & intelligentias vestras. Beda lib. 3. in Luc. In pace autem ire præcipitur, vt à veritatis itinere in viam scandali vlteriùs non deriuetur. Duo hîc discimus: Vnum est, quàm necessaria nobis sit fides ad peccatorum remissionem: Alterum, quanta diligentia cauendum tandem sit, ne in priora peccata labamur. Chrysostomus Epist. parænetica ad Theodorum lapsum, seu de reparatione lapsi. Nam finge, inquit, si lubet, aliquem vniuersa malitia redundantem, qui patrarit omnia quæ à regno excludunt: is, vt demus, non sit extra fidem, sed fidelis aliquando fuerit, acceptúsque Deo: postea verò factus scortator, adulter, mollis, pædico, fur, ebrius, calumniator, aliáque id genus flagitia sedulò committat, equidem illi non ero desperandi author, neque si perseuerauerit ad extremam vsque senectam, cum infandis illis, maximísque vitijs. Quòd si morbus esset ira Dei, non iniuria quis à spe decideret, perinde atque concitata tantis facinoribus flamma deinceps restingui nequeat. Quòd autem accepta peccatorum remissione cauendum sit, ne rursus, vt canes ad vomitum, redeamus, confirmat idem Chrysostom. lib. 1. de compunctione cordis, apta similitudine. Vt sæpè, inquit, homines ægri, cùm multis febribus aguntur, si in aquas frigidas semetipsos immerserint, id præsens quidem aliquid videntur sibi quæsijsse solatij, multiplicatas verò febrium flammas suo corpori reparant: ita & nos agimus, cùm stimulamur conscientia peccatorum, & in Euripum nos, vel lacus contritos prauæ intelligentiæ præcipitamus. Si enim peccatorem contingat non abiecto febrium humore, id est peccatis eiectis, pœnitentiæ speciem sectari, refrigerari quidem ad tempus videbitur. At tamen quia tota voluntate illa à se non abiecit, illa rursum in eo furiosiùs accenduntur.

Albertus. Dion. Carth.

Quomodo fides saluat, & tamen Deus saluat.

Theophil. *Pax quid hîc sonat.*

Beda.

Chrysostom. *Fide credimus omnia nobis peccata esse remissibilia.*

Chrysost. *Cauendum à recidiuo peccatis*

Eiecto dæmonio cæco & muto, Pharisæos id in Beelzebub factum blasphemantes Christus rationibus confundit: vbi de regnorum, domorúmque diuisione & ruina, de simplicissima in Deum fide, & religione, de peccato in Spiritum s. & quomodo irremissibile est, corruptione Judæorum, ocioso verbo: quatenus signa necessaria sunt, quod signum Jonæ, quod Niniuitæ & Regina Austri iudicaturi sint, quàm vtilis sit lucerna fidei, & pia in omnibus intentio: quantum sit dæmonum studium in opprimendo homine: quàm mira mulieris confessio fuerit, qua non Christi modò, sed ipsius sacratiss. eius matris laudes palàm enunciauerit. Vbi etiam de cognatione spirituali in Christo.

Matt. 12.

Tunc oblatus est ei dæmonium habens, cæcus & mutus: & curauit eũ, ita vt loqueretur & videret. Et stupebant omnes turbæ, & dicebant, Nunquid hic est filius Dauid? Pharisæi autem audientes, dixerunt, Hic non eijcit dæmones nisi in Beelzebub principe dæmoniorũ. Iesus autem sciẽs cogitationes eorum, dixit eis, Omne regnum diuisum contra se, desolabitur: & omnis ciuitas vel domus diuisa contra se, non stabit. Et si satanas satanã eijcit, aduersus se diuisus est, quomodo ergo stabit regnum eius? Et si ego in Beelzebub eijcio dæmones, filij vestri in quo eijciunt? Ideò ipsi iudices vestri erũt. Si autem ego in spiritu Dei eijcio dæmones: igitur peruenit in vos regnum Dei: aut quomodo potest quisquam intrare in domũ fortis, & vasa eius diripere, nisi priùs alligauerit fortem, & tunc domum illius diripiet? Qui non est mecum, contra me est: qui non congregat mecum, spargit. Ideò dico vobis: omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus, spiritus autem blasphemiæ non remittetur. Et quicunque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra spiritũ sanctum, non remittetur ei neque in hoc seculo, neque in futuro. Aut facite arborem bonã, & fructum eius bonum: aut facite arborem malam, & fructum eius malum. siquidem ex fructu arbor agnoscitur. Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, cùm sitis mali? ex abundantia enim cordis os loquitur. Bonus homo, de bono thesauro profert bona: & malus homo de malo thesauro profert mala. Dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Ex verbis enim tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. Tunc respondẽrũt ei quidam de Scribis & Pharisæis, dicentes, Magister, volumus à te signum videre. Qui respondens ait illis, Generatio mala & adultera signum quærit: & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ Prophetæ. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus: sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam: quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ, & ecce plus quàm Ionas hîc. Regina Austri surget

Marc. 3.

Et veniunt ad domum, & conuenit iterum turba, ita vt nõ possent, neque panẽ manducare. Et cùm audissent sui, exierunt tenere eum: dicebant enim, Quoniam in furorem versus est. Et Scribæ quia ab Hierosolymis descenderant, dicebant, Quoniam Beelzebub habet, & quia in principe dæmoniorum eijcit dæmonia. Et conuocatis eis, in parabolis dicebat eis, Quomodo potest satanas satanã eijcere? Et si regnum in se diuidatur, non potest regnum illud stare. Et si domus super semetipsam dispertiatur, non potest domus illa stare. Et si satanas consurrexit in semetipsum, dispertitus est, & non poterit stare, sed finem habet. Nemo potest vasa fortis ingressus in domum diripere, nisi priùs fortem alliget, & tunc domum eius diripiet. Amen dico vobis, quoniam omnia dimittentur filiis hominũ peccata, & blasphemiæ quibus blasphemauerint: qui autem blasphemauerit in Spiritum sanctum, non habet remissionem in æternum, sed reus erit æterni delicti. Quoniam dicebant, Spiritum immundum habet. Et veniunt mater eius & fratres, & foris stantes miserunt ad eum vocãtes eum. Et

Luc. 11.

Et erat eijciens dæmonium, & illud erat mutum. Et cùm eiecisset dæmonium, locutus est mutus, & admiratæ sunt turbæ. Quidam autem ex eis dixerunt, In Beelzebub principe dæmoniorũ eijcit dæmonia. Et alii tentantes, signum de cœlo quærebant ab eo. Ipse autem vt vidit cogitationes eorum, dixit eis, Omne regnum in se ipsum diuisum desolabitur, & domus supra domum cadet. Si autem & satanas in seipsum diuisus est: quomodo stabit regnum eius? quia dicitis in Beelzebub me eijcere dæmonia. Si autem ego in Beelzebub eijcio dæmonia: filii vestri in quo eijciunt? Ideò ipsi iudices vestri erunt. Porrò si in digito Dei eijcio dæmonia: profectò peruenit in vos regnum Dei. Cùm fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quæ possidet. Si autem fortior eo superueniens vicerit eum: vniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat, & spolia eius distribuet. Qui non est mecum, contra me est: & qui non colligit mecum, dispergit. Cùm immundus spiritus exierit de homine, perambulat per loca inaquosa, quærens requiem. Et non inueniens dicit, Reuertar in domum meam vnde exiui. Et cùm venerit, inuenit eam scopis mundatam & ornatam. Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus nequiores se: & ingressi habitant ibi. Et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Factum est autem, cùm hæc diceret, extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi, Beatus venter qui te portauit, & hubera quæ suxisti. At ille dixit, Quinimmò beati qui audiũt verbum Dei, & custodiunt illud. Turbis autem concurrentibus cœpit dicere, Generatio hæc, generatio nequam est: signum quærit, & signum non dabitur ei nisi signum Ionæ Prophetæ. Nam sicut fuit Ionas signum Niniuitis, ita erit & filius hominis generationi isti. Regina Austri surget in iudicio cum viris generationis huius, & condemnabit illos: quia venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis, & ecce plus quàm Salomon hic. Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt illam, quia pœni-

Ioan. F G H I K

A get in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam: quia venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis, & ecce plus quàm Salomõ hîc. Cùm autem immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida quærens requiem, & non inuenit. Tunc dicit, Reuertar in domum meã vnde exiui. Et veniẽs, inuenit eam vacantẽ, scopis mundatam, & ornatam. Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus secum nequiores se, & intrantes habitant ibi: & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Sic erit & generationi huic pessimæ. Adhuc eo loquẽte ad turbas, ecce mater eius & fratres stabãt foris, quærentes loqui ei. Dixit autẽ ei quidam, Ecce mater tua & fratres tui foris stant, quærentes te. At ipse respondẽs dicenti sibi, ait, Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Et extendens manũ in discipulos suos, dixit, Ecce mater mea & fratres mei. Quicunque enim fecerit voluntatẽ patris mei qui in cœlis est: ipse meus frater, soror & C mater est.

Et sedebat circa eum turba: & dicunt ei, Ecce mater tua & fratres tui foris quærunt te. Et respondens eis, ait, Quæ est mater mea & fratres mei? Et circumspiciẽs eos qui in circuitu eius sedebant, ait, Ecce mater mea & fratres mei. Qui enim fecerit voluntatem Dei, hic frater meus, & soror mea, & mater est.

pœnitentiam egerunt ad prædicationem Ionæ: & ecce plus quàm Ionas hic. Nemo lucernam accendit, & in abscondito ponit, neque sub modio: sed supra candelabrum, vt qui ingrediuntur, lumen videant. Lucerna corporis tui, est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit: si autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit. Vide ergo ne lumen quod in te est, tenebræ sint. Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum, & sicut lucerna fulgoris illuminabit te.

Introductio.

IQVANDO Tyrannus vi & armis regnum aliquod occuparit, tamdiu pacificè regnabit, quamdiu illo nemo superior erit: At verò, vt statim monet Christus, si fortior eo superuenerit, vniuersa eius spolia distribuet, & captiuum aut morti addicet, aut vinctum in triumphum reseruabit. Ita nimirùm Maximo tyranno contigit, qui Iustina & Valentiniano iuniore fugatis in Thessalonicam, Romam occuparat, & Theodosio vinctus est à militibus redditus, vt scribit Nicephorus lib. 12. hist. Eccl. cap. 21. Et quidem Nicephorus ante Christi aduentum tyrannidem suam dæmones in vniuersum ferè hominum D genus extenderant: dum & Iudæos superstitionibus, deprauatis moribus, Gentium infidelitate, cædibus & sanguine imbuerent, & Gentiles ad suos cultus pertraherẽt. Et tum quidem pacificè Sathan regnare videbatur, cùm, vt noster scribit Mantuanus, lib. 2. de calamitatibus temporum, Mantuanus.

Æra Deos homines, & ligna carentia vita
Esse rati, lectas pecudes, & debita cœlo
Orgya ponebant surdis altaribus.

Et vt Prudentius, Ode de Natali Iesu, Prudentius.

Cùm cæca vis mortalium
Venerans inanes nænias,
Vel ligna, vel saxa algida,
Vel surda putabat Deum.

E Tum quidem in omnes liberè grassabatur Sathan, tum oracula proferebat, tum suas tripodes & lauros celebres videbat. Christus autem nostri misertus, tantam tyrannidem non tulit: sed, vt scribit Paulus, In hoc apparuit, vt dissolueret opera diaboli. Athanasius lib. de incarnatione Verbi: Olim, inquit, dæmonia inani specie, ludibriisque rerum intricabant homines, obsessis alibi fontibus, alibi fluuijs, lapidibus aut lignis, atque ita præstigijs fatuos in stuporem agebant. Nunc verò, cùm apparuit Dei Verbum, spectra huiusmodi, & ludibria imaginum cessauerunt. Solo enim crucis signo vtens homo, dolos eorũ à se propellit. Huius Christi virtutis argumentum nobis exhibetur in curato dæmoniaco cæco, surdo, & muto: & eiusdẽ Christi sententia, quòd in digito Dei eiiciat dæmonia, & ad nos peruenerit regnum Dei. Obsidebat enim omnium & animas & corpora, mutos in laude Dei, surdos ad verbi auditum, cæcos ad miraculorum exhibitionem reddebat: sed Christus hominem

Sathanæ tyrannis ante Christi aduentum.

Athanasius.

totum eripuit,& vasa sua ab iniusto possessore vẽdicauit. Porrò curatio dæmoniaci F
Quo tempore contigerit Euangelica hæc historia. licet à Luca nò statim post peccatricis historiam describatur, sed remittatur ad cap. 11. colligitur tamen ex Marco & Matthæo, hoc quem sequimur ordine, reponenda esse. Nam quæ Lucas cap. 8. narrat de parabola seminantis, Marcus & Matth. ea post curationem dæmoniaci narrant. Marcus verò cap. 3. post discipulorum electionem in monte factam, subijcit eum iterum in domum venisse cum suis, & Pharisæorum calumniam, quòd in virtute Beelzebub dæmonia eijceret, depulisse: demum ordine persequitur quæ Matthæus narrat, vsque ad id quod legimus illum misisse discipulos suos binos & binos: nisi quòd dæmoniaci apud Gerazenos, & Hæmorrhoissæ
Summa. curationem, simul cum suscitatione filiæ Iairi, interserit. Adde quòd Lucas neque tempus, neque locum exprimit, sed simpliciter dicit, Et erat Iesus eiiciens dæmonium. Proponuntur autem, miraculosa dæmoniaci curatio, 2. Iudæorum in Chri- G
stum blasphemia, 3. huius confutatio, 4. futuri per Christum trophæi & Iudæorum ruinæ prædictio, 5. mulieris in Christi laudes feruens deuotio. Marcus autem hæc præmittit, *Et veniunt ad domum, & conuenit iterum turba, ita vt non possent neque manducare panem*: neque tamen ciuitatem exprimit. Sunt qui hoc in Nazareth factum esse existiment. Tatianus Harm. cap. 61. Ammonius cap. 5. Victor Capuanus in serie Euan-
Tatianus. Ammonius. *Victor Capuanus.* Remigius. gelica, ordinem quidem historiæ, non item locum facti describunt. Remigius in Matthæum. Quod autem Matth. dicit, *Tunc*, ad superiora refertur, quando sanato hoc qui habebat manum aridam, exiuit de synagoga: aut potest referri ad latius atque prolixius tempus: vt sit sensus, *Tunc* quando vel illa dicebantur aut gerebantur.
Hilarius. Hilarius in Matth. Non autem sine ratione, cùm turbas omnes in communi curatas esse dixisset, nunc seorsum dæmonium habens cæcus & mutus offertur. Oporte- H
bat enim, curato homine in synagoga, cuius erat manus arida, in vnius hominis huiusmodi curationem Gentium exprimi, vt qui erat habitatio dæmonii, & cæcus & mutus, Deo capax pararetur, & Deum contineret in Christo, & Christi opera Dei confessione laudaret. Ex oppositio igitur statuuntur, 1. *Iesus*, vt qui eiiciat tortorem diabolum. Etenim saluator, Matth. 1. Luc. 1. qui venit vt opera diaboli dissoluat.
Theodoret. Vnde olim dæmonia nomini eius cesserunt, & idola concionantibus Apostolis obmutuerunt. Theodoretus affect. Græcarum sermo. 10. de Oraculis. Hinc exorcismis in Ecclesia, quæ vim à Christo habent, fugantur dæmones, & salus acquiritur: vt &
Cyrill. Hier. Dion. Areop. Chrysostom. Augustin. flatu aurifabri ignem excitantes, cùm aurum conflant, id quod quærunt inueniunt, ait Cyrillus Hierosolym. catech. 1. Exorcismorum quoque meminit Dionysius Areopag. Eccles. Hierarchiæ cap. 1. Chrysostomus homil. de Adam & Eua, August. de I
gratia & peccato originali, ca. 60. 2. *Dæmonium* quoque velut è diametro Iesu perpenditur, cuius tanta est in hominem inuidia, vt è paradiso Adamum eiecerit, Genes. 3. mortem induxerit, Sap. 5. verum Dei cultum in idololatriam commutarit. Immò si
Origenes. Albinus. prævaleret, omnem hominẽ & omnem spiritũ qui sub cœlo est, subitò in ictu oculi perderet, vt docet Orig. lib. 1. in Iob. Cur dæmones adeò sunt hominibus infensi? 1. Propter odium in creatorem (ait Albinus lib. Quæst. in Genesim.) 2. & inuidiam in
Basilius. hominem, 3. & desperationem suæ salutis. Basilius quoque conc. Quòd Deus non est author malorum: Bellum ipsi, inquit, aduersum nos est, quia receptaculũ est omnis malitiæ, susceptit etiam inuidiæ morbum, & inuidit nobis honorem. Dæmones sanè hominum tortores sunt, quorum malitia simul cum ætatibus hominum extenditur,
Greg. Nyss. vt Gregor. Nyssenus orat. in Basilium fratrem: adeò vt etiam nunc visibiliter aliquã- K
Fernellius. do homines torqueant, vt liquet historia illa de iuuene ex equestri ordine oriundo, eodem morbo laborante Lutetiæ, quẽ Fernellius medicus lib. 2. De abditis rerum causis cap. 16. fusè deducit. Verumtamen vt aliquid dæmon in quemquam possit,
Clem. Roma. duo requiruntur, vt docet Clemens Romanus, lib. 4. Recognit. Dei nimirùm permissio, & nostra in Sathanam propensa voluntas. Sunt qui astris tribuunt tyranni-
Vnde tanta vis Sathanæ. dem illam Sathanæ, qua grassatur in nos, non modò dum corpora obsidet, sed & dũ bellorum furias, cædes, discordias, dum cætera belli flagella infligit: at verò nihil nisi Dei iusto iudicio accidit. Iusta sunt iudicia eius. Nam quod in vnius corpore, hoc in ciuitate, hoc in Republica considerari potest. Quicquid furiosus ille prędo nobis immittit, hoc nostra peccata meruere. *Et illud* dæmonium *erat mutum*, effectu. Illum enim quem obsidebat, mutum efficiebat. Neque verò tantùm dictio κωφὸς, mutum,

sed

A ſed & ſurdum ſignificat. Solet enim vtrumque contingere, vt maximè ſi quis ab ineunte ætate ſurdus fuerit, mutus quoque euadat. Theophilactus pro eo ſumit (in Luc.) qui nec audit, neque loquitur. Sic Luc.1. mutum, & Marc.7. ſurdum ſignificat. Matthæus verò ſcribit, non modò quòd κωφὸς, mutus ſc. & ſurdus, ſed & τυφλὸς cæcus fuerit. Hæc fuit Sathanæ malitia, vt alieno, velut proprio corpore abuteretur. Hoc autem dæmonium Chriſtus eiecit, ſed ſuffragantibus aliis. Scribit enim Matth. quòd oblatus eſt Chriſto dæmonium habens. Mutuum nimirùm auxilium requirit & probat. Vexetur non modò priuatus aliquis, ſed & tota Reſpublica, paratus eſt Chriſtus eiicere dæmones, & furioſos Sathanæ impetus compeſcere, ſi nos non modò ad illum proruamus, ſed & obſeſſos à dæmonibus hæreticos, ſeditioſos, & flagitioſos quoſque illi offerre poſſimus: ſi curemus vt illi in viam Theophil. *Mutuum auxiliū quantum proſit.*

B iuſtitiæ redeant. Alter alterius onera portemus. Non poterat dæmoniacus à ſeipſo loqui & orare, habuit opus aliena fide. Ita diuinæ quidem virtutis eſt eiicere dæmonia, ſed & noſtræ diligentiæ. Noſtrum eſt noſſe ægrotos, & illos Chriſto offerre, Chriſti autem eos curare. Magnum ſcilicet dæmonium eſt hæreſis, & morum corruptio, quæque non niſi Dei ſpeciali gratia curetur. *Et cùm eieciſſet dæmonium, locutus eſt mutus.* Ab effectu ipſo perfecta curatio innotuit, vt cùm paralyticus grabatum tulit, Io.5. Cæcus vidit, Io.9. & mortuus reſedit, Luc.7. Tria igitur ſimul in vno homine perpetrata ſunt, ait Beda in Luc. Cæcus videt, mutus loquitur, poſſeſſus à dæmone liberatur. Facto rei veritas proditur. Ita ſi quis omninò à peccatis curatus eſt, ſtatim ipſis operibus oſtendit: ſunt enim peccata, velut peſſima dæmonia. Quidam ſurdi ſunt in diuino verbo audiendo, ſed ad ſermones prophanos, *Effectus curationē oſtendit.* Beda.

C & ſordidos attentiſſimi: alij muti ſunt, in confeſſione peccati, & gratiarum actione, loquaciores in rebus diſſolutis: alij cæci ſunt, ſi quando trabs in oculo proprio videnda, aut pauperi attendendum ſit: in rebus autem huius ſeculi lyncæos oculos habent. Doceant igitur ipſo facto ſe eſſe curatos. Sed neque nos aliquid in eius laudem proloqui poſſumus, niſi ipſe, qui fons eſt omnis boni, dederit. Ieſum enim in Spiritu ſancto ciemus, & in eo clamamus Abba Pater. Eo donante eſt fides, Epheſ. 1. Immò ne cogitare aliquid ſanè ſine ipſo valemus. Domine igitur, labia noſtra aperi. Domine adauge nobis fidem. Aperi Domine & oculos, & os, & aures eorum qui ab Eccleſia tua deſciuerunt, vt cognoſcant, videant, & fateantur quòd non eſt alia quàm tua hæc Eccleſia, Domine. Porrò varia antiqui Patres hinc exerunt myſteria. D. Iſidorus lib. Allegoriar. ſacræ ſcripturæ, per dæmoniacum hunc elicit populum Gentilem, qui ex idololatria ad fidem conuerſus eſt: primùm quidem pulſo Iſidorus.

D à corde dæmonum cultu: poſtmodùm ad Dei laudem lingua reſoluta, vbi lucem fidei aſpicere potuit. Theophilactus in Luc. per dęmoniacum, naturam humanam interpretatur, quæ à dæmonibus detenta, non audire poteſt verbum Dei, & minus eloqui, quæ tamen aduenientе Chriſto & fugato dæmone reſtituūtur. Beda in Matth. Theophil. Beda.

dæmoniacum peccatoris typum geſſiſſe dicit, quòd & is ad laudes Dei taceat, & per deuia peccatorum ambulet: verbo quoque auditum obturet. Iſtud porrò miraculum quotidie myſticè impletur, cùm fideles conuerſi per pœnitentiam expulſo dæmone fidei lumen aſpiciunt, & eorum deinde ad laudes Dei tacentia priùs ora laxantur. Auguſtinus lib.1. quæſtion. Euang. cap.4. ad infidelium curationem id traducit. Sic Druthmarus in Matth. hiſtoriam expendit. Adeò ſanè copioſus eſt ſcripturæ ſenſus, vt nec ineptè etiam dicamus tum dæmoniacum curari, cùm hæreti- Auguſt. Drùthmar.

E cus ad Eccleſiam redit: nimirùm vt olim ad idola Gentiles, ſic nunc ad hæreſes rapit diabolus fideles, vt doctè Cyprianus ediſſerit lib. de ſimplicitate Prælatorum. *Et miratæ ſunt turbæ,* virtutem & potentiam Chriſti, quia in inſtanti, & tam perfectè operabatur. Adeò vt canit Pſaltes, mirabilia opera tua Domine, & ſtupor eri- Cyprianus. *Dei opera ſem per mirabilia.*

git conſiderantes beneficia Dei. Mirati ſunt Ægyptij Iſraëlitarum libertatem, dicentes, Exod. 14. Fugiamus ab Iſraële, Dominus enim pugnat pro eis. Miratæ ſunt mulieres Dauidis de Goliath victoriam, cantantes, 1. Reg. 18. Percuſſit Saul mille, & Dauid decem millia. Mirati Iudæi donum linguarum collatum Apoſtolis, (Act.2.) Nónne omnes iſti qui loquuntur, Galilæi ſunt? Act.9. In Pauli conuerſione. An non hic eſt, qui captiuos, &c. Velint nolint Tyranni omnes, Iudæi, Gentiles, infideles, & hæretici, Chriſtianam fidem & religionem demirantur, quæ etſi tot

assultus pertulerit, adhuc sana perseueret: & veritatem præ se ferre luce clariùs agnoscatur. Et ob hoc sanè rumpebatur inuidia Iulianus, cùm ad Arsacium Idolorum Pontificem scriberet, vt Pharisæi in Iesum, Ioan. 11. & in Apostolos, Act. 4. & 5. Sic Marcus Imperator in Epistolo, ad senatum Rom. Christianam cogitur fateri
Iustin. Mart. pietatem. Iustinus in Apolog. 2. pro Christianis. Idem sanè non apud se celebrare non possunt Ecclesiæ aduersarij. Cæterùm discernit Euangelista turbas à cæteris qui Christum calumniabantur: quòd & illæ in eum essent propensiores: de quibus tamen principes dicebant, Turba hæc quæ non nouit legem, maledicta est. Veruntamen Christus ita Patri gratias agit: Gratias ago tibi Pater, quia ea reue-
Augustin. lasti paruulis. Augustinus libr. 8. Confessionum cap. 8. Surgunt indocti, & rapiunt cœlos: & nos cum doctrinis nostris sine corde, ecce vbi volutamur in carne & sanguine. *Quidam ex ipsis.* scilicet cognati ipsius, οἱ παρ' αὐτῦ, qui ex illius erant cognatione & familia, propter familiaritatem, nihil magnum de ipso sentiebant: siquidem & infantiam ipsius metiebantur, & dispensationem infirmitatis, nihil à cæteris differentem. Aut hoc de scribis dici putandum est, qui consuetudine Christi magis vtebantur. *Dixerunt, In Beel-zebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia.* Baal Dominum significat, Zebub, muscam. Ita igitur dictum à muscis, quæ sanguinem im-
Beda. molatitium sequerentur, scribit Beda: alioquin non putamus esse dæmonem qui muscis imperet, quasi alius in alia animantia potestatem habeat. Nec enim dæmon muscarum superior esset dæmone leonum aut tigrium, aut cæterorum brutorum: sed hic sanguine sacrificiorum gaudebat, sicut & cæteri dæmones. Verùm dicat aliquis, Vnde tam vile nomen huic Idolo quod adorabatur, datum est? Illud enim
Vnde Baal. Idolum Accharon fuisse legimus, ad quod misit Ochozias, 4. Reg. 1. Sed & Beelphegor idolum est tentiginis, qui & Priapus à Hieronymo in Osee cap. 9. nuncupatur. Respondetur quòd nomen Baal venerationis fuit, sed Zebub, seu Phegor, ab iis additum est, qui ipsum auersabantur. Baal enim dominari significat. Inde fit, vt sicut apud Tartaros summus Princeps & Dominus *Cham*, apud Turcas & Hebræos *Sultan*, apud Moscouitas *Basilius*, id est rex, apud Seruios *Despota*: sic apud Babylonios Baalis nomen in vsu fuit, & hinc princeps dæmonum denominatus est. Beel-zebub interpretationem ad Hebraïcorum nominum rationem, Ori-
Origen. genes in libr. Hebr. originum, quem nunc iniuria temporum non habemus, remittit. Et ille quidem hom. 20. in Num. 2. cap. Beel-phegor Deum Moabitarum, idolum turpitudinis vocat, quòd in eius sacrificiis Israëlitæ infanda se cum Moabi-
Iustin. Mar. tis puellis libidine commiscuerunt. Iustinus Martyr quæst. 82. ad Orthodoxos, hoc nomen, cum cæteris dæmonum appellationibus, dæmonibus ipsis docentibus, nobis innotuisse scribit. Athenagoras in Legatione pro Christianis, de nomi-
Nomina Idolorum quis docuit. nibus dæmonum id scribit: Herodotus, & Alexander Philippi filius, in Epistola ad
Athenagoras. matrem (qui vtrique in diuersis ciuitatibus Ægypti, Heliopoli, Memphi, & Thebis, in colloquium cum sacerdotibus venisse dicuntur) homines illos fuisse, ex his
Herodotus. cognouisse se aiunt. Sic enim scribit Herodotus: Eos itaque, quorum imagines erant (Pontificum, in grandi quodam cœnaculo) demonstrabant: tales omnes extitisse in vultu & forma corporis, habitúque in vita, sed multum à diis distantes. Quo-
Remigius. rum priores Deos fuisse in Ægypto principes, &c. Remigius in Matth. Beel-zebub
Quis Beel. autem ipse est Beel, & Baal, & Beel-phegor. Beel fuit pater Nini regis Assyriorum. Zebub autem dictus est seruus Abimelech filij Gedeonis. Hunc enim ille occisis 70. fratribus, ædificato templo Baal, constituit ibi sacerdotem ad abigendas muscas, quas cruor immolatitius congregabat. Videtur igitur Baalis cultus à Belo
Berosus. Ioue filio Nembroti, vt docet Berosus, originem trahere. Nembroto enim à iustis proceribus suis propter tyrannidem discerpto (quod & idem de Romulo narratur) in vulgus sparsum est, ipsum à diis assumptum, vt in varias antiquitates
Ioan. Annius. Ioannes Annius commentatus est. Hac opinione Iupiter Belus delinitus, patri Nembrot statuam erexit, ad quam confugientes etiam malefici, velut ad asylum in tuto essent. Successu demum temporis, & statuæ illius cultus auctus est, & hæc Belo Ioui adscripta est, quòd is eam condidisset: adeò vt Gentium alij Belum, Baal, Beel-phegor, Beel-zebub, Baalim: alij Iouem & Saturnum coluerint, hinc radice Idololatriæ post diluuium sumpta. Belo enim

A enim vita functo templum erexerunt Babylonij : vt Euſebius Cæſ. in Chronicis, Adonis Viennenſis in Breuiario temporum, Saturnum etiam dictum fuiſſe cenſent. Immò Suydas in Hiſtoricis, Beelphegor locum eſſe dicit, in quo Saturni colebatur idolum. Nec me terrebit, quod adduci poteſt, Bel ſolem ſignificare: vnde & ſoli potius quàm Belo Ioui litatum eſſe ab Iſraële: cùm (vt aliquando mecum Guillelmus Poſtellus contendit) inuocatum fuiſſe nomen Baal à mane vſque ad meridiem, 4. Reg. 20. referatur. Nihil enim impedit Belum ſe à ſole denominaſſe, vt & Nembrot & Saturnus dictus eſt: ita tamen vt à Belo ſolis cultus oriretur, immò & ab ipſa Beli ſtatua. Certum enim eſt plurimos deos Gentilium nominibus tantùm variare, quòd ab vno fonte cadant. Iuſtinus in Adhortat. ad Gentes: Iupiter & Pluto, Phebus Dionyſius vnum eſt. Habes etiam de Chrono & Be-
B lo apud Theophilum lib. 3. ad Autolycum. Cæterùm eo nomine donatus eſt princeps dæmonum, quia in primo illo idolo colebatur. Eſt autem etiam inter dæmones aliquis ordo, vt alij iubeant, alij mandatis parere videantur. Caſſianus collatione 8. Abbatis Seueri, c. 18. dicit Seuerum didiciſſe de differentijs & natura dæmonum, per illos duos Philoſophos, qui quondam magicis artibus imbuti, fuerant quæcunque eorum ſunt, experti, & tandem tamen per D. Antonium magnum ad pietatem conuerſi ſunt. Et cap. 14. Non enim, inquit, dominationes, principatus & poteſtates ab Apoſtolo dici poſſent, niſi habeant in quos hæc exerceant. Idem cõfirmat viſione quadam dæmonum perſpecta, c. 16. Origenes lib. 1. Periarchon, cap. 8. Principatus inter dæmones eſſe cenſet, non ſubſtantialiter, ſed malitiæ gradu. Cæterùm vide Iudæorum blaſphemiam. Dæmonum principi tribuunt quod ſo-
C lius Dei eſt. Et hoc vtique peccatum eſt in Spiritum ſanctum, in virtutibus opera Dei videre, tamen calumniari dæmonis opus eſſe, vt ſcribit Hieronym. ad Marcellam, de peccato in Spiritum ſanctum. Chryſoſtomus hom. 41. in 12. cap. Matth. inuidiam Phariſæorum ex hoc loco elicit. Quod alij quidem homines, ſi animantes rationis expertes viderint dilaniari, aliquantulum commiſerentur: hi verò cernentes beneficium ſalutis homini conferri, expalleſcant, & in ferociam cædendi benefactoris conſpirent. Idem ſanè in omnibus Dei, Chriſti & Eccleſiæ aduerſariis colliges, vt qui, iuxta Eſaiæ vaticinium faciant tenebras diem, & diem tenebras. Impietati enim tribuunt, quæ diuina & ſacrata ſunt: ſua autem ſomnia pro
D Deum Iſraëlis ſaluatorem riſit, populum Hebræum ex Ægypto eiectum eſſe mentitus, quòd ſcabioſus eſſet: tum demum in ſolitudinem admiſſum, ſibi tandem templum extruxiſſe, & in eo Græcos pueros mactare ſolitum eſſe. Gentiles verò primùm Chriſtianis Magiam & infanticidium inculcabant, immò & adulteria, & inceſtus, vt ſcribit Tertullian. in Apologetico cap. 9. Iuſtinus in Apologia 2. pro Chriſtianis, & Clemens Alexandr. Orat. exhortatoria ad Græcos. Irriſus eſt & Chriſtus à Iuliano, vt qui per ironiam illum fabri filium nuncuparet: ſed mortis eius omen ſecutum eſt, vt narrat Nicephorus lib. 10. Hiſt. Eccleſ. c. 35. Vigilantius hæreticus reliquiarum ſacrarum venerationem idololatriæ tribuebat, quem Hieron. Epiſtola ad Riparium refellit. Abdias in lib. de certamine Apoſtolico, ſcribit Apoſtolos ab infidelibus Magos eſſe vocatos. Victor Vticenſis libr. 2. de VVandal. perſecut. narrat, quo tempore VVandali Carthaginem vaſtarunt, & Genſerichus &
E Hunnerichus Ariani regnarunt, Eugenium Carthaginenſem Epiſcopum fuiſſe. Tum verò euenit, vt cæcus quidam Fœlix nomine, nocte ter moneretur, venire ad eum dum baptizaret, vt lumen recipiat. Excuſat ſe Eugenius, quia homo peccator eſt. Tandem curatur Fœlix. Atqui tunc Ariani Iudæorum Chriſtum calumniantium imitatores, dixerunt: Hæc Eugenius per maleficia fecit. Ambroſ. ſerm. in ſanctum Geruaſium & Prothaſium Martyres, hoc furore Arianos ſcribit colluſioni dæmonicæ tribuiſſe, quòd dæmones ad martyrũ ſepulchra ſe torqueri faterentur. Sed & noſtri temporis Gnoſtici, quæ non Eccleſiæ dogmata, traditiones, ſacramenta diabolo aſcribunt? *Ipſe autem vt vidit cogitationes eorum.* Chryſoſtomus hom. 29. Oper. imperf. in Matth. hinc colligit Phariſæos non dixiſſe, ſed cogitaſſe Chriſto improperandum, quòd in Beel-zebub dæmonia eiiceret. Reſpondet ergo, vt intelligat, diuinam ſe ſcientiam & naturam habere, nec opem Beel-zebub ſibi

Euſeb. Cæſar. Ad. Viennenſ.
Suydas.
Iuſt. Mart.
Theophil.
Caſſianus.
Origenes.
Hieronym. Chryſoſtom.
Quale ſit hæreticorum peccatum.
Tertullian. Iuſtin. Mart. Cl. Alexandr.
Niceph.
Hæretici diabolo tribuunt, quæ Dei ſunt. Hieronym.
Abdias.
Victor Vtic.
Ambroſius.
Chryſoſt.

Hieronym. necessariam esse. Solius enim Dei esse in cordis secreta penetrare. Hieronym.in F
Matth. Ita non ad dicta, sed ad cogitata respondit, vt vel sic compellerentur credere
Chrysostom. potentiæ eius. Chrysostom. hom. 42. Operis prioris in Matth. Quamuis autem val-
Christus sua mansuetudine Iudæorum calumnias depellit. de impudens sit ista calumnia, cùm inuidentes non considerent quid dicant, sed quicquid in buccam venerit, proferant: non neglexit tamen Christus, sed propter vtilitatem ipsorum clementer atque vtiliter respondet, vt nos doceat ita mites esse erga inimicos, vt etiam si aduersum nos ea dicant, quæ nulla ratione nituntur, quorúmque ipsi nequaquam conscij sumus, non conturbemur tamen, neque commoueamur, sed æquo animo ipsis rerum omnium rationem referamus. Quod ideò maximè tunc peregit, vt vel hoc signo, mentitos esse aduersus ipsum confirmaret, quoniam non sit dæmoniaci tanta clementia, mansuetudine & humanitate, nec est hominum arcana nosse. Nam quia impudentissima erat talis cogitatio, ideò eam timore multorum perterriti, non ausi fuerant in publicum efferre, sed mente secum assiduè versabant. Et quanquam, si voluisset, rationibus eos quasi nequam homines G
conuincere, ac pœnas ab eis petere facilè potuisset: hac re tamen prætermissa, ad illud solummodò respiciebat, vt moderatiores eos redderet, aut saltem à praua cogitatione subduceret, ac aptiores ad emendandum redderet. Quoniam igitur respondet, non à scriptura certè, cui ipsi minimè probè vacabant, falsis eam expositionibus subuertentes: verùm ab his quæ communiter fieri solent, arguit, dicens: *Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur, & domus supra domum cadet.* Hoc axioma, vt suæ ratiocinationis fundamentum præmittit, ex quo velut certissimo, concludit id quod
Sententia generalis, totius ratiocinationis fundamentum. in quæstione versabatur, fieri non posse vt in Beel-zebub eiiciat dæmonia: & obiter notat ex emergentibus inter Iudæos dissidiis colligendam eorum esse ruinam. H
Tam latè verò porrigit hanc sententiam, vt illam & ad publica, & ad priuata extendat. Publica regni, priuata domus nomine intelliguntur. Nihil enim tam publicum aut priuatum est, quod non diuisione corruat. De priuatis primùm agamus. *Domus*
1. *Priuata considerantur in ædificio.* nobis significet, aut ædificium, aut corpus, aut œconomiam: an non illa diuisione
Chrysost. cadunt? Nisi cæmento lapides in constructa domo vniantur, inquit Chrysostom. hom. 7. in Matth. nisi tectum parieti hæreat, num ruinam minabuntur? Atqui sicut cæmento mediante lapis ad lapidem, ita charitate Christiani, & reciproca etiã
Aristoteles. voluntate dæmones colligantur. Sed &, vt docet Aristoteles lib. de interitu animalium, vnde corpus ruit, nisi ab humorum redundantia, & contrarietate? Sed & quid
2. *Corpore.* pernicioſius in corpore reperiretur illa secessione membrorum à stomacho, quam
Tit. Liuius. senator quidam apud pop. Romanum descripsit, nisi ad suum ipsorum interitum, vt I
3. scribit Titus Liuius 1. decad. libr. 1. Quòd si domus pro œconomia sumatur, quid a-
Oeconomia, seu re domestica & familia. liud ipsam magis diuellit, quàm discordia? Si vxor à viro, filij à parentibus, serui à dominis, & ipsi ab inuicem seiungantur: Rabbi Hillel in Peruchim Auoth, id est capitibus patrum, hanc sententiam profert: *Mirbeh naſsim, mirbeh keſaphim*, id est,
R. Hillel. qui multiplicat vxores, multiplicat veneficas. Vnitatem inter vxorem & virum commendari oportet, vt domus salua sit & integra. Quid pernicioſius, quàm si fratres à fratribus discedant? Frater qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas firma, inquit Sapiens. At verò (Prou. 6.) sex odit Dominus, & septimum detestatur anima eius. Oculos sublimes, linguam mendacem, manus effundentes innoxium sanguinem, cor machinans cogitationes pessimas, pedes veloces ad currendum in malum, proferentem mendacia testem fallacem, & eum qui seminat inter fratres discor- K
Plutarchus. dias. Plutarchus lib. Apophthegmatum Regum & Imperatorum, hoc Apologia Sciluri regis senioris ad filios 80. confirmari ostendit, cùm colligata iacula minimè confringi, dissoluta & seorsim sumpta facilè disrumpi facto ipso demonstraret. An non videmus quàm magnas domos lites & discordiæ fraternæ absumpserint? Si inuicem mordetis, inquit Apostolus, videte ne ab inuicem consumamini.

Fraterno primi maduerunt sanguine muri.

Origen. *Publica.* Hoc axiomate Origenes Marcionitas conuincit, docens impossibile esse vt simul tres dij existant. Nimirùm illi à tribus hypostasibus seu personis diuinis tres Deos esse concludebant: vt scribit Origen. Dialogo de recta in Deum fide. At-
Hinc vnitas Dei. qui si tres sunt, aut coæquales erunt, & coomnipotentes, aut alius alio superior erit. Si coæquales, cùm à se inuicem seiungantur, quomodo alter in alterum potestatem

A ſtatem habebit, & quomodo hic & ille vbique erit? Si quid enim in alterum dominatur, eo ſuperius eſt. Quòd ſi non dominatur, ſecretam igitur dominationem eſſe oportet. Quòd ſi ſecreta eſt, vt, quemadmodum de Ioue, Neptuno & Plutone, olim efficta, alium ergo cœlis, alium terris, alium mari dominari conueniet. Hoc ſi fuerit, nullus eorum omnipotens erit, & per conſequens Deus eſſe non poterit. Summa ergo vnio & ſimplicitas in Deo eſt. Qui ſicut omnia colligat, ita diuiſione diſſolui oſtendit. Hoc in rebus publicis expendamus, quæ *regni* nomine intelligantur. Lactantius lib. 1. Inſtitut. diuinarum cap. 3. Quid ſi in vno exercitu tot fuerint imperatores, quot legiones, quot cohortes, quot cunei? Quis eorum parebit, cùm omnes iubere voluerint? Quid, ſi Homero credimus, ante Patrocli necem Hectoris in Græ-

B cos victorias extulit, niſi Græcorũ principum Achillis & Menelai diſcordia? Quid aliud Troiæ excidium attulit?

Lactantius. *In regnis.*

Græcorum.

Tabula quæ Paridis narratur propter amorem,
Stultorum regum & populorum continet æſtus.

Et licet in vnica Roma, velut mundi capite, rem ipſam perſpicere. Tamdiu floruit illa, quamdiu ſuis legibus viuens, in ſuis principibus velut vnico duce imperabat: cùm ad Senatum omnia referrentur, & ex illius decretis & ſanctionibus penderent. Nutare cœpit Catilinæ, Gracchorum, Syllanorum & Marianorum temporibus, cùm factiones iam emergerent. Proceſſit autem in magnam mutationem magnis illis principibus Pompeio & Iulio Cæſare inter ſe diuiſis:

Romanorum.

Impulit vt ciues hæc tanta licentia ferri
C *Gentibus inuiſis Latium præbere cruorem:*
Cúmque ſuperba foret Babylon ſpolianda trophæis
Auſoniis, vmbráque erraret Craſſus inulta,
Bella geri placuit, nullos habitura triumphos, vt canit

Lucanus lib. 1. Pharſal. Quid Gothos, VVandalos, & Septentrionales nationes in Romanum excidium impulit, quàm Stiliconis principis ab Honorio defectio? Nec tantam ruïnam exterorum furor, quantam ciuium & domeſticorum rabies intulit. Fridericus Imperator in ſummum Pontificem Innocentium inflammatus, horum diſſidiorum ſementem inſperſit, anno Domini 1238. Tum forte apud Piſtorienſes duo fratres, *Guelph* Eccleſiæ, *Gibel* Imperio fauebat: ab his ſectæ ſunt dominatæ eorum qui pro Imperatore, & eorum qui pro Eccleſiæ libertate & ampli-

Lucanus. *Germanorum.*

Vnde Gibellini & Guelphæ.

D tudine decertarent: vt ſcribit Iacobus Bergomenſis lib. 13. Supplementi Chronicor. & Ant. Sabellicus libr. 6. Decadis 9. Quot autem ruïnas à Gibellinis paſſa eſt illuſtriſſima hæc ciuitas? Quanta primæ nobilitatis & maieſtatis monumenta ab illis deiecta ſunt? Quibus barbarorum quantumuis indignatorum furor, propter admirationem pepercerat, illis ſubuertendis factioſi ciues incubuerunt. Plutarch. in Apophthegm. Ageſilaus, ait, Spartianorum Rex, cùm Sparta muris nudata eſſet, digito ciues commonſtrabat. Et hi ſunt Spartæ muri, inquit, quorum tanta eſt concordia, vt muro qui eos tutetur, nihil egeant. Quomodo ruit Imperium Orientale, niſi ſeceſſione facta ab Occidentali? Initium huius in Valente, vt ad eum Valentinianus frater ſcripſit. Niceph. lib. 11. hiſt. Eccleſ. Quid quòd Orientales, cùm Latinos ad recuperandam terram ſanctam confluere viderent, tanto abeſt vt iuuarent, quòd nec

Iac. Bergom. Sabellicus.

Plutarch.

Orientali.

Nicephor.

E hyemare ſinebant, ſed & farinæ calcem commiſcebant, & Turcis Græci potiùs militabant, vt teſtis eſt Laonicus Calchondylas li. 1. de reb. Turcicis? Et quid vnquam profuit Chriſtiano principi contrarias de fide opiniones & ſectas tolerare, niſi vt diſſenſiones in ſinu ſuo foueret, quibus & ſtatum ſuum, & regnum ſubuerteret? An nõ inde, admiſſis Pſeudoprophetis, & ab inuicem Iſraële diuiſo, captiuitas illũ manſit, ſub Teglat-phalaſſar, 4. Reg. 16. & Nabuchodonozor, 4. Reg. vlt. Quòd Iulianus cõtrarias Chriſto ſectas admittit, vt Nicephorus narrat lib. 10. hiſt. Eccleſ. c. 27. Quòd Valens Arianis Eccleſias tradit, Deo vindice in caſa comburitur, immò prædæ barbarorum ſuum imperium ſubiicitur. Nicephor. lib. 10. cap. 50. Quòd Valentinianus & Iuſtina Eccleſiam impugnabant, ab Imperio fugantur. Euſeb. hiſt. Eccleſ. libr. 11. c. 16. Seditio Conſtantinopoli per Arianos ſub Eudoxia excitatur, Hiſtor. tripart. libr. 10. c. 8. A Donatiſtis ſub Iuliano, Optatus Mileuitanus libr. 2. in Parmenianum. A Lucio ſub Valente, Ruffinus hiſt. Eccleſ. lib. 2. cap. 3. Ab Anabaptiſtis

Laonicus Chalcõdylas.

Iſraelitico.

Nicephorus.

Idem. Euſebius.

Hiſt tripart. Optat. Mile. Ruffinus.

Diuersis regionibus. rebellio apud Monasterium, suffecto sibi rege Rullio & Ioanne Leidano, Sleidanus F
Sleidanus. de statu Religionis lib. 10. A Zuinglianis inter Heluetios, Fontanus lib. 3. Histor.
Fontanus. Cathol. nostri temporis. Ab Albigensibus arma gestata in regem Francorum Phi-
Annales Franciæ. lippum Augustum, vt in Annalibus Franciæ legimus. Igitur tam latè se porrigit hæc conclusio, vt in omnibus rebus perspici queat, quòd *omne regnum in seipsum diuisum desolabitur, & domus supra domum cadet*. Ex hac demum propositione sic ratiocinatur. *Si autem Sathanas in seipsum diuisus est, quomodo stabit regnum eius? quia dicitis in Beel-zebub me eiicere dæmonia*, quasi dicat, Sathanas sibi ipsi non repugnat, nec suis satellitibus, sed potius statuit regnum suum: si autem in Beel-zebub eiicerē dæmonia, Sathanas suis aduersaretur, & proinde regnū suum destrueret. Theophilact. In Matth. Quomodo
Theophil. enim dæmones seipsos eiiciunt, cùm inter se conueniant? Verùm fortè obiiciet ali-
An dæmones dæmonibus cedant. quis, Apollinarium Magum magica virtute dæmones eiecisse: Factum igitur esse, vt G
Tho. Aquin. in Beel-zebub dæmonia eiiceret. Thomas Aquinas lib. Commentar. in Matth. re-
spondet voluntariè dæmones dæmonibus superioribus cedere, non tamen eiici violenter. Eiectio autem, inquit, importat actionem violentam, quæ cum contradictione accidit. Quòd autem inuoluntariè exeant, manifestum est ex his quæ in superioribus diximus, quòd inceperunt gemere & clamare, Quid nobis & tibi Iesu Nazare-
Albert. Mag. ne? Albertus Magnus in Matth. adijcit, quòd propriè dæmon dæmoni non cedit, vt
hominem omninò relinquat, sed à quadā, inquit, operatione, vel læsione cessant, vt
aliàs fortiùs possideant. Christus autem loquitur hîc de eiectione secundum omnē
Idem. operationem, & omne dominiū. Idem verò in Luc. obseruat regnum diaboli minus
propriè dici, quia regnū est in ordine boni regiminis, ad vtilitatē populi, qui regitur,
ordinatum. At verò dæmonum congregatio in perniciem hominum erecta est. Ea-
propter igitur regnū non dicitur, sed tyrannis: sed tamē propter obediendi similitu- H
dinē ad vnum & sub vno, regnum vocatur. Esai. 19. Tradam Ægyptum in manu do-
Hieronym. minorum crudelium, & rex fortis dominabitur eorū. Hieron. in Matth. Si sathanas,
inquit, pugnat cōtra se, & dæmon inimicus est dæmoni, deberet iam mundi venire
consummatio: nec habent in eo locum aduersariæ potestates, quarum inter se bellū
Hilarius. pax est hominum. Hilar. in Matt. Quòd si ad diuisionem suam coactus est dæmō vt
dæmones perturbet, hinc quoque existimādum est plus in eo qui diuiserit, quàm in
his qui diuisi sunt, inesse virtutis: Ergo regnum diaboli diuisione facta, à Christo est
Euthymius. dissolutum. Euthymius in Matth. Sed neque dæmon homini contra dæmonem au-
xiliabitur, nec hominem amare poterit, qui ab initio homicida est, Ioan. 8. Quomo-
do ergo fiet, vt homo in virtute Beel-zebub eiiciat dæmonia? Cassianus Collat. 8. I
Cassianus. Abbatis Sereni, cap. 19. Sciendum est, inquit, duobus modis spiritus immundos
Quot modis spiritus immundi obediunt dæmonibus. hominibus obedire. Aut enim sanctitati fidelium diuina gratia ac virtute subdun-
tur: aut sacrificiis impiorum, ceu quibusdam carminibus deliniti, velut familiaribus
suis obtemperāt. Qua opinione Pharisæi quoque decepti, arbitrati sunt etiam Do-
minum saluatorem hac arte dæmonijs imperasse. Verùm vi illos eiiciebat, non autē
velut familiares inducebat. Fieri autē non potest, vt violentia cedant dæmones, nisi
Impietas hæreticorum. à virtute contraria, nimirùm diuina. Atqui potest & Ecclesia idem expostulare ab
hæreticis, quod Christus à Iudæis. Collusioni enim dæmonum tribuūt, quod le-
gunt de miraculis factis, seu ad Eucharistiæ præsentiam, aut sacrificii liturgici cele-
brationem, aut Sanctorum memoriam. Væsanus Beza audet Magiæ tribuere nostrā
Eucharistiam. Atqui cùm illa munitus esset Satyrus, securus inter naufragia nata- K
Ambrosius. uit, vt scribit Ambros. serm. de obitu fratris sui Satyri. Illa etiam accepta, puella quæ-
Prosp. Aquit. dam Araba à dæmone obsessore liberata est. Testis est Prosper Aquitanicus lib. de
dimidio temporis, cap. 6. Nec compati Eucharistia potuit cū idolothytis priùs sum-
Cyprianus. ptis, vt narrat Cyprianus serm. de lapsis. Missam alij diaboli commentum vocant. Ea
verò celebrata sub Augustino in territorio Fussalensi, dicto Cubedi, maligni spiritus
Augustinus. absceſſerūt. Narrat hoc idem Augustin. lib. 22. de ciuit. Dei. ca. 8. Reliquiarū sacrarū
venerationem à diabolo institutam prædicant: & tamen terra Sepulchri D. Thomæ
Abdias. filiū Mesdei regis, appensa illius collo, à dæmone liberat. Testis est Abdias lib. 9. Cer-
Chrysosto. tam. Apostolici. Quinetiā Chrysost. hom. in Babylam martyrē: Sanctorū, inquit, ossa
dæmonas sistunt & torquēt. Quomodo ergo hæc dæmonū cōmenta sunt, quæ dæ-
mones eiiciūt? *Si autem in Beel-zebub eiicio dæmonia, filij vestri in quo eiiciunt?* Alia argumē-

tatio-

A tatione, immò velut exemplo ipsos constringit. Hieron. in Matth. Filios Iudæorum vel exorcistas legis Gentis illius ex more signat, vel Apostolos ex eorum stirpe generatos. Si exorcistas, quia ad inuocationem Dei eiiciebant dæmones, coarctat Pharisæos interrogatione prudenti, vt confiteantur Spiritus sancti opus esse. Si expulsio, inquit, dæmonum in filiis vestris Deo, non dæmonibus deputatur, quare in me idem opus non eandem habeat & causam? Zonaras tom. 1. Annal. narrat à Salomone profectos exorcismos, excantationes dæmonum & adiurationes. Quam curationem ad suam vsque ætatem durasse Iosephus scribit, inquit, & in eius rei fidem, eiusmodi exprimentum narrat: Eleazarum quendam popularem suum habuisse annulum, sub cuius pala radix esset, secundum doctrinam Salomonis, quæ si naso dæmoniaci admoueretur, solo olfactu per nares extraheretur dæmonium. Dein-
B de Salomonis facta mentione excantasse, & adiurasse dæmonium, ne in hominem reuerteretur. Hoc in Vespasiani & filiorum eius conspectu fecisse Eleazarum, & vt vim contra dæmones insitam probaret, posuisse poculum aqua plenum, & iussisse dæmonio, vt egressum ex homine id euerteret. Itaque id factum esse, nemine cernente à quo euerteretur. Idem Beda in Act. 19. ex Iosepho scribit. Legitur autem apud Iosephum lib. 8. Antiquitatum, cap. 2. Euthymius, filios Iudæorum pro Apostolis sumit. Nam quia discipuli quoque eius iam dæmones eiiciebant, inquit, sumpta ab ipso potestate: ab his magis Pharisæos arguit, qui sola moti inuidia, illum accusabant. Filios autem Pharisæorum Apostolos nominauit, eò quòd Pharisæi patrum ordinem retinerent inter Iudæos, à quibus descendebant Apostoli, vel quia illis iuniores erant. Chrysostomus hom. 42. Operis prioris in Matth. Exemplo igi-
C tur illos retundit, sicut cùm de die Sabbati differeret, cùm & Dauid regem in medium produxit, & sacerdotum factum non tacuit. Perspice autem quàm mitis sit hic sermo. Non dixit, discipuli mei, aut Apostoli, sed *filij vestri*, vt siquidem ad eandem cum illis animi nobilitatem venire velint, magnam hinc opportunitatem atque occasionem nanciscantur: si autem ingratitudine ac sopore mentis in nequitia permaneant, nulla illis ratio ad excusationem relinquatur. Tertullianus libr. 4. contra Marcionem: Hac autem, inquit, voce quid magis portendit, quàm in eo eiicere se dæmonia, in quo & filij eorum? In virtute scilicet creatoris. *Ideò ipsi iudices vestri erunt*: scilicet exorcistæ iudices vestri erunt, non potestate, sed causa: quia Iudæi cùm de filio Dei dubitant fateri, quod de exiguis hominibus profitentur, sententiam incurrunt: aut Apostoli iudices erunt, illi enim testes meæ virtutis, & vestræ nequitiæ, sedebunt super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël. Luc.
D 22. Et nos quidem aduersus impios nostri temporis hæreticos idem exquirimus. Nam cùm Ecclesiam nostram auersentur, dicant à quibus baptizare didicerint, nisi à patribus nostris. Et tamen illos velut filios suæ ferulæ subducunt. An non illi fidem vnam Ecclesiæ professi sunt, quam noui isti censores excludunt? Sint illi iudices eorum. *Si autem in digito Dei eiicio dæmonia, profectò peruenit in vos regnum Dei.* Vbi docuit se non in Beel-zebub, nunc subiicit se in spiritu & virtute Dei operari. Quod enim Lucas digitum nuncupat, alij Euangelistæ spiritum vocant. Verùm quomodo digitus Dei dicitur, cùm Deus incorporeus sit? D. Dionysius Areop. cap. 15. cœlestis Hierarchiæ, figuratiuas imagines Angelorum vocat, quòd hi humana forma describuntur. Ita digitus non corporaliter, sed per similitudinem, in Anthropomorphitas, sumi debet. Tertullian. lib. 4. in Marcionem, per digitum Dei modicam crea-
E toris virtutem intelligit, summam tamen. Sic enim apud Pharaonem venefici virtutem Dei significarunt. Eucherius lib. Formularum spiritualium, rationem reddit, quòd Spiritu sancto lex in duabus tabulis lapideis scripta sit. Et sicut digitus cum manu, brachio & corpore vnum sunt in natura: ita Pater, Filius, & Spiritus sanctus, tres quidem personæ sunt, vna autem diuinitatis substantia. D. Augustin. libr. 2. qu. Euangel. cap. 17. Dicitur, inquit, Spiritus sanctus digitus propter partitionem donorum, quæ in eo dantur vnicuique propria, siue hominum, siue Angelorum. In nullis enim membris magis apparet partitio quàm in digitis. Hîc per transennam quædam de significatione Imaginum affari potes. Ambros. in Lucam, ex hoc loco obseruat imperialem quandam & diuinam Spiritus sancti potestatem. Athanasius Orat. 2. contra Arianos, interpretatur hunc locũ sic vt Ario non faueat, qui Christũ

Hieronym. *Filii, aut Apostoli, aut exorcistæ.* Zonaras. *Exorcismi Salomonis.* Iosephus. Beda. Euthym. Chrysostom. Tertullian. Dio. Areop. Tertull. Eucherius. August. Ambrosius. Athanasius.

Deum esse negabat, Patri consubstantialem, quòd eius impotentia aliquando in F
scripturis legatur. Nec verò distinguebat quæ hominis erant & carnis, ab his quæ
diuinæ naturæ. Quòd ait se in spiritu eiicere dæmonia (inquit Athanasius) hoc ra
tione carnis dictum est, quæ idonea non erat, vt per se sine præsidio Spiritus sancti
Euthymius. dæmonia eiiceret. Euthymius in Matth. Itaque spiritum Dei nunc potentiam vo-
cat. Nam & Lucas per digitum Dei dixit, hoc est, per manum. Manum verò Dei,
potentiam Dei dicimus: non enim Christus q. nudus homo, sed quasi Dei filius ope-
rabatur. Apostoli quidē non propria potētia, sed per diuinā gratiam illos eiiciebant.
Christus solo iussu dæmones fugabat, illi verò per nomen eius ipsos expellebant. Si
verò peruenit ad vos regnū Dei, quare illud repellitis? Quare contra vestra bona pu-
gnatis? Hoc nāque tempus est vestræ salutis, quod olim prædixerūt Prophetæ. Tho-
Thomas. mas in Matth. Hoc ergo est, q. dicat: Stultus est qui repellit à se, quæ in bonum suū G
cedunt. Expulsio autem dæmonum in bonum vestrum cedit. Admonet igitur vt po-
tiùs exultent, & ad ipsum se præparent, per quem aditū ad patrem habemus, quàm
vt blasphemias & calumnias illi impingant. Regnum enim Dei, aduentus Christi
est, qui fecit nos Deo nostro regnum & sacerdotes. Luc. 17. Regnum Dei intra vos
est. Vel Regnum Dei, dominium eius est in hominibus, ita scilicet vt ille colatur, &
timeatur. 1. Cor. 15. Oportet autem illum regnare, donec ponat inimicos sub pedi-
bus eius. Sed quare dicitur eiectio dæmonum fieri in Spiritu sancto? Respondet D.
Thomas in Matth. Quia ei amor & bonitas appropriatur. *Cùm fortis armatus custodit*
atrium suum, in pace sunt omnia quæ possidet. Maiori robore cōfirmatur quod dictum est.
Adeò, inquit, procul absum, vt socio, vt coadiutore diabolo vtar: quod mihi bellum
perpetuum cum eo est, & vinctum teneo, atque spolio: cuius rei certū vestigium est, H
quòd vasa eius direpta videtis. Animaduertite igitur qualiter in oppositum arguat, vt
Chrysost. meditatur Chrysostom. hom. 42. Oper. prioris in Matth. Illi enim inferre volebant,
non propria ipsum potestate dæmones eiicere: ipse autem id se non modò facere o-
stendit, sed & principem quoque dæmonum vinculis complicatum detinere. Beda
Beda. in Luc. *Fortem* diabolum intelligit, qui & alibi princeps huius mundi nuncupatur.
Hic in homines perpetuò pugnat, & sæpius præualet. *Atrium* illius, mundus qui in
maligno positus est, infernus, & conscientiæ impiorum, in quibus sine vlla contra-
dictione ante Christi aduentum quiescebat. *Fortior superueniens* Christus est, virtus
Patris, & splendor substātiæ eius: qui superuenit per natiuitatem in hunc mundum,
qui tamen secundum diuinitatem priùs replebat omnia. *Vasa* sunt electi, quos olim I
diabolus sibi subiecerat: qualis erat Paulus, Peccatrix, & permulti peccatores, quos
Christus à vinculis sathanæ soluebat. *Direpta* hæc, quoniam à diaboli seruitute sub-
ducta. *Arma* autem *ablata sunt*, cùm Christus chirographum decreti nobis contrariū
deleuit in cruce. Coloss. 2. *Spolia distributa*, electi nimirùm ad varia Ecclesiæ munia
delecti sunt, in ædificationē corporis Christi (Ephes. 4.) aut variis cœli mansionibus
deputati sunt. Ideò de Christo sic vaticinatur Esaias cap. 8. Voca nomen eius veloci-
ter, spolia detrahe, festina prædari. Et alligauit fortem. Apoc. 20. Vide Angelum for-
tem de cœlo descendentem, & habentem clauem abyssi, & catenam in manu sua, &
apprehendit serpentem antiquum draconem, & alligauit eum per annos mille. Cy-
Cyril. Hiero. rillus Hierosol. Catech. 8. Hinc Dei omnipotentiam conuincit extendi ad omnia,
contra eos qui illam cœlo circumscribebant, quia dicitur, Veritas tua vsque ad nu-
bes: cùm tamen fortior ille sit sathana, & eum vinciat. Non enim tanquam impotēs, K
aut victus illū sustinet, sed vt magis confundatur, homines verò coronētur. Esa. 49.
Captiuitas à forti tolletur, & quod ablatum fuerit à robusto, saluabitur. *Qui non est*
Tho. Aquin. *mecum, contra me est.* Thomas Aquinas lib. Comment. in Matth. Hîc ponitur quarta
ratio, quæ superiora confirmet. Posset enim aliquis dicere: Si per victoriam auferres,
procederet quidem ratio. Hoc autem facis non per violentiam, sed per passionem:
igitur non consequitur te fortem alligasse. Ratione ergo tali vtitur. Quæ conueniūt
in vno aliquo, opus simile habent. Vnde quia similia opera faciunt, sibi inuicem mi-
nimè aduersantur. Sed ego dæmonibus contraria facio. Violentia igitur in ipsos v-
Chrysostom. tor. Aut ita formari potest ratiocinatio, vt Chrysostom. meditatur. Contraria à con-
Christus sata- trariis iuuari minimè possunt: Ego autem sum cōtrarius sathānæ: hic quippè dissol-
næ aduersa- uit, dissipat & dispergit: ego compono, reædifico, & colligo vniuersos ad Deum.
tur.

Sathan

A Sathan abducit,ego autem vera illis virtutum trado documenta. Ita verba Christi simpliciter docent,omnia dispergi,quæ incentore dæmone fiunt. Cùm Nembroth Deo prævalere contendit, linguæ confunduntur, Genes. 11. Pseudoprophetæ, qui coram Achab cum Sedechia vaticinati fuerant, de mendacio conuincuntur.3.Reg. 22.Baalini sacerdotes,qui stare se putabant,dissipantur, conditione accepta ab Helia,4.Reg.Ecquid Herodes, Pharisæi & Iudæi in Christum prævaluerunt? Dispersi sunt,nec potuerunt stare.Immò omnes hæretici ab inuicem & à nobis seiuncti sunt velut nubes turbinibus exagitatæ, 2. Pet.2. Est autem generalis hæc Christi sententia,nullámque patitur exceptionem. Quam certè in nescio quod Atheorum hominum genus obseruare licet,qui Christum cum Antichristo, fidem cum infidelitate ita se temperaturos putant,vt simul hæreticus cum catholico tutò & securè habitare B possint. Proferunt nescio quod Interim, & de iure suo nihil cedentes, ius Dei explodunt. Plutarchus in libr. de Repub.Solonis factum velut insigne notauit, qui ciuitate in factiones diuisa,mulctaret eos qui neutri se parti adiungerent: quasi qui de communi omnium interitu lætarentur.Quid enim in colendo Deo fideles simul & infideles erimus? Cùm primùm Sicambri in Franciam aduenissent, non mirum si nutaret religio,quibus Ranæ pro insignibus erant:

Sententia hæc generalis non patitur exceptionem.

Plutarchus.

Interimistæ Athei contẽdunt tolerandas omneshæreses.

Ἀμφίβιον γὰρ ἔδωκε νομὴν βατράχοισι Κρονίων.

Amphibiam enim seu vitam duplicem, in aquis nimirùm & terra, Deus ranis dederat,vt & terrestribus & palustribus vti possent.At nuncRanas Liliis commutauimus,quæ neque nent,neque muliebri inconstantiæ addicta sunt,sed legi Salicę & C martiali.Cur nos rursum coaxantes istas Ranas in cœno voluptatum audimus,vt in amphibiam vitam traducamur?Contrarium à contrario non ædificatur,sed ruit,inquit Tertullianus lib.de Præscript. Qui sunt ergo qui salutem Rempublicã esse existimant, positis de Deo contrariis opinionibus? Hieronym. in Epist. ad Damasum Papam.Ego,inquit,nullum primum nisi Christum sequens,beatitudini tuæ, id est, cathedræ Petri communione consocior: super illam petram ædificatam Ecclesiam scio.Quicunque extra hanc domum agnum comederit,prophanus est. Non noui Vitalem,Meletium nescio,&c.Quicunque tecum non colligit,spargit:hoc est, qui Christi non est, Antichristi est.Docemur etiam ex hac sententia,rerum omnium sumenda esse à Deo initia & consilia, seu bella gerenda,seu pax concilianda, seu leges promulgandæ,seu priuata aut publica quæuis negotia aggredienda fuerint. Adiicit enim,*Qui non colligit mecum,dispergit.* In Deo colligimus, ab ipso descisentes dispergimus. Nisi Dominus ædificauerit domum,in vanum laborauerũt qui ædificant eã. Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustrà vigilat qui custodit eam. Sunt qui ad principum aures susurrent, nullam numinis habendam esse rationem in negotiis status,vt vocant,nimirùm quæ & regium & publicum statũ concernunt, quasi quid sepositio fundamento superstruant, & sepositio vinculo colligare possint. Hos non- nulli Politicos,ego verò Atheos vocauerim. Quæ verò vnquam vel ab Ethnicis lex posita est,quæ non quasi à numine proficisceretur?Inde fit,vt dum principes horum impiorum consiliis nituntur,nihil colligant,sed omnia dispergant, & in peius proficiant. Sed & quid hæreticis omnibus aliud contingere potest,quàm vt dum contra Deum,Christum & Ecclesiam moliuntur, & se suósque dispergant? Dispersionem E hanc Sathanicam Vincentius Lirinensis, libro quem aduersus hæreticorum noua- tiones edidit,maris procellis comparat,quod variis Aquilonibus æstuat. Heu miseranda conditio,inquit, quantum curarũ turbinibus exagitantur? Nunc etenim quà ventus impulerit,incitato errore rapiuntur:nunc in semetipsos reuersi tanquam cõtrarii fluctus reliduntur:nunc temeraria præsumptione ea quæ videntur, approbãt: nunc irrationali metu etiam quæ certa sunt expauescunt: incerti quà eant,quà redeant:quid appetant,quid fugiant,quid teneant, quid dimittant. At fideles, & qui Christi sunt,non penduli aut dispersi vagantur, sed fide & vna ecclesia congregantur.Nixus vtique fuerat Theodosius Imperator Constantinopoli varias hæreticorũ turmas sibi cum catholicis reconciliare:sed disputando nihil profecit. Vnde vi, exiliis, & coërcionibus agere coactus est. Nicephorus refert hist. Eccles.lib. 12. cap. 15. *Ideò amen dico vobis, quoniam omnia dimittentur filiis hominum peccata & blasphemiæ, quibus blasphemauerint: spiritus autem blasphemiæ non remittetur*. Hilarius in Matth. Pharisæorũ

Tertullian.

Contrariis opinionibꝰ ruit Respublica.

Hieronym.

A Deo sumẽdum omne consilium.

In Politicos Atheos, qui publica consilia à Deo & religione seiungunt.

Vinc. Lirin.

Nicephorus.

Hilarius.

hamque ſententiam,& eorum qui ita cum his ſentiunt, peruerſitatem, ſeueriſſima F
definitione condemnat: peccatorum omnium veniã promittens, & blaſphemiæ in
Auguſtin. ſpiritum indulgentiam abnegans. Auguſtin. ſerm. 1. de verb. Domini. Cæterum magna quæſtio occurrit,& fortè in omnibus ſanctis ſcripturis nulla maior quęſtio, nulla difficilior inuenitur. Vnde, vt vobis aliquid de meipſo fatear, ſemper in meis ſermonibus, quos ad populum habui, huius quæſtionis difficultatem vitaui. Non quia nihil haberem, quod inde vtcumque cogitarem: neque enim in re tanta petere, quęrere, pulſare negligerem: ſed quia ipſi intelligentiæ, quæ mihi aliquantum aperiebatur, verbis ad horam occurrentibus me poſſe ſufficere non putarem. Apud Marcum ita ſcriptum eſt: *Amen dico vobis, quoniam omnia dimittuntur filiis hominum peccata & blaſphemiæ quibus blaſphemauerunt: qui autẽ blaſphemauerit in ſpiritum ſanctum, non habet remiſſionem in æternum, ſed reus erit æterni delicti.* Lucas ita habet: *Omnis qui dicit verbum in filium* G
hominis, remittetur ei: ei autem qui in ſpiritum ſanctum blaſphemauerit, non remittetur. Matthæus adiicit ſuperioribus. *Quicunque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra ſpiritum ſanctum, non remittetur ei, neque in hoc ſæculo, neque in futuro.*
Hieronym. Hierony. in Matth. Ita locus iſte ita intelligendus eſt: Qui verbum dixerit contra filium hominis, ſcandalizatus carne mea, & me hominem tantum exiſtimans, talis opinio atque blaſphemia, quanquam culpa erroris non careat, tamen habet veniã,
Quid verbum in ſpiritum ſanctum. propter corporis vilitatem. Qui autem manifeſta intelligens opera Dei, cùm virtutẽ Dei negare nõ poſſit, eadem calumniatur, ſtimulatus inuidia, & Chriſtum Dei verbum, & opera ſpiritus ſ. dicit eſſe in Beel-zebub: huic non remittetur neque in hoc
Auguſtinus. ſæculo, neque in futuro. Auguſtin. ſerm. 11. de verb. Domini in Matth. Quid ergo fiet de his quos lucrari cupit Eccleſia? Numquidnã collectis, & ad eam ex quocumque H
errore venientibus ſpes falſa promittitur, in remiſſione omnium peccatorum? Quis enim non conuincitur dixiſſe verbum contra ſpiritum ſanctum, antequàm Chriſtianus, vel Catholicus fieret? Primò ipſi qui Pagani appellantur, multorum Deorũ falſorúmque cultores, & idolorũ adoratores, cùm dicunt Dominum Chriſtum magicis artibus feciſſe miracula, nónne iſtis ſunt ſimiles, qui eum dixerunt in principe dæmoniorum eieciſſe dæmonia? Deinde, cùm quotidie noſtram ſanctificationem blaſphemant, quid aliud blaſphemant, quàm ſpiritum ſanctum? Quid Iudæi qui dixerunt de Domino, Vnde iſte exortus eſt ſermo? Nónne adhuc vſque verbũ contra ſpiritum ſanctum loquuntur, ſic negantes eum eſſe in Chriſtianis, ſicut illi in Chriſto eſſe negauerunt? Neque enim & illi ſpiritui ſancto non maledixerunt, aut non eum dicentes eſſe: aut eſſe quidem, ſed Deum non eſſe, verùm creaturã: aut ad dæmones I
eiiciendos nihil valere: non iſta indigna, non aliquid ſimile de ſpiritu ſancto locuti ſunt? Sadducęi enim ſpiritũ ſanctum negabant: Phariſæi verò eum eſſe, contra Sadducæorum hæreſim defendebant, ſed eſſe in Domino Ieſu Chriſto negabant, quem dæmones eiicere in principe dæmoniorum putabant, cùm eiiceret ille in ſpiritu
Quomodo hæretici Spiritũ ſanctũ blaſphement. ſancto. Ac per hoc & Iudæi, & quicunque hæretici ſpiritum ſanctũ confitentur, ſed eum negant eſſe in Chriſti corpore, quod eſt vnica eius Eccleſia, non vtique niſi vna Catholica: proculdubiò ſimiles ſunt Phariſæis, qui tunc etiamſi eſſe Spiritum ſanctũ fatebantur, negabãt tamen eum eſſe in Chriſto, cuius opera in dæmonibus eiiciendis dæmoniorum principi tribuebant. Omitto quòd quidam hæretici ipſum omninò ſpiritum ſanctum vel non creatorem, ſed creaturam eſſe contendunt, ſicut Ariani, & Eunomiani, & Macedoniani: Vel eum ita negant, vt ipſum Deum negent eſſe Trinitatẽ, ſed tantũmodò eſſe Patrẽ aſſeuerãt, & ipſum aliquãdo vocari filiũ, ali- K
quãdo vocari Spiritum ſanctũ, ſicut Sabelliani, quos quidã Patripaſſianos vocant: ideò quia Patrem perhiberent paſſum, cuius negant aliquem eſſe filium, ſine dubio negant eſſe ſpiritum ſanctum. Fotiniani quoque Patrem ſolum eſſe Deum, Filium verò non niſi hominem dicunt, negantes omninò tertiam perſonam Spiritum ſanctum. Manifeſtum eſt igitur & à Paganis, & ab hæreticis, & à Iudæis blaſphemari ſpiritum ſanctum. Numquidnã ergo deſerendi ſunt, & ſine vlla ſpe deputandi, quoniam fixa ſententia eſt, Qui verbum dixerit contra ſpiritũ ſanctum, non remittetur ei, neque in hoc ſæculo, neque in futuro? Et illi ſoli æſtimandi ſunt ab huius grauiſſimi peccati reatu liberi, qui ex infantia ſunt Catholici? Nam quicunque Verbo crediderunt, vt Catholici fierent, vtique aut ex Paganis, aut ex Iudæis, aut ex hæreticis,

A ticis, in gratiam Christi pacémque venerunt. Quibus si non est dimissum, quod dixerunt contra spiritum sanctum, inaniter promittitur & prædicatur hominibus vt cõuertantur ad Deum, & siue in baptismo, siue in Ecclesia pacem remissionémque accipiant peccatorum. Neque enim dictum est, Non remittetur ei nisi in baptismo: sed non remittetur, inquit, neque in hoc sæculo, neque in futuro. Nonnullis videtur eos tantummodò peccare in spiritum sanctum, qui lauacro regenerationis ablutiin Ecclesia, & accepto spiritu sancto, velut tanto postea dono saluatoris ingrati, mortifero aliquo peccato se immerserunt, qualia sunt vel adulteria, vel homicidia, vel ipsa discessio, siue omnimodo à nomine Christiano, siue à Catholica Ecclesia. Sed iste sensus vnde probari possit ignoro, cùm & pœnitentiæ quorũcũque criminũ
B locus in Ecclesia non negetur: & ipsos hæreticos ad hoc vtique corripiendos dicat Apostolus (2. Tim. 2.) Ne fortè det illis Deus pœnitentiam ad cognoscendam veritatem, & resipiscant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur, secundum ipsius voluntatẽ. Quis enim est fructus correctionis, sine vlla spe remissionis? Postremò non ait, Qui fidelis Catholicus dixerit verbum contra spiritum sanctum, sed *qui dixerit*, hoc est, quicumque dixerit, non remittetur ei neque in hoc sæculo, neque in futuro. Siue ergo sit ille Paganus, siue Iudæus, siue Christianus, siue hæreticus, siue quodlibet aliud habeat nomen erroris, non dictum est, Ille aut ille, sed, qui dixerit verbum contra spiritum sanctum. Priùs ergo vt aduertatis, & intelligatis, admoneo non dixisse Dominum: Omnis blasphemia spiritus non remittetur ei: sed, *qui dixerit verbum*. Illud enim si dixisset, nihil omninò remaneret, vnde disputare possemus: quoniam si
C omnis blasphemia, & omne verbum quod dicitur contra spiritum sanctum, non remitteretur hominibus: ex nullo genere impietatis, eorum qui dono Christi, & sanctificationi Ecclesiæ contradicunt, vel Paganorum, vel Iudæorum, vel quorumlibet hæreticorum, nonnullorum etiam in ipsa Catholica imperitorum quemquam in Ecclesia lucraretur. Sed absit vt hoc Dominus diceret. Absit, inquam, vt veritas diceret omnem blasphemiam, & omne verbum quod contra spiritum sanctum diceretur, nõ habere remissionẽ neque in hoc sæculo, neque in futuro. Exercere quippè nos voluit difficultate quæstionis, non decipere sententiæ falsitate. Quapropter nõ est necesse, vt omnem blasphemiam, & omne verbum quod dicitur contra spiritum sanctum, remissionem quisque existimet non habere: sed necesse est planè, vt sit aliqua blasphemia, & aliquod verbum, quod si dicatur contra spiritum sanctum, nullã
D vnquam veniam remissionémque mereatur: quia si omne acceperimus, quisnam poterit saluari? Si autem rursus nullum putauerimus, contradicimus saluatori. Quia ergo nec vniuersaliter omnis blasphemia, nec particulariter quædam blasphemia: sed indefinitè & verbum & blasphemia enunciata est: necesse est planè vt quandã blasphemiam, & quoddam verbum intellexerit. Hoc vt manifestiùs videatis, illud attendite, quod ait idem ipse Iudæis, (Ioan. 15.) Si non venissem, & locutus eis nõ fuissem, peccatum non haberent. Neque enim ita dictum est, vt sine vllo omninò peccato vellet intelligi futuros fuisse Iudæos, si non venisset, & locutus eis fuisset. Plenos vtique inuenit, oneratósque peccatis: propter quod dixit, (Matth. 11.) Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis. Vnde nisi sarcinis peccatorum & transgressionibus legis? Quoniam lex subintrauit, vt abundaret delictũ. (Rom. 5.) Cùm ergo
E ipse etiam alibi (Matth. 9.) dicat, Non veni vocare iustos, sed peccatores: quomodo si non venisset, peccatum non haberent: nisi quia sententia ista nec vniuersaliter, nec particulariter, sed indefinitè pronunciata, non omne peccatum cogit intelligi? Sed planè nisi peccatum aliquod intellexerimus, quod nõ haberent, nisi Christus venisset, & locutus eis fuisset, falsam, quod absit, sententiam diceremus. Sicut ergo ibi, cùm audimus, Peccatum non haberent, non omne, sed aliquod peccatum intelligimus: ita in hodierna lectione non omnis blasphemia, aut omne verbum, sed aliqua blasphemia & aliquod verbum contra spiritum sanctum intelligitur. Quid verò ad rem interest, vtrum dicatur, *blasphemia spiritus non remittetur*, an dicatur, *Qui blasphemauerit in spiritum sanctum, non ei remittetur*: nisi fortè quòd eadem apertiùs isto modo, quàm illo dicitur, & alium Euangelistam non destruit alius, sed exponit? Concludit demum dicens. Ipsa ergo impœnitentia est spiritus blasphemia. Contra spiritum enim sanctum, quo baptizantur, quorum peccata omnia dimittuntur, & quẽ acce-

Obseruanda ad resolutionẽ verborum.

Impœnitentia finalis peccatũ est in spiritũ sanctum.

pit Ecclesia, vt cui dimiserit peccata, dimittantur ei: Verbum valde malum & nimis F
impium, siue cogitatione, siue etiam lingua sua dicit, quem patientia Dei cùm ad
pœnitentiam adducat, ipse secundum duritiam cordis sui, & cor impœnitens, the-
saurizat sibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicii Dei, qui reddet vnicuique
iuxta opera eius. Hæc omninò impœnitentia non habet remissionem, neque in hoc
sæculo neque in futuro, quia pœnitentia impetrat remissionem in hoc sæculo, quæ
valeat in futuro. De nullo enim desperandum est, quandiu patientia Dei ad pœnitẽ-
tiam adducit. Proinde monet Apostolus, (1. Cor. 4.) Nolite ante tempus iudicare.

Augustinus. Idem vtique Augustin. in expositione sermonis Domini in mõte, lib. 1. cap. 43. aliter
interpretatur peccatum in spiritum sanctum. Nimirùm, si quis cognitæ veritati ex
certa malitia deroget. Videtur autem illa sententia inniti duobus scripturæ locis.
Heb. 6. Impossibile est eos qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum cœ- G
leste, & participes facti sunt spiritus sancti: gustauerunt nihilominus bonũ Dei ver-
bum, virtutésque sæculi venturi, & prolapsi sunt: rursus renouari ad pœnitentiam,
rursum crucifigentes sibimetipsis filium Dei, & ostentui habentes. Alter scripturæ
locus est, Heb. 10. Voluntariè peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis,
iam non relinquitur pro peccatis hostia. Et quibusdam interiectis: Quanto magis
deteriora putatis mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinẽ testa-

Renouatio baptismi non reiteratur. menti pollutum dixerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliam fe-
cerit? Verùm prior locus, Heb. 6. per ἀνακαινίζειν, renouari, non simpliciter pœniten-

Chrysostom. tiam agere, sed baptizari significat. Chrysostomus hom. 9. in cap. 6. Heb. Quid ergo,
inquit? Exclusa est pœnitentia? Non pœnitentia exclusa est, absit: sed renouatio per
lauacrum regenerationis. Baptisma crux est, & simul crucifixus est vetus homo no- H
ster. Conformes enim facti sumus similitudini mortis eius. Et iterũ: Consepulti estis
ei per baptismum, in mortem. Sic enim impossibile est secundò crucifigi Christum:
hoc enim est ostentui eum habere. Si enim mors ei iam non dominabitur, si resurre-
xit, resurrectione victor mortis factus est: si morte mortem expugnauit, deinde iterũ
crucifigeretur, fabulæ essent cuncta illa & ludibrium. Proinde qui secundò seipsum
baptizat, secundò crucifigit. Facit igitur hæc Pauli sententia contra secundum ba-
ptisma, non contra secundam tabulam, sc. pœnitentiam, quasi nulla superfit venia
peccantibus post susceptum baptisma. Altera autẽ Pauli sententia. Heb. 10. satis di-
lucida est, quòd volũtariè peccantibus iam non relinquitur pro peccatis hostia. Ne-
cessarium est enim peccatoribus sua peccata abiurare, ab illis secedere, & volun-
tatem suam secernere: si quidem doni cœlestis, & hostiæ pro peccatis oblatæ partici- I
pes esse voluerint. Inde fit, vt neutra sententia dicat, peccatum illud omninò & in
spiritum sanctum, & irremissibile esse, quod hîc post agnitionem Dei, seu contra
fraternitatem, seu aduersus gratiã, qua Deo reconciliatus est, committit, vt scripsit

Augustin. Augustinus: Ideóque illud velut simplicius quàm par esset, dictum retractauit, lib. 1.

Peccatum ad mortem, quid. Retractat. cap. 9. Peccatum, inquit, fratris ad mortem, de quo dicit Apostolus Ioan-
nes, (1. cap. 5) Non pro illo dico vt roget quis, ita definiui, vt dicerem: Peccatum ergo
fratris ad mortem puto esse, cùm post agnitionem Dei, per gratiam Domini nostri
Iesu Christi, quisque oppugnat fraternitatem, & adũersus ipsam gratiam, qua recon-
ciliatus est Deo, inuidẽtiæ facibus agitatur. Quandoquidem non confirmaui, quo-
niam hoc putare me dixi: sed tamen addendum fuit, si in hac tam scelerata mentis
peruersitate finierit hanc vitam: quoniam de quocumque pessimo in hac vita cõsti- K
tuto non est vtique desperandum: nec pro illo imprudenter oratur, de quo non de-
speratur. Assignant autem Theologi sex peccatorum species in spiritum sanctum. 1.

Sex peccatorũ species in spiritum sanctũ. Si diuina misericordia quis abutatur, 2. si de gratia Dei, vel salute sua prorsus despe-
ret, 3. si veritatem religionis aduersus suam ipsius conscientiam hostilẽ in modum
oppugnet, 4. si pertinaci inuidia grauiter concitetur ob alienæ salutis, & virtutũ fra-
ternarum progressum, 5. si obfirmato animo in crimine scienter persistat, 6. si absque

Tho. Aquin. pœnitentiæ proposito peruersæ vitæ finem nullum faciat. Verumtamen hæc omnia

Quomodo peccatum in spiritum sanctum irremissibile est. ad finalem impœnitentiam reduci possunt. Thomas Aquinas in secunda secundæ,
quæst. 14. art. 3. Porrò, inquit, secundum diuersas acceptiones peccati, peccatũ in spi-
ritũ sanctũ diuersimodè irremissibile dicitur. Si enim dicatur peccatũ in spiritũ san-
ctum finalis impœnitentia: sic dicitur irremissibile, quia nullo modo remittitur. Pec-

catum

A catũ enim mortale, in quo homo perseuerat vsque ad mortẽ, quia in hac vita non remittitur per pœnitentiã, nec etiã in futuro dimittetur. Secundũ autem alias duas acceptiones dicitur irremissibile: non quòd nullo modo remittatur, sed quia quantum est de se, habet meritum vt non remittatur. Et hoc dupliciter. Vno modo quantum ad pœnam. Qui enim ex ignorantia, vel infirmitate peccat, minorem pœnam meretur. Qui autem ex certa malitia peccat, non habet aliquam excusationem, vnde eius pœna minuatur. Similiter etiam qui blasphemabat in filium hominis, diuinitate nondum reuelata, poterat habere aliquam excusationem, propter infirmitatem carnis, quam in eo aspiciebat, & sic minorem pœnam merebatur. Sed qui ipsam diuinitatem blasphemabat, opera spiritussancti diabolo attribuens, nullam excusationem habebat, vnde eius pœna minueretur. Et ideò dicitur secundum expositionem

B Chrysostomi, hom. 43. Operis prioris in Matth. Hoc peccatum Iudæis *non remitti, neque in hoc seculo, neque in futuro:* quia pro eo passi sunt pœnam, & in præsenti vita per Romanos, & in futura vita, in pœna inferni. Sicut etiam Athanasius in Tractatu de hoc dicto Euangelij, *Qui dixerit verbum contra spiritum sanctum*, inducit exemplum de illorum parentibus, qui primò quidem contra Moysen contenderunt propter defectum aquæ & panis: & hoc Dominus sustinuit patienter. (Exod. 16. & 17.) Habebant enim excusationem ab infirmitate carnis. Sed postmodùm grauiùs peccauerunt, quasi in spiritum sanctum, beneficia Dei, qui eos de Ægypto eduxerat, idolo attribuentes: cùm dixerunt, Hi sunt dij tui Israël, qui te eduxerunt de terra Ægypti. (Exod. 32.) Et ideò Dominus & temporaliter fecit eos puniri, cùm

C ceciderunt in die illa quasi 33. millia hominum: & in futuro eis pœnam comminatur, dicens: Ego autem in die vltionis visitabo & hoc peccatum eorum. Alio modo potest intelligi quoad culpam, sicut aliquis morbus dicitur incurabilis, secundum naturam morbi, quo & omnia ad curationem remedia tolluntur: vt si morbus virtutem naturæ abstulerit, fastidium autem cibi & medicinæ induxerit, incurabilis quidem erit hic morbus secundum se, Deo tamen qui omnia superat, non erit incurabilis. Sic peccatum in spiritũ sanctum dicitur irremissibile secundum suã naturam, in quantum excludit ea, per quæ fit remissio peccatorum. Per hoc tamen non præcluditur via remittendi & sanandi omnipotentiæ Dei & misericordiæ, per quam aliquando tales, quasi miraculosè, spiritualiter sanantur. Fulgentius de fide, ad Petrum Diaconum, peccatum obdurationis, in spiritumsanctum nuncupat. Cui beatus quoque Apostolus, inquit, concordat his verbis: (Heb. 3.) Videte fra-

D tres, ne fortè sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis discedendi à Deo viuo: sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies, donec hodie cognominatur, vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. Proinde diligentes misericordiã Dei, metuentésque iustitiam, nec de remissione peccatorum desperemus, nec remaneamus in peccatis: scientes quia illa omnium hominum debita exactura sit æquitas iustissimi iudicis, quæ non dimiserit misericordia clementissimi redemptoris. Sicut enim misericordia susceipit, absoluitque conuersos: ita iustitia repellet, puniétque obduratos. Ii sunt, qui peccantes in spiritum sanctum, neque in hoc sæculo, neque in futuro remissionem accipient peccatorum. Idem lib. 1. de peccatorum remiss. ca. 24. Idem.

Ligatus est, inquit, omnis homo, quem Ecclesia non soluerit, nec consequetur aliquod solutionis beneficium, qui non conuersus ad pœnitentiam, in Ecclesia sibi dã-

E dam sperauerit indulgentiam peccatorum. Ille igitur *dicit* irremissibile *verbũ aduersus spiritũ sanctum*, qui diuitias bonitatis Dei, & patientiæ, & longanimitatis contemnẽs (Rom. 2.) secundum duritiam suam, & impœnitens cor, thesaurizat sibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuique iuxta opera sua. Chrysost. hom. 42. Operis prioris in Matth. Iudæi ergo ignorabant Christum quis esset: spiritus autem sancti sufficiens acceperant experimentum: etenim Prophetæ per eum locuti sunt. Quod ergo dicit, tale est, ac si verbis his vtatur. Esto quòd me offenditis propter carnem assumptam: an igitur de spiritu potestis dicere, quoniam ipsum quoque ignoretis? Minimè. Ideò cùm veniale vobis non sit hoc peccatum, tam in præsenti, quàm in futura vita pœnas luetis ingentes. Nam etsi me ignoretis, ignorare tamen non potestis expulsiones dæmonum, curationésque hominum mirificas spiritussancti operationes esse. Non ergo mihi, sed spiritui sancto contume-

Chrysost. *Quomodo Iudæis non remittitur.* Athanasius. Fulgentius. Chrysost.

lias ingerere conamini. Quapropter niſi pœnitentiam agatis, nec in præſenti vita, F
De Purgatorio. nec in futura pœnas effugietis. Cæterùm Patres non abs re dictum obſeruant, quòd peccatum aliquod non remittatur in futuro, colligentes aliquod in futuro peccatum remitti: quod vtique non in culpæ, ſed pœnæ ratione intelligendum
Auguſtin. eſt. Auguſtinus libr. 21. de ciuitate Dei, cap. 24. Facta reſurrectione mortuorum, inquit, non deerunt, quibus poſt pœnas, quas patiuntur ſpiritus mortuorum, impertiatur miſericordia, vt in ignem non mittantur æternum: neque enim de quibuſdam veraciter diceretur, quòd non eis remittatur, *neque in hoc ſeculo, neque in futuro*, niſi eſſent, quibus etſi non in iſto, tamen remitteretur in futuro. Ex eo-
Gregorius. dem argumento D. Gregorius colligit purgatorias pœnas poſt hanc mortem: ſi-
Auguſt. quidem, vt ſcribit Auguſtinus eodem libr. de ciuit. Dei, cap. 13. temporarias pœnas
Pœnæ temporariæ poſt hãc vitam. alij in hac vita tantùm, alij poſt mortem, alij nunc & tunc, verumtamen ante iudi- G
cium illud nouiſſimum, ſeueriſſimúmque patiuntur. Non autem omnes veniunt in ſempiternas pœnas, quæ poſt illud iudicium his ſunt futuræ, qui poſt mortem ſuſtinent temporales. Nam quibuſdam quod in iſto ſæculo non remittitur, remitti in futuro ſæculo, id eſt, ne futuri ſæculi æterno ſupplicio puniantur, iam ſuprà diximus. Certiſſimum enim eſt, quòd non ſemper Deus remiſſa culpa remittat & pœnam: ſed illam aliquando etiam in poſteris poſt mortẽ puniat. Chryſoſto. hom. 42.
Chryſoſt. Oper. prioris in Matth. Vniuerſorum enim hominum, inquit, alij & hîc & ibi ſupplicia dabunt: alij in præſenti ſolummodò vita, alij in futura tantùm, alij nec in præſenti nec in futura. Hîc autem & ibi paſſuri erant illi, de quibus nunc agitur. Nam & hîc ipſos vltus eſt per Romanos: ibi autem acerbiſſima eos expectant tormenta, vt Gomorrhæ & Sodomorum ciues. Ibi verò ſolùm, ſicut diues, qui ne quidem vnius guttæ aquæ Dominus eſt: Hîc autem tantùm, vt qui apud Corinthios forni- H
cabatur: neque hîc verò neque ibi, ſicut Apoſtoli & Prophetæ. Sic ille beatus Iob, cæteríque huiuſmodi. Non enim ad punitionem aliquas hîc paſſiones ſuſceperunt, ſed vt clariùs in luctamine viciſſe cognoſcerentur. *Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum: aut facite arborem malam, & fructum eius malum: ſiquidem ex fructu arbor cognoſcitur.* quaſi dicat: Attamen mirum videri non debet, ſi vos peruerſi Iudæi has impietates in me profundatis, vt quod ſpirituiſancto debetur, illud
Corruptio Iudæorum. dæmonum principi tribuatis; Alterum enim horum de vobis, ſicut & de vnoquoque homine fiat neceſſe eſt: vel vt curetis eſſe bonæ arbores, & bonos proferre fructus, hoc eſt, bona eſſe voluntate, atque inde verba operáque bona producere: vel vt malam habeatis voluntatem, atque inde verba operáque mala proferatis. I
Chryſoſtom. Fructus enim arborem ſequitur. Sap. 4. Fructus eorum inutiles, & acerbi ad manducandum, & ad nihilum apti. Chryſoſtom. hom. 43. Op. prioris in Matth. Aut hoc tale eſt, ac ſi dicat: Nullis veſtrum dixit malum eſſe quoſdam à dæmone liberare: interim tamen opus hoc diabolo tribuunt omnes. Atqui cùm ex ſe opus i-
Hieronym. ſtud bonum ſit, quomodo à dæmone malo proficiſcetur? Hieronym. in Matth. Conſtringit igitur eos ſyllogiſmo, quem Græci vocant ἄφυκτον, nos ineuitabilem poſſumus appellare, quo interrogatos hinc inde concludit, dicens: Si diabolus malus eſt, bona opera facere non poteſt. Si autem bona ſunt, quæ facta cernitis: diabo-
Hilarius. lum illa non feciſſe conſequitur. neque enim fieri poteſt vt ex malo bonum, aut ex bono malum oriatur. Hilarius in Matth. Hic ſermo ſe & in præſens exerit, & effert in futurum. Nam in præſens Iudæos refellit, qui cùm intelligerent Chriſti opera vl- K
tra humanam eſſe virtutem, nollent tamen quæ Dei ſunt, confiteri. Futuram autem omnem fidei peruerſitatem coarguit, eorum ſcilicet qui diuinitatem & communionem paternæ ſubſtantiæ Domino detrahentes, in aduerſa hæreſeos ſtudia efferbuerunt, nec vltrà facientes, nec inter Gentes ſub venia ignorationis habitantes, nec in veritatis cognitione verſantes. Arborem ſe in corpore poſitũ ſignificat, quia per interiorem virtutis ſuæ fœcunditatem exeat vbertas omnis in fructus. Igitur aut arbor bona facienda cum fructibus bonis eſt, aut mala conſtituenda cum malis fructibus, quia ex fructibus ſuis de ſe arbor ipſa teſtabitur. Non quòd ſecundũ arborum naturam arbor mala poſſit conſtitui quæ bona ſit: aut eadem ipſa cũ ramis ſuis bona eſſe, ſi mala ſit: ſed vt per hanc ſignificantiam intelligeremus Chriſtum, aut tanquã inutilem relinquendum, aut tanquam bonum bonorũ fructuum vtilitate retinendũ: quia

aduer-

A aduersum filium hominis dicta sub venia sint, blasphemia autem spiritus careat venia. Cæterùm medium se agere,& Christo aliqua deferre, negare quæ maxima sunt, venerari tanquam Deum, Dei communione spoliare, hæc blasphemia spiritus est: vt cùm per admirationem tantorum operum, Dei nomini detrahere non audeas, per maleuolentiam mentis, & sensus, generositatem eius, quem confiteri coactus es in nomine, abnegata substantiæ communione decerpas. Atque ideò etiam in eo Dominus bonitatis suæ manus extendit: quia in malæ arboris opinione sub secreto indulgentiæ Dei reposita sit venia, qua omne peccatum sit remittendum, vt bonæ confessionis fructus æternus sit: ne incidentes mediam intervtrumque sententiam, cùm constituere malum non audemus, confiteri bonum nolimus: indissolubili corruptæ de se opinionis iudicio relinquamur. Cæterùm hoc loco abutebantur
B Manichæi & Marcionitæ, ad probationem mali Dei: quasi bona arbor à bono Deo sit, aut à bono Deo non nisi bona creata sint: relinqui igitur quòd & malæ arbores, & cætera quæque homini pernicioſa ab alio Deo formata sint. Verùm, vt scribit Cyrillus Hierosolymitan. & Dionysius lib. de diuin. nominibus, nihil secundum naturam malum est: sed malum esse cẽsetur comparatione ad melius, aut in ratione vsus: cùm interim, vt docet Plutarchus lib. de Vtilitate capienda ab inimicis, nouerimus ex ipsis etiam rebus, quæ videntur nobis aduersariæ, magnam decerpere vtilitatem. Hoc nimirùm profitentur Pharmacopolæ, in potionibus medicis componendis ex plantis alioquin venenatis, & nociuis, magnum colligi remedium & antidotum. *Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, cùm sitis mali? Ex abundantia enim cordis os loquitur.* Chrysostom. hom. 43. in Matth. Hoc autem dixit, & eos incusans, & eo-
C rum quæ dicta sunt, demonstrationem ab ipsis præbens: quasi dicat, Ecce vos cùm sitis arbores malæ, non potestis portare fructum bonum: non ergo mirum si hæc loquamini. Etenim malè nutriti estis à malis progenitoribus, & mentem malam habetis. Et vide, quòd non dixit, Qualiter potestis bona loqui, cùm sitis progenies viperarum? Nihil enim hoc ad illud pertinet: sed, qualiter potestis bona loqui, cùm sitis mali? Progenies autem viperarum eos dixit, quia in progenitoribus suis gloriabantur. Vt ergo illorum superbiam excluderet, separauit eos à cognatione Abraham, attribuens eis progenitores similium morum. Albertus in Matth. Hoc est, quòd sint venenati venenatorum filij, lingua vitus effundentes mali cordis. Iob. 22. Occidit eum lingua viperæ. Psal. 139. Acuerunt linguas suas, sicut serpentes. Matth. 23. Testimonio vobis estis, quòd estis filij eorum, qui Prophetas occiderunt: & vos implete mensuram patrum vestrorum. Idem illis exprobrarat Ioannes, Luc. 3. Geni-
D mina viperarũ, quis ostendit vobis fugere à ventura ira? Itaque cùm sint generatio serpentina, dolosa, ac inuidiosa, non mirum quòd siniſtra in Christum intentione ducti, mala etiam de eo proloquantur. Verùm fortè quis obiiciet fieri posse, vt qui mali sunt, aliquando bona proferant. Respondet Dionysius Carthusianus art. 24. in Matth. c. 12. quòd quãdiu homo in malitia permanet, non potest bona, aut certè cũ recta intẽtione loqui. Sed & per hoc quod dicit, Quomodo potestis, potius designatur difficultas, quàm impossibilitas: iuxta quem sensum scriptum est, Si mutare potest Æthiops pellem suam, & pardus varietates suas, & vos poteritis benè facere, cùm didiceritis malum. Etsi enim contigerit, vt & Saul & Cayphas prophetarẽt, nõ tamen id illorũ merito, aut secundum eorum intentionem euenit: neque si quis impius bonum opus fecerit, illud cum intentione bona operatus est, aut omninò certè
E deprauatus non fuit. *Siquidem ex abundantia cordis os loquitur.* Matth. 15. Cor velut radix externorũ omnium constituitur. Non enim quæ ex ore, sed quæ ex corde prodeunt, hæc coinquinant hominem. Cordis autẽ nomine cogitatio & affectio intelligitur, quæ magis abundat in mente: vel signum est intellectus. Inde fit, inquit Chrysostom. hom. 43. in Matth. vt cùm aliquis mala loquitur, signũ sit maioris malitiæ latentis in corde. Nec tantùm in bonorũ, sed & malorũ ratione vera est hæc sententia. Hier. 20. Factus est sermo Domini in me, quasi ignis. Iob. 4. Conceptum sermonẽ tenere quis poterit? Propter quod Helyu ait, Iob. 32. Plenus sum sermonibus, & coarctat me spiritus vteri mei. Euthym. in Matth. Si quidẽ quum in corde vitiũ scaturiat, necessariò ab eo quod abundat, effunditur prauitas, quæ est sermo malus. Et quemadmodum medici, circa principia quidem exilientes humores intus remanere co-

Marcionitæ & Manichæi hoc loco abutuntur. Cyril. Hiero. Dio. Areop. Plutarchus. Chrysostom. Albertus. Dion. Carth. Chrysostom Euthym.

gunt: quum autem illi ſubſcaturiunt, iam vincuntur, & ſic illi abundantes proſiliunt: ita ſanè & qui praua nutriunt conſilia. Docet igitur ex malitia, non autem ex craſſa ignorantia, & ſimplici opinione procedere, quòd illi eius opera criminentur, & Sathanæ tribuant. *Bonus homo de bono theſauro cordis ſui*, nimirùm è ſapientia, charitate, humilitate & pura conſcientia, *profert bona*, verba & opera. *Et malus homo de malo theſauro*, ſeu interiori prauitate & ſiniſtra intentione, *profert mala*. F

Linguæ bona & mala. Vnde ſecundum Philoſophum, ea quæ ſunt in voce, animæ paſſionum notæ ſunt: & verba oris, ſigna ſunt interioris conceptus. Prou. 18. Aqua profunda ex ore viri, & torrens redundans ſapientiæ. Sic & (Prouerb. 15.) os fatuorum ebullit ſtultitiam. Eſa. 59. Locuti ſumus de corde noſtro verba mendacij. Ita maledicos malos eſſe oſtendit: peruerſámque hanc Phariſæorum calumniam ab impietate dimanare probat. Eſt autem argumentum ab effectu ſumptum, ad cauſas alioquin occultas cognoſcendas: vt, Ridet, ergo lætus eſt. Plorat, ergo luget ac dolet. Male imprecatur, ergo iraſcitur. Sic, malè loquitur & blaſphemat: ergo malus eſt. Si ergo malus eſt, non poteſt benè loqui: id eſt, quamdiu talis erit, ſecundum propriam intentionem malè loquitur. Nec enim è ſacco aliud egreditur, quàm quod in ipſo eſt. Hîc igitur diſcamus noſipſos ex verbis agnoſcere quales ſimus. Prou. G

Plutarchus. 18. In manibus linguæ, vita & mors. Plutarchus in Conuiuio ſeptem ſapientum, narrat Amaſim Ægypti regem petiiſſe à Biante, vt ex victima quam ad illum mittebat, tolleret carnem optimam & peſſimam: ſuſtuliſſe illum linguam, vnde & magnam gloriam promeruit. Siquidem, vt facetè Æſopus comparata ad meliores & peiores cibos lingua,

Quid melius lingua, lingua quid peius eadem?

Iac. 3. Si quis ergo putat ſe religioſum eſſe, non refrænans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, huius vana eſt religio. Hierony. in Pſal. 119. Lingua nihil medium habet: aut grande malum eſt, aut grande bonum. Ergo ne putet, & dicat aliquis: Opere non peccaui: ſi peccaui, peccaui lingua. Quod eſt, quæſo, maius peccatum, quàm blaſphemia in Deum? Et tamen lingua peccat. Grande ſcelus eſt, cùm detraho fratri meo, lingua mea fratrem interficio. Baſil. in id Pſalm. 33. Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum: Primum, ait, hoc mandatum eſt, ſi vis dies videre bonos. Peccatum linguæ omnium eſt propenſiſſimum. Iratus es? Mox lingua occurrit. Concupiſcentia teneris? Habes & hîc linguam, quæ cooperetur peccato. Ex ea turpiloquium, ſcurrilitas, detractio, otioſus ſermo, periurium, falſa teſtimonia: & qui iniquitatem in excelſo locuti ſunt. Et ne fortè quis exiſtimet calumnias, aut etiam detractiones non eſſe grauiſſima peccata, hoc in minoribus arguit Chriſtus, dicens: *Dico autem vobis, quoniam omne verbum otioſum*, quod iuſta neceſſitate, & pia vtilitate caret, vt ſcribit Gregor. lib. 7. Moral. c. 25. *quod locuti fuerint homines, reddent de eo rationem in die iudicij*: niſi interim pœnitentiam agant. H I

Hieronym. Gregorius. Hieronym. Sap. 1. Qui loquitur iniqua, non poterit latere. Hieronym. in Matth. Si autem otioſum verbum, quod nequaquam ædificat audientes, non eſt abſque periculo eius qui loquitur, & in die iudicij reddet vnuſquiſque rationem ſermonum ſuorũ: quanto magis vos, qui opera ſpiritus ſancti calumniamini, & dicitis in Beel-zebub me eiicere dæmonia, reddituri eſtis rationem calumniæ veſtræ? Chryſoſtom. homi. 43. in Matth. Otioſum autem verbum mendax eſt, & calumniam habet. Quidam tamen dicunt, quoniam & vanum, quale eſt quod riſum mouet inordinatum, vel turpe, vel iñuerecundum. Hieronymus: Otioſum verbum eſt, quod ſine vtilitate loquentis dicitur & audientis: ſi omiſſis ſeriis, de rebus friuolis loquamur, & fabulas narremus antiquas. Cæterùm qui ſcurrilia replicat, & cachinnis ora diſſoluit, & aliquid turpitudinis profert: hic non otioſi verbi & criminoſi tenebitur reus. Baſilius Moral. ſummæ 25. cap. 2. idem de otioſo ſermone iudicat, nimirùm ex quo nulla vtilitas & ædificatio contingat. Aliud ergo ſcurrilitas, calumnia, maledicentia, mendacium: & aliud verbum otioſum. Hoc ſcilicet inter omnia illa peccata minimum eſt: & tamen quantulũcunque ſit, reddent homines de eo ratione in die iudicij. Petrus Damianus ſer. 2. de vitio linguæ. Audiat ergo vaniloqua, audiat otioſa lingua: audiat & paueſcat, intelligat, & circa terribilem ſententiam perhorreſcat. Audiat terrorem iudicij, de ore ipſius iudicaturi. An non habet aures, vt poſſit audire: quæ manum habet, vt K

Otioſum verbũ in iudiciũ adducetur. Chryſoſtom. Baſilius. Pet. Damian. *Vitiũ linguæ quantum.*

A vt possit occidere? Audiat ergo quod de ore veritatis dicitur, & subtili meditatione discutiat quod minatur. Omne verbum, inquit, quod loquuti fuerint homines, reddent de eo rationem in die iudicij. Ponamus itaque, vt otiosum verbum, si contra scripturæ sententias fas est dicere, leue sit, & exiguũ omninò peccatum. Sed quid millio breuius? Quid penna leuius inuenitur? Verumtamen si pennarum vel milliorum innumerabilis multitudo congeritur, necesse est vt portantis ceruix, velut sub graui lapide, immoderanter pressa, frangantur. Ex humentibus quoque saxis tenuis quidem & rara gutta distillat: sed si vas subesse spatio longiore permittitur, ita plenum, ac si profluens vnda discurreret, inuenitur. Paruæ quidem, sed innumeræ Cynifes superbi Pharaonis & totius Ægypti superauere virtutem. Breue tempus est hora: sed dum horæ hora continua successione congeritur, totius vitæ B nostræ cursus impletur. Nemo itaque semetipsum despiciat, fratres mei: sed peccatum, quia leue arbitratur dum pensat, graue videatur in eius æstimatione, cùm numerat. Quid enim durius saxo? Quid aqua liquidius? Et tamen à quodam sapiente dicitur,

Gutta cauat lapidem, consumitur annulus vsu.

Nimirùm & omnis animæ nostræ fortitudo ac soliditas destruitur, si assiduis velut inundantium verborum fluctibus atteratur: quamuis & leuiter se peccasse quis asserat: cùm Apostolus dicat, Qui legem præterit, Deum inhonorat. Porrò otiosis verbis assuetus, duplici proculdubiò culpæ videtur obnoxius: qui & diuinas laudes ad quas humana cõditio assiduè prouocatur, abiicit: & superfluæ loquacitati, à qua prohibetur, insistit. Sicut de quibusdam Hieremias dicit, (c. 12.) Duo mala fecit po- C pulus meus. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas. Quæ nimirùm Prophetæ verba etiam de otiosa loquentibus possunt non inconuenienter intelligi: qui derelicto fonte aquæ viuæ, hoc est, postposito verbo vitæ, ora sua cisternas faciunt, ex quibus non noui, sed veteris hominis verba proferunt, quemadmodum non recentem de fonte, sed sentinosam potius aquam de cisterna proferunt. Et quia labia sua moderata discretione reprimere nesciunt, cisternæ dissipatæ aquas nequeunt continere. Atqui de his omnibus reddenda ratio est in die iudicij: quanto magis de grauioribus? Concutere igitur illos voluit terrore iudicij, quo non inulta sinatur sua in eum blasphemia. Eccle. 12. Cuncta quæ fiunt, adducet Dominus in iudicium pro omni errato, D siue bonum, siue malum. Verùm fortè aliquis obiecerit, Quomodo, cùm mortalia solùm peccata in iudicio illo generali proferenda sint, verbum otiosum, quod leuius censetur, in rationem referetur? Dupliciter responderi potest. Aut quòd de verbo otioso reddenda tunc ratio sit, quia in electis minuet gradum fœlicitatis, compẽsatione bonorum cum malis facta. In hoc scilicet, quòd per verbum otiosum inutilis fuit, minus etiam compensabitur. Sed & in electis grauiorem quasi ex circunstantia pœnam reddet: etsi non ex causa propria. Aut iudicij nomine, non illud generale, sed particulare cuiusque post mortem intelligendum est, quo verba quæque otiosa, etsi non ad damnationem, saltem ad purgationem requirentur, nimirùm vt temporariis pœnis eluantur. Expendamus hîc quanta sit vitæ nostræ leuitas, quàm caute agenda, meditanda, & pronuncianda omnia, cùm de leuibus quibusque verbis rationem reddituri sumus. Quid hîc lætum & iocundum, quod censor ille summus E exigit? Et tamen sunt qui lætentur, & exultent: qui libenter audiant scurras, fabulatores, & id genus parasitorum: qui his oblectamentis cibos farciant, & grauitatem negotiorum subleuent. Quanta autem est hæc vanitas, quam non ratio solùm, sed & pœna iudicis consequatur? Et quis non hîc sibi timeat, ô bone Deus, cùm nihil tam leue ab illo districto examine vindicetur? Plurimùm itaque errant, qui sibi hac in parte blandiuntur, nihil se mali aut agere aut dicere iactitant, séque nihil in proximi perniciem proferre: studere tantùm, vt mœstitia abeat, succedat autem lætitia: Non esse terrendas conscientias per ea, quæ in seipsis mala non sunt. At verò, non modò arguentur quòd læserint, & offenderint, sed & quòd nullam proximis vtilitatem intulerint. Eapropter otiosum verbum damnatur, quòd sine vllo fructu proferatur. Sed etsi verbum otiosum malum non esset, quare de illo reddenda ratio esset? Ideò monet Apostolus, Ephes. 4. Omnis sermo ma-

Duplex culpa verbi otiosi.

Quis iudicij dies.

In scurras.

lus ex ore vestro non procedat: sed qui vtilis est ad ædificationem. *Ex verbis enim* F
Non leue linguæ malum est. *tuis iustificaberis*, si bona sint. Prou. 13. Qui custodit os suum, & linguam suam, custodit ab angustiis animam suam. Eccles. 4. Beatus vir qui non est lapsus verbo. Psal. 38. Dixi, custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea. *Et ex verbis tuis condemnaberis*, si mala sint. Luc. 19. Ex ore tuo te iudico serue nequam. 2. Reg. 1. Os tuum locutum est contra te. Eccl. 28. Multi ceciderunt in ore, sed non sicut qui interierunt per linguam.

Chrysost. Chrysostom. homilia ad baptizandos. Media namque vtriusque partis lingua est: & si vtriusque est, tu dominus es. Nam & gladius in medio positus, siquidem fuerit aduersus hostes arreptus, salutaris accipienti reperitur: si verò tenẽtis viscera inferatur, mortem præparat inferenti: non quia talis ferri natura, sed quia vtentis tale consilium est. Ita & lingua æstimetur gladius in modio positus. Armetur aduersus peccata tua, non ad fratris plagam præparetur. Et ideò eam Deus
Quàm diligenter lingua refrænãda sit. velut muro duplici circundari voluit. Nam dentium tegmine, & labiorum custo- G
dia continetur, ne verba improuida garrulitate proferantur. Refræna igitur linguã, & si non patitur reticere, dentium morsu quiescat, & tanquam carnifici tradatur dentibus. Nam hoc est conducibilius sustinere, quàm postea (adinstar diuitis epulonis in inferno positi, Luc. 16.) aquæ stillationem nullatenus promereri. Et alia quidem multa peccata admittere consueuit, vt cùm blasphemat, cùm turpia verba cõponit, cùm calumniatur, cùm iurat, cùm peierat. Sic non tantùm quis ex operibus, sed ex verbis etiam suis iustificabitur, aut condemnabitur. Theophilactus in Matth.

Theophil. Ponit, inquit, testimonium ex scriptura, ne propria dicere videatur. Respexit enim Theophilactus ad illud Prou. 12. Propter peccata labiorum, ruina proximat malo, effugiet autem iustus de angustia. De fructu oris sui vnusquisque replebitur bonis, & iuxta opera manuum suarum retribuetur ei. Prou. 13. Qui inconsideratus est ad H
loquendum, sentiet malè: aut illud Iob. 15. Condemnabit te os tuum, & non ego, & labia tua respondebunt tibi. cùm hæc de verbo otioso præmisisset: Arguis verbis eũ, qui non æqualis est tibi, & loqueris quod tibi non expedit. Monet itaque Christus facilè Pharisæorum mores & conscientiam, consecuturum etiam eos diuinum iu-

Damascenus. dicium, deprehendi ex illorum blasphemis verbis. Damascenus Parallelorum cap. 79. hæc ex Eusebio colligit, quæ ad exaggerandam proteruæ linguæ perniciem faciunt, & conuincendam aduersariorum Christi impietatem: nimirùm quod legim 1s Ps. 139. Acuerunt linguas suas sicut serpentes, venenum aspidum sub labiis eo-

Lingua non facilè retinetur. rum. Serpentem, inquit, aiunt atrocem in lingua aculeum habere, sed peiorem lingua. Lacerta non tam decolor est, quàm homo loquax. Scorpii morsus remediũ ad- I
mittit, non item sermo malus. Ignem ardentem extinguit aqua, nihil mitigat linguã. Equum duriori ceruice frænum domat, truculenta fera cicuratur. Maritum cum vxore, domum cum domo, filios cum parentibus, fratres cum fratribus committit: denique nihil non mali per linguam oritur. Omnes sibi timent à lingua, sed ma-

Hieronym. ximè iusti, quos & illa, si mendax & peruersa fuerit, impetere solet. Hieron. in Psal. 119. scribit, ab omnibus iustis id vsurpari posse, quod Psaltes deprecatur. Domine libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua dolosa. Dicit hoc de omnibus hæ-

Linguæ proteruæ libertas. resibus Ecclesia, dicit de Iudæis, dicit de Arianis, de Manichæis: dicit & Christus de Pharisæis. Quem scilicet illa non impetat? Ioannem Baptistam vt dæmoniacum, Christum vt potatorẽ vini, & peccatorem, quique magicis artibus vteretur, calumniata est: calumniatur Catholicam Ecclesiam, calumniatur fideles. Nos interim K
Christi exemplo, contra hoc aspidum virus, has vipereas linguas, discamus patientiam, & in pietate, & cordis operúmque synceritate constantiã. Siquidem nos cùm illis bona pro malis reddiderimus, iustificabimur ex ore nostro: ex verbis etiam suis illi condemnabuntur, nisi ad mentem redierint. Improperabãt mihi, inquit Psaltes, ego autem orabam: oratio autẽ mea in sinu meo conuertetur. *Tunc responderunt ei quidã de scribis & Phariſæis, dicentes: Magister, volumus à te signum videre.* Hos nõ eosdem esse cum his, qui Christum in virtute Beel-zebub dæmonia eiicere calumniabantur, do-

Theophil. cet Lucas, cùm & malo animo signum hoc illos petiisse scribit. *Et alii*, inquit, *tentantes signum de cœlo quærebant*. Theophilactus in Matth. Admirans Euangelista apposuit, *Tunc*. Quum enim obedire eos oporteret propter signa præcedẽtia, tunc signum petunt. De cœlo autem volunt signum videre, sicuti alius Euangelista dicit. Putabant

enim

A enim quòd signa super terram potestate diaboli faceret, vt qui mundi rector censeretur. Impletur Iacob vaticinium de Pharisæis & sacerdotibus in Christum conspirantibus, Genes.49. Simeon & Leui vasa iniquitatis bellantia, &c. *Magister*, inquiunt, cùm interim eum vt legis transgressorem auersarentur: sed hoc aut per assentationem dicebant. Sic Esa. 25. Populo meus, qui te beatum dicunt, ipsi te deci- *Cur Iudæi*
piunt. Aut per derisionem: sic duo quinquagenarij Heliam hominem Dei voca- *Christum Ma-*
bant.4.Reg.1. & milites Christum colaphis cædentes, dicebant, *Aue rex Iudæorũ: *gistrũ vocant.*
&, Prophetiza nobis Christe. Aut per fictionem, vt illum faciliùs in sua retia pertraherent. Sic Ioab, vt Amasam nihil suspicantem occideret, 2. Reg.20. Salue, inquit, mi frater. Sic Iudas, Aue Rabbi, Matth.26. Marc.14. Luc.22. cuius se discipulum factis ipsis abnegabat. Adeò infidum est hominum genus, vt aliud in ore, aliud
B in pectore habeat. Clemens Alex. lib.6. Stromat. narrat Alexandrum aliquando v- Clem. Alex.
num ex Indiæ Gymnosophistis interrogasse, quodnam animalium adhuc ignotum esset. Respondisse, hominem. Quàm variæ & vanæ nimirùm quorundam sunt hominum conditiones? Quot nihil differunt à Gnathone Terentiano, qui de assenta- *In assẽtatores.*
tione sibi triumphum facit?

Quicquid dicunt, laudo: id rursum si negant, laudo id quoque:
si negat, nego: ait, aio.

Basilius Concione ad adolescentes: Quid autem ab Ægyptio Sophista (Protheo) Basilius.
ipsos abesse dicemus, qui planta fiebat, & bestia quum vellet, & ignis & aqua, & in
C omnes mutabatur? Siquidem modò Christum, sed verbis tantùm laudant, modò
illi calumnias ingerunt. Et quemadmodum aiunt Polypodem ad subiectam terram,
sic ipsi mentem ac sententiam suam ad familiarium & eorum, cum quibus conuersantur, sentẽtiam transmutabunt. *Volumus.* Ita ambitionem & temeritatem suam celare non possunt, quasi semper & omnibus ad illorum obsequia tenerẽtur. Verbum istud Tyrannicum à Poëta etiam Ethnico censetur,

Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas.

Hoc aspero loquendi modo satis produnt quo spiritu ducantur. Qui enim aliquem vt dominum aut pædagogum conueniunt, non imperiosis istis verbis vtuntur: sed rogant illos vt patres. *Volumus*, aiunt, *à te signum videre.* 1. Cor. 1. Sic Iudæi signa pe-
tunt, & Græci sapientiam. Incredulitatem autem suam aperiunt, qui cùm nunc ho-
minem surdum, cæcum & mutum sanitati restitutum viderint, & nuper pro Centu-
rionis seruo rogauerint, Matth.8. rursus aliud signum requirant. Quærunt scilicet *Quod signum*
D signum de cœlo, vel vt adinstar Mosis fulgura immittat & tonitrua, Exod.20. vel ad- *Iudæi postu-*
instar Heliæ, ignem educat è cœlo, 3.Reg.18. Habebat Moses testimonium ex toni- *labant.*
truis, igne, fumo, vocibus, & sonitu protracto buccinæ: idem fortè à Christo requirunt. Hierony. in Matth. Verùm, qui calumniaris ea quæ oculis vides, manu tenes, Hieronym.
vtilitate sentis: quid facturus es his, quæ de cœlo venerunt? Vtique respondebis &
Magos multa signa feciisse de cœlo. Alioquin nisi illos malè signa hæc accepturos
nouisset Christus, potuissent audiisse Angelos in sua natiuitate cœlum canticis re-
plentes, & è cœlo patrem in ipso baptismo intonãtem: Hic est filius meus dilectus,
in quo mihi complacui. At verò, inquit Chrysostomus hom. 30. Oper. imperf. in Chrysost.
Matth. Similis est natura infidelitatis terræ arenosæ, quæ quamuis pluuiam suscepe- *Infideles ob-*
E rit, tamen quia in se nullos tenet humores, semper adhuc arescit. Talis est & condi- *durati.*
tio febrium. Quantumuis biberint febricitantes, calore totum consummante, semper adhuc sitiunt. Sic & maligni homines, quicquid boni viderint, aut audierint, infidelitate totum consummante quod vident & audiunt, semper vacui sunt, tanquã qui nihil viderint, aut audierint. Iulianum illum Apostatam olim in specum descendentem, terruerant dæmonum spectra: ille crucis signo se muniit: hoc verò sacrificus quidam impius contorsit ad abominationem. quasi abominandum idolum nõ venerando signo concutiatur. Hoc scribit Gregor. Nanzanz. Orat.1. in Iulian. & hist. Greg. Nanz.
tripartita Cassiodori lib.6.c.1. Quid verò profuerunt miracula apud Arianos ab Ho- Cassiodorus.
mousianis facta? Clemens Rom. lib.8. Constit. Apost. cap.1. Nam nec impij miracu- Cl. Roman.
lis ducuntur, inquit: cuius rei testis est ipse Deus, cùm dicit, Esa.28. Si in aliis linguis
loquar populo huic, & in aliis labiis, nõ credent. Sic nec Ægyptii crediderunt Deo,
aut Moysi. Obsistit Iamnes & Mambres: quibus isti similes sunt, qui resistunt verita-

ti. Ideò Christus *Respondens, ait illis, Generatio praua & adultera signum quærit.* γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλὶς. Dicitur enim praua singulari quadam malitia: sic enim Sathan πονηρὸς, malus & peruersus nuncupatur. μοιχαλὶς, ad adulterium inclinata, scilicet ex longa cõsuetudine, cuius exinde grauius peccatum sit. Generatio autem dicitur, quæ scilicet quasi per successionem, patrum iniquitatem sequuta sit: de quibus & id dici potest, Fiant sicut patres eorum, generatio praua & exasperans. Generatio quæ non direxit cor suum. De qua & istud, Pro. 30. Generatio quæ Patri (Deo) maledicit, & matri suæ (Synagogæ) non benedicit. Generatio quæ sibi munda videtur, & non est lota à sordibus suis. Generatio quæ sublimes habet oculos, & palpebræ suæ in altum erectæ. Generatio quæ pro dentibus habet gladios. Sicut ergo illos viperarum genimina, ita nunc generationem prauam vocat: quia à minimo vsque ad maximũ omnes impietati studebant. *Praua* vtique, sequax Sathanicæ malitiæ, & longè ab illis virtutibus recedens, quas scriptura in Patriarchis & Prophetis cõmendauit. F G

Adulterium spirituale.

Ita non adulatur Christus, sed venenum aspidum detegit, assentatores prodit, decipulam indicat: vt qui prauo & peruerso animo ad ipsum accedant. *Adultera*, vt quæ à Deo suo desciuerit, séque variis Gentium cultibus, & contrariis in legem opinionibus adiecerit. Poterat vtique adulterinos illos nuncupare, vt quorũ maxima pars ex incestu Thamar & Iuda oriunda sit. Verùm spiritualem fornicationem attendit,

Hesichius.

quæ & latiùs serpit, & in animas grassatur. Hesichius lib. 6. in Leuit. cap. 20. Quantũ, inquit, sensibile adulterium malũ est, tantum est intelligibile deterius. Nam hi carni, illi autem spiritui contumeliam faciunt: & hi homini, illi autem ipsi Deo. De quibus Osee 7. dixit: Omnes adulterantes, quasi clibanus succensus à coquente corde suo. Quoties verò Iudæi desciuerunt à Deo, & non crediderũt in mirabilibus eius, H vt dicitur Psa. 77. Et Ps. 105. Tentauerunt & exacerbauerunt Deum excelsum. Hãc rationẽ Theophilactus & Euthymius in Matth. sequuntur, qui illos adulteros dici explicãt, quòd Deo relicto adhærerẽt dæmonibus: sic'que se multis amatoribus exposuerint, vt & generationi huic exprobratur Ezech. 16. Ædificasti tibi lupanar, & fecisti tibi prostibulum in cunctis plateis. Ad omne caput viæ ædificasti signũ prostitutionis tuę: vt omnes secum abduceret. Ædificarat lucos & altaria Diis Moloch, Baalim, Astaroth, Dagon: relicto tam bono sponso Deo, à quo tantis honoribus cumulata, & gratiarum donis illustrata fuerat. Hieronym. lib. 5. Comment. in Ezech. c. 16. Est fornicatio spiritualis, inquit, quando deserentes Ecclesiam, hæreticis iungimur, & ædificamus lupanar nostrũ in capite omnis viæ, de quibus Hierem. 6. State in viis, & quærite semitas Domini sempiternas, quærite quæ sit via bona, &c. via I Mosi, Iudicum, & omnium Bibliorum sacrorum, in quibus docet ædificari lupanar, cùm abutuntur testimoniis scripturarum. Tertullian. lib. de Præscript. Hæreticos adulteros veritatis vocat. Optatus lib. 4. contra Parmenianum: Vna, inquit, est dilecta sponsa & columba Ecclesia (Cant. 6.) cæteræ adulteræ, vt quæ doctrinas peregrinas sequantur. Dicam & hæreticorum templa lupanaria esse, non modò quòd in his carnis licentia prædicetur, sed & omnis sacræ scripturæ sensus corrũpatur. Corrumpebant & Iudæi verum scripturæ sensum de Messya, Sabbato, lotione interna, honorandis parentibus: vt sparsim in Euangeliis legimus. *Signum non dabitur ei.* Marc. 8. Si dabitur generationi isti signum? Non: quia signa nihil prosint ad quorumdam ædificationem, sed quia dolo malo signum exposcerent, quod deriderent. Augustin. lib. 12. Confess. cap. 21. Ignoratio mater admirationis signorum, introitus est ad fidẽ filiis Adam, qui tui sunt obliti. V Vitclef interim miracula velut inutilia explosit, vt K scribit noster Thomas V Valden. tit. 4. Sacram. c. 124. Nec proinde dixerim illa semper esse necessaria. Augustin. lib. 22. de Ciuit. Dei, cap. 8. Possem quidem, inquit, dicere necessaria fuisse, priusquàm crederet mundus, ad hoc vt crederet mundus. Attamen, vt idem to. 2. lib. 1. Retract. cap. 13. scribit, nec ista in nostra tempora durare permissa sunt, ne anima semper visibilia quæreret, & eorum consuetudine frigesceret genus humanum, quorum nouitate flagrauit. Idem refertur lib. de Vera relig. cap. 24. Adde quòd, vt scribit lib. 6. contra Manichæos cap. 16. non mouerent, nisi mira essent: at si solita essent, mira non essent. Quod probat diei & noctis, annique quadrifariæ conuersionis argumento, quæ etsi mira sint, ea tamen sentiendi assiduitate contemnimus. Habet tamen nunc etiam Ecclesia sua miracula, vt & Greg.

Hieronym. *Hæretici adulteri.*

Tertullian.

Optatus.

Augustin. *Quãdiu signa necessaria fuerint.*

Thom. V Val. Augustinus.

Nan-

A Nanzanzenus Orat.8.in laudem Basilij, miraculo adscribit,quòd Basilius prædicatione sua extorquere potuerit à ditioribus, vt eorum horrea aperirentur,& pauperes reficerentur.Externa enim miracula in signum esse infidelibus,non autem fidelibus concludit.Verùm fortè obiecerit aliquis,scribas istos infideles fuisse, & fortè miraculis ad fidem prouehi potuisse.Auditos etiam fuisse permultos qui signa quærerẽt: sic Gedeonem in vellere,Heliam in igne. Sed & Esaias iratus est in Achaz, quòd signũ liberationis suæ à Rasin rege Syriæ non peteret à Domino, cap.7. Pete, inquit, tibi signum à Domino Deo tuo,siue in profundum inferni, siue in excelsum suprà. Augustin.lib.4.de consensu Euang.& in Genes.quæst.63.docet non esse bonum petere signum ex intentione mala,& tentatione Dei, non autẽ vt meliores euadamus. Greg. Nanz. *Miracula etiã hodie fiunt.*

B Scio quòd Augustinus asserit, Teneri se in Ecclesia ab authoritate miraculis inchoata,spe nutrita, charitate aucta. Verùm quid illa profuissent Pharisæis? Nouit Christus quando signa,& quæ signa daturus sit. Dederat signum paupertatis in præsepi, Luc.2.Hoc vobis signum,inuenietis infantem pannis inuolutum,& positum in præsepio.Signum puritatis, Esai.7.Hoc vobis signum:Ecce virgo concipiet,& pariet filium.Signum patientiæ, Luc.2.Positus est in signum cui contradicetur.Verùm fortasse prætexere poterant id quod legitur Ioël.2. Dabo signa in cœlo sursum, & prodigia in terra deorsum.Respondemus & illa data esse. Auditi sunt Angeli in natiuitate Christi,in morte autẽ eius sol & luna obscurati sunt, & tenebræ factæ sunt supervniuersam terram:& in die Pentecostes,factus est repentè de cœlo sonus.Verùm ad iudiciũ & condemnationem infidelium Pharisæorum cesserunt. Ideò *signum*, in- August.

C quit,*non dabitur ei,nisi signum Ionæ Prophetæ*. Ita quoque nullum aliud impiis hæreticis Deus signum daturus est,quàm quòd illos impietatis conuincat,& condemnet. Iulianus auunculus Apostatæ,cùm Alexandriæ sacra vasa diriperet,comitantibus Fœlice & Elpidio quæstoribus Imperialibus,contra sacram mensam minxit,vasis sacris terræ illisis insedit:signum demum accepit,sed iusti iudicii: nam putrefactis visceribus interiit.Et Fœlix vna ex interioribus venis disrupta, vnà cum sanguine iam deficiente simul animam euomuit.Elpidius quoque eodẽ mortis genere,quo Iulianus, decessit.Testantur hoc hist.tripart.lib.6.cap.32.& Nicephor.hist.Eccles.lib. 10. cap. 29.Sic Optatus Mileuit.lib.2.in Parmen.Donatistis Euchariſtiam proiicientibus signum datum scribit.Canes enim,quibus illa deiiciebatur,quasi rabie accensi, in latrones grassati sunt. Cæterùm cùm signũ omne ad rei alicuius veritatem dirigatur, *Quod signum datur impiis.* Hist. tripart. Nicephorus. Optatus.

D requirimus quodnã signum Ionæ à Christo datum sit,& quid significauerit.Si rem ipsã spectes quæ data est,non amplius Ionas,sed Christus est,filius hominis est. Nec ea parte signum esse dicitur,cùm figura nobilioris rei non sit,quemadmodum Ionas typus Christi fuerat.Signũ tamen nuncupatur ex euentu iis successuro, qui aut credent verbis Christi,aut in infidelitate & duritia cordis permanebunt. Signũ scilicet diuinæ misericordiæ est his qui Christũ amplectẽtur: diuini verò iudicii & vindictæ his qui ipsum reiiciẽt.Qui enim non credit,iam iudicatus est.Nũc excusationẽ non habẽt de peccato suo.Impletur scilicet & hoc Simeonis vaticiniũ: Ecce hic positꝰ est in ruinã,& in resurrectionẽ multorum in Israël,& in signũ cui contradicetur.Quomodo autem signum misericordiæ & iudicii in Iona præfiguratũ fuerit, satis ex ipsa historia manifestum est.Ad hoc enim mittebatur in Niniuem, vt induratis interitũ *Quod signum Ionæ,& quomodo.*

E minaretur,dicens:Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur: aut Dei misericordiam erga conuersos contemplaretur.quod & euenit,vbi pœnitentiam egerũt. Et hoc tandem Iudæis applicat Christus dicens: Viri Niniuitæ surgent in iudicio. Verumtamen primùm de ipso Iona,demum de prædicationis eius euentu dicamus. Vtrumque enim Christus tangit. De primo ait: *Sicut enim Ionas fuit in ventre ceti tribus diebus,& tribus noctibus*.Petrus Chrysologus Rauennas ser.37. In Iona Christi typum ita requirit.1. quòd vt Ionas fugit à facie Dei, ita Christus, in ea ratione qua hominem assumpserat, adeò se exinaniuit, vt à facie Deitatis aufugisse videretur. Phil.2. 2. Quòd,vt Ionas descendit in Ioppen, ita Christus de cœlo descendit in terram. 3. Vt Ionas in nauem se contulit, ita Christus nauem Ecclesiæ nauigaturus ascendit. 4. Vt statim venti & tẽpestates Ionæ,ita inimici Christo,Iudas, Pharisæi, & principes aduersati sunt. 5. Vt sorte Ionas missus in mare, ita iuxta Prophetica oracula Christus morti expositus est.6.Vt'que Ionas, non nisi suo consensu demersus Pet.Chrys. *Ionas, typus Christi.*

est,ita Christus suam ipse animam posuit,(Ioan.12.) & oblatus est, quia ipse voluit. F
Hieronym. (Es.53.)Hieronym.ser.in die festo Paschæ,figuram hanc sic explicat:1. Quòd Christus velut in magnam ciuitatem Niniuem,ita in hunc mundum veniens,diē salutis, & præfinitum iudicii tempus annunciauerit. 2. Quòd nisi vt Ionas, Christus morti expositus fuisset,Ecclesiæ nauis non saluaretur. 3. Quòd vt nautæ dimissuri Ionam, mortem eius sibi non imputari postularunt,ita Pilatus Christi.4. Quòd vt Ionas orauit,Tolle Domine animam meam:ita Christus,In manus tuas Domine commendo
Anastas. Synaita. spiritum meum. Anastasius Synaita Comment. in Hexameron, lib.3. Te enim, ô Christe,inquit,præfigurans Ionas Propheta,quando proiectus fuit in mare, trāquillitatem effecit vndæ,quæ mortē attulerat:quomodo tu Idololatriæ totius marini interitus. Tuam enim mortem effingens & resurrectionem,dormiuit in naui, sicut tu in ligno crucis,& post somnum proiectus fuit in profundum, tanquam in lacū profundissimi inferni & sepulcri Balenæ. Et salutem præfigurans his qui simul nauigabant in naui Ecclesiæ, donauit naui vt cessarent fluctus. Cæterùm maximè mirum G
est,quòd Ionam Cetus deglutiuerit, in ipso etiam ventre per tres dies & noctes re-
Albert. tinuerit, nec tamen digesserit. Albertus Mag.in Matth. Venter Ceti locus est digestionis,inquit.Alterat enim cibum & corrumpit, attrahit subtile ex eo ad membra, & sic massam diuidit:deponit in imum grossiora,sicque traiicit & egerit.Et ideò nō
Ionas non nisi virtute diuina præseruatus in ventre Ceti. nisi diuina virtute Ionas tamdiu in ventre Ceti conseruatus est: maximè cùm aquatica citius quàm alia digerant animalia. Erat autē venter ille Ceti typus sepulchri, quod & cor terræ dicitur.Cor enim terra non habet,sed secundum operationes animalis ibi dicitur cor terræ. Sicut enim in locis post terræ superficiem, calor terræ conceptus ex solis radiis congregatur, & ideò ibi maximè radices plantarum pullu- H
Quid cor terræ. lant:ita ibi maximè putrefacit corpora sepulta.Verùm vtrobique miraculum, & in Ceto,& in sepulcro.Antiquiores tamen Patres,per cor terræ inferna intelligūt: cor enim non in superficie, sed intimis secessibus animalis est: ideò quoque intima &
Hieronym. profunda terræ cauositas,vt cum Tertulliano loquar,intelligi debuit. Hierony.lib. Comment.in Ionam,cap.2.Præcipitur ergo,inquit, huic magno Ceto, & abyssis &
Christi descēsus ad inferos. inferno,vt terris restituāt saluatorē:& qui mortuus fuerat,vt liberaret eos, qui mortis vinculis tenebantur, secum plurimos educat ad vitam. Ex hac nimirùm figura
Irenæus. Irenæus lib.5.in hæres.circa finem, Christi ad inferos descensum colligit, quem & his scripturæ locis confirmat.Nunc,inquit,tribus diebus conuersatus est, vbi erant mortui,quemadmodū Prophetia de eo ait, Psal.87.& Zach. 9.Commemoratus est Dominus sanctorum mortuorum suorum, eorum qui antè dormierunt in terra sti- I
pulationis,& descendit ad eos extrahere eos,& saluare eos.Et ipse Dominus ait, *Sicut Ionas*,&c.Sed & Apostolus ait:(Ephe.4.) Ascendit autē quid est, nisi quia & descendit in inferiores partes terræ? Hoc & Dauid in eum prophetans dixit, (Psal.15. & 48.)Eripuisti animam meam ex inferno inferiori.Porrò Gregor.Nyssenus Orat.1.
Greg.Nyss. de resurrectione Christi,per *cor terræ*, subterranea loca, quibus secundum animam
Cyrill. Hier. Christus in triduo adfuerit, interpretatur. Cyrillus Hierosolym. Catech.14. Ionas
Infernus. quidem,inquit,proiectus est in ventrem Ceti:hic autē descendit sponte,vt eximeret eos qui submersi fuerant,sicut scriptū est,De manu inferni liberabo eos, & de morte redimam illos.Sed & consideremus,Quid est durius hominem sepultum de terra resurgere,aut hominem in ventre Ceti, in tantam animalis caliditatem deuenientē
non marcescere? Quis nescit ventres tantum habere intus calorem, vt ossa etiam K
deuorata digerant? Quomodo ergo Ionas in ventre Ceti tribus diebus existens, non emarcuit? Quomodo, cùm ea sit hominum natura omnium, vt sine hac aëris respiratione non possint viuere: ille per tres dies, hunc aërem non spirans, vixit? Sed respondent Iudæi, & dicunt: Subuenit Ionæ virtus Dei. Quid ergo?Seruo quidem suo submittens virtutem,vt viueret effecit Dominus: ipse autem hoc sibi ipsi exhibere non poterit?Si credibile illud,& hoc credibile: & si hoc incredibile,& illud incredibile.Mihi quidē vtraque sunt simul fide digna. Credo enim quòd Ionas,sicut & Lazarus,custoditus est.Omnia enim sunt possibilia apud Deū. Credo quòd à mortuis excitatus est. Solus hic quidem descendit ad inferos, cum multis autem inde ascendit.Descendit in mortem solus, & multa corpora quiescētium sanctorum excitauit. Iustinus Martyr in responsionib.ad Orthodox.Sicut au-
Iust.Mart.

tem

A tem Ionas habuit exitum è Ceto post triduum, vt hoc signo fides fieret eum missum à Deo præconem euersionis Niniue: sic & Seruator habuit resurrectionem post triduum, vt crederemus eum missum à Deo præconem regni cœlorum. Verùm fortè requiret aliquis, quomodo *filius hominis fuerit in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus?* Hoc enim posito, quòd corpus eius in sepulchro, anima per triduum erat in inferno, quomodo ita disparatis partibus, Christus hîc & illic aderat? Respõdet Greg. Nyssenus Orat. 1. de resurrect. Christi: Quomodo, inquit, eodem tempore, tribus sese Dominus dedit, & cordi terræ, & paradiso cum latrone, & manibus patris? Nam ad Pharisæos quidem ait, Sicut Ionas fuit in ventre Ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit & filius hominis in corde terræ: Ad latronem autem, Hodie mecum eris in paradiso: Ad Patrem verò, In manus tuas commendo spiritum meũ. Neque enim B aliquis dixerit in subterraneis locis esse paradisum, neque in paradiso loca subterranea, vt in eodem tempore vtrobique esset: aut hæc manus Patris dici. At hoc quidẽ inter eos, qui piè rem expendunt, fortassè ne quæstione quidem dignum fuerit. Nã qui per diuinam potentiam vbique est, cùm vbique adest, tùm nusquam abest. Ego autem etiam aliam didici rationem, quam si vultis, paucis vobis exponam. Demonstrat primùm diuinam naturam sic humanitati fuisse coniunctã, vt & in anima per imperium, preces, doctrinam: & in corpore per attactum & miracula virtus eius appareret. Hoc igitur supposito, quòd anima simul erat cum diuina natura, & simul cũ corpore, sic concludit. Quoniam igitur duplex quidem temperamentum humanũ, simplex verò & vniformis natura diuinitatis est: quo tempore à corpore anima diuiungebatur, non vnà cum eo, quod compositum erat, diducebatur id quod expers C est diuisionis, sed contrarium fiebat. Vnitate enim diuinæ naturæ, quæ in vtrisque erat ex æquo, rursus ea quæ diducta fuerant, inter se coaluerũt. Rursus etiam quæri potest, quomodo figura Ionæ in Christo completa sit, vt & ille tribus diebus & tribus noctibus in corde terræ permanserit. Videtur enim hoc esse falsum, inquit Thom. Aquin. in Matth. quia hora nona expirauit, & sepultus est vespere, resurrexit autem mane tertiæ diei. In quibus tantùm duæ noctes computantur. Duplex hîc resolutio est, secundum Augustinũ. Vna per Synecdochen, qua pars pro toto vsurpatur: ita scilicet vt dies qua crucifixus est, pro sua nocte computetur: Sequatur demum nox, & posterior dies: Tertia nox, & manè diei. Et hanc resolutionem amplectuntur antiqui Patres, cùm non necesse sit rerum veritatem in omnibus correspon- D dere suis typis. Eandem etiam resolutionem sequitur Hieronymus in Matth. Altera verò resolutio non contemnenda videtur, vt intelligamus tres noctes, vnam supernaturalẽ & miraculosam, duas naturales. Supernaturalis & miraculosa fuit illa, quæ contigit Christo expirante: tunc enim tenebræ factæ sunt super vniuersam terram. Quod & Deo sic disponente contigit, non modò vt hominum impietas argueretur, & creaturarũ lumen creatori cederet: sed & ex hoc colligeremus tres noctes à Christi morte ad eius vsque resurrectionem. De diebus sanè nulla quæstio est: cùm dispulsis & cedentibus illis tenebris, post horam nonam dies apparuerit, ad cuius vesperam Christi Iesu sacratissimũ corpus tumulatum sit: consequatur & dies magnus sabbati, demùm & prima sabbati, ad cuius crepusculũ Christus resurrexit. Cæterùm totum argumentum missionis Ionæ in prædicatione pœnitentiæ consistebat. Ter- tullianus lib. de Pudicitia: In hoc, inquit, Ionas exemplum passus est dominicæ pas- E sionis, Ethnicos quoque redempturæ. Sic Ioannes nõ minus militantibus & Publicanis, quàm filiis Abraham, pœnitentiæ erat præco: sed & ipse Dominus Sidoniis & Tyriis præsumpsit pœnitentiam, si virtutum documenta vidissent. 2. Vt que statim Ionas vrbis excidium prædixit, vtique nisi pœnitentiam agerent: sic Christus statim clamauit, (Mar. 1.) Pœnitentiam agite, & credite Euangelio. Et, Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis, sicut & hi, super quos cecidit turris Siloé. Athanas. verò lib. in Euang. de passione & cruce Domini, docet non mentitum esse Deum in his verbis: Adhuc tres dies, & Niniue subuertetur. Neque enim, inquit, sermo Dei talis erat, quasi post triduum subuertenda esset Niniue, sed quòd ad triduum eos sustinere vellet: vt in dilatione triduana, aut pœnitendi haberent facultatem, aut postmodùm eius sæuitiam exciperent. *Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista.* Ab exemplo illorum condemnationem elicit, vt illius terrore ad mentem redeant. Po-

Greg. Nyss. *Quomodo Christus fuit in inferis tribus diebus & tribus noctibus.*

Th. Aquinas. *Duplex de tribus diebus & noctibus resolutio.*

Hieronym.

Tertullian.

Athanas.

Ab exemplo condemnãtur Iudæi.

terat alia multa proferre exempla Gentilium, qui ad vnius Dei cultum, Prophetarũ F
dictis aut signis allecti sunt: sicut de Naaman, 4. Reg. 5. & Achior, Iudith 5. legimus.
Verùm hæc duo satis esse putat, quorum vnum totam Rempublicam Niniuitarum,
alterum personam publicam, scilicet Reginam, commendat: vt ex ratione multitu-
dinis, aut officiorum publicorum, quibus Regina detineri poterat, maior zelus, pie-
tas & attentio colligatur. Ita personas personis, & facta factis comparare videtur.
Thomas. Porrò in verbis istis excluditur vnus error Iudæorum, inquit D. Thomas lib. Com-
ment. in Matth. dicentium resurrectionem multo ante iudicium futuram, quódque
interim dum post resurrectionem iudicium fiat, reædificabitur Hierusalem. Addu-
cunt autem id Esa. 25. Faciet Dominus in monte hoc conuiuium pinguium. Alij di-
xerunt quòd iusti & martyres resurgent ante alios per mille annos: & adducũt quod
dicitur Apoc. 2. Vidi Angelum, &c. Et apprehendit draconem serpentem antiquũ, G
qui vocatur diabolus: & ligauit eum, vt non ampliùs Gentes decipiat, donec consu-
mentur mille anni. At verò vtrumque excluditur, his verbis: *Surgent cum generatione*
Quomodo solus Christus, & tamen Regina Saba iudicabit *ista*. Surgent enim simul boni & mali, iusti & iniusti. Verùm requiritur, quomodo &
Niniuitæ & Regina Saba iudicatura est Iudæos, cùm Ioan. 5. dicatur Pater omne iu-
dicium filio dedisse? Respondemus multiplex esse iudicium, & in diuerso gradu cõ-
siderandum. 1. Supremæ authoritatis Dei solius est: etiam & Christi, vt Deus est. 2.
Supremi meriti, & præeminentiæ: hoc solius est Christi, vt homo est. 3. Approbatio-
nis & assessionis, quo omnes Angeli & sancti iudicabunt, Matth. 19. Luc. 22. Apoc. 2.
4. Testimonii, quo iusti stabunt in eos qui se angustiauerunt: cùm dixerint, Sol iusti-
tiæ non illuxit nobis, Sap. 5. Sic & sermo meus, quem locutus sum, iudicabit, ait
Christus, Ioan. 12. Sic enim lex reum, & prædicatio verbi peccatorem condemnat. 5. H
Comparationis: Sic homines dæmones iudicabunt, 1. Cor. 6. Et viri Niniuitæ &
Augustinus. Lombardus. Regina Saba Iudæos. De his iudicandi modis, August. Epist. 49. & lib. de catechi-
sandis rudibus cap. 21. & Magister Sentent. lib. 4. distinct. 47. Nimirum collatione
Niniuitarum & Reginæ Saba Iudæi condemnabuntur. 1. Ratione generis, quia hi
Gentiles, Iudæi verò gens electa. 2. Ex parte prædicantis, quia vnus Ionas incogni-
tus & extraneus, per tres tantùm dies prædicauit: apud Iudæos verò infiniti Pro-
phetæ ex sua natione fuerant. 3. Et parte prædicationis, quæ breui tempore habita
est apud Niniuitas, & ipsa asperior & rudior esse videbatur, quàm quæ barbaro-
rum aures & corda alliceret: Iudæis autem non terrorem modò incusserunt, sed &
magna bona promiserunt, idque continua velut serie, Patriarchæ, Prophetæ, Iudi-
ces, Sacerdotes. Id quoque apud eos faciebant scripturæ, quæ cæteris nationibus I
minimè communicatæ sunt. Non enim fecit taliter omni nationi, & iudicia sua
non manifestauit eis. 4. Ionas in Niniue nullum miraculum edidit: Prophetæ apud
Iudæos multa. 5. Effectus quoque eos condemnabit. Nimirum Niniuitæ credide-
runt, & pœnitentiam egerunt ad vnius Ionæ vocem: & prædicauerunt ieiunium, &
vestiti sunt saccis. Iudæi autem nec Prophetis, nec etiam Christo crediderunt: immò
omnes Prophetas persecuti sunt. Idem nos Christus affatur, quod & Iudæos. Etsi
enim tot concionatores, Apostolos, Martyres & doctores, post Prophetas & Chri-
stum etiam ipsum habuerimus, ne quidem adhuc vocem Domini audimus. Ideò
Effrem. S. Effrem lib. 1. de compunct. cordis, cap. 1. Legentes, inquit, non agnoscimus, & au-
dientes nequaquam in aures nostras percipimus. Si aliquis conficiens iter, homici-
dium perpetratum repentè conspexerit, vultus eius illicò immutatur, & cor eius
pauore concutitur. Prophetas & Apostolos legimus interfectos, & risum proferi- K
mus. Et quid dico Prophetas & Apostolos? Ipsum Dominum verbum Patris, pro-
pter peccata nostra pependisse in ligno audiuimus & legimus: & elata ceruice con-
temnimus & ridemus! Toties admoniti sumus verbo Dei vt pœnitentiam agamus,
& negligimus! Ipsum immò Christum & verbũ eius contemnimus. Ideò tot mala
Chrysostom nos obruunt. Non sum Propheta (ait Chrysostom. hom. 5. ad populũ) nec filius Pro-
phetæ: futurum tamen manifestè scio, & magna voce proclamo: quòd si mutemur,
& aliquam animæ nostræ curam geramus, & ab improbitate absistamus, nihil mo-
lestum ingruet & triste. Quod fusissimè probat Niniuitarum exemplo. *Et ecce plus-*
quàm Ionas hic. πλεῖον Ἰωνᾶ ὧδε. Dictio ὧδε locum significat: vt sit sensus, Ecce plus
quàm Ionas in hoc loco. Facta nimirùm emphasi ad personam, quæ multo sit ipso

Iona

A Iona nobilior & excellentior: & ad præsentiam, quæ non longè requirenda sit. Siquidem Ionas tantùm iter vnius diei in Niniue peregerat, nondum autem in omnia eius loca deuenerat, cùm statim audita fama illius quisque vitã in melius commutauit. Atqui Christus & cernebatur, & audiebatur. Sed & omnia illorum infidelitatem arguunt. 1. Ionas enim seruus erat, Christus dominus. 2. Ille è Ceto egressus est, iste ab inferno. 3. Ille inuitus prædicauit, iste sponte. 4. Ille peregrinus erat, iste cognatus secundum carnem. 5. Ille subuersionem prædicauit, iste regnum cœlorum. 6. Ille nullum fecit signum, iste innumera. 7. De illo nemo prædixit, de isto omnes Prophetæ. 8. Præterea Niniuitæ barbari erant, Iudæi diuinis enutriti scripturis. 9. Et illi quidem à Iona nihil audierunt, præter id tantùm, Adhuc tres dies, & Niniue subuertetur, & statim crediderunt: Isti verò variam à Christo ac profundissimam audierunt

B doctrinam, nec tamen crediderunt, immò persecuti sunt. Euthymius: Ex eo verò quòd Christus malè acceptus fuit à Iudæis, argumentum fuit eorum ruïnæ. Proinde si quando videris pios rideri & abiici in ciuitate, argumentum eruere potes eius perditionis. Eccl. 10. Regnum à gente transfertur propter iniustitiã & calumnias. Sic Sodomorum excidij signum, fuit Loth iusti oppressio. Genes. 18. 1. Pet. 1. Item ad summum, vexatis Israëlitis perditio Ægypti præparata fuit. *Regina Austri surget in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam.* Id est, non tantùm à Gentili populo, & numerosa Niniuitarum multitudine condẽnabimini, sed & ab vnica muliere Regina, quæ de Sabæa metropoli regionis Persicæ venit Hierosolymam, auditura sapientiam Salomonis. 3. Reg. 10. & 2. Paral. 9. Dicitur autem Regina Austri, quia ab Hierusalem Austrum versus situm erat illius regnum: ita tamen vt & in Orientem etiam

C porrigeretur. Eucherius lib. 3. Comment. cap. 32. per Austrum Indiam interpretatur. Theodoretus lib. 3. Quæst. in lib. Reg. q. 32. Saba, inquit, Æthiopiæ regio est, in mari Indico. Duplex enim fuit Saba, vna in Arabia, altera in Æthiopia. Iosephus Regi- nam istam Ægypto & Æthiopiæ imperasse scribit lib. 2. Antiquit. Æthiopia scilicet maximè insignem habet insulam Medianinem, quam Nilus ambitu suo complectitur. Huius vrbs præcipua Saba dicta est: sed Cambyses Rex Meroën eam nuncupauit, à nomine sororis suæ. Strabo libr. 17. de situ orbis, Meroën eandem & insulam, & metropolim totius Æthiopiæ esse scribit. Et hoc vtique adstipulatur quibusdam referentibus genus Prætoianis, seu Presbyteri Ioannis, Indorum & Æthiopiæ Regis ad Salomonem, quasi ex ipso & Regina illa Saba descẽderit. Plinius lib. 2. cap. 73. huius regionis meminit. Igitur Regina illa *surget in iudicio*, 1. corpore. 2. causa, quomodo impij non dicuntur resurgere, (Psalm. 1.) & condemnabit generatio-

D nem istam, per comparationem. *Quia venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis.* Omnes illos circunstantiæ condemnant: 1. quia illa mulier, hi viri, immò sacerdotes & scribæ. 2. Illa Gentilis, isti de domesticis. 3. Illa regina multis huius sæculi negotiis implicita: isti priuatis tantùm retinentur officiis. 4. Illa venit à finibus terræ, à regione nimirùm, quæ mare Persicum terminat, vbi se iungit Oceano: isti in vicino sunt, immò in sua ciuitate & templo velut domi habent quod audiant. 5. Illa venit, vt audiret sapientiam Salomonis, quæ maximè rebus physicis innitebatur: isti ne quidem sapientiam diuinam Messiæ audire volunt. 6. Et illa quidem cum vitæ per multa itinera discrimine, & expensis multis: isti cum securitate & vtilitate. 7. Illa sola fama nominis Salomonis excitata, isti tot Prophetiis & promissionibus ad excipiendum Messiam inducti. καὶ ἰδοὺ πλεῖον σολομῶντος ὧδε. *Et ecce*

E *plusquàm Salomon hîc.* Id est, hoc in loco vobis præsens, & non longè. 1. Salomon homo, iste Deus. 2. Salomon rex mortalis, iste cuius regni non erit finis. 3. Salomon successione humana, iste æternitate diuina. 4. Salomon sapientiam à Deo accepit, iste Dei sapientia. 5. Salomon peccator, qui & lasciuiæ sese illecebris inuoluit: iste est in cuius ore non inuentus est dolus. 6. Salomon tantùm in Hierusalem, non in plateis regni Sabeæ, parabolas suas edisserebat: hic in plateis vestris & templis dat vocem suam. Prou. 1. 1. En vt Christus inexcusabiles etiam nos doceat, si concionatores audire, & verbum illius, quod in propatulo nobis est, attendere contemnamus. 2. Vt nec quidem reges, reginas, aut magnates, & cuiusuis conditionis viros ab audiendo verbo excuset, istius exemplo, quæ patria relicta tot itineta confecit, vt vnicum Salomonem audiret. Theodoretus mysticæ Reginè istius factũ

Euthymius.

Eucherius. Theodoret.

Iosephus.

Strabo.

Plinius.

Theodoret.

Mysteriũ reginæ Saba. ita requirit, quòd doctrina Apostolica eos mirata est, qui sine lege iustificati sunt. F
Rom.2. Quando enim Gentes quæ legem non habent, naturaliter quæ legis sunt
faciunt, ij legem non habentes, sibi sunt lex. Ipsa enim cùm esset alienigena, neque
diuinam legem accepisset, contenta lege naturæ, admirata est iustitiam, & iustum
accepit iudicium: & per eum qui ipsam excepit, laudauit datorem sapientiæ. Euche-
Eucherius. rius: Venit, inquit, Ecclesia post multa sæcula ad redemptorem. Hęc est, de qua Psal-
tes: Astitit regina à dextris tuis. Hæc post synagogam vocata, sed antè promissa, ve-
nit ex Gentibus à finibus terræ, imponens finem cupiditatibus, ad pacificum Chri-
stum. Porrò Lucas superioribus quæ contra blasphemos Pharisæos Christus intona-
uit, adiungit duas parabolas de lucerna: quæ quia à Matthæo referuntur ad sermo-
nẽ Domini in monte habitum, quem explicauimus, paucis hîc etiã immorabimur.
Nemo, inquit, *lucernam accendit, & in abscondito ponit, neque sub modio, sed supra candelabrum:*
Theophil. *vt qui ingrediuntur, lumen videant.* Theophilact. in Luc. Quoniam, inquit, inuidi Iudæi G
miracula videntes, ea calumniabantur ob mentis malitiam, eius gratia Dominus
Scientia fidei lucerna est, nec abscondi debet. hæc dicit. Quasi lucernam, hoc est beneficium noscendi Deum, quo videmus, ve-
luti si nobis datum esset lumen, homines abscondunt mentis iudicium, & præ inui-
dia obtenebrati, miracula & beneficia non vident: quamuis mentem acceperimus,
vt illam super candelabrum constituamus. Videtur autem mihi hoc dicere: O Pha-
risæe, habes scientiam, hoc est lucernam: oportet te scientia illa vti, vt per eã agno-
scas miracula, & aliis quoque ostẽdere & monstrare possis, quòd sint opera filij Dei,
& non Beel-zebub: vt hi qui ingrediuntur, hoc est nouitij & qui instruuntur, lu-
men videant. Nam qui sapiens est, iam ingressus est: qui autem discit, adhuc ingredi-
tur. Hoc autem vos Pharisæi facere non vultis, sed oculum mentis vestræ, qui sim-
Beda. plex erat, feciſtis obliquũ & obscurum. Beda lib.4. in Luc. c.50. Cãdelabrum Eccle- H
siam dicit, cui lucernam superposuit, quia in nostris frontibus fidem suæ incarnatio-
Quid candelabrum. nis affixit: vt qui Ecclesiam fideliter ingredi voluerint, lumen veritatis palàm queant
Hieronym. intueri. Qua sententia Iudæorum quoque proceres condemnat, qui signa quærẽtes
exteriùs, apertam lucis ianuam noluerunt intrare credendo. Hierony. ad id recurrit,
quòd Christus lucernã suæ doctrinæ, non Iudæis modò, sed & Gentibus exhibuerit:
vt illi qui ingredi ad fidem debebant ex Gentibus, lumẽ veritatis intuerentur. Esa.
Bonauẽtura. 49. Dedi te in lucem Gentium, vt sis salus mea, vsque ad extremum terræ. Bonauen.
in Lucã: Sicut materialis, ita nec spiritualis lucerna prodest, si abscondatur. Eccl.20.
Sapientia absconsa, & thesaurus inuisus, quæ vtilitas in vtrisque? Melior est, qui ce-
lat insipientiam suam, quàm qui abscõdit sapientiam suam. Quanto autem lucernæ I
altiùs ponuntur, tanto clariùs resplendent: vnde non deprimi, sed eleuari debent.
Zach.4. Vidi, & ecce candelabrum aureũ, lampas eius super caput ipsius, & septem
lucernæ eius super illud. Posuit ergo Deus lucernam hanc super candelabrũ, super
electæ synagogæ, & primitiuæ Ecclesiæ arcem: immò & toti Ecclesiæ Christum præ-
fecit, sicut Psal.2. dicitur: Ego autem constitutus sum ab eo super Syon mõtem san-
ctum eius, prædicans præceptum eius. Porrò quòd Christo secundum suam huma-
nitatem competit esse lucernam, constat ex eo quod in Apocalypsi habetur: Domi-
nus Deus omnipotens illuminabit eã, sc. ciuitatem sanctam Hierusalem, & lucerna
eius est agnus. De qua & illud Prou.31. Non extinguetur in nocte lucerna mulieris
fortis, per quam ibi figuratur Ecclesia, quam Ioannes sponsam agni appellat. Sed &
Dauid, Paraui, inquit, lucernam Christo meo. Itaque seu per lucernam doctrina K
Christi, seu scientia Pharisæorũ è scripturis collecta, seu Christus ipse intelligatur: il-
la nec abscondi, nec celari, sed in omniũ ædificationẽ proponi debent. Cui si incu-
Ambrosius. buissent Pharisæi, non vtique à veritate desciuissent, & in Christũ impegissent. Am-
bros. lib.7. in Luc. cap.52. Ergo quia in superioribus Ecclesiam synagogæ prætulit (in
typo Niniuitarum & Reginæ Austri, ex Gentibus) hortatur nos vt (reiecta Scriba-
rũ & Pharisæorum cordis duritia & incredulitate) fidem potius nostram ad Ecclesiã
transferamus. Lucerna enim (etiã) fides dici potest, iuxta quod scriptum est, (Psal.118.)
Lucerna pedibus meis verbũ tuũ. Verbum enim Dei (quod & Christi doctrina, &
vera scientia è scripturis collecta, & q. Christus ipse) fides nostra est: Verbũ Dei lux
est: lucerna est fides. Erat lux vera, quæ illuminat omnẽ hominẽ venientẽ in hũc mũ-
dũ. (Ioan.1.) Hæc est (quoq;) lucerna, quæ accenditur, virtus scilicet nostræ mẽtis &
sensus:

A sensus: vt dragma illa possit, quæ perierat, reperiri. Nemo ergo fidem sub lege constituat. Lex enim *intra mensuram* est, vltra mensurā gratia. Lex obūbrat, gratia clarificat. Et ideò nemo fidem suam intra mensuram legis includat, sed ad Ecclesiam conferat, in qua septiformis spiritus relucet gratia: quam princeps ille sacerdotum fulgore supernæ diuinitatis illuminat, ne eam legis vmbra restinguat. Denique lucerna illa, quam matutinis vespertinisque temporibus, ritu veteri Iudæorum, princeps sacerdotum solebat accendere, velut sub modio legis sita, euanuit: & ciuitas illa Hierusalem, quæ in terris est, quæ occidit Prophetas, quasi in conualle fletus posita, delituit: Illa autem Hierusalem, quæ in cœlo est, in qua militat fides nostra, in illo altissimo omnium locata monte, hoc est in Christo Ecclesia, non potest tenebris & ruinis huius mundi abscondi: sed fulgens candore solis æterni, luce nos gratiæ spiri- *Quid mēsura.*

B tualis illuminat. Alteram adiicit parabolam de lucerna, dicens: *Lucerna corporis tui est oculus tuus.* Hoc in corporali oculo notissimum est. Quemadmodum enim in lucerna lux continetur, qua tota perfunditur: ita in corporali organo oculi, lux visiua cōtinetur, qua totum corpus dirigitur. Cæterùm quod corporalis oculus est corpori, hoc intellectus seu intentio est animæ. Ergo si *oculus tuus*, intellectus sc. aut intentio fuerit absque errore & obliquitate, seu simulatione & hypocrisi, qualis erat in scribis & Pharisæis: *totum corpus tuum lucidum fuerit.* Dirigetur enim anima tua ab intellectu, & luce sapientiæ eius clarescet. Gorranus in hunc locū. Intentio enim dupliciter considerat: vno modo, vt motus mentis ordinantis opus in finē: alio modo, vt ipse finis intentus, ad quem mens ordinat opera sua. Et quidem secundum primum mo- *Vt lucerna, sic oculus corporis & intentio mētis.* *Gorranus.*

C dum, ex ipsa intentione iudicantur opera, siue bona sint, siue mala: nā ille motus mētis ordinantis nunquam est bonus, nisi ordo sit rectus: nec ordo est rectus, nisi cōuenienter ordinentur extrema: sed secundo modo, non omnia opera ex intentione iudicantur, sed illa quæ de se bona sunt, vel indifferentia. Quædā verò sunt de se vitiosa & mala, quæ hoc modo ex intentione bona, seu fine bono bonitatē non sortiūtur. Vt si quis adulteretur, quatenus à concupiscentiæ molestia releuatus, quietiùs spiritualibus vacet. Hinc alij dicunt, quòd duplex est finis, seu intentio: vtpotè intendentis, & rei seu operis. Finis autē intendentis est, quem agens sibi præfigit, quamuis media non sint proportionata ad huiusmodi finem: idcircò bonitas talis finis non sem- per sufficit ad bonitatē moralē operationis. Alter verò finis est rei, seu operis, qui mediis ad finem ordinatus proportionatur ac congruit: & idcircò illius operatio dici- tur bona aut mala. Beda in Lucā. Sic corpus dicit opera, quæ palàm cunctis apparēt, *Beda.*

D oculum verò ipsam mentis intentionem qua operatur, & de cuius merito, eadem opera lucis an tenebrarum sint, discernuntur. Ergo si pura rectáque intentione quæ potes agere bona studueris, lucis profectò sunt opera quæ facis: etiamsi coram hominibus imperfectionis aliquid habere videantur. Quoniam diligentibus Deū omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt sancti. *Si autem oculus tuus nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit.* Si peruersa est intentio quæ *Intentio præbat omnes.*

præcedit, prauum est omne opus, quod sequitur, quamuis rectū esse videatur. Eccl. 31. Memento quia malus est oculus. Nequius oculo quid creatum est? Simplicitas igitur in omnibus optima est, vt colligit Bonauen. in Luc. 1. Para. 29. Scio Deus meus *Bonauen.*

quòd probas corda, & simplicitatē diligas. Iob. 1. Vir ille simplex & rectus. Can. 1. Recti diligunt te. Cant. 4. Vulnerasti cor meū soror mea sponsa, vulnerasti cor meū in

E vno oculorum tuorū, & in vno crine colli tui, id est, in vnitate & simplicitate intentionis rectæ, quæ sola Deo placet. Oculus autem nequam deprauat voluntatē. Eccl. 14. Nequam est oculus liuidi, & auertens faciem suam (à Deo) & despiciens animam suam. Hinc tenebræ peccatorum. Rom. 13. Abiiciamus ergo opera tenebrarum. Et bona semper intentione ducamur. Prou. 11. Iustitia simplicis diriget viam eius, & in impietate sua corruet impius. Sap. 18. Sanctis tuis erat lux maxima, qua dirigebantur opera eorum. Prou. 4. Semita iusti quasi lux splendens. *Vide ergo ne lumen quod in te est, tenebræ sint.* Caue ne intentio tua aut intellectus, ambitione, hypocrisi, aut inuidia ducatur: hinc nimirùm fiet, vt quātumuis doctus fueris, aut opus bonū aggrediaris, corrumpātur hæc omnia. Sic quippè Scribæ & Pharisæi, modico velut fermē- to, sua hypocrisi actiones suas alioquin bonas, vt ieiunia, orationes & eleemosynas, obscurarunt. Sic & illi sua ambitione & inuidia in Christum excæcati, quantumuis

in lege exercitati essent,& Prophetarum libros legerent,in tenebris obscuratum intellectum habuerunt. Videant omnes igitur, quo spiritu & intentione diuina tractent,aut opera sua exequantur. *Si ergo totum corpus tuum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum,* si & intentio & actiones tuæ ab ipsa rectitudine & simplicitate procedunt: *erit lucidum totum,* ita vt nullo peccato inuoluantur. Eccl. 27. In sapientia permanet sapiens sicut sol,stultus vt luna mutatur. *Et sicut lucerna fulgoris illuminabit te,* hîc & in futuro. Psal. 75. Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis. Esa. 58. Implebit splendoribus animam tuam, & ossa tua liberabit. Hæc intentio recta & simplex,quia defuit scribis,non mirum si excæcati sunt,nec verum iustitiæ lumen agnouerunt:quoniã in lumine videbimus lumen,vt scribit Psaltes:in lumine scilicet recti intellectus & intentionis,lumen vitæ & veritatis cognoscimus. Hæc, inquit Beda,contra hypocrisim Pharisæorum subdolè signa quærentiũ spiritualiter dicta, nos iuxta sensum moralem generaliter instituant. *Cùm autem immundus spiritus exierit ab homine,ambulat per loca arida,quærens requiem,& non inuenit.* Hanc de spiritu immundo parabolam seu exemplũ proponit Christus,ad demonstrandam Scribarũ & Pharisæorum miseriam,vt qui pridem eruti à tyrannide dæmonum per fidem Israëlis, dum illã nunc sua in Christum inuidia exsufflant,à peioribus dæmonibus possideãtur,quorum rabies in ipsis eorum calumniis & blasphemiis dignoscatur. Aut certè quid homini cæco,surdo & muto,nunc autem sanitati restituto cauendũ sit, docet: ne scilicet semel eiecto dæmonio,pigrescat magis,sed vigilet, sibique in posterum caueat: vt non rursus fiant eius posteriora peiora prioribus. Aut sanè quid Iudæis omnibus cauendum sit,ostendit. Nimirùm ne qui se Dei filios esse gloriantur,propter ingratitudinem excludantur,& qui iam patris sui diaboli opera perficiunt, ab eo etiam possideantur. Isidorus lib. 2. Allegor. Hominis nomine populũ Iudaicum,& omnem pœnitentẽ intelligit. Exiuit dæmon à Iudæis,cùm adoptati fuerunt in filios in typo Abrahæ,Genes. 12.& cùm erepti sunt ex Ægypto,Exod. 14. A pœnitente autem exit per contritionẽ,confessionem,& absolutionem. Exiit primùm à nobis per exorcismũ & baptisma. Vnde apud Dion. Areopagitã lib. Hierarch. Eccl. exsufflare ter Sathanã iubetur is qui baptizatur. 2. Vbi verò spiritus ille malignus ex homine exierit,sunt qui relegari illum in solitudinẽ dicũt,quæ per *loca arida & inaquosa* significantur: vbi *nullam habeat requiem,* cùm tota eius intentio feratur in hominum perniciẽ,quos solitudinibus deesse videt. Alij per loca arida & inaquosa, animas humore gratiæ destitutas intelligunt. Esa. 19. Terram sine aqua confundã. Aruit tãquam testa virtus mea:& ossa mea tanquã cremium aruerunt,inquit Psaltes. Ambulare autem dicitur Sathan,Iob. 1. Circuiui terram,& perambulaui eam. 1. Pet. 5. Circuit quærens quem deuoret. *Requies* autem dæmonis est aliquem iustum seduxisse, aut hominem totum possidere: ideò scilicet qui priùs perambulauerat, in Iob torquendo diutiùs immoratus est,q. in eodẽ torquendo totus cõquiescceret. *Non inuenit* autẽ toties quoties desiderat:nã & hi,in quos molitur,sæpius ei aduersantur. Vnde Iac. 4. Resistite diabolo,& fugiet à vobis. Eph. 4. Nolite locũ dare diabolo. *Τῦc dicit,* apud se statuit, & deliberat. *Reuertar in domum meã Vnde exiui.* Domus vnde exiuit,anima est, quã dæmõ ab initio possederit. Nobis enim duo sunt,duo ab initio cohærẽt Angeli, inquit Cassianus Collat. 8. Abbatis Sereni,cap. 17. Bonus scilicet & malus. De bonis quidẽ Saluator ait,(Matth. 18.)Ne contemnatis vnũ ex his pusillis. Dico enim vobis, quòd Angeli eorũ semper vident faciẽ Patris mei qui in cœlis est. Necnõ in Actibus Apostol.(c. 12.)de Petro dicitur,Quia Angelus eius est. De vtrisque verò liber Pastoris pleniſsimè docet. De Iuda quoque dicitur(Psalm. 108.)Et diabolus stet à dextris eius. Inde fit,vt immundus spiritus domum suam nuncupet, animam quam primò possederit,aut sibi subiecerit. Ab hac autem eiicitur per sacrum baptisma,& per pœnitentiã,succedente spiritu Dei. Verùm non desinit ille tandẽ eniti, vt rursus animã illam possideat,velut suam,aut sibi præreptã. Quid tandem? Nonnunquam euenit, vt is qui curatus est ab immundo spiritu,& ad pietatem & veram iustitiam vocatus est,iã non ipsam puro & simplici mentis oculo,id est recta & simplici intentione sequatur:sed aut sibi gloriam apud homines requirat,& non Deo, sed sibi acceptã ferat. Erit hæc hypocrisis & peruersa intentio, *scoparum mundities,* qualis in Scribis & Pharisæis,qui faciebant omnia opera sua,vt viderentur ab hominibus. Albertus in

Beda.

Quæ loca arida sequatur spiritus immundus.

Isidorus. 1.

Dio. Areop. 2.

3.

4.

5.

Cassianus. *Duo Angeli cuique assistunt.*

6.

Scoparum mũdities quæ. Albertus.

Matth.

A Matth. Ecce, inquit, dispositio eius, quam ingreditur. Et tangit quatuor. *Inuenit* eam, inquit, hoc est locum habitationis suæ in ea. Atqui si resisteret, non inueniret eam. Sic serpens inuenit Euam, Genes. 3. Ezech. 16. Diuisisti pedes omni trãseunti. & Hier. 2. Omnes qui quærunt eam, ingrediuntur ad eam, in menstruis suis inueniunt eam. 2. Tangit otij torporem, cùm dicit *vacantem*. Ezech. 16. Hæc fuit iniquitas sororis tuæ Sodomæ, abundãtia otij. Matth. 20. Quid hîc statis tota die otiosi? Eccl. 35. Multa mala docuit otiositas. Ideò Hieronym. Semper, inquit, aliquid boni operis facito, vt diabolus inueniat te occupatum. Thren. 1. Viderunt eam hostes, & deriserunt sabbata (otia) eius. Tertiò, *inuenit eam scopis mundatam*, exteriorem sc. munditiem curiosiùs præ se ferentem, qualis in Iudæis. Matth. 23. Mundatis quod à foris est calicis, & catini. Quod autem mundatur scopis, inquit Thom. in Matth. non perfectè Hieronym. Thomas.

B mundatur: solum enim illud tollitur, quod leuiter adhæret. *Ornata* autem anima dicitur, etiam in ratione externa: internam enim mundiciem Dominus requirit. Mũdatio autem perfecta debet cum igne fieri, sicut & in lege vasa per ignem mundabantur. Item quod ornatur, aliam habet ex se pulchritudinem, aliam ex ornatu tantùm. Sic: Psal. 143. Filiæ eorum compositæ, circumornatæ vt similitudo templi. Sed qui volunt esse securi, debent habere pulchritudinem interiorem Psalm. 44. Omnis gloria filiæ regis ab intus in fimbrijs aureis, circumamicta varietate. Sed quando exteriora tantùm ornantur, anima à dæmonum tyrannide non liberatur. Quid enim prodest hominibus per fucatam iustitiam, & externum simplicitatis habitum imponere, cùm Deus interna & occulta iudicet? Ezech. 16. Ornasti te regio vnguento. Prou. 7. Præparata ad capiendas animas. Euthy. in Matth. De liberatis, inquit, à dæ- Euthymius.

C mone hîc dixit, qui ob segnitiem ac negligentiam facilè rursus ab eo inuaduntur, & capiũtur. Inuenit, inquit, priorem domum suam *vacantem*, id est, vacuam spiritu sancto, seu virtute: præterea scopis mundatam & purgatam, ad ipsius susceptionem, insuper & ornatã, siue delectabilẽ sibi. Itaque sicut hospites ad domũ purgatam & ornatam inuitantur, sic & dæmones ad conscientiã fucatam & exteriori tantùm iustitia cultam prouocantur. Ita Christus de dæmone ad hominis instar loquitur, id est sumpta similitudine ab iis quæ nobis contingunt. Nã cùm nemini domũ mutare cõtingat, nisi melior ducatur expectatione, aut sanè egredi cogatur: euenit vt si quis domo sua abactus fuerit, habitationem requirat. Quæ vbi non dabitur munda, sed deserta tantùm & squallida, tunc domum priorem in mentem reuocat: ad eam contẽdit. Quam si ornatam & mundatam inuenerit, tum magis illam & ingredi & inhabitare contendet. Ita contingit Sathanæ, vbi semel animam alicuius fuerit egressus.

D Si sensum comparationis huius attendamus, sequenda erit Chrys. Theophil. & Euthymij interpretatio, de domo arida & inaquosa: vt per ea sanctorũ animæ nullũ affectionis humorem habentes, quæ etiam desertæ sunt, nec vllius vitij fœcundæ, significentur. Et *domus vacans* erit, quæ à se gratiam & virtutes allegauerit: quasi alium hospitem exceptura. Non enim est conuentio Christi ad Belial, 1. Cor. 6. Et tum illa purgata & ornata erit, cùm se omninò ad illecebras carnis, & mundi voluptates composuerit. Sin prius assumptam interpretationem sequamur, omnia sibi constabunt, ad detestandam Iudæorum hypocrisim. *Et tunc vadit, & assumit septem alios spiritus nequiores se, & ingressi habitant ibi.* Septem spiritus nequiores omnia vitiorum genera sunt, vt Anselm. in Matth. scribit. Chrysost. in Matth. Opere priore, exponit ad literam, deterius accidere recidiuis morbis. Ioan. 5. Ecce sanus factus es, iam am- 7. *Qui septem spiritus nequiores.*

E plius noli peccare. Secutus fuerat ambitionem, adiunget se spiritus superbiæ, iræ, vindictæ, luxuriæ. Peccatum enim suo pondere ad aliud trahit. Chrysost. lib. vno cõtra Gentiles. Ac quẽadmodum vsu venit, vt scintilla ignis, si fortè immensam materiam corripuerit, statim obuiam quamque exurat, nec antè tamen absistat, quàm quod reliquum est, id omne depascatur: quantóque plura comprehenderit flamma, tanto maius robur ad alia consumenda suscipiat: fitque tum vt comprehensorum à flãma lignorum congeries, lignis iis, quæ mox flamma cõprehensura est, q. insidias struat, flãma eadem sese semper lignorum comprehensorum auxilio, contra ea quæ intacta adhuc manent, armante: Sic & peccati natura, vbi animi cogitationẽ aliquã adorta est, nec quisquam est qui malum restinguat, procedens vlteriùs, grauior certè ac magis indomita efficitur, vt quæ posteriora sunt peccata, prioribus grauiora sint. Anselmus. Chrysostom. Idem.

Augustinus. Augustinus hunc sensum sequitur lib.1.Quæst.Euang.cap.8. quòd fideles, qui per F
pœnitentiam abluti, adinstar canum ad vomitum,& q. sus lota ad volutabrum re-
Beda. deunt,pro septenario spiritu,septem immundis spiritibus detineantur. Beda in Luc.
Potest,inquit,hoc accipi de hæretico quolibet,schismatico,vel malo Catholico, à
quo tempore baptismatis malignus spiritus exierat. Hunc enim spiritus vbi super-
Hæreticus peior quoquam ethnico & barbaro. bum,sui ipsius amantem,præsumptuosum inuenerit,ita subiicit, & totum sibi ven-
dicat, vt nihil aliud quàm dæmonicum spiritum spirare videatur. Hinc contingit
Hæreticos quantumuis barbaris & infidelibus nationibus peiores esse, & crudelio-
Thomas. res.*Fiunt enim posteriora peiora prioribus.* Thomas in Matth. Hæc aggrauatio est,quantũ
ad effectum.2.Pet.2.Melius erat eis non nosse viam veritatis,quàm post agnitionem
Euthymius. retrorsum reuerti.Euthym.in Matth.Prius enim ab vno dæmone torquebatur,post-
modum à multis. *Sic erit & generationi huic pessimæ.* Hier.7.Peius enim operati sunt, G
quàm patres eorum.Ita quæ generalius dixerat, his de quibus maximè intelligit,ac-
Hilarius. commodat.Hilarius in Matth.Israëlitas primùm in Ægypto à dæmone possessos
scribit,cùm pecudibus & saxis supplicarent. Eiectum autem illum esse per legem.
Qui illinc, inquit,exiens circum Gentes desertas atque aridas oberrauit, domum
veterem derelinquens:vt in iis vsque in diem iudicij, non inquietata habitatione re-
quiescceret.Sed rursum Dei gratia impertita Gentibus, postquàm in aquæ lauacro
fons viuus effluxit, habitandi cum iis locus nullus est.Regreditur ergo in domum
priorem. Hæc *emundata* per legem,& Prophetarum *ornata* præconiis,& Christi ad-
uentu præparata,*vacua* inuenitur. A qua cùm & custodia legis abscesserit,quia om-
nis lex vsque ad Ioannem est,& ad habitandum non receptus sit Christus, &c. Ideò
septem spiritus nequiores assumuntur, quia tot erant gratiarum munera destinata
cum Christo:atque ita nouissima hominis illius peiora fiunt prioribus, quia ex Iu- H
dæis immundus spiritus metu legis excesserat,nunc autem in eos,cum vltione repu-
Rupertus. diatæ gratiæ reuertetur.Rupertus lib.7.in Apo.cap.12.Postquàm enim Christo pas-
so,princeps huius mundi foras missus est,maiore nequitia Iudæos possidet, quàm
possederit olim in terra Ægypti,à quibus tunc exiuit,cùm susciperent cultum vnius
Dei viui. *Factum est autem,* peropportunè ad confusionem Pharisæorum, tot Christo
blasphemias impingentium:cùm dicere potuisset Christus,Eccl.51.Circumdederũt
me vndique,& non erat qui adiuuaret.Ps.117.Circumdederunt me sicut apes,& ex-
arserunt sicut ignis in spinis,& in nomine Domini,quia vltus sum in eos.Vlciscitur
autem per mulierem, sexum infirmum,vbi videt exhortationes grauiores nihil pro-
ficere. Sic Ps.8.Ex ore infantium & lactantium perfecit laudem propter inimicos I
suos,vt destruat inimicum & vltorem.& 1.Cor.6.Infirma mundi elegit Deus,vt cõ-
Mira mulieris confessio. fundat fortia. *Factum est* igitur.Deus enim,qui suscitauit spiritum Danielis pro Su-
sanna contra seniores(Dan.13.)suscitauit & spiritum mulieris huius contra Phari-
sæos ad defensionem Christi, *cùm hæc diceret*:vt & ad rem illius confessio magis face-
ret:cùm verbis testaretur se ad diabolici regni subuersionem venisse, & à Niniuitis
& Regina Saba, Iudæos iudicandos esse prædiceret: vt & ab ista muliere conuin-
1. cantur. *Ecce,* mira res ex omni circunstantia.1.à tempore,tum scilicet, cùm excan-
Tempus. 2. descerent in Christum aduersarij,2. à loco,quia publicè, immò in conspectu Scri-
Locus. barum & Pharisæorum:à persona,quia *mulier*,sexus vtique timidus & ignarus, quæ
3. tamen eos qui se legis doctores profitebantur,de ignorantia & infidelitate arguit.
Sexus. Hanc quidam ferunt ancillam fuisse beatæ Marthæ,quæ post ascensionem Domi- K
Albertus. ni cum beata Maria Magdalena, Martha,Lazaro & Maximino in Massiliam venit,
Ambrosius. vt scribit Albertus Magnus in Luc.Et,sicut dicit Ambrosius, quanto infirmius est
vasculum quod reportat ex hoste triumphum,tãto maiori opprobrio diabolus tra-
ditur,tanto dux militiæ nostræ Christus iocundiùs in pugnantibus suis delectatur.
Iudith.14.Vna mulier Hebræa fecit confusionem in domo Nabuchodonozor.Hæc
est fortis mulier,cuius ex vltimis finibus pretium est, Prou.vlt. quæ ausa est contra
scribas & Pharisæos *vocem* laudis *extollere.* Ioan.9.Iam enim conspirauerãt,vt si quis
confiteretur eum esse Christum, extra synagogam fieret. De hac dici potest id 2.
Mach.8.Fœmineæ cogitationi masculinum animum ingessit. Ruth.3. Scit omnis
Israël mulierem fortem te esse virtutis. *Mulier quædam,* vt non vulgo notissimam,no-
bilem & potentem eam fuisse arbitremur:vnde maior illi loquendi ratio esset apud

popu-

populum. Sed *quædam*, id est, simplex & ignota. Et verè quædam, quia raræ sunt mulieres, quæ cum tanta animi libertate, & fidei feruore Christi laudes celebrauerint. *De turba* addidit, vt magis inculcet illius humilem conditionem. *Extollens vocem suam* cæteris aut tacentibus, aut contra Christum murmurantibus. Esa. 40. Exalta in fortitudine vocem tuam, exalta, noli timere. Eccl. 43. Magnificantes Dominum exaltate quantum potestis. Ps. 29. Exaltabo te Domine, quoniã suscepisti me. Nihil metuit magnates Christi inimicos: adeò liberè loquitur, vt ora illorũ impudentia obtundat. Obstructum est os loquentium iniqua. Sic & olim etiam in tormentis contra tyrannos pro fidei confessione & sua conscientia exclamabant Martyres, vt Sebastianus, Laurentius, immò & septem Machabæi. 2. Mach. 7. *Dixit illi*, tumidos proceres dedignata, & suæ mentis ardore percita, vt illos rubore suffunderet. Ps. 34. Induantur cõfusione & reuerentia, qui maligna loquuntur super me. Mich. 7. Aspiciet inimica mea, & operietur confusione, quæ dixit ad me: Vbi est Deus tuus. *Beatus venter qui te portauit*. q. d. Calumniãtur isti tibi, ô bone, tèque in Beel-zebub dæmonia eiicere prædicant: sed ego te tanta benedictione donatum, & tam beatum esse duco, vt & beatã censeam matrem tuam. Ex fermento Pharisaico, ex deprauato mentis oculo prodiit hæc malignorum impostura. Ego verò, quantumuis ipsi de numero & potestate gloriẽtur, pauci eos facio, immò nec ipsa, quamuis mulier, aduersari illis vereor, vt quæ facilè intelligam, quantum in te blasphement. Tam apertissima sunt tuæ sanctitatis & authoritatis argumenta, vt impudentes iudicem, qui tibi tam temerè obstrepent. Beata sanè mater tua. *Beatus venter qui te portauit*. An nõ scilicet ex fœcunditate terra, & ex fructibus arbor commendatur? Esaias prædixit quòd exurget virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus Domini, (cap. 11.)

Virgo Dei genitrix virga est, flos filius eius,
Et super hunc florem requiescet spiritus almus.

Beatus venter vtique, beata mater, quæ tantum nobis saluatorẽ profuderit. Beda in Luc. lib. 4. c. 49. Magnæ deuotionis & fidei hæc mulier ostenditur, quæ scribis & Pharisæis Dominum tentantibus, simul & blasphemantibus, tãta eius incarnationẽ præ omnibus synceritate cognoscit, tanta fiducia confitetur, vt & præsentium procerum calumniam, & futurorum confundat hæreticorum perfidiam. Nã sicut tunc Iudæi opera sancti spiritus blasphemando, verum consubstantialémque patri Dei filium negabant: sic hæretici (Heluidiani) postea negando Mariam semper virginem, sancti spiritus obumbrante virtute, nascituro ex humanis membris vnigenito Dei, carnis materiam ministrasse, verum consubstantialémque matri filium hominis fateri non debere, dixerunt. Sed si caro Verbi Dei secundum carnem nascentis, à carne virginis matris pronunciatur extranea, sine causa qui eam portasset, & vbera quæ lactassent, beatificantur. Qua enim consequentia eius lacte credatur esse nutritus, cuius semine negatur esse conceptus: cùm ex vnius eiusdémque fontis origine, secũdum Physicos vterque liquor emanare probetur? Nisi fortè putanda est virgo semẽtinam suæ carnis materiam, nutriendo in carne Dei filio suggerere potuisse, incarnando autẽ, quasi maiori & inusitato miraculo minimè potuisse. Sed huic opinioni obstat Apostolus dicens, Gal. 4. Quia misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege. Nec tantùm Valentinianos, Apollinares & cæteros confundit hæc mulier, qui Christum è virgine carnem non assumpsisse, sed illatam è cœlo per eam transegisse dicebant: sed & eos subuertit, qui laudibus eius, & beatitudini obtrectãt. An non sc. accedit ad Canticum Virginis, dicentis, Beatam me dicent omnes generationes: cùm beatum illum ventrem prædicat? Epiphanius de laudibus Mariæ: Beata, inquit, ouis quæ peperit agnum Christum. Iuuenca nunquã iugum experta, quæ vitulum genuit. Fidei mensa intellectualis, quæ panem vitæ mundo suppeditauit. Clibanus intellectualis, qui ignem & panem vitæ calidum mundo in esum attulit. Epiphanius in hæresim Manichæorum scribit, Manichæos panem tanquam à Deo malo creatũ auersari cum his execrationibus: Maledictus qui te seminauit, qui collegit, qui pinsit, qui coxit. Sed nos cùm de pane vitæ differimus, quid aliud dicamus, quàm benedictam terram è qua collectus est? Beatus igitur venter virginis, qui eum portauit: vbera quoque beata quæ suxit. Chrysippus Hierosolymit. de Deipara.

4. *Humilitas.*
5. *Conditio.*
6. *Libertas.*
Laudes sacratissimæ virginis à filio.
Beda.
Contra Iudæos & hæreticos.
Bernardus.
Epiphan.
Idem.
Chrysippus.

Virgam Ieſſe ſemper virentem, quæ humano generi vitam pro fructu attulit, omni F
Auguſtin. quidē tempore beatam prædicare, admirari, & laudibus extollere conuenit. Auguſt. to.7.lib.de natura & gratia, cap.36. Siquidē de ſancta virgine propter honorem Do-
Maria ſine peccato. mini, nullam prorſus cùm de peccatis agitur, habere volo quæſtionem. Inde enim ſcimus, quoniam ei plus gratiæ collatum fuerit, ad vincendum omni ex parte peccatum, quia concipere ac parere meruit eum, quem conſtat nullum habuiſſe peccatū.
Bonauēntura. Bonau. in Luc. Nec verò mirum eſt, ſi matris Dei ventrē beatum dicit, in quo & ille & ex quo formam humanam accepit. Sap.7. In ventre matris figuratus ſum caro, decem menſium tempore. Vnde in laude Virginis dicitur, Cant. 7. Venter tuus ſicut aceruus tritici. Quia Chriſtus erat granum frumenti, ſecundum quod dicit Ioan. 12. & hoc tritico fuit venter eius impletus. Et ideò beatus propter tria priuilegia: quia,
Bernardus. vt dicit Bernardus, fuit ſine corruptione fœcūda, ſine grauedine grauida, ſine dolore puerpera. Iſa.66. Quis audiuit vnquā tale? Et quis vidit huic ſimile? ſiue propter tria G
miracula. Primum eſt coniunctio infinitè diſtantiū. Deus enim ibi factus eſt homo, creator creatura, immenſus paruus, verbum infans, æternus temporalis. Secundum miraculum eſt, quia qui fecit ventrem, factus eſt in ventre. Vnde Pſ.86. Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei. Et pòſt: Homo natus eſt in ea, & ipſe fundauit eam altiſſimus. De hoc poteſt exponi illud Eccl.43. Vas admirabile opus excelſi. Tertiū miraculum, quia qui continet omnia, continetur in ventre, & ille ibi capitur, quem totus non capit orbis. Vnde cantat Eccleſia: Quia quem cœli capere non poterant, tuo
Sedulius. gremio cōtuliſti. Eſ.45. Verè tu es Deus abſcōditus. Beata vtique, vt canit Sedulius,

- ſancta parens enixa puerpera regem,
Qui cœlum terrámque regit per ſæcula, cuius H
Numen, & æterno complectens omnia gyro
Imperium ſine fine manet, quæ ventre beato
Gaudia matris habens cum virginitatis honore,
Nec primam ſimilem viſa eſt, nec habere ſequentem.

Albert. Albertus Mag. in Luc. Beatus venter, propter fœcunditatem, non ex ordine naturæ, ſed obumbratione ſpiritus reſultātem. Vt incorrupta produceres prolem, ſicut pater filium, ſicut ſidus radium, ſicut gemma ſplendorem, & ſicut virga florem. Cant.2. Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias. In hoc ventre ſapientia ædificauit ſibi domum (Prou.9.) & totum ſtudium ſuæ artis adhibuit, vnde & columnas ſeptē excidit. Hæ ſeptem columnæ fuerūt, Fides dictorū ab Angelo, ſpes promiſſorū, charitas exhibitorū, fortitudo in aduerſis deterrētibus, caſtitas in carnis illecebris, iuſti- I
Quomodo vēter beatus. tia in operibus &, prudentia in eligendis. *Beatus* vtique venter, locus ſcilicet quo Verbū concipitur, pagina qua inſcribitur, mēſura cui verbū breuiandum commenſuratur: forma, ad quam ſummi patris imago figuratur: vrna, in quā manna cœleſte colligitur: theca, in quam theſaurus deſiderabilis reconditur: thalamus, in quo Dei & hominis connubium digniſſimè celebratur: aula regia, in qua regi ſummo diſcubitus
Epitheta varia & typi Virginis. præparatur: veſtibulum, in quo cœli dominus noſtris induuiis induitur: hortus concluſus, ex quo aromata diuinum odorem ſpirantia exoriuntur: terra, quæ ad germinandum ſaluatorem aperitur: coccus, quo purpura ſummi regis tota contingitur & rubricatur. Iſte enim eſt rubus igne Dei plenus, & per libidinem incōbuſtus, Exod. 3. Propter quod omnis fidelis dicit cum Moyſe, (Exod.3.) Vadam, & videbo viſionē hanc magnam, quare rubus ardeat, & non comburatur. Vadam, inquam, paſſibus K
deuotionis appropinquando. Videbo fidei & admirationis oculis, quare rubus virēs virginitatis virore, ardeat diuino conceptionis igne, & non comburatur aliqua caſtitatis conſumptione. Gen. 28. Verè Dominus eſt in loco iſto, & ego neſciebam. Exod.3. Solue igitur calciamēta de pedibus tuis (affectº carnales abiice:) locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt. 1. Cor.2. Animalis autē homo nō percipit quæ Dei ſunt, ſed ſpiritualis homo iudicat omnia. Gen.28. Locus iſte à Deo factus eſt inæſtimabi-
Anaſtaſ. Synaita. Bernardus. le ſacramentum, irreprehenſibilis eſt. Pſal.67. Deus in loco ſancto ſuo. Anaſtaſius Synaita lib.4. de die creationis. Chriſtus enim proceſſit ex ſecunda Eua, tanquam ex quapiam plena luna Maria, quæ nunquam minuta fuit aut defecit, aut priuata fuit eſſentiali lumine, nempè ſua virginitate. Bernardus hom. in Natiu. Mariæ. Siquidē ô ſacratiſſima virgo, ſpiritus ſanctus pretioſum illud balſamū (Chriſtum) tanta tibi

copia

A copia, tantáque plenitudine influxit, vt copiosissimè effluat circumquaque. Iam exhilarantur facies nostræ in oleo, iam clamamus: Oleum effusum nomen tuum, memoriale tuum in generatione & generationem. Verum id quidem, & non in vanũ. Oleum effunditur, sed non perit. Intuere ô homo, consilium Dei. Cœlesti rore areã rigaturus, totum velleri prius infudit: redempturus humanum genus, pretium vniuersum contulit in Mariam. Vt quid hoc? Fortè vt excusaretur Eua per filiam, & querela viri aduersus fœminam deinceps sopiretur. Ne dixeris vltrà, ô Adã, Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit de ligno vetito: dic potius, Mulier quam dedisti mihi, cibauit me fructu benedicto. Martinus Pœnitentiarius serm. 214. qui est de Annunciatione angelica: Moris est nobilibus in hortis segregare areolam, in qua plantentur herbæ aromaticæ, ad quam maximè delectamur accedere. Sic conditor noMartinus Pœnitentiar.

B ster in horto generalis Ecclesiæ, segregauit sibi areolam aromatum, beatam Virginem, ad quam per incarnationem specialissimè descendit. Vnde & in Canticis dicit: Descendit in hortum suum, ad areolam aromatum. Fuit enim D. Virgo tanquam areola, in natiuitate separata, & non solùm à peccato, sed etiam à fomite, tanquam à superflua herba per spiritum sanctum purgata. *Venter* igitur *beatus, & beata matris vbera.* Bonauentura in Luc. Ex hoc sanè, inquit, datur intelligi, quòd à solis vberibus Virginis beatissimæ lactatus fuerit Christus. Quod designatum fuit in Moyse, qui lactari noluit à muliere Ægyptiaca, & ideò quæsita fuit mulier Hebræa, sc. mater propria, (Exod. 2.) Hæc autem designat Virginem, cuius vbera suxit Christus, secundum illud Cant. 8. Quis mihi det te fratrem meum sugentem vbera matris meæ? Cant. 8. Soror nostra paruula est, & vbera non habet fracta libidine, sed de cœlo ple-Bonauent.

C na. Et quis crederet vbertatem esse in virginis vberibus, nisi de cœlo ministratam? Cant. 7. Statura tua assimilata est palmæ, vbera tua botris. Palma enim dulcedinem habet in summo, de cœlo concipiens eam, & botrus ex solis aspectu concipit & fundit gaudij vbertatẽ. Cant. 1. Meliora sunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis. Nihil enim, inquit Albert. in Luc. hîc austeritate pungens, nihil per libidinem inebrians: sed vnguentum fragrans, ex humore nutriens vnctũ Christum, & omnes sanans nostras infirmitates. Hæc enim tria secundum naturam sunt in vberibus, scilicet conuersio sanguinis in nutrimentum candens, nutrimenti abundantia, & medicamentum infirmitatis. Ad primum referre possumus promissionem (Exod. 3.) de terra lacte & melle manante: quæ diuæ Virgini tribui potest, quæ sua fœcunditate Christum nutriuerit. De secundo dicitur Iud. 5. In phiala principum propinauit buAlbertus.

D tyrum. Phiala enim ista, mamma Virginis dici potest, propinans lactis pinguedinem principi nostro Christo ad nutrimentum, & Sisaræ ad soporem & necem. De tertio autem est medicorum scientia, quòd papula vberis, in os infantis immissa, contra omnem valet infirmitatem. Verùm fortè quis obiiciet, quid inde aut Virgini, aut Christo laudis accedit, ex eo quòd Christus vbera illius suxisse prædicatur? Respondemus accedere ad laudem Virginis, duplici ratione. Primùm quidem, quia ipsa filiũ suum lactauit: secundò, quia cùm filij ex lacte indolem aliquam nanciscantur, fuerit autem perfectissimus Christus, consequitur & perfectio Virginis. Et primùm sanè militat in delicatulas matres, quæ filios ex se genitos aliis nutriendos committunt, hoc facto omnem amorem, immò & ipsam naturã exuentes. Plutarchus lib. de edu-*Quid laudis ex eo quòd Christus suxit vbera matris.*

candis pueris: Mea quidem, inquit, sententia matres ipsæ nutrire infantes, atque lacPlutarchus.

E tare debent: maiore enim cum affectu, maioréque studio, vtpotè intimè & à teneris, quod aiunt, vnguiculis diligentes. Nutricum enim amor subditicius, atque ascititius est, vtpotè propter mercedem. Sed & ipsa natura docet ipsis matribus lactandã atque alendam suam prolem. Ideò enim omni animali parienti alimentũ lactis suppeditauit. Ac planè sapiens est prouidentia, quæ bina mulieribus vbera dedit, vt etiã si gemellos edidisset, vterque haberet alimenti sui fontem. Quid enim indignius, inquit Fauorinus Philosophus apud Aulũ Gellium lib. 12. Noct. Attic. capi. 1. quàm infantẽ statim à matre relinqui, quẽ in vtero nutriuit? Quis hoc in feris quantũuis immãsuetis obseruare potuit? Quanta cura Leænę, Tigrides, Lupæ suos fœtus nutriũt? Quanta Apri? Quanto furore ad illorum defensionem percelluntur? Itaque sanctissima Virgo cæteris matribus exemplum præbet, vt & ipsæ suos partus nutriant. Altera laudis species est, quòd pueri cum lacte, moribus quoque & affectibus nutricis*In matres nõ lactãtes filios suos.* A. Gellius.

imbuũtur: qui ibi in paruulis laudabiles sunt, etiam & nutricibus argumentum laudis suppeditant: sicut è contrario, si paruulus feritatem, luxuriam, aut alia vitia imbiberit, illa velut cum lacte à matre accepisse censetur, vnde & nutrix his vitiis corrupta colligitur. F

Lampridius. Ælius Lampridius scribit Titum Vespasianum filiũ morbis addictũ propter nutricẽ. Tiberius etiam vino se ingurgitare didicerat ab ebria nutrice, quæ vino intincto pane, eum à mammilla abigebat. Dion Cassius in vitis Cæsarum, Caligulam narrat cruore gauisum, hucusque vt ensem cruentum lamberet: idque non à parentibus, sed à barbara nutrice habuisse, quæ extremum mãmæ puero porrigens, sanguine tingeret. Hæc vitia simul cum lacte infantes imbibunt, ex quo etiam accepta in nutrices retorquere possumus. Iam cùm idem quoque de virtutibus accidat, vt siquidẽ nutrix pia, deuota, humilis, casta, sobria, diligens, fidelis fuerit, hæc omnia quasi infusa puer accipiat: relinquitur & illorum laudem quodammodò ad nutricẽ pertinere: vt & rectè dicantur beata vbera quæ ille suxerit. Iam cùm omnis in Christo gratia, omne bonum, & virtus suum locum obtineant, potuit & ista etiam ad lac, ad vbera quæ suxerit, benedictionem retorsisse. Sed nunc audita huius mulieris acclamatione, audiamus quid Christus responderit. *At ille dixit, Quinimmò.* id est, Etsi mater mea laudanda sit, quòd me genuerit, potior tamen laudis ratio referenda est ad id, quòd me gignere meruit, & digna prorsus inuenta sit, quæ suo me virgineo vtero gestaret. Priùs enim eam verbum audire, & ei credere oportuit, quàm me conciperet. Vnde & ad eam dixit Elisabeth: Beata quæ credidisti: quoniam perficientur in te, quæ dicta sunt tibi à Domino. Sed & ipsa annuens, Fiat, inquit, mihi secundũ verbum tuum. Proinde quia priùs corde quàm corpore, priùs mente quàm in vẽtre, priùs fide quàm ipsa re Christum concipere debuit, meritum autem & causa conceptionis Christi ex parte Virginis, est illius assensus & fides: *Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.* E quorũ numero illa, sed omnibus celebrior est. Audiuit enim, credidit, conseruauit omnia verba Domini conferens in corde suo. In cæteris matribus non necessariò requiritur fides vt pariant: fiunt enim ipsa natura & fœcunditate seminis fœcundæ, non merito & fide. Quid enim tam dignum pariunt, quod cum Christo conferendum sit? Pariunt miseros, peccatores, reos, filios iræ. At virgo peperit iustum, saluatorem, filium Dei. Quàm dignam igitur reddi oportuit, quæ tãti filij mater esset? Non hîc naturæ, sed spiritus sancti virtus requirebatur, qui non habitat in corpore subdito peccatis, nec maliuolam animam ingreditur. Itaque dignitatẽ maternæ animæ præcedere oportuit, vt & conceptio verbi consequeretur.

Laus Virginis maximè à fide & obedientia. G H

Beda. Beda lib. 4. in Luc. Pulchrè Saluator attestationi mulieris annuit, non eam tantummodò, quæ verbũ Dei corporaliter generare meruerat, sed & omnes, qui idẽ verbum spiritualiter, auditu fidei concipere, & boni operis custodia, vel in suo, vel in proximorum corde parere, & quasi alere studuerint, asseuerans esse beatos. Quia & eadẽ Dei genitrix, & inde quidem beata, verbi incarnandi ministra facta est temporalis: sed inde beatior multò, quia & eiusdẽ semper amandi custos manebat æterna. Qua sententia sapientes Iudæorum clàm percutit, qui verbum Dei non audire & custodire, sed negare & blasphemare quærebant. *Adhuc illo loquente ad turbas, Ecce veniunt ad illum mater eius & fratres, & stabant foris, quærentes loqui ei, & non poterant adire eum præ turba.* Lucas huius historiæ ordinẽ non retinuit, vt refert Augustinus, sed illã præoccupauit, c. 8 cùm in istum locũ reponi oportuisset, vt scilicet à Matthæo recẽsetur & Marco. Albertus Magn. in Luc. Hîc autem, inquit, pars illa incipit, quæ per exemplum cautos reddit doctores, ne sub lecto vel vase carnalis affectus ponant lucernã. Dicuntur autem hîc tria. Primum est carnalium amicorum ad Christum aduentus. 2. Tentatio facta ab eo, qui illorum aduentum nunciauit: Christi verò sapientissima responsio. *Illo loquente,* & Pharisæorum calumnias depellente, simúlque plebem circumstantem instruente, *Venerunt ad illum mater eius.* Qua ratione venerint, non necessarium scribere duxerunt Euangelistæ: tantùm narrant quis ex eorum aduentu fructus consecutus sit. Matris omnium prima mentio fit, non naturæ tantùm, sed & honoris & gratiæ habita ratione. Tob. 4. Honorẽ habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ eius. De matre nulla dubitatio est, inquit Thomas Comment. in Matth. quin sit illa quæ Christum genuit. De fratribus autem quæstio esse potest. Hinc scilicet hæretici quidam concluserunt, Mariam ex Ioseph suscepisse liberos. Nos autẽ, inquit, credimus

Augustinus. Albertus. I K

Thomas. *Qui fratres Christi dicantur.*

A credimus quòd ſicut beata Maria virgo fuit, ſic & Ioſeph: quia virgini virginem cõmendauit,& ſicut in fine,ſic & in principio. Qui ſunt ergo iſti fratres? Hieronym. in Matth.& contra Heluidium, ſcribit fratres dici multis modis. 1. Natura, ſicut legimus Iacob genuiſſe Iudam & fratres eius.2.Gente, qui eiuſdem nationis ſint. Deut. 17.Non poteris conſtituere regem,qui non ſit frater tuus, id eſt,è Gente tua.3. Religione,Matth.23.Fratres enim eſtis,& pater vnus vobis eſt in cœlo. 4. Parentela, ſeu cognatione,vt Ioſue 2.dixit Raab,Detíſque mihi ſignum, quo ſaluaturi ſitis patrem meum & matrem & fratres. 5. Aliquando omnes homines, qui ab vno patre Deo pẽdeant.Mal.2. Numquid non eſt pater vnus omnium? Numquid non Deus vnus creauit nos? Quare ergo vnuſquiſque deſpicit fratrem ſuum?Nullo iſtorum modorum dicuntur hîc fratres Domini: vno modo dicuntur fratres, quia conſanguinei. B Sic Geneſ.13. Dixit Abraham ad Loth,Fratres enim ſumus:quamuis Loth nepos eſſet Abraham.Sic iſti fratres erant,quia conſobrini.Hierony.in Heluidium.Interrogo ſcilicet, iuxta quem modum fratres Domini appellãtur?Iuxta naturam?Sed ſcriptura non dicit,nec Mariæ eos vocans filios,nec Ioſeph.Iuxta Gentem?Sed abſurdũ eſt vt pauci ex Iudæis vocentur fratres,cùm omnes qui tum aderant, fratres Chriſti potuerint appellari.Iuxta affectum humani iuris & ſpiritus verum ſit:qui magis erãt fratres quàm Apoſtoli,quos Dominus docebat intrinſecus?Aut ſi omnes,quia homines ſunt fratres,ſtultum fuit nunciare,quaſi proprium: Ecce fratres tui quærunt te. Reſtat igitur vt fratres eos appellatos intelligas cognatione,non affectu,non Gentis priuilegio,non natura. Idem Hierony. in Matth. Quidam verò fratres Domini de C alia vxore Ioſeph filios ſuſpicantur,ſequentes deliramenta apocryphorum, & quandam Mæcham,vel Echam,mulierculam confingentes. Nos autem fratres Domini, non filios Ioſeph,ſed conſobrinos ſaluatoris, ſororis autem beatiſſ. Mariæ & materteræ Domini filios intelligimus,quæ eſſe dicitur Maria Iacobi minoris mater,& Ioſeph & Iudæ.Porrò Chryſoſt.in Matth. Op.priore, elationi Virginis tribuere videtur,quòd ſe ingereret, quaſi laudẽ & Chriſti doctrina & miraculis captaret. Verùm pace tanti viri dixerim, nulla fuit in Virgine ambitio laudis, quæ propter ſummam humilitatem Domino placuit. Verùm ad matrum affectus reſpexit, quæ à filiorum amplitudine ſibi magnam gloriam comparare ſolent. Similitudinariè igitur dicta ſint hæc,cùm virgo omnem gloriam in Deum remitteret,nec aurem popularem venaretur,nimirùm quæ ſolum Deum conſolatorem & teſtem ſibi præfixiſſet. Quòd D autem eundem laudis affectum in parentibus ſeu conſanguineis Chriſti fuiſſe ſcribit Chryſoſtomus,probationem habet: cùm & alibi, ex eius operibus gloriã quærerent,dicentes, Tranſi hinc,& vade in Iudæam, vt & diſcipuli tui videant opera quæ facis.Nemo quippè in occulto aliquid agit,& quærit ipſe in palàm eſſe. *Quærunt loqui ei*,aut fortè vt ſibi caueat à comminationibus Phariſæorum & ſecretis conſiliis quæ illos obmurmurare audiebant,aut ſanè vt illum ab eorũ peruerſitate tuerentur,aut, vt ex eius laude aliquid ſolatii ſibi compararent,quod de ſolis conſanguineis intelligendũ eſt. *Non poterant autem eum adire præ turba.* Tanta enim virtus inerat verbis Chriſti,vt omnium aures ad ſe prouocarent. Aggæi 2. Venit deſideratus cunctis Gẽtibus. Eſa.60.Tunc videbis & affluues,& mirabitur, & dilatabitur ad te cor tuum, quando conuerſa fuerit ad te multitudo maris,fortitudo Gentium venerit tibi.Typum enim E hæc habebant conuocandarum ex multis nationibus turbarum, quæ totam domũ, id eſt, Eccleſiam replerent. *Et dixit illi quidam, Ecce mater tua & fratres tui foris ſtant, quærentes te.* Hieronym.in Matth.Mihi quidem,inquit,videtur qui nunciat, non fortuitu & ſimpliciter nunciare,ſed inſidias tendere,vtrum ſpirituali operi carnem & ſanguinem præferat.2.Cor.6. Nos ex hoc neminem nouimus ſecundum carnem, & ſi cognouimus per carnem Chriſtum, ſed iam non nouimus. Neque hac intentione quoſdam Chriſtum de fratrum præſentia commonuiſſe dubito: verumtamen fieri etiam potuit,vt & aliquis ex eorum parte illum euocaret. Sic enim habet Marcus: Et foris ſtantes miſerunt ad illum,qui euocarent eum. Interim tamen quauis intentione Chriſtum iſte adeat, minus prudenter egit, vt qui tempus opportunum non expectauerit.Si quidem,vt dicitur Eccl.3. Omnia tempus habent. *Qui reſpondens dixit ad eos: Quæ eſt mater mea,& qui ſunt fratres mei?* quaſi dicat: Quid tu carnalium amicorum præſentiam mihi denuncians,Euangelicum niteris perturbare ſermonẽ? Quid

Hieronym.

Hieronym. *In Heluidianos.*

Idem.

Chryſoſtom.

Hieronym. *Tentatio ſurrepit ſpiritualibus,à cognatione carnali.*

mihi matrem & fratres terrenos commemoras, vbi Patris mei cœleſtis incumbo ne- F
Hilarius. gotiis? Hilar. in Matth. Non autem faſtidioſè de matre ſua ſenſiſſe exiſtimandus eſt,
Hieronym. cui in paſſione poſitus, maximæ ſollicitudinis tribuit affectũ. Hieronym. in Matth.
Sed neque iuxta Marcionem & Manichæum, matrem negauit, vt natus de fantaſ-
mate putaretur: ſed Apoſtolos cognationi prætulit, vt & nos in comparatione dile-
Thomas. ctionis, carni ſpiritum præferamus. Thomas in Matth. Non eam ſuam eſſe matrem
negat, ſed prohibet inordinatum erga eum affectum, vt Matth. 10. Qui amat patrẽ
Cognatio ſpiritualis in Chriſto. aut matrẽ pluſquàm me, non eſt me dignus. Ideò interrogat, *Quæ eſt mater mea?* Nunc
cùm omnia ſpiritualiter conſideranda ſint, & veſtra mecum cognatio non ſecundũ
carnẽ, ſed iuxta ſpiritũ metienda ſit, quæ putatis mater mea ſit, in cuius corde for-
mor? Gal. 4. Filioli mei, quos iterũ parturio, donec formetur Chriſtus in vobis. Eſa.
Albert. 26. Quaſi parturiuimus, & peperimus ſpiritum ſalutis. Hæc eſt, ait Albertus in Luc. G
mater honoris & honeſtatis. Eccl. 24. Quæ Apoc. 12. clamat in doloribus zeli & cha-
ritatis, & parit filiũ maſculũ, qui raptus eſt ad Deum, & ad thronum eius. *Qui fratres*
mei? ex eodẽ patre per gratiam, & ex viſceribus caſtitatis eiuſdẽ matris, per charitatis
affectum. Ioan. 20. Dic fratribus meis, Aſcendo ad patrem meum & patrem veſtrũ,
Deum meũ & Deũ veſtrum. *Et extendẽs manum in diſcipulos,* qui tota intentione verbis
eius vacabant & audiendis & intelligendis, *dixit: Ecce mater mea & fratres mei.* Huiuſ-
modi, inquit, verbi diuini attentos auditores, & ſedulos obſeruatores ego ſecundũ
ſpiritum mihi coniunctiſſimos reputo, vt matrem vel fratres. *Quicunque enim fecerit*
voluntatẽ patris mei, qui in cœlis eſt, hic meus frater & ſoror & mater eſt. Hunc ego mihi ve-
rè cognatum & coniunctiſſimũ reputo, æſtimans illũ quaſi mihi ſit frater & ſoror &
mater: Háncque ſpiritualem cognationẽ pluris ego facio, quàm omnẽ carnalẽ, etiã H
proximã, cuiuſmodi eſt inter fratres & ſorores, matrẽ & filium. Ac proinde à negotio
patris mei cœleſtis, propter carnaliũ cognatorum præſentiã, nequaquam debeo (vt
Thomas. tua videbatur requirere oratio) deſiſtere. Thomas in Matth. Habebat enim genera-
tionem cœleſtem & temporalem: præponderat autem cœleſtis temporali: vnde fit,
vt qui faciũt patris voluntatem, ad cœleſtem generationẽ pertineant. *Frater* autẽ di-
citur quantũ ad firmiores, *ſoror* quantũ ad debiliores: *mater,* qui non ſolùm credit, &
facit quę Dominus præcepit, ſed alios quoque ad id flectit & cõuertit: generat enim
quodammodò Chriſtũ in aliis: ſicut è contra accidit in aliis Chriſtũ, quos à fide &
Beda. obedientia Chriſti reuocat. Beda in Luc. Quia qui Ieſu frater & ſoror eſt creden-
do, mater efficitur prædicando. Quaſi enim parit Dominum, quem cordi audien-
tis infuderit. Et mater eius efficitur, ſi per eius vocem, amor Domini in proximi I
mente generatur.

De parabola ſeminantis, vbi de ſimilitudinum vſu, fructu verbi, ablatione eius quod non habetur, obduratione peccatoris, viſione Chriſti, dæmonum in hominem inuidia, tentatione, & cupiditatis malo.

Matth. 13.	Marc. 4.	Luc. 8.	Ioan.
In illo die exiens Ieſus de domo, ſedebat ſecus mare. Et cõgregatæ ſunt ad eum turbæ multæ, ita vt in nauiculam aſcendens ſederet: & omnis turba ſtabat in littore, & locutus eſt eis multa in parabolis, dicẽs, Ecce, exiit qui ſeminat, ſeminare ſemen ſuum. Et dum ſeminat, quædam ceciderunt ſecus viam, & venerunt volucres cœli, & comederũt ea. Alia autem ceciderunt in petroſa, vbi non habebãt terram multam, & continuò exorta ſunt,	Et iterũ cœpit docere ad mare: & congregata eſt ad eum turba multa, ita vt in nauim aſcendens ſederet in mari, & omnis turba circa mare ſuper terram erat: & docebat eos in parabolis multa, & dicebat illis in doctrina ſua, Audite: ecce, exiit ſeminans ad ſeminandum. Et dum ſeminat, aliud cecidit circa viam, & venerunt volucres cœli, & comederunt illud. Aliud verò cecidit ſuper petroſa, vbi non habuit terram multam: & ſtatim exortum eſt, quoniam non habebat altitudinem terræ: & quando exortus eſt	Cùm autem turba plurima conueniret, & de ciuitatibus properarent ad eum, dixit per ſimilitudinem, Exiit qui ſeminat, ſeminare ſemen ſuum: & dum ſeminat, aliud cecidit ſecus viam, & conculcatum eſt, & volucres cœli comederunt illud. Et aliud cecidit ſupra petram, & natũ aruit, quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter ſpinas, & ſimul exortæ ſpinæ ſuffo-	K

A sunt, quia non habebant altitudinem terræ: sole autem orto æstuauerunt: & quia non habebant radicem, aruerunt. Alia autem ceciderunt in spinas, & creuerunt spinæ, & suffocauerunt ea. Alia autem ceciderunt in terram bonam, & dabant fructum, aliud centesimũ, aliud sexagesimum, aliud tricesimũ. Qui habet aures audiendi, audiat. Et accedentes discipuli dixerunt ei, Quare in parabolis loqueris eis? Qui respondens, ait illis, Quia vobis datum est nosse mysteria regni cœlorũ: illis autem nó est datum. Qui enim habet, dabitur ei, & abũdabit: qui autem non habet, & quod habet auferetur ab eo. Ideò in parabolis loquor eis, quia videntes nõ vident, & audiẽtes non audiunt, neque intelligũt: vt adimpleatur in eis Prophetia Isaiæ dicentis, Auditu audietis, & nõ intelligetis. & videntes videbitis, & nó videbitis. Incrassatũ est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos clauserũt: nequãdo videãt oculis, & auribus audiãt, & corde intelligãt, & conuertantur, & sanẽ eos. Vestri autẽ beati oculi, quia vidẽt, & aures vestræ quia audiunt. Amẽ quippè dico vobis, quia multi Prophetæ & iusti cupierũt videre quæ videtis, & nó viderũt: & audire quæ auditis, & non audierunt. Vos ergo audite parabolã seminantis. Omnis qui audit verbũ regni, & non intelligit, venit malus, & rapit quod seminatũ est in corde eius: hic est qui secus viã seminatus est. Qui autẽ super petrosa seminatus est, hic est qui verbũ audit, & continuò cũ gaudio accipit illud, nõ habet autẽ in se radicẽ, sed est temporalis: facta autẽ tribulatione & persecutione propter verbũ, cõtinuò scandalizatur. Qui autem seminatus est in spinis, hic est qui verbum audit, & solicitudo seculi istius & fallaciæ diuitiarum suffocat verbum, & sine fructu efficitur. Et hi sunt qui super terram bonam seminati sunt: qui audiunt verbum & suscipiunt, & fructificant, vnum triginta, vnum sexaginta, & vnum centum. Et dicebat illis, Nũquid venit lucerna vt sub modio ponatur? aut sub lecto? nónne vt super candelabrum ponatur? Non est enim aliquid absconditum, quod non manifestetur: nec factum est occultum, quod non veniat in palàm. Si quis habet aures audiendi, audiat. Et cùm esset singularis, interrogauerunt eum hi qui cum eo erãt duodecim, parabolam. Et dicebat eis, Vobis datum est nosse mysterium regni Dei: illis autem qui foris sunt, in parabolis omnia fiunt: vt vidẽtes videant, & non videãt: & audientes audiant, & non intelligant: nequando conuertantur, & dimittantur eis peccata. Et ait illis, Nescitis parabolam hanc? & quomodo omnes parabolas cognoscetis? Qui seminat, verbum seminat. Hi autem sunt qui circa viam: vbi seminatur verbum, & cùm audierint, confestim venit satanas, & aufert verbum quod seminatum est in cordibus eorum. Et hi sunt similiter qui super petrosa seminantur: qui cùm audierint verbum, statim cum gaudio accipiunt illud: & non habent radicem in se, sed temporales sunt: deinde orta tribulatione & persecutione propter verbum, confestim scandalizantur. Et alij sunt qui in spinis seminantur: hi sunt, qui verbum audiunt, & ærumnæ seculi & deceptio diuitiarum, & circa reliqua concupiscentiæ introëuntes suffocant verbum, & sine fructu efficitur. Et hi sunt qui super terram bonam seminati sunt: qui audiunt verbum & suscipiunt, & fructificant, vnum triginta, vnum sexaginta, & vnum centum. Et dicebat illis, Nũquid venit lucerna vt sub modio ponatur? aut sub lecto? nónne vt super candelabrum ponatur? Non est enim occultũ quod non manifestetur: nec absconditum, quod non cognoscatur, & in palàm ve-

fallacia diuitiarum ſuffocat verbum, & ſine fructu efficitur. Qui verò in terrā bonā ſeminatus eſt: hic eſt qui audit verbū, & intelligit, & fructum affert, & facit aliud quidem centeſimū, aliud autē ſexageſimū, aliud verò triceſimum.

audiendi, audiat. Et dicebat illis, Videte quid audiatis. In qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis, & adiicietur vobis. Qui enim habet, dabitur illi: & qui non habet, etiam quod habet, auferetur ab eo.

veniat. Videte ergo quid audiatis. Qui enim habet, dabitur illi: & quicunque non habet, etiam quod putat ſe habere, auferetur ab illo. F

Introductio. SI quis fons irriguus omnibus pateat, quicunque ex illo haurire voluerint, nemo fontem ſemper fluentem incuſabit, quòd ex eo mors præ defectu potus alicui obuenerit. Niſi fortè talis eſt, qualis G

Tantalus à labris ſitiens fugientia captat
Flumina.

id eſt, niſi fortè eo tempore fontem requirat, quo occluſus eſt, aut hora iam hauriendi expleta eſt. Iam cùm Chriſtus ſit fons vitæ, & omnes inuitet, quicunque ſitiunt, vt hauriant: nemo illum arguet, quòd gratiarum irriguum occluſerit. Verùm eo tempore hauriendum eſt quo licet. Eſa. 53. Quærite Dominum dum inueniri poteſt, inuocate eum dum propè eſt. Ioan. 9. Venit nox quando nemo poteſt operari. Nunc hauriendum, nunc Chriſtus exquirendus & audiendus eſt, ne fortè ſi poſt huius vitæ tempus ipſum requiramus, non inueniamus. Iam verò quòd neminem à ſe, nec à doctrina ſua prohibeat, facto oſtendit & verbo. Facto quidem, cùm domum eapropter egreditur, vt liberiùs & commodiùs ad eum audiendum turbæ confluant: verbo verò, cùm ſemen verbi omnibus H communicari, idem omnibus dari prædicat, ſed pro varietate auditorum alium atque alium fructum facere concludit. Idem fons omnibus, ſed hi plus, hi minus hauriunt. Ex eo alij ſitim releuant, alij vt hydropici adaugere videntur. Idem quo-

Summa. que Chriſtus, idem eius verbum, ſed pro varietate animorum, alij aliis fructum maiorem colligunt. Hinc fit, vt non omnes ſalui fiant, quia nec omnes eodem animo ſalutem requirant. Hæc concluſio parabolæ ſeminis, quæ à Matthæo, Marco & Luca deſcribitur. Præfatur autem Matthæus, quòd *in illo tempore exiens Ieſus de domo*

Albertus. *ſedebat ſecus mare, & iterum cœpit docere ad mare.* Exiuit de domo, inquit Albertus, vt blaſphemos derelinquendos eſſe oſtēderet. Numer. 16. Recedite de tabernaculis hominum impiorum. Matth. 23. Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta. Exiuit I quoque, vt omnes commodiùs & videre & audire poſſent, & ſi quis æger fuiſſet, ad eū liberiùs accederet. *Sedebat ſecus mare.* Hic illi mos erat frequētior in docēdo, Matt. 5. Ioan. 7. Seſſio enim exterior quietū doctoris animum à perturbationibus ſignificat. Sed & Ariſtoteles animā ſedendo & quieſcendo prudentiorē fieri ſcribit. Chry-

Chryſoſtom. ſoſtomus hom. 45. Oper. prior. in Matth. Prope mare ſedens, eos qui in terra erāt piſcabatur. Sediſſe autem in littore ſecus mare, nō ſimpliciter poſitum eſt ab Euangeliſta, ſed vt intelligamus, neminē à tergo Chriſti fuiſſe, ſed omnes contra faciē eius aſpexiſſe. Sed & ſecus mare ſedit, vt ſtabilitatem æternam verbi quod docuit, demōſtraret, quod licet fluctibus tunderetur, minimè tamē dimouēdū eſſet. Thom. Aqu.

Th. Aquinas Sed & ratio quædā myſtica eſt, quia per nauem Eccleſia ex Gētibus collecta ſignificatur. Vbi ſedit per fidem, & docet eos qui ſtant in littore catechumenos, qui parati K ſunt ad fidem. Itaque commoditatem requirit auditorum, oſtendens id etiam concionatoribus eſſe faciendum. Nam & locus & modus docendi cōmodior. Locus capax erat maximæ multitudinis: modus tangitur, quia loquebatur in parabolis. Tot autem turbæ aderant, *ita vt in naviculā aſcendens, ſederet in mari, & omnis turba ſtabat in littore.* Sic conſueuerat doctores ab auditoribus ſecernere, adinſtar Moſis, immò & Dei, qui in mōte Synai apparēs & docēs, turbas in imo eſſe iubebat. Id ſanè, ne fortè quis gradus Eccleſiæ cōfundat. Numquid ſcilicet omnes Prophetæ? Nū omnes Doctores? Num omnes Euāgeliſtæ? *Et docebat eos in parabolis multa.* Ad eos ſeſe habuit, vt materfamiliâs ad filios, quos ſecundū rationē ætatis nutrit, & inſtruit. 2. Cor. 3. Sic Paulus: Lac, inquit, potū dedi vobis, nō eſcā: nōdū enī poteratis, ſed nec adhuc quidē poteſtis. Intellectus enim hominis cōiunctus cōtinuo & tēpori, vix intelligit ea,

quæ

A quæ ſimilitudinibus corporum non ſunt obumbrata, vt ſcribit Dionyſ. Areopa. Pu- Dio. Areop.
rè enim ſpiritualia non capit, niſi perfectorum intellectus: qui, ſicut habetur Heb.
5. pro conſuetudine exercitatos habent ſenſus, ad diſcretionem boni & mali. Igitur
cùm turba plurima conueniret, & de ciuitatibus properarẽt. Nam ſicut oleum effuſum erat
nomen Domini. Hieronym. in Matth. Quoties autem turbæ vocabulum Euãgelio Hieronym.
inſeritur, ſicut diuerſitas hominum, ita diuerſitas intimatur voluntatum. Non enim *Turba quid.*
omnes eadem voluntate, ſed diuerſis ex cauſis Chriſtũ ſequebãtur. Omnibus tamen
beneficia præſtabat, docendo, alendo, ſanando. *Dixit per ſimilitudinem.* Erat enim hoc
orationis genus Prophetis familiare. Moyſi, vnde ait: Aperiam in parabolis os meũ: *Similitudinũ*
Salomoni, qui multa millia parabolarũ propoſuit, & conſcripſit: Nathan, qui ſimili- *vſus quan-*
tudinem ouis: Eſaiæ, qui vineæ, cap. 5. aliorúmque, quorum ſcripta nobis præ mani- *tum conducat*
B bus ſunt. Sed & hoc genus accommodum eſt ad docendũ etiam ſimpliciores: quia *Theologis.*

Segniùs irritant animos demiſſa per aurem,
Quàm quæ ſunt oculis commiſſa fidelibus.

Vnde Rom. 1. Inuiſibilia Dei per ea quæ facta ſunt viſibilia cognoſcuntur, ſempi-
terna quoque virtus eius & diuinitas. Sed & hoc genus dicendi ſecretius eſt & my-
ſticum, quod & diuinis rebus quadrat, vt Hieroglyphica Ægyptiis. Nimirùm vt ar-
cana hæc celentur indignis, & cæteri attentiùs ſenſus eorum explorent. Hierony. in Hieronym.
Matth. Notandum autem, quòd non omnia locutus ſit eis in parabolis, ſed multa. Si
enim omnia in parabolis dixiſſet, populus abſque emolumẽto receſſiſſet. Vnde per-
ſpicua miſcet obſcuris, vt per ea quæ intelligunt, prouocentur ad eorum quæ nõ in-
telligunt, cognitionẽ. Sed & turba nõ vnius ſententiæ eſt, ſed diuerſarum in ſingulis
C voluntatum: Vnde loquitur ad eam in multis parabolis, vt iuxta varias voluntates,
diuerſas reciperent diſciplinas. Prou. 1. Animaduertite parabolã & interpretationẽ,
verba ſapientum, & ænigmata eorum. Sic, vt legitur 4. Reg. 6. Allata vel appoſita eſt
eis magna ciborum præparatio. Prima autem omnium parabola, ex re facili & com-
muni attentiorem reddit auditorem, cùm dixit: *Exiit qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum.*
Anſelmus in Matth. Quamuis Dominus in ſequentibus hanc parabolam exponat, Anſelmus.
ſingula tamen euidentiùs explicanda ſunt. Hierony. in Matth. Significatur autem ſa- Hieronym.
tor iſte qui ſeminat, eſſe filius Dei, & patris in populis ſeminare ſermonem. Chryſo. Chryſoſto.
hom. 45. Oper. prior. in Matth. Vnde exiit, qui vbique præſens eſt, qui omnia replet? *Quomodo*
aut qualiter exiit? Certè non loco, ſed habitudine, atque incarnationis diſpenſatione *Chriſtus ex-*
propinquior nobis factus eſt. Nam quia venire ad ipſum non poteramus, peccatorũ *iiſſe dicitur.*
maceria ingreſſum atque aditum prohibente, ipſe ad nos egreſſus eſt. Thomas in Thomas.
D Matth. Exiuit autem tripliciter: nimirùm ab occulto patris, non mutãs locum: à Iu-
dæa ad Gentes: à profundo ſapientiæ ad publicum doctrinæ. Ioan. 16. Exiui à patre,
& veni in mundum. Eſa. 27. Qui egrediuntur à Iacob, florebit & germinabit Iſraël,
& replebunt faciẽ orbis ſemine: quod de Apoſtolis dici poteſt, cùm, vt dicit Pſaltes,
In omnem terrã exiuit ſonus eorum. In domo ſeminata perduntur, inquit Albert. in Albertus.
Matth. & videbatur Chriſtus in vanum Synagogæ infideli ſe cõmunicare: ideò trã-
ſtulit verbum ſuũ ad Gentes. Cant. 7. Egrediamur in agrũ, cõmoremur in villis. Eſa.
52. Recedite, recedite, exite inde: pollutũ nolite tangere. Exiit vtique Dei filius per
æternã generationem, & exiuit à Patre per carnis diſpenſationem, cùm humiliauit
ſemetipſum, & exinaniuit, Phil. 2. Adeò vt diuina illa ſapientia,

Æthera iam poſſet, ſeſéque oblita tueri.

E Dicitur & Deus exire, cùm in actum profert aliquid, ſicut dicitur & inter homines
ambulare & habitare. Deut. 23. Dominus Deus ambulat in medio caſtrorũ, vt eruat
te, & tradat tibi inimicos tuos. Et per Habacuk (c. 3.) Egreſſus es in ſalutem populi
tui, in ſalutẽ cum Chriſto tuo. Hinc S. Diony. ait, quòd Deus ad omnia egrediens, &
procedens per bonitatis ſuæ cõmunicationem, manet in ſeipſo inegreſſibilis, atque
immobilis. Arguuntur interim de ignauia pigri agricolæ, qui domi ſtertũt, cùm in a-
grũ egredi eos oporteret, aut ad ſeminandũ, aut proſpiciẽdũ terræ ſuæ. Sed & omnes,
qui ſegniter in officio ſe habẽt, maximè diuino, cùm Chriſtus nihil nõ noſtra cauſa,
& ſumma cũ affectione perfecerit. *Qui ſeminat* igitur, Chriſtus eſt. Nõ quomodo Phi-
loſophi deridẽtes Paulũ dicebãt, Act. 17. Quid vult ſeminiuerbius iſte? Quaſi verbo
tãtum, non autẽ certã aliquam doctrinã & ſapientiam profunderet. At verò nónne

Christo dictum est, Ioan. 6. Ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes. Ioan. 3. A F
Deo venisti magister. Nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit
Chrysostom. Deus cum eo. Chrysostom. hom. 45. in Matth. Ad quid exiit? An vt terram vepribus
plenam perderet, & ignauos agricolas puniret? Minimè: verùm vt optimo cultu ter-
ram arandi fertilem faceret, religionis ac pietatis seminibus diligentiùs iactis. *Exiit*
Anastas. Synaita. *seminare.* Anastasius Synaita lib. 3. Hexaemeron: Siquidem, inquit, propter terram
exiit is qui seminat ad seminandum, & irrigandum, & ornandum aridam. Semen
enim paratum est, nempè Euãgelium. Promptus & alacris seminator, nempè Chri-
stus: Operarij parati, Apostoli: Messores, doctores: Boues impigri, qui crucem ferũt:
Irenæus. Iugum aptum, non enim terit collare. Irenæus lib. 4. contra hæres. Non enim aliter
nos discere poteramus quæ sunt Dei, nisi magister noster (& seminator) verbũ exi-
stens, homo factus fuisset (& sic ad nos exiisset.) Neque enim alius enarrare poterat
quæ sunt patris, nisi propriũ ipsius verbũ. Quis enim alius cognouit sensum Domi- G
ni? Aut quis alius consiliarius eius factus est? Neque rursus nos aliter discere potera-
mus, nisi magistrum videntes, & per auditum nostrum vocẽ eius percipiẽtes, vt imi-
tatores quidem operũ, factores autem sermonum eius facti, communionem habea-
mus cum ipso, à perfecto, & eo qui est ante omnium conditionem, augmentum ac-
cipientes, qui nunc nuper facti sumus à solo optimo & bono, & ab eo qui habet do-
Th. Aquin. nationẽ incorruptibilitatis, in eã, quæ est ad eũ, similitudinẽ facti. Thomas in Matth.
Vnde fructus verbi in prop. Nã & Christus seminat, sicut & baptizat, vt habetur Ioan. 4. Semen enim est princi-
piũ fructus. Inde fit, vt omnis bona operatio à Deo sit. Phil. 1. Qui cœpit in nobis o-
pus bonum, perficiet. Et hac ratione remouetur error Pelagianorũ, existimantiũ ini-
Gregorius. tium boni operis à nobis esse. Atqui, vt scribit Gregorius, in vanum laborat prædica-
Augustinus. tor, nisi adsit gratia saluatoris. Augustin. lib. de Eccles. dogmat. cap. 44. Si quis, in- H
quit, per naturæ vigorem, bonũ aliquod, quod ad salutem pertinet vitæ æternæ, co-
gitare, vt expedit, aut eligere, siue salutari, id est Euangelicæ prędicationi consentire
posse affirmat, absque illuminatione & inspiratione Spiritus sancti, qui dat omnibus
suauitatẽ in consentiendo, & in credendo veritatem, hæretico fallitur spiritu, nõ in-
telligens vocem Dei in Euangelio dicentis, Ioan. 15. Sine me nihil potestis facere. Se-
men igitur omnis fidei & bonæ actionis à Deo est. Iac. 1. A quo omne bonũ perfectũ.
Christus igitur vt hanc nobis gratiam infunderet, vt sementem hanc nobis commu-
nicaret. *Exiit* ergo *seminare semen suum.* Semen ab eo est, non à nobis, qui alioquin ad-
instar terræ sumus. Hæc si inculta, & semente minimè consperſa fuerit, vepres tantũ
& spinas germinabit. Nos quoque, nisi diligens cœlestis illius agricolæ manus pur- I
gauerit, & sulcauerit, nisi semente donauerit, prorsus non dicã inutiles, sed & molesti
erimus. Cæterùm non abs re dixit *exiisse* illum *seminare*: exiturus est enim metere. Ni-
mirùm duplex est aduentus Christi: prior, quo seminauit semen suũ: posterior, quo
falcẽ iudicij in terram mittet, & metet frumentũ, horreóque cœlesti illud recondet.
Prou. 11. Seminanti iustitiã merces fidelis. Eccl. 11. Manè semina semen tuũ, & vespe-
re non cesset manus tua, quia nescis vtrum hoc aut illud citiùs oriatur. Quidã exeũt
seminare iniquitatẽ. Iob. 4. Vidi eos qui operantur iniquitatẽ, & seminant dolores,
& metent eos. Ps. 125. Qui seminant in lachrymis, in exultatione metẽt. Christus qui-
dẽ multo cum labore seminauit, vnde gloria & honore coronatus est. Et rectè dicit,
semen suum, non alienũ & adulterinũ. Sap. 4. Adulterinæ plantationes non dabunt ra-
dices altas. Leuit. 19. Nõ seres agrum duplici semine. Ita neque aliud quàm verbum K
Albert. Mag. Dei in Ecclesia prædicandum est. Alber. Magnus in Luc. Est & considerandum se-
Granorũ bonitas in trib⁹. cundum Constantinum & Isaac, quòd in granis bonitas consideratur in tribus, si co-
lore rubeum est, si quantitate magnum, si pondere graue in genere suo. Quæ com-
petunt diuino semini, quod est Dei verbum. Hoc magnum, quia de magnis. Prou. 8.
De rebus magnis locuturus sum. Hoc rubeũ charitatis igne, & intus puritate substã-
tiæ mirabiliter candidũ. Cant. 5. Dilectus meus candidus & rubicundus. Hoc etiam
pondere intelligendi grauissimũ, & omnem excedens intellectum. Eccl. 1. Sapientiã
Dei præcedentem omnia quis inuestigabit? Rom. 11. O altitudo sapientiæ & sciẽtiæ
Chrysostom. Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles vię eius! Chrys. ho.
45. in Matth. Semen igitur hîc doctrinã suam, arua verò & campos animas hominũ,
seminatorem autem seipsum appellat. Quid igitur de isto semine fit? Tribus perditis

parti-

A partibus, vna tantummodò saluatur. Thomas in Matth. Tripliciter enim impedi- Thomas.
tur, quia tria requirũtur. Primum quidem, vt memoriæ verbum cõmendetur. Prou.
6 Liga ea in tabulis cordis tui. 2. Vt per amorem radicetur. Ps. 118. Ignitum eloquiũ
tuum vehementer, & seruus tuus dilexit illud. 3. Vt sollicitè conseruetur. 1. Tim. 6.
Sectare iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem. Tol-
luntur autem hæc tria tribus oppositis: memoria per vanitatem, amor seu charitas
per duritiam, sollicitudo per germinationem vitiorum. Sic ex parte fundi susci-
piẽtis diuersitas est, non ex parte seminantis: idem enim semen est. Quod plenius ex-
plicat, dicens: *Et dum seminat, aliud cecidit secus viam, & conculcatum est:* id est, magna
pars prædicationis Christi incidit in corda mundanorum hominum, qui latis itine-
ribus huius sæculi, & vitiosis operibus adhærerent, nec à lata via perditionis elonga-
B rentur. Contra quos per Hieremiam dicitur: (c. 10.) Iuxta vias Gentium nolite di-
scere. Est autem & alia bona, de qua loquitur Esaias, Secus vias pascentur. Cæte-
rùm sicut via omni prætereunti aperta est, ita cor peccatoris ad omnes prauas cogi-
tationes facile & liberum est. Ezech. 16. Ad omne caput viæ ædificasti signum pro-
stitutionis tuæ, & abominabilem fecisti decorem tuum. Esa. 51. Dixerunt animæ
tuæ, Incuruare vt transeamus, & posuisti corpus tuum, quasi viam transeuntibus. 1.
Reg. 21. Via hæc via polluta est. Ideò granum cadens in animam ad omnes prauas
cogitationes facilem, leuem & inconstantem, *conculcatum est* à prætereuntibus, stre-
pitu nimirùm occurrentium prauarum cogitationum & consiliorum. Sic Psal. 79.
Vindemiant vineam omnes qui prætergrediuntur viam. *Et volucres cœli comederunt*
C *illud.* Clemens Alexandr. dæmones volucres cœli interpretatur, qui & ab Apostolo nuncupantur principatus & potestates huius aëris. Theophil. & Euthymius in Matth. eundem sensum sequuntur, quòd spiritus huius aëris, dæmones scilicet, rapiant verbum. Comedere autem dicuntur, non quòd verbum Domini auidè, & cũ delectatione suscipiant: sed quòd præripiant fructum, seu occasionem fructus eius à cordibus eorum qui illud audierunt. Quis non summum hoc malum deploret? Tam bonum & precio sum semen in terram iactum est, & euenit, vt quia in viam incidit, aut conculcetur, aut deuoretur, & sic nullum homini fructũ ferat. Sic Osee 8. Culmus stans, non est in eo germen: non faciet farinam: quod si fecerit, alieni co-
medent eam. Ezech. 39. Feris & auibus, omnique volatili cœli dedi te ad deuoran-
dum. Martinus Pœnitentiarius serm. 48. Sic, inquit, à volucribus cœli verbum co- Mart. Pœnit.
meditur, quia ipsorum suggestione verbum Dei amittitur. Sed hæ volucres abigen-
D dæ sunt, exemplo Abrahæ, Genes. 15. Nam cùm Deo sacrificaret, descenderunt vo-
lucres super cadauera, & abigebat eas Abraham. Porrò ad illas abigendas valet ti-
mor Domini, valet & memoria dominicæ passionis. Alioqui spiritualiter ad eos,
qui aues illas sinunt, pertinere videtur quod legitur Osee 7. Comederunt alieni ro-
bur eius, & ipse nescisuit. *Et aliud cecidit supra petram, & natum aruit, quia non habebat*
humorem. Anselmus in Matth. Petra significat duritiam proteruæ mentis, terra le- Anselmus.
nitatem obedientis animæ, sol feruorem persecutionis. Cecidit ergo verbum Dei
super petrosa, quando in duris mentibus receptum est. Hier. 5. Indurauerunt faciem
suam supra petram, & noluerunt reuerti. Iob. 41. Ecce cor eius indurabitur, &
stringetur quasi malleatoris incus. Quid autem granum in petra proficiet? Sta-
tim enim irruente sole exsiccabitur. Requirendum igitur vt Dominus (Ezech. 36.)
E auferat à nobis cor lapideum, & det cor carneum. Iac. 1. Exortus est sol cum ardo-
re, & arefecit fœnum, & flos eius decidit, & decor vultus eius deperiit. Ioel. 1. Aruit
messis agri. Summæ maledictioni tribuitur, vt bonum semen, vbi oriri cœperit,
sole inualescente suffocetur. Esa. 15. Aruit herba, defecit germen, viror omnis in-
teriit. Ideò ad Hebræos monet Apostolus (cap. 3.) Adhortamini vosmetipsos
per singulos dies, vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. Alioquin ver-
bum Dei statim atque nasci cœperit, leui tentatione extinguetur. *Quia non habe-*
bat humorem, non sapientiæ salutaris fluenta, quibus Psalm. 1. iustus assidet, tãn-
quam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum
dabit in tempore suo. Non gratiæ rore corda illorum irrigantur, vt fructum fe-
rant. Optimum enim est gratia stabilire cor. Hiere. 17. Maledictus homo, cuius
cor recedit à Deo. Erit enim quasi myricæ in deserto, & habitabit in siccitate.

Cl. Alexandr. Theophil. Euthymius. *Volucres cœli dæmones.*

Iob.8.Numquid ſcilicet viuere poteſt ſcirpus abſque humore? Ita Prou. 28. Qui mentis eſt duræ, incidet in mala. Quid enim proderit corporeis auribus verbũ Dei accepiſſe, ſi cor durum, ſi ſiccum, & infructuoſum ſit? ſi deſit ei humor diuinæ gratiæ? Hodie ſi vocem eius audieritis, inquit Pſaltes, nolite obdurare corda veſtra. *Et aliud cecidit inter ſpinas, & ſimul exortæ ſpinæ ſuffocauerunt illud.* Albertus in Matth. Spina propter acutum calidum in terreſtri ſicco, quod in circuitu eſt, de centro ad ſuperficiem ebullit, totum locum per circuitum ſpiſſa contegit vmbra, & calorem luminis, & humorem roris auertens, fundo malitiam importat. Ad eundem ſanè modum cor humanum ſollicitudinibus huius ſæculi obruitur. Hier.4. Nouate vobis nouale, & nolite ſerere ſuper ſpinas. Circuncidimini, & auferte præputia cordium veſtrorum, ne egrediatur vt ignis indignatio mea, & ſuccendatur, & non ſit qui extinguat. *Spinæ creuerunt.* Nam & id prouerbij verum apparuit, quòd herbæ inutiles & pernicioſæ citò emergant. Geneſ.3. Hæc terræ maledictio. Terra tribulos & ſpinas germinabit tibi. Hæc quoque cordis maledictio eſt, ſi fortè ſeſe totum rebus huius ſæculi addixerit. Prou.24. Per agrum pigri hominis tranſiui, & per vineam viri ſtulti, & ecce totum repleuerant vrticæ, & operuerant ſuperficiem eius ſpinæ. *Et ſuffocauerunt illud.* Vim verbi ſollicitudines iſtæ abſtulerunt, adeò vt fructum afferre non poſſet. Thomas in Matth. Sed poſſet aliquis dicere: Peccatum eſſe in ſeminante, niſi caueat vt non inter ſpinas ſemen iaciat. Et quidem dici poteſt, id concludi poſſe de terra ſenſibili, non de ſpirituali. Tentare enim oportet, num omnibus prodeſſe valeamus. Sapientibus, inquit Apoſtolus, & inſipientibus debitor ſum. Et alibi: Omnibus omnia factus ſum, vt omnes lucrifacerem. Chryſoſtomus hom. 45. in Matth. In agris certè & in ſeminibus, quæ terræ traduntur, ſtultè factum videretur: in anima autem atque doctrina, probè, atque laudabiliter. Non enim abſque crimine agricola illud faceret, cùm non ſit poſſibile lapidem aut viam, vt fertilem terram, producere: in animis autem hominum non ita. Poſſibile eſt enim vt lapis in terram fertilem conuertatur: vt via non conculcetur, nec prætereuntibus cunctis poſita iaceat, ſed in vberes agros traducta, nec vepres emittat, & ſemina foueat. Fortaſſis iuſtè aliquis vt inſanienti agricolæ acclamaret,

Quid facis, ô bone vir, quid arenæ ſemina mandas?
Non profecturis littora bobus aras.

At verò poteſt cor lapideum in cor carneum tranſmutari, poteſt & obduratus quiſque, Dei gratia & vrgentibus illius vindictæ ſtimulis emolliri, & ad mentem redire. An non ſcilicet nutauit & ipſe Pharao, & aliquando Moyſen rogauit, vt pro ſe ad Dominum oraret, & dimitteretur ei hoc peccatum? An non, licet coactò, dimiſit populum? Non nego poſteriorem cordis eius duriciam peiorem fuiſſe priore. Sed tamen hoc dico, poſſe fieri, vt is quem obduratum omnes exiſtimauerint, adigentibus eum veritatis argumentis, & ſuperbiam eius reprimentibus infirmitatibus, è lapideo terrenus euadat, & verbum Dei audiat & conſeruet. Quòd ſi nec Paulus vult fidelem vxorem ab infideli viro diſcedere, ſed ad ſpem, ait, (1. Cor. 7.) Quid ſcis ô mulier, an virum ſaluum facies? quis conſuluerit omninò relinquere peccatores, immò hæreticos: quaſi non poſſint ad meliorem frugem peruenire? *Et aliud cecidit in terram bonam*, id eſt in cor docile & deuotum, ſeu ad pietatem diſpoſitum, quod & attendit, & acquieſcit, inhærétque ſermonibus Dei: & *ortum* ex auditu ſcilicet in actum procedens, *fecit fructum* & copioſum, & perfectum. Pſal. 84. Dominus dabit benignitatem, & terra noſtra dabit fructum ſuum. Sic vinea plantata dicitur in loco pingui, Eſa.5. Heb.4. Terra ſuper ſe venientem ſæpè bibens imbrem, & generãs herbam opportunam illis à quibus colitur, accipit benedictionem à Deo. Tripartitam autem fructificationis differentiam ſtatuit, vt aliud ſemen *ferat fructum centeſimum*, id eſt, adeò perfectum opus ſit, quod & verbo audito & corde concepto emergit, vt verè Heroicum dici poſſit, quale eſt martyrium, caſtitas, ſumma charitas. *Aliud* ſemen protulit fructum *ſexageſimum*, opus nimirùm proficiens, & ita tandem procedens, vt ad perfectionem enitatur. Quale etiam contingit permultis, qui è bonis ad meliora quotidie progrediuntur. *Aliud trigeſimum* opus fecit, quod ſemini cõparatur non ſummo quodam modo fructum afferenti, non mediocriter, ſed tamen ita ſuo agricolæ conducenti, vt non fruſtrà terram coluiſſe dicatur. Dionyſ. Carthuſ. opus

Albertus.

Thomas.

Chryſoſt.

Fructuum differẽtia.

Dion. Carth.

opus bonum vocat, sed imperfectum, inchoatiuum & animale, quale ab iis qui proficere incipiunt, emergit. Albertus Magnus in Luc. Ita similitudinem seminis actionibus, seu bonis operibus applicat. Semen ortum, viresci per fidem, calamum erigit per iustitiæ rectitudinem, paleam abiicit per superfluorũ expulsionem, aristam bonorum operum format, florem bonæ conuersationis & famæ emittit, fructum maturum reddit, per prudentiam, & habitum longum. Terra igitur hæc bona est, quæ fructus copiosos profert. Genes. 26. Seminauit Isaac in terra, & inuenit in ipso anno centuplum. Psal. 36. Inhabita terram, & pasceris in diuitiis eius. Num. 11. Terra, quam lustrauimus, optima est, sicut ex his fructibus cognosci potest. Genes. 47. In optimo terræ solo pone eos. Cæterùm varia est huius loci interpretatio. Cùm enim quæritur qui sint Euãgelii fructus, quos hîc Christus comparat centesimo, sexagesimo, & trigesimo: Hierony. in Matth. ex iis tres status colligit, & tribuit virginibus centesimũ, viduis sexagesimum, coniugatis trigesimum: quòd omnium perfectior sit virginitas. Augustin. lib. 15. de ciu. Dei, cap. 26. idẽ obseruat, cùm ex arca Noé tricamerata tres in Ecclesia status collegisset. Possunt etiam, inquit, tres illæ vbertates Euangelicæ (huc referri) tricena, sexagena, centena: vt in infimo habitet pudicitia coniugalis, suprà vidualis, atque hac superior virginalis. Theophilactus in Matth. Non æqualem, inquit, fructum ferunt omnes, qui semen suscipiunt, sed alius quidem centuplũ, fortè paupertatem perfectam habens, & summam exercitationem: alius sexagecuplum, vt cœnobita fortè Monachus, & adhuc operans: alius verò trigecuplum, vt qui honestas nuptias deligit, & virtutem pro virili amplexatur. Euthymius in Matth. Quẽadmodum enim inter se differunt hi qui pereunt, ita rursus differunt illi qui saluantur. Tres siquidem eorum qui pereunt, enumerauit ordines: puta segnes, pusillanimes, & sæculi curis occupatos, simul & diuitiarum fallaciæ seruientes. Et rursum tres constituit ordines eorum qui saluantur. Nimirùm in domo Patris mansiones multæ sunt: vt pro gradibus meritorũ sit & mercedis gradus. Vnusquisq; enim mercedem accipiet secundum suum laborem. Si quis non possit ad summum gradum, contendat ad secundum, aut tertium: modò vt ne ab illa fœlicitatis spe, & certissimo itinere excidat. Augustin. in Quæst. Euang. c. 9. Martyribus centenum, virginibus sexagenum, coniugatis trigenum. Nimirùm omnes attendunt gradus esse virtutum alios aliis perfectiores, pro quarum ratione aliæ centeno, aliæ sexageno, aliæ trigeno comparentur. Nec hîc audiendi sunt, vt D. Thomas in Matth. scribit, qui comparãt tres istos ordines, vt 30. sit in fide trinitatis, 60. in fructu boni operis, 100. in contemplatione cœlestium. Hoc enim, inquit, ita aptari minimè potest, quia auditor est, qui facit fructum. Item præmium recipitur. Hoc igitur oportet retorqueri ad perfectionem iustitiæ. August. lib. 21. de ciuit. Dei, cap. vlt. opinionis cuiusdam errorem ex eo loco malè intellecto enatam eludit. Quidam, inquit, putãt sic intelligendum esse quod scriptum est, afferre terram bonam vberem fructum, aliam tricenum, aliam sexagenum, aliam centenum: vt sancti pro suorum diuersitate meritorum, alii tricenos homines liberent, alii sexagenos, alii centenos. Hoc in die iudicii futurum suspicari solent, non post iudicium. Qua opinione quidam cùm videret homines impunitatem sibi peruersissimè pollicẽtes, eò quòd omnes isto modo ad liberationem pertinere posse videantur: respondisse elegantissimè perhibetur, benè potiùs esse viuendum, vt inter eos quisque reperiatur, qui pro aliis intercessuri sunt, liberandis: ne tam pauci sint, vt citò ad numerum suum, vel trigenum, vel sexagenum, vel centenũ, vnoquoque eorum perueniente, multi remaneant, qui erui iam de pœnis illorum intercessione non possint, & in eis inueniatur, quisquis sibi spem fructus alieni temeritate vanissima pollicetur. Irenæus lib. 1. in hæreses, hinc scribit & Gnosticos seu Valentinianos olim, velut ex hac seminis parabola malè intellecta, tria hominũ genera constituisse, Spiritualem, inquit, Psychicum, Choicum, quemadmodum fuit Cain, Abel, Seth: vt ostendãt & ex his tres naturas, iam non secundum vnumquẽque, sed secundum genus. Et Choicum quidem in corruptelam abire: animalem verò, si meliora elegerit, in loco medietatis refrigeraturum: si verò peiora, transire & ipsum ad similia. Spiritualia verò inseminat Achamoth ex illo tempore vsque nunc, propter quod & animæ erudiẽtur quidem hîc: & semina enutrita, quia pusilla emittantur, post deinde perfectionem dignè habita, sponsas reddi saluatoris. Verùm his

Alb. Magn.
Hieronym.
August.
Theophil.
Euthymius.
Tres ordines saluandorũ.
Augustin.
Thomas.
Augustinus.
Irenæus.
Tres naturæ.

somniis & nugis omissis,ad verba Christi transeamus. *Hæc dicens,clamabat, Qui habet aures audiendi, audiat.* Intensione vocis ad attentionem animum auditoris excitabat. Ioan. 7. Stabat Iesus,& clamabat,dicens: Si quis sitit,veniat ad me. Psal. 68. Laboraui clamans, raucæ factæ sunt fauces meæ. Cant. 5. Dilectus meus clamat ad me. Hoc enim est prædicatoris officium. Es. 58. Clama,ne cesses,quasi tuba exalta vocẽ tuam. *Qui habet aures audiendi,audiat.* Hieron. in Matth. Prouocamur autem ad dictorum intelligentiam,quoties his sermonibus commonemur. Quoties enim hæc admonitio vel in Euangelio, vel in Apocalypsi Ioannis interponitur,inquit Beda in Luc. mysticum esse quod dicitur,& attentiùs esse quærendum ostenditur. Prou. 1. Audiens sapiens sapientior erit,& intelligens gubernacula possidebit. Apoc. 2. Qui habet aures audiendi,audiat quid spiritus dicat Ecclesiis. Requirit autem interiorem auditũ, quo & fides formatur,& homo bonum semen velut in bonam terram cordis sui admittit. Alioquin quid prodest auditus exterior, si interior absit? Num adinstar idolorum erimus,quæ (Psal. 113.) aures habent,& non audient? Aut ad instar aspidis (Ps. 57.) surdæ & obturantis aures suas, quæ non audiuit vocem incantantiũ? Eccl. 3. Est enim auris bona,quæ cum omni concupiscentia audiet sapientiam. Bonauẽtura in Luc. Tres enim sunt gradus in auditu completo & perfecto: primus in audiendo exteriùs,secundus in credendo, tertius in intelligendo. Vt cùm Matth. 24. abominationem desolationis à Daniele prædictam explicat, addit: Qui legit,intelligat. *Interrogabant autem eum discipuli eius,quæ esset hæc parabola.* Hieronym. ad Paulinum. Quot enim putant se nosse literas,& tenent signatum librum,nec aperire possunt,nisi ille reserauerit,qui habet clauem Dauid,(Apoc. 5.) qui aperit,& nemo claudit, claudit & nemo aperit? Augustin. Epist. 2. ad Volusianum: Tanta est Christianarũ profunditas scripturarum,vt in eis quotidie proficerem,si eas solas ab ineunte pueritia, vsque ad decrepitam senectutem,maximo otio,summo studio,meliore ingenio conarer addiscere: in quibus latet altitudo sapientiæ,vt animosissimis,acutissimis,flagrantissimisque cupiditate discendi hoc contingat, quod eadem scriptura quodam loco habet: Quum consummauerit homo,tunc incipit. Eapropter discipuli ad Christum vt magistrũ accedunt: est enim Verbum,paidagogus noster, vt doctissimè dixerit Clemẽs Alexandrin. in libris de Paidagogo. Paidagogus enim iure verbum dicitur, inquit lib. 1. cap. 7. qui pueros nos ducit ad salutem. Euidentissimè enim de seipso Verbum dicit per Oseam, Ego autem sum præceptor vester. Hinc factum est, vt ille post resurrectionem aperuerit suis sensum ad intelligendas scripturas, (Ioan. 20.) & illi ad eum exclamauerint, Domine,adauge nobis fidem. Fides enim Dei donũ est, vt ne quis glorietur, (Ephes. 2.) & veritas scripturarum ab illo solo,quo & scripturę traditę sunt,edocetur. Eccl. 1. Fons sapientiæ verbum Dei. Vnde & per verbum Dei incarnatum nos omnem veritatem accipere oportuit,quòd etiam per suos loquatur: sicut & Apostolus dicebat, An experimentũ quæritis illius qui in me loquitur Christus? *Qui respondens dixit illis, Quia vobis datum est nosse mysteria regni cœlorum, illis autem non est datum.* Nimirùm Matthæus scribit illos interrogasse, *Quare in parabolis loqueretur eis.* Chrysostom. hom. 46. Operis prior. in Matth. Non dixerunt, Cur in parabolis nobis loqueris: sed se in proximos benè affectos esse ostendunt: vt cùm dicunt, Dimitte turbas,quia ecce iam triduo sustinent nos: & (Matth. 15.) Scis quia Pharisæi scandalizati sunt. 2. Sperant etiam se instruendos simul cum ipsis turbis,siquidem illis Christus hanc parabolam explicauerit. *Vobis,* inquit, *datum est nosse* mysterium regni. Mysterium hoc intelligentia est scripturarum, qua Deus possidetur, & via nobis in regnum rectà panditur. Hoc non omnibus datum est,sed vobis. Duo dicit: Scientiam scripturarum non à nobis esse, sed dari: & ipsam non omnibus,sed dignis communicari. 2. Cor. 4. Quid enim habes,ô homo, quod non accepisti? Non potest homo à se accipere quicquam,nisi datum ei fuerit de cœlo. Quòd autem non omnibus,sed dignis detur,probat Chrysostom. hom. 46. in Matth. Hoc, inquit, dixit,non necessitatem quampiam ostendens, nec certam ad aliquos doctrinæ attributionẽ à casu,sed vt in ipsis omnium causam esse significaret, simúlque donum quoddã hoc esse,& gratiam infusam nullo pacto libertatem humanæ naturæ tollere ostenderet. Quod à sequentibus liquidius efficitur. Vtrumque enim dictũ est, & ne aut illi desperent,aut isti torpore tabescant, datum & non datum esse audientes, in nobis harũ rerum

Beda. Bonauent. *Tres gradus in auditu.* Hieronym. Augustin. *Sine Christo non intelligũtur Scripturæ* Clem. Alex. Chrysostom. Idem.

A rerum principium esse asseruit, dicens: *Qui enim habet, dabitur ei, & abundabit: & qui non habet, etiam quod habet, auferetur ab eo.* Is locus non parua caligine obductus est, & ineffabilem diuinæ maiestatis iustitiam aperit. Tale scilicet est quod dicitur. Cùm quispiã desiderat, inquit, & magno studio atque cura virtutẽ inquirit, tunc ei à Deo cuncta præstabuntur. Cùm autem nullo studio atque voluntate ad rectè faciendum pronus est, tunc ei diuinum auxilium non conceditur, & quod etiam habet, auferetur ab ipso. Non aufert certè Deus, sed non præbet indignis fauorẽ, & patrociniũ suũ. Hoc ipsi quoque nos factitamus. Cùm enim negligentẽ quenquã ad audiendũ perspexerimus, adhortamur & admonemus vt diligentiùs attendat: & si crebrò id facientes, non persuademus, silentio vtimur, præsertim cùm videamus ex maiori cura in maiorem illum deuolui desidiam. Attentiores autem, discendique cupidos attrahimus
B libenter, & complura docemus. Rectè autem dixit, *quod habere videtur*. Neque enim habet, quod æstimatur habere. Theophil. in Matth. Tollitur, inquit, quod habere videtur: hoc est, etiamsi paruam quandam boni scintillam habeat, & eam non excitet & accendat per spiritum & spiritualia opera, illa prorsus extinguitur. Num scilicet bona etiam ingenia otio hebetiora fiunt? Num ferax ager, si incultus iaceat, suam fertilitatem amittit? Num enses relicti & sepositi ab vsu hominum rubigine depereunt? Num vestes etiam diu in squalore positæ, à tinea consumuntur? Videmus nimirùm pleraque vsu meliora euadere, deperire situ, otio, squalore. Sicut ergo terra si colatur, & habenti ex se fertilitatem adiicias industriam, multam sementẽ faciet: si autem relinquatur, etiam innata fœcunditas auferetur ab ea: sicut ingenia exercitio
C ditiora euadunt, otio torpentia innatam etiam bonitatem amittunt: sic & illi, qui diuino verbo audiendo pigriores fiunt, & fructum quem ferre deberent, amittunt, & inutiles fiunt. Aufertur ab eis etiã quod non habent: aufertur, id est, minimè succedit id quod habere poterant, nec adhuc habent: Id ad quod aptitudinem, non tamen habitum, habebant. Aufertur virtus, gratia, cæteráque bona quæ proferre poterant. Et quomodo aufertur, cùm non haberent? Habebant vtique, si tu initiã & seminaria virtutum cernas: non habebant, si spectes illorum maturitatem. Atqui habuerunt quædam seminaria, quæ si adolescere siuissent, rectà poterant ad
D fœlicitatem peruenisse, vt ipse fatetur Cicero. Vnde semen in omnia deiectum dixit, in viam, spinas, petras, & terram bonam. Hæc illos inuitabant ad meliorem frugem. Sed quia sibi attendere noluerunt, etiam illi fructus, qui ex seminariis iactis emergere poterant, ablati sunt. Atqui dixerit aliquis, Nondum illi fructus formati erant, & quomodo ablati sunt? Inerant aptitudine & virtute quadam, verùm & illa aptitudo & expectatio omnis ablata est. Remigius in Matth. Qui habet studium discendi, dabitur ei & facultas intelligendi: & qui non habet legendi studium, hoc, quod per naturæ bonum videtur habere, auferetur ab eo. Vel qui habet charitatẽ, dabuntur ei cæteræ virtutes: & qui non habet, auferetur ab eo, quia absque charitate nullum bonum esse potest. Hilarius in Matth. Fidem etiam Iudæi non habentes, legem quoque quam habuerũt, perdiderunt: & ideò fides Euangelica perfectum donũ habet, quia susceptа nouis fructibus ditat, repudiata verò etiam veteris substantiæ opes detrahit. Hierony. in Matth. Ita Apostolis in Christũ credentibus conceditur: Iudæis verò, qui non crediderunt in filium Dei, etiamsi quid per naturæ bonum possident,
E tollitur: neque enim possunt aliquid sapienter intelligere, quia sapientiæ caput non habent. Thomas Aqu. in Matth. Si vis habere scientiam, desideriũ præmitti oportet. Sap. 6. Concupiscentia sapientiæ deducit ad regnum perpetuum. Ergo qui habet desiderium, dabitur ei, & abundabit: quia ipse est qui dat omnibus abundanter, & non improperat, Iac. 1. Qui autem non habet, etsi aliquam videatur habere aptitudinem ad sapientiam, iustitiam, vel cætera similia, etiam & id quod habere videtur, & interim verè non habet, auferetur. Et quomodo igitur aufertur, si non habet? Aufertur in ratione expectationis, quæ omninò deperit his, qui nullum rebus diuinis conquirendis conatum adhibent. Dionys. Carthus. in Matth. *Qui habet* fidem sinceram, bonam intentionẽ, vel humilitatẽ, *dabitur ei* gratia maior, sapientia plenior, vita perfectior: *& abundabit* spiritualibus bonis, iuxta illud Ps. 111. Gloria & diuitiæ in domo eius. Ideò vobis discipulis meis fidelibus datur cognitio mysteriorum cœlestium. *Ei autem qui non habet*, id est, qui modicum habet, quod comparatione magno-

Quomodo fiat vt alicui auferatur etiam quod non habet.

Theophilact.

Habere aptitudine seu potentia dicimur.

Remigius.

Hilarius.

Hieronym.

Th. Aquinas

Dio. Carthus.

rum donorum pro nihilo reputatur. Vel *qui non habet*, id est, Deo datori ingratus est, F
non attendēs vnde acceperit, vel qui non habet fidem, humilitatem, & *quod habet, auferetur*: id est, cætera dona sibi diuinitùs præstita meretur amittere. Ideò increduli & peruersi Iudæi non meruerunt incrementum, sed detrimentum spiritualis intelligē-
Albert. tiæ, cœlestiúmque donorum. Albertus in Matth. *Qui enim habet* spiritum discernentem spiritualia, *dabitur* ei nuda veritas, & illuminabitur, & *abundabit* profunditate mysteriorum Dei. *Qui autem non habet* donū fidei & spiritus, quo se præparare possit ad maiores Dei largitiones: & *id quod videtur habere, auferetur* donum rationis & naturalis cognitionis: hoc enim non verè habet, sed videtur habere. Nec enim verè est
Habere opinione seu existimatione. donum rationis habere, si illud sensu carnali adumbretur. Ps. 48. Homo cùm in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Vnde Dan. 4. Cor Nabuchodonozor ab humano mutatum est, & cor feræ datum est ei. Sic ratione præditus quidem esse videbatur, sed tamen si vsum spectes, ra- G
tione carebat. Ita rationem habebat, & non habebat. Habebat, si bonū naturæ consideres: non habebat, si vsum. Ergo & ipse rationis vsus, quo donatus esse videbatur, oblatus est ab eo. *Auferetur*, ait, aut sua ipsorum malitia cadet, aut Deo permittente tolletur. Sic Rom. 1. Obscuratum est insipiens cor Philosophorum: dicentes enim se
Euthymius. esse sapientes, stulti facti sunt. Euthymius in Matth. Vniuersi enim donum à Deo habent, hic quidem hoc, iste verò illud. Qui autem dignè sese Deo præparant, non solùm accipiunt huiusmodi notitiam, verumetiam abundè accipiunt: cæteri verò, qui ita se non habent, non solùm hāc non accipiunt, sed ab illis quoque auferuntur gratiæ quas priùs acceperant. *Ideò in parabolis loquor eis, quia videntes non vident, & audientes non audiunt neque intelligunt.* Quia videntes corporeis oculis quæ à me fiunt mi- H
racula, claudunt animæ oculos, & corporalibus auribus audientes sermones, claudunt eas quæ sunt animæ: ideò omninò increduli remanent. Contra veritatē enim
Cur Deus velauit sacra mysteria. quam viderunt & audierunt, iudicant: ideò etiam ipsam audiendi facultatem ab eis aufero, cùm nihil hinc vtilitatis, sed maius sibi peccatum & iudicium conquirant.
Chrysostom. Hæc Chrysost. hom. 46. in Matth. Et ne quis eorum putet odio atque calumnia hæc dicta esse, Prophetam in medium produxit. *Adimpletur enim in eis Prophetia Esaiæ dicentis*, (c. 6.) *Auditu audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non videbitis.* Quid autem proderit cæcis colores obiicere, aut stolidos asinos docere? Quid mysteria profanis exhibere? An non olim Orpheus hæc initio carminis canit, dicens:

Φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστί, θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι.
His fabor quos sancta decent, procul este prophani? I

Dion. Areop. Nec enim leuiter secreta diuina propalanda sunt, vt doctè differit Dionysius Epist. ad Demophilum. Matth. 7. Nō decet sanctum dare canibus, aut proiicere margaritas ante porcos. Nec enim sanctū canes sanctificat, nec margaritæ nutriunt porcos: sed è conuerso canes sanctum coinquinant, & porci margaritas sordidant, vel confringunt. Ps. 35. Noluit enim impius intelligere vt benè ageret. Osee 4. Quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi. *Videntes videbitis* oculis corporalibus, *non videbitis* oculis animæ, quibus & Christus, & spiritualia quæque consideranda sunt. *Videbitis* opera oculo exteriori, qualia sunt eiectio dæmonū, curatio ægrotorum, cæteráque similia: videbitis & humanitatem meam: *non videbitis* autem operum qualitatem, aut diuinitatem in humanitate latentem. *Incrassatum est enim*, obtusum & carnale redditum *cor populi huius*, terrenis & sensibilibus inhærendo. Vn- K
de Deut. 32. Incrassatus dilectus, impinguatus, & recalcitrauit. Incrassatum denique propria socordia & malitia: excæcauit enim eos malitia sua. *Et auribus grauiter audierunt*, inde scilicet à sua & socordia & malitia, velut graui quodam onere depressi, tardi fuerunt ad audiendum aure mētali verbum Dei, & *oculos suos* interiores, intel-
Thomas. lectū scilicet, *clauserunt* influentiæ seu irradiationi diuinæ. Thom. in Matth. Nā sicut ad visionem corporalem puritas oculi requiritur, sic ad spiritualem. Eapropter in-
Rabanus. tellectus dicitur vis superior, quoniā maximè spiritualis. Rabanus in Matth. Incrassatum est cor Iudæorum crassitudine malitiæ, & abundantia peccatorum. Peccata enim distrahunt mentem à Deo. Hier. 17. Peccata vestra prohibuerunt bonum à vobis. De talibus scriptum est. Dicunt Deo, Scientiam viarum tuarum nolumus. Ps. 72. Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum. Iob. 15. Cucurrit contra Deum extento collo,

A collo, & pingui ceruice armatus est. Deut. 31. Cúmque comederint, & saturati crassíque fuerint, conuertentur ad Deos alienos, & seruient eis, detrahéntque mihi, & irritum facient pactum meum. Hierony. in Matth. Ac ne fortè arbitremur crassitudinem cordis, & grauitatem aurium naturæ esse, non voluntatis: subiungit culpam arbitrii, & dicit, *Et oculos suos clauserunt.* Act. 7. Continuerunt aures suas, & impetum fecerunt vnanimiter in Stephanum. Zach. 7. Aures suas aggrauauerunt ne audirent, & cor suum posuerunt vt adamantem, ne audirent legem & verba quæ misit Dominus in spiritu sancto. Psa. 57. Alienati sunt peccatores à vulua, errauerũt ab vtero, locuti sunt falsa. Furor illius secundum similitudinem serpentis. Hæc summa malitia est, auertere aures à verbo, oculos à miraculis, & omnem aditum fidei, & sanæ doctrinæ obstruere. Hìc verò respondeant, qui Deum causam mali cõstituunt: vnde Hieronym.

B cæcitas in Israël? An quia Deus oculos non dedit? Dedit vtique. An quia aures negauit? Atqui contulit auditum. Sed quid si quis nec audire, nec videre velit? Si aures obstruat, & oculos claudat? Num in eum reiicietur causa quòd verbum oblatũ non audierit, neque viderit quæ videnda porrigebantur? Atqui, vt diximus, non corporali modo auditu & visu, sed & spirituali donati sumus. Fecit nos Deus ad imaginẽ & similitudinem suam, ratione & intellectu donauit. Constituit Deus hominem in manu consilii sui. Non desunt quæ ad salutem audiat & videat. Tantùm requiritur vt auribus & oculis attendat quæ proponuntur. At verò suum ipsorum iudiciũ est, quòd *oculos clauserunt* luci, *aures aggrauarũt* verbo. Hæc magna obstinatio in peccatis. In hoc intensam eorum nequitiam ostendit, inquit Chrysost. Esai. 44. Non recogi- Chrysost.

C tant in mente sua, neque cognoscunt, neque sentiunt. Sic homo cùm in profundũ peccatorum venerit, contemnet. *Nequando videant oculis*, hoc velut damnum cauent, quod illis in beatitudinem succederet: *& auribus audiant.* Hier. 7. Locutus sum ad vos manè consurgens, & loquens, & non audistis. Et rursus: Non audierunt me, nec inclinauerunt aurem suam, sed indurauerunt ceruicem, & peiùs operati sunt quàm patres eorum. *Et corde intelligant*, quid credendum & agendum sit. Quibus & ii similes sunt, qui nihil de iudicio, de pœnis inferni, de ratione reddenda, de morte, cæteríque terribilibus audiri volunt, sed dicunt, Loquimini placentia, & audiemus vos. Iob. 20. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Hier. 5. Audi populo stulte qui non habes cor, qui habentes oculos non videtis. Deut. 29. Non dedit vobis Dominus cor intelligens, & oculos videntes, & aures quæ possunt audire,

D vsque in præsentem diem. Sic, Noluit populus iste intelligere vt benè ageret, *& conuertantur ad me, & sanem eos.* Hoc vnum requirebam ab eis, inquit Dominus, vt aperirent oculos, aures porrigerent, audirent, intuerentur & conuerterentur ad me. Et tum quidem ego non modò non vindicaturus fuissem eorum peccata, sed peper- *Obduratio ab obstinatione.*
cissem & dimisissem, & sic sanassem illos. Sic enim habet & Marcus, (c. 4.) nequãdo conuertantur, & dimittantur eis peccata. Hoc ego feciſſem pro mea liberalitate & misericordia, si modò sese ad tantam gratiam præparassent. At verò, vestra culpa fit, vt priuemini salute. Chrysostom. ho. 46. in Matth. Ac si quidẽ diceret, Noluisti me Chrysost.
videre, & gratiam habeo. Nam si dignum me putasses, statim flexus tibi affuissem. Nisi enim eos cõuerti & saluos fieri voluisset, tacuisset profectò, neque in parabolis quicquam locutus fuisset. Matth. 25. Hierusalem, quoties volui congregare filios

E tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti? Ezech. 33. Si annunciaueris impio, & conuersus fuerit, vita viuet. Hier. 3. Conuertimini ad me recedentes, & sanabo auersiones vestras. Verùm quia conuersi non sunt, ideò dicitur Amos. 2. Super tribus sceleribus Iuda, & super quarto non conuertam eum, eo quòd abiecerit legem Domini, & mandata eius non custodierit. Hier. 30. Insanabilis est fractura tua, non est qui iudicet iudicium tuum, ad alligandum curationem tuam, vtilitas non est tibi. Et rursus: Insanabilis est dolor tuus, propter multitudinem iniquitatis tuæ. Thomas Aq. in Matth. Notandũ igitur, quòd istius obdurationis causa Th. Aquin.
per se est homo: Deus verò non indurat, nisi non impertiendo gratiam. Deus indurare dicitur, quia gratiã non largitur: homo verò, quia in propria malitia permanet, ficque Deo obicem ponit. Excæcationis causa à peccatoribus est: vnde fit vt nec audiant, nec intelligant, nec sanentur. Augustin. tract. 53. in Ioan. Obiicis, inquit, Non Augustin.
poterant credere, quia hoc Isaias prædixit: hoc autẽ Propheta prædixit, quòd Deus

Præscientia non est causa præscitorum.

futurum esse præsciuit. Quare autē non poterant, si à me quæratur, citò respondeo, F quia nolebant: Malam quippè voluntatem eorum præuidit Deus, & per Prophetam prænunciauit ille, cui abscondi futura non possunt. Sed aliam causam, inquis, dicit Propheta, non voluntatis eorū. Quam causam dicit Propheta? Quia dedit illis Deus spiritum compunctionis, oculos vt non videant, & aures vt non audiant, & excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum. Etiam hoc eorum voluntatem meruisse

Quomodo Deus excæcat.

respondeo. Sic enim excæcat, sic obdurat Deus, deserendo, non adiuuando: quod occulto iudicio facere potest, iniquo non potest. Chrysostom. hom. 46. in Matth.

Chrysostom.

Nam quòd nec à natura, nec à necessitate atque vi delicta oriātur, audi quid Apostolis dicat: *Vestri autem beati sunt oculi, qui vident, & aures quæ audiunt.* Non dicit quippè hoc de visu neque de auditu corporis, sed de visu atque auditu mentis. Non

Hieronym.

enim beatificarentur, si coacti vi quicquam feciissent. Hierony. in Matth. Nisi autem G suprà legissemus auditores ad intelligentiam prouocatos, saluatore dicente, Qui habet aures audiendi audiat, putaremus nunc oculos & aures quæ beatitudinem accipiunt, corporales intelligi. Sed mihi videntur oculi illi beati, qui Christi possunt agnoscere sacramenta, & illæ beatæ aures, de quibus Esaias loquitur, (cap. 50.) Dominus apposuit mihi aurem. Ephes. 1. Det vobis spiritum sapientiæ & reuelationis in agnitione eius, illuminatos oculos cordis. Beatitudinem ergo tribuit in videndo, in-

Thomas.

quit Thomas in Matth. quæ quidē in via non consistit, nisi participatione beatitudinis æternæ, quæ consistit in visione. Hie. 9. Non glorietur sapiens in sapientia sua: sed glorietur scire & nosse me. Videtur tamē & huic interpretationi opponi quod sequitur: *Amen quippè dico vobis, quia multi Prophetæ & iusti cupierunt videre quæ vos videtis, & non viderunt: & audire quæ vos auditis, & non audierunt.* Nam si Apostolis datū est, quod H negatum fuit Prophetis, requirendum erit, quomodo Prophetæ non viderunt, nec audierunt, quæ tamen oculi Apostolorum viderunt, & aures audierunt. Quòd si di-

Quomodo Prophetæ nō viderunt, & tamen dicebantur vidētes.

xerimus Apostolos vidisse spirituali auditu, nemo quoque negauerit eodem & auditu & visu Christum & visum & auditum fuisse à Prophetis. Vnde scilicet videntes dicebantur, nisi ab illo spiritu Prophetiæ, quo illustratæ mentes eorum futura quasi præsentia prænouerant, & intellectu assequebantur, seu videbant? Intelligentia enim opus est in visione, vt Daniel ait (cap. 10.) Vnde cùm Esaias Babylonis vastitatem prædiceret, Corrui (inquit) cùm viderem. Quòd si & ipse vastitatem illam se vidisse asserit, quanto magis ipsum Christum, de quo & hæc prædixit cap. 9. Puer natus est nobis, & filius datus est nobis, c. 53. Vidimus eum, & non erat aspectus, & existimauimus eum quasi leprosum & percussum à Deo & humiliatum. An non Zacharias I vidit Iesum sacerdotem magnum & Sathanam à dextris eius? Et quomodo, nisi quē intueretur, & in quem omnium oculos verteret nisi velut præsentem Esaias: (c. 63.) Quis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus ex Bosor. Quomodo inducit respondentem, nisi quem videret: Torcular calcaui solus, & de Gentibus non est vir mecum. An non & Hieremias (c. 14.) imaginaria visione Christum videbat, cùm diceret: Quare quasi colonus venturus es in terra? Quinetiam Saluator ipse (Ioan. 8.) se ab Abraham visum esse testatur, dicens: Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum, vidit & gauisus est. Quòd si imaginaria & spirituali visione Christus visus est à Prophetis & iustis, quomodo de illa intelligitur dictum esse Apostolis, *Vestri autem beati oculi qui vident?* Si verò non de spirituali, sed corporali visu hæc dicta esse coniiciuntur: quomodo non etiam beati fuerunt omnes

An beati, qui corporali visu Christū viderunt.

Iudæi, non ipse Iudas, qui Christum corporeis oculis viderunt, & auribus audie- K

Hilarius.

runt? Hilarius in Matth. Apostolici, inquit, temporis beatitudinem docet, quorum oculis atque auribus contigit Dei salutare videre & audire, Prophetis atque iustis

Chrysostom.

idipsum desiderantibus. Chrysost. hom. 46. in Matth. soluit quæstionem hanc, conciliato simul vtroque visu & auditu, spirituali sc. & corporali. Iudæi quippè tantùm corporalibus oculis viderunt, & excæcati sunt: Prophetæ tantùm spiritualibus, &

Quomodo Apostoli beati, quia viderint.

necdum votorum cōpotes euaserunt, quibus ipsum præsentem in carne videre concupiscebant: Apostoli verò & spiritualibus per fidem, & corporalibus oculis ipsum intuiti sunt, adeò vt omnium beatiores euaserint. 1. Ioan. 1. Quod vidimus, quod audiuimus, quod manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ, hoc annunciamus vobis. Act. 4. Non possumus quod vidimus & audiuimus, non loqui. Quot autē Pro-

phetæ

A phetæ illũ in carne intueri desiderarũt? Ps.143. Domine, inclina cœlos tuos, & descẽde. Exod.3. Mitte quem missurus es. Es.64. Vtinam disrũperes cœlos & descenderes, à facie tua montes defluerent. Tob.14. Beatus ero, si fuerint reliquiæ seminis mei ad videndam claritatem Hierusalem. Sed, vt scribit Paulus Heb.11. Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromissionibus: sed à longè eas aspicientes, & salutantes, & confitentes, quoniam peregrini & hospites erant super terram. Attamen opponi & illud potest, ex quo colligatur idem ipse ab eis visus & auditus esse, quod legitur Genes.32. de Iacob, Vidi Dominum facie ad faciem: & Tertull. lib. de Trinit. de filio Dei intelligit. Respondemus typum quidem carnis assumendæ visum esse, non tamen ipsam veram carnem, ipsum Dei filium incarnatum. Albertus Magn. in Matth. Illa quoque omnia, quæ legimus Exod.20. Ios. vlt. Genes. 32. per B ministeria Angelorum, & per inspirationem facta sunt, & non per corporalem præsentiam, in qua deitas agnoscitur. Heb.1. Multipariè multísque modis olim Deus locutus est Patribus in Prophetis, nouissimè autem diebus istis locutus est nobis in filio. *Vos autem*, ô discipuli mei, quibus datum est quod nec cæteris antea iustis, *audite* spirituali auditu, & fide, *parabolam*, id est parabolæ sensum *seminantis*, quam modò proposui, & necdum à primoribus Iudæorum intellectam noui. *Omnis qui audit* corporali auditu *verbum regni* seu de regno & fœlicitate cœlesti, *& non intelligit* virtutem & sensum illius, nec sagaciter explorat, vt intellectum cordi recondat: *Venit malus*, πονηρὸς, diabolus scilicet in malitia consummatus & obstinatus, venit, inquam, ductus inuidia in hominem: qui (1.Pet.5.) tanquam Leo rugiens circuit quærens quem deuoret. Venit autẽ per tentationis congressum, sicut & Matth.4. accessisse Tenta- C torem ad Christum legimus: *& rapit quod seminatum est in corde eorum*. Tanto scilicet furore fertur, quanto rapaces quæque feræ, cùm quid violenter subtrahere contendunt. Seu enim infructuosum, seu vt obliuioni verbũ acceptum tradatur, facere nitatur: nihil absque furore & rabie. Etsi amicè blandiatur, inimicus est: etsi alliciat, vrget tamẽ & cogit, si animum eius spectes. Rabiem autem illam suã blanditiis operit, in vulpis morẽ, immò & lupi, qui vbi ouibus colluserit, disgregatas rapit & deuorat. Vnde & per Amalechitas, dæmones significantur. Iud.6. Cùm seuisset Israël, venit Madian & Amalech & cæteri Orientalium nationum, & sicut erat in herba, cuncta vastabant. Psal.7. Ne quando rapiat vt leo animam meam, dum non est qui rapiat, neque qui saluum faciat. *Hic* homo tam negligens, qui audit, & intelligere minimè curat, *est qui secus viam seminatus est*: quem per eum figuraui, in quem cecidit semen verbi cœlestis, secus viam huius sæculi. Albertus in Matth. Sed cùm dixerit de D semine, quid est quòd ad hominem seminatum transfert? Dicendum istud quidem semen seminari in homine, & attrahere sibi totum hominem: vnde fit, vt homo seminatus dicatur. Glossa. Vtrumque enim dicitur, & semen seminatum, & ager seminatus. Remi. in Matth. His autem verbis exponit Dominus quid sit semen, *Verbum* sc. *regni*, id est, Euangelicæ doctrinæ. Sunt enim nonnulli, qui verbum Dei nulla cordis deuotione suscipiunt, & ideò semen verbi, quod in eorum cordibus seminatur, dæmones quasi semen viæ tritæ auferunt. Hoc etiam Lucas à Christo sic expressum scribit: *Semen est verbum Dei*. Thom. in Matth. Hoc procedit essentialiter à Patre. Sed quid facit? Simile ei à quo procedit, quia facit filios Dei. Psalm.81. Ego dixi Dij estis, & filij excelsi omnes. Si illos dixit Deos, &c. & Ioan. 1. dedit eis potestatẽ filios Dei fieri. Est ergo verbum increatum creator ipse Deus: & est verbum creatum, seu declaratio paternæ voluntatis, quam nobis diuinum illud verbum communicauit. Vnde ille seminator est, & semen eius verbum seu veritas est, quam nobis per inspirationes, Prophetas, scripturas, & traditiones inculcat. Vnde & Petrus renatos nos ex semine incorruptibili verbi Dei pronunciat. Seminatur igitur per inspirationes, Ioan.3. 2.Pet.1. per scripturarum lectionem, qua spem habemus: per prædicationem Euangelii. Discernitur autem priùs à cæteris seminibus Gentilium doctrinarum, hæresẽm & mendacii cuiuscunquè: irrigatur gratia, precibus, præfixis sanctorum exemplis. Heb.13. Mementote præpositorum vestrorum. Accipitur per consensum, radices agit per perseuerantiam, fructificat per bona exempla, colligitur in vitam æternam. *Quod autem secus viam, hi sunt qui audiunt: deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes salui fiant*. Orig. hom. 8. in

Quomodo visus olim Christus. Albert. Mag. Albertus. Glossa. Remigius. *Semen verbũ.* Thomas. Origenes.

lib. Iudic. Sic ergo & isti tunc veniunt ad semen Dei, & volunt illud tollere de corde eorum, in quibus seminatũ est: quia inueniunt eos in vallibus positos, & ima quæque sectantes. De illis sunt enim, qui humiliter & indignè, &, vt ita dicam, Iudaico intellectu suscipiunt verbum Dei, & ideò possunt illud rapere dæmones de corde eorum. Qui autem ab humilitate literæ ad spiritus excelsa conscendit, & intelligentiam refugiens carnalem, sectatur in altioribus quæ sunt spiritus Dei: de isto nihil possunt rapere Madianitæ, neque Amalechitæ: sed ne ipsi quidẽ Orientis filij deprædari eum poterunt in excelso scientiæ spiritualis vertice constitutũ. Non insidiabantur Amalechitæ nisi locis fertilibus, quæ granis abundarent: nec sanè diabolus viis illis solitariis incumbit, ex quibus nullum granum auferat, sicut nec volucres sequũtur vias desertas, sed illas quæ & tritæ sunt, & granis consperſæ. Hieronym. libr. de virginitate & vita perfecta. Tanto namque sollicitiùs cauendus est inimicus, quanto apud eum eruditior esse cœpisti. Vacuus viator & nudus non timet latronis insidias: securus à nocturnis furibus dormit pauper, etiamsi claustra non muniat. Diuiti verò opes suæ latronis semper imaginantur occursum, & iugi sollicitudine, noctium somnum adimunt. Vnde tuæ quoque diuitiæ (verbum illud diuinum quod accepisti) cœlestis thesaurus, ista cautione indigent atque custodia. Quanto ditior es, tanto debes esse vigilantior. Qui enim plus possidet, plus debet timere ne perdat. Inuidere non cessat actor inuidiæ: & qui semel à Deo ipse proiectus est, tanto maiori liuore torquetur, quanto aliquem apud eum viderit clariorem. Thomas in Matth. Itaque quisquis Dei verbum audierit, magna cura illud conseruet, & cordi tenaciùs inculcet. Ps. 1. Beatus qui in lege Domini meditatur die ac nocte. Ps. 118. In corde meo abscondi eloquia tua. Sed & audis Christum per *volucres* dæmones significare, vt qui ex isto caliginoso aëre nos prospectent, & actionibus nostris insidientur. Ephe. 6. Nõ est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinẽ, sed aduersus principes & potestates, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus. Et hoc sanè magnus Antonius in visione agnouit, cùm aërem istũ plenum retibus agnouit, quibus miseri nos qui hoc in mundo agimus, irretiremur. Dicuntur autẽ volucres cœli. 1. propter naturæ subtilitatem, qua ex vno loco statim in alterum maximè distãtem transmigrent. 2. propter habitationem aëris caliginosi, vnde quæ hîc cõcreantur, grandines, tonitrua, à Psalte dicuntur immissiones per Angelos malos. 3. propter inordinatum ad alta progressum, quo illi tumore superbiæ inflati, semper diuinos honores appetunt, & dicunt, quod de Lucifero legitur, Es. 14. Ascendã super astra cœli, exaltabo solium meũ, & similis ero altissimo. Superbia enim eorum qui te oderũt, Domine, ascendit semper. Quòd si quis obiiciat aliquando Christum auis nomine significari, vt istud Esa. 46. Hieron. interpretatur, Vocans ab Oriente auem, id est Christũ: Et hoc quod in Iob legimus, Semitam ignorauit auis, de Christo explicat Gregorius. Respondemus nihil obesse, quin res eadem, sed considerationibus diuersis diuersa significet. Leo enim modò in malam, modò in bonam partem sumitur: Et modò Christum in fortitudine, modò diabolum in rabie designat. Apoc. 5. Christus leo dicitur. Vicit leo de tribu Iuda. Genes. 49. Catulus leonis Iuda. 1. Pet. 5. Diabolus leoni rugienti confertur. Itaque dæmones volucres sunt, iis rationibus quas diximus. Sicut autẽ volucres ex alto prospiciunt sicunde sibi cibos comparent: ita & dæmones ex isto aëre perpendunt, quos tentare & vincere possint. Cauendum igitur ne sicut via prætereuntibus, ita cor nostrum dæmonibus pateat. Hoc enim nititur, *ne credentes salui fiant.* Nec enim satis est credere (dæmones sc. credunt & contremiscunt) operari oportet: nituntur igitur fructum operum auocare. Sic præripiunt verbum in ratione fructus, vbi vident se fidem tollere non posse. *Et hi sunt similiter qui super petrosa seminantur: qui cùm audierint verbum, statim cum gaudio accipiunt illud verbum: & non habent radicem in se, sed temporales sunt, quia ad tempus credunt: & orta tribulatione vel persecutione propter verbum, confestim scandalizantur, & in tempore tentationis recedunt.* Iam secundam auditorum conditionem assignat. Hi per petram significantur: horũ enim cor durum est, nec facilè cedit. Sic de Iudæis Stephanus dixit, Act. 7. Dura cervice & indomabili corde, vos semper restitistis Spiritui sancto. Hier. 5. Indurauerunt facies suas supra petram, & noluerunt reuerti. Contingit autẽ, vt & superficies petræ terra quadã leui obducta sit: qua, vt Glossa meditatur, species quędã pietatis designatur,

Hieronym. H

Thomas. G

Cur dæmones dicantur volucres cœli.

Nihil vetat res diuersas iisdem nominibus, sed diuersis sensibus dici. I

Secunda auditorum conditio. K

Glossa.

A tur, quã obiiciunt, qui audiendo diuino verbo seſe offerunt: Speciẽ habentes pietatis (vt dixit Apoſtolus) virtutẽ autem eius abnegantes. Sub apparente terræ ſpecie latet lapis, & ſub veſtimentis ouium mens ſæpè lupina cõtegitur. Interim Eccleſiaſtes diuinus in omnes Dei verbum diſſeminat: vnde euenit, vt & in corda illa petroſa ſemen verbi cadat. *Hi cùm audierint*, auditu externo, *ſtatim cum gaudio* ficto, diſſimulato, aut leui quadã deuotione, *accipiunt illud verbũ*, ac ſi ex illius auditu iuſti æſtimãdi ſint, aut intellecturi qua via ſalutem nanciſcantur. Atqui primum ſuſcipiendum erat cũ tremore, quo modo etiam & prædicari debet: ſicut & Apoſtolus de ſeipſo aſſerit, quòd in timore & tremore multo fuerit apud Corinthios, confiſus non perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed ſpiritu Dei. Eſa. 26. A timore tuo Domine, concepimus, & quaſi parturiuimus, & peperimus ſpiritum ſalutis. Ioan. 16. Vos quidem
B contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium. *Et non habent radicem in ſe*, habitualem gratię fœcunditatem, ac ſtabile fidei fundamentum, ſeu firmum propoſitum. Pſal. 51. Euellet te & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentium. Eſ. 40. Et quidem neque plantato, neque ſato, neque radicato in terra tritico eius, repentè flauit in eos, & aruerunt, & turbo quaſi ſtipulam auferet eos: *ſed eſt temporalis*. Sicut enim quod in lapide ſeminatum eſt, pauco tempore proficit, ſtatim ſcilicet atque radices agere voluerit, non poteſt, quia breui perſeuerat humor ille ſuperficialis iectæ terræ: ſic & cor illius, quia ſuperficie tenus pietate ſuperueſtitum eſt, breuem leuémque humorem verbo ſuppeditabit, ita vt tandem ad tempus credat, & in tempore tentationis recedat. Inconſtans eſt, & modico tempore perſeuerat in doctrina accepta. Pſal. 118. Fiant ſicut fœnum tectorum, quod
C priuſquàm euellatur, exaruit. *Facta autem* vel imminente *tribulatione* ab inuiſibilibus hoſtibus, *& perſecutione* à viſibilibus inimicis, *propter verbum* Dei, quod prædicatum & acceptum eſt. Eapropter autem ſuſcitatis illis, vt diſcedant à fide, qui credere cœperunt, *continuò ſcandalizatur*, impingit & cadit, ſeu dubitare incipit, *& in tempore tentationis recedunt*, cùm tamen virtus in infirmitate cognoſcatur. Atqui beatiores illi quos vidit, ſed in ſpiritu, Beatus Ioannes, Apoc. 6. Vidi ſub altare Dei animas interfectorum, propter verbum Dei quod habebant. Verùm & hoc contingit, quod legitur Iob. 4. Venit ſuper te plaga, & defeciſti, tetigit te & conturbatus es. Leuit. 26. Terrebit eos ſonitus folij volantis. Matth. 24. Scandalizabuntur multi, & inuicem tradent. Tertull. lib. de Præſcript. Vanè autem & inconſideratè plerique hoc ipſo ſcandalizantur, quòd tantum hæreſes valeant, quantum nõ valerent, ſi non fuiſſent. *Cur Deus permittit hæreſes & tentationes.* Tertullian.
D Febrem verò inter cæteros mortiferos & cruciarios exitus, erogando homini deputatam, neque quia eſt miramur, eſt enim: neque quia erogat hominem, ad hoc enim eſt. Proinde hæreſes ad languorẽ & interitum fidei productas, ſi expaueſcimus hoc eas poſſe, prius eſt vt expaueſcamus hoc eas eſſe, quæ dũ ſunt, habent poſſe, & dum poſſunt, habent eſſe. Sed enim febrẽ vt malum, & de cauſa & de potentia ſua, vt notũ eſt, abominamur potius quàm miramur, & quãtum in nobis eſt, præcauemus, nõ habentes abolitionẽ eius in noſtra poteſtate. Hæreſes verò mortem æternã, & maioris ignis ardorẽ inferentes, quidam mirari malunt quòd hoc poſſint, quàm deuitare ne poſſint, cùm habeant deuitandi poteſtatẽ. Atqui meditari neceſſe eſt, nos quãdiu hic agimus, tẽtationibus vẽtilari, & probari, ſi fortè timeamus Dominũ, an non. Iob. 7. Eſt enim vita noſtra militia ſuper terrã. Leo Martyr, ſer. de Machabæis. Nec enim Leo Mart.
E quia ceſſauit perſecutor & tortor, quia iã omnes Deo militãt poteſtates, deſunt Chriſtianis quas ſuperent paſſiones. Fili, inquit, (Eccl. 2.) accedens ad ſeruitutẽ Dei, ſta in iuſtitia & timore, & præpara animã tuam ad tentationẽ. Et Apoſtolus dicit, (2. Ti. 3.) Quicunque in Chriſto piè volunt viuere, perſecutionem patiũtur propter iuſtitiam. Qui ergo putas quieuiſſe perſecutionem, & nullum tibi cũ hoſtibus eſſe conflictũ, intimum cordis tui ſcrutare ſecretum, & omnes recurſus animæ tuæ diligens explorator ingredere, & vide ſi nulla te impugnat aduerſitas, ſi nullus tyrannus vult in mentis tuæ arce dominari. Etſi non ingruat externa perſecutio, ſurrepit forſan ſpiri- *Quid in tentatione faciẽdum.* Chryſoſtom.
tualis inimicus, vt tentatione te à Dei verbo dimoueat. Quis autẽ es aut qui propriis viribus cõfidas, aut de diuina gratia diffidas? Quid ſcandalizaris de verbo Dei, quia contrariũ aliquid ſuggeſſit tentatio? Chryſo. hom. de Iob & Abrahã. Hoc verò nos præceptũ diuinũ ſancta ſcriptura docet, quę ſolui nequit, & cœlo ipſo præferẽda eſt.

Cœlum,inquit,& terra tranſibunt,verba autem mea non tranſibunt. Ne timeas ho- F
minum minas,ſed Dei.Tuta armatura eſt Dei timor, inexpugnabile ſcutum pia fi-
des eſt.Ne ſimus timidi,ne ſimus inconſtantes. Minæ indoctũ facilè trãsferunt(ſicut
& ſol exſiccat granũ quod in lapidem ceciderit,quia non habet humorem:) firmatũ
autẽ ſcientia(quique humore gratiæ abundauerit)non ignis,nõ gladius,nõ præſen-
tia,nõ futura,non periculum,nõ diabolus dimouent,modò diuina adſit gratia. In tẽ
noſtrã ſunt tentationes.Probati fuimus in fœlicitate,probati ſumus & in aduerſita-
te.Alacres ſimus,erítque vt non affligamur.Deus enim alacritatem mentis videns,
contentus erit ſola voluntate.Ne ſimus adeò inconſtantes , vt comparemur lapidi
paululum humoris habenti,& ſtatim exſiccato:comparemur & nubibus vento agi-
tatis,glumæ quam proiicit ventus à facie terræ,cæteríſque rebus leuis & malè ſolidi
momenti.Acceptum ſcilicet verbũ corde facili recondere,idémque perpendere,& G
vigili meditatione quaſi parturiendo conſeruare debemus,vt & timorem,& amorẽ,
& ſalutem ex eo colligamus.*Qui autem ſeminatus eſt in ſpinis, hic eſt qui verbum Dei au-
dit, & ſollicitudo ſæculi iſtius,& fallacia diuitiarum ſuffocat verbum, & ſine fructu effici-
tur.* His tribus modis verbum acceptum ſuffocatur,ſollicitudine, diuitiis, & volu-
ptatibus.Sic enim habet & Lucas: *Et à voluptatibus vitæ euntes ſuffocantur*. Hæ ſunt
ſpinæ & vepres.1.Cor.7.Quæ in mundo eſt, ſollicita eſt quæ ſunt mundi, & quo-
modo placeat viro.1.Tim.6.Præcipe diuitibus non ſublime ſapere , nec ſperare in
incerto diuitiarum.Eccl.34.Vana ſpes & mẽdacium homini inſenſato,quaſi qui ap-
prehendit vmbram,& perſequitur ventum,qui attendit ad viſa mendacia. Quis au-
tem non videat & honores & diuitias & voluptates adeò totos ſibi vendicare ho-
mines,vt ſpiritualibus intendere non poſſint?Hæc tria ſunt,quæ in alia parabola,a- H
uocant inuitatos à nuptiis.Alius enim dixit,Villam emi:alius,Iuga boum emi quin-
Proſp. Aquit. *Cupiditatis malum.* que:alius,Vxorem duxi,non poſſum venire.Proſper Aquitanic.lib.2. de vita contẽ-
platiua,cap.15.Iubet ecce nobis imperioſa cupiditas, vt diuina paruipendentes,poſ-
ſeſſionum terreſtrium damnoſa compendia cogitemus. Et paulo pòſt,omne ſemen
bonũ cupiditate ſuffocari oſtendit. Vaſtat,inquit,in nobis,quicquid verecundię aut
pudoris inuenerit,& quos ſuis triumphis addixit,adhuc tanquã reſipiſcendi ſubie-
ctos,omnibus viribus honeſtatis exarmat,nequãdo contra eã,qui bellare noluimus,
rebellemus.Nõ permittit animum liberum,non ſtabile corpus, vagante animo mo-
biliter,aut quietum,& velut quædam cadauera in paſtũ feris,auibus,beſtiíſque pro-
iecta,captiuos ſuos immundis ſpiritibus tradit, non lacerandos,ſed auidiſſimis mor-
tiferorum criminũ faucibus deuorandos:nec vt eſſe iã deſinant,ſed vt pœnaliter vi- I
uant.Sic quicunq; ſe voluptatibus curíſque ſæculi dederint,panem cœleſtẽ & cibũ
Hieronym. verum inter ſpinas comedunt.Hieron.in Matth.Et eleganter quidẽ adiunxit, *Falla-
cia diuitiarum ſuffocat verbum.* Blandæ enim ſunt diuitiæ,aliud agentes, aliud pollicẽ-
tes.Lubrica eſt illarum poſſeſſio, dum huc illúcque circunferuntur,& inſtabili gra-
du,vel habentes deſerunt,vel non habentes reficiunt. Vnde & Dominus diuites aſ-
Chryſoſtom. ſerit difficulter intrare in regnum cœlorum.Chryſ.hom.45.prioris Oper. in Matth.
Diuitiarum fraudes. Suffocantur ſpinis quæ audiuimus,nõ quidem ipſarum ſpinarum culpa,ſed eius qui
illas creſcere permittit.Potes enim,dummodò velis,pernicioſa hæc germina ſentiũ
incidere,ac diuitiis laudabiliter vti.Ideò nec ſæculũ dixit ſollicitudinem ſæculi, nec
diuitias,ſed diuitiarũ fraudẽ.Non ergo rebus cauſam,ſed mẽti corruptæ, atque ani-
mo attribuamus.Poſſumus enim ita ditari,vt non decipiamur,& in ſæculo ſic con- K
uerſari,vt harũ rerũ curis nõ ſubmergamur.Duo quippè vitia inter ſe oppoſita in di-
uitiis ſunt:vnũ,quod incendit ſollicitudinẽ,& obfuſcat curis:alterũ,quod molliores
deliciis reddit.Quid autẽ aliud in diuitiis eſt quàm fraus & deceptio, cùm nomina
ſola ſint in illis de rebus poſita?Nã cùm voluptas & gloria,cùm ornatus & põpa,ho-
rúmque ſimilia,fantaſmata quædã ſint,nullam quoque rerũ virtutẽ continẽt.Sed &
quẽadmodum ij,qui à vepribus capiuntur,cruentantur & punguntur: eodẽ modo
deliciæ pedibus,capiti,oculis,omnibus ſimiliter mẽbris officiunt. Deliciis ſenectus
citiùs ſurrepit,ſenſus obtunduntur,cogitatio retardatur,mens tenebris obducitur,
corpus diſſoluitur,maioris ſtercoris copia reconditur,atque reponitur:ita ex ingẽti
voluptatũ aceruo,nauigio nimium oneribus oppreſſo,crebra contingũt naufragia.
Nõ mirum igitur,ſi & voluptates ad modũ canũ adblanditæ, mordeant:& ad modũ

ſpina-

A ſpinarum bonam ſementem ſuffocent. Conqueritur etiã Lyricus & ipſe poëtã adoleſcentẽ luxuria deperdi, & illam, quã ex eius animi promptitudine conceperat expectationem paulatim obrui. Sic enim Lydiam aggreditur:

-Sybarim cur properas amando
Perdere: cur apricum
Oderit campum patiens pulueris atque ſolis.

Vinum & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes. Huius rei nobis ipſemet ſapiẽs Salomon exemplo eſſe poteſt, qui quidem bonum ſemen, ſapientiam ſcilicet ſediũ cœleſtium aſſiſtricẽ acceperat: ſed & illud laſciuarum mulierũ contubernio ſuffocatũ eſt. Itaque cùm ſollicitudines huius ſæculi, cùm diuitiarũ fraudes, cùm voluptates has ſpinas emittant, quibus omne bonum & naturæ & gratiæ obrui poſſit: ab his nos
B mentes noſtras auertere neceſſe eſt, ſed & calceatos pedes habere contra illarum aciẽ, vt tutò per hanc huius mundi viam ambulemus, vt monet Gregor. Nyſſ. lib. de vita Moſeos. *Qui verò in terram bonam ſeminatus eſt, hic eſt qui audit verbum auditu corporali & ſpirituali, & intelligit, & fructum affert.* Pſ. 118. Declaratio enim ſermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. Hi ſunt, inquit Luc. *qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent.* Bonum cor efficitur per diſciplinæ & virtutis exercitiũ, optimum autem per internæ contemplationis & conſolationis ſolatium: *hi audientes*, interiori auditu, *verbum Dei retinent*, memoria, affectu, & operis conſummatione: & *fructum* bonarum actionũ *afferunt in patiẽtia*, vt agricolæ ſuo gratus eſſe poſſit. Pſ. 136. Adhæreat lingua faucibus meis, ſi non meminero tui. Hier. 20. Factus eſt ſermo in corde meo, quaſi ignis exæſtuans, & laboraui, ferre non ſuſtinens. Tum vbi corde
C conceptum fuerit, parit pietatem & iuſtitiam, & fructum bonorum operum emittit. Matth. 7. Omnis qui audit verba mea, & facit ea, ſimilis eſt homini ædificanti domum ſuam ſupra petram. Apoc. 1. Beatus qui audit verba Prophetiæ huius, & ſeruat ea quæ in ipſa ſcripta ſunt. Tũ ſanè Pater ille cœleſtis & verus agricola, tum Chriſtus qui inſeminauit bonũ ſemen, approbabit noſtri cordis fœcunditatem: tum prædicatores verbi lætabuntur coram Deo, ſicut exultant agricolæ in meſſe: Venientes veniẽt cum exultatione portantes manipulos ſuos. Iac. 5. Ecce agricola expectat pretioſum fructum terræ, patienter ferens, donec accipiat temporaneũ, & ſerotinum.

Greg. Nyſſ.

Parabolæ grani ſynapi, & fermenti ad tria ſata farinæ, quibus Chriſtus incrementum verbi ſui prædixit: parabola Zizaniorum ſeminis creſcentis. Vbi
D *de vno creatore, de incentore mali, inſidiis dæmonum, vi hæreſum, tolerandis aliquando malis, & eorum punitione.*

Matth. 13.	Marc. 4.	Luc.	Ioan.
Aliam parabolam propoſuit illis, dicens: Simile factum eſt regnum cœlorum homini, qui ſeminat bonum ſemen in agro ſuo: cùm autem dormirent homines, venit inimicus eius, & ſuperſeminauit zizania in medio tritici, & abiit. Cùm autem creuiſſet herba, & fructum feciſſet, tunc apparuerunt & zizania. Accedentes autem ſerui patrisfamiliàs, dixerunt ei, Domine, nónne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? vnde ergo habet zizania? Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei, Vis, imus & colligimus ea? Et ait, Non: ne fortè colligentes zizania, eradicetis ſimul cum eis & triticum. Sinite vtraque creſcere vſque in meſſem: & in tempore meſſis dicam meſſoribus, Colligite primùm zizania, & alligate ea in faſciculos ad comburendum: triticum autem congregate in horreum meum. Aliam parabolam propoſuit eis, dicens, Simile eſt regnum cœlorum grano ſynapis, quod accipiens homo ſeminauit in agro ſuo: quod minimum quidem eſt omnibus ſeminibus: cùm autem creuerit, maius eſt omnibus oleribus, & fit arbor, ita vt volucres cœli veniant, & habitent	Et dicebat: Sic eſt regnũ Dei, quẽadmodũ ſi homo iaciat ſemẽtẽ in terram, & dormiat, & exurgat nocte & die, & ſemen germinet, & increſcat dũ neſcit ille. Vltrò enim terra fructificat, primùm herbam, deinde ſpicam, deinde plenum frumentum in ſpica. Et cùm ex ſe produxerit fructus, ſtatim mittit falcẽ, quoniã adeſt meſſis. Et dicebat, Cui aſſimilabimus regnũ Dei? aut cui parabolæ comparabi-		

tent in ramis eius. Aliam parabolam locutus est eis. Simile est regnum cœlorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentatum est totum. Hæc omnia locutus est Iesus in parabolis ad turbas: & sine parabolis non loquebatur eis, vt impleretur quod dictum erat per Prophetam dicentem, Aperiam in parabolis os meum, eructabo abscondita à constitutione mundi. Tunc dimissis turbis venit in domum: & accesserunt ad eum discipuli eius, dicentes, Edissere nobis parabolam zizaniorum agri. Qui respondens ait illis, Qui seminat bonum semen, est filius hominis. Ager autem, est mundus. Bonum verò semen, hi sunt filij regni. Zizania autem, filij sunt nequam. Inimicus autem qui seminauit ea, est diabolus. Messis verò, consummatio seculi est. Messores autem, angeli sunt. Sicut ergo colliguntur zizania, & igni comburuntur: sic erit in consummatione seculi. Mittet filius hominis Angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem: & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & stridor dentium. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Qui habet aures audiendi, audiat.

rabimus illud? Sicut granũ synapis: quod cùm seminatum fuerit in terra, minus est omnibus seminibus quæ sunt in terra: & cùm natũ fuerit, ascẽdit in arborem, & fit maius omnibus oleribus, & facit ramos magnos, ita vt possint sub vmbra eius aues cœli habitare. Et talibus multis parabolis loquebatur eis verbũ, prout poterant audire: sine parabola autẽ nõ loquebatur eis: seorsũ autẽ, discipulis suis disserebat omnia.

F

H

Introductio.

CONTRARIORVM diuersa ratio est, vt asserunt Philosophi: Bonum & malum contraria esse nemo negauerit: illa igitur sic contrariam rationem habent, vt ab vnâ radice minimè pendeant. G

Summa.

Deus summè bonus est, & idem Pater luminum, à quo omne bonum perfectum emanat. Ab inimico autem mala procedere sequenti parabola zizaniorum docemur. Cui interserit Dominus & duas alias parabolas: vnam de grano synapis, quod in herbam excrescens, tantum euadit, vt volucres cœli in eius ramis habitent: quo Ecclesiæ initia, progressum seu incrementum, & credentium confluentem multitudinem: alteram de fermento, quod absconsum mulier abscondit in farinæ satis tribus: quo Euangelicæ legis profectum præsagiebat. Hæc quidem omnia quæ de bono semine, Ecclesiæ incremento, Euangelij profectu dicuntur, à Dei gratia pendẽt. Verùm inimicus homo superseminat zizania, diabolus nimirùm semper insidiatur, & omnem pietatem interturbare conatur. Verumtamen cùm Deus vt summè bonus, ita omnipotens sit, futurum est vt diaboli opera dissoluantur, aut pœnis vindicentur: quod I & Christus per zizania in fasciculos collecta, & igni ad comburendum tradita, significat. Intendit igitur docere variis modis illudendos esse fideles à Pseudoprophetis, interim dum adueniente die vltima, & prædicatores Ecclesiæ verbum Dei disseminant, & permulti ex Prælatis altum somnum dormiunt: dum ad suum incrementum progreditur Ecclesia, & contendit illa totam sibi massam fermentare. Diabolus enim videns quòd modicum tempus habeat, venturus est cum ira magna, (Apoc. 12. & 20.) vt superseminet zizania, seducens quatuor angulos terræ. At verò vbi aduenerit consummatio sæculi, clausi signatique erunt sermones: tunc Angeli scandalorum hæc zizania collecturi sunt, & in ignem missuri. Porrò rectè subiungitur hæc parabola priori, cùm vtraque & de semine & seminante sit. *Aliam* ergo *parabolam proposuit eis.* Hieronym. in Matth. Quasi diues paterfamiliâs inuitatos diuersis reficiens cibis, vt vnusquisque secundum sui stomachi naturam alimenta suscipiat. Non autem dixit alteram, sed aliam. Si enim proposuisset alteram, expectare tertiã non poteramus: præmisit aliam, vt plures sequãtur. *Simile factum est regnum cœlorum,* id est, status militantis Ecclesiæ, quia tale quid huic contingit, quale de bono & malo semine narratur. De triumphante enim Ecclesia intelligi istud non potest, cùm diabolus praua illam semente inficere non possit. Interim Ecclesia militans regnũ cœlorum dicitur, quia in ea regnat cœlorum rex Christus. 2. & omnis nostra expectatio & conuersatio in cœlis sit, vnde saluatorem expectamus Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum luci claritatis suæ. 3. Sed & habet illa adinstar regni iurisdictionem suam, legem, consuetudines, Prælatos, assessores

Intentio Christi.

Hieronym. K

Ecclesia militans regnum est.

A fores, iudices. 4. Differt autem à terreno regno, quia vis, leges, vincula, & diuitiæ huius regni, non istius seculi, sed cœlorum sunt. Tale igitur quiddam in Ecclesia accidit, quale si homo bonum semen seminet in agro suo, & inimicus superseminet zizania. Fuerit scilicet *ager* hic mundus, vt tandem Christus explicat, & Christus, vt dictum est, seminator: quid aliud *seminauit nisi bonum semen in agro suo?* Ager illius erat, Mundus per ipsum factus erat, (Ioan. 1.) Ideò opus suũ reparare & renouare voluit. Coluit agrum, & semine bono conspersit. Sic enim diuina Sapientia: (Eccles. 24) Dixi, inquit, rigabo hortum plantationum, & inebriabo partus mei fructum. Quod reliquum est parabolæ, melius conferemus ad Christi interpretationem, vt suo simul sensu & ordine procedãt omnia. Tertiam interim parabolam aggrediamur: illa enim
B simul cum altera inserta est. *Aliam parabolam proposuit eis, dicens: Simile est regnum cœlorum grano synapis.* Hieron. in Matth. Regnum cœlorum, prædicatio Euangelii est, Hieronym.
& notitia scripturarum, quæ ducit ad vitam, de qua dicitur ad Iudæos: Auferetur à vobis regnum. Augustin. lib. Quæst. Euangel. Grano autem synapis cõparatur: hoc Augustinus.
enim ad feruorem fidei pertinet: vel eo quòd dicatur venena expellere. Alber. in Albertus.
Matth. Synapi proprietates sunt, quòd valde subtilis substantiæ est, ideò multum di- *Proprietates*
latatur quando conteritur. Acutum est & penetratiuum, dissoluit quoque & mun- *grani Synapis.*
dificat. Quod & verbo fidei conuenit: dilatatur enim ad æterna & temporalia, ad
pœnas & gaudia: sed & viuus est sermo Dei & efficax, acutior omni gladio ancipiti,
pertingens vsque ad medullas animæ & spiritus. Heb. 4. Dissoluit & concupiscentias, & charitate spiritus vaporosum est. Vnde Marc. 11. Christus fidem grano syna-
C pis comparat, dicens, Si habueritis fidem sicut granum synapi, dicetis monti huic, Tolle te, & mitte te in mare. *Hoc acceptum homo seminauit in agro suo.* Hoc Christus, hanc Euangelii prædicationẽ, hanc fidem in Ecclesia sua seminauit. Ephes. 2. Fides enim Dei donum est, vt ne quis glorietur. Hanc seminat in cordibus fidelium. Hier. etiam adducit & alium sensum, quòd quisque credentium seminet & hoc semen in anima sua. Sensus enim noster, inquit, & animus suscipiens granum prædicationis, *Accipere,*
& fouens sementẽ humore fidei, hanc facit in agro pectoris sui pullulare. Acceptio *sonat consensum.*
autem hæc sonat consensum: quia etsi cætera possit inuitus, credere tamen aut diligere non potest, nisi volens. Intrare in Ecclesiam potest nolens, ieiunare potest nolens, non item credere. *Hoc* synapis granum *minimum quidem est omnibus seminibus: cùm autem creuerit, maius est omnibus oleribus, & fit arbor.* Chrysost. hom. 47. in Matth. Hac Chrysost.
D quippè imagine prædicit prædicationem per vniuersum orbem omninò coruscaturã. Sed & imbecilliores cæteris omnibus atque minores erãt Apostoli. Verùm quia *Euangelicæ*
ipsis magna virtus inerat, fama eorum vbique terrarum claruit. Ad eũdem modum, *prædicationis*
vt ex visione Danielis Hieronymus suis in eundem Prophetam Comment. colligit, *virtus.*
paruus lapis excrescit in montem, & tandem vniuersum mundũ replet. Cùm enim Hieronym.
Christus paruus videretur in præsepi Bethlehem, sic euasit, vt orbi dominetur, & sua virtute cuncta repleat. Theod. serm. de legibus, legem quidem Euangelicam ab o- Theodoret.
mnium humilioribus Apostolis, ab humilimo Christo disseminatam docet: sed quæ cæteras omnes leges superauerit, & barbaros, inhumanósque quarundam nationũ
mores exploserit. Sic Euangelium omnia dogmata superauit, vt August. in quæst. Augustin.
Euang. explicat. Maius est granum synapi omnibus oleribus, cùm creuerit: quæ autem Philosophorum doctrina Euangelicam superat, & non potius ab ea vincitur?
E 1. Cor. 1. Stultam fecit Deus sapientiã huius mundi. Sic infirma mundi elegit Deus, vt cõfundat fortia. Hoc seminauit granum synapi, quod ex minimo maius fieret omnibus oleribus. Luc. 18. Qui se humiliat, exaltabitur. Phil. 2. Exinaniuit ipse semetipsum, factus Patri obediens vsque ad mortem: sed cùm creuit, maior omnibus factus est. Propterea Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen. Sic doctrina Christiana humilior est, quæ crucem, ignominiam, tormenta, patientiam, beneficentiam in inimicos commendat, & omnem fastum, vindictam, honores, diuitias, voluptates reiicit. 1. Cor. 1. Prædicamus Iesum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem ignominiam. Et tamen placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes: vt non glorietur omnis caro in cõspectu eius. Hieronym. in Matth. Pharisæorum quidem dogmata cùm creuerint, nihil mordax, nihil vitale demonstrant: totum marcidum flaccidúmque ebullit in olera & in

herbas quæ citò arescunt & corruũt. Prædicatio autem Euangelica, quæ parua vide- F
batur in principio, cùm vel in animam credentis, vel in totum mundum sata fuerit,
non exurgit in olera, sed crescit in arborem. Est enim arbor & firmior contra vento-
rum impetus, & diuturnior: siquidem prædicationis Euangelicæ stabilitatem expri-
Hilarius. mit. Hilarius in Matth. & Gregor. 19. Moral. Christus quidem granum fuit synapis,
Gregorius. quod in agro seminatum fuit, cùm ille à populo comprehensus, & morti traditus,
Christus gra- tanquam in agro fuit satione quadam corporis consepultus: Tandem verò vltra
num synapi. mensuram omnium olerum excreuit, & vniuersam Prophetarum gloriam excessit.
Granum fuit cùm moreretur: vnde & dicebat de seipso, Nisi granum frumenti ca-
dens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: arbor fuit cùm resurgeret. Gra-
num per humilitatem carnis, arbor per potentiam maiestatis. Sicut arbor, quam in
medio terræ positam vidit Nabuchodonozor, (ca. 4. Daniel.) Extendit enim palmi- G
tes suos vsque ad mare, & vsque ad flumen propagines suas. Lignum vtique vitæ in
medio paradisi, Gen. 2. *Ita vt volucres cœli veniant, & habitent in ramis eius.* Non eo hîc
sensu volucres cœli sumuntur, quo in superiori parabola: sed contemplationi dedi-
tos significant. Apud Danielem Nabuchodonozor arbori confertur, in cuius ramis
volucres quiescerent: quòd & ipse pluribus dominaretur, & multi populi ad eũ vt
iudicem & protectorem confugerant: sed quàm melius Christus, ipsi etiã Apostoli
Hilarius. huic arbori comparantur? Hilarius in Matth. Oleris enim vitæ, tanquam ægroto
Israël data est prædicatio Prophetarum: sed iam in ramis arboris cœli volucres in-
habitant: Apostolos scilicet ex Christi virtute protensos, & mundum inumbrantes
in ramis intelligimus. In quos Gentes in spem vitæ aduolabunt, & aurarũ turbine,
Hieronym. id est diaboli spiritu flatúque vexatæ, tanquã in ramis arboris, conquiescẽt. Hieron. H
in Matth. Ramos Euangelicæ arboris, puto dogmatum esse diuersitates, in quibus
supradictarum volucrum vnaquæque requiescit. Assumamus & nos pennas colum-
bæ, vt ad altiora volitantes possimus habitare in ramis huius arboris, & nidos facere
doctrinarum, terrenáque fugientes, ad cœlestia festinare. Cœlestis enim ille Abrahã
pater multarum Gentium nos cum Angelis inuitat, Genes. 18. Requiescite sub ar-
bore. Ad eam contendit fidelis anima, Cant. 7. Dixi, ascendam ad palmam, & appre-
hendam fructus eius. *Aliam parabolam locutus est eis*, ex qua idem quod superiore con-
cluderet, Euangelij scilicet dilatationem & virtutem. *Simile est regnum cœlorum fer-*
mento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentatum est totum.
Chrysosto. Chrysost. hom. 47. in Matth. Hoc ita intelligendum scribit, ac si dicat: Sicut fermẽ-
tum, quamuis modicum sit, magnam farinæ copiam transmutat, sic vos vniuersum I
terrarum orbem vestra prædicatione conuertetis. Fermentum igitur modò in bonã,
modò in malam partem sumitur: contingit enim non modò bonæ, sed & deprauatæ
doctrinæ latè se porrigere, & vicina transmutare. 1. Cor. 5. & Gal. 5. Paulus ad falsam
doctrinam transfert, dicens, Modicum fermenti totam massam corrumpit. Triplex
igitur fermentum in scripturis legimus, Pharisaicum, Matth. 16. Luc. 12. & Marc. 8.
Similitudine Malitiæ & versutiæ, 1. Cor. 5. Gal. 5. Apostolicũ, cuius hîc mentio fit. Prudentissimè
docet quomo- autem, & ex natura rerum imagines condixit, inquit Chrysost. vt ostendit, sicut illa
do 12 tantùm natura duce impossibile est non fieri: pariter hæc quoque naturæ domino condu-
Apostoli po- cente necessariò succedura. Occurrit igitur hac similitudine, his quæ contrà obiici
tuerint sibi possent. Et quid nos duodecim homines poterimus ad tantam totius orbis multitu-
totum orbem dinem? Atqui, inquit, idipsum maximæ virtutis vestræ splendorem ostendet, quòd K
subiicere. multitudini orbis immixti non confundemini. Nam & fermentum cùm farinæ ap-
propinquauerit, totam massam fermentat. Non transmutatur fermentum, sed alia,
ad quæ accesserit, transmutat. Ita neque vos in mores Gentium transibitis, sed illos
ad vestram doctrinam & pietatem traducetis. Etiamsi ambuletis inter medias ollas,
inquit Psaltes, pennæ conuersationis vestræ, vt pennæ columbæ deargentatæ, & po-
steriora dorsi eius, ceu famæ quam relicturi estis, in pallore auri, quo charitas expri-
mitur. Ex ipsa scilicet vestra conuersatione omnes tandem ad mutuam charitatem
Pet. Chrys. intuitabuntur. Petrus Chrysolog. sermone 99. Res de vsu geritur. Vir in agro synapis
arborem serit, domi mulier fermentum procurat, & panes præparat alimoniæ: quia
virum foris expectat labor, intus, mulierem domestica cura constringit. Hinc est
quòd (Gen. 18.) Sara sterilis & anus ex ista præparatione fermenti, & ex tribus men-
suris,

A furis, tres subcinericios panes Dominicæ hospitalitati offert, & mystico proponit obsequio, vt sterilitas mundi tota senectute concluſa, in mẽsuris tribus, hoc est in æqualitate Patris & Filij & Spiritus sancti, fermentum fidei collocaret: & domino suo tres panes poneret confessione Trinitatis, atque pro munere hoc, totam Christiani germinis fœcundaretur ad prolem. Augustin. lib. 1. Quæst. Euang. q. 12. Mulierem sapientiam dicit, fermentum dilectionem, qua feruere facit & excitat. In farinæ autem satis tribus, vel tria illa in homine, & ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente: vel tria illa fructifera, centesimum, sexagesimum, trigesimum: vel tria genera hominum, Noé, Daniel, Iob intelligit. Alibi etiam Trinitatis fidem significari notat. Clemens Alexandr. lib. 5. Stromat. profunda mysteria inteiligit, quibus in vnitatem fidei coalescamus. Proposita enim hac parabola, adiicit: Aut enim tripartitò per B obedientiam salua fit anima, per spiritualem potestatem in ea absconsam, per fidem: aut quòd vis verbi, quæ data est nobis, cùm sit & valida & compendiosa, quemlibet qui eam exceperit, & intra se possederit, occultè & latenter ad se trahit, & omnem eius coactam multitudinem colligit in vnitatem. Petrus Chrysolog. serm. 99. prosequitur postremam Augustini de tribus satis interpretationem. Mulier, inquit, accepit à Deo fermentum fidei, quæ acceperat à diabolo perfidiæ fermentum: abscondit in mensuris tribus, hoc est in tribus hominum tẽporibus, quod est ab Adam vsque ad Noé, à Noé vsque ad Moysen, à Moyse vsque ad Christum: vt mulier, quæ corruperat fermento mortis in Adam totam massam generis humani, fermento resurrectionis totam carnis nostræ massam redintegraret in Christo: Vt mulier quæ confe- C cerat panem gemitus & sudoris, panem vitæ coqueret & salutis: & esset omnium viuentium mater vera per Christum, quæ erat in Adam mater omnium mortuorum. Ob hoc enim Christus nasci voluit, vt sicut per Euam venit ad omnes mors, ita per Mariam rediret omnibus vita. Quæ Maria huius fermenti typum implet, similitudinem præfert, consignat figuram, dum de supernis suscipit fermentum verbi, & humanam carnem in aluo virginis, immò in alueo virginis, cœlestem totam conspersit in massam. Sed quid allegorici sensus in hac similitudine maneat, iam prodamus. Mulier quæ accepit fermentum, Ecclesia est: fermentum quod accepit, cœlestis doctrinæ sacramentum est: mensuræ tres, in quibus perhibetur abscondisse fermentũ, Lex, Prophetæ, Euangelia, vbi diuinus sensus mystico absconditur, & celatur in verbo, vt fidelem non lateat, lateat infidelem. Quod autem dixit, *donec fermentatum est totum*, illud est quod Apostolus dicit: (1. Cor. 13.) Ex parte scimus, & ex parte prophetamus: D cùm autem venerit quod perfectũ est, cessabit quod ex parte est. In conspersione scientia nunc diuina est, aspergit sensus, leuat corda, incrementat ingenia, & doctrinarum more, ad sapientiæ cœlestis dilatat, suscitat, diffundit augmentum. Fermentabitur autem totum, quando Christo adueniente, videbimus eum sicuti est. Rabanus in Matth. Charitas enim in nostra mente recondita eò vsque crescere debet, vt totam mentem in sui perfectionem commutet: quod hîc quidem inchoatur, in futuro verò perficitur. Hieron. in Matth. exponit de doctrina Euangelica, qua sapientia tribus satis absconderit. Tria autem fata, tres animæ potentias intelligit, rationalem, irascibilem, & concupiscibilem. Et nos ergo, inquit, si acceperimus fermẽtum hoc Euangelicum sacrarum scripturarum, in ratione possideamus prudentiam: in ira, odium contra vitia: in desiderio, cupiditatem virtutum: & hoc totum fiet per E Euangelicam doctrinam quam nobis mater Ecclesia præstitit. Prosequitur & superiorem sensum fatorum in fide Trinitatis. Hilarius verò in Matth. fermentũ hoc de Christo exponit. Fermentum enim, inquit, de farina est, quod virtutem acceptam aceruo sui generis reddit. Hoc autem fermentum acceptũ mulier Synagoga per iudicium mortis abscondit in his tribus farinæ mensuris, Legis scilicet, Prophetarum, Euangeliorum æqualitate coopertum. Vnum omnia fecit, vt quod lex constituit, Prophetæ nunciauerunt, idipsum Euangeliorum profectibus expleatur. Quanquã ad trium Gentium vocationem ex semine Cham, Sem & Iaphet, tres mensuras farinę referendas esse, sensisse multos memini. Sed nescio an hoc, ita opinari ratio permittat: cùm, etsi omniũ Gentium vocatio sit, in his tamen Christus non absconsus sit, sed ostensus: & in tanta infidelium multitudine non fermentatũ est totũ. Interim tamen nihil impedit, quin & totũ fermentetur, cùm dicat Paulus, quòd postquàm

Augustin. *Mulier sapiẽtia.*

Clem. Alex.

Pet. Chrysol. *Quæ tria fata.*

Rabanus.

Hieronym.

Hilarius.

Mulier Synagoga.

Vocatio Gentium & Iudæorum.

plenitudo Gentium ſubintroierit, reliquiæ Iſraëlis ſaluæ fient:& Chriſtus (Io.10.) F
fiet vnum ouile & vnus paſtor. Et Daniel, Probabuntur,& dealbabuntur. Ita fiet ſcilicet, vt omnes ad fidem vnius Dei reducantur: oportet interim fermentum verbi Euangelici abſcondi & celari in cordibus quorundam, donec totum appareat fermentatum, id eſt, donec omnes Euangelium accipiant. Hoc videmus in parte fieri. Quantumuis enim barbaros exiſtimemus in Oriente, Occidente, Septentrione, & Meridie, immixti tamen ſunt nonnulli, qui Chriſtianam ſaltem deguſtarunt pietatem: Et in horum animis latet fermentū hoc, donec Dominus omnes ad Euangelii ſui confeſſionē deducat. *Hæc omnia locutus eſt Ieſus in parabolis ad turbas, & talibus multis parabolis loquebatur eis verbum, prout poterant audire: ſine parabola autem non loquebatur eis.* Parabola ſimilitudo eſt. Hæc magis vrget ſimplices & idiotas ad cognoſcēda maiora: ſic enim quaſi manu ducuntur, ex rerum communium & notiſſimarū argumentis G
ad ſpiritualium cognitionem. Quid eſt verò quòd ſine parabolis nihil dixiſſe perhibetur? Ergo quicquid in Euangelio aſſeritur, parabolicum eſt? Auguſt. de Quæſt.
Auguſtin. Euang. Hoc dicitur, non quia nihil propriè locutus ſit, ſed quia nullū ferè ſermonē
Hieronym. explicauit, vbi non per parabolā aliquid ſignificaret. Hierony. in Matth. Non autē diſcipulis, ſed turbis parabolas loquebatur, & vſque hodie turbæ in parabolis audiunt. Verùm hîc nihil prodeſt ipſius literæ cognitio, niſi ſenſum parabolæ penetra-
Cl. Alexandr. ueris. Clem. lib. 1. Stromat. Quòd ſi non eſt, inquit, omnium cognitio, aſinus ad lyrā, vt in prouerbiis dicitur. Sues certè magis delectantur luto, quàm aqua munda: &
Auguſtinus. quidam magis requirunt literam, quàm ſpiritum. Auguſt. lib. 2. de Doct. Chriſt. c. 6.
Cur Chriſtus in parabolis loquebatur. Multis enim & multiplicibus difficultatibus & ambiguitatibus decipiuntur, qui temerè legunt ſcripturas, ita obſcurè quædam dicta denſiſſimā caliginem obducunt. H
Quod totum prouiſum diuinitùs eſſe non dubito, ad edomandam labore ſuperbiā, & intellectum à faſtidio reuocandum, cui facilè inueſtigata plerumque vileſcunt.
Pet. Chryſo. Petrus Chryſolog. ſerm. 96. in hanc parabolam. Si, inquit, dicta vel facta Chriſti paſſim carnalibus ſenſibus ſubiicerentur, torpeſceret animus, mens vacaret, dormiret ingenium, cor tabeſceret, extingueretur quicquid humani vigoris eſt & caloris. *Propoſuit*, inquit, *illis parabolam.* Sicut in lapide friget ignis, latet ignis in ferro: ipſe tamen ignis ferri ac lapidis colliſione flammatur: ſic obſcurū verbum verbi ac ſenſus collatione reſplendet. Certè ſi myſtica non eſſent inter infidelem fidelemque, inter impium ac piū, diſcretio non maneret: nunc verò cùm petit anima, mens pulſat, quærit ſenſus, ſperat pietas, fides exigit, meretur intentio, apparet & ſudantis fructus, &
pœna deſidis, & iuſtitia largitoris ſimul, quia plus accepta ſapiunt, quàm poſſeſſa: in- I
Thomas. uenta magis, quàm ſubiecta delectant. Thomas in Matth. Cur ergo in parabolis loqueretur, ratio duplex eſt. Inter turbas fideles infidelibus permixti erāt. Malignis & infidelibus ita loquebatur, vt non intelligerent, & videntes non viderent. Fideles verò hoc dicendi modo magis inſtruebat, eorūque mentibus quod volebat, inculcabat. Sic Paulus, 1. Cor. 4. Non potui, inquit, vobis loqui quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus. Spiritualis enim (Prou. 1.) animaduertet parabolam & interpretationem, verba ſapientum & ænigmata eorum. Adiicit Matth. & aliam rationē. *Vt adimpleretur quod dictum eſt per Prophetam,* (Pſal. 77.) *Aperiam in parabolis os meum, eructabo*
Hieronym. *abſcondita à conſtitutione mundi.* Hierony. in Matth. Hoc teſtimonium de 77. Pſalmo ſumptum eſt. Legi in nonnullis codicibus, eo loco vbi nos poſuimus, & vulgata editio habet, Vt adimpleretur quod dictum eſt per Prophetam dicentem, ibi ſcriptū eſſe, per Eſaiam Prophetam dicentem. Hinc factum eſt, vt Porphyrius Euangeliſtæ K
ignorātiā exprobraret, vt qui Eſaiæ deputauerit, id quod in Pſalmis legebatur. Quia
Conciliatur lectio huius loci. ergo minimè inueniebatur in Eſaia, arbitror poſtea à prudentibus viris eſſe ſublatū. Sed mihi videtur in principio ita editū: *Quod ſcriptum eſt per Aſaph Prophetam dicentem.* Septuageſimus enim ſeptimus Pſalmus, de quo ſumptum eſt hoc teſtimonium, Aſaph Prophetæ inſcribitur. Et primùm ſcriptorē non intellexiſſe Aſaph, & putaſſe ſcriptoris vitium, atque emendaſſe nomen Eſaiæ, cuius vocabulū manifeſtius erat. Sciendum eſt itaque, quòd non ſolùm Dauid, ſed & cæteri, quorum in Pſalmis & hymnis & canticis Dei præſcripta ſunt nomina, Prophetæ ſunt appellandi, Aſaph videlicet, & Idithun, Eman Eſraites, & reliqui quos Scriptura commemorat: quódque in perſona Domini dicitur, *Aperiam in parabolis os meum.* Conſiderandum attentiùs,

A tiùs, & inueniendum deſcribi egreſſum Iſraëlis ex Ægypto, & omnia ſigna narrari, quæ in Exodi continentur hiſtoria. Ex quo intelligimus, vniuerſa illa, quæ ibi ſcripta ſunt, parabolicè ſentienda, & manifeſtare abſcondita ſacramenta. Hoc enim Saluator edicturum ſe promittit, dicens: Aperiam in parabolis os meum. Auguſtin. in Pſ. 77. hinc colligit parabolicè dici hîc omnia, cùm vniuerſa populo Hebræo in figuris contingerent, (1. Cor. 10.) Vnde & nobis potius hæc cantata ſunt, ſicut inter cætera in hoc Pſalmo dictum eſt, Vt cognoſcat generatio altera. Sacramentũ enim regni cœlorum velabatur in veteri Teſtamento, quod plenitudine temporis reuelaretur in nouo. Hunc ergo ſenſum habent hæc verba, iuxta Gloſſam, ac ſi dicat Chriſtus: Ego qui priùs locutus ſum per Prophetas, modò in propria perſona aperiam os B meum in parabolis, & eructabo, ſeu de theſauro cordis mei emittam myſteria, quæ abſcondita erant à cõſtitutione mundi. Pſ. 44. Eructauit cor meum verbum bonũ. Pſal. 18. Dies diei eructat verbum. Sic quod Septuag. vertunt φθέγξομαι, id eſt, loquar, Matth. interpres vertit ἐρεύξομαι, eructabo: quodque illi προβλήματα, problemata ſeu propoſitiones, hîc legitur κεκρυμμένα, id eſt abſcondita. Hebræa enim ſic habent: אפתח במשל פי אביעה חידות מיני קדם *Ephta be maſſal phi, auiiha hidoth mini kedem*. quæ idem ſonant quod verba Matthæi, niſi quòd habet *ab initio*, pro eo quod legimus *à conſtitutione mundi*. Myſteria ſcilicet noui Teſtamenti abſcondita erant. 1. In mente paterna. Vnde &, In capite libri ſcriptum eſt de me, inquit Chriſtus. Et electi ſumus ante mundi conſtitutionẽ (Epheſ. 1.) 2. In figuris & typis prioribus, quæ etiam hac mundi conſtitutione prænotabantur, in cœlo, terra, aëre. 3. In promiſſionibus primùm factis Adamo. 4. In reuelationibus & viſionibus, quæ & Adamum & patres in meliorẽ ſpem eleuarent. *Tunc dimiſſis turbis venit in domum, & acceſſerunt ad eum diſcipuli, dicentes: Ediſſere nobis parabolam zizaniorum agri*. Conſultò Dominus in domum ſe ſubtrahit, vt ibi interrogetur, & ad interrogata reſpondeat de his quæ populus nec merebatur audire, nec poterat, vt obſeruat Hierony. in Matth. Nec enim omnibus, ſed dignis tantùm reuelanda ſunt tanta myſteria. Rogant autem diſcipuli, vt familiariores, nobis exemplum præbentes, vt ſi qua in ſcripturis difficultas oritur, quam non intelligamus, oremus Deum potius, quàm verbis contendamus. Oratione nimirùm reſolutionem nanciſcemur ab eo, qui aperuit Apoſtolis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas. Ioan. 26. Cæterùm quod aiunt, *Ediſſere*, dictio Græca eſt, φράσον ἡμῖν. Eſt autem φράσον omninò plus quiddã quàm loquere. Rabanus in Matth. Myſticè autem di- D miſſa turba tumultuantium Iudæorum ingreditur Eccleſiam Gentium, & ibi fidelibus exponit ſacramenta cœleſtia. *Qui reſpondens ait illis: Qui ſeminat bonum ſemen, eſt filius hominis*. Remigius in Matth. Ideò autem Dominus ſe filium hominis appellauit, vt hoc indicio nobis exemplum humilitatis relinqueret: ſiue quia futurum erat, vt hæretici negarent eum hominem eſſe: ſiue vt per humanitatis fidem poſſimus conſcendere ad diuinitatis cognitionem. Seminauit verbum Dei, ſeu filius, ab initio in mentibus Patrum & Prophetarũ, vt docet Clem. Alexandrinus lib. 1. Paidag. nunc autem ſeminat per Doctores, Apoſtolorum ſucceſſores, Eccleſiæ Prælatos, concionatores. Seminauit & ipſe in forma ſerui, ne qua infidelibus eſſet excuſatio. Ita ſeminauit modo externo, cùm in propria perſona doceret, & audiretur: ſeminauit & inuiſibili modo olim, & nunc in Eccleſia. Matth. 18. Quoties duo aut tres congregàti fuerint in nomine meo, in medio illorum ſum. Et rurſus. Ego vobiſcũ ſum vſque ad E conſummationem ſeculi. Nam cùm ſit paterna ſapientia, illius fuit ſeminare ſemen bonum verbi. Hier. 31. Seminabo domum Iſraël, & domũ Iuda ſemine hominum, & ſemine iumentorum. Nouit enim quid ſpiritualibus, & quid carnalibus qui per iumenta ſignificantur, opus eſſet. Ideò his parabolas, illis nuda myſteria propoſuit. *Ager autem eſt mundus*. Ioan. 1. Mundus per ipſum factus eſt. Pſ. 23. Domini eſt terra, & plenitudo eius. Venit ergo in mundum, vt agricola in agrum, vt tolleret vepres, tribulos & infructuoſas herbas: ſimúlque terram cultam ſemine conſperſam fœcundaret. Sic Hieremias velut agricola conſtituebatur. Poſui te, inquit Dominus (Hie. 1.) vt euellas & plantes, deſtruas & reædifices. Ægrè ferebat mundum hunc ſpinis prophanorum cultuum, ſuperſtitionum, impietatum horreſcere. Deſcendit igitur in agrum: & qui cœlo terræque dominatur, adinſtar humilimi hortulani viſus eſt Mariæ Magdalenæ. Ioan. 20. Hæc & per ſe, & per Apoſtolos, & adhuc nunc per miniſtros

Auguſtin.

Conciliantur verba Pſal. 77. cum verbis Matthæi.

Hieronym.

Rabanus.

Remigius.

Clem. Alex.

Ager mundus.

suos auferre contendit: vt quæ Patris sunt, nostris animis inserat. *Bonum autem semen hi sunt filii regni*. hoc est, vt interpretatur Albertus in Matthæum, ad regnũ formati per semen, è quo etiam seminis nomen acceperunt. Ps. 21. Anima mea illi viuet, & semen meum seruiet ipsi. Regni filii dicuntur, quia Rom. 8. si filii, & hæredes. Atqui, (Ioan. 1.) dedit potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Renascũtur autem ex semine incorruptibili verbi Dei. *Zizania sunt filii nequam*, propter causam oppositam. Zizania etiam ea dicuntur, quæ animos hominũ ita peruertunt, vt filii nequam dici possint: qualia sunt hæreses, schismata, lites, dissensiones, & cætera quæ militant aut in fidem, aut in charitatem. Esa. 1. Væ populo graui, semini nequã, filiis sceleratis. *Inimicus autem qui seminauit ea, est diabolus*. Hoc loco Manichæi abusi sunt, in fauorem Dei mali quem somniarunt, quasi creator etiam quorundã sit, quia dicitur quòd & filios nequam seminarit. Verùm non ita intelligendum est, quasi creator illorum fuerit, sed quia per impostura & tentationes suas illos nequam & peruersos reddiderit. Boni erant, si creationem priorem spectes, sed corrupti & fascinati sunt ab homine inimico. Vnde & Sapiens: Fecit Deus hominem rectũ, sed ille infinitis se miscuit quæstionibus. Hinc factum est, vt & Christus Iudæis exprobraret, (Ioan. 8.) quòd ex patre diabolo essent, rationémque redderet, non à creatione, sed ab affectibus. Adiecit enim: Et desideria patris vestri vultis perficere. Sic Danielis exprobratio ad senes (c. 13.) intelligenda est. Semen Chanaan, & non Iuda, species decepit te, & concupiscentia subuertit cor tuũ. Ideò Psaltes orat, (Ps. 12.) Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiã in morte, nequando dicat inimicus meus, Prævalui aduersus eum. Sap. 2. Inuidia enim diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Pet. Chrysologus serm. 96. Audistis igitur, quemadmodum sator mundi bona rerum principia seuit, nec vllum malum ab originis processit auctore. Ab inimico superseminatum est malum, non à rerum parente procreatum. Et vidit Deus, inquit, (Genes. 1.) omnia quæcunque fecit, & erant valde bona. Bona & valde bona. Nam quem Deus faciens vocauit mundum, inficiens reddidit inimicus immundum: & hominem, quem Deus in paradiso deliciarum collocauit ad vitam, inimicus in hac laboris vita detraxit ad mortem: & affectum quem carni Deus inseruit per naturam, inimicus in parricidium per inuidiam commutauit. Cain probat hoc, qui primus germano sanguine terram tinxit, (Genes. 4.) & in exitium fraternũ mortis dignus extitit dedicator. Sic ex discordia nata mors, semper humanam scindit & separat charitatem. Et quia longum est ire per singula, vel paucis aperire compellimur, qualiter inimicus bonis mala, virtutibus vitia, vitalibus mortalia, nostram semper superseuerit ad ruinam. Nónne ex vno homine Deus omnem repleuit terram, & ex vno semine pius sator totum genus hominum tantam multiplicauit ad messem? Sed inimicus homines omnes mox in vnũ redegit, & superseminando mala, quod benè satum fuerat, deleuit diluuio, non rigauit. Sic legem diuinis & veracibus satã præceptis, humanis & mendacibus fucauit inuentis: vt de sacerdote fieret persecutor, de Doctore deprauator existeret, de defensore legis redderetur inimicus. Sic creatura ad agnitionem condita creatoris, vt nesciretur Deus, Deos esse mentitus est. Hinc sapientes sæculi fecit stultos, speculatores mundi docuit nihil videre, professores scientiæ fecit scientiam non habere, inquisitores rerum omnium dimisit ignaros. Basilius hom. 5. Hexaëmeron. Porrò, inquit, zizania non ex frumenti transmutatione fiunt, sed ex proprio principio subsistunt, propriúmque genus habent. Atque hæc sanè imaginem habent eorum, qui doctrinas Domini illegitimè adulterant, & non genuino more sermonem edocti sunt, sed ex praui spiritus doctrina corrupti: permiscent autem seipsos sano Ecclesiæ corpori, quo ex obscuro malum ipsis simplicioribus affricent. Macarius Ægyptius hom. 26. Istud ergo spiritualiter accipe. Nam post transgressionem terra cordis producit spinas & tribulos: operatur homo, elaborat, adhuc tamen spinæ improborum spirituum renascuntur: deinde sanctus ille spiritus succurrit infirmitati humanæ, Dominúsque mittit in terram cordis semen cœleste, ac excolit eam: iacto semine renascuntur adhuc spinæ & tribuli: iterũ Dominus ipse, necnon homo, exercent terrã animæ, septémque spiritus nequam ac spinæ oriuntur illic, & repullulant, donec æstas accedat, & excellat gratia, ac deficcentur spinæ ab ardore solis. Etsi enim vitium inest naturæ, non tamen vsque adeò dominatur

Albert. *Semen bonũ electi.*

In Manichæos.

Pet. Chrys.

An diabolus creauerit aliquid.

Basilius.

Zizania vnde fiunt.

Macarius Ægyptius.

A dominatur in eam, aut imperium in eam obtinet, vt ei resisti non possit. Nam zizania tenellas herbas frumenti suffocare possunt: at vbi per æstatis accessum fructus desiccati fuerint, zizania frumento nihil nocent. Cæterùm rectè dicitur à Christo, *quòd cùm dormirent homines, venit inimicus homo, & superseminauit zizania.* Nobis enim dormientibus, non autem vigilantibus, imponit diabolus. Per somnum scilicet, socordiam, negligentiam salutis, & lasciuiam intelligo. Sic fur noctu perfodit domũ, vnde & monetur paterfamiliâs vt vigilet. Ideò toties Christus inculcat suis, Videte, vigilate & orate. Et in horto, Vigilate & orate vt non intretis in tentationem. Et Petrus: Fratres, inquit, sobrii estote, & vigilate in orationibus, quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret. Quis verò dormiendum existimet, si in vicino furiosus inimicus sit? Quod autem in quoque homine contingit, vt propter suam negligentiam à Sathana vincatur, id etiam euenit Ecclesiæ, dormientibus Prælatis: id regi, principibus sua & non quæ populi sunt, curantibus: id denique omnibus qui præsunt, si deliciis, cupiditatibus, propriis etiam commodis magis inseruiant, quàm Deo & subditis. Chrysost. hom. 47. Oper. prior. in Matth. Illud profectò diaboli artibus astutè fieri scire debemus, vt veritati semper errores connexi atque inserti, per similitudines facilè decipiant leuiores. Propterea non alia semina, sed zizania immixta dicit, quæ tritico similima sunt. Modum quoque insidiarum proposuit. *Dum enim dormirent homines,* ait: non paruum periculum prærupti præcipitij Præsulibus hinc imminere docens, quibus agrorum cura commissa est: nec Præsulibus modò, verumetiam omnibus. Liquidò autẽ hinc D apparet, post veritatis semina iam collecta, erroris fraudem pullulasse: quod euentus quoque rerum confirmauit. Falsi enim Prophetæ post Prophetas apparuerunt, & fallaces Apostoli post Apostolos, & post Christum Antichristus. Nam diabolus nisi priùs videat quid sibi sequendum sit, aut quibus insidiandum, cùm quid faciendum sit, nesciat, nec conatur quidem. Si ergo etiam nunc posteaquàm intellexit ab alio centum, ab alio sexaginta, ab alio triginta fuisse producta, fraudem excogitauit. Nam quoniam euellere non potuit quod actis radicibus iam propagatum fuit, nec suffocare, nec vrere, fraudulenter nisus est sua disseminare. Gregorius Nysse. libr. de Orat. etiam ad delicias & voluptates zizaniorum significationem transfert. Quæcunque enim, inquit, deliciis ac luxui excogitata sunt, ea de zizaniorum iuxtà satorum semine sunt. Semen patrisfamiliâs frumentum est, ex frumento panis conficitur: at luxus & deliciæ zizanium est, quod ab inimico iuxta frumentum satum est. C Bonum ergo malo prius est, cùm zizania frumento superseminata sint. Nec ab vno & eodem vtrumque est, sed bonum à Deo, malum à diabolo, vt & Dionysius lib. de diuinis nominib. cap. 4. disserit. Quòd si quis contendat diabolum à Deo factũ esse, itaque malum etiam à Deo esse: respondet Tertullian. lib. 2. contra Marcionẽ, ipsum quidem à Deo esse, si naturam spectemus: corruptionem autem naturæ ab ipso diabolo profectam esse. Sed etsi, inquit, ab homine in diabolum transcripseris mali elogium, vt instinctorem delicti, vt sic quoque in creatorẽ dirigas culpam, vt in authorem diaboli, qui fecit Angelos spiritus: ergo quòd factus, à Deo est, id est Angelus, id erit eius qui fecit. Quòd autem factus à Deo non est, id est diabolus, id est delator, superest vt ipse se fecerit, deferendo de Deo, & quidem falsum. Angelum enim ex forma operum bonorum instituit bonum. Denique sapientissimus omnium edi- E tur, antequàm diabolus, nisi malum est sapientia. Et si euoluas Ezechielis Prophetiam, facilè animaduertes, tam institutione bonum Angelum illum, quàm sponte corruptum. In personam enim principis Sor, ad diabolum pronunciatur: Et factus est sermo ad me dicẽs: Fili hominis, sume planctum super principem Sor, & dices: Hæc dicit Dominus, Tu es resignaculum similitudinis, qui scilicet integritatem imaginis & similitudinis resignaueris, corona decoris (hoc vt eminentissimo Angelorum, vt Archangelo, vt sapientissimo omnium) in deliciis paradisi Dei natus es. Illic enim, vbi in secunda animalium figuræ formatione Angelos fecerat, lapidem optimum indutus est, Sardium, Topazium, Smaragdum, Carbunculum, Sapphirũ, Iaspin, Ligurium, Achatem, Amethistum, Chrysolithum, Berillum, Onychinum, & auro replesti horrea tua & thesauros tuos. Ex qua die conditus es, cum Cherubim posui te in monte sancto Dei, fuisti in medio lapidũ igneorũ, fuisti inuituperabilis in

Insidiæ dæmonum.

Vnde malũ, & quid sit.

diebus tuis, ex qua die conditus es, donec inuentæ sunt læsuræ tuæ de multitudine F
negotiationis tuæ. Promas tuas repleſti, & deliquiſti: & cætera, quæ ad ſuggillationẽ
Angeli, non ad illius principis, propriè pertinere manifeſtum eſt: eo quòd nemo ho-
minum in paradiſo Dei natus ſit, ne ipſe quidem Adam, tranſlatus potius illuc.
Nec cum Cherubim poſitus in monte ſancto Dei, id eſt in ſublimitate cœleſti, de
qua Sathanam Dominus quoque decidiſſe teſtatur, nec inter lapides igneos demo-
ratus, inter gẽmantes ſyderum ardentium radios, vnde etiam quaſi fulgur deiectus
Greg. Nyſſ. eſt Sathanas. Gregor. Nyſſenus lib. 7. Philoſophiæ, de libero arbit. c. 3. Demonſtratũ
eſt enim rationales creaturas omnes à principio optimas fuiſſe cõditas: quòd ſi dein-
de ita permanſiſſent, vt à principio creatæ ſunt, extra omnem vtique malitiam eſ-
ſent. Soli tamen Angeli incorporales verſi ſunt, & neque ipſi omnes, ſed quidam ex
ipſis, quicunque videlicet ſe ad inferiora, aut ad terreſtrium concupiſcentiam ſpon- G
te conuertentes, ab habitudine quæ eſt ad ſuperiora & diuina, ſe ſeparauerunt, in diéſ-
que magis ac magis ſeparant. Hi ſunt inimici noſtri, qui & inſidiantur nobis, & in
Pet. Chryſo. candem ſecum perditionem attrahere nituntur. Petrus Chryſolog. ſerm. 97. *Cùm au-*
Quomodo dormiãt homines. *tem dormirent homines*, inſidiator in noctibus latitat, in diebus vigilantes fugit, appetit
dormientes, foris conflictum petit, prouocat palàm ſpectantibus omnibus, & coram
Idem Chryſ. populis vult habere victoriam. Idem ſerm. 96. ſomnum hominum refert ad ſanctorũ
Patrum piam in Chriſto dormitionem, quibus hinc excedentibus, ſæpiſſimè obue-
nit, vt gregibus multomagis dæmones inſidiarentur. Quod & nouit Apoſtolus di-
cens, Act. 20. Scio quòd poſt diſceſſum meum intrabunt in vos lupi rapaces. Hinc &
Martinus orabat, vt ne permitteret Deus in gregem ſuum lupos illos poſt mortem
ſuam graſſari. Ergo cùm dormirent homines, id eſt ſancti Patres, Patriarchæ, Pro- H
phetæ, Apoſtoli, Martyres, in ſopore mortis temporaliter dormientes, inquit Pet.
Chryſolog. quia ſanctorum mors ſomnus eſt: peccatorum verò mors eſt, quia in in-
Chryſoſtom. ferno pœnæ viuunt, vitæ pereunt peccatores. Hunc ſomnum Chryſoſt. hom. 47. in
Quãta mala obuenant iuſtis erectis aut defũctis. Matth. ad quemque noſtrum, ſed maximè ad Præſules Eccleſiæ transfert. Iugi ergo,
inquit, atque perpetua nobis opus eſt cuſtodia. Ideò alibi dicebat: Qui ad finem
vſque perſeuerauerit, hic ſaluus erit. Principium autem mali fuit, quia multi ex
Præſulibus dormitantes, prauos & hæreſim occultantes viros ad gubernacula Ec-
cleſiarum promouerunt: (Sic Eudoxius Arianus Mediolani, Lucius Alexandriæ:)
& hoc vnum ſanè contendebat Valens Arianus Imperator, vt conſubſtantiales E-
piſcopi exploderentur, admitterentur autem ij, qui in Arij dogma iuraſſent, vt facilè
colligitur. Qua ex re tanta facultas diabolo data eſt, vt multo minus laboraret. Gre. I
Greg. Nanz. Nanzanz. Oratione in S. Athanaſ. Hinc, inquit, quidam iniuſtè à thronis ſunt exclu-
ſi, alij verò eorum loco introducti, & impietatis chirographa tanquam aliud quid
neceſſariũ exacta, ac atramentũ in prõptu, & ſycophantes iuxta. Ob quæ ſæpiùs ſum
collachrymatus, quum confuſionem cernerem tum vigentem, & recti verbi perſe-
cutionẽ à verbi præſidibus nunc exurgentẽ. Præſenti enim tempore Paſtores facti
ſunt inſipientes: omnes ſe tẽpori adaptarunt, tantùm inter ſe contendentes, vt quidã
antea, quidam verò poſtea paterentur. Et vt nonnulli propugnatores ac præſides fie-
rent impietatis, alij autem in ſecundo conſtituerẽtur ordine, vel timore perculſi, aut
propriis cõmodis ſeruientes, ſeu adulatione ineſcati, ſiue ignorantia decepti, quod e-
rat modeſtiſſimũ, ſi ſaltem hoc ad excuſationem ſatis eſt illis, quibus populi cõcredi-
ta eſt cura. Et quomodo, inquies, dormire poterimus? Corporis certè ſomno penitus K
impoſſibile, voluntatis autẽ omninò poſſibile. Ideò Paulus dicebat: Vigilate, ſtate in
Hieronym. fide. Hierony. in Nahum, c. 3. Scit enim rex Aſſyrius diabolus non poſſe ſe oues diſ-
ſpergere, niſi paſtores antè conſopierit. Vnde & Thebanus Epaminondas (teſte Plu-
Plutarchus. tarcho in Apophthegmatibus) cæteris ebriis ſibi vigilandũ & ſobrium eſſe licere di-
cebat. Nã ſi ſpeculatores hoſtibus imminentibus dormiant, facilè ciues, quibus præ-
ficiuntur, oppugnari poterunt. Sed & olim Sirenes (vt ab Homero fingitur) priùs ſuis
cãtibus nautas cõſopiebant, quàm ſubmergerẽt. Et venefica Circe cibo obliuionis
ſocios Vlyſſis in porcos demẽtabat. Inimicus ergo dormiẽtibus nobis ſuperſeminat
Quæ nox diabolo commoda. zizania, ídque noctu, vt celet fraudem ſuam, & nobis faciliùs imponat. Auguſtin.
Auguſtinus. rectè per agrum mundũ, non autem Eccleſiam ſignificari notat. Siquidem cùm per
zizania profunda dogmata deſignentur, manifeſtum eſt Eccleſiam ſolum triticum

doctrinæ

A doctrinæ retinere, omnia autem illi contraria ab eius officina explodi. Et tamen dicuntur zizania seminata in medio tritici: quoniam etsi non in Ecclesia, in mundo tamen infideles fidelibus, hæretici Catholicis permixti sunt. Chrysost. Nunc enim, Chrysostom.
inquit, diabolus per hæreticos seminat, qui non alia de re, quàm inani gloria commoti, pernicioſum venenum effuderunt. Non autem his verbis solùm, sed per sequentia etiam diligenter eorum figmenta descripsit. (Nam *& abiit*, inquit: se authorem enim zizaniorum falsæ doctrinæ diabolus disseminauit: voluit scilicet ex alio fuco pietatis, religionis, cultus Dei sibi prætextum facere, non ex fuco inuidiæ, superbiæ & malitiæ. Vnde factum est, vt qui hæc zizania appeterent, suarum dissensionum venenum religionis pallio operirent.) Sed &, *cùm creuisset herba, & fructum fecisset, tunc apparuerunt & zizania*. Id certè moris est apud hæreticos, vt obumbrent sei-
B pſos, atque occultent in principiis, quousque maiorem fiduciam capiant, & quodam fauore multitudinis iuuentur. Tunc enim contagiosa venena intrepidè effundunt. Et primùm quidem se pusillum esse gregem prædicant, demum de multitudine gloriantur. Et ita procedunt, vt ignis in stipite diu latens, qui tandem non domum tantùm, sed & totam ciuitatem incendit. Latent aliquandiu inter fideles, donec confirmati, suis artificiis Ecclesiam opprimere se posse præsumant. Basilius Basilius.
Epist. 64. ad primores Neocæsareæ. Reuera scilicet praua dogmata pernicioſis medicamentis, vt sunt cicuta & aconitum, & si quod est aliud pharmacum hominem occidens. Somnia autem pugnam & seditionem & dilectionis dissipationem denarrant, ne dent occasionem diabolo inuadendi animas ipsorum per somnum, neque potiores faciant ab ipso inductas imaginationes doctrinis salutaribus. Sicut au-
C tem cicuta & aconitum, somnum mortiferum inferunt, sic & hæreses: operantur enim in animis, quod illa in corporibus. Sed & illudere contendunt Magistratus omnes, ac si nihil aliud quàm pietatem spirent, cùm interim totius religionis ruinam per eos diabolus moliatur. Ita se occultat hæresis, *donec crescat, & fructum faciat, tunc enim apparēt & zizania*. Fit in his quod quis lusit de Simio, qui quamdiu humi iacuit, accedere ad humanos gestus videbatur: verùm vbi in superiora contendere cœpit, simul atque arborem conscendit,

Visus & est culo Simius esse glabro.

Apparuerunt hæreses seu zizania, statim atque caput extulerunt, & fructum fecerunt. Tum scilicet seditiones, rebelliones, sacrilegia, parricidia, incestus, rapinæ, & omne execrationis genus prodiit. Ex vnguibus leo cognitus est. Augustinus etiam Augustin.
D contra Manichæos obseruat, hæreticos sua zizania in medio tritici seminare, quòd blasphemias suas sacris scripturis immisceant, & illustrare conentur. Hinc fit vt omnes nunc nouum, nunc vetus Testamentum sibi fauere iactitent, & iis, sed malè intellectis, sibi fucum faciant ad tempus, donec creuerint & fructum fecerint. Tum scilicet ex fructu & conclusione doctrinæ, facilè deprehenduntur zizania & impostura, scripturis sanctis & antiquorum Patrum commentariis oppositæ. Vnde & ille lib. 32. contra Faustū, c. 19. sic Manichæos alloquitur. Videtis id vos agere, vt omnis Idem. Aug.
scripturarum de medio auferatur authoritas, & suus cuique animus author sit, quid in quaque scriptura probet, quid improbet: id est, vt non authoritati scripturarum subiiciatur ad fidem, sed sibi scripturas ipse subiiciat: non vt ideò illi placeat aliquid, quia hoc in sublimi authoritate scriptum legitur, sed ideò rectè scriptum videatur, quia hoc illi placuit. Ita videntur primùm in medio tritici crescere. Verùm depre-
E henduntur tandem multum differre à tritico, immò & ipsi tritico sacræ scripturæ aduersari. *Messis autem consummatio sæculi*. Chrysostomus ho. 48. Operis pr. in Matth. Chrysosto.
Cùm autem alibi messem iam adesse dixerit, vt cùm de Samaritanis, (Ioan. 5.) Leuate, inquit, capita vestra, quoniam regiones iam albæ sunt ad messem: & rursus, Messis quidem multa, operarij autem pauci: quare hîc futuram esse prædicat? A- *Sæculi consummatio cur messis.*
liam certè ibi, aliam hîc verbi huius potestatem esse videmus. Nam quando credulitatem, atque obedientiam audientium designat, vt rei consummationem ostendat, messis nomine vtitur. Quando autem fructum prædicationis ab authoribus quærit, tam semen, quàm messem ipsam consummationem appellat. Remigius in Remigius.
Matth. Per messem igitur designatur dies iudicij, in quo separandi sunt boni à malis: quod fiet ministerio Angelorum: vnde & hîc dicuntur *Messores Angeli*,

ſicut & nunc in Eccleſia miniſtri boni meſſores ſunt. Verùm agamus primùm de F
his quæ fiunt à miniſtris Eccleſiæ, antequàm procedamus ad ea quæ in mundi conſummatione contingent. *Accedentes ſerui patrisfamiliâs dixerunt ei: Domine, nónne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania?* Hoc norunt Angeli. Magis igitur oportet intelligi homines ipſos fideles ſeruorum nomine hoc loco ſignificatos,
Auguſtin. *Querimonia iuſtorũ apud Deum.* vt ſcribit Auguſtinus: nec mirum, ſi & bonum ſemen ipſi dicuntur. Ex diuerſis enim ſignificationibus vna res diuerſas ſimilitudines recipit: ſicut & de ſe ait, quòd ipſe ſit ianua, & quòd idem ſit paſtor. Accedunt autem piis votis ad Deum, aut cùm apud eum conqueruntur de ſeminis & agri ſui iactura. Sicut & Habacuk, cap. 1. Quare taces deuorante impio iuſtiorem ſe? Et Pſaltes, Pſalm. 2. Quare fremuerunt Gentes, & populi meditati ſunt inania? Et alibi: Ipſi peccatores obtinuerunt diuitias. Noſtrûm enim eſt effundere coram Deo corda noſtra, & communes Eccle- G
ſiæ perſecutiones velut patri pientiſſimo proponere. Noſtrûm eſt & Eccleſiæ Ponti-
fices, velut terræ iſtius ſatores, de occultis hæreſum zizaniis commonefacere, vt
Leo Mart. ſibi ſuiſque proſpiciant. Leo Martyr ſer. 4. de Collectis. Vt enim in omnibus dilectio veſtra placeat Domino, etiam ad hanc vos hortamur induſtriam, inquit: vt Manichæos vbicumque latentes, veſtris Preſbyteris publicetis. Maxima eſt enim pietas prodere latebras impiorum, & ipſum in eis cui ſeruiunt, diabolum debellare.
Baſilius. Baſilius Epiſt. 141. ad Cæſarienſes. Vos igitur, ô diuina & chariſſima mihi omnium capita, cauete Philiſtæorum paſtores, ne quis clam vobis obturet puteos, & ſcientiæ circa fidem puritatem conturbet. Hoc enim ipſis ſemper ſtudio eſt, non ex diuinis ſcripturis docere animas ſimpliciores, ſed externa ſapientia refutare veritatem. Hos Paulus præcauendos & fugiendos monet. Videte, inquit, canes, vi- H
dete conciſionem, flens dico inimicos crucis Chriſti, quorum Deus venter eſt, &
gloria in confuſione ipſorum qui terrena ſapiunt. Itaque ad modum interrogantiũ conquerimur apud Deum, Nónne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? Nónne o-
Pet. Chryſ. mnia iuſta & recta ſunt? Vnde ergo dogmatum zizania? Petrus Chryſolog. ſerm. 97. Et benè dixerunt, Seminaſti, non ſeminauimus: ſiquidem quod per te facimus, nos ſemper noſtro aſſignamus authori, & tu in iis quæ nobis facienda præcipis, ipſe operator aſſiſtis. Ergo ſi nos operis tui facis eſſe pro tua dignatione conſortes, non nobis ſolis quòd zizania naſcuntur, aſcribas Domine, aut tecum nos munit innocentia, aut nobiſcum te reatus attingit. Nos præter tuam gratiam nihil habemus, per quam ſtamus, viuimus, mouemur & ſumus, & ſine qua iacemus, deficimus & perimus. Ergo nos hæc nobis ſic laborauimus, vt perirent? Cuius autem eſt I
magis agros ſuos quàm patrifamiliâs, cuius creaturis potiùs conſulere quàm creatoris? Tu igitur nobiſcum iſtius agri curam geris. Noſtrum eſt conqueri, lugere, precari: tuum conſolari, & in omnibus mederi. Et quidem omnia bona abs te ſunt. Sap. 1. Deus mortem non fecit, ſed impij manibus & verbis accerſerunt eam. Hæc ſunt illa zizania, quæ ad ſuffocanda bona ſemina immittuntur. De quibus etiam reſpondit, *Et ait illis, Inimicus homo hoc fecit.* Verùm cùm hoc tribuatur diabolo, cur
Cur diabolus homo inimicus. modò homo inimicus dicitur? An non magna inter Angelum & hominem differentia eſt? At vero homo eo modo intelligitur, quo & Iudas diabolus appellatur, Ioan. 6. Nónne, inquit Chriſtus, ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus eſt? Non quòd in dæmonum naturam, ſed affectus tranſierit. Ita diabolus homo dicitur, quia ſe hominibus accommodat, vt fallat. Noſtra ſe curare, diligere, pro- K
Tertull. ſequi fingit, vt & nos ipſos ſubuertat. Ideò in perſona peccatoris viri adumbratur, inquit Tertullian. lib. 2. contra Marcionem. 2. Sed & ſeſe velut domeſticum hominis efficit, vt ſint inimici hominis domeſtici eius, Mic. 7. Sic primũ ſe inſinuauit in familiare colloquium Euæ, ſic phantaſiis, ſomniis, cæteriſque tentationibus in ſecreto
Hieronym. calami poſitus iſte draco nobis illudit. 3. Hierony. in Matth. Sed & diabolus propterea inimicus homo appellatur, qui Deus eſſe deſiit, de quo & in 9. Pſalmo ſcriptum eſt: Exurge Domine, non confortetur homo. Inimicus autem verè cenſendus
Origenes. eſt, qui vitæ noſtræ inſidiatur, qui ſi poſſet, omnes homines perderet, vt ſcribit Origenes lib. 3. in Iob. Verùm à Deo prohibetur. Interim tamen nobis dormientibus, quantum poteſt obrepit. Euthym. in Matth. diabolũ hominem dicit, vt qui affectio-
Euthym. nibus & voluptatibus ſubiectus ſit, & adinſtar hominis res amet corporeas. Hominé

etiam

A etiam dixerim, quia per homines loquitur, & horum ministerio zizania disseminat. Inimicum illum censendum Dominus ab initio docuerat, dicēs mulieri: Inimicitias ponā inter te & serpentem, inter semen tuum & semen illius. Petrus Chrysolog. ser. 97. Et quare tu Domine, cùm hoc videres, permisisti? Quare? Quia timere fraudes non potest, cui nihil potest deperire: & quia plus est mystica discernere, quàm prohibere mysterium: maius est reparare perdita, quàm illęsa reseruare: simul quia oportet zizania esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant. His rationibus permittit Dominus hæreses, non quia bonæ sunt, aut in illis sibi placeat, aut rescindere cùm velit, nō possit, sed quia ex illarum argumento fideles magis discernuntur. Tertullianus lib. de præscript. contra hæreticos. Et ideò hæreses quoque oportebat esse, vt probabiles

B quique manifestarentur, tam qui in persecutionibus steterint, quàm qui ad hæreses non exorbitauerint. Neque enim eos probatos intelligi iubet, qui in hæresim fidē demutant. *Serui autem dixerunt ei, Vis imus, & colligamus ea?* Euthym. in Matth. Serui illi orthodoxi sunt, qui feruentiorem erga cultum suum gerunt affectum & zelum, & frequenter admirantur cum indignatione, quòd Deus zizania nasci permittat. Hi igitur violenter euellere, & gladiis demetere zizania statuunt, si modò id patrifamiliās visum fuerit. Ad eundem sanè modum Petrus, Vis, inquit, imus & percutimus in gladio? Quot enim sunt, qui zelo ducti, statim prophana quæque vindici gladio eradicanda contendant? Duo autem in iis laudanda sunt, vt obseruat Thomas in Matth. Vnum, quòd mouentur ad destruendum malum, iuxta illud 1. Cor. 4. Auferte malum ex vobis ipsis. Alterum verò, quòd nihil pro-

D prio motu, sed iussu Domini aggrediuntur. Tob. 4. Omni tempore benedic Deum, & omnia consilia tua in ipso permaneant. *Et ait illis, Non. Ne fortè colligentes zizania, eradicetis simul cum eis & triticum. Sinite vtraque crescere vsque ad messem.* 2. Pet. vlt. Non tardat Dominus promissionem suam, sed patienter expectat. Porrò, vt obseruat Thomas Aquinas libr. Comment. in Matth. Quatuor de causis mali propter bonos eradicandi non sunt. 1. Quia per malos excitantur boni, 1. Cor. 11. Vnde & oportet hæreses esse, & Prou. 11. Qui stultus est, seruiet sapienti. Si non fuissent hæretici, inquit, non claruisset scientia sanctorum Augustini, Athanasij, & aliorum. 2. Quia nonnunquam contingit, vt qui modò malus est, postea bonus fiat. Hieronym. in Matth. Datur ergo locus pœnitentiæ, inquit, &

C monemur ne citò amputemus fratrem, quia fieri potest, vt ille qui hodie noxio dogmate deprauatus est, cras resipiscat, & defendere incipiat veritatem. Hinc est, inquit Pet. Chrysolog. serm. 97. quòd author vtraque referebat ad messem, id est vsque ad iudicium diuinæ patientiæ suæ, & nostræ pœnitentiæ tempus, vt qui se de malo commutarit ad bonum, dominicum deputetur in triticum. Si enim zizaniis nō Dei patientia subueniret, nec Matthæum de Publicano Euangelistam, nec Paulum de persecutore Apostolum Ecclesia possideret. Denique Ananias eradicare triticum tunc quærebat, quando ad Saulum missus, de Paulo talia querebatur: (Act. 9.) Domine, quanta mala fecit sanctis tuis: hoc est, eradica zizania. Quid ad lupum ouis? Quid ad contumacem deuotus? Quid ad persecutorem talis prædicator missus? Sed cùm Ananias videret Saulum, Paulum Dominus tunc videbat: cùm Ananias persecutorem diceret, tunc Dominus prædicatorem sciebat. Augustin. libr. 3. Quæstio.

E Euangel. cap. 12. Ideò fortè simul eradicatur triticum, cùm auferuntur zizania, quia multi primò zizania sunt, & postea triticum fiunt, qui nisi patienter, cùm mali sunt, tolerentur, ad laudabilem mutationem non perueniant. Itaque si euulsi fuerint, simul eradicabitur & triticum, quod futuri essent, si eis parceretur. Tertia ratio, propter quam nonnunquam mali tolerantur, est falsa suspicio, vt cùm quidam videntur esse mali, qui tamen non tales sunt: aut falsò multi deferuntur, qui pietatem & vitæ sanctimoniam in occulto sequuntur. Hos igitur si pro leuiori coniectura morti destinaremus, futurum esset vt & iusti multi occiderentur. Quarta ratio desumitur ex conditione personæ, in quam sententia proferenda est. Si enim tanta sit, vt simul cum ea iusti etiam eradicentur, expectandum potius donec vlcus maturum resecetur, & occasione sumpta & opportunitate, non nisi nocentes exterminentur. Sic Apoc. 12. Draco traxit ad se tertiam partem stellarum. At verò Gen. 18. sic iustus Deus agnoscitur, vt non facilè perdat iustum cum impio. Hieronym. in

Pet. Chrysol.

Tertullian.

Euthymius.

Cur Deus nō statim vindicat impietates.

Thomas.

Idem.

Hieronym.

Non citò eradicandus peccator.

Pet. Chryso.

Augustin.

In quibus casibus licet tolerare peccatores.

Hieronym.

Matth. Videtur autem, inquit, hoc esse contrarium illi præcepto, Auferte malum de medio vestrum. Si enim prohibetur eradicatio, & vsque ad messem tenenda est patientia, quomodo eiiciendi sunt quidam de medio nostrum? Sed inter triticum & zizania, quod nos appellamus lollium, quamdiu herba est, & necdum calamus venit ad spicã grandis, similitudo est, & in discernendo aut nulla, aut difficilis apparẽtia est. Primò ergo monet Dominus, ne verbi, quod ambiguum est, sententiã proferamus, sed Deo iudici reseruemus, vt, cùm dies iudicii venerit, ille non suspicionẽ criminis, sed manifestũ reatum de sanctorum cœtu eiiciat. Itaque multũ hîc hallucinantur, qui existimant Christũ hac parabola docere tolerandos esse malos quoscũque, etiam hæreticos: de illis enim intelligit tantùm, qui nondum innotuerunt. Alioquin si quis hoc de hæreticis existimat, cur non & de cæteris, quos humanæ & diuinæ leges condemnant? Quis enim negauerit vitia omnia esse velut zizania in agro Domini, quæ triticum bonæ conuersationis corrumpant? Verum est enim id Poëtæ prouerbium,

An hæretici tolerãdi sint.

Corrumpunt rectos mores consortia praua.

An non idem ipse Christus hæc iubet, Matth. 3. Arbor quæ non fert fructum, excidetur, & in ignẽ mittetur. Et Ioan. 12. Palmes si nõ manserit invite, arescet, & in ignẽ mittetur? Sed & ad præsentes pœnas referebat ea quæ de scãdalo dicebat, Mat. 18. Si quis scãdalizauerit vnũ ex his pusillis, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. At verò scandala nõ solùm per hæreses, sed & per schismata, & mores improbos cõmittuntur: maximè verò per contrarias doctrinas. Num igitur illis pœnas temporales infligi satius est, quàm vt scandala finãtur inulta? Nõ negauerim primùm Augustini fuisse sententiam de tolerandis hæreticis, non autem interimendis. Verùm experientia edoctus, illam recantauit, vt legitur lib. 2. Retractationum, cap. 5. Vnde tom. 2. Epist. 48. ad Vincentiũ: Mea, inquit, primitùs erat sententia, neminem ad vnitatem Christi esse cogendum, verbo esse agendum, disputatione pugnandum, ratione oppugnandum, ne fictos Catholicos haberemus, quos apertos hæreticos noueramus. Sed hæc opinio mea, non contradicẽtium verbis, sed demonstrantium superabatur exemplis. Nam primò mihi opponebatur ciuitas mea, quæ cùm tota esset in parte Donati, ad vnitatẽ Catholicã timore legum Imperialium conuersa est, quam nunc videmus ita vestræ animositatis perniciem detestari, vt in ea nunquã fuisse credatur. Ita aliæ multæ, quæ mihi nominatim commemorabãtur, vt ipsis rebus agnoscerem, etiam in hac causa rectè intelligi posse quod scriptum est, (Prou. 9.) Da sapienti occasionẽ, & sapientior erit. Quã multi enim, quod certò scimus, iam volebant esse Catholici, manifestissima veritate commoti, & offensionem suorum reuerendo quotidie differebant? Quàm multos non veritas, sed obduratæ consuetudinis graue vinculũ colligabat, vt in eis compleretur diuina illa sententia, (Pro. 29.) Verbis non emendabitur seruus durus: si enim & intellexerit, non obediet? Hinc factũ est, vt Epist. 50. ad Bonifaciũ, Imperatores, Reges & Magistratus, ad exterminationem hæreticorum, scripturarum testimoniis exhortetur. Multi ergo abusi sunt hoc testimonio, dicentes malos non esse puniẽdos: quibus respondendũ, hîc doceri non quale sit officium nostrum, aut Magistratus, aut Pastorum: sed tantùm quæ futura sit Ecclesiæ cõditio vsque in finem sęculi, nunquã posse ita repurgari mundum, quin mali semper permixti sint bonis. Ita non semper debemus singulis parabolæ particulis insistere, sed summam illius colligere. Interim tamen & Pastores & Magistratus conari debent, vt repurgetur Ecclesia. Alioquin si nullum malum eradicandũ esset, frustrà gladii vsus Magistratui datus esset, Rom. 13. Non enim sine causa gladium portat, vindex in iram huic qui malè egit: Et Paulus, 1. Cor. 5. malè iuberet expurgandum esse vetus fermentum: Et ad Tit. 1. Obturanda ora contradicentium veritati. Sic duo nobis casus per hanc parabolam inuolui videntur, quibus accedentibus non ita sæuiendum sit in malos: cessantibus verò, obiter iubentur eradicari. Prior est, si periculum sit, ne *euellentes illa zizania, simul euellatur & triticum*, id est, ne & multi Catholici paucorũ improborũ supplicio occidantur: aut vbi spes aliqua est, quòd illi triticum fieri possint. Augustinus lib. 3. Quæst. Euang. c. 12. Ne cùm quis malos conatur interficere, bonos interficiat, quod fortè futuri sint. Sed tunc opportunè fieri, cùm iam in fine non restat vel tempus cõmutandæ

Augustinus primùm sensit hæreticos esse tolerandos, sed retractauit.

Hæc etiam ex Neochristianis.

Duo casus tolerãdi malos.

Augustin.

A mutandæ vitæ, vel proficiendi ad veritatem, ex occasione vel comparatione alieni erroris. Itaque casu occurrente, quòd ex vnius impij morte magnum schisma & in populo diuisio oriatur, ita vt iustis magnum vitæ dispendium immineat, satius est ad conseruationem tritici patienter cum impio agere: donec adempto hoc periculo, quasi causa patientiæ ablata, iustitiæ gladio feriri possit. Hoc nimirùm ita intelligitur, quòd secreto illo casu, id est, vbi non timetur eradicatio tritici, quin potius conseruatio tritici seu iustorum hoc requirit, necessarium & æquum est zizania conuellere. Secundus casus est, quòd patienter agi potest cum impio, donec innotuerit. Vnde ad messem hoc retulit, cuius etiam in Ecclesia argumentum habemus. Etsi enim saltem puniendi sint in consummatione mundi, & tum illa sit messis generalis: nihil tamen impedit quin & hîc plectantur, si modò sufficientes de iis probationes
B habeantur. Itaque si casus occurrat, quòd aliquis sit impius, neque tamen sit violenta suspicio, & manifesta probatio erroris & iniquitatis eius, remittendum erit iudicium ad Deum in die illa, qua vnusquisque accipiet secundum suum laborem, siue bonum sit, siue malum. Et de eo intelligitur hæc parabola. Quòd si quis violentis argumentis impius & deprauatus esse cognoscatur, nec dispendium tritici hoc prohibet, sed potius eius eradicationem exigit: tunc gladio, & igne licebit vti. Ergo tum messis aderit, cùm maturum, & tam manifestum crimen erit, vt negari non possit. Ita non statim medicus membrum putridum resecat, nisi vbi & nullam salutis spem, sed totius corporis iacturam superesse videt. Vnde ait: *Et in tempore messis dicam messoribus, Colligite primùm zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum.* Thomas Aquinas in Matth. Tempus messis est tem- Th. Aquin.
C pus collectionis fructus, qui expectatur ex seminibus. Duplex est autem collectio, *Tempus messis duplex.*
vna in Ecclesia præsenti, alia in cœlesti. Et ideò duplex est messis, vna congregationis fructuũ in præsenti, de qua Ioan. 4. altera in futuro. Igitur messores primæ messis fuerunt Apostoli: sunt & Ecclesiæ Prælati, & Principes: qui si, cùm matura fuerint omnia, viderint aliquem iustos interturbantem, secernere illum debent, & ferire, iuxta sibi creditam potestatem. In secunda autem messe, Angeli messores erunt. Apoc. 14. Angelo dictum est, Mitte falcem tuam & mete, quia venit hora vt metatur, quoniam aruit messis terræ. Quæ enim mediante Deo fiunt, credendum est quòd fiant ministerio Angelorum. Ps. 102. Ministri eius qui facitis voluntatem eius. Grego. Nyss. lib. de anima & resurrect. hanc parabolam vsurpat, vt doceat non sta- Greg. Nyss.
tim post peccatũ animæ, appetitus & impetus ab homine omninò sublatos esse, ne fortè simul & boni appetitus, & ipsa anima eradicaretur: sed tamen illos esse tollen-
D dos in consummatione mundi. *Sicut ergo colliguntur zizania, & comburuntur igni, sic erit in cõsummatione seculi. Mittet filius hominis Angelos suos, & colligent de regno eius omnia scãdala, & eos qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis.* Primùm igitur mali à bonis separabuntur, qui nunc quidem commixti sunt. Cant. 2. Vnde sicut lilium inter spinas, ita Ecclesia inter filias fideles. Et nunc quidem & iustis & iniustis mala accidunt. Eccl. 9. Et hoc sanè pessimum est inter omnia quæ sub sole fiunt, quia eadẽ cunctis eueniũt. Tunc verò bona reddentur bonis, & mala malis. Augustinus lib. Augustinus.
3. Quæst. Euang. c. 12. Quæri autẽ potest, quod ait, *Alligate fasciculos ad comburendum*, cur non vnum fascem, aut vnum aceruum zizaniorum fieri dixit: Nisi fortè propter varietatem hæreticorum, & non solùm à tritico, verumetiam à seipsis discrepantiũ, ipsa vniuscuiusque hæreseos propria conuenticula, in quibus sigillatim sua com-
E munione deuincti sunt, nomine fasciculorum designauit. Vt iam tunc incipiant alligari ad comburendum, cùm à Catholica communione segregati, suas quasi proprias Ecclesias habere cœperint, vt combustio earum sit in fine sæculi, modò alligatio fasciculorum. In alligatione autem perpetuitas pœnæ designatur, è qua nimirùm seipsos exoluere non possint. Ps. 149. Ad alligandos reges eorum in compedibus, Matth. 23. Ligatis manibus & pedibus proiicite eum in tenebras exteriores. Chry- Chrysostom.
sost. hom. 48. in Matth. Ita duplicem punitionem videre licet: vnam, cùm igni æter- *Duplex punitio.*
no ardebunt: alteram, cùm ab ineffabili gloria excident. Mali igitur cum suis inquinamentis colligati in infernum mittentur, boni verò adinstar tritici excussi & purgati in horreum æternæ beatitudinis reponentur. Es. 35. Via sancta vocabitur, non transibit per eam pollutus. Exaggeratur autem impiorum damnatio, cùm ne leuem

quidem offensionem Angeli prætermissuri sint, quam non igni tradant. His autem verbis Christus se Deum & hominem esse testabatur: Hominem quidem, cùm se filium hominis nuncupet: Deum, cùm Angelos suos esse asserit. *Mittet*, inquit, *filius hominis Angelos suos*. Cuius enim sunt Angeli, nisi vnius Dei? *Colligent de regno eius*: id est, de Ecclesia militante, in qua sicut humores in corpore, ita boni cum malis, sed tamen fidelibus permixti sunt: *omnia scandala*, peccata quæ fiunt in proximum. Non enim hæc de hæresibus intelliguntur, quæ omninò hominem excindunt à regno, seu Ecclesia Christi. Quod autem sequitur, *Et eos qui faciunt iniquitatem*, refert ad alia peccata, inquit Thomas. *Et mittent eos in caminum ignis*. Ita non solùm pœna damni punientur, priuati diuina visione, & secreti à diuino horreo: sed & pœna sensus torquebuntur. De hoc camino legimus in Apocalypsi, quòd in illum missi sint Pseudoprophetæ. Matth. 25. ignis æternus vocatur. Mal. 4. Ecce dies Domini veniet succensa quasi caminus, & erunt superbi & facientes iniquitatem sti-

Tria pœnarũ genera.

pula. Tanguntur autem tria pœnarum genera. *Ibi erit fletus*. Esa. 65. Præ contritione spiritus volabitis. Hinc probatur resurrectio corporum, & illorum tormenta æterna. Fletus enim *& stridor dentium* ad corpus pertinent. Iob. 24. Transibunt ab aquis niuium, ad nimium ardorem ignium. Apoc. 16. Commanducauerunt linguas suas præ doloribus & vulneribus suis. Porrò quomodo triticum in horreum congregetur, id est, electi & iusti in gloriam transferantur æternam, explicat similitudine sumpta à sole. *Tunc fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum*. Patrem suum dicere poterat, vt in aliis sermonibus: sed nunc vt certam iustorum in Deum confidentiam, diuinum etiam in eos fauorem indicet, patrem eorum nuncupat, quem nimirùm velut patrẽ honorauerint, & coluerint, qui etiam ab illo vt optimo patre gratia & gloria ditentur. Alludit ad Danielis sententiam cap. 12. Qui ad iustitiam erudiunt multos, fulgebunt sicut stellæ in perpetuas æternitates. Prou. 4. Semita iusti quasi lux splendens & crescens vsque in perfectum diem. Sap. 3. Fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ in

Remigius.

arundineto discurrent. Remig. in Matth. Fulgent nunc in exemplum aliorum, tunc autem fulgebunt in laudem Dei. *Et dicebat, Sic est regnum Dei*, id est, status Ecclesiæ, *quemadmodum si iaciat homo sementem in terram*, per prædicationem verbi, *& dormiat*, ab opere illo quiescat, remittens Deo incrementũ illius, vt nimirùm quod auribus auditores acceperint, id illi pectoris imo reconditum fructificare faciant. Quod sanè non nisi Deo cooperante contingit. Vnde & Psaltes in eum spem suam reponit. In pace in idipsum, inquit, dormiam & requiescam. Hoc somno dormiunt fideles ministri verbi Dei, expectantes messem è labore suo. Hanc autem notat adiiciens: *Et exurgat nocte & die, & semen germinet, & increscat dum nescit ille*. Magna quidem cura est ministrorum verbi, exurgunt, student, legunt, scribunt, memoriæ commendant, obseruant si quem fructum fecerint, si emendentur vitia, & leniùs agendum sit cum auditoribus: an fortè indurescant, & asperitate illorum animi vrgendi sint. Interim occultè in cordibus auditorũ operabitur Dominus, semen germinabit & increscet in voluntate, nec adhuc hoc dignoscere potest, qui secundum auditum aurium, aut visionem oculorum iudicat. *Vltrò enim terra fructificat, primùm herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica*. Neque statim perfecti euadunt, qui ad pietatis & iustitiæ viam reducuntur: verùm paulatim à vitiis deterrentur, & paulatim ad virtutẽ reflectuntur, & formantur. Primùm conteruntur de malis, demum ad bona conuertuntur, & proficiunt de virtute in virtutem. *Et cùm ex se produxerit fructus* maturos, *statim mittit falcem, quoniam adest messis*. Hoc verò quomodo ministro verbi conuenit?

Quæ falx messoria.

Nam falx mitti dicitur, aut pro secretione iusti ab iniusto, quod sanè & ministri verbi ex fructibus enatis & piis operibus discernere possunt. Et ita quidem cõmendat Christus discretionem in Ecclesiæ messe habendam, vt ij qui apti sunt ad ministeriũ seligantur, & quasi si falx mittatur, segregentur à populo. Aut falx mittitur, cùm quis è viuentibus rescinditur, vt appareat vultui Dei. Optimus enim ille Pater expectat hominis resipiscentiam, qui vbi pietatem & vitæ sanctimoniam sectatus fuerit, & iã ex se fructus produxerit, quasi falce missa ex hoc sæculo reuocatur. Eadem scilicet ferè similitudine vtitur Ezechias, dicens: Præcisa est velut à texente vita mea: dum adhuc ordirer, succidit me. Ergo velut falce rescissus quis, ab hoc sæculo reuocatur in meliori conuersationis statu, ne malitia mutet animũ eius: & *quoniam adest messis*,

par-

A particularis cuiusque iudicii post mortem, & ei merces in proximo rependenda est. Verùm dixerit aliquis, quomodo & hic pater optimus, boni sator, per ministrũ verbi intelligitur? Vtique quia per eum loquitur, & ei suggerit quæcunque dicturus est. Vnde & idem ipse, qui seminabat per Apostolos & Apostolicos viros, idem metet, & in horreũ electos suos repositurus est. Dionys. Carthusianus in Marc. Aut per satorem Christus, qui semen verbi cordibus nostris inserit, per terram mens hominis. Quamuis autem Christus non dormiat modò, tamen in modum dormientis se habet, dum homines propriæ libertati relinquens, quasi absentẽ se exhibet. Ideò enim ait Psalmista, (Ps. 43.) Exurge, quare obdormis Domine? Quemadmodũ ergo homo agricola mittit semen in terram, sic Christus per se & suos ministros transfundit verbum in mentes humanas: & sicut agricola modò dormit, & debitis horis surgit, ita B Christus ad tempus per modum dormientis se habet: nihilominus die ac nocte visitat occultè suam Ecclesiam. *Vltrò enim*, id est sponte & promptè, *terra fructificat*, seu cor hominis bona opera producit, *primùm herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica*. Per herbam intelligi potest opus incipientium, seu timor seruilis: per spicam, opus proficientium, vel spes vitæ futuræ, aut timor initialis: per plenum frumentum, opus perfectorum, seu feruor & actio charitatis. Ita cætera cum superiore interpretatione conueniunt.

Meßis iudicii particularis.

Dion. Carth.

Parabolæ thesauri abscõditi, & inuenti: margaritæ diuenditis omnibus comparatæ: sagenæ ex omni genere piscium congreganti: Quibus C *Euangelicæ doctrinæ excellentia, Ecclesiæ militantis congregatio, & futura discussio exprimitur.*

Matth. 13. | Marc. | Luc. | Ioan.

Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro: quem qui inuenit homo, abscondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit vniuersa quæ habet, & emit agrum illum. Iterum simile est regnum cœlorum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas. Inuenta autem vna pretiosa margarita, abiit, & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam. Iterum simile est regnum cœlorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti: quam, cùm impleta esset, educentes, & secus littus sedentes, elegerunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione seculi. Exibunt Angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & D mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & stridor dentium. Intellexistis hæc omnia? Dicunt ei, Etiam Domine. Ait illis, Ideò omnis scriba doctus in regno cœlorum, similis est homini patrifamiliâs, qui profert de thesauro suo noua & vetera.

Introductio.

IN RERVM commutationibus quæ plerumque inter mercatores occurrunt, si quid magnum comparatur, id maxima quoque commutatione fit.

Vilius argentum est auro, virtutibus aurum.

Alia nimirùm & maior compensatio est lapidum pretiosorum, auri, cæterorúmque magni pretii, quàm vulgarium metallorum. Quid verò non expendamus tam pre- E tiosum fœlicitatis æternæ comparaturi? Quanto labore sibi nonnulli suæ senectuti quietem conquirunt? Nam per totam adolescentiam & virilem ætatem tot se laboribus conficiunt, vt vitæ potius dispendium, quàm senectutis leuamẽ aliquod requirere videantur. Sed & quot periculis summi etiam Imperatores aliena regna conquisierunt, quæ breui tempore, nec sine timore & sollicitudine retinerent? Atqui illos non spes quietis aliqua stimulabat, sed gloria. Siquidem omnis potentatus breuis vita, & quo quis maior est, eo magis à quiete secedit, & maioribus curis obruitur. Rex est hodie, & cras morietur. Verùm fumus vanæ cuiusdam gloriæ eos demulcebat, vt nihil sibi, suisque parcerent, rei statim effluxuræ conquirendæ. Quid verò non debeamus magis ad tantam fœlicitatem conquirendam, quam Deus repromisit diligentibus se? Quam nec ignis, nec gladius, nec hominũ, immò neque Sathanæ furor minuere potest? Quid hîc quæso parcamus, bonis, tempori, laboribus, corpori,

Summa. animæ, ipsi etiã vitæ? Hoc Christus docet in parabola Thesauri abscõditi in agro: F
discretionem autem futurã bonorum à malis altera similitudine à sagena missa in
mare, & ex omni genere piscium congreganti exprimit. Vnde fit, vt cohortetur nos
ad tenendum fœlicitatis iter, & pœnarum futurarum horrore, reuocet ab impiorũ
contuberniis & consiliis. *Simile est*, inquit, *regnum cœlorum thesauro abscondito in agro.*
Thesaurum hunc Chrysost. pro Euangelica doctrina: Gregor. pro cœlesti desiderio:
Quis thesaurus absconditus. Hieronym. & Hilarius, pro verbo Dei, seu Christo: Euthym. pro fide: Theophilactus, pro prædicatione & scientia Christi: Augustlib. 1. Qu. Euang. c. 13. pro duobus
Testamentis sumit. Recurrunt autem, & adinuicem conciliantur, cùm omnia hæc
in Christum, & spem vitæ, quæ in Christo est, referantur, seu Euangelica doctrina,
Chrysost. seu cœleste desiderium, seu prædicatio, siue etiam duo Testamenta. Chrysost. hom. G
48. Operis pr. in Matth. Parabolæ quas suprà Dominus de fermento & grano syna-
pis proposuit, ad virtutem Euangelicæ prædicationis referuntur, quæ superatura sit
orbem terrarum: nunc autem vt eiusdem magnificentiam ostenderet, proponit pa-
Theophil. rabolam de thesauro & margarita. Theophilactus. Ager mundus est, inquit: thesau-
rus, prædicatio & scientia Christi. Occultus est autem in mundo: sapientiam enim,
Augustinus. inquit Paulus (1. Cor. 2.) prædicamus absconditam. Augustin. Thesaurum etiam
absconditum dixit duo Testamenta Legis in Ecclesia, quæ quis cùm ex parte intel-
lectus attigerit, sentit illic magna latere. Quid enim Christo Dei filio maius esse po-
Hieronym. test, qui Legis litera absconditur & velatur? Immò, vt scribit Hieronymus in Matth.
Ille ipse est, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ reconditi, Dei verbũ,
Hilarius. Deus ipse, sed in carne absconditus. Ille in quem cor & caro nostra exultant. Hilar. H
in Matth. Sic per similitudinem thesauri in agro, spei nostræ opes intra se positas
Gregorius. ostendit, quia Deus in homine repertus est. Gregor. in Homiliis. Est etiam & the-
saurus in agro absconditus, cœleste desiderium, (quod nimirùm è Christo, & scri-
pturis de eo positis conciliatur:) Ager verò, in quo thesaurus absconditur, est disci-
plina studii cœlestis, *quem* scilicet thesaurum, *cùm inuenit homo, abscondit*, nimirum vt
seruet: quia studium cœlestis desiderii à malignis spiritibus custodiri non sufficit, ei
qui hoc ab humanis laudibus non abscondit. In præsenti etenim vita quasi in via
sumus, qua ad patriam pergimus. Maligni autem spiritus iter nostrum quasi quidã
latrunculi obsident. Deprædari autem desiderant, qui thesaurum publicè in via por-
tant. Macarius Ægyptius hom. 17. de Thesauro Christianorum, Christum quidem
Mac. Ægyp. thesaurum vocat, sed quem magno desiderio conquiramus. Hoc scilicet est cœleste
desiderium, quod per spem in Christum repositam concipimus. Quid enim non cũ I
Christo speremus? Dicebat Salomon sibi omnia bona obuenisse pariter cum sapiẽ-
tia: an non omnis nobis gloria & fœlicitas cum Christo contingit? Si quis, inquit
Macarius, in sæculo valde locuples secretum thesaurũ possideat, ex eo quæcunque
libuerit, nanciscitur: sic qui postulant à Deo, inueniunt thesaurũ spiritus cœlestem,
nempè ipsum Dominum Iesum, ex quo omnem iustitiam virtutum, ac possessionẽ
vniuersam probitatis præceptorum Domini perficiunt, ac per eum ampliores opes
cœlestes coaceruant. Hic enim (1. Cor. 1.) factus est nobis à Deo sapientia, iustitia,
sanctificatio, & redemptio. Inde fit, vt quia gratiam & gloriam dabit Dominus, vt
scribit Psaltes: & per Christum nobis aditus in fœlicitatem promittitur, gloria quo-
que cœlestis seu beatitudo thesauri nomine significetur. Matth. 6. Thesaurizate vo-
bis thesauros, id est fœlicitatem, in cœlo. Emergunt autem illi ex Christo, vt potiore
Basilius. thesauro. Basil. lib. Quæst. breuiorum, q. 239. ad interrogationem, Quis est bonus K
thesaurus, & quis malus? Respõdet: Intelligẽtia quidem omnis in Christo virtutis ad
gloriam Dei, thesaurus bonus est: Intelligentia verò malitiæ eorum quæ interdicta
sunt à Domino, thesaurus malus est. Sic, vt legitur Esa. 2. Non est finis thesaurorum
eius. Sap. 7. Infinitus enim thesaurus est hominibus. Prou. 21. Thesaurus desiderabi-
lis, & oleum in habitaculo iusti. Itaque requirendum est, quid fiat de hoc thesauro,
id est de Euangelio, seu Christo, seu vita æterna, quam per eum assequi possumus.
Adiicit. *Hunc qui inuenit homo, abscondit*. Et cur abscondit? Quid prodest thesaurus
absconditus?

Effodiuntur opes irritamenta malorum.

Num igitur adinstar auari cuiusdam, aut saltem pigri serui, qui fodit talentũ suum

in

A in terram, hic abſcondiſſe theſaurum intelligitur? Et quidē primùm requiritur, quis hic homo ſit: quomodo inuenerit, & abſconderit. Per hominem quiſque fidelis intelligitur, cui dictum eſt, Quærite & inuenietis, pulſate & aperietur vobis. Hic autē inuenit per ſtudium inquiſitionis, exercitium virtutis, & meditationem ſapientiæ. Eccleſ. 14. Beatus homo qui in ſapientia morabitur, & in iuſtitia ſua meditabitur, & in ſenſu cogitabit circumſpectionem Dei. Prou. 3. Beatus homo qui inuenit ſapientiam, & qui affluit prudentia. Melior eſt acquiſitio eius negotiatione auri, & argenti: primi & puriſſimi fructus eius. Inuenit, quia *abſconditus erat in agro*. Non enim aut Euangelium, aut Chriſtus ipſe, aut gloria percipitur ex cortice, ſed ex medulla ſcripturarum. Auguſtinus lib. de ſpiritu & lit. cap. 4. Doctrina enim illa, qua mandatū accepimus continenter rectēque viuendi, litera eſt occidēs, niſi adſit ſpiritus viuificans. Neque enim ſolo illo modo intelligendum eſt quod legimus, (2. Cor. 3.) Litera occidit, ſpiritus autem viuificat: vt aliquid figuratè ſcriptum, cuius eſt abſurda proprietas, non accipiamus, ſicut litera ſonat: ſed aliud quod ſignificat intuentes, interiorem hominem ſpirituali intelligentia nutriamus. Quoniam (Rom. 8.) ſapere ſecūdum carnem, mors eſt: ſapere autem ſecundum ſpiritum, vita & pax. Velut ſi quiſquam multa quæ ſcripta ſunt in Cantico canticorum carnaliter accipiat, non ad luminoſæ charitatis fructum, ſed ad libidinoſæ cupiditatis affectum. Itaque non ſolùm Verbum Dei Deus eſt in carne aſſumpta abſconditus, & ſpiritus Dei, ſeu timor ſeu fides in cordibus noſtris, theſauro abſcondito comparatur, quia repoſuit Deus theſaurum iſtum in vaſis fictilibus: ſed primùm Dei verbum in Patre, demū in ſcripturis fuit abſconditum. Hoc autem, ſimulque cum eo omnia bona inuenit is, qui C ex verbi auditu aut lectione, Chriſti notitiam nactus eſt. *Hunc* autem rurſus *abſcōdit*, vtique in abſcondito cordis ſui, adinſtar ſacratiſſimæ virginis, quæ conſeruabat omnia verba, conferens in corde ſuo. Luc. 2. Druthmarus in Matth. Ager, inquit, eſt latitudo diuinarum ſcripturarum, in quo agro inuenitur theſaurus, id eſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus, quia per ſcripturas nobis annunciatus eſt à Prophetis & Apoſtolis: *quem qui inuenit*, abſcondit in pectoris ſui ſecreto, non in auaritiæ ſtudio, vt amor ſeruare volentis exprimatur. Thomas Aq. in Matth. Quare autem abſcondi debeat, multiplex eſt ratio. Vna, quia magis fructificat & proficit, & ad ignis incluſi maiorem calorem fouet, & ardorem conſeruat. Hier. 20. Factum eſt verbum Domini quaſi ignis æſtuans, clauſúſque in oſſibus meis, & defeci, ferre non ſuſtinens. Pſ. 38. Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardeſcet ignis. 2. Abſcōditur & ad fugandam inanem gloriam. Matth. 5. Ora patrem in abſcondito. 3. Tutiùs D etiam cuſtodiuntur abſcondita, quàm quæ omnium oculis ſpectanda proponuntur. Quod & in Ezechiæ facto conſideratur, Eſa. 39. Theſauros enim ſuos nunciis regis Babylonis oſtentauit, & dictum eſt ei: Ecce veniunt dies, & auferentur omnia quæ in domo tua ſunt. Verùm fortè obiiciat aliquis, Si theſaurus ſpiritualis abſcondendus eſt, quomodo ergo Chriſtus, Matth. 5. Luceant, inquit, opera veſtra bona? Soluitur hoc diſtinctione temporum facta. Quando enim theſaurus hic primùm inuenitur, abſcondi illum bonum eſt. Quòd ſi homo in gratia confirmatus eſt, tunc & illū manifeſtari optimum eſt. Eccl. 41. Theſaurus inuiſus, & ſapientia abſcondita, quæ vtilitas in eis? Greg. in hom. apertum theſaurum in effectum eſſe debere, abſconditū autem in corde docet. Opus ſit in publico, quanquam intentio maneat in occulto. De effectu autem, ſeu pleniori poſſeſſione theſauri, adiicit: *Et præ gaudio illius vadit, & vendit vniuerſa quæ habet, & emit agrum illum*. Omnes in vnum conueniunt Patres, poſtponenda omnia iſta temporalia, opes, agros, domos, honores, parentes, vxorem, filios, poſſeſſioni gratiæ illius & gloriæ, ſeu ipſius Chriſti. Cyrill. Hieroſol. Catech. 18. Cupientibus enim nobis poſſidere vitam æternam, ſacræ ſcripturæ modos poſſidendi proponunt. Aliquando enim dicunt per fidem, vt ſcriptum eſt, Credens in filium Dei habet vitam æternam. Aliquando per martyrium, & Chriſti cōfeſſionem, & per Euangelicam prædicationem. Dicit enim, (Io. 5.) Et metens fructū accipiet, & congregabit in vitam æternam. Et, Qui odit animā ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam. Tum verò qui propter Chriſtū opes & propinquos relinquit. Vnde ait: Omnis qui reliquerit fratres & ſorores & cætera, vitam æternam poſſidebit. *Vadit* ergo, & progreditur de virtute in virtutem, Pſ. 83. Sic enim proce-

A quo, & quomodo theſaurus inuenitur.

Auguſtin.

Veritas abſcondita.

Druthmar.

Veritas abſcondita in corde credentis.

Thomas.

Gregorius.

Cyril. Hieroſ.

dere illum oportet, qui salutis thesaurum inuenerit. Hier. 51. Venite, & nolite sta- F
re: recordamini procul Domini, & Hierusalem ascendat super cor vestrũ. Hoc autẽ
præ gaudio spirituali, & mẽtis feruore fieri debet. Gaudiũ autẽ est diffusio animi in cõ-
ceptione & adeptione boni. Phil. 4. Gaudete in Domino semper, iterũ dico gaude-
te. Es. 61. Gaudẽs gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo salutari meo.
Iob. 3. Quasi effodiẽtes thesaurũ, gaudẽntq; vehementer cùm inuenerint sepulchrũ.
Exultante igitur, & prompto animo, adinstar Andreæ, cùm Christum nactus inuita-
uit & Simonem fratrẽ, (Ioan. 1.) *Vadit*, per desideriũ conquirendi summi illius boni,
Quomodo ve- *& vendit vniuersa quæ habet, & emit agrum illum.* Vẽnalis nimirùm est fœlicitas, nõ ta-
nalia sunt men ea mercede qua tẽporalia. Emitur fletibus, ieiuniis, eleemosynis, mundi contẽ-
spiritualia ptu, charitate, fide & spe: quæ pauci carnales homines facere consueuerunt. Abiecit
bona. omnia transitoria, vt vitam in Christo sibi compararet. Phil. 3. Sic Paulus: Omnia,
inquit, habui tanquam stercora, vt Christum lucrifacerem. Hinc factum est, vt mul- H
ti mundo, diuitiis, & deliciis omnibus renunciarent, Christũ secuturi. Sic nimirùm
Matth. 19. monet, Vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & sequere me.
Sic Apostoli, Ecce nos, inquiũt, reliquimus omnia, & secuti sumus te. *Omnia*, inquit,
non partẽ retinens, sicut Ananias & Sapphira, qui fraudauerunt de pretio agri, Act.
5. & ideò morti addicti sunt. Sed omnia *quæ habet*, non aliena quidem, quorum dis-
pensatio minimè ad eum spectat: *& emit agrum illum*, sibi Christum, sibi gratiam, &
diuitias æterni regni comparat. Adinstar vtique fortis mulieris, quæ (Prou. vlt.) con-
siderauit agrum, & emit illum, de fructu manuum suarum plantauit vineam. Gusta-
uit, & vidit quia bona est negotiatio eius. Cant. 8. Si dederit homo omnem substan-
Chrysostom. tiam suam pro dilectione, quasi nihil despiciet eam. Chrysost. lib. 1. de prouidentia
Abdicatio Dei. Impossibile est mentiri Deum: promisit autem ille vitam æternã, ista reliquẽti- G
temporaliũ. bus. Reliquisti tu omnia ista, & abiecisti. Quid igitur prohibet de huiusmodi confi-
dere promissione, & esse securum? Hinc factum est, vt multi rebus huius sæculi o-
mnibus renunciarent, vt spiritualibus omninò dediti, agrum sacræ sationis adipisce-
rentur. Verumtamen temporaliũ quæ in hoc sæculo habentur bonorũ abiectio, non
Paul. Nolan. decursus stadii, sed ingressus: nec vt meta, sed vt ianua est, inquit Paulinus Nolanus,
Epist. 2. ad Seuerum. (Hoc enim modo in agri possessionem inducimur, quem tan-
dem fructus & prouentus consequatur.) Non enim, inquit, tum vincit, cùm exuitur
athleta, qui ideò nudatur, vt dimicare incipiat, cùm legitimè certauerit, coro-
nandus. Et natator amnem interpositum superaturus exuitur, nec tamen hoc
tanto apparatu, quòd se dispoliauerit, transnatabit, nisi totius corporis nisu, I
& omnium scita mobilitate membrorum & propulsu pedum, & remigio bra-
chiorum, & lateris inlapsu torrentis impetum scindat, & laborem natationis ex-
hauriat. Video tamen nobis & in beato Patriarcha Iacob huius expeditionis ordi-
nem proluisse, cùm illum lego, postquàm torrente transmisso, præmissis curarum
suarum oneribus, id est facultatum corporalium & necessitudinũ impedimentis, so-
lus in tabernaculi loco remanserat: Deo colluctatũ, cùm extorquenda benedictio-
ne prævaluit, & illud cœlo terrisque sacratum, Israël, nomen accepit. Itaque ad cor-
ripiendam vitæ viam, capiendúmque Dei verbum, & prævalendum in regno cœlo-
rum, quod à diebus Ioannis vim patitur: & à diripientibus idoneie esse non possumus,
nisi omnia, quæ vel amore, vel cura, si in itinere istius sæculi nobis adhæreant, impe-
diunt & retardant, ante obitus nostri vesperam præmittamus: & inde per totam hu- K
ius sæculi noctem apprehendere & tenere Christum, sollicita spiritualium operum
ac studiorum contentione, luctemur: nec diuellamur à charitate Christi, sicut nec
Iacob ab eius amplexu, nisi extorqueamus benedictionem. Ita nobis agrum com-
parabimus, vt diuinum tandem illum thesaurum possidere valeamus. Idem etiam
confirmat alia similitudine. *Iterum simile est regnum cœlorum homini negotiatori quærenti*
Thomas. *bonas margaritas.* Ista parabola multipliciter exponitur, vt obseruat D. Thomas Aq.
Bonæ & fal- in Matth. Chrysostomus & Hieron. exponunt de Euangelica doctrina: vt eius com-
sæ margari- paratio sit cum falsis doctrinis, sicut bonæ & pretiosæ margaritæ cum mendacibus
tæ. & falsis. Vna sc. est margarita pretiosa, vna fides & sana doctrina: cæteræ corruptæ
sunt & mendaces. Eccl. 1. Fons sapientiæ verbum Dei. Gregor. in hom. Margaritæ
Gregorius. Augustin. bonæ nomine gloriam cœlestem, Augustin. Christum intelligit. Cæterùm omnia

hæc

A hæc in vnum coincidunt, cùm omnium doctrinæ finis Christus sit, & Christus ad gloriam nostram comparetur. Porrò præsens sæculum velut emporium est, in quo negotiamur. Luc. 19. Negotiamini dum venio. Prou. vlt. Facta est quasi nauis institoris, de longè portans panem suum. Hîc alij decipiunt, alij decipiuntur: alij leuia & ficta pro veris emunt, alij non nisi veras merces, eásque bonas, conuenienti pretio comparant. Mercatores igitur sumus, è quibus requiret Dominus rationem villicationis, & negotiatorum talentorum. Verùm non omnia, aut leuia quæque, sed tantùm bonas margaritas quærere debemus. Alber. Magnus in Matth. Bonæ margaritæ colore, natura & effectu dignoscuntur. Colore meliores sunt, quæ splendorem aluminis pluuioſi exhibent, qui splendor est argenti, cui supernatat tenuissimus fumus hyacinthinus. Splendor autẽ argenti est, sicut si clarè lucens penetret aquam lympidam. Et sic color bonæ margaritæ accedit ad perspicuitatẽ aquæ lympidæ. Hæc si spiritualiter expendamus, lux sapientiam significat, (Sap. 8.) aqua mundiciem, Ezech. 36. Sed & notandum est, quòd ostrea & conchylia quæ margaritas portant, hoc inter cætera animalia proprium habent, quòd nunquam coëunt, seu per commixtionem generant, sed potiùs ex lumine lunę, quod conceptum in humido viscoso succo, format & colorat margaritam. Fumus autem hyacinthinus desuper natans, sapor cœlestis est in mente. Col. 3. Quæ sursum sunt sapite, quæ sursum sunt quærite. Natura autẽ margaritæ causam habet in cœlo efficientem vt diximus, lumen sc. lunæ. In humore roscido, qui manè ex ripa maris colligitur, habet materiam seminalem: In conchiliis autem locum habet, quasi matricem, & ita in animali mundissimo & castissimo naturalem sortitur suæ substantiæ virtutẽ. Splendor cœlestis in sanctorum mentibus, illorum nimirùm qui doctrinã nobis sanã & verã profuderunt, illuminatio est, qua spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. Humor roscidus, gratia est. Es. 45. Ros lucis ros tuus. Esa. 26. Rorate cœli desuper. Durantur margaritæ in conchis marinis per patientiam. Perseuerat autem doctrina veritatis inter tot tempestates huius sæculi, & aduersas sectas. Deut. 33. Inundationes maris quasi lac sugent thesauros occultissimos arenarũ. Sunt autem thesauri arenarum margaritæ, quæ inter arenas latent. In conchis autem formantur, & nutriuntur: siquidem veritatis doctrina de figuris & ænigmatibus elicit veritatem. 1. Cor. 13. Videmus nunc per speculum in ænigmate. Rotunda figura perfectionẽ notat. Mitto cæteras Alberti comparationes. Quis verò nõ contendat tam perfectam totius veritatis margaritam, quouis etiam pretio comparare? Habeat margarita secretam aliquam virtutem, habeat candorem, pulchritudinem denique miram: nihil illa sunt, si cum Christiana doctrina conferantur. Psa. 118. Desiderabilis est super aurum & topazium, & lapidem pretiosum multum. Margarita oculos corporis, doctrina oculos animæ delectat & recreat. Et quidem fures margaritas, nõ autẽ doctrinam veram è fideli pij viri pectore rapere poterunt. Margaritas vltrò etiam morituri relinquemus, non doctrinam veritatis: nihil tum margaritæ, nihil lapides pretiosi proderunt: at verò quantam è doctrina Euangelica cõparabimus gloriam? Tum nobis illius diuinæ margaritæ splendor magis ac magis irradiabit, tunc facie ad faciem videbimus. (1. Cor. 13.) Nondum apparuit quid erimus: scimus autẽ quoniam cùm apparuerit, similes ei erimus. Rom. 8. Expectatio enim creaturæ reuelationem filiorum Dei expectat. Tum gratior erit illius doctrinæ splendor, gratior illa veritas, tum Euangelicæ margaritæ pretium magis ac magis innotescet. Hîc scilicet contemnitur, & paruipenditur ab ignaris. Quid nimirùm margaritæ ante porcos? Quid ante pullos gallorum? num satius existimabunt granum aliquod? Sic contemptæ sunt in electis, per eos qui dicturi sunt, Isti sunt, quos habuimus aliquando in contemptum & derisum & opprobrium, & nunc computati sunt inter filios Dei. Verùm innotescet pretium, cùm negotiatores bonæ & veræ margaritæ, puri scilicet & synceri Dei verbi, fulgebunt velut sol in perpetuas æternitates. Itaque *inuenta vna pretiosa margarita abiit, & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam.* Inuenitur à quærentibus, non enim in prõptu est: quin potius omnis homo mendax, & animalis homo non percipit quæ Dei sunt. Quæritur, sed in vna Ecclesia, non apud Marcionẽ, aut Cherintũ, vt scribit Tertu. li. de Præscript. Quærebant olim Philosophi margaritã hanc, cùm diuersas regiones & populos obseruarẽt, ad Ægyptios sacerdotes, ad Indorũ Gymnosophistas,

Sæculum hoc emporium est.

Albert. Mag.

Vnde, & quæ bonæ margaritæ.

Quibus contemptibiles sunt margaritæ.

Tertullian.

Philosophi quæsierunt olim bonas margaritas.

ad Hebræos transirent, vt ex illis audirent, quid magis ad veritatem accederet. Non F
illos patria, non possessiones, non vxores, non filij, non amici ab hisce negotiationi-
bus auocabant. At verò quid non Christianus facere debeat, vt margaritam per
Christum nobis traditam sibi vendicet? *Abiit*, ait, secreuit se à peccatorum, etiam à
mundi huius contubernio. Abrenunciat enim Christianus mundo, diabolo, & An-
Dion. Areop. gelis eius, vt notat Dionys. lib. Eccles. Hierarch. Es. 52. Recedite, recedite, pollutum
nolite tangere, qui fertis vasa Domini. Canti. 5. Quò abiit dilectus tuus ô pulcherri-
ma mulierum? *Vendidit omnia quæ habuit*, voluntatem, affectum, & cogitationem suã à
bonis tẽporalibus ad spiritualia transtulit. Vẽdere enim dicitur Metaphoricè, quòd
illa à se interdicit, nec illorum amplius curã suscipit. Sic Matth. 4. filij Zebedæi reli-
cta naui & patre secuti sunt Dominũ. Emere autem dicitur, cùm toto affectu & sol-
licitudine alicui rei incumbit, seque totũ illi cõsecrat & dedicat. Apoc. 3. Suadeo tibi
Quid emere Christum, & doctrinam Euangelicã. emere aurũ ignitũ & probatũ à me, vt locuples fias. *Emit eã igitur*, id est, totũ ei dedi- G
cans affectũ, sibi illã vendicat. Nimirùm Euãgelica doctrina, Christus, & Deus ipse,
totũ hominem requirunt. Sic Apostolus: Omnia, inquit, arbitror detrimentum, pro-
pter eminentem scientiã Domini nostri Iesu Christi. Fœlix hæc negotiatio, qua pro
temporalibus æterna, pro caducis firma & stabilia bona comparamus. Fuerint mali
negotiatores, qui cœlestibus terrena præposuerunt, qui spem suã vendiderunt, ani-
mas etiam suas, vt Sathanæ adhærerent. Sic enim vænundatus fuerat Achab, vt
faceret malum. Hi sunt negotiatores Babylonis, Apoc. 18. qui amarè flebunt: at ve-
rò fœlices, qui cum Christo negotiantur. Esa. 55. Venite, emite absque argento &
absque commutatione vinum & lac. Immò quàm bonum est, commutatione H
facta Christum lucrifacere, & rebus omnibus posthabitis ad illum procurrere, il-
Hugo Card. lum retinere & possidere! Ille vtique vera & optima margarita est. Hugo Car-
dinal. in Matthæum. Margarita in conchis reperitur: sic Christus eis, qui clauso
ostio orant Patrem. Idem natus est in diuersorio, & antiquis in caligine apparuit.
Proprietates Margaritæ Christo conferuntur. Fertur quoque quòd margarita nascitur ex rore cœli in concham maris se aperien-
tem: sic Christus de spiritu sancto in beatam virginem, verbis Angeli consentien-
tem. Esa. 45. Aperiatur terra, & germinet Saluatorem. Dicitur & margarita va-
lere contra morbum caducum: Christi quoque gratia prævalet contra morta-
Clem. Alex. le peccatum. Clemens Alexandrinus lib. 2. Paidagogi, capit. 12. Illa igitur ita com-
paranda est, vt omnibus relictis, nos ei soli intendamus, in eam solùm, id est Chri-
Druthmarus. stum, omnem curam, amorem, & spem nostram recondamus. Druthmarus in
Qui negotiatores. Matth. Talis negotiator fuit ille Eunuchus, inquit, qui venit adorare in Hierusalẽ, I
& reuertebatur, sedens super currum suum, & quærens in libro Esaiæ margaritas.
Venit Philippus, & ostendit ei ipsam margaritam, & misit eam in pectore, & super
omnia quæ habebat, dilexit. Talis Nicodemus & Ioseph, qui petiit capsulam à
Pilato, vbi ipsa margarita fuerat, quia ipse iam eandem habebat, & omnes
Apostoli huius negotiatores fuerunt. Nam si tanto labore, studio, periculis merca-
tores eas regiones adeunt, in quibus margaritas vænales inueniant, tanto sumptu
emant, tot curis distrahant: væ nostræ socordiæ, qui tam pauci Christum & vitam
æternam ducamus, vt ne minimum quid temporis, officij, bonorum, affectionum,
illi conquirendæ impendamus. Adiicit & parabolam, qua Ecclesiam militantem à
triumphante secernit, quòd militans congregetur etiam ex peccatoribus, trium-
Ecclesia militans quo modo regnũ est. phans autem ex solis iustis constet. *Iterum*, inquit, *simile est regnum cœlorum*, seu mili- K
tans Ecclesia, in qua Deus per fidem & gratiam regnat, quæ & ipsa regnat in
nomine Christi, sæculare ac spirituale dominium atque iudicium habẽs & faciens:
(inquit Dionys. Carthus. in Matth.) de quo Petrus Apostolus, (1. cap. 2.) Vos, in-
Dio. Carthus. quit, genus electum, regale sacerdotium: quod & seniores in Apoca. (c. 5.) fatentur
loquẽtes ad Christum, Fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes, & regnabimus
super terram. De hoc regno dixit Archangelus ad virginem: (Luc. 2.) Regnabit in
domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Regnum igitur illud, seu mili-
tans Ecclesia, *simile est sagenæ* seu reti, *missæ* à piscatoribus *in mare*, vt capiat pi-
sces, *& ex omni genere piscium congreganti*, hoc est bonos & malos capien-
ti, vel quosdam de omni specie piscium. Pulchrè & studiosè ad captum discipulo-
rum accommodata est hæc parabola, quibus ea quæ in piscatione fieri solent, probè

nota

A nota erant. Quemadmodum enim cùm eos primùm ad munus Apostolatus vocáret, per collationem & similitudinem piscationis admonuit, fore, vt quomodo ad iussionem suam magnam piscium copiam conclusissent, ita per prædicationem regni Dei piscaturi sint, & capturi magnam hominum multitudinẽ. Vnde & dicebat: Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum. Hoc igitur loco eadem nota & familiari similitudine, docet non omnes fore iustos atque electos, quos prædicatione Euangelij quasi quodam reti cõclusuri erant in Ecclesiam vnã, sed semper malos in medio iustorum futuros vsque ad consummationẽ sæculi. Docet & hac similitudine, prædicationẽ Euangelij non in vno orbis angulo, sed per omnem terrã habitabilem dispergendam esse, cùm & illa ex omni genere hominum, velut piscium ex

B mari magno huius sæculi, congregatura sit. Sed & ostendit quid omninò cõtineat in vna Ecclesia & bonos & malos, qui per verbi prædicationem collecti fuerint. Vt enim pisces in reti capti seruantur vsque ad piscationis finem: ita & homines per Euangelij prædicationem collecti, per Euangeliũ quoque sunt in Ecclesia detinendi vsque ad tẽpus separationis. Verùm hoc rete Euangelicũ primarium piscationis instrumentum, iãdiu neglectum à multis, qui cùm se pastores in lanis colligendis iactitent, pro lupis, aut saltem mutis canibus se habent ad gregem Christi: ab aliis autem, vt hæreticis & schismaticis, fortiter corruptum ac laceratum est. Pugnat autem hæc parabola contra Iouinianos & Pelagianos hæreticos, qui Ecclesiam militantem solis electis constare contendebant. Augustin. lib. de hæresib. ad Quod vult Deum. In id etiam progrediuntur Pelagiani (inquit) vt dicant vitam iustorum in hoc sæcu-

C lo nullum omninò habere peccatum, & ex his Ecclesiam Christi in hac mortalitate perfici, vt sit omninò sine ruga & macula, quasi non sit Christi Ecclesia, quæ in toto terrarum orbe clamat, dimitte nobis debita nostra. Verùm fortassè quis obiiciet scriptum esse, quòd omnis qui peccat, non cognouit Deum: & omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit. D. Bernardus serm. de Septuagesima, hunc locum de prædestinatis interpretatur, qui quidem non peccent, id est, non permaneãt in peccato. August. lib. 2. contra Parmenianum, c. 7. exponit eos non peccare in eo quòd filij Dei sunt: eos verò qui peccant, non cognoscere Deum, qua ratione peccant. Peccatum enim non à fide & scientia, sed ab ignoratione proficiscitur. Fides contrà & charitas, quibus filij Dei sumus, non agunt perperàm, sed reiiciunt omne peccatum. Granũ interim habet & admixtam paleam, donec ventilabrum sator ip-

D se & messor Christus accipiat. Quod & sagenæ similitudine ita concludit. *Quam cùm impleta esset educentes, & secus littus sedentes, elegerunt bonos in vasa sua, malos autem foras miserunt.* Vasa pro mansionibus cœlestibus sumuntur, quæ multæ sunt, nimirùm pro meritorum varietate. Ita tamen vt ad eas soli electi admittantur. Educentur in littus pisces, cùm omnes resurgemus, & stabimus ante tribunal Christi. Hic piscationis finis erit, hæc item Ecclesiæ militantis transmigratio in triumphantem. Tunc absterget Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum, & iam amplius nullus erit luctus, sed nec vllus dolor, quoniam priora transierunt. Tunc *educentur* omnes, quoniam omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum. Et piscatores *secus littus sedentes*, secura quiete perfruentur. Beati enim mortui qui in Domino moriuntur: à modò iam dicit Spiritus, vt requiescat à laboribus suis. Tempus erit vt la-

E borum præmium & mercedem accipiant. Erant Apostoli piscatores, videtur & innuere Angelos piscatores fuisse, quorum scilicet munus futurum sit separare malos de medio iustorum. Sed nihil vetat & ipsos Apostolos simul piscatores & Angelos nuncupari: Piscatores, à prædicationis officio: Angelos, ab authoritate delegata. Sũt enim & nuncij Dei, & missi, id est Angeli, & Apostoli. Demum si quis est qui requirat, an illi bonos à malis secreturi sint: respondemus etiam mundum ipsum illos esse iudicaturos, quibus scilicet à Christo dictũ est, Sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël. Eligent ergo bonos *in vasa*, id est habitacula *sua*: de quibus Luc. 16. Recipiant vos in tabernacula sua. *Malos autem foras mittent*, exclusos scilicet à gloria significabunt, qui gratiam & Euangelicam perfectionem admittere noluerũt. Apoc. vltimo, foris canes, & venefici, & impudici, & idolis seruientes. Sic princeps piscatorum Christus, Ite, inquiet, maledicti in ignem æternũ

Christus piscatoribus familiares similitudines proponit. 1. 2. 3.

Ecclesia militãs permixtos habet peccatores. Augustin.

Bernardus.

Augustinus.

Iudicium.

Angeli piscatores.

qui paratus est diabolo & Angelis eius. *Sic erit in consummatione sæculi*, quantum ad hominum separationem adinuicem, quando & agni ponentur à dextris, & hœdi à siniſtris, *exibunt Angeli*, à summo cœlo, & missi à Christo *separabunt malos de medio iustorum*: id est, de vniuersa congregatione electorum, *& mittent eos in caminum ignis*. Psalm. 20. Ponet eos vt clibanum ignis in tempore vultus sui. In ira vultus tui turbabis eos, & deuorabit eos ignis. Esa. vlt. Ignis eorum non extinguetur, & vermis eorum non morietur. *Ibi erit fletus* ex acerbitate caloris pro concupiscentia: & *stridor dentium* pro frigore refrigescente charitatem. Eccl. 43. Gelauit crystallus ab aqua. Iob. 38. In simile lapidis aquæ durati sunt. Nunc ergo, vt meditatur Dionys. Carthus. Ecclesia adinstar sagenæ natat & fluctuat in hoc mari magno ac spatioso: & sæpè fluctibus tentationum, & aquis tribulationum ita afficitur atque torquetur, vt clamet cum sancto Dauid: Saluum me fac, Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me. Nunc quoque nescitur qui pisces sint electi, & qui reprobi. Porrò in fine sæculi Christo ad iudicium descendente, sagena ista quasi ad littus trahetur, cùm omnes ante Christum in vallem Iosaphat ducentur, túncque boni à malis manifestè secernentur. Druthmarus in Matth. Dominus, quando ista dicebat, sagenam mittebat in mare, & duodecim piscatores, quomodo piscarentur, docebat. Cepit sagena Domini & discipulorum eius multos. Et adhuc hodie mittitur, & capit bonos & malos. Et cùm veniunt, id est, ad terminum vniuscuiusque veniunt Angeli, bonos pisces mittunt in vitam æternam, malos autem in ignem æternum: vt non amplius deuorent bonos pisces, neque faciant filios similes sibi. Talis piscis fuit Iulianus, qui rupta sagena exiit foras, & quia multos Domini pisces comederat, & persequutus fuerat, separatus à bonis adhuc coquitur, vindictam iustam exoluens. *Intellexistis hæc omnia?* Hierony. in Matth. Ad Apostolos propriè sermo est, quos non vt populum audire vult tantùm, sed & intelligere, vt magistros futuros. Euthym. in Matth. *Hæc omnia* scilicet, quæ in parabolis necessaria sunt. Atqui sciebat tanquam Deus, quòd ea intellexerant. Reliquum est ergo vt hoc humano more interrogauerit. Psal. 118. Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. Hier. 31. Erunt omnes docibiles Dei. Esa. 54. Vniuersos filios tuos ponam doctos à Domino. *Dicunt ei, Etiam.* Albertus in Matth. Atqui leuius quàm par esset, respondere videntur, cùm non adhuc spiritum sanctum accepissent, qui illos omnia doceret. Sed dicendum, quòd hîc respondent, non de omnibus simpliciter, sed de his quæ nunc Dominus docuerat. Igitur quia intellexerunt, rursus eos laudat, cùm *ait illis: Ideò omnis Scriba doctus in regno cœlorum*, quilibet Verbi minister, Prælatus, maximè verò Episcopus in Ecclesia militante, sua vocatione dignus, *doctus* quid dicendum, quid verò tacendum sit: *similis est homini patrifamiliâs*, nimirùm ad populum sibi creditum se habet vt pater ad filios, vt illos rectè instituat, foueat, & dignos efficiat: *qui profert de thesauro suo noua & vetera*, quoties opus fuerit ad familiæ suæ necessitates, profert vestimenta, vtensilia, alimenta, pecunias. Patres enim thesaurizant filiis, vt scribit Apostolus. Quemadmodum ergo paterfamiliâs, secundum cuiusque temporis, loci, personæ conditionem, noua & vetera depromit ad suæ familiæ educationem: *sic omnis scriba doctus*, sic prædicator & Ecclesiæ Prælatus, qui nouit se ad verbi diuini ministerium vocari, è vetere & nouo Testamento, è traditionibus & scriptis prioribus desumere debet, quæ ad colligendos in Ecclesiam populos, ad fideles etiam conseruandos faciant. Hilarius in Matth. Discipulos enim scribas propter scientiam nuncupat, eo quòd intellexerint ea noua & vetera, quæ ex lege & Euangelio protulerat. Vnus autem est & idem eiusdem etiam patrisfamiliâs thesaurus, qui vetere & nouo Testamento constat, vna veritas, vnus Christus, vnus Deus: ne fortè Manichæi alium Deum veteris, alium noui constituant. Hieronymus in Matth. vel Apostoli scribæ, quasi notarij Saluatoris dicuntur, qui verba illius & præcepta signabant in tabulis cordis carnalibus, qui quicquid in Euangelio prædicabant, Legis & Prophetarum vocibus è thesauro patrisfamiliâs depromptis, comprobabant. Gregor. in hom. Seu ille in sancta Ecclesia doctus est prædicator, qui & noua scit proferre de suauitate regni, & vetusta dicere de terrore supplicij, vt vel pœnæ terreant,

Dion. Carth.
Druthmar.
Hieronym.
Euthym.
Albertus.
Quomodo formẽtur verbi diuini ministri.
Hilarius.
Hieronym.
Gregorius.

A terreant, quos præmia non inuitant. Facit ergo hæc similitudo ad formandos diuini verbi concionatores, ne sua somnia, sed quæ ab antiquis & primis Ecclesiæ Patribus, quæ à nouo & vetere Testamento didicerint, populis inculcent. Ideò scilicet in Canticis ait Ecclesia: Omnia poma noua ac vetera, dilecte mi, seruaui tibi. Debent ergo omnes Episcopi & Prælati Ecclesiæ in vtraque lege esse periti, adeò vt quicquid à subditis in quæstionem vertetur, vtriusque sententias resoluere possint.

Christus in Nazareth synagoga legit & interpretatur occurrentem Esaiæ Prophetiam de suo aduentu: rationem reddit, cur non tam ibi frequentia miracula operetur, & suorum incredulitatem condemnat.

B

Matth. 13.

Et factũ est: cùm cõsummasset Iesus parabolas istas, transiit inde. Et veniens in patriam suam, docebat eos in synagogis eorum, ita vt mirarentur, & dicerent, Vnde huic sapientia hæc, & virtutes? Nónne hic est fabri filius? Nónne mater eius dicitur Maria: & fratres eius, Iacobus & Ioseph, & Simon & Iudas: & sorores eius, nónne omnes apud nos sũt? Vnde ergo huic omnia ista? Et scandalizabãtur in eo. Iesus autem dixit eis, Nõ est Propheta sine honore, nisi in patria sua, & in domo sua. Et non fecit ibi virtutes multas, propter incredulitatem illorum.

C

D

E

Marc. 6.

Et egressus inde, abiit in patriam suã, & sequebantur eum discipuli sui, & facto sabbatho cœpit in synagoga docere: & multi audientes admirabantur in doctrina eius, dicentes, Vnde huic hæc omnia? & quæ est sapientia quæ data est illi, & virtutes tales quæ per manus eius efficiuntur? Nónne hic est faber, filius Mariæ, frater Iacobi & Ioseph & Iudæ & Simonis? nónne & sorores eius hîc nobiscũ sunt? Et scãdalizabantur in illo. Et dicebat illis Iesus, Quia non est Propheta sine honore nisi in patria sua, & in domo sua, & in cognatione sua. Et nõ poterat ibi virtutẽ vllã facere, nisi paucos infirmos impositis manib⁹ curauit: & mirabatur ꝓpter incredulitatẽ eorũ.

Luc. 4.

Et venit Nazareth vbi erat nutritus: & intrauit secundum consuetudinem suam die sabbathi in synagogam, & surrexit legere. Et traditus est illi liber Isaiæ Prophetæ. Et vt reuoluit librum, inuenit locum vbi scriptum erat, Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, prædicare captiuis remissionem, & cæcis visum, dimittere confractos in remissionem, prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis. Et cùm plicuisset librum, reddidit ministro, & sedit: Et omnium in synagoga oculi erant intendentes in eum. Cœpit autem dicere ad illos, Quia hodie impleta est hæc scriptura in auribus vestris. Et omnes testimonium illi dabant: & mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipsius, & dicebant, Nónne hic est filius Ioseph? Et ait illis, Vtique dicetis mihi hanc similitudinem, Medice, cura teipsum: quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hîc in patria tua. Ait autem, Amen dico vobis, quia nemo Propheta acceptus est in patria sua. In veritate dico vobis: multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Israël, quando clausum est cœlum annis tribus & mensibus sex, cùm facta esset fames magna in omni terra: & ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sarepta Sidoniæ, ad mulierem viduam. Et multi leprosi erant in Israël sub Elisæo Propheta: & nemo eorum mundatus est nisi Naaman Syrus. Et repleti sunt omnes in synagôga, ira, hæc audientes. Et surrexerunt, & eiecerunt illum extra ciuitatem, & duxerunt illum vsque ad supercilium montis, super quem ciuitas illorum erat ædificata, vt præcipitarent eum. Ipse autem transiens per medium illorum, ibat.

Ioan.

Introductio.

QVIBVSDAM sanè plantis & arboribus contingit, vt transplantatæ meliores sint: sic enim Persica

Transiatu facta est melior, quæ noxia quondam
In patria, hîc nobis dulcia poma gerit.

Ita sæpè contingit, vt ij qui domi suæ flocci fiunt, cùm in exteras processerint nationes, pluris habeantur. Quid quòd infantia nonnullis contemptum peperit, quem nec cõsequens virtus facilè auferat? Ioseph à suis inuidiã patitur, & apud Ægyptios summo in honore habitus est.

Dauidem fratres vt temerarium ducunt, cuius tamen virtutem cæteri ex populo de- F
Summa. mirati sunt. Hinc fit, vt Christus doceat, Euangelii sui ministrum, non tam suæ patriæ, quàm toti orbi debitorem esse, nec moueri domesticis compatriotarum liuoribus & calumniis, sed obtrectationes saluti publicæ postponere debere. Hoc Christus & suiipsius & Prophetarum exemplis confirmat. *Et factum est*, Deo nimirùm omnia moderante, *cùm consummasset Iesus parabolas istas*, vt scribit Matthæus: (quæ enim Marcus interserit, in aliud tẽpus referenda sunt, vt in superioribus ostendimus:) *transiit inde*, non ex ipso solùm littore, in quo docebat turbas, sed ex domo in quã postea cũ Apostolis diuerterat, *& venit in patriam suam*. Hæc quidẽ est Beth-lehem, si natiui-
Quæ hîc Christi patria. tatem, Nazareth, si eius educationẽ spectes. Nomen tamen patriæ latiùs quandoque porrigitur, quàm ad vrbem: regiõnem enim designat. Hæc erat Christo propter educationẽ, Galilæa: vnde & Galilæus à Iuliano, sed per contemptum, vocabatur. Vnde G
nec simpliciter patria dicitur, sed & adiicitur, *vbi erat nutritus*. Statim enim atque virgo è templo reuersa est, vbi Christum obtulerat, & fecerat quæ erant ad purificationem matrum, venit in Nazareth: quin & Nazaræus Christus nuncupabatur. Nouerat quidem parum se fructus ex compatriotis collecturum, vt quos primùm duros &
Quantum patriæ debeamus. veluti aduersarios probauisset. Verumtamen suo nos exemplo docet, quantũ patriæ, parentibus, & amicis debeamus. Etsi enim patria ingrata est, probare tamen debemus, num quid nostra diligentia & gratitudine illam iuuare valeamus. Nisi fortè desperata eius plaga fuerit: tum enim etiam adinstar Christi, excutere poterimus puluerem è pedibus nostris in testimonium eius. *Et intrauit secundum consuetudinem suam die sabbati in synagogam.* Sic Act. 17. Paulus secundum consuetudinem apud Thessalonicam intrabat in synagogam, & per tria sabbata differebat eis de scripturis. Al-H
Albert. bertus in Luc. ex eo loco colligit, consuetudines bonas retinendas esse. Hebr. 10.
Prælatorum officium. Non deserentes collectionem vestram, sicut est cõsuetudinis quibusdam, sed adhortamini: & tanto magis, quanto videritis appropinquantem diem. Debent & hi, quibus concredita est Ecclesia, qui & ex illius prouentibus viuunt, in eã frequenter intrare, ibi docere & exhortari, Deo quoque laudes & gratiarũ actiones persoluere. Aliter ipsi agri Ecclesiæ, quibus nutriũtur, contra eos clamabunt. Iob. 31. Si aduersum me terra mea, & cum ea sulci eius deflent. Si comedi fructus eius absque pecunia, & animam agricolarũ afflixi, pro frumento oriatur mihi tribulus, & pro hordeo spina. Anima agricolarum afflicta est, quando oblationes fideliũ accipiuntur, & pro illorũ peccatis non oratur. Osee. 4. Peccata populi mei comedent, hoc est oblata pro peccatis. Cęterùm quòd die Sabbati mos erat ingredi synagogã, & ibi scripturas audire, I
docemur & nos festis diebus, maximè Dominicis, ad Ecclesias precum fundendarũ & audiendi verbi gratia conuenire. Eccl. 51. Appropinquate ad me indocti, & con-
Ambrosius. August. gregate vos in domum disciplinæ. Ambros. serm. 77. non hoc tantùm cõmendat, sed & arguit Mediolanenses, quòd tardè ad Ecclesiã conuenirent. August. lib. Ad quod vult Deum, Manichæos notat, qui sabbati & diei Dominicæ quietem abrogarent: docens his quidem diebus operari nos debere opera Dei, adesse sacris, reconciliari, audire verbum, infirmos visitare. Cæterùm Christus toties synagogam ingrediens, & ibi docens, nunc in Nazareth, nunc in Capharnaum, aut aliis vrbibus: certissimè demonstrabat se neque legi, neque Moysi, neque Prophetis aduersari: quin potius illa omnia probabat, & ad perfectum deducta ostendebat. Suo interim exemplo docebat, eos qui verbi ministerium suscipiunt, de sua doctrina cum doctoribus K
& Ecclesiæ præfectis conferre debere, ibi probandos esse, vt omnis malè sana suspicio tollatur. *Et facto sabbato cœpit in synagoga eorum docere eos*, qui & in templo frequẽter docuit. Neque enim loca illa detestabatur, quin potius honorabat, quæ ad legis & Prophetarum lectionẽ & explicationẽ erecta erant. Locus scilicet ex re, cui destinatus est, aut honore, aut contemptu dignus est. Nec eundem gradũ sortiuntur, ganeũ, seu locus virginum consecratarum: non eodem hęreticorũ conciliabula, & Ecclesię synodi. *Docere cœpit.* Ita non vt doceretur, sed vt doceret, huc conueniebat. Hoc scilicet eius est munus potissimum. A quo nimirùm nisi verbo doctrinã veritatis accipiamus? *Et surrexit legere.* Neemiæ. 9. Surrexerunt super gradum Leuitarũ, & legerunt in volumine legis Domini Dei sui, quater in die, & quater in nocte. Aliquẽ enim fuisse ordinem oportuit, vt omnia decenter fierent, vt ait Paulus, 1. Cor. 14. Si enim cuique

legere

A legere permissum fuisset, confusionẽ sequi oportebat. In eo quòd surrexit, mos quidam inoleuisse videtur. 1. ad designandam alacritatem & attentionem: 2. aut vt cæteris fortè sedentibus, altior appareret qui legebat: 3. aut sanè in maius reuerentiæ signũ. *Et traditus est illi liber Isaiæ Prophetæ.* nempè à præfecto, seu ministro synagogæ: siquidem paulò pòst additur, Et complicato libro reddidit ministro. Ità non se ingessit Christus, nec ex eo loco conuincitur fuisse generis Leuitici, vt quidam impiè cõtenderunt. Nec enim hoc ex ordine legali habuit, sed fortè tentaturus illũ minister synagogæ, librum ei porrexit. Tentationẽ fuisse consequentia demonstrant. Et quidẽ liber traditur Diaconis & Episcopis cùm ordinantur, sed vt Esaias (cap. 29.) exclamat, Obstupescite cœli desuper. Dabitur liber nescienti literas, & dicetur ei, Lege: & respondebit, Non possum, quia nescio literas. Quot currunt ad cathedrã, qui

B nec norunt quæ ad cathedram pertinent? Zozimus Pontifex, vt refertur dist. 36. can. Qui Ecclesiasticis: Sacrarum, inquit, literarum oportet Episcopum habere peritiã. Hinc est quòd in veteri Testamento Pontifex rationale ferebat in pectore, in quo scribebatur, Manifestatio & veritas: quia in pectore Pontificis manifesta debet esse cognitio veritatis. Hinc etiam Dauid priùs ex gratia Spiritus sancti donum scientiæ percepit, & postea administrationem regni consecutus est. Dominus quoque priùs posuit verba sua in ore Prophetæ, & postea constituit eum super Gentes & regna, (Hier. 1.) Labia enim sacerdotis custodiunt scientiam, inquit Malachias, (c. 2.) & legem exquirent de ore eius, quia Angelus Domini exercituum est. Christus igitur librum accipit, interpretatur & docet, vt & illum Pontificatu dignum existiment,

C sed qui longè Aaronicum superet. Neque enim debuit secundum Aaron, sed secundum Melchisedech dici, iuxta id quod scriptum est, Psal. 109. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. *Traditus est illi liber.* Poterat suo iure accepisse, sed noluit, vt ostenderet neminem nisi vocatum huic sese oneri ingerere debere. Non enim omnium est accipere librum, vt docet Hieronym. Epist. ad Paulinũ.

Tractent fabrilia fabri.

Quid enim magis temerarium est, quàm huius libri sibi ex sese cognitionem vendicare, cùm nemo dignus inuentus sit nec in cœlo, nec in terra, qui solueret signacula eius, præter agnum, qui & idem est leo de tribu Iuda? Et quid non confusionis esset, si cuique in cœtu liceret præripere verbum, & explicare? Disciplina requirebat, vt qui legere vellet, primùm in loco lectorum accumberet, demum licentiam legendi acciperet. Paulus & Barnabas ingressi synagogam Pisidiæ sederunt (velut in loco de-

D putato) donec lectione facta Principes miserunt, dicentes: Viri fratres, si quis est in vobis sermo exhortationis ad plebem, dicite. Porrò traditus est Christo *liber Isaiæ Prophetæ*. Hic enim omnium Prophetarum celeberrimus fuit, & tam apertè Christi mysteria explicat, vt teste D. Hieronym. ad Paulinum, Euangelium potius quàm Prophetiam texere videatur. Inde factum est, vt idem ad Paulam & Eustochiũ scribit, vt Septuag. interpretes noluerint ad verbum transferre illius Prophetiam, ne simul ad liquidum sacra mysteria texerent. Descripsit conceptionẽ Christi, natiuitatem, miracula, sacramenta, passionẽ, resurrectionem & ascensionem: Euangelii quoque per vniuersum orbem propagationem, & secundum Christi aduentũ. Ambros. lib. 4. in Luc. c. 15. Accepit ergo librum, vt ostenderet seipsum esse, qui locutus est in

E Prophetis, & remoueret sacrilegia perfidorum, qui alium dicunt Deum veteris Testamẽti, alium noui, vel qui initium Christi dicunt esse ex virgine. Quomodo enim cœpit ex virgine, qui antevirginem loquebatur? *Et reuoluit librum.* Hoc non superfluè dictum est. Potuissent enim nonnulli suspicari designatum à ministro fuisse aliquẽ Isaiæ contextum explicandum: cùm tamen id è Christi electione penderet. Diuina itaque prouidentia factum est, vt statim atque librum reuoluit, id occurreret quod ad præsens negotiũ faciebat. *Inuenit* enim *locum vbi scriptum erat*, (cap. 61.) *Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me, &c. Et cùm plicuisset librum, reddidit ministro, & sedit.* Exacto scilicet Lectoris munere, concionatoris seu doctoris munus aggreditur. Sed & Doctoribus exemplum præbet, vt si quem scripturæ textum interpretaturi sint, priùs illius literam enarrent, aut rei historiam, demum ad illius mysteria progrediãtur. Alioquin nihil certum sequi, sed per deuia vagari videbuntur. Beda lib. 2. in Luc. Quòd autem primùm legit, deinde ministro librum reddidit, indicabat se quidem

Prælatorum est docere.

Quibus liber datur in sacris Ordinibus.

Zozim. Papa.

Clericorum quorundam inscitia.

Hieronym.

Ne quis seipsum ad docẽdum ingerat.

Hieronym. *Esaiæ Prophetæ excellentia.*

Ambros.

Ordo quem Christus in legendo & interpretãdo seruat.

Beda.

primùm in persona sua docturum, traditurum autem Euangelizandi officium, his F
qui ab initio ipsi viderant, & ministri fuerant sermonis, statim atque regressurus esset in cœlum. Et benè stans legit: sed libro reddito resedit. Stare enim operantis, sedere autem quiescentis, vel iudicantis est. Quia Dominus Iesus Christus, vt viam nobis scientiæ, quæ de se scripta erat, patefaceret, ad tempus in carne dignatus est operari. Peracto autem piæ dispensationis officio, discipulos suæ doctrinæ sequaces elegit, seque supernæ quietis solio restituit, vnde & nunc occulto iudicio cuncta dispenset, & in fine totius sæculi iudex manifestus appareat. Simul exemplum mysticè proponens, vt verbi quisque prædicator, eiusdem sit etiã factor. Surgat & legat, & resideat: hoc est, operetur, prædicet, & sic præmia quietis expectet. Et notandum, quòd librum ipse reuolutum legit, ministro autem plicatum reddidit: quia & Ecclesiam suam misso à Patre spiritu veritatis docuit in omnem veritatem: & tamen G
non omnibus omnia dicenda, sed pro captu audientium verbum doctori dispensandum, suo præmonebat exemplo, cùm ait: Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modò. Matth. 7. Nolite sanctum dare canibus. Aliter atque aliter prædicandum aliis atque aliis, vt docet Gregor. in Pastorali. Dan. 12. Claude sermones, & si-
Gregorius. gna librum vsque in tempus statutum. Ideò Dominus (Matth. 25. Luc. 12.) commendat seruum prudentem, qui nouerit quid cui debeat ministrare pro tempore. Bona-
Bonauẽtura. uentura in Luc. Priùs stans legerat, accipiendo librum cum humilitate: nunc reddit, & sedit cum authoritate. Sedere enim est Doctorum & Regum. Vnde Matth. 23. Super cathedram Moysi sederunt scribæ & Pharisæi. Et Iob. 29. Si voluissem ire ad eos, sedebam primus: cúmque sederem quasi Rex circumstante exercitu, eram tamẽ mœrentium consolator. Plicat librum, quia (2. Cor. 3.) vsque in hodiernum diẽ cùm H
legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum. *Et omnium oculi in synagoga, erant intendentes in eum:* expectabant omnes quid dicturus esset, alii vt docerentur, alii vt arguerent. Inuitabat autem eos ad attentionem magna Christi gratia. Atque vtinam & corda eorum ad eum attendissent, vt & ex illo haurirent, quòd ad suæ salutis cognitionem faciebant. Verùm idem illis euenit, quod & his qui intendebant in Stephanum, cùm esset plenus Spiritu: & diuina planè verba intonaret: (Act. 7.) Ita sanè hostiliter in eum affecti, vt frenderent dentibus in eum. *Cœpit autem dicere ad illos: Quia hodie impleta est hæc scriptura in auribus vestris.* In auribus, inquit, non in oculis. Etsi enim ipsemet visibilis appareret, non tamen ab eo quod videbatur, credebant in eum, sed ab eo quod audiebant. Rom. 10. Fides enim ex auditu, auditus autẽ per verbum Dei. Videbatur enim oculis corporis infirmitas, sed auditu illius maiestas I
Manifesta Prophetia de Christo. audiebatur: cùm illi Prophetæ testimonium perhiberent. Quid enim manifestius de eo dici potuit, quàm quod ex Isaia legerat? Nimirùm & ille in Prophetæ persona
Hieronym. loquebatur, vt Hieronym. lib. 17. Cõment. in Isaiam docet. Christus igitur de seipso dicit, *Spiritus Domini super me*, immò plenitudo spiritus: non enim ei ad mensuram spiritus sanctus datus est. Spiritus super Mosen, Beseleel, Salomonem, Samsonem, Danielem, sed ad mensuram. Spiritus scientiæ in Beseleel, consilii in Mose, sapientiæ in Salomone, intellectus in Daniele, fortitudinis in Samsone: sed omnia hæc in Christo quieuerunt, vt legitur Esa. 11. Quod vt certiùs crederemus, datum est signũ hoc Ioanni Baptistæ: Super quem videris Spiritum sanctum descendentem sicut columbam, hic est qui baptizat in spiritu. *Propter quod vnxit me.* Hinc scilicet Chri-
Cyprianus. stus & Messyas ab vnctione dictus est. Cypria. Expos. in Symbolũ. Hinc Christus, inquit, vel Pontificale, vel Regiũ nomen est. Nã priùs & Pontifices vnguento chrisma- K
tis consecrabãtur, & reges: sed illi velut mortales & corruptibiles, vnguẽto materiæ corruptibilis vngebãtur, hîc verò spiritus. perũctus, Christus efficitur. Porrò hæc vn-
Tertull. ctio non modò Christi officium, sed & humanitatẽ declarat. Tertull. lib. contra Praxeã, Dicendo, inquit, Christus mortuus est, id quod est vnctũ, mortuũ esse ostendit, id est carnem. Ad quem Psalmista inquit: Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ, præ consortibus tuis. Quando
Beda. enim consortes nominãtur, inquit Beda in Luc. naturam carnis intelligi, qua Deus consortes substantiæ suæ nos habet. Et quia erat vnctio spiritualis, & nequaquam humani corporis, vt fuit in sacerdotibus Iudæorum: idcircò præ consortibus, id est cæteris sanctis, vnctus esse memoratur. *Euangelizare pauperibus misit me.* Etsi enim diui-

tibus

A tibus, fastuosis & superbis Euangelicam doctrinam communicauerit, ad eos tamen nõ venit propriè, sed ad pauperes. Est enim agentis in patiens quidam reciprocus respectus, vt & magistri ad discipulos, patris ad filios, talis vt vno negato, alterum quoque negari oporteat. Iam cùm diuites, superbi & fastuosi Christi Euangelium reiicerent, Euangelium quoque non in eorum gratiam datum esse dicetur: sed tantùm in fauorem pauperum, qui nimirùm hoc obuiis vlnis acceperunt. Nónne pauperes elegit Deus in hoc mundo, diuites in fide? De iis enim pauperibus intelligit, qui beati prædicantur, quoniam pauperes sunt spiritu. Ambrosius lib. 4. c. 15. in Luc. Vngitur ergo oleo spirituali, & virtute cœlesti, vt paupertatem conditionis humanæ, thesauro resurrectionis rigaret æterno. *Sanare contritos corde*. An non & hoc fuit officium Christi? hæc illius gratia? An non ad eum recurrẽtibus, & corde contritis peccatori- Ambrosius.

B bus spẽ veniæ non modò promisit, sed & peccata condonauit? Num id peccatrix experta est, cui ille dixit, Remittuntur tibi peccata tua, &, Vade in pace? Num adultera cui intulit, Nec ego te condemnabo, Vade, & amplius noli peccare? Ps. 146. Qui sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum. Ad quem Hieremias clamare poterat (c. 17.) Sana me Domine, & sanabor: saluum me fac, & saluus ero. Psal. 50. Cor enim contritum & humiliatum Deus non despicies. Immò (Luc. 14.) prætulit humilem & contritum Publicanum, iustificanti se Pharisæo. *Prædicare captiuis remissionem*: iis nimirùm, qui peccatorum suorum vinculis constricti, à diabolo retinentur. Non enim hîc Christus de ciuilibus mancipiis loquitur, aut externa manumissione, sed spirituali, qua liberamur à seruitute Sathanæ. Nos enim omnes sumus ab ipsa conceptione captiua Sathanæ mancipia, vnde & ille in nos pro iure dominoC rum, vitæ necisque potestatẽ arrogarat. A quo enim quis superatus est, eius & seruus est. Rom. 7. Vænundati sub peccato. Venit autem Christus, vt nos pristino domino restituat: ideò vnctus est, vt tyrannum qui nos detinebat superaret, & ita nos è captiuitate in libertatem assereret. Quotquot enim sine Christo sunt, dira captiuitate premuntur: quotquot autem sese illi deuouerunt, liberi sunt: qua libertate nos Christus liberauit, libertate nimirùm iustitiæ, qua seruitutem peccati excutimus. Prou. 5. Funibus peccatorum suorum quisque constringitur. De quibus admonetur filia Syõ, Esai. 52. Solue vincla colli tui captiua filia Syon. Atqui (Psal. 145.) Dominus soluit compeditos, Dominus illuminat cæcos. Qui & Hier. 29. Reducam, inquit, vos in terram vestram de cunctis locis, in quibus captiui fuistis. Sic Ps. 125. In cõuertendo Dominus captiuitatem Syon, facti sumus sicut consolati. Conuerte Domine captiuitatem nostram sicut torrens in austro. Atque vtinam, vt scribit Paulus (2. Tim. 2.) *Quæ nobis libertas in Christo.*

D resipiscant omnes à laqueis diaboli, à quo captiui tenentur, ad ipsius voluntatem. Ecce sc. nobis remissio per Christum promittitur, Act. 19. Sic enim oportuit in vno homine prædicari pœnitentiam in remissionem peccatorum. *Cæcis visum*, non corporalem modò, sed & spiritualem. Es. 49. Vt diceres his qui vincti sunt, exite: & his qui in tenebris sunt, reuelamini. Mich. 4. Cùm sedero in tenebris, Dominus lux mea est. Cæcitas enim ex parte contigit in Israël, sed & quodammodò cæci erant, qui lumine gloriæ carebant: donec hoc Christus eis restituit, adducens secum captiuitatem captiuam, & ascendens in cœlum. *Dimittere confractos in remissionem*, eos nimirùm qui legis pondere graui & importabili fuerant depressi, reuelare, atque in remissionem gratiæ spiritualis admittere. Act. 15. Onus quod neque nos, neque Patres nostri portare potuimus, inquit Petrus. *Prædicare annum* Domini acceptum seu placabilem

E Domino, *& diem retributionis* seu vltionis Deo nostro. Ita paulùm variant Hebræa, & Græca Lucæ, ita tamen vt in eundem sensum concurrant. Alludit autem Propheta ad annum redemptionis Iubilæum, de quo Leuit. 25. In quo duo potissimùm obseruata fuerunt: vnum, quòd eo anno omnes serui fiebant liberi: alterum, quòd possessiones agrorũ diuenditæ, pristino suo domino, aut eius hæredibus restituebantur. *Quid Iubilæus.*

Hæc lex tum politiæ, tum religioni Iudæorum fuit commodissima. In eo anno semel finiebantur omnes lites, iurgia, debita, acta, pacta, iura, sigilla & literæ: vt is annus omnium fuerit etiam ciuilium controuersiarum compositio & pacificatio. Cæterùm cùm in figuris omnia contingerent illis, per hunc annum, tempus Euangelicæ prædicationis, & redemptionis per Christum factæ præsagiebatur. Beda in Luc. Tunc enim verus Iubilæi, id est libertatis annus, seu tempus aderat Ecclesiæ, quo in Beda.

corpore versata peregrinatur à Domino: de quo Psalmista canit, Benedices coronã F
anni benignitatis tuæ. Neque enim ille quo Dominus prædicabat, solus fuit acce-
ptabilis, sed etiam iste, quo prædicat Apostolus, dicens: Ecce nunc tempus accepta-
bile, ecce nunc dies salutis. (2.Cor.7.& Es.49.) Tempore accepto exaudiui te, & in
die salutis adiuui te. Post *annum* Domini *acceptabilem* etiam *diem retributionis* extremæ
prædicat, dicens: Filius enim hominis venturus est in gloria sua cum Angelis suis, &
tunc reddet vnicuique secundum opus eius. Et quidem verè nunc *annus Iubilæus*,
quo Christus pretium exoluit, quo redimeremur, & in pristinam possessionem para-
disi, è qua electi eramus, restitueremur. Atque vtinam nos omnes rixas, iniurias, lites,
& offensas proximis remittamus, vt & Iubilæi gratiam consequamur. Hæc quidem
Christus explicauit: verùm Euangelistæ quid dixerit, minimè scripserunt, vt qui
omninò breuitati studerent. *Et omnes testimonium illi dabant, & mirabantur in verbis gra-*
tiæ, quæ procedebant de ore eius, & dicebant: Nónne hic est filius Ioseph? Hic est effectus do- G
ctrinæ Christi, potenter operantis in auditorum suorum conscientiis. Commenda-
tur igitur doctrina Christi à sua potentia & efficacia. Audita enim explicatione Pro-
phetiæ, sequuta est admiratio, quæ sensus animi est: testimonium verò est externa
professio. Admiratio impulit eos ad confessionem. Ostendit autem non per simili-
tudinẽ eos locutos esse, sed ex animi sententia, quod adiicit, *in verbis gratiæ*. Hebraïs-
mus autem hic est, pro de sermonibus plenis gratia. Veruntamen vide illorũ animi
inconstantiam. Quem enim suspexerant, & admirati fuerant, nunc contemnunt.
Doctrina illos in admirationem rapiebat, parentum autem Christi humilitas illis
contemptum suppeditabat. Ita, vt in superiori parabola dictum est, spinæ huius sæ-
culi, & rerum carnalium cogitationes suffocant acceptum verbum. *Dicebant, Nónne* H
Beda. *hic est filius Ioseph, & fabri filius? Nónne hic est faber filius Mariæ, frater Iacobi & Ioseph, &*
Iudæ & Simonis? Nónne mater eius dicitur Maria, & fratres eius Iacobus & Ioseph, & Simõ &
Carnale de christo iudicium. *Iudas, & sorores eius apud nos sunt?* Beda in Luc. Quanta Nazarenorum cæcitas, qui eũ,
quem in verbis factisque Christũ esse cognoscunt, ob generis tantùm notitiam con-
temnunt? Huic simile est quod dicebatur de Saul, inquit Bonauentura. Quænã res
Bonauen. accidit filio Cis? Num & Saul inter Prophetas? 1.Reg.10.& 2.Reg.20. Non est nobis
pars in Dauid, nec hæreditas in filio Isai. Hæc enim inuidorum est consuetudo, vt si
quem laudari audiant, statim se opponant, & vbi nihil ex parte doctrinæ & morum
obmurmurare possunt, saltem parẽtum conditionem obiiciant. Ecc.11. Bona in ma-
la conuertens insidiatur, & in electis ponet maculam. Ita simul cum æmulis Christi,
qui priùs eũ laudabant, nũc despicimur. Ps.105. Citò fecerunt, obliti sunt operũ eius.
Beda. Beda. Horum tamen error salus nostra est, & hæreticorum condemnatio. Intantum I
enim cernebãt hominem Iesum Christũ, vt hunc filium Ioseph, & iuxta alios Euan-
gelistas, fabrum, vel fabri filium vocarent. Inter quæ intuendum quare Christus in
carne apparens, fabri filius, immò faber voluerit appellari: sanóque intellectu sen-
tiendum, quòd etiam eius ante secula filium se esse docuerit, qui fabricator omniũ
in principio creauit Deus cœlum & terram. Nam etsi humana non sunt comparãda
diuinis, typus tamen integer est, quia pater Christi igni operatur & spiritu. Vnde &
de ipso tanquam de fabri filio præcursor eius ait. Ipse vos baptizabit in spiritu. &
igne. Qui in domo magna huius mũdi diuersi generis vasa fabricat. Immò vasa iræ,
spiritus iræ, molliendo in misericordiæ vasa commutat. De quo & Malachias, Se-
debit, inquit conflans & emundans argentum, & purgabit filios Leui, & conflabit K
Augustin. eos quasi aurum & quasi argentum. Augustinus in ser. de natali Christi. Est enim pa-
ter Christi faber Deus, qui totius mundi opera fabricatus est, arcã Noeh disposuit,
Moysi tabernaculum ordinauit, arcam Testamenti instituit. Fabrum dixerit, qui
Hilarius. mentẽ rigidam explanat, ac cogitationes superbas excidit. Hilarius in Matth. Fabri
etiam hic erat filius, ferrum ignea vincentis ratione, sæculi virtutem iudicio deco-
quentis, massãmque formantis in omne opus vtilitatis humanæ: formam sc. corpo-
rum nostrorum in diuersa membrorum mysteria, & ad omnia æternæ vitæ opera
Chrysost. fingentis. Chrysostom. hom.49. Oper. prioris in Matth. Per omnia ergo insensati, vi-
lipendunt eum ab eo qui eius pater esse putabatur, quamuis multa exempla præ
Hieronym. manibus haberent, qui ex humilibus parentibus magni euaserunt. Hieronym. cõ-
tra Heluid. fratres intelligit, Hebræorum more, cognatos eius, filios materterarum.

Augustin.

A Augustin.lib.2.de consens.Euangel. c.42. Ita ciues eius & potentiam in eo virtutis stupebant, & ignobilitatem generis contemnebant. *Et scandalizabantur in eo, dicentes: Vnde ergo huic omnia ista?* Quasi sic concludentes, quòd cùm tantæ doctrinæ nullum humanum argumentum haberent, consequeretur hanc illum ex peruersorum dæmonũ familiaritate concepisse. Hilar.in Matth. Sic inhonoratur Dominus à seruis, & quãquã docendi prudẽtia, & operandi virtus admirationẽ commoueret, non tamen credunt hæc illum in nomine Domini agere, sed paternæ artis quodam opprobrio lacessunt. Hierony.in Matth. Propemodum namque naturale est, ciues semper ciuibus inuidere: vt qui non considerent præsentia viri opera, sed fragilis recordentur infantiæ, quasi non & ipsi per eosdem ætatum gradus, ad maturam ætatem venerint. *Iesus autem dixit eis*, præueniens cogitationes eorum: hæc nimirùm obiecturi e- B rant. *Vtique dicetis*, seu dicere intenditis *mihi hanc similitudinem: Medice, cura teipsum.* Vetus est prouerbium, quod & Ethnicus poëta vsurpat:

Mederis aliis ipsus vulneribus scatens.

Quasi dicat. Si tu ille es qui sanat contritos corde, qui omnes ab infœlicitate sua liberat, cur non maximè omnium idem præstas ciuibus & cognatis tuis? Alludunt enim ad prælecta Esaiæ verba, quæ Christum missum & vnctum asserebant, vt mederetur. Quod dicitur, *teipsum*, non ita intelligitur, quasi Christus ipse se malè habeat, sed quòd cõciues & cognatos quasi seipsum habere debebat: potissimùm cùm lex iubeat, diligere proximum sicut seipsum. Exprobrare autem hæc Christo erat ex offendiculo personæ vilis, contemnere & doctrinam & officia Christi. *Quanta au-* C *diuimus à te facta in Capharnaum, fac & hîc in patria tua.* Calliditatẽ ingenii Pharisaici explicat, quæ id quod sanctum & planè diuinum erat, in derisum & fucum transferre voluerit. Porrò suadere nituntur, ab horum rumore quæ audierint: quasi addubitent, sintne ea vera quæ non vidissent, sed ab aliis referentibus audiissent. Fatentur autem in Capharnaum multa facta esse: siquidem ibi Christus in Synagoga docens omnes sibi oblatos curauit. Videtur autem Origeni, hom.33.in Luc. Christus paucis moratus apud Capharnaitas. *Fac*, inquiunt. Imperant, non rogant, adeò supercilium extollunt, (Matth.23.& Luc.16.) Sed odibilis coram Deo est superbia, Eccl.10. Sed & ipsum sibi subiiciunt, in ratione loci, dicentes, *fac & hîc*, quasi non propter gentẽ locum elegerit. Nimirùm iudices & operum eius censores esse volebant, vt se illorũ examini subiiciat. Adiiciunt, *in patria tua*. Hic prætextus & fucus illorum erat, quasi D dicerent: Patria tibi propinquior est cæteris regionibus, & cognati cæteris hominibus. Itaque si vis nos tibi, vt peritissimo medico credere, fac ergo nobis testibus aliqua signa: sicq; poteris te vniuersorum medicum profiteri, qui & exteros, & domesticos sanitati restituas. At verò miracula non fiunt, vt qui illa vident, solos oculos pascant: non ad ostentationem, & iactantiam. Augustinus. August.lib.22.de Ciu. Dei, cap.8. 9.& 10. multa differit de miraculis: & hæc quidẽ colligit fieri ad hoc, vt credat mũdus, non ex curiositate, aut laude propria, quod probat in Martyribus. Vnde & id discipulis concreditum est, Luc.9. Apostolis, Marc.vlt. Fidelibus, Ioan.12. Fecerunt autem Stephanus, Act.7. & Apostoli, Act.5. Immò tanto abest, vt qui viderit verbũ suum malè accipi, mira facere debeat, quòd excutere debet puluerem de pedibus suis. Inde fit, vt idem Augustinus. libr. 83. Quæst. qu. 79. distinguat miracula Dei, Idem Aug. abhis quæ dæmoniorum sunt: quia etsi visibiliter similia quidem esse appa- E reant, diuerso tamen fine & diuerso iure fiant. Nam sancti faciunt quærentes gloriam Dei: impii quærentes gloriam suam. Et sancti quidem publica administratione iussu eius, cui cuncta creatura subiecta est: impii autem quibusdam concessis in ordine suo, velut priuatis commerciis & veneficiis. Igitur Dominus cùm videat istos nec gloriam Dei, si miracula faciant, quærere, nec salutem propriam, quæ pars est administrationis publicæ, signa facere denegat, vt corã Herode idem postulante fecit, Luc. 23. Quæramus igitur in omnibus Dei laudem & nostram salutem, vt innobis mirabilia suaoperetur. Ambrosius etiam in Luc.lib.4. Ambrosius. cap. 16. Videntur verò nonnulli etiam è nostris, talem velle facere Christum & verbum eius, qualem eum censebant Pharisæi. Nam eum velut præstigiatorem, & oculos tantùm pascentem proponunt quidam histriones: cùm passiones & acta Christi ludunt, quæ seriò à verbi diuini præconibus audire deberent. Atqui hæc

Occurrit Christus obiectioni Nazaræorum.

condemnãtur, De consecr. dist. 1. C. Qui die solenni. & 25. q. C. Si quis ariolos. *Dixit eis Iesus: Amen dico vobis, nemo Propheta acceptus est in patria sua.* Videtur sanè non tãtùm Origen. Nazareth notasse nomine patriæ, sed omnem Iudæorum nationem (ait Origenes in Luc.) Quem enim Prophetarum non sunt persecuti patres eorum? (ait Stephanus Act. 7.) Ioseph à fratribus venditus regnat inter extraneos, Genes. 37. 41. Moses expositus à suis, Exod. 1. excipitur à filia Pharaonis, Num. 12. Ridetur ille à sorore. Lapidandus à populo quæritur, Num. 11. Dauid à fratribus despicitur, 1. Reg. 17. Daniel ignotus inter Iudæos, apud Nabuchodonozor maximi æstimatur, cap. 2. 3. & Micheas à rege suo despicitur, ab Iosaphat probatur, 3. Reg. 22. Helyas ab Achab fugatur: ab exteris nationibus excipitur. Immò omnes Apostoli apud suos despecti erant. Dicebant enim omnes die Pentecostes: Nónne isti qui loquuntur, Galilæi sunt? Qui tamen plurimi facti sunt apud Gentes. Ex opposito Pseudoprophetæ benè in patria excepti sunt. Theodas enim & Iudas apud suos Galilæos floruerũt, & ex his sectarios fecerunt. An non verò Arrius vna scintilla fuit in Alexandria (vt docet Hieronym. Hieronym. in cap. 5. ad Galatas) qui primùm Alexandriam in Ecclesiam Catholicã armauit? An non etiam primùm Manes honoratus est à Persis, licet Persa seruili genere oriũdus: adeò vt inter suos medici summi & viri pii nomine donaretur? Cyrill. Cyril. Hiero. Hieros. Catech. 6. Et vt ad nostros veniã, vt Germani hæretici Germaniã, & Boëmi Boëmiã: ita VValdo Lugdunẽsis Lugdunẽses, VVuicleph Anglus Anglos. Et nunc Sacramentarii Galli Gallos corrumpunt. Adeò Pseudopropheta acceptus est in patria sua. Cæterùm quòd permittit Deus Prophetas vilipendi in patria propria, altiore mysterio factum est. 1. Nimirùm vt dulcedinem hanc, qua nos ad se natale solum allicit, fortitudine temperemus. Ne nos igitur patria remoretur, quin fideles nos Domino milites exhibeamus. Ecce enim nos cum Apostolis, reliquimus omnia, vt sequamur te. Nec enim hîc ciuitatem habemus permanentem: vnde nec exules fieri à patria pro Christo timemus: vt doctè Basilius apud Præfectum Cæsareæ sub Basilius. Niceph. Greg. Nanz. Valente respondit: (Niceph. lib. 11. ca. 18.) sed & ait Gregorius Nanzanzenus Orat. 26. cùm reuerteretur ex agro: Nisi tu peregrinus es & aduena, timendum ne vera excidas patria, ad quam nostræ ciuitatis spem reponimus. 2. Optimè igitur à Monachis relicta est patria, & parentes, iuxta Christi consilium. Vnde cùm miserint manum ad aratrum, ne retrò respiciant. Non enim proficient in patria, vt docet Hieronym. Hieronym. 3. parte Epistol. tract. 8. epist. 28. Nec sanctus Pior inter cognatos manere Nicephorus. voluit. Nicephor. lib. 11. c. 37. immò nec apud sororem. *In veritate dico vobis.* Confirmaturus exemplo sententiam iam dictam, priùs sibi credi expostulat: etsi de re certissima, & Iudæis notissima sit locuturus. Erat nempè vtraque & de Helya & de Helisæo historia in sacris Bibliis. Cur ergo hac assertione quod dicturus est muniat, nisi vt, eleuatis per hæc exempla Iudæorum animis, confirmet (quod nunquam futurum existimabant) Gentes se, & Euangelium (Iudæis repudiantibus illud) susceperuras? Cur non etiam in veritate loquatur ipsemet veritas? *Multæ viduæ erant in diebus Helyæ.* Ambros. lib. 4. in Luc. cap. 16. Non quia Helyæ dies fuerunt (creatione) sed in quibus operatus est, aut quia dies faciebat illis, qui in eius operibus lucem videbant gratiæ spiritualis, & conuertebantur ad Dominum. Et ideò aperiebatur cœlum videntibus æterna & diuina mysteria: claudebatur quãdo fames erat, quia nulla erat cognoscendæ diuinitatis vbertas. Porrò omnes facti circumstantias adducit, quibus probet & multas in Israël viduas, & illas in necessitate fuisse constitutas. Si quis enim dies Helyæ expenderit, obseruabit secessione religionis antiquæ facta, & populo Hebræo in duas factiones diuiso, consecuta bella, & furores ciuiles, Israëliticum sanguinem exhausisse. Nam cùm Israël contra domum Iuda frequentiùs armaretur, & vterque sibi regem præfeciset, Israël quidem è Hieroboam, Iuda ex Dauid: efficiebatur vt modò ille Syrium, alter Assyrium aut Ægyptiũ principẽ in auxilium euocaret, communi sua ipsorum strage, id est, ita occurrente bellorũ euentu, vt Hebræus pop. ab his & illis opprimeretur, & *multæ viduæ essent*, occisis passim earũ viris. Hier. 15. Multiplicatæ sunt mihi viduæ eius super arenam maris. Porrò quanta in necessitate cõstitutæ essent, ostendit fames illa quæ cõtigit in diebus Helyæ, *quando clausum est cœlum annis tribus & mẽsibus sex*. Causa huius famis fuit defectio ab auita religione, & idololatria populo inuecta per Hieroboã

Pseudoprophetæ benè accepti in patria.

Vnde viduarum multitudo.

succes-

A successores,& Achab ipse,incendente illum impia Iesabele, vt pleniùs habetur, 3. Reg.17.& 18. Tunc enim Helyas orauit ne cœlum plueret,(Iac.5.)& non pluit annis tribus & mensibus sex.Siccitates enim Dei flagella sunt. Leuit. 26. Si non obedieritis,dabo vobis cœlum ferreum. Deut.28.Sit cœlum quod supra te est, æneum, & terra quam calcas,ferrea.Hier.3.Polluisti terram in fornicationibus tuis, & in malitiis tuis. Quamobrem prohibitæ sunt stillæ pluuiarum,& serotinus imber non fuit. Basilius hom.de fame & siccitate.Discamus enim,inquit,quòd propter auersionem à Deo & negligentiam,has plagas nobis Deus immittit, non extirpare volens, sed corrigere studens, ad similitudinem bonorum patrum, & negligentiam filiorum, qui irascuntur adolescentibus,in ipsósque insurgunt,non malum quid ipsis inferre B volentes, sed ex puerili negligentia,& delictis iuuentutis ad curam diligentiámque ipsos ducentes. Adiicit,*Cùm facta esset fames magna in omni terra.* Tanta scilicet, vt ne herba quidem minima iumentis quibusdam alendis inueniretur. Ita famem patiebantur vt canes,(Ps.58.)& circuibat rex,& dispensator eius Abdias, ad inuenienda pascua,3.Reg.18.Nam sterilitatem & viduitatem vt summa mala Dominus minatur, Prou.39.Leuit.21.Famem patitur Israël tribus annis,ob violatam Gabaonitis fidem, 2.Reg.21.Quanto magis igitur si fidem primam,Deo redditam,irritam faciamus? si religionis cultum abiecerimus?Atque vtinam quod Israëlitis ob peccata contigit, nobis timorem incutiat,vt ne in eandem infidelitatis notam cadamus: perdurasset enim fames diutiùs,nisi Rex simul cum populo ad vnius Dei cultum per tauri conflagrationem rediissent.3.Reg.18.Hac igitur communi necessitate omnes premebã- C tur,& maximè viduæ,quæ virorũ auxilio,laboribus,& industria destituebantur. Ps. 106.Esurientes & sitientes,anima earum in ipsis defecit. *Et ad nullam illarum missus est Helyas*, non quòd viduas reiiceret,quibus succurrendum esse nouerat:sed quia se illius præsentia & beneficiis indignas reddiderant.Es.9.Pupillorum eius & viduarum non miserebitur,quia omnis hypocrita est & nequam. *Nisi in Sareptam Sidoniæ* prope Tyrum ciuitatem Gentilium.Siquidem torrente Carith, quo priùs potabatur Helyas,per diuturnam,ardentémque sterilitatem exsiccato,dictum est ei,3.Reg.17.Surge,& vade in Sareptam Sidoniorum,& manebis ibi:præcepi enim mulieri viduæ vt pascat te.Venit ergo *ad mulierem viduam*,& ipsam Gentilem,non autem Israëliticam: quæ tamen & pietate, & fide longè mulieres Hebræas superauit. Nã cùm illæ Pro- *Fides Sarep-* phetas aut riderent, aut non admitterent:ista tamen ex multis circunstantiis com- *tana.* D mendatur. Etsi enim lignis colligendis intenta, & mœrore famis & sterilitatis confecta esset, statim tamen atque Prophetam audiit paululum aquæ postulantem, aquam fortè longè positam, haurire non distulit. Sed & licet parum farinæ haberet,non irascitur tamen Helyæ panem petenti. Ambrosius lib. de Viduis. Salubre Ambros. igitur est hospitalitatis præceptum. Quàm verò sancta illa vidua, quæ cùm fame vrgeretur extrema, venerationem Deo debitam reseruabat? Nec solùm sibi vsurpabat alimenta, sed cum filio diuidebat (cùm tamen mulieres quædam pactæ sint potius seipsas suis infantibus,quàm suos infantes pascere,vt legitur in 4.Regum) ne charo pignori superuiueret. Magnum pietatis officium, sed religionis vberius. Nam sicut neminẽ filio oportuit anteferri,ita Propheta Dei, & filio debuit præferri, & saluti. Cui non exiguum victum, sed omne vitæ suæ subsidium existimanda est E detulisse,quæ nihil reliquit sibi, tam hospitalis vt totum daret, tam fidelis vt citò crederet. Fides illius commendatur, quæ tanta necessitate constricta, statim tamen Helyæ verbis crediderit. Ideò fecit sibi & puero,sed primùm Helyæ, subcinericium panem:nec quoque,in hospitalitatis mercedem, defecit illi hydria farinæ, aut lecythus olei. Docet autem Dominus hoc exemplo commendabilem esse viduitatem,vt Ambrosius vno libro,Hieronym. pluribus Epistolis, Tertullianus lib. Ambros. de Monogamia,& ad Vxorem, Augustinus lib. de statu viduali, & alii Patres do- Hieronym. Tertullian. cuerunt. Vnde Paulus eas honorandas docuit, quæ verè viduæ sunt. 1. Tim. 5. Augustin. quibus bonum est si sic permanserint. 1. Cor. 7. Illas sic honorarunt Apostoli, vt viduarum ministerio Diaconos instituerint, Act.6.Nec tantùm vidualem statum hîc laudat Christus,sed in maximis etiam necessitatibus illis primùm succurri à Deo: ideò nec nos illis deesse debere contestatur. Philo Iudæus de victimas offe- Philo. rentibus:Pupillorum(inquit)viduarúmque tutelam profitetur Dominus: quia hæ

maritis,illi parentibus orbati sunt:quibus humana ope destitutis, nullum præterea
Tertull. Ambrosius. relinquitur auxilium.Tertull.lib.in Marcion.& Ambros.lib.de Viduitate, ex Psal. F
145.& 131. necnon exemplo viduæ Sareptanæ,3.Reg.17.de qua hîc Dominus, idem confirmant.Id quoque Raab vidua erepta à ruina Iericho, Ios. 6. Iudith nimirùm Holofernem obtruncans, Iudith 14.Maria vidua soror Moysi tympanum pulsans, testari possunt.Adeò quoque primis illis patribus laus & subsidium placuit viduarũ, vt illis annonam Constantinus donarit,vt patet in Apolog.2.sanctæ Synodi Alexan.
Nicephorus. pro Athanasio.Et apud Nicephorum lib.10.c.5.quarum tamen reditus Iulianus & Arriani auferre conati sunt.Porrò quemadmodum illæ Deo sunt commendabiles, ita piis se deuoueant obsequiis.1.orationibus & ieiuniis:vt Anna Prophetissa,Luc. 2. perseuerent die ac nocte,1.Tim.5.vt ab omni contagione peccati in puritate cor-
Basilius. dis degant per sanctam exercitationem(ait Basilius in cap.1.Esaiæ) & vt orationi- G
bus suis Ecclesiam adiuuent (can.103.conc.4. Carthaginens.) 2. Hospitalitatem sectentur,& infirmis opem omnem impendant,vt obseruẽt dictum Apostoli,1.Tim.5. Eligendam esse viduam quæ sanctorum pedes lauerit. Sunt enim mulieres huiusmodi obsequiis imprimis idoneæ: lectulum sternere,ac fouere ministerio.Hinc nimirùm Raab à Deo laudẽ promeretur,& hęc vidua Sareptana.Cęterùm ex eo quod
Eleemosynà nemo pauperior. legimus, Viduæ Sareptanæ nihil ex oleo aut farina deperiisse, quin potius dum ex
Cyprianus. his Prophetæ victum administrat, vtraque increuisse:verum esse apparet, quod Sapiens Prou.28.scribit:Qui dat pauperi,non indigebit. Cyprianus serm. de Eleemosyna, de hac vidua agit. Et putas, ait, quòd Christus non pascit illum à quo pascitur? Putas aliquid ei defuturum? Qualis Christianus es, qui Christo non credis? Helyas typum Christi gerens, & quòd illa pro misericordia vicem singulis H
reddat ostendens, respondit,& dixit:Hæc dixit Dominus, Hydria farinæ non deficiet, &c. Cæterùm vt à Cypriano, ita ab omnibus ferè primis Patribus sic fa-
Vocatio Gentium. ctum istud examinatur, vt ex Sareptana Gentium vocationem colligant, reproba-
Origenes. tis interim Iudæis. Ambrosius lib.de Viduis sequitur Orig. hom. 33. in Lucam. Sic autem habet Origenes. Figuram id futuræ rei explicabat: quia occupante fame, non panis, neque siti aquæ, sed fame audiendi sermonem Dei, venit ad viduam Christus per suos,de qua & Propheta testatur, dicens(Esa. 54.) Multi filij desertæ, magis quàm eius quæ habet virum. Et cùm venisset, panem eius & alimenta multiplicat. Demum Sareptanam torquet ad Gentilem nationem, maximè cùm è finibus Tyri mulier illa Chananitis egressa sit,cuius filiam Dominus à dæmonio liberauit.Hinc colligere est per Helyam Christum,per famem auiditatem diuini verbi au- I
diendi,per viduam Sareptanam Ecclesiam ex Gentibus collectam, ad quam, sed terrenis intentam, Christus per Apostolos suos venit: & panem verbi diuini, & oleum diuinæ misericordiæ multiplicauit. Tres enim annos famis, vitam præsentem interpretatur:sicut tribus annis(id est,tempore vitæ huius)Dominus fructum è ficulnea quæsiuit,& non inuenit,Luc.13.Viduam verò Ecclesiam significare,Esa.54. Helyam,Christum,qui cœlum potest aperire:nec panem nec oleum deficientẽ,perpetuitatẽ sacramẽtorum & exultationis spiritualis gratiã præsagiisse docet. Adeò vt sicut Helyas panem,& oleum viduæ multiplicauit:ita Christus suæ Ecclesiæ sacramenta,& exultationis gratiam in perpetuum stabilierit. Eandem interpretationem
Augustinus. sequitur August.ser.2.in Dominicam 3.post festum S.Trinitatis. Adducit autem & aliud exemplum, sed in eundem finem:vt quod in muliere,idémque in viro propo- K
suit, ad omnium etiam Gentium vocationem, & Iudæorum reprobationem concludat. *Et multi*,inquit, *erant leprosi in Israël,sub Helisæo Propheta.* Nec sanè mirum, si expendamus huius nationis sordes,quibus se conficiunt, & diuinæ iracundiæ flagella, quæ in se prouocant. Lepra enim contigit Mariæ sorori Moysis(Num. 11.)& Oseæ regi propter peccata. Sed & 4. Reg. 7. ipso Helisæi tempore quatuor viri leprosi steterunt iuxta introitum portæ Samarię. Cæterùm Helisæum subdit Helyæ,vt magistro discipulum, patri filium, diuinum sanè par, cùm nec Helisæus minoris virtutis quàm Helyas fuerit, vt qui simul cum pallio, duplicem Helyæ spiritum acceperit.4.Reg.2. Mira enim miraculorũ &Prophetię gratia donatus
Chrysost. est.Chrysostom.hom.46.in Matth.Vnde mirabilis factus est Helyas? Nónne à libera ad regem prolatione? Nónne à zelo, qui erat in eo ad Deum? Nónne à repudiatione

A repudiatione possessionum? Nónne à melota, spelunca, & montibus? Et hæc omnia quidem Helisæum commendant. Helisæus enim reges vnxit, & exhortatus, idémque cum Helya vitæ institutum secutus est, vt docet Ioannes Hierosol. lib. de instit. Monachor. Isidorus lib. 2. de origine officiorum, c. 15. Vnde ad Monachos studium paupertatis defluxerit, conuersatio, habitus, ab Helya & Helisæo. Ioannes Cassianus de instit. Cœnobiorum, lib. 1. c. 2. Itaque Monachum, inquit, vt militem Christi in procinctu belli semper positum, accinctis lumbis iugiter oportet incedere. Hoc enim habitu illos ambulasse, etiam qui in veteri Testamento professionis huius fundauere primordia, Helyam scilicet & Helisæum, diuinarum scripturarum authoritate monstratur. Vterque montis Carmeli fuit accola, vterque hîc filios Prophetarum habuit, & ab eo tandem monte, Eremitæ Helisæi successores Carmelitæ nuncupati sunt. Sed & Helisæus non minus quàm Helyas, Christi figuram prætulit, vt docet August. serm. 2. Dominicæ 5. post Trinitatem. Multi sanè inter nos sunt leprosi corde, multi peccatores: adsunt & ministri Ecclesiæ permulti, qui non minus quàm Helisæus lepram hanc expurgare valeant: Nimirùm quibus remittendorum peccatorum potestas tradita est. Sed sicut nec agricolatio per se sufficit ad conuehendos fructus, nisi cœlum & is qui cœlum gubernat, opituletur, (ait Origenes in Matth. c. 13) sic neque virtutum operationes absque fide illorum qui sanantur, perfectum opus præstat ad sanitatem conferendam, nec potestas sacerdotum sufficit, nisi & Presbyteris (vt cum Tertulliano loquar lib. de pœnit.) aduoluamur. *Et nemo eorum mundatus est, nisi solus Naaman Syrus.* Cur istud? An non poterat non minus Israëlitas Helisæus sanare, quàm Syrum hunc? Cur non hos quatuor saltem C curabat, qui in castra Syrorum irruperunt? At verò non dormientibus diuina beneficia, sed obseruantibus deferuntur. Et (inquit Ambros. in Luc.) voluntatis est medicina, non Gentis: diuinúmque munus votis eligitur, non naturæ iure defertur. Quis autem fuerit hic Naaman Syrus, copiosè refertur 4. Reg. 5. Venit ille cum literis regis Syriæ ad regem Israël, stetit ad ostium Helisæi, rogauit virum Dei, morem gessit sermoni eius, lauit septies in Iordane, & caro eius rediit ad munditiem puerilis carnis. Quo miraculo stupefactus, Deum Israël confessus est, & Prophetæ gratias egit. Eucherius Lugdunens. lib. 4. Comment. in Reg. c. 20. Naaman interpretatur pro quoque baptizato, cuius caro redeat adinstar cuiusque pueri, id est, emundetur conscientia, & ad primum primi hominis candorem restituatur. Tertull. lib. 4. in Marc. docet Naaman curatũ à lepra, postquàm lauit septies in Iordane, præsignasse nationes Gentium emundandas in lauacro Christi à septẽ maculis capitalium D delictorũ, Idololatria, blasphemia, homicidio, adulterio, stupro, falso testimonio, fraude. Gregor. Nyssenus lib. de sancto baptismate, hanc lotionẽ & curationẽ apertè prę-mõstrãsse quod futurũ erat, dicit. Ex amnibus enim (inquit) solus Iordanis, cùm in se recepisset sanctificationis & benedictionis primitias, tanquam ex quodam fonte suæ figuræ, in totum mundum donum baptismatis, quasi per riuũ & aqueductũ transfudit. Optatus verò Mileuitanus lib. 5. in Donatistas, ex eo quòd non priùs in aquis Syriæ Naaman lauit, nec denuò iussu Helisæi curatus ad Iordanem rediit, colligit in Parmenianum, vnum tantùm esse baptisma, nec licere baptizatos denuò baptizare. Omnes in summa conueniũt, quotquot locum hunc interpretati sunt, asserúntque Christum vocationem Gentium ad baptismum etiam hoc exẽplo prætexuisse: quòd E Naaman Syrus leprosus, populum Gentilem suis infectum vitiis: Helisæus, Christũ: aqua Iordanis, aquam fontis baptismalis: caro pueri, candorem innocentiæ puerilis, de quo 1. Cor. 14. Malitia paruuli estote, significet. Vnde sicut Naaman ad Helisæũ, ita populus Gẽtilis ad Christum venturus esset: & sicut hic ad ostium Helisæi, priusquàm lauaretur, sic ille ad introitum staret Ecclesiæ, priusquàm baptizaretur. Et sicut credens sermoni, lauit septies: sic credens baptizaretur in virtute septenarij spiritus, vt septem peccata capitalia abluerentur. Adeò vt sicut huius caro facta est vt pueri, sic illius fieret anima, vt innocentes. Hæc ex Ambrosio libr. 4. in Luc. ca. 16. *Et repleti sunt omnes in synagoga, ira, hæc audientes.* Intellexerũt quò hæc Christi verba tenderent, & quò hæc duo exempla: nimirùm vt eos priuandos gratia, beneficiis & curationibus Messię ostẽderet, eáque omnia extraneis impendenda doceret. Sed qui his verbis ad viuum tangi, conteri & pœnitere debebant, inuidia rũpuntur,

Ioan. Hier. Isidorus.
Ioã. Cassian.
Helyas pater Monachorũ, maximè Carmelitarum.
Augustin.
Origen.
Tertul.
Ambrosius.
Eucher. Lug.
Tertullian.
Greg. Nyss.
Opt. Mileuit.
Ambros.

& ira Christum adoriuntur. Cæterùm habet vim Synagogæ locus, vt qui factus sit F
locus & sedes impietatis, qui debuerat esse azilum iudicij & veritatis. Idem accidit
impiis quod hîc Iudæis. Non enim tantùm comminationes & verba Dei ministro-
rúmque Ecclesiæ rident, sed & in eos cum dirissima rabie se eleuant. Verificatum est
ergo illud Amos 5. Odio habuerunt corripientem in porta. Ideò Prou. 9. Noli argue-
Beda. re derisorem, ne oderit te: argue sapientem, & diliget te. Beda in Luc. Hæc sunt sa-
crilegia Iudæorum, quæ multò antè Dominus prænunciauerat, per Prophetam di-
cens: Retribuebant mihi mala pro bonis. Nec mirum si perdiderunt salutem, qui
eiecerunt de suis finibus Saluatorem. *Surrexerunt, & eiecerunt illum extra ciuitatem*, tan-
quam blasphemum, nec enim morte dignum aliquem in vrbe mactandum esse didi-
cerant. Leuit. 24. Educ blasphemum extra castra, & lapidet eum omnis populus. Sic
filium familiâs extra vineam suam eiecerunt, Matth. 21. Nam quod corpore gerunt,
hoc & se mente facturos esse docent, eiecturos scilicet Euangelium Christi, & ipsos G
Apostolos. *Et duxerunt illum vsque ad supercilium montis, supra quem ciuitas illorum erat ædi-*
Beda. *ficata, vt præcipitarent eũ.* Beda in Luc. O peior magistro discipulorum hæreditas!
Diabolus verbo Dominum tentat, Iudæi facto. Ille dicit, Mitte te: isti adoriuntur, vt
Bonauẽtura. mittant. Poterat vtique dici de populo illo insano, inquit Bonauentura in Luc. illud
sapientis mulieris, 2. Reg. 20. Quare præcipitas hæreditatem Domini? *At ipse transiens*
Ambrosius. *per medium illorum ibat.* Ambros. in Luc. Quod capitur à paucis & tenetur, voluntā-
tis est: quod à populo modò nõ tenetur, maiestatis est. Nihil enim poterat virtutem
eius remorari. Cant. 2. Ecce istevenit saliens in montibus, transiliens colles. Fuit autẽ
iste transitus à virtute propria, sed Petri à virtute aliena, Act. 12. cùm transeuntes pri- H
mam & secundam custodiam venerunt ad portam ferream, quæ ducit ad ciuitatem,
Beda. quæ vltrò aperta est eis. Beda in Luc. Non igitur à Nazaræis præcipitari, non ab Hie-
rosolymitis lapidari, non inter pueros Beth-lehemitas ab Herode perimi, non alia
vel alia quàm crucis voluit morte consummari. Quod enim tali morte regiæ pote-
Cur Christus mori voluit in cruce. stātis indicium, quo fidelium frons armaretur, emineret? Sed solum crucis expecta-
tum est vexillum, cuius figura & celerrimo dextræ motu contra hostis tentamenta
depingi, & ipsa nihilominus figura Monarchiæ singularis potuisset typus haberi.
Tertullian. Tertull. lib. 4. cõtra Marcionem: Hîc, inquit, primùm manus ei iniectas animaduer-
Corpus Christi non fuit fantasticum. tens, necesse habeo de eius substātia præfinire, quòd nõ possit fantasma credi, qui cõ-
tactum, & quidem violẽtia plenum detentus, & captus, & ad precipitium vsque pro-
Lucretius. tractus admiserit. Siquidem, vt Lucretius disserit,

Tangere nec tangi, nisi corpus, nulla potest res. I

Ipse etiam statim tetigit ægrotos, & eos à variis infirmitatibus curauit. Porrò quòd è
Nazaræorum manibus elabitur, aut iis sic excæcatis euenit, vt eum non aduerterẽt:
sicut & Sodomitis, & exercitui Syriæ sub Helysæo contigit, 4. Reg. 6. Dotes enim
habuit corporis glorioſi quando voluit: quarum vna est, corporis subtilitas. Aut sic
eorũ virtute sopita, vt ne hiscere quidem possent. Sic in horto prostrati sunt hi qui eũ
quærebãt. Certissima hinc nobis expectatio est, eũ inimicos habiturũ scabellũ pedũ
suorũ. Nec interim putandũ cũ Montano eum fantasticũ corpus habuisse: nec enim
Tertull. immutatus est, sed mutata est quodammodò vis aspectus eorũ & corporis, qui eũ cõ-
prehendere nitebantur. Tertull. ibid. Hoc, inquit, euenit soluto, vti assolet, tumultu:
vel etiam irrupto, non tamen per caliginẽ eluso, quæ nulla omninò tactu succedisset,
Hieronym. si fuisset. Hierony. Epist. ad Pammachium contra errores Ioannis Hierosolymitani: K
Nunquid, inquit, iuxta Marcionẽ dicere possumus, quòd ideò natiuitas eius in phã-
tasmate fuerit, quia contra naturã, qui tenebatur elapsus est? Quod Magis licet, hoc
Domino non licet? Apollonius Thyanæus scribitur, cùm ante Domitianum staret
in consistorio, repentè non comparuisse. Hoc scilicet ille priùs futurum hoc versu
Cedrenus. affirmarat (inquit Cedrenus in Compendio histor.)

Me non interimes, non hoc tibi fata dederunt.

& confestim è Principis conspectu raptus est, & eadem hora Puteolis repertus est,
è Roma trium dierum itinere. *Transit* ergo *per medium illorum*. quasi diceret: Cernis
quòd non possit ab aliquo superari. Poterat enim dicere illud Ps. 26. Si consistant
aduersum me castra, non timebit cor meum. *Ibat*, non minore quidem virtute quàm
animalia, Ezech. 1. quæ ibant in similitudinem fulguris coruscantis. In quo suam &

potentiam

A potentiam & patientiam ostendit: Potentiam, in eo quòd illorum manus & oculos retinuit: patientiam, in eo quòd neminem læsit, sed potius illorum furori cessit. *Et non poterat ibi virtutem vllam facere, nisi quòd paucos infirmos curauit.* Hoc Marcus habet, non quòd Christi imbecillitatem, sed Iudæorum infidelitatem arguat: adiicit enim, *propter incredulitatem eorum.* Siquidem fides exigitur ad salutem, quæ nobis ab optimo animarũ & corporũ medico confertur. Nam cùm totum hominem sanũ faceret in sabato, & nemo incredulus curari posset, inde fit, vt & ibi pauca signa faceret.

Christus misertus ouium desertarum, eis præficit pastores Apostolos: quæ illorum nomina, quod munus: vbi de necessariis quæ debentur iis qui verbum annun-
B *ciant: de Zona, pecuniis, pera, duabus tunicis, calceamentis, virga, & hospitio seligendo, & non mutando: quæ vindicta consequatur eos qui non admittunt verbi Dei ministros: quãta tolerantia, prudentia, & simplicitate verbi ministris opus sit, quanta in Deũ confidentia: quæ illis in aduersis meditãda: de pœna futura, Dei prouidẽtia, resurrectione, præmio martyrũ Quis gladius à Christo immissus, quæ crux nostra, quæ merces hospitalitatis in verbi ministrum: vbi etiam de sacra vnctione.*

Matth. 9. & 10.

Et circuibat Iesus omnes ciuitates, & castella, docens in synagogis eorum, & prædicans Euangelium regni, & curans omnem languorem
C & omnem infirmitatem. Videns autem turbas, misertus est eis: quia erant vexati & iacentes sicut oues non habentes pastorem. Tunc dicit discipulis suis, Messis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate autem dominum messis, vt emittat operarios in messem suam.

Et conuocatis duodecim discipulis suis, dedit illis potestatẽ spirituum immundorum, vt eiicerent eos, & curarent omnẽ languorem, & omnem infirmitatem. Duodecim autem Apostolorũ nomina sunt hæc: Primus, Simon qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius, Iacobus Zebedæi, & Ioannes frater eius, Philippus &
D Bartholomæus, Thomas & Matthæus publicanus, & Iacobus Alphæi & Thaddæus, Simon Cananæus, & Iudas Scariotis, qui & tradidit eum. Hos duodecim misit Iesus: præcipiens eis, dicẽs, In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis: sed potius ite ad oues quæ perierunt domus Israël. Euntes autem prædicate, dicentes, Quia appropinquauit regnum cœlorum. Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, dæmones eiicite: gratis accepistis, gratis date. Nolite possidere aurum, neque argentũ, neque pecuniã in zonis vestris: non perã in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgã: dignus enim est operarius cibo suo. In quamcunque autem ciuitatem aut castellum intraueritis, interrogate quis in ea dignus sit: & ibi manete donec exeatis. Intrantes autem in domum, salutate eam, dicentes, Pax huic domui. Et siquidem fuerit domus illa digna, veniet pax vestra super eam: si autem non fuerit digna, pax vestra reuertetur ad vos. Et quicunque non
E receperit vos, neque audierit sermones vestros: exeuntes foras de domo vel ciuitate, excutite puluerem de pedibus vestris. Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæorum in die iudicij, quàm illi ciuitati. Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Cauete autem ab hominibus. Tradent enim vos in conciliis, & in synagogis suis flagellabunt vos: & ad præsides & ad reges ducemini propter me, in testimonium illis & Gentibus. Cùm autem tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini: non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium: & insurgent filij in parentes, & morte eos afficient, & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum: qui autem perseuerauerit vsque in fi-

Mar. 6.

Et circuibat castella in circuitu, docẽs. Et vocauit duodecim, & cœpit eos mittere binos, & dabat illis potestatẽ spirituũ immũdorum. Et præcepit eis ne quid tollerẽt in via, nisi virgã tantùm: nõ peram, nõ panẽ, neque in zona æs sed calceatos sandaliis, & nẽ induerentur duabus tunicis. Et dicebat

Luc. 8. & 9.

Et factũ est deinceps, & ipse iter faciebat per ciuitates & castella, prędicans & euangelizãs regnũ Dei, & duodecim cũ illo, & mulieres aliquæ quæ erant curatæ à spiritibus malignis & infirmitatib⁹, Maria quæ vocatur Magdalene, de qua septem dæmonia exierant: & Ioãna vxor Chusę procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ quæ ministrabãt ei de facultatibus suis.

Conuocatis autem Iesus duodecim Apostolis, dedit illis virtutẽ & potestatem super omnia dæmo-

Ioan.

in finem, hic ſaluus erit. Cùm autem perſequentur vos in ciuitate iſta, fugite in aliam. Amen dico vobis, non conſummabitis ciuitates Iſraël, donec veniat filius hominis. Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, nec ſeruus ſuper dominum ſuum. Sufficit diſcipulo vt ſit ſicut magiſter eius: & ſeruo, ſicut dominus eius. Si patremfamiliâs Beelzebub vocauerunt: quanto magis domeſticos eius? Ne ergo timueritis eos. Nihil enim eſt opertum, quod non reueletur: & occultum, quod non ſciatur. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere: ſed potius timete eum qui poteſt & animam & corpus perdere in gehennam. Nónne duo paſſeres aſſe væneunt: & vnus ex illis non cadet ſuper terram ſine patre veſtro? Veſtri autem & capilli capitis omnes numerati ſunt. Nolite ergo timere, multis paſſeribus meliores eſtis vos. Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo qui in cœlis eſt. Qui autẽ negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo qui in cœlis eſt. Nolite arbitrari quia pacem venerim mittere in terram: non veni pacem mittere, ſed gladium: veni enim ſeparare hominem aduerſus patrem ſuum, & filiam aduerſus matrem ſuam, & nurum aduerſus ſocrum ſuam. & inimici hominis domeſtici eius. Qui amat patrem aut matrem plus quàm me, non eſt me dignus: & qui amat filium aut filiam ſuper me, non eſt me dignus. Et qui non accipit crucem ſuam, & ſequitur me, non eſt me dignus. Qui inuenit animam ſuam, perdet illam: & qui perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam. Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui me miſit. Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet: & qui recipit iuſtum in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet. Et quicunque potũ dederit vni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ, tantùm in nomine diſcipuli: amen dico vobis, non perdet mercedem ſuam.

ET factum eſt, cùm conſummaſſet Ieſus præcipiens duodecim diſcipulis ſuis, tranſiit inde, vt doceret & prædicaret in ciuitatibus eorum.

bat eis, Quocũque introieritis ĩ domũ, illic manete donec exeatis inde: & quicũq; nõ receperint vos, nec audierĩt vos: exeũtes inde, excutite puluerẽ de pedibus veſtris in teſtimoniũ illis. Et exeũtes prędicabant vt pœnitentiã ageret: & dęmonia multa eiiciebãt, & vngebãt oleo multos ægros, & ſanabantur.

monia, & vt lãguores curaret. Et miſit illos prædicare regnũ Dei, & ſanare infirmos. Et ait ad illos, Nihil tuleritis in via, neque virgam, neque perã, neque panẽ, neque pecuniam: neque duas tunicas habeatis. Et in quãcunque domũ intraueritis, ibi manete & ĩde ne exeatis. Et quicũq; nõ recepe rit vos, exeũtes de ciuitate illa, etiam puluerẽ pedũ veſtrorũ excutite ĩ teſtimoniũ ſupra illos. Egreſſi autem circuibãt per caſtella, euãgelizãtes & curãtes vbiq;

F G H I

Introductio.

NEMO vineam colendam ei relinquit, qui nullam agriculturæ ſcientiã habuerit. Peritos & doctos eius artis omnes eſſe neceſſe eſt, quam profeſſuri ſint. Atqui, vt ſcribit Chryſoſto. hom. 1. de Pentecoſte, Apoſtoli vinitores erant, & piſcatores, & turres, & columnæ, & medici, & duces, & doctores, & portus, & gubernatores, & paſtores, & athletæ, & pugnatores, & coronas geſtantes. Colũnæ quidem, quoniã virtute ſua Eccleſię robur ſunt: fundamentum, quia in confeſſione ipſorum fundata eſt Eccleſia, (Matth. 16.) Portus autẽ, quia tempeſtates impias repreſſerunt: Gubernatores, quoniam orbẽ terrarum viam rectam docuerunt: Paſtores, quoniam lupos abegerunt, & oues conſeruauerũt: Aratores, quoniam ſpinas eradicauerunt: Vinitores, quoniã lambruſcas exciderunt, & ſemina pietatis plantauerunt: Medici, quoniã vulnera noſtra curauerunt. Quòd ſi nemo ne minimum quidem eorum, aut aratorem, aut paſtorem, aut piſcatorẽ, aut athletam ſibi euocat, quem imperitum & ſuæ artis ignarum cognouerit: quomodo non eos, qui longè ſuperant, Apoſtolos ſcilicet, ſpirituales paſtores, piſcatores, duces, medicos longè excellentiores exiſtimabimus? Verùm hoc nõ acquiſita, ſed infuſa & à Chriſto donata gratia effecit. Hic elegit eos ex omni carne, mundauit, perfecit, & ſuæ præfecit Eccleſiæ. De illorum miſſione nunc dicendum eſt. Marcus & Lucas deſcripta Herodis admiratione de fama Ieſu, narrant Dominum cum Apoſtolis in deſertum locũ ſeceſſiſſe, occaſione accepta à cæde Ioannis. Præmittunt autẽ Chriſtũ duodecim Apoſtolos delegiſſe, & miſiſſe: eoſdem autem in ipſo tempore rediiſſe. Marcus verò maximè ſubiungit miſſionẽ Apoſtolorũ, contẽptui quẽ Nazaræi cõtra

Chryſoſt.

Varii tituli Apoſtolorũ.

Summa.

Conciliatio Euangeliſtarum.

K

Domi-

A Dominũ conceperant. Ex quo fit, vt hoc loco inſerenda videatur hæc hiſtoria, quæ per anticipationem à Matthæo deſcribitur. Præmittit autem Matthæus & Marcus Chriſtum circuiſſe caſtella & omnes ciuitates: quod & cap. 8. Lucas enarrat. *Et factum eſt deinceps* contemptis Nazaræis propter incredulitatem, *& ipſe Ieſus* in his quæ patris erant incumbens, *circuibat omnes ciuitates & caſtella in circuitu*, adinſtar paſtoris erraticas oues ex Iſraël requirentis, & fidelis medici, ſeſe infirmis vltrò exhibentis: ceu ſolis, ſui curſus circuitum perficientis: *docens in ſynagogis eorum*, vbi & omnes conueniebant, & à primoribus doctioribusque in Lege diiudicari poterat doctrina eius, num à Deo eſſet: & ipſe ex Prophetiis, quæ ibi legebantur, cognoſci quòd eſſet Meſſyas: *& prædicans* indifferenter omnibus *Euangelium*, id eſt bonum nuncium, *regni Dei*, quod ad eos perueniebat, ſi modò reſipiſcerent,
B & eius verbis obaudientes eſſent: *Et curans omnem languorem, & omnem infirmitatem*, ne deeſſent argumenta, quibus ad fidem impellerentur. Primùm enim cœpit facere, & docere. Signa autem illa quæ faciebat, non erant aut vulgaria, aut inutilia: Naturæ communem ordinem ſuperabant, & ad omnium ægrotorum & languidorum curationem erant. Poterit quippè & circulator aliquis & mimus circuire oppida & caſtella: verùm præter leuem delectationem nihil vtilitatis ab illis expectandum eſt. At verò Dominus Ieſus (Act. 10.) pertranſiuit benefaciendo, & ſanando omnes languores. *Et duodecim cum illo*: ita horæ diem, ſigna zodiacum, ſolem ſuæ ſtellæ ſequebantur. Non modò vt inter eos appareret, ſed & illos ſuo exemplo erudiret, quid tandẽ facturi eſſent. Aderat igitur & ipſe Iudas, teſtis vtique & doctrinæ & miraculorũ eius, ſi modò ſapere voluiſſet. At verò de eo dixit, (Ioan. 6.) Nónne
C ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus eſt? *Et mulieres aliquæ, quæ erãt curatæ à ſpiritibus malignis & infirmitatibus, Maria quæ vocatur Magdalene, de qua ſeptem exierãt dæmonia*, quã in ſuperioribus diximus fuiſſe ſororẽ Marthæ & Lazari, priùs verò peccatricẽ: quam Dominus eapropter à ſeptem dæmoniis curaſſe dicitur, quia illam à colluuie & tyrannide peccatorũ eripuit, vt ex Gregorio docuimus. Grande enim dæmonium peccatum eſt. *Et Ioanna vxor Chuſæ procuratoris Herodis*, quem etiam Lucas cap. vlt. ſui Euangelii recenſet inter eas, quæ Dominicum corpus perunctũræ ad ſepulcrum venerant: vt huius mulieris opes & pietas exprimeretur. Nec dubito ipſum illius virum Chuſam non abfuiſſe ab illa in Chriſtum propenſione, cùm ab Euangeliſta ſingulari quodã priuilegio nominetur, nec permiſſurus eſſet vxorẽ ſuã Chriſto ſe comitem præbere, niſi & ipſe Euangelicam eius doctrinã approbaret. *Et Suſannã.*
D Hanc quoque celebrem fuiſſe nemo negauerit, cùm Euangeliſta tres iſtas præ cæteris velut inſigniores, & omnibus propter generis nobilitatem & amplitudinem notiſſimas expreſſerit. Nec enim illas ſolas fuiſſe oſtendit, cùm adiiciat: *Et aliæ multæ quæ miniſtrabant ei de facultatibus ſuis*, & ſecutæ illum fuerant à Galilæa, ait Luc. 24. c. non quòd omnes Galilææ eſſent, ſed quòd ipſum in Galilæa requiſierint, ad ipſum ſe contulerint, & inde è Galilæa in alias Palæſtinæ regiones tranſierint. Vbi vide & Chriſti paupertatem, & illarum charitatem. Chriſti paupertas tanta eſt, vt etiam ipſe & ſui aliorum eleemoſynis viuant. Ne fortè ſit qui calumnietur eos, qui, quo-
E niam omnem rerum proprietatem abiecerunt, vt ſpiritualibus melius vacent, ex eorum largitionibus victum ſuppeditant, in quorum gratiam aut orationibus, aut ſacrarum literarum ſtudiis, aut etiam verbi miniſterio incumbunt. Hoc nimirùm in ſemetipſo probabat, quod toties ſuis dixerat, dignum eſſe operarii mercedẽ ſua, & cibo ſuo. 1. Cor. 9. Si nos vobis ſpiritualia ſeminauimus, magnum eſt ſi nos carnalia veſtra metamus? Charitatis itaque, immò debiti obſequii fuit in mulieribus, Chriſto & ſuis de ſuis facultatibus ſuccurrere. Sic Sunamitis Heliſæo, (4. Reg. 4.) cui & ille dixit: Ecce ſedulè in omnibus miniſtraſti nobis, quid vis vt faciam tibi? Sic ſocrus Petri, (Matth. 8.) ſic Martha Chriſto miniſtrabat. Beda lib. 2. in Luc. Porrò conſuetudinis Iudaicæ fuit, nec ducebatur in culpam, more Gentis antiquo, vt mulieres de ſubſtantia ſua victum atque veſtitum præceptoribus miniſtrarent. Hoc quia ſcandalum facere poterat in nationibus, Paulus ſe abieciſſe memorat, dicens: Numquid non habemus poteſtatem ſorores mulieres circumducendi, ſicut & cæteri Apoſtoli faciunt? Ex eo autem quòd Chriſtus in ſuum comitatum etiam mulieres admittit, Hieronymus ad Principiam virginem, in Expoſitione

Mulierum pietas in Chriſti miniſtros.

Beda.

Hieronym.

Psalmi. 44. respondet obtrectatoribus suis, qui illum calumniabantur, quòd apud mulieres de scripturis dissereret. Enumerat autem illustres veteris & noui Testamẽti mulieres, inter quas & hæ recensentur. Elisabeth, inquit, vtero prophetat & voce, Anna filia Phanuelis in templo templũ Dei efficitur, sequuntur mulieres Saluatorẽ, & ministrant ei de sua substantia. *Videns autẽ turbas misertus est eis: quia erãt vexati & iacẽtes, sicut oues non habentes pastorẽ.* Emphasim habet Græca vox ἐσπλαγχνίσθη, id est affectu tactus est, à viscera quæ σπλάγχνα dicuntur, sumpta similitudine, siquidem Hebræi vehementem ac pium affectum viscera vocant. Ac mox, *quoniam erant vexati*, legitur à Diuo Hieronymo & Hilario. Chrysostomus quoque legit ἐσκυλμένοι, diuulsos & diuexatos: quandoquidem Grãmatici vexare dictum volunt à veho. Nonnulli codices habebant σκελυμένοι id est, defecti siue destituti. Alterũ venit à λύω, alterũ à σκύλλω. Iam quod protinus sequitur ἐῤῥιμμένοι, quod hîc vertit iacentes, rectiùs vertisset disiectos siue sparsos, à verbo ῥίπτω: quo participio vsus est & Lucianus, agẽs de stellis, toto cœlo passim, temerè, nullóq; ordine sparsis. Quãquã potest ἐσκυλμένοι pertinere ad ouium vellera sentibus dilacerata: & hoc posterius ἐῤῥιμμένοι, ad oues huc & illuc dispersas: id quod accidere solet, cùm abest pastor. Nec enim aliud animal est magis pendens de præsidio pastoris, quàm oues: id quod etiam prouerbio testatum est, τρηχὺ ἦθος, ouium mores, seu consuetudo. *Vidit* igitur, *& misertus est.* Istum aspectum desiderabat Dauid, dicens, Ps. 24. Respice in me, & miserere mei. Sic enim Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. (2. Cor. 1.) Hic quoque Samaritanus est, qui (Luc. 10.) videns semimortuum iacentem, misericordia motus est, & appropinquans alligauit vulnera eius. Albertus Magnus in Matth. Duplicem autem istius populi miseriam ponit, nimirùm quòd essent vexati, & iacentes. Est autem triplex vexatio. Vna, per errores diuersos iactatio est, ex defectu doctrinæ pastorum proueniens. Ps. 93. Populum tuum humiliauerunt, & hæreditatem tuam vexauerunt. Thren. 5. Ceruicibus minabamur, lassis non dabatur requies. Dionysius enim dicit, quòd caput est mens, corpus inferiores animæ vires, & ceruix opinio est, quæ subiicitur errori. Et ideò ceruice minatur, qui opinionũ errore distrahitur. Secunda vexatio, est inquieta de peccato in peccatum præcipitatio. Sap. 5. Lassati sumus in via iniquitatis. Osee. 4. Mendacium & adulterium & furtum inundauerũt, & sanguis sanguinem tetigit. Hæc autem ex Prælatorum defectibus proueniunt. Tertia est ex iniqua oppressione & spoliatione. Es. 3. Populum meum exactores sui spoliauerunt. *Iacentes* autem erunt, quasi nullius animi, aut huc illucque dispersi. Thren. 2. Iacuerunt in terra foris puer & senex. *Sicut oues non habentes pastorem.* Inde factum est, vt eos in vnum ouile reducturus, pastores quoque Apostolos præficere voluerit. Quid enim peiorem conditionem nactum est populo sine principe, Ecclesia sine Prælato, grege sine pastore? Prou. 11. Vbi non est gubernator, populus corruet. Ezech. 34. Dispersæ sunt oues meæ, eo quòd non esset pastor. Zach. 11. O pastor & idolum, derelinquens gregem. 3. Reg. vlt. Vidi cunctum Israël dispersum in montibus, sicut oues non habentes pastorem. Et rursus Ezech. 34. Factæ sunt oues meæ in deuorationem bestiarum agri, eo quòd non esset pastor. Porrò defectus pastorum duobus modis intelligitur. Aut enim omninò nullus est qui gregem pascat, & pastoris nomen sortiatur: aut si quis est, nomen tantùm habet, officium autem pastoris omninò reiicit. Et quidem multos nomine tenus habuerunt Iudæi Pontifices & sacerdotes, multos item Christi Ecclesia: verùm pauci eorum, quibus animarum cura credita est, pastorum officio funguntur. Hier. 50. Grex perditus factus est populus meus, pastores eorum seduxerunt eos. Ezech. 34. Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat, occidebatis, gregem autem meum non pascebatis. Hæc erat, quæ & nostrorum temporum, etiam Iudæorum miseria. Tot Pontifices illis suppetebant, vt alter alterum è cathedra nummis, & fauoribus apud Rom. procuratores, exturbaret: omnes ad lucra temporalia, prouentus, decimas inhiabant, pauci autem quis merus esset Prophetarum de Messia sensus, quæ expectatio, proponebant: & ita fortè isti erant, sicut oues non habentes pastorem. Itaque Christus, qui in parabola vineæ ex ipsorum etiam synagogæ principum exemplo concluſit, vineam aliis agricolis locandam, & transferendum esse spirituale regnũ Ecclesiæ, dandũque Genti

Eras. in Ann.

Duplex populi miseria.

Albertus.

Quid ex defectu Pastorum.

Miseria nostrorum temporum cõfertur cum miseria Iudæorum.

G H I K

A Genti facienti fructus eius (Matth. 21) nũc id exequitur. Præficit enim Apostolos, illósque cũ authoritate mittit. Et ne fortè vana illorũ præfectura, aut labor existimetur, *Tunc dixit discipulis suis, Messis quidem multa, operarii autem pauci.* Albertus in Matth. Quos primùm dixit oues propter simplicitatem & mansuetudinem, nunc messem vocat, propter operum bonorum prouentum. Messis, inquit, non semina, quia longè antea promissionibus in Patriarchis, figuris in patribus, præceptis in Lege, doctrinis in Prophetis, Euangelicum semen satum fuerat. Tempus autem messis seu collectionis in horreum Ecclesiæ non nisi succedente gratia contigit. Hinc factum est, vt quod priores sancti in lachrymis seminauerant, Apostoli cum exultatione collegerint. Psal. 125. Venerunt cũ exultatione, portantes manipulos suos. Thomas in Matth. Messis enim non dicitur, quando frumentum floreſcit, vel cùm in spica formatur, B sed ita maturuit, vt colligi possit. Itaque messem copiosam per allegoriam dixit multam turbam, ad audiendum verbum Dei pronam, multósque veritatis Euangelicæ sitientes. De his enim ait Ioannes Baptista, loquens de Christo, Luc. 3. Triticum, inquit, colliget in horreum suum, seu Ecclesiam. *Operarii autem pauci.* Defectum Pastorum notat. Veri enim tum operarii duo tantùm erant, Christus & Ioannes: cæteri etsi operariorum locum obtinebant, nihil tamen minus quàm quod suum erat, exequebãtur. Vnde nec dixit, Sacerdotes aut scribas paucos esse, sed operarios. Quia etsi magna est multitudo sacerdotum, doctorum, prædicatorum, pauci tamen sunt operarii, aut in ratione verbi, vt illud cum debitis circunstantiis administrent, aut exempli, quo etiam suorum saluti consulant. Dicunt enim, & nõ faciunt. Matth. 23. C Operantur quidem in messe temporali, in prouentibus Ecclesiæ, non in spirituali messe animarum. Atqui, vt doctè differit Anastasius Synaita lib. 9. Comment. in Hexaëmeron, etsi positus est primus homo in paradiso terrestri, typo militantis Ecclesiæ, non tamen vt deliciis vacaret, aut socors inérsque remaneret, sed vt operaretur & custodiret illum. In ipso etiã innocẽtiæ statu, antequàm præcepisset Dominus in sudore vultus esse viuendum: operarius homo, ad operandũ constitutus erat. Quàm turpe nimirùm est eos, qui Christi se successores vendicant, omninò aduersari Christo, nihil minus quàm de illius verbo, cultu, & creditarum sibi animarum salute sollicitos esse? Omnes quæ sua sunt, quærunt, non quæ Christi, inquit Apostolus, Phil. 3. Omnes videri Doctores appetunt, inquit Gregorius Papa in libro suo Pastorali, transcendere cæteros concupiscunt, atque primos in cœnis recubitus, primas in cõ- D uentibus cathedras quærunt, qui susceptum curæ magistralis officium ministrare tanto magis nequeunt, quanto ad hunc gradum ex sola elatione peruenerunt. D. Bernardus lib. 4. de consideratione, cap. 5. sui temporis Prælatos notat, qui in suis prouentibus & expensis oculatissimi, in spiritualibus officiis admodum cæci essent. Quotidianas, inquit, expensas quotidiano reciprocamus scrutinio: & continua Dominici gregis detrimenta nescimus. De prætio escarum, & numero panum cum ministris quotidiana discussio est: rara admodum cum Presbyteris celebratur collatio de peccatis. Cadit asina, & est qui subleuet eã: perit anima, & nemo est qui reputet. Neque tamen Christus dixit, operarios nullos esse, sed paucos. Excitat enim certis temporibus, quantumuis deprauatis aliquos, qui Ecclesiæ suæ curam gerant, & ea luceant, velut excellentia quædam luminaria: vt meditatur Gregor. Nyss. Orat. in Basilium. Sic in sæculis deprauatis excitauit Noëh, Abraham, Ioseph, Mosem, Iosue, E Gedeon, Helyam: sic demum ostendit, sibi multos reseruari, qui non flectant genua ante Baal, & lucra temporalia prouentibus spiritualibus anteponant. *Rogate ergo dominum messis, vt mittat operarios in messem suam.* Theoph. in Matth. Dominus messis ipse est Christus dominus Prophetarum & Apostolorum. Chrysostom. hom. 31. Operis prioris in Matth. Nam si ad messem suam operarios misit, metebant autem operarii segetem, quæ Prophetarum seminibus pullulauit, certè sicut messores, ita ipsi quoque qui seminauerunt, operarii eius fuerunt. His autem verbis satis indicat supra humanam virtutem esse, huiusmodi messores in hanc messem ablegare. Ideò enim orandus est Dominus messis. Vnde Paulus 2. Cor. 3. Fiduciam autem huiusmodi habemus, inquit, per Christum erga Deum, non quòd ex nobis ipsis sufficientes simus cogitare aliquid, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est, qui & idoneos nos fecit ministros noui Testamenti. Non dixit, Requirite suffragia humana, ambite

Albertus. *Quæ messis spiritualis.*

Thomas.

Anastas. Synaita.

Aliud qui nomen habet Prælati, & aliud verũ Prælatus.

Greg. Papa.

Bernardus.

Greg. Nyss. *Deus sustinet semper aliquos operarios.*

Theophilact.

Chrysost.

principes, fauorem eligentium perquirite, auro & pecuniis sacerdotia, aut Episco- F
patus vobis procurate: hæc enim omnia Sathanica sunt. Sic intrant lupi in gregem,
vt deuorent & mactent: non autem pastores, vt pascant. Sed orate, inquit, dominum
messis. Ab inuocatione Domini progredi debet electio: vt veniant operarii in mes-
Chrysost. sem ex Prophetia, sicut docet Chrysost. in 1. ad Timoth. Sic Act. 1. cùm de sufficiẽ-
do in locum Iudæ ageretur, Apostoli orantes dixerunt: Tu Domine, qui nosti corda
omnium, ostende quem elegeris vnum ex istis. Porrò agnoscimus neminem sibi in
Ecclesia ministerium vsurpare posse, sed vocari & mitti debere. Rom. 10. Quomodo
prædicabunt, nisi mittantur? Mittuntur autem ab his, qui & ipsi missi sunt, &
ad alios mittendos potestatem nacti sunt. 1. Pet. 4. Vnusquisque vt gratiam acce-
pit, in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ
Dei, 1. Cor. 12. Operatur enim Deus omnia in nobis suo spiritu. Mittat operarios fru- G
ctuosos, & idoneos Doctores & Prælatos *in messem suam*, id est, ad plebẽ Ecclesiæ in-
struendam & gubernandam. Maximum etenim Dei beneficium est, habere bonum
Pastorem: vera etenim scriptura est, qualis est rector ciuitatis, tales & habitantes in
ea. Hoc Moyses orauit (Num. 7.) dicens: Prouideat Dominus Deus spiritum vni-
uersæ carnis, qui sit super multitudinem hanc, ne sit populus Domini sicut oues sine
pastore. Tales operarios se missurum Dominus pollicebatur (Hier. 3.) dicens: Dabo
vobis pastores iuxta cor meũ, & pascent vos scientia & doctrina. Sed neque simpli-
citer textus sonat, *mittat*, verùm *extrudat* operarios. ὅπως ἐκβάλῃ, vt extrudat: vt in-
telligamus vel celeriter mittendos, ac vel inuitos & cunctantes extrudẽdos in opus
Dei. Nemo enim sibi assumit honorem, sed qui vocatur tanquam Aaron. Nemo
Ambitio quorumdam in clero. quoque sese sua authoritate ingerit in prædicationis munus, nisi fortè, non habita H
Domini licentia, in messem alienam falcem mittat. Et olim sanè inuiti extrudeban-
tur ad onera, nunc verò sponte currunt ad cathedras: Non vt onus subeant, sed vt
lautiùs de his quæ debentur veris pastoribus, viuant. Fucis vtique nocentiores, quos
legimus & videmus apum mella exugere, cellas disturbare, cùm nec ipsi omninò cæ-
ræ, aut melli conficiundo inuigilent. Hoc ergo requirimus à Deo, vt iisdem Eccle-
sia rectoribus gubernetur cũ Apostolis, qui ipsam & promouerunt & confirmarunt.
Synesius etiam ad sacerdotium se coactum asserit: impulsi sunt & multi, quos & Ec-
clesia mirata est. Cæterùm postquàm Christus se rogandũ esse docuit, vt operarios
in messem mittat: ne vrgenti periculo & præsenti necessitati desit, Apostolos dele-
Dion. Areop. gat. Vt enim Dionys. Areopag. scribit lib. Eccles. Hierarch. nemo aptus est alios ad
Deum reducere, purgando, illuminando, perficiendo, qui non & ipse excellenter I
purgatus, illuminatus, perfectusque fuerit, quatenùs de plenitudine eius alii accipiant. *Et conuocatis duodecim discipulis suis*, qui & Apostoli tandem dicti sunt, quia missi.
Hîc autem discipuli censentur, quia docebantur à Christo, quæ fidei, & ministerii
sui essent. Erant sanè & alii 72. discipuli, non tamen parem cum istis duodecim au-
thoritatem habentes. Sicut & permulti Christi discipuli dicuntur, Ioan. 6. qui tamẽ
non eandem cum 72. potestatem habuerunt. Quòd autem duodecim elegerit, non
Cur duodecim Apostoli electi. dubium quin respexerit ad numerum duodecim tribuum Israël, quasi politiã benè
antè institutam significare in animo haberet. Olim enim è quaque tribu primores
deligebantur: vnde & duodecim exploratores deprompti sunt, qui terrã promissionis inuiserent. Quinetiam ad duodecim illas tribus se respexisse Christus docuit,
adiiciens ad numerum Apostolorum, quòd sedebunt super sedes duodecim, iudi-
cantes duodecim tribus Israël. *Dedit illis potestatem spirituum immundorum, vt eiicerent* K
eos ab hominibus obsessis, *& vt curarẽt omnem languorem & omnem infirmitatem.* ἐξουσία
vox Græca significat potestatem & ius aliquid faciendi, quæ nonnunquam inter
homines, cùm virtute & facultate exequendi iuris careat, effectu suo destituitur:
in diuinis verò non item. Apud Deum enim coniuncta sunt, potestas, & facultas.
Proinde quia discipuli à Christo vero Dei filio potestatem hîc accipiunt, accipiunt
simul & virtutem effectricem. Et quidem tempus illud, quo primùm etiam Gentiles ad fidem inducendi erant, postulabat, vt verbis attestarentur facta mirabilia.
Sic nimirùm & Moses rudem & ferè degenerem Israëliticum pop. ad Dei cultum
reduxit, & animum Pharaonis emollire tentauit. Cumque legem promulgaret,
multis signis & prodigiis ipsi authoritatem parauit Dominus: idem ergo confert

Christus

A Christus sui Euangelii præconibus Apostolis. Nam ad Mosem quoque olim dixerat Dominus (Exod. 19.) Ego veniam ad te in densa nube, vt audiat me populus tecum loquentem, & credat tibi in perpetuum. Thomas in Matth. Sed si quæras, quare modò prædicatoribus non datur ista potestas: Respõdet Augustinus, quia in promptu est maximum miraculum, nimirum quòd totus mundus ad fidem per piscatores conuersus sit. Porrò hæc curatio, quam in ægrotorum corporibus operabantur Apostoli, spiritualis animarum curationis typus erat. Hieronym. in Matth. Ita benignus & clemens Dominus ac magister non inuidet seruis atque discipulis virtutes suas: sed sicut ipse curauerat omnẽ languorem & infirmitatẽ, Apostolis quoque suis tribuit potestatẽ, vt idem faciant. Sed multa differentia est inter habere, & tribuere: donare, & accipere. Iste quodcũque agit, potestate Domini agit: illi si quid

Thomas.

Cur non dãtur nunc miracula per verbi ministros.

Hieronym.

B faciunt, imbecillitatẽ suam, & virtutẽ Domini confitentur, dicentes: In nomine Iesu surge & ambula. *Duodecim autem Apostolorum nomina sunt hæc.* Ponit Matthæus nomina Apostolorum, ne alii pseudoapostoli pro veris Apostolis admitterentur. Vt enim in Epistolis Pauli frequenter occurrit, ipso etiam Apostolorum tempore multi surrexerunt, dicentes se veros Christi esse Apostolos. Nec mirum, cùm nostris etiam temporibus Anabaptistæ metempsychosin, aut anauiosin, id est animarum in alia corpora transmigrationem, aut regressum animarum asserentes, ausi sint Petri, Ioannis, Iacobi, cæterorúmque Apostolorum non solùm nomen, sed & personam sibi effingere. Fuisse autẽ Gnosticos, qui se Apostolis perfectiores iactitarent, scribit Irenæus lib. 1. contra hæreses. Alios item se Apostolicos nuncupasse, testis est Epiphan. in hæresim Apostolicorum. Sed & duodecim Apostolorum nomina referuntur, vt scri-

Cur nomina Apostolorum recensentur.

Irenæus.

Epiphan.

C pta in libro vitæ. Heb. 12. ad Ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in cœlis, *Primus* dignitate, non vocatione est Simon, qui & Cephas seu Petrus dictus est. Huic enim Ecclesiæ regimen creditum est, vt legitur Matth. 16. Ioan. 20. & Luc. 22. Vnde & Coryphæus, vertéxque Apostolorum vocatur à Dionysio Areopagita, lib. de diu. nominibus. *Et Andreas frater eius*, de vico Bethsaida, qui etsi tandẽ cũ fratre Simone simul à Christo vocatus est, primus tamen Christum sequi cœperat, vt legitur Ioan. 1. Indicat autem D. Hieronymus non eodem ordine recenseri Apostolos ab aliis Euangelistis, quo à Matthæo. Cæterùm ordo qui extat in nostris voluminibus, non-

Dio. Areop.

Hieronym.

nihil dissidet à Græcis: at Græci consentiunt cum Hieronymo, qui per iuga digerit Apostolorum numerum, sic vt primo loco iungat Petrum & Andream: proximo, Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratres: tertio, Philippum ac Bartholomæum: quarto, Thomam & Matthæum: quinto, Iacobum Alphæi, & Lebbæum cognomento

D Thaddæum: sexto, Simonem Chananæum, & Iudam Ischarioten. Simonem Petri cognomine distinguit à Simone Chananæo: Iacobum Zebedæi filium à Iacobo Alphæi filio. Cæterùm cùm vnus fuerit Matthæus, vt non opus fuerit nota qua discerneretur, & si opus fuisset, haberet & alterum nomen, nempè Leui: tamen addidit ὁ τελώνης, siue vt se deiiceret, siue vt ostenderet omnibus aditum patere ad Christum: Etiamsi Græcus articulus patitur, vt vertatur, qui fuerat publicanus, aut ille quondã publicanus. Cæterùm Iudæ proditori cognomen addidit, siue vt discerneret ab Iuda Iacobi filio, qui idem Thaddæus & Lebbæus dictus est, vt sit trinomius, siue vt ex cognomine significaret eum ei facinori natum, quod יששכר *Isachar* Hebræis sonat mercedem, atque à tribu, vnde fuit oriundus, nomen sortitus esse videtur. Quãquam non desint, qui à viculo cognomen deductum malint. Nec est Schariotes,

E quemadmodum habetur in nostris codicibus, sed Iscariotes. Nam idẽ facimus Latini cognomento Iudæ, quod Græci faciunt Hispaniæ, σπανίαν pronunciantes, cùm teste Plinio, terra sit insigni fertilitate. Opinor & idem à Prænestinis natum, quibus, vt ait Plautus, Conia est Ciconia. De nominibus Apostolorum, eorúmque interpretationibus, & numeri mysterio, dictum est in superioribus. Augustin. lib. 18. de ciuit. Dei. Elegit ergo Christus hos in discipulos, quos & Apostolos nominauit, humiliter natos, inhonoratos, vt quicquid magnum essent & facerent, ipse in eis esset & faceret. Ita reposuit thesaurum istum in vasis fictilibus, vt sublimitas sit virtutis eius, non autem ex nobis. Rabanus in Matth. Sed neque per imprudentiam proditor ille Iudas electus est. Magna est enim veritas, quam nec aduersarius minister infirmat. Voluit etiam à discipulo prodi, vt tu à socio proditus, modestè feras tuum errasse

Augustin.

Rabanus.

Cur Iudam elegit, quem malum præuiderat.

Thomas. iudicium, periisse beneficium. Thomas in Matth. Est & alia ratio. Ad notandum scilicet, quòd vix contingit, quin malus aliquis congregationi magnæ immixtus sit. Cant. 2. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. *Hos duodecim misit Iesus*, cùm & 72. discipulos alios designauerit, sed tamen qui tantùm præcederent ante faciem suam, isti autem qui etiam docerent: & misit eos binos & binos, vt habet Marcus, ad maius veritatis testimonium, & commendandam fraternam charitatem, *præcipiens illis* Apostolis, *& dicens: In viam Gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis.* εἰς πόλιν habet Græcus contextus, non in plurali, sed in singulari, in ciuitatem Samaritanorum, vt intelligas in nullam eorum ciuitatem eundum esse. Gentes enim sine Deo erant, certo & determinato, spem promissionis non habentes, vt scribit Paulus, Ephes. 2. Ideò illas sæpissimè cauendas Dominus monuerat, ne fortè aut illarum impietates probare viderentur, aut inquinarentur illorum conuersatione. Act. 10. Petrus, Vos scitis, ait, quomodo abominatum sit viro Iudæo coniungi Clem. Alex. aut accedere ad alienigenam. Clemens Alexandr. lib. 3. Stromat. Hæc enim à contraria vitæ institutione nos dehortans, dicebat Dominus: quoniam iniquorum virorum mala est conuersatio. Samaritani verò etsi quinque libros Mosaicos admisissent, Prophetas tamen reiiciebant, & Gentilismũ, ipsi etiam ex Gentibus assumpti, sectabantur. Hoc ergo præcepto vetat omninò ad infideles, nomine Gentium etiam ad hæreticos accedere. Verùm quæri potest, cur istud Dominus prohibuerit, cùm idem ipse cum illis ad Samaritanos, & in fines Gentium peruenerit. Respondetur à Theodoreto lib. 3. cap. 51. in lib. Reg. id prohibitum, ne allicerentur Iudæi impietatibus Gentium: ideò & idem Apostolis vetitum fuisse, eo tempore quo nondum confirmati erant. Licuit tamen venire cum Domino, qui eos ab illa corruptione vindicaret: Licuit & ipsis tandem, statim atque diuina confirmati sunt gratia. Alioquin præceperat illis ab Hierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem Patris. Hieronymus in Matth. aliam reddit rationem. Oportebat enim primùm, inquit, Iudæis aduentum Christi nunciare, ne iustam haberent excusationem, dicentes, se ideò Christum abiecisse, quia ad Gentes & Samaritanos Apostolos miserit, vt Theophil. obseruat. Ad vtrosque igitur, inquit Thomas in Matth. Iudæos sc. & Gentes, Apostolos mitti oportuit: ordo tamen debebat obseruari, vt primò Iudæis, demum Gentibus Euangelium nunciaretur. Et vna ratio est, quia primùm ea quæ iustitiæ, demũ quæ misericordiæ sunt, fieri debent. Porrò iustitia requirebat, vt Iudæis primùm Christus nunciaretur: hoc enim illis promissum erat. Rom. 15. Dico autem Christũ Iesum ministrum fuisse circuncisionis, propter veritatem ad complendas promissiones Patrum. Gentibus autem tenebatur ex misericordia, vt habetur Rom. 11. Gentes super misericordia honorare Dominum. Oleastri enim sunt in oliuam admissi, nimirùm ad fidem antiquorum patrũ. Vnde ibi dicitur: Tu autẽ cùm oleaster esses, insertus es in oliuæ ramis, & socius radicis & pinguedinis oliuæ factus es. Itaque primùm oliua nutrienda erat, vt & oleaster illi insertus ex illius pinguedine reuirescceret. Tertia etiam ratio est, quia Dominus infundit omnibus id ad quod sunt dispositi: atqui permulti Iudæorum iam ad fidem præparati erant. Et sicut ignis primùm in vicina sibi operatur, sic Dominus suæ charitatis feruorem primùm his qui propè stabant, Iudæis communicauit. Vnde dicitur Esa. 57. Veniant & annuntient pacem hii qui propè, & pacem his qui longè sunt. Quarta ratio desumitur ex fructus dispendio, quod ex sua prædicatione intulissent. Sicut enim Iudæis conquerendi occasionem dedissent, si primùm ad Gentes transiissent, ita quoque Gentiles, qui Iudaicam religionem auersabantur, Apostolos explosissent, nisi miraculis, & celeberrima primùm fama Christi nomen apud eos iam clarescere cœpisset. Colligit demum D. Thomas, neque nobis licere in viam hæreticorum progredi. Hier. 2. Quid tibi vis in via Ægypti, vt bibas aquam turbidam? Nec Aue dixeritis, inquit Ioannes. *Sed ite potius ad oues quæ perierunt, domus Israël.* Oues perditas domus Israël vocat electos ex Iudæis, Dei cognitione adhuc destitutos. Quòd adoptati erant in populum peculiarem, oues vocauit: oues autem perditas, quòd dissipati erant, & abducti à pura doctrina. Thomas in Matth. Et quare oues? Quia magis ex Pharisæorum quàm sua ipsorum culpa perierunt. Ps. 94. Dicere enim poterant, Nos autem populus tuus, & oues pascuæ tuæ. 1. Pet. 2. Eratis sicut oues errãtes, nunc autẽ

conuersi

A conuersi estis ad pastorem & Episcopum animarum vestrarum. Potest autem per Israël intelligi Iacob Patriarcha, de cuius familia Iudæi exorti sunt. Fuit enim ille, post luctam cum Angelo, Israël dictus, id est, Vir videns Deum. Quod & ipse asseruit, dicens: Vidi Dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Ita debuit primùm Iudæo, demum Gentili Euangelium prædicari. Hoc incubuit Apostolis apud Iudæos solos ante Domini passionem: at verò post ipsius in cœlos ascensionem, ad omnes Gentes. Propter quod & Paulus & Barnabas dixerunt Iudæis, (Act. 27.) Vobis oportebat primùm loqui verbum Dei, sed quoniã repulistis illud, ecce conuertimur ad Gentes. *Euntes autem prædicate, dicentes, Quia appropinquauit regnum cœlorum.* Prędicatio hæc similitudinem habet vocis præconis, cuius est aduentum regis nunciare: vt ad excipiendum cũ gaudio regem, regníque primordia, animi populi excitẽtur, & quasi
B præparentur. Euãgelium regnum cœlorum vocatur, quòd per illud pateat nobis ingressus in cœlos. Lucas ca. 9. habet: Misit illos prædicare regnũ Dei. Et sicut Christus à pœnitentia orsus fuerat, dicens, Pœnitemini & credite Euangelio: idem quoque faciunt Apostoli. Siquidem (Psal. 118.) longè à peccatoribus salus. Sed & regnum Dei, Christi iustitia & redemptio est. Esa. 14. Propè est vt veniat, & dies eius non elongabuntur. Heb. 10. Adhuc autem modicum aliquãtulum, & qui venturus est veniet, & non tardabit. Albertus Mag. dicit Euangelium regnum cœlorum dici, vt distinctio sit inter legem Mosaicam & nouam: quia Mosaica terrena tantùm, lex autem Euangelica cœlestia bona repromittit. Sap. 10. Iustum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Appropinquat & illa gloria, quam repromisit Deus diligẽtibus se: in qua nobis Christus viam parauit, ascendens in cœlum, & sedens à dextris
C Dei. Chrysostom. hom. 31. in Matth. Vides ergo diuini mysterij magnitudinem, vides sublimẽ Apostolorum dignitatem, nihil quod ad corpus, nihil quod ad hos sensus pertineat, nec similia Moysi & Prophetarum doctrinæ: sed noua quædam atque inaudita, qualia priores non docuerunt, quia terrena hæc bona promittebant: sed cœlorum regnum, & totam hanc beatitudinem prædicare iubentur: Nec hac ratione solùm maiores isti, atque præstantiores sunt, verumetiã quia confestim obtemperarunt. Itaque quoniam magna & inaudita promittebant, ideò Dominus donat Apostolis congrua argumenta, quibus hanc doctrinam suásque promissiones confirmarent: dicens, *Infirmos curate*, miraculosè & instrumentaliter, diuinam clementiã & virtutem inuocando. *Mortuos suscitate.* Hoc non leguntur Apostoli ante Christi passionem fecisse, verùm postea. *Leprosos mundate, dæmones eiicite.* Hierony. in Matth. Igi-
D tur ne hominibus rusticanis, & absque eloquij venustate indoctis & illiteratis nemo crederet, pollicentibus regna cœlorum, dat potestatem prædicta faciendi, vt magnitudinem promissorum probet magnitudo signorum. Et priùs quidẽ potestatem hãc illis contulerat, instruxerat antea virtute: nunc verò mittit, vt edant miracula. Hilar. in Matth. Ita tota virtutis Dominicæ potestas in Apostolis referebatur, & qui in Adam imagine figurati erant, nunc perfectam Christi imaginem sortiuntur: & quicquid malorum Adæ corpori, Sathanæ instinctus intulerat, hoc ipsi rursum de communione Dominicæ potestatis emendent. His eos tum miraculis muniri conueniebat, vt fides credentium nutriretur: nunc autem cùm iam incrementũ acceperit, verbo tantùm, & diligenti Ecclesiæ ministerio opus est. D. Thomas in Matth. Et ideò, sicut qui faceret vnam demonstrationem ad probandam aliquã conclusionem, non
E esset alia probatio necessaria: sic ibi. Sed & vt scribit Gregorius in Homelia, sancta Dei Ecclesia quotidie spiritualiter facit, quod tunc per Apostolos corporaliter fiebat: quæ nimirum tanto maiora sunt, quanto per hæc non corpora, sed animæ suscitantur. Infirmi enim sunt, qui peccato agitantur, & ad illud proni sunt. Rom. 14. Infirmum in fide assumite. Hi quidem in Ecclesia curantur. Qui autem peccato consentiunt, mortui sunt, quia separantur à Deo, ab ipsa vita: & hi à mortuis excitantur. Ephes. 5. Leprosi quoque sunt, qui cæteris detrimentum adferunt ex deprauata, & scandalis plena conuersatione: & hi quidem purgantur, si modò ad ostium domus nostri Helisæi, ad instar Naaman, id est, ad fores Ecclesiæ steterint, & iis se submiserint, quorũ est discernere inter lepram & non lepram. Dæmones sunt, quorum peccatum iam transiit ad effectum, de quibus dicitur, Prou. 20. Lætantur cùm malefecerint, & exultant in rebus pessimis: & isti non nisi in Ecclesia liberari possunt.

Quod regnũ cœlorum annunciatur.

Alb. Magn.

Chrysost.

Hieronym.

Hilarius.

Thomas.

Gregorius.

Gratis accepistis, gratis date. Nimirùm sine pretio vestro ac merito, accepistis à me F
dona spiritus sancti, eáque *gratis*, purè, propter meipsum. Ideò *gratis*, non turpis
lucri gratia, sed propter Deum *date*, seu aliis communicate, non modò beneficia
sanitatum, sed & spiritualia vobis concessa sacramenta, sapientiam, scientiam, &
cæteros actus spirituales, pro quibus nihil sumendum est per modum pretij, ne spi-
ritualia temporalibus comparentur: quamuis accipi possit aliquid tanquam stipen-
Dion. Carth. dium vitæ, vt scribit Dionys. Carthus. in Matth. Hoc Petrus in prima sua Canoni-
ca hortatur, dicens: Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum adminis-tran-
Thomas. tes. Thomas in Matth. Pretium enim rei, vel maius est vel æquale: nihil autem est
dono Dei vel æquale, vel maius. Sap. 7. Non comparaui illi lapidem pretiosum, quo-
niam omne aurum in comparatione illius, arena est exigua. At verò quid apud quos-
Hugo. dam vænalius Ecclesiastica authoritate? Hugo de S. Victore, libr. 2. de Sacrament.
Simoniæ malum. part. 10. Simoniæ hæresis contagium, iam olim in Balaam pullulauit, qui diuinatio- G
nis pretio proposito, ad maledicendum populum Dei perrexit: dehinc huius duo
leguntur authores emersisse, alter sub Prophetica, alter sub Apostolica doctrina.
Primus Giezi magister est vendentium, deinde Simon videtur emptor. Horum au-
tem sectatores, sicut non sunt in errore diuersi, ita nec in damnatione diuisi. P. Da-
P. Damian. mianus Epist. 5. ad Dominicum & cæteros fratres Eremitas, cap. 7. Interea illud e-
tiam quod Hildebrando Romanæ Ecclesiæ Archidiacono referente didicimus, hîc
inserere operæpretium iudicamus. Nam cùm adhuc Subdiaconatus fungeretur of-
ficio, à Victore Papa Apocrisarius ad Gallias destinatus, Synodum congregauit, in
qua sex Episcopos, diuersis criminibus inuolutos, ex Apostolicæ sedis authorita-
te deposuit. Inter quos quidam erat Episcopus, qui quoniam per Simoniacam
hæresim ad Episcopatus culmen irrepserat, Spiritum sanctum verbis exprimere, H
quibuscunque tentaret nisibus, non valebat. Et quidem Patrẽ & filium expeditè sa-
tis ac facilè proferebat: ad Spiritum verò sanctum cùm peruenisset, mox lingua bal-
butiens, tãquam rigida manebat. Meritò siquidẽ Spiritum sanctũ dum emit, amisit:
vt qui exclusus erat ab anima, procul etiam consequenter esset à lingua. Isidorus lib.
2. de summo bono, cap. 41. Quàm multi verò causa cupiditatis terrenæ, etiam ipsam
fidem abnegauerunt? Cupiditas enim Christum vendidit. Nam & plerisque tantum
in rebus alienis est desiderium, vt etiam homicidium perpetrare non vereantur, si-
cut Achab, qui appetitu cupiditatis suæ sanguinis effusionem expleuit. Cupiditati
Auaritia nihil sacrum est. Inde fit, vt qui terrenis incumbunt, propter terrenos prouentus spi-
quorumdam ritualia requirant. Apud eos nihil in priuatis colloquiis est familiarius, vbi occurre-
Prælatorum. rit sermo de oneribus Ecclesiasticis, quàm vt requirant, quot, & quot sunt huius I
vel illius sacerdotij aut Episcopatus prouentus. Quibus modis ad ea peruenitur,
ô bone Deus! Verùm *-motos præstat componere fluctus.*
Atque vtinam impiam Simoniam non minùs in factis suis erubescerent, quàm nos
illam in verbis supprimere conaremur, ne paruulis offendiculũ ingeramus. Non ne-
gat Christus subsidium vitæ Prælatis Ecclesiæ, sed turpe lucrum & sacra vænalia
proponi vetat. Et quoniã obiicere possent Apostoli, vnde victuri essent, ideò de sum-
ptibus illos instruit. Et primùm prohibet, ne sumptus secum deferant, demum docet
à quibus illos accipiant. *Nolite*, inquit, *possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in*
Erasmus. *zonis vestris.* μὴ κτήσησθε, quod magis significat parare quàm possidere, vt hæc tria si-
mul referantur ad id quod sequitur, *in zonis*. Siquidem ex his tribus rebus solet cudi
moneta, quæ primùm ærea fuit ac ferrea: nam vtrumque significat χαλκὸς, deinde ar- K
gentea, postremò aurea: vt contrà acciderit pecuniæ, ac moribus hominum, qui ex
aureis degenerarunt in plusquàm ferreos. Porrò quod dixit, εἰς τὰς ζώνας, id est, in
cingulos, iuxta veterum morem locutus est: iuxta quem milites, si quid erat æris, in
zonis gestabant. Vnde Prouerbium illud apud Flaccum, Zonam perdidit, de eo cui
Chrysost. nihil erat pecuniæ. Chrysostomus hom. 31. in Matth. Ita Dominus, qui spiritualium
Lucri proprii cupiditas causa malorum omnium in Ecclesia. mercationẽ suprà prohibuerat, cõsequenter radicẽ omnium malorũ auaritiã euellit.
Hoc autem præcepto discipulos nõ suspectos reddit: quid enim non suspectũ est, vbi
quis pecuniarũ gratia spiritualia dispẽsat? Num vænalem linguam ille habiturus, qui
mercedem in pecuniis constituit: vt gratificetur auditoribus, qui forsan dicturi sunt,
id quod ab Esaia scribitur, Loquimini placentia, & audiemus vos. Ideò scilicet

A Augustinus hæreticum definit, qui turpis lucri gratia, aut ambitione ductus, noua & prophana dogmata seminat. Quod nimirùm hoc lucro inescati, à vera Scripturarum interpretatione ad hæreses defecerunt, & se pro hæresiarchis haberi voluerunt: faciebat & Christus, dum ab acquirendi sollicitudine Apostolos dimoueret, ad maiorem animorum libertatem. Nec enim oportet seruum Dei litigare, aut sese immiscere negotiis sæcularibus: an non etiam de conquirendis pecuniis sollicitos esse? Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus, inquit Apostolus. Addit Chrysostomus tertiam rationem, nimirùm eapropter sollicitudinem rerum temporalium Apostolis prohiberi, vt tandem Christi virtutem agnoscant. Hoc nēpè illis postea dixit. Quando misi vos sine sacculo & pera, numquid aliquid defuit vo- B bis? Adde quòd docebat prædicationis & ministerij Ecclesiastici munus nō permittere, vt quis suis ipsius hîc stipendiis militet, & expendat quæ aliunde nanciscì posset. Accedat scilicet Prælatus, accedat & verbi diuini minister. Si æquum, aut tolerabile esset illos suis expensis & sumptibus viuere, interim dum huic oneri spirituali vacant: permisisset vtique Christus Apostolos aliquid ad viaticum recondere. Verùm ostendit & ipsius viatici, & victus quotidiani expensas ab iis accipiendas esse, quibus spiritualia seminauerint. *Non peram in via*, id est cellarium, seu repositorium victualium habeatis *in via*, interim dum progredimini ad verbi ministerium. Hieronym. in Matth. arguit Philosophos, qui etsi sæculum contemnere, & omnia pro nihilo ducere viderentur, cellarium tamen secum vehere rent. At verò contrarium quid præcipere tandem videtur Christus, cùm suis dixit: Nunc qui habet sacculum, tollat, simi- C liter & peram. Dionys. Carthusia. Art. 19. in cap. 16. Matth. Et quidem, inquit, ipse Saluator aliquid tulit in via, videlicet sacculum, peram, pecuniam, quorum Iudas custos fuit. Nam cùm in cœna Christus ei dixisset, Quod facis, fac citiùs: putabant Apostoli quod dixisset ei, Eme nobis quæ ad diem festum necessaria sunt. Discipuli quoque intrauerunt ciuitatem Samaritanorum, vt cibos emerent. Respondendum igitur ad primum, quòd Christus secundum congruentiam loci & temporis, conuenientia dedit præcepta. Siquidem in legatione Apostolorum, quæ facta est ante passionem, præcepit ne quid tollerent in via, quia tunc mittebantur ad notos, nec prædicabant mirabilia aut supernaturalia de Christo, sicut post passionem, vnde & tunc persecutionem perpessi non sunt, vt postea: sed satis prouisum est eis ab his quibus prædicauerunt: ideò iussi sunt, hoc tempore nihil secum por- D tare. Post passionem verò cœperunt mirabilia prædicare de Christo, & hominum vitia ac idola publicè reprobare, ideo tunc permissi sunt ferre necessaria vitæ. Istis igitur verbis nihil aliud prohibet, nisi diffidentiam, & præposteram rerum necessariarum sollicitudinem. Quòd autem ista præcepta temporaria fuerint, facilè colligitur, non modò ex his quæ diximus, sed & ex penula Pauli ad iter sumpta, de qua 2. Tim. 4. Petri gladio, Ioan. 18. Collectis etiam quæ fiebant in vsum sanctorum. *Neque duas tunicas habeatis*. Hieronymus in Matth. In duabus tunicis duplex mihi videtur innuere vestimentum, non quòd in locis Scythiæ, & glaciali niue rigentibus, vna quis tunica debeat esse contentus: sed quòd in tunica vestimentum intelligamus, ne alio vestiti, aliud nobis futurorum timore reseruemus. Hoc ergo intelligendum est secundum qualitatem locorum & temporum: E quia in vno loco & tempore pauciora vestimenta sufficiunt, quàm in alio. Neque verò negauerimus Christum habuisse vestem & tunicam inconsutilem, idque ex more Iudæorum: & Christianos præter interulam, olim pallio indutos fuisse, vt testis est Tertullianus libr. quem de Pallio conscripsit. *Neque calceamenta*. Marcus tamen habet, sed calceati sandaliis. Quibus verbis videtur innuere calceamenta fuisse concessa. Quinetiam Christum calceamentum seu sandalia saltem habuisse, testatur Ioannis Baptistæ testimonium, dicentis: Cuius non sum dignus vt soluam corrigiam calceamenti. Verùm hîc Matthæus loquitur de non sumendis nouis calceamentis, cum iis quibus tum calceati erant. Apud Marcum verò Christus prohibet, ne alia calceamenta, præter ea quæ iam tum more suo in pedibus habebant, secum ad iter portarent. At verò Luc. c. 22. sic habet: Quando misi vos sine calceamentis? Augustinus lib. 2. de consens. Euang. ca. 31. Calceos tectos non habuisse scribit, sed sandaliis vsos, quibus neque pes tectus esset, neque nudus. Hieron.

Prælatis & concionatoribus necessaria debentur. Augustin. Hieronym. Dio. Carthus. *Quando licet ministro habere pecunias.* Hieronym. *Quid duæ tunicæ.* Tertullian. *Quid calceamenta.* Augustinus. Hieronym.

in Esa.20.calceamenta sumit pro caligis, quæ in totum tibias operirent. Et tamen F
Clem. Alex. Petro dicitur, Act.12. Præcingere, & calcia te caligas tuas. Clemens Alex. lib. 2. Paidagogi cap.11. Si, inquit, nudis pedibus incedere non possumus, soleis vtendum est. Eas autem Attici vocabant κοιπόδας, quòd pedes, quantum ego coniicio, terræ
Tertullian. appropinquaret. Tales fuisse Domini calceos asserit Tertull. libr. de Pallio, reiicit curiosiores, qui & pedem constringant, & ad venerem ornare videantur. Magnum, inquit, incessui munimentum sutrinæ venereæ prospexere, perones effœminatos. Aut pedes nudi magis (in sandaliis) certè viriles magis, quàm in calceis. Ita vt in sũ-
Th. Aquinas ma, nihil voluerit eos ad iter accipere, prẽter quotidiana & consueta. Thomas Aq. in Matth. ideò sine calciamentis nouis missos scribit, vt apud omnes pauperes repu-
Hieronym. tarẽtur. Vnde Apost.1.Cor.1. Non multũ potẽtes elegit Deus. Hieron. in Matth. Sed & Plato præcipit duas corporis summitates nõ esse velandas, nec hominẽ molliciei capitis & pedũ assuefieri debere: cùm enim hęc habuerint firmitatẽ, cætera robusti- G
ora sunt. Hinc factũ est, vt & Christus assuescens discipulos laboribus, prohibuerit & noua calciamẽta deferri. *Neque virgam.* Hoc literaliter accipiendum non esse do-
Dion. Carth. cet Dionys. Carthus. Iudæorum enim consuetudo erat, vt doctores & prædicatores eorum, in signum authoritatis delegatæ virgam ferrent. At verò spiritualiter sumitur, pro innitentia animi, super quacunque re temporali: cui nimirùm confidendum non sit. Vel Matthæus & Lucas de eo baculo intelligunt, qui à viatoribus ad defensionem gestari solet. Marcus enim dicit, *Nisi tantùm virgam*, intelligens de ea quæ ad sustentandum corpus à viatore sumitur, ad pugnandum inepta. Tantùm autem dicit, q. alteram quæ ad defensionem est, prohibens. Atque hic mos plerisque Patriarchis & Prophetis fuisse legitur, vt tales virgas gestarent. Sic Iacob, H
Mosi, Exod. 4. Helisæo, 4. Reg. 4. Est autem huiusmodi virga, signum pauperum & nudorum. Vnde & Iacob, Genes. 32. iam dives factus, dicebat: Cum baculo meo transiui Iordanem istum, & nunc cum duabus turmis regrediar. In his omnibus præceptis spectat Dominus, vt verbi eius ministri solum Deum attendant. Neque de temporali hospitio, nutrimẽto, veste, calceamẽtis, defensione, ad eum modum solliciti sint, vt quæ sui sunt muneris, intermittat. Inde fit, vt & similitudinem hîc nonnulli requirant, non præceptũ: sicut & cùm Matth.6. dixit, Tu autẽ cùm ieiunas, vnge caput tuũ: id est, malim te vnctũ esse, quàm hypocritã: ita mauult Dominus discipulos sordidos, puluerulentos, discissos, famelicos, pauperes ita tamen vt & ipsi veri discipuli sint & Apostoli, quam diuites, sericis indutos, conuiuantes, & I
deliciis indulgentes Episcopos, qui omnẽ sui gregis curã reiecerint. Et ne fortè quid illis defuturũ existimetur, adiicit: *Dignus est enim operarius cibo suo.* Idẽ ferè ad 72. discipulos, Dignus est operarius mercede sua. Verùm fortè quis obiiciet, quomodo ista
An licet ministro Ecclesiæ accipere pecunias. cũ superioribus cõueniãt, vbi Christus, Gratis, inquit, accepistis, gratis date. Si gratis spiritualia cõmunicanda sunt, quomodo merces & cibus ab iis, qui hæc à nobis acceperint, expectabitur? Verùm data resolutio est, expectari posse quæ sunt ad victũ,
Augustin. non autẽ quæ ad pretiũ rerum spiritualium. Augustin. lib.2. de cons. Euang. cap. 30. Vnde satis ostẽditur cur Christus Apostolos aurũ aut argentũ possidere noluerit, ac ferre. Non quòd necessaria non sint sustentationi huius vitæ, sed quia sic eos mittebat, vt eis hæc deberi demonstraret ab illis, quibus Euangelium credentibus annunciarent, tanquam stipendia militantibus, tanquam fructũ vineæ plantatoribus, tanquam lac gregis pastoribus. Vnde Paulus dicit: Quis militat suis stipendiis vn- K
quam? Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non percipit? Hîc enim loquebatur de his, quæ necessaria sunt prædicatoribus Euangelii. Vnde paulo post dicit: Si nos vobis spiritualia seminauimus, parum est si temporalia vestra metamus. Si alii potestati nostræ participant, multò
Temporalia debentur spiritualiũ ministris. magis nos. Sed non sumus vsi hac potestate. Vnde apparet hæc non ita præcepisse Dominum, tanquam Euangelistæ viuere aliunde non debeant, quàm eis præbentibus, quibus annunciant Euangelium: alioquin contra hoc præceptum fecit idem Apostolus, qui victum de manuũ suarum laboribus transigebat, ne cuiquam grauis esset: sed potestatẽ dedisse, in qua scirẽt sibi ista deberi. Cùm autẽ à Domino aliquid imperatur, nisi fiat, inobediẽtiæ culpa est: cũ autẽ potestas datur, licet cuique nõvti, & tanquam de suo iure cedere. Hîc ergo Dominus loquẽs discipulis, id agebat quod

ipse

A ipſe Apoſtolus paulò pòſt apertiùs ita explicat. Neſcitis quoniam qui in templo operantur, quæ de templo ſunt, edunt? Qui altari deſeruiunt, altari compartiuntur? Sic & Dominus ordinauit his qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuere. Ego autem nullis horum vſus ſum. Cùm itaque dicit ita Dominum ordinaſſe, ſe autem vſum non eſſe, vtique oſtendit vtendi poteſtatem datam, non impoſitam ſeruiendi neceſſitatem. Hoc ergo ordinans Dominus, quod eum ordinaſſe dicit Apoſtolus, illa Apoſtolis loquebatur, vt ſecuri non poſſiderent, neque portarent huic vitæ neceſſaria, nec magna, nec minima. Cæterùm ſi quis eſt verbi miniſter, qui data ſibi poteſtate non vtatur, id eſt, non accipiat victum ab iis quibus euangelizat: opus ſupererogationis facit, vt ex Auguſt. colligit D. Thomas in Matth. Vnde Paulus, inquit, quãuis poſſet ab aliis accipere, nihil tamen accipiebat, & iſtud erat ſupererogatio: quia Thomas.

B permiſſis non vti, ſupererogationis eſt. Vnde Paulus 1. Cor. 9. Melius eſt mihi mori, quàm euacuare gloriam meam. Quare? Quia non vtebatur iſto permiſſo. Cæterùm penſanda ſunt hæc verba, *Dignus eſt operarius cibo ſuo.* Metaphora enim eſſe videtur Metaphora. ab operarijs ſumpta, quos ſi quis locauerit, ſaltem paſcere debet. Non alligabis os boui trituranti, quanto minus homini operanti? Quòd ſi qui manum operibus exercentur, paſcuntur: quanto magis diuini verbi miniſter, cui tot corporis & animi labores ſubeundi ſunt, cibo ſuo dignus erit? Operarium igitur dicit, omnem reſcindens quæſtionem. Poteſt enim fieri, vt nomine operarij iners aliquis, fur & latro, in ouile ingreſſus ſibi cibum, immò prouentus Eccleſiæ deberi obiiciat: quia ſcriptum eſt, Dignus eſt operarius cibo ſuo: Et qui altario deſeruit, de altari viuere debet. At verò Chriſtus hæc operario deberi cenſet, qui verè operarius eſt. Nam *Quis in Eccleſia operarius cibo dignus.*

C cùm lex ab initio conſtituta ſit, vt homo in ſudore vultus ſui veſcatur pane ſuo: vbi labor defuerit, quid eſt quòd panem & cibum ſibi deberi obganniant? Itaque hîc operarios quærimus, verè Epiſcopos, verè Paſtores, verè diuini verbi miniſtros: his debentur quæ neceſſaria ſunt. Hi operarii digni ſunt cibo ſuo. Theophilactus in Matth. Dixit autem *cibo*, non luxu: neque enim deliciari oportet doctorem. Bernardus de colloquio Simonis & Ieſu. Viuat, inquit, de altario. Non ſuperbiat, non luxurietur, non ditetur. Non in clericatu diues ex paupere fiat, ex ignobili glorioſus. Non ſibi de bonis Eccleſiæ ampla palatia fabricet, nec loculos inde congreget, nec in vanitate, aut ſuperfluitate diſpergat. Non extollat de facultatibus Eccleſiæ conſanguineos ſuos, aut nepotes, ne filias dixerim, nuptui tradat. Rurſus. Nec enim ordinauit Deus his qui Euangelio ſeruiunt, de Euangelio quærere diuitias vel ornatum, ſed viuere ex eo: vt videlicet ſint contenti alimento corporis, non *Cibus, non ſuperflua debentur.*

D gulæ irritamenta, aut incentiua libidinis, & quibus tegantur, non quibus ornentur, accipere. Nunc etiam nec illis hoſpitium defuturum docet. *In quamcunque autem ciuitatem, vel caſtellum intraueritis*, gratia prædicandi, veſcendi, vel hoſpitandi: *interrogate*, id eſt, ab hominibus locorum illorum diligenter inquirite, *quis* ciuis, vel incola, *in eâ* ciuitate aut caſtello, *dignus ſit* veſtro hoſpitio. Non enim ad quemlibet indifferẽter intrabitis ad veſcendum, vel quieſcendum, ſed ad aliquem bonæ famæ, ac vitæ laudabilis: ne ex diffamia & peccatis hoſpitis vos recipiẽtis, malam ſuſpicionem incur- *Apud quos diuerſandum eſt.*

ratis, & alii ſcandalizentur: vnde & veſtræ prædicationis contemptus conſequatur. Hinc multis cõciliis prohibentur Clericis tabernæ cauponariæ, ne fortè illarũ aſſuetudine & illi contemnãtur. Verùm aliquis obiiciet, Chriſtũ etiam ad Publicanos &

E peccatores diuertiſſe. Reſpondendũ, quòd hi ad quos Chriſtus diuertit, iam peccatis renunciauerãt: pœnituerat enim eos anteactæ vitæ: & iis ſimiles viſitandi ſunt à Prælatis & Eccleſ. cõcionatoribus, non modò vt conſolationẽ accipiãt, ſed & confirmẽtur de virtute in virtutẽ. Ita nimirùm medici illos ægrotos viſitant, quibus ſpẽ ſalutis concipiunt: cæteros verò dedignantur. Induratos quoque peccatores ablegat fidelis concionator, nec apud illos diuertit: vt qui indigni ſunt, quibuſcum tanti verbi miniſter conuerſetur. 2. Tim. 3. Oportet enim illũ teſtimonium habere bonũ ab his quæ foris ſunt. Cæterùm quod ait, *dignus eſt*, oſtẽdit magnum hoſpitalitatis eſſe meritum: quod & in Abrahamo Paulus commendat, Heb. 13. Hieronym. in Matth. Dignus Hieronym. eſt, qui plus ſe putat accipere cùm dat, quàm dare, cùm accipit. Albertus in Matth. Albert. Poſſet etiam dici, quod in ratione digni hoſpitis tria includuntur: honeſtas vitæ, cuius pars eſt, hoſpitalitalis liberalitas, & facultas copiæ, vnde ſuſcipere poſſit, &

benignitas, qua non amaro, sed iocundo animo suos hospites accipiat. *Et ibi manete* F
Cur non mutandum hospitium. *donec exeatis.* Ne mutetis hospitium, quasi lautiùs excipiendi, sed ibi manete, quousque occurrat vobis iusta egrediendi occasio, aut prædicationis, aut alterius boni gratia. Ex illa nimirùm frequentiori transmutatione hospitij duplex scandalum oriri poterit: vnum, quòd fortè displiceat hospes ministro, vt alicui vitio ipse, aut familia ipsius notati: alterum, quòd & ipse minister difficilis sit, quique delicias & lautitiem amet, aut leuis sit, adinstar gyrouagi & vani cuiusdam hominis. Vnde & Salomõ: Sicut auis transuolans de nido suo, sic homo qui relinquit locum suum. Psa. 34. In po-
Theophil. pulo graui laudabo te. Theophil. in Matth. Iubet ergo manere, ne tanquam gulosi malè audiant, & videantur primos, qui susceperant, iniuria afficere. Eccl. 29. Vita nequam hospitandi de domo in domum, & vbi hospitabitur, non fiducialiter aget. Al-
Albertus. bertus tamen in Matth. excipit ab hac condemnatione eum qui de domo in domũ G
transierit, non voluptatis, vel leuitatis, sed spiritualis profectus gratia: nimirùm vt Christo plures lucrifaciat. Nam & filij Iob dies conuiuij quasi in orbem duxerunt, & tamen Iob illos sanctificauit, ferens holocaustum hospitalitatis pro singulis. *Intrantes autem domum, salutate eam, dicentes: Pax huic domui.* Hæc salutatio, illa est quam Christus discipulis præcipit, Luc. 10. In quamcunque domum intraueritis, primùm dicite: Pax huic domui. Hic Iudæis & Syris salutãdi mos est שלום לך, *Salom lecha*, Pax tibi, quod & Græci dicunt χαῖρε, vt obseruat Hieronymus. Porrò in Græcis exemplaribus Matthæi, non legimus salutationem expressam, sed ex alio Euangelista colligitur. Quod autem præcipit, tale est. Introëuntes autem, pacem imprecamini hos-
Hilarius. piti, & quantum in vobis est, discordiæ bella sedate. Hilarius in Matth. Salutant ergo Apostoli domum cum pacis affectu, sed ita, vt potius pax dicta quàm data sit. Porrò H
autem pacem propriam, quæ viscera miserationis sunt, non oportere in eam venire, nisi sit digna: quæ si digna reperta non fuerit, sacramentum pacis cœlestis intra propriam Apostolorum conscientiam est continendum. Hac autem salutandi beneuolentia voluit Christus, vt discipuli eorum animos præoccuparent, quos deberent per Euangelium regno suo lucrari, vt eo libentius audirentur, & admitterentur. Ideò, *Primùm*, inquit, *dicite*: præoccupate hospites vestros beneuolentiæ & dilectionis salutatione, & optima illis precamini. Sic enim (Matth. 5.) iubet, vt nõ solùm amicos, more Gentiũ, sed & inimicos salutemus. Sunt etiam qui per pacem iucundissimã Euangelij prædicationẽ intelligant. Sicut enim iis, qui bellorum angustiis premuntur, lætis animis accipitur is qui victoriam, securitatẽ, & pacem significauerit: ita quidem, metu diuini iudicij, & peccatorum horrore perculsis, nihil Euangelica consolatione I
iucundius est. Hæc est pax, quæ, vt scribit Apostolus Phil. 4. superat omnem sensum, quam toties Christus inculcat Apostolis. *Et si quidem fuerit domus illa digna, ueniet pax uestra super eam: si autem non fuerit digna, pax uestra reuertetur ad uos.* Nomine domus, paterfamiliâs intelligitur. Luc 10. Et si ibi fuerit filius pacis. Pax enim primùm patrifamiliâs offerenda est, vt simul offerat omnibus domesticis. Sic Luc. 19. Salus huic domui facta est, eo quòd & iste sit filius Abrahæ. Esa. vlt. Ecce ego declinabo in vos sicut fluuium, pacem. Quid autem Christus pax nostra (Ephes. 2.) aptius quàm pa-
Euthymius. cem commendaret? Obseruat autem Euthymius in Matth. quòd Christus non dederit Apostolis prægnitionem digni aut indigni hospitis: vt re maximè necessaria destituti, sese deprimant, tanquam imperfecti. Admirandum est autem, quomodo postquàm eos omnibus nudauit, rursum illis omnia submiserit. Quis enim læta frõ- K
te non suscipiat hospitio, quibuslibet obuiis cõtentos, ac sollicitudine carẽtes: fulgẽtes non verbo tantùm & miraculis, verumetiam quod magis est, bona vita? *Pax ue-*
Thomas. *stra reuertetur ad uos.* Thom. in Matth. Et hinc fit, vt si quis oret, & laboret pro salute alterius, & tamen effectum non consequatur: minimè tamen frustrà laborauerit, fructus enim laboris ad ipsum redit: sicut & Psaltes ait, Oratio mea in sinu meo cõ-
Quanta vindicta consequitur eos qui non admittũt verbi ministros. uertetur. Nihil ergo vanum est, quod Dei nomine, in ingratos, etiam obduratos peccatores impenditur. Ideò non despondit animum Dauid. Psal. 119. Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus: cùm loquebar illis, impugnabant me gratis. Ideò Esa. 48. Vtinam attendisses mandata mea, multiplicata fuisset quasi flumen, pax tua. *Et quicunque non receperit uos, neque audierit sermones uestros, exeuntes foras de domo uel ciuitate, excutite puluerẽ de pedibus uestris.* Theop. in Matt. Excutere vult puluerẽ, monstrãtes
Theophil.

quòd

A quòd nihil ab illis acceperint, qui propter duritiã persuaderi non poterant. Euthym. in Matth. Manifestabant enim per talem excussionem, quòd non solùm nihil acceperant, sed etiam puluerem qui inde adhæsisset, à pedibus suis excuterent, tanquam propter illos impium. Theophilactus tertiam addit rationem, nimirùm vt sic testentur se illorum nomine magnum iter confecisse. Druthmarus in Matth. Puluis excutitur, in testimonium laboris sui, quòd Apostolica prædicatio ad eos peruenerit, & tamen nec ad victũ necessaria acceperint, quin potius & ipsi & Euangelium etiam ipsum contemptui habuerint. Marc. addit, in testimonium illis: Luc. in testimonium aduersus illos. Quasi dicant: Etiam puluis iste, quem nos legati in ciuitate vestra cõtraximus, testis erit in die illo, si negare volueritis, nos vobis adfuisse, regnúmque Dei nunciasse. Huius facti exemplum habemus (Act. 13.) in Paulo & Barnaba, qui contra B se persecutione excitata, excusso pedum puluere, venerunt Iconium. Et cap. 18. Cõtradicentibus & blasphemantibus, excutiens vestimenta sua, dixit Paulus: Sanguis vester super caput vestrum, ex hoc ad Gentes vadam. Ezech. 33. Si annunciaueris impio, ipse in peccato suo morietur: tu autem animã tuam liberasti. Act. 20. Non enim effugi, quominus annunciarem vobis omne consilium Dei. Excussio etiam illa puluueris significabit illos in infernum excutiendos. Ps. 1. Sicut puluis quam proiicit vẽtus à facie terræ. D. Thomas in Matth. Et quare hoc præcepit eis? Ad ostendendũ quòd prædicator se periculo committit. Ezech. 33. Si enim non annunciaueris, dicit Dominus, sanguinem de manu tua requiram. Itaque si se ille obtulerit, si verbum Dei proposuerit, & nuntiauerit, nec creditum sit ei, excutit puluerem, & se absolutũ C esse docet: fecit enim quod potuit. Damnatio verò in incredulos deuoluenda est. *Amen dico vobis, tolerabilius erit* supplicium & pœna futura post hoc sæculum, *terræ Sodomorum & Gomorrhæorum*, & aliarum trium vrbium, Seboim, Adama, & Segor (Gen. 13.) quæ cum illis, propter nefandum masculæ & præposteræ veneris peccatũ, igne, sulphure, & tempestate de cœlo consumptæ sunt: *in die iudicii*, quo omnium & singulorũ merita expendentur, & vnicuique reddetur secundũ opera sua: *quàm illi ciuitati* seu populo, qui vos hospitio dedignatus est. Dionys. Carthus. in Matth. An hoc intelligendum sit absolutè & simpliciter, quòd omnibus consideratis maior istorũ quàm Sodomitarum futura damnatio sit, difficile est determinare. Hieronym. in Matth. Illorum peccatum aggrauat, quia Sodomitis & Gomorrhæis non fuit prædicatum: huic autem ciuitati cùm prædicatum sit, non recepit Euangelium. Hanc rationem multi ex Patribus sequuntur. Magis enim peccant, inquit D. Thomas in Matth. qui D audiunt, & non implent, quàm qui nunquam audierunt. Ioan. 16. Si non venissem, & locutus eis nõ fuissem, peccatum non haberent. Remigius aliam rationem addit: nimirùm quia Sodomitæ & Gomorrhæi inter vitia carnis, hospitales etiam fuisse leguntur, quamuis non tales hospites exceperint, quales erant Apostoli. Verùm fortè obiicitur, Genes. 13. quòd peccatum Sodomorum erat grauissimũ: Quódque Sodomitæ pessimi erant, & peccatores nimis coram Domino. Thomas in Matth. Dicendum, quòd in genere peccatorum carnalium, illud est grauissimum: istud autem quod immediatè est contra Deum, sicut idololatria, illo grauius est. Dionys. Carthus. in Matth. Itẽ qui non receperunt Apostolos, nõ videntur minus peccasse, quàm Iudæi tempore Ezechielis: Et tamen de illis ait Ezechiel, quòd Sodoma non peccauit dimidium peccatorum illorum. Rursus, Sodomitæ transgressi sunt legem naturalem duntaxat, isti verò legẽ naturalem, atque diuinam seu scriptam. Thren. 4. Maior fuit iniquitas mea, peccato Sodomorum, quos subuertit Dominus in momento. Concludit interim Dionys. Carthus. peccato eorum, qui Christum occiderunt, & eorum fortè qui eius discipulos interemerũt, grauiora esse sceleribus Sodomorum. Theophil. in Matth. non peccati, sed pœnæ grauitatem attendit. Tolerabilius, inquit, erit Sodomis, quàm incredulis, eò quòd Sodomitæ hîc puniti, alibi mitiùs punientur. Cæterùm Euthymius hinc colligit quædam peccata & hîc & ibi esse puE nienda. Etsi enim Sodomitæ magnis hîc pœnis affecti sunt, puniendi tamen esse dicuntur, sed tolerabiliùs. Hieronym. in Matth. concludit, inter peccatores esse diuersa supplicia, nimirùm ex conditione peccatorum, quorum alia aliis grauiora sunt. Aggrauatur autem peccatum eorum, qui Apostolos non acceperunt, non tam ex peccati conditione quàm circunstantiis, vt Albertus Magnus obseruat: siquidem

Euthymius. Druthmarus. Thomas. Dion. Carth. Hieronym. Thomas. Remigius. *An reiicientes verbi ministros, grauius peccẽt Gomorrhæis.* Thomas. Dio. Carthus. Theophil. Euthymius. Hieronym. Alb. Magn.

plures pœnitentiæ occasiones habuerunt quàm Sodomitæ, sicut & Iudæi plures F
quã Tyrii & Sidonii, quibus si eadẽ quæ cõtigissent, iamdiu in cinere & cilicio & Iudæis pœnitentiã egissent. Secundò, quia Euangelicam doctrinam vltrò eis oblatam reiecerũt. Postremò, quia diuina patientia abusi sunt, qui tamdiu illos expectauit ad pœnitentiam: cùm tamen Sodomitæ repentinam Dei vltionem experti sint. *Ecce ego mitto vos sicut oues inter lupos.* Vbi Dominus suos de officio suo, & necessariis ad victũ admonuit, modò pericula imminẽtia proponit. Primò quidem, vt meditatur Chryſ. hom. 34. in Matth. vt summam eius virtutem atque potentiam, qua etiam adhuc futura nouerat, non ignorarent: & vt nemo arbitraretur, ex imbecillitate ipsius factum esse, vt Apostoli tot afflictiones subierint: postremò, ne si repentè atrocitate malorum premerentur (quia præter spem, & contra opinionem aliquid accidisset) turbarentur. Deinde, vt videant nouum, & inauditum bellandi modum imminere, G
ac mirabilem hanc aciem militum futurã, qui nudi, vna induti tunica, sine calceis atque virga, sine cingulo, absque proprio cibo in prælia descendebant. Mittebant vt oues, non simpliciter inter lupos, sed *in medio luporum*. Omnem tamen mansuetudinẽ eos habere iubet, nec id solùm, sed columbæ quoque simplicitatem: vt tanto virtus eius mirabilior appareat, cùm lupi ab omnibus superabuntur. Quæ cùm in medio luporum essent, & hinc atque illinc morsibus luporum lacerarentur, non modò tamen non defecerunt: sed & lupos in naturam ouium transmutarunt. Maius certè atque admirabilius est, mentem atque animum aduersariorum commutare, quàm ipsos gladio superare, præsertim cùm duodecim numero ibi essent, aduersus cæteros homines, qui lupos atrocitate vincebant. Erubescant igitur qui contrà facientes, quasi lupi aduersarios suos persequuntur, cùm videant innumeros lupos ab ouibus H
vinci pauciſſimis. Et certè quousque sumus oues, facilè hostes vincimus: cùm verò in naturam luporum transimus, tunc superamur. Tunc enim nullum nobis à pastore patrocinium adest, qui nõ lupos, sed oues pascit. Rom. 12. Si esurit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi, & carbones ignis congeres super caput eius. Ita vincimus in bono malum: quia pastor noster optimus vincit & operatur in ouibus suis. Ille enim est, qui lupum cum agno, & leonem cum vitulo accubare facit, vt leo carniuorus quasi bos comedat paleas: sicut apud Isaiam legimus. Neque enim, vt scribit Gregor. in hom. æquum est, vt veritatis prædicator mala inferat, sed toleret: vt ex ipsa sua mansuetudine iram mitiget, & peccatorum vulnera, ipse in aliis afflictionibus vulneratus sanet. Quoniam etsi quando zelus rectitudinis exigit, vt erga subditos sæuiat, furor ipse de amore sit, non de crudelitate: quatenus & iura disci- I
plinæ foris exhibeat, & intus paterna pietate diligat, quos foris castigat. Euthym. in Matth. Oportet enim eum, qui medetur insanis, patienter illorum ferre iniurias, solam præ oculis habendo liberationem ab insania. Hieronymus in Matth. scribas & Pharisæos vocat lupos: Hilarius latiùs porrigit ad omnes hos, qui væsano furore in Apostolos desæuituri erant. Quid lupis furiosius? Quid mãsuetius ouibus? Tantũ igitur distare debebant Apostoli ab aduersariis suis, tantum Christiani ab infidelibus & hæreticis. Rupertus lib. 8. in Matth. Multis in locis Euangeliorum Christus se pastorem, non regem: ita & suos agnos & oues, non milites vocat. Ita se gerere monet Apostolos, vt nihil ex illis offendiculi, omnia autem commoda emergant. Et quoniam multa illis à lupis imminebant pericula, monet eos quomodo se gerere debeant. *Estote igitur prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ*. Chryſost. hom. 34. Operis prioris in Matth. Sed videamus quando prudentiam serpentum quærit. Nã K
quemadmodum serpens totum seipsum tradit, nec minimum curat, si corpus inciditur, donec caput suum integrum seruet: eodem tu quoque modo, præter fidem, cætera perdere non cures, profundas vniuersam pecuniam tuam, tradas corpus, vitæ tuæ, si opus est, minimè parcas: dummodò fidem serues quæ caput est & radix, qua seruata, etiamsi omnia perdas, omnia tamen rursus maiore cum magnificentia recuperabis. Et quidem in Catonis versibus legimus,

Omnia si perdas, famam seruare memento.

Sed etiam dixerim, serua Christum, serua fidẽ in eum: vt dicere possis, quod & Paulus: Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui: quia siue moriamur, siue viuimus, Domini sumus. Christus caput nostrum est: omnia igitur pro eo exponenda

Quis exercitus ministrorum Christi.

Chryſost.

Quanta tolerantia verbi ministro opus sit.

Gregorius.

Euthym.

Hieronym. Hilarius.

Rupertus.

Chryſost. 1.

Serpentis proprietates collatæ verbi ministris.

A exponenda sunt. Hoc modo mori lucrum existimabat Paulus. Nam si militibus pro Principe occumbere summæ virtuti ducitur, quanto magis pro Christo? Epiphanius lib. 1. tom. 3. hæres. 37. Ophitarum, præter hanc prudentiam, aliam etiam adducit. Quando enim, inquit, siti pressus, à latibulo procedit ad aquam vt bibat, non simul secum accipit venenũ, sed in latibulo relinquit, & sic progressus potum aquarũ sumit. Proinde & ipsi hoc imitemur, vt quando ad sanctam Dei Ecclesiam, aut ad preces, aut ad mysteria venerimus, malitiam, aut voluptatem, aut inimicitiam, aut aliud quid in cogitationibus nostris, nobiscum ne feramus. Remigius in Matth. Pulchrè etiam Dominus prædicatorum prudentiam serpentibus comparat, quasi per antithesim, quasi dicat: Quia hostis callidus fuit ad decipiendum, vos quoque B prudentes estote ad detegendas & repellendas illius insidias: Ille laudauit lignum prohibitum, vos laudate crucis virtutem. Ille ambigua propositione primam mulierem decepit: vos autem prudenti & subtili resolutione, pensate omnia, probate spiritus si ex Deo sint, quod bonũ est, tenete, ab omni specie mala abstinete vos. Et hanc astutiam commendat Paulus, Ephes. 5. Videte, fratres, quomodo cautè ambuletis, non quasi insipientes, sed vt sapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas Dei. Nam & serpens omnium animantium φρονιμώτατος id est, sapientissimus, aut callidissimus nuncupatur (Gen. 3.) Itaque & vos contra vafrum & astutum prudentes esse necesse est, ne quid præter voluntatem & gloriam Dei admittatis. Et sicut serpens magna cautione sibi consulit, vt ne pereat: ita & vos vobis prospicite, ne quod vestræ saluti dispendium fiat. Rabanus in Matth. aliam in serpente prudentiam requirit: vt qui C veterem pellem per strictam aliquam rimam transiens deponat. Aristot. lib. 8. de natura animal. c. 17. Deponunt, inquit, senectutem ea, quibus cutis nec mollis est, nec prædura est, qualis stellioni, lacerto, & præcipuè serpentibus est. Exuunt autem hæc omnia, tum vere cùm egrediuntur, tum etiam in autumno. Vipera etiam exuit, tam vere, quàm autumno. Cùm serpens exuere incipit, ab oculis primùm detrahi aiunt, ita vt obcæcari videantur ab his qui rem non intelligunt, tum caput exuitur. Glabrũ enim hoc omnium antequàm reliquum corpus apparet, atque vna ferè nocte & die senectus tota exuitur: sic ista senectute detracta reuouantur. Non meminit Aristoteles rimæ, aut arcti alicuius transitus. Tertul. tamen lib. de Pallio, hæc habet. Serpẽs vt senium præsensit, in angustias stipat, pariterque specum ingrediens, & cute egrediens, ab ipso statim limine erasus, exuuiis ibidem relictis nouus explicat. In quo D sanè nõnulli sensum spiritualem requirunt, nimirùm quod nos ad instar serpentum oporteat veterem hominem deponere & exuere cum actibus suis: quod fiet, si per angustam portam, id est pœnitentiæ limen, in arctam piæ conuersationis viam progrediamur. Col. 3. Expoliantes veterẽ hominẽ cum actibus suis. Euthym. in Matth. hanc similitudinem prosequitur. Vt nos, ait, qui vetustate affectuum senuimus, iniiciamus nos ipsos in angustum strictumque viuendi modum, & per hunc exuta veteri animæ veste, robusti efficiamur. Idem ferè habet Theophilactus. Idem Hieron. idem Augustinus, lib. 3. Quæst. Euang. cap. 4. Basilius lib. Quæst. breuior. q. 245. Prudens, inquit, vt serpens est, qui cum consideratione, ac cognitione potentiæ ac boni odoris, ad audientium obedientiam administrat doctrinam. Vt quemadmodũ illic serpens nouit & facie blandiore accedere, & probabiliter loqui, ad abducendum à Deo, & subiugandum peccato: sic & nos personæ faciem, & locum & tempus deli- E gamus, & omnibus modis doctrinas cum iudicio administremus, ad abducendum à Deo, & perducendum ad Deum. Sũt qui meditantur, aspidis serpentis prudentiã, vt quæ obturet aures suas, vt non audiat vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter. Ad cuius instar nos ad Petram Christum aures defigentes, & obturantes, cauere debemus, ne Sathanæ tentationibus, & carnis illecebris abducamur. Immò ne mellitis hæreticorum verbis, velut quibusdã carminibus, decipiamur. Prou. 14. Sepi aures tuas spinis, & noli audire linguam nequam. Sunt etiam qui prudentiã serpentis commendant, in eo quod venenum gutture continet, quod statim in oppressorem suum eiaculetur: vt comparatio sit verborum, quæ in ore Apostolorum futura sunt, cum hoc velut medico veneno, ita tamen vt verba illa felle & viru careant, sed quæ sufficiant ad Apostolorum defensionem. Nec solùm prudentiam illis

Epiphan. 2.

Remigius.

3.

Rabanus. Aristoteles.

Tertul. 4.

Euthymius.

Basilius. 5.

6.

inculcat, sed & simplicitatem. *Estote*, inquit, *simplices*, sine felle amaritudinis, sine dis- F
Basilius. simulatione ac duplicitate, *sicut columbæ*. Basilius lib. Quæst. breuiorum, quæst. 245.
1. Simplex autem velut columba est, qui ne cogitat quidem de vlciscendo eum qui in-
Columbæ proprietates. sidias struxit, sed in beneficentia perseuerat, iuxta Apostoli præceptum: Vos autem
Albertus. ne defatigemini benefaciendo. Albertus in Matth. Columbæ proprietates ita appli-
2. cat Apostolicæ doctrinæ ministro. Osculum, inquit, habet oris in verborum dulce-
dine: felle caret amaritudinis, in hepate appetitionis. Gemitum deuotionis edit, pro
cantu vanitatis: venustatem conuersationis, pro pompa fastus sæcularis: simplicita-
tem conuersationis, contra hypocriseos vanitatem: cautelam suæ præseruationis,
contra raptores & prædatores spirituales. Apostoli igitur sunt illæ columbæ, de
3. quibus apud Esaiam dicitur: Qui sunt isti, qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad
4. fenestras suas? Et nos, si piè meditamur, columbarum gemitum imitabimur Esaiæ G
38. Meditabor vt Columba. Esa. 59. Quasi columbæ meditantes gemimus.
Aspectus etiam columbinus & simplex requiritur, ne oculus deprædetur ani-
mam. Cant. 5. Oculi tui sicut columbæ, quæ residen super riuos aquarum. Porrò
duo hæc simul connexa sunt, prudentia serpentis, & simplicitas columbæ, vt Re-
migius obseruat: quia simplicitas, absque prudentia facile decipi potest & pruden-
Greg. Papa. tia periculosa est, nisi simplicitate temperetur. Gregor. Papa, Pastoralis cap. 35. &
lib. 1. Moral. Elaborare siquidem debent simplices, vt simplicitatis bono pruden-
tiam adiungãt, quatenus sic securitatem de simplicitate possideant, vt circũspectio-
nem prudentiæ non amittant. Vtrumque scilicet, serpentem & columbam coniun-
xit, quia videlicet in electorum cordibus, simplicitatem columbæ debet astutia ser-
pentis acuere & accendere, & serpentis astutiam columbæ simplicitas temperare: H
quatenus nec seducti per prudentiam calleant, nec ab intellectus studio ex simplici-
tate torpescant. Hinc Paulus ait, (1. Cor. 14.) Nolite pueri effici sensibus. Ecce pru-
5. dentiam serpentis audiuimus: nunc de simplicitate columbæ muniamur: sed malitia
paruuli estote. Prou. 11. Simplicitas iustorũ diriget eos, & iustitia simplicis diriget viã
eius. Prou. 7. Cũ simplicibus sermocinatio Dei. Theophilactus in colũbis patientiã
Epiphan. commendat, nimirùm quæ simplicitatem, & procul à vindicta conditionem expri-
mat. Illæ enim, cùm auferuntur eis fœtus, & persecutionem patiuntur, rursus ad do-
minos suos reuertuntur. Ita neque nos inimico ferri animo oportet, vt à domo Do-
mini, ab Ecclesia quauis ratione recedamus. Epiphanius lib. 1. tom. 3. in hæresim 35.
Ophitarum. Quamquam enim columbæ genus in multis rebus non laudetur, petu-
lans est enim, & à multiplici commixtione non alienum, lasciuúmque, & per omne I
tempus voluptati deditum: ad hæc verò debile & infirmum. At verò propter inno-
centiam, & longanimitatem, malorum in hoc animali obliuionem, insuper propte-
Tertull. rea quòd in columbæ specie apparuit Spiritus sanctus: imitari nos vult diuinus ser-
mo spiritus sancti voluntatem, & innocentis columbæ innocentiam: vt simus quidẽ
prudentes ad bonum, simplices verò ad malum. Tertullianus lib. de baptismo. Esto-
te, inquit, simplices sicut columbæ, ne hoc quidem sine argumento præcedentis fi-
guræ. Quemadmodum enim post aquas diluuii, quibus iniquitas antiqua purgata
est, post baptismum (vt ita dixerim) mundi pacem cœlestis iræ præco columba terris
adnunciauit dimissa ex arca, & cum olea reuersa: quod signum etiã apud nationes,
paci prætenditur. Eadem dispositione spiritalis effectus terræ, id est carni nostræ
emergendi de lauacro, post vetera delicta, columba sancti spiritus aduolat, pacem K
Dei adferens, emissa de cœlis, vbi Ecclesia est arca figurata, *Cauete autem ab hominibus.*
Nunc serpentis prudentiã explicat, vt ne omnibus fidant, sed prospiciant sibi. Multa
enim pericula sunt, vt docet Apostolus: pericula fluminum, pericula latronum: ne-
que tamen peiora sunt periculis cum falsis fratribus. Videte ne detrimentum salutis
Applicatio similitudinm. & gratiæ inferant vobis, terrendo, aut blandiendo. Hier. 9. Vnusquisque à proximo
Plutarchus. se custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciã. Etsi enim multis Chameleon
Clem. Alex. coloribus opertus sit, vt Plutarchus lib. de variis corporis & animi morbis notat: nõ
superat tamen illa sua varietate, hominum varietatem. Tam fallax est istud anima-
Homo incognitus. lium genus, & nec sine causa teste Clemente Alexand. in Stromat. ab Indico sapiẽ-
te Alexandro dictum sit, hoc solum adhuc esse incognitũ. Prou. 12. Dolus in corde
Theophil. cogitantium mala. Theophil. in Matth. Vides hoc esse prudentis, cauere, & non da-

re

A re occasionem volentibus persequi, sed prudenter agere res nostras. Si pecuniã voluerit, qui persequitur, da, si honorem, permitte, vt ne occasionẽ habeat: si autem fidẽ aufert, custodi caput tuum. *Tradent enim vos.* Druthmarus in Matth. id est, ad occi- Druthmar.
dendum prodent, quia in me creditis. Proditione igitur Apostolos affligendos prænunciat, ab his nimirùm, à quibus fauorem & auxilium sperare videbantur. *In conciliis eis συνέδρια*, hoc est consessus, quales erant etiam apud Iudæos. Nam & concilium Synhedrion vocabant, quod primoribus iudicibus constabat, ad quod referebant præcipua totius Reipublicæ & religionis capita. *Et in synagogis suis flagellabunt vos.* Hoc etiã de Iudæis maximè intelligitur, qui Apostolos in suis conciliis damnatos, aliquando publicè, aliquando in suis synagogis flagellarunt. Hoc & Actus Apostolorum testantur, quibus scriptum est, quod cæsis illis denunciauerunt, ne vltrà lo- *Act. 5.*
B querentur in nomine Iesu. Examinabantur, & condemnabantur in conciliis, ad quę non nisi populi primoribus accessus erat. Flagellabãtur autem in synagogis, in quas se omnes recipiebant, Dei verbum audituri. Paulus. 2. Cor. 11. Ter, inquit, virgis cæsus sum: à Iudæis quinquies quadragenas, vna minus accepi. *Et*, quoniam non licet Iudæis quauis morte occidere, vt legimus, ablata autem fuerat à Rom. hæc authoritas, & in Præsides suos translata: nec tamen satis erit Iudæis Apostolos, & Christi fideles flagellasse, sed & ipsorum mortem prosequentur: ideò *ad præsides*, seu iudices substitutos, quales fuerũt Festus & Fœlix, ante quos constitutus est Paulus, (Act. 25.) *Et ad reges*, qualis fuit Herodes qui Iacobum occidit, & Petrum carcere detinuit, donec produceret eum populo (Act. 12) *ducemini*, ad sententiam mortis accipiendã:
C *propter me*, non scilicet aliam ob causam, quàm ob constantem fidei meæ prædicationem, & nominis mei cultum & amorem. Etsi enim multa olim in Christianos ab *Mendacia conficta contra fideles.*
Ethnicis ficta sunt, quòd hominem Græcum mactarent, vt Appion excogitauerat: quòd asini caput adorarent: quòd infantes occiderent, vt scribit Tertullian. lib. Tertullian.
Apolog. contra Gentes: quòd humana carne vescerentur, & in Imperatores conspirarent: vt cum Tertull. Iustinus Martyr in Apolog. pro Christianis differit: vbi tamẽ Tertullian.
inquisitiones factæ sunt, de illorum cultu, doctrina, sacris, ceremoniis, cæterisque omnibus: tum nullam aliam ob rem eos accusari visum est, quàm quòd essent Christiani. Tertullianus Apologetici contra Gentes cap. 2. Atqui, inquit, inuenimus inquisitionem in nos prohibitam. Plinius enim Secundus cùm Prouinciam regeret, damnatis quibusdam Christianis, quibusdam gradu pulsis, ipsa tamen multitudine perturbatus, quid de cætero ageret, consuluit tunc Traianum Imperatorem, alle-
D gans præter obstinationem non sacrificandi, nihil aliud se de sacris eorum comperisse, quàm cœtus antelucanos ad canendum Christo & Deo, & ad confœderandã diciplinam: homicidium, adulterium, fraudem, perfidiã prohibentes. Idem ad Sca- Idem Tert.
pulam: Quod aliud negotium patitur Christianus, nisi suæ sectæ? Quam incestam, quam crudelem tantoperè nemo probauit. Patiantur hæretici pro sacrilegiis, quia templa dispoliarunt: pro incestibus, quia sacrarum virginum pudorẽ eripuerũt: pro seditionibus, quia Rempublicam perturbarunt: pro criminibus lęsæ maiestatis, quia contra Deum, fidem, Ecclesiam, Prælatos, Reges, bella gesserunt: pro infinitis denique sceleribus, quæ committere non erubescunt. Non est interim, si quid patiantur, aut ad præsides & reges ducantur, quòd propter Christũ hæc se pati præsumant. Adiicit, *In testimonium illis & Gentibus*: hoc est martyrium, quod qualicumque dispẽ-
E dio, coram omnibus, maximè verò populi primoribus reddituri erant. Martyrium *Cur olim Christiani patiebantur.*
enim testimonium est. *Illis*, ait sc. Iudæis, *& Gentibus*. Primùm enim Iudæi asseruerunt, venisse iam Messyam, impletas promissiones Patrum, Legem gratiæ cedere, eaque omnia perfecta, quæ à Christo expectabantur: quod vbi non successerit, apud tam duram & obstinatam nationem, idem etiam apud Gentiles protestati sunt. Hac ergo ratione non permisit Deus statim suffocari doctinam Euangelicam, Apostolis clàm, & noctu nullo teste illorum constantiæ occisis: sed voluit illos multa pati, è regione vna in alteram transire, accusari, & trahi ad iudicia, vt omnibus testimoniũ perhiberent, variæque prouinciæ ab eis docerentur. Eapropter scilicet Paulus ad Cæsarẽ appellauit, ne si à Iudæis occideretur, rescinderetur hæc fructus expectatio, quem in Gentes facturum se sperabat. Act. 1. Eritis mihi testes in vniuersa Iudæa & Hierusalem, & vsque ad extremum terræ. Sunt qui interpretentur, in testimonium

Theophilact. Euthymius. illis, id est contra illos. Teophil. in Matth. hoc est, in notam & in reprehensionem F
eorum qui non credunt. Euthymius in Matthæum. Ad redargutionem Iudæorum
& Gentiũ, ne postmodùm dicant, quod diuini verbi prædicationem non audierint.
In testimonium damnationis Regum, Iudicum, Præsidum, eorum qui vos morti
adiudicarunt, aut ad iudicandos accusarunt: præsertim cùm in vos nihil habeant
quod condemnent: & hac sola ratione vos oderint, quia doctrinam Euangelicam
Chrysost. protulistis. Chrysost. hom. 34. in Matth. O admirabilem dicentis virtutem! O sublimem audientium Philosophiam! Valde namque mirandum, quomodo non statim
hæc audientes, fugam cœperunt formidolosi homines & imperiti, qui nihil vltra stagnum illud in quo piscabantur, nouerãt. Quomodo autẽ non cogitarunt, neque hęc
secũ dixerunt? Quò igitur fugiemus? Si omnia iudicia hominum in nos præparãtur,
si Reges aduersus nos futuri sunt, si Iudæorum synagogæ, si Duces si populi Gentiũ, G
si principes denique & subditi? Non enim in Iudæa solùm hæc futura prædixit, sed
in toto terrarum orbe. Verùm eos consolatur, quod adiicit *propter me*: tanto scilicet
illum amore, tanta fide illum prosequebantur: vt omne supplicii genus in eius gratiã
oblatum, paruipenderent. Sed & vindicem Deum ostendit, cùm adiicit, in testimonium illis: sicut & cùm priùs dixit, tolerabilius futurum Sodomis in die illa. Addit
etiam aliam præcipuam, meo iudicio, afflictionis mitigationem. Poterant enim dicere, si neque vis vi repellenda est, & sese discriminibus obiicere oportet, quid ergo
faciemus? Quibus armis muniemur? Verba illis pro armis futura pollicetur. Et ne
rursum obiiciant, Vnde verò nobis hæc verba, qui sumus idiotæ, indocti, piscatores,
& elingues? Respondet: *Quum autem tradent vos* ante conspectum regũ, *nolite cogitare*, H
anxiè præmeditari, & cum sollicitudine quadã inquirere, *quomodo aut quid loquamini*,
ac si istud ex humano ingenio & subtilitate pẽdeat, quod vobis à Deo inspirabitur.
De particulari inspiratione contra Montanistas & Anabaptistas. *Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini*, Hoc loco quidã ex Anabaptistis, & olim Psychici vt Montanistæ abutebantur, quasi nihil concionatori aut doctori præmeditandum sit, aut reuelationibus particularibus, seu opinionibus & somniis aliquid
tribuendum sit. At verò Christus non prohibet omnem cogitationem, sed anxiam
& sollicitam. Similis enim hæc locutio est huic, quam in superioribus notauimus, de
sollicitudine cibi, potus, & vestimenti: quam Christus non ita prohibuit, vt nec patres filiis aliquid reseruent, & pro his solliciti esse possint: sed ne nimia sit, & hucusque progrediatur, vt interim diuina media relinquantur. Ita non debuerunt Apostoli solliciti esse, quid essent dicturi & responsuri, quasi in hoc omne illorum studium
An non debuerint Apostoli cogitare quid essent dicturi. consisteret, & de hoc desperantes, nihil sibi spei reliquum existimare possint: sed cũ I
Euthym. fiducia in Deum progredi quod & ipse daturus sit verbum Euangelizantibus virtute multa, & facientibus quod in se est, non sit denegaturus gratiam. Euthymius in
Matth. Nam quum inter fideles loquendum est, æquum est vt præmeditemur, & parati simus ad defensionem, quemadmodũ Petrus admonet, (1. cap. 3 Parati semper
ad satisfactionem, omni poscenti vos rationem de ea quæ in vobis est fide & spe.)
Inter turbas autem & reges insanientes suum promittit robur, ne timeamus. Tunc
enim potissimum impletur, quod Dominus loquitur, Aperi seu dilata os tuũ, & im-
Hieronym. plebo illud. Hieronym. in Matth. Cùm ergo propter Christũ ducamur ad iudices,
voluntatem tantùm nostram pro Christo debemus offerre. Cæterùm ipse Christus,
qui in nobis habitat, loquetur pro se, & spiritussancti gratia in respõdendo administrabitur. Hilarius in Matth. Quia fides nostra omnibus præceptis diuinæ voluntatis
Hilarius. intenta, ad responsionem scientiæ instruetur: In exemplo habentes Abraham, cui K
Theophil. Anselmus. postulato ad hostiam Isaac, non defuit aries ad victimam. Theophil. in Matth. Nostrum enim est confiteri: sapienter autem respondere, Dei est. Anselmus in Matth.
Nolite ergo curiosè & superfluè cogitare, quibus coloribus Rhetoricis, & quo ornatu verborum loquamini. Et sanè curiosa illa locutionis cogitatio prohibetur, non
Ne curiosus sis vt verborũ ordine. modò ei qui ad reges & principes ducitur: sed & omni prædicatori apud populum
fidelem acturo. Sic enim Paulus. Non veni ad vos Corinthios in sublimibus humanæ sapiẽtiæ verbis, sed in virtute spiritus. Thomas Aq. in Matth. Apostoli cùm in tri-
Thomas. bulatione versarentur, præ temporis angustiis præmeditari non poterant ea quæ dicturi essent: alioquin non dubium, quin se minimè imparatos præcipitassent in laboriosum concionandi munus. Quisquis enim præparare se potest, debet: sed certè si

temporis

A tempotis anguſtiis premitur, committat cætera Dei filio. Alioquin ſi imparatus & temerè acceſſerit, Deum tentare dicetur. Itaque non ſimpliciter dicit Dominus, *Nolite cogitare*, ſed, *cùm tradent vos*: id eſt, inter perſecutionem & temporis tantas anguſtias conſtituti eritis, vt vobis opus ſit Deo committere quod dicturi eſtis. *Non enim vos eſtis qui loquimini*, vt ex proprio ingenio, *ſed ſpiritus patris qui loquitur in vobis. Dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini.* Sap.7. In manu Dei ſunt omnes ſermones noſtri. Exod.4. Ego ero in ore tuo, & docebo quid loquaris. Eſa.38. Domine, vim patior, reſponde pro me. Pſal.54. Iacta cogitatum tuum in Domino, & ipſe te enutriet. 1.Pet.5. Omnem ſollicitudinem veſtram proiicite in eum, quoniam ipſi eſt cura de vobis. 2.ad Tim.2. Intellige quæ dico. Dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectum. *Dabitur* ergo *in illa hora*, in magnis illis anguſtiis, verba & vires miniſtrabit. Iac.1. Si quis veſtrûm indiget ſapientia, poſtulet à Deo, & dabitur ei.

B Cyprianus lib.2. Epiſt.6. ad Martyres & confeſſores, ex hoc loco non defuturã Martyribus Dei præſentiam concludit. Idem etiã lib. de exhort. Martyrij, cap.10. Neque verò horæ nomine, tempus liberæ prædicationis intelligit, quaſi nulla concionatori præmeditatione opus ſit: ſed tempus ſummi periculi, & rationis fidei reddendæ ad interrogata Præſidum & Regũ. Præparatos enim eſſe oportet ad liberã prædicationẽ. Apoc.8. Septẽ Angeli, qui habebant ſeptem tubas, parauerunt ſe, vt tuba canerent. 1.Tim.4. Attende tibi & doctrinæ, inſta in illis. Chryſoſto. hom.34. in Matth. Sed & ad dignitatẽ Prophetarum, qui ſpiritu loquebantur, eos adducit, dicens: *Nõ enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris.* At verò, num ipſi etiam loquebantur? Num in omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines terræ verba eorum? Igitur ſonus eorum, & verba eorum erant. Num Paulus agnoſcit prædicationem ſuam, Euangelium ſuum? 1.Cor.3. Non fuit, inquit, ſermo meus, & prædicatio mea, in perſuabilibus humanæ ſapientiæ verbis. Et alibi, Euangelium ſuum vocat, in quo laborat vſque ad vincula. Et tamen 2.Cor.13. ita ſcribit: An experimentum quæritis illius, qui in me loquitur Chriſtus? Paulus ergo loquebatur, & Chriſtus in eo loquebatur. Non enim ita promittitur ſpiritus ſanctus locuturus per Apoſtolos, vt nec omninò loquantur Apoſtoli: ſed ita locuturi erant, non vt authores verbi, ſed vt ſpiritui ſ. obſequentes, cui ſe deuouerent. Sic & Stephanus loquebatur, & tamen nemo poterat reſiſtere ſapientiæ & ſpiritui qui loquebatur. Spiritus loquebatur in Stephano, vt principalis author ſermonis: Stephanus loquebatur, vt miniſter verbi. Nec enim exiſtimandum eſt Apoſtolos arreptitio quodam modo locutos fuiſſe, adeò vt neſcirent neque quæ loquerentur, neque quę affirmarent. Thomas A-

C

D quinas in Matth. Notandũ igitur, quòd omnis actio, quæ ex duobus cauſatur, quorum vnũ eſt principale agens, ſecundum verò eſt inſtrumentale, debet denominari à principaliori. Itaque cùm Apoſtoli agerent inſtrumẽtaliter, ſpiritus ſ. principaliter: ideò tota actio debuit denominari à ſpiritu ſancto. Videndum interim, quòd aliquãdo ſpiritus ita mouet aliquem, vt perturbet rationẽ: aliquando vt confortet. Et hæc ſanè differentia eſt inter motum diaboli, & ſpiritus ſancti. Homo enim non eſt Dominus, niſi per rationem, qua liber efficitur. Inde fit, vt quando ſecundum rationẽ non mouetur, motus ille dicatur arreptitius. Quando autem hic cum ratione contingit, tunc à ſpiritu ſ. procedere dicitur. Motus enim dæmonicus rationẽ perturbat. Igitur, etſi Apoſtoli à ſpiritu ſancto loquerentur, remanebat tamen in eis ratio, nec vt arreptitij incognita verba fundebant. *Tradet autem frater* infidelis *fratrem* fidelem,

E *in mortem* martyrij: *& pater* infidelis, *filium* fidelem: *& inſurgent filij* infideles *in parentes* fideles, *& morte eos afficient*, propter conſtantem fidei confeſſionem. Hæc omnia nos ex Martyrum hiſtoriis colligere poſſumus. Tam dura fidelium conditio futura eſt, vt etiam ea, quæ aliis ſolent eſſe præſidio, futura ſint illis damno. Euthym. in Matth. Per hos autem amiciſſimos alios cognatos & familiares intelligit, qui omnẽ fauorem, amicitiam, immò & humanitatem depoſituri ſint, vt eos ſolius fidei ratione perſequantur. Tanta eſt enim virtus fidei, inquit Thomas in Matth. vt non niſi inter conſortes amicitiam firmam ſortiatur. Hieron. in Matth. Hoc in perſecutionibus crebrò fieri videmus, nec vllus eſt inter eos fidus affectus, quorum diuerſa eſt fides. Ita nulla conuentio futura eſt inter Catholicos & hæreticos, qualẽcunque ſibi pacẽ & conciliationẽ principes perſuadeant. Quis enim agnos lupis conciliauerit?

Cyprianus.

Chryſoſt.

Quomodo miniſtri verbi loquantur, & tamen nõ loquantur.

Thomas.

Euthymius.

Nulla fidu-cia inter vi-ros diuerſæ religionis.

Thomas. Hieron.

Nisi fortè, vt est in Æsopi Apologo, vt pacis prætextu, incautas oues deglubant & F
deuorent? Gregor. in homel. Cæterùm minorem dolorem ingerunt mala quæ ab extraneis: maiorem, quæ ab illis patimur, de quorum mentibus præsumebamus: quia cum damno corporis, mala nos cruciant amissæ charitatis. Ita naturæ leges peruertentur, succedent & omnia contra Deum, proximos, & consanguineos. Hier. 9. Vnusquisque à proximo suo se custodiat, & in omni fratre non habeat fiduciã. Quia omnis frater supplantans supplantabitur. Mich. 7. Omnes sanguini insidiantur: vir fratrem suum vænatur ad mortem. Scribunt & Hebræi Abelẽ à fratre occisum esse, quod assereret contra Cayn, iudicium post mortem & infernum: ita propter causam fidei frater fratris vitæ insidiatus est. Gen. 4. Mich. 7. Nolite credere amico, & nolite confidere in duce: ab ea quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui: quia filius contumeliam facit patri, & filia consurgit aduersus matrem, & nurus aduersus socrum suam, & inimici hominis domestici eius. Psal. 40. Homo pacis G
meæ in quo speraui, qui edebat panes meos, magnificauit aduersum me supplantationem. *Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum*: ab omnibus, inquã, malis, quorum omnia plena sunt: nam pauci sunt electi. Et illi quidem non modò non
Fulgentius. oderunt, sed maximè diligunt fratres, vt doctè obseruat Fulgentius lib. de incarnat. & gratia Christi, cap. 31. Hoc vtique *propter nomen meum*, id est, propter doctrinam meam. Quid enim oderint magis improbi, quàm inimicis parcere, illis benefacere, pati, orare, corpus mortificare, mundo & diuitijs abrenunciare, vxores relinquere, cæteráque omnia quæ à me audistis? Quid illorum magis affectionibus aduersatur, quàm hæc, quæ meo nomine præcipiuntur? Illatio igitur hæc pendet à partibus sufficienter enumeratis. Nam cùm à fratribus, parẽtibus, cognatis & amicis persecutionem passuri sitis, nónne etiam à cæteris hominibus? Ioan. 5. Si mundus vos odit, sci- H
tote quia me priorem vobis odio habuit. Iac. 4. Causa assignatur, quia qui vult effici amicus huius mundi, inimicus Dei constituitur. Ioan. 16. Venit igitur hora, in qua omnis qui occiderit vos, reputabit se obsequium præstare Deo. Accedit autem ad consolationem, *nomen Dei*, propter quod passuri essent. 1. Pet. 5. Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis. Vnde & (Act. 5.) Ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu pati. Nam si quis obiiciat: Quid mortuis reliquum futurum sit, quæ merces? Non posse huius vitæ iacturam resarciri. Respondet, longè maiora bona expectanda esse, dicens: *Qui autem perseuerauerit* in fide & charitate, & opere, *vsque in finem* vitæ præsentis inclusiuè, *saluus erit*
Perseuerantiæ virtus. beatitudine patriæ. In qua enim affectione anima separatur à corpore, in ea æternaliter manet. Vnde & Salomon dicit: *Si* ceciderit lignum ad austrum, aut ad aqui- I
lonem, in quocunque loco ceciderit, ibi erit. E contrà, In quacunque hora iustus recesserit à iustitia, omnes iustitiæ eius obliuioni tradentur, vt scribit Ezech. Atqui, vt
Hieronym. scribit Hierony. contra Iouinian. incipere multorum est, perseuerare autẽ paucorũ. Hæc sententia repetitur Matth. 24. & Luc. 21. Apoc. 2. Esto fidelis vsque ad mortẽ, & dabo tibi coronam vitæ. Eapropter Leuit. 3. præcipitur cauda hostiæ offerri, vt & teipsum totum, & omni tempore vitæ tuæ, Dei obsequiis deuoueas. Cæterùm salutis meminit, in spem meliorem eorum animos eleuans. Consideratio enim præmij
Chrysostom. minuit vim flagelli, vt scribit Gregor. Porrò Chrysostom. nostri sæculi socordiã vr-
Gregorius. get, vt qui meliora nacti tempora, ne modicum quidem Deo obsequiũ reddamus. Quænã ergo (inquit hom. 34. in Matth.) libera nobis respondendi potestas erit, quæ venia concedetur? Quos non exagitant flagella, nõ vrgent carceres: quibus non prin- K
cipes, non synagogæ minantur: ne aliquid huiusmodi malorum impendant. Immò omnia se in contrariũ habent: dominamur enim, & regna possidemus, quippè qui fideles reges habemus, vnde Christiani honoribus affluãt: præfecturas regionũ adipiscuntur: honore, securitate, ac pace potiuntur: neque sic tamẽ vincimus. Et illi quidẽ cùm ad cruciatũ quotidie ducerentur, & tã magistri quã discipuli mille tormẽtis atque flagellis cæderentur: bonorũ tamen paradisi animo & cogitatione fruebantur. Nos verò, qui nec somniis quidẽ cruciatuum aliquem sustinemus, multò molliores, quàm cera, sumus. Sed illi, dices, miraculis atque signis fulgebant. An fortassis idcircò nõ cædebantur, an ideò vndique nõ pellebantur: immò verò etiã id præter spẽ, & cõtra opinionẽ ipsis accidebat, vt vel ab his, de quibus benè meriti fuerãt, vexarẽtur?

Nulla

A Nulla tamen moleſtia mouebantur, maleficia pro beneficiis recipientes. Tu verò, ſicui non magnum beneficium contuleris, ac deinde ab eo pro gratia malum receperis: pœnitet illicò te beneficij, ac omni furore plenus, pati non potes. Tanto abeſt vt perſeueremus, qui ne quidem iuxta Chriſtianam regulam viuere incæpimus. Et quis igitur ſaluus eſſe poterit, cùm non modò incepiſſe, ſed perſeueraſſe requiratur? Non enim cœpiſſe, ſed perſeueraſſe, virtutis eſt, inquit Hieronym. in Matth. *Cùm autem perſequentur vos in ciuitate iſta*, in qua nunc eſtis, *fugite in aliam*. Verùm huic ſententiæ opponi videtur, quod Ioan. 10. legitur: Mercenarius videt lupum venientem, & fugit. Tertullianus etiam librum ſcripſit, de fuga in perſecutione, ad Fabium Presbyterum, interrogatus ab eo, num fugere liceret, & vitam pretio redimere. Hoc verò non licere Tertull. concludit, cuius quidem ſententia non probatur ab Hiero- Hieronym. *An liceat fugere in perſecutione, & cur, & quando.*

B nymo in Catalogo ſcriptorum Eccleſiaſticorum. Nam quod contrà obiicitur, Chriſtum ſeſe vltrò obtuliſſe his qui eum comprehenderunt, reſpondet Athanaſius in Apologia de fuga ſua: Chriſtum ſe aliquando ſubduxiſſe, cùm nondũ hora ſua aduenisſet: fugit enim in Ægyptum, Matth. 2. per medios Nazaræos tranſiit, Luc. 4. abſcondit ſe, & exiuit de manibus Iudæorum, cùm illum lapidare vellent. Tum verò, cùm videret horam adeſſe, ſe obtulit. Verùm non par eſt noſtra cum Chriſto conditio. Sancti enim, inquit, pro formula accepta, vt potè à Domino eruditi, & priſcis olim, & ſequentibus temporibus in certamine, quod illis erat cum perſecutoribus, & fuga inſtanti ſe eripiebant, & quærentibus ſeſe, per latebras ſubducebant: quippè qui, vt homines, ignari erant temporis ſibi à diuina prouidentia conſtituti. Profert exempla Moſis, qui fugit in Madian: Iacob, qui ad Laban propter Eſau, Tertullian. Hieronym. Athanaſ.

C Geneſ. 27. Dauid, qui ad Achis regem Geth, 1. Reg. 21. propter Saulem: Pauli, qui è Damaſci muro à fratribus per ſportam ſubmiſſus eſt, 2. Cor. 11. Clemens Alex. Clem. Alex. libr. 4. Strom. Suadet igitur fugere, non tanquam malum ſit pati perſecutionem, nec vt mortem expaueſcamus. Vult autem nos nulli eſſe auctores, neque adiutores mali, nec nobis ipſis, nec ei qui perſequitur, nec ei qui interimit. Denunciat enim quodammodò vt caueat. Qui autem non obedit, eſt audax & temerarius, & inconſultè ſe in manifeſta pericula coniiciens. Si autem qui hominem Dei interimit, in Deũ peccat: is quoque eius cædis reus tenetur, qui non vitat perſecutionem, ſed ſeipſum capiendum præbet per audaciam. Quantum enim in ſe eſt, adiuuat improbitatem eius qui perſequitur. Albertus Magnus in Matth. In hac autẽ fuga duo Albert. Mag.

D attenduntur. Aut enim quæritur perſona, aut fides, ſiue iuſtitia. Si ſola quæritur perſona, tunc ſemper fugere poteſt. Si autẽ quæritur fides ſiue iuſtitia, aut hæc per mortem confirmari non poteſt, & tunc fugere licet: aut per mortẽ confirmari poteſt, & tunc fugiendum non eſt. Dionyſ. Carthuſ. in Matth. Si enim ex alicuius fuga alij Dion. Carth. grauiter ſcandalizarentur, fides irrideretur, iuſtitia opprimeretur, ſubditi periclitarentur, nequaquã eſt fugiendũ, præſertim Prælato ſuperiori, vel doctori, niſi omnes ſimul fugere poſſint. Porrò cùm ex fuga alicuius non imminet tale periculum, ſed potius aliquod commodum, ſcilicet, quia non expediret Eccleſiæ tali paſtore ſeu membro priuari, propter futurum profectum, & quia qui fugit, alibi fructum facere, & ſuo loco vicariũ idoneum ſubſtituere poteſt, tunc fuga licita erit. Fugere autẽ ex timore ruïnæ propter propriam infirmitatem, non ſemper eſt illicitũ, quamuis ſit imperfectũ. Sed & multi ſanctorũ ex feruore fidei, etiam non requiſiti, obtulerunt ſe

E ipſos ad Martyriũ. Tertullian. lib. ad Scapulã. Vide, inquit, nos hæc nõ timere, ſed vltrò vocare. Arrius Antoninus in Aſia cùm perſequeretur inſtanter, omnes ciuitatis illius Chriſtiani, ante tribunalia eius ſe manufacta obtulerunt: cùm ille paucis duci iuſſis, reliquis ait, ὦ δειλοὶ, εἰ θέλετε ἀποθνήσκειν, κρημνὸς ἢ βρόχος ἔχετε. Præſes enim tã- Tertul. *Chriſtiani ſe vltrò mactandos obtulerunt.*

tam carnificinam auerſatus, O miſeri, inquit, ſi libet perire, num vobis rupes reſtéſve deſunt? Sed & de ſuis adhuc Scapulam vrget Tertullianus. Hoc ſi placuerit & hic fieri, inquit, quid facies de tantis millibus hominum, tot viris ac fœminis, omnis ſexus, omnis ætatis, omnis dignitatis, offerentibus ſe tibi? Tantus erat ardor fidei in primis Chriſtianis, tantus amor Martyrij, vt non modò non fugerent, ſed ſeipſos vltrò mactandos præberent. At verò, quoniã Apoſtoli quærere poterant, quãdiu iſta illorũ fuga duratura eſſet, adiicit: *Amen dico vobis, non conſummabitis* ob miniſteriũ verbi, neque ambulando & peregrinando perficietis *ciuitates Iſraël*, ſeu populi Iudæorũ;

donec filius hominis veniat, id est, ad vos post resurrectionem reuertatur. Ioan. 14. Vado, & venio ad vos. Ait, non consummabitis, id est, conuertetis ciuitates Israël: quod sanè non continget ante secundum aduentum filij Dei, nimirùm nisi paulò antequàm ille adueniat. Cùm enim plenitudo Gentium subintrauerit, tunc & reliquiæ Israëlis saluæ fient. Aut ita intelligenda est hæc sententia, quòd Apostoli fugientes de ciuitate in ciuitatem, percepturi essent tandem diuinum auxilium. Quasi dicat, *Non consummabitis ciuitates Israël*: id est, fugientes de loco in locum, nondum ad postremã vsque Israëlis ciuitatem peruenietis: *donec filius hominis veniat*, meámque præsentiam mirabili quodam auxilio experiamini. Multis autem profuit hæc Apostolorum fuga: huius enim occasione, disseminauerunt verbum Dei in multas ciuitates. Sic Act. 8. Ex illa dispersione, quam mors Stephani suscitauit, tota circumadiacens regio verbo Dei repleta est. Tob. 13. Ideò dispergit vos inter Gentes quæ ignorant Deum, vt vos enarretis mirabilia eius, & faciatis scire eos, quia non est alius Deus omnipotens, nisi ipse. Hinc factum est, vt Apostoli è finibus Iudæorum expulsi, Gentibus euangelizarint. Fuga illorum è Iudæa, nostræ salutis initium fuit.

Hieronym. Hieronymus in Matth. Spiritualiter autem possumus dicere: Cùm persecuti nos fuerint (hæretici, vel Iudæi) in vna ciuitate, in vno scripturarum libro, vel testimonio: fugiamus ad alias ciuitates, id est, ad alia volumina. Quamuis contentiosus fuerit persecutor, ante præsidiũ saluatoris aduenier, quàm aduersariis victoria concedatur.

Euthymius. *Non est discipulus super magistrum, nec seruus super Dominum suum.* Euthy. in Matth. Cõmunem profert sententiã, quæque omnibus nota est: & huic adaptat quæ circa se accidunt, vt nullus possit contradicere. Se igitur magistrum & Dominũ vocat, Apostolos autem seruos & discipulos Matth. 23. Vnus est magister vester Christus. Ioan. 11. Magister adest, & vocat te. Ioan. 13. Vos vocatis me Magister & Domine, & benè dicitis, sum etenim. *Sufficit discipulo vt sit sicut magister eius*: id est, ei assimiletur, si tamen ille perfectus sit. Alioquin æmulari oportet charismata meliora, & magis proficere: præsertim cùm dicat Propheta, Super omnes docentes me intellexi. At verò Christus perfectus est: ideò cùm nullus ei æquari possit, saltem assimilari debet. Similitudinem autem importat dictio *Sicut*. Qui enim dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. *Et* sufficit *seruo* vt sit *sicut Dominus eius*: id est, non molestè ferre debet discipulus, si ea patiatur quæ magister: aut seruus, si ea quæ Dominus. Nam cùm iniuria grauior censeatur ex conditione personæ, cui illa infertur: manifestum est, non æquè grauem iniuriã esse quæ seruo infertur, quàm quæ Domino. *Si patremfamiliâs Beel-zebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius?*

Alb. Magn. Albertus Magnus in Matth. tria hæc Christi nomina confert: quòd sit Magister, Dominus, & Paterfamiliâs: quódque nos simus discipuli, serui, domestici. Secundum illuminationẽ mentis, magister est: secundũ obedientiã operis, Dominus est: secundum præeminentiam generis, pater est, secundum quod & ipsius genus sumus. Nos autem secundum doctrinã veritatis, eius sumus discipuli: secundum coërcionẽ potestatis, sumus serui: secundũ bonitatem assimilationis & originis, sumus domestici. Porrò familia illius Ecclesia est, cuius & ille pater est: non quòd, vt volebat Praxeas, teste Tertulliano contra eundẽ, idem sit pater qui & filius. Si quidem Christus non in ratione diuinæ relationis seu personæ dicitur pater, sed in comparatione ad nos facta, seu eius beneficentia. Filius est Patris æterni, sed pater noster est, quia nos creauit, reformauit in semetipso, pascit, & paterno amore diligit. Regnabit in domo Iacob, inquit Angelus, Luc. 2. Domus enim Iacob Ecclesia est, quam ille regit, & moderatur, vt Paterfamiliâs. Porrò Baalzebub magistrum seu Dominũ muscæ significat. Erat autem idolum Accaron vrbis Philistinorũ, (4. Reg. 1.) quod idololatræ colebant. De eo in superioribus diximus. Hunc autem dæmonum principẽ Christo tribuerunt, in cuius virtute eiiceret dæmonia. Latiùs autẽ porrigitur hæc sententia, ad ea omnia conuicia, opprobria, tormenta, quæ Christi nomine passuri sumus: vt æquanimiter omnia toleremus, cùm ille nostri causa tanta à peccatoribus sustinuerit. Dicitur autẽ aliquis dæmon dupliciter, inquit Dionys. Carthus. videlicet per naturã, & per participationẽ diabolicæ prauitatis: & hoc secũdo modo vocauerunt Iudæi Christũ Beel-zebub, quo etiam modo Christus ait de Iuda, (Ioan. 6.) Nónne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabo-

Quomodo Christus & filius simul & pater est: sed diuerso respectu.

Tertull.

Dion. Carth.

A diabolus est? Concludit autem ab assumpta comparatione serui ad Dominum, domesticorum ad patremfamiliâs, discipuli ad magistrum: & à spe salutis, quæ perseuerantibus obueniet: & à succesſuro auxilio: *Ne ergo timueritis eos*, propter calumnias, opprobria, etiam tormenta, quæ vobis meo nomine inferentur: sed propositis superioribus rationibus exultate, quoniam merces vestra multa est in cœlis. Esa. 8. Timore ne timueritis, Dominũ autem sanctificate in cordibus vestris. 1. Mach. 2. A verbis viri peccatoris ne timueritis, cuius gloria stercus & vermis est: hodie extollitur, & cras morietur. Es. 51. Quis tu vt timeas ab homine mortali, qui quasi fœnum ita arescet? Quid enim timeamus, cùm habeamus Christum adiutorem, propugnatorem, & remuneratorem? Vbi non potius exultandũ est, cùm videamus huius terrenæ domus dissolutione facta, nobis non manufactam parari in cœlis? *Nihil enim est opertum quod non reueletur: & occultum, quod non sciatur.* Hilarius in Matth. hoc ad minas, con- Hilarius.

B uitia, & tormenta, seu consilia omnia transfert, quæ hostes fidei contra Apostolos intentaturi essent: remittens nimirùm eorum omnium iudicium & vindictam ad diem Domini, qui reuelabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. (1. Cor. 4.) Quasi dicat: Non curetis quid nunc patiamini propter me, quoniã venit hora, in qua vestra patientia, & illorum peruersitas dignam ac iustam mercedem sortietur. Ipse enim Christus ait, (Apoc. 22.) Ecce venio citò, & merces mea mecum est, dare vnicuique secundum opera sua. Tunc manifesta erit Euangelij gloria, & illorum confusio. Sap. 5. Dicent enim: Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est. 2. Cor. 4. Nunc opertum est Euangelium his qui pereunt, in quibus Deus huius sæculi excæcauit mentes infidelium, vt non ful-

C geat in eis illuminatio Euangelij gloriæ Christi, qui est imago Dei inuisibilis. Verumtamen tunc illud manifestabitur omnibus, sed in confusionẽ impiorũ. Tertullia. Tertul. in Apologetico contra Gentes, hoc prouerbium velut antiquis decantatissimum vsurpat. Chrysosto. ho. 35. Oper. prior. in Matth. Et hic quidem sermo vniuersalem Chrysost. de omnibus enunciationẽ continere videtur: non tamen ad omnia, sed ad proposita solùm pertinet. Quasi dicat: Si igitur adhuc dolore vexamini, quoniã malè au- *Consolatio* dituri estis propter me, illud dolorem vestrũ sedet, quòd non multò post ab omni *contra calũ-* suspicione liberabimini. Cuius enim rei gratia grauiter contumelias fertis? An *niatores.* quia grauis iniuria est? Magos & seductores vocant: certè non multò post saluatores vos benefactoréſque totius terrarum orbis prædicabunt. Tempus enim, quod omnia obumbrata declarat ac detegit, & illorum ementita verba redarguet, & virtutis

D vestræ splendorem accendet. Hinc magna nobis consolatio succurrit, etsi iniustè accusemur, & calumniis impetamur: cùm cogitauerimus Deum tandem nostrã iustitiam, & aduersariorum impostura reuelaturum. Vnde & Psaltes: Iacta in Domino curam tuã, & ipse faciet, & educet quasi lumen iustitiam tuã, & iudiciũ tuum tanquam meridiẽ. Sic Dominus reuelauit innocentiam Suzannæ, & seniorum impostura: sic concussit & Saulem, vt agnosceret quàm iniustè falsis delatoribus contra Dauidẽ crederet, & illum persequeretur. *Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate super tecta.* An non verò Christus docuit in synagoga, & in templo, quò omnes Iudæi conueniebant? An non ex nauicula turbas? Hilarius, nec in noctibus sermocinari solitum esse obseruat, & doctrinam Hilarius. in tenebris tradidisse: sed hoc intellexisse, quia omnis sermo eius carnalibus tene-

E bræ sunt, & verbũ eius infidelibus nox est. Remigius tamen ad literam interpretatur, Christũ multa secretò docuisse Apostolos, quæ tandẽ Ecclesiæ congregatæ palàm annuncianda erant. *Super tecta* autem, inquit: quoniam tecta domorum apud Iudæos plana erant, pro more regionis: vnde facilè quis è summo tecto poterat ad populum inferius positũ proloqui. Ideò Deut. 22. ita legitur: Quum ædificaueris domũ nouam, facies murũ tecti per circuitũ, ne effundatur sanguis in domo tua, & fias reus labente eo, & in præceps ruente. Iud. 16. Ludente corã principibus Philistinorũ Samsone, tria millia virorum ac mulierum in tecto ac solario domus erant. Gregor. Greg. Papa. Papa. libr. 11. Mor. & in Ezechiel serm. 6. paulò aliter. Cùm, inquit, aliqua mystica de occultis Prophetarũ verbis à credẽtibus agnoscuntur, quid aliud quàm profunda de tenebris reuelantur? Vnde ipsa quoque veritas, discipulis in parabolis loquens, ait:

Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: id est, apertè exponite, quæ in allegoriarum obscuritatibus audistis. Cùm enim mysticos allegoriarum nodos per explanationem soluimus, in lumine dicimus, quod in tenebris audiuimus. Tantam denique libertatem Euangelicis ministris proponit, vt qui primùm secretò, propter infidelium metũ: tandem in locis eminentissimis concionentur. Legimus enim in Actis Apostolorum, Paulum noctu prædicasse, & eundem tamen palàm Dei verbũ annunciasse. Plenæ sunt & historiæ Ecclesiasticæ timoris, quo sæpiùs Christiani reuocati sunt à publico Dei cultu, ob persecutiones, quales passi sunt sub Nerone, Decio, Domitiano. Verumtamen his mortuis, cùm Deus principes Christianos excitasset, Christiani, qui per sepulchra Martyrũ & subterranea loca delitescebant, prodierunt, & Dei verbum annunciare cœperunt. Hoc quoque contigerat Helyæ temporibus, vt hi Prophetæ, qui ab Abdia pane & aqua refocillabantur, è speluncis in quibus latebant, occisis Pseudoprophetis, & religione restituta prodirent. *Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Sed potius timete eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam.* Chrysostomus hom. 35. in Matth. Vt quid pertimescitis, inquit? Mortémne? At verò hac de causa potius vobis prædicandum est: nihil enim aliud à vera morte vos eripiet, quàm salutaris Euangelij prædicatio. Etsi enim vos interempturi sunt, meliorem tamen vestram partem, animam scilicet, nullo modo attingere poterunt. Quare si vltima supplicia timetis, illa perhorrescite, quæ multò grauiora sunt. Idem hom. 5. ad populum Antiochen. Quod mors non timenda sit, sed peccatum: Si Christianus es, inquit, Christo crede: si Christo credis, per opera mihi fidem demonstra. Quomodo verò per opera mihi fidem demonstrabis? Si mortem contemnas. Et in hoc sanè ab infidelibus differimus: etenim illi quidem meritò timent mortem, resurrectionis enim spem non habẽt: Tu verò ad meliorẽ vadens vitã, & de illius spe philosophari habens, qua dignus es venia, de resurrectione quidẽ confidens, ita verò sicut non credẽtes resurrectionẽ, mortem timens. Sed mortẽ, inquis, nõ timeo neque mori, sed malè mori, & obtruncari. Igitur Ioãnes malè mortuus est? Fuit enim obtruncatus. Igitur Stephanus malè mortuus est? Fuit enim lapidatus, & martyres Christi miserè secundum vos, obiere: quoniam hi quidem igne aut ferro vitam finierunt: & hi quidem in mare, hi verò in præcipitium, hi etiam in dentes bestiarum incidentes, sic mortui sunt. Non est hoc malè mori, homo, violenta morte finire, sed in peccatis decedere, quoniam mors peccatorum pessima est. Basil. hom. 17. in Psa. 115. vbi hæc leguntur, Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius. Ne formidetis mortem, inquit. Non enim corruptio est, sed vitæ causa: non est interitus penitus, sed transitus ad honorem. Nam ingressus in hunc mundum per ignominiam sordis ac graueolentiæ, quorum ne conspectum quidem ferat aliquis eorum qui nos in vita præcessit: verùm exitus & hinc decessus pretiosus est & illustris, non omnium hominum, sed eorum qui sanctè & iustè vitam hanc transegerunt. Vnde & idem Basilius, cùm ei à Præfecto Valentis Imperatoris minæ intentarentur, constanter ita respondisse legitur apud Gregor. Nanzianz. Orat. in eius laudem: Neque verò exilium, inquit, vllum cognosco, qui nullo loco circumscriptus sum, ac neque terram hanc, quam nunc incolo, meam habeo: & eam omnem, in quam proiectus fuero, pro mea duco: immò, vt rectiùs loquar, vniuersam terrã Dei esse scio, cuius aduena ego sum & peregrinus. Iam quid accipere queant tormenta, cùm corpore careã? Nisi fortè primã plagam dixeris: huius enim solius inferendæ potestatem habes. Mors porrò beneficij mihi loco erit: citiùs enim me ad Deũ transmittet, cui viuo, & munere meo fũgor, maximáq; ex parte obij, & ad quẽ iampridẽ propero. Quid ergo faciat tyrãnus? Occidet corpus? dilacerabit? Attendat etiã id quod vnus ex priscis Philosophis responderit. Cic. li. 1. Quæst. Tusc. Cyrenæo Theodoro, quum Lysimachus rex crucẽ minaretur: Istis, quæso, inquit, ista horribilia minitare purpuratis tuis. Theodori quidem nihil interest, humìne an sublimè quiescat. Magnũ verò effeceris, si cantharidis vim consecutus es. Verùm nihil hæc in animã potestatis habẽt. Hier. in Matt. Si corpus occidũt, animã non possunt occidere: ergo anima inuisibilis, & incorporalis est: secundum crassiorem dico nostri corporis substantiam. Vel eo certè tempore punietur, & supplicia sentiet, quando pristinum corpus receperit, vt cum quo peccauit, cum ipso puniatur. Cæterùm quod dicit, *Deum posse corpus*

F G H I K

Chrysostom. *Consolatio contra tormenta.* Idem Chrys. Basilius. Greg. Nanz. Cicero Hieronym.

&

A *& animam mittere in gehennam,* Fulgentius lib.1.ad Monimum,cap.6. colligit Deum quidem iustè rependere mortem secundam damnationis æternæ, non tamen esse causam mortis primæ,quæ peccati est.Quòd ergo,inquit,ante gehennam mali pereunt,non est diuini operis,sed humani.Quòd autem in gehenna perituri sunt,hoc facit Dei æquitas,cui nulla placet peccantis iniquitas. Qui enim diligit iniquitatẽ, odit animam suam:(Ps.10.)Et omnis qui facit peccatum,& iniquitatẽ facit, & peccatum est iniquitas.1.Ioan.3.Hieron y.in Matth. Porrò nomen Gehennæ in veteribus libris non inuenitur,sed primùm à Saluatore ponitur. Quæramus ergo quæ sit sermonis huius occasio. Idolum Baal fuisse iuxta Hierusalem, ad radices montis Moria,in quibus Siloa fluit,non semel legimus.(3.Reg.11.)Hæc vallis, & parua cãpi planicies irrigua erat,& nemorosa,plenáque deliciis, lucúsque in ea idolo consecratus erat.In tantam autem dementiam populus Israël venerat, vt deserta templi vicinia, ibi hostias immolaret, & rigorẽ religionis deliciæ vincerent,filiósque suos dæmoniis incenderent,vel initiarent.Et appellabatur locus ille,Gehennon, id est vallis filiorum Hennon.Hoc Regum volumen(4.cap. 23.)& Paralipomenõ (2.cap.28.) & Hieremias (cap.7.& 19.& 32.) scribunt plenissimè.Et cõminatur Deus se locum illum impleturum cadaueribus mortuorum, vt nequaquam vocetur Topheth & Baal, sed vocetur Polyandrium,id est tumulus mortuorum. Futura ergo supplicia, & pœnæ perpetuæ,quibus peccatores cruciandi sunt,huius loci vocabulo denotantur.Duplicem autem esse Gehennam,nimii ignis,& frigoris,in Iob plenissimè legimus(cap.24.)Et si verò Christus Deum animam cum corpore in Gehennam mittere posse affirmet, non ita tamen intelligendum est, quasi ante resurrectionem, seu C corpora reassumpta, impiorum animæ minimè torqueantur. Si quidem, vt scribit Prudentius in Hamartigenia,

Fulgentius. *Futura maximè timenda.*

Hieronym. *Gehẽna quid.*

An anima torqueri possit igne inferni.

Prudentius.

Quæ peccare valet, valet & succumbere pœnæ:

Quo etiam argumento Tertull.vtitur,lib.de anima cica finem,vt quia nouit in corpore sine corpore gaudere aut dolere,nouit & peccare sine corpore in corpore:multo magis è corpore liberata gaudere aut dolere possit. Verùm in resurrectione grauior erit damnatio,propter corporis consortium.D. Thomas in Matth.ex hoc loco colligit resurrectionem.Si enim anima simul cum corpore damnabitur, necesse est igitur animam corpori rursus vniri.In summa concludendum id Hieremiæ(cap.10.) Quis non timebit te,ô Rex Gentiũ ? Ps.33.Timete Dominum omnes sancti eius.Ps. 2.Seruite Domino in timore,nequando irascatur, & pereatis de via iusta. *Nónne duo* D *passeres asse væneunt,& vnus ex illis non cadit super terram,sine patre vestro?* Ad Dei prouidẽtiam eos reuocat,vt considerent illum omnia moderari:quod etiam in rebus minimis arguit. Δύο στρύθια, duo passerculi.Diminutio enim facit ad emphasim.As verò diminutiuum est à dictione ἀσσάριον,quasi dicas, Teruntiolo. Quanquam Romanam vocem effinxit,siue interpres,siue Euangelista.As enim,siue assis, qui & libella dicitur, nummulus erat cuius vtilitas etiam prouerbiis testata est.A doctioribus autem æstimatur quatuor denariolis Gallicis.Ex hoc loco deprehẽditur Dei prouidentia, non modò circa vniuersa,sed circa singula,Nec enim vnus passer cadit in laqueum, sine patre.Chrisost.hom.35.in Matth.Hoc autem dicebat,non quia Deus humano more numerat, sed quia perfectam cognitionem rerum omnium, & summam de omnibus prouidentiã ostendere voluit.1.Cor 9. Numquid de bobus cura est Deo ? Hieron.in Matth.Si ergo parua animalia absque Deo auctore non decidunt, & in E omnibus est Dei prouidentia, & quæ in his peritura sunt, sine voluntate Dei non pereunt:Vos qui æterni estis,non debetis timere quòd absque Dei prouidentia viuatis.Thomas in Matth.Et quare hoc de duobus passeribus?Quia cùm aliquis curabatur à lepra,offerebat duos passeres, quorũ vnus immolabatur, alter verò cum ligno cedrino & hysopo intingebatur in sanguine occisi,& aspergebatur mundandus, & sic viuus dimittebatur.Igitur quòd duo illi passeres accipiebantur, & vnus tantùm occidebatur,non sine Dei prouidentia fiebat.Sap.12.Non est alius quàm tu, cui cura est de omnibus.Sed sciendum quòd prouidet omnibus, secundum modum suæ naturæ.Hæc autem est diuersitas in rebus creatis,quòd quædam sunt naturaliter liberæ,aliæ verò non.Illa dicitur creatura libera,in cuius potestate situm est, vt quod vult,faciat:Non libera,quæ hoc non habet. Vnde ad instar patrisfamiliâs prouidet

Eraſmus. *Cur hic duorum passerũ meminit.*

Chryſoſt.

Hieronym.

Thomas.

rationalibus, tanquam liberis: sed prouidet aliis, tanquam seruis. Vnde liberis omnia F
vel sunt præmia, vel pœnæ meritorum. Quæ autem irrationalibus fiunt, vel
ad salutem hominum contingunt, vel ad perfectionem vniuersi. *Vestri autem ca-*
Augustin. *pilli capitis omnes numerati sunt.* Concludit Augustin. serm. de martyr. Quid timebo er-
go damna membrorum, quando securitatem accipio capillorum? Neque capillus
quidem trium puerorum in fornace Babilonica positorum periit: quomodo non igi-
Tertullian. tur Deus corpus ipsum & conseruare, & restituere poterit? Tertullianus lib. de Fuga
in persecutione. Nec quidem in porcorum gregem diaboli legio habuit potestatẽ,
Magnum re- nisi eam de Deo impetrasset: tantum abest, vt in oues Dei habeat. Possum dicere,
surrectionis porcorum quoque setas tunc apud Deum numeratas fuisse, necdum capillos san-
argumentũ. ctorum. Hierony. in Matth. Quidam autem derident Ecclesiasticam intelligentiam
Hieronym. in hoc loco, qui carnis resurrectionem negant: quasi nos & capillos, qui numerati G
sunt, & à tonsore decisi, omnes dicamus resurgere: cùm Saluator non dixerit, Vestri
autem & capilli capitis omnes saluandi sunt, sed, numerati sunt. Vbi numerus est,
Augustinus. scientia numeri demonstratur, non eiusdẽ numeri conseruatio. August. lib. 22. De
ciuit. Dei, cap. 19. Quid iam, inquit, respondeam de capillis atque vnguibus? Se-
mel quippè intellecto, ita nihil periturum esse de corpore, vt deforme nihil sit in
corpore: simul intelligitur ea, quæ formæ factura fuerant enormitatem, massæ
ipsi accessura esse, non locis in quibus membrorum forma deturpatur. Velut si de
limo vas fieret, quod rursus in eundem limum redactum, totum de toto iterum fie-
ret, non esset necesse, vt illa pars limi, quæ in ansa fuerat, ad ansam rediret: aut quæ
fundum fecerat, ipsa rursus faceret fundum: dum tamen totum reuerteretur in
totum, id est totus ille limus in totum vas, nulla sui perdita parte, remearet. Qua- H
propter si capilli toties tonsi, vnguésve defecti, ad loca sua deformiter redeunt,
non redibunt: nec tamen cuiquam resurgenti peribunt: quia in eandem carnem, vt
quemcunque ibi locum corporis teneant, seruata partium congruentia, materiæ
Thomas. mutabilitate vertentur. D. Thomas in Matth. Ideò intelligendum est, quòd fuit hîc
triplex opinio. Quidam dixerunt quòd non resurget, nisi quod est de veritate hu-
manæ naturæ. Alii verò, quòd non resurget, nisi quod decisum est ab Adam, quod
An omnes sic multiplicatum est in tantam magnitudinem. Alii verò id non solùm quod ad A-
partes, & materiæ par- dam, sed etiam quod decisum est à proximo parente. Vnde fiat, vt quicquid addi-
tium corporis tur ad veritatem humanæ naturæ, resurgat, non autem ad quantitaten partium. Sed
resurgent. contra hoc, videtur quòd calor agens in humidum nutrimentale, agit etiam in radi-
cale: & ita qui consumit vnum, consumit & alterum, cùm permisceantur ad inuicẽ. I
Ideò aliter dicendum videtur, quòd quicquid est de vnitate, remanebit solum, quã-
tum ad complementũ pertinet. Eorum autem, quæ humanã naturam constituunt,
alia carnem constituunt, secundum speciem: alia carnem secundum materiam. Ca-
ro autem secundum speciem resurget, non secundum materiam. Sed quid est dicere
carnem secundum speciem? Dicendum quòd partes hominis possunt considerari,
aut quantũ ad formam, aut quantum ad materiam. Quantum ad formam, semper
manent. Si autem consideremus materiam subtractã, aliquid fluit, & refluit, vt patet
in igne. Quod si igni addantur ligna, idem quidem ignis secundum speciem manet,
fluet tamen materia secundum subtractionem lignorum. Resurget ergo quod ma-
Glossa. gis perfectum est: & resurgent capilli non in pondere, sed in forma. Glossa in Matth.
Albertus. Numeratum esse hîc dicitur, propter id quod consequitur numeratum. Numeratu K
enim aliquid ad hoc, quod integrè conseruetur. Albertus in Matth. Non ergo Deus
capillorum quantitatem hîc numerare dicitur, sed propter illorum conseruatione.
An capilli 2. Mach. 7. Sic vnus è Machabæis omnia sibi conseruando, & restituenda credens,
resurgent. postulatus linguam, citò protulit, & manus constanter extendit, & cum fiducia ait:
E cœlo ista possideo, & propter Dei leges hæc ita despicio, quoniam me ea recepturum
spero. *Nolite ergo timere* persecutores & occisores vestros, quasi vestri curam
Clem. Alex. nullam gerat Deus. Hoc enim Clemens Alexandr. lib. 4. Stromatum, olim obiectũ
fuisse Christianis, cùm affligerentur, scribit: Hoc etiã Dauidi, cùm in angustiis con-
stitueretur. Fuerunt, inquit, mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur
mihi per singulos dies, Vbi est Deus tuus. Quare tristis es anima mea, & quare con-
turbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi. Hoc Christo improperatũ

est

A est. Si filius Dei est, descendat de cruce. Saluum faciat eum Deus, quia dixit, Filius Dei sum. Summa itaque consolatio contra maximam hanc tentationem, est quod nihil nobis perit, ne capillus quidem: quòd numerata sunt omnia, quòd Deus ita nos vexari sinit ad maiorem nostram gloriam. *Nolite ergo timere*, inquit, aut bonorũ, aut corporis, aut vitæ dispendiũ: omnia enim illa in manu Dei sunt: *Nam multis passeribus meliores estis vos*, cùm sitis rationales creaturæ, passerculi verò irrationales. Si ergo Dei prouidentia circa illos extenditur, vt ne quis eorum minimus pereat, quem non nouerit, & præuiderit: quanto magis curã vestri habebit, vt in morte consoletur, & pro martyrio copiosã mercedẽ rependat? Hinc colligitur Dei prouidẽtia aliter ad ea quæ ratione donata sunt, aliter ad irrationabilia extendi: non quod nonomnia Deus prospiciat & dirigat, nõ tamẽ eodẽ fauore & modo. Et sic intelligẽda est D. Hieron. *Dei prouidẽtia etiam in minimis.*

B sententia lib. 1. Cõment. in Habakuk Prophetæ cap. 1. vbi eludit eorũ opinionẽ, qui Hieronym. Deũ abiecisse putabant à se in Angelos quosdã, rerum ratione carentium curã & directionem. Fatetur vtique Deum aliter ad illas quàm ad ratione præditas creaturas se habere, omnium tamen curam gerere. Sicut enim in hominibus, inquit, etiam per singulos currit Dei prouidentia: sic in cæteris animalibus generalem quidem dispositionem & ordinẽ, cursúmque rerum intelligere possumus. Verbi gratia, quomodo nascatur piscium multitudo, & viuat in aquis: quando reptilia & quadrupedia oriãtur in terra, & quibus alantur cibis. Cæterùm absurdum est ad hoc Dei maiestatem deducere, vt sciat per momenta singula quot nascantur culices, quót ve moriantur: quæ cimicum & pulicum & muscarum sit in terra multitudo: quanti pisces in aqua

C natent, & qui de minoribus maiorum prædæ cedere debeant. Non simus tam fatui adulatores Dei, vt dum potentiam eius etiam ad ima detrahimus, in nos ipsos iniurioſi simus: eandem rationabilium, quàm irrationabilium prouidentiam esse dicentes. Ex quo liber ille apocryphus stultitiæ plenus condemnandus est, in quo scriptũ est, quendam Angelũ, nomine Tyri, præesse reptibilibus. Thomas de vio in Matth. Thomas. de vio. Itaque cùm cõtra diuinam hanc curam passerum obiicitur illud Apostoli, 1. Cor. 9. Numquid cura est de bobus? Distingue aliud esse curare de irrationalibus legem scriptam dando, aliud illis prouidendo. Asseritur enim hîc diuinæ prouidentæ curã comprehendere etiam passeres: negatur autem ab Apostolo Deum habere irrationalium curam, sic vt sollicitus sit superaddere legem circa salutem eorum. Hîc enim modus diuinæ curæ reseruatur rationali creaturæ, quam quia Deus ordinauit ad æternam fœlicitatem, erudit, atque monet. Argumentum igitur à comparatione sum-

D ptum à Christo, procedit à minori ad maius: Si passerum mors Deo curæ est, quanto magis preciosa erit in conspectu eius mors sanctorum eius? Cypr. lib. 1. Ep. 3. ad Cornelium. Cyprianus. Si nec passer cadat, nec minima fieri sine Dei voluntate Christus asserat: existimat aliquis summa & magna, aut non sciente, aut non permittente Deo in Ecclesia fieri, & sacerdotes, id est dispensatores eius, non de eius sententia ordinari? Ostendit autem quanta merces è martyrio expectanda sit, dicens: *Omnis qui confitebitur me* verbo & opere, seu confessione fidei formatæ, ac laudis diuinæ *coram hominibus* maximè infidelibus, impiis & tyrannis: quod se fecisse gloriatur Psaltes, dicens, (Ps. 118.) Et loquebar de testimoniis tuis in conspectu regum, & non confundebar: *Confitebor*, approbabo, & ad me pertinere affirmabo *eum coram patre meo qui est in cœlis.* *Merces martyrum.* Cùm enim meo tribunali fuerit oblatus, commemorabo & ego testimonium illud

E quod mihi reddidit, & compensabo. Sic (Rom. 10.) Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Sic (Ps. 95.) Confessio & pulchridudo in conspectu eius. Porrò Græca lectio habet, ὅστις ὁμολογήσῃ ἐν ἐμοὶ qui confitebitur in me. Euthymius hanc à Chrisost. obseruatam notat, vt sit sensus, in me, siue per me, aut à me Euthymius. adiutus. Vnde consequenter etiã intellegimus, cùm dicitur, *Confitebor & ego ἐν αὐτῷ in illo*, perinde esse ac si dicat, à gratitudine ipsius motus: vt causam nostræ confessionis ad Dei gratiam, nostræ verò salutis ad nostrum obsequium referamus. Chrisost. Chrysost. hom. 35. in Matth. Non enim dixit, qui *confitebitur me*, sed ἐν ἐμοὶ, *in me*: vt tibi ostenderet, non propria virtute, sed gratia superiore adiutum confiteri eum. Qua etiam de causa, non similiter dixit de negante. *Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo qui in cœlis est.* Non enim ait: Qui in me negauerit, sed, qui me negauerit. Nam qui negat, superioris gratiæ patrocinio priuatus, negat. Liberam

certè petit confessionem, ad maiorémque charitatẽ nos adducit, & sublimes atque F
inuictos esse voluit. Quapropter hæc omnibus præcipit: non enim ad personam so-
lummodò spectant discipulorum, sed discipulorum quoque discipulis adiiciunt.
Clem. Alex. Clemens Alexandr. lib. 4. Stromat. Pulchrè enim in his qui confitentur, *In me*, dixit:
in iis autẽ qui negant, adiecit illud, *me*. Ii enim soli in ipso confitentur, qui in ea quæ
est in ipsum confessione & actione viuunt, vt potè quòd & ipse iis implicetur, quæ
confitetur, & ab his teneatur. Quocirca nunquam potest seipsum negare. Eum autẽ
Tertullian. negant, qui non sunt in ipso. Tetullianus in Scorpiaco contra Gnosticos, idẽ habet,
docens multum differre, si legatur, *Qui confitebitur me*, *& in me*. Nam etsi diem lucis
dixeris, inquit, rem ostendisti quæ diem præstat, & si non dixeris lucem: ita & si non
directo pronunciauit, Qui me confessus fuerit, non tamen est diuersus actus quoti-
dianæ confessionis, à sensu dominicæ pronunciationis. Siquidem Christum confite- G
tur, qui est in Christo. Est autem ab æquitate desumptum argumentum. Quid enim
Tripliciter negatur Christus. æquius quàm eum seruum à Domino tempore gloriæ suæ negari, qui herum suum
tempore belli negauerit? Tripliciter autem Christus negatur, inquit Dionys. Car-
Dio. Carthus. thus. in Matth. Verbo tantùm, vt ab his, qui timore pœnarum Christum negauerũt:
Verbo & opere, sed non corde, vt cùm malus Christianus dicit, & agit contra fidem,
cùm tamen non dubitet fidem esse veram: Opere, sed non verbo, iuxta illud Apo-
stoli, (Tit. 1.) Confitentur se nosse Deum, factis autem negant, cùm sint abominandi
& reprobi. Potest etiam addi quartus modus, videlicet, cùm quis corde non credit,
& tamen se credere asserit, vel ostendit. Quælibet harum negationum est peccatum
Cyprian. mortale, saltem in casu aliquo. Cyprianus lib. de exhortatione Martyrii, cap. 5. in
eam rem profert hæc scripturæ testimonia. Deut. 13. Quod nec amico, fratri, filio, fi- H
liæ, nec vxori parcendum erat, si quidem ad Deos alienos diuertendum esse dixisset:
quòd nec ciuitatibus ad id consentientibus parcendum sit, sed omnes in ore gladii
feriri, & ciuitas succendi debebat. Quòd eapropter (1. Mach. 2.) Mathatias interfe-
cit eum, qui ad aram sacrificaturus accesserat. Quòd & idem Christus moneat, di-
cens: Qui me confessus fuerit, &c. & qui me negauerit, negabo eum. Item Apostolus
Paulus, (2. Tim. 2.) Si enim commorimur, inquit, & conuiuemus: si toleramus, &
conregnabimus. Si negamus, & ipse negabit nos. Item Ioannes, (1. cap. 2.) Qui negat
filium, nec patrem habet. Qui confitetur filium, & filium & patrem habet. Luc. 9.
Qui me erubuerit & sermones meos, hunc filius hominis erubescet, cùm venerit in
Cyprian. maiestate sua, & patris, & sanctorum Angelorum. Cyprian. serm. 5. de lapsis. Non
potest, inquit, Euangelium in parte consistere, & in parte nutare. Atque vtrumque I
oportet vt valeat, aut vtrumque vim veritatis amittat. Si negantes, rei criminis non
erunt, nec confitentes præmium virtutis accipient. Porrò si fides, quæ vicerit, coro-
Tertullian. natur, necesse est vt victa perfidia puniatur. Tertull. in Scorpiaco aduersus Gnosti-
cos: Manifesta, vt opinor, est & definitio, & ratio, tã confessionis, quàm negationis,
etsi dispositio diuersa est. Qui se Christianũ cõfitetur, Christi esse testatur: qui Chri-
sti est, in Christo sit, necesse est. Si in Christo est, in Christo vtique confitetur. Hoc
enim non potest esse, nisi sit in Christo. Proinde negatione negationem rependi à
Domino dixit, quemadmodum confessione confessionem. Itaque frustrà erit dice-
re, Etsi me negauero Christianum, non negabor à Christo: non enim ipsum negaui.
Ex illa enim negatione tantundem tenebitur, qua se Christianum negando, Christũ
Greg. Nanz. in se negans, etiam ipsum negauit. Gregor. Nanzianz. Orat. de moderatione in di-
sputationibus seruanda. O mirificas diuinæ gratiæ opes! Nihil tibi, inquit, (Rom. 10.) K
necesse est in cœlum ascendere, vt Christum illinc trahas: nec in abyssum descende-
re, vt hinc eum à mortuis excites: nimirùm vel primam ipsius naturam curiosiùs in-
uestigans, nec postremam carnis assumptæ dispensationem. Prope te, inquit, verbum
est. Mens & lingua thesaurum hunc habent, illa videlicet credendo, hæc confitẽdo.
Quid his diuitiis contractius? Quid hoc beneficio facilius, magísque expromptum?
Confitere Iesum Christum, eumque à morte ad vitam reuocatum crede, & salute
Origenes. donaberis. Origen. lib. 8. in Epist. ad Rom. cap. 10. Videbitur verò quibusdã per hæc,
quòd etiamsi desint alicui boni operis priuilegia, etiamsi virtutibus operam non de-
Non satis est credere. derit: hoc ipso tamen quòd credidit (& confessus est) non pereat, sed habeat salutem.
Sed vide ne magis illud intelligi debeat, quòd qui vero, & non falso confitetur ore

Domi-

A Dominum Iesum,& corde credit:pariter confiteatur se dominatui sapientiæ subiectum esse,& iustitiæ & veritatis, & omnibus quæ Christus est:nec sibi vltrà esse dominum Mammonam,id est, nec auaritiam sibi vltrà,neque iniustitiam, neque mendacium dominari. Qui sic Christum confitetur,agnoscet & illum Christus. Qui negat,adhærendo nimirùm Sathanæ, negabit & eum Christus. Quid autẽ optabilius, quàm coram patre cœlesti agnosci,& commendari à filio ? Quid magis timendum est,quàm ab eo negari? *Nolite arbitrari quia pacem venerim mittere in terram. Non veni pacẽ mittere,sed gladium.* Non veni,inquit,abblãdiri & applaudere hominibus, vt ne vos in eorum vitiis & impietate aliquid dissimuletis. Hoc multi quidem prætextu pacis faciunt,& dicũt,se timere,ne si eorum vitia,& incredulitatem arguant,lites, rixas, immò & seditiones contra se excitent:aut saltem apud eos quos exhortantur, malè B habeant. Nolim hanc vobis excusationem esse in peccatis. Non parcit, aut blanditur chirurgus aut medicus, cùm secari & vri partem corporis oportet. Quæ sui sunt muneris,attendit,ne si blandiatur,hominem perdat. Vtitur ergo ferro & igne ad hominis salutem. Idem & vos facite. Gladium habetis verbi, ignem zeli, seu spiritus diuini:hæc expromite contra spirituales hominum ægritudines. Non dico vt occidatis,concutiatis,perdatis:sed viuificetis, sedetis, conseruetis. In earum rem vobis iste gladius datus. Veni hunc mittere in terram,non autem pacem,id est,blanditias, quibus fauere videamini infidelium peccatis. Ne quis igitur hoc loco abutatur, in seditionum fauorem,quasi Christus illas probauerit. Ne existimet religionis prætextu licere in Ecclesiam Catholicam,in Prælatos, in Principes, in ipsam etiam Rempublicam manu armata procedere,quasi Christus hoc suadeat, qui docuit reddenC da esse quæ Cæsaris sunt,Cæsari:immò qui nec quidem Apostolos ferre nisi virgam permiserat. Si enim de materiali gladio hoc intellexisset,non prohibuisset aut baculum tantùm ferre in via:non illos armasset patientia, non verbis solùm respondendum,non ad mortem paratos esse monuisset. Verùm interim dum hæc præcipit,de gladio loquitur,qui contra pacem huius mundi missus sit. Alium ergo gladiũ quàm materialem intelligit. Ced o scilicet, quem gladium Christus circumtulit ? Quas turbas excitauit? Quod bellum immisit? Hæc omnia spiritualia sunt. Nisi fortè dicatur *misisse gladium* per occasionem, quam infideles ab Apostolorum prædicatione,& fide credentium assumpturi essent. Videtur autem præoccupatio esse. Erat enim Iudæorum opinio vulgaris,de pace copiosissima sub Messia rege, quam ex dictis Prophetarum conceperant,vt ex illo Es.9. Pacis eius non erit finis. Et. 11. Habitabit lupD us cum agno, &c. Non affligent neque perdent in vniuerso monte meo. Hæc opinio Apostolorum mentibus inhæserat: vnde illos de iis quæ futura sunt, admonet, dicens : *Nolite arbitrari*, quasi dicat:forsan existimatis vobis in posterum quieta futura esse omnia, quia pax & quies Messiæ temporibus expectatur. Veruntamen videte quæ pax prædicetur, & promittatur: non vtique pax mundi, in peccatis & deliciis: quin potius contra hæc veni mittere gladium. Oportet enim vos, velut milites,ad spirituale bellum contra Sathanam, mundum, & carnem parari. Pacem quidem relinquo, sed vobis, gladium contra hostes: Pacem spiritualem,& spiritualem gladium. Vtrumque enim ab altero est,quoniam nec pax nobis cum Deo est,nisi & gladium contra Sathanam exeramus. Tertull.lib.ad Martyr. Pax,inquit,vestra,bellum est illi. Chrysost. Orat.2.aduersus Iudæos,gladium per euentum interpretatur. Non veni mittere pacem,inquit, sed gladiũ : non declarans E quid ipse cuperet,sed rerum euentum prædicens. Hierony. in Matth. Ad fidẽ Christi totus orbis contra se diuisus est:vnaquæque domus & infideles & credentes habuit,& propterea bellum missum est bonum,vt rumperetur pax mala. Tale quid & in Genesi aduersus rebelles homines, (Genes.11.) qui moti fuerant de Oriente, & turrem extruere festinabant, per quam cœli alta penetrarent,fecisse creditur Deus, vt diuideret linguas eorum. Vnde & in Psalmo (67.) Dauid precatur : Dissipa Domine Gentes,quæ bella volunt. Venit ergo mittere gladium verbi, inter fideles: gladium dissensionis,inter infideles:gladium per occasionem acceptum ab infidelibus contra electos,vt & ipsi se ad persecutiones præparent. Thomas in Matth. De ratione gladii est diuidere:iste gladius est verbum Dei. Heb.4. Viuus est sermo Dei,& efficax,penetrabilior omni gladio ancipiti. Ephes.vlt. Gladius spiritus nuncupatur.

Quis gladius à Christo immissus. 1.

2.

Tertull.

Chrysost.

Hieronym. 3.

Thomas.

Iſte gladius in terrã miſſus. Hoc ſeparantur fideles ab infidelibus. *Veni enim ſeparare* F
hominem aduerſus patrem ſuum, & filiam aduerſus matrem ſuam, & nurum aduerſus ſocrum
Hieronym. *ſuam, & inimici hominis domeſtici eius.* Hieronym. in Matth. Hic locus ferè eiſdem ver-
bis in Michæa Propheta ſcribitur. Et notandum, vbicunque de veteri Teſtamento
Dion. Carth. teſtimoniũ ponitur, vtrum ſermo tantùm, an ſenſus conſentiat. Dioniſ. Carthuſian
Deus parentibus præferendus. Matth. Venit igitur Chriſtus homines quantũcunque propinquos ſeparare ab inui-
cẽ dupliciter. Primò, auferendo ab eis vnionem carnalis affectionis, & conſenſum in
malo: & hæc eſt ſeparatio ſpiritualis, neceſſaria ad ſalutem, ſine qua nemo poteſt eſſe
ſeruus vel diſcipulus Chriſti. Secundò, auferendo ab eis vnionem conuictus & co-
habitationis, trahendo quoſdam ad religionis ingreſſum: & hæc eſt ſeparatio localis,
Hieronym. pertinens ad ſupererogationem. Hieronymus ad Heliodorum, de laude vitæ ſolita-
riæ. Recordare tyrocinii tui diem, quo Chriſto in baptiſmate conſepultus, in ſacra- G
menti verba iuraſti: pro nomine eius non patri parciturum, non matri. Ecce aduer-
ſarius in pectore tuo Chriſtum conatur occidere. Ecce donatiuum, quod militatu-
rus acceperas, hoſtilia caſtra ſuſpirat. Licet paruulus ex collo pendeat nepos, licet
ſparſo crine, & ſciſſis veſtibus, vbera quibus te nutrierat, mater oſtendat, licet in li-
mine pater iaceat: per calcatum perge patrem, ſiccis oculis ad vexillum crucis euo-
la. Solum pietatis genus eſt, in hac re eſſe crudelem. Facilè rumpit hæc vincula
Auguſtinus. amor Dei, & timor gehennæ. Auguſtinus lib. 3. Quæſt. Euang. c. 4. ſpiritualem huius
loci ſenſum expendit. Venit, inquit, Dominus ſeparare hominẽ *aduerſus patrem ſuum*
quia renunciat quis diabolo, qui fuit pater eius. *Et filiam aduerſus matrem ſuam*, plebem
Dei aduerſus mundanam ciuitatem: hoc eſt, aduerſus pernicioſam ciuitatem gene-
ris humani: quam nunc Babylonia, nunc Ægypto, nunc Sodoma, nunc aliis atque a- H
liis nominibus Scriptura ſignificat. *Nurum aduerſus ſocrum*, Eccleſiam aduerſus Syna-
gogam, quæ ſecundum carnem Chriſtum peperit, ſponſum Eccleſiæ. Diuiduntur
autem gladio ſpiritus, quod eſt verbum Dei: *& inimici hominis domeſtici eius*, cum qui-
Hilarius. bus antea conſuetudine implicatus erat. Hilarius in Matth. Pater corporis peccatũ
eſt, mater animæ infidelitas, ex qua cætera omnia. Itaque gladio Dei, in ſacramento
Thomas. Baptiſmatis ab his reſcindimur. D. Thomas in Matth. Duplex eſt maxima coniun-
Duplex coniunctio. ctio: vna naturalis, altera domeſtica, vel œconomica. Contra vtramque Chriſtus
mittit gladium, (vt ſuccedat coniunctio ſpiritualis.) Amicitia naturalis fundatur ſu-
per actum naturalem, in coniunctione maris & fœminæ, ſeu generatione. Domeſti-
ca fundatur ſuper affinitatem. Vtramque autem Chriſti gladius diſſoluit. Quòd ſi
obiicitur Chriſtum veniſſe, non vt legem ſolueret: reſpondendum, omnia præcepta I
ſecundæ tabulæ à præceptis primæ pendere. Ideò tamdiu ſtare illa, quandiu non diſ-
ſoluuntur priora præcepta. Itaque ſi paterna obedientia & obſequiũ à Deo retrahat,
ſatius eſt Deo quàm hominibus parere: & in hoc caſu gladius verbis ſeparat fidelẽ
à patre & matre, & amicis. *Qui amat patrem aut matrem pluſquàm me, non eſt me dignus. Et*
An liceat parentes relinquere. *qui amat filium aut filiam ſuper me non eſt me dignus.* Amandus eſt pater & mater, amandi
filii: ſed Chriſto præferendi non ſunt. Non enim bona caduca & finita æternis &
incommutabilibus præferenda ſunt. Ordo enim charitatis requirit, vt primùm dili-
gamus Deum ex toto corde, & tota anima, & tota virtute noſtra: demùm animam
noſtram, deinde proximos, poſtemo loco ipſum corpus noſtrum. Inter proximos au-
Hieronym. tem pater & mater primum locũ obtinent. Hieron. ad Heliodorum: At contra Scri-
ptura præcipit parentibus obſequendum (vtique ſub conditione diuini obſequii, K
non in illius præiudicium) ſed (&) quicunque eos ſupra Chriſtũ amat, perdit animã
ſuã. Gladiũ tenet hoſtis, vt me perimat, & ego de matris lachrymis cogitabo? Propter
patrẽ militiã Chriſti deſeram, cui ſepulturã, Chriſti cauſa, præſtare non debeo, quã
etiã omnibus eius cauſa debeo? Domino paſſuro, timidè Petrus conſulens, ſcandalũ
fuit: Paulus retinentibus ſe fratribus ne Hieroſolymã pergeret, (Act. 21.) reſpondit.
Quid facitis plorantes, & conturbantes cor meũ? Ego enim non ſolùm ligari, ſed &
mori in Hieruſalem paratus ſum, pro nomine Domini Ieſu Chriſti. Lege quid Lex
ipſa vetus ſanciat, num doceat omnem ſanguinis & affinitatis colligationem diſſo-
luendã, vbi iactura diuini nominis ſucceſſerit. Quid enim Moſes, ob inuectam ido-
lolatriam, tauris fuſilibus diſiectis inſtituit? Exod. 32. Si quis, inquit, eſt Domini, con-
iungatur mihi. Congregatique ſunt ad eum omnes filii Leui: quibus ait, Ponat

vir

A vir gladium ſuper femur ſuum, &c. & occidat vnuſquiſque fratrem ſuum & amicum. Hoc autem reputatum eſt ad laudem Leuitarum. Quis verò non è Gentilium ſcriptis colligit, magnam olim laudem principibus illis delatam eſſe, qui nullo parentum, filiorum, vxorum, amicorum reſpectu, ius cuique adminiſtrarunt? Seleucus ne filio quidem pepercit, quin lege de adulterio lata, illi oculum erueret. Dicam nec Saulem Ionathæ, quia contra legem fauum mellis deguſtarat. Quid verò ſi iuſtitiæ ratione nec patres filiis parcunt, aut filij parentibus: vt ſummæ iuſtitiæ, & omnis boni parenti obſequamur, num & omnia poſtponenda erunt? Nec quidē Agamemnon Iphigeniæ, ſicut nec Iephte, propriæ filiæ perpercerunt propter Deū. Quid ergo illa te à Dei cultu & obſequio reuocare debeant? Gregor. Papa. lib. 3. Moral. Antiquus e- Greg. Papa.
nim aduerſarius non ſolùm per ſemetipſum, ſed per eos etiā qui nobis adhærent, ſta-
B tum ſatagit noſtræ mentis inclinare. Cùm enim cor noſtrum ſua perſuaſione nō ſubruit, ad hoc nimirùm per linguas adhærentium repit. Hinc per Prophetam dicitur, (Eccl. 9.) Vnuſquiſque ſe à proximo ſuo cuſtodiat, & in omni fratre ſuo nō habeat fiduciā. Hinc rurſum ſcriptū eſt, (Eccl. 32.) A filiis tuis caue, & à domeſticis tuis attēde. Callidus enim aduerſarius, cùm à bonorum cordibus repelli ſe conſpicit, eos qui ab illis valde diliguntur, exquirit, & per eorum verba blādiens loquitur, qui plus cæteris amantur: vt dum vis amoris cor perforat, facilè perſuaſionis eius gladius ad intimæ rectitudinis munimina irrumpat. Ideò Dominus iraſcitur in Heli, 1. Reg. 2. Magis, inquit, honoraſti filios tuos, quàm me. Qui autem contemnunt me erunt ignobiles. E contra commendatur Abraham, quòd Dei obſequium filio prætulerit. Geneſ.
C 22. Quia feciſti rem hanc, & non pepercisti vnigenito tuo propter me, benedicens benedicam te. Deut. 33. Qui dixerunt patri ſuo & matri ſuæ, Neſcio vos, & fratribus ſuis, Ignoro illos, & neſcierunt filios ſuos: hi cuſtodierunt eloquium tuum, & pactum tuum ſeruauerunt. *Et qui non accipit crucem ſuam, & ſequitur me, non eſt me dignus.* Crux noſtra eſt pœnitentiæ afflictio, vitiorū & concupiſcentiæ reſtrictio. Hoc enim *Quæ crux noſtra.*
quoddam mortis genus eſt, quo Chriſto confixi ſumus cruci. Gal. 5. Qui Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt cum concupiſcentiis. Gal. 2. Chriſto confixus ſum cruci. 1. Cor. 15. Vt ſicut portauimus imaginem terreni, ſic portemus & imaginem cœleſtis. Rom. 6. Si complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul & reſurrectionis erimus. Crux etiam eſt promptiſſima voluntas ad ſuſcipiendam mortem pro Chriſto. Euthymius & Hilarius in Matth. ſuperiorem interpretationem ſequitur: poſteriorem autem Theophilactus. Quiſquis enim, inquit, non renun-
D ciauerit præſenti vitæ, & tradiderit ſe in mortem contemptibilem (hoc enim priſci crucem vocabant) non eſt me dignus. Et quoniam multi vt fures & latrones crucifiguntur, appoſuit, *& ſequitur me*, hoc eſt, iuxta leges meas viuit. Martyrem enim non facit pœna, ſed cauſa, nec crux latrones glorificauit, quia tum propter ſua demerita patiebantur. Hoc & illi agnoſcebant, dicentes: Nam & nos digna factis recepimus, hic autem quid mali fecit? Itaque Chriſtus non modò in paſſione, Hieronym.
ſed & vitæ puritate ſequendus eſt. Hieronym. in Matth. In alio Euangelio legitur, Qui non accipit crucem ſuam quotidie: ne ſemel putemus ardorem fidei poſſe ſufficere, ſemper crux portanda eſt, vt ſemper Chriſtum nos amare doceamus. Quòd ſi ſemper mortificationem Ieſu Chriſti in corpore noſtro portare, alioquin ſi non aliundè afflictiones occurrant, ipſas vltrò requirere debemus, & ita cor-
E pus domare ieiuniis, vigiliis, & laboribus pro Chriſto: ſi denique tantus ardor fidei in nobis ſemper eſſe debet, vt etiam pro Chriſto occumbere deſideremus, & hoc eſt crucem noſtram ferre, & Chriſtum ſequi, vt illo digni efficiamur: quid Apoſtolis moleſtum eſſe debuit, pati à confratribus Iudæis, à Gentibus etiam, & omnis generis hominibus, ad quos prædicatio illorum peruenirent? *Qui inuenit animam ſuam, perdet eam. Et qui perdiderit animam ſuam, propter me, inueniet eam.* Auguſt. ho. de marty. Auguſtin.
Magna & mira ſententia. Qui, inquit, inuenit animam ſuam, perdet eam. Quod *Perdere animam quid.*
duobus modis poteſt intelligi. Qui amat, perdet: id eſt, ſi amas, perdes. Si cupis vitam tenere cum Chriſto, noli mortem timere pro Chriſto. Item alio modo, qui amat animam ſuam, perdet eam. Noli amare, ne perdas. Noli amare in hac vita, ne perdas in æterna vita. Si malè amaueris, tunc odiſti: ſi benè oderis, tunc amaſti. Fœlices qui oderunt cuſtodiendo, ne perdant amando. Theophil. in Matth. Theophil.

Inuenire videtur animam ſuam, qui vitam quæ in carne eſt, cuſtodit: ſed perdit eã, F
quia mittit in æternum ſupplicium. Qui autem perdit animam ſuam, & moritur, nõ
Thomas. vt latro, vel ſeipſum ſtrangulans, ſed propter Chriſtum, ille ſeruat eam. D. Thomas
in Matth. animam pro vita ſumit, quam perdere pro Chriſto debemus, vt & illã in-
Alb. Magn. ueniamus. Perdemus temporalem, inueniemus æternam. Albertus Magnus ſumit
pro affectionibus ſenſualibus animæ, quæ perdi debent propter Chriſtum, & ita ex-
tingui, vt concupiſcentiis renunciemus. Eccl. 18. Poſt concupiſcentias tuas non eas,
Clem. Alex. & à voluntate tua auertere. Clemens Alexandr. lib. 2. Stromat. Qui perdiderit ani-
mam ſuam, inquit Dominus, ſeruabit ipſam, aut eam tradens, lubenter adeundo pro
Domino pericula: aut eam perdens, ex ea quæ eſt ei cum hac vita conſuetudine. Si
enim ſoluere, abducere, & ſegregare (id enim crux ſignificat) animam volueris, ab ea G
quæ eſt in hac vita voluptate & delectatione: habebis eam, in illa quæ expectatur
ſpe inuentam, & conquieſcentem. Sic Machabæi & omnes Martyres nihil ſe perde-
re exiſtimarunt, cùm tamen propter Chriſtum vitã hanc perdere viderentur: ſpe-
rabant enim ſe meliorem inuenturos. Sic Paulus: Scimus quòd ſi terreſtris domus
noſtra diſſoluatur, domum habebimus non manufactam in cœlis. Tantum abeſt
igitur, vt & Apoſtololi aut Martyres hac iactura moleſtiam acceperint, quòd fœ-
lice tranſmutatione vitæ iſtius cum vita futura ſummoperè deſiderarũt. Sic Paulus:
Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Sic Pſaltes: Quando veniam, & apparebo ante
faciem Dei? Prou. 8. Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet ſalutem à Domi-
no. Et ne fortè ſic totus orbis in Apoſtolos & electos eius conſpiraſſe exiſtime-
tur, vt non ſit aliquis qui eos excipiat: Chriſtus à ratione mercedis, ad hoſpitalita- H
Quæ merces & honor recipientis Dei miniſtrum. tem inducit, dicens: *Qui recipit vos* prædicatores, & pauperes meos ad ſuam men-
ſam, vel domum, neceſſaria illis miniſtrando, *me recipit*, id eſt, rem mihi
tam gratam & meritoriam facit, ac ſi meam perſonam reciperet. Recipit enim
mẽbra mea, in quibus ego & honoror, & ſuſtentor, & contemnor. Ideò ſcilicet Pau-
lo dictum eſt, Act. 9. Saule, cur me perſequeris, quia Chriſti membra perſequeba-
tur. Et Samueli: Non te abiecerunt, ſed me. Ita excitat nos, vt ſuſcipiamus eos
Theophilact. qui à Chriſto mittuntur, inquit Theophil. Nam qui diſcipulos ſuſcipit, ipſum
veneratur: & propter illum, etiam patrem. Tantus eſt amor Dei ad nos, vt dicat per
Zachariam Prophetam, (cap. 2.) Qui tetigerit vos, tanget pupillam oculi mei.
Et qui me recipit, in propria perſona, dum adhuc in mundo mortalis inter ho-
mines conuerſor, vel in membris meis, vel ſpiritualiter in corde ſuo, per fidem &
charitatem: *recipit eum qui me miſit*, Deum patrem & Spiritum ſanctum vnum Deum. I
Siquidem à tota Trinitate miſſus eſt Chriſtus, Eſ. 48. Et nunc Dominus miſit me,
& ſpiritus eius. Nam qui ipſum corporaliter receperunt, rem gratam Deo fecerunt,
& ideò per gratiæ infuſionem ſpiritualiter eum ſuſceperunt: Qui verò ſuſce-
perunt Chriſtum ſpiritualiter, credendo in ipſum, receperunt & Patrem, & Spiri-
tum ſanctum. Alioquin: vt ſcribitur. 1. Ioan. 2. Qui negat filium, nec patrem habet:
& qui non credit in filium, mendacem facit patrem: quia non credit in teſtimoniũ,
Dion. Carth. quo teſtificaturus eſt Pater de filio. Hæc ex Dionyſ. Chartuſ. in Matth. *Qui recipit Pro-*
phetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet. Hieron. in Matth. Ad ſuſceptio-
Hieronym. nem magiſtrorum diſcipulos prouocauerat. Poterat eſſe occulta credentium reſ-
ponſio. Ergo & Pſeudoprophetas, & Iudam proditorem debemus recipere, & illis
alimoniam miniſtrare? Hoc Dominus antè procurans, dicit non perſonas ſuſcipiẽ-
das eſſe, ſed nomina: & mercedem nõ perdere ſuſcipientes, licet indignus fuerit, qui K
ſuſceptus ſit. In eam recurrit ſententiã id quod ſequitur, *Et qui recipit iuſtum in nomine*
An miniſtro peccatori victus debeatur. *iuſti, mercedem iuſti accipiet.* Hic locus directè militat in Donatiſtas, & eos qui ex me-
rito perſonas metiri volunt, & non ex authoritate miniſterii. Nec enim miniſtro ſeu
Prælatis dyſcolis honorem, ſubiectionem aut ſubuentionẽ deberi, ſed neque ſacra-
Hieronym. menta ab illis adminiſtrata, vera eſſe opinãtur. Atqui, inquit Hierony. non perſonæ,
ſed nomina ſuſcipienda ſunt. Sat tibi fuerit, quòd ille ſit Apoſtolus, ille pro iuſto ha-
beatur: te altiùs penetrare non licet. Hunc ergo in Prophetæ nomine, illũ in nomine
iuſti ſuſcipe, & mercedem vtriuſque accipies. Suſcipe verba quæ ab illis ſunt, ſuſcipe
myſteria, vt à Prophetis & iuſtis, quia hos in Eccleſiagradus, hæc habent nomina.
Auguſt. Auguſt. lib. 2. cõtra Epiſtolã Parmeniani, cap. 11. Euangelium, inquit, fur quoque Iu-

das

A des sine detrimento Euangelij prædicauit: at quicunque non recepit illũ, Christũ ipsum non recepit: qui æquè Iudæ dixerat, atque Petro, Qui vos reiicit, me reiicit. Nõ igitur hîc personarum meritum, sed veritas & authoritas pẽsanda sunt: & ita se quisque in Dei concionatores habere debet, vt consideret contemptum illorum, contẽptum esse Christi, honorẽ & subsidium illorum, honorem esse & subsidium Christi. Eusebius Alexandr. hom. de sanctis colendis, ex hac sententia cultum & honorẽ Sãctorum colligit. Iubet enim, inquit, recipere Prophetã & iustum, non solùm vt illis benefaciamus, sed etiam vt ab illis adiuuemur, præmium à Deo ferentes. Similiter ergo qui celebrat & laudat Martyres & sanctos, in nomine sanctorum, id est, quia sancti Dei sunt, mercedem cum eis accipiet. Ob hanc causam præcepit nobis ὑπιτελεῖν τὰς τῶν ἁγίων μνείας, celebrare sanctorum memorias, vt acceptis hymnis, & auditis laudibus, δυσωπήσωσι τὸν φιλάνθρωπον θεὸν δέξασθαι χρονίους εὐχὰς ἡμῶν, amatorem B hominum Deum exorent, vt temporaneas preces nostras admittat. Oportet ergo vt qui memorias sanctorum celebramus, multa religione ac reuerentia eas celebremus. Ad intentionem ergo & nomen omnia referri necesse est. Nec vana quidem erit nostra beneficentia & liberalitas in Prophetas & iustos, reuerentia in sanctos, obediẽtia in Prælatos: cùm mercedis nomen consequatur. Mercedẽ, inquit, Prophetę accipiet. Mercedẽ iusti accipiet. Rom. 12. Necessitatibus sanctorum cõmunicantes, hospitalitatẽ sectantes. Heb. 13. Beneficentiæ & cõmunicationis nolite obliuisci: talibus enim hostiis promeretur Deus. Heb. 6. Non est iniustus Deus, vt obliuiscatur operis vestri & charitatis, quàm ostendistis in nomine eius, quia ministrastis sanctis. Merces autẽ Prophetæ dupliciter dici potest, aut quæ debetur ipsi Prophetæ pro doctrina: aut etiam liberalitate Prophetæ contingit. Sic enim (3. Reg. 18.) Abdias, quia pauit Pro- C phetas, donum Prophetię meruit. Et. (3. Reg. 17.) Vidua recipiendo Prophetam, accepit farinæ & olei multiplicationem. Et 4. Reg. Sunamitis in munus hospitij à Deo accipit filium. 2. Cor. 9. Multiplicabit semen vestrum, & augebit incrementa frugum iustitiæ vestræ. *Mercedem iusti accipiet.* Eccl. 12. Benefac iusto, & inuenies retributionem magnam. Vnde Iosue 2. Rahab adiuncta est genealogiæ Domini, quia recepit exploratores. Merces autem iusti vita æterna est. Talis namque receptio iusti, inquit Dion. Carthus. in Matth. cùm ex charitate procedat & actus misericordiæ sit, meritoria est vitæ æternæ. Si autem recipiens non esset in charitate, nihil de cõdigno mereretur. Posset tamen Deus ei charitatem infundere, occasione illius receptionis. Sed & merces iusti, est id quod ipse donare, aut precibus à Deo impetrare potest. Atqui multum valet apud Deum deprecatio iusti assidua. Aut eiusdem merces est, D quia particeps efficieris iustitiæ illius. Clemens Alex. lib. 4. Stromat. Sunt enim, inquit, apud Dominum complures mercedes & mansiones ex vitæ eorum proportione. Qui enim, inquit, Prophetam in nomine Prophetæ susceperit, mercedem, &c. Et rursus: Virtutis pro meritis differentias, & præclaras remunerationes, per horas numero non æquales. Hæc ille. *Et quicunque potum dederit vni ex minimis istis, calicem aquæ frigidæ tantùm in nomine discipuli: Amen dico vobis, non perdet mercedem suam.* Da parum, da minimum, da quod manus tua proferre potuerit, nihil sine fructu erit. Saltem da lachrymulam, inquit Gregor. Nanzian. Orat. de paupertate fouenda. Habet autem & calix aquæ frigidæ aliquod solatium his qui in Palæstina versantur, maximè per æstatem. Loca enim sterilia, & arida plerumque occurrunt, & maximè solis ardor. Vnde fit, vt magni muneris loco habeatur calix aquæ frigidæ. Habent & E Turcæ suos Eremitas, qui hoc offerant viatoribus. Nec quidem Xerxes, cùm à piscatore aquæ paululum accepisset, aliquid vnquam se delicatius ebibisse testatus est. Necessitas loci & cœli, affectio denique offerentis, muneris æstimationem facit. Summi muneris primùm loco habuit Dauid, concupiscere aquam è cisterna Bethlehem: sed quoniam illa cum periculo vitæ prolata fuerat, bibere noluit, sed libauit eam Domino. Hilarius in Matth. Itaque non inane esse bonæ conscientiæ opus ostendit, neque spẽ fidei, alienæ incredulitatis crimine laborare. Præuidens enim plures futuros, tantùm Apostolatus nomine glorioſos, omni verò vitæ suæ opere improbabiles, eosdẽque diu fallere, diúque mentiri: tamẽ obsequiũ, quod eis sub religionis opinione delatum sit, mercede operis sui, spęique nõ fraudat. Nam licet ipsi minimi essent, & peccatorum omnium vltimi (minimum autẽ est, quo minus nihil aliud est)

Cultus & honor sanctorum.

Euseb Alex.

Hospitalitas.

Dion. Carth.

Clem. Alex.

Greg. Nanz.

Hilarius.

non inania tamen in eos, etiam leuia, quæ sub frigidæ aquæ nomine designat, offi- F
cia esse decernit. Non enim peccatis hominis, sed discipuli nomini honor præstitus
est. Atque ita ad probitatem obsequentis, fallentis de se probra non lædunt: cùm
Hieronym. mercedem suam dantis fide, non assumentis mendacio consequatur. Hieronym. in
Matth. Legimus in Propheta Dauid, (Ps. 140.) Ad excusandas excusationes in pec-
catis: quòd multi peccatorum suorum quasi iustas prætendant excusationes, vt quod
voluntate delinquunt, videantur necessitate peccare. Dominus scrutator cordis &
renum, futuras cogitationes in singulis contuetur. Dixerat: Qui recipit vos, me re-
cipit. Sed hoc præceptum multi Pseudoprophetæ, & falsi prædicatores poterant im-
pedire. Medicatus est huic quoque scandalo, dicens: Qui recipit iustum in nomine
iusti, mercedem iusti accipiet. Rursus poterat alius causari, & dicere: Paupertate
prohibeor, tenuitas me retinet, vt hospitalis esse non possim. Et hanc excusationẽ le-
uissimo præcepto diluit, vt calicem aquæ frigidæ toto animo porrigamus. Frigidæ, G
Noluit Christus quid ministro suo deesse ad victũ. inquit, nõ calidæ, & ne in calida paupertatis ex penuria lignorũ occasio quæreretur.
Tale quid Apostolus ad Galatas (cap. 6.) præcepit. Cõmunicet autem is, qui catechi-
satur verbo, ei qui se cathechisat in omnibus bonis. Et discipulos ad magistrorum re-
frigeria cohortatur. Quia poterat quilibet obtendere paupertatem, & præceptũ elu-
dere, imminentẽ soluit quæstionem, dicens (ibidem Paulus:) Nolite errare, Deus nõ
irridetur. Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet. Et est sensus. Frustrà causaris
inopiã, cùm aliud habeat conscientia tua. Ne putes fallere cohortantẽ, sed scito quòd
quantumcunque seminaueris, tantum & messurus sis. *Et factum est, cùm consummasset
Iesus, præcipiens duodecim discipulis suis, transiit inde, vt doceret, & prædicaret in ciuitatibus eo-
rũ.* Nimirùm in ciuitatibus discipulorum, è quibus illi orti erant, aut quæ Iudæorũ e-
rant, vt Euthy. notat. Ita facto demonstrat, quod verbis docuerat. Emissis autẽ disci- H
pulis Christum transiisse colligere possumus, cùm & Marcus egressos illos esse, & E-
uangelizasse per castella scribat. *Consummauit præcipiens*, id est, præcepta sua erga disci-
pulos, & transiit inde. Vno omnes ore vno robore & conatu magister & discipuli
ministerium Euangelicum adimplent, vt & idem nos facere, & Deo cooperatores
esse debere doceamur. *Egressi autem* Apostoli, ex præscripto Domini Iesu, *circuibãt per
castella, Euangelizantes, & curantes vbique, & prædicabant vt pœnitentiam agerent, & dæmo-
nia multa eiiciebant, & vngebant oleo multos infirmos, & sanabantur.* Hæc Marcus statim
post enarrationem præceptorum illorum, quæ Apostolis data sunt, recenset. *E-
gressi sunt*, suggerente illis spiritu Dei audaciam, & verbum Cant. 7. Egrediamur
in agrum, commoremur in villis: *circuibant per castella Euangelizantes*, vt si quis ver-
bum audiret, ipsum requirerent, & in suum consortium admitterent. Typus au- I
tem hic erat eorum dispersionis & prædicationis per vniuersum orbẽ. Pro. 5. In pla-
teis aquas tuas diuide. Vbi enim melius Dei verbum annuncietur, quàm in magna
plebis multitudine? *Prædicabant vt pœnitentiam agerent.* Hoc enim & Ioannis & Chri-
sti prædicationis initium fuit. Matth. 4. Luc. 4. Pœnitentiam agite: appropinquauit
enim regnum cœlorũ. Hæc in adultis requiritur ante baptismũ. Act. 3. Pœnitemini,
vt deleantur peccata vestra. Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum.
Et dæmonia multa eiiciebant, non modò à corporibus, sed & ab animabus infidelium,
cùm eis vtrumque corporis & animæ remedium suppeditarent. Luc. 10. Domine, e-
tiam in nomine tuo dæmonia subiiciũtur nobis. *Et vngebant oleo multos infirmos.* Theo-
philact. in Marc. Quòd, inquit, vnxerint oleo Apostoli, solus Marcus narrat: quod
Theophil. & frater Domini Iacobus in Catholica epistola dicit. Infirmatur quis inter vos? Ad- K
uocet seniores Ecclesiæ, & orent super illum, vngentes eum oleo. Est igitur oleum
& ad labores vtile, & lucis fomentum, & hilaritatis effectiuum, significátque mi-
sericordiam Dei, & gratiam spiritus, per quam à labore liberamur, & lucem ac
gaudium, hilaritatémque spiritualem accipimus. Eadem habet Euthymius. Ita o-
leum istud sacræ rei signum esse scribunt, & hinc extremæ vnctionis sacramentum
Tho. Caiet. initiũ habuit. Thomas Caiet. in Marc. Credendum est præcepto Iesu hoc feciſſe. Nõ
enim fas est credere ex proprio sensu illos vnctione vsos fuisse. Verùm hæc vnctio
non sacramentalis intelligitur (qualis est vnctio extrema, qua vtitur Ecclesia) sed
initium quoddam. Vtebantur enim oleo ad sanandũ, non ad sacramentum admini-
Alb. Magn. strandũ. Albertus in Marc. Hinc tamẽ intelligitur institutum sacramentũ vnctionis.

Dionys.

A Dionyſ.Carthuſ.art.6.in Marc.c.6.Ex hoc elicitur, quòd extrema vnctio infirmorum, fuit ante paſſionem inſtituta à Chriſto. Beda in Marc. c.6. Hinc patet ab ipſis Apoſtolis hunc ſanctæ Eccleſiæ morem eſſe traditum, vt energumeni, vel alij quilibet ægroti vngantur oleo, pontificali benedictione conſecrato. Sacerdotes autem huius ſacramenti miniſtros eſſe ſcribit Ioan.Chryſoſt.libr.3. de Sacerdotio. Sacerdotes enim, inquit, non ſolùm cùm nos regenerant, ſed poſtea etiam nobis condonandorum peccatorum facultatem obtinent. Infirmatur, inquit, inter vos aliquis? Accerſat Preſbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo, &c. Valuit ergo vnguentum ab Apoſtolis benedictum, ad corporis ſalutem: Valuit & ad animæ conſignationem. Fuiſſe autem oleum medicum à ſanctis conſecratum plenæ ſunt hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. Hieronym.in vitam S. Hilarionis, ſcribit in deſerti

Dio.Carthuſ.

Beda.

De energumenis, & oleo cõſecrato.

Chryſoſtom.

Hieronym.

B penetralia multos peruenisſe ad Hilarionem, qui ab ipſo panem, & oleum benedictum contra morbos peterent: ex quibus eorum infirmi benè habebant. Ioan. Damaſcen.libr.4. de fide Orthod.cap.16. Vnguentum ſuauè olens & medicum è ſanctorum reliquiis emanaſſe confirmat. Verùm iſtud, quod ad extremam vnctionem requiritur, non modò ad corporis, ſed potiſſimùm ad animæ ſalutem eſt, vt is qui fortè ex hac vita egreſſurus eſt, vnctione velut fortis athleta cõtra Sathanam confirmatus, curſum ſuũ fœliciùs peragat, & ei venalia peccata remittantur. Innocentius primus Epiſt. 1. ad Decentiũ Eugubinum Epiſcopum, cap.8. hoc ſacramentum etiã ab Epiſcopis adminiſtrari poſſe oſtẽdit, licet de ſolis Preſbyteris Iacobus dixerit, Inducat Preſbyteros Eccleſiæ. Verùm Epiſcoporũ mentionem nõ eſſe factam, quia occupationibus aliis impediti, ad omnes languidos ire non poſſent. Itaque virtute magna

Damaſcenus.

De extremá vnctione.

Innocent.1.

C Apoſtoli teſtimoniũ perhibebant Domino Ieſu, & eius Euangelio, ſequentibus eos ſignis.

Quæ fuerit apud Herodem de Chriſto opinio: quis Ioannis Baptiſtæ Zelus, quæ tolerantia, & martyrium: quanta mulieris malitia & crudelitas.

Matth. 14.

IN illo tẽpore audiuit Herodes Tetrarcha famam Ieſu: & ait pueris ſuis, Hic eſt Ioãnes Baptiſta: ipſe ſurrexit à mortuis, & ideò virtutes operãtur in eo. Herodes enim tenuit

D Ioannẽ, & alligauit eũ: & poſuit in carcere propter Herodiadẽ vxorẽ fratris ſui. Dicebat enim illi Ioãnes, Nõ licet tibi habere eã. Et volẽs illũ occidere timuit populũ: quia ſicut Prophetã eum habebant. Die autẽ natalis Herodis ſaltauit filia Herodiadis in medio: & placuit Herodi. Vnde cũ iuramento pollicitus eſt ei dare quodcunque poſtulaſſet ab eo. At illa prẽmonita à ma

E tre ſua, Da mihi, inquit, hîc in diſco caput Ioannis Baptiſtæ. Et contriſtatus eſt rex: propter iuſiurandũ autem, & eos qui pariter recumbebant, iuſſit dari. Miſitque, & decollauit Ioannẽ in carcere. Et allatũ eſt caput eius in diſco: & datum eſt puellæ, & attulit matri ſuę. Et accedẽtes diſcipuli eius, tulerũt corpus eius, & ſepelierunt illud: Et venientes nuntiauerunt Ieſu.

Marc.6.

Et audiuit rex Herodes (manifeſtum enim factum eſt nomen eius) & dicebat, Quia Ioannes Baptiſta reſurrexit à mortuis, & propterea virtutes operantur in illo. Alij autem dicebant, Quia Elias eſt. Alij verò dicebant, Quia Propheta eſt, quaſi vnus ex Prophetis. Quo audito Herodes ait, Quem ego decollaui Ioannem, hic à mortuis reſurrexit. Et cùm dies opportunus accidiſſet, Herodes natalis ſui cœnam fecit Principibus, & Tribunis, & primis Galilææ: cúmque introiſſet filia ipſius Herodiadis, & ſaltaſſet, & placuiſſet Herodi, ſimúlque recũbẽtibus, rex ait puellæ. Pete à me quod vis, & dabo tibi: & iurauit illi, Quia quicquid petieris, dabo tibi, licet dimidium regni mei. Quæ cùm exiſſet, dixit matri ſuæ, Quid petam? At illa dixit, Caput Ioannis Baptiſtæ. Cúmque introiſſet ſtatim cum feſtinatione ad regẽ, petiuit dicẽs, Volo vt protinus des mihi in diſco caput Ioannis Baptiſtæ. Et cõtriſtatus eſt rex. Propter iuſiurandũ & propter ſimul diſcũbentes noluit eam contriſtare: ſed miſſo ſpiculatore præcepit afferri caput eius in diſco, & decollauit eum in carcere, & attulit caput eius in diſco: & dedit illud puellæ, & puella dedit matri ſuæ. Quo audito, diſcipuli eius venerunt, & tulerunt corpus eius, & poſuerunt illud in monumento.

Luc.9.

Audiuit autẽ Herodes tetrarcha omnia quæ fiebãt ab eo: & hęſitabat eo quòd diceretur à quibuſdam, Quia Ioannes ſurrexit à mortuis: à quibuſdam verò, Quia Elias apparuit: ab aliis autẽ, Quia Propheta vnus de antiquis ſurrexit. Et ait Herodes, Ioannẽ ego decollaui: quis eſt autẽ iſte, de quo ego talia audio? Et quęrebat videre eum.

Ioãn.

Introductio.

HESPERVM noctis nuncium, Luciferum dici obseruant Astrologi. Sed vnus idémque Ioannes & lucifer fuit, mundum hunc ingressus: & cùm egrederetur, ad Hesperi instar se habuit. Lucifer quidem solis ortum prænunciat: Ioannes verò eapropter natus est, & in eremum secessit, vt veri iustitiæ solis Christi Iesu aduentum nunciaret. At verò & idem Hesperus fuit. Vt enim ille solis occasum, sic Ioannes Christi mortem præcessit, & infidelibus sua morte tenebras horribiles imminere præsignauit. Hoc & ille agnoscebat. Illum, inquit, oportet crescere, me autem minui: cùm de Christi gloriæ, & prædicationis incremento, & sua morte imminente prædiceret. Sed & præuenturum se post mortẽ Christum prænunciabat, cùm diceret: Tu es qui venturus es, per mortem ad inferos, an alium expectamus? Porrò in superioribus Ioannis conceptionem, ortum, eremum, prædicationem, baptisma, testimonium narrauimus: nunc de eius transitu dicendum est. *In illo tempore, audiuit rex Herodes Tetrarcha famam Iesu, & omnia quæ fiebant ab eo (manifestum enim factum est nomen eius) & hæsitabat, eò quòd diceretur à quibusdam, Quia Ioannes Baptista surrexit à mortuis.* Herodes iste filius fuit Herodis magni, non tamen tantæ authoritatis, quantæ pater. Regnum enim patris in filios diuisum fuerat, vt superiùs diximus. Hic fuit Herodes Antipas, filius Herodis Ascalonitæ, cuius tẽpore natus est Christus, qui & infantes occidit. *Tetrarcha* autem vocatur, id est princeps quartæ partis regni. Patre siquidem mortuo, ita regnum Iudææ diuisum est, vt duæ partes datæ sint Archelao, tertia pars Philippo, quarta Herodi. Porrò non dubiũ est famam miraculorum Christi ad ipsum peruenisse, etiam ante Ioannis necem: cùm primò totam Galilæam, cui ille præficiebatur, perambularit, & sua prædicatione, simúlque miraculis illustrarit. Verùm maior tandem eorum fama peruagata est, cùm à Ioanne omnes ad Christum confluxissent, nimirùm post Ioannis necem. Verùm quæritur, quomodo Matthæus & Marcus scripserint, quòd affirmabat Herodes Christum esse Ioannem: Lucas verò dicentibus hoc quibusdam, Herodẽ potius asseruisse non illũ esse Ioannem scribat. Euthy. in Matth. Quid dicemus, inquit? Quòd suspicatus hunc à mortuis surrexisse, ac miraculorum gratiam ob iniustã sui cędem accepisse: eis tamen qui hoc dicebant, asserebat non esse Ioannẽ, ne ad eũ concurrerent, & contra se seditionẽ concitarent, suis autem famulis confidenter detegebat secretũ. Nam παῖδας hoc in loco pro ministris posuit Euangelista. Id autẽ eis confidit, quòd hunc maximè timeret, tanquam fortiorem iã effectum, & quasi futurum esset, vt deinceps eũ vehementiùs argueret. Augustin. lib. 2. de consens. Euang. c. 43. Sed & in suis verbis, Lucas Marco attestatur: ad hoc duntaxat, quòd alij dixerũt, non autem quòd Herodes dixerit, Ioannem à mortuis surrexisse: sed quia hæsitantẽ commemorauit Herodem: verba enim eius ita postea posuit dicentis: *Ioannem ego decollaui: quis est autem iste de quo talia audio?* Intelligendum est autem post hanc hæsitationem, confirmasse in animo suo, quod ab aliis dicebatur, cùm sicut Matthæus scribit, *ait pueris suis, Hic est Ioãnes Baptista, & ipse surrexit à mortuis: & ideò virtutes operãtur in eo:* ac ita pronuncianda sunt hæc verba, vt hæsitantem adhuc iudicent. Si enim diceret, Numquidnã hic est, aut nunquid fortè hic est Ioãnes Baptista: non opus esset admonere aliquid de pronunciatione, qua dubitãs, atque hæsitans intelligatur. Nũc quia illa verba desunt, vtroque modo pronunciari potest, vt aut confirmatum eum, aut aliorum verbis credentem dixisse accipiamus: aut adhuc, sicut Lucas commemorat, hæsitantem. Presertim quia & Marcus, qui superiùs dixerat, ab aliis fuisse dictum: ait enim, *Hæsitabat eo quòd diceretur à quibusdam, quia Ioannes surrexit à mortuis.* In extremo tamen ipsum Herodem dixisse non tacet, quem ego decollaui Ioãnem, hic à mortuis surrexit. Quæ item verba duobus modis pronuntiari possunt, vt aut confirmantis, aut dubitantis intelligantur. Cùm autem Lucas, posteaquàm hoc commemorauit, in aliud transeat: duo isti Matthæus & Marcus ex hac occasione narrãt quemadmodum sit ab Herode Ioannes occisus. Hieronym. in Matth. reiicit eos qui metẽpsychoseos seu transmigrationis animarum è corporibus in alia corpora ex his verbis occasionem habuisse dixerunt: cùm vtique eo tempore, quo Ioannes decollatus est, Dominus triginta esset annorum: μετεμψύχωσις autem post multos annorum circulos in diuersa corpora dicat animas insinuari. Plato enim in Phædro, non

Summa.

Conciliatio Euangelistarum.

Euthymius.

Augustin.

Hieronym. *Quæ fuerit opinio de animarum in alia corpora transitu.*

Plato.

nisi

A nisi post mille annos à priore vita exacta, transmigrationem hanc contingere arbitratur: quod, teste Augustin. lib. 10. de ciuitate Dei, c. 30. & Platonicè dixisse videtur Virgilius, inducens Anchisen hæc de animabus defunctorum narrantem: Augustin. Virgilius.

Has omnes, vbi mille rotam voluêre per annos,
Lethæum ad fluuium Deus euocat, agmine magno:
Scilicet immemores supera vt conuexa reuisant,
Rursus & incipiant in corpora velle reuerti.

Attamen habuit & hæc opinio locum apud Iudæos, immò & ipsos Pharisæos: siquidem, vt scribit Iosephus lib. 2. de bello Iudaico, cap. 7. animam omnem incorruptam esse dicunt, transire autem in alia corpora solas bonorum, improborum autem in- Iosephus.
terminabili supplicio cruciari. Mouet igitur Herodem hæc opinio, licet necdum
B multis annis ab interitu Ioannis completis. Fortè scilicet hærebat & Platonis sententia de iustorum animabus maiore priuilegio donatis. Accessit & Christi prædicantis, & miracula facientis conditio, quasi ita compensata sit Ioannis anima, vt in alio corpore non modò concionaretur, sed & miracula faceret. Plato enim in Phædro his gradibus animã deducit, vt quæ plurima viderit, Philosophum induat: huic *Platonis opinio.*
proxima, legitimum Regem, aut Imperatorem, ac strenuum virum: ex tertio ordine fiant Magistratus, in Republ. & patresfamilias: ex quarto, Aliptæ & Medici: ex quinto Vates & mystæ: è sexto Poëtæ, è septimo opifices, ex octauo sophistæ & aurarii, ex nono Tyranni. Sic proficisci animas in vitam, quam quæ rectè transegerit, ea ad meliorem conditionem remigrabit. Tertullianus lib. de Anima, ad Carpocratis opi-
C nionẽ, & Gregorius Nyssen. lib. de anima & resurrectione, Has opiniones refutant, Tertullian. Greg. Nyss.
simul & Lactantius lib. 7. de diuino præmio, cap. 12. qui & cap. 22. superiores Virgilii Lactantius.
versus in opinionem quandam resurrectionis apud Gentiles adducit. Miratur igitur Herodes quis iste sit, de quo talia audit. Timet ne fortè Ioannes ipse, quem gladio percusserat, ad vindicandã acceptã iniuriã, à Deo rursus in hunc mundũ destinatus sit. Et primùm quidem in illa opinione hæsitat: deinde multorũ sententiis confirmatus, illum ipsum Ioannem esse existimat: *& ideò*, inquit, quasi in compensationem benè actæ vitæ, *virtutes operantur in eo*, seu miracula facit: quod tamen antea Ioanni minimè datum fuerat. *A quibusdam verò* dicebatur, *quia Helias apparuit*, quem & Malachias præcessurum Messiæ aduentum prædixerat. Sed Ioannes Heliæ nomine significabatur propter zelum, & vitæ conuersationem, vt diximus, si priorem Christi aduentum spectes: aut falluntur, cùm nondum Christus secundò in iudicium, quin
D primò in carnem & omnium salutem, aduenturus sit. *Ab aliis autem* dicebatur de Ioanne, *quia Propheta vnus de antiquis surrexit*. Hærebant scilicet in illis temporum angustiis, quæ inter Ioannis mortem & Christi communem famam occurrebant: cùm tamen reuolutio quædam temporum ad transmigrationem animarũ requireretur. Chrysost. hom. 49. Oper. prioris in Matth. ex eo quod Herodes nõn statim de Iesu Chrysost.
prædicatione & miraculis commonitus est, postquàm ea primùm audita & visa sunt: colligit aulicorum in rebus diuinis socordiam, & negligentiam. Non autem, inquit, otiosè tempus Euangelista denotauit: verùm vt ceruicem tyranni, quibus cæteros despiceret, omnes intelligere possemus. Non enim ab ipsis statim miraculorum exordiis famam Iesu, sed post multum tempus percepit. Huiusmodi certè sunt, qui *Aulicorum fastus & tumor.*
in principatibus viuunt: nam quoniam fastu rerum plurima sibi arrogant, paruifa-
E cientes cætera, rarò ea perdiscunt. Tanto tumore aulici inflati sunt, vt sui ipsorum amantes, cætera omnia nugas, somnia esse arbitrentur. Non eos religio, non cultus, non quæ fidem Deúmque spectant, mouere solent, nisi vbi tanta in angustia coniecti fuerint, vt quæ priùs probauerunt, mera esse somnia videant. Sic Sapiens impios proponit dispicientes filios Dei, seque de diuitiis suis iactantes: qui tandem vitam illorum, quam insipientiæ loco ducebant, magna mercede cumulatã esse visuri sunt. Apud Herodis aulicos risus erat Ioannes, deludebatur zelus eius: nunc sibi ipsemet timet Herodes, cùm Christum miracula facientem audit. Nec sanè hæc ad eum, nisi Ioanne aut in vincula coniecto, & breui morituro, aut sanè mortuo perferuntur. Si quid noui dignum risu, ostentatione, adulatione, voluptate accidisset, quod aures principis titillare potuisset, præcipites omnes domestici, statim illud atque factum esset, suo principi nunciassent: horum enim plena sunt omnia. Verùm quia de

religione, cultu Dei, pœnitentia & fide agebatur: omnes contemnere, aures obstruere, os etiam occludere maluerunt, quàm principem monere. Hoc sanè vtinam neque nostris temporibus cõtingat: vt plures sint qui de pietate, Dei cultu, subditorum regimine & releuamine sermocinentur, quàm qui de leuibus, adinstar adulatorum Syracusani tyranni, verba faciant. Obseruat & Chrysostomus ibidem, plus territum Herodẽ post mortem Iusti, quàm dum ille viueret. Vexabat enim & flagellabat rea conscientia, ne fortè Deus vindices de tanto scelere pœnas expostularet. Tales sunt, vt scribit etiam Ethnicus poëta, F

Aulici assentatores & scurræ.

-quos diri conscia facti
Mens facit attonitos, & cæco verbere cædit.

Ita nimirùm Cayn effuso fratris sanguine eousque concutiebatur, vt omnibus mẽbris tremeret, & omnia illi loca suspecta essent: (Genes. 4.) adeò vt diceret, Ero vagus & profugus in terra: omnis igitur qui inuenerit me, occidet me. Rabanus in Matth. Sed quanta est inuidia Iudæorum, ex isto loco docemur. Ioannem enim à mortuis potuisse resurgere, nullo attestante, Herodes alienigena pronunciauit: Iudæi verò Christum, quem Prophetæ prædixerant, non resurrexisse, sed furtim ablatum esse, credere maluerunt: in quo insinuatur, quòd promptior est animus Gentiũ ad credulitatem, quàm Iudæorum. Cæterùm *Herodes Ioannem tenuit, & alligauit eum propter Herodiadem.* Huius rei historiam explicauimus, adeò vt opus nullum esse videatur rursus de vinculis & carcere, & causis quibus Herodes sic in Ioannem animaduerterit, describere. Attamen licebit & hîc colligere, quæ Hierony. in c. 14. Matthæi annotauit. Vetus, inquit, narrat historia, Philippũ Herodis maioris filium, sub quo Dominus fugit in Ægyptum, fratrem huius Herodis, sub quo passus est Christus, duxisse vxorem Herodiadẽ, filiam regis Aretæ: postea verò socerum eius, exortis quibusdam contra generum simultatibus, tulisse filiam suam: & in dolorem prioris mariti, Herodis inimici eius nuptiis copulasse. (Attamen, vt narrauimus, sunt qui scribant inuito id patre Herodiadis contigisse.) Ergo Ioannes Baptista, qui venerat in spiritu & virtute Heliæ, eadem authoritate, qua ille Achab & Iesabel corripuerat, (3. Reg. 21.) arguit Herodem & Herodiadem, quòd illicitas nuptias fecerint, & non liceat fratre viuente, germano vxorem illius ducere: malens periclitari apud regem, quàm propter adulationem esse immemor præceptorum Dei. Nunc autem ordo præsentis historiæ requirit, vt de Ioannis cæde dicamus. Itaque *cùm dies opportunus* Herodiadi omni ex parte prospicienti in cedem viri, *accidisset, die natalis Herodis: Herodes natalis sui cœnam fecit Principibus, & Tribunis & primis Galilææ.* Mos hic celebrandi natalis ab ethnicis seu idololatris defluxerat: vt qui nullum post hanc vitam bonum expectarent, summam in hoc sæculo fœlicitatem ducerent, cùm tamen hîc plena sint miseriarum omnia. Hinc fit, vt & infantes, statim atque nascuntur, fletu præsentiant se in mala multa natos esse. Sic & Salomon de seipso testatur: Vocem similem omnibus emisi plorans. Eapropter meliùs sapere visi sunt ii, qui filios nuper natos lugebant: defunctos autem lætis animis in sepulchrum efferebant, qualis & is Comicus, cuius verba Theodoretus lib. Affect. Græcarum recenset. G H I

Rabanus.

Quid de Herodiade.

Natalium celebratio apud ethnicos.

Theodoret⁹.

Oportuit nos funeris luctu graui
Deflere natum maxima ad discrimina:
At mortuum, qui cassus est laboribus,
Efferre læto corde lætis vocibus.

Persius. Interim tamen Satyricus Persius natalem Macrini ita commendat. K

Hunc Macrine diem numera meliore lapillo,
Qui tibi labentes apponit candidus annos.

Et hic mos ad Romanos etiam fluxerat, adeò vt tempore Tertulliani perdurasse colligatur ex illius libro de Corona militis. Hieronymus in Matth. Nullum tamen inuenimus alium (in scripturis sacris) obseruasse diem natalis sui, nisi Herodem, & Pharaonem: vt quorũ erat par impietas, esset vna solennitas. Econtrà verò iusti natalem suum exhortuisse videntur, non modò propter miseriarum, sed & peccatorum blasphemiarúmque ingentem multitudinem. Sic Iob. (cap. 3.) Pereat, inquit, dies in qua natus sum, & nox in qua dictũ est, Conceptus est homo. Sic Hieremias, (c. 10.) Maledicta dies in quanatus sum, dies in qua peperit me mater mea, nõ sit benedicta.

Hieronym.

Ne natalis dies cũ gaudio.

Male-

A Maledictus vir qui annunciauit patri meo, Natus est tibi puer masculus. Hanc etiã Philosophiam meditabatur Solon, cuius & hi versus referuntur:

Optima non nasci res est mortalibus ægris,
Aut vbi natus erit, statim vt descendat ad orcum.

Quanquam & hîc reuereri Deum oporteat, & in patientia nostra possidere animas nostras. Itaque *Herodes natalis sui cœnam fecit principibus*, &c. Reuoluto enim per anniuersarium die, natalem suum celebrabat, non fusis apud Deum precibus, vt illi sequentem annum prosperaret, non gratiarum actione, quod hucusque eum conseruasset, vt obseruat Chrysost. hom. 69. in Matth. Ita enim decet nos & quamque diem claudere, sequentémque inchoare: non choreis & conuiuiis vt & ethnicus, qui festũ Chrysost.
B diem significans, ait:

Nunc est bibendum, nunc pede libero
Pulsanda tellus.

Illis enim similis erat, qui Genes. 11. dicebant: Celebremus nomen nostrũ, antequàm diuidamur in terra. Ps. 48. Vocauerunt nomina sua in terris suis. Oseæ. 7. Dies regis nostri, cœperunt reges furere à vino. Extendit manum suam cum illusoribus. *Cúmque introisset filia ipsius Herodiadis* ex alio viro, *saltauit in medio, & placuit Herodi*. Sic post ebrietatem choreæ, vt & Israëlitis, qui eleuatis aureis vitulis, accubuerunt manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Et hoc sanè summo dedecori vertitur, & isti filiæ, & Herodi. Filiæ quidem, quòd ad instar scorti, aut ignobilis fœminæ se habeat, dum saltatricem agit. Etsi enim forsan aliquis choreæ inseri non omninò condemnauerit, hæc tamen ὠρχήσατο ἐν τῷ μέσῳ, saltauit in medio, ad mimarum instar & impudẽ
C tum mulierum. Herodi verò, quia non modò hoc fieri finit in medio regni, sed & summoperè sibi gratum esse promissione facta ostendit. Eccl. 9. Cum saltatrice ne sis assiduus, nec audias illã, ne fortè pereas in efficacia illius. *Placuit Herodi*, cui filia libidinem prouocabat quæ matrem exsatiaret, *simul & discumbentibus*, vt quos vinum & epulæ in libidinem impulerant, aspectus impudicus saltatricis in furorem excitaret. Eccl. 9. Ne des fornicariis animam tuam in vllo tempore, ne perdas te, & animam tuam, & hæreditatem tuam. *Vnde cum iuramento pollicitus est ei dare, quodcunque postulasset ab eo, dicens: Pete à me quod vis, & dabo tibi. Et iurauit illi, quia quicquid petieris, dabo tibi, etiamsi dimidium regni mei.* Ab ebrietate libido, à libidine stultæ promissiones emergunt. Al- Albert. Mag.
bertus in Matth. Hinc scilicet manifestum est, quantum Herodes à libidine possideretur: cuius aris talia thura obtulerit, vt & dimidiam regni sui partem polliceatur.
D Turpis autem fuit in causa iurandi, stultus in iurando, & impius in reddendo. Istius *Iusiurandũ vbi nõ licet.*
enim iurisiurandi sola libido causa fuit. Eccl. 23. Iurationi non assuescat os tuũ: multi enim casus in illo. Chrysost. hom. 69. Oper. prioris in Matth. Tanti scilicet princi- Chrysost.
patum suum faciebat, adeò voluptate captus erat, vt tripudiis regna concederet. Miraris forsan, si tum hæc fiebant, cùm etiam nunc post tantam nostræ religionis Philosophiã, multi iuuenũ adeò molles enerueque sint, vt nulla iurisiurandi necessitate vrgente, vel animas suas tripudii gratia largiantur. Nã à voluptate semel victi, quasi pecudes, quò lupus trahit, concurrunt: quod etiam væsanus ille tunc patiebatur, qui duo maxima mente captus commisit. Nam & illam furore & temulentia concitatam, adeò vt nihil mali prætermittendum duceret, dominam fecit, & iurisiurandi necessitate rem confimauit. Hierony. in Matth. Collusionem hanc esse existimat, vt Hieronym.
E Herodes cum Herodiade primùm conuenerit de occidendo Ioanne in die natalis *Collusio Herodis cũ Herodiade.*
sui: & quia timebat populum, qui Ioannem vt Prophetam habebat, aliam quàm iuris occasionem quæreret, scilicet iusiurandum, cui præstando saltatrix puella argumentum daret, & sibi & principibus placitura: vnde fieret, vt optione dimidii regni concessa, & capite Ioannis petito, ipse se inuitum, & tamen sacramenti religione compulsum acquiescere fingeret: sicque in disco Ioannis Baptistæ caput afferretur. Quis enim existimet tyrannum hunc, qui tanta auiditate regnum Iudaicum detinebat, saltatrici cessurum dimidio illius? Hierony. in Matth. Ego, inquit, non excuso Hierony.
Herodem, quòd inuitus & nolens homicidium fecerit: qui ad hoc fortè iurauit, vt futuræ occasioni machinas præpararet. Alioquin si ob iusiurandũ feciſse se dicit: si patris, si matris postulasset interitum, facturus erat, an non? Quod in se ergo repudiaturus fuit, hoc contemnere debuit & in Propheta. Probat hoc Dion. Cartus. in Dion. Carth.

Matth. primò, quia, vt scribit Matthæus c. 14. Herodes ante puellæ saltationem, vo- F
luit Ioannem occidere. 2. quia nisi optasset mortem Ioannis, non occidisset eũ pro-
pter iuramentũ, quia huiusmodi promissione non includitur aliquod illicitũ. 3. Nec
probabile est, illũ tantũ donũ optioni puellæ donaturũ ob saltationem. Verũtamen
Augustinus. Augustinus sentire videtur, quòd Herodes metuebat, & libenter audiebat Ioannẽ:
quodque ingrato & tristi animo tulerit optionem oblatam, & petitionem hanc: ad
quod & Marcus, & sequentia Matthæi verba accedunt. Quòd igitur dicitur Hero-
Quomodo Herodes timebat Ioannem, & tamen volebat occidere. des voluisse occidere Ioannem, intelligi potest de voluntario permixto inuolunta-
rio: quomodo Pilatus voluit crucifigere Christum, alioquin peccatum nullum hîc
habuisset, nisi & ad Christi condemnationem voluntas eius accessisset. Verùm &
istud inuoluntario mixtum erat, cùm maluisset & ipsum eripere è manibus Iudæo-
rum. Sic & iuxta Salomonem vult, & non vult piger, & mercator inuitus, verùm vt G
seipsum saluet, merces suas in mare proiicit. Ita quoque Herodes Ioannem quidẽ
verebatur, & libenter audiebat: verùm Herodiadis importunitas euicit, vt &
morti eius acquiescceret, tempúsque fortè illa opportunum requireret: quæ sanè in-
uitus, & mulieris improbæ blanditiis illectus faciebat. Itaque filia de ipsa re velut in-
structa, ad matrem redit. *Quæ cùm exiisset, dixit matri suæ: Quid petam?* Adeò non leuiter
mulieribus aliquid promittitur: vt quæ appetentiores sint, nec omninò exsatientur.
At illa mater *dixit, Caput Ioannis Baptistæ. At illa prælonita à matre sua, cùm introisset*
statim cum festinatione (se & cruore humano lætari, licet puella sit, ostendens) *ad regem,*
Chrysost. *petiuit dicens: Volo vt protinus des mihi hîc in disco caput Ioannis Baptistæ.* Chrysost. hom. 2.
de S. Ioanne Baptista. Hæc est mulieris antiqua malitia, quæ Adam eiecit de paradi-
si deliciis. Hæc cœlestes homines facit terrenos, hæc humanũ genus mersit in infer. H
num, hæc vitam abstulit mundo, propter vnius arboris pomum. Hoc malum, quod
Mulierũ malitia. homines ducit ad mortẽ. Hoc malum fugit Helias Propheta, & cuius lingua clauis
Fulgentius. facta est cœli, (3. Reg. 19.) tanquam reus fugit à facie mulieris. Fulgentius serm. de S.
Ioanne Baptista. Quod iamdudum dicere perhorresco, placuit & saltatrix. Sed quid
mirum, si inter dapes largas, & poculorum frequentes procellas puella lasciuiens
mulceat sensus, inclinet affectus? Vinum & saltatio, duplex incẽdium voluptatis. In-
super offertur luxuria quodcunque poposcerit præmium statim esse donandum:
Salomone attestante, quia non est caput super caput serpentis, & non est malitia su-
per malitiam mulieris. Culmine igitur regni contempto, caput Ioannis petiuit in
disco: plus odiens eum, qui interdixit incestum, quàm diligens eum, qui promiserat
regnum. O nequitia fœminæ! Eligit contemnere honorem, vt lucrum faceret san- I
Pet. Chrysol. guinem. Petrus Chrysol. serm. 173. Illa ergo criminis filia, non naturæ tã ad matrem,
quàm ad ipsam sentinam sui sceleris, mox currit: vt quæ fluida tota, tota ierat reso-
luta, sæua & truculenta reuolaret: & vt de ipsis artibus loquar, vt tragœdiam nefan-
Idem Chrys. dam caneret, quæ impleuerat turpissimè comœdiam. Idẽ serm. 174. Sed & ipsa res-
pondit suo turpis generi, dum patri complacet turpiori. De adulterio namque non
nisi turpis debuit procreari: quæ fractis gressibus, corpore dissoluto, disiuncta cõpa-
ge mẽbrorũ, fluentibus ex arte visceribus, tota patri fieret deformitate formosior. Et
reuera suam credidit tunc Herodes, cùm talem vidit: nã putasset alienam, si pudicã
vel aliquantulum peruidisset. Serpens tunc latebat in fœmina, quæ reptans gressibus
flexuosis, lethale toto corpore virus effudit: vt discumbentium mentes furor, vene-
num corpora sauciaret: homines verterentur in bestias, nec vino iam tales, sed san- K
guine potarentur: nec pane rabidi, sed carnibus vescerentur humanis. Tales vtique,
tales reddidit, quibus adhuc fumante sanguine, caput tunc Ioannis intulit: vt illud
Psalmistæ canticum probaretur, (Psal. 78.) Dederunt carnes sanctorũ tuorum bestiis
terræ: effuderunt sanguinem eorum tanquam aquam. Ecce quid pariunt totis no-
ctibus protracta conuiuia: ecce quid generat, quod cum mensura emitur, & sine
mensura bibitur vinum: ecce quò præcipitatur caro, cùm ad luxuriæ facinus, volu-
ptatis inflammatur incẽdiis. Rogo quid tantis cuneis arctatur? Sufficit infœlix caro
sibi suis casibus ad ruinam, attestante Propheta, cùm dicit, (Psal. 61.) vt quid irruitis
in hominem, interficitis vniuersi vos, tanquam parieti inclinato, & maceriæ depul-
sæ? Iacebat in Herode caro oppressa crapulis, ebrietate captiua, quæ titillante luxu-
ria, & non tam ludente, quàm illudente lasciuia, promitteret se daturam quicquid

turpitudo

A turpitudo peteret. *Pete quod vis*, ait. Nihil excipietur, quin accipias. Beda in Marc. Beda.
Itaque Herodias timens, ne Herodes aliquãdo resipisceret, vel Philippo fratri amicus fieret, atque illicitæ nuptiæ repudio soluerentur, monet filiam, vt in ipso statim conuiuio caput Ioannis postulet. Euthymius in Matth. Metuens, ne si tempus illud Euthymius.
præterlaberetur, Herodem omninò pœniteret, vbi decocto vino ad sobrietatem rediisset: vel etiam ne amicorum quidam deprecati, Ioannem liberarent. In ipso igitur crapulæ & libidinis feruore, vrget Herodem: *cum festinatione* accedens, *& dicens, Volo, vt protinus des mihi hîc in disco caput Ionnnis.* Vrgent enim hæc, quòd cum festinatione rediit, quòd dixit, *des protinus, des hîc, des in disco*: quæ omnia præcipitantis cædem Ioannis argumenta sunt. Petrus Chrysolog. ser. 173. Serpentis germen caput P. Chrysol.
hominis petit, cui suum caput sententia principali sciebat addictum, dicente Deo:
B Ipse seruabit caput tuum, & tu illius obseruabis calcaneum. Eccl. 25. Non est caput nequius super caput colubri, & non est ira super iram mulieris. Et ibidem dicitur: *Mulieris*
Breuis omnis malitia super malitiam mulieris. Quid Iesabele furiosius? Quæ audita *malæ furor.*
Pseudoprophetarum nece, (3. Reg. 19.) iurauit se in crastino occisuram Heliam Prophetam. Chrysostomus hom. 1. in decollatione Ioan. Baptistæ. Immò, inquit, nulla Chrysost.
in hoc mundo bestia similis est mulieri malæ. Quid inter quadrupedia animalia leone sæuius? Sed nihil ad hanc. Quid in serpentibus dracone atrocius? Sed ne hoc quidem iuxta mulierem malam & linguosam conferri potest. Nam & leo & draco in malo inferiores sunt. Testificatur huic sermoni meo sapientissimus Salomon, dicens, (Eccl. 25.) Cohabitare leoni & draconi melius est, quàm cum muliere mala & linguosa. Et ne putes Prophetam in ironia hoc dixisse, ex ipsis rebus disce manifes-
C tius. Danielem leones in lacu reueriti sunt, (cap. 14.) Iustum verò illum Nabuthem Iesabel interfecit. (3. Reg. 21.) Cetus Ionam in ventre custodiuit, (Ion. 2.) Dalida autem Samson circumuẽtum illecebris, raso etiam capite deformatum, alienigenis tradidit, (Iud. 16.) Dracones & aspides cornutæ Ioannem Baptistam in deserto viuentẽ subdita feritate tremuerunt. Herodias verò eidem caput abscidit, & tanti viri mortẽ in pretium saltationis accepit. O malum summũ, & acutissimum diaboli telũ mulier? Per mulierẽ Adam in paradiso prostrauit, & de paradiso exterminauit: per mulierem, sapientissimum Salomonem in præuaricationis sacrilegium præcipitauit: (3. Reg. 11.) per mulierem, castissimum Ioseph vinculis alligatum detrusit in carcerem: (Genes. 29.) per mulierem, illum totius mundi lucernam Ioannẽm capite truncauit. Apoc. 17. Ideò sub mulieris typo prophana impiorum synagoga exprimitur.
D Vidi inquit Ioannes, mulierem ebriã sanguine sanctorum, & de sanguine martyrum Iesu, Eccl. 26. Fornicatio enim mulieris est in extollentia oculorum eius, & omnis mulier meretrix etiam crudelis est. Hoc & prophanæ demonstrant Ecclesiæ. Thomyris selectum Cyri caput amputauit, & in vtrem sanguine plenum deiecit, cum hac exprobratione crudelitatis: Satia te sanguine, Cyre, quem sitisti, & cuius insatiabilis semper fuisti. Hoc narrat ex Trogo Pompeio Iustinus hist. lib. 1. Quid Tana- Iustinus.
quil ferocius, quæ virum suum in patris necem impulit, & in corpus illius demortui insultauit, equósque & carpentum adegit? Hoc Titus Liuius lib. 1. primæ Decadis. T. Liuius
Et quæ non ad nos perferuntur, de mulieribus suos fœtus suffocantibus, viros strangulantibus, filios veneno perdentibus? Quid non œstro percitæ contra quoslibet aggrediantur, si modò rabidæ voluntati vires appetant? *Da mihi*, inquit, *in disco caput*
E *Ioannis*. Pet. Chrysolog. serm. 174. Cur in disco? Cur pretiose gestas, quem viliter Pet. Chrysol.
occidis? nisi quia pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius? Hoc ipsum quod vis, non agis quomodo ipsa vis: in illo quidem tunc ferali antro, non aula regis, rabies tunc fera pastum suum credidit, cùm caput martyris vidit: totum suum sensit, cùm liquorem sacri sanguinis sitiens aspexit: ferculum crudelitatis suæ toto ore, totis faucibus contendit & conatur absorbere. *Et contristatus est Rex propter iusiurandum, & propter simul discumbentes.* Hierony. in Matth. Consuetudo scripturarum Hieronym.
est, vt opinionem multorum sic narret historicus, quomodo eo tempore ab omnibus credebatur. Sicut Ioseph ab ipsa quoque Maria appellabatur pater Iesu: ita & nunc Herodes dicitur contristatus, quia hoc discumbentes putabant. Dissimulat enim mentis suæ malitiam artifex homicida, cùm tristitiam in facie, & lætitiam haberet in *Scelus Herodis.*
mente. Scelus quoque excusat iuramento, vt sub occasione pietatis, impius fieret.

Albertus. Quod autem subiecit, *Et propter simul discumbentes*, vult omnes sceleris sui esse consortes, vt in luxurioso impuróque conuiuio cruentæ epulæ deferrentur. Albertus in Matth. Innata erat ex patre fictio, qui etiam se velle adorare Christum simulabat, (Matth. 2.) vnde & à Christo vulpes nuncupatus est. Es. 32. Fraudulenti vasa pessima sunt. Ipse etiam cogitationes concinnabit, ad perdendos mites in sermone mendacii, dum loqueretur pauperum iudicium. Verùm quæ hæc illius excusatio est, quòd iuramento constringatur: quasi possit & illud fieri in iacturam pietatis & iustitiæ? F

Chrysost. Quod enim stultè vouerat, meliori consilio retractandum erat. In turpi voto mutandum est voluntatis decretum. Chrysostom. hom. 9. in Acta: Iurare est sponsorem Deum facere. Quid ergo? Deum impietatis, calumniæ, homicidii, immò & parricidii sponsorem facies? Concilium Lateranense sub Alexandro. 3. cap. 1. tit. de iuramentis. Non est, inquit, contra iuramentum veniendum, nisi vergat ad interitum salutis. Et sanè Dauid reuocauit præceps iusiurandum quod fecerat contra domum Nabal (2. Reg. 25.) audita Abigail. Vnde gratias egit Deo, quòd & ipsam ei obtulisset, ne humanum sanguinem funderet. Cur non eadem Herodes facere debuit? G

Conc. Later.

Ambros. Ambros. lib. 3. Offic. cap. 12. Turpe quòd regnum pro saltatione promittitur, crudele quòd mors Prophetæ pro iusiurandi religione donatur. Quanto tolerabilius tali sacramento periurium fuisset: si tamen periurium dici possit, quod ebrius inter vina iurauerat, quod deieratus inter saltantium choros promiserat. Infertur disco Prophetæ caput, & hoc æstimatum est fidei esse, quod amentiæ fuit. Quid si tu sacramento te Sathanæ obstrinxeris? si homini contra Deum? Sic enim Leo Isaurus, teste

Suydas. Suyda in historicis, Iudæis promiserat, se omnes Christianorum imagines destructurũ. Atqui potius iuramenta ista blasphemiæ dicenda sunt, quàm sacramenta aut iusiuranda, cùm directè contra Deum militent. Econtrà Herodes, *iussit dari* caput, *misitque, & decollauit Ioannem in carcere. Et allatum est caput eius in disco, & datum est puellæ, & puella dedit matri suæ.* Hìc exclamare libet cum nostro Mantuano, lib. 8. De festis diebus: H

Mantuanus.

O scelus! ô immane nefas! ô cognita nunquam
Antehac impietas! hominum sanctissimus isti
Traditur incestæ, pellex olidissima calcat
Fas & iura: decus mundi ludibrio habetur
A meretrice, iocus de maiestate triumphat,
De virtute scelus, de iure iniuria: sicque
Naturæ simul ac morum subuertitur ordo.
Quo Deus hoc vultu vidit? Cur sydera non sunt I
Hoc opus indignata? Solum cur pertulit huius
Criminis authorem? Cur non absorbuit orcus
Illicò? & ad Stygias subitò non corruit vmbras?

Chrysost. Chrysostomus hom. 2. in Decoll. S. Ioannis Baptistæ. Audistis, fratres charissimi, quãta nata sit de voluptate crudelitas, de libidine impietas: *Allatum est caput Ioannis in disco*, qui salutaria monita dabat incestui, mensa migrat in caueam, in arenam vertitur domus, fiunt de pransoribus spectatores. Mutatur furore conuiuium, fit cibus cædes, vinum transit in sanguinem, finis apponitur in natali, in ortu exhibetur occasus, conuiuium mutatur in homicidium, organa vertuntur in funus, tragœdiæ personant sæculorum. Intrat bestia non puella, quærit caput amputare non saltare, discurrit fera non fœmina, aspergit iubas per ceruices non capillos, anfractibus dilatat membra, sæuitia crescit augmentis. Fit grandis crudelitate non corpore, & singularis fera vsque dum capiat prædam, fremit ore, dentibus frendit, ferrum non suscipit, sed producit. Noua bellua, quæ contempta corporis præda, caput ipsa truncatur, ac peruasit. Hanc ferociam Sybylla Erythræa præcinuerat, lib. 1. Oraculor. his verbis. Nam cùm de voce, quæ per deserta audita esset, vt omnes præpararent vias suas, adiicit: K

Sibyllæ vaticinium de Ioannis nece.

Τλὼ δ' αὖ βαρβαρόφρων πεπεδημένος ὀρχηθμοῖσιν
Ἐκκόψας δώσει μισθὸν. hoc est,
Barbarus & tandem saltatibus illaqueatus
Mercedi vocem hanc cæsam concedet iniquæ.

Quis

A Quis enim nisi barbarus ex Idumæa gente Herodes? Quæ vox, nisi clamantis in deserto, de qua adinstar Isaiæ, Sibylla præmonuerat? Quæ saltatio? Quæ merces iniqua? Nónne ea omnia Euangelio demonstrantur? Quid verò eo spectaculo crudelius esse potest? Augent enim facti circunstantiæ, quòd rex id iussit, quòd caput profertur *Crudele spectaculum.*
à puella in disco, conuiuiis apponitur. Et quis oculus tam horrendum facinus intueri potuit? Non sunt hæc conuiuia humaniora inhumanissimis Astyagis & Anthropophagis epulis. Astyages enim filium Harpago patri manducandum apposuit, & ad coronã tanti facinoris, extremas corporis partes, caput scilicet & pedes, in discis positas proferri iussit, vt narrat Herodotus. Hieronymus in Matth. Legimus, inquit, in Herodotus. Hierony.
Romana historia, Flaminium ducem Romanum, quòd accumbẽti iuxta meretriculæ latus, quæ nunquam se vidisse diceret hominẽ decollatũ, assensus sit, vt reus quidam capitalis criminis in conuiuio truncaretur, à Censoribus pulsum curia, quòd e-
B pulas sanguini miscuerit, & mortem quamuis noxij hominis, in alterius delicias præstiterit, vt libido & homicidium pariter miscerentur. Quãto sceleratior Herodes ac Herodias, ac puella quæ saltauit in pretiũ sanguinis, caput postulat Prophetæ, vt habeat in potestate linguã, quæ illicitas nuptias arguebat? Beda in Marc. Nil Pharao Beda.
talis vesaniæ commisisse legitur, sed tantùm peccantẽ sibi Eunuchum vita priuari iubens, quò longiùs à veræ cultu religionis aberat, eò leuiùs in violatione suæ festiuitatis deliquit. Pet. Chrysolog. ser. 174. Gratis quidẽ cucurristis, Herodes, Herodias, Pet. Chrysol.
nomina non affectione sociata, sed crimine: quæ vocẽ intercipi posse stultissimè credidistis. Vox occidi non potest, sed magis clamat angustiis corporis absoluta. Sic vox Abel in suo iam effusa sanguine, magis sonat, magis penetrat, magis pertẽdit ad cœlum. Sic nunc Ioannes toto orbe clamat, totis sæculis facinus vestrum refert, &
C ostentat in Gentibus. Ecce Ioannes Christi capite gloriatur, qui capite putabatur addictus. Ecce eo die quo tu finisti tuum, ille sibi natalem cœlitùs conquisiuit: quia quando tuus ortus mersit in finem, tunc illius finis ortus est in natalem. Iustus enim incipit viuere, cùm pro Christo meretur occidi: transfertur ista morte vita martyris, non aufertur: morte magis claruit, qui ob hoc mortuus est, vt viueret in æternum. Ecce tu iaces in morte, Ioannes viuit occisus. Tu fucatam murice purpuram perdidisti, Ioannes cruore suo fulgenti purpura semper gloriatur indutus. Tui conuiuæ nunc participes efficiuntur in pœnis: Ioannes cœlesti mensa cum choris vescitur Angelorum. Ille audit iugiter cœlestem symphoniam: tu audis inferni semper gemitum & stridorem. Ille meretricis tuæ, saltatricis tuæ addictus in pretiũ, nunc regno, nunc præmiis cœlestibus honoratur: tu mercedem sententiæ tuæ cum
D tua filia in tartaro percepisti. Vestimentum Ioseph, cùm adulteram fugeret, dereliquit: (Gen. 39.) Ioannes ne videret adulteram, ipsum proiecit & corpus. Ioseph, ne adulterium faceret, libens carcerem suscepit: Ioannes vt argueret adulterium, eremũ carcere cõmutauit. Ioseph dum somnia reuelat, euasit ex morte: Ioannes vt Dei filiũ reuelaret, suscepit & mortem. Ioseph dum panem tẽporalem præparat, ex auro torquẽ meruit, & honorem: Ioannes vt ostenderet cœlestem credentibus panem, martyrij torquem meruit ex cruore. *Et accedentes discipuli eius, tulerunt corpus eius, & sepelierunt illud.* Hierony. & Beda colligunt ex Iosepho, Ioãnem vinctum in castellum Ma- Hieronym.
cherunta, Arabiæ oppidum, abductum, ibique truncatum fuisse. *Hoc* ergo *audito venerunt discipuli.* Fama crudelis huius necis ad illos perlata est: neque verò illi tanta im- Beda.
manitate ab officio reuocantur. Inde fit, vt adinstar Tobiæ, cum vitæ periculo de-
E functi corpus requirant, & sepeliant, non quidem in eodem loco, sed in Sebaste, vrbe Palæstina, quæ quondam Samaria dicta est. Huius sepulcri meminit Hieronym. Hieronym.
Epist. ad Eustoch. Cyprianus serm. de reuelatione capitis B. Ioannis, Beda in Marc. Cyprianus. Beda.
Eusebius lib. 1. hist. Eccles. c. 11. ex Iosepho libr. 18. Antiquit. c. 7. narrat Herodem Eusebius.
(Deo tantum scelus vindicante) propter ipsam Herodiadem regno excidisse: qua Iosephus.
cum etiam eundem in exilium eiectum, hócque mulctatum supplicio, Viennam ciuitatem Galliæ deinceps incoluisse. Sed & nonnullis ex Iudæis opinionem fuisse, Herodis exercitum tam perditè profligatum, peremptúmque esse diuina vltione, propter pœnam Ioanni, qui appellabatur Baptista, inflictam, meritissimo de illo *Reliquiæ*
supplicium sumente. De inuentione capitis illius, & translatione eius Con- *Sanctorum.*
stantinopolim, scribit Sozomenus histor. Eccles. libr. 7. cap. 21. De eius tumulo, Sozomenus.

qui apud Sebasten erat, sub apostata Iuliano aperto, & ossibus igni traditis, & cinere dispersо, scribit Theodoretus hist. Ecclesiast. libr. 3. cap. 6. Noster verò Mantuanus situm illius sepulturæ, & tempus ita cecinit, lib. 8. De festis diebus: F

Theodo. Mantuanus.

Tunc caput ablatum, tunc aduenere nepotes
Heliæ viuentis adhuc, raptúmque cadauer
Adiunxere suis patribus, tumulóque dedere:
Atque duos inter vates posuisse feruntur,
Scilicet Abdiam, Carmelicolámque Helisæum.
Tunc sol vernus erat, sed in hunc translata fuere
Festa diem, quæ Sextilis vigesima nona est.
Quod tunc, dum Romæ regnabat apostata Cæsar,
Dicitur exustum seruato vertice corpus.

Et venientes discipuli nunciauerunt Iesu, quæ de cæde Ioannis contigerant: norant enim Ioannem sponsi amicum fuisse, & Christum hoc nuncij obsequium pergratum habiturum esse: sed & fortè etiam Christi discipuli erant, & ideò illum monebant, vt sibi caueret ab Herode. Sic enim Luc. 13. legitur, Exi, & vade hinc, quia Herodes vult te occidere. Nec enim existimabant eum, qui in purum & innocentem virum sæuire cœpisset, in illo solo conquieturum esse, sed & eiusdem contemporaneo Iesu insidiaturum esse. G

Christum ad tempus cedentem Herodi, in locum desertum pedestres turbæ quinque millium hominum absque mulieribus & paruulis sequuntur: has ille quinque panibus & duobus piscibus ita pauit, vt singulis saturatis, adhuc sustulerint Apostoli duodecim cophinos plenos fragmentorum. H

Matth. 14.

Quod cùm audisset Iesus, secessit inde in naui-cula, in locum desertum seorsum & cùm audiissent turbæ, secutæ sunt eum pedestres de ciuitatib⁹. Et exiēs vidit turbā multam: & misertus est eis, & curauit languidos eorum. Vespere autem facto accesserunt ad eum discipuli eius dicentes, Desertus est locus, & hora iam prēteriit: dimitte turbas, vt euntes in castella, emant sibi escas. Iesus autem dixit eis, Non habent necesse ire: date illis vos manducare. Respondерunt ei,

Marc. 6.

Et ait discipulis, Venite seorsum in desertū locum, & requiescite pusillū. Erant enim qui veniebant & rediebant multi, & nec spatium manducandi habebant. Et ascēdentes in nauim, abierunt in desertum locum seorsum. Et viderūt eos abeuntes, & cognouerūt multi: & pedestres de omnibus ciuitatibus cucurrerunt illuc, & præuenerūt eos. Et exiens vidit turbam multā Iesus: & misertus est super eos, quia erant sicut oues nō habentes pastorē, & cœpit illos docere multa. Et cùm iā hora multa fieret, accesserunt discipuli eius dicentes, Desertus est locus hic, & iam hora præteriit: dimitte illos, vt euntes in proximas villas & vices, emant sibi cibos quos māducent. Et respon-

Luc. 9.

Et assumptis illis secessit seorsum in locum desertum, qui est Betsaidæ. Quòd cùm cognouissent turbæ, secutæ sunt illum: & excepit eos, & loquebatur illis de regno Dei, & eos qui cura indigebant, sanabat. Dies autem cœperat declinare. Et accedentes duodecim, dixerunt illi, Dimitte turbas, vt euntes in castella villásque quæ circa sunt, diuertant, & inueniant escas: quia hîc in loco deserto sumus. Ait autem ad illos, Vos date illis māducare. At illi dixerunt, Non sunt nobis plus quàm quinque panes & duo pisces: nisi fortè

Ioan. 6.

POSTHÆC abiit Iesus trās mare Galilææ, quod est Tiberiadis: & sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa quæ faciebat super his qui infirmabātur. Subiit ergo in montem Iesus, & ibi sedebat cum discipulis suis. Erat autē proximum pascha, dies festus Iudæorum. Cùm subleuasset ergo oculos Iesus, & vidisset quia multitudo maxima venit ad eum, dicit ad Philippum: Vnde ememus panes, vt manducent hi? Hoc autem dicebat tentans eum: ipse enim sciebat quid esset facturus. Respondit ei Philippus, Ducentorum denariorū panes non sufficient eis, vt vnusquisque modicū quid accipiat. Dicit ei vnus ex discipulis eius, Andreas, frater Simonis Petri: Est puer vnus hîc, qui habet quinque panes hordeaceos, & duos I K

A ei, Nõ habemus hîc niſi quinque panes & duos piſces. Qui ait eis, Afferte mihi illos huc. Et cùm iuſſiſſet turbã diſcumbere ſuper fœnũ, acceptis quinque panibus & duobus piſcibus, aſpiciẽs in cœlũ B benedixit & fregit, & dedit diſcipulis ſuis panes, diſcipuli autẽ dederũt turbis. Et manducauerunt omnes, & ſaturati ſunt. Et tulerũt reliquias, duodecim cophinos fragmẽtorũ plenos. Manducantiũ autẽ fuit numerus, quinque millia virorum, exceptis mulieribus & paruulis.

ſpõdens ait illis, Date illis vos manducare. Et dixerunt ei, Euntes emamus ducẽtis denariis panes, & dabimus illis manducare? Et dicit eis, Quot panes habetis? ite & videte. Et cùm cognouiſſent, dicũt, Quinque, & duos piſces. Et prẽcepit illis vt accumbere facerent omnes ſecundũ contubernia, ſuper viride fœnum. Et diſcubuerunt in partes per cẽtenos & quinquagenos. Et acceptis quinque panibus, & duobus piſcibus: intuẽs in cœlũ, benedixit, & fregit panes, & dedit diſcipulis ſuis vt ponerent ante eos: & duos piſces diuiſit omnibus. Et mãducauerũt omnes, & ſaturati ſunt. Et ſuſtulerũt reliquias, fragmẽtorũ duodecim cophinos plenos: & de piſcibus. Erant autem qui mãducauerunt, quinque millia virorum.

fortè nos eamus, & emamus in omnem hanc turbã eſcas. Erant autẽ fere viri quinque millia. Ait autem ad diſcipulos ſuos, Facite illos diſcumbere per cõuiuia quinquagenos. Et ita fecerunt. Et diſcubuerũt omnes. Acceptis autem quinque panibus & duobus piſcibus, reſpexit in cœlum, & benedixit illis: & fregit, & diſtribuit diſcipulis ſuis, vt ponerẽt ante turbas. Et manducauerunt omnes, & ſaturati ſunt. Et ſublatum eſt quod ſuperfuit illis, fragmentorum cophini duodecim.

duos piſces: ſed hæc quid ſunt inter tantos? Dicit ergo Ieſus, Facite homines diſcumbere. Erat autem fœnum multũ in loco. Diſcubuerunt ergo viri, numero quaſi quinque millia. Accepit ergo Ieſus panes: & cùm gratias egiſſet, diſtribuit diſcumbentibus: ſimiliter & ex piſcibus quantum volebant. Vt autem impleti ſunt, dixit diſcipulis ſuis, Colligite quæ ſuperauerunt fragmenta, ne pereant. Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorũ ex quinque panibus hordeaceis & duobus piſcibus, quæ ſuperfuerunt his qui manducauerant. Illi ergo homines cùm vidiſſent quod Ieſus fecerat ſignum, dicebant, Quia hic eſt verè Propheta, qui venturus eſt in mundum.

Introductio.

IMAGINES quidem & picturæ nos tanquam hiſtoriæ ad rerum geſtarum cognitionẽ perducunt. Sed & Cartæ regionum, vniuſcuiuſque loci ſitum, & Arcus triumphales, victorias inſignes memorant. Eapropter Euſebius Cæſarienſ. lib. 14. de præp. Euang. ca. vlti. inducit Ariſtotelem lib. 8. de Philoſophia, eos perſtringentẽ, qui ſenſum tollebant, quaſi inutilis eſſet ad cognitionẽ: qualis erat Xenophon Colophonius, Parmenides Eleata, Zeno Mileſius. Nimirùm ſi tu puerum domi erudieris, num primùm ab elemẽtis, ab indiuiduis & particularibus eum ad vniuerſaliora deduces? Hoc ſcamnum, hanc nauẽ, hanc prorã, hunc malum, hos remos, hæc trãſtra, cæteráque omnia quaſi digito commonſtrabis? Sed neque nautica ſine carta marina. Habent & plantarij herbarum, radicum, foliorum, colores, proportiones. Habent chirurgi in exemplari mortuo mucilagines, neruos, oſſa, venas, cartilagines, arterias: Architecti, figuras doricas, Atticas. Et quid multa? Nihil niſi ex imaginibus diſcimus. Adeò vera eſt Philoſophi ſententia: nihil eſſe in intellectu, quod non priùs fuerit in ſenſu. Cedo quid parabolæ & ſimilitudines à Chriſto prolatæ, niſi imagines? Quinetiam miracula illa, quæ fiebant in corporibus, ſpiritualiũ operationum teſtes erant. Hoc etiã ad ſacramenta extenditur. Caro tingitur, vt & anima emaculetur, inquit Tertul. lib. de reſurr. carnis: Caro ſignatur, vt & anima de Deo ſanctificetur. Require quis miraculorum ſenſus ſit. Vẽtis imperat, quia ſectis & falſis doctrinis imperaturus erat. Mittit in Siloe, quia illuminat in baptiſmate. Et nunc miraculum in panibus facit: vt ne quid de meliori Euchariſtico pane ſubdubitemus. Hoc fit, inquit Auguſt. tract. 24. in Ioan. vt ſe Deũ, qui ſegetes multiplicat eſſe cõmonſtret: nã & vſu illa viluerunt, quæ tamen verè ſunt miracula: cùm maius ſit totũ regere mundũ, quàm quinque millia hominũ paſcere. Sed & ex eo miraculo erigebat nos ad Euchariſticũ myſteriũ, quod paulopòſt ꝓmiſſurus erat. Nã cũ præuideret ſtatim atq; de ſuæ carnis eſu, & ſanguinis ſui potu, in Capernaũ verba facturus eſſet: quoſdã rei difficultate permotos, retrò abituros, & in quẽſtionẽ Chriſti

Euſeb. Cæſa.

Signa corporalia ſpiritualiũ notæ.

Tertull.

Auguſt.

Cur miraculũ in panibus factum.

potentiam traducturos esse: ideò illis occurrit. Dicturi scilicet erant: Quomodo po- F
test hic nobis dare suam carnem ad manducandum: Verùm statim factum istud il-
lorũ ora obstruit. Requirant scilicet quomodo potuerit quinque panes ita multipli-
care, vt quinque millibus hominũ suffecerint, & tamen duodecim cophini fragmen-
Euangelistarum Conciliatio. torum sublati sint. Eadẽ scilicet hîc in panũ miraculo, & ibi in Eucharistico mysterio
virtus operatur. Cæterùm præter hanc quinque panum multiplicationem, quã Mat-
thæus ca. 14. narrat: recensẽt postmodùm, ca. 15. Christum septẽ panibus & paucis pi-
sciculis quatuor hominũ millia pauisse, è quibus septẽ sportę plenę superfuerãt. Quæ
duo insignia miracula diuersis tẽporibus contigerunt: vnũ ante Pascha, alterum eodẽ
Ammonius. quidẽ anno, sed paulò post Pentecosten, vt Ammonius obseruat cap. 8. Harmoniæ.
Summa. Hæc igitur dicentur, Populi Christum in desertũ locum sequentis, deuotio: 2. Christi
eorum miserescentis, & discipulorum incredulitatem facto corripientis, interroga-
tio: 3. Panum & piscium mirabilis multiplicatio, & quibus duodecim cophini reli- G
quiarum collecti sint: 4. Turbarum ex isto miraculo cõmotarum, confessio.

Ioanne igitur decollato, & fama tanti facinoris ad Christum perlata, *Hoc cum audisset Iesus* à discipulis Ioannis, quod tamen & ipse cui nihil occultum est, nouerat: *& reuersi Apostoli* ab officio prædicationis, quod illis delegatum fuisse audiuimus, cùm Ioannes in vinculis teneretur: *conuenientes ad Iesum*, vt discipuli ad magistrũ, mi-
nistri ad principẽ, *renunciauerunt ei omnia quæ egerant & docuerant*. Facto scilicet ipso do-
Ratio operum nostrorũ Deo reddenda. cebant nos ita nostro muneri incumbere debere, vt summo illi censori rationẽ red-
dituri de omnibus. Quòd si etiam de omni verbo otioso, quanto magis de verbi mi-
1. nisterio? Ita scilicet rex talẽtorum, ita minarum creditarum rationem exposcit. Hoc
& ipse cauebat Paulus, cùm diceret: Sic curro non quasi in incertum, nec quasi aërẽ
verberans, sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne fortè cùm aliis præ- H
dicauerim, ipse reprobus efficiar. Conueniunt igitur Apostoli ad Iesum, & nos sanè
ad ipsum omnia nostra reducere debemus. Psa. 101. In conueniẽdo populos in vnũ,
& reges vt seruiant Domino. Eccl. 1. Ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur,
vt iterum fluant. Iob. 38. Numquid emittes fulgura, & ibunt, & reuertẽtia, dicent ti-
bi, Assumus? Baruch. 3. Qui emittit lumen & vadit, & vocauit, & obeditur illi in tre-
more. Stellæ autem dederunt lumen in custodiis suis, & lætatæ sunt: vocatæ sunt, &
dixerunt, Assumus. Et luxerunt ei cum iocunditate, qui fecit illas. Sic redeunt Apo-
Albertus. stoli ad Christum, vt ad authorem legationis suæ. *Renunciant ei omnia.* Alber. in Marc.
2. Vt de singulis gratias exhiberent. 1. Thess. 5. In omnibus gratias agite. Genes. 36. Sic
Iosepho dictum est à Iacob, Renuncia mihi quid agatur. Hoc est holocaustum gra-
tiarum actionis, quod in igne deuotionis totum Deo incenditur: quod & beatus Iob I
offerebat per singulos filiorum suorum. Sed & omnia *quæ docuerant*, renunciant, vt ea
3. quæ docuissent, à Domino probarentur. Gal. 2. Sic Paulus: Contuli, inquit, cum A-
postolis Euangelium, quod prædico in Gentibus, ne fortè in vacuum currerem, aut
cucurrissem. Et hinc Episcopi, simúlque doctores probare solent eos, qui verbi mi-
nisterio præficiendi sunt. *Et ait illis* Christus, *Venite seorsum in desertum locum, & requie-
scite pusillum.* Ita illos subducebat post laborem, vt ostenderet ministerium verbi re-
Solitudo meditationi commoda. laxandum esse, vt in meditatione pusillum quiescamus. Loci enim solitudo me-
ditationem significat. Ita sanè Prophetæ ex antris & speluncis & montibus suis pro-
dibant ad populum, (Heb. 11.) & exacto prædicationis officio ad solitudinem reuer-
tebantur. Esa. 52. Recedite, recedite, pollutum nolite tangere. Zach. 2. O ô fugite de K
terra Aquilonis. Ita nimirùm seiungi nos oportet ab huius sæculi affectionibus.
Nec enim post verbi ministerium requietem illis aliam, quàm quæ in Deo sit, indul-
get: vt ostendat nos nec eapropter genio indulgere, sed seorsum ita ad nos remeare,
vt orationibus & studiis inuigilantes, à tumultuosa saltem illa populi concursione,
quiescamus. Ita igitur Moses noster minat gregem suum in interiora deserti: (Exod.
3.) Ita Abraham paulùm morari seruos suos voluit ad radicem montis, & paululum
requiescere, (Gen. 22.) *Erant autem qui veniebant* ad Christum, vt audirent eum: *&* sa-
tisfactione accepta, *redibant multi*: in signum congregandæ ad eum Ecclesiæ. Matth.
8. Multi venient ab Oriente & Occidente, & Aquilone & meridie, & recumbent
cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno cœlorum. Esa. 43. Ab Oriente adducam se-
men tuum, & ab Occidente congregabo te: dicam Aquiloni, da: & Austro, Noli

prohi-

A prohibere. Albertus in Marc. Et hi quidem veniebant ad Christum ad veritatis contemplationem. Vnde Esa. 2. Venite, ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob: & docebit nos de viis suis. Illi verò redibant ad veritatis actionem. Ps. 83. Ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus deorum in Syon. *Et nec spatium habebant* Christus & discipuli, *manducandi*. Nam qui veniebant, doceri volebant, abeuntes autem, cum gratia dimitti. Fœlix studium discentium, inquit Glossa, & fœlix labor docentium. Et Dauid quidem præ apprehensione diuini iudicij, Ps. 101. Oblitus sum, inquit, comedere panem meum. Christus verò præ affectu salutis nostræ, cibos corporales contempsit. Ioan. 4. Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis. *Et post hæc Iesus assumptis illis secessit in nauiculam, & abiit trans mare Galilææ, quod est Tiberiadis.* Ita Christus, qui se ab Herode requiri nouerat, se subducit, ne humanam ab illo gloriam vænari videretur: aut se in discrimen capitis nulla necessitate, aut iusta B occasione id requirente sese coniiceret. Non tamen (inquit Hierony. in Matth.) timore mortis, vt quidam arbitrantur: sed parcēs inimicis, ne homicidium homicidio adiungerent. Vel in diem Paschæ suum interitū differens, in quo propter sacramentum, immolandus erat agnus, (Exo. 12.) & postes credentiū sanguine respergendi. Siue ideò recessit, vt nobis præberet exēplum vitandæ vltrò tradentium se temeritatis, quia non omnes eadem constantia perseuerant in tormentis, qua se torquendos offerunt. Ob hanc causam & in alio loco præcipit, (Matth. 10.) Cùm vos persecuti fuerint in ista ciuitate, fugite in aliā. Abiit quoque, vt scribit Chryso. hom. 50. in Matth. cap. 14. ne suam diuinitatem manifestè reuelaret: cùm nondum eius reuelationis tēpus adesset. Assignauit & Marcus aliam, quam diximus, causam: nimirùm vt Apostoli pusillum requiescerent, id est, non statim exacto prædicationis officio, tantæ tribulationi obiicerentur, quanta illos manebat, si siuisset se ab Herode comC prehendi. Cæterùm phrasis Hebraica est, omnes aquarum congregationes mare nuncupare: cùm & hic lacus Galilææ salsas aquas non habuerit. Hoc autē Hebræi à Domino didicerunt, qui aquas omnes, maris nomine insinuauit, Gen. 1. Porrò hoc stagnū à Galilæa nomen sumpsit, quòd à Iordane intumescens per eā laberetur: A Tiberiade autem, quòd eius oppidi littori assideret. Tiberias verò olim dicta Genesareth, à Tiberio Cæsare nomen accepit: quo titulo donata est ab Herode Galilææ Tetrarcha: postquàm & nutantes illius vrbis ruīnas erexit, eámque ampliore murorū ductu auxit. Præterlapsus ergo lacum, venit in locum desertum secus Iordanis ripam, à Salim vsque prope Iericho, versus vallem fortem, vel prope montem Thabor, ab Aulone nuncupatū. In figuram vtique Ecclesiæ fugit, persecutionibus vrgentibus, D quòd ea vltimis temporibus, vt Chrysostomus hom. 49. in Matth. cap. 24. & Hyppolytus Martyr sermone de Antichristo, se in solitudines recipere debeat: adeò vt non sit qui in locis publicis aut Ecclesiam intret, aut oblationem offerat Deo. Quod & obseruare licet in Iudæis, qui sub Antiocho, Antichristi figura, tempore Machabæorum in solitudines fugerunt: cui consonat illud Apocalypseos c. 12. Mulier fugit in solitudinem à facie draconis, vbi habebat locum paratum à Deo: vt ibi pascat eam diebus mille ducentis sexaginta. Sic tempore Iuliani, pij viri frequentibus exiliis mulctabantur. Et vt sub Decio & Domitiano, cæterisque tyrannis in desertas insulas, locáque longinqua mittebantur: sic sub Valente duo Macarij (Nicephor. Eccl. hist. lib. 11. cap. 22.) Protogenes quoque & Eulogius (hist. Tripart. lib. 7. c. 33.) ex Edessa Antinoëm Thebæorum deportati sunt. Immò ferocientibus Arrianis, Christiani E ex omni loco pulsi fuerūt, è ripa ex vrbe, ex suburbiis Antiochiæ, &c. vt docet Theodoretus lib. 4. hist. Eccles. c. 25. Hieronymus in Matth. Eleganter quoque Euangelista non ait, *fugit in locum desertum*, sed *secessit*, vt persecutores vitauerit magis, quàm timuerit. Aliter (ad mysticum sensum) postquàm à Iudæis & rege Iudæorum, Prophetæ truncatum est caput, & linguam ac vocem apud eos perdidit Prophetia: Iesus transiit ad desertum Ecclesiæ locum, quæ virum antè non habuerat. Cyrillus Alexandr. lib. 3. in Ioan. cap. 11. Sed & propterea non ad finitima castella diuertit, sed trans mare Tiberiadis abiit: vt reipsa Iudæis intimaretur, tam longè se, propter impietatem eorum ab eis migraturum, vt inaccessibilis ad eum via futura sit. Sic impiæ animæ viam vallo ac fossa prohibiturum se Deus apud quendam Prophetā minatur: (Oseæ. 4.) Ideò, inquit, sæpiam viam eius vallo, & non inueniet semitam eius.

Albert.

Glossa.

Cur Christus se subducit ab Herode.

Hieronym. 1. 2. 3. 4. 5. 6.

Chrysost. 7.

Chrysost. Hippolytus.

Niceph. Hist. tripart.

Theodoret. Hieronym. 1.

Cyril. Alex. 2.

Figura ſeceſſus iſtius. Quòd igitur ibi vallum facit, idipſum hîc mare peragit, ſanctum à ſceleratis diſſepa- F
rans. Ita Hebræorum populus, qui ab Ægyptia ſeruitute liberatus, repromiſſionis
loca petebat, quem Ægyptiorum rex iterum in ſeruitutem redacturus perſequeba-
tur: qui per mare medium tutus tranſiuit, & hoſtem vidit eodem mari ſubmerſum,
eum à quo ſaluatus fuit, maria modò tranſire coëgit. Surgat igitur Moſes, atque
iſta non æquo animo ferens, repetat quæ prædixit, (Deut. 32.) Generatio praua
& adultera, hæc Domino retribuitis? Non erubeſcitis illum trans mare pellere,
qui per medios fluctus à ſeruitute vos reduxit? *Et viderunt eos, & cognouerunt multi.*
Quod cùm cognouiſſent, & cùm audiſſent turbæ, ſecutæ ſunt eum multitudo magna, quia vi-
Affectus populi in Chriſtum. *debant ſigna quæ faciebat ſuper his qui infirmabantur.* Adeò ſuam ſignis doctrinam con-
firmabat, vt præter gratiam, quæ diffuſa erat in labiis eius, operibus ſe Meſſiam eſ-
ſe conteſtaretur. Et ſicut Magnes ſua virtute ferrum, ita Chriſtus ſecreta gratia G
verbis & operibus allectos pertraxit. Interim verò obſeruandus eſt populi feruen-
tiſſimus in Chriſtum affectus: neque enim Ioannis audita morte terrentur, inquit
Chryſoſt. Chryſoſtom. hom. 50. in Matth. quin Chriſtum promptis animis ſequantur. Ita nos
edocebant, ne quo hominum furore à Chriſto reuocemur. Rom. 8. Quis enim nos
ſeparabit à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu? Et ſi qui Chriſtum, aut Eccleſiam
eius ſequi prohibent, reſpondeamus quod & olim Apoſtoli: Si licet Deo parere ma-
gis quàm hominibus? Neque verò itineris difficultate reuocantur, immò Chriſtum
pedeſtres ſecutæ ſunt, vt notat Matthæus & Marcus: non in iumentis, non in vehi-
culis vt labore multo Chriſtus à viris fidelibus ſequendus ſignificaretur. Sed neque
illos rei domeſticæ cura, nec ciborum penuria, cæteráque ſimilia remorantur, quin
vt olim Regina Saba ad Salomonem, ita ad Chriſtum procurrant. Proinde ne quis
aliquod ſuæ incuriæ, aut infidelitatis ſpecimen à re domeſtica nanciſcatur: nec e- H
nim excuſati ſunt in parabola, qui ob villam emptam, aut quinque iuga boum pro-
banda, aut vxorem ductam, ad cœnam conuenire neglexerunt. Grandis verò cœna
& magnum pabulum ex verbo Domini eſt. Porrò quantus hîc fuerit ſtupor & inco-
Chryſoſt. gitantia, inquit Chryſoſt. hom. de non contemnenda Chriſti Eccleſia, ſi dum citha-
rædus, vel ſaltator, vel alius quiſpiam eiuſmodi hominũ nos vocet ſtudioſè omnes
nos currimus, interim & gratiam ipſi, quòd nos vocarit, habemus: totúmque diem,
vel certè dimidium conſumimus, illi ſoli animum aduertentes: Deo verò per Pro-
phetas & Apoſtolos nobiſcum loquente, oſcitamus, torpemus, & æſtuamus? Sed
& conſidera ne loci quidem ſolitudine plebem iſtam retineri, vt nulla temporis, lo-
ci, rerúmque omnium circunſtantia nos ab audiendo diuino verbo diuellat. Diſce i-
gitur nihil prætexere, immò neque metu feruorẽ tuum remorari. Namque vt I

palma viget perflantibus Euris,

Vt incus contuſa incaleſcit, & aurum fornace probatum nitidius liquefit: ſic Chri-
ſto ſecedente, & Herode minas intentante, tanto feruentior deuotio populum inter
deſerta ferarum luſtra domóſque trahit. Sic olim quanto pluribus Tyrannorũ de-
cretis Chriſtianiſmus prohibebatur, tanto liberiore animo, & ad conciones, & mar-
tyria Chriſtiani conuolabant. Hoc vnico Edeſſenæ mulieris exẽplo & dicto confir-
Chriſtiani in perſecutionib⁹ alacriores. mare licet, quæ cùm ſub Valente Ariano, Chriſtianis Eccleſiam diui Thomæ Apo-
ſtoli prohiberi, immò ad ipſam confluxuros occidi mandatum eſſe audiiſſet, diſcin-
cta tunica, præcipiti gradu puellum ſuum, ad dictum locum currens, raptabat: Ne,
inquiẽs, cæteris pro Chriſto occiſis, ego & puer iſte meus, huius ſummi beneficij ex-
Nicephorus. pertes ſimus. Hæc Nicephorus lib. 11. hiſtor. Eccleſ. c. 21. Cæterùm confluens hæc ad K
Chriſtũ multitudo, congregãdæ ad ipſum ex omni regione Eccleſiæ typũ habuit: ad
quã Saba regina, & reges Chriſtũ adoraturi, immò & omnes per orbem habitabilem
Cyrillus. Auguſtin. pertinent, vt Cyrillus in vltima Catecheſi demonſtrat. Atqui non ſic hæreticorum
Signa quantũ profecerint. conuenticula ſe habent, cùm ſuis prouinciis circumferibantur, vt docet Auguſtin.
ſerm. 131. de tempore. Ad concurſum autem tantæ multitudinis faciebant *& ſigna.*
ſic nimirùm & ipſi Gẽtiles per ſigna inducti ſunt in timorẽ Iſraëlis, vt Procopius Ga-
Procopius. Auguſt. zeus in Exodũ obſeruat. Et ad hoc illa valuerunt, vt crederet mũdus, ait Augu. li. 22.
de ciuit. Dei, cap. 8. Quod & hodie in America, Peru, Cappone, cæteríſque nuper
inuentis regionibus videre eſt. Illic enim Chriſtiani noſtri, non verbis modò, ſed &
ſignis & miraculis Gentilẽ hanc & Barbaram nationem ad pietatẽ inducũt. Ita *ſigna*

Chriſti

A Christi non absterrebant, qualia in monte Syna, aut ab ipso Mose facta sunt: terroris enim plena hæc erant, mors pecudum, vesicæ, ranæ, pediculi, sanguis, grando: sed omnia in Christo amabilia, vt obseruat Greg. Nyssen. lib. de beatitud. ad infirmorum curationem, & afflictorum consolationem. Inde scilicet & nostra hæc Christiana doctrina est, Noli vinci à malo, sed vince in bono malum: ex quo factum, vt & Christum & Christianos olim multi sequerentur. *Et pedestres de omnibus ciuitatibus concurrerunt illuc, & præuenerunt eos.* Hoc autem quomodo fieri potuit, cùm nauigio præteruadari locum Christo & Apostolis conuenerit? Beda in Marc. Dum pedestres eos præueniisse dicuntur, ostenditur quòd non in aliam maris, siue Iordanis ripam nauigio peruenerunt discipuli cum Domino: sed cum transito naui aliquo freto aut stagno proximos eiusdem regionis locos adierunt, quò etiam indigenæ pedestres peB uenire potuerunt. Nam cùm è Capernaum transuadasset, turbæ transmarinæ regionis illum secutæ sunt, aut ipsius etiam Betsaidæ. Siquidem ex Luca conciicere licet, miraculum istud factum esse, non longè à Betsaida, quæ ciuitas citra stagnum est. *Subiit ergo in montem Iesus* ad instar Mosis, sed meliorem monte Synai. Subiit idem in crucem, & in cœlum. Cyrillus lib. 3. in. Ioan. c. 12. Typum scilicet esse scribit ascensus eius in cœlum, & eiusdem passionis, de qua dixerat, Cùm exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego ipse sum. Lucas addit, quòd *loquebatur eis de regno Dei.* Mos verò Christo fuit satis frequens in monte docere. 1. Quò apicem Euangelicæ doctrinæ longè legis vmbras excedere doceat, immò tanto magis, quanto filius liberæ dignior est filio ancillæ. Vtriusque enim prætextu, vtrumque Testamentum præfigurabatur, vt Paulus Gal. cap. 4. & in Epistola hodierna docuit. 2. Ceu excelC sum scandit, vt humilia nimirùm & terrena despicere doceat: non iuxta viam Balaã ambulare, Num. 27. Aut concupiscentia instar Salomonis in mulieres exardescere. 3. Reg. 11. Cùm vinum & mulieres apostatare faciant sapientem. Sed eum, qui veritatem asserere contendit, idem quod Ioseph facere insinuet, qui amplexus vxoris Putipharis fugit, Gen. 39. idem quod Moses, qui dignitatem regiam sub Pharaone contempsit, Heb. 11. idem quod Helisæus, qui præmium à Naaman accipere renuit, 3. Reg. 5. 3. Porrò quòd Christus *sedet cum discipulis*, indicat & se post modùm in medio eorum, ceu totius Ecclesiæ, per gratiam sessurum, Matth. 18. Mitto cur sedens doceret: possumus enim alibi rationem reddere. 4. Corporali verò refectioni spiritualem præmittit, quòd anima plus sit quàm esca. 5. *Loquitur de regno Dei*, peregrinantibus hisce populis: quò nos doceat hac in via semper futura illa bona meditari, &
D cũ Psalte dicere, Quando veniã, & apparebo ante faciẽ Dei? Hæc enim consideratio nobis cõsolatio est. 6. Nec prætereundus ordo quẽ Christus obseruat. Relicta quippè in valle multitudine, discipulos suos in montẽ ducit: quò sicut loco, ita & authoritate eos eminentiores cæteris ostendat. *Erat atem proximum Pascha, dies festus Iudæorum.* Hìc vide typum Mosaicum. Siquidem Paschatis tempore Moses eduxit populum in locum desertum, & illis tandem Manna dedit de cœlo: Christus populum in desertum admittit, & eundem pauit. *Dies*, inquit, *festus Iudæorum*. Nam & suum aliud Pascha concupiscebat, cùm diceret: Apud te facio Pascha meum cum discipulis meis, vt Tertull. lib. 4. contra Marcionem obseruat. Facit autem hæc temporis cir- Tertullian. cunstantia, vt non miremur, si tam copiosa populi multitudo Christum secuta sit: cùm è diuersis regionibus in Iudæam tum aduenirẽt, & otiarentur. Sed & ratio miE raculi redditur in panibus, cùm sanctificatum azyma comesturi essent, & nos in Paschate Eucharistiam communicaturi, in qua diuina virtus eadem operatur, quæ in his panibus. Facit & hæc temporis ratio, vt facilè credamus, tum prata tanta viriditate risisse, vt & multitudini isti accubitũ præbere posset. *Dies autem cœperat declinare.* Hinc maior necessitas, cùm sibi nihil isti prouidissent. *Accedunt discipuli dicentes: Ecce desertus est locus, dimitte turbas*, &c. Sibi timent à famelico populo. Quid enim eo ferocius? Meminerunt periculi, in quo Moses constitutus fuit, statim atque consumpta est farina, quam populus ex Ægipto asportarat. Quoties illum lapidibus obruere tentarunt? Quoties contra illum iurgati sunt? Euseb. lib. 3. Eusebius. hist. Ecclesiast. cap. 6. Famis malum omnes passiones superare docet, ex Hierosolymorum obsidione, cùm & matres filios manducarent, & sicarii etiam ex ore cibos eruerent, & omnes domos perfringerent. Venter aures non habet vt

in prouerbio dicitur, nec populus famelicus exhortationem accipit. Poteſt miles F
ducē ſequi: verùm ſimul atque victus defuerit, aut ab ipſo deficiet, aut ſanè in ipſum
armabitur. Sic in Iulianum à Cteſiphonte regreſſum inuecti ſunt milites, quòd an-
Gr. Nanz. nonæ penuria laborarent, vt ſcribit Greg. Nanzianz. in eundem. Sic Maximinus à
Herodianus. ſuis occiditur in obſidione Aquileiæ, vt ſcribit Herodianus lib. 8. Itaque Chriſtus
diſcipulorum ſollicitudini, & populi neceſſitati ſuccurere voluit. *Cùm ſubleuaſſet ergo*
Theophilact. *oculos Ieſus, & vidiſſet quia multitudo magna venit ad eum.* Theophilact. Quare dicit,
Cùm ſubleuaſſet oculos? Vt diſcamus quòd non ſolitus ſit hinc & inde vagari ocu-
lis, ſed compoſitus & attentus ſedere: facto ipſo docens non auertendam faciē ſuam
ab vllo paupere, Tob. 4. Proinde multitudinem hanc magnam vidit, oculis nimirùm
miſericordiæ ſuæ. Prou. 15. Oculi enim Domini in omni loco contemplantur bonos
& malos. Maximè tamen eos reſpicere dicitur, quorum vult miſereri. Sic Thren. 5. G
Reſpice Domine afflictionem noſtram. Ideò Marcus ſic habet, *Vidit turbam multam,*
Cyrill. Alex. *& miſertus eſt ſuper eos, quia erant ſicut oues non habentes paſtorem.* Cyrillus Alex. lib. 3. in
Ioann. cap. 13. Spiritualiter verò diſcimus, quaſi ex alto mōte præſcientiæ ſuæ, adeò
omnes qui feruenti fide illum exquirunt, præuidere: ſicut apud Paulum dicitur,
(Rom. 8.) Quos præſciuit, hos & prædeſtinauit, conformes imaginis filii eius, hos &
vocauit. Subleuatis igitur oculis Chriſtus eos videt, qui viſitari ab eo (quando ipſum
quærant & diligant) digni ſunt: velut etiam benedictionis modo ad Iſraël dictum
eſt: Conuertat Dominus faciem tuam ad te, & det tibi pacem. Verum non in viſita-
Iuſti non de- tione, ſola gratia terminatur: ſed & alimenta quoque & dapes præparantur, vt verū
relinquūtur. illud, quod in parabolis dicitur, eſſe cognoſcas, (Prou. 10.) Non occidet Dominus
fame animam iuſtam. Seipſum enim, vt panem, de cœlo apponet, & fidelium animas H
nutriet, omnia vitæ neceſſaria ipſis præparans: vt in Pſalmis dicitur, (Pſ. 64.) Paraſti
cibum illorū: &, Quia ſic eſt præparatio tua. Et ipſe Chriſtus in Euangelio ait, (Ioan.
6.) Amen dico vobis, qui venit ad me, nunquam fameſcet. Pſaltes etiam, Iunior fui,
etenim ſenui, & non vidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panem. Quod
Heſiod. & Heſiodus ita vſurpat.

οὐδέποτ' ἰθυδίκῃσι μετ' ἀνδράσι λιμὸς ὁ πηδεῖ. id eſt,

Nec vnquam iuſtos inter homines fames verſatur.

Clem. Alex. Quod maximè Clemens Alex. lib. 3. Paidagogi de fame ſpirituali intelligit: iuſtis
enim ſemper ſuppetit panis verbi. Eludit ergo errorem Epicureorum, qui Deum
otioſum fingebant: ſiquidem (Pſ. 103.) Oculi omnium in te ſperant Domine, & tu
das illis eſcam in tempore opportuno (Pſ. 146.) Qui operit cœlum nubibus, & parat I
Auguſtinus. terræ pluuiam: qui producit in mōtibus fœnum, & herbā ſeruituti hominū. Auguſt.
lib. 5. de Geneſ. ad literam, c. 21. Contra hos enim loquitur Pſalmus (148.) qui cùm
explicaſſet laudem cœleſtium, ſe etiam ad inferiora conuertit, dicens: Laudate Do-
minum dracones, & omnes abyſſi, Ignis, grando, &c. quæ faciunt verbum eius. Ne
fortè ſint qui diuinam prouidentiam cœlo concludant, & non ad homines extendi
arbitrentur. Hominum ſcilicet miſeretur, illos intuetur, illis proſpicit, ideóque *Dicit*
ad Philippum: Vnde ememus panes, vt manducent hi? Matthæus, Marcus & Lucas ſcribūt
diſcipulos Domino ſuggeſſiſſe vt turbas dimitteret: verùm Chriſtus alio modo tur-
bæ proſpicit, vt & appetentiùs illum audiret, & amplioribus argumentis ipſum Meſ-
ſiam eſſe coniiceret. Sed & Marcus narrat Apoſtolos dixiſſe, *Euntes emamus ducentis de-*
nariis panes, & dabimus illis manducare: nec tamen Ioanni aduerſatur, qui ſcribit, hoc à K
Philippo dictum eſſe: potuerunt ſcilicet & iſtud poſt, aut ante Philippum reſponde-
Auguſtin. re diſcipuli: maximè cum Dominus illis dixiſſet, *Date & vos illis manducare.* Hæc Au-
Cur Philip- guſtin. lib. 2. de conſ. Euang. cap. 46. Verùm cur omnium maximè Philippum inter-
pus interro- rogat? Cur non potiùs Iudam, qui loculos portabat: Albertus Mag. in Ioan. Ad hoc
gatur.
Albert. Mag. dicendum, quòd quamuis Dominus propter præſentem iuſtitiam elegerit Iudam,
1. tamen ab initio ſciebat, quòd ipſe eum traditurus erat. Hinc factum, vt nec quæſtio-
2. nibus ipſum impulerit, velut indignum quocum ſermonem faceret. Et ita ſuo exē-
plo docebat, vt ad hominum probationem, præſentem tantùm iuſtitiam requira-
mus, quæ futura ſunt, Deo remittentes. Denique ſunt, qui dicant Philippum de hac
Abdias. re ſciſcitatum eſſe, vt qui eſſet è vico Bethſaida (vt obſeruat Abdias lib. 10. hiſt. A-
poſt.) huic ſolitudini ſatis vicino: adeò vt præ cæteris condiſcipulis noſce potuerit,

&

A & vænalium rerum pretium,& comparandorum panum commoditatem. Vel, vt Chryſoſt. hom.4.in Ioan.annotat, hanc interrogat, quòd præ cæteris doctrina indigere videretur.Cyrillus lib.3.in Ioan.cap.13.Libenter enim Philippus quærebat,diſcebátque ſæpiùs:ſed non erat adeò acutus,vt altiora poſſet intelligere. Quod inde patet,quia magno tempore Saluatorem ſecutus, & varia Deitatis eius ſigna in dies aſpiciens,& tam rebus quàm verbis ad cognitionem attractus, quaſi nihil adhuc didicerit,in vltimo ferè diſpenſationis tempore dicit ad Ieſum, (Ioan.14.) Domine, oſtende nobis Patrem,& ſufficit nobis. Vt ergo rudiorē ad ſublimiora ingenio conſequenda,& ad fidem vocans & roborans,de panibus rogat. *Hoc autem dicebat,tentans eum:ipſe enim ſciebat quid eſſet facturus.* Iunilius Africanus,lib. 1.Contrariorum, quæſt. 37.Quomodo,inquit, Deus tentare dicitur,cùm econtrà Apoſtolus Iacobus, cap.1. B prædicet, Deus neminem tentat?Sed duas eſſe tentationes in ſcripturis ſanctis ſolet intelligi.Vna eſt,quæ decipit:altera,quæ probat.Secundum eam quæ probat, dictū eſt,Deut.13. Tentat vos Dominus Deus veſter. Secundum eam verò quæ decipit, Iacobus Apoſtolus prædicat, Deus neminem tentat. Caſſianus collat.6. Abbatis Theodori,cap.11.rurſus eam, qua Deus tentat iuſtos, duplicem facit.Primò quæ ad probationem eſt,ſicut Abraham & Iob tentauit Dominus,& permultos ſanctorum. Immò & Iſraëlem,Deut.8.Adduxit te,Deus tuus quadraginta annis per deſertum, vt affligeret te atque tentaret,vtrum cuſtodires mandata illius,an non.Pſ.80.Probaui te apud aquam contradictionis. Secundò, ob emendationem tentat Deus etiam iuſtos pro leuibus culpis.Sic ſcribitur, Eſa.1. Excoquam ad purum ſcoriam tuam. Pſal.33.Multæ tribulationes iuſtorum.Heb.12. Quem diligit Deus,flagellat. Apoc. C 3.Ego,quos amo,caſtigo.Ier.30.Caſtigo te in iudicio,vt non videaris innoxius: pro qua ſalutari emendatione orat Dauid,Pſal. 52. Proba me Domine, & tenta me: vre renes meos & cor meum.Sine hac tentatione nemo probatur,vt ſcribit Auguſt. lib. 2.de ſerm.Domini in mōte.Chryſoſt.hom.41.in Ioan.Quid ergo,inquit, ſignificat, *tētans eum*?Num quid eſſet reſponſurus ignorabat? Id ex veteri Teſtamento licet intelligi.Tentauit Deus Abraham:Qui reſpondit,Adſum.Ait illi: Tolle filium tuum vnigenitum,quem diligis,Iſaac.Non dixit hoc,vt an pareret experiretur,cùm omnia Deus videat antequàm fiant:ſed hominis more vtrumque dictum eſt.Hoc enim nō ignorationis,ſed certiſſimæ cognitionis eſt.Et ſic tentauit, nihil aliud quàm certam ſcientiam ſignificat, vel quod probatiorem ipſum fecit. Sic Magiſter diſcipulum tentare dicitur,cùm eius animi vires experitur.Docere quoque volebat ſapientiam carnis inimicam eſſe Deo.1.Cor.1.Nimirùm cùm Philippus & cæteri ſapere ſe pu- D tant,dum humana ratione de comparandis panibus diſputant,in Dei magnitudines confeſſione hebeſcunt.Cæterùm quòd à rudi & craſſo diſcipuloChriſtus Dei ſapiētia conſilium quærit,ſciens etiam quid eſſet facturus, ſuo Prælatos inſtruit exēplo, ne conſilia ſubditorum paruifaciant,quaſi ipſi ſoli ſibi ſapere videantur.Nam quandoque olitor eſt opportuna locutus.Sic Moſes non ſpreuit conſilium Iethro ſoceri ſui ſacerdotis Madian, Exod.18.Nec Naaman verba captiuæ puellæ ex Iſraël, aut ſubditorum illi conſulentiū,vt Eliſæo morē gereret.4.Reg.5.Immò Cyrus etiā obuium ſibi factūm ſeruum nuper è vinculis ereptum, ſui conſilii participem effecit, eiúſque de bello in Aſtyagen gerendo ſententiam exquiſiuit, vt refert Iuſtinus hiſtoricus lib.1.Epitomes ſuæ in Trog.Pompeium. *Reſpondit ei Philippus,Ducentorum de-* E *nariorum panes non ſufficiunt eis,vt vnuſquiſque modicum quid accipiat.* Denarius vſualis Iudæis duobus carolinis & duplo, id eſt, 22. denariis turonenſibus reſpondebat, vt Budæus lib.de Aſſe docet:adeò vt ducenti denarii 35.libras vſitatæ apud Francos pecuniæ fecerint.Sic cuilibet è quinque millibus centenario 14.aſſes deputabantur: & viginti viris 35. denarii turonenſes: quòd ſi quinque millibus viris millenarium addas,quo paruulos & mulieres intelligas: ſic duobus tres denarii turonenſes adſcribentur.Sed nec illa pecuniæ ſumma,famelicæ ſufficiebat multitudini, ſi humanum modum cum Philippo ſpectes.Adeò virtutis omnipotentiæque Chriſti non meminit Philippus,ſed trepidus ad ſolam pecuniarum viam refugit,(ait Cyrillus Alexandrin.lib.3.in Ioan.c.14.)nullo alio modo hanc rem peragi poſſe exiſtimans. Tales quidem ſunt,qui res diuinas non pluris faciunt quàm humanas: immò neque alio modo fieri eas arbitrantur,quàm naturæ familiari:aut ſi quid naturæ ordinem exce-

Chryſoſt. 3. Cyrillus.

Iunil. Afric. *Tentatio alia atque alia.*

Caſſianus.

Auguſtin. Chryſoſt.

Iuſtinus.

Budæus.

Cyrill. Alex.

dere vident, protinus ad infidelitatem labuntur. *Dixit ei vnus ex discipulis eius, Andreas* F
frater Simonis Petri: Est puer vnus hîc, qui habet quinque panes hordeaceos & duos pisces: sed hæc
quid sunt inter tantos? Carnalis Andreas, vt & Philippus, non aduertit Christi potentiam cùm mari & ventis imperitasse, incurabiles morbos sanasse, etiam & mortuos suscitasse: immò neque meminit mirabilium, quæ fecit per Moysen seruum suum, qui Manna & coturnices eduxit è cœlo, Exod. 16. aquam è rupe, Num. 20. Immò neque eorum, quæ per magnũ illum Helisæum, qui fecit vt lecythus olei, & hydria farinæ viduæ Sareptanæ non deficeret. Si saltem aduertisset, Deum nunquam seruos suos famelicos deseruisse: immò Abacuc capitis capillo ab Angelo in lacum leonum Babyloniæ, cum eo quod messoribus ferebat prandio deportatum, adeò vt nec Daniel à leonibus deuoratus, nec ipse fame deperierit. Dicam etiam magis, 3. Reg. 17. coruos Heliæ, carnes & panes. 3. Reg. 19. eidem Angelum panẽ & vas aquæ G
detulisse: non secus ac & Paulo Heremitæ demittebat Dominus panem in solitudi-
Hieronym. ne, vt refert D. Hieronym. in eius vita. Quid ergo? Iacta in Domino curam tuam, inquit Psaltes, & ipse te enutriet. Nec carnalẽ Philippũ aut Andreã sequaris. Videtur tamen Andreas quid amplius Philippo credere. Hæret siquidem, possitne Christus tot turbas paucis panibus & piscículis pascere. Legerat forsan Helisæum in Samaria centum viros viginti panibus pauisse: sed quid centum cum quinque milibus? quinque panes cum viginti? Porrò ne hæsitationẽ istam in Apostolis demirere: cùm & idẽ
Cyrill. Alex. in Mose reperias, vt Cyrillus Alexandr. in Ioan. obseruat. Flente enim & murmurãte populo, quòd carnium desiderio teneretur, Num. 11. Moses Dominum accessit clamans: Sexcenta milla hîc sunt, & tu dixisti: Dabo eis mense vno carnes ad saturitatem. Idem quoque, Num. 20. cùm pro aqua iurgaretur populus, hæsitauit. Vnde H
neque introduxit populum in terram promissionis. Caue igitur ne tu de diuina illa potentia diffidas, sed semper & in ore & in corde tuo sit illud Dominiverbum, Luc.
Christi frugalitas. 18. Quod impossibile est apud homines, possibile est apud Deum. Obserua verò in panibus hordeaceis & duobus piscibus, quos, vt nonnulli volunt, Domino & sibi prouiderant discipuli, frugalitatem Christi & suorum, & gulam nostri sæculi detestare. Sic piscibus frequenter vsus esse legitur, hîc, & ante ascensionem. Iam his exẽplis ventrem cohibebat, ait Tertullianus lib. de ieiunio: pisces etiam sine condimen-
Tertullian. Clem. Alex. to exhibens, vt ipse fatetur hîc Caluinus. Clemens Alexandrinus lib. 2. Paidagogi, cap. 1. Frugalitatem, inquit, ac tenuitatem mihi quoque Dominus videtur significare, cùm panes benedixit, & assos pisces: cibi non minùs exquisiti pulchrum exẽplar adducens. Est scilicet valde à ratione alienum, pecudum more pinguefactum morti nutriri. Et in fine Platonem adducit, qui testetur Italicas & Syracusanas mensas sibi nullo modo placuisse, quòd ex his nullus homo sit. Neque verò Plato, inquit, de I
Dauide non audierat, qui in sua ciuitate (1. Par. 16.) in medio tabernaculo sanctam aream collocans, facta omnibus lætitia, coram Domino distribuit à viro vsque ad mulierem, vnicuique tortam panis & subcineritiũ panem, & laganum ex sartagine. Hoc est sufficiens nutrimentum Israëliticum. Qui autem Gentili alimento vtitur, nunquam vt sapiens sit; laborauerit, vt qui mentem in ventre infoderit: admodum
Aristoteles. similis pisci, qui Græcè ὄνος, asinus, quem dicit Aristoteles solum ex altis animalibus habere cor in ventre. Sed & his quibus domestica est esuries, in pane hordeaceo, summa voluptas est. Sic enim, vt Satyricus cecinit:

Iuuenal. *O pueri, Marsus dicebat & Hernicus olim,*
panem quæramus aratro, K
Qui satis est mensis: laudant hoc numina ruris.

Plutarchus. Plutarchus in Apophteg. Sic Artaxerxes Cyri frater, fugiens è bello, direptis impedimentis, pane hordeaceo, & siccis ficubus victitans, ait: οἵας ἡδονῆς ἄπειρος ἦμην, quantã hactenus voluptatem minimè expertus sum? *Dicit ergo Iesus: facite homines discumbere.*
Horati. Non multis moratur verbis, sed statim ad opus accingitur, vt detestandos loquaces doceret, de quibus Horatius,

Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus.

Cæterùm iubet homines ministerio discipulorum discumbere: non tam vt facilius illis cibi corporales administrentur, quàm vt ostenderet Apostolorum & successorũ eorumdem, sacerdotum scilicet & concionatorum ministerio, persuaderi homines

oporte-

A oportere, qui mensa Domini excipi volunt, vt discumbant per quietem conscientiæ, & fidem firmissimam: ea nimirum oportet præparare, vt Chrysost. hom. in Ps. 22. obseruat. Sed & ostẽ debatur, quosnam Episcopi ad mensam admittere deberent. Sic in Concilio VVormacien si, cap. 17. hæc habentur. Adsint mensæ Episcopi debiles, infirmi, & peregrini: absint iocatores & ludicra spectacula fatuorum, & scurrarum ludibria: recitetur sacra & diuina scriptura. Episcoporum enim olim cura fuit non doctos modò, aut quosuis altaris ministros admittere, sed & mensas pauperibus, vbi fames ingruisset, parare. Quod & Basilium fecisse scribit Gregor. Nanzianz. Oratione fun. in eundem. Interim verò, vt idem scribit, Orat. 21. de moderatione in disputationibus seruanda, alii sunt Pastores & oues, alii Apostoli, & alii sunt hi, qui horum iussu & monitis discumbunt. *Episcoporum mensæ.* Chrysost. *Conc. VVormacien se.* Greg. Nanz.

B *Erat autem fœnum multum in loco*, propter veris temperiem, cùm mensis Aprilis immineret. Hoc igitur accessit ad rei commoditatem, vt meliùs discumberent: & ad mysterium significandum, scilicet vt ad mensam Domini accessurus, discumbat in fœno mortalitatis suæ. In hac humilitate fœni discumbebat Centurio, cùm diceret: Domine, non sum dignus vt intres sub tectum meum. Si quidẽ, omnis caro fœnũ, & omnis gloria eius sicut flos fœni, Esa. 40. Ita nimirùm & nostra indignitas, & Domini liberalitas perpendenda est. Namque, vt cecinit D. Thomas Aquin. O res mirabilis, manducat Dominum pauper seruus & humilis. Th. Aquinas

Discubuerunt ergo viri quasi quinque millia, absque mulieribus & paruulis: ita vt cuique millenario vnus tantùm panis adesset. Hìc interim obseruanda est magnæ istius & confusæ forsan multitudinis promptissima obedientia. Nec enim morantur, causam discubitus scisciando: vt doceamur in rebus etiam incognitis, quæ tamen ex Chri-

C sti & Ecclesiæ, seu Prælatorum mandato profluant, statim morem gerere. *Accepit ergo Iesus panes*: vt authorem se miraculi comprobaret, & cõtactu sui corporis omnia sanctificari doceret: & ostendat se illum esse, qui primùm dixit, Germinet terra herbam. Gen. 1. Augustin. tract. 24. in Ioan. Potestas enim erat in manibus Christi. Pa- Augustin.

nes autem illi quinque quasi semina erant, non quidem terræ mandata, sed ab eo, qui terram fecit, multiplicata. Hinc nimirùm Athanasius lib. de incarnatione verbi, Athanas.

Christum verum Deum esse colligit. *Et cùm gratias egisset, distribuit discumbentibus.* Cyrillus Alexandr. lib. 3. in Ioan. c. 17. Gratias agit, partim vt exemplo se nobis præ- Cyrill. Alex.

beat, partim vt naturæ deitatis virtutem miraculi sicut homo attribuat. Et fuit iste modus illi frequentissimus ratione dispensationis ante passionis tempora, dignitatẽ suæ deitatis occultanti, & simul sæculi principem omnia ista celanti. Non debemus

D autem ignorare, quia Matthæus, non egisse gratias Iesum, sed *benedixisse* scripsit. Nulla tamen propter varietatem verborum, rerum varietas inuenitur. Vnum enim verbis denotari vtrisque Paulus ostendit, dicens, (1. ad Tim. 4.) bonum esse omnem cibum, & nihil reiiciendum: sanctificatur enim verbo & appellatione Dei. Non autem ignoramus benedici omne quod sanctificatur, ea oratione quam in mensa facere solemus. Atqui multiplicem ex scripturis panem colligimus. Nimirùm communẽ 1.

quidem, qualis à Paganis & infidelibus manducatur: benedictum, quales Iudęis erãt 2.

panes propositionis, & hi quos Christus accipiens, post gratiarum actionem meliori 3.

virtute imbuit: sacramentalem, qualis est Eucharistia, corpus sc. Christi. Est & ver- 4.

bum Dei, spiritualis animæ panis, Deut. 8. Matth. 6. Est & gloria cœlestis, quam Raphaël apud Tobiam cibum & panem inuisibilem vocat. Panem igitur benedictum

E ex hoc Christi facto colligimus. Quis enim, ex superioribus Cyrilli verbis, non fa- *Panis benedicti vsus & virtus.*

teatur eum benedictione sanctificatum? Quis non maiori donatum virtute, cùm quinque hominum millia pauerit? Potior vtique virtus eius fuit, quàm panis communis: nec tamen Eucharistico pani comparanda. Porrò benedicti panis vsum probant antiqui Patres. Abdias quidem lib. 2. hist. Apost. refert Petrum panem benedi- Abdias.

ctum canibus Sathanicis, quos Simon Magus excitauerat, porrexisse: & sic eos disparuisse. D. Hieronymus in vita S. Hylarionis, hoc se mirari dicit, quòd cuiusquæ Hieron.

status personæ, Iudices & magnates ab Hilarione benedictum panem & oleum in tutelam acciperent. Testantur & antiqui Patres hunc panem porrectum Catechumenis, quòd dignioré panem Eucharisticum sumere non possent. Concilii quidem Conc. Afric.

Africani 3. cap. 3. id dicitur: Placuit vt per solennissimos Paschales dies, sacramentũ Catechumenis non detur, nisi solum sal & panis benedictus. Augustinus lib. de Augustinus.

catechisandis rudibus,idem confirmat:& lib.2.de baptismo paruul.cap.26.hunc panem à communi & Eucharistico distinguit. Quod enim, inquit, accipiunt Catechumeni,quamuis non sit corpus Christi,sanctum est tamen, & sanctius quàm cibi quibus alimur.Sicut ergo Catechumenis panis benedictus olim distribuebatur, in significationem vnionis Christianæ,ad quam suspirabant,& quòd indispositi & indigni essent pane Eucharistico:eadē quoque ratione Dominicis saltē diebus, quòd populus noster non communicet, vt semper & Eucharistici panis, & nostræ cum Christo vnionis meminerit,panem benedictum accipit. Itaque Christus ampliore gratia panes istos donaturus,gratias egisse,& benedixisse legitur.Ita etiam docebat, non laborem humanum,sed Domini gratiam omnia multiplicare. Cæterùm *distribuit discumbentibus,*non quidem manu propria, sed Apostolorum. Quod enim quis per alium facit,ipse id facere dicitur.Chrysost.hom.83.in Matth. Nos ministrorum ordinem tenemus:qui autem consecrat & conficit,ipse est.Distribuit per Apostolos sacrosancta mysteria,sicut & hîc panes turbis distribuisse legitur. *Similiter & ex piscibus quantum volebant.*Hoc per Apostolos,vt hinc Ecclesiæ præfecti argumentum sui muneris ex discipulorum facto acciperent. Sic enim Apostolus, Nos existimet homo,inquit,vt ministros Dei, & dispensatores mysteriorum eius. Docet quoque Apostolos, & eorum successores in pauperes & famelicos paratissimos esse debere,Sic enim etiam Paulus Episcopum Ehospitalem esse debere commonet. Hoc (vt vno concludamus exemplo) intueantur in Paulino Nolanæ vrbis Episcopo,qui post effusum in pauperes patrimonium,cùm nihil haberet, quo filium viduæ captiuum à regis VVandalorum in Africa genero redimeret, semet etiam vendidit:quo tandem rei reuelatione deprehenso, omnes qui in Africana regione captiui erant,cum onustis frumenti nauibus,illi gratis dati sunt,& in sua remissi:vt fusiùs refert D.Gregorius Papa,lib.3.Dialog.cap.2.Hinc Ambrosius 12.q.1.cap.Gloria est,inquit,Episcopi,pauperibus prouidere. Porrò Albertus Mag. in Ioan. colligit vim quandam secretam piscibus & panibus inditam fuisse, vt meliorem gustum & saporē cæteris haberent: quod colligit ex eo quod dicitur,*quantum volebant*,cùm tamen ad quantitatem magis quàm ad qualitatem referatur. Interim nec reiicienda hæc diuinæ omnipotentiæ contemplatio, quam in Man scripturæ commendant. Quærunt autem quidam,inquit,quare non,sicut in miraculo vini,optimum vinum fecit ex aqua:ita & in miraculo panum, panes hordeaceos non in triticeos conuerterit. At verò alia atque alia ratio fuit.Prius enim miraculum faciebat ad eorum lætitiam qui nuptiis aderant,& ideò aqua in iocundiorem liquorem mutata est, in vinum scilicet,quod lætificat cor hominis.Istud autē deseruiuit necessitati cōmunis turbæ,cui satis erant hordeacei panes & pisces,maximē, vt dicit Chrysost.ne gulæ deseruire videretur.Rursus etiam quæritur, cur cùm illud miraculum Eucharistici mysterii argumentum proferat,& præcedat:cur non potiùs triticeum panem dedit, cùm sub eius specie Eucharistia conficiatur?Dicendum autem istud Eucharistiæ signum remotum fuisse,& ideò expressam similitudinem in materia non habuisse. Quòd si proprium conuertibile signum esset,inquit Albertus, hæc obiectio locum haberet. An non scilicet, multa nobis sacrosancta Christi corporis & sanguinis mysteria præsignarunt, quæ tamen Eucharisticæ materiæ minimè respondebant? Hoc in Manna,hoc in carnibus agni,& aliis multis, quæ sub figura Iudæis præcipiebantur. *Vt autem impleti & saturati sunt*, multiplicatis eadem virtute panibus, qua costa Adæ ad formationem Euæ, Gen. 2. & ex vno grano segetes immensæ, vt meditatur Augustinus tract.24. in Ioann. Et ita docebat nihil eos perdere, qui in pauperes sua dispergunt, quemadmodum Cyprianus lib. de eleemosyna fusè docet. Interim ex eo, quòd quinque millia hominum pascuntur quinque panibus, nec panis ille diminuitur, retundi Neochristianorum argumentum in augustissimum panem Eucharisticum:hoc scilicet quod aiunt,impossibile esse quin Christi corpus diminueretur, si omnes illud manducarent. Dic porrò impie & blaspheme Sacramentarie,num verè isti pasti & nutriti sunt? An fantasticè, & spiritualiter,non autem reipsa?Reipsa sanè.Et tamen quid? Panis ne decreuit? Minimè vtique,cùm duodecim cophini è reliquiis superfuerint.Pari quoque modo verè & reipsa alimur corpore Christi,&id manducamus,nec tamen minuitur. Hoc enim con-

Chrysost.

Munus Prælatorum est pauperibus prouidere.

Gregorius. Ambrosius. Albertus.

Chrysost.

Eleemosyna multiplicantur bona. Augustin.

Cyprian.

Christi corpori nihil accrescit, aut minuitur in Eucharistia.

A consulto in hisce panibus miraculum Christus præmisit: & statim de pane Eucharistico disseruit, vt quod in vno, etiam & in altero fateare. Sed & habes, 3. Reg. 17. hydriam farinæ & lecythum olei non defecisse viduæ, etsi illa & filius eius his quotidie aleretur. Ita *manducauerunt omnes, & saturati sunt*, inquit Luc. Non fuit hæc fantastica cœna, qualis eorum, quos, vt scribit Agrippa in Retractatione de Magia, Pasetes præstigiator olim conuiuio excipiebat. Aduenientibus enim hospitibus mensam opiparè instructã demonstrare solitus erat: quæ cùm libuisset, rursus euanescebat, discumbentibus omnibus fame elusis. Idem illis cum somniantibus contingebat, de quibus Psaltes: Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerũt viri diuitiarum in manibus suis. Cæterùm Concilium Ancyranum anno 308. celebratum, negat fieri posse à Magis, vt natura in melius commutetur. Sic enim habet. Si quis credit aliquam fieri creaturam, aut in melius, aut in deterius commutari, aut in aliam speciem transformari, nisi ab ipso creatore, qui omnia fecit, proculdubiò infidelis est, & pagano deterior. Itaque, postquàm impleti & saturati sunt, *dixit Iesus discipulis: Colligite quæ superauerunt fragmenta, ne pereant.* Reliquias supersse voluit, ne fantasticè pasti esse putarentur: & ostenderet nihil in eleemosynæ distributione amitti: doceret & de reliquiis mensarum pauperes alere: & ne minima, ne micas quidem aspernandas esse. Tertullianus lib. de cor. milit. Panis, inquit, nostri aliquid decuti in terram anxiè patimur. Nehemiæ 8. Comedite pinguia, & bibite mulsum, & mittite partes eis qui non parauerunt sibi. Luc. 11. Quod supersst, date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis. Ideò præcepit colligi, quasi quæ pauperibus

Magorum illusiones. Agrippa. Conc. Ancyr. *Cur voluit reliquias superesse.* Tertullian.

B distribuerentur. Hæc autem collectio facta ab Apostolis, vt dicit Glossa, significat illa subtilia sacramenta, quæ quia non possunt capi à simplicibus, ideò Apostolis colligenda committuntur. *Et collegerunt & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum*: sic panes excreuerunt, non modò ad saturitatem turbarum, sed & superabundantiã eorum quæ superfuerunt. Chryso. hom. 42. in Ioan. Ego autem non panis modò copiam & multiplicationem admiror: sed quod tantùm, quæ duodecim sportulæ caperent, fragmenta superfuerunt. Quòd præuiderit quantum essent consumpturi: tantum enim supersse voluit, quod profectò ineffabilis potentiæ est. Confirmarunt igitur fragmenta miraculum, & docent neque imaginem esse, & ex illis quę comederant, supersse. Sic Apostolorum vnicuique suus est cophinus, quia vniuscuiusque erat & scripturæ fragmentis, & doctrinæ Domini reliquiis, pauperem eiusdẽ gregem reficere. Sed & æqua omnibus portio supersst, quia & æqualem omnes in

Glossa. Chrysost. I. 2.

C consecrando Christi corpore, & prædicandi verbi munere potestatem essent assecuturi. Hoc autem olim futurum Sibylla prædixerat, vt testis est Lactantius lib. 4. de vera sapientia, cap. 15. Cuius & hæc verba sunt:

In quibus æqua sacerdotũ potestas. *Sibyllæ de*

Ἐν ἄρτοις ἅμα πέντε καὶ ἰχθύσι δυσὶ τοῖσιν
Ἀνδρῶν χιλιάδας ἐν ἐρήμῳ πέντε κορέσσῃ. id est,
In panibus simul quinque & piscibus duobus
Quinque hominum millia in deserto satiabit.

Adiicit & hæc de fragmentis:

Καὶ τὰ περισσεύοντα λαβὼν μετὰ κλάσματα πάντα,
Δώδεκα πληρώσῃ κοφίνους, εἰς ἐλπίδα πολλῶν. id est,
Et reliquias tollens post fragmenta omnia,
Duodecim cophinos implebit, in spem multorum.

E *Quod & Erythræa Sibylla lib. 1. Oracul. exprimit:*

Ἐξ ἄρτων πέντε καὶ ἰχθύος εἰναλίοιο
Χιλιάδας κορέσῃ πέντε. id est,
Ex panibus quinque, & pisce marino
Quinque millia satiabit.

Lactantius lib. 4. c. 5. Instit. diuinar. Frangebat igitur, inquit, ipse panem minutatim, carnémque piscium comminuebat, & vtraque in manibus eius augebãtur. Quid autẽ dici, aut fieri potest mirabilius? Quæro igitur, quid hic poterit ars Magica moliri, cuius peritia nihil aliud, quàm ad circumscribendos oculos valet? *Illi ergò homines, cùm vidissent signum quod fecerat Iesus, dicebant: Quia hic est verè Propheta, qui venturus est in mundum.* Ita meliores sunt scribis & Pharisæis, qui signa videntes, non modò non

Lactantius.

glorificauerunt, ſed potiùs blaſphemarunt Deũ,& Chriſtũ calumniis proſciderunt, lapidibus etiam obruere tentarunt. Porrò de Propheta illo intelligere videntur,quõ Moſes promiſerat,dicens:Prophetam ſuſcitauit vobis Deus de fratribus veſtris, ipſum tanquam me audietis.Hoc enim de Meſſya intelligitur.Hagg.2. Veniet deſideratus cunctis gentibus,& replebitur gloria domus Domini. Porrò antiqui Patres huius hiſtoriæ allegoriam ſic explicant.1.Quinque panes quinque Moſaicos libros ſignificant, quia quinque ſenſibus velut diſtributi fuerint. 2. Duo piſces, libros piſcatorum , id eſt Apoſtolorum, ſeu noui Teſtamenti. Duo quidem, ob charitatem Dei & proximi, quæ in his maximè commendatur , & ob duplicem in Chriſto naturam, & vnitum vtrinque parietem & populum, Epheſ. 2. vt interpretatur Cyrillus.Vel duas poteſtates, regiam & ſacerdotalem,quæ pani, id eſt legi ſaporem afferebant, inſinuabat, vt obſeruat Auguſtinus. 3. Puer hæc deferens, populus Iudaicus,cui vtrumque Teſtamentum creditum, lex quidem & gratia exhibita , ferebant promiſſiones,etiam & promptum habebant Chriſtum & gratiam: Sed comedere noluerunt, quia & indurati ſunt , & euanuerunt in cogitationibus ſuis, quaſi pueri & ſine ſenſu. 4. Chriſtus de manu pueri accipit , hoc , vtique quod idem abſtulit à Iudæis,regnum & legem,&verbum & gratiam.5.Quòd iubet populũ diſcumbere,hoc ſcilicet in myſterium,vt diximus, quòd ſuperbis reſiſtit, humilibus verò det gratiam . Vnde orabat: Gratias tibi ago pater,quia abſcondiſti hæc à ſapiẽtibus & prudentibus,& reuelaſti ea paruulis.Cæci enim illi fuerunt, dũ ſe ſapere putarunt.Stultã ſic fecit huius mundi ſapientiã:at humilibus diſcipulis & fidelibus Patris aperuit voluntatem. 6.Panem fregit,quia quod durum & clauſum erat in lege, aperuit.Ioan.20.Hinc diſcipulis ſenſum aperuit,vt intelligerent ſcripturas.7. Quòd nouos panes noluit facere, ſed allatos cumulauit,(ait Alcuinus) ſignificat quòd veterem ſcripturam non reprobauit, ſed auxit, & ſua gratia cumulatiorem reddidit. 8. Singulis Apoſtolis ſinguli deputantur cophini,quòd ſingulis & omnibus prædicationis munus crederetur.9.Tandem laudauit populus Deum,quia diſperſo per nationes Dei verbo,tandem omnes Dei nomen ſanctificaturi eſſent. Hæc Hieronym. Auguſtin.lib.83.Quæſtionum,Cyrillus lib.2.in Ioan.c.17.Beda in Ioan.Thomas Aquin.& Anſelmus in Matthæum,Alcuinus & Remigius.

Myſtica ratio miraculi.

Cyrillus. Auguſtin.

Alcuinus.

Auguſtin. Cyrillus. Beda. Thomas. Anſelmus. Remigius.

F

G

H

Chriſtus refugit regium honorem à turbis:orat,præmittit diſcipulos in vlteriorem ripam: tota nocte, vento contrario,& mari intumeſcente periclitantur. Chriſtus ambulat ſuper mare , quod & facit Petrus. Hinc factum,vt in ipſa vlteriori regione curentur omnes malè habentes. Vbi de perſecutionibus Eccleſiæ , officio Prælatorum , Principum , & omniũ fidelium,quídque ſperandum ſit,diſſeritur.

I

K

Matth.14.	Marc.6.	Luc.	Ioan.6.
Et dimiſſa turba , aſcendit in montem ſolus orare. Veſpere autem facto ſolus erat ibi: nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus . erat enim contrarius ventus . Quarta autem vigilia noctis,venit ad eos ambulans ſuper mare. Et videtes eum ſuper mare ambulantem , turbati ſunt , dicentes, Quia phantaſma eſt. Et præ timore clamauerunt. Statímque Ieſus locutus eſt eis , dicens, Habete fiduciã:ego ſum,nolite timere.Reſpõdens autẽ Petrus dixit, Domine,ſi tu es,iube me ad te venire ſuper aquas. At ipſe ait,Veni.Et deſcendens Petrus	Et cùm dimiſiſſet eos , abiit in montem orare . Et cùm ſerò eſſet,erat nauis in medio mari, & ipſe ſolus in terra . Et videns eos laborantes in remigando (erat enim ventus contrarius eis) & circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans ſuper mare, & volebat præterire eos. At illi vt viderunt eũ ambulantem ſuper mare,putauerũt phãtaſma eſſe, & exclamauerunt.Omnes enim viderunt eũ,& conturbati ſunt. Et ſtatim locutus eſt cum eis, & dixit eis,Confidite, ego ſum: nolite timere . Et aſcendit ad illos in nauim , & ceſſauit ven-		Et cùm aſcendiſſent nauim,venerunt trans mare in Capharnaum: & tenebræ iam factæ erant , & non venerat ad eos

A trus de nauicula, ambulabat super aquã, vt veniret ad Iesum. Videns verò ventum validum, timuit: & cùm cœpisset mergi, clamauit, dicens, Domine, saluum me fac. Et continuò Iesus extendens manum, apprehendit eũ: & ait illi, Modicæ fidei, quare dubitasti? Et cùm ascendissent in nauiculam, cessauit ventus. Qui autem in nauicula erant, venerunt in terram, & adorauerunt eũ, dicentes, Verè filius Dei es. Et cùm transfretassent, venerunt in terrã Genesar. Et cùm cognouissent eũ viri loci illius, miserunt in vniuersam regionem illam, & obtulerunt ei omnes malè habentes: & rogabant eum, vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent. Et quicunque tetigerunt, salui facti sunt.

ventus. Et plus magis intra se stupebant: non enim intellexerunt de panibus: erat enim cor eorum obcæcatum. Et cũ trãsfretassent, venerunt in terram Genezareth, & applicuerunt. Cúmque egressi essent de naui, continuò cognouerunt eum: & percurrentes vniuersam regionẽ illam, cœperunt in grabatis eos qui se malè habebant, circunferre vbi audiebant eum esse. Et quocunque introibat in vicos vel in villas aut ciuitates, in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur eũ, vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent: & quotquot tangebant eum, salui fiebant.

eos Iesus. Mare autem, vento magno flante, exurgebat. Cùm remigassent ergo quasi stadia viginti quinque aut triginta, vident Iesum ambulãtẽ super mare, & proximum naui fieri, & timuerunt. Ille autem dicit eis, Ego sum, nolite timere. Voluerunt ergo accipere eum in nauim, & statim nauis fuit ad terrã quam ibant.

B

C

D

E

SI NOBIS exercitum ceruorum effingeremus, cuius leo dux fuerit: fortiorem sanè illum censeremus leonum exercitu, duce ceruo: vt olim Chabrias Græcorũ Imperator proposuit, apud Plutar. in Apophth. Facit enim ducis & principis fortitudo ad augendos subditorũ animos. Ideò apud Homerũ ποιμένες reges vocãtur, vt qui speciali quadã gratia præ cæteris effulgeãt. Hinc & maledictus populus cẽsetur, cuius rex puer est: quod nõ tam ad ætatẽ, quã sensum refertur: vt & Isa. 3. minatur Dominus, Dabo pueros principes eorũ, & effœminati dominabuntur eis: cùm priùs dixisset, In illa die auferet Dominator Dominus exercituũ ab Hierusalem & Iuda validũ & fortẽ, virũ bellatorẽ, iudicẽ, Prophetã, senem, honorabilẽ vultu, & consiliarium, & sapientẽ. Ideò cap. 65. cùm Hierusalẽ reparãdã promitteret, adiecit: Non audietur in ea vltrà vox fletus, & vox clamoris: quoniam puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit. Virtus enim Principis, Prælati, patrisfamiliãs, & magistri, recreat subditos, inferiores, filios, discipulos. Tantũ Christi præsentia recreatæ sunt turbæ in deserto, tãtum & ipsa valuit ad eruẽdos ex periculis discipulos, vt nũc dicturi sumus. Quid mirũ? Etsi enim nos adinstar ceruorum timidi & infirmi sumus: ille tamen dux noster est leo de tribu Iuda, Gen. 49. & Apoc. 5. Vicit leo de tribu Iuda radix Dauid. Ceruos nos persequantur venatores: interim id Psaltis vsurpabimus, Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Sic ferebantur Apostoli in Christum, cùm periclitarentur: ipse autem eos eripuit. *Introductio.* Plutarchus.

Facta panum multiplicatione, & satiatis quinque hominum millibus, absque mulieribus & paruulis, his quinque panibus, quos Christus acceperat, & benedixerat: sublatis demum duodecim cophinis fragmentorum, turbæ in eius confessionem & laudes proruperũt: adeò vt illũ sibi in regem constituere voluerint. Habet enim Ioãnes. *Iesus ergo cùm cognouisset, quia venturi essent, vt raperent eum, & facerent eum regem, fugit iterum in montem ipse solus.* Cyrillus Alexandr. lib. 3. in Ioan. cap. 20. Laudabilis sanè fuit illorum sententia: qui quod apud homines summi honoris est, id Christo dignè conferri posse arbitrati sunt. Nihil enim aliud hæc regni oblatio, quàm hanc animi sui de Christo sententiam significat. Rupertus lib. 6. in Ioann. Videlicet diligentes hoc sæculum, & sapientes ea quæ carnis sunt, hoc in illo amauerunt, quod prædicto miraculo experti sunt: posse scilicet illum omni rerum vbertate pascere populum suum, locupletare regnum Iudæorum, totumque diuitiis vincere, vel acquirere mundũ: hunc illum esse, quem & Dauid exprimit, (Ps. 71.) dominaturum à mari vsq; ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarũ. Et audebant id tamẽ quinque *Narratio.* Cyrill. Alex. Rupertus. *Christus verus rex.*

millia hominũ, inconsultis Principibus, si tamẽ consulendi essent, & secundũ Deũ F
consulere scirent. At verò Christus non venerat reges occidere, sed regibus iustã regnandi scientiam ostẽdere: non regna tributis & vectigalibus premere: sed quod decerat regibus & populis, de thesauro regni cœlorum, vitæ æternæ donaria præbere. Longè alium debellaturus erat hostẽ, quàm Tiberium Cæsarem, aliámque capturus bestiam quàm Romam, tunc temporis Iudæorum dominam. Et quidẽ Christus rex prænunciabatur, sed longè alterius regni, quàm quod nostris obuersatur oculis. Hie. 23. Regnabit rex, & sapiens erit. Vnde & inducitur à Dauide, Ps. 2. Ego autem constitutus sum rex super Syon montem sanctum eius, prædicãs præceptum eius. Porrò

Christus fugit regnum. Rupertus.

fugit, quia illius regni conditionẽ & maiestatem ignorabant, cùm non sit ex hoc mũdo. Rupertus in Ioan. Quot autẽ sunt, qui adinstar istorum Iudæorum, propter solũ tẽporalem cibũ qui perit, currunt, & rapiunt Christum, & inclamãt eum regẽ suum, G
iurgantes fortiter, & eius domui, quæ est Ecclesia, vim inferẽtes? Quantas enim turbas huiusmodi homines regi Christo, & regno eius præsenti Ecclesię fecerũt? Videas pleroſque sacerdotes, cæterorúmque ordinũ sacri altaris ministros, tanto tumultu & strepitu, officia regni Dei præripere, quanto vix solent Chiliarchi, Centuriones, siue Pentarchi, pro temporalibus regni honoribus strepere, inuicémque aduersari, & inuidere. De qualibus vtique tam acerrimè, quàm verissimè potest dici, (Phil. 2.) quia omnes quæ sua sunt, quærunt, non quæ Iesu Christi. Nã & Christus suo illos docuit exemplo, honores, diuitias, & mundi pompam istam declinare, quum prænoscens turbæ voluntatem, *fugit iterum in montem*. Ita illos confundit, qui ambitionem regni illi tandem impegerunt. Matthæus & Marcus habent, *quòd abiit in montem orare*. Ita nimirùm oportet eos, qui ambitione, luxuria, auaritia, cæterísque peccatis tentantur, altum contemplationis rerum futurarum verticẽ scandere, & oratio- H
nibus diuinam gratiam deprecari. Vnde tandem & Christus suis, Vigilate, inquit, & orate, vt non intretis in tentationem. Interim verò, *dum dimitteret populum, coëgit discipulos suos ascendere nauim, vt præcederent eum trans fretum, ad Bethsaidam. Coëgit eos*, inquit Marcus, quia inuiti etiam ad tempus à Christo separabantur. Sic nec Helisæus ab Helia disiungi poterat. 4. Reg. 4. Viuit Dominus, & viuit anima tua, quia nõ

Conciliatio Euangelistarum. Albertus.

dimittam te. Psal. 76. Non discedimus à te, viuificabis nos, & nomen tuum inuocabimus. Num. 14. sic populo dicebat: Si non tu ipse præcedas nos, non educas nos de loco isto. Cæterùm, inquit Albertus in Marc. videtur Marcus aduersari Ioanni, cùm hîc legantur Apostoli præcessisse trans fretum ad Bethsaidam: ibi verò venisse in Capharnaum dicantur. Verùm dicendum est, quòd nauigantes primò venerunt Bethsaidam, & tandem Capharnaum: Quòd vtraque vltra ripam laci illius sita sit, I
& Bethsaida nauigantibus à Tiberiade priùs occurrat. Matthæus simpliciter habet, *in vlteriorem ripam*. Sed quid, si iussi rectà traiicere, nempè Bethsaidam vnde venerant, & acti tempestate, appulerint tamen Capernaum? Quanquam quum habitare ferè Capernaum tunc solerent, non est dissimile Dominum quoque voluisse, vt Capernaum abirent: sed quia cupiebat quamprimùm illos discedere, quò & turbas citra moram dimitteret, iusserit in viciniorem ripam traiicere, vt à se maturiùs abirent. Oritur & altera quæstio: Quomodo Ioannes Christum fugisse à

Augustin.

turbis, Marcus & Matthæus secessisse in montem dicant, vt oraret. Augustinus libr. 2. de consensu Euangelist. cap. 47. Neque verò, inquit, causæ orandi contraria est causa fugiendi: quandoquidem Dominus & hinc transfigurans in se corpus humilitatis nostræ, vt conforme faceret corpori gloriæ suæ, per id quoque K
docebat, hanc nobis esse causam magnam orandi, quando est causa fugiendi. Neque sanè intelligendum est, quòd cursu pedum præcipiti fugerit, sed quòd adinstar fugiẽtis, à turbis declinauerit. Christus igitur orat, interim dum discipuli nauiculam ascendunt, & illum præcedere contendunt. Narrant demũ Euangelistę, quo periculo circũuenti fuerint Apostoli: quid tum egerint: & quomodo Christus eos ad portum deduxerit, vbi & ægrotos multos curarit. Hoc autem facto sub typo *nauis*, Ecclesiæ

Summa historiæ de naui agitata.

tribulationes, & illius liberatio designantur: quæ tum sanè fiet, cùm infirmi ad Christum adducentur, & arrepta doctrinæ illius fimbria, in fine sæculi omnes à Pseudoprophetarum fallaciis eripientur. Sic mutato nomine de nobis historia narratur: cùm adinstar nauis Christiana respublica sese habeat, quæ & impetitur,

& di-

A & diligentia remigum in ſecurum portum deducitur, tum maximè, cùm adfuerit Dominus. Et ſicut nauis alia piratica, alia autem inſtitoria eſt: ſic & alia eſt malignãtium, alia electorum Eccleſia. Quòd autem naui Eccleſia conferri poſſit, teſtis erit Arcæ Noé interpretatio, quam Origenes hom. 2. in Geneſ. Auguſt. libr. 15. de ciuit. Dei, cap. 26. Proſper part. 1. lib. de promiſſ. & prædiction. & Adonis Viennenſis Epiſcop. in Breuiario Chronicorum, permultíque antiquiſſimi Patres examinant. Omnes enim eam Eccleſiæ figuram geſſiſſe, in qua per aquæ baptiſmum animæ ſaluantur, aſſerunt. Sic Hierony. Confutat. in Luciferianos, Baſilius quoque libr. de Spiritu ſancto, cap. 30. Eccleſiam naui, eius autem tribulationes nauali bello comparat. Epiphanius verò libr. 2. in hæreſes, tom. 1. in hæreſin 61. quæ eſt Apoſtolicorum, ſeu Apoſtaticorum: Similis eſt (inquit) ſancta Dei Eccleſia, naui.

Nauis typum habet Eccleſiæ bonæ & malæ.
Origenes.
Auguſtinus.
Proſper.
Adonis.
Hieronym.
Baſilius.
Epiphanius.

B Nauis enim non ex vno ligno conſtat, ſed ex diuerſis. Vnaquæque verò hæreſis velut ex vno coaleſcit, ſcilicet, quia aut virginitatem ſolam habet, aut ſolum coniugium: aut abſtinentiam ſolam à cibis, aut nullam: neque enim contemperantur. Sancta autem Dei Eccleſia nuptias quidem habet reuerendas, & admiratur continentiam. Habet virginitatem: habet qui renunciauerunt mundo, & non inflammantur contra eos qui adhuc in mundo ſunt: ſed & gaudentes talibus, velut etiam Apoſtoli, qui & ipſi nihil poſſidebant. Vt autem varietas lignorum, ita forma nauis aptè Eccleſiam repreſentat. Lata enim hæc eſt medio, vtroquè extremo anguſtior eſt. Nam & Eccleſia initio in vnum quaſi orbis angulum conjecta, tẽpore ſuccedẽte, in vniuerſum orbem diffuſa eſt. Ita quiſquis illius progreſſum inſpexerit, illam nunc anguſtam, nunc verò dilatatam obſeruabit. Anguſta quidem illa in Abe-

C le & Sethoitis: anguſta in vnica domo Noé, quã Deus è diluuio ſaluauit: anguſta in paucis Patriarchis: ſed mortuo Iacob in Ægypto dilatata eſt. Anguſta ſub Helya, cùm ille altaria ſubuerſa, & Prophetas Domini occiſos conquereretur: ſed latior Achab & Ieſabele ſublatis. Anguſta etiam primùm Eccleſia in Apoſtolis & electis paucis, paulatim dilatari cœpit, cùm die Pentecoſtes addita ſunt credentium tria millia. Anguſta ſub Nerone, Domitiano, Decio, cùm vix Chriſtianus apparere quis auderet: ſed amplior & liberior euaſit ſub Conſtantino. Requiritur autem, vt Eccleſiæ rector ſit ad formam præfecti nautici, ad quam etiam Plato lib. 6. de Republ. princi-

Plato.

pem populi comparari debere oſtendit. Nec enim præfectus nauis cæcus eſſe debet, qui rupes, ſcopulos, promontoria præcauere non poſſit: non ſurdus, qui monita remigũ nõ audiat: nec ſtolidus, qui proſpicere nequeat tantis in periculis verſãtibus

D nautis. Neque remiges ſine manibus quæruntur, ſed qui vtraſque manus operi adhibeant. Præfectum autem prudentem & ſapiẽtem eſſe neceſſe eſt, qui norit rationem anni, cœli, ſolis, ſyderum, ventorum. Quanto magis curare oportet, vt qui Eccleſiam directurus eſt, & ſapiat, & prudenter ſe gerat? Quid enim? Si prudentia maxima ad œconomiam, quanto maior ad tantam animarum curam requiritur? Chriſtus vtique caput eſt ſuper omnem Eccleſiam: ſed & Petrum ſibi ſubiecit, cui & nauis iſtius regimẽ credidit, dicens: Duc in altũ. Et alibi, Ioan. 20. Paſce oues meas, paſce agnos meos. Et ſicut in naui varia ſunt officia, quidam enim ſentinam exhauriunt, (ait Cic. libr. de Senectute) alij malos ſcandunt, alij per foros curſitant: gubernator autem clauum tenens, ſtat celſa in puppe quietus: Ita & in Eccleſia alios quidem Chriſtus (Epheſ. 4.) dedit Apoſtolos, alios Paſtores, alios Euangeliſtas: præcipuum tamen Petrum illius moderatorem delegit. Clemens Rom. lib. 2. Conſt. Apoſtolic.

Cicero.

Clem. Roma.

E ca. 61. nauis huius nautas Diaconos vocat, qui fratribus loca diſponant, ſed & in medio ſedes ſit Epiſcopi velut patroni.

Porrò ſignificat & aliquando nauis Eccleſiam malignantium: verùm, in hoc ab iſta diſtat, quòd ex peregrinis omnibus materiis & mercibus componitur: Eccleſia autem nihil peregrinum & nouum habet. 2. quódque nauis malignantium tum humiliatur, cùm extollitur: tum abſorbetur, cùm eleuatur & magnificatur: Eccleſia verò Chriſti nauis tum eripitur, cùm perire creditur: tum exaltatur, cùm fluctibus abſorberi putatur. Et quidem de malignantium naui primùm dicamus. Ezech. 27. confertur Tyrus vrbs maritima naui: deſcribit autem eius tabulata de abietibus Sanir, remos è quercubus Baſan, tranſtra ex ebore Indico, velum ex byſſo Ægypti, operimentum ex hyacintho & purpura ex inſulis Elyſæ. Sícque omne decus

eius ex peregrinis nationibus, variæ item merces & negotiationes, & tamen ruina e- F
Hieronym. ius & absorptio talis in medio mari contigit, vt non appareret in æternum. Hieron. lib. 8. Comment. in Ezech. cap. 27. per Tyrum, seu nauem hanc, hæreticorum Ecclesiam significari docet, quæ doctrinis nouis & peregrinis cõposita sit: ita vt hæc secta velum, illa transtra, ista remos ministret: & habet eandem omninò cum Ecclesia similitudinem, nisi quòd peregrinis constituitur. At verò doctrinis variis & peregrinis nolite abduci, inquit Apostolus. Quanta verò nauis illius, & hæreticorum arrogantia exprimitur? Num se omni mari, omni mundo dominari præsumunt? Qui de naui hoc legit apud Ezechielem, hoc etiam de hæreticis interpretetur. In medio sæculi præsumunt, gloriantur, minantur: verùm cùm dixerint, Pax & securitas (Phil. 3.) tunc repentinus illis superueniet interitus. Et stupebunt super eam omnes circùm insulæ, & reges, & nautæ, & remiges, & sibilabunt, dicentes, (Ezech. 27.) Ad nihilum deducta es, & non eris vltrà in sæculum. Sic Apoca. 18. incendium G
Babylonis describitur, luctus mercatorum, regum & principum. Dicebat illa, Sedeo regina, & vidua non sum, & luctum non videbo. Illi autem videntes eius ruïnam & fumum, è longè dicent: Væ, væ, ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis, quoniam vna hora venit iudicium tuum. Sic Psal. 36. Vidi impium superexaltatum & eleuatum supra cedros Libani: transiui, & ecce non erat, & non est amplius locus e-
Qualis nauis Ecclesiæ Christi. ius. At verò nauis Ecclesiæ in humilitate & timore versatur, lacessitur ab omnibus, sed nunquam mergetur: quin potius suo tempore ad portum perueniet. Hoc ex naui Apostolorum colligamus ad mores nostros. Hæc nimirùm intellecturi sumus, 1. quãtis periculis obnoxij simus: 2. quid tum à nobis requiritur: 3. quid nobis quod nostrum est facientibus præstet Deus. Periculum exaggeratur, quia nox, mare mediũ,
I. venti contrarij, absens Iesus. *Cùm serò esset.* Hæc prima periculi circunstantia à tem- H
pore sumpta est, quo nemo potest operari, (Ioan. 9.) Tum minus lucis, minus auxilij est. Tum aër difficilior, & venti: nec facilè discernuntur scopuli, rupes, cæteráque imminentia. Quid si *in medio mari* consistat nauis? Si venti contrarij? An non magnũ
Virgilius. aliquod imminebit periculum? His vtique circunstantiis Virgilius cladem imminentem describit lib. 1. Æneidon.

Vnà Eurúsque Notúsque ruunt, crebérque procellis
Africus, & vastos volunt ad littora fluctus.
Insequitur clamórque virûm, stridórque rudentum:
Eripiunt subitò nubes cœlúmque diémque
Nautarum ex oculis: ponto nox incubat atra,
Præsentémque viris intentant omnia mortem. I

Basilius. Basilius Epist. 89. ad Eudoxium Rhetorem, ita sui temporis calamitatem exaggerat. Ecclesiæ sine Pastoribus, inquit, nauigatio in nocte, fax nusquam, Christus dormit: quid non igitur timendum est? Serotina igitur hora, tempus peccati indicat, quo in-
Serotinum peccatorum. ualescente, grauiùs quoque Deus permittit suam Ecclesiã affligi. Sic Daniel (cap. 9.)
Vitia Prælatorum, causa persecutionis. captiuitatis Israëliticæ causam sumit à principum vitijs. Hæ sunt illæ tenebræ, de quibus Psaltes: Via illorum tenebræ & lubricum. Hæ mari incumbunt, replent ciuitates & respublicas. Non defecit, inquit, de plateis eius vsura & dolus. Et vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate. Et alibi. Vidi in loco iudicij, & ecce iniquitas.
Euseb. Cæsa. Vbique tenebræ, & deprauati hominum animi & mores. Euseb. Cæsarien. lib. 8. histor. Eccles. cap. 1. iusto Dei iudicio persecutionẽ Christianis sub Diocletiano exor- K
tam dicit: quòd tum ex multa libertate & indulgentia vitiati mores essent, & doctri-
Virgil. na corrupta. Sero denique, vt est apud Virgilium, Æglog. 1.

-summa procul villarum culmina fumant,
Maioréque cadunt altis de montibus vmbræ.

Ita serotinum tempus nobis summorum populi capitum obtenebratas mentes indi-
Hieronym. cat. Hiero. lib. 2. Cõment. in Prou. c. 10. Nimirùm, inquit, sicut acetum dẽtibus, & fumus oculis, ita sacerdos prauus in Ecclesia, per acritudinẽ peccati, fideliũ sensus obtundit, & ignorantiũ oculos, velut fumus excæcat. Hinc orta est Audianorũ secta (te-
Epiphan. ste Epiphanio li. 3. in Hæres. to. 1. hæres. 70.) quòd Audius, dũ vitia Prælatorũ & sacerdotum argueret, extrusus & verberatus, ab Ecclesia defecerit, quasi quæ tã indignis hominibus constare nõ posset. Ita nox peccati nauẽ Ecclesiæ pulsabat, vt illius occa-

sione

A sione permulti scandalizarentur, alii verò secederent. *Erat nauis in medio mari.* Hæc se- 2. *Periculi*
cũda periculi circũstantia desumitur à loco. Neque enim prope portũ, sed in medio *ratio.*
mari, loco ventis & procellis libero, cuique non facilè manus auxiliatrix porrigatur.
Habent hæc emphasim, & quòd nauis esset in mari, & quòd in medio. Hieronym. Hieronym.
lib. 9. Commentar. in Ezechielem, aquas turbidas, cœnosas & commotas, pro hæ- *Quid aqua*
resibus sumit: vt cùm Ezech. c. 29. inducit Pharaonem dicentem: Mea sunt flumina, & *significet.*
ego feci illa, in quibus draco habitat. At verò hæc dicit Dominus: Ecce ego ad te
Pharao, rex Ægypti, draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum, & dicis:
Meus est fluuius. Horum autem hunc sensum requirit. 1. Quòd res Ægypti sit prin-
ceps tenebrarum: 2. Idem etiam draco magnus Sathan, cæteris superior, quique in
serpente locutus est. Ps. 73. Confregisti capita draconis in aquis. 3. Cubat in aquis,
B nimirùm in animis leuibus, illis commotis sibi cõplacet, & turbidis varietate opinio-
num delectatur. 4. Has aquas vbi nauis fidelium nacta est, impellitur huc & illuc.
Matth. 7. Venerunt flumina, & flauerunt venti. Hoc periculum deprecabatur Da-
uid, dicens: Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum, ne-
que aperiat super me puteus os suum. Basilius lib. de spiritu sancto, cap. 30. tempesta- Basilius.
tem Ecclesiarum maris procellis comparat, in qua & omnes patrum termini com- *Procellæ sunt*
moti sunt, & omne fundamentum: & si quod est dogmatum munimentum, idipsum *tempestates*
concussum est. Nimirùm schismatici & hæretici spumæ earum sunt procellarum, *Ecclesiarum.*
quas cauda sua Behemoth, (Iob. 41.) Sathan scilicet princeps super filios superbiæ
concitat. Sunt enim illi cupidi, elati, superbi, voluptatum amatores, quorum pedes
currunt in sanguinem. Dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorum gladius acu-
C tus. Procellas etiam dixerim tempestates illas à Tyrannis Nerone, Decio, Do-
mitiano, cæterisque barbaris excitatas: vt & de Persis scribit Theodoretus affect. Theodoret.
Græcar. serm. 9. de Legibus. Quod enim illi, inquit, crudelitatis genus in Chri-
stianos commenti non sunt? An non tergora diripuerunt? Non manus pedésque
abscideruntt? Non aures naresque obtruncarunt? Non ad excessum doloris vin-
cula arctissima inuenerunt? Non foueas, non loculos excauarunt, eósque priùs
melle peruncto, muscarum copia, maximisque & aculeatis crabronibus im-
pleuerunt, qui colligatos figerent, morsibúsque absumerent? Etsi verò sic in
Christianos despumarent, nunquam tamen Ecclesiam obruerunt. Sed neque hære-
tici quantumuis crudeles in Ecclesiam prævaluerũt, immò omnes hi vt fluctus eua-
nuerunt. Idcircò August. to. 8. Enarratione in Ps. 57. Non vos (ait) terreant fluuii, Augustin.
D qui dicuntur torrentes: hyemalibus enim aquis impleti, ad tempus perstrepunt, mox
autem decurrentes, cessabunt. Multæ enim hæreses decurrunt: riui earum exsiccati
sunt, adeò vt vix earum memoria reperiatur. Inter se enim hæ conflictantur (ait Ni- Nicephor.
cephor. lib. 4. hist. Eccles. cap. 5.) non aliter quàm fluctuum commotiones insurgen-
tes, subinde atque decidentes, in varias abeunt formas: & postremò, vt nihil earum
appareat, euanescunt. In medio autem horum fluctuum versatur Ecclesia, quòd vn-
dique inimicis obsideatur: domesticis hæreticis, qui velut genimina viperarum, pe-
ctus matris, vt nascantur, rodere nituntur: & extraneis ethnicis, tyrannis & barbaris
infidelibus. Sic Ecclesia venit in altitudinem maris: adeò vt sicut vas fluctibus ex-
cussum, sic illa modò exaltetur, probetur & laudetur, modò deprimatur, vitupere-
tur, & quasi ignobilis habeatur. Ita licebit & iis omnibus, qui in Ecclesiæ naui sunt,
E id Vergilianum vsurpare: Vergil.

Tollimur in cœlum curuato gurgite, & iidem
Subducta ad manes imos descendimus vnda.

Et id Psaltis: Exaltamur vsque ad cœlos, & deprimimur vsque ad abyssos. Sic mirabi-
les sunt elationes huius maris: verùm mirabilior in altis Dominus. Verùm *& Iesus*
solus in terra. Hæc tertia fuit periculi ratio: aberat enim dux nauis Christus. Absente 3. *Periculi*
nimirùm pastore grex, duce milites, Episcopo Ecclesia periclitatur. Absente Mose *ratio.*
Israëlitæ idololatrarunt, (Exod. 32.) Dormientibus hominibus inimicus homo su-
perseminauit zizania (Matth. 13.) Ideò Dominus Petrũ his verbis increpabat: Simon
dormis? quòd illi inuigilandum esse doceret. Et hoc sanè infœlici sæculo hæreses la-
tiùs serpserunt, quia pauci Prælatorum aut ouibus aderãt, aut saltem Episcoporum,
id est, superintendentium officio perfuncti sunt. Satis vtique in propriis commodis

vigiles: sed qui in causa Dei, & animarum salute vtramque in aurem dormirent. Si- F
Hierony. quidem, vt scribit Hieronym. lib. Commentar. in Nahum, cap. 3. scit rex Assyrius
diabolus non posse se oues decipere, nisi pastores antè consopierit. *Erat autem ventus*
4. *Periculi ratio.* *eis contrarius.* Hæc quarta est tanti periculi causa, cùm tamen (vt scribit Origen. in
Matth.) iussu Domini ventus iste excitatus sit in suorum probationem. Ventus con-
1. trarius Ecclesiæ, peruersa opinio seu doctrina est, qualis est hæc quam inferunt hæ-
Ventus contrarius falsa opinio est. retici. Ideò scilicet Petrus nubes illos turbinibus agitatas vocat. Quid autē aura le-
uius? Quid ea mobilius & inconstantius est? Matth. 15. Omnis plantatio quam non
plantauerit pater meus, eradicabitur. Vnde & Gamaliel de Apostolis sermonem
faciens, (Act. 5.) Si est, inquit, ex hominibus consilium hoc, dissoluetur. Quid soli-
dum in vento, qui in momento temporis sedatur? Quam igitur in illo, nisi breuem G
2. spem constituere poterimus? Dicitur & *ventus contrarius.* hoc enim vento proprium
est, vt modò faueat, modò aduersetur. Quod & hominum opinioni, iisque omnibus
Clem. Alex. quæ ab ea pendent, contingit. Clemens Alexandr. lib. 5. Stromat. probat fidem non
in incertis consistere. Ad quod Numa Pythagoræus alluserit, cùm primus ex omni-
Templum Fidei & Pacis. bus hominibus posuit templum Fidei & Pacis. Nam fides pacem cōciliat: sed vt vē-
tus tempestatem in mari, sic hæresis in Republica bellum & seditionem concitat. In
eam rem adducit hos versus ex Timone Phliasio:

Pernicies hominum resonans lis vanit inanè,
Cui soror & socia est faciens contentio, cædes.

3. Sicut enim vbi ventus contrarius mari incubuerit, ipsum à fundo excitat, & contur-
bat: ita si quando hæresis & falsa doctrina in Rempub. admittatur, ciues omnes in se- H
Plato. ditiones commouebit, & status omnes perturbabit. Ideò Plato in Gorgia, vel de
Rhetorica: Nullum, inquit, tantum esse malum hominibus arbitror, quantum est o-
pinio falsa. Idem in dialogo, qui inscribitur Sophista, vel de Ente, inducit Theodo-
rum, & hospitem Eleatem, disputantes de Sophistarum conditione, concludens So-
phisticen esse artem contradicendi, quæ omnia in controuersiam deducere potest.
Quemadmodum videlicet, inquit, hospes, vnquam possent iuuenibus persuadere se
Sophistæ & hæretici similes. omnium esse sapientissimos, nisi præsumptuosè & cum fastu contradicerent? Hos è
benè constituta Repub. abigendos concludit. Atqui & his similes sunt hæretici, sed
multò peiores. Horum quidem partes sunt in omnibus, vt quasi venti contrarii, Ec-
clesiæ Patribus, interpretationibus, commentariis, traditionibus aduersentur, sēque
omnibus præferant. Verùm & hoc ipso pestilentiores sunt, quòd in animas ipsas I
grassantur, & Deum, Christúmque eius impugnant. Cedo scilicet, ab iis qui hæreti-
cos in benè constituta Republica tolerari posse opinantur, mihi respondeatur. Si in
mari positi, tutam sibi nauigationem exoptarent, & in eorum potestate situm esset,
Non sunt hæretici tolerandi. aut ventos contrarios, aut propitios admitterent & inducerent: vtrum censerent ad-
uersos ventos euocandos, aut sinendos esse? Atqui obstant isti, ne principes hæreti-
corum ora obturent, ne prophanas doctrinas ablegent. Quàm prudentiùs verò Io-
uinianus Imperator Macedonianos hæreticos pro suæ religionis exercitio supplí-
cantes repulit, hæc verba adiiciens: Contentionis studium odi: concordiæ autem af-
Nicephorus. fectatores semper amaui. Hoc narrat Nicephorus lib. 10. hist. Eccles. cap. 40. Quid
autem hæc illius breuis sententia aliud sonabat, quàm hæreticos Rerumpublicarū
perturbatores esse: amicos autem pacis, & quietis, & principis obsequentes esse Ca-
tholicos? His ventis turbatur mare, agitantur hominum mentes, in spumas & furo- K
rem commouentur, vt sese ad fluctuum instar collidant, & seditionibus consumant.
Hi venti naui fidelium contrarii sunt. *Et vidit Iesus discipulos laborantes in remigando.* Et
diuinitatis oculo quo omnia considerat, ipsos prospexit: aut corporali lumine intui-
tus est, cùm fortè non longè ab illis esset. Audimus autem hîc quid nobis faciendū
Quid faciendum in persecutione Ecclesiæ. sit, cùm viderimus Ecclesiam tantis tempestatibus agitatam. Quid enim? Omnia
etiam videantur aduersari, locus, tempus, ventus: etiamsi & Atheistæ, & Deitæ, &
Skuenkfeldiani, & Vbiqueitarii, Martinistæ, Caluinistæ, Georgiani, Zuuingliani,
Anabaptistæ, Trinitarii, Mennonitæ, Osiandriani, Fantastici, Seruetiani, Lodouici-
tiani, cæteráque hominum portenta, velut venti pernicioſissimi totum mare, totum
scilicet orbem concutiant: Alij Angliam, alij Germaniam, alij Heluetios, alij Belgiū,
alij Galliam, alij Poloniam, alij Hispaniam, alij Italiam: conturbent & ipsi Turcæ

Græciam,

A Græciam, Asiam & Africam: an ideò animos despondere, & manus remittere debemus? Etiamsi Ecclesia ab hominibus velut fluctibus, concitatis ab his & illis ventis contrariis, vndique impetatur & pulsetur: an ideò

Vna salus victis nullam sperare salutem?

Etsi nec post tot labores nondum ad portum peruenerimus, neque ventorum & fluctuum impetus conticescant: ideóne deserenda nauis est, aut piratis & sicariis, seu saltem fluctibus committenda erit? Audiamus quid Apostoli fecerint. Illorum enim officium nos erigit & format. Aberat Christus, medium mare ingressi erant, nox erat, ventus aduersabatur: quid illi tunc? *Laborant in remigando*. Hanc etiam vnanimẽ diligentiam & sollicitudinem ab omnibus, maximè Prælatis Ecclesiæ, Principibus etiam, Regibus & Imperatoribus requirit Dominus, quam in maris periculo requi-
B reremus à nautis. Nam si oborta tempestate remiges semel manus remittant, etiam hi qui portui proximi esse videbantur, statim in altum mare vi ventorum reiicientur. Ita quoque etiamsi sua diligentia Prælati & Principes omnia ferè superarint aduersa, adeò vt in ipso portu quies expectetur: si tamen officio defuerint, & tum languere cœperint, facilè rursus in medias turbas impellentur. Darius quidem Xerxis pater dicere solebat, se in præliis euadere prudentiorem, vt scribit Plutarchus in Apophtheg. Cur non etiam omnes tot periculis cautiores euadant? Miserum vtique Horatius suæ Reipub. statum, sub typo nauis remigio destitutæ describit, his versibus:

Quanta in Prælatis & Principibus sollicitudo requiritur.

Plutarch.

Horatius.

O nauis, referent in mare te noui
Fluctus: ô quid agis? fortiter occupa
C *Portum, nónne vides vt*
Nudum remigio latus?

Quòd si ad remos concurritur obortis contrariis ventis: cur non & omnes incumbere debeant, vt ad portum Christiana Respublica perducatur? Scio permultos esse, qui saluos se futuros arbitrantur, si nihil & ipsi tempestate oborta faciant, si domi desides maneant: si nec Catholicos iuuent, nec hæreticis aduersentur. Vident Remp. perturbatam, commotos fluctus, aduersarios ventos, nec tamen aliquid sibi faciendum esse existimant. Considera nimirùm hîc mihi nostros remiges permultos Episcopos, Abbates Commendatarios, perpende & hîc multos nobiles Duces, Comites, Tribunos, Centuriones. Horum quidem est, suis quemque viribus nauem iuuare & dirigere. Quot autem eorum in curiis Regum velut spongiæ sunt, suis
D tantùm intenti, non iis quæ Reipublicæ pacem & quietem concernunt? Multi Prælati canes muti sunt, non valentes latrare. Multi Nobiles, sed quorum manus in Ecclesiæ causa obrigescant. Omnes ditari volunt bonis publicis, & cum aliorum detrimento: & apud semetipsos hæc loquuntur, Consumat, perdat, pereat: Accidat quod volet, prævaleant hæretici, dogmata sua intrudant, seditiosi grassentur, status regni perturbetur: ego rem meam curabo. Omnes timent sibi, non Reipublicæ. Ego verò à te, ô pauper insensate, hoc vnum expostulo: Casu posito quòd vt in naui, ita simus in Republica. Habeant hi & illi multas merces, thesauros, literas, diuitias. Exurgat tempestas, & requirat patronus omnium manus & diligentiam. Num ille malè compos animi fuerit, qui responderit, sibi curæ nauem non esse, in qua positus est? Dicat verò, Mihi tantùm curæ sunt merces meæ. Laboret in naui
E qui volet. Verùm ô stolide, naui in periculum adducta, num etiam peribunt merces tuæ? & illa salua, num etiam in tuto tuæ res erunt? Hoc idem Prælatis, hoc Nobilibus etiam dixerim, qui propriis tantùm commodis inuigilant, res verò publicas despiciunt. Quid si Ecclesia, aut Respublica in discrimen adducatur, vbi quæ congessisti? vbi reditus? honores? diuitiæ? fundi? vbi & vita tua secura erit? Orta tempestate primùm ad exonerandam nauem merces quantumuis pretiosas in mare deiici videmus: ita primùm periclitantur diuitiæ & honores, facta religionis, aut Reipublicæ mutatione. Quàm melius igitur, vt quisque cooperetur & contendat, alij precibus, alij eleemosynis, alij exhortationibus, alij seueritate iustitiæ, vt Christiana Respublica ad portum deducatur. Nemo est qui aliquid hac in re non possit. Si gladiũ vindicem non habes, fortè habes gladium duplicem verbi Dei. Quòd si è minimis
es, & in fundo nauis istius constitutus: saltem id ego requiram à te, quod olim nautæ

Omnes Ecclesiæ liberandæ incũbere debent.

Aulici spongiæ.

Contra eos qui tutos se putant, si Ecclesiam non tueantur.

Quid quisque faciat.

à Iona: Surge, & inuoca Deum tuum. Porrò eorum maximè est nauim dirigere, qui F
Ecclesiæ & Reipublicæ præficiuntur. Illi nautæ sunt, & remiges, & qui primum inter eos locum occupat, gubernator & patronus est, ex cuius ore & nutu cætera pendere necesse est. Habent Ecclesiarum præfecti remos spirituales, habent Principes remos corporales. His enim gladius verbi, censuræ, exhortationes, & preces creditæ sunt: illis gladius iustitiæ, quo sæuitur in corpora. Hi autem à dextris, & illi à sinistris remos pariter, & vnanimiter impellere: nimirùm & Prælati & Principes simul contendere, simul conari, idē sapere & velle, velut cor vnũ & anima vna, Reipublicæ saluti incumbere debent. Nec enim in naui nunc hi, nunc illi remos agitant, sed simul omnes: his quidem remos attollentibus, attollunt & isti: his deprimentibus, deprimunt & isti. Nec illi contra proram, hi pro prora dimicant: sed in vnum omnes conspirant, alioquin nauim sua diuisione in periculum adducerent. Ita quoque præfe- G
ctos spiritualium & temporalium rerum simul eniti oportet, & in vnum omnes conspirare, vt Reip. nauis fluctus superet, & ad portũ perueniat. Remex Paulus, Barieuh Magum, velut procellam repulit, (Act. 13.) Apostoli remiges Pharisæorum fluctus retuderunt, (Act. 5.) hoc scripturæ remo, Silicet Deo magis parere quàm hominibus. Remex Athanasius & Hilarius in Arium, Basilius in Eunomium, Clemens in Gnosticos, Tertullianus in Hermogenem, Origenes in Celsum, Augustinus in Faustum & Pelagium, Cyprianus in Nouatum, Vigilius in Eutychen & Nestorium, Optatus in Parmenianum Donatistam, Epiphanius & Theodoretus in veteres & recentes sui sæculi hæreticos, Leo contra Priscillianum, velut contrarios, seu etiam aduersariis ventis impulsos fluctus decertarunt. Et ad eorum instar,

Cor vnum in naui.

Exempla remigum.

Scripturæ remis Doctores æquora verrunt. H

Egerunt & in eos Episcopi censuris, anathemate, excommunicatione, iisque illos abs se reiecerunt. Sic Paulus Hymenæum & Alexandrum scribit se tradidisse Sathanæ, vt discerent non blasphemare. Ita Petrus Simonem Magum, Ioannes Nicolaitarum sectam à se interdixit. Quid enim non officii Prælatorum orta isthæc aduersus Ecclesiam tempestas requirat? Nimirùm (ait Chrysostomus hom. 51. in cap. 4. Matth.) sicut tubicen commisso prælio pugnantem exercitum circuit, & bellicos cantus in tuba decantant, milites animat ad virtutem: sic & sacerdos persecutione imminente, exponens populo fortissima martyrum & glorioſa certamina, illum ad virtutem patientiæ vehementer accendit. Idem igitur conentur Episcopi, Doctores, verbi ministri: nullum schisma, vnus omnium hîc sit animus. Hac ratione Basilius Magnus cùm videret Arianos corrumpendæ & occupandæ Cæsareæ occasionem à I
diſſidio, quod ille cum Eusebio huius loci Episcopo habebat, assumere: Pontica monasteria reliquit, seque vltrò Eusebio recõciliauit, vnóque impetu & disputationibus Arianos confudit. Hæc Nicephorus hist. Eccles. lib. 11. cap. 18. Et sicut Pontifices, Pastores, Doctores, cæteríque Ecclesiæ ministri idem contendere: ita & Principes, Duces, Comites, omnes denique Nobiles: Senatores, Iudices, Præsides, cæteríque quibus gladius velut remus creditus est, idem conari debent. Non enim sine causa Princeps gladium portat, vindex in iram huic qui malè egit. Rom. 13. Principes missi sunt ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum. Ad eos enim Psaltes, (Ps. 2.) Et nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram, seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore, nequando irascatur Dominus, & pereatis de via iusta. Vnus sit omnium Ecclesiasticorum & Nobilium consensus, simul omnes K
remos suos attollant, simul deprimant. Ita fiet, vt omnibus pariter contendentibus ad nauis salutem, non frustrà laborasse videantur. Alioquin, vt scribit Gregor. Nanz. Orat. 25. de se, ad eos qui cathedram Constantinopolitanam illum concupisse diuulgarant, subuersores & proditores potius quàm præfecti dicentur.

Officiũ Prælatorum.

Chrysost.

Niceph.

Quod Principum munus.

Greg. Nanz.

3.

Nunc igitur vbi de periculis, quibus obnoxii sumus, & de nostro officio diximus: sequitur vt ex ipsa Euangelica historia audiamus, quid nobis, quod nostrũ est, faciẽtibus, præstet Deus. Requirendum est scilicet, quid Apostolis tota nocte laborantibus successerit. Primò quidem, *Vidit eos Iesus laborantes in remigando.* Quoniam tu laborem & dolorem consideras: Vidisti Domine, ne sileas, & ne discedas à me. Videt quidem omnia, sed eos maximè qui in officio sunt. Considerauit & Israëlitici populi clamorem (Exod. 3.) quia etsi ad horam auxilium differre videatur, inquit Beda in

Quid nobis quod nostrũ est faciẽtibus, præstet Deus.

Beda.

Ioan-

A Ioannem,non patitur tamen ſuos tentari vltra id quod poſſunt,ſed præſtò eſt illorũ neceſſitatibus.Sap.4.Reſpectus eius in electos eius.Pſ. 31. In via hac qua gradieris, firmabo ſuper te oculos meos. 2. *Et circa quartam noctis vigiliam venit ad eos ambulans ſupra mare.* Ioannes. *Cùm remigaſſent ergo fermè ſtadia viginti quinque, aut triginta.* τεσσαρτὴν φυλακὴν. Eſt autem φυλακὴ, cuſtodia,excubatio,& præſidium. Vigilia ergo dicitur,qualis præſidiariis militibus in vſu eſt: Vnde & Pſaltes: A cuſtodia matutina vſque ad noctem ſperet Iſraël in Domino. Nimirùm nox in quatuor vigilias diſtribui poteſt,1.in ſerotinum tempus,2.tempeſtiuum,média ſcilicet nocte,3.gallicinium,circa tertiam horam,poſt mediam noctem, 4. antelucanum,manè ſummo. Has enim noctis & vigiliarũ partes Dominus aſſignat, Marc. 13. his verbis: Vigilate, quia neſcitis quando dominus domus veniat:ſerò,an media nocte,an gallicantu,an
B manè.Hinc patet penè tota nocte diſcipulos in remigando nauigaſſe. Porrò Theophilact. Non ſtatim (inquit) illis aſſiſtit,ſed tota nocte ſinit in tempeſtate verſari, vt doceat fortes eſſe,& non in principio tentationum ſperandam requiem. D. Auguſt. tom.8.in Pſ.92. Turbabatur(inquit)mare, fluctuabat nauicula. Nauicula, Eccleſia eſt:mare,ſæculum eſt.Venit Dominus,ambulauit ſupra mare,& preſſit fluctus ſpumantes & magnos. Poteſtates ſcilicet & Reges crediderunt Chriſto, & ſubiugati ſunt.An non etiam depreſſi ſunt Tyrannorum in Eccleſiam aſſultus?Planè illis (ait Theodoret.ſerm.9.affect.Græc.de Legibus)perſimiles inuenti ſunt,qui flammã quidem reſtinguere concupiſcunt:oleum verò fatui inſtillantes,ardentiorem illam efficiunt:ac velut quondam rubus ille,quem vidit Moſes,ardore ignis non eſt abſumptus:ita nec Chriſtianos impiorum bellis petitos,tela hoſtilia conſumpſerunt. Porrò diſtribuunt nonnulli myſticè quatuor iſtas noctis vigilias,in quatuor Eccleſiæ ætates, quibus nobis continuæ ſunt vt in bellis excubiæ, cùm vndique vrgeant & affluant inimici.Prima quidem ætas tempus Apoſtolorum eſt, quo velut in iuuenta, tenera ſenſim increſcebat Eccleſia. Verumtamen eius ſucceſſibus, & velut fœlici nauigationi,turbulentiſſimi fluctus,obſtiterunt Scribæ,Phariſæi,Herodiani,Eſſæi, Samaritæ, Sadducæi, Simoniani, Mænandriani, Cherintiani, Ebionitæ, Gnoſtici, Apelliani,Cerdoniani,Marcionitæ,Pſychici,Nicolaitæ,Saturniani,Baſilidiani,Cainæi,Ophitæ,Valentiniani,Lucaniani,Sethoitæ,& Pſeudoapoſtoli.Tum etiam contra illam Barbari,Gentiles,Philoſophi,Athei,Tyranni.Contra tot fluctus, Apoſtolorum ſollicitudo & conſtantia neceſſaria fuit.Secunda vigilia,ſeu ætas Eccleſiæ,adinſtar feruentis adoleſcentiæ ſe habuit: hoc fuit ſæculum Martyrum, quo Decij,
D Domitiani,Diocletiani,Iuliani, Valentis, & Barbararum nationum: hæreticorum quoque,Montani,Praxeæ,Hermogenis,Tatiani,Arii,Macedonij,Euſtathij, Eunomij,Manetis,Fauſti,Priſcilliani,Nouati,Donati, Pelagij,cæterorúmque fluctus excitati ſunt: quos & ſcripturis, & conſtanti confeſſione retundere oportuit. Ideò (Heb.11.)ſancti ludibria & verba experti, inſuper & vincula & carceres, lapidati ſunt,ſecti ſunt,tentati ſunt,in occiſione gladij mortui ſunt. Hæc tempeſtas media nocte,id eſt tenebris ignorantiæ & peccatorum ingraueſcentibus contigit. Tertia vigilia,ſeu virilis ætas Eccleſiæ, tempus Confeſſorum ſeu illuſtrium Eccleſiæ Doctorum fuit.Hoc enim tempore floreſcere,& à barbaris Eccleſia ſaltem aliquandiu quieſcere cœpit.Tum verò & hæretici quos diximus, & alij permulti nauem iſtam obruere conati ſunt,vt Sabelliani,Luciferiani,Apollinares,Neſtoriani,Eutychiani,
E Iconoclaſtæ. Et vt maiore impetu nauis iſta concuteretur, Sathan ſeu Behemoth concitauit & in hæreſim aliquam,aut Arij,aut Donati, cæterorúmve allectos Scythas,Gothos,VVandalos.Nec defuerunt Athei,Apoſtatæ,Iudæi:noſtris etiam temporibus VValdenſes,Huſſitæ, VVitclephitæ, Taboritæ, Berengariani, Picardiani, Adamiani,Iudabeſzani,cæteríque huius generis,qui ventis diuerſarum opinionum impulſi,hinc & inde nauem Eccleſiæ impeterent.Atque vtinam, vt olim Auguſtinus,Athanaſius,Ambroſius,Gregor.Nanzanzenus,Greg.Nyſſenus, Baſilius, Arnobius,Fulgentius,Cyrill.Alexandrinus,Cyrill.Hieroſolymitanus,Cyprianus,Hieronymus,Leo Maximus,Hilarius,cæteríque Patres inuigilarunt, ſic & noſtro tempore ſint,qui verbo & ſcripto tot monſtra impetant.Sic enim Baſilius Epiſt.61.ad Epiſcopos & fratres,qui in Occidente erant, ſcribens ea quæ ab Arianis patiebantur, adaptat hanc nauis hiſtoriam.Etenim, inquit, laborat hîc, fratres,& defatigata eſt

Theophilact.

Auguſtinus.

Eccleſia agitari,non autem ſubmergi poteſt.

Theodoret.

Quæ vigiliæ noctis huius.

Succurrendũ Eccleſiæ.

Baſilius.

frequenti aduersariorum insultu Ecclesia, quemadmodum nauigium in medio ma- F
ri, aliis post alios vndarum fluctibus agitatur, nisi citò Dominus pro sua bonitate
nos respexerit. Exaggerat autem noctem illam, seu perturbatum rerum statum, his
verbis. Tribulationes nostræ, vel nobis tacentibus, vobis sunt cognitæ. Mundi sa-
pientia primas tenet, crucis gloriam abominans. Patrum dogmata contemnuntur,
Apostolicæ traditiones annihilantur, recentiorum hominum inuenta Ecclesiis infe-
runtur, pastores abiguntur, lupi introducuntur, qui Christi gregem discerpant: do-
mus oratoriæ deseruntur à cœtu. His fluctibus olim & nunc etiam Ecclesia opprimi-
tur. Contra tot fluctus, ventósque contrarios, Basilius omnium maximè Episcoporũ
manus requirit: vt si quædam commotio spiritus, & viscerum miseratio in illis est, G
commoueantur ad auxilium. Arripite, inquit, pietatis zelum, eripite nos ex hac tem-
pestate. Hoc vel in ipsa quarta noctis vigilia, in decrepita ætate, in maxima Ecclesiæ
persecutione contra Antichristi membra requiretur. Hoc enim, vt ex Daniel. 12.
Christus Matth. 24. docet, erit tempus, quale non fuit ex eo, ex quo Gentes esse cœ-
perunt. Tum Sathan seducturus est quatuor orbis partes, tum diabolus venturus est,
habens iram magnam, videns quòd modicum tempus habeat. Cæterùm quòd Chri-
Quando licet Monachis solitariis egredi & concionari. stus à solitudine & monte, in quem secesserat oraturus, suis periclitantibus præstò
est: docet etiam eos, qui solitariam vitam professi sunt, posse ex Eremi penetralibus
in ciuitates se conferre, vbi fideles instruant, & confirment. Id Nicephorus hist. Ec-
cles. lib. 11. cap. 25. duobus probat exemplis, Aphraatis scilicet, & Iuliani, qui etsi soli-
Nicephor. tudine primùm concluderentur, idem tamen fecerunt, grassantibus Arianis. Quie-
to enim vitæ instituto, gregis Christi salutem vterque prætulit. Aphraates enim An- H
tiochiæ docebat, Valente Ariano Imperatore hîc etiam commorante. Et cùm reli-
ctam solitudinem Imperator illi exprobraret: Age, inquit, Imperator, si puella essem
in conclaui abdita, fusos manibus tractans, & lanificium meum curans, atque ali-
cundè subitò conspicerem flammam exortam, & omni ex parte paternæ domui cir-
cumfusam, quid me tum facere oporteret? Dic, te per Deum oro, numquid'ne me
sic sedere, & penates patrios conflagrantes conspicere, ignémque proserpentem
expectare: an conclaui statim relicto sursum & deorsum currere, aquam in manibus
habere, & omnibus modis flammam extinguere conarer? Itidem cùm tu in paternã
domum (Ecclesiam) quasi fulmen quoddam incideris, & interiorem pietatẽ omni
igne vastes: vndique concursamus, flammam gliscentem extinguere satagẽtes. Qui-
bus vtique verbis prudentissimè docuit, Monachos, necessitate postulante, solitu- I
dine relicta, ad populum ministrandi verbi gratia se conferre posse. Ibidem re-
fert & Nicephorus, ea tempestate ab Episcopis Catholicis, Iulianum ex Eremo euo-
catum, sic populo concionatum fuisse, & concionando miracula edidisse, vt An-
tiochena ciuitas priùs hæresi Ariana infecta, ad fidem orthodoxam reduceretur. Ita
omnibus in eandem nauis salutem contendentibus, domari & superari contra-
rios fluctus contingit. Hanc nobis confidentiam Christus relinquit, cùm circa
quartam noctis vigiliam venit ad suos, *ambulans supra mare*. Hoc quidem facto, vt
sensibiles, ita spirituales doctrinarum peruersarum fluctus domare se posse docuit.
Mirabile autem hoc, sed Christo facile, vt qui corpus suis qualitatibus eximere po-
tuerit, cùm voluit. Nec proinde audiendi erunt, qui corpus illud phantasticum fuis-
se, aut corporale pondus numquam habuisse, vt Theodorus quondam Phalaritanus
Episcopus, dixerunt: Nimirùm, num & verum & ponderosum naturâ corpus ha- K
buit Petrus, qui etiam super aquas ambulauit? Matth. 14. Ps. 76. In mari Domine via
tua. Iob. 9. Graditur enim super fluctus maris. Eccl. 24. Qui dicere potest, In fluctí-
Dio. Areop. bus maris ambulaui. Cæterùm D. Dionysius Areopag. lib. de diuin. nominib. cap. 2.
par. 1. vt ignoramus quomodo de virgine natus sit, (ait) ita quomodo super mare am-
bulauerit. Hoc enim fuit virtutis diuinæ. Porrò non mutatione corporis in spiritũ
Iustin. Mart. ambulauit Dominus supra mare, ait D. Iustin. Martyr, q. 117. ad Orthodox. sed di-
uina sua potestate fecit, vt ambulari posset mare, quod ambulari alioquin nõ potest:
idque non solùm suo, sed & Petri corpori donauit. Exemit ergo quando voluit cor-
pus suum, alioquin graue, naturaliter & ponderosum, suis qualitatibus: adeò vt sicut
olim sub Helisæo ferrum è profundo Iordanis super aquas illius natauit, ita ipse &
Petrus super mare ambulauerint. Pari quoque ratione obserua in Sacramentarios

hæreticos,

A hæreticos, Christum in cœna nobis corpus suum exhibere, suis qualitatibus exemptum: non q. aut corpus illud phantasticum sit, aut non corpus, sed spiritus tantùm Christi præsens sit. Nam sicut ambulans supra mare, docet sui corporis qualitatibus innatis, etiam ablatis, veritatem superesse: idem quoque & in Eucharistia. Cæterùm qui fluctus contriuit, qui confregit capita draconum in aquis, num etiam conculcabit & hæreticorum quantumuis turbulentos fluctus? Gregor. Nanz. Orat. 22. ad Heronem: Fuit, inquit, tempus, cùm ab hæresibus tranquilli essemus: cùm cessassent Simones, Marciones, Valentini, Basilides, Cherintique & Carpocrates, & omnes illorum nugæ & monstra, quæ pro bono contra creatorem pugnabant: deinde in proprio submersi fuere profundo, omniáque, vt dignum erat, sunt silentio obruta. Montani verò spiritus malignus, Manis caligo, Nouati quoque audacia, seu puerilitas, Sabelliique malum euanuit, nec in re vlla Ecclesiam læsit. Ita Christi virtus, Gr. Nanz.

B sanctorúmque Pontificum & Ecclesiæ doctorum vigiliæ, hæreticorum furorem superarunt. Sic *venit* in auxilium suorum Christus, *& volebat*, id est, simulabat se velle, *præterire eos*. Sic (Luc. 24.) finxit se longiùs ire, & emota tempestate dormiisse dicitur in naui, (Matth. 8.) qui tamen pro suis vigilabat. Et sicut dissimulat peccata hominum propter pœnitentiam, (Sap. 11.) ita videtur aliquando denegare auxilium, ad nostræ fidei probationem. Probatio enim fidei nostræ patientiam operatur, patientia autem opus perfectum habet. Si quando igitur nos præterire videtur Dominus, confidamus, nec statim animum deponamus. Clamemus cum Psalte, (Ps. 9.) Vt quid Domine recessisti longè, despicis in opportunitatibus, in tribulatione? Attendamus quibus Moses precibus populum munierit, ad Dei opem implorandã, cùm arcam per solitudinem circumduceret. Num. 10. Cùm enim ipsa eleuaretur, di-

C cebat, Surge Domine, & dissipentur inimici tui, & fugiant qui oderunt te, à facie tua. Cùm autem deponeretur, aiebat: Reuertere Domine ad multitudinem exercitus Israël. *At illi, vt viderunt eum ambulantem supra mare, putauerunt phantasma esse, & exclamauerunt: omnes enim viderunt, & conturbati sunt.* Phantasma, inquit Suidas in histo- Suidas.
ricis, spectrum est aut figura & species alicuius rei, cuiusmodi in somnis existit. Illusionem ergo esse putant, qualis noctu, & ex maris exhalationibus nauigantibus solet obiici. Exclamant ergo præ terrore, quòd ea species Domini sui sit, quo maximè in tanto discrimine opus habebant. Mysticè verò turbati fideles, non omni spiritui credunt, non omni vento aut fauori: & si videant inimicos suos domari, nondum tamen plenè se iactant ereptos: ne tuba canant ante triumphum. Adeò se suáque ampliorem tribulationem exquirere fatentur, & rerum mutationes apud se ru-

D minant: omnémque liberationem diuinæ bonitati adscribunt. Vnde si quid illis boni obuenerit, ad Dominum exclamant, vt non phantastico, sed vero auxilio releuẽtur. D. Augustin. lib. 1. Quæst. Euang. cap. 15. Quod dixerunt discipuli phantasma Augustin.
esse, (inquit) significat id quod dictum est, Cùm venerit filius hominis, putas inueniet fidem super terram? Quia quidem qui cesserint diabolo, de Christi aduentu dubitabunt. Quòd autem Petrus à Domino implorat auxilium ne mergatur, significat quibusdam tribulationibus etiam post vltimam persecutionem, purgandã esse Ecclesiam. Quod & Paulus significat, dicens: Saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Quod sequitur, vt adorantes omnes qui in naui erant, dicerent, Verè filius Dei es, significat claritatem eius tum manifestam futuram per speciem iam videntibus, qui per fidem nunc ambulant. *Et statim locutus est eis, dicens: Confidite, ego sum,*

E *nolite timere.* Loquitur, vt infirmos confortet, cuius verbum animabus nostris panis est, qui cor hominis confirmat. Solo quippè Dei verbo & creata sunt omnia, eadémque recreantur & stabiliuntur. Proinde quoties Christus ferè prostratã, & mediis fluctibus immersam releuare decreuit Ecclesiam, eam quidem per fideles verbi ministros alloquitur, qualis olim erat & Paulus, qui Dominum in seipso præsentem testabatur, dicens, (2. Cor. 3.) An experimentum quæritis illius, qui in me loquitur, Christus? *Confidite*, inquit: quoniam primũ omnium fide opus est, & his qui mare nauigant, & his qui semen humi iactant, ait Ruffinus in Symbolo: quanto magis his qui cõtendunt, vt deuictis hæresibus ad securitatis portũ perueniant? Ita monebat nõ ni- *Primum in aduersis opus est fide.* Ruffinus.
si sua prouidentia afflictionem hanc permitti ad suorum probationem. Vincentius Vinc. Lirin.
Lirinẽsis libro suo in hæreticorũ nouationes, monet vt quoties hęreticorũ memoria

occurrerit,eorum etiam qui Prophetæ,Episcopi, aut Martyres fuerint, quales fue- F
runt Origenes & Tertullianus: meminerimus id accidere ad nostram probationẽ.
Deut.13. Si surrexerit in medio tui Propheta, aut qui somnium se vidisse dicat, &c.
non audies verba Prophetæ illius,quia tentat vos Dominus Deus, vt palàm fiat, v-
Hieronym. trum diligatis eum, an non. *Ego sum.* Hieronym. in Matth. Nec subiungit quis
sit: vt vel ex voce sibi nota possent eum intelligere, qui per obscuræ noctis te-
nebras loquebatur: vel ipsum esse repeterent, quem locutum ad Moysen noue-
rant: (Exod.3.) Hæc dices filiis Israël, Qui est, misit me ad vos. Maiestatem ergo
suam significat, vt & firmiùs in eum nostra confidentia hæreat. *Ego sum*, ait. Qua-
si dicat: Flent venti, debacchent Aquilones, ebulliant fluctus, excitentur hæretici,
schismatici & Tyranni: an nescitis quòd omnia hæc sicut vestimentum veterascent,
ego autem idem permaneo? An ignoratis quòd data est mihi omnis potestas in cœ- G
lo & in terra? Matth.28. Et portæ inferi non prævalebunt aduersus Ecclesiã? Matth.
16. *Nolite timere*, quasi non sit adiutor in tribulationibus. Si Deus pro vobis, quis
contra vos? Ecquis vobis noceat, si boni æmulatores fueritis? Ioan. 14. Non turbe-
tur cor vestrum,neque formidet: creditis in Deum, & in me credite. Ita nulla tri-
bulatio nostram in Deum confidentiã concutere debet. Hac concepta, *Respondens*
Petri promptitudo & fides. *Petrus*, qui & cæteris præficiendus erat,& pro omnibus loqui debebat: *dixit*, acce-
dens nimirùm ad illam fiduciam quam Christus ingesserat: *Domine, si tu es, iube me ve-*
nire ad te super aquas. quasi dicat: Si tu ipse es,quem & voce dignoscimus, Dominus es
vtique,& iubere potes. Hester.13. Domine,in ditione tua cuncta sunt posita, & non
est qui tuæ possit resistere voluntati. *Iube* ergo: tuum scilicet iubere, nostrum pare-
re & obsequi. Non dixit, Ora vt veniam ad te, sed iube. Percussit vtique Helias
& Helisæus pallio suo aquas Iordanis, & diuisæ sunt,vt via facilis vtrique fieret: H
verùm nec sine Domini inuocatione,cuius & ipsi serui erant. Ideò Helisæus, cùm
iam bis aquas percussisset, nec adhuc diuisæ essent, exclamauit: Vbi est Deus He-
Hieronym. liæ etiam nunc? At verò (Eccles. 8.) sermo tuus potestate plenus est. Hieronymus
in Matth. In omnibus locis ardentissimæ fidei inuenitur Petrus. Interrogatis disci-
pulis, quem homines Iesum esse dicerent, Dei filium confitetur. Volentem ad pas-
sionem pergere, prohibet: & licet erret in sensu, tamen non errat in affectu: nolens
eum mori, quem filium Dei fuerat paulò antè confessus. In montem cum Saluato-
re,inter primos primus ascendit,& in passione solus sequitur. Peccatum negationis,
quod ex repentino timore descenderat, amaris statim abluit lachrymis. Post passio-
nem cùm essent in lacu Genezareth, & piscarentur,& Dominus staret in littore, a-
liis paulatim nauigantibus,ille non patitur moras, sed accinctus ependyte suo, sta- I
tim præcipitatur in fluctus. Eodem igitur fidei ardore, quo semper, nunc quoque
cæteris tacentibus,credit se posse facere per voluntatem magistri, quod ille poterat
per naturam. Tu præcipe, inquit, & ilicò solidabuntur vndæ, leue fiet corpus,quod
per se est graue. *Et descendens Petrus de nauicula, ambulabat super aquam, vt veniret ad*
Iesum. Qui putant Domini corpus ideò non esse verum, quia super molles aquas
molle & aëreum incesserit:respondeant,quomodo ambulauerit Petrus, quem vti-
que verum hominem non negabunt. Hæc Hieronymus. Factum hoc fidei omnia
possibilia esse ostendit:nam pòst exprobrat ei diffidentiam,propter quam submerge-
batur. *Videns verò ventum validum, timuit: & cùm cœpisset mergi,clamauit, dicens: Domine,*
saluum me fac. Vt fide superamus omnia discrimina, sic quum diffidimus, minimum
Cur Petrus cœpit mergi. periculum potest nos obruere: minima tentatio & minima hæresis nobis prævalere K
potest. Ardebat animi fides, sed humana fragilitas in profundum trahebat: paulum
ergo relinquitur tentationi, vt augeatur fides: & intelligat se non facilitate postu-
Thomas. lationis, sed potentia Domini conseruatum. Thomas in Matth. Ita voluit Petri
infirmitatem dignosci ab eo, qui propria virtute super aquas ambulabat. Sic Paulus
de seipso scribit,2.Cor.12. Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi
stimulus carnis meæ,Angelus Sathanæ, qui me colaphizet. Hoc etiam fecit ad
compescendam æmulationem discipulorum,quæ viso Petri miraculo statim sedata
Albert. est. Cæterùm Albertus Magnus in Matth. meditatur paucos esse adeò in fide con-
stantes,qui non aliquando periculorum præsentium timore concutiantur. Helias e-
nim primò audacter Achab occurrit,illũ arguit,populũ conuocauit, Prophetas Baal

occidit,

A occidit,(3.Reg.18.)& idem tamen postea fugiens Iesabelem timuit,(3.Reg.19.)Moyses etiam Pharaonem veritus fugit,Exod.2.Dauid Absalonem,2.Reg.15. *Cœperat Petrus mergi*, & dicere poterat id Psaltis,(Psal.68.) Veni in altitudinem maris,& tempestas demersit me. *Et clamauit*,adinstar Ionæ,(c.2.) Clamaui ad Dominum de ventre inferi,& exaudiuit me. *Domine saluum me fac.*2.Par. 20. Cùm enim ignoramus quid agere debeamus, hoc solum residui habemus, vt oculos nostros dirigamus ad te. *Et continuò Iesus extendens manùm, apprehendit eum.* Non expectauit suffocationem Petri, sed in tempore ei succurrit.2.Pet.2.Nouit Dominus pios de tentatione eripere. Esa. 45. Protegat te dextera iusti mei. Sic (Matth. 8.) extendens manum tetigit leprosum,dicens: Volo,mundare.Et apprehendit manu socrum Petri. Hac autem manus porrectione, auxilium significatur.Ps.143. Emitte manum tuam de alto, eripe me,
B & libera me de aquis multis.Iob.14. Operi manuum tuarum porriges dexteram. *Et ait illi, Modicæ fidei, quare dubitasti?* Non enim eius fides adinstar grani synapis fuit, quod quanto plus teritur,magis redolet.(Matth.17.) Sic Matth.8. Quid timidi estis, modicæ fidei? Quid si Petro,qui tanta fide prius rogauerat, vt veniret super aquas,dicitur,Modicæ fidei?quid nobis dicẽdum est,qui huius fidei, ne minimã quidem habemus portiunculam?Hæc sola dubitatio & hæsitantia concutit Catholicos, statim atque Ecclesia hæresibus,aut schismatibus impetita fuerit. *Et ascendit ad illos in nauim,& cessauit ventus.* Vbi Christus,ibi securitas:vbi Sathan, ibi periculum. Nauis ob Ionam turbatur:ob Achan(Ios.7.) totus Israël periclitatur. At ob decem iustos, paratus erat Dominus parcere quinque vrbibus,Genes.18.Ita Christus se maris,ventorúmque Dominum ostendit:de quo Psaltes,Tempestates maris tu mitigas.& Psal.
C 106.Dixit,& stetit spiritus procellæ.Eccle.43. In sermone eius siluit ventus. Et hic est scilicet,qui post tot persecutiones,Ecclesiæ suæ pacem redditurus est.Tob.3. Post tempestatem tranquillum facis: & post fletum & lachrymationem, exultationem & gaudium infundis.*Et plus magis intra se stupebant.* ἐξίσταντο, vt qui præ admonitione nõ essent apud se.Quis enim non modò seipsum,sed & vniuersum rerum apparentium ordinem transgrediatur,si semel ad contemplanda Dei opera animum conuerterit? *Erat cor eorum obcæcatum,* καρδία πεπωρωμένη, cor obduratũ quasi callo aliquo. πώρωσις enim callus est.Hic autem spiritualiter sumitur pro difficultate credendi discipulorum,& ratione carnis,quæ minus in diuinis intelligendis proficit. *Non enim intellexerant de panibus,* neque aduerterant ex tam insigni panum multiplicatione, quantam spem & maiestatem de Christo suo concipere deberẽt:non enim de auxilio diffidis-
D sent.Nam qui famelicis prouidit,non potuit afflictis discipulis succurrere. Et nunc quidem,quia sacramentarij panem Euangelicum & Eucharisticum nõ norunt, plus magis & stupent,& intra se dubitant. *Et cùm transfretassent, venerunt in terram Genezareth, & applicuerunt.Cúmque egressi essent de naui, continuò cognouerunt eum.* Hieronym. in Matth.Si sciremus quid in nostra lingua resonaret Genezareth,intelligeremus quomodo Iesus per typum Apostolorum & nauis,Ecclesiam de persecutione & naufragio liberatam traducat ad littus,& in tranquillissimo portu faciat requiescere. Erat autem Genezara ex altera extremitate lacus,quasi ex opposito Capharnaum, non tamen in vlteriori ripa.Videtur autem maximè de accolis huius loci dictum,quòd cognouerint eum: cùm de his subsequentia intelligantur. Cæterùm sicut ad ipsum portum cùm deuenisset nauis, Christus agnitus est: ita cùm Ecclesia à tempestatibus ad asylum & securitatem deuenerit, omni falsa doctrina sopita, agnoscetur
E rex regum, & Dominus dominantium. *Et percurrentes vniuersam regionem illam, &c.Et quocunque intrabat in vicos, vel in villas, aut ciuitates, in plateis ponebant infirmos, &c.* Ex eo patet,quam plebs ista de Christo opinionem habuerit:scil.eum & saluatorem,& medicũ omnium esse.Mysticè verò cùm ad portum Ecclesię,Christi beneficio peruenerit,prostratis Pseudoprophetis,tum qui constantiores fuerint,regiones suas percurrent,& eos qui ob simplicitatem ab impietatis magistris seducti fuerant, ad Christũ per sanã doctrinam,& cõuersationẽ deferent,vbicũque eum in fideli congregatione esse intellexerint:& pro his frequentes orationes fundent,vt vel fimbriam vestimenti Christi tangant. i.misericordiæ illius guttulam assequantur.Nã quod hîc fimbria, mysticè à muliere Chananæa mica,& à diuite guttula dicitur, Matth. 15. & Luc.16. Certi quippè erunt omnes,quòd quæuis à Deo eis collata fuerit gratia,profutura sit

Fidei cõmendatio.

Panum miraculũ in memoriã reuocãdũ ad fidei cõfirmationẽ.

Hieronym.

Mystica ratio huius facti.

Virtus Christi etiam in vestimentis.

ad salutem. *Et quotquot tangebant eum, salui fiebant.* En quanta Christi virtus, vt quæ in corpus, immò & in veste redũdaret. Hinc probatio virtutis sanctiss. reliquiarũ, de qua aliquãdo fusiùs. Et vt sanandis corporibus virtutẽ vestibus suis cõmunicabat, ita vim sanandi animas cõmunicat sacramẽtis. Adeò virtutẽ suã semper signis visibilibus exhibuit. Cæterùm cùm prostratus fuerit Antichristus: eorũ qui exciderant, alij partim terrore signorũ, partim ruina Pseudoprophetarũ, partim cõsolatione bonorũ cõuertentur: & quasi tetigissent fimbriã Christi, extremũ scilicet militantis Ecclesiæ, salui fient. Beatus enim (ait Daniel ca. 12.) qui expectat, & peruenit vsque ad dies mille trecentos triginta quinque. Hoc etiã fusiùs pandit diuus Hippolytus Martyr serm. de Antichristo, & D. Effrem, ser. de eodem. Chrysost. ho. 52. Oper. prioris in Matth. Tangamus ergo etiã nos fimbriã vestimenti eius, immò verò totum Christũ. Ipsum enim, si volumus, non vestis solùm, sed corpus ipsius nobis propositum est, non vt tãgamus solummodò, sed vt comedamus & saturemur. Adeamus ergo Christũ singuli ægrotantes, magna cum fide. Nam si qui fimbriam vestimenti eius tunc tetigerunt, rectè omnes conualuerunt: quanto magis corroborabimur, si totũ in nobis habeamus? Cũ fide autẽ accedere, non est vt tantummodò corpus propositum accipias: verumetiã multo magis, vt mundo corde tangas, & sic ad illud, vt & ad Christũ ipsum accedas.

Hippolytus. Effrem. Chrysost.

Quid tangere Christi fimbriam.

F

G

Præparatis per magnum illud in panibus miraculum turbarum animis, Christus statim in Capernaum, quò turbæ iam conuenerant, de maximo suæ carnis in cibum, & sanguinis in potum loquitur. Vbi & Christus suam authoritatem à Patre, necessarium autem nostrum ad eum accessum & fidem docet, & de manducatione spirituali loquitur.

H

Matth. | Marc. | Luc. | Ioan. 6.

Altera die, turba quæ stabat trans mare, vidit quia nauicula alia non erat ibi nisi vna, & quia non introisset cum discipulis suis Iesus in nauim, sed soli discipuli eius abiissent: aliæ verò superuenerunt naues à Tiberiade iuxta locum vbi manducauerant panem, gratias agẽtes Deo. Cùm ergo vidisset turba, quia Iesus non esset ibi, neque discipuli eius, ascenderunt in nauiculas, & venerunt Capharnaum, quærentes Iesum. Et cùm inuenissent eum trans mare, dixerunt ei, Rabbi, quando huc veniſti? Respondit eis Iesus, & dixit, Amen, amẽ dico vobis, quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis. Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem filius hominis dabit vobis: hunc enim pater signauit Deus. Dixerunt ergo ad eum, Quid faciemus vt operemur opera Dei? Respondit Iesus, & dixit eis, Hoc est opus Dei, vt credatis in eum quem misit ille. Dixerunt ergo ei, Quod ergo tu facis signum, vt videamus, & credamus tibi? quid operaris? Patres nostri manducauerunt manna in deserto, sicut scriptum est, Panem de cœlo dedit eis mãducare. Dixit ergo eis Iesus, Amen, amẽ dico vobis, non Moyses dedit vobis panẽ de cœlo, sed Pater meus dat vobis panem de cœlo verum. Panis enim verus est qui de cœlo descendit, & dat vitam mundo. Dixerunt ergo ad eum, Domine, semper da nobis panem hunc. Dixit autem eis Iesus, Ego sum panis vitæ: qui venit ad me, non esuriet: & qui credit in me, nõ sitiet vnquã. Sed dixi vobis, quia & vidistis me, & non credidistis. Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet: & eum qui veniet ad me, non eiiciã foras: quia descendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Hæc est enim voluntas eius qui misit me, Patris: vt omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitẽ illud in nouissimo die. Hæc est autem voluntas Patris mei qui misit me, vt omnis qui videt filium, & credit in eum, habeat vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Murmurabant ergo Iudæi de illo, quia dixisset, Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi, & dicebant, Nónne hic est filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem & matrem? Quomodo ergo dicit hic, Quia de cœlo descendi? Respondit ergo Iesus, & dixit eis, Nolite murmurare inuicem: nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Est scriptum in Prophetis, Et erunt omnes docibiles Dei. Omnis qui audiuit

I

K

A audiuit à Patre, & didicit, venit ad me. Non quia Patrem vidit quisquã, nisi is qui est à Deo, hic vidit Patrem. Amen, Amẽ dico vobis, qui credit in me, habet vitam æternam. Ego sum panis vitæ. Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt. Hic est panis de cœlo descẽdens, vt si quis ex ipso mãducauerit, nõ moriatur. Ego sum panis viuus, qui de cœlo descẽdi. Si quis mãducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.

Introductio.

B PATER FAMILIAS omnibus domesticis prouidet, filiis, seruis, brutis etiam animantibus, & pro cuiusque ratione, cibum illis commodum largitur. Nec enim omnibus animantibus omnia, sed his fœnũ, illis panis vtilior est. Nec bonũ est sumere panẽ de manu filiorum, & mittere canibus, vt monet Christus. Alia seruis, alia filiis dantur. Ad eum sanè modum Deus optimus nobis, immò & vniuersis animantibus victum suppeditat. Dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum. Qui producit in montibus fœnum, & herbam seruituti hominum. Sed & homines velut in familia sua primos cibo suo donauit. Greg. Nyss. ser. catech. de diuinis sacr. cap. 37. Porrò quia duplex est, quippè qui & anima & corpore constet: idcircò in vtriusque gratiam cibum largitus est. Nam corpus cum brutis suos cibos habet. Illud enim maxima ex parte brutum est: nutritur pane, carnibus cæteríque esculentis. Anima diuinior, & ad Angelicam accedens naturam, cibo inuisibili vtitur: nutritur enim diuino hîc verbo, seu summi boni meditatione, & spirituali gratia: & tandem vbi è corpore emigrauerit, satiabitur cùm apparuerit gloria Dei. Porrò corporalis cibus communis est etiam omnibus infidelibus, Turcis, barbaris hæreticis, & impiis: C spiritualis verò solis fidelibus communicatur. Vterque sanè patribus illis qui sub lege naturæ, & iis qui sub Mosaica fuerunt, datus est: habuerunt panem communem, quo corpora sua fouerent: habuerunt spiritualem, verbum scilicet Dei, quo per fidem animæ illorum pascerentur. Nequeverò satis esse Deus ille opt. existimauit, si seorsim corpus, seorsim anima suum cibum haberet, nisi & vtrique simul cõuenientem panẽ largiretur. Sicut enim vnione suppositi caro & anima cõiungũtur, vnúmque hominem efficiunt: ita vtrique carni & animæ conuenientẽ cibum largitus est, qui vtrunque connecteret, & ad immortalitatem nutriret. Hunc nobis per Christum suũ donauit: immò hic nobis ipse Christus est, ipsa eius caro, ipse sanguis, quo & animæ & corpora nostra in vitã æternam aluntur. De his omnibus cibis hoc in capite differitur, de communi, de spirituali, & de esu carnis, & sanguinis Christi. Ad communem cibum referuntur quinque panes illi & duo pisces, quibus quinque millia hominum satiati sunt. Incidit etiam mentio Man è cœlo, sed ex quo melioris cibi argumentum ducat. Loquitur tandem de spirituali cibo, qui duobus modis nobis per fidem in Christo cõmunicatur. Aut enim participes efficimur diuinitatis eius, aut spiritualiter communicamus illius humanitatis merito, & passioni. Hoc spirituali pane mens nostra reficitur. Verùm superest & alius panis, quo simul & anima & caro nostra nutriantur, quem quarto loco se daturum esse pollicetur: datum autem in Cœna esse reliqui narrant Euangelistæ. Cæterùm expresso consilio Ioannes hanc Christi promissionem, à cæteris tamen Euangelistis omissam, describit: vt hæreticos, qui tum ipso sene, Christi carnis veritatem, & sacrosancta Christianorum mysteria reiiciebant, confunderet. Ideò scilicet priori sui Euangelij E capite, (sc. 5.) Baptismi virtutem ex piscinæ Probaticæ miraculo arguit, vt nemo dubitet hominem ab omni spirituali immunditia baptismo curari, cùm & illi, qui in piscinam mergerentur post motionem aquæ, sanarentur à quacunque detinerentur infirmitate. Adiecit & subsequenti capite, statim initio, miraculum de quinque panibus, vt ex eo velut manifesto argumento non reiiciendum Eucharistię mysterium ostenderet. Nam si tantilli panes, quinque millia hominum, quanto magis caro Christi illam sumentes reficiet? Si benedictione tanta virtus illis panibus data est, quid mirandum in Eucharistia, in qua & benedictio, & gratiarum actio, & expressa donatio est? Si nihil decreuit quinque panibus, sed duodecim fragmentorum cophini remanserunt: quid decrescet Christi corpori? Si æqualem habuerunt portionem Apostoli in quinque panibus; quid mirum, si æqualem habuerunt potestatẽ

Greg. Nyss.

Christus multiplicem dedit panem.

1. *Panis corporis.*

2. *Panis animæ solius.*

3. *Panis vtriusque.*

Quis panis animæ simul & corporis.

Omnes circũstantiæ miraculorũ probãt veritatem mysteriorũ.

1.

2.

3.

4.

§. in consecrando Christi corpore? Si verè isti nutriti sunt, absque panis diminutione: F
quis dubitat verè nostras animas & corpora Christi corpore & sanguine vesci, quæ
tamen integra perseuerent? Ergo quoniam de hoc mysterio statim dicturus erat, ideò
quàm hoc facile factu fuerit, Christus in ipsius cibi ratione ostendit. Eapropter Ioã-
nes & Christi carnis, & ipsius mystici panis virtutem, contra Gnosticos Ebionęos, &
Cherinthianos, ab expresso Christi miraculo, eiúsque promissione in Capernaum fa-
cta demonstrat. Irenæus lib. 1. in hære. ca. 18. Quidam enim (hæretici) hæc omnia (sen-
Irenæus. sibilia, quæ ad sacramentorum confectionẽ requiruntur) recusantes, dicunt, Non o-
portere inenarrabilis & inuisibilis virtutis mysterium, per visibiles & corruptibiles
perfici creaturas, & ea quæ mente concipi nõ possunt, & incorporalia & insensibilia
per sensibilia & corporalia. Esse autem perfectã redemptionem, ipsam agnitionẽ ine-
narrabilis magnitudinis. At verò promisit & Christus se panem carnem suã daturũ:
& idem ipse hoc perficiens, acceptum panem corpus suum fecit, & ita sub visibilibus G
Christus Sa- signis corpus inuisibili modo porrexit. Ita Christus hanc hęresim suis & verbis & mi-
cramentarios raculis confudit. Statim enim atque turbas illas pauit, sese ad iter Capernaum accin-
verbis & factis eludit. xit: vt hoc miraculo, quasi excitatis omnium animis, & de sua potentia instructis, ma-
iora mysteria promulgaret. Cæterùm, quoniam non tantùm præuidebat Christus
schisma magnum crastino oriturum, cùm de sua carne & sanguine differret: sed
& multos discipulos scandalizatos iri, & retrò abituros: prænouerat quoque multas
sectas contra hoc mysterium excitandas: ideò ne turbarentur discipuli, sed certò
confiderent, quòd & ipse tandem victor hos omnes suis pedibus submitteret: certa
prouidentia permisit, vt mari contrario, & ventis aduersis, nauis eorum periclitari
videretur: vt dum venti prævalerent, ipsos solo imperio obstruerent, mare feruens
prosterneret, fluctúsque conculcaret. Ideò scilicet dicebat: Confidite, ego sum, no- H
lite timere. Conturbati quidem discipuli existimabant phantasma esse, *non enim in-*
tellexerant de panibus, inquit Euangelista. Ex his enim in deserto multiplicatis, eius
potentiam discere debuerant, & inde ad Eucharisticum panem, de quo statim di-
cturus erat, præparari. Hæc enim, quibus illos affatus est, talia erant, ac si dixisset:
Quid etiam tandem vos, cæteríque fideles timeatis? Licet statim exurgant Caper-
naitæ, & scandalizati retrò abeant, dicentes, Quomodo potest hic nobis carnem
suam dare ad manducandum: Licet & circa quartam noctis vigiliam, instante hu-
ius sæculi fine, Sacramentarij me mendacij nomine arguant, negéntque fieri posse,
vt carnem meam in cibum porrigam: mementote quòd ego fluctus aduersos omnes
contriui, vẽtis silentium imposui, nauem ad portũ perduxi, infirmos curaui. August.
Augustin. in Psal. 92. Turbabatur mare, fluctuabat nauicula. Nauicula Ecclesia est, mare sæcu- I
lum est. Venit Dominus, & ambulauit. Potestates scilicet & reges crediderunt Chri-
sto, & subiugati sunt. Itaque sic præparatis omnium animis venit in Capernaum.
Altera autẽ die (post miraculum quinque panum: siquidem nocte interiecta, Apostoli
Narratio. ad portum perducti sunt) *turba quæ stabat trans mare Tiberiadis*, ex opposito vrbis Ca-
pernaum, circa locum, quo die præcedenti à Christo pasta fuerat: non inueniens
Iesum, ad portum rediit, quo nauicula Iesu & discipulorum eius confederat: & *vi-*
dit, seu perpendere secum cœpit, *quia* pridie *nauicula alia non erat ibi*, in ipso portu, ad
quem confluebant, *nisi vna*, quam vespera hesternæ diei conscenderant discipuli. Sed
& certò sciebant, *quia* tum *non introisset Iesus nauim cum discipulis suis, sed quòd soli di-*
scipuli eius abiissent. Eapropter existimabant eum adhuc in monte, quem ascen-
derat, agere, nihil suspicati de sedato mari, tranquillitate facta, & ipso pedibus K
super fluctus ambulante. Interim verò dum hîc morarentur, fortasse Christi de-
scensum expectantes, *aliæ superuenerunt naues à Tiberiade*, vrbe non longè posita,
iuxta locum vbi manducauerant panem, & tot tam paucis panibus hominum millia
saturati fuerant: *gratias agentes Deo* de tam insigni miraculo. *Cùm ergo vidisset tur-*
ba, quia Iesus non esset ibi, neque discipuli eius, (illum enim forsan in ipso monte, ad
Theophil. Euthymius. quem secesserat, requisierunt) suspicati sunt, vt Theophilactus obseruat, quòd
mare pedes transierit: aut (vt Euthymius in Ioan.) quòd pedestri itinere circa ma-
re abiisset in Capernaum, quò plurimùm diuersari solebat. Et *ascenderunt in na-*
uiculas illas, quæ superuenerant, *& venerunt Capernaum, quærentes Iesum*. Lau-
data tam propensa in Christum eorum sollicitudo, vt nec tempore, nec iti-

nere

A nere ab eo reuocentur. Isa. 55. Quærite Dominum, dum inueniri potest. Psal-
tes: Quærite Dominum, & viuet anima vestra. Ps. 79. Non discedimus à te, viuifica-
bis nos. Thom. in Ioan. c. 6. Lect. 3. Per hanc autem vnam nauem, quæ discipulorum Thomas.
& Domini fuit, Ecclesia designatur, vnica quidem vnitate fidei & sacramentorum.
Ephes. 4. Vna fides, vnum baptisma. Alia siquidem, quæ à Tiberiade, vrbe Romani *Vna Christi*
Imperatoris cognomine notata, superuenerunt, mercenariæ & quæstuosæ fuerunt, *nauis.*
ideóque ad Christum non pertinuerunt: nisi quòd turbam illam carnalem lucri gra-
tia, ad vlteriorem ripam, vt Christum quæreret, transposuerunt. Et hæ quidem typũ
gesserunt exterarum à Christo Ecclesiarum, quæ lucri & alicuius commodi gratia
secessérunt à fide: & tamen accedere videntur ad similitudinem nauis, id est Eccle-
B siæ Christi. 1. Tim. 4. Habentes quidem speciem sanctitatis, virtutem autem eius
abnegantes. 2. Cor. 11. Transfigurat enim se Angelus tenebrarum in Angelum lucis.
Per hoc autem quòd Dominus Iesus non erat cum discipulis, significabatur visibi-
lis quædam corporis separatio successura, statim atque ascendisset in cœlum, Matth.
vlt. In hac vna nauicula Christus obsequentes habet discipulos, ei succurrit, hanc è
littore & tutissimo cœlorum habitaculo prospicit, hanc ad portum deducit: in hac
adoratur & colitur. Eundem autem lacum, idem sæculum nauigant hæ & illa Chri-
sti nauicula: verùm illa non sine magna tempestate, cæteræ verò placido cursu traii-
ciunt. Nulla hîc aduersarij venti, nulla fluctuum contrariorum mentio est. In quo
videmus imaginem carnalium, dixerim & hæreticarum Ecclesiarum, quibus prin-
ceps huius mundi nullum negotium facessit: Catholicos interim & veros Christi fi-
C deles cribrans sicut triticum, & quasi leo rugiens circumiens, si quẽ deuorare possit.
Et cùm inuenissent eum, Iesum, *trans mare*, & nullo nauigio vectum illum esse cognosce-
rent, valde obstupuerunt, & mirati sunt, quonam modo etiam tam breui in Caper-
naum aduenisset, quẽ in monte pernoctasse existimauerant. Et *dixerunt ei*, præ admi-
ratione: *Rabbi*, magister, *quando huc veniſti?* Theophil. in Ioan. Non supplicant & rogãt Theophil.
quomodo transierit, neque quærunt de hoc signo: sed remissè dicunt, Quando huc
venisti? Chrysost. hom. 42. in Ioan. Nisi quando pro quomodo, quis velit intelligi. Chrysost.
Confert autem Chrysost. Mosem Christo, vt maius etiam in Christo miraculum
colligat. Transierunt, inquit, Mose duce, mare rubrum Iudæi: sed magna differentia.
Ille tanquam seruus, supplicando: Iesus propria & absoluta potestate transiuit. Illi
austro tunc spirante, paruit aqua, & aridam præbuit transeuntibus: Iesum nihil à sua
natura motum mare, vt Dominum, admirabiliùs prætulit, illud testatum: *Ambulans*
D *super mare*, tanquam super pauimentum. Cyrillus Alexandr. lib. 3. in Ioan. cap. 26. Ita- Cyril. Alex.
que licet affectum amoris oratio hæc significet: tamen stultè penitùs, ac pueriliter
habetur. Non enim oportebat vanum quicquam aut inutile petere, cuius diuinas
virtutes videbant. Quod enim ab hac interrogatione poterant emolumentum as-
sequi? Sapienter igitur sapientes interrogandi sunt, & imperito sermone taciturni-
tas præstantior est: vnde & sermo noster sale condiendus est, vt monet Apostolus,
(Coloss. 4.) Et Sapiens dicit (Eccles. 5.) Si sermo cum intelligentia tibi est, ô fili, re-
sponde: sin verò non est, sit manus tua in ore tuo. *Respondit Iesus*, non ad quæstionem
eorum, sed intentionem, *& dixit: Amen, Amen dico vobis, quæritis me, non quia vidistis si-*
gna, sed quia comedistis de panibus, & saturati estis. Chrysost. hom. 43. in Ioan. Non semper Chrysost.
clementia & lenitate vtendum est, sed ignauus discipulus, & ingenio crassior, acrio-
E ribus magistri stimulis, ab ignauia excitandus est: quem morem & hîc & alibi, sæ-
penumerò Dei filius seruauit. Accedentibus enim turbis, & applaudentibus, vt hu-
manam se gloriam contemnere, & eorum tantùm salutis curam habere ostendat,
asperiùs respondet, neque tam hac, quàm eorum animi detegendi gratia. Duo igi-
tur facit. Illorum enim carnales mentes arguit, qui temporalis commodi facilitate
ducti Christum sequantur. Ac si diceret: Ob hanc sanè causam requiritis me, non
vt ex signis, procedatis ad eorum quæ credenda sunt contemplationem, & ani-
mas vestras pascatis: verùm, quia saturati estis, ideò rursus aduenistis, vt cor-
porali & quotidiano vestro victui prouideam. Adiicit demum quid potius Augustin.
requirendum sit. Augustin. tract. 25. in Ioan. Propter carnem me quæritis, inquit,
non propter spiritum. Quòd multi non quærunt Iesum, nisi vt illis benè faciat,
secundum tempus. Alius negotium habet, quærit interceſſionem clericorum. Alius

premitur à potentiore, fugit ad Ecclesiam. Alius apud se vult interueniri, apud eũ, F
apud quem parum valet. Ille sic, ille sic. Impletur quotidie talibus Ecclesia. Vix quę-
ritur Iesus propter Iesum. Gregor. lib. 23. Moral. Sic per eum, qui tum Christũ quæ-
Vix quæritur Iesus propter Iesum. rebant, Dominus illos intra sanctam Ecclesiam detestatur, qui per sacros ordines
Gregorius. ad Dominum propinquantes, non in eisdem ordinibus virtutum merita, sed subsi-
dia vitæ præsentis exquirunt. Nec cogitant, quid videndo imitari debeant, sed quæ
compendia percipiendo, satientur. Satiatos quippè de panibus Dominũ sequi, est de
sancta Ecclesia temporalia alimenta sumpsisse. Et non pro signis est Dominum, sed
pro panibus quærere: ad religionis officium, non pro virtutibus, sed pro requiren-
Rupertus. dis subsidiis inhiare. Rupertus lib. 6. in Ioan. Panes regis nostri Christi, sunt illi, qui
pro mercede constituti, iusta & antiqua lege debentur his, qui altario deseruiunt.
(Deut. 25. 1. Cor. 9.) Qui soli huic mercedi inhiant, & ob hanc solam sacri altaris G
ministerio se ingerunt, raptatores regis, & peruasores regni sunt: importunum or-
Prælati mercenarij. nantes solium, intempestiuum portantes subsellium. Hoc ergo quod illis rex noster
dicit, tale est, ac si hæc verba haberet. Vos vtique non me, sed mea diligitis: nõ quod
sum ego, sed quod est sub me, quæritis: non mei, sed mensæ meæ amici estis. Mandu-
castis ex panibus meis, & sufficit vobis, quia saturati estis. Non enim iustitiam esuri-
tis & sititis: sed solam carnis curam facitis in concupiscentiis. Et hæc est beatitudo
vestra, totáque saturitas, ingredi pompaticè domum Domini, comedere agnum de
grege, & vitulos de medio armenti. (Amos 6.) Cùm nihil aliud quærentes, canitis
ad vocem Psalterij, sicut Dauid: putatis vos habere vasa cantici, & nihil patimini
super contritione Ioseph. Verè enim non compatimini, neque compassione charita-
tis pascimini, in contemplatione signorum quæ videtis, id est mysteriorum quæ in H
Thomas. altari commemoratis. Thom. Aquin. Lect. 3. in Ioan. c. 6. Qui ergo non veniunt ad
Christum propter virtutem, quam in eo vident, sed quia saturati sunt panibus eius,
huiusmodi, vt scribit Apostolus, Philip. 3. non Christo, sed suo ventri seruiũt. Cyrill.
Cyrillus. lib. 3. in Ioan. cap. 27. Religionem ergo Christi, atque charitatem amplectamur, non
vt aliquid corporalium rerum assequamur, sed vt æternam inueniamus salutem. Nã
qui hac re sic abutetur, eius occultam malitiam acerbè Dominus arguet. Sed quo-
niam graui ægritudine laborabant, quasi optimus medicus, duplex illis remedium,
signi ac reprehensionis imponit. Non enim paruum signum est, quòd se nequaquam
Albert. cogitationes illorum ignorare ostenderit. Albertus in Ioan. ex eo loco ostendit,
quàm parum sit tuta in hominibus confidentia, qui gulæ & ventri obsequantur. Ec-
clesi. 6. Est amicus socius mensæ, & non permanebit in tempore necessitatis. Prou. 19. I
Multi colunt personam potentis, & amici sunt dona tribuentis. Et hi statim atque
inopia contigerit, non derelinquunt modò, sed & abominantur.

Ibit ad amissas nullus amicus opes.

Chrysost. Chrysostom. hom. 44. in Ioan. Modestiùs tamen illos Christus coarguit, non gulæ
& ventris seruos appellauit, non tot miracula, quæ neque secuti fuerant, neque ad-
mirati, exprobrauit: neque etiam reprehensioni tantùm immoratur, sed & doctrinæ
incumbit. *Operamini*, inquit, *non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam.* Ita sci-
licet à cibo communi, & corporali, ad panem spiritualem mentes eorum eleuat. Ci-
Collatio cibi corporalis & spiritualis. bus ille communis perit: digeritur enim, & alteratur, neque ita nutrit, vt non post a-
liquod temporis interuallum alio cibo indigeamus: abiisse enim videtur, & euanuis-
se prioris cibi virtus. At verò cibus ille, ad quem contendimus, *quem filius hominis dabit* K
vobis, manducantem confortat, & in ipso permanet, quousque perducatur ad patriã.
Augustinus. Cæterùm hoc loco abusi sunt quidã, quos refellit Augustin. lib. de Opere Monach.
qui ex eo quod Dominus dixit: *Operamini non cibum qui perit*, existimarũt corporalem
omnem laborem prohiberi, maximè spiritualibus hominibus. Est autem hæc inter-
An nõ liceat spirituali viro corporaliter laborare. pretatio peruersa, cùm Paulus propriis manibus laborauerit: & Thess. 3. ita scribat:
Albertus. Qui furabatur, iam non furetur: magis autem laboret manibus suis. Et alibi: Qui nõ
laborat, nec manducet. Albertus in Ioan. Ad intentionem ergo reuocandus erit
sensus. Ille enim cibum qui non perit, operatur: qui intentionem spiritualium ad lu-
crum temporale non refert. Sed & qui laborem temporalem per intentionem refert
Thomas. ad spiritualia, hic operatur cibum, qui non perit. Thomas in Ioan. Opus igitur no-
strum, id est principale studium & intentionem nostram dirigamus ad quærendum

cibum,

A cibum, qui ducit ad vitam æternam. Ad temporalia siquidem non debemus principaliter attendere, sed accessoriè: id est, solùm ea procurare ratione corporis corruptibilis, quod sustẽtari oportet quamdiu in hac vita viuimus. Dionys. Carthus. in Ioan. Primò enim quærendum est regnum Dei, & iustitia eius: & deinde licitum est, cum moderata sollicitudine, ac labore honesto quærere sustentacula vitæ, escam, potum, vestitum, & domum. Psal. 27. Labores manuum tuarum manducabis: beatus es, & benè tibi erit. Huic verò, quod nunc loquitur, Operamini non cibum qui perit, cõcordat quod ait apud Matthæum, (cap. 6.) Ne solliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, neque corpori vestro, quid induamini. Quibus verbis nihil aliud intendit, nisi vt tanto sollicitiores simus pro interna refectione, quanto præstantior est immortalis anima corruptibili corpore. Hæc colliguntur ex Chrysostom. hom. 44. in Dion. Carth. Chrysost.

B Ioan. aut per compositionem hæc verba intelliguntur, ac si diceret, Operamini non tam cibum qui perit, quàm qui permanet in vitam æternam. Euthymius in Ioan. Ita admonuit cibum corporalem obiter curare, animæ verò toto studio. Rupertus in Ioan. Cibus ille quo saturati estis, propter quem vos ad me venitis, vt iterum saturemini, quia iterum esurietis, quotidie perit, & quoties intrat in os, toties in ventrem vadit, & per secessum emittitur, & sic perit. Talem cibum non dico vt operemini, nõ commoneo vt pro illo solliciti sitis: non inuito vt propter illum ad me veniatis. Nõ enim ad hoc in hunc mũdum veni, vt impleam horrea vestra saturitate huiusmodi, & torcularia vino redundent: vnde amplius grauentur corpora vestra crapula & ebrietate, & curis huius sæculi. Iam quippè sufficit diei vestro malitia sua hæc: ita vt diem illum præuidere non possitis, qui tanquam laqueus superueniet vniuerso orbi. Euthymius. Rupertus.

C Sed illum potius cibum dico vt operemini, qui in hac vita mortali manducatus, ad hoc valet, ad hoc proficit, vt mundo det vitam æternam. Chrysost. tract. 25. in Ioan. Itaque ô Iudæe, expectabas credo iterum panes manducare, iterum discumbere, iterum saginari: sed dixerat, Cibum qui non perit, sed qui permanet in vitam æternam. Quomodo dictum fuerat mulieri illi Samaritanæ: Si scires qui petit à te bibere, tu forsitan postulasses ab eo, & daret tibi aquam viuam. Cùm illa diceret: Vnde tibi, quandoquidem non habes hauritorium, & puteus altus est? Samaritanæ respondit, Si scires qui à te petit bibere, tu forsitan postulasses ab eo aquam viuam, vnde qui biberit, amplius non sitit. Nam de hac aqua qui biberit, sitiet iterum. Et gauisa est illa, & voluit accipere, quasi non passura sitim corporis, quæ labore hauriendi fatigabatur, & sic inter huiusmodi sermocinationes peruenit ad potũ spiritualem. Omninò isto modo & hîc. Chrysost. *Solutio dicti Augustini. Vt quid paras dentem, &c.*

D Porrò Sacramentarij hæretici hac Augustini sententia abutuntur, quasi neget Christi sacratissimum corpus in Eucharistia, ore corporeo sumi: cùm hîc de cibo communi loquatur, ad quem os solum & venter parantur: ad sacratiss. autem Christi corpus & illa simul cum interiori homine, ceu anima disponantur, nõ ad leuem & breui transituram saturitatem, sed ad consequendam vitam æternam. Quod autem dicit, *Operamini*, metaphora est à cibo corporali sumpta, qui non nisi operando acquiritur: vt significet & laborem & curam nostram requiri, vt è cibo permanente, vitam æternam nanciscamur. Et si cibus iste viuificus sit, in nobis tamen vitam non efficit, nisi & ipsi nosmet probauerimus, & ita de pane illo edamus. Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini, vt scribit Apostolus. Itaque si ad vitam hanc transitoriam cõ- *Metaphora.*

E parandam tantus labor requiritur, vt & vita hominis militiæ comparetur (Iob. 7.) quanto maiore studio incumbendum est, vt cibo illo viuifico perfruamur? Et vt nossent, à quo expetendus esset hic cibus, adiecit: *Quem filius hominis dabit vobis*. Rupertus lib. 6. in Ioan. Dabit, inquit, (quod Græca dictione significatur δώσει) non dedit: ne fortè talem cibum, vel tales cogitetis panes, quales manducastis, & saturati estis. Illum vobis cibum benedictione sua multiplicatum dedit, non dabit: nec assuescetis hoc rege in otio, ciborum abundantia crapulari, remota iam à vobis pœna, qua homo iustè terram operatur in sudore vultus sui: cibum autem viuificum non dedit, sed dabit: cùm vos opus eo dignum operati fueritis. Hic ergo cibus permanens, quem se daturum pollicetur, non est cibus communis: non verbum Dei, quo per fidem alimur: non diuinitas aut humanitas ipsius, inquantum ei sola voluntate coniungimur: siquidem cibos hos iam exhibuerat, aut in præsenti etiam exhi- Rupertus. *Quem cibum in futuro daturus erat filius hominis.*

bebat. Manducauerat turba de panibus, crediderant fideles in Christum, agnoscebant multi hunc & verum hominem, & verum Deum: & ita ab eo pascebantur. Ve- F
Theophilact. rùm hîc promittitur alius panis, quem in futuro se daturum asserit. Theophilact. in Ioan. Cibum ergo manentem, mysticam dicit sumptionem carnis Domini, quam
Cyrill. Alex. nobis ipse dat filius hominis factus. Cyrillus Alex. lib. 3. in Ioan. c. 28. Hunc ergo largiturum se pollicetur, dicens, Quem filius hominis dabit vobis. Ita coniunxit humana diuinis, & totum incarnationis mysterium tetigit. Occultiùs enim spiritualẽ cibum ostendit: quo animam simul & corpus, sanctificati in Christo viuimus. Au-
Augustin. gustin. tract. 25. Quæritis me propter aliud, inquit, quærite me, propter me. Seipsum,
Cyrillus. charissimi, Dominus insinuat istum cibum, quod in sequentibus elucescit. Cyrill. lib. 3. in Ioan. c. 29. Cæterùm quia præuidebat vt Deus, quæ crimina Iudæi ex impe- G
ritia essent allaturi: qui hominem considerantes, nec verbum Dei in eo homine esse intelligentes, dicturi erant: Quis est iste, qui diuinam sibi potestatem assumit? Quis enim permanentem ad vitam æternam cibum præbere potest? Nemo profectò mor-
Christus à patre signatus. talis, sed solus Deus, qui omnia & creauit, & gubernat. Anteuenit ergo saluator, & huiusmodi loquacitatem compescuit, adiiciẽs: *Hunc enim* filium hominis, qui vobis cibum permanentem daturus est, *pater signauit*: ἐσφράγισεν, sigillauit. Quam sententiã
1. quadrupliciter intelligere possumus. Vel quòd ipsum pater signo aliquo ab aliis se-
Chrysost. parauit. Chrysost. hom. 43. in Ioan. Propterea enim illum Pater misit, qui hunc vobis cibum ferret. Sed & ostendit Pater, & suo reuelauit testimonio. Ita nimirùm voce de cœlo lapsa testificatus est ipsum suum esse filiũ: idémque miraculis, velut aliquo
Euthym. sigillo confirmauit. Euthymius in Ioan. Nam & ostendere quoque dicitur signare, H
2. ac si videlicet suo testimonio signauerit verum esse Deum. Vel signatus à Patre dicitur, quia peculiari, immò summa gratia à cæteris hominibus segregatus est. Talis enim nobis decebat vt esset Pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cœlis factus (Heb. 7.) Vnxit enim illum Deus oleo lætitiæ
Augustin. præ participibus suis. (Psal. 44.) Augustin. tract. 25. in Ioan. Iste enim filius hominis sequestratus quadam gratia spiritus, & secundum carnem filius hominis exceptus à numero hominum est. Ideò enim hunc Pater signauit. Signari quid est, nisi propriũ aliquid ponere? Proprium ergo quiddam dedit, ne cæteris comparetur hominibus. Itaque nolite, inquit, me contemnere quia filius hominis sum: sic enim filius hominis sum, vt non sim vnus ex vobis. Sic proprium aliquid mihi dedit Pater, quo non
Albertus. confunderer cum genere humano: sed per me liberaretur genus humanũ. Albertus I
in Ioan. *Hunc* filium hominis, Deus *pater signauit*, & plenitudine suæ diuinitatis, ad hoc vt pascat, ab aliis distinxit. Ipse enim habet vnde pascat: alij autem non habent,
3. nisi ab ipso accipiant. Ioan. 1. De plenitudine eius nos omnes accepimus. Meditatur Cyrillus expressiorem in Christo cum Patre identitatem: quia non simpliciter dictũ est, *signauit*, sed sigillauit. Nam quoniam diuina scriptura testatur, characterem hypostaseos Dei patris filium esse, quia in ipsa & ex ipsa naturaliter: quo alio charactere Pater filium suum signauit? Aut ipse Pater quo charactere signatus est, vt filium signare possit? Nullus enim dicet Patrem non esse in forma Deitatis: Filius autem forma genitoris est, quem si quis intellectualiter viderit, ipsum Patrem omninò viderit. Quapropter etiam in ipso se esse naturaliter ait: quamuis ex eo etiam sit, quoniam subsistit: sicut forsan splendor in re, & ex re quæ splendet. Alius enim esse ratione intelligitur, & alia res ipsa quæ splendet, sed non aliud, si ad naturam vtriusque aspexe- K
ris: quoniam ex re splendente splendor est, & in ipsa rursus ineſt: Nec quoniam idẽ natura sunt, à seipso etiam esse quicquam credetur: Prodeunt enim quæ sic ex alio sunt, ita vt intelligantur propriè subsistere, quamuis non separata, neque decisa.
Theophil. Theophilact. in Ioan. Est enim imago patris filius, & signaculum, & character: Vnde & intellige ab illo hunc signatum, sicut & imago sigillum est: & ita se habet, quod dicit. Hunc enim, qui videbatur filius hominis, signauit pater, hoc est signaculum suum & imaginem genuit, quæ haberet in se omne quod ipse habebat, & naturalem
Nicetas. cum ipso identitatem. Nicetas Choniates lib. 2. Thesauri, cap. 27. Nec enim simpliciter splendor gloriæ duntaxat, sed hypostaseos quoque suæ character. Quia enim vna eadémque imagine res diuinas apertè exprimere impossibile erat, pluribus eas hoc pacto imaginibus discimus: & splendor quidem gloriæ, coæternum: hypostaseos

autem

A autem character similitudinis perfectionem arguit, hypostaseónque seu personarum differentiam docet. Thom. Aqu. in Ioan. Lect. 3. c. 6. Hunc ergo permanentem cibũ non habet filius hominis, nisi inquantum singularitate & eminentia plenitudinis gratiæ præcellit omnes filios hominum. Sed & secundum Hilarium hunc pater sigillauit. Quando autem sigillum in cera imprimitur, cera retinet totam figuram sigilli, sicut filius hominis totam naturam patris accepit. Est autem duplex receptio, qua filius recipit à patre: vna æterna, & de hac nøn intelligitur, quod hîc dicitur signauit, seu sigillauit: quia in sigillatione est aliud natura recipiens, & aliud imprimens. Sed hoc intelligitur de mysterio incarnationis, quia in natura humana Deus pater impressit Verbum, quod est splendor & figura substantiæ eius (Heb. 1.) Ideò ergo homo factus est, & carnem assumpsit, vt ipsam sua diuinitate viuificaret, & ita B nos illam manducantes, viuificaremur à cibo permanente in vitam æternam. *Dixerunt ergo ad eum, Quid faciemus, vt operemur opera Dei?* Thom. Iudæi enim instructi ex lege, credebant nihil æternum esse, præter Deum. Hinc factum est, vt cibum illum permanentem, aliquid diuinum esse censerent: & ideò non de cibo, sed opere Dei requirunt. Euthymius in Ioan. Aut opera Dei vocant, quæ Deo accepta sunt. Interrogant autem, non vt ea operentur, sed vt etiam ipsi videantur discipuli, & ita ad cibi suppeditationem attrahant. Existimant enim potiora Christum discipulis suis collaturum esse beneficia: ideò & eorum se participes fieri nituntur. Chrysost. hom. 44. in Ioan. Nihil gula pernicioſius, nihil ignominioſius est. Hæc obtusum & crassum ingenium, hæc carnalem animam reddit, hæc cæcat intellectum, nec sinit vt C quicquam perspiciat: quod vt Iudæis vsuuenerit, intuere quæso. Cùm enim gulæ inhiarent, cùm sæcularibus affixi, nihil spirituale contemplarentur, multis eos verbis & aculeis impellit, multum suadet: neque tamen excitantur, sed adhuc humi iacent. Tanquam enim nihil audiissent, Quid faciemus, inquiunt, vt operemur opera Dei? Quod dicebant, non vt discerent, & facerent, sed vt iterum saturarentur. Possumus & istud velut per arrogantiam dictum interpretari. Cyrillus lib. 3. in Ioan. c. 30. Satis nobis, inquiunt, præcepta Mosis sunt: non minus scimus, quàm oporteat illos scire, qui opus Dei facere volunt. Quid igitur nouum ipse, aut inauditum docere nos potest, quod scripturà dictum non sit? Tale quid etiam apud Matthæum habes. Adolescens enim quispiam magno diuitiarum cumulo circumfusus (Matth. 19.) quærebat quomodo vitam æternam posset adipisci. Ad quem Dominus, Benè, inquit, nosti mandata, Non occides, Non furaberis, Non mœchaberis, & quæ istis D coniuncta sunt. Sed hæc ille inferiora sua cognitione putans, Omnia, inquit, hæc à iuuentute custodiui: quid adhuc mihi deest? Quod igitur ille ex imperitia superbiáque intulit (qui adhuc mihi deest) id etiam isti ex arrogantia faciunt, dicentes: Quid faciemus, vt operemur opera Dei? *Respondit Iesus, & dixit eis: Hoc est opus Dei*, actio Deo grata, qua panem istum permanentem, seu panis istius fructum comparetis: *vt credatis in eum quem misit ille.* Augustin. tract. 25. in Ioan. Hoc est ergo manducare cibum, non qui perit, sed qui permanet in vitam æternam. Vt quid paras dentem & ventrem? Crede, & manducasti. Ad intentionem Iudæorũ scribit hæc Augustinus, non vt neget corporalem Christi carnis sub sacramento manducationem: sed quòd ad illum cibum permanentem non ita sit accedendum, vt olim ad Christum accesserant isti, saturitatem tantùm corporalem requirentes, & solum ventrem & dentes E præparantes. Atqui requiri hîc monet animæ per fidem præparationem: & expectãdam esse non transitoriam corporis ingluuiem, sed vtriusque hominis refectionem, quæ ipsum promoueat ad vitam æternam. Verùm quî fieri potest, vt fide opus sit, cùm Paulus Rom. 4. distinguat fidem ab operibus, dicens: quòd Abraham non est iustificatus ex operibus, sed ex fide. Thomas in Ioan. Ad hoc duplex est responsio. Vna, quòd Apostolus non distinguit fidem ab operibus simpliciter, sed ab exterioribus. Sunt enim quædam opera exteriora, quæ exercentur corporalibus membris, & hæc notiora sunt omnibus: alia verò interiora, quæ exercentur in ipsa anima, quæ non sunt nota nisi sapientibus, & qui conuertuntur ad cor. Alio modo potest dici, quòd ipsum credere computatur inter opera exteriora, nõ quòd fides sit ipsa opera, sed eorum principium. Augustin. tract. 25. in Ioan. Ideò noluit discernere fidem ab opere Dei, sed ipsam fidem dixit esse opus Dei. Ipsa enim est, quæ per dilectionem

Th. Aquinas 4.

Thomas.

Euthymius.

Chrysost. *Gulæ malũ.*

Cyrillus.

Augustin.

Quomodo ad Christi cibum accedendum.

Thomas.

Augustinus.

Theophil. operatur. Theophil. in Ioan. Nam fides erga illum, opus profectò est sanctum & perfectum, & sanctificans eos qui illam habent. Dux enim fit diligens fides, ad omnem bonam operationem, & bona operatio conseruat fidem. Nam & opera sine fide mortua sunt, & fides sine operibus. Alb. Magnus in Ioan. *Hoc est*, inquit, *opus Dei*, quod acceptat Deus, *vt credatis in eum*, hoc est, credendo tendatis in eum. Ad hoc autem quinque exiguntur: vt scilicet veritati assentiantur, vt fides per dilectionem operetur, vt formâ virtutis opus fidei informetur, vt de credito cum discretione cogitetur, vt consilium diuinum qui credit, admiretur. De primo dicitur, Rom. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem: hoc autem fit per assensum veritatis. De secundo, Gal. 5. Fides quæ per charitatem operatur. De tertio, Iacobi 2. Ego ostendam tibi ex operibus fidem meam. & ibidem, Fides sine operibus mortua est. Hoc enim intelligitur de operibus studiosis. De quarto, Sap. 15. Nosse te, consummata iustitia est, & scire iustitiã, & virtutem tuam, radix est immortalitatis. Hæc enim notitia consistit in cogitatione & scientia crediti in articulis fidei. De quinto & vltimo, Es. 60. Videbis & affluës, & mirabitur, & dilatabitur cor tuũ. Hoc enim est in contemplatione diuini consilij, quod hanc viam salutis per fidem inuenit. Sed & adhuc obiicitur, si fides sine operibus mortua est: quomodo fidei opus ad salutem necessarium tribuit? Propter hoc, ait Albertus, dixerunt antiqui, quòd opus est operans, & opus operatum. Opus operans est, quod est in operante virtutis opus, vel à virtute elicitum, vel essentialis actus virtutis: & sine illo nihil valet virtus ad salutem. Opus autem operatum est extrinsecum factum, quod apoteleſma vocant sancti, sicut operatum legis, est sacrificium factum, vel circumcisio facta, vel tale aliquid. Et sine illo, iustificat quidem fides, cum operibus virtutum interioribus. Thomas in Ioan. Sed si fides est opus Dei, quomodo homines faciunt opera Dei? At verò hoc soluitur per Isaiam, (cap. 26.) Omnia opera nostra operatus es in nobis Domine. Nã hoc idem quod credimus, & quicquid operamur boni, est in nobis à Deo. Phil. 1. Ipse est qui operatur in nobis velle & perficere. Ita fides opus Dei, quia (Ephes. 2.) donum Dei est, vt nequis glorietur. Concludit & Thomas, Christum filium Dei, verum Deum, ex eo quòd non dicit, *credatis* ei, sed *in eum quem misit ille* Pater. Cùm enim dico: Credere Deum, designo obiectum: cùm credere Deo, designo testem: cùm credere in Deum, designo finem: vt sic Deus possit haberi, vel vt obiectum fidei, vel vt testis, vel vt finis: sed aliter atque aliter. Quia obiectũ fidei potest esse creatura, credo enim cœlũ esse creatũ: similiter & creatura potest esse testis fidei, credo enim Paulo, & alteri sanctorum: sed fidei finis non potest esse nisi Deus. Nam mens nostra solum in Deum fertur, sicut in finem. Finis autem cùm habeat rationem boni, est obiectum amoris: & ideò credere in Deum, vt in finem, est propriũ charitati formatæ per charitatem: quæ quidem fides sic formata, est principium omnium bonorum operum: & ita ipsum credere, opus Dei dicitur. Cyrillus lib. 3. c. 31. in Ioan. Fidem in eum quem Pater misit, confert his omnibus operibus legis, quibus Iudæi se Deo acceptos esse iudicabant: cùm interim eorum omnium nec hirci, nec agni, nec vitulæ aut boues mactatæ sanctificare nullum possent: remitteretur autem omnis iustificatio & purgatio in ipsum Christum. Vnde fit, vt obiter Christus legalium operum vanitatem, cum nostræ in ipsum fidei soliditate comparet: ex qua consequatur & fructus illius cibi permanentis in vitam æternam. *Dixerunt ergo ei, Quod ergo tu facis signum, vt videamus, & credamus tibi?* Hæc quæstio aliter ab Augustino exponitur, aliter à Chrysostomo. Chrysost. hom. 44. in Ioan. Inuitatos eos ad fidem dicit. Et quoniam argumenta ad fidem inducentia sunt miracula, (1. Cor. 14.) Signa enim data sunt infidelibus: ideò, vt credant, signum petunt. 1. Cor. 1. Quoniam Iudæi signa quærunt, & Græci sapientiam. Verùm & hæc sua petitione infidelitatem produnt, cùm nuper signum in panum multiplicatione, & ægrotorum curatione ostenderit. Nihil enim his stultius, nihil insipientius, inquit Chrysost. cùm signum in manibus haberent, & tamen tanquam nullum signum fecerit, rogant: neque in eius potestate signum relinquunt: sed necessariò ei præscribunt, vt nullum aliud faciat, quàm quod maiorum suorum temporibus factũ est: nimirùm vt sic eos pascat, quemadmodum à Mose in deserto 40. annis populus cibum è cœlo accepit. Augustin. tract. 25. commotos illos scribit ex promissione panis permanentis in vitã æternam:

Quod opus est fides.

Thomas.

Cyrillus.

Chrysost.

Miracula inducunt ad fidem.

Augustin.

A æternam: vnde fiat, vt admirationis occasionem sumat à comparatione illius cum Moyse. Attendebant, inquit, promissa per Moysen: attendebant promissa per Christum. Ille plenum ventrem promittebat in terra, sed cibo qui perijt: iste promittebat cibum, non qui perit, sed qui permanet in vitam æternam. Attendebant eum plus promittentem, & quasi non videbant eum maiora facientem. Attendebant itaque qualia fecisset Moyses, & adhuc aliqua maiora volebant fieri ab eo, qui tam magna promittebat. *Quid*, inquiunt, *facis, vt credamus tibi?* Et vt noueritis quia miracula illa huic miraculo comparabant: & ideò ista minora iudicabant, quæ faciebat Iesus: *Patres nostri, inquiunt, manducauerunt manna in deserto, sicut scriptum est,* (Exod. 16.) *Panem de cœlo dedit eis manducare.* Psal. 77. Panem Angelorum manducauit homo. & ibidem, Portas cœli aperuit illis, & pluit illis manna vt ederent. Sap. 16. Paratum
B panem de cœlo præstitisti eis sine labore habentem in se omne delectamentum, & omnem saporem suauitatis. Exod. 16. Iste est cibus, quem dedit vobis Dominus ad vescendum. Hoc ergo tale est, ac si dicant: Nihil est quod operaris. Hordeaceis enim panibus pascere semel, valde parum est. Da igitur cibum perpetuum. Moses 40. annis populum pauit, tu nos ita pasce, vt nullo tandem labore nobis opus sit. Sed quidnam (ait Chrysost. hom. 44. in Ioan.) nullum aliud ex prioribus signis (quæ Mo- Chrysost.
sis tempore facta sunt) in memoriam reuocant, cùm plurima tunc temporis in Ægypto, in mari, in deserto facta essent: sed hoc duntaxat de manna proferunt? Nimirùm quia ventris impulsu cibum desiderabant. Quid autem? Qui Prophetam ipsum appellastis, & regem facere voluistis, post visum signũ, ac si nihil fecerit, ingrati & perfidi facti estis, & signum quæritis, parasitorum & famelicorum more loquentes?
C Aduerte scilicet irrisionem. Non dixerunt: Moyses signum fecit: Tu quid facis? ne forte eum perturbarent. Sed adhuc honorificè loquuntur cibi expectatione: neque dixerunt, Deus hoc fecit: ne huic æqualem, illo humiliorem facere viderentur: sed medium quoddã tenuerũt. *Patres nostri manducauerunt manna in deserto.* Et profectò ad hæc Christus dicere potuisset se maius fecisse miraculum: non virga, non precibus eguisse, sed propria omnia fecisse virtute: quòd si manna meministis, ecce panem vobis præbui. Verùm non erat nunc his verbis locus, sed vnum curabat, vt ad spiritualẽ cibum eos adduceret: ideò considera immensam Christi prudentiã, quomodo respondeat. *Amen, Amen dico vobis, non Moyses dedit vobis panem de cœlo, sed Pater meus dat vobis panem de cœlo verum.* Ita pro Moyse, Deum: pro manna, seipsum posuit. At verò num
Moyses panem illis in deserto dedit? Dionys. Carthus. art. 17. in Ioan. c. 6. ita ex Patri- Dion. Carth.
D bus colligit. Tripliciter, inquit, hoc intelligitur. Primò, quoniam Moyses non de- *Triplex huius loci sẽsus.*
dit eis hunc panem: sed Deus omnipotens ministerio Angelorum dedit & pluit manna. Secundò, quoniam panis ille non descendit de cœlo propriè dicto, videlicet de cœlo empyreo, sidereo, seu aliquo orbe cœlesti, altioris naturæ præ elementis: sed de cœlo aëreo. Tertiò, quoniam manna non fuit panis verus, sed figuralis ac typicus. Vbi etiam sciendum est, quòd verum quandoque distinguitur contra fictum seu falsum: & sic manna fuit verus panis. Quandoque autem contra figuratiuum: sic non erat verus panis, sed typicus, præfigurans panem cœlestem & spiritualẽ, qui datur nobis in sacramento. Hæc excerpuntur ex D. Thomę annotationibus in Ioan. Thomas.
c. 6. lect. 4. & ex Chrysostomi hom. 44. in Ioan. Non de cœlo, inquit Chrys. erat Mã- Chrysost.
na, vt Christus asserit: quomodo ergo in scripturis de cœlo esse dicitur? Quemadmodum volucres cœli, & tonuit de cœlo Dominus. Panem autẽ simpliciter, & non verũ
E illum appellat: non quòd falsum esset in manna miraculum, sed quòd figura esset, nõ veritas. Et cùm Moysi meminisset, se illi non contulit, neque se adhuc illi præponit: cùm maiorẽ adhuc de illo haberent opinionẽ. Cyrill. Alex. li. 3. in Ioan. c. 33. Ita solùm Cyrillus.
Mose authore inflati, nonnunquã maiorẽ quàm oporteret, honorẽ ei deferebant, diuina opera illi accõmodantes. Hinc ergo discimus, quo animo sancti Patres colendi *Quo animo sãcti colendi.*
sunt. Reddere nãque debemus, vt scribitur (Ro. 13.) timorẽ cui timor, honorẽ cui honos debetur. Tũc enim iure omnia faciemus, cũ vnicuiq; suũ recta proportione reddem⁹. Nã & Prophetarũ spiritus Prophetis subiiciũtur, (1. Co. 14.) sed cũ de saluatore nostro sermo habetur, tũc clamare necesse est, Ps. 88. Quis in nubib⁹ ęquabitur Dño, aut quis similis erit Domino in filiis Dei? Ita Christus panẽ in præsenti dari, & in futuro dandũ tandẽ docet. Nam in præsenti dabat Christũ suũ pater, vnde habet, *Pater*

meus dat in præsenti, non dedit, aut dabit, vt ad præterita, aut futura promissio quæ- F
dã si tdoni nondum exhibiti. Addit, *Vobis*, ne fortè aut patribus, aut successoribus, &
non sibi illũ porrectũ obganniant. *Panem verum*, vt qui sit veritas, cuius & manna ty-
pum gessit: *De cœlo*, ne fortè ad elementa corruptibilia, aut communes cibos animũ
aduertant, cùm illum & ab his, & à manna etiam ipso, vt longè digniorem secernat.
Itaque in præsenti Christus panis verus erat, qui ante Cœnæ institutionem manducatur per fidem: nondum tamen verè & realiter per sacramentum. Cyrillus libr. 3. in
Ioan. c. 34. multis rationibus manna Christi typũ gessisse ostendit. Non enim, inquit,
illud verum manna, & verus panis cœlestis fuit: sed ipse vnigenitus Dei filius, verus
panis est: qui cùm sit substantia patris, naturaliter vita est cuncta viuificans. Vt
enim panis iste terrestris imbecillitatem carnis nostræ sustinet atque conseruat: ita
& ipse per Spiritum sanctum spiritum nostrum viuificat, & corpus ipsum à corruptione liberat. Ideò ait: *Panis enim verus est, qui de cœlo descendit, & dat vitam mundo.* G

Cyrillus. *Quibus rationibus Manna Christi typũ gessit.*

1. Sensibile illud manna intelligibile hoc, Christũ scilicet, figurabat. Ad dies autem
singulos colligebant, (Exod. 16.) & in crastinum reseruare vetabantur: quia saluatoris
aduentu figuræ legis cessarunt, & colligere inde alimenta non possumus: ipsa verita-
2. te nobis & pane cœlesti ad fruitionem proposito. Sed & die septima sensibile manna
colligi noluit, verùm pridie collecto vti iussit: septima enim dies saluatoris tempora
significat, in quibus sanctificati, sabbatismum peccatorum agere debemus, alimenta
3. fidei, ab antecollecta legis cognitione, accipientes. Dixerũntque Moses & Aaron ad
omnes filios Israël (Exod. 16.) Vesperè scietis quòd Dominus eduxit vos de terra Ægypti, & manè videbitis gloriã Domini. Dabit enim Dominus vesperè vobis carnes
edere, & manè panes in saturitate. Nã Coturnix legem quodammodò notabat, quæ
nunquã effertur volatu, vt & disciplina legis terrestris obũbraretur: Vesperè autẽ tra- H
ditur, quia magna obscuritate figuræ legis inuoluuntur, vel quia mundus tenebrarũ
effusione tenebatur: luce vera carens, quæ est Christus. At verò Oriente iã sole, seu Euangelica doctrina, cùm etiã ros & pruïnosa legis obseruatio iaceret, & desineret: tũc
verũ manna, tunc Christus dãtus est. Hunc cùm vidissent Iudæi filij Israël, dixerunt
adinuicem: Quid est hoc? nouitate rei perculsi, vnde nomen rei factum est. Manna
enim, Syrorum lingua, Quid est hoc, significat. Nec enim Christum Iudæi cognoue-
Theophil. runt, sed eum potius mirati sunt, dicentes: Quis est hic? Theoph. in Ioan. Iudæi enim
viso manna, quod cumulatim deplutum esset ante cuiusque tabernaculum, obstupefacti insolito & peregrino spectaculo, interrogabãt, Quid hoc? Dominus autẽ factus
homo filius Dei, stupefacit omnes, ita vt dicant, Quid hoc? Quomodo filius Dei, &
filius hominis? Quomodo ex duobus diuersis, vna persona? Quod hoc mysterium? I
Euthymius. Euthym. in Ioan. Siquidem ille panis figuratiuus, me qui sum veritas, præfigurabat,
inquit Christus. Quẽadmodum enim ille desuper descendens, eos qui participabãt,
pascebat ac roborabat, ita & ego: Ille quidem corpora ad vitam transitoriam, ego verò animas & corpora ad vitam æternam. Ioan. 10. Ego veni vt vitam habeant. Tho.
Th. Aquin. Aquin. lect. 4. in Ioan. c. 6. Sic ergo Christus vitam dat mũdo, ratione suæ diuinitatis,
& descendit de cœlo ratione humanæ naturæ: descendisse enim de cœlo dicitur, assumendo naturam humanam. Phil. 2. Exinaniuit semetipsum, serui formã accipiens.
Albertus. Alber. in Ioan. Hic *panis verus dat vitam mundo.* In hoc differentia est materialis panis
ad panem spiritualem: quia panis materialis mutatus in carnem nostrã & sanguinẽ,
à nobis accipit vitam: panis autem spiritualis nos in se mutans, dat nobis vitam suã. K
Vnde dictum est ab Augustino: Crede, & manducasti. Nec tu me mutabis in te, sicut
Chrysost. cibum carnis tuæ, sed tu mutaberis in me. Chrysost. hom. 44. in Ioan. Dat autem vi-
August. tam mundo, non Iudæis tantùm, sed vniuerso orbi. August. to. 25. in Ioann. Dat ergo
Deus panem. Sed quem panem? Fortè manna. Non, sed panem quem significabat
manna, ipsum scilicet Dominum Iesum. *Dixerunt ergo ad eum, Domine, da nobis semper panem hunc.* Dominum confitentur, audientes quòd de thesauro patris panem cœlestẽ exhibiturus esset: & putantes hunc carnalẽ esse, quo dum reficerentur, otiosam vitam agerent, *Semper*, inquiunt, *da nobis*, ne fortè esuries rursus occurrat, aut sollicitudine ac labore ad victum comparandum opus sit. Huic similis erat petitio Samaritanæ, (Ioann. 4.) Domine, da mihi aquam hanc, vt non sitiã iterum, neque veniam
huc haurire. At verò Deus ordinauit vnicuique de suo labore viuere, ne inertia
dissolua-

A dissoluatur. Iob.5. Sicut auis nascitur ad volatum, ita homo ad laborem. Gen. 3. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Chrysost.hom.44.in Ioan. Sed neque dixerunt, Roga vt det: sed da nobis panem hunc. Atqui non dixerat, Ego do, sed, *Pater meus dat*. Ea enim erat cupiditas cibi, vt inde se saturari posse arbitrarentur. Thom.in Ioan. Et licet ista carnaliter petant, tandem tamen eorum petitio spiritualiter intellecta nobis competit: qui sic orare docemur, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: quia non possumus sine hoc pane viuere. Iesus autem volens eis temporalis cibi somnium excutere, atque ad spiritualem intellectum eos transferre, *dixit eis*, apertè explicans, quæ priùs dixerat obscuriùs, *Ego sum panis vitæ*: Panis scilicet ille verus, quem dixi missum à Patre, quique vitam veram præstat mundo. Panis vitæ dicitur, phrasi Hebraica. q. diceretur, *lehem hahaiim*, panis vitarum, sicut & lignum *hahaiim*, Genes. 3. arbor vitæ nuncupatur: vtique ad differentiam panis communis, qui panis mortis nuncupari potest, vt qui solùm in hac vita mortali necessarius sit. At verò panis sapientiæ diuinæ per seipsum viuificat. Eccl.15. Cibauit iustum Deus pane vitæ & intellectus. Thomas. Item panis corporalis non dat vitam, sed tantùm præexistentem sustentat ad tempus: panis autem spiritualis ita viuificat, vt det vitam. Siquidem anima incipit viuere, statim atque verbo Dei adhæserit. Psaltes. Quoniam apud te est fons vitæ. Albertus in Ioan. Panis vitæ ex corpore viuifico habet refectionem, ex anima redemptionem, ex deitate habet vitæ beatæ saporem. Sic panis iste manibus æternæ sapientiæ tanquam ex tribus satis confectus est. Genes. 18. Accelera, tria sata farinæ commisce, & fac subcinericios panes azimos. Cinis autem, quo coctus est panis iste, est cinis mortalitatis & humilitatis huius. Cyrillus Alexandr. libr.3.in Ioan.c.36. His quoque verbis Christus suboſtendit sanctissimi sui corporis vitam & gratiam, qua in nos vnigeniti vita & ingreditur, & permanet. Theophila. in Ioan. Non dixit autem panis alimoniæ, sed vitæ. Nam quum omnia mortificata essent, viuificauit nos per semetipsum Christus, qui est panis: eò quòd fermentum humanæ consperſionis credimus coctum esse igne deitatis. Panis autem vitæ, non huius solitæ, sed immutatæ, & morte non deficientis. Euthym.in Ioan. Nam ea propriè dicitur vita, quæ æterna est: quæ enim ad tempus durat, non vita est, sed vitæ imago. Rupertus in Ioan. In vestro ergò arbitrio est, inquit, accipere & semper habere panem hunc. (Psal.94.) Nolite obdurare corda vestra, sicut in irritatione, secundum diem tentationis in deserto, vbi tentauerunt me patres vestri. *Qui venit ad me, non esuriet, & qui credit in me, non sitiet vnquam*. Quomodo enim esuriet, qui omnium bonorum in se habet abundantiam, & nullius rei defectum? Sed contra hoc videtur, quod dicitur Eccl.24. Qui edunt me, adhuc esurient. Albert. in Ioan. Dicendum autem, quòd duplici de causa surgit esuries spiritualis. Est enim esuries, desiderium cibi spiritualis nondum habiti: & sic non esurit, qui ad panem vitæ peruenit. Est iterum esuries, ad hoc vt cibus habitus continuetur: & sic sententia Ecclesiastici intelligitur. Tho.in Ioan. Causa enim quare temporalia neque esuriem, neque sitim auferunt: Vna quidem est, quia non simul sumuntur, sed paulatim, & quasi cum motu, vnde semper aliquid superſit quod sumi possit: & propter hoc sicut consurgit satietas & delectatio ex iam sumpto, ita supereſt desiderium illius quod nondum acceptum est. Alia ratio est, quia temporalia corrumpuntur & pereunt, corruptorum autem memoria remanet, vnde fit vt rursus illorum desiderium generetur. Spiritualia verò & simul sumuntur, & non corrumpuntur nec deficiunt, ex quo fit vt satietas eorum in æternum maneat. Apoc.7. Non esurient neque sitient amplius. Psaltes. Adimplebis me lætitia cum vultu tuo, delectationes tuæ vsque in finē. Cæterùm venire ad Christū, & credere in eum, non differunt. Augustt.tract.25. in Ioan. Qui venit ad me, hoc est quod ait, & qui credit in me: & quod dixit, non esuriet, hoc est quod dicit, non sitiet vnquam. Vtroque illa significātur, æterna satietas, vbi nulla est egestas. Hic igitur agit de manducatione spirituali, quę per fidem est, tandem acturus de sacramentali. Porrò Christus ipse nobis in cibū est spiritualem, & ratione diuinitatis, & humanitatis, vt diximus: quoties & ipsum verum Deum, patri coæqualem, eundémque verum hominē & saluatorem credimus. Chrysho.44. in Ioan. Iā, inquit, in mysteriorū traditionē deuenturus est, & primùm

Chrysost. Thomas. Idem. Albert. Cyrill. Alex. Theophil. Euthym. Rupertus. Albertus. *Esuries spiritualis & sitis vnde.* Thomas. Augustin. Chrysost.

de diuinitate ſua ſic diſputat, Ego ſum panis vitæ. Neque enim de corpore hoc dictũ F
eſt, de quo circa finem inquit, Et panis quem ego dabo, caro mea eſt, quam ego
Euthymius. dabo pro mundi vita. Eadem ferè habet Euthymius in Ioan. Cyrillus Alexand. lib.
Cyrillus. 3. in Ioan. c. 37. etiam ex hac ſententia colligit ſacroſanctæ Euchariſtiæ virtutem,
Virtus Eucharistiæ. nimirùm ab ipſa inhabitante diuinitate, quæ vita ſit omnium fidelium. Quid igi-
tur, inquit, Chriſtus pollicetur? Quid credentibus adfert? Corruptibile certè nul-
lum, ſed benedictionem, quam communicatione corporis atque ſanguinis Chri-
ſti aſſequimur: vnde ad eam incorruptionem integrè reducemur, vt cibo & potu
corporali non indigeamus. Viuificat enim corpus Chriſti, & ad incorruptionem ſua
participatione reducit. Non enim alterius cuiuſdam, ſed ipſius vitæ corpus eſt, vir-
tutem incarnati verbi retinens, & plenum poteſtate illius, quo vniuerſa & viuunt,
& ſunt. Quæ cùm ita ſe habeant, ſciant baptizati homines, & diuinæ gratiæ parti- G
cipes facti, ſi rariùs in Eccleſiam proficiſcantur, & longo temporum ſpatio propter
ſimulatam religionẽ, myſticè communicare Chriſto recuſent, ab æterna ſe vita pro-
cul depellere. Quippè recuſatio huiuſmodi quamuis ex religione proficiſci videa-
tur, & ſcandalum facit, & laqueos inſtruit: quare oportet omnibus viribus à peccato
mundari, & rectè iactis fundamentis cum fiducia ad ſumendam vitam concurrere.
Sed dixi vobis, quia & vidiſtis me, & non credidiſtis. Dixi, inquam, vobis, me illum eſſe pa-
nem vitæ, ne quam prætexatis ignorantiæ excuſationem: neque enim refugio, quo-
minus me perfruamini. Verùm non ea mente & animo acceditis ad me, quo conue-
nire neceſſe eſt eos, qui vitã ex me accepturi ſunt. Vidiſtis enim me, miracula facien-
tem: etſi verò dixeritis me Prophetam eſſe, aut regem vobis præficere velitis, non ta-
men credidiſtis me veſtrum Meſſyam, patris verbum, verum Deum eſſe. Idem iſtud
eſt, ac ſi clamanti ſe præ eſurie torqueri, dicatur: quid tandem eſuris? Ecce panis co- H
ram te eſt. Itidem & Iudæis panem petentibus, dixiſſe ſe Ieſus aſſerit, quòd ſit panis
vitæ. Deſideratis, inquit, panem permanentem in vitam æternam, & ille coram vo-
bis eſt, & tamen eum non ſumitis, quia in eum non creditis. Accipitur igitur fide
Manducatio ſpiritualis. Chriſtus, ſed manducatione ſpirituali: cùm non modò fides, ſed & os ipſum ad ſacra-
Theophil. mentalem manducationem accedat. Theophil. in Ioan. Nam qui credit in eum, non
eſuriet, neque famem feret audiendo ſermonem Dei. Ita nimirùm contingit, vt qui
viua fide Chriſtum amplectuntur, ſolum Chriſtũ ſpirent, in eo ſolo conquieſcant:
& id dicant cum Paulo, Omnia habui tanquam ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciam.
Cyrillus. *Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet.* Cyrill. lib. 3. in Ioan. c. 39. Cauſam cæcitatis Ieſus
aperit, vt diſcant ſe diuinam iram incurriſſe. Hanc illis cauſam optimus medicus
expreſſit, non vt in morbo ſemper morerentur: ſed vt citiùs atque faciliùs ab eo reſi- I
liant, omni modo eam placantes, quem peccatis ſuis irritarunt. Venire autem ad ſe
Saluator ait, etiam quod Pater dederit: non quia ipſe non poſſit, quoſcunque velit,
adducere. Quomodo enim, cui omnia ſubiecta ſunt? vt Paulus ſcribit, (1. Cor. 1.) ſed
quia nemini hoc niſi ſoli diuinæ naturæ conceditur, vt ignorantiæ tenebris inuolu-
tos illuminet: ſicut homo patri hanc rem attribuit, quod eſſe ſolitum facere ſæpiùs
diximus. Cùm autem ad ſe venturum omne, quod Pater dederit, dicat: iamiam ven-
turas Gentes ſignificat. Ita commodiſſimè minari videtur iacturam gratiæ, quam
facturi erant, allatis à Deo Patre ad viuificantem & natura filium, vniuerſis miſeri-
corditer Gentibus: vt benedictionis & diuinæ naturæ participes, ad vitam & incor-
ruptibilitatem reducantur, in priſcum naturæ habitum reformatæ. Quemadmo-
Quomodo Pater dat electos filio. dum igitur quiſpiam ægrotũ medico adfert, vt ei medeatur: ſic à Patre illos, qui di- K
gni ſalute ſunt, filio adduci dicimus. Pernicioſa enim res omninò eſt cordis duricies.
Ideò Prophetico ſermone Iudæis imperatur, vt duritiam cordis circuncideren:
(Hier. 4.) Quod illi quidem recuſarunt, nos autem quos Pater filio dedit, ſuſce-
Th. Aquinas pimus, & ſpirituſ. circunciſi ſumus. Thom. Aquin. Lect. 4. in Ioan. c. 6. Sciendum
autem quòd ipſum credere noſtrum in nobis eſt ex dono Dei. Epheſ. 2. Gratia ſalu-
ati eſtis, & non ex vobis. Phil. 1. Datum eſt vt non ſolùm in illum credatis. Dici-
tur autem quandoque Deus Pater dare filio homines credentes: vt & hîc, Omne
quod dat mihi Pater, ad me veniet: quandoque filius dat Patri, ſicut cùm legimus,
(1. Cor. 15.) Cùm tradiderit regnum Deo & Patri. Ex quo intelligimus, quòd ſi-
cut Pater cùm dat, non tamen adimit ſibi regnum: ita nec filius. Pater autem dat

filio,

A filio, inquantum facit hominem verbo suo adhærere. 1. Cor. 1. Per quem scilicet Patrem, vocati estis in societatem filij eius. Filius verò tradit Patri, inquantum verbum manifestatiuum est ipsius patris, Ioan. 17. Manifestaui nomen tuum hominibus. Sic ergo dicit: *Omnè quod dat mihi Pater, ad me veniet*: id est, Patris quidem liberalitate & propensa in homines misericordia dantur mihi qui ad me veniant, seu in me credant. Verùm fortè quæstio ista occurret, Si quicquid Pater filio dederit, ad ipsum venit: illi ergo soli ad eum veniunt, quos ei Pater dederit. Cur ergo imputatur in peccatum illis qui non credunt, quia ad Christum non veniunt: cùm nec ei à Patre dati sint? Ad quod dicendum, inquit Thomas, quòd non imputatur eis, Thomas.
si absque auxilio Dei ad fidem venire non possunt: imputatur autem eis, quòd impedimentum præstant ne veniant, auertentes se à salute, cuius via, quantum in se
B est, omnibus est aperta. Euthymius in Ioan. Pater enim illos dat (in præsenti iustitia, non tamen in æterna prædestinatione) in quibus præcedit bona voluntas. Euthymius.
Neque enim hæc per se facere potest, absente Dei adminiculo: neque illud auxilium, nisi præsens sit & voluntas. Sed & ab æterno Deus præsciuit bonam hominis voluntatem, & ita præparauit ei secundam, nimirùm iustificationis gratiam. Augustin. tom. 7. lib. de corrept. & gratia, c. 13. Cæterùm quis ex multitudine fide- Augustin.
lium, quandiu in hac mortalitate viuitur, in numero prædestinatorum se esse præsumat? Quia id occultari opus est in hoc loco, vt sit cauenda elatio, vt etiam per Sathanæ Angelum, ne extolleretur, tantus colaphizaretur Apostolus, (2. Cor. 12.) Hinc & Apostolis dicebatur, (Ioan. 15.) Si manseritis in me: cùm tamen illos sciret esse mansuros. Et per Prophetam, (Isa. 1.) Si volueritis, & audieritis me: cùm sciret
C ipse, in quibus operatur & velle, (Phil. 2.) Et similia multa dicuntur propter huius vtilitatem secreti, ne fortè quis extollatur: sed omnes etiam qui benè currunt, timeant: dum occultum est, quò perueniant. Et alibi monet, ne quis de misericordia Dei diffidat, ac si ab illo minimè datus sit Christo. Sed si tu non es prædestinatus (in opinione tua) inquit, fac (per confidentiam certam apud Deum) vt prædestineris. Enitere scilicet in pietatem, charitatem, eáque omnia, quibus prædestinati ab hominibus cognosci possunt. Et idem sanè dixerim in eos, qui fortè hac Christi sententia abutentur, & dicent se ad Christum venire non posse, quia nec ei à Patre dati sint. Immò verò contendant ad eum, credant, sperent, confidant: ita enim co- *Qui dantur à Patre.*
gnoscent se à Patre datos esse. Augustin. lib. 22. de ciuit. Dei, c. 26. Illud enim quod Augustin.
ait Apostolus, (Rom. 8.) prædestinatos fieri conformes imaginis filij Dei, potest
D & secundum hominem interiorem intelligi. Ita nimirùm ad Christum accesserimus, cùm & illi conformabimur. *Et eum qui venit ad me, non eiiciam foras.* Occurrit obiectioni, quam sic intentare potuisset aliquis. Veniemus vtique ad te, sed tu non recipies nos. At verò neminem repello, quin potius omnes inuito. Venite omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Quis sperauit in eo, & confusus est? Accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestræ non confundentur. *Non eiiciam foras*, non repellam à me, à iustitia, à salute: quod enim extra Christum, iustitiam & salutem est, foras eiectum esse dicitur. Thomas in Ioan. Attendamus Thomas.
ergo quid sit intrinsecum, è quo illi eiiciantur. Et quidem visibilia omnia cùm *Quid intrinsecum in Deo.*
exteriora sint, respectu spiritualium: quanto aliquid est magis spirituale, tanto magis est intrinsecum. Et hoc quidem duplex est. Vnum quidem, profundissi-
mum est gaudium vitæ æternæ, quod, secundum Augustin. tract. 25. in Ioan. dulce Augustinus.
E secretum est, sine tædio, sine amaritudine malarum cogitationum, sine interpellatione tentationum & dolorum. De quo dicitur Matth. 25. Intra in gaudium domini tui. & Psal. 30. Abscondes eos in abscondito faciei tuæ, id est, plena visione tuæ essentiæ. Et ab hoc intrinseco nullus eiicietur. Apo. 3. Qui vicerit, faciam illum columnã, & foras non egredietur. Quia (vt dicitur Matth. 25.) Ibunt iusti in vitam æternam. Aliud intrinsecum est rectitudo conscientiæ, spirituale gaudium, de quo dicitur Sap. 8. Intrans in domum meam, conquiescam. Et Cant. 1. Introduxit me rex in cellam vinariam. Potest autem quis ex illa interiori quiete egredi. Vnde fit vt & istud quod Christus ait, duobus modis intelligatur. Vno quidem modo, vt illi ad ipsum venire dicantur, qui dati sunt ei à Patre, per æternam prædestinationem: & hi quidem non eiicientur foras. Rom. 11. Non enim repulit Dominus

Idem Aug. plebem ſuam. Auguſt. tom. 7. Ad articulos ſibi falsò impoſitos, art. 12. Prædeſtinatio F
enim Dei, etſi apud nos, qui dum in præſentis vitæ periculis verſamur, incerta eſt: apud illum tamen, qui fecit quæ futura ſunt, incommutabilis permanet. Et lib. 20. de ciuit. Dei, cap. 7. Nec moueat, quòd ſæpè diabolus ſeducit etiam illos, qui iam regenerati in Chriſto, vias Dei ingrediuntur. Nouit enim Dominus qui ſunt eius (2. Tim. 2.) ex his in æternam damnationem meminem ille ſeducit. Sic enim nouit Dominus vt Deus, quem nihil latet etiam futurorum: non vt homo, qui hominem ad præſens videt, ſed tamen videt, cuius cor non videt: qualis autem poſtea futurus ſit, nec ſeipſum videt. Alio modo poteſt & iſta ſententia intelligi: quòd quicunque egrediuntur, non tanquam à Chriſto eiecti, egrediantur, ſed propria malitia & voluntate impulſi. Ita non eiicit illos Chriſtus, ſed ipſi ſemetipſos expellunt ab electorum cœtu. Oſee. 13. Perditio tua ex te Iſraël, ex me autem auxilium tuum. Cyrill.

Nemo eiicitur, qui ſe nõ eiecerit.

Cyrillus. lib. 3. c. 40. in Ioan. Cùm autem dicitur, Non eiiciam foras venientem, illud profe- G
ctò dicitur, Non tradam iudicio fidelem, qui diuina gratia munitus eſt. Foras enim hoc tale quid ſignificare comperies, vt in illa apud Matth. (cap. 13.) parabola: Simile eſt regnum cœlorum ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congreganti: quam cùm impleta eſſet, educentes, & ſecus littus ſedentes, elegerunt bonos in vaſa ſua, malos autem foras miſerunt. Nam quòd collecta ſint bona, & in vaſis repoſita, id probos atque pios in cœleſtibus atriis ſemper victuros ſignificat: quòd autem inutilia foras eiecta dicuntur, id omnium bonorum iacturam facturos, & in iudiciũ caſuros impios denotat. Sic vituperatus eſt Ieconias ſicut vas, cuius nullus eſt vſus:

Theophil. & proiectus in terram quam ignorauit, (Hier. 22.) Theophil. in Ioan. Non eiiciam
Euthymius. foras, hoc eſt, non perdam, ſed ſaluabo, & magna cura illum refocillabo. Euthym. Non eiiciam foras, neque hîc à mea familiaritate, neque ibi à regno cœlorum. Ne- H
mo igitur Chriſtum accuſet, ſed ſeipſum, quia ad illum non venerit, nec in eum crediderit. *Quia deſcendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me.* Deſcendit de cœlo, ait Gloſſa, viſibilis factus in terra, vt humilem Deum ſe-

Quæ Chriſti volũtas ſubmittitur volũtati Patris.

quatur ille, quem puderet ſequi hominem humilem. Deſcendit per humanæ naturæ aſſumptionem. Phil. 2. In ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Idem igitur iſtud eſt, ac ſi diceret: Ego qui verbum æterni patris ſum, humanam naturam aſſumpſi, vt me mittentis patris voluntatem adimplerem. Verùm occurrit quæſtio: Fuerit ne alia filij, alia patris voluntas, cùm dicat Chriſtus ſe non facturum voluntatem ſuam, ſed patris. Nam ſi vna patris & filij eſſentia eſt, conſequi-

Cyrill. tur vt & vna ſit voluntas. Reſpondet Cyrillus lib. 4. in Ioan. cap. 1. Chriſtum de voluntate ſua humana locutum eſſe, quam paternæ, immò ſui ipſius, inquantum Deus I
eſt, voluntati ſubiecerit. Vtitur verò generaliori quodam loquendi modo, quo quiſque in ſuperioris manus ſuam voluntatem reſignat.

Athanaſ. Athanaſ. ſerm. 4. contra Arianos. Nam & filius voluntate qua vult illum pater, ea & ipſe diligit, & vult, & honorat Patrem: éſtque vna eadémque voluntas illa, quæ patris eſt in filio, vt etiam inde ſpectetur filius in patre, & pater in filio. Ne quis igitur, ſecundum Valentinum, antecedentem voluntatem introducat, néve quis medium ſeipſum intrudat inter vnicum patrem, patríſque vnicum verbum, ſub titulo volendi, atque conſultandi.

Dion. Carth. Dionyſ. Carthuſ. Quæritur etiam, cùm Deus ſit ſua voluntas, quomodo poteſt quis facere voluntatem Dei, cùm nullus poſſit facere Deum? Reſpondendum, quòd voluntatem Dei facere dicimur, dum eius præceptis paremus, vel conſiliis acquie- K
ſcimus. Frequenter enim ſumitur voluntas, pro ſigno voluntatis, videlicet pro præcepto, vel conſilio, vel pro re volita. Denique verbis iſtis incomparabilis nobis com-

Humilitas Chriſti.

mendatur humilitas Chriſti, qui cùm ſit verus Deus, patri coæqualis, tam humiliter tamen aſſerit ſe veniſſe, non vt propriam impleat voluntatem, ſed patris. Confunditur ergo & condemnatur ſuperbia noſtra, rebellio noſtra, duritia noſtra, qui ad murmurandum, repugnandum & tumeſcendum tam proni ſumus. At verò quàm melius fuerit, vt propriam voluntatem penitùs abnegantes, nos noſtráque omnia in eius manus reſignemus? Luc. 9. Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam quotidie, & ſequatur me. Quo enim ſincerè propter Deum voluntatem propriam relinquimus, eo amplius Deum poſſidere incipimus. Vnde Eſaias, (c. 58.) Si glorificaueris Dominum, dum non inuenitur voluntas tua, tunc

delecta-

A delectaberis in Domino, & ſuſtollam te ſuper altitudinẽ, ait Dominus. Hanc abnegationem efficit vera charitas Dei, quoniam amor, ſecundum Dionyſ. Areopag. non ſinit amantem eſſe ſui ipſius, ſed amati. Sed nónne, etiam inquantũ homo, Chriſtus volebat genus humanum ſaluare? Vtique. Non tamen eo medio quod pater inſtituerat, id eſt, per ignominioſam crucis mortem. Aut ſaltem mouebatur ſuppliciorũ horrore, & ſceleribus Iudæorum, vt ſi fieri aliter poſſet, etiam aliter vellet. Quod & ipſius ad Patrem oratio docuit, quam ſic concluſit: Veruntamen non mea, ſed tua voluntas fiat. *Hæc eſt enim voluntas eius qui miſit me, Patris, vt omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, ſed reſuſcitem illud in nouiſſimo die.* Theophil. in Ioan. Subinde ponit, Dedit mihi Pater: vt perſtringat corda illorum, & agnoſcãt ſe Dei munere indignos. Nam ſi Pater dat, vt magnum quiddam, dignam in Chriſtum fidem, ipſi autem illam non B habent: manifeſtum eſt quòd dono Dei exciderint. Atqui neminem eorum, quos pater dedit, perdit filius. Si quis enim perit, propria culpa perit. Sed neque cõtingit, vt ij quos Dominus elegit & prædeſtinauit per Chriſtum ſaluandos, finaliter pereãt. Verùm opponitur huic ſententiæ id quod Chriſtus dixit, Ioan. 17. Nemo ex iis quos dediſti mihi, periit, niſi filius perditionis. Dicendum autem, quòd dupliciter dati eſſe nonnulli intelliguntur, nimirùm aut ſecundum præſentem iuſtitiam: quomodo fieri poteſt, vt qui dati ſunt, pereant, ſicut & filius perditionis Iudas: aut ſecundum æternum Dei propoſitum, & ſic vera eſt hæc Chriſti ſententia. Nam cùm Deo nota fuerint omnia antequàm fiant, nouit & quid ſuis euenturum eſſet, neque fruſtrà illos prædeſtinauit. Cæterùm reſurrectionis nomine, claritatem illam intelligit, qua in nouiſſimo die electi donabuntur. 1. Cor. 15. Sicut enim ſtella differt à ſtella in claC ritate, ſic & electi in gloria reſurrectionis. Theoph. Duplex enim eſt reſurrectio, vna quidem communis & generalis, qua omnes etiam peccatores reſurgent: altera, qua ſoli iuſti aſſumentur in occurſum Domini in aëra. Hanc autem reſurrectionẽ Paulus ἐξανάϛασιν hoc eſt, exurrectionem nominat, propter eleuationem àterra. Peccatores enim reſurgent quidem ex ſepulcris in terram, de terra autem non reſurgent in aëra. Infrà enim manebunt, ſicut condemnati. Auguſt. lib. 22. de ciuitat. Dei, cap. 16. colligit reſurrectionis gloriam in prædeſtinatis, ex eo quod dicit Paulus, prædeſtinatos fieri conformes imaginis filij Dei: quod etſi de interiori homine explicari poſſit, Poteſt tamen, inquit, & ſic accipi, vt quemadmodum ille nobis mortalitate, ita nos illi efficiamur immortalitate conformes: quod quidem & ad ipſam reſurrectionem corporum pertinet. Sicut enim hæc maximè vita eſt, non quæ in miſeriis & luctibus eſt, ſed quæ in ſumma quiete ducitur, etſi tamen & ipſi impij ſecundum animam viD uere dicantur: ita quoque reſurrectio propriè dicetur illa, qua electi gloriam adipiſcentur, & corpori claritatis Chriſti configurabuntur. Hieronymus ad Pammachiũ, aduerſ. errores Ioan. Hieroſolymitani, totius hominis, id eſt corporis & animæ ſalutem ex his Domini verbis colligit. Eo, inquit, tempore ſententia Domini perfecta mõſtrabitur: Omne quod dedit mihi Pater, non perdam ex eo, ſed reſuſcitabo illud in nouiſſimo die. Totum videlicet hominem, quem totum naſcendo ſuſceperat. Ita dictionem generalem Omne, non modò ad vniuerſos electos, ſed & ad electorum omnia, id eſt, corpus & animam porrigit. Vtrumque ſcilicet Chriſto à Patre datum eſt, vt & vtrumque ſaluet. Ideò tandem oſtendet ſe non ſoli animæ cibum, qui per fidem manducetur: ſed & corpori ſuam ipſius carnem ſacramentaliter manducandã E daturum, vt totum hominem viuificet. *Hæc eſt autem voluntas Patris mei qui miſit me, vt omnis qui videt filium, & credit in eum, habeat vitam æternam: Et ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die.* Explicat quod modò dixit. Si enim quæritur, qua tandem ratione nihil eorũ pereat qui Chriſto dati ſunt à patre: reſpondet Patris voluntatem eſſe, vt & omnes electi viuificentur, quia ipſe eſt fons vitæ: & quia æternus eſt, ideò & æterna illos vita perfrui deſiderat. Cæterùm cùm ait, *qui videt filium*, non intelligit de viſione per eſſentiam, qualis electorum erit in patria, qui nunc vident per ſpeculum in ænigmate: hanc enim viſionem nec hîc adipiſcimur, ſed & ſola fide ambulamus: ſed de viſione corporali Chriſti, quæ inducit ad fidem. *Videre* ſcilicet Chriſtum, eſt penitiùs ipſius geſta, & verba perpendere, eóque modo fidem de ipſo concipere. Eapropter enim in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt, & cœpit primùm facere & docere: vt inuiſibilia Dei per ea quæ fiebant viſibilia cognoſcerentur, ſempiterna quoque

Dio. Areop.

Theophil.

Pater dicitur dare dupliciter.

Theophilact.

Duplex reſurrectio.

Auguſt.

Hieronym.

Duplex viſio filij.

eius virtus & diuinitas. Ideò adiicit, *Et credit in eum.* Multi enim viderunt, & contem- F
pserunt: beati autem oculi, qui ita viderunt, vt & Apostoli, vt quod in sensu versaba-
tur, tandem ad intellectum peruenirent. *Et ego resuscitabo eum in nouissimo die.* 1. Thess. 4.
Si enim credimus quòd Iesus mortuus est, & resurrexit: ita & Deus eos qui dormie-
runt, per Iesum adducet cum eo. Resurgent electi, vt non solùm in anima, sed & in
corpore vitæ æternæ participes fiant. Dan. 12. De his qui dormiunt in terræ puluere,
Chrysost.] euigilabunt alij in vitam æternam, alij in opprobrium sempiternum. Chrysost. hom.
45. in Ioan. frequenter resurrectionis meminit, ne præsentibus tantùm rebus diuinã
præscribant prouidentiam: vt si his non fruantur, non propterea pigriores fiant: né
ve quòd in hac vita non puniuntur, ideò contemnant, sed futura timeant. Nam si di- G
tescere, si rapere, si absurdum aliquid facere voluerimus, cuestigiò dies illa & iudiciũ
animo inscribatur, & omni fræno vehementiùs absurdos affectus cogitatio hæc co-
hibebit. Atque inuicem & nobiscum semper dicamus: resurrectio est, illud nos iudi-
cium manet: & si quem gestientem viderimus, & præsentibus bonis inflatum, idem
dicamus, & in memoriam reuocemus omnia hîc remansura: & si alius dolore & ca-
lamitatibus affectus occurrerit, ad eum quoque iisdem verbis vtamur, doceamúsque
has miserias finem aliquando habituras. Sufficiens hoc verbum, quod omni medi-
cina nostram animam vehementiùs curet. Est enim resurrectio non longè, sed in
portis. Adhuc modicum, iam non veniet, & non tardabit. Et omnes nos manifestari
oportet ante tribunal Christi, & malos & bonos: illos quidem, vt meritò ignominia
Augusst. afficiantur: hos, vt in gloria effulgeant. Augusst. tract. 25. in Ioan. Videte quemadmo-
dum & hîc geminam illam resurrectionem deliniet. Qui venit ad me, modò resurgit H
humilis, factus in membris meis: sed & resuscitabo eum in nouissimo die secundum
carnem. Ita Christus aduersarios resurrectionis memoria concutit, & simul electos
in meliorem spem eleuat. *Murmurabant ergo Iudæi de illo, quia dixisset: Ego sum panis*
viuus, qui de cœlo descendi. Græcus contextus simpliciter habet, ὁ ἄρτος ὁ καταβὰς, panis
ille descendens de cœlo: verùm Articulus ὁ, bis repetitus satis demonstrat intelligi de
eo pane, quem Pater dat de cœlo, ἄρτον τὸν ἀληθινὸν, panem verum, vt superiùs dixit.
Cyrillus. Cyrillus lib. 4. in Ioan. c. 3. Solet enim quodammodò animus imperitorum in istis
certiùs cognosci: qui cùm rem non intelligat, qua possit ad melius conuerti, ex im-
Obduratio Iudæorum. potẽtia in molestiam deducitur. Quod & istis accidisse videmus. Qua enim alia ra-
tione ad murmurationes depulsi sunt? Oportebat certè magis, si quicquam intelle- I
xisset, ab ipsis rebus & signis ab eo patratis rimari vtrum mentiretur Christus, cùm
se panem appellet, qui de cœlo descendit: an id verè diceret. Sic enim recto iudicio
ad inuentionem veritatis deduci potuissent. Nunc verò nihil quærentes, frustrà so-
Chrysost. lummodò murmurant. Chrysost. hom. 45. in Ioan. Quorum Deus venter est, & glo-
ria in ignominia ipsorum, inquit Paulus de Iudæis. Quod ex prædictis constat, & ex
sermone quem ad Christum accedentes habuerunt. Nam cùm pane saturati sunt,
Prophetam appellabant, & Regem facere cogitabant: Cùm verò spiritualem cibũ
& vitam æternam edocti, & à sensu abducti, resurrectionem & altiora acceperunt,
cumque maximè eos admirari oportuerat, tunc murmurabant & resiliebãt. Et quia
adhuc illũ verebantur, propter nouũ panis signũ, ideò manifestè non contradixerũt,
sed murmurando, indignationem præ se tulerunt, quòd cibum non accepissent, quẽ
cupiebant. Ita numerum & mensuram patrum suorum adimplent, qui sæpenumerò
murmurarunt contra Moysen. 1. Cor. 10. Neque murmuraueritis, sicut quidam eo- K
rum. Exod. 15. 17. & 19. *Et dicebant: Nónne hic est filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem &*
Thomas. *matrem? Quomodo ergo dicit hic, quia de cœlo descendi?* Thomas Lect. 5. in Ioan. c. 6. Quia
enim carnales erant, carnalem Christi generationem solam considerabant, ex qua
impediebantur, ne cognoscerent spiritualem & æternam. Sic (Ioan. 3.) Qui de terra
est, de terra loquitur. Vocant autem eum filium Ioseph, communem vulgi opinio-
nem secuti, qua, teste Luca (c. 3.) putabatur filius Ioseph: cùm tamen è virgine nasci-
turum Messiam Propheticus sermo prædixerit, (Isa. 7.) Et quia matrem eius noue-
Cyrillus, *Quomodo Christus de cœlo descendit.* rant in terris, concludunt illum è cœlo minimè descendisse. Cyrill. lib. 3. in Ioan. c.
4. Quod etsi corpore factum non est, erat tamen in corpore, vt in templo, verbum
Dei, quod ex Patre propter salutem omnium in terram descendit, & semen Abrahã
apprehendit: vt in omnibus fratribus similis factus, & Deus verè simul ac homo
inuen-

A inuentus, ad filiorum Dei adoptionem humanum genus adueheret. Fulgentius lib. 2. ad Trasimundum regem, cap. 10. Ita verò illum descendisse scribit, non vt quidam existimarunt, quasi de loco in locum transierit, qui replet omnia: sed quòd summam illam maiestatem sic humiliauerit, vt acciperet serui formam. Interim verò cœli nomine, non locum aliquem in cœlo præfixum, sed paternam substantiam intelligit, è qua per æternam generationem processit, descendit autem, cùm & ipsam exinanisse videbatur. Chrysost. serm. contra Iudæos, Gentiles, & hæreticos: Descẽdi, inquit, de cœlo, non vt faciam voluntatem meam. Quibus dicebat? Omninò Iudæis, qui dicebant ipsum esse fabri filium, & quasi inimico Dei contrarij erant, & propter hoc dixit: *Descendi*. Et quia Deum contrarium dicebant, respondebat: Non veni vt faciam voluntatem meam, sed eius qui misit me, Patris. Verùm (1. Cor. 2.)
B animalis homo non percipit quæ Dei sunt. Prou. 18. Sic non recipit stultus verba prudẽtiæ, nisi ea dixeris, quæ versantur in corde suo. *Dixit ergo eis Iesus: Nolite murmurare inuicem.* Theoph. Sic ipse saluator non respondit eis, Non sum ego filius Ioseph: non enim poterant intelligere partum ineffabilem, qui erat ex virgine: & quia mens illorũ minimè capax fuit natiuitatis secundum carnem, multò minus eius quæ ante sæcula ex Patre. Quid autem respondit eis? *Nolite murmurare.* His sanè verbis colligere poterant, huic nuda esse & aperta omnia, etiam cordis abscondita: & inde progredi ad maiestatis illius contemplationem. Poterat istud illorum murmur compescere, siquidem ex eius factis & verbis sapere potuissent. Sap. 1. Custodite vos à murmuratione, quæ nihil prodest. Hæc enim, vt scribit Ambros. est occulta detractio.
C quæ vbi contra sacra & diuina serpserit, ab infidelitate pendet. Rupertus lib. 6. in Ioan. Hoc est peccatum illorum, de quo excusationem non habent. Non enim hoc erat notitiam eius quærere, sed inuidiæ flammam aduersus illum, superbiæ & indignationis spiritu conflare. Sic & Patres eorum non ex eo Deum prouocauerunt, quòd escas petierunt: sed ex eo quòd tentando & murmurando petierunt, sicut ait Psalmista, (Ps. 77.) Et tentauerunt Deum in cordibus suis, vt peterent escas animabus suis: & malè locuti sunt de Deo, & dixerunt: Numquid poterit Deus parare mensam in deserto? Eccl. 9. Vir prudens & disciplinatus non murmurabit. Sed (Eccl. 33.) præcordia fatui quasi rota currus. Glossa: quæ fœnum portat & murmurat. Cyrill. lib. 4. in Ioan. c. 5. Ita animos illorum patefecit Christus, vt ipsi se intelligerent procul à veritate excedere. Deinde gratia Dei cognitionem sui haberi ostendit, cùm dicit: *Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum.* Ita monebat pœniten-
D tia & lachrymis, veniam de his quæ fecerant & dixerant, à Deo patre postulare: vt per fidem in seipsum, consilio patris atque auxilio, meliore itinere facto, quod ipsi peccando exasperauerant, ad salutem reuocentur. Thomas in Ioan. Sed hîc triplex est quæstio. Nam cùm ad Christum credendo veniamus, credere autem nullus possit, nisi volens, quomodo à Patre trahi dicitur? Trahere enim violentiam aliquam dicit. Respondemus autem trahi aliquem non semper violentia, sed persuasione & expressis argumentis. Et hoc modo fideles trahuntur à Patre, cùm necessariis argumentis demonstrat eum esse sibi coæqualem, coomnipotentem, connaturalem filiũ. Et hoc quidem dupliciter. Vel per internam reuelationem: vt Petro, (Matth. 16.) Beatus es Simon Bar-Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cœlis. Vel per miraculorum operationem, quam habet à Patre, Ioan. 5. O-
E pera quæ dedit mihi pater, ipsa testimonium perhibent de me. Trahitur etiam aliquis blanditiis, promissionibus, & allectamentis, dixerim etiam beneficiis. Prou. 7. Blanditiis labiorum suorum protraxit eum. Errant igitur, qui ex hac Christi sententia liberum arbitrium tollere volunt, quasi ad fidem & salutem non inducamur, sed cogamur. Chrysost. hom. 45. in Ioan. Hîc insurgunt, inquit, Manichæi, nihil nos ex nobis ipsis posse, huius particulæ testimonio contendentes. Verùm hoc nostrum non tollit arbitrium, sed diuino egere auxilio ostendit: & non inuitum, sed omni conatu contendentem venire. Theophil. in Ioan. Et aliter eos trahit Pater, qui habent voluntatis aptitudinem: eos autem qui seipsos non faciunt idoneos, non trahit ad fidem. Nam sicut Magnes non omnia ad quæ propiùs applicatur, sed solum ferrum attrahit: ita Deus ad omnes quidem appropiat, eos autem qui magis idonei, & familiaritatem erga ipsum præ se ferunt, trahit. Et quidem primùm ad nos acce-

Fulgentius.

Chrysost.

Theophil.

Christus occulta cordiũ nouit.

Ambros.

Rupertus.

Cyrill.

Thomas.

An à Patre trahamur nolentes.

Chrysost. *Manichæi trahi nos coactè contendebant contra liberum arbitrium.*

Theophil.

dit per gratiam præuenientem: ſed non iuſtificat nos, aut fideles efficit, niſi & ipſi F
noſtra voluntate obſequamur. Trahit autem, cùm ſua gratia nos inducit in obſe-
Dion. Carth. quium fidei. Dionyſ. Carth. Deus namque mouet vnumquodque ſecundum ſuam
propriam naturam. Rationalem ergo creaturam mouet ad Chriſtum intellectualiter, ſponte, & liberè. Denique tractus iſte, inter charitatem trahentis, & vnionem tracti, cum ipſo eſt medius, ſine quo tractu nihil poſſumus: quia cùm Chriſtus ſit finis noſter, ſeu terminus ſupernaturalis, non poſſimus ad ipſum pertingere, niſi aliunde trahamur, à Patre, immò tota Trinitate, cuius indiuiſa ſunt opera: ſicuti quod graue & terreſtre eſt, in ſuperiora conſcendere non poteſt, niſi aliena virtute eleuetur. Itaque cùm homo grauitatem affectionum innatam habeat, quia corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, (Sap. 9.) & poteſtas eius infirma ſit: quippè qui non ſufficientes ſumus cogitare aliquid ex nobis quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex G
Deo eſt: (2. Cor. 3.) Via quoque longa ſit, periculoſa, & difficilis: Nam & arcta eſt via, anguſtáque porta quæ ducit ad vitam: (Matth. 7.) Ex his efficitur, vt diuino auxilio, quo trahamur, indigeamus maximè, (Cant. 1.) vt & ſemper id dicamus: Trahe me poſt te. De hac diuina attractione, quæ per charitatem fit, ita loquitur Hieremiæ 31. In charitate perpetua dilexi te: ideò attraxi te, miſerans tui. Porrò quoſdam Deus trahit flagellis, quæ tamen ex dilectione infliguntur, Domino conteſtante & dicẽte, (Apoc. 3.) Ego quos amo, arguo & caſtigo. Propter quod ait Oſeas, (cap. 11.) In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis. Iſti funiculi pœnæ ſunt conſequentes originale peccatum, quibus affligimur, & ad Deũ conuerti monemur. Quoſdam etiã Deus trahit beneficiis, vt eũ qui dixit, Pſ. 12. Cantabo Domino qui tribuit mihi H
bona. Et Pſ. 115. Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Ideò Iſaias, (c. 63.) Miſerationum Domini recordabor. Laudem Domini ſuper omnibus quæ reddidit nobis, & quæ largitus eſt nobis, ſecundum iudulgentiam ſuam. Trahit & quoſdam promiſſionibus, vt qui contemplatione præmiorum cœleſtium conuertuntur, ſicut & de Moſe dicit Apoſtolus ad Hebræos, (c. 11.) quod aſpexit in remunerationem. Et Pſalmiſta, (Pſ. 118.) Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas, propter retributionem. Sunt etiam quos ſolus amor inducit, per aliquam occultam Spiritus ſancti virtutem. Neque verò illi quotquot fuerint attrahendi modi, violentiam voluntati inferunt, aut hominem nolentem adigunt, vt ad Chriſtum veniat, id eſt, in Chriſtum credat, ſed inducunt. Aug. tract. 26. in Ioan. Magna igitur gratiæ commendatio: nemo venit, niſi tractus. Quem trahat, & quem non trahat: quare illum trahat, & illum non trahat: noli velle iudicare, ſi non vis errare. Se- I
mel accipe & intellige: non traheris, ora vt traharis. Quid hîc dicimus fratres? Si trahimur ad Chriſtum, ergo inuiti credimus? Ergo violentia adhibetur, non voluntas excitatur? Intrare Eccleſiam quiſquam poteſt nolens, accedere ad altare poteſt nolens, accipere poteſt ſacramentum nolens, credere non poteſt niſi volens. Si corpore crederetur, fieret in nolentibus: ſed non corpore creditur ad iuſtitiam. Audi Apoſtolum dicentem, (Rom. 10.) Corde creditur ad iuſtitiam. Et quid ſequitur? Ore autem confeſſio fit ad ſalutem. De radice cordis ſurgit iſta confeſſio. Et paulò pòſt:
Idem Aug. Quomodo voluntate credo, ſi trahor? Ego dico, Parum eſt voluntate, etiã voluptate traheris. Quid eſt trahi voluntate? Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Eſt quædam voluptas cordis, cui panis ille cœleſtis dulcis eſt. Porrò ſi Poëtæ dicere licuit, K

-Trahit ſua quemque voluptas:

non obligatio, ſed delectatio: quanto fortiùs nos dicere debemus trahi hominem ad Chriſtum, qui delectatur veritate, delectatur beatitudine, delectatur iuſtitia, delectatur ſempiterna vita, quod totum Chriſtus eſt? An verò habent corporis ſenſus voluptates ſuas, & animus deſeritur à voluptatibus ſuis? Si animus non habet voluptates ſuas: vnde dicitur, (Pſ. 35.) Filij autem hominum ſub tegmine alarum tuarum ſperabunt, inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis potabis eos: quo-
Idem Aug. niam apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Et quibuſdam interpoſitis: Ramum viridẽ oſtendis oui, & trahis illam. Nuces puero demonſtrantur, & trahitur. Si ergo iſta, quæ inter delicias & voluptates terrenas reuelantur amantibus, trahunt: non trahit reuelatus Chriſtus à Patre? Argumentum eſt à minori ad maius.

Attractio per charitatem.

1.

2.

3.

4.

Auguſt.

Non omne quod trahitur, coactò trahitur.

Non

A Non quòd ſolius veritatis obiectum trahat, alioquin & ipſi Iudæi omnes qui Chriſtum viderunt, attracti fuiſſent: ſed quòd hi, quibus veritas reuelata eſt, & qui ex veritate cognita voluptatem acceperunt, ad Chriſtum protracti ſunt. Conſurgit & ſecunda quæſtio: Quomodo Pater trahat ad filium, cùm alibi filius dicatur adducere fideles ad Patrem. Matth. 11. Nemo nouit Patrem, niſi filius, & cui voluerit filius reuelare. Ioan. 17. Pater, manifeſtaui nomen tuum hominibus quos dediſti mihi. Huic quæſtioni dupliciter reſponderi poteſt. Chriſtum enim conſideramus, aut inquantum Deus eſt, aut inquantum homo. Inquantum Deus, via eſt, & ducit ad Patrem: Pater autem trahit ad hominem Chriſtum, inquantum dat nobis ſuam gratiam, vt credamus in eum. Epheſ. 2. Gratia ſaluati eſtis, & non ex vobis. Item, inquantum Chriſtus Verbum Dei eſt, manifeſtat Patrem, & ad ipſum nos trahit: Pater autem
B trahit ad filium, inquantum ipſum miraculis & doctrina manifeſtum reddidit. Ful- Fulgentius.
gentius lib. 2. ad Traſimundum, c. 10. Vnum enim eſt indiuiduæ Trinitatis diuinæ reuelationis munus. Nam ſicut Pater filium reuelare monſtratur, Matth. 16. ita filius Patrem reuelare, ſuo ſermone dicitur. Tertia quæſtio eſt, Cur non omnes trahat? Reſpondemus, incomprehenſibilia eſſe & iuſta iudicia eius. Item non omnes trahit, quia nec omnes inuitanti & vocanti acquieſcunt. Hîc cauendum, vt ex Auguſt. audiuimus, ne erremus. Thom. in Ioan. Aſſignari quidem poteſt, cur architectus hos Thomas.
vel illos lapides ſuprà aut infrà conſtituat: nimirùm quia domus diſpoſitio hunc ordinem requirit. Talis enim lapidum ratio erit, vt illi fundamentis, hi parieti conducant magis: & hi terra recondi, illi verò omnium oculis obiici debeant. Sunt tamen & alij lapides promiſcui, ad maſſam parietis conflandam, quos aut hîc aut ibi ſola
C voluntas artificis inſerit. Sed & prima ratio diſpoſitionis refertur ad voluntatem ar- *Cur Deus nõ omnes trahit.*
tificis. Sic ergo Deus ad complementum vniuerſi, quoſdam quidem trahit, vt in eis appareat ſua miſericordia: quoſdam verò non trahit, vt oſtendatur in eis ſua iuſtitia: idque ſecundum ſuæ beneplacitum voluntatis. Ita nimirùm reſpondebitur quærenti, quare in Eccleſia alios fecit Apoſtolos, alios Confeſſores, alios Martyres: Id fieri ad decorum & complementum Eccleſiæ. Sed quare Petrum fecit Apoſtolum, Stephanum Martyrem, Nicolaum Confeſſorem: non eſt alia ratio, niſi voluntas eius.
Auguſtinus lib. de bono perſeu. cap. 17. Interim tamen, ſicut ille quem caſtum futu- Auguſtinus.
rum eſſe præſciuit, quamuis id incertum habeat, agit vt caſtus ſit: ita ille, quem caſtũ futurum prædeſtinauit, quamuis id incertum habeat, non ideò nõ agit, vt caſtus ſit, quoniam Dei dono ſe audit futurum eſſe, quod erit: immò etiam gaudet eius charitas, nec inflatur, tanquam id non acceperit. Non ſolùm ergo prædicatione prædeſti-
D nationis ab hoc opere non impeditur: verùm hoc adiuuat, vt cùm gloriatur, in Domino glorietur. Hierem. 9. Quod autem dixi de caſtitate, hoc de fide, hoc de pietate, de charitate, de perſeuerantia, & ne pergam per ſingula, hoc de omni obedientia, qua obeditur Deo, veraciſſimè dici poteſt. Itaque nec prædeſtinatio, nec prima hominis iuſtificatio, liberum hominis arbitrium tollunt: licet primùm à Deo miſerente, non autem à currente & volente homine proficiſcantur. Siquidem antequàm homo quicquam vellet, huic Deus gratiam & gloriam præparauit. Verùm nec ille gratiæ cooperantis fructus proferre poterit, niſi & eius voluntas acceſſerit. Illius autem diuinæ vocationis, & auxilij fructus & finis in gloriam contendit, quam & reſurrectionis nomine complectitur, dicẽs: *Et ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die.* Theoph. Theophilact.
E in Ioan. Hîc vide filij authoritatem. Ego, inquit, ſuſcitabo. Non enim dixit, Pater meus ſuſcitabit, ſed ego. Non enim per omnia, humilia loquitur: ſed nonnunquam ſublimia ſuæ deitatis detegit. Euthy. Hac enim repetitione, & propriam demonſtrat Euthymius.
dignitatem, & carpit illorum inſenſibilitatem. Suſcitat autem Chriſtus etiam inquantũ homo: nam per ea quæ in ſua carne geſſit, fructũ noſtræ reſurrectionis conſecutus eſt, 1. Cor. 15. Sicut per vnum hominem mors, ita & per vnum hominem reſurrectio mortuorum. Hoc autem continget *in nouiſſimo die*. Tunc enim ſtatus mundi innouabitur. Apoc. 12. Vidi cœlum nouum & terram nouam. Ceſſabit motus cœli, inquit Thom. in Ioan. & per conſequens tempus. Apoc. 10. Et Angelus dixit, quia Thomas.
tempus non erit amplius. Ceſſabunt ergo dies & noctes. Zach. 14. Erit dies vna quæ nota eſt Domino, non dies, neque nox. Hinc fit, vt illum diem nouiſſimum dicat. Nam quia oportet in reſurrectione corruptibile hoc induere incorruptionem,

(1.Cor.15.)ideò ceſſabit corruptio in rebus, & per conſequens motus cœli, qui eſt F
cauſa generationis & corruptionis rerum corporalium. Rom.8. Ipſa enim creatura
liberabitur à ſeruitute corruptionis, in libertatem filiorum Dei. *Scriptum eſt in Prophetis, Et erunt omnes docibiles Dei.* Ita docet, quonam modo fideles ad Chriſtum tra-
Chryſoſt. hantur. Non vtique violentia, ſed ipſius veritatis manifeſtatione, vt ſcribit Chryſoſt.
Beda. hom.45.in Ioan. Beda in Ioan. dicit hoc ſcriptum eſſe in Ioële, etſi nec expreſſis verbis, veruntamen ad ſenſum concurrentibus. Sic enim habet, (Ioël.2.) Filij Syõ exultate in Domino Deo noſtro, quia dabit vobis doctorem iuſtitiæ. Videtur autem iſta ſententia ex multis colligi, & ideò in plurali numero dictum eſſe, *Scriptum in Prophetis.* Hier.3. Dabo vobis paſtores iuxta cor meum, qui paſcent vos ſcientia & doctrina. Hier.33. Non docebit vltrà vnuſquiſque proximum ſuum, & vir fratrem ſuum, G
dicens, Cognoſce Deum. Quia omnes ſcient me, à maiore eorum vſque ad minimum. Ioel.2. Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem, & prophetabunt filij veſtri, & filiæ veſtræ. Apud Eſaiam autem (c.54.) expreſſiùs legitur: Ponam vniuerſos filios tuos doctos à Domino: quod 70. vertũt, & omnes filios tuos διδακτοὺς τοῦ θεοῦ, diſcipulos Dei, vt Hieronym. lib.15. Comment. in Eſaiam interpretatur, hanc Chriſti ſententiam illi conferens. Ad quod alluſit Paulus, (1. Theſſ.3.) dicens: αὐτοὶ γὰρ ὑμεῖς θεοδίδακτοί ἐστε: id eſt, Ipſi enim vos à Deo docti eſtis. Verùm ſi omnes à Domino docentur, & ita trahentur ad Chriſtum, conſequitur & omnes fideles eſſe, & viam ſalutis tenere: quod tamen abſurdum eſſe videmus, cùm tot ſint Ethnici, Turcæ Mahometani, hæretici, & impij. Quomodo igitur dictio illa generalis, *Omnes*, intel-
Tho.Caiet. ligenda eſt? Thomas Caietanus in Ioan. *Omnes*, inquit, non diſtribuit pro ſingulis ge- H
An omnes ſaluãdi ſint. nerum, ſed pro generibus ſingulorum: hoc eſt, non ſignificantur omnes homines, ſed omnes hominũ conditiones, maſculi, fœminæ, ſenes & pueri, diuites & pauperes, & reliquæ hominũ differentiæ. Cyrillus autẽ lib.4. in Ioan. cap.6. de dignis id tantùm
Cyrillus. intelligi putat, nimirùm quòd dignis hominibus diuina reuelatione, manifeſtanda eſsẽt ſalutis & fidei myſteria, vt ille ſolus nouit, qui dignos cognouit. Chryſoſt. hom.
Chryſoſt. 45. in Ioan. duplicem quæſtioni ſolutionem adhibet. De pluribus, inquit, dictũ eſt: & præterea omnes volentes ſignificat. Theophilactus & illam Cyrilli, & hanc poſtremam Chryſoſtomi coniungit. Sic enim 2. Tim. 2. Vult omnes homines ſaluos fieri,
Auguſtin. quantum in ſe eſt: ſed & omnes qui ſaluantur. Et ad hunc ſenſum accedit Auguſt. tract.26. in Ioan. Quia omnes quotquot ab hominibus etiã docentur quæ Dei ſunt, intus tamen à Deo docentur. Etſi, inquit, ab hominibus audiũt: tamen quod intelli- I
gunt, intus datur, intus coruſcat, intus reuelatur. Quid enim faciunt homines forinſecus annunciantes? Quid facio modò ego cùm loquor? Strepitum verborum ingero auribus veſtris. Niſi ergo reuelet ille qui intus eſt, quid dico aut quid loquor? Exterior cultor arboris, interior eſt creator. Qui plantat & qui rigat, extrinſecus operatur, (1.Co.3.) Hoc facimus nos. Sed neque qui plantat, eſt aliquid, neque qui ri-
Idem Aug. gat: ſed qui incrementum dat Deus. Idem lib. de prædeſtin. Sanctorum, ita intelligit, vt quod ſuperiùs dictum eſt à Ioanne de Chriſto, qui illuminat omnẽ hominem, vt ſit ſenſus: Omnem hominẽ qui illuminatur, illuminari à Chriſto. Ita ſenſus eſt, quòd omnes qui docentur, à Deo docentur. Conſimilémque loquendi modũ etiã ex vulgari ſermone adducit. Veluti de aliquo literarum magiſtro, qui in ciuitate ſolus eſt, dicimus: Iſte omnes hîc literas docet: non quia omnes diſcunt, ſed quia nemo hîc li-
Thomas. teras diſcit, niſi qui ab eo diſcit. Thomas Lect.5. in Ioan. c.6. In quo quidem oſtendi- K
tur ſublimitas fidei Chriſtianæ, quæ non inhæret humanæ, ſed diuinæ doctrinæ. Sed & doctrina veteris Teſtamẽti data fuit per Prophetas: doctrina noui, per ipſum filiũ Dei. Heb.1. Multipharìè enim, multíſque modis olim Deus locutus eſt patribus in Prophetis, nouiſſimè autem diebus iſtis locutus eſt nobis in filio. Et cap.2. Quæ cùm initium accepiſſet enarrari per Dominum. Sunt etiam qui de beatis hoc interpretantur, quòd omnes futuri ſint docti à Domino, quia eius eſſentiam immediatè videbunt. 1. Ioan.3. Videbimus eum ſicuti eſt. Explicat & idipſum, vt concludat vnumquemque trahi per ſpiritum intus loquentem, & verbi doctrinam, ſtatim atque ille qui audit, obſequutus fuerit. *Omnis qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me.* Non
Albert: ſimpliciter dixit, Audiuit, ſed, Didicit. Albert. in Ioan. Omnis qui audiuit auditu interiori cauſato ab exteriori. Si enim audiuiſſent auditu interiori ea, quæ exteriori

à Chri-

A à Christo aut Prophetarum libris audierant: tunc sanè didicissent, & ad Christum veniissent. *Discimus* autem, cùm assensum rei auditæ præbemus, & in ea oblectamur. Esa.28. Quem docebit scientiam, & quem intelligere faciet auditum: ablactatus est à lacte, auulsus ab vberibus. Iob.33. Aperit aures virorum, & erudiens instruit disciplinam, vt auertat hominem ab his quæ fecit, & liberet eum à superbia. Cyrillus Alexand.lib.4.in Ioan.c.7. Vbi enim auditus disciplina doctrináque adest, ibi fides non vi, sed persuasione oritur. Patrocinio igitur Dei patris, quod ex charitate dignis præstatur, non vi, Christum fideles agnoscunt. Non enim possumus, secundum Ecclesiæ, veritatísque dogmata liberam potestatem hominis (quod liberũ arbitrium appellamus) vllo modo negare. Qui autem & audiuit, & didicit, ceu obsequutus veritati, illam thesauro cordis sui recondidit. *Venit ad me.* Tripliciter, inquit Thomas in Ioan. id contingit. Venit enim per cognitionem veritatis, per amoris

B affectum, & per operis imitationem. Et pro cuiusque gradu, auditum etiam præsto esse necesse est. Nam qui per cognitionem veritatis ad Christum accedit, inspirationibus & verbi prædicationi auditum præbuit, illud vtique cum Psalte (Psa.84.) dicens: Audiam quid loquatur in me Dominus Deus, quoniam loquetur pacem in plebem suam. Sed & qui amat, toto affectu ad eum quem diligit, procurrit: sed & priùs amantem cognouit, si non visu, saltem auditu. Ex eo scilicet & nos cognouimus maximè quem diligere debeamus. Neque verò opere illum imitari possumus, cuius nec præcepta, nec voluntatem audierimus. Ideò dicit Propheta, (Ps.93.) Beatus homo quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum. Non ergo ad cõuersionem hominis sufficit vox prædicatoris, nisi simul illum Deus interiùs instruxerit. Denique Thomas in Summa contra Gentiles, arguit Origenem dicentẽ, quòd

C Deus dicitur causa bonorum nostrorum solùm, quia est causa habituum infusorum, per quos meritoriè operamur, videlicet gratiæ habitualis, fidei, spei, & charitatis. Dicit igitur Thomas, quòd etiam quandoque Deus est proxima causa actionũ nostrarum interiorum, Isaia testante, qui ait, (c.26.) Domine, dabis pacem nobis. Omnia enim opera nostra operatus es in nobis. Et item Apostolus, (Phil.2.) Deus est qui operatur in vobis velle & perficere pro bona voluntate. Dicit & Thomas nos semper acquiescere actuali inspirationi, quæ nobis à Deo infunditur. Et fundatur hæc Thomæ sententia in authoritate D. Augustini, dicentis: quòd gratia, quæ occultè humanis cordibus diuina largitate tribuitur, à nullo corde duro respuitur, quoniã ideò datur, vt duritia cordis penitùs auferatur. Hac autem stante sententia, *Omnis qui audiuit à Patre, & didicit*, hoc est, actualem illustrationem accepit: *Venit* per consensum ad Christum: neque tamen quicunque talis fuerit, saluabitur: sed qui

D prædestinatus ad finem vsque perseuerauerit. Beda in Ioan. Filius docebat, Pater docebat, homo qui videbatur, loquebatur: sed vt Deus, in corde audientis interius docebat. Ideò subiunxit: *Non quia patrem vidit quisquam, nisi is qui est à Deo, hic vidit Patrem.* Opinari enim poterant, quòd de visibili patre loqueretur: at verò de inuisibili loquitur, quem nemo hominum vidit, sed nec videre potest. Exod.33. Non videbit me homo, & viuet. Ne fortè ergo dicant, se nondum illius Patrem vidisse, ex quo audire possint ea quæ fidei necessaria sunt: occurrit, ac si diceret, A meipso audite. Ego noui Patrem, ab illo sum. Quid est enim audire à Patre, nisi audire me Verbum Patris? Hæc Augustin. tract.26.in Ioan. Cur autem nemo nouerit Patrem

E nisi filius, ratio est, quia cùm omnis visio, siue cognitio fiat per aliquam similitudinem, secundum modum similitudinis, vt inquit Thomas in Ioan. quam habent creaturæ ad Deum, ipsum etiam cognoscunt. Vnde & Philosophi dicunt, quòd intelligentiæ cognoscunt primam causam, secundum hanc quam habent eius similitudinem. Etsi verò omnis creatura particeps efficitur alicuius similitudinis Dei, in infinitum tamen distat à similitudine naturæ ipsius. Vnde fit, vt nulla creatura perfectè ipsum cognoscere possit, prout est in sua natura. Filius autem, quia perfectè totam naturam patris accepit per æternam generationem, ideò perfectè Patrem videt & nouit. Eapropter dicit quòd *is qui est à Deo* per generationem consubstantialem & coæternam, *hic* filius Dei naturalis, *videt* perfectè *Patrem.* Sed & obserua Christũ, cùm loqueretur de aliorum cognitione, vsum esse verbo auditus: hîc verò cùm loquitur de cognitione filij, vtitur verbo visionis. Cognitio enim per visum immediata

Consensus nostrer requiritur. Cyrillus. Thomas. Thomas. Beda. Augustin. Thomas.

& aperta est: quæ autem per auditum est, fit mediante eo qui vidit: vt sic nullus Patrem cognoscat, nisi per Christum Patris verbum: & nullus ad filium veniat nisi à Patre audierit. Porrò Christus *vidit Patrem*, visione perfectæ comprehensionis, inquantum est Deus: & visione beatificæ fruitionis, inquantum est homo etiam ab ipso incarnationis initio. Cyrillus lib.4.in Ioan.c.8. Videtur autem occultè sibi Mosen subiicere, quo tamen Iudæi gloriabantur. Licet enim nubem ingressus ipsum Deum vidisse dicatur, non tamen propriè, sed per similitudinem. Sed & quomodo, si cùm nullus Patrem vidit, & nihil id penitus posse præter filium intelligimus, non erit vltra omnem creaturam filius? *Amen, Amen dico vobis, qui credit in me, habet vitam æternam.* Hoc ex superioribus infert. Nam cùm Pater in filio videatur & audiatur, & audire filium sit & ipsum audire Patrem: Illud, inquit, velut caput negotij vobis cum veritatis protestatione confirmo, quòd quisquis fide vera & integra mihi se adiunxerit, tanquam membrum effectus corporis mei: is ex me veram & æternam assequetur animæ corporísque vitam, quæ modò initium sumit per gratiam, pòst consummanda per gloriam. Cyrill.lib.4.in Ioan.c.9. Mirari autem decet dispensationem, qua in his verbis vtitur. Nam quoniam insensatos omninò esse videt, & Prophetarum verbis parum ex imperitia credentes: imbecillitatem eorum ad fidem quasi iureiurando erigit, præmia credentibus præcipua, quibus ad se pertrahat, proponens. Ita nolentes firma præmiij spe ad fidem impellit. Quid enim melius & suauius mortem & corruptionem timentibus, quàm vita æterna? Cùm autem ipse sit vita, & vita æterna: seipsum credentibus daturum pollicetur, quod est, vt in cordibus nostris per fidem inhabitet. Augustin. tract.26. in Ioann. Vita æterna verbum in principio erat apud Deum, & Deus erat verbum, & vita erat lux hominum. Ipse vita æterna dedit & carni suscipere vitam æternam. Hinc sanè colligimus, Christum seipsum animis nostris communicare per fidem, & per carnem suã. Hîc quidem de fidei virtute agitur: tandem verò de suæ carnis affectibus loquetur. Vita verbum Dei, fide habitat in cordibus nostris: & Verbum caro factum per carnem suam à nobis acceptam, in nobis manet, & vtrumque nostrum hominem viuificat. Aut si vitam æternam pro gloria interpreteris, aut beatitudine: sic quidem is qui credit, illam habet: non quòd statim per fidem beatus efficiatur, sed, vt D. Thom. scribit, habet illam in causa, in spe, quandoque habiturus in re. Rom.4. Credenti in eum qui viuificat mortuos, reputabitur fides ad iustitiam. Potest & de vita gratiæ intelligi, qua perfruuntur electi in præsenti. Et quoniam hæc nobis bona omnia per Christum obueniunt, non modò quia Deus est, & ita author est omnis boni perfecti, (Iac.1.) sed & quia homo est, qui suo summo merito reconciliauit omnia, siue quæ in cœlis, siue quæ in terris sunt: ideò adiicit, *Ego sum panis vitæ.* Hoc sæpiùs inculcat, vt è communi pane ad spiritualem, demum ad sacramentalem ipsos deduceret. Christus vtique duplici ratione panis est vitæ. Si enim illum verum Deum, quo consistunt omnia, attendamus, quadam similitudine panis vitæ dicitur. Sicut enim panis cor hominis confirmat, ita & ille hominem corroborat & reficit, si modò ille os animæ, obsequium & voluntatem illi porrexerit. Ita Christus per fidem manducatur. Sed dicemus & ipsum esse panem vitæ, seu diuinitatis, quia caro illius velut panis facta est, habens in se vitam, seu ipsam diuinitatem. Et hæc quidem manducatur spiritualiter per fidem, si credimus illum qui incarnatus, passus & sepultus est, nostrum esse redemptorem & saluatorem: & rursus manducatur verè & realiter, vt & ipsum nostrum corpus illius particeps fiat. Nunc quæ ab eo dicuntur, ad Christi diuinitatem, & humanitatis meritum, simúlque ad spiritualem manducationem referri possunt: cùm tamen generaliùs intelligenda sint, vt etiam de ipsius carne dicantur. Ex eo enim quòd ipse, inquantum Deus, secundum naturam vita est, denominatur & panis vitæ, & carni suæ confert, vt & ipsa viuifica sit. Panis est vitæ substantialiter atque causaliter, panis omnia pascens, non qui in quemquam conuertatur aut mutetur, sed qui fideliter manducantem in se conuertat. Augu. tract. 26. in Ioan. Siquidem inter verbum suscipiens & carnem resurgentem, mors media consumpta est. Porrò inanem Iudæorum gloriationem de Manna præsumentium Christus euacuat, dicens: *Patres vestri manducauerunt Manna in deserto, & mortui sunt.* Quasi dicat, fateor sanè patres vestros,

Cyrillus.

Idē Cyril.

Nolentes etiã Christus spe præmii induxit.

Augustin.

Thomas.

Christus dupliciter est panis.

Augustin.

A veſtros,iuxta ea quæ per vos paulo antè adducta ſunt,manna illud corporale olim in deſerto perpetuos 40.annos manducaſſe,quos vos permagni facitis. Verùm per hunc cibum corporeum non potuerunt neque à corporis nec ab animæ morte conſeruari. Omnes enim ſecundum corpus defuncti ſunt, plerique etiam ſecundũ animam,ob murmurationes & tentationes impiæ ſuæ incredulitatis. Theoph. in Ioan. Theophil.
Non abſque cauſa autem addit *in deſerto*. Vult enim monſtrare, quòd non valde diu fuit datum manna patribus,ſed tantùm in ſolitudine, & non contigerit eis in terra promiſſionis. Verùm hic panis non eſt talis,ſed perpetuò durans:& ita Iudæi multo plura bona accepturi erant,quàm patres eorum,ſi voluiſſent. Hîc autem quæritur, de qua morte ſententia iſta intelligatur. Nam ſi de morte corporali,nulla differentia erit inter panem illum qui fuit in deſerto,& panem noſtrum qui de cœlo deſcẽdit:
B cùm vt illi,ita & nos qui panis cœleſtis participes efficimur, morti corporali ſuccũbamus. Quòd ſi de morte ſpirituali intelligitur,nõ ea tamẽ ratione panis iſte à mãna diſcernitur:cùm & olim qui manna,& nunc qui panẽ iſtum manducant, quidã ſpiritualiter moriantur. Thomas in Ioan. Dicendũ igitur quòd cibus ille cũ cibo noſtro Thomas.
ſpirituali conuenit,in rerũ ſignificatione. Vterque enim Chriſtum deſignat,vnde & idem cibus ab Apoſtolo nuncupatur,1.Cor.11. Omnes eandem eſcam ſpiritualẽ mãducauerunt,inquit. Differunt autem in rerum ipſarũ,quas exhibebant,veritate:quia ille figurabat tantùm,ſed panis iſte continet Chriſtum ipſum,quẽ figurat. Ex eo fit, vt vterque ciborum iſtorum dupliciter ſumatur,vel pro ſigno tantùm, non intellecto ſignificato:& ita per neutrum illorũ mors aut corporalis, aut ſpiritualis tollitur.
C Vel pro ſignificato,& vterque eo modo ſpiritualiter manducantes ſatiat, & à ſpiri- *Quomodo idẽ cibus.*
tuali morte liberat. Ab vtroque autem differt ſacroſancta Euchariſtia, inquit D. Thomas. Thomas lect.6.in cap.Ioan.6. quoniam qui ſpiritualiter & ſine peccato illã manducat,ſpiritualiter viuit nunc quidem,& corporaliter viuet in æternum. Auguſt. tract. Auguſtinus.
26.in Ioan. Sic ſunt mortui illi,quemadmodũ & nos ſumus morituri, quantum attinet,vt dixi,ad mortem huius corporis viſibilem,atque carnalem. Quantũ autẽ pertinet ad illam mortem,de qua terret Dominus,quia mortui ſunt patres iſtorũ: Manducauit manna & Moyſes, mãducauit manna & Aaron, mãducauit manna & Phinees,manducauerunt ibi multi qui Domino placuerunt,& mortui nõ ſunt. Quare? Quia viſibilem cibum ſpiritualiter intellexerunt,ſpiritualiter eſurierunt, ſpiritualiter guſtauerunt,vt ſpiritualiter ſatiarẽtur. Nam & nos hodie viſibilem accipimus cibum. Sed aliud eſt ſacramentum,aliud virtus ſacramẽti. Cyrillus lib.4.Comment.in Cyrill.
D Ioan.c.10. Conſpicuum igitur eſt,quoniam Chriſti,qui vniuerſa continet,atque nutrit,figura quædam erat manna ſenſibile. Mortui ergo ſunt,inquit,qui manna manducauerunt,quia nulla inde(ex ratione ſigni)vitæ perpetuæ virtutem acceperunt. Non enim viuificabat, ſed famem ſolummodò corporalem remouebat, & figura erat veritatis. Qui verò panem vitæ ſuſcipiunt,immortalitatem conſequentur,& omnia interitus mala effugient,cum Chriſto æternaliter viuentes. Nihil autem verbis noſtris officit, nec idcircò mentiri videbimur, quia fideles,qui Chriſto participarunt,corpore moriuntur. Nam etſi hac communi omnium morte cadere videantur,viuunt tamen Deo,vt Paulus ait,(Rom.6.) Ideò adiicit: *Hic* panis viuus, *eſt panis de cœlo deſcendens*, aut quia Verbum ipſum deſcendit per incarnationem, & noui effectus productionem: aut quia corpus eius deſcendit, non quidem è cœlo allatum,ſed virtute Spiritus ſancti formatũ,vt interpretatur Dionyſ. Carthuſ. in Ioan. Dio. Carthu.
E *Vt ſi quis manducauerit ex ipſo* manducatione ſacramentali & ſpirituali ſimul, vel ſpiritualiter duntaxat, *non moriatur* morte culpæ in præſenti, vel morte damnationis æternæ in futuro, quæ eſt mors ſecunda. Dicit autem τοῦτο, *hic*, ſecundum Gloſſam,demonſtrans ſeipſum,ſeu etiã ſui ipſius corpus. Et ab affectu ſe è cœlo deſcendiſſe demõſtrat. Thomas in Ioan. Nimirum ac ſi ita ratiocinaretur. Solius eſt pa- Thomas
nis è cœlo deſcendentis dare vitam æternam: ſed & id meum eſt: ego igitur ſum ille panis deſcendens è cœlo. Ideò autem panis de cœlo deſcendens dat vitam indeficientem,quia omnis cibus nutrit,ſecundum ſuæ naturæ proprietatẽ. Cœleſtia autẽ incorruptibiliora ſunt,& ideò quia cibus ille cœleſtis eſt, non corrũpitur, immò viuificat. Euthy.in Ioan. Explanat demum, quis ſit ille panis, quem dicit, *Ego ſum* Euthym.
panis viuus qui de cœlo deſcendi. Ita iteratione eos excitat, vt interrogarent quomodo

esset panis viuus, seu viuificans: & quonam modo de cœlo descendisset. Verùm illi F
Cyrillus. solam ventris curam spectantes, cætera omnia superflua ducebant. Cyrillus libr. 4. in Ioan. c. 11. Eadem ad vos dicere, Paulus ait (Phil. 3.) & vobis tutum, & mihi non molestum: ab ipsis, vt puto, Christi verbis ita perdoctus. Nam quemadmodum cruditati vulnerum, non vnum, sed varia vicissim remedia conferuntur, neque semel, sed frequenter appositis remediis molliuntur: sic duro animo varia quædam & frequens accommodanda doctrina est, vt si prima parum profecerit, secunda saltem vel tertia, vel iisdem verbis allata permulcere, atque attrahere possit. Quapropter saluator varia oratione, modò ænigmaticè atque obscurè, modò diluciḋè atque apertè, eandem rem Iudæis proposuit, vt excusari nequeant, si resilierint. *Si quis manducauerit ex hoc pane*, meipso scilicet, aut spiritualiter per fidem, aut sacramẽtaliter & spiritualiter simul: *viuet* non tantùm in præsenti per fidem & iustitiam, sed
Albertus. *in æternum*. Ioan. 11. Qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum. Albertus in G
Ioan. Hoc quidem quantum ad effectum panis manducati, quia ille viuificat in æternum vita gloriæ. Id enim quod nunc in specie sacramenti gerimus in gratia, aliquando rerum veritate capiemus. Quia sicut Christum sumimus hîc inuisibiliter sub specie sacramenti: ita influet se aliquando in veritate dulcedinis suæ dei-
Dion. Areo. tatis, vt scribit B. Dionysius Areopagita. Esa. 66. Ecce ego declinabo in vos sicut flumen pacis, & tanquam torrentem inundantem gloriam Gentium, quam sugetis.

Christus pastor bonus, pascua optima, suum scilicet corpus & sanguinem, fidelibus sub panis & vini speciebus, pro illorum vita largitur: ideôque bis dedit carnem suam, nimirùm in cibum, & in pretium. H

Matth.	Marc.	Luc.	Ioan. 6.
			Et panis quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita.

Introductio.

GREGES vtique à pastoribus pascuntur. Ex quo fit, vt cùm Christus pastor noster sit, pascat etiam nos, non tantùm verbo, non sua tantùm diuinitate, & summo merito, quæ per fidem apprehenduntur, sed & propria carne & sanguine. Futurum illum pastorem Prophetæ prædixerant. Zach. 11. Suscitabo tibi pastorem I
1. *Christus pastor bonus.* magnum. Percutiam pastorem. Esa. 40. Sicut pastor gregem suũ pascet in brachio suo. Ezech. 34. Nónne greges à pastoribus pascuntur? Distinxit enim ille se (Ioan. 10.) à furibus, latronibus & mercenariis: qui quidem ouile ingrediuntur, non vt pascant, sed mactent, perdant, & deglubant. Contra quos Ezechiel clamat, Væ pastoribus Israël, qui pascebant semetipsos. Lac comedebatis, lanis operiebamini, quod crassum erat mactabatis, gregem autem meum non pascebatis. Non consolidastis infirmum, sanastis ægrum, alligastis confractum, reduxistis abiectum, quæsistis quod perierat. Demum comminatione facta in peruersos & degeneres pastores, pollicetur Dominus se reducturum populum suum, & præpositurum illis verum pastorẽ Christum. Ecce ego, inquit, requiram oues meas, K
& suscitabo super eas pastorem vnũ, qui pascat eas, seruum meum Dauid: ipse pascet
Hieronym. eas, & ipse erit eis in pastorem. Hieronymus lib. 11. Comment. in Ezech. c. 34. Suscitauit pastorem vnum, qui dicet in Euangelio, Ego sum pastor bonus (Ioan. 10.) seruũ suum Dauid, secundum id quod serui formã dignatus est assumere, qui Dauid interpretatur Manu fortis. Ipse pascet eos, & Dominus erit eis in Deum, vel filius, & pa-
2. *Pascua Christi excellentissima probant veritatẽ carnis eius in Eucharistia.* ter, vel certè pastor iuxta assumptam carnem: Dominus autem & Deus iuxta verbum, quod erat in principio apud Deum.

Porrò ipsius pastoris pascua tanto excellentiora esse debuerunt, quanto & ipse Mose cæterisque Prophetis excellentior est. Non satis igitur fuisset dedisse panem communem: hunc enim terra proferre, hunc quilibet etiã ex ditioribus pauperi potest erogare. Dedit Helisæus populo panes primitiarum, & viginti panes hordeaceos,

1.

A ceos,& frumentum nouum: sed & idem farina in ollam immersa Prophetarum olus reparauit, vt legitur 4.Reg.4.Nec satis fuerat dedisse aliquid simpliciter benedictum: nã & olim sacerdotes Dauidi dederunt panes sanctificatos. Nec satis quoque panẽ diuini verbi porrexisse: hoc enim etiã Prophetæ dederunt: qui (1.Pet.1.) spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. Hæc omnia cùm Prophetæ dare potuerint, sit autẽ Christus multo Prophetis excellentior: consequitur & illũ excellentiora pascua cõtulisse. Detur igitur aliquid & pane cõmuni, & pane sanctificato, & pane verbi dignius: hoc enim ipsum nobis Christus contulit, & donauit. Quid istud? Seipso sanè Christus nihil habuit dignius: ergo dedit nobis seipsum. 2. 3.

Nam quòd pascua eius cætera omnia superent, testatur Esaias cap.49. In tempore placito exaudiui te, &c. Vt diceres his, qui vincti sunt, exite: & his qui in tenebris, reuelamini. Super vias pascentur, & in omnibus planis pascua eorum. Et addit hæc B pascua in vitam æternam nutrire, dicens: Non esurient, neque sitient amplius, &c. Ezech.34. In pascuis vberrimis pascam eas. Ioan.10. Qui sequitur me, pascua inuenict. Psalm.22. In loco pascuæ ibi me collocauit. Super aquam refectionis educauit me, &c. Vbi, teste Cyrillo Hierosolymitano Catech.myst.4. tria maxima sacramenta celebrat, baptismum, vnctionem, & sacrosanctam Eucharistiam. Nam aqua refectionis, eadem est & aqua regenerationis: qua vetera quidem peccati spolia exuimus, & pro senibus iuuenes efficimur, inquit Theodoretus. Hic animam nostrã pastor noster Christus conuertit ad Deum, ad gratiam, vitam & salutem. Deduxit nos propter semitas iustitiæ, tum enim benè facere incipimus; protegit etiam nos, adeò vt licet ambulemus in medio vmbræ mortis, non timeamus, quoniam ipse nobiscum est. Et ne inter tot miserias mœsti incedamus, aut succumbamus, data est C vnctio sacra, qua velut pugiles confirmemur. Vnde ait, Impinguasti in oleo caput meum. Vides quomodo mysticum chrisma in ænigmate denotat, ait Cyrillus Hierosolym.Catech. myst.4. Cæterùm quia panis cor hominis confirmat, idémque vinum lætificat, adiicit: Parasti in conspectu meo mensam, aduersus eos qui tribulant me. Quod ita Cyrillus interpretatur: Ante tuum aduentum, Domine, dæmones hominibus pollutam mensam parabãt: sed postquàm tu aduenisti, parasti in conspectu meo mensam. τί ἄλλο σημαίνει ἢ τὴν μυστικὴν καὶ νοητὴν τράπεζαν. id est, Quid aliud significat quàm mysticam & spiritualem mensam, quam Deus in conspectu parauit, aduersariã ei, quæ parabatur à dæmonibus: cùm hæc cõmunionem cum illis, ista cum Deo habeat? Sed & cùm ait, Calix tuus inebriãs, quàm præclarus est, hic ille calix est, inquit: ὁ λαβὼν Ἰησοῦς μετὰ χεῖρας, καὶ εὐχαριστήσας εἶπε, τοῦτό μού ἐστι τὸ αἷμα: id est, quem Iesus accipiens in manus, gratias agens, dixit: Hic est sanguis meus. D

4. *Pascua Christi qualia.* Cyrillus. Theodoret. Cyril. Hiero. *Mensa Christi quæ, & qualis.*

Hæc sunt igitur illa fœcundissima & excellentissima Pastoris nostri pascua: vt qui non tantùm verbo, non spe tantùm, sed & sua carne & sanguine nos reficit. Magno quidem omniũ miraculo, quinque hominum millia quinque panibus & duobus piscibus pauerat: sed & Patrem suum dare panem verum credentibus, eundem etiam ipsum filium, ideò è cœlo descendisse asseruerat, vt fideles suos nutriret, & æterna vita viuificaret. Et quoniam hæc ad fidem solam, qua credentes ipsum manducaturi essent, referri poterant: ne quid in seipso non totũ illis etiam per sacramentum porrigi & dari testaretur: asserit se carnem suam & sanguinem suum, non modò in pretium, sed & in cibum, illis esse daturum. *Argumentũ huius admirandæ mensæ priùs exhibitum.*

Hîc verò quoniam non modò hæretici & schismatici quidã, sed & nonnulli alioE quin nostræ ætatis pij & docti viri hallucinantur: quasi Christus ea quæ sequuntur, nõ dixerit de reali & sacramẽtali, sed tantùm de spirituali sui corporis manducatione, nos vnamquamque sententiam iuxta Patrum definitiones & meditationes expẽdemus: ne quid forsan ex nostro sensu, in re adeò seria, attulisse videamur. *Quòd Christus Io.6. agat de Sacramentali mãducatione carnis suæ.*

Dionysius Carthus.art.18.in Ioan.cap.6. Sacramentũ Eucharistiæ instituit Christus dupliciter: Primò verbo, seu assertione: Secundò, facto, seu consecratione. De prima institutione nunc agitur. Et quoniã sacramentum istud incomprehensibile, & vtilissimum est: idcircò ad excludendam omnem dubitationem, Christus apertissimè tractat de sacramento hoc ipso. Thomas Lect.6. in Ioan. c.6. Dixerat enim seipsum esse panem viuum: & ne hoc de eo dici intelligerent, in quantum est verbum, vel ex ratione solius animæ: ideò ostendit suam etiam carnem viuificam esse: Dion. Carth. *Christus bis commẽdauit Eucharistiæ sacramentũ.* Thomas.

adiiciens, *Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.* Sic ergo quod dixit suprà, F
Ego sum panis viuus, pertinet ad virtutem verbi: quod autem subiicit, Et panis quē
ego dabo, caro mea est, pertinet ad communionem sui corporis, scilicet ad Eucha-
Albert. Mag. ristiæ sacramentum. Albertus Magn. in Ioan. Declarat enim hunc panē per signifi-
cationem suppositi, quæ est res, dicens: *Et panis*, hoc est id quod signatur per panē,
quem ego, vt summus sacerdos, de quo Psal. 109. Tu es sacerdos in æternum secun-
dum ordinē Melchisedech, *dabo* manducāti spiritualiter & sacramentaliter: *Caro mea*
Rupertus. *est* latens sub specie panis. Rupert. in Ioan. cap. 6. In futuro, ait *dabo*. Dabitur enim hic
idē panis in ea specie, quæ viuentibus congrua est: id est, in vero sacrificio panis & vi-
Euthymius. ni secundum ordinē Melchisedech. Euthymius in Ioan. Duobus enim modis Chri-
stus dicitur esse panis, secundum diuinitatem videlicet, & humanitatem. Postquàm
ergo docuit de modo, qui secundum diuinitatem est, nunc etiam docet de modo
Christus da- qui est secundum humanitatem. Non autem dixit, *quem do*, sed *quem dabo*: Daturus G
turus panem enim erat in vltima cœna, quando sumptum panem, actis gratiis fregit, deditque di-
carnē suam. scipulis, & ait: Accipite & comedite, hoc est corpus meū. (sicuti ergo in cœna Chri-
Theophilact. stus, sic & ibi sacramentalē & realem manducationem requirit.) Theophilactus in
Ioan. Manifestè enim nobis hoc loco de mystica communione corporis sui dicit.
Nam panis, inquit, quem dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita. Do-
cet tandem de ea se communione intelligere, quæ nobis per sacrosancta Christi
Chrysost. corporis & sanguinis mysteria, sub speciebus panis & vini confertur. Chrysost. hom.
45. in Ioan. Cùm enim diceret, Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æter-
num: Panem seu doctrinam hoc in loco, seu salutem & fidē in se, seu corpus suum
dixit. Et paulopòst: Quare necessariò dicendum quàm admirāda mysteria, & cur da-
Hieronym. ta sint, & quænam eorum vtilitas. Hieronymus ad Hedibiam quæst. 2. Nos enim H
audiamus panē quem fregit Dominus, deditque discipulis suis, esse corpus Domini
saluatoris, ipso dicente ad eos: Accipite & comedite, hoc est corpus meum. Et pau-
lopòst. Si ergo panis, qui de cœlo descendit, corpus est Domini, Iudaicas fabulas re-
pellamus, & ascendamus cum Domino cœnaculum magnum, stratum atque mun-
datum, & accipiamus ab eo calicem noui testamēti. Et quibusdā insertis. Nec Moy-
Christus con- ses, inquit, dedit nobis panem verum, sed Dominus Iesus ipse conuiua & conuiuiū,
uiua & con- ipse comedens & qui comeditur. Et, quotidie in sacrificiis de genimine vitis veræ,
uiuium. rubentia musta calcamus. Ita confert Hieronymus Christi verba in Capernaum ha-
bita, cum iis quæ asseruit in cœna, vt panis sit ipsum corpus. Confert & iuxta Christi
verba, Mosis panē, cum hoc pane vero, quæ sanè in Capernaū dicta sunt. Et ostendit
illa de sacramento intelligenda esse, cùm monet nos ascendere in cœnaculum cū eo: I
Chromat. definit & ea per sacrificium, quod quotidie fit in Ecclesia. Chromat. in cap. 6. Matth.
De hoc pane, inquit, Dominus in Euangelio dixit: Panis cœlestis caro mea est, quā
ego dabo pro mundi vita. Et hunc ergo panem quotidie postulare iubemur, id est,
vt præstante Domini misericordia, quotidie panem corporis Domini accipere me-
reamur. Ait enim Apostolus, Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat. Atqui
locus hic Pauli de sacramentali manducatione intelligitur, ad quam spiritualis con-
currere debet, vt & sic homo probatus sit: proinde ista Domini verba de Eucharistiæ
Arator Subdiac. sacramento interpretabatur. Arator Subdiaconus, lib. 2. Historiæ Apostolicæ, ad hęc
Christi verba sic alludit, vt Christum, ipsius etiam corpus quod accipitur asserat:
quo velut vberrimis pascuis ille verus pastor suas oues recreet: quod etiam tum ma-
ximè contingat, cùm decima quarta die lunæ Pascha fit à fidelibus. Quod sanè ne- K
Christus de- mo negauerit de sacramento Christi corporis intelligi, quod tunc à fidelibus sumi-
dit carnem tur. Ait autem,
suam in cibū die cœnæ.

Agnus Christus inest, panis quoque Christus habetur
De cœlo, quod & ipse docet (vtique Ioan. 6.) *qui corpore Iesum*
Sumpserit, hoste caret, nec iam sua iura Pharao,
Aegyptúsque tenet. Et quibusdam insertis:
Ereptóque gregi largitur pascua Christus.

Cyrill. Alex. Cyrillus etiam Alexan. lib. 4. cap. 12. Nam cùm viuificans Dei filius in carne habi-
tauerit, ad suum bonum eam, id est, ad vitam reformauit: & totus, vt ita dicam,
toti ineffabili modo vnionis coniunctus, viuificantem ipsam effecit, quia natura

viuifi-

A viuificans est. Propterea participantes hæc caro viuificat. Porrò ex eius in consequẽtes sententias commentariis, immò & aliorum Patrum interpretationibus, facilè colligemus verba hæc Christi de sui corporis sacramento intelligi. Nec mouere quenquam debet, quòd post Augustinum Beda ad mysticum Christi corpus refert: illud enim à naturali Christi corpore abundat, vt ex sequentibus audiemus. Sed neque præiudicium faciet literali scripturæ interpretationi, si quis illam mysticè, anagogicè, & spiritualiter interpretatus fuerit: manet enim vnicuique suus sensus integer. Sæpè contingit vt Augustinus, & ante eum Origenes, dixerim vt ipse Apostolus Paulus, per allegoriam multa interpretentur. Sicut quod legimus de duobus filiis Abrahæ, aut de monte Syna, & Hierusalem: neque tamen propter illa mystica, sensum literalẽ eludunt. Ita neque Patres illi, qui spiritualiter meditantur hæc Chri-

B sti verba, negant illa literaliter intelligi de ipsa eius reali carne, quæ realiter & verè manducetur. Vnde fit, vt demirer quid in mẽtem venerit piis quibusdam viris, vt dũ spiritualiter, & mysticè, omnia hîc requirunt, de suo adiiciant, non esse ista de vera & naturali Christi carne in Eucharistiæ sacramento intelligenda. Fateor explicari posse de spirituali Christi carnis manducatione: ipsa tamen litera expresè sonat & realem carnem, & realem manducationem. Quod neque Iudæi ignorauerunt, cùm eapropter dixerint: Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Et licet in quæstionem verteretur, non diffiderunt Apostoli: quos neque Christus aliter sentire docuit, cùm & illi cum illo se mansuros assererent, dicentes: Ad quem ibimus? verba vitæ æternę habes. Sed & optimus ille martyr Roffensis in Oe-

C colampadium, ista Domini verba discutiens, obseruat bis dictum à Domino, *dabo*, in hac promissione: *Et panis quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita*: vt Dominus daturum seipsum ostenderet, & in escam, & in pretium. In nutrimentũ quidem Eucharistiæ, vt scribit Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromat. In pretium autem redemptionis nostræ. Etsi enim vulgata traductio non repetat dictionem *dabo*, illa tamen in Græcis exemplaribus duplicatur. καὶ ὁ ἄρτος γὰρ ὃν ἐγὼ δώσω, ἡ σάρξ μού ἐστιν, ἣν ἐγὼ δώσω, &c. Quomodo legit & Theophilactus. Nonnus etiam Panopolitanus in conuersione Euangelii Ioan. sic habet:

Roffensis. *Christus duobus modis dedit carnem suam.*
Clem. Alex.
Dabo, *bis legitur.*
Nonnus.

Hε μετέρη πέλεται σὰρξ ἄρτος, ὃν ὔμμιν ὀπάσσω,
Hὴν ὑπὲρ ἀλιζοβίου ζωῆς κόσμοιο παρέξω. id est,
Nostra est caro, panis quem vobis dabo:
Quam pro iniquè viuentis vita mundi præbebo.

D Dicit igitur quòd panem daturus sit, & quòd iste panis sit eius caro, quam daturus est pro mundi vita. Vbi videtur bis eandem rem se daturum promittere, & ad ea tandem verba accedere, quæ in cœna discipulis asseruit, dicens: *Accipite.* ita scilicet dabat sub panis specie carnem suam. Comedite, hoc est corpus meum. *quod pro vobis tradetur.* Ita in præsenti dabat se discipulis in cœna, & asserebat seipsum etiam tradendum pro illis. Vtrobique vnum ad sacramentum, alterum ad Christi spontaneã passionem refertur. Vtrobique asserit idem esse quod datur: hîc eandem carnem quę panis sit, eandem quæ pro mundi vita: illic, idem corpus sub specie panis, & idem quod pro illis in mortem tradetur. Ita conuenit donatio rei cum ipsius promissione, vt nec quibus verbis ipsis variare videantur. Asserebat se dare, asserebat & se daturũ. Dabat tum seipsum per fidem spiritualiter sumendum: asserebat se daturum carnem

E suam, idque in futuro, scilicet in cœna. Et quidem rectè dixit, *dabo*, non dabitur. Ille etenim, vt ex Hieronymo nunc audiuimus, conuiua est & conuiuiũ. Cyrus Theodorus Prodromus tetrastichis in Matth.

Cyrus Theo. *Christus sacerdos & sacrificium.*

Aμφω γὰρ εἶ σὺ, καὶ θυτὴρ, καὶ θυσία. id est,
Vtrumque enim es tu, & sacerdos, & sacrificium.

Iuuencus lib. 4. Euangel. histor.

Iuuencus.

Discipulos docuit proprium se tradere corpus.

Chrysostomus lib. 3. de sacerdotio. Ipse se tradit volentibus ipsum accipere, & complecti. Idem hom. 83. in Matth. Non sunt humanæ virtutis hæc opera: qui tunc ista in illa cœna confecit, ipse nunc quoque operatur, ipse perficit. Thomas in Ioan. Auctor huius sacramenti Christus est. Nam licet sacerdos consecret, tamen ipse Christus dat virtutem sacramento. Quia sacerdos in consecratione tenet personam

Chrysost.
Thomas. *Christus est author huius Sacramenti.*

Christi. In aliis autem sacramentis vtitur sacerdos verbis suis, vel Ecclesiæ. Hîc vti- F
tur verbis Christi. Quia sicut Christus corpus suum propria voluntate dedit in mor-
Verbum substantiuum Est proprie sumitur. tem, ita sua virtute dat se in cibum. Porrò veritas huius sacramenti significatur, cùm
dixit, *Caro mea est*. Vtrobique verbum substantiuum & in dono, & in promissione.
Theophil. Caro mea est: &, Hoc est corpus meum. Theophilactus in Ioan. Attende autem, in-
quit, quòd panis, qui à nobis in mysteriis manducatur, nõ est tantùm figuratio quæ-
dam carnis Domini, sed ipsa caro Domini. Non enim dixit, Panis quem ego dabo,
figura est carnis: sed, *Caro mea est*. Transformatur enim arcanis verbis panis ille, per
1. mysticam benedictionem, & accessionem sancti spiritus, in carnem Domini. Et ne
quem conturbet, quòd credendus sit panis caro: etenim & in carne ambulante Do-
Argumenta quibus panis in corpus conuersio probatur. mino, & ex pane alimoniam admittente, panis ille qui manducabatur, in corpus e-
ius mutabatur, & similis fiebat sanctæ eius carni, & augmentum & sustentationem G
Greg. Nyss. conferebat, iuxta humanum morem. Igitur & nunc panis in carnem Domini mu-
tatur. Greg. Nyssenus serm. catech. de diuinis sacramentis, ca. 37. Sicut enim qui pa-
nem videt, quodammodò corpus videt humanũ, quoniam panis in corpore existẽs
corpus euadit: ita diuinum illud corpus, panis nutrimentum accipiens, idem quo-
dammodò erat cum illo cibo, vt diximus, in eius corporis naturã immutato. Quod
enim carnis cuiusque propriũ est, id etiam illi conuenisse confitemur. Nã & corpus
illud pane sustentabatur. Corpus autem, propterea quòd Deus verbum in illo habi-
2. tauit, diuinã obtinuit dignitatem. Quamobrem rectè nũc etiam Dei verbo sanctifi-
Samonas Gazæus. catũ panem in Dei corpus credimus immutari. Samonas Gazæus disceptatione cũ
Achmed. Eodẽ etiam pacto intelligas fieri nostrum mysterium. Sacerdos enim panẽ
Argumentũ à minori ad maius. super mensam sanctam deponit, pariter & vinum: & comprecando, inuocatione fi- H
deli, spiritus sanctus descendit, & superuenit in ea quæ sunt proposita: & igne suæ di-
uinitatis in corpus & sanguinem Christi, panem & vinum commutat, non minus
Eusebius. quàm iecur alimentum in corpus cuiusdam hominis. An non, amabo, concedis pos-
3. se sacrosanctum Dei spiritum idem præstare quod tuum iecur? Eusebius hom. 5. de
Pascha. Inuisibilis sacerdos inuisibiles creaturas in substantiam corporis sui & san-
guinis, verbo suo, secreta potestate conuertit, ita dicens: Accipite & edite, hoc est
Tertullian. corpus meum. Sic Tertullianus lib. 4. contra Marcionem, confectionem mysterio-
rum Christi verbis tribuit. Panem, inquit, corpus suum fecit, dicendo: Hoc est cor-
Isichius. pus meum. Isichius lib. 6. in Leuit. c. 22. Sanctificationem enim mystici sacrificij, &
à sensibilibus ad intelligibilia trãslationem, siue commutationẽ, ei qui verus est sacer-
dos, videlicet Christo, oportet dari, id est, ipsi dè eis miraculum cedere & imputare: I
Theophil. quia per eius virtutem, & prolatum ab eo verbum, quæ videntur, tã sanctificata sunt,
quàm cunctũ carnis excedunt sensum. Theophilactus in Ioan. Et quomodo, inquit,
Cur panis species remanet. non apparet nobis caro, sed panis? Vt non abhorreamus ab eius esu. Nam si quidem
caro apparuisset, insuauiter affecti essemus erga communionem. Nunc autem con-
Thomas. descendente Domino nostræ infirmitati, talis nobis apparet mysticus cibus, quali-
bus etiam assueti sumus. Thomas Aquinas in Ioan. Sed cùm in isto sacramento con-
tineatur totus Christus, quare dixit tantùm, *Caro mea est*? Ad cuius responsionem,
sciendum est, quòd in illo mystico sacramento totus Christus continetur secundũ
veritatem: sed corpus est ibi, ex vi conuersionis: diuinitas verò & anima, per natura-
Cur cùm christus sit totus in hoc sacramento, ait tamen, Caro mea est. lem concomitantiam. Dato enim per impossibile, quòd diuinitas separetur à corpo-
re Christi: iam illa non esset in sacramento. Similiter etiamsi in triduo mortis Christi K
aliquis consecrasset, non fuisset ibi anima Christi, sed tale corpus, quale erat in cru-
ce, seu sepulcro. Sed & ideò potius *carnem* esse dicit, quia cùm hoc sacramentum sit
dominicæ passionis rememoratiuũ (iuxta illud 1. Cor. 10. Mortem Domini annun-
ciabitis, donec veniat) passus autem & mortuus sit Christus ex infirmitate: ad infir-
Cyrill. Alex. mitatem designandam, carnis nomen aptius est. Cyrillus Alexandr. lib. 4. in Ioan.
cap. 12. Verùm quoniam sæpius se Christus panem appellauit, consideremus si hoc
vocabulo vspiam à scriptura nominetur. Scriptum est ergo in Numeris (cap. 15.) Lo-
cutus est Dominus ad Mosen, dicens: Loquere filiis Israël, & dices ad eos. Cùm ve-
neritis in terram, quam ego dabo vobis, & comederitis de panibus regionis illius, se-
parabitis primitias Domino: de pinsendis panibus vestris, ita & de pulmentis, dabi-
tis primitias Domino. Ænigmaticè, atque obscurè nimiùm per figuram ista fiebãt:

ita

A ita de cœlo panis, id est Christus obumbrabatur. Recordari enim oportet quòd homo propter nos factus, & ad similitudinem nostram, quasi primitiæ quædam, ac separatio nostræ massæ, vt scribitur, Deo Patri oblatus est, primogenitus ex mortuis factus, & primitiæ resurrectionis hominum, ad cœlum vsque ascendentes. Quid quòd panes propositionis, azyma, lagana ex simila, & si qua sunt in lege similia, Christi corporis figuram iis prætulerunt: quibus, vt scribit Paulus (1. Cor. 10.) omnia in figuris contingebant? Sed & Melchisedech panem obtulit, Christus verò illius veritatem, corpus scilicet suum, & in cibum dedit, & in sacrificium. Et quidem de sacrificio, adiicit: *Quam ego dabo pro mundi vita.* Illius enim participes efficiuntur, qui accedunt ad altare, & ipsam Christi carnem mente purgata, accipiunt. Theophilact. in Ioan. Pro mundi autem vita carnem suam ad mortem dedit: moriens enim mortem B soluit. Intellige autem per vitam mundi, etiam resurrectionem. Mors enim Domini generalem resurrectionem hominum generi operata est. Fortassis autem & in sanctificatione & in beatitudine vitam, mundi vitam nominauit. Nam quamuis non omnes acceperint sanctificationem & vitam in spiritu: Dominus tamen seipsum pro mundo dedit: & quantum in ipso erat, mundus seruatus, naturáque vniuersa sanctificata est: eò quòd accepit virtutem vincendi peccatum per vnum hominem Dominum nostrum Iesum Christum: sicut & per vnum hominem Adam, in peccatum ceciderat. Dion. Carthus. in Ioan. Non enim sic est intelligendũ *pro mundi vita*, quasi per receptionem huius sacramenti vita gratiæ in homine inchoëtur: immò qui sine vita gratiæ ad hoc sacramentum accederet, ampliùs moreretur in anima, reúsque fieret corporis Domini. Thomas in Ioan. Magna quidem est huius sacramenti vti- C litas, cùm in illud redundet effectus & meritum dominicæ passionis. Nihil enim est aliud hoc sacramentum, quàm applicatio dominicæ passionis ad nos. Non enim decebat Christum, secundum præsentiam suam visibilem, semper esse nobiscum: & ideò voluit hoc supplere per sacramentum. Vnde manifestum est, quòd destructio mortis, quam Christus moriendo destruxit, & reparatio vitæ, quam resurgendo effecit, effectus est huius sacramenti. Notandum etiam quòd aliter euenit huic sacramento, aliter cæteris. Nam alia sacramenta habent singulares effectus, sicut in Baptismo solus baptizatus suscipit gratiam: at verò immolationis huius sacramenti effectus vniuersalis est. Non enim solus sacerdos, sed & ij pro quibus illud offert, viui etiam & defuncti, illius effectum consequuntur. Alexander Pontifex & Martyr, Epist. 1. ad omnes Orthodox. vt ex Concilio Triburiensi, cap. 19. colligitur, in eã rem D sic habet. In sacramentorum oblationibus, quæ inter Missarum solennia Domino offeruntur, passio Domini miscenda est: vt eius, cuius corpus & sanguis conficitur, passio celebretur. Et paulo pòst. Idcircò & passio eius in his commemorãda est, qua redempti sumus, & sæpiùs recitanda, atque hæc Domino offerenda. Talibus hostiis delectabitur, & placabitur Dominus, & peccata dimittet ingentia. Nihil enim in sacrificiis maius esse potest, quàm corpus & sanguis Christi, nec vlla oblatio hac potior est, sed hæc omnes præcellit. Ideò etiam dum hoc sacramentum conficitur, & sacrificium offertur, memoria fit electorum illorum qui decesserunt, & eorum qui adhuc viuunt: vt agnoscamus in omnibus vitam hanc: & reipsa contestemur corpus & sanguinem Christi vitam eorum esse, qui ex mundo segregati. Ita nimirùm carnẽ ipsius *pro mundi vita* datam esse interpretamur. Sic corpus Christi mysticum corpori E naturali adiungimus, agnoscentes membra Christi, eósque omnes, qui de vno pane, & de vno calice participarunt, ex ista carne vitam accepisse. Dionysius Areopag. lib. Hierarch. Eccles. iast. cap. 3. Enimuerò sanctorum, post pacem illam, nominũ prædicatio, eos præconio attollit, qui piè sanctéque vixerunt: & ad finem vsque, virtutis viam constanter, nusquam ab ea deflectendo, tenuerunt. Et paulò pòst. Impositis sancto altari venerabilibus signis, per quæ Christus & signatur & sumitur, adest protinus atque incunctanter sanctorum descriptio, coniunctionem eorum indiuiduã, vnionémque cum illo altissimam & sacratissimam indicans. Nec tantùm fit eorum memoria, qui iam cœlo perfruuntur, vt indicetur vnio & vita, quam à Christi carne participarunt: sed & orat sacerdos pro fidelibus defunctis, quibus propter quædam peccata, & pœnas exoluendas, nondum datur illa certissima requies, ad quã spirant. Hoc argumentum sequitur August. lib. de ciuit. Dei primo. Nec enim piorũ animæ

Theophil.

Quid vita mundi.

Dion. Carth.

Thomas.

Alex. Papa.

Sacrificium Christi corporis omnia superat.

Dio. Areop.

In sacrificio corporis Christi memoria fit eorum omnium qui pertinent ad vitam.

August.

Chryſoſt. defunctorum ſeparãtur ab Eccleſia: alioquin nec ad altare Dei fieret eorum memoria. Chryſoſt. hom. 41. in 1. ad Corinth. Nec temerè qui altari aſſiſtit, inter horrenda myſteria clamat: Pro omnibus in Chriſto dormientibus, & pro omnibus qui memoriam illorum celebrant. Et paulò poſt. Ne defatigemur, mortuis auxilium ferendo, preces pro ipſis offerendo: communis totius orbis victima preces ſunt. Hinc pleni fiducia, pro toto etiam orbe ſupplicamus (q. pro totius *mundi vita* & ſalute:) inter Martyres, inter Confeſſores, inter Sacerdotes, mortuos recenſemus. Vnum enim corpus omnes ſumus, ſint membra licet alia aliis illuſtriora: Vndique veniam ipſis impetrare licet, precibus pro ipſis effuſis, muneribus datis, conſortio eorum, inter quos velut communione corpus, referuntur. Quid ergo doles? Quid lachrymaris? cùm impetrandæ mortuo veniæ tot extent rationes? Sed & eorum omnium, fideliũ, memoriam agimus, qui peccauerunt, vt ij qui mortui ſunt, viuificentur, per eum qui Idem. carnem ſuam obtulit *pro mundi vita*. Idem Chryſoſt. hom. 21. in Acta Apoſtol. Annunciatur enim, inquit, tunc ſacramentum horrendũ, quod *pro mundo dedit ſeipſum* Deus, vnde cum illo miraculo tempeſtiuè memor eſt eorum qui peccauerunt. Sicut enim quando regum trophæa ſtatuuntur, tunc dimittuntur qui ſunt in vinculis per illud tempus, & celebrantur quidem & quicunque victoriæ ſocij fuerint: Vbi autem tranſierit hoc tempus, qui nihil aſſecutus eſt, nihil obtinet: Ita ſanè & hîc trophæorum & celebrandæ victoriæ tempus eſt. Quoties enim, inquit, mãducabitis panem hunc, mortem Domini annunciabitis.

Fide diuina myſteria intelliguntur, qua reiecta infideles omnia in quæſtionem vertunt, quod & Capernaitis contigit, ſtatim atque Chriſti verba de carne ſua manducanda audierunt: Vbi de omnipotentia Dei, proprietate Chriſti verborum, neceſſaria manducatione Chriſti carnis agitur. Reſpondetur & illis, qui hæc Chriſti verba de ſola manducatione ſpirituali intelligi exiſtimant.

Matth.	Marc.	Luc.	Ioan. 6.
			Litigabant ergo Iudæi ad inuicem, dicentes, Quo modo poteſt hic nobis dare carnem ſuam ad manducandum? Dixit illis Ieſus. Amen, Amen dico vobis, Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.

Introductio. INTER virtutes nulla eſt, quæ hominem in difficilibus, & perplexis rebus conſtitutum magis reſoluat, quàm fortitudo. Huic omnia videntur eſſe peruia & leuia, vt doctè diſſerit Cicero in Quæſtion. Tuſculanis: illa ſtante nec miles hoſte, nec nauta mari ab officio reuocantur. At verò quàm maioris virtutis eſt fides? Hebræo. 11. Sancti per fidem vicerunt regna, operati ſunt iuſtitiã, adepti ſunt repromiſſiones. Omnia poſſibilia ſunt credenti. Ideóque Chriſtus cùm breui ſuſcitandum Lazarum Mariæ repromitteret, hanc fide confirmauit. Nónne, inquit, dixi tibi, quoniam ſi credideris, videbis gloriam Dei? Innititur fortitudo animis, viribus, & humanæ quandoque gloriæ: fides Deo, & eius omnipotentiæ. Atqui quantò Deus homine potentior eſt? Conſidera quantumuis debilem & fortem hoſtem: ſed tamen attende Deum, nec obiice clypeum. Diſſeris de ſacroſanctis myſteriis, & ea tibi ſubobſcura, & creditu difficilia videntur? Confide omnipotentiæ & verbo eius: & apud temetipſum id Angelicum ſtatue, Non eſt impoſſibile apud Deum omne verbum. Eſa. 51. Attendite ad Abraham patrem veſtrũ, & ad Saram quæ peperit vos, quia vnum vocaui eum, & benedixi ei, & multiplicaui eum. Conſolabitur ergo Dominus Syon, & conſolabitur omnes ruinas eius. Hoc Dominus ad Iudæos, vt operibus eius admirandis fidem adhibeamus, quamuis ea ſenſui reluctari videantur. Conſideremus fidem illam Abrahæ, qui fuit pater credẽtium. Geneſ. 12. Abrahæ ſemini terra repromittitur, peregrinatur: nullum tamen ei ſemen erat ex Sara. Vnde fiebat, vt ille diuinas promiſſiones in ſpiritualem ſenſum

Cicero.

Fidei omnia ſunt facilia.

pertra

A pertraheret. Quod enim Deus de semine legitimo pollicebatur, ille ad semen adoptiuum transferebat: Deo toties promissum suum repetenti obiiciens: (Genes. 15.) Domine Deus, quid dabis mihi? Ego vadam sine liberis, mihi non dedisti semen: & ecce vernaculus meus hæres meus erit. Claud. Sanctius Episcopus Ebroicensis in Præfat. Repetitionis 3. de veritate Eucharistiæ: quasi obiiceret, de adoptiuo filio necessariò intelligendum esse, cùm per naturam nulla ei relinqueretur spes de alio semine. At verò, Deus tunc ipsum increpauit, qui sic diuina effata, à proprietate literæ, ad spiritualem intelligentiam, propter naturæ impotentiam transferret. Et addidit ea quæ spiritualem, & figuratum sensum excluderent, primúmque verbum Dei ad literam accipiendum, & semen naturale intelligendum ostenderent. Scribitur enim: Factus est sermo Domini ad eum, dicens: Non erit hîc hæres tuus, sed qui e- Cl. Sanctius.

B gredietur de vtero tuo, ipsum habebis hæredem. Suspice cœlum, & numera stellas, si potes: sic erit semen tuum. Tunc quidem Abraham credidit, & reputatum est ei ad iustitiam. Non tamen destitit humana ratio etiam diuino huic oraculo obstrepere, & in malum sensum, propter naturæ difficultates traducere. Nam & ei Sara contradixit, quòd sibi naturæ ac rationis perplexitas videretur solui. Ecce, inquit, concluſit me Dominus, ne parerem. Ingredere ad ancillam meam, si fortè ex illa suscipiam filios. Misericors Dominus & fidelis, in omnibus verbis suis patienter tulit initiò istam mulieris subtilitatem: sed qui comprehendit astutos in astutia sua, tandem docuit malum aduersus Dei verbum consilium fieri consultori pessimum. Etenim grauidam ancillam permisit statim insolescere in heram, vt prima experimento di- *Abrahæ fides peruicit naturam e.* *Promissio facta Abraham non debuit intelligi spiritualiter.*

C sceret semen domui Abrahæ fortunatissimum, non ex serua, sed libera & legitima vxore expectandum esse. Sed & expressè tandem Dominus scrupulum istum resoluit, dicens: (Genes. 17.) Sarai vxorem tuam non vocabis Sarai, sed Saram: & benedicam ei, & ex illa dabo tibi filium, vocabísque nomen eius Isaac. Nec contentus fidē Abrahæ dedisse (cap. 18.) quærit ex eo: Vbi est Sara vxor tua? Respondit ille: Ecce in tabernaculo est. Cui dixit: Reuertens veniam ad te tempore isto, vita comite, & habebit filium Sara vxor tua. Etsi verò & hic, & illa ætates suas prouectas opponerent, didicerunt tamen diuinis verbis acquiescere: vt & fides Abrahæ magis confirmaretur, qui contra spem in spē crederet, vt fieret pater multarū Gentiū. Corripitur diffidēs Sarai: corripiantur & vtinā illi, qui diuina verba in quæstionem vertūt, quasi nec id quod pollicitus est, efficere possit. Forment & vtinam sese omnes adinstar Abrahæ, vt non ad spiritualem & figuratum sensum ea deflectant, quæ propriè & realiter

D sumi debent, quantumuis à natura dissita esse videantur. Hæc Sarai infidelitas adhuc in eorum cordibus versabatur, qui Christi verbis sese, immò rei difficultatem obtruserunt. Nam sicut cùm ille filium Sarai, idem etiam ipse suam se carnem daturum repromitteret, *Litigabant Iudæi ad inuicem, dicentes: Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?* ἐμάχοντο, pugnabant, siue decertabant. Tanto enim quæstionū, & contentionum feruore ducebantur, vt & pugnare dicerentur: cùm alij pro Christo starent, eique quantumuis obscura & difficilia loquenti, acquiescerent: alij ad mystica quædam hæc referrent: alij verò rem illis cruentam & horrore plenam obtrudi existimarent. Vnde factum est, vt qui contentiosiores erant, dicerent *ad inuicem, Quomodo potest*, &c. Ita murmuratio occulta, qua primùm contra Christum ferebantur, iam in apertum proruperat. 2. ad Timoth. 3. Sic mali homines & seductores *Murmuratio periculosissima.* Chrysost.

E proficiunt in peius, errantes, & in errorem mittentes. Chrys. hom. 45. in Ioan. Nam si hoc inquiris, cur non idem in quinque panum miraculo dixisti? Quomodo eos in tantum auxit? Quia tunc tantùm saturari curabant, non considerare miraculū. Sed res ipsa tunc docuit, inquies. Ergo ex eo & hæc credere oportuit ei factu facilia esse. Propterea id prius fecit miraculum: vt per illud non essent amplius increduli his, quæ postmodùm diceret. Theophilact. in Ioann. At verò Iudæi, quum audiissent de esu carnis illius, discredentes, verbum incredulitatis dicunt: *Quomodo?* Nā quando cogitationes incredulitatis ingrediuntur in animam, ingreditur simul, quomodo. Cyrillus Alexand. libr. 4. in Ioan. capit. 13. Venatrices canes huc atque illuc percurrunt, feras quærentes: sic affectum esse sapientem Propheticus quoque sermo denotat, dicens: (Esa. 20.) Conquirens quære, & apud me habita. Quærendum enim ita semper est, vt apud eum habitemus, & ad alienas sententias non deferamur. Sed nō Theophil. *Quæstio incredulitatis.* Cyrill. Alex.

ita facit animus malignus. Nam quæcunque non intelligit, ſtatim tanquã friuola; F
falſáque, per arrogantiam eiicit, nulli cedens, nec aliquid ſupra ipſum eſſe exiſtimãs.
Quales Iudæos fuiſſe comperiemus. Nam quum oporteret eos, qui diuinam virtutem ſaluatoris, ac poteſtatem ſignorum miraculo perceperunt, ſermonem eius libenter ſuſcipere, & ſi qua difficilia videbantur, eorum ſolutionem quærere: contrà omninò faciunt, & *quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare*, de Deo non ſine magna impietate conclamant. Ita cùm animales eſſent (vt ait Paulus 1. Cor. 3.) ſpiritualia intelligere non poterant. Iudaicum enim hoc verbum eſt, *Quomodo*, & extremi ſupplicij cauſa. Ideò Nicodemus, cùm diceret, Quomodo poſſunt hæc fieri, (Ioan. 3.) meritò audiuit: Tu es magiſter in Iſraël, & hæc ignoras? Sed & cùm Moſes Iudæos educeret, & viderent Ægyptios, diffidentes ita clamabant, (Exod. 14.) Quomodo educes nos? Forſitan nõ erant ſepulcra in Ægypto, ideò tuliſti nos, vt moreremur in G
ſolitudine. Quaſi nec poſſet Dominus mare populo ſuo diuidere, & illius fluctus in Ægyptios conuertere. Magnum hoc in Moſe & Aarone peccatum fuit, vt qui petrã
Non quærendum quomodo, in rebus diuinis. percuſſuri dubitant, & aiunt, (Num. 20.) Num de petra hac aquam poterimus vobis eiicere? Atqui hoc in quæſtionem vertere non debuerant, cùm haberent verbum & omnipotentiam Dei: cui inniti illos & populum oportebat. Hinc factum eſt, vt Dominus vtrique dixerit: Quia non credidiſtis mihi, vt ſanctificaretis me coram Iſraël, non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis. Quàm horrendum, & tamen iuſtum Dei iudicium incidit in principem, qui ſermonem viri Dei, factu impoſſibilem aſſeruit? 4. Reg. 6. & 7. Tamdiu obſeſſa fuerat à Syriis Samaria, donec inualeſcente fame, vænundaretur caput aſini octoginta argenteis, & quarta pars cabi ſtercoris columbarum, quinque argenteis: immò donec mulieres de comedendis H
filiis conſilium inirent. Territo rege & ipſis principibus, quòd nihil ſibi ſpei nec de area, neque de torculari reliquum eſſe viderent: dixit Heliſæus, Audite verbum Domini. Hæc dicit Dominus: In tempore hoc cras, modius ſimilæ vno ſtatere erit, & duo modij hordei ſtatere vno, in porta Samariæ. Porrò reſpondens vnus de ducibus, ſuper cuius manum rex incumbebat, homini Dei ait: Si Dominus fecerit etiã cataractas in cœlo, numquid poterit eſſe quod loqueris? Hanc principis temeritatẽ, qui Dei verbum oppugnare auderet, etſi quidem ei à rebus communibus argumenta ſuppeterent, Propheta definita mortis ſententia caſtigauit, dicens: Videbis oculis
Omnipotentiæ diuinæ argumentũ. Cyrillus. tuis, & inde non comedes. Quod & craſtino euenit. Diuino ſiquidem pauore concuſſis & fugatis Syriis, cùm omnis populus è Samaria ſeſe in eorum caſtra proripuiſſet: rex ducem illum, in cuius manu incumbebat, conſtituerat ad portam: eum autẽ I
compreſſum conculcauit populus iuxta ſermonem viri Dei. Cyrillus lib. 4. in Ioan. cap. 13. Aliorum igitur culpa perdocti, cùm Deus operatur, non quæramus quomodo: ſed operis ſui viam atque ſcientiam illi concedamus. Nam quemadmodum quamuis nullus nouit quidnam ſecundum naturam Deus ſit, iuſtificatur tamen per fidem, cùm credit præmia illum redditurum quærentibus eum: ſic etſi operum eius rationem ignorat: cùm tamen fide illum omnia poſſe non dubitet, nec contemnenda probitatis huius præmia conſequetur. Ita profectò nos affici, per Prophetam Iſaiã (ca. 55.) Dominus ipſe hortatur. Non enim ſunt conſilia mea, inquit, vt conſilia veſtra, nec ſicut viæ veſtræ, ita viæ meæ ſunt: ſed ſicut exaltatur cœlum à terra, ita exaltatæ ſunt viæ meæ à viis veſtris, & cogitationes meæ à cogitationibus veſtris. Qui autem ſapientia, virtute, & Deo excellit, quomodo non operabitur ita miraculosè, K
vt operum ſuorum ratio mentem noſtram effugiat? Nónne vides quid ſæpenumerò Mechanici faciunt? Incredibilia nonnunquam videntur nobis enarrare: ſed tamen quia ipſos ſimilia feciſſe videmus, poſſe peragi ab ipſis facilè credimus. Quomodo igitur ſummis cruciatibus digni non erunt, qui rerum omnium opificem Deum ita contemnunt, vt dum opera eius occurrant, dicere & quærere audeant, *Quomodo* illa fiant? quem totius ſapientiæ largitorem eſſe non ignorant, quem omnia poſſe ſcriptura nos docuit. Si verò tu, ô Iudæe, *quomodo*, etiam nunc clamas: hanc tuam imperitiam ego quoque ſecutus, libenter *quomodo* ex Ægypto exiuiſti, rogabo. Quomodo in ſerpentem fuit virga conuerſa? Quomodo lepra manus affecta, in momento tẽporis in priſtinum ſtatum iterum reſtituta fuit? Quomodo in naturam ſanguinis aquæ tranſierunt? Quomodo patres tui per media maria, vt per aridam, effugerunt?

Quomo-

A Quomodo per lignum amaritudo aquarum in dulcedinem recidit? Quomodo è lapide fontes aquarũ fluebant? Quomodo ſtetit Iordanis? Quomodo ſolo clamore inexpugnabilis Hiericho cecidit? Innumerabilia ſunt, in quibus ſi quomodo quæris, vniuerſam ſcripturam euertere neceſſe fuerit, & ipſius Moſi ſcripta contemnentur. Quot enim legimus, quæ communi rerum ordini refragantur? Quomodo vxor Loth in ſtatuam ſalis conuerſa eſt? Quomodo Aſina Balaam locuta eſt, & corripuit Prophetæ inſipientiã? Quomodo ſol ſtetit ſub Ioſue: & idem retrogrado recucurrit ordine decem lineis ſub Ezechia? Ita non modò in nouo, ſed & in veteri Teſtamento, dixerim & in hominum induſtria, poterit ignarus quis quærere, quomodo. Verùm nec illa rei veritatem labefactare poterunt. Interim tamen ſummum hoc in rebus diuinis flagitium eſt, cùm Dei potentia in quæſtionem vertitur. Paulus vocat
B hoc peccatum tentationem, cùm (1. Cor. 10.) ſcribit, Nolite tentare Deum, ſicut quidam ex ipſis, quorum corpora proſtrata ſunt in deſerto. Nimirùm & illi ſimilem quæſtionem mouerunt, de Dei verbo & omnipotentia diffidentes, cùm illis carnium abundantia repromitteretur. Dixerunt enim, Poteritne Deus parare menſam in deſerto? Adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorum, & ira Domini aſcendit ſuper eos. Contemnebant illi Manna, cùm tamen ex eo non prouidentiæ modò, ſed & diuinæ omnipotentiæ argumentum ducere poſſent. Idcircò enim ait, (Deut. 8.) Afflixi te penuria, & dedi tibi Manna, vt intelligeres quia non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Sed, vt ſcribit Sedulius poëta hymno 1.

Non diffidẽdum de Dei omnipotẽtia.

Sedulius.

C *Murmurat impietas manna veniente refecta:*
Panis adeſt Chriſtus, murmurat impietas.

Quod autem maius eſt blaſphemiæ genus, quàm ſi ex imbecillitatis noſtræ captu, Dei potentiam metiri voluerimus? Quid non eludetur? Baſilius lib. 2. in Eunomium, id confirmat, in quæſtione generationis diuinæ. Non mihi dicas, inquit, quænam eſt hæc generatio, qualis, & quomodo facta? Non enim quia omninò ineffabilis modus, & incomprehenſibilis eſt, idcircò etiam firmiter credere recuſabimus. Nam ſi cuncta intelligentiâ noſtrâ menſurare voluerimus, & quod mente non capimus, id nihil omninò eſſe putauerimus: amittetur profectò fidei, amittetur ſpei remuneratio. Quomodo autem erimus amplius beatitudine digni, quæ in rerum inuiſibilium fide depoſita eſt, ſi ſolis his aſſentimur, quæ intellectui dilucida eſſe putamus? Vnde errauerunt gentes, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum? Nón-
D ne quoniam, dũ ea ſequuntur, quæ cogitando veriſimilia putant, prædicationem ſpiritus incredibilem dicunt? Iſaias autẽ quos vt perditos deplorat? Væ ſapientibus in ſeipſis, & corã ſeipſis ſcientibus. Nónne hos? Georg. Alexandr. in vitam D. Ioan. Chryſo. Anthemium quendam refert, in quæſtionẽ vertiſſe, id quod in Eccleſia audierat: Non in ſolo pane hominem viuere, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei: & huius temeritatis pœnas illum ab obſeſſore dæmone accepiſſe. Statim enim dæmonio correptus in terrã corruit, & horrendum omnibus de ſeipſo, dum ſe collideret, & ſpumam ex ore emitteret, ſpectaculum præbuit. Bernardus in vitam S. Malachiæ, Clericum quendam narratà Malachia admonitum, vt ab opinione quam ſequebatur, animum auocaret: & fateretur in Euchariſtia non ſolam ſanctificationẽ, ſed & ipſius corporis Chriſti veritatem. Induratum à conuentu fratrum eiectum eſſe: abeuntem tanta infirmitate correptum, vt ne pedem quidem mouere poſſet. Re-
E uerſum domum errorem abiuraſſe, abſolutum fuiſſe, & viaticum accepiſſe: & vno penè momento perfidiam ore abdicaſſe, & morte diluiſſe. Nicetas libr. 5. de rebus Manuelis Comneni, quoſdam ſcribit coram Imperatore de ſacris hiſce myſteriis, & Chriſti ſacerdotio ſecundum ordinem Melchiſedech diſputaſſe: tum verò inſolito illos fulgure, tonitru, & terræmotu, etiam à præſentibus Aſtrologis id Dei vindictæ tribuentibus, territos, & euocatos à tanta temeritate fuiſſe. Nam & iſta myſteria fidei dicuntur. Quid tu modum requiris in Chriſti corpore, cùm præter omnem humanum modum natus ſit ex virgine? Petrus Venerabilis contra Petrobruſianos, recurrit ad Chriſti diuinitatem, quam negare neceſſe ſit eum, qui quæ-
ſierit, *quomodo poſsit nobis carnem dare ad manducandum*. Nam ſi omnia quæcunque voluit fecit: vtique, inquit, & hoc, quia voluit fecit. Voluit ergo & potuit,

Blaſphemia eſt metiri ex ſeipſo Dei potentiam.

Baſilius.

Georg. Alex.

Pœna eorum qui de Dei virtute diffiderunt.

Bernardus.

Nicetas.

Pet. Vener.

Chriſtus fecit quæcunque voluit.

proinde & fecit. Si enim Deus omnipotens est, & Christus Deus est: sequitur eum, quando vult, corpus suum nobis verè præsens in Eucharistia exhibere. Nec sanè mirum est in Capernaitis, si de tanta re disputent, quum fidei fundamentum minimè habeant. Accedentem enim ad Deum oportet credere, quia est. Hoc primum constitui oportet, Christum Deum esse, & omnia posse. At verò Deum illum esse nesciunt, & magnum illis est, si Christum alicui Prophetarum conferant. Mirum autem est Christianos, qui hoc primum se corde credere confitentur, in quæstionem vertere Christi potentiam: ac si non possit dare carnem suam ad manducandum. Hinc ex suis nugis & somniis modos requirunt, quemadmodum & Caluiniani, dum fusuras canalium, traiectiones atomorum, distillationes succorum, defluxiones aquarum, irradiationes solis, his sacrosanctis mysteriis applicant: ne Christi verba asserant, sed potius euertant. At verò Christus simpliciter intelligenda esse sua verba de reali & vera suæ carnis manducatione, etiam ad sensum, etsi non ad modum Capernaitarum confirmauit, sua responsione. Nec enim illos arguit, quòd opinarentur illum asserere se suam carnem ad manducandum daturũ esse: quin potius addito ad maius veritatis & fidei argumentum, iureiurando, dicens. *Amen, Amen dico vobis*, in veritate, vtique, inquit, in veritate dico. Ne existimetis me verbis illudere, aut aliter quàm ipsa sonant quæ dixi, intelligere. Ne recurratis ad cõmunem rerum ordinem, & vestræ imbecillitatis iudicium. In veritate dico. Non loquor figuratiuè, aut per aliquam similitudinem, sed verè. *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Euthym. in Ioan. Illi quidem hoc impossibile iudicabant: ipse verò omninò possibile ostendit, neque id tantùm, sed etiam necessarium. Theophil. in Ioan. Propterea volens ostendere quòd non sit impossibile, sed valde necessarium, ait: Non potest aliter haberi vita, nisi carnem meam comedatis. Eadem ferè ex Chrysostom. hom. 46. in Ioan. quibus & regulam istam præmittit. Cùm de rebus spiritualibus disputamus, nihil sæculare sit in animis nostris, nihil terrenum: sed omnia huiusmodi abeant, omnia relegentur. Diuinos duntaxat sermones audiamus. Nam si adueniente rege omnis sedatur tumultus, multo magis spiritu nos alloquente, multo nobis silentio, multa admiratione opus est. Beda in Ioan. Quomodo quidem detur, inquit, & quinam modi sint manducandi istum panem, ignoratis. Verumtamen nisi manducaueritis, non habebitis vitam in vobis. Hæc non vtique cadaueribus, sed viuentibus loquebatur: vnde colligerent illum de vita meliore & excellentiore, & de secreto quodam suæ carnis exhibendæ modo intelligere. Cyrillus lib. 4. in Ioan. cap. 14. Misericors certè, ac mitis Christus est: non enim asperè ad crudelitatem eorum respondit, nec vllo modo contendit: sed viuificantem huius mysterij cognitionem, iterum atque iterum in mentibus eorum imprimere studet. Et quomodo quidem carnem suam dabit ad manducandum, non docet: nec enim huius doctrinæ capaces erant. Sed & hæc fide potissimùm intelliguntur, vt scribit Esaias, (capit. 7.) Nisi credideritis, nec intelligetis. Oportebat igitur fidei primùm radices in animo iacere: deinde illa quærere, quæ homini quærenda sunt. Illi verò antequàm crederent, importunè quærebant. Hac igitur de causa Dominus quomodo id fieri possit, non enodauit, sed fide id quærendum hortatur (dicens Amen, Amen, vt rei certissimæ sine vlla controuersia per obsequium fidei assentiatur.)

Inuenta Caluinistarum.

Christus asserit se verè, & non figuratè loqui.

Euthymius.

Theophil.

Chrysost.

Beda.

Cyrillus.

Est modus in rebus, sunt certi denique fines.

Deo autem nullus modus & finis præscribitur, qui pertingit à fine ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Petrus Vener. lib. in Petrobrusianos. Nimirum eis, qui sic curiosè modum requirunt, id Esaiæ (cap. 40.) dicendum est, Quæ est via sapientiæ, aut quis locus intelligentiæ eius? Abscondita est ab oculis omnium viuentium. Et alius, (Bar. 3.) Quis transfretauit mare, & adduxit eam, & attulit super aurum electum? Aliter vtique mysteria nostra, & doctrina Philosophorum. Nã Philosophia præuiam habet demonstrationem: doctrina autem nostra præuiam habet fidem, quia diuino verbo, cui nihil impossibile est, innititur. Inde fit, vt Christus omissis demonstrationibus, statim definiat quid credendum sit. *Amen, Amen*, inquit, *dico*. Quid ad maiorem affirmationem adiicere potuisset? Verùm quoniam nonnulli hanc Christi sententiam à proprio sensu detorquent, ostendamus

Deo nullus modus præscribitur.

Pet. Vener.

ex

A ex Patrum ſententiis eam non modò de ſpirituali, ſed maximè de reali,& ſacramentali Chriſti carnis manducatione intelligi. Ita nimirùm ſpiritualem manducationẽ intelligo, vt quæ concomitari debeat realem & ſacramentalem ad effectum vitæ. Et primùm illorum obiectionibus reſpondeamus. Primùm quidem, quòd ex ſuperioribus Chriſti verbis concluditur hîc agi de manducatione per fidem, cùm iam dixerit: Qui credit in me, non eſuriet. Et rurſus: Omnis qui credit in filium, habet vitam æternam. Secundò proferunt hanc ſententiam vniuerſaliter verificari non poſſe in manducatione reali & ſacramentali, quòd non omnes, qui ſacramentaliter Chriſti carnem accipiunt, vitam ex eo conſequuntur. Ideò igitur intelligi debere de manducatione ſpirituali ſola: alioquin adiiciendum fuiſſet, Niſi mãducaueritis dignè. Et qui manducat dignè. Tertio loco nobis obiiciunt, quòd ſi ſententia iſta vniuerſalis intelligeretur de manducatione ſacramentali, omnes igitur, etiam laici; ſub vtra-

B que ſpecie Euchariſtiam ſumere deberent. Quartò, quòd conſequeretur infantes & pueros necdũ adultos communicandos eſſe: alioquin vitam non habituros eſſe. Reſpondemus verò ad primam obiectionem, non conſequi ex eo, quòd Chriſtus promiſit ſe vitam daturum in ſe credenti, & illum non eſiturum: quòd & hîc tantùm agat de manducatione ſpirituali. Hoc enim manifeſtum eſt, ex ratione cibi, cuius in ſuperioribus ſermonibus, & cuius hîc meminit. Non locutus eſt priùs expreſſis verbis de carne ſua, ſed tantùm de ſeipſo, in quantum deſcendit de cœlo, & in quantũ datur à Patre. Priùs dicebat, *Pater dat*, in præſenti: & in futuro, promittebat ſe daturum. Itaque cùm differentia cibi conſtituatur, erit & differentia manducationis. Cibus quem priùs aut à Patre dari, aut à ſe, locutus eſt, purè ſpiritualis erat, Verbum Dei ſcilicet, & ipſa filij diuinitas, humanitatis meritum, & quæ fide apprehenduntur,

C illa, inquantum fidei ſubiecta ſunt, ſpiritualia ſunt: ideò ſpiritualem manducationem intelligi oportuit. At cibus, quem pollicebatur ſe daturum, & ad cuius mãducationem nos aſtringit, corporalis eſt: quid enim magis corporale eſt, quàm caro & ſanguis? quàm corpus ipſum? Ideò nunc de alia manducatione intelligi neceſſe eſt. Itaque negari conſequentia iſta poteſt: Chriſtus in ſuperioribus agebat de mãducatione ſpirituali per fidem, ergo & hîc. Vt qui diceret: Chriſtus in ſuperioribus non meminit expreſsè carnis & ſanguinis ſui, ergo neque hîc. Abſurda vtrobique concluſio eſt. Vt & ſi quis rurſus ita concluderet, Sola manducatio ſpiritualis per fidem ſufficit ad Chriſti diuinitatem percipiendam: ergo & ſola ſufficit ad carnem illius verè & realiter ſumendam. Concatenatæ ſunt enim hæ concluſiones, & videntur è Sacramentariorum ſcholis, id eſt, eorum qui Chriſti corporis in Euchariſtia

D præſentiam negant, proficiſci. Illi enim eandem concluſionẽ inferunt ex Auguſtino potiſſimùm. Ille, inquiunt, manducationem ſpiritualem commendat, vt neceſſariam ad effectum huius ſacramenti, & ſine qua nec vita, nec vnio, nec alia nobis cum Chriſto gratia eſt: igitur ſolam illam ſpiritualem, non ſacramentalẽ agnoſcit. Immò verò vtramque commendat, ita tamen vt ſpiritualis ſacramentalem concomitetur ad effectum. Alioquin idem ego concluderem in cæteris ſacramentis, maximè verò in baptiſmo. Neceſſe eſt vt qui adultus baptizandus eſt, credat, vt illum anteactæ vitæ pœniteat, vt intentionem habeat baptiſmi. Sine his non prodeſt illi baptiſmus ad ſalutem. Ergo non opus eſt baptiſmate. Hæc baptiſma præcurrere & cõcomitari debent: ergo fruſtrà baptiſma eſt. Ita ſc. illi ratiocinantur in Euchariſtia: Præparari oportet eum & probari, qui ad ſacram hanc menſam accedit. Sed &, vt ſcribit

E Auguſtin. in Pſal. 31. Nemo manducat, qui non priùs adorauerit. Facit autem hæc adoratio ſpiritualem manducationem. Ergo quia ſpiritualis manducatio præcedit & concomitatur ſacramentalem, fruſtrà ſacramentalis agnoſcitur. Omnium iſtorum ſophiſmatum negari concluſio poteſt. Ex iſta concluſione, ſecunda dependet, cùm ſic inferunt: Hæc propoſitio, *Qui manducat meam carnem, habet vitam*, non eſt vniuerſaliter vera, ſi de manducatione ſacramentali intelligitur. Contingit enim vt aliquis manducet Chriſti carnem ſacramentaliter, & tamen non habeat vitam æternam, ſed iudicium ſibi manducet & bibat. Ergo non intelligitur de ſacramentali, ſed de ſpirituali manducatione. Ad quod reſpondemus, in omnibus finibus conſequendis ea ſupponi debere quæ contingunt ad finem: proinde nec mirum eſſe, ſi ſupponatur fides ad manducationem ſacramentalem. Nimirùm

Reſpondetur his qui volũt de ſola ſpirituali mãducatione iſta dici.

Ad primam obiectionem.

Ad verba Auguſtini de manducatione ſpirituali.

Auguſtin.

2.

Ad ſecundã obiectionem.

considerandus est ordo doctrinæ Christi: vt ex eo discamus, quem & ipsi ordinem in horum mysteriorum participatione seruemus. Priùs locutus est de fide, nunc loquitur de manducatione carnis. Supponit ergo non impium & infidelem, sed fidelem manducare: vt sit sensus, *Qui* fidelis *manducat meam carnem*. *Qui*, attractus à patre meo, *qui* veniens ad me, *qui* credens in me. Modificauit enim in superioribus suis verbis vniuersalem hanc notam, & ad solos fideles restrinxit: vt qui per fidem ipsum manducant manducatione spirituali ad vitam animæ, iam ad vitam vtriusque, corporis scilicet & animæ, ipsius carnem manducatione sacramentali accipiant. Demum idem absurdum in reliquis omnibus consequeretur, quæ vniuersaliter se habere videntur. Vt cùm legimus, Qui credit in me, non morietur. Aut Ioannis tertio: Omnis qui credit in filium, habet vitam æternam. Quis enim vetat ne ego similiter dicam has propositiones non esse veras vniuersaliter, quia contingit vt aliquis credat, & tamen non habeat vitam æternam? Proinde istud non intelligi de fide, nisi adiiciamus, aut supponamus, Qui credit fide formata per charitatem. Atqui Theologus, quoties propositiones occurrunt vniuersales, ad quas exceptio proferri possit: sic vim dictionum omnium expendit, vt nihil earum eludat: sed aut ex consequentibus, aut ex præcedentibus suppeditet, quæ ad sensum illius perfectum faciunt. Vt ad hanc propositionem vniuersalem verificandam, Omnis qui credit in filium, non perit, seu, Nullus qui credit in filium, non perit: antecedentia & consequentia expendit. Nimirùm vnde fides sit: nũ & ipsa charitate formata sit. Num priùs Christus de charitate diuina, num de spiritu viuificãte locutus sit. Suppositum ergo eum qui credit, duci à spiritu interiùs loquente, apprehendere diuinam in nos charitatem, qua per filium illuxit. Docent & consequentia illum de fide formata differere, id est, cui non desit pietas & charitas: cùm adiecit, Omnis qui malè agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguãtur opera eius. Idcircò sumi debet Verbum *credere*, non pro simplici fide, sed & pro iis omnibus quæ ad eius perfectionem, & fructum ex ea consequendum concurrunt. Itidem dicendũ est in hac propositione, *Qui manducat meam carnem, habet vitam æternam*: nã dictio *manducat*, etsi propriè sonet manducationem sacramentalem, vt dictio *credit* propriè sonat fidem, tamen sicut per *credere*, etiam diligere, etiam obsequi & parere: ita per *manducare*, etiam probari, humiliari, & ea omnia intelligimus, quæ ad decorem & fructum manducationis sacramentalis consequendum necessaria sunt: maximè cùm, vt diximus, illa etiam omnia ex præcedentibus Christi verbis innotescant. Vnde fit, vt propositio ista sic à Christo modificata, sit de sacramentali manducatione vniuersaliter vera, *Qui* tractus à patre, veniens ad me, credens in me, datus mihi à patre, videns me, docibilis Dei, *manducat meam carnem* manducatione sacramentali, *habet vitam æternam*. Si quis enim Christi sacratissimum corpus manducat, & sanguinem bibit indignè, ille non eludit superiorem sententiam, quoniam ab illa omninò excludebatur: cùm secundum præsentem iustitiam, in eo quod indignè accessit, nec sit tractus à patre, nec ad Christum venerit, nec in eum crediderit, nec datus sit ei à patre, nec filium viderit, nec sit docibilis Dei. Horum enim verborum vim & sensum in superioribus expendimus.

Hæc propositio qui mãducat, *est vniuersalis.*

Dictio vniuersalis Omnis, *modificatur à Christo.*

3. *Ad tertiam obiectionem.* Thomas.

Tertia obiectio à D. Thoma, Alberto, Dionysio Carthusiano, olim decisa fuit. Thomas Lect. 7. in cap. Ioan. 6. Si, inquiunt, hoc refertur ad sacramentalem manducationem, consequetur, quòd vtraque species sit necessaria. Quarta obiectio, quòd similis est ista propositio huic, Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto, non intrabit in regnum cœlorũ. Adde quod Dion. Eccle. Hierarch. cap. 3. dicit, quòd perceptio cuiuslibet sacramenti debet consummari, in communione Eucharistiæ, ἡ τελείωσις ἐκ τ ταύτης θεαρχικῶν δωρεῶν ἔχει, vt quæ sit sacramentorũ consummatio. Vnde efficiatur, vt & infantes Christi carnem & sanguinem manducare debeant statim atque baptizati sunt, alioquin à vita excludantur.

4. *Ad quartã.* Dion. Areo.

3. *Contra tertiã.*

Ad prius argumentum, si hæc propositio, *Nisi manducaueritis carnem*, &c. de sacramentali manducatione intelligitur: consequitur, adigendos omnes ad communionẽ sub vtraque specie, alioquin vitam non habituros: cùm non simpliciter dicat Christus, *Nisi manducaueritis*, sed & adiiciat, *Nisi biberitis*: præsertim cùm perfecta refectio cibi non sit sine potu. Respõdet Thomas ad verba Christi, quòd qui mãducat, quodam-

Non sequitur quòd v-

A quodammodò bibit: cùm maneat Christus totus sub vtraque specie. Sed sub specie panis, inquit, continetur corpus Christi ex vi conuersionis: sanguis verò ex naturali concomitantia. Sub specie verò vini continetur sanguis Christi ex vi conuersionis: corpus verò ex concomitantia naturali. Quis enim existimauerit Christi corpus exãgue nobis porrigi? Tert. lib. 4. contra Marc. In calicis enim mentione, inquit, testamẽtum constituens sanguine suo obsignatum, substantiam corporis confirmauit. Nullius enim corporis sanguis potest esse, nisi carnis. Nam etsi qua corporis qualitas opponetur nobis, certè sanguinẽ nisi carnea non habebit. Sanguis igitur corpus, & corpus sanguinem verificat: immò neutrum ab altero diuellitur. Augustin. de consecrat. distin. 2. cap. Qui manducat. Et quia in sacramento sic fit, inquit, & norunt fideles quomodo manducent carnem Christi: vnusquisque accipit partem suam; vnde ipsa B gratia partes vocantur. Per partes manducatur, & manet integer: totus in corde tuo: totus erat apud patrem, quando venit in virginem. Impleuit illam, nec recessit ab illo. Quod videtur, panis est & calix, quod etiam oculi renunciant: quod autem fides postulat instruenda, panis est corpus Christi, calix sanguis. Ita, inquit, per partes mãducatur totus, & manet integer: nimirùm sub vtraque specie totus & integer. Hoc etiam R. Cahana vi spiritus diuini, agnouit: cùm hæc Genes. verba interpretatur, Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ amictum suum. Quod sanè de Christi carne & sanguine dictum esse Tertullianus libro in Iudæos, & Iustinus Martyr in Dialogo cum Tryphone Iudæo, & permulti ex antiquis Doctoribus testati sunt. Petrus Galatinus libro 10. de arcanis fidei in Talmud inuentis, capite sexto, verba R. Cahana in vulgarem linguam ita transfert. Lauabit in sanguine vuæ pal- C lium suum, id est, diuinitatem suam: quia sicut pallium totum hominem circundat, ita Deus totum replet mundum. Rubriores sunt oculi eius vino; & dentes eius lacte candidiores: hoc est, in sacrificio quod fiet ex pane, non obstante quòd album sit veluti lac, conuertetur substantia in substantiam corporis Messyæ, eritque in ipso sacrificio substantia sanguinis rubra vt vinum. Erunt item in sacrificio vini sanguis & caro Messyæ, & eadem erunt in pane. Quoniam corpus Messyæ non potest diuidi, idque ratio postulat. Nam si caro & sanguis diuisa essent, distinguerentur ab inuicem. Corpus autem Messyæ non potest diuidi, sicut scriptum est Exod. 12. Et substantiam non confringetis in eo. Præterea caro sine sanguine, & è conuerso, sunt res mortuæ: corpus verò Messyæ post resurrectionem, quia glorificatum erit, semper viuet. Et hinc est dictum illud: Dauid rex Israël in sęculum D viuit. Oculi autem & dentes ideò dixit, vt venustior fiat oratio, & sensus occultetur. Hæc ad verbum ille Rabbi Cahana, qui longè ante Christi natiuitatem fuit. Sic dẽtes expandebat, pro eo quod dentibus atteritur: & oculos, pro eo quod videtur. Vt sub pane quidem manducari carnem & sanguinem: videri autem dicat panis speciẽ albam velut lac. Et licet albedo illa, & externa panis species videatur oculis externis, in ipso Messyæ sacrificio: agnosci tamen & credi debeat, immò verè & realiter adsit corpus Christi, quòd per asinum viri alligatum, & sanguis eius, qui per sanguinem vuæ, qua pallium intinctum est, significetur. Ita fatebatur integrum Messyam, corpus scilicet & sanguinem Messyæ sub panis specie in eiusdem sacrificio: quia corpus Messyæ non possit diuidi. Iam cùm Christus integer sit sub vtraque specie, cùm non corpus modò & sanguis eius, sed totus Christus, verus Deus & homo nobis sub vtraque porrigantur, rectè respondent Patres, eum qui carnem Christi manducauerit, E quodammodò, id est, per concomitantiam, & tamen realiter & verè Christi sanguinem bibisse. Ita scilicet resoluetur quæstio, de necessaria vtriusque sumptione. Nã si manducare & bibere oportet vt vitam habeamus, vtraque species concedatur necesse est. Respondemus id quidem consequi, nisi totus Christus esset sub vtraque specie, aut si corpus exangue daretur. Verùm quia qui manducat carnem, sanguinem quoque sumit: ideò vtriusque mentio à Christo facta est: cum conditione necessariæ illorum realis & veræ sumptionis, quam sanè sub earum altera specie consequimur. Sufficit quòd verè & realiter sumamus vtrumque. Sed vtrumque verè & realiter sumitur sub altera specie: Ergo sufficit ad necessitatem, quòd sumatur sub altera specie.

traque species sit necessaria.

Tertullian.

Augustin.

Christus totus sub vtraque specie.

R. Cahana.

Tertullian. Iustin. Mart.

Pet. Galat.

Transsubstãtiatio.

Qui Christi carnem manducat, quodammodò etiam sanguinem bibit.

Verum obiiciunt rursus, bibitionis mentionem fieri, vt manducationis. Vtique. *Bibitio quædam ex par-*

re rei potabilis, si verè sumatur.

Realis erit bibitio, si ipsum sanguinem attendas corpus realiter concomitantem, F
quod exangue esse non potest. Cibus enim & potus etiam sub altera specie sumuntur realiter. Et ad hoc requirit Christus simpliciter, vt vtrũque accipiamus realiter existens aut ex vi sacramenti, aut per concomitantiam. Adde quòd Ecclesia Christi spiritum & mentem secuta, satis alteram speciem esse, sub qua totus Christus sumeretur, existimauit, vt promiscua pop. multitudo ex ipsa Christi carne vitam assequeretur: & ita vitandum effusionis periculum. quod & Rodolphus Abbas S. Trudonis, circa annum 1140. temporibus Imperatoris Henrici quarti, his versibus complexus est:

Rodolph. Abbas.

Hìc & ibi cautela fiat, ne Presbyter ægris
Aut sanis tribuat laicis de sanguine Christi.
Nam fundi posset leuiter, simplexque putaret,
Quòd non sub specie sit totus Iesus vtraque. G

Ad quartam obiectionem.

Quarta obiectio contra sacramentalem manducationẽ, ista est. Quòd si sententia ista de sacramentali manducatione intelligeretur, ad illam pueri, infantes, fatui etiam adigerentur. Cui conclusioni confirmandæ, adiecta est Dionysij sententia, de Eucharistia, vt de consummatione sacramentorũ. Respondetur ad D. Dion. verba, quòd cõsummatio sacramentorũ verè per Eucharistiam fieri debet, siue in matrimonio, ordinibus, pœnitentia, vnctione, seu cæteris: sed in adultis tantùm, non autem in pueris: Cùm in sumente Eucharistiam exigatur actualis reuerẽtia, & deuotio, quã illi, qui non habent vsum liberi arbitrij (sicut sunt pueri & amentes) habere non possunt: & ideò de his sacramentalis manducatio nõ intelligitur. Sic enim habet Apost. Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat, 1. Cor. 11. Quomodo verò infans, quomodo amens & impos mentis probare se poterit? Scio vtique Græcos admisisse pueros ad particulas Eucharistiæ sumendas, aut hac sententia Christi inductos, nimirùm H
ne & illi excluderentur à vita. Verùm non aduertebant, id quod & Augustino dictum est, Cibus sum grandium, crede, & manducabis me. Multa requiri his qui ad istam mensam dignè accessuri sunt, iudicium, pœnitentiam, humilitatem, fidem: quæ omnia non nisi in adultos cadunt. Quid autem mirũ, si hîc aliquid pro paruulis superstitiosè opinati sunt, cùm etiam Æthiopes non minore superstitione laborent, vt Episcopus quidam Æthiopiæ nomine Zaga Zabo in Lusitania, iuxta suorum fidõ professus est? Nimirùm quòd infantes Christianarum mulierum sunt electi & cõsecrati ex corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi communicatione. Nã fœminæ grauidę, cùm assumunt venerabile corpus Domini nostri saluatoris Iesu Chri-

An paruuli communicare debeant.

Quis mos Æthiopũ.

sti, infans capiens inde nutrimentũ, sacratus fiat. Inde mos sit apud eos, vt mulieres I
grauidæ, ante partus tempus semper confiteantur, & confessæ, tandẽ corpus Domini accipiant: & eas, quæ hoc non faciunt, & puerorum patres, si eas ad id non impulerint, habeantur impij & mali Christiani. Quid si reliquiæ fragmentorũ dabãtur pueris, ne & ipsæ, non autem ipsi perirent? Etsi tamen non negauerim, Græcos hac sententia concussos, etiam hodie paruulis Eucharistiam comminutam & permixtã impertiri. At verò etiam Augustinus lib. 1. de peccatorum meritis & remission. cap. 20. & Epist. 106. & 107. hoc præceptum ad solos tantùm adultos se extendi probat, ex conditione eorum, ad quos tum Christus loquebatur, & dicebat, Nisi manducaueritis: illi enim non paruuli, sed adulti erant. An verò, inquit, quisquam etiam hoc dicere audebit, quòd ad paruulos hæc sententia non pertineat, possintque sine partici-

Augustinus.

Christus solos adultos & mentis compotes alloquebatur. Thomas.

K
patione corporis huius & sanguinis in se habere vitam: quia non ait, Qui non manducauerit, &c. sicut de Baptismo, Qui non renatus fuerit, sed ait, *Si non manducaueritis*: velut eos alloquens qui audire & intelligere poterant: quod vtique non valent paruuli? Thomas in Ioan. Ad alterum ergo, quòd baptisma omnibus est necessariũ, ergo & Eucharistia: admittitur hoc penes adultos. Sed tamen attendendum, quòd si quis intendat illud sumere, neque eius copiam habeat, quia est inter Barbaros aut Gnosticos, non proinde priuabitur fructu. Hoc scilicet idem in Baptismo. Illud enim reipsa ab omnibus sumi debet, vel voto saltem, à præoccupatis. Si quis enim per contemptum Baptismum aquæ excluderet, nec baptismus flaminis, nec sanguinis ei prodesset. Sic oportet omnes manducare Christi carnem, aut re & voto simul, aut voto saltem vbi defuerit sacramentum, aut vires sumendi, sicut frequenter

An sicut baptisma, ita & Eucharistia sit omnib⁹ necessaria.

languen-

A languentibus contingit. Quòd si quis contemneret sacramentum, & solo voto sibi Christum satis esse putaret: excluderetur à vita. Ex his concludimus, pauci ducẽdas esse rationes, quæ proferuntur in huius sensum sententiæ: quasi non intelligenda sit de sacramentali manducatione. Nam si quis dicat, in extrema necessitate, vbi votum non defuerit, defuerit autem sacrosancti Christi corporis sacramentum, satis esse spiritualem manducationem ad salutem: ideò sacramentalem non esse necessariam: Idem in baptismo concludat oportet, necessarium illud non esse, quia vbi necessitas occurrerit extrema, baptisma spiritus sufficiat. Atqui, non obstante quòd in extrema necessitate, in præoccupatis, vt diximus, sufficiat votum baptismi: non perdunt tamen vim suam illa verba, *Nisi quis renatus fuerit*, &c. vt de necessitate sacramenti baptismatis intelligantur: Ita non obstante quòd in defectu sacerdotis, & sacramenti, B seu virium languentis ægroti, satis sit ægroto, seu alteri in voto, & spiritualiter Christum manducare: non tollitur tamen vis illorum verborum, *Nisi manducaueritis*, &c. vt non intelligantur de necessaria sumptione huius Eucharistici sacramenti. Sed & sententiam istam ab antiquis Patribus de sacramentali manducatione explicari breuiter ostendamus. Origen. hom. 38. in Luc. Si non comedimus panem vitæ, si non carnibus Christi vescimur, & cruore potamur, si contemnimus dapes saluatoris nostri: scire debemus, quòd habeat Deus benignitatem & seueritatem. Atqui lib. 8. aduersus Celsum, dapes illas explicat, dicens: Oblatis panibus vescimur, qui vtique per precem efficiuntur corpus sanctum, & sanctificans eos, qui sano proposito, & mente ipsa vtantur. An non panis factus corpus Christi, sacramentum Dominici corporis est? Basilius ad Cæsariã Patritiam: Et communicare per singulos dies, & participare C de sacro corpore & sanguine Domini pulchrum est, & valde vtile, ipso manifestè dicente: Qui edit carnem meam, & bibit sanguinem meum, habet vitam æternam. An non hæc verba de sacramentali communione, quæ per singulos dies fiebat, intelligit? August. in Enchirid. ad Laurent. c. 83. & tract. 26. in Ioan. Illud etiam quod ait, Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in illo: quomodo intellecturi sumus? Numquid etiam illos hîc poterimus accipere, de quibus dicit Apostolus, quòd iudicium sibi manducant, & bibunt, cùm ipsam carnẽ manducent, & ipsum sanguinem bibant? De sacramentali igitur manducatione hęc dicuntur, cùm ad illam etiam indigni accedere valeant. Leo Martyr serm. 6. de ieiunio septimi mensis. Nam dicente Domino, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis: sic sacræ, inquit, mensæ communicare debetis, vt nihil prorsus de veritate corporis Christi & sanguinis D ambigatis. Hoc enim ore sumitur, quod fide creditur. An non & ibi de manducatione reali veri corporis, quæ etiam ore fit, vt & corde creditur, hanc sententiam interpretatur? Concilium Cabilonense cap. 46. In perceptione corporis & sanguinis Domini magna discretio adhibenda est. Cauendum est enim, ne si nimiùm in longũ differatur, ad perniciem animæ pertineat: dicente Domino, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Si verò indiscretè accedat, timendum est illud quod ait Apostolus: Qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit. An non hæc omnia manducationem sacramentalem sonant, quæ indignè & ad iudicium nonnullis contingere potest? Sed & olim contra hæreticos hanc Christi sententiam peruertentes definitum est, per eam præscribi Christi sacrosancti corporis diuinitate pleni manducationem. E Epiphan. lib. 1. Tom. 2. in hæres. 26. quæ est Gnosticorum: refert Gnosticos, cùm cœnam peragunt, carnaliter commixtos semen excipere, hoc manus contingere, pueri contusi carnes manducare: & ita se Christi carnem sumere: Idque Christum arcana traditione commẽdasse, & his verbis intellexisse, Nisi comederitis carnem meam, & biberitis sanguinem meum. Atqui hæc quidem verba Patres de Christi cœna intellexerunt, sed execrabilem Gnosticorum turpitudinem ablegarunt. Ioannes Maxentius lib. 2. Dialogorum contra Nestorium, scribit & à Nestorianis sententiam istam corruptam, in eum sensum, vt carnem filij hominis, non tamen carnem assumpti hominis asserere viderẽtur: ex eo quod dicitur, Nisi manducaueritis carnẽ filij hominis: Ideóque in cœna Christi corpus seorsim à diuinitate sumi. Hoc verò sic emendatum est, non vt hæc sententia non intelligeretur de manducatione sacramentali

Conclusio.

Vis verborũ Nisi manducaueritis.

Patres hæc verba de sacramentali manducatione intelligũt.

Basilius.

August.

Leo Martyr.

Concil. Cabilonense. 806.

Epiphanius hanc sententiam contra Gnosticos interpretatur.

Maxentius Nestorianos contra

Christi carnis: sed quòd ex ea non consequeretur, carnem separatam esse à diuinitate. Sic enim à Catholico respondetur. Quamuis caro sit filij hominis, ipsa tamen caro filij hominis, caro Dei est. Nam si caro Dei non est, quomodo potest vitam æternam dare credentibus? Ideóque Concilium Oecumenicum Ephesinum, quo Nestorius condemnatus est, sic habet. Ad mysticas benedictiones accedimus, & sanctificamur, participes sancti corporis, & precioſi sanguinis Christi omnium nostrum redemptoris effecti: non vt communem carnem percipientes (quod absit) nec vt viri sanctificati, & verbo coniuncti secundum deitatis vnionem, aut sicut diuinam possidentes habitationem, sed verè viuificatricem, & ipsius verbi propriam factam. Vita enim naturaliter, vt Deus, existens, quia propriæ carni vnitus est, viuificatricem eam esse professus est. Et ideò quamuis dicat ad nos: Amen, Amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem: non tamen eam, vt hominis vnius ex nobis, existimare debemus. Quomodo enim iuxta naturam suam hominis caro viuificatrix esse poterit? Sed vt verè propriam eius factam, qui propter nos filius hominis est factus & vocatus. Hæc vnum ex quatuor generalibus Conciliis, cui Rom. Pontificis nomine præfuit magnus ille Cyrillus Alexandrinus. Præter hæc omnia Patrum testimonia, vnica supererit eluendæ, si qua supereſt, contentioni conclusio, contra eos, qui verba ista de sacramentali manducatione non intelligi profitentur, qua norint se Sacramẽtariis adstipulari: si in hunc modum rectè ratiocinantur, dicentes: Non æquum est omnes laicos vtriusque speciei participes fieri: nec necessarium est infantes ad hoc sacramentum admitti: Ergo propositio ista non intelligitur de sacramento Eucharistiæ, quia manducationis & bibitionis meminit, & quia vniuersaliter se habet, *Nisi manducaueritis*. Ego eadem ratione agi posse contendam, in sacramẽti istius donationem: Cùm & vniuersaliter Christus loqueretur, dicens, Bibite ex eo omnes: & vtriusque simul manducationis & bibitionis mentionem faceret. Sic enim ex eorum rationibus concludam. Hæc donatio omnibus fit. Ait enim, Bibite omnes: Sed paruuli excluduntur à sacramento: Ergo hæc donatio non intelligitur de sacramento. Rursus, hæc donatio expressè notat manducationem carnis, & bibitionem sanguinis: Sed laici excluduntur à bibitione sanguinis sub specie vini: Ergo hæc donatiõ non intelligitur de sacramento Christi corporis & sanguinis. Vtrobique par ratio. Quòd si illæ exceptiones non eludunt veritatem donationis sacramẽti, in his verbis, Comedite, Bibite omnes: cur potius eludent veritatem promissionis sacramenti in his verbis, *Nisi manducaueritis*, &c? Diiudicent Catholici, quò euadant hæc nonnullorum effugia, nisi vt, quod forsan & ipsi cauent, occasionem Sacramentariis confirmandæ opinionis suppeditent. Nam si exceptiones illæ quas proferunt, vim habent, statim explodetur & promissio & donatio sacramenti ipsius sacrosancti Iesu corporis & sanguinis: & abiectis omnibus signis, ad solam mentis apprehensionem conuolabimus, penitúsque Christum mendacij, quod absit, arguemus.

Concilium Ephesinum.

Qui negant hæc de manducatione sacramentali intelligi, fauere videtur quodammodò hæreticis.

Qualitas promittentis doni magnitudinẽ arguit. De manducatione Cyclopica crudæ carnis, manducatione spirituali, etiam patrum veteris Testamenti, & manducatione sacramentali: cui verbo olim spiritualis, nunc autem sacramentalis innititur. De manducatione phantastica, qualis Sacramentariorum. Quibus assimilentur Sacramentarii, quòd eorum mensa sit mensa dæmoniorum: quòd vita vera per veram carnis manducationem communicetur: & quomodo vita illa æterna detur à carne non æterna, & resurrectionis effectus à vera Christi carnis manducatione pendeat.

Matth. Marc. Luc. | Ioan. 6.
Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam. Et ego resuscitabo eum in nouissimo die.

A MVLTVM intereſt, Dauus ne loquatur an heros: an dominus an ſeruus: an Moyſes an Chriſtus. Ita multũ intereſt quid quiſque largiatur. Noſtra enim dona facultatem noſtram non ſuperant. Facultas verò aliquo termino conſtricta eſt, vt ille plus, ille minus poſſit. Vnde dicit Sapiens: Si multum fuerit, multũ tribue. Cuiuſque igitur donatio facultate penſanda eſt. Laudari non deſinit vidua, quæ duo æris minuta in Gazophylacium miſit. *Introductio.*

Det ramoſa Mycon viuacis cornua cerui.

Dent alij flores, alij dent lilia plenis in calathis: det quiſque quod manus ſeu facultas obtulerit: quid non maximum maximus dediſſe potuit, maximè cùm ſummam ſuam in nos liberalitatem & amorem teſtatus eſt? Dent reges lapides precioſos, annulos, gemmas, veſtes, auream ſupellectilem: Chriſtus ſuam carnem, qua nihil B erat excellentius, nobis dedit: non vt tangeremus illam modò, ſed vt ipſam manducaremus, & per eam viueremus. Ideò adiicit, *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam.* Chryſoſtom. hom. 45. in Ioan. Vt enim non ſolùm per dilectionem, ſed reipſa in illam carnem conuertamur, per cibum id efficitur, quem nobis largitus eſt. Cùm enim ſuum in nos amorem indicare vellet, per corpus ſuum ſe nobis commiſcuit, & in vnum nobiſcum redegit, vt corpus cum capite vniretur. Hoc enim amantium maximè eſt. Hoc Iob ſignificabat de ſeruis, à quibus maximè amabatur, qui ſuum amorem præ ſe ferentes, dicebant, Quis det nobis vt eius carnibus impleamur? Quod Chriſtus fecit, vt maiori nos charitate conſtringeret, & vt ſuum in nos oſtenderet deſiderium, nõ ſe tantùm videri permittens deſiderantibus, C ſed tangi & manducari, & dẽtes ſuæ carni infigi, & deſiderio ſui omnes impleri. Etſi verò manducationum alia Cyclopica, alia ſpiritualis, alia fantaſtica ſit: hæc tamen, de qua hîc loquitur, tam propriè dicitur, quàm propriè intelligitur nomen carnis, & nomen vitæ, in hac propoſitione: *Qui manducat meam carnem, habet vitam æternam.* Cedo ſcilicet quæ ſit vera & propria manducatio rei corporalis: an non realis & corporalis eſt? De ea igitur intelligit: ſed quæ in ſacramento fiat, ne quis, vt ex Theophilacto diximus, horror contingat, ſi caro ſenſibilis videretur. Alioquin ſi quis ab illa propria ſignificatione verbũ *manducat* ad ſpiritualem & apprehenſiuum, ſeu imaginariũ & figuratiuum modũ detorſerit: quid vetat, vt idem de omnibus dictionibus faciat, & nomen carnis pro figura, nomen vitæ pro illius vmbra & idea ſibi confingat? Ita ridicula videbuntur omnia quæ Chriſtus pollicetur. Cùm enim magnum D quid dari ipſæ res ſonent, nugas nobis & ſomnia porrigi concludemus. Huc tendũt illæ commentationes, de excludenda reali & vera Chriſti corporis manducatione ab hac ſententia. Verùm ne hîc hallucinemur, modò dictos manducandi modos explicemus. Quatuor illorum prophani ſunt, duo ad fideles maximè pertinent. Cyclopicam manducationem crudæ carnis, ipſiúſque viſibilis & diſcerptæ intelligimus, qualis Anthropophagis, his nimirùm Gentibus quæ humana carne veſcuntur, in vſu eſt: qualis & Polyphemi antiqui Cyclopis à Poëta deſcribitur: *Argumento à qualitate dantis, doni qualitas concluditur.* Chryſoſt. *Charitas cauſa tanti doni.* *Vera manducatio veræ carnis.* *Quòd hæc Chriſti verba de vera & reali mãducatione intelligantur.* *Multi modi manducationis.* *Cyclopica mãducatio.*

-cùm membra fluentia tabo
Manderet, & trepidi tremerent ſub dentibus artus.

Atqui cœnas iſtiuſmodi ipſi etiam Gentiles ſolem exhorruiſſe ſcripſerunt, cùm abſconſo

Sole Thyeſtæa noctem duxere Mycenæ.

E Eapropter, vt ſcribit Theophilus in Gentiles, crudelitas Saturni, qui filium Iouem deuoraturus erat, à Socrate notata eſt. Porrò Capernaitæ exiſtimarunt Chriſtũ non alio quàm iſto modo ſuam carnem ad manducandum dare poſſe. Hæc etiam fuit olim Gentilium opinio, vt qui carnem non niſi ſub carnis ſpecie dari poſſe contenderent. Hinc factum eſt, vt Chriſtianis infanticidium imponerent, quódque in ſuis myſteriis cruda pueri carne veſcerentur, & ſanguine eius vino permixto potarẽtur. Audierant Chriſtianos myſteria Chriſti carnis & ſanguinis accipere, illos ad carnẽ & ſanguinem infantis accedere mentiebantur: vt Tertullian. lib. Apolog. Iuſtinus Martyr, & Clem. Alexandrinus lib. exhortatorio ad Gentes, teſtantur. Ex eo etiã Attali Martyris exprobratio proceſſit, cuius meminit Euſeb. Cæſarienſ. lib. 5. hiſt. Eccleſiaſt. cap. 4. Reiiciebat enim in Gentiles hanc Anthropophagiã, cùm ſellæ ferreæ Theophil. *Gentiles crudam norunt.* *Infanticidiũ impoſitum Chriſtianis.* Tertul. Iuſtinus Martyr. Clem. Alex. Euſeb. Cæſ.

& ardenti impositus vreretur: vt qui nidore carnis assatæ delectarentur: cùm tamen F
Christiani ne mortuorum quidem animalium carnibus vescerentur. Hanc Cyclo-
Epiphan. picam cœnam secuti sunt Gnostici, vt ex Epiphanio diximus, & eodem teste tom. 1.
Tascodrugitarum scelus. lib. 2. in hæres. 48. Tascodrugitæ, vt qui sub puerilis sanguinis specie Christi sangui-
nem se sumere assererent, quòd nihil magis sanguini respondeat quàm sanguis, &
oporteat quasi modò genitos infantes lac concupiscere. Infantem igitur toto corpo-
re pungebant, & ita eius sanguinem excipiebant. Hanc lanienam nobis imponunt
Sacramentarij, quasi Christi corpus discindamus, & non integrum & totum in
toto, etiam in quaque particula sacramenti profiteamur. Hanc Cyclopicam man-
Manducatio spiritualis sub lege. ducationem Christus explosit, & verbis in Capernaum habitis, & facto in ipsa sua
cœna, cùm panem corpus suum fecit, & vinum sanguinem. Est manducatio spiritua-
lis, qualis fidelibus olim sub Mose & nobis contingit. Spiritualis autem per fidem G
definitur, vt cùm quis in Christum verum Deum & verum hominem cum feruore
fidei transuehitur: tum enim animam suam pascit eo, in quem omnis suæ salutis ex-
pectatio coniecta est. Hæc non discernit nos à patribus veteris Testamenti, vt scri-
Augusti. bit Augustin. tract. 26. in Ioan. Manducabant enim illi, sed in spiritu & fide, creden-
tes in eum qui venturus erat, & inde fructum vitæ hauriētes. Et de ea quidē mandu-
Quomodo omnes eandē escam manducauerunt. 1. Cor. 10. catione intelligitur hæc Pauli sententia, Omnes eandem escam spiritualem mandu-
cauerunt: quam hæretici detorquent. Omnes, inquiunt: ergo illi & nos: nec nos am-
plius. Respondemus autem, quòd Paulus hîc non loquitur, nisi de patribus illis, qui
in deserto de Petra biberunt: nec confert sacramenta sacramentis, sed peccata pec-
catis, & vindictam vindictæ. Quasi dicat: Si illi, qui simplicem tantùm figuram no-
strorum sacramentorum assecuti sunt, qui baptizati sunt in nube & mari, qui Man H
è cœlo comederunt, & aquam è rupe biberunt, prostrati sunt in deserto, quia in Deū
murmurauerunt, aut ipsum prouocarunt: quid nobis non contingat aduersi, qui tā
sancta & diuina mysteria indignè tractamus? Hæc enim, ibidem ait Paulus, in figu-
ra facta sunt nostri, vt non simus concupiscentes malorum: In figura vtique nostri, vt
& in figura contingebant omnia mysteria. Omnes mare transierunt, baptizati sunt,
Augusti. biberunt. Qui omnes? Israëlitæ. Et quomodo? In figuram nostri. Augusti. tract. 45.
in Ioan. Bibebant eundem potum spiritualem, quia non eundem corporalem. Petra
eos consequebatur. Quæ illa? Christus. Nam petra montis Oreb erat præsens, nec se-
qui poterat, vtpotè immobilis. Ergo hæc in typo, vt Man figura esset corporis, & a-
qua illius potus typus esset, quem Christus instituit. Corporaliter manducabatur
Man, sed spiritualiter per fidei apprehensionem māducabatur Christus. Adde quòd
ipsa etiam Christi verba sonant non manducasse illos & nos eandem escam, si res I
ipsas contemplemur: cùm in superioribus dixerit, Non Moyses dedit vobis panem
de cœlo, sed pater meus dat, &c. Et rursus: Patres vestri manducauerunt Manna, &
mortui sunt: qui manducat hunc panem, viuet, &c. Et in sequētibus: Non sicut man-
ducauerunt patres vestri Manna, &c.

Manducatio spiritualis magis est ab accipiente. Hæc spiritualis manducatio, non tam est à dante, quàm ab accipiente. Nam cùm
manducatio actionem dicat terminatam in id quod manducatur: quærendum num
id quod manducatur spiritualiter, aut tale detur, aut tale accipiatur. Datur quidem
Christus, vt sit in cibum spiritualem animarum fidelium, & in cibum sacramentalē
corporis & animæ simul. Interim tamen quia fides, præter id quod donum Dei est,
etiam voluntatem & obsequium dicit: quo maius est illud obsequium, eo maior ex
Christo fructus nobis accrescit. Eapropter manducationem spiritualem magis ex K
parte accipientis esse dico, quàm ex parte dantis. Sed ipsum sacramentum vltrò no-
bis porrigitur, & quamuis ad illud minus officiosi simus, semper tamen est corpus
Christi. Nam & Iudas cum aliis sumpsit, sumpserunt adhuc carnales discipuli: quo-
niam non ex opere operante, sed operato: non ex virtute ministri & sumentium fide,
verùm ex Christi omnipotentia sacramentum perficitur, & corpus eius nobis ex-
hibetur.

Quòd si quis dicat, Patres manducasse spiritualiter, & id satis esse: Respondemus,
Non satis est manducare spiritualiter. hallucinari eos, ac si quis dicat: Patres sub lege viderunt Christum, viderūt & Apo-
stoli. An non amplius Apostoli? Viderunt illi, sed spiritualiter. Es. 53. Vidimus eum,
& non erat aspectus. 63. Quis est iste qui ascendit de Edom, tinctis vestibus ex Bosra?

Ioan.

A Ioan.10.Abraham vidit diem meum.Numquid igitur nihil amplius illis videbat Symeon, cùm diceret, Luc.2. Viderunt oculi mei ſalutare tuum? Num Apoſtoli, quibus Dominus dixit: Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Atqui eo modo non viderant patres ſub lege. Ait enim Chriſtus: Multi reges & Prophetæ voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt. Videbant igitur, & volebãt videre. Videbant ſpiritualiter Chriſtum, volebant videre realiter. Quod de viſu, idem de eſu cõcludimus. Comedebant, & volebant comedere. Comedebant ſpiritualiter, volebant comedere realiter. Ergo quia comederunt ſpiritualiter, nõ comederunt Apoſtoli realiter? Ergo quia biberunt ſpiritualiter, non biberunt Apoſtoli realiter? Aliud eſt Chriſtum reipſa, aliud in figura ſeu fide manducare. Et licet primùm ſpiritualiter carnem Chriſti, antequàm ſacramentaliter manducemus, non tamen proinde ſequitur quòd ſa-

B cramentalis mãducatio ſuperflua ſit. Hoc enim à ſimili facilè intelligemus. D. Virgo priùs in mente & corde per fidem Chriſtum concipere debuit, quàm in corpore. Ideò ſcilicet ad eam Eliſabeth: Beata quæ credidiſti, quoniam perficientur ea quæ dicta ſunt tibi à Domino. An ideò ſatis erat ad Chriſti conceptionem & natalem, immò & ad noſtram redemptionem, quòd Chriſtum ſpiritualiter concepiſſet? An non opus fuit, vt & reipſa & corporaliter Chriſtum conciperet, & Chriſtum incarnatum in vtero geſtaret, & pareret? Sicut ergo corporalis & realis Chriſti conceptio ſpiritualem conſecuta eſt, ad complementum beatitudinis matris ſuæ, noſtram verò redemptionem: ita ſacramentalis manducatio ſpiritualem conſequitur, ad noſtræ ſalutis incrementum & perfectionem. Ideò dicit: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam.* Eſt autem ſacramẽtalis manducatio, realis Chri-

C ſti corporis acceptio ſub ſigno familiari & noto, nimirùm ſub panis ſpecie. Vnde & ſacramentalis à ſacræ rei ſigno, & ſpecie viſibili denominatur. At verò Sacramentariorum manducatio nec ſpiritualis eſt per fidem, nec ſacramentalis. Nam vtraque verbo Dei, hæc enuntiatiuo, altera effectiuo innititur. Cedo, ſcilicet, quæ fides, & non potius eos illuſio abripit, vt è cœna in cœlum ipſum eleuentur, & ibi manducent corpus Chriſti, tantum, vt aiunt, ab ipſis diſſitum, quantum ſummum cœlum à terra? Demum cui verbo fides hæc innititur? Nec enim ſine verbo ſtare poteſt. Requiro verbum. Habuerunt patres veteris Teſtamenti verbum promiſſionis, non doni: nondum enim erat Chriſtus. Hoc erat verbum. Eſa.25. Faciet Dominus Sabbaoth conuiuium cunctis Gentibus in monte hoc, conuiuium pinguium, conuiuiũ vindemiæ defæcatæ. Audiebant Sapientiam promittentem panem ſuum, & vinum

D mixtum, Prou.9. & dicentem: Venite, comedite panem meum, & bibite vinũ quod miſcui vobis. Legebant & Chriſtum expectandum ſacerdotem ſecundum ordinem Melchiſedech, qui eorum veritatem daret, quorum typos Melchiſedech protulit, panem ſcilicet & vinum. Audiebant ſibi figuras porrigi, veritatem autem earum temporibus Meſſyæ ſucceſſuram. Ex his Dei verbis confirmabatur fides eorum, vt expectarent Meſſyam ſacerdotem, & ipſum ſacrificium: conuiuam, & conuiuium. Hac igitur fide Chriſto ſpiritualiter paſcebantur. Dent autem prophani hæretici verbum, cui innitatur eorum fides, ad excludendam ſacramentalem manducationem. Verbum vtique tempori conuenire neceſſe eſt. Nam cùm nihil ad perfectum lex adduxerit, (Heb.7.) verbum ſonabat ſimplicem promiſſionem. At verò, cùm nouum Teſtamentum agnoſcat Chriſtum adueniſſe ad complendas promiſſiones pa-

E trum, conſequitur vt & verbum illius non ſonet ſimplicem promiſſionem, ſed & donum. Sicut ergo differt promiſſio à donatione, differt vetus Teſtamentum à nouo. Proferant igitur verbum noui Teſtamenti, quod donum deſignet, vt & huic eorum fides innitatur. Dent illud, *Caro mea verè eſt cibus*: aut iſtud, *Hoc eſt corpus meum.* Si verbis iſtis eorum fides innititur, quomodo non ſtatim fatentur præſentem carnem? At verò hanc Chriſti corporis præſentiam negant, & ita eius verbum ſubuertũt: inde fit, vt Dei verbo minimè fulciantur. Quid eſt autem mentis apprehenſio ſine verbo? Quomodo fides eſſe poterit?

Manducamus ſpiritualiter & realiter.

Quid manducatio ſacramentalis.

Manducatio Sacramentariorum qualis. 1.

2.

Verbum aliud annunciatiuum, aliud effectiuum.

Oſtendamus igitur manducationem illorum, merè fantaſticam eſſe. Exempli gratia. Eſurire ſe aliquis dicat: ei proponatur cibus verus, cùm & alibi cibus factus ſit. Surgat ille à cibo vero, vt cibum fictum appetat: & ad menſam illam accumbens, qua ficta & adumbrata omnia proponuntur, lautè ſe epulari, & refici iactet: an non

Manducatio fantaſtica vrgetur exẽplis.

fantaſticus cenſebitur? An non ei dicetur: Hem fatue, quid tu vero cibo relicto, ad F
fictum recurris? Quid priorem menſam relinquis, vt obumbratis paſcaris? Herodianus in Heliogabalo ſcribit, laſciuum hunc Imperatorem cibis fictis menſas extruxiſſe, ad eas conuiuas euocaſſe, iuſſiſſe etiam vt adinſtar manducantium, maxillas mouerent, & fictum potum ſe haurire ſimularent. Interrogabantur etiam à menſarum miniſtris, num lautè reficerentur: placere Imperatori, eos copiosè refici. Hîc, quæſo, ſi Sacramentariorum aliquis adfuiſſet, num miſeros exiſtimaſſet eos, qui fictæ huic menſæ accumberent? Quem exiſtimaſſent adeò mentis impotem, vt relicta vera menſa, ad illam adumbratam confugeret? Quid enim ad eſuriem ſedandã phaſianus, lepus, perdix, coturnix, quid item panis: ſi hæc omnia non vera dentur, ſed ficta, & figurata? Fantaſticus eſſet, qui ſe figuris, & non rerum veritate paſceret. G
Atqui idem contingit Gnoſticis. Reliquerunt veram menſam Chriſti, quæ in Eccleſia Catholica eſt: reliquerunt ipſum verum Chriſti corpus, verum eius ſanguinẽ: & tranſuolarunt ad Synagogas, in quibus omnia ſibi figurata, & adumbrata dari fatentur: non corpus, ſed figuram corporis: non ſanguinem, ſed figuram ſanguinis. Eſurire ſe Chriſti carnem dicunt, & hortamur eos vt nobiſcum præſentem accipiãt: illi malunt ad panem illum recurrere, quem tanto interuallo à Chriſti corpore diſtare fatentur, quantum ſummum cœlum diſtat à terra. Quis non fantaſticos exiſtimet eos, qui vmbram corporis pro vero corpore amplectantur? Sic iucunda eſt de Narciſſo fabula, qui liquidis formam ſpeculatus in vndis, illius quaſi verum corpus adeſſet, amore correptus eſt, adeò vt in fontem ſe demiſerit, & ſubmerſerit:

-dum viſæ correptus imagine formæ H
Spem ſine corpore amat, corpus putat eſſe quod vmbra eſt.

Vnde ad illum, velut mentis malè ſanæ, illa verba redduntur:

Credule, quid fruſtrà ſimulacra fugacia captas?

Atqui neochriſtiani Gnoſtici, vmbram ſolam & figuram ſimplicem Chriſti corporis agnoſcunt, & tamen ſe ab ea vitam exhaurire exiſtimant, non minus ac ſi Chriſti corpus præſens eſſet. Hîc mihi in mentem venit altera de Pygmalione fabula, qui ſtatuæ, quam finxerat, amore captus, in eam veluti in viuum aliquod corpus inſaniebat. Siquidem, vt deſcribit Poëta,

-& haurit
Pectore Pygmalion ſimulati corporis ignes.
Sæpè manus operi tentantes admouet, an ſit I
Corpus, an illud ebur, nec adhuc ebur eſſe fatetur.

Ad illius enim inſtar fantaſtici Gnoſtici tanto ſui panis amore ducuntur, vt hæreãt ſitne panis, an Chriſti corpus: & modò dicant, verè & realiter Chriſti carnem adeſſe, modò tantùm carnis figuram, modò ſolum panem admittãt. Epiphan. lib. 1. tom. 3. in hæreſ. 41. quæ Cerdonianorum eſt: Miſera eſt, inquit, hominum natura, cùm relicta Dei via errat, vbi ſeipſam à Dei vocatione ſeparauit. Contingit enim his Canis prouerbium, qui vmbræ intentus, non continuit quod habebat in ea: & in aquam intuens, & maiorem vmbram aquæ eſſe reputans, quàm cibum quem in ore ferebat, aperto ore, etiam eum quem habebat, amiſit. Sic & hi quum viam repererint, & vmbram aſſequi velint in ſuſpicione ipſorum obortam: non ſolùm cibum, qui in ore ipſorum, vt ita dicam, erat ex Deo donatus, amiſerunt, ſed etiam perniciem ſibiipſis attraxerunt. Quod Epiphanius de Cerdonianis, hoc de Gnoſticis Sacramen- K
tariis dixerim. Vmbra nimirum & figura corporis pellecti, quid maius ſe apud Caluinum & Zuinglium accepturos ſperarunt, eo cibo quem priùs in Eccleſia Chriſti tenebant. Verùm ſimul atque hac expectatione decepti, hiſcere cœperunt, ſimul quoque & ipſum verum cibum, ipſum verum Chriſti corpus, & eius figuram amiſerunt. Abſit enim vt exiſtimem id quod in ſua cœna porrigunt, eſſe figuram corporis Chriſti: abſit vt menſam dæmoniorum cum menſa Domini confundam. Idolothytum eſt quod porrigunt, execrabilis panis eſt, incantatus eſt, ipſo etiam facto, quo contra Chriſtum ipſum, ex diaboli inſtituto proponitur. Hinc ego illos non ſimpliciter fantaſticos, ſed freneticos exiſtimauerim, cùm tanta rabie pro dæmonica ſua menſa decertent, vt rationem & animam penitùs in cacodæmonum furorem demutaſſe videantur. Poſſem illos, ſi ſimpliciores eſſent, pueris conferre, qui conſodali-

bus

Herodian.

Sacramentarii fantaſtici.

Ouid. lib. 3. Metamorph.

Lib. 10. Metamorph.

Epiphanius.

Sacramentarij Cani Aeſopico ſimiles.

Cœna Sacramentariorũ, mẽſa dæmoniorum eſt.

A bus ſuis conuiuia inſtruunt,& imitari contendunt quod ab aliis viderunt fieri. Cùm enim præter panem & nuces nihil habeant,pane in fruſta diſſecto, Hoc, inquiunt, Perdix eſt,hoc Gallina, hoc Columba:accipe,mi vicine.Niſi hoc placet, proferetur Anas & Lepus.Hæc illi inter ſe.Sed & aquam fundentes,Bibe, inquiunt,hoc album eſt, hoc clarum, hoc magis coloratum: hoc cæcubum,hoc Falernum. Ita ſua conuiuia inſtruunt, vt ſi illorum verba ſpectes, omnem abundantiam ſuppetere putes: ſi rem ipſam conſideres, nihil præter panem,nuces,& aquam contempleris. Ad eum ſanè modum Sacramentarios cenſerem ſimplicem panem & ſimplex vinum ſuis iactare, quaſi præſens ſit Chriſtus: & licet ipſum longè abeſſe fateantur,ſupponant tamen panem pro corpore,vinum pro ſanguine. Verùm abſit, vt tam leuiter & ſimpliciter eos peccare exiſtimem, cùm, vt ſcribit Cyprianus de Nouatianis ad Magnum,conſtituerint menſam contra menſam,cathedram contra cathedrã:nimirùm
B menſam ſuam contra Chriſti menſam. Quid enim magis contrarium eſt affirmatione & negatione? Quid magis oppoſitum,quàm vt ibi in Chriſti menſa affirmetur, quod in menſa Gnoſticorum negatur? Inde fit, vt manducationem illorum & fantaſticam & dæmonicam exiſtimauerim.

Puerorũ conuiuia, nugæ.

Cyprianus.

Nunc itaque attendendum eſt, de qua loquatur Dominus, cùm ait: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam.* De reali manducatione intelligi, realis manducationis effectus oſtendit. Nam cùm per manducationem vita realiter habeatur, manducationem realem,cibum realem manducantem etiam realem & verum eſſe neceſſe eſt. Atqui realis Chriſti caro nobis ſub ſigno manducanda porrigitur, ſicut & Chriſti facto in cœna demonſtratur. Hinc fit, vt & hæc ad ſacramentalem manducationem pertineant. Verùm fortè quis obiiciet, etiam in
C ſuperioribus vitam æternam repromitti, cùm tamen ageretur de manducatione ſpirituali per fidem. Ad quod reſpondemus, vitam æternam ſpectare ſolas animas, aut animas ſimul & corpora. Itaque cùm repromittitur vita æterna credenti, vitam hanc intelligimus, inquantum animam viuificat. At verò hîc vita æterna repromittitur toti homini, non animæ ſolùm, ſed & corpori, per manducationem carnis. Cyrillus Alexand. lib.4.in Ioan.cap.14. Oportuit enim certè, inquit,vt non ſolùm anima per Spiritum ſanctum in beatam vitam aſcenderet: verumetiam vt rude atque terreſtre hoc corpus cognato ſibi guſtu, cibo,ac tactu., ad immortalitatem reduceretur. Nec putet ex tarditate mentis ſuæ Iudæus, inaudita nobis excogitata eſſe myſteria. Videbit enim, ſi attentiùs quærit, hoc ipſum à Moſis temporibus, per figuram ſemper factitatum fuiſſe. Quid enim maiores eorum ab ira Ægyptio-
D rum liberauit, quando mors in Ægypti primogenita ſæuiebat: nónne omnibus palàm eſt, quia diuina inſtitutione perdocti, agni carnes manducarunt, & poſtes ac ſuperliminaria ſanguine perunxerunt, propterea mortem ab illis diuertiſſe? Pernicies namque,id eſt, carnis huius mors aduerſus genus humanum,propter primi hominis tranſgreſſionem furebat. Terra enim es,& in terram reuerteris, propter peccatum audiuimus.(Geneſ.3.)Verùm quoniam per carnem ſuam Chriſtus atrocem hunc euerſurus erat Tyrannum,propterea id myſterium apud priſcos obumbrabatur, & ouinis carnibus atque ſanguine ſanctificati, Deo ita volente, perniciem effugiebant. Cur igitur tu, ô Iudæe,turbaris, præfiguratam veritatem iam videns? Cur, inquam, turbaris, ſi Chriſtus dicit, Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis ſanguinem eius, non habebitis vitam in vobis? cùm oporteret Moſaicis
E te legibus inſtitutum, & priſcis vmbris ad credendum perdoctum, ad intelligenda hæc myſteria paratiſſimum eſſe. Ita docet Cyrillus hanc Chriſti ſententiam de ſacramento Chriſti ſacroſancti corporis intelligi: cùm iam dixerit, & vitam carni per carnem conferri: & carnem ipſam à corpore ſumi cognato ſibi guſtu, tactu, & cibo. An non guſtus, cibus, tactus cognatus, ſpeciem viſibilem denotant? Quæ enim ſola fide apprehenduntur,non guſtantur, aut tanguntur. Corporis eſt vita æterna, corporis eſt cibus, corpus tangit. An non hæc ſacramentalem manducationem & eius fructum definiunt? Adde quòd ſacramentum typicum agni adiecit, qui non fide, ſed ore manducabatur: vt inferat ideò veri agni carnem verè & realiter manducari, vt vindicemur à tyranni ſeruitute in libertatem Domini. Gregorius Nyſſenus ſermone Catechetico de diuin. Sacrament. cap. 37. Inde fit, inquit,

Vita realis realẽ cibum, & realẽ mãducationem declarat.

Obiectio.

Quomodo vita per fidẽ, & eadem per carnem.

Cyrill. Alex.

Exod.12.

Gregorius Nyſſen.

Coniunctio comedentis ad cibum.

vt anima quidem cum illo per fidem coniuncta, salutis inde occasionem nanciscatur. Coniunctio enim quæ cum vita fit, vitæ particeps est. Corpus autem alio modo cohæret corpori. Et paulo pòst. Vt enim si quid exitiale cum salubri commisceatur, vniuersa illa commixtio pernicioſa fit: ita & immortale corpus simul atque ab homine sumptum est, & eum totum ad suam ipsius naturam transmutat. Ita dilucidè testatur vitam nobis communicari per manducationem realem Christi carnis. quod & apertiùs explicat, adiiciens. At verò fieri non potest, vt quicquam in corpus penetret, nisi per cibum vel potum viscèribus ingeratur. Quocirca necesse est, vt pro naturæ nostræ facultate, viuificam vim illam corpore suscipiamus. Hæc conclusio satis manifesta, ad confirmandam sacramentalem manducationem, cùm ad hoc quòd vita corpori per carnem Christi communicetur, oporteat Christi carnem in corpus nostrum per cibum, & sanguinem per potum penetrare. Quis autem cibus, quis potus, per quæ sacratissima Christi caro & sanguis à corpore nostro accipiuntur? Num hisce verbis sacramentum Eucharistiæ satis definitur? Basilius ad Cæsariam Patritiam, ex hac Domini sententia colligit valde vtile esse per singulos dies participare de sacrosancto corpore & sanguine Christi: num igitur sacramentalem manducationem concludit? Damascen. lib. 4. de fide Orthod. c. 14. Non est figura panis & vinum corporis & sanguinis Christi, inquit. Absit. Sed ipsum Domini corpus diuinitate affectum, cùm ipse Dominus dicat: Hoc est corpus meum, non autem figura corporis mei: & meus sanguis, non autem figura mei sanguinis. Et antea dixerat Iudæis, *Nisi comederitis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Et rursum: *Qui edit me, ipse viuet.* Hæc igitur expressè sonant, Christi corporis manducationem sub speciebus panis & vini. Verùm fortè quis obiiciet, æternum non nisi ab æterno dari posse: quomodo igitur Christi caro, quæ æterna non est, sed temporaliter sumpta ex virgine, vitam æternam corpori conferet? Respondet Cyrillus lib. 4. in Ioan. cap. 14. Vita enim secundum naturam, ille est, qui ex viuo patre genitus est. Sed non minus corpus quoque suum viuificat. Coniunctum est enim ineffabiliter filio Dei, à quo vniuersa viuificantur: idcircò corpus suum dicitur, & vnus cum eo. Nempè post incarnationem vnus est, & vnus manet absque diuisione vlla: præterquàm quòd Dei patris Verbum, & templum à virgine sumptum, idem naturâ non sunt. Non enim est eiusdem substantiæ Verbo Dei homo assumptus: vnus tamen cum illo est, coniunctione ineffabili. Quoniam igitur saluatoris caro, Verbo Dei quod naturaliter vita est, coniuncta, viuifica effecta est: quando eam comedimus, tunc vitam habemus in nobis: illi coniuncti, quæ vita effecta est. Hac de causa in suscitandis mortuis non solùm verbo & imperio, vt Deus, vtebatur: verumetiam carnem suam quasi cooperatricem nonnunquam adhibebat: vt reipsa ostenderet, carnem quoque suam, quoniam sibi coniuncta est, viuificam esse: atque fideles doceret suum, non alterius corpus esse. Nam quando Synagogæ principis filiolã suscitabat, (Matth. 9.) manum eius apprehendit, vt scribitur, & erexit, dicens: Puella, surge. Ita vt Deus, & verbo, & carnis suæ tactu eam excitauit, vnam ab vno se Christo, Deo videlicet atque homine, operationem producens. Quando etiam in ciuitatem Naym vocatam ingrediebatur, & offerebatur vnigenitus matris suæ iam mortuus: tetigit corpus eius, dicens, Adolescens, tibi dico, surge. (Luc. 7.) Non ergo solùm verbo semper, vt diximus, verumetiam tactu mortuos excitabat, vt ostenderet corpus quoque suum viuificare posse. Quòd si solo tactu suo corrupta redintegrantur, quomodo non viuemus, qui carnem illã gustamus & manducamus? Reformabit enim omninò ad immortalitatem suam participes sui. Chrysosto. hom. 3. ad Ephesios. Recolite igitur quia illius corpus est, & sanguis, qui supra cœlos residet, qui ab Angelis suppliciter adoratur. Illius, inquam, qui proximè assistit immortali Dei potentiæ, huius delibamus sanguinem, & proprium corpus nobis sumendum tradidit. Et ho. 21. ad popul. Antiochen. Dicat aliquis, Quodnam illud poculum, quod huiusmodi virtutem habeat? Preciosus Christi sanguis, si cum fiducia sumatur: hic enim omnem poterit extinguere ægritudinem. Inde fit, vt iis occurramus, qui obiiciunt: fieri vt qui sacramentum Christi corporis manducauerit, non semper accipiat vitam: vt in Iuda manifestum fuit, & in iis qui indignè manducant: de quibus Apostolus

Basilius.

Damascen.

Quomodo caro quæ non est æterna, dat vitam æternam.

Cyrillus.

Quomodo caro Christi fit viuifica.

Chrysost.

Idem.

Vnde fit, vt quidam accipiant Christi carnem, & non vitam.

locu-

A locutus est. Respondemus Christum supponere, quòd hic qui manducat, sit tractus à patre, venerit ad Christum, credat in Christum, & sit docibilis Deo. Vnde terminus ille indefinitus, *Qui*, sese ad eos tantùm, de quibus locutus est, extendat: vt sicut per spiritualem fidei manducationem, accedentes ad Christum, & in eum credentes, vitam animæ acceperunt: ita tandem præparati, accedentes ad sacrosanctũ Christi corpus & sanguinem, in vtroque homine, corpore scilicet & anima viuificentur. Hinc factum est, vt quidam hoc de spirituali per fidem manducatione intelligendum putauerint. Verùm ipsa satis verba testantur, ea de reali Christi carnis sumptione dici, vt diximus. Non quòd sentiam solam sacramentalem manducationem viuificare, nisi spiritualis præcedat, & comitetur: sed quòd superiora de manducatione spirituali, vt per quam ad sacramentalem præparemur: hæc autem de

Terminus qui supponis pro digno & fideli.

B sacramentali, ad quam parati accedere debeamus, intelligantur. Et quomodo *habet vitam æternam* in carne sua, quæ corruptibilis & mortalis est? Primò quia in carne sua habet ipsum Christum, qui vita est. 2. Quia, etsi corrumpatur ad tempus corpus eius, pro ratione materiæ qua constat, vita tamen illa quæ occulta manet etiam in resolutis cineribus, excitabit & viuificabit rursus & illud. Sic nimirùm Paulus: Vita, inquit, nostra abscondita est cum Christo in Deo: cùm autem apparuerit Christus vita nostra, tunc & nos apparebimus cum ipso in gloria. Fideles omnes igitur ex digna Christi corporis manducatione, etiam morientes habent vitam suam absconditam in Christo: sed & manet illa vita in eorum corporibus abscondita, sicut & facultas viuificatiua abscondita est in grano, vt aliquando viuificari possit, tunc scilicet cùm occurremus Christo: Tunc enim &

Vita æterna etiam in carne nostra.

C ipsa vita manifestior erit. Ideò ad illius vitæ manifestationem, resurrectionem promittit, dicens: *Et ego resuscitabo eum in nouissimo die.* Cyrillus lib. 4. in Ioan. cap. 15. Non enim potest natura nostra vitæ coniuncta non viuificari. Et quemadmodum si quis scintillam ignis in fœno aut palea occultauerit, totum inde ignitum necessariò fiet: sic verbum Dei tanquam scintilla, in naturam nostram immissum, totam inde inflammauit, atque ad vitam, interitu penitùs destructo reduxit. Ex eo scilicet argumento Tertullianus carnis resurrectionem confirmat. Sic enim habet libr. De resurrect. carnis. Nam caro dum ministra & famula animæ deputatur, consors & cohæres inuenitur: si temporalium, cur non æternorum? Caro abluitur, vt anima emaculetur. Caro vngitur, vt anima consecretur. Caro signatur, vt & anima muniatur. Caro manus impositione adumbratur, vt & anima spiritu illu-

Cyrillus.

Vita æterna nobis ex carne Christi.

Tertullianus.

D minetur. Caro corpore & sanguine Christi vescitur, vt & anima de Deo saginetur. Non possunt ergo separari in mercede, quas opera coniungit. Irenæus etiam ex hoc loco insistit contra Valentinianos, & eos qui carnis nostræ resurrectionem negabant: ipsam ex eo conuincens, quòd & caro nostra Christi carne & sanguine alitur. Sic enim habet lib. 4. aduersus hæreses. Quomodo autem constabit eis, eum panem in quo gratiæ actæ sint, corpus esse Domini sui, & calicem sanguinis eius: si non ipsum fabricatoris mundi filium dicant, id est verbum eius, per quod lignum fructificat, defluunt fontes, dat primùm quidem fœnum, pòst spicam, deinde plenum triticum in spica? Quomodo autem rursus carnem dicunt in corruptionem deuenire, & non percipere vitam, quæ à corpore Domini, & sanguine alitur? Aut ergo sententiam mutent, aut abstineant offerendo, quæ prædicta sunt. Quid his apertius dici potuit? Si, inquit, corpus ipsum Domini manduca-

Irenæus.

E tur à nobis, & alit carnem nostram: cur non admittetur & ipsius carnis nostræ vita? Alioquin caro nostra non vesceretur carne Christi. Ita efficitur, vt cùm nostræ resurrectio carnis pendeat ab vnione, quam habet cum carne Christi, oporteat Christi carnem per realem manducationem nostræ carni vniri. Verùm fortè obiicitur, resurrectionem tribui spiritui Dei. Vt cùm legimus, Rom. 8. Qui suscitauit Iesum à mortuis, suscitabit & mortalia corpora nostra, propter inhabitantem spiritum in nobis. Sed & in superioribus repromitti resurrectionem his qui in Christum crediderint. Respondet D. Cl. Sanctius Episcopus Ebroicensis, quintæ Repetit. de veritate Eucharistiæ cap. 1. Triplicem esse causam nostræ resurrectionis. Primum locum obtinet Dei potentia, & vox filij Dei, quæ impios æquè atque pios exuscitabit, & segregabit. Secunda causa nobis immanet, sed est al-

D.Cl. Sanctius.

Triplex causa nostræ resurrectionis.

terius generis, quàm caro excitanda. Ipsa est Spiritus sancti virtus, qui nobis donatur. F
Spiritus enim ille inhabitans intus alit ac fouet membra nostra ad immortalitatem resurrectionis, etiam sine reali perceptione corporis Christi, modò eam excluserit non contemptus, sed necessitas. Inserit etiam nos carni & corpori Christi, sed spirituali participatione duntaxat. Tertia resurrectionis nostræ & immutationis causa traditur, quæ à Græcis dicitur Homogenea, id est, eiusdem generis & naturæ cum carne nostra. Ipsa est caro Christi susceptа, & carni nostræ per Eucharistiam infusa, quæ ipsamet propter diuinitatem, cum qua in persona filij Dei subsistit, vita & resurrectio corporis est, & corporea vitæ causa. Quòd si quis obiiciat, resuscitandos non modò qui Christi corpus acceperint, sed & pueros, immò omnes infideles: ex iam dicta responsione satisfactum est. Dicitur enim resurrectio latè pro reformatione corporis, & reünione illius cum anima. Et hoc modo resurgent omnes, fideles & infideles. Sumitur & illa strictiùs pro immutatione corporis, & G
hac sola corpora electorum donabuntur. Sicut enim vita per excellentiam intelligitur de vita æterna, etsi etiam de vita temporali dici possit: ita resurrectio per excellentiam de immutatione intelligitur, etiamsi latiùs se porrigat ad omnium corporum reformationem. Hanc autem immutationis & resurrectionis distinctionem assignauit Paulus, dicens: Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. Vnde fit, vt hæc Domini sententia ita concilietur, quòd qui manducat carnem eius, *resuscitabitur*: id est, immutabitur: siquidem ita præparatus manducauerit, vt Christus præmisit, nimirùm attractus à patre, credens in filium, & docibilis Dei. Quod item continget & ei, qui in voto carnem illam manducarit, si modò illum non contemptus, sed necessitas excluserit à sacramento. Necessitas autem alia est ex parte manducantis, aut quia nondum est ætatis maturæ & discretæ, sicut H
pueri: aut quia impos mentis est, sicut amentes, & frenetici: aut quia vires ei desunt, sicut ægri: Aut ex parte ministri, quia ille deest. Sicut cùm Chrysostom. hom. in Matth. scribit, in vltima Antichristi persecutione futurum, vt non sit qui Ecclesiam intret, aut oblationem faciat Deo. Sed & Hippolytus Martyr Orat. de Antichristo: Ecclesiarum ædes tugurij instar erunt, pretiosúmque corpus & sanguis Christi non extabit in diebus illis. Liturgia extinguetur. Psalmorum cantatio cessabit. Aut ex parte sacramenti, quoniam deest illud, quod ministrari possit, sicut contingit his qui captiui tenentur ab hæreticis, aut à Turca, aut aliis periculis premuntur, cùm interim non suppetat illis minister, nec sacramentum. Hi omnes necessitatibus illis excusantur à communione, nec desinunt fructum illius percipere, id est, participes effici immutationis: si modò in votis semper habuerint, I
Christi sacratissimum corpus sacramentaliter sumere. Ita sicut in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes viuificabuntur, vt scribit Paulus, 1. Cor. 15.
Villagagno. Villagagno Eques lib. 2. aduersus Caluini doctrinam, cap. 63. Sicut enim sine corporeo ministerio, mors è carne tua in filios tuos non potest erumpere: sic sine sacramento & actione corporea, vita Iesu Christi in nos reipsa diffundi non potest. Vt si carnis materiam ad mortificationem esse necessariam dixeris, carnis quoque Christi substantiam (vt reipsa viuificet, sicut Adami mors occidit) non minus esse ad viuificationem necessariam profitear. Iam si Christi caro ad viuificationem necessaria est, & illa (sicut materia carnis ad mortificationem officio corporeo) sic externo ministerio nobis communicari debet: consequitur sacramentalem Christi K
carnis manducationem, ad vitam corporis, quæ post resurrectionem apparebit, necessariam esse.

Qui excusentur à manducatione sacramentali.

Chrysost.

Hippolytus Martyr.

Manducatio vera, realis, corporalis & sacramentalis Christi carnis probatur: alioquin non esset verè cibus: Et an fides faciat absentia præsentia.

Matth.	Marc.	Luc.	Ioan. 6.
			Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus.

QVEMADMODVM ij, quibus venenum ex insidiis propinatum est, alio pharmaco vim illam mortiferam extinguere solent: (inquit Gregor. Nyssenus Catechetico maiore c.37.) Oportet autem, vt ad pernicioſi poculi similitudinem antidotum in humana viscera penetret, vt illorum adminiculo vis remedij per vniuersum corpus diffundatur: Ita nobis faciendum est, vt cùm venenum, quo natura nostra dissoluitur, gustauerimus, medicamentum, quo illa contrahitur, susc ipiamus: vt virus illud, à quo anticipatum corpus erat, contraria huiusmodi remedij nobis inditi, propriáque vi repellatur. Quodnam verò remediũ illud est? Nullum certè aliud, quàm corpus illud quod mortẽ domuit, vitæque nobis primitias attulit. Adamo cibus præuaricationis velut venenũ fuit. Ad illius vim extinguendam Christi corpus nobis datum. Venenum attulit mortem, antidotum B intulit vitam. Et sicut venenum, seu cibus ille vetitus, non sola mentis præuaricatione & voluntate, sed reuera acceptus & manducatus est, reuera in os immissus est: ita oportuit reuera, & non sola voluntate, sed facto ipso Christi corpus ore corporeo accipi: vt mors, quæ in carnẽ grassabatur, fugaretur, eíque per hunc diuinum cibum vita succederet. Cyrillus lib. 4. in Ioann. cap. 15. Ideò scilicet dixit, *Et ego*, id est, corpus meum quod comedetur, *resuscitabo eum* (qui carnem meam manducauerit.) Non enim alius ipse est, quàm caro sua. Non id dico, quia naturâ non sit alius, sed quia post incarnationem in duos se diuidi filios minimè patitur. Porrò sicut negauerit nemo Adamum accepisse verum cibum, & verè manducasse cibum prohibitum: sic nec potest quis sanæ mentis inficiari, verum vitæ cibum, veram Christi carnem nobis in Eucharistia dari, & illam verè à nobis & realiter manducari. Sicut C enim homo vetabatur & arcebatur à reali & corporali manducatione cibi mortis: sic & fideles inuitantur ad realem & corporalem manducationem Christi carnis, quæ est panis vitæ. Ideò scilicet in donatione dicebat, Accipite & comedite: hoc est corpus meum: in promissione verò, *Caro*, inquit, *mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus.* Num etiam in Mosaico Paschate vera caro manducabatur? Cùm igitur pro carnibus agni caro Christi ad Paschatis nostri perfectionem data sit, debet & illa in nostro Paschate manducari. Præcedebat figura: nũ in Christo veritas, lux, & ipsum corpus succedere debuit? Hoc vt in aliis rebus, ita in hoc mysterio considera. Luctabatur Angelus cum Iacob vsque ad manè, cùm transiisset vadum Iaboc. (Gen. 32.) Hic non Angelum se, sed Deum esse dixit. Nequaquam, inquit, Iacob appellabitur nomen tuum, sed Israël: quoniam si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines præualebis? Interroganti verò Iacob, quo nomine appellaretur: Cur quæris nomen meum, inquit, quod est mirabile? Eapropter vocauit Iacob nomen loci illius Phanuël, dicens: Vidi Dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Hunc Dei filium, in corpore autem assumpto, apparuisse scribit Tertullianus & Iustinus Martyr in libro de Trinitate. Iam si quis requisierit an assumptum illud corpus, quod à Iacob videbatur, fuerit naturale, & verè assumptum in vnione hypostatica: nónne negabitur? Hoc enim typus erat veritatis, non veritas. Quando autem veritas? Num quando Verbum caro factum est, & verè factus homo est? Rursus agni & victimæ, quarum sanguis fundebatur, typum gerebant Christi patientis. Veni ad veritatem. Num dices in vero corpore verè passum esse Christum? Ad eundem modum concludi oportet de cibo seu esu carnis E Domini. Erant olim panes azymi, panes propositionis, caro agni, typi carnis Christi. Non verè caro Christi, sed eius figuræ. Nunc cùm veritas successerit, *verè caro* Christi *cibus est.* Tertullianus contra Marcion. hanc conclusionem sequitur, dicens: Ergo pepo pro nobis, aut panis crucifixus est? Nam si quis non carnem verè esse fatetur, quia panis & cibus vocatur, & inde fantasticam carnem somniat cum Marcione: num & panem pro nobis crucifixum concludet, cùm, vt superiùs dixit, panis caro sit eius, quæ pro vita mundi data est? Itaque ne quis superiora per figurã aut metonymiam dicta esse arbitretur, adiicit: *Caro mea ἀληθῶς ἐστὶ βρῶσις, verè est cibus.* Hoc quidem Christus adiecit, ne quis ad ænigmata, & parabolas confugeret, quasi hæc impropriè dicta essent, vt obseruat Diuus Thom. Aquinas, Lection. septima in Ioan. caput sextũ. Consueuerat quidem Iesus frequenter loqui in parabolis, ita ta-

Introductio.

Greg. Nyss.

Antidotum contra primũ cibũ est Christi corpus.

Cyrillus.

Manducatio realis concluditur.

Verus cibus in Adamo, Mose, Christo.

Tertullian. Iust. Mart.

Olim data est caro, Christi carnis typus: nunc ipsamet caro veritas.

Tertullian.

Non loquebatur hic Christus figurati-uè: & quomodo id manifestum est.

Thomas.

men vt ea quæ loqueretur, per similitudinem dicta esse ostenderet. Aut enim hoc præmittebat, Simile est regnum cœlorum, Assimilabitur, &c. Vt simile homini regi, simile decem virginibus, thesauro abscondito in agro, grano synapis, simile sagenæ missæ in mare, simile homini patrifamiliâs qui conduxit operarios, qui locauit vineam, simile mulieri quæ tria sata farinæ commiscuit. Secundò demonstrabat se in parabolis loqui, cùm adiiceret significationem dictorum: ne quis rem gestam narrari, sed significari intelligeret: vt in parabola seminis, Semen, inquit, est verbũ Dei. Et cùm de ouibus & dragma inuenta locutus fuisset, adiecit: Amen dico vobis, gaudium erit Angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente. Tertiò, nisi hæc occurrerint, saltem Euangelistæ monere solent parabolam esse, quam à Christo prolatam describunt: cùm præmittunt, Dixit ad illos parabolam hanc: aut, Dixit per similitudinem, Exiit qui seminat, seminare semen suum. At verò secus longè est in hac Christi promissione & expressis verbis, de donatione suæ carnis in esum, & sui sanguinis in potum. Nec enim Christus præmittit aliquid quod parabolam sonet. Non ait, Similis est panis carni, aut caro similis est pani. Non interpretatur, quæ dixit, adiiciens: Manducare est credere. Caro est fides, aut quid simile: quale sibi fingunt Sacramentarij. Sed nec Ioannes hæc per parabolam dicta esse vllo modo designauit. Quin potius Christus ipse, vt omnem parabolam, & similitudinem excluderet, dixit: *Caro mea ἀληθῶς verè est cibus.* Nec enim verè est, quod per similitudinem, figũram, aut metonymiam esse dicitur. Quis autem dubitat in re tam seria & difficili, si quid esset figuræ, non illum expressurum fuisse, aut in Capernaum, aut in ipsa cœna: præsertim cùm certò nosset, ex horum mysteriorum difficultate, oriundum scandalum Capernaitis & hæreticis? Sed econtrà & quærentibus *quomodo*, & dicentibus, *Durus est hic sermo*, semper affirmauit carnem se suam daturum, carnem viuificam esse, *carnem suam verè esse cibum:* & ita se in veritate, non autem in similitudine loqui. Confert autem cibum & potũ corporalem cum carne sua & sanguine: ita tamen vt collatio hæc constet partim dissimilitudine, partim similitudine. Dissimilitudo est, quòd etsi cibus & potus corporalis alunt hominem, non tamen illum conseruant in vitam æternam: aut esuriem aut sitim penitùs auferunt: cùm tamen nobis hæc bona à sacrosanctis Eucharistiæ mysteriis communicentur. Similitudo autem est, quòd sicut succus cibi ac potus corporalis transmittitur in omnia hominis membra, & vertit habitum totius corporis in sui naturam: vt si quis vtatur cibo nimis humido, efficiatur corpus eius humidum: si frigido, efficiatur corpus frigidum: ita & caro & sanguis Christi augent substantiam carnis nostræ, & in se conuertunt. Hinc scilicet Irenæus li. 5. in hæres. carnis viuificationem probat, quia ex carne caro nostra augetur & crescit. Sic enim habet. Quando ergo & mixtus calix, & panis fractus percipit verbum Dei, fit Eucharistia sanguinis & corporis Christi, ex quibus augetur & consistit nostræ carnis substantia. Quomodo carnẽ negant capacẽ esse donationis Dei, quæ est vita æterna, quæ sanguine & corpore Christi nutritur, & membrum eius, quemadmodum & Apostolus ait, in ea quæ est ad Ephesios Epistola: Quoniam membra sumus corporis eius, de carne eius, & de ossibus eius. Iustinus etiam Martyr in Apol. 2. pro Christianis, cùm cibum Eucharisticum definisset esse Christi corpus, eo etiã corpora nostra nutriri subintulit. Ait enim: οὐ γὰρ ὡς κοινὸν ἄρτον ταῦτα λαμβάνομεν. Non enim hæc accipimus vt communẽ panẽ, sed ἐξ ἧς χρὴ σάρκες καὶ μεταβολὴν φέρονται ἡμῶν, ἐκείνου τοῦ σαρκοποιηθέντος Ἰησοῦ, σῶμα καὶ αἷμα ἐδιδάχθημεν εἶναι: id est, Eucharistiã ex qua sanguis & caro nostra per immutationẽ aluntur, illius qui incarnatus est Iesu, corpus & sanguinẽ didicimus esse. Ita fit, vt sicut cibus & potus cõmunis nutriunt corpus, & in suam naturam quodammodò transformant: sic Christi sacratissima caro nos sibi vniat, adaugeat, & nobis vitã præstet æternam. Ideò Cyril. Hierosol. Catech. mystag. quarta: quasi hinc sumpta similitudine, vbi extulit Christi corporis veritatẽ, nos ad illius manducationẽ vocari scribit, vt fiat vnusquisque nostrum σύσσωμος καὶ σύναιμος αὐτοῦ, concorporalis & consanguineus illi. Sic enim, inquit, χριστοφόροι γινόμεθα, Christum ferentes erimus, corpus ipsius & sanguinem suscipientes εἰς τὰ ἡμέτερα μέλη, in nostra membra. Cæterùm cùm *caro* Christi verè *cibus* sit, & verè carnem nostrã in se, & ad immortalitatem conuertat: necessariò consequitur, quòd & ipsa caro nobis præsens sit. Nam quòd

caro

1. 2. 3. 1. 2. 3. *Aliud verè, aliud figuratè.* *Similitudo & dissimilitudo inter cibum & potum communem & carnem Christi.* Irenæus. *Corpora nostra quomodo aluntur Christi carne.* Iust. Mart. Cyrill. Hier.

A caro Christi præsens esse debeat, vt alat & augeat carnem nostram, manifestum est, cùm nemo cibo absente & longè posito nutriatur. Statuamus enim cibum longè ab esuriente: an quamdiu tam longè dissitus est, esurientem pascere poterit? Reficiebantur quidem antiqui Patres, sed in spiritu, non autem in carne: neque carne Christi, sed fide in successuram carnem Christi: donec Christus ad nos descendens, suppleuit sua præsentia quod illis defuerat, & nos propriæ carnis, simul & vitæ participes effecit. Sunt qui narrent in insulis Balearibus, olim longè positum fuisse panem à pueris, vt & illi funda ipsum ex alto dimouerent, & ad se pertraherent. Quod exercitij gratia eos instituisse legimus. Interim verò nemo dixerit eos pane illo nutritos, quandiu ab ipsis suppositus erat, donec illum funda pertractum ore manducauerunt. Nisi fortè quid ei simile fingatur, qui panem suum ad nidorem carnis assæ

B comedebat, sibi ex ipso solo carnis nidore, carnis esum persuadens. Verùm pari summa cibus ille coquo persolutus est. Nam cùm non vera caro, sed carnis tantùm nidor esset: non vera pecunia, sed sono pecuniæ compensari debuit. Adeò ridiculam persolutionem describit Clemens Alexan. lib. 4. Stromatum, à Iusto Bocchoride sancitam, ei qui vmbram corporis acceperat, non ipsum corpus. Nam crumenam, in qua erat merces, in sole extendi iussit, & vmbram illius pro mercede accepit ab illa, cuius corporis vmbra delectatus alter fuisset. Iam quis dixerit vmbram diuitiarum diuites efficere? Quis figuram panis, & non verum panem aliquem nutrire putauerit? Atqui Sacramentarij non aliud sibi quàm panem dari contendunt, Christũ verò à pane toto cœlo ablegant, se in terra positos agnoscunt: quomodo ergo tam

C longè à Christi corpore dissiti, illud sibi cibum esse probabunt? Dicunt se tantùm habere figuram & vmbram corporis, non ipsum corpus. Consequitur igitur illos nõ Christi corpore, sed sola vmbra & figura pasci. Ita mihi per prodigum filium adumbrari videntur, qui relicta domo paterna, cùm se ad ciuem regionis peccati subduxisset, & pascendis porcis locasset, (Luc. 15.) quærebat implere ventrem de siliquis, quas porci manducabant. Siliquæ vanæ sunt, & suo fructu destitutæ: inflant, nec nutriunt, vt obseruat Ambrosius in Luc. Illis hæc symbola significantur, quæ fallunt & illudunt, quæ nullam rerum quas promittunt, veritatem habent, nullum fructum. Significantur scilicet hæc Neochristianorum cœnæ sacramenta, quæ præter tumorem & vanitatem nihil habent. Veri vtique porcorum & libertinorum cibi, ad quos etiam ij, qui domum paternam, Ecclesiam reliquerunt, & dona Dei velut paternam substantiam prodegerunt, se subtrahunt. Verùm quanta huius cum mensa paterna

D differentia est? Exclamat & ipse prodigus in se reuersus: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, & ego fame pereo! Verè etenim fame perit, qui præter panem communem nihil accipit: qui magni patrisfamiliâs Christi mensam abiecit. Quis non huius prodigi conditionem deploret? Quis non lamentetur eorum qui à nobis secedunt stoliditatem, immò frenesim, qui siliquas sacrosanctæ Christi carni præferunt, vt omninò vita destituantur? Verùm respondebunt se quidem reipsa & corporaliter nihil aliud comedere quàm panem: sed fidem suam efficere, vt tã verè nutriantur absente Christi corpore, ac si præsens esset: Quòd fides faciat absentia præsentia. Nos autem requirimus, quomodo fides faciat absentia præsentia. Fides enim non efficit contradictorias veras, si verè contradictoriæ sint: nec idem de eodẽ simul & semel contradictoriè asseritur: vt istud, Hoc est corpus, Hoc nõ est corpus.

E Ideò autem dicimus simul, quia de pane ante consecrationem dici potest, Hoc non est corpus: post consecrationem dicitur, Hoc est corpus, vt docet Ambr. lib. 4. de Sacra. cap. 4. Sed etsi corporis nomen variè dicitur, tum poterit verificari vtraque contradictoriarum, si tamen contradictoriæ dici possunt. Vt quia corpus dicitur pro visibili mortali, & pro inuisibili glorioso dicamus: Hoc est corpus Christi inuisibile glorioſum: &, Hoc non est corpus Christi visibile mortale. In eundem scilicet modum Augustinus sic habet, in Epist. ad Irenæum. Non hoc corpus quod videtis, mã-ducaturi estis, neque bibituri illum sanguinem quem sunt effusuri. Ipsum quidem, & non ipsum. Ipsum inuisibiliter, non ipsum visibiliter. Quòd si necesse est visibiliter celebrari, necesse est inuisibiliter intelligi. Prima quidem fronte contradictoria dicit. Ipsum, & non ipsum. Vtraque autem contradictoria nõ esse docet, ex eo quòd vnum propositorum in vno, alterum in altero sensu dicitur. Vnum agit de visibili,

Nemo cibo absente alitur: ergo oportet Christi carnem nobis esse præsentẽ.

Fantasiæ hæreticorum.

Clem. Alex.

Sacramentarii ad instar prodigi siliquas sequũtur.

Ambros.

Fides non potest efficere contradictorias veras.

Ambrosius.

Verè contradictoriæ quid.

Augustin.

Ipsum, & non ipsum, quomodo verificatur.

alterum de inuisibili corpore. His modis dicimus posse effici, vt quod non est in vno F
sensu, verum sit in altero: Aut quod non est in vno tempore, verum sit in altero. At
verò non intelligi, quomodo fides efficiat, vt corpus Christi quod absens est, simul
& semel præsens sit: cùm id de vno & eodem, & eodem tempore intelligant. Si quã-
do enim rogentur, an Christi corpus realiter præsens sit pani, negabunt. Si rogen-
tur, an aliquo tempore præsens sit ei, negabunt. Ita omni tempore à suo pane Christi
corpus ablegant. Quomodo ergo dicent reipsa Christi corpus absens, effici præsens?
Nam si dixerint absens esse à pane, & præsens in mente per fidem: dixerim hanc mẽ-
Aliud in mente, aliud in re se habere. talem & fidei præsentiam non esse realem. Nam cùm corpus Christi sit quid reale,
immò corporeum, realiter quoque habere se debet. Quòd si realiter & verè est in
eorum cœna: quomodo ab eorum cœna absens erit? Si realiter absens est, quomodo
realiter præsens erit? Nam, vt diximus, contradictoriæ sunt, si eodem modo & eodẽ G
tempore sumantur. Realiter modus est finiens hanc propositionem, Corpus Christi
præsens est realiter. Si hæc vera est, Corpus Christi præsens est realiter, quando cœ-
na fit: hæc falsa est, Corpus Christi non est præsens realiter, quando cœna fit. Et sic
non efficietur simul absens præsens, adeò vt corpus Christi, quod dicunt realiter nõ
Nugæ Sacramentariorũ. esse in cœna, realiter tamen in ea sit. Hîc ego præter nugas nihil esse video reliquum:
nugas, inquam, quas voce Christi corporis insigniunt. Siquidem cùm Christi corpus
realiter in cœna esse negent, per fidem tamen præsens efficiunt. Præsentiam autem
illam non realem & veram esse fateantur oportet, sed per fidem: id est, mentis appre-
hensionem: Vt si quis amici absentis memoria ducatur, illúmque velut præsentem
mentis oculis intueatur. Siquidem hæc præsentia non erit realis, sed in fantasia. At
verò si quis ita somniet se mensæ alicui benè instructæ accumbere, sibi omne cibo- H
rum genus à coquis exquisitissimè præparatorum apponi, se hoc delicatius, hoc sal-
Fantasticæ epulæ nõ prosunt. sius, hoc temperatum magis, & ad gustum accedens experiri: sibi vina vndique con-
quisita & optima fundi: & ita lautè tractari existimet, vt præter has lautitias nihil si-
bi reliquum esse videatur: credo, fantasticæ illæ epulæ profuerintne releuandæ esu-
riei & siti huius hominis? Statim atque excitabitur è somno, num hoc conuiuio
contentus erit? Quòd si cui suum somnium indicaret, & ille ei obiiceret: Benè est
tibi, non opus est tibi vt mensa paretur, lautè refectus es: An non ille clamaret lauti-
tias illas, quæ per mentis apprehensionem sunt, non esse veros neque verè cibos? At
verò Christus hîc dicit, *Caro mea verè est cibus*. Non ergo per fantasiam, per imagina-
Exemplum. tionem, & mentis apprehensionem cibus est. Aliud etiam credo. Casu posito quòd
Sacramentariorum aliquis ad cauponem diuertat, mensam sibi parari, & delicias I
quasdam apponi postulet, vinum etiam optimum porrigi: accumbenti verò nihil
præter panem & aquam detur: An non hospitis fidem damnabit, qui meliora sit pol-
licitus? Num si quem domesticorum viderit, dicet: Hæccine sunt illa quæ pepigit
hospes? Vbi Gallina, vbi Lepus? vbi vinum optimum? Sic igitur deridet me? sic illu-
dit, vt pro lautitiis mihi simplicem panem & aquam proponat? Hîc verò si hospes
aduenies dicat: Mi Sacramentarie, patienter age mecum. Audiui siquidem te per
fidẽ efficere absentia præsentia: ita vt præter panẽ & vinũ in cœna vestra nihil habẽ-
Deluditur effugium de fide quæ facit absentia præsentia. tes, faciatis tamẽ vestra fide, vt absens corpus præsens sit. Ego vos in minore re nõ mi-
nora posse existimaui. Eapropter hîc tibi panẽ apposui & aquã, sperans te tua fide re-
liqua suppeditaturum. Pascere igitur his cibis quos mente apprehendis, ac si præsen-
tes essent. Tum sanè fidelis ille, quisquis sit è Sacramentariorum schola, Midæ pœ- K
nitentia ducetur: & agnoscet sola fantasia conceptos cibos, aut in figura porrectos,
non esse verè cibos: quódque *verè cibus* non sola mentis apprehensione, fantasia, aut
figura definiatur. Nec quidem iniucunda erit illa Midæ fabula, vt & cuique illorum
id prouerbij tribuamus: Auriculas asini Midas habet. Hic quia Silenum Bacchi nu-
tritorem domo exceperat, à Baccho impetrasse fingit, vt *-quicquid*

Ouid. Met. lib. 11. *Corpore contingat, fuluum vertatur in aurum.*

Lætus quidem ille accumbebat, omnibus in aurum conuersis. Quinetiam

Lamina fulua dapes, cerealia dona rigebant.
Fusile per rictus aurum fluitare videres.

Quid verò illum iuuabat illa ciborum & poculentorum aurea figura?

Attonitus nouitate mali, diuésque, miserque,

Effugere

A *Effugere optat opes, & quæ modò vouerat, odit.*

Quid enim miserrimo & esurienti homini, ad sedandam esuriem hi figurati cibi proderant? An non potius illam prouocabant, & adaugebant? *Figura ciborum nil iuuat esurientes.*

Copia nulla famem releuat, sitis arida guttur
Vrit, & inuiso meritò torquetur ab auro.

Quid tum ille iis respondisset, qui simplicem figuram tam verè eos dicunt pascere, quàm res ipsa præsens? An non illum repulisset, qui his illum verbis affatus esset, Mi rex, pascere, manduca, bibe, ecce tibi figura ciborum? At verò, figura sunt, dicet, sed non verè cibus. Forsan Sacramentarius obtrusisset & hoc consilium: Crede, mi rex, & absentes cibi fient præsentes. Verùm & in imaginatione præsentes sunt, respõdebit, illorum memini, hos desidero, & omnibus votis concupisco: interim tamẽ *Imaginatione non pascimur.*

B magis esurio. Inde fit, vt eorum stoliditatem demirer, qui cùm in cibis corporalibus solo desiderio, concupiscentia, & imaginatione non pascantur, nobis tamen persuadere velint, id in Christi corporis manducatione fieri. Ego sanè & illos his Sophistis comparauerim, quos Aristophanes ridet in Comœdia, cui Νέφελαι nomen est. Inducit enim Strepsiadem senem multis creditoribus obuinctum, Socratem conuenisse, vt quia audiisset Sophistam vtramque partem cuiusque propositionis probabilem reddere, suis rationibus efficiat, vt creditoribus tandem persuadeat quòd omnia receperint, & ille verè ab omni ære alieno liber euaserit. Sic enim habet: *Sacramentarii sophistæ.* *Imaginatione non persoluuntur creditores.*

Ἀλλά με δίδαξον τὰν ἑτέρων τοῖν σοῖν λόγοιν,
Τὸν μηδὲν ἀποδίδουσα. id est,
Sed doce me vtramque partem tuarum ratiocinationum,

C *ita vt nihil reddam creditoribus meis.*

Subtilis vtique scientia, si modò efficere possit absentia præsentia. Quòd si idipsum Sacramentarij præstare possunt, non ipse modò Strepsiades filium Philippidem ad eos deduceret, sed & quotquot pro repetundis pecuniis vrgentur, & ære grauantur alieno, iam vt se facilè ab omni molestia liberarent, ad eos profugerent. Verùm timendum esset, ne sicut ex Alchimistarum furnis & caminis, prodeunt non diuites & opulenti, quales Alchimistæ suos se facturos esse iactitant, sed discalciati, nudi, mucosi, lippi, macri, deformes, squallidi, fumosi, palantes, famelici. Nimirùm cum aureis Alchimistarum montibus illa omnia, quæ sibi spondent Sacramentarij, comparauerim. Aureos montes Alchimistæ ex suis furnis, temperamentis, & commixtionibus pollicentur, & fumum vendunt: isti verò è sua fide defluuia carnis fabri- *Ridetur fumatistici Sacramentarij.*

D cant, vt vitam Christi, id est, nihil Christi ad suos deducant: cùm reipsa Christum cœlo alligent, interim dum ipsi in terris versantur.

Atqui sicut verè diuitiæ non in verbis aut imaginatione, sed rebus sunt: ita & verè cibi in ipsa illorum reali præsentia considerantur. Quid profuerit, si quis in somnis sibi diuitias, honores, & quæcunque desiderari possunt, abundare putet: cùm statim atque experrectus est, nihil inueniat diuitiarum in manibus suis? Itaque *verè* idem quod realiter est. *Caro mea*, inquit, *verè est cibus*. Euthym. in Ioan. Hoc dixit confirmãs, quòd nõ ænigmaticè neque parabolicè loqueretur. Et verus cibus est, & verè cibus. Cibus in re, cibus in effectu. Verè cibus, & verus cibus, idem & panis viuus est, & caro viuificans. Sicut enim vera vita, non hæc transitoria, sed æterna est: & verum esse, non transitorium, sed æternum est: ita verus cibus ille est, qui non perit & corrumpitur: & verè cibus est, qui & ipse viuificus, viuificat in æternum illos, à quibus sumitur. Chrysostom. hom. 46. in Ioan. Verè cibus est, inquit, vt eos in prædictis confirmet, ne obscurè locutum in parabolis arbitrarentur. Theophil. in Ioan. Ista caro etiam verè cibus est, eo quòd non ad paruum tempus duret, neque corrumpatur, sicut corruptibilis cibus: sed æternæ vitæ sit subsidium. Similiter & potus sanguinis Domini verè est potus: quia non ad tempus sufficit siti, sed semper absque siti conseruat, nec indigere permittit bibentem: sicut & ad Samaritanam dicebat, Ioan. 4. Qui biberit ex hac aqua quam ego dabo ei, non sitiet iterum. Nam quisquis gratiâ sancti spiritus per sumptionem diuinorum mysteriorum susceperit, neque famem spiritualem neque sitim patietur, qualem increduli. Sicut autem ad hoc, quòd cibus communis nutriat in vitam temporalem, oportet illum realiter sumi ab eo, quem nutriri & per eũ viuere voluerimus: ita cùm resurrectionis promissio propriè carni

Euthymius. Verè cibus. *Hoc* verè *vrget aduersarios.*

E Chrysost. Theophil.

noſtræ fiat,& ſicut vita illi repromittatur,ad hoc quòd Chriſti caro reſurgendo immutetur & viuificetur,oportet & ipſam nutriri à reali Chriſti carne, & illam realiter ſumi. Ita nimirùm vita,quæ Spiritus ſancti donum,nobis per carnis Chriſti manducationem communicabitur:eritque illa *verè cibus*, quia noſtra corpora ad immutationem glorioſam nutriet. Atqui ſi tantùm panis eſſet, & non ipſum Chriſti corpus,quomodo *verè cibus* eſſet:quomodo ad immortalitatē, & immutationē corpora nutriret?Vnde ſcilicet communi pani & virtus eſſet, quæ viuificaret in vitam æternam?Itaque Chriſtus veritatem ſuam in carne ſua,non in ſymbolis conſtituit. Ait enim,*Caro mea*,non panis,non ſymbolum,non fides, non memoria,non imaginatio, non mors,non paſſio,non laus, non gratiarum actio, non figura carnis,non energia carnis,non ſolennitas,ſed *caro*,non cuiuſcunque, ſed *mea*, qui vita ſum,& lux hominum,qui veritas,qui Verbum caro factum:*verè*,non typicè,parabolicè, imaginariè, ſimilitudinariè,ſed *verè:eſt*,nō ſimpliciter exiſtimatur,aſſimilatur,ſignificatur, comparatur,ſed *eſt:cibus*,vtique rei corporalis.Nam cibi ad manducantem proportio eſt, & reſpectiua conditio.Vt ſi fuerit cibus ſpiritualis,manducetur à re ſpirituali: ſi fuerit cibus corporalis,manducetur à re corporali. Diuinitas Chriſti ſumitur ab anima per fidei apprehenſionem, idque per ſimilitudinem. Sed *caro* eſt verè cibus, vtique corporis.Nam cùm manducationis meminerit,ſi res quæ manducatur,corporea eſt, & illa *verè* cibus eſt,verè quoque manducatio corporalis erit.Sic igitur manducatio erit actio in cibum.Res corporea eſt verè cibus:ergo corporea eſt verè illius manducatio.Sicut enim verum viſibile eſt, quod verè à viſu corporeo videri poteſt:ita res corporea verè cibus eſt,quæ eſu corporeo manducatur.Verùm quia horror fuiſſet,ſi exterioribus oculis apparuiſſet caro & ſanguis, ideò illa nobis verè & realiter ſub familiari ſpecie porriguntur.Sicut enim(ait Gregorius Nyſſenus Catech.mai.c.37.) venena non nuda, ſed ſub vſitatorum & familiarium ciborum ſpecie porriguntur, ne fortè deprehendantur ab eis qui illa bibituri ſunt:ſic Chriſtus antidotum conſtituit, ſumptu difficile, ſi nūdum & non opertum externa ſpecie porrectum fuiſſet. Ideò,ſicut & pueris pharmaca aſpera melle aut ſaccaro dulcorantur, vt ſub illo dulcore verè ab eis illa ſumantur:ſic Chriſtus externam huic ſacramento ſpeciem obduxit,ſub qua verè & realiter ſuum ipſius corpus acciperemus.

Expenduntur omnes hæ voces, Caro, mea, verè, eſt,cibus.

Cur caro ſub altera ſpecie datur. Greg.Nyſſ.

F G H

Corporalis Chriſti carnis manducatio demonſtratur, comparatione cibi,malagmatis,vitis,membrorum,matrimonij,aliti,corporis meretricis, vnionis Patris cum Filio: vbi & de huius ſacramenti virtute. I

Matth.	Marc.	Luc.	Ioan. 6.
			Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo.

Introductio.

VT ERRANT facilè,qui in tenebris ambulant, ad lucem autem cæteri diriguntur:ita qui à Deo recedit, facilè in mortem ſe deiicit,qui autē Deo,etiam vitæ appropinquat. Hinc Pſaltes (Pſal. 72.)Qui elongant ſe à te,peribunt. Longè à peccatoribus ſalus. Et hinc tuta ſibi omnia Dauid exiſtimat, quia Deum ſecum eſſe confidit.Huius autem ſuæ confidentiæ argumentum ducebat ab illa menſa,quam parandam à Chriſto præuidebat in ſpiritu, quā ſcilicet ex Chriſti promiſſione & donatione cognouimus.Pſal.22.Nam etſi ambulauero in medio vmbræ mortis,inquit,non timebo mala,quoniam tu mecum es Domine.Virga tua & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt: paraſti menſam, &c. Vnde ſcilicet nobis maior ſecuritas,quàm quòd Chriſtus nobiſcum ſit,idem ipſe Deus & homo? Quàm quòd donauerit nobis corpus ſuum?Non eſt natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes, ſicut nobis adeſt Deus noſter: Cùm, vt meditatur Auguſtin.non modò Chriſtus ſua nos diuinitate illuſtret, ſed & nobis ſuum ipſius corpus dederit in cibum,& ſanguinem in potum?Sic,vt canit Eccleſia,nobis datus,

Securitas tuta Chriſto nobis præſente.

K

nobis

A nobis natus ex intacta Virgine,& in mundo conuerſatus ſparſo verbi ſemine, ſe tãdem nobis dedit in edulium. Sed & quid magis teſtatur Deum nobiſcũ eſſe, quàm quòd Chriſti carnem manducantes, cum ipſo manemus? Et olim quidem arca fuit Hebræis diuinæ præſentiæ & propitiationis argumentũ. Eapropter cum fiducia, demittentes arcam dicebant, Conuertere Domine: (Num. 11.) & illam eleuantes, clamabant: Reuertere Domine, ad multitudinem exercitus Iſraël. Sed & Paulus à propitiatione quæ expectabatur, arcam propitiatorium nuncupat. Quanto maius nobis & diuinæ præſentiæ & propitiationis argumentum in ſacroſancta Euchariſtia obtigit? Ideò aſſeruit carnem ſuam eſſe viuificam, illam verè cibum eſſe: & nunc adiicit, per illius eſum nos in eo manere, & ipſum manentem in nobis habere. *Qui manducat*, inquit, *carnem meam, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo*. Terminus B indefinitus *qui*, ſe hîc eodem modo habet, vt in ſuperiore ſententia. Definitur enim per ea quæ dixit, vt intelligatur de eo qui credit in filium, trahitur à patre, venit, & eſt docibilis Dei. *Qui* talis eſt, inquit, *& manducat carnem meam* realiter, *& bibit* realiter *meum ſanguinem*, quod euenit etiam ei qui ſub altera etiam ſpecie Chriſtum ipſum acceperit. Sicut enim nõ carnem modò ſub panis ſpecie, ſed ipſum Chriſtum totum & integrum, verum Deum & verum ſanguinem accipit, ſic & corpus manducare, & ipſius ſanguinem bibere dicitur. Effectus autem, ſeu fructus ille cõſequetur, quòd *in me manet, & ego in eo*. Nimirùm ipſe in ſumma monet non aliter nobis vitam contingere, quàm per vnionem cum illo. Nam quomodo extrema niſi per medium aliquod colligantur: tectum & fundamentum per parietem, hyems & æſtas per tem- C poris continuationem, præteritum & futurum per præſens, caput & pedes per corporis maſſam: Tolle media, & ſeparabis extrema. Ita tolle Chriſtum, & Deum ab homine ſeparabis. Statue Chriſtum, & hominem ei adiunge: ſic illum Deo coniungis. Extrema enim ſunt Deus & homo, æternum & mortale, creator & creatura. Epiphanius in Anchorato. Sic Chriſtus in medio vtrorũque Deus & homo exiſtẽs, non mutat naturam, ſed ſecundum vtraque ad ambo medius eſt. Nam quia homo ſe à Deo abduxerat, Chriſtus illũ Deo adiungere voluit. Epheſ. 2. Sic per ipſum habemus acceſſum ad Patrem. Ideò & humanam naturam ſibi coniunxit, vt nos ſua carne reficiens, ſuæ, id eſt, etiam paternæ diuinitati propinquiores redderet. Greg. Nyſſen. in Catech. maiore cap. 37. Nam cùm omnis caro etiam per humidum nutriatur (neque enim ſine humidi coniunctione, quod in nobis humidum eſt, in vita poteſt permanere) quemadmodum per ſolidum firmúmque cibum corporis ſolidi- D tatem confirmamus: ſic etiam humidum ex natura ſimili adaugemus. Quæ cùm in nobis eſt, à poteſtate alteratiua ſanguis efficitur, præſertim ſi per vinum eam accipiat vim, vt in calidum conuertatur. Quare cùm diuina illa caro partem etiam hanc ad ſuſtentandum acceperit, Deus autem qui nobis ſe patefecit, idcircò naturę mortali ſeipſum coniunxerit, vt eam coniunctione ſua diuinam redderet: ideò cunctis gratiæ diſpenſatione ſeipſum impertit per carnem, quæ ex vino & pane conſtituitur, fideliúmque corporibus coniungitur: vt ea coniunctione cum immortali, homo etiã immortalitatis particeps fiat. Errant autem Sacramentarij, dum putant noſtrã cum Chriſto vnionem tantùm eſſe per charitatem, & voluntatem: Vnde fit, vt ſolam ſpiritualem manducationem admittant, per quam ei ſpiritualiter vniamur: at verò nõ modò ſecundum voluntatem per dilectionem, ſed illi ſecundum naturam per man- E ducationem carnis eius coniungimur. Ideò Cyprianus ad corporum noſtrorum reformationem, Chriſti carnem in cœna nobis porrigi meditatur, his verbis: Et nos cùm caro eſſemus & ſanguis, corrupta infirma corporis animęque natura, reformari non poteramus, neque ad ſimilitudinem Dei reuerti, niſi morbo inueterato imponeretur malagma conueniens, & deſperatæ infirmitatis curatione contraria remouerentur contrariis, & ſimilia ſimilibus. Ita docet reformationẽ naturæ noſtræ, ſeu ipſius etiam corporis, per Chriſti carnem noſtræ impoſitam fieri: nimirùm vt tãdem ad Dei ſimilitudinem reuerteremur, & Deo magis appropinquaremus. Ita neceſſaria fuit noſtra cum Chriſto corporalis coniunctio, vt & corrupta noſtri corporis natura reformaretur. An non ſcilicet malagma vlceri admouetur vt illud ſanet? Si autem diſſitum fuerit ab vlcere, quomodo illud curabit? Sicut ergo malagma vlceri applicatur, & ægris membris coniungitur: ita docet Cyprianus oportuiſſe

Arcæ typus.

Vita per vnionem.

Epiphanius.

Greg. Nyſſ.

Probatio noſtræ corporalis cum Chriſto vnionis.
1. à comparatione cibi ad id quod nutritur.

Cypr. ſer. de cœna.

2. à comparatione malagmatis & vulneris.

Christum nostro corpori coniungi, vt & illud in pristinam innocentiam, immò & ad immortalitatem reformaretur. Hac igitur corporali Christi carnis coniunctione F
Cyril. Alex. fit, vt & anima & corpus nostrum ab æterna corruptione vindicetur. Cyrillus Alex. lib. 10. in Ioan. c. 13. Non poterat aliter corruptibilis hæc natura corporis ad incorruptibilitatem & vitam traduci, nisi naturalis vitæ corpus ei coniungeretur. Non credis mihi hæc dicenti? Christo fidem præbe. Amen, Amen, inquit, dico vobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Ita non satis est nos Christo per spiritum coniungi, sed & eius carnem nostræ carni coniungi per manducationem oportet, vt ad æternam vitam traducamur. Quid autem est, naturalis vitæ corpus naturæ nostri corruptibilis corporis per manducationem coniungi, vt scribit Cyrillus: nisi & vnionem nostram cum Christo naturalem esse, etiam in ratione corporis, idque nobis per huius mysterij manducationem præstari? Non negamus nos per charitatem vniri Christo voluntate: G
verùm hîc de perfectissima vnione loquitur, quæ nobis per suæ carnis manducationem confertur. In eam rem satis expressa sunt Cyrilli Alexandrini verba, lib. 10. in
Cyrill. Alex. Ioan. c. 13. Non negamus, inquit, recta nos fide & charitate sincera Christo supernaturaliter coniungi: sed nullam nobis coniunctionis rationem secundum carnem cũ illo esse, id profectò pernegamus, idque à diuinis scripturis omninò alienum dicimus. Quis enim dubitauit Christum etiam sic (per coniunctionem carnis) vitam es-
3. à vite & palmitibus. se, nos verò palmites, qui inde vitam acquirimus? (A simili argumẽtum desumitur, vt cùm Christus secundum carnem assumptam vitis sit, nos autem eius palmites, consequatur & nos ei vniri debere, sicut & palmes vnitur viti, vt fructum ferat. Est autem illa palmitum & vitis vnio naturalis & corporalis: sequitur ergo nostram H
quoque cum Christo vnionem & naturalem & corporalem esse debere.) Audi Pau-
4. ab vnitate panis, vnio nostra cum Christo. lum dicentem, inquit Cyrillus, quia omnes vnum corpus sumus in Christo. (1. Corinth. 10.) Quia etsi multi sumus, vnum tamen in eo sumus: omnes enim vno pane participamus. An fortassis putat (Arianus) ignotam nobis mysticæ benedictionis virtutem esse: quæ cùm in nobis fiat, nónne corporaliter quoque facit, communicatione carnis Christi, Christum in nobis inhabitare? (Nam cùm vnus sit panis, vna caro Christi, quam omnes sumunt, vnum quoque nos cum illo sumus. Vnitas panis seu carnis est secundum naturam, ita & nostra cum Christo vnitas erit. Adducit & Cyrillus aliud argumentum sumptum ex Pauli sentẽtia, 1. Cor. 6.) Cur enim, inquit, membra fidelium membra Christi sunt? Nescitis, inquit, quia membra vestra, mem-
Irenæus. bra sunt Christi? Irenæus ab vnitate membrorũ argumentum ducit, lib. 5. in hæres. I
Caro, inquit, sanguine & corpore Christi nutritur, & membrum eius (efficitur) quẽadmodum & Apostolus ait in ea quæ est ad Ephes. Epistola: Quoniam membra
5. ab vnitate membrorum. sumus corporis eius de carne eius & de ossibus eius: non de spirituali aliquo & inuisibili homine dicens hæc, Spiritus enim neque ossa, neque carnes habet: sed de ea dispositione quæ est secundum hominem, quæ ex carnibus, & neruis, & ossibus cõsistit, quæ de calice, qui est sanguis eius, nutritur, & de pane qui est corpus eius, augetur. Iam si hæc hominis dispositio, quæ ossibus & neruis constituitur, nutritur corpore & sanguine Domini: nónne corpus nostrum corpore Christi alitur? Et, si in ratione huius cõstitutionis seu corporis, efficimur os ex ossibus eius, & caro de carne eius: nónne nostra cum Christo vnio corporalis erit, idque nobis per illius carnis
Chrysost. manducationem continget? Chrysost. hom. 45. in Ioann. Necessariò, inquit, dicendum quàm admiranda mysteria, & cur data sint, & quænam eorum vtilitas. Vnum K
corpus sumus, & membra ex carne & ossibus eius. Vt autem non solùm per dilectionem, sed reipsa in illam carnem conuertamur, per cibum id efficitur, quem nobis largitus est. Cùm enim suum amorem indicare vellet, per corpus suum se nobis commiscuit, & in vnum nobiscum redegit, vt corpus cum capite vniretur. Pro-
6. à mysterio matrimonij. bant & antiqui Patres vnionem hanc nostram cum Christo naturalem & corporalem ex mysterio matrimonij, quod quidem magnum est in Christo, & in Ecclesia, vt scribit Paulus. Siquidem per sacramenti benedictionem, copula interueniente ad prolem, iam non duo, sed vna caro, vt Christus testatus est, (Marc. 10.) Quod quidem & ille colligit ex adhæsione viri ad vxorem, cùm scriptum sit, (Gen. 3.) Dixit Adam, Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Hæc vocabitur virago,

quo-

A quoniam de viro ſumpta eſt. Quamobrem relinquet homo patrem & matrem ſuã, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Chriſtus infert: Itaque iam non duo, ſed vna caro. Hæc illatio pẽdet, nõ ab eo quòd mulier de viro ſumpta eſt, cuius Chriſtus nõ meminit: ſed ab eo quòd vir adhæſerit vxori. Sicut ergo per adhæſionem coniugalem iam non duo, ſed vna caro fiunt, ita per manducationẽ corporalẽ & realem ſacroſancti Chriſti corporis efficimur iam non duo, ſed vna caro. Auguſt. lib. 2. cap. 9. in aduerſarium legis & Prophetarum, hanc comparationem confirmat, reiiciens quod obiici poſſet, de pudenda adhæſione viri ad vxorem. An & contra Apoſtolum propoſiturus eſt (aduerſarius legis & Prophetarum) cathedram peſtilentiæ, inquit, & diſputaturus de qualitate figurarũ, atque dicturus, non eum debuiſſe figuras rerum honeſtarum de rebus turpibus ducere? Vt quod ſcriptum eſt de maſculo Augustin.

B & fœmina, Erunt duo in carne vna: quibus additur, Sacramentum hoc magnum eſt, dico in Chriſto & in Eccleſia. Itáne verò vbi eſſent cognoſcenda tantæ rei ſacramenta, id eſt ſacra ſigna, & in re pudenda, atque in iis verbis, quibus verecundia debetur, cognoſci non debuiſſe, nec dici, homo iſte ſciebat? Et beatus Apoſtolus neſciebat? Eat planè iſte retrò cum ſuis ſimilibus, qui dixerunt: Durus eſt hic ſermo, quis eum poteſt audire? Nos autem audiamus, & intelligamus duos in carne vna, Chriſtum & Eccleſiam: & ſicut mediatorem Dei & hominum, hominem Chriſtũ Ieſum carnem ſuam nobis manducandam, bibendúmque ſanguinem dantem fideli corde atque ore ſuſcipiamus. His verbis Auguſt. agnoſcit nos vnam cũ Chriſto carnem effici, ſi fideli corde & ore (quod corporis eſt) Chriſti carnem mãducemus. Ea-

C propter etiam Paulus huius vnionis noſtræ argumentum ſumit à cibo quem ipſe dicit, inſerens: Nemo carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit & fouet eam, ſicut Chriſtus Eccleſiam. Vbi primò fatemur ex comparatione coniugij, nos carnem Chriſti eſſe, & ideò illum nos nutrire: immò & ideò nutriri, vt & caro eius efficiamur. Irenæus lib. 5. in hæreſ. huius etiam vnionis argumentum ſumit, ex Pauli contextu, 1. Cor. 6. Tollens ergo membra Chriſti, membra faciam meretricis. Non de alio, inquit, quodam homine ſpirituali dicit hæc: non enim ille complectitur meretricem: ſed corpus noſtrum, id eſt caro, quæ cum ſanctimonia perſeuerat & munditia, membra dixit eſſe Chriſti: quando autem complectitur meretricem, membra effici meretricis. Quid manifeſtius eſt hac membrorum corporalium ratione, vt non poſſint ad ſpiritualem aliquam intelligentiam diuelli? Hilarius ex iſta noſtra corporali & naturali cum Chriſto vnione, quam per carnis eius manducationem conſequimur, ve-

D lut ſententia iam iudicata, & ne ab Arianis quidem aut cæteris hæreticis in quæſtionem verſa, concludit Filij in Patre vnionem naturalem. Vnde fit vt è cõuerſo cõcludat Sacramentarios Arianizare: cùm ducta ſimilitudine, non minus negaturi ſint Patris & Filij naturalem vnionem, quàm negant per Euchariſtiæ Sacramentum nos vnum cum Chriſto naturaliter eſſe. Et ſanè Caluinus in Arij dogma deſcendit, cùm hanc Chriſti ſententiam, Ego & Pater vnum ſumus, de ſola voluntatis vnione interpretatur. Verùm optimum doctorem Hilarium audiamus. Hic lib. 8. contra Arianos ita habet. Eos nunc, qui inter Patrem & Filium voluntatis ingerunt vnitatem, interrogo, Vtrúmne per naturæ veritatem hodie Chriſtus in nobis, an per concordiam voluntatis. Si enim verè Verbum caro factum eſt, & nos verè Verbum carnem cibo dominico ſumimus, quomodo non naturaliter manere in nobis exiſtimandus eſt, qui & naturam carnis noſtræ, iam inſeparabilem ſibi, homo na-

E tus aſſumpſit, & naturam carnis ſuæ, ad naturam æternitatis, ſub ſacramento nobis communicandæ carnis admiſcuit? Ita enim omnes vnum ſumus, quia in Chriſto Pater eſt, & Chriſtus in nobis. Quiſquis ergo naturaliter Patrem in Chriſto negabit, neget priùs non naturaliter vel ſe in Chriſto, vel Chriſtum ſibi ineſſe: quia in Chriſto Pater, & Chriſtus in nobis vnum in his eſſe nos faciunt. Si verè igitur carnem corporis Chriſtus aſſumpſit, & verè homo ille qui ex Maria natus fuit, Chriſtus eſt, nóſque verè ſub myſterio carnem corporis eius ſumimus, & per hoc vnum erimus, quia Pater in eo eſt, & ille in nobis: quomodo voluntatis vnitas aſſeritur, cùm naturalis per Sacramentum proprietas, perfectæ Sacramentum ſit vnitatis? Non eſt humano & ſæculi ſenſu in Dei rebus loquendum, neque per violentam atque impudentem prædicationem cœleſtium dictorum ſanitati alienæ atque

7. *A ratione noſtræ carnis quam alimus.* Irenæus.

8. *Ex ratione membrorum quæ à meretrice corrumpi poſſunt.* Hilarius.

9. *Ab vnione naturali Patris & Filij in diuinis.* Hilarius.

Sacramentrũ perfecta vnitatis.

impiæ intelligentiæ extorquenda peruersitas est. Quæ scripta sunt, legamus: quæ le- F
gerimus, intelligamus: & tunc perfectæ fidei officio fungemur. De naturali enim in
nobis Christi veritate, quæ dicimus, nisi ab eo discimus, stultè atque impiè dicimus.
Ipse enim ait, Caro mea verè est esca, & sanguis meus verè est potus. *Qui edit meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo.* De veritate carnis non est
relictus ambigendi locus: nunc enim & ipsius Domini professione, & fide nostra,
verè caro est, & verè sanguis est. Et hæc accepta atque hausta id efficiũt, vt & nos in
Christo, & Christus in nobis sit. An ne hoc veritas non est? Contingat planè his verũ
non esse, qui Christum Iesum verè Deum esse negant. Et ergo in nobis ipse per car-
nem, & sumus in eo: dum secum hoc quòd nos sumus, in Deo est. Quòd autem in
eo per sacramentum communicatæ carnis & sanguinis simus, ipse testatur, dicens: Et G
hic mundus me iam non videt, & vos videbitis me, quoniam ego viuo, & vos viue-
tis: quoniam ego in Patre, & vos in me, & ego in vobis. Si voluntatis tantùm vnita-
tem intelligi vellet, cur gradum quendam atque ordinem consummandæ vnitatis
exposuit, nisi vt cùm ille in Patre per naturam diuinitatis esset, nos contrà in eo per
corporalem eius natiuitatem, & ille rursum in nobis per sacramentorum inesse
mysterium crederetur, ac si perfecta per mediatorem vnitas doceretur: cùm nobis in
se manentibus, ipse maneret in Patre, & in Patre manens ipse *maneret in nobis*, & ita ad
vnitatem Patris proficeremus, cùm qui in eo naturaliter secundum natiuitatem in-
est, nos quoque in eo naturaliter inessemus, ipso in nobis naturaliter permanente?
Quòd autem in nobis sit naturalis hæc vnitas, ipse ita testatus est: *Qui edit carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo.* Hæc Hilarius. Quid autem a- H
pertiùs & dici & probari potest, ad demonstrandam naturalem nostrã cum Christo
vnionem, quam per veram carnis eius veræ manducationem consequimur? Quid
dilucidius ad ipsius carnis veritatem, cùm asserat, nullum hîc relictum esse dubitan-
di locum? Cyrillus Alex. lib. 11. in Ioan. cap. 26. Vt igitur inter nos & Deum Christus

Cyril. Alex.

Modus sapienter repertus, quo Deo vniremur.

singulos vniret, quamuis corpore simul & anima distemus, modum tamen adinue-
nit, consilio Patris & sapientiæ suæ congruentẽ. suo enim corpore credẽtes, per cõ-
munionẽ mysticam benedicens, & secũ & inter nos, vnũ corpus efficit. Quis enim
eos, qui vnius sancti corporis vnione in vno Christo vniti sũt, ab hac naturali vnione
alienos putabit? Nam si omnes vnũ panem manducamus, vnũ omnes corpus effici-
mur. Diuidi enim atque seiũgi Christus nõ patitur. Idcircò etiam Ecclesia corpus
Christi facta est, & nos singuli mẽbra Christi, secundũ Paulũ: (Eph. 5.) Vni enim Chri- I
sto per corpus eius coniuncti, quoniam in nobis illum, qui est inuisibilis, accepimus,
ipsi potius quàm nobis, mẽbra nostra accõmodantur. Quòd Ecclesia corpus à sin-
gulis hominibus tanquam mẽbris compositũ, saluator verò caput sit, (Ephes. 4.) Pau-
lus ostendit, dicens: Vt iam non simus paruuli fluctuantes, nec circumferamur omni
vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circumuentionẽ erroris: Verita-
tem autẽ sequẽtes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus,
ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam submini-
strationis, secundum operationem in mensuram vniuscuiusque membri, augmentũ
corporis facit in ædificationem sui in charitate. Quòd autem corporalis hæc vnio
ad Christũ participatione carnis eius acquiritur, ipse rursus Paulus de mysterio pie-

Corporalis vnio cum Christo per carnis eius manducationem.

tatis differens, testatur. (Ephes. 3.) Quod aliis, inquit, generationibus est agnitum fi- K
liis hominum, sicut nunc reuelatum est sanctis Apostolis eius, & Prophetis in spiri-
tu, esse Gentes cohæredes & concorporales & comparticipes promissionis in Chri-
sto. Si autem omnes inter nos in Christo vnum sumus corpus, nec inter nos solùm,
verùm etiam cum eo, qui per carnem suam ad nos transiuit, quomodo vniuersi &
inter nos & in Christo vnum non erimus! Christus enim est huius vnionis vinculũ,
qui Deus simul & homo est. His verbis Cyrillus non simpliciter naturalem, sed &
corporalem nostram cum Christo vnionem concludit. Hanc operatur & efficit in

Quæ sit huius vnitatis virtus.

nobis Christi carnis manducatio. Quòd si quis requirat, quæ sit huius vnitatis virtus
& efficacia: Respondemus per illa, reliqua etiam bona quæ in Christo sunt, nobis cũ-
municari. Tertullian. Apolog. c. 39. Qui, inquit, anima miscentur, nihil de rei com-
municatione dubitant. Sicut ergo in matrimonio mutua est corporum donatio, &
communicatio omnium bonorum inter virum & vxorem: ita & in hoc Sacramento

Tertul. 1. 2.

Christus

A Christus nobis dat corpus suum, vt & nos vnum in eo simus, & de plenitudine bonorum eius abundemus. Ideò & olim primitiua Ecclesia huius cõmunicationis typum prætulit, cùm in ea essent fidelibus omnia communia, & nemo aliquid suum esse diceret. Ita nos inuicẽ hæc vnio tanquam membra membris connectit. An non scilicet rami in arbore per radicem & truncum connectuntur? Hæc communio nostra adinuicem, ex ea pendet quam cum Christo habemus: de qua Paulus 1. Cor. 10. scribit. Calix benedictionis cui benedicimus, ἡ κοινωνία τοῦ αἵματος τοῦ χριστοῦ ἐστί, nónne communicatio sanguinis Christi est? Et panis quem frangimus, nónne participatio corporis Christi est? Ex ea enim naturali & corporali nostra cum Christo communicatione, quam per carnem eius consequimur, redundat & illa nobiscum communicatio, quam statim concludit: Quoniam vnus panis & vnũ corpus multi sumus, omnes qui de vno pane, & de vno calice participamus. Hinc nobis gra- 3.

B tiarum dona suppetunt, vt iusti & puri simus. Damasc. lib. 4. c. 16. de fide Orthod. Si enim quæ igne mediante aurum attingunt, ipsam auri naturam imbibisse videntur, etsi prius ex sua natura ferrum fuerint: quanto magis si Christi corpus mãducauerimus, ipsi vniemur (& terrestrẽ peccati naturã exuemus?) Rom. 8. Nihil condemnationis est his qui sunt in Christo Iesu. 1. Cor. 1. Qui habet filium, habet vitã: qui non habet filium, non habet vitam. 1. Cor. 3. Omnia vestra sunt, vos Christi, Christus Dei. 2. Cor. vlt. An non cognoscitis vosmetipsos, quòd Iesus Christus in vobis est? Et Ioannes: In hoc scimus quòd manet in nobis, in spiritu suo, quem dedit nobis. (1. Ioan. 3.) Quanta verò nostra dignitas hæc, quòd per Christi corporis manducationẽ vnum cum illo efficiamur? Abraham se puluerem dicit, nec audet loqui: nos autẽ non An- 4. Damascenus. *Quanta dignitas.*

C gelis modò, sed ipsi Verbo Deo coniungimur, per carnẽ eius. Magna igitur vtilitas, magnus huius sacramenti effectus. Hoc est manducare (ad effectum & salutem, sicut dici consueuit, hoc esse ad sanationem verè medicum poculũ bibere, id cõsequi propter quod & idem sumitur) hoc, inquam, est Christum manducare (inquit Aug. tract. 26. in Ioan.) manere in Christo, & ipsum manentem in se habere. Qui non manet in Christo, & in quo non manet Christus, nec manducat spiritualiter carnẽ eius, nec bibit eius sanguinem, licet carnaliter & visibiliter premat dentibus Sacramentum corporis eius. Effectus enim iste consequitur eos, qui cũ debita pietate & reuerẽtia Christi corpus sub Sacramento Eucharistiæ sumpserint. Idem paulò antè. Aliud est enim Sacramentum, aliud virtus Sacramenti. Quàm multi de altari accipiunt, & moriuntur, & accipiendo moriũtur? Vnde dicit Apostolus, 1. Cor. 11. Iudicium sibi manducat & bibit. Non enim buccella Dominica venenum fuit Iudæ, & Augustin. *Aliud Sacramentum, aliud eius virtus.*

D tamen accepit, & cùm accepit, in eum inimicus intrauit. Non quia malum accepit, sed quia bonum malè malus accepit. Videte ergo, Fratres, panem cœlestem spiritualiter manducate, innocentiam ad altare apportate. Arnobius in Ps. 74. Sicut ignis iustis proficit ad splendorem, ad vsturam infertur iniustis: fæx tamen calicis non est exinanita, vt bibant non pauci, sed omnes peccatores terræ: quòd vno eodémque poculo aliis salus, aliis interitus veniat etiam hodie, qui indignè gustauerint. Ambros. in cap. 10. ad Hebr. Quomodo quisquam conculcat filium Dei? Quando eo indignè participatur per Sacramentum, nónne grande peccatum committit? Nónne illum conculcat? Nónne illum contemnit? Hîc ergo ad effectum sacrosanctæ Christi carnis & sanguinis, superiora quæ Christus notauit, obseruanda sunt: nimirùm vt is, qui ad hoc Sacramentum accedit, trahatur à Patre, veniat & credat in Filium, sit docibilis Dei, & ipsum oto cordis affectu esuriat. Arnobius. Ambros.

E

Rursus probatur vera, realis, ipsius veræ carnis manducatio, argumento sumpto à vera vita, & vera eius causa, à vera incarnatione Christi, vero & corporali eius aduentu, quòdque absens cibus viuificare non possit.

Matth. Marc. | Luc. | Ioan. 6.

Sicut misit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem. Et qui manducat me, ipse viuet propter me.

Introductio.

EX ABVNDANTIA cordis os loquitur, vt in prouerbio est: sed ego dixerim ad ipsum cor actiones vitæ corporeæ, dixerim voluntatis fructus pertinere, vt asserit Christus, Matth. 15. Nunc verò cùm de æterna vita, eáque corporibus communicanda, ad fontem vitæ immortalis recurrimus, ad Christum ipsum. Ille enim se fontem testabatur, cùm diceret: Si quis sitit, veniat ad me. Et ad Samaritidem: Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Potest quidem anima nostra corpus nostrum viuificare, sed ad vitam transitoriam, & citò pereuntem. Potuit autem solus Christus idem vita æterna donare. Ipse etiam Adam in statu innocentiæ positus, vitam habebat ex anima viuente, non tamen ex spiritu viuificante, vt scribit Paulus, 1. Cor. 15. Ideò secundus homo Christus factus est in spiritum viuificantem, id est, idem ipse Deus verus fuit, idem carnem plenitudine diuinitatis impleuit, idem ipsam suo spiritu formauit in virgine, & viuificauit: vt eandem carnem manducantes, viuificaremur. Ideò, vt scribit Cyrillus libr. 4. in Ioan. cap. 17. Sicut si quis liquefactæ ceræ aliam ceram infuderit, alteram cum altera per totum commiscet: ita necesse est, si quis carnem & sanguinem Domini recipit, cum ipso ita coniungatur, vt Christus in ipso, & ipse in Christo inueniatur. Simile quodammodò apud Matthæum (cap. 13.) comperies, vbi regnum cœlorum fermento comparatur, quod acceptum abscondit mulier in farinæ satis tribus. Sicut enim parum fermenti totam massam fermentat, (1. Cor. 5.) sic paruula benedictio totum hominem in seipsum attrahit, & sua gratia replet, & hoc modo in nobis Christus manet, & nos in ipso. Gregorius Nyss. lib. Catech. maior. Ita totam massam sibi assimilat: nam si corpus illud, quod immortalitate Deus donauit, in nostrum subeat, totum id à se transformat & transmutat. Hinc vitam nanciscimur, per vnionem quam cum illo habemus. Alioquin nisi carnem diuinitate plenam manducassemus, vnde nobis vnio? vnde vita æterna? Quid Mosen in monte per dies quadraginta pauit, nisi visio diuina? Quid Heliam, vt quadraginta diebus & noctibus vsque ad montem Dei ambularet, nisi diuina virtus, pani ab Angelo porrecto ministrata? Scriptum est enim: Et ambulauit in fortitudine cibi illius vsque ad montem Dei. Quanto maior virtus Eucharistiæ inerit, per quam nobis totus Christus communicatur? Alioquin vnde vita æterna, quæ per Christi carnis manducationem repromittitur? An à mortuo? Num verò figura mortua est? Num panis? Quid inter pictum & verum magis est, quàm inter mortuum & verum? Hoc igitur vt Christus confirmet, vt vitæ nobis æternæ communicationẽ ostendat, tria confert, missionem, manducationem, & vitam, dicens: *Sicut misit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem: & qui manducat me, & ipse viuet propter me.* Quasi dicat, Verè & in propria persona missus sum à Patre. Verè ergo & vita Patri connaturali & consubstantiali viuo. Cùm autẽ id manifestum sit, consequitur etiam vt mecum vita naturali viuat, is qui manducat me. Vbi summum Eucharistiæ fructum tangit. Quid enim non propter vitam hanc cõparandam facimus? Quanto magis propter æternam? Quomodo verò missus est? Legimus Spiritum sanctum mitti à Patre & à Filio, Luc. 22. Mittam vobis spiritum. Ioan. 14. Spiritus quem mittet Pater. Legitur & mitti Filius. Ioan. 3. Filium dedit. Gal. 4. Misit Deus Filium. Cyrillus lib. 4. in Ioan. cap. 18. Cùm igitur missum se esse Filius dicit, tunc incarnatum se esse, & nihil præter hoc aliud denotat. Incarnatum autem Verbum Dei cùm dicimus, totum illum hominem assumpsisse intelligimus. Quemadmodum igitur, inquit, homo factus sum voluntate Patris, qui è naturali vita emanaui, & homo factus viuo, corpúsque meum vita repleui: non aliter, *qui carnem meam manducat, propter me viuet.* Mortalem enim carnem assumpsi. Sed quia naturaliter vita existens habito in ipsa, ideò totam ad vitam meam reformaui. Non enim sum victus interitu carnis, sed vt Deus omnem interitum & mortem ipse superaui. Venerat olim in typis & figuris, cùm præmitteret quædam suæ successuræ missionis argumenta. Prę-sagiebatur olim aduentus eius, sed in figuris: per illum, quem tres videns, Abraham adorauit. Præfigurabatur in aduentu Mosis ad eripiendum populum: In Ioseph, qui & apud Ægyptios saluator dictus est. Typum eius gessit Iosué, & Iesus sacerdos magnus

Quæ vita detur corpori nostro per animã, & quæ per ipsam Christi carnẽ.

Cyrill.

Greg. Nyss.

Caro Christi diuinitate plena.

Missio Filii vera, & Filii cum Patre vita vera, probat & veram illius carnem, & ipsam verè manducari.

Cyrill. Alex.

Quid & qualis missio filii.

A magnus filius Iotſedech. Mittebatur tum quidem, id eſt, mittendus præfigurabatur. Vidit Helias è monte Carmeli in nube quaſi veſtigium filij hominis: neque tamen interim propriè mittebatur filius. Cognouit ex ipſo veſtigio Helias illum venturum, vt obſeruat Ioannes Hieroſolymit. de inſtit. Monach. ad Capraſium Monachum: ideò & ſe ſuóſque illi deuouit. Cognouit & ſucceſſuram gratiam: ſed tamen nec illa, nec ipſa Chriſti incarnatio, niſi ſuo tempore ſucceſſit. Sicut ergo vera & realis Filij miſſio, id eſt incarnatio non extitit, niſi tempore ſuo: ita non ſemper, ſed ſuo tempore nobis caro illius manducanda, aut vita æterna donata eſt. Lex enim viuificare non poterat, ſed neque aliquis eorum, qui erant ſub lege, dempto vtique Chriſto, qui eapropter vitam æternam nobis cõmunicauit, quia *viuit propter Patrem*. De Ioanne Baptiſta dicitur, (Ioan. 1.) Non erat ille lux: & de eodem etiam intelligi-

B tur, quòd non erat ille hæc vita: Quia vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet. Et tamen inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta. Neque verò ita *propter Patrem* dici putes, quaſi Pater, ſicut & anima corpus, informet, aut q. vita aliundè ſumatur: ſed quia per æternam generationem à Patre hoc habet Filius, vt vita ſit. Aliud quidem animal, aliud vita quæ in ipſo eſt: ſed neque Filius Dei animal eſt, vt ipſe Pater illum animet. Sicut enim Pater habet vitam in ſemetipſo, ſic dedit & Filio vitam habere in ſemetipſo. (Ioan. 14. & 1. Ioan. 1.) Quod vidimus, quod audiuimus, quod manus noſtræ contrectauerunt de Verbo vitæ. Sicut enim lumen de lumine eſt, Deus de Deo, ita vita de vita eſt. Hilarius lib. 8. de Tri-

C nitate. Viuit ergo, inquit, per Patrem, & quomodo per Patrem viuit, eodem modo nos per carnem eius viuemus. Omnis enim comparatio ad intelligentiæ formam præſumitur: vt id de quo agitur, ſecundum propoſitum exemplum aſſequamur. Hæc verò vitæ noſtræ cauſa eſt, quòd in nobis carnalibus manentem per carnem Chriſtum habemus, victuris nobis per eum ea conditione, qua viuit ille per Patrem. Si ergo nos naturaliter ſecundum carnem per eum viuimus, id eſt, naturam ſuæ carnis adepti: quomodo non naturaliter ſecundum ſpiritum in ſe Patrẽ habeat, cùm viuat ipſe per Patrem? Cyrillus lib. 4. in Ioan. c. 18. docet & eandem vitã eſſe in Filio, immò eſſe Filiũ, qualis eſt & Pater & in Patre. Ego enim, inquit, in Patre, & Pa-

D ter in me eſt. Nam ſi Pater ſecundum naturam Pater eſt, vita etiã ſecundum naturã Filius eſt. Quomodo ſeipſum vitã appellat? An tibi quoque licebit dicere, Ego ſum vita? Quòd ſi non licebit, ſicuti certè creaturæ non licet: Filius certè, qui hoc de ſe verè dicit, nouit ſe vitam naturaliter eſſe: aliter quomodo erit character hypoſtaſeos genitoris? Quomodo imago, figura, & ſimilitudo exquiſita? Quomodo non rectè dicebat Philippus, Oſtende nobis Patrem, & ſufficit nobis? Poterit enim vt dicunt Ariani, aliquis vidiſſe Filium, qui Patrem non viderit. Quomodo igitur ipſe dicit, *Viuo propter Patrem*, nolite cogitare ideò ipſum viuere, quia à Patre vitam recipiat: ſed quoniam naturaliter ex viuo Patre natus eſt: Vt ſi quidam diceret rationalem ſe hominem eſſe, quia ex rationali natus eſt. Sic & vnigenitus Dei filius, Viuo, inquit, propter Patrem. Nam quoniam vita ſecundum naturam genitor meus eſt, & quia naturaliter eius filius ſum: hanc naturæ ſuæ proprietatem, id eſt, vitam, naturaliter mecũ habeo. Chryſoſt. hom. 46. in Ioan. Si qui manducat carnem meam, in me manet, & ego viuo: conſequitur quòd & is qui me ſumit, vinus ſit. Inde, inquit, ſicut miſit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem. Hæc comparatio eſt & ſimilitudo: hoc eſt, Viuo ego & Pater. Et ne ingenitum arbitrareris, addidit, *propter Patrem*,

E non quòd operationis alicuius ad vitam neceſſitatem habeat. Theophilactus in Ioan. Igitur quemadmodum, inquit, viuo propter Patrem, hoc eſt, ſicut natus ſum ex Patre, qui eſt vita: ita & *qui manducat me, viuet propter me*, dum quodammodò miſcetur, & tranſelementatur in me, qui viuificare poſſum. Eadem verba habet Euthymius in Ioan. Adiicit autem Theophilactus: Quando autem audis, *Ego viuo*, ne exiſtimes eum iuxta participationem vitæ viuere: alioqui animal diceretur Deus, quod non eſt. Neque enim Deus animal nominatur, neque creatura quædam vita vocabitur. Albert. in Ioann. *Sicut* enim *miſit me* ad mundum viuificandum & ſaluandum (incarnatus ſum Patris voluntate, qui eſt) *viuens Pater*, vt in me omnis vitæ cauſa per ipſum ſit (1. Timoth. vlt.) qui ſolus habet immortalitatem. Apoc. 4. Cui dabant animalia gloriam & honorem, ſedenti ſuper thronum, viuenti in ſecula ſeculorum.

Aliter venit Chriſtus ſub lege, aliter tẽpore gratiæ. Ioan. Hier.

Quid ſignificet hîc dictio Propter.

Hilarius.

Cyrillus.

Vera noſtræ veræ vitæ cauſa.

Chryſoſt.

Theophilact.

Euthymius.

Albertus.

Sic *& ego viuo propter Patrem*, quia ab ipso (per æternam generationem) habeo diuinitatem, quæ est vitæ principium: quia Præpositio *Propter* notat hîc principium, quale est in habitudine causæ efficientis, vel quasi efficientis, & non in habitudine causæ finalis. Apoc. 1. Ego sum primus & nouissimus, viuens & fui mortuus. Et ecce sum viuens in secula seculorum, & habeo claues mortis & inferni. *Et qui manducat me, & ipse viuet propter me.* Omnia hîc realia sint necesse est, cùm simul comparentur. *Sicut & Sicut.* Sicut vera est missio per incarnationem, & sicut Pater viuus est, qui me incarnari voluit, ita viuo propter eum: hæc omnia verè & realiter ita se habent, vt vno subuerso cætera quoque subuerti necesse sit. Si filius non verè viuit propter Patrem, ita neque verè incarnatus est. Similiter se habet coniuncta isthæc, *Et qui manducat me, ipse viuet propter me.* Realis est & vera incarnatio, realis & vera vita, quam Filius habet à Patre: Igitur & realis est ipsius manducatio, & realis vita quam per ipsum habemus. Si quis enim negauerit nos verè & realiter ipsius carnem sumere, negabit quoque nos verè in ipso, & verè illum propter Patrem viuere. Cùm autem verè propter Patrem viuat, necessariò consequitur, vt & nos verè & realiter eius carnem manducemus, & vita eius perfruamur. Videte igitur in quæ absurda suos deducant ij, qui realem Christi carnis manducationem negant. Nam ex ipsis expressis Christi verbis colligitur, quòd in Arianorum hæresim delabantur, immò in Ebionitarum, & Marcionitarum. Cùm enim illa coniuncta sint, *vita Filij* à Patre, *incarnatio* Filij, carnis eius *manducatio*, & *vita æterna* quam ab illo participamus: consequitur vt qui Christi carnis realem manducationem negant, negent Filium Patri consubstantialem & coæternum, negent illum verè incarnatum, negent & vitam æternam. Hinc scilicet, ex reali manducatione Christi carnis olim Patres, vt in superioribus ostendimus, quasi ex re indubia & connexa, concludebant Filium Patri consubstantialem, eundem verè incarnatum, nobísque vitam æternam in eo & per illum esse repositam. Tertullianus contra Marcionem, probat Christum verè incarnatum & passum, quia dixit in cœna, non Hoc panis est, sed, Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Irenæus lib. 5. contra Valentinianos, probat vitam æternam & resurrectionem corporibus competere, ex eo quòd viuunt & augentur Christi carne in sacra Eucharistia. Hilarius demonstrat Filium Patri connaturalem, ex eo quòd Filio connaturales per carnis eius manducationem efficimur. Ita, vt audiuimus, Ecclesiæ præstãtissimi & antiquissimi doctores ex hac Christi carnis realis reali & vera manducatione, vt certissima & indubia, confirmabant præcipuos nostræ fidei articulos. Num igitur illos subuertent, qui contra verissimam Christi carnis in cœna præsentiam nitentur? Erunt Ariani, Marcionitæ, Gnostici, Valentiniani: dixerim liberiùs, erunt Athei. Ignatius Epist. ad Ephesios. Festinate igitur frequenter accedere ad Eucharistiam, & gloriam Dei. Frangite panem, qui est medicamentum immortalitatis, antidotum non moriendi, sed viuendi per Iesum Christum in Deo. Et quem quæso locum habebit hæc Christi carnis in cœlo alligatio, quam sibi Sacramentarij fingunt, adinstar Simij trunco cuidam obuincti: nisi ad omnem spem nostram tollendam? Nam cùm nobis per realem eius carnis manducationem vitam contingere necesse sit, cùm illum à nobis tam lõgè ablegent, quomodo hoc cibo viuere poterimus? Quomodo Christi corpus toto cœlo distans à corpore nostro, illud viuificare poterit? Respondebunt id fieri virtute illius. Verùm licebit & illos vnica ratiocinatione in angustias deducere. Non negabunt maiorem virtutem fuisse animæ Christi, vt corpus suum viuificaret: quàm sit corporis eius, vt nos viuificet, & sibi vniat. Naturaliter enim anima suum corpus vt forma viuificat: quòd autem corpus Christi nos viuificat, id ex liberalitate & gratuita donatione ipsius est. At verò anima Christi quamdiu absens fuit à suo corpore, per triduum à morte eius, non viuificauit suum corpus, ea scilicet ratione qua erat absens: Ergo si corpus Christi absens sit à corpore nostro, illud minimè viuificabit. Verùm video quid illi fortè respondsuri sunt. Corpora quidem nostra in terra esse, & Christi corpus in cœlo: sed fidem efficere, vt illo pascamur & viuamus. Ego verò rursum requiram, Num maior fuerit in Christo corporis & eius animæ colligatio per diuinam hypostasin, quàm corporum nostrorum sit cum Christi corpore per fidem nostram? Nemo tam hebes, & ignarus, immò stupidus, negauerit

Realia sunt hîc omnia.

Realis & vera incarnatio probat realẽ & verã veræ carnis mãducationem.

Absurda in quæ delabũtur Sacramentarii.

Tertullian.

Irenæus.

Hilarius.

Ex certissima veræ carnis mãducatione, olim Patres in hæreses dissilebant.

Ignatius.

Argumentũ à minori ad maius, quòd Christi caro absens non viuificet.

F

G

H

I

K

ea

A ea quæ hypoſtaticè vniuntur, magis vniri, quàm quæ per fidem, aut voluntatem. Quid enim vnitate perſonali maius eſt? Quid magis vnum? Erant autem & anima & corpus Chriſti vnita per hypoſtaſin diuinam in Chriſto. Adde quòd hypoſtaſis diuina infinitam vim habet. Itaque cùm maioris fuerit virtutis hypoſtaſis Chriſti ad vniendam animam corpori, quàm ſit fidei ad vniẽdum nos Chriſto: requiro rurſus, an non & ipſa duo à ſe inuicem diſiuncta in triduo poſt mortem, ſemper manerent in hypoſtaſi diuina? Hoc ſanè nemo negauerit. Siquidem quod Chriſtus aſſumpſit, numquã dimiſit. Aſſumpſit humanam naturam in hypoſtaſi diuina: ergo numquam eam dimiſit. Ita efficitur, vt quamuis anima per mortem à corpore ſeiuncta eſſet, non ſeiungeretur tamen à diuinitate, non ab illa diuina hypoſtaſi. Ita & anima & ipſum Chriſti corpus in illo triduo erant in diuino ſuppoſito. Et tamen licet cor-

Maior vis vnionis perſonalis, quàm eius quæ fit per gratiam.

B pus colligari videretur animę mediante diuina hypoſtaſi, non potuit tamen ab anima viuificari, quandiu illa diſtabat loco: quomodo ergo nobis perſuadere poterunt, quòd Chriſti corpus illos viuificet, quamdiu toto cœlo à nobis & noſtris corporibus diſtabit, etiamſi Chriſto mediante fide quodãmodò connectamur? Hîc velim mihi Sacramentarij aliquid reſpondeant, aut ſanè plura ſibi ſuæque apprehenſioni tribuant, quàm diuinæ hypoſtaſi Chriſti. Sicut ergo corpus Chriſti non viuificabatur ab anima, quamdiu vtrumque loco diſtabat, etſi vtrumque mediante diuina hypoſtaſi colligaretur, ſed animam corpori vniri oportuit per reſurrectionem, vt ipſum viuificaret: ita neque corpus noſtrum, neque nos viuificabimur à Chriſti carne, ſiquidem illa diſtet à nobis toto cœlo, etſi ille & nos mediante fide coniungamur: ſed carnem carni noſtræ per manducationem coniungi neceſſe eſt, vt ipſam viuificet. In

Argumẽtum ab impoſſibili.

C ſumma, qui credit *vitam æternam*, non modò fatetur illam animabus, ſed & corporibus communicari. Communicatur autẽ corporibus, vt in ſuperioribus dictum eſt, per manducationem ſacroſancti Chriſti Ieſu corporis. Nec quem moueat, quòd interim corpora noſtra moriuntur morte tranſitoria, quoniam illis tandem immanet vis illius vitæ, quæ apparitura eſt tempore ſuo. Irenæus lib. 5. in hæreſes. Nam quemadmodum, inquit, lignum vitis depoſitum in terra ſuo fructificat tempore, & granum tritici decidens in terram, & diſſolutum multiplex ſurgit, per ſpiritum Dei qui continet omnia, quæ deinde per ſapientiam in vſum hominibus veniunt: ſic & corpora ex carne & ſanguine Chriſti nutrita, & repoſita in terram, & reſoluta in eam, reſurgent in ſuo tempore, Verbo Dei reſurrectionem eis donante in gloriam Patris.

Vita æterna etiam corporibus communicatur.

D

Quàm appetenda ſit vita æterna, qui panis è cœlo deſcenderit: collatio figuræ Man cum veritate Chriſti carnis.

Matth.	Marc.	Luc.	Ioan. 6.
			Hic eſt panis qui de cœlo deſcendit. Non ſicut manducauerunt patres veſtri Manna: & mortui ſunt. Qui mãducat hunc panẽ, viuet in æternũ.

E OMNIA ſuum eſſe appetunt, ita & homo viuere. Porrò vita alia tranſitoria eſt, nobis cum brutis animãtibus communis, alia æterna. Neque veram vitam exiſtimamus hanc caducam, quæ tot curis & calamitatibus obnoxia eſt. Vnde factum vt permulti illam luxerint, alij tædio affecti ſibi manus conſciuerint. Æternã autem vitam nullus quidem eorum auerſatus eſt, qui animam immortalem eſſe crediderunt. Quin potius quaſi hinc è naufragio ad ſecurum portum emigraturi, fœliciſſimum mori duxerunt, vt vitam miſeram cum æterna & fœliciſſima commutarent. Interim tamen quanti fit huius mundi vita? Iob. 1. Pellem pro pelle, & omne quod habet homo, dabit pro anima ſua. Quot & quanta? Et ſit cinis? Quot reditus, domos, poſſeſſiones, veſtes, lectulos, quantam ſupellectilem, ciborum, veſtimentorum, poculentorum, pharmacorum copiam? Quot vigilias, milites, machinas, lictores, vt aduerſaria huius vitæ propellantur? Quot arma, quanta mœnia, munimenta, arces, exercitus? Et tamen nec ipſi diuites, nobiles, principes, aut etiam reges à morte liberantur? Quanti compararent cibum, qui eos immortales redderet? Quanti vitæ immortalis poculum? At verò non opus eſt

Introductio.

Quanti faciamus vitã hanc tranſitoriam.

teCherubin cum versatili gladio timere, nõ vim inferre terrestri illi paradiso, in quo F
homo positus est, vt fructum vitæ accipias. En tibi Christus & fons, & cibus & po-
Quanti cibũ, quis nos à morte præseruaret. tus vitæ. Augustin. lib. 19. contra Faustum, cap. 31. docet æternam quidem vitam re-
promitti veteri Testamento, sed non nisi nouo communicari, quo simul impletæ
Augustinus. sunt & promissiones patribus factæ. Lex enim vetus typos, noua verò typorum no-
bis veritatem exhibet. Vt autem nemo, quanta sit Dei maiestas & virtus, animo cõ-
plectitur, ita nemo donationes eius quæ nouum Testamentum commendant, ex-
plicare potest: nemo ad huius vitæ, quam nobiscum pepigit, magnitudinem pertin-
gere. Hanc vitam attulit ille in carne sua quasi lumen in testa, ad illius instar, quæ
(Luc. 15.) lucernam accendit, vt perditam dragmam inueniret: quam neque modio
suppositi, cùm testam humanæ naturæ flamma suæ diuinitatis impleuit. Vniebatur G
flamma testæ, sed multò magis diuinitas humanæ naturæ, vt & nos Christo per mã-
ducationem carnis eius coniuncti, eandem vitam hauriamus. Ideò scilicet ait: *Hic*
Conclusio. *est panis qui de cœlo descendit.* Thomas Aquinas Lectio. 7. in Ioann. capite sexto, ponit
duas conclusiones, de quibus litigabant Iudæi. Primò, de origine spiritualis cibi: se-
cundò, de eius virtute. De origine quidem, quia Iudæi turbati erant, cùm dixisset:
Ego sum panis viuus. Hoc autem concludit, dicens, Viuo ego propter patrem. *Hic*
Quid è cœlo descendere. *est panis qui de cœlo descendit.* Nam descendere de cœlo, est de cœlo originem habere.
Hoc autem de Christo intelligitur, vel inquantum Dei filius est, & viuit propter Pa-
trem: descendit enim de cœlo, id est, de vita paterna. Vel de Christo dicitur, in quã-
tum homo: non quia corpus illud, quod assumpsit, è cœlo sit allatum, vt dixit Apol-
linaris: aut per virginem tanquam per canalem transierit, nihil autem ab ea acce- H
perit, vt Valentiniani commentabantur: sed quia virtus formatiua corporis Christi,
de cœlo fuit. Vnde & hoc de incarnatione Christi intelligitur, quam Spiritus sanctus
operatus est. Lucæ secundo: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi o-
Augusti. bumbrabit tibi. Augustinus libro de Essentia diuina: *Descendit*, quando nouum in
Albertus. creatura humana, quod non antè fuerat, operatus est. De quo Psalm. 17. Inclinauit
cœlos, & descendit. Albertus in Ioann.: *Hic* ergo *panis* viuificus, *de cœlo descendit* per
carnis assumptionem visibilis apparens: factus est panis hominum, qui priùs fuit pa-
nis Angelorum. Et hunc quidem sensum Chrysostomus & Cyrillus Alexandrinus
sequuntur. Nam cùm superiùs dixerit, panem esse suam carnem, & nunc dicat, hunc
panem descendisse de cœlo: manifestum est intelligi quòd & caro eius descenderit
de cœlo. Quòd si quis obiiciat, illam assumptã esse ex virgine, cùm dixerit Angelus, I
Quomodo caro è cœlo descendit, & tamen de Virgine sumpta est. *Nascetur ex te*: Et rursus, *Concipies in vtero*: Respondemus, carnem Christi verè vtique
assumptã esse ex virgine, sed virtutẽ formatiuam diuinam fuisse: vnde & descẽdisse de
cœlo dicitur, quia corpus illud nõ est formatũ à terrestri virtute, scilicet à viro. Rur-
sus si quis obiiciat, modũ hunc descensionis esse impropriũ: Respõdemus, & impro-
priè etiã dici de Dei filio, in quantũ Deus, quòd descenderit de cœlo, cùm impleret
omnia, nec cœlum reliquerit, carnem assumens in virgine, nec in terram venisse pro-
priè dicatur, quam nõ priùs sua repleret maiestate. Descendere igitur & de diuinita-
te, & de humanitate Christi, impropriè dicitur, si vtriusque originem requiras: cùm
& Deus localis non sit, & humanum corpus è Maria virgine sumptum sit. Vnde
Regula. quoties hic loquendi modus occurrit, ad subiectam materiam referendus est, vt in-
ter hæc proposita, quæ omninò de Christi carne intelliguntur, vnum altero explice-
tur. Quære ergo quis hic panis sit, de quo Christus differit, & inuenies quomodo K
Augusti. in Psal. 98. descendisse dicatur. Panem carnem suam esse dixit: ergo & de illa descensionis mo-
dus ad eiusdem formationem intelligitur. Hoc enim tabernaculum Christi carnis
fixit Deus, & non homo, vt scribit Paulus ad Hebræos. Cæterùm hîc vides, quàm
Panis est, & tamen caro est. impiè abutantur Sacramentarij nomine panis. Panis vocatur hoc sacramentum,
aiunt: ergo non est corpus Christi. Lanfrancus in Berengarium: Atqui res vocantur,
Lanfrancus. aut ex quibus fiunt: sic homo vocatur terra, quia ex terra factus est: Aut quæ esse pu-
tantur, vt tres Angeli qui Abrahæ visi sunt, viri dicuntur: & mater Gedeonis, Vir, in-
quit, Dei venit ad me: cùm esset Angelus Domini, sed in viri specie apparens. Aut
nomen sortiuntur ab iis rebus, quibus similes exiſtunt: vt Christus maledictum vo-
catur, dicitur & leprosus, & percussus, & humiliatus à Deo. Quinetiam ob quasdam
similitudines, agnus, lignum, petra, ostium nuncupatur. Nec proinde sequitur vt

brutum

A brutum animal sit, aut mutus lapis, aut insensibilis arbos. Aut negandus est esse verus Deus & homo, quia his rebus confertur. Nec qui in specie virorum apparent, quia viri nuncupantur, Angeli esse negantur. Ita non negatur veritas carnis Christi, ex eo quòd ipsa carnis nomine intelligitur. Hier. 18. Aiunt aduersarij Christi, Mittamus lignum in panem eius: id est, crucem in carnem eius, seu crucifigamus corpus eius. Hoc enim significant hæc verba, vt contra Iudæos docet Tertullianus. Sic panis nomine suam carnem intelligebat. Ad hunc loquendi modum accedit Sedulius lib. 5. cùm de Iudæ communicata Eucharistia loquitur: *Eluditur argumentum Sacramentariorum.* Tertul. Sedulius.

-Panem cui tradidit ipse
Qui panis tradendus erat.-

Sic & Augustinus explicat id Psaltis: Dederunt in escam meam fel, pro eo quod B dici poterat, Dederunt in corpus meum fel, quia corpus eius esca erat: sicut & dixit, Caro mea verè est cibus. Ambros. lib. 4. de Sacram. Panem nuncupat, quia talis esse videtur in specie panis, seu propter virtutem nutritiuam, vt similitudo sit panis communis cum carne Christi. Et idē, vt refertur de consecr. distinct. 2. cap. Omnia prætermittens. Panem istum illum, inquit, intelligo, qui manu Spiritus sancti formatus est in virgine, igne passionis decoctus in ara crucis. Panis Angelorum, panis caro eius est. Damascenus lib. 4. de fide Orth. cap. 14. Etsi quidam exemplaria corporis & sanguinis Domini panem & vinum vocauerunt, vt Deifer vocauit Basilius, non tamē post sanctificationem dixit, sed priusquàm sanctificaretur ipsa oblatio, ita vocabant. Quomodo enim panis communis *è cœlo descendit*? An sicut Man? Sed è C contra Christus panem istum Manna digniorem affert. Quomodo panis communis viuus esse dicitur? Siquidem in superioribus dixit Christus, *Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi.* Panis communis mortuus est, nec viuit. Quomodo vitam æternam conferre poterit? Augustin. lib. 3. de Trinit. cap. 10. Caro est, inquit, quam forma panis opertam, & sanguis, quem sub vini specie ac sapore potamus. Hæc caro non modò descendisse dicitur è cœlo, quia diuina virtute formata est in vtero virginis, sed & quia eadem virtute nobis sub specie panis adest, & datur. Damascen. lib. 4. de fide Orthod. cap. 14. Si enim interrogaueris, quomodo panis fit corpus Christi, & vinum & aqua sanguis Christi: Respondeo tibi & ego (sicut respondit Gabriel Angelus Virgini) Spiritus sanctus obumbrat, & hæc operatur super sermonem & intelligentiam, panis autem & vinum transsumuntur. Hinc fit vt Chrysost. hom. 16. in cap. 9. ad Heb. sanguinem Eucharistiæ spiritualem vocet, non modò quia modo spiritua- D li, id est, inuisibiliter datur, sed & quia à spiritusancto operatione est. Non enim, inquit, corporalis erat mundatio, sed spiritualis, & sanguis spiritualis. Quomodo hoc? Non ex corpore manauit? Ex corpore quidem, sed à spiritu sancto. Quod de sanguine, idem de corpore concluditur. Vtrumque à spiritusancto est in Eucharistia, & sic de cœlo descendisse dicitur. *Non sicut manducauerunt patres vestri Manna in deserto, & mortui sunt.* Cyrill. Alexandr. lib. 4. in Ioan. cap. 16. Distinguit rursus inter mysticam benedictionem & Manna: & aquarum fluenta ex lapide, & calicis sancti communicationem: ne magis miraculum Mannæ admirentur, sed ipsum potiùs suscipiant, qui cœlestis panis est, & æternæ vitæ largitor. Ita ostendit multum distare ea quæ dabit, ab his quæ patres in deserto manducauerant & biberant: ne fortè quis abutatur Pauli sententia, de eadem esca & eodem potu. Eadem quidem illis erat esca per E quadraginta annos, idem potus ex rupe, quandiu in loco rupi vicino consederunt: sed nobis nō eadem. *Quia non sicut manducauerunt patres* Iudæorum, *& mortui sunt.* Cōparat ergo Man corpori suo, vt figuram veritati, ita scilicet vt & figura veritati cedat. Ambros. libro de iis qui mysteriis initiantur, cap. 9. Potior est enim lux quàm vmbra, veritas quàm figura, corpus authoris quàm Manna. Cæterùm Man typum fuisse carnis Christi nemo ignorabit, qui vtrumque simul contulerit. Gregorius Nyssenus libro de vita Moseos. Illud enim, inquit, prætermittendum non est, quòd posteaquàm mare transierunt, posteaquàm amaritudo aquarum sitienti, virtute ligni in dulcedinem conuersa est, posteaquàm deliciosè apud fontes & palmas fuerunt, posteaquàm denique de lapide biberunt: tunc quæ ab Ægypto viatica sibi & cibos assumpserant, penitùs defecerunt: tunc omni nutrimento, quod ab Ægypto ferebāt, absumpto, desuper illis fluit cibus varius & multiplex. In quo & hoc Patres

Augustin. Ambrosius. *Panis communis nec viuus est, nec è cœlo descendit.* Augustin. Damascenus. *Quomodo panis fit corpus Christi.* Chrysost. Cyrill. Alex. *Distinguuntur figuræ à veritate.* Ambros. *Man quomodo figura fuit Christi corporis.* Greg. Nyss.

1. *Supernaturalis vterque panis.* Gregorius Nyssen.

obseruant, quòd supernaturali virtute & Man illis, & Christi caro nobis in Eucharistia porrigitur. Eleuauit virgam Moses, & Man de cœlo datum est. Quid ergo naturalem ordinem quæris in Christi corpore, cùm supernaturali ordine & virtute Man Israeli datum sit à Mose? Greg. Nyss. ibidem, comparationem hanc ita prosequitur. Cœlestis, inquit, cibus suscipiendus est, quem nulla nobis satio agriculturæ artibus produxit. Sed *panis* est absque semine, absque aratione, absque alio humano opere nobis paratus. Is desuper defluens in terris inuenitur. *Panis* enim *qui de cœlo descendit*, qui verus cibus est, qui ænigmaticè hac historia significatur, non incorporea quædam res est. Quo enim pacto res incorporea corporis cibus fiet? Res verò, quæ incorporea non est, corpus omninò est. Huius corporis panem non aratio, nõ satio, non agricolarum opus effecit: sed terra intacta permansit (virgo) & tamen pane plena fuit, quo famescentes mysterium virginis perdocti facilè saturantur. Chrysost. hom. 46. in Ioan. Et si possibile fuit vt quadraginta annos sine messibus & frumento, & aliis ad victũ necessariis viuerent: longè magis nunc cùm ad maiora venerint. Obseruat & Greg. Nyss. in vita Moseos, quòd Man in cuiusque gustum vertebatur: sicut legitur, Panem de cœlo præstitisti eis omne delectamentum in se habentem, & omnem saporem suauitatis. Simplex, inquit, visu atque vnicus. Qualiter varius? Ad singulorum cupiditates se vertens. Et quibusdã insertis, hoc Christi sacrosancto corpori applicat. Is igitur, inquit, mirabilis sine agricultura panis varietate qualitatis ad suscipientium habitudinem, virtutem suam commutat. Nam cùm sit panis, ignorat labefieri, sic in carnem verti, nouit olus imitari: quicquid denique assumenti conueniens & expetitum sit, vt Apostolus vult, qui hanc nobis mensam præparauit, in id commutatur. Sic enim diuinus ille vir perfectioribus solidum, & in carnis speciem hunc cibum fieri docet, infirmioribus olus, infantibus lac. Sed & omnibus Israëlitis eadem mensura Man colligebatur, & nos idem Christi corpus accipimus, si rem ipsam spectemus, licet non eadem omnes virtute & cum eodem effectu. Hieron. lib. 2. in Iouinia. Apponis mihi Gomer Mannæ, vnámque mensuram, & vestitum, & capillos, & calceamenta ex æquo fuisse Israelitarum, quasi non & nos Christi corpus æqualiter accipiamus. Vna est mysteriis sanctificatio domini & serui, nobilis & ignobilis: quamquam pro accipientium meritis diuersum fiat, quod vnum. Qui enim indignè manducauerit & biberit, reus erit violati corporis & sanguinis Christi. Numquid quia & Iudas de eodem poculo bibit, de quo & cæteri Apostoli: vnius erit cum reliquis meriti? Cæterùm Christus panem, id est carnem, à Man discernit, in ratione effectus: cùm iam rei maximam differentiam constituerit, eo quòd panis hic viuus est, quòd descendit de cœlo, quòd viuit propter Patrem. Cyrillus lib. 4. in Ioan. c. 19. Hic enim effectus profectò demonstrabit, de cœlo, id est ex Deo esse hunc panem. Decet enim æterna esse, quæ ab æterno donantur. Non enim panis erat ex Deo, quem maiores Iudæorum comederunt, & mortui sunt. Nam si de cœlo & ex Deo fuisset, liberasset à morte participantes: cntrà verò corpus Christi panis de cœlo est, quia æternam comedentibus vitam largitur. Magnum certè signum Deitatis in hoc corpore naturam habitare: quoniam illa hinc donantur, quę certam omnem naturam excedunt, atque ideò à rudioribus minus creduntur. Sed ditissima illa natura summas largitur diuitias, quas Paulus quoque admiratus, clamat, (1. Cor. 2.) Non vidit oculus, non audiuit auris, non ascenderunt in cor hominis, quæ Deus diligentibus se præparauit. Sed lex ista vt magna in paruis figurabat: (vmbram enim atque imaginem futurorum bonorum, non ipsã rerum veritatem habebat:) Ita in alimento Mannæ benedictio hęc Christi figurabatur, & futura denotabatur. August. tract. 26. in Ioan. De cœlo descendit & Manna: sed Manna vmbra erat, panis iste veritas est. Thomas Aquinas Lect. 6. in Ioan. c. 6. ex Aug. tract. 26. in Ioan. hęc habet. Quæritur, de qua morte hîc Christus loquitur, dicens, *Manducauerunt, & mortui sunt*. Nam si loquitur de morte corporali, nulla differentia erit inter panem illum qui fuit in deserto, & panem nostrum qui descendit de cœlo. Hi nimirùm & illi morti corporali subiiciuntur. Ad quod dicendum, quòd cibus ille cum cibo nostro spirituali conuenit, ad hoc quòd vtrumque idem, scilicet Christũ, significat: in cuius significationis ratione idẽ quodãmodò cibus nuncupatur. Sed differunt, quia ille figurabat tantùm: iste continet quod figurat, scilicet ipsum

F

G

H

I

K

2. *Virtus.* Gregorius.

3. *Suauitas.*

4.

Hieronym.

Æqua mensura.

Cyrillus.

5.

Vita, sed melior in altero.

Tho. Aqu. Augustinus.

A ipsum Christũ. Dicit ergo Aug. quòd vterque ciborum istorũ potest dupliciter sumi: vel quantum ad signũ tantùm, eo scilicet modo, vt qui panem manducat in Eucharistia, non intelligat quid sub panis specie lateat, nimirùm quid per panem significetur: Et sic qui Eucharistiam vt communem panem accipit, nec à spirituali, nec à corporali morte eripitur. Vel ita sumi potest, vt qui signum huius sacramenti, id est, visibilem speciem acceperit, gustet & spiritualem spiritualiter cibum, vt spiritualiter satietur. Et hoc modo, illi qui spiritualiter manducauerunt Manna, mortui non sunt spiritualiter. Hoc autẽ habet amplius, qui sacrosanctam Christi carnem sumpserit, spirituali & sacramẽtali manducatione: Viuit enim nunc spiritualiter, & corporaliter viuet in æternum. Ideò adiicit, *Qui manducat hunc panem* qui de cœlo descendit, nimirùm carnem meam, quæ Spiritus sancti virtute formata est, *viuet in æternum.*

B Ita beati, qui ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt, vt legitur Ap. 19. At verò necesse est, vt qui ad istam mensam accedit, semetipsum probet. Nec enim, vt Greg. Nyss. lib. de vita Moseos obseruat, licuit Israëlitis nisi lotis, purgatis, & preparatis, Manna vesci. Ex eo scilicet quòd priùs mare transierant, amaritudine aquarum sedata potati fuerant, & consumpserãt omnes cibos quos ex Ægypto asportarãt. Quid igitur, inquit, hinc discimus? Quòd oporteat videlicet fide, baptismate, labore, omni virtute, omni Euangelica doctrina mũdos purósque animos nostros facere, ita vt omninò alienigeni mores & Ægyptiaca vita, vitiorũ scilicet omniũ turba nos deficiat, & demum depurato defæcatóque animo cœlestẽ cibum esse accipiendum. Quanta verò clades eos secuta est, qui Man contempto, carnes appetierunt, & dixerunt: Oculi nostri non vident nisi Man: anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo? Greg. Nyss. 6. *Mysteria.* 7.

C Man sumentes, iuxta illorum gustum saporem carnis habebat: verùm non contenti erant illo gustu, nisi & carnem viderent. Ideò murmurarunt: & ira Domini ascendit super eos. In deserto à serpentibus perierunt: vnde & locus ille in cladis memoriam dictus est, Sepulchra concupiscentiæ. Quid igitur non timendum iis est, qui gustu carnis spirituali minimè contenti, ipsam visibilem habere volunt: & ideò quia illam in Eucharistia oculo corporali non vident, nullam ei carnis virtutem, nec ipsam carnem inesse arbitrantur: Ideò contra Christum murmurant, & Eucharistiam manibus confringunt, & pedibus conculcant? Nam si qui contra legem dixerat, duobus vel tribus testibus moriebatur: quanto putamus deteriora mereri supplicia, qui Filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum dixerit? Conculcat autem, inquit Ambros. in cap. 10. ad Hebr. quando eo indignè participatur per sacramentũ. Chrys. ho. 24. in. 1. ad Corinth. Quòd si hominis vestẽ nemo temerè attingeret, quo pacto omnium Domini corpus purum & immaculatum, quod diuinæ illius naturę particeps est, propter quod & sum⁹ & viuim⁹, propter quod inferi portæ fractæ sunt, & cœlorũ apertę, tãta ignominia accipiemus? Tantus Man honor delatus est, vt vase aureo reconderetur, & in arca propitiatorii reponeretur, vt repetit Apost. Heb. 9. An non & nos aurei, puri, digni & electi esse debemus, qui panem illum cœlestem & viuum accipiamus? Chrysost. hom. 61. ad pop. Nónne vides ministrum spongia mensam circumlinientem, & expurgantem domum, & tabellas ponentem? Ad mensam veniente Domino, seruos qui offenderunt, adesse non oportet, sed procul arcentur: ita profectò & hîc dum profertur sacrificium, & Christus immolatus, & ouis dominica. Reseruabatur autem Man in multas generationes, vt memor esset populus liberalitatis diuinæ, quæ patribus eorum communicata est, cùm ab omni labore quieti, hoc cibo vescerentur. Nunc autem, memoriam fecit Dominus mirabilium suorum, escam dedit timentibus se: vt & eius liberalitatem agnoscant, qui nos in vitam pascit æternam. Etsi verò Man externa species esset contemptibilis, magna tamen virtute præditum erat, & magna mysteria præsignabat: Ita licet externa species huius sacramenti pauci fiat ab infidelibus, magnum tamen conuiuium est, magnum mysterium, & infinitam in nobis virtutẽ operabitur. Quid enim nostra cũ Christo vnione, quid vita æterna maius esse potest? Si quis ergo de carnis Christi præsentia aut eius virtute disputat, primùm respondeat, qua virtute Man datum, qua denique illud in cuiusque gustum vertebatur. Hoc ad miraculum & diuinam potentiam referant necesse est: ita quoque & iis faciendum est, quoties de istis mysteriis quæstio occurrerit.

Species externa contempta. Ambros. Chrys. 8. *Honor.* Chrysost. 9. *Reseruatio.* 10. *Symbola.* 11. *Diuina in vtroque potentia.*

Quod fuerit ſcandalum Capernaitarum. Chriſti aſcenſio probat omnipotentiam eius, vim diuinam carnis, veritatem promiſſionum: Vnde caro Chriſti eximatur ab infirmitatibus aliorum corporum, vnde ei vita inſit, quid ſpiritus viuificans: quódque hæc myſteria à reprobis reiiciantur, quæ Petrus cum ſuis ſuſcipit, & amplectitur.

F

Matth.	Marc.	Luc.	Ioan. 6.
			Multi ergo audientes ex diſcipulis eius, dixerunt, Durus eſt hic ſermo, & quis poteſt eum audire? Sciens autem Ieſus apud ſemetipſum, quia murmurarent de hoc diſcipuli eius, dixit eis, Hoc vos ſcandalizat? Si ergo videritis filium hominis aſcendentem vbi erat priùs? Spiritus eſt qui viuificat, caro non prodeſt quicquam. Verba quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt. Sed ſunt quidam ex vobis qui non credũt. Sciebat enim ab initio Ieſus, qui eſſent nõ credentes, & quis traditurus eſſet eum. Et dicebat, Propterea dixi vobis, quia nemo poteſt venire ad me, niſi fuerit ei datum à Patre meo. Ex hoc multi diſcipulorum eius abierunt retrò: & iam non cum illo ambulabant. Dixit ergo Ieſus ad duodecim, Nunquid & vos vultis abire? Reſpondit ergo ei Simon Petrus: Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes: & nos credimus & cognouimus, quia tu es Chriſtus filius Dei. Reſpondit eis Ieſus: Nónne ego vos duodecim elegi, & ex vobis vnus diabolus eſt? Dicebat autem de Iuda Simonis Scariotis: hic enim erat traditurus eum, cùm eſſet vnus ex duodecim.

G

H

Introductio.

APTE quidem Chriſtus, Nolite, inquit, mittere margaritas ante porcos. Nam neque margaritas norunt, nec ipſis vtuntur, ſed & conterunt, & maculant. Nec enim ſacroſancta myſteria impiis credenda ſunt, cùm nec ea nouerint, neque venerentur, quin potius rideant. Chryſ. lib. 3. de ſacer. c. 4. Fuerunt autem, inquit, terribilia & horribilia etiam quæ in veteri Teſtamento ante gratiam gerebantur in lege, vtputa tintinnabula, malogranata, lapides in pectore ordinati, ſuperhumerale, mitra, cydaris, veſtimentum talare, lamina aurea, ſancta ſanctorum, intúſque ſilentium, & ſolitudo reuerenda. Verùm ſi quis ea quæ ſunt in gratiæ ordinatione conſideret, parua eſſe illa quæ præceſſerunt, iudicabit. Ideò olim ianuis clauſis, & abactis catechumenis hæc myſteria celebrabantur, vt idem ſcribit hom. 24. in Matth. c. 7. Quàm perniciosum verò ſiquis attentè in ſolem inſpiciat? Nam ſol aciem eius obtundit. Si verò quis curioſus in hoc myſterium intueatur, ſenſus eius obtenebrabitur. Ideò ad fidem cõuolare oportet. Quid aliud Iudæos ſcandalizauit in his myſteriis, niſi craſſa ignorantia, qua plus ſuæ menti, quàm Dei omnipotentiæ tribuebant? Ideò primùm commoti ſunt, cùm Chriſtum audirent dicentem: Ego ſum panis viuus qui de cœlo deſcendi. Demum diffidentes de iis quæ pollicebatur, dixerunt: Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum? Nunc cùm audiunt illum tam neceſſariam ſuæ carnis manducationem aſſerere, illúmque rurſus repetere, quòd panẽ è cœlo deſcendentem communicaturus ſit, cui nec Manna conferri poſſit: *Multi audientes ex diſcipulis eius, dixerunt, Durus eſt hic ſermo, & quis poteſt eum audire?* Thom. Aquin. lect. 8. in Ioan. cap. 6. Sciendum autem, quòd multi ex populo Iudæorum Chriſto adhærebant, credentes ei, & ſequebantur eum, qui & diſcipuli dicebantur: non eo tamen gradu quo duodecim, qui relictis omnibus eum ſecuti fuerãt. Matth. 20. Multi vocati, pauci autem electi. Eccle. 1. Stultorum infinitus eſt numerus. Matt. 13. Hi ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. *Durus*, inquiũt, *eſt hic ſermo* de mãducanda humana carne, cùm ne ſuillam quidem attingamus. Hoc nimirùm argumento Blandilla depellebat à Chriſtianis infanticidii & humanæ carnis eſum, cùm ne mortuorum quidem animalium carnibus veſcerentur, vt ſcribit Euſebius Cæſarienſis. Sed neque Iudæis immundum manducare licet, (Act. 10) aut morticinium tangere, vt diſſerit Hier. ad Riparium. *Et quis poterit audire*, cùm nec

Quanta olim figuris tecta fuerint.

Idem Chryſ.

Thomas.

Chriſtiani horrent carnificinam.

Euſeb. Cæſ. Hieronym.

Matathias

I

K

A Matathias illum tulerit, qui ſuillam & idololatriam perſuadebat, ſed calce abactum occiderit? Sic, vt ſcribit Epiphan. hæreſ. 76. Anomæorum miſeræ ratiocinationes hominum, & corruptibiles cogitationes ipſum à veritate abducunt. Ex quo fit, vt ſatius ſit audire verbum, & nihil inquirere. Cyrillus Hieroſ. Catech. 1. Catechumeno interroganti quid intus Patres diſſererent, non reſpondebatur. Hîc nimirùm tactus fallit, fallit viſus, fallũt reliqui ſenſus, non fallit auditus. Hoc in figura prætulit Iſaac, qui ad diſcernendum Iacob ab Eſau, in reliquis ſenſibus præter auditum deceptus eſt. Vox (inquit Geneſ. 27.) vox Iacob eſt, manus autem manus ſunt Eſau. In tactu & odoratu decipitur ille, in viſu Syrij, in guſtu Ionathas: pauci in auditu. Quanto verò pauciores in verbo Dei? Cyrillus lib. 4. in Ioan. c. 31. Murmurant, & adinſtar fatuorũ, Epiphanius. Cyr. Hier. *Auditus hic, non viſus.* *Cyrillus.*

B ſublimiori doctrinæ quam ipſi non intelligunt, detrahunt. Non aliter igitur faciunt quàm edentuli ſoleant, qui molliora eligunt alimenta, etiamſi peiora ſint: ſolidiora verò & meliora magnoperè vituperant. *Sciens autem Ieſus apud ſemetipſum, ex ſeipſo* ſcilicet, & illa ſua omni ſcientia, cui nihil abſconditur: cùm verè Deus ſit, & omnia nuda & aperta ſint oculis eius. Apud ſemetipſum enim ſpeculum habet, quo non modò creata omnia, ſed & omnium cogitationes cognoſcit. Quod & Pſaltes his verbis agnoſcit, Pſal. 32. Qui finxit ſigillatim corda eorum, qui intelligit omnes cogitationes eorum. Et alibi: Qui finxit oculum, non conſiderat, qui docet hominem ſcientiam? Heb. 4. Diſcretor cogitationum & intentionum cordis. *Apud ſemetipſum,* quia (Ioan. 2.) non erat ei neceſſe vt quis teſtimonium ferret de homine, ipſe enim nouerat quid eſſet in homine: *quòd murmurarent de hoc* manducandæ carnis præcepto, *diſcipuli eius,* qui è promiſcua multitudine ſequebantur eũ. Neque enim apertis ver-

C bis & contentionibus illi contradicere audebant. *Dixit eis: Hoc vos ſcandalizat?* Ergóne tam leuiter à mea doctrina transferimini, quia de manducanda mea carne loquor, ac ſi lanienam & carnificinam vobis commendem? Hoc ſcandalum à vobis acceptum eſt, non à me datum. Albertus in Ioan. Quæri enim poſſet, cùm Dominus docuerit, (Matth. 18.) multum cauendum eſſe à ſcandalo infirmorum, quare modò occaſionem præſtitit ſcandalo? Dicendum quòd aliquando cauſa datur ſcandalo directè, quando aliquis dicto vel facto minus recto, quantum in ſe eſt, dat cauſam ruïnæ. Eſa. 3. Et corruit popul. vir ad virum, vnuſquiſque ad proximum ſuum. Et hoc ſcandalum in omnibus condemnandum eſt. Aliquando autem proximus accipit occaſionem ſcandali & ruïnæ, nõ à dicto vel facto quòd videt, ſed potius à diſpoſitione ſua mala, quæ auditis & viſis aduerſatur: Sicut & Phariſæi propter carna-

D lem intellectum legis & naturæ, & amorem ſuarum traditionum ſcandalizabantur in verbis Chriſti. (Matth. 16.) Et hoc quidem redundat in eos qui ſcandalizantur, quum ab eorum deprauato intellectu & voluntate procedat. Eſa. 8. Sic de Chriſto prædictum fuerat: Erit in lapidem offenſionis, & in petram ſcandali duabus domibus Iſraël. Hoc etiam ſcandalum adferunt, hi qui Chriſti carnis manducationem, nec audire, nec ferre poſſunt: quos ſimul cum Capernaitis Chriſtus hac reſponſione confundit. *Si ergo videritis Filium hominis aſcendentem vbi erat priùs?* Euthymius in Ioannem. Deficit, *Quid dicetis?* Loquitur autem de futura ſui in cœlum aſſumptione. *Aſcendentem,* quoad humanitatem: *vbi priùs erat,* quoad diuinitatem. Qui enim

E poteſt hanc carnem reddere cœleſtem, poteſt vtique & ipſam cibum hominum efficere. Theophil. in Ioan. Hoc autem dixit, vt abducat eos ab opinione, qua putabant eum filium eſſe Ioſeph. Nam qui credit quòd in cœlo erat priùs, omninò credet eum neque Ioſeph eſſe filium, ſed Dei: & fidem habebit his quæ ab eo dicuntur. Quum autẽ audieris quòd Filius hominis erat in cœlo priùs, ne putes quòd ex cœlo deſcenderit corpus, vt Marcellus & Apollinaris hæreſiarchæ delirarunt: ſed quia vnus & idem erat Filius hominis, & Deus verbũ: dicitur aſcendere vt homo, vbi priùs erat vt Deus. Reſpondet igitur ſcandalo illorum. Nam quia illum ſimpliciter eſſe hominẽ, & non Deum putabant, & priùs Ioſeph illum filium eſſe obtenderant: ſcandalizabantur quòd per carnis ſuæ manducationem vitam æternam polliceretur. Sed neque illum aliter ſuum corpus dare poſſe exiſtimabant quàm diſſectum: vnde omnia iſta quæ dixerat, dura & inhumana eſſe concludebant. Ille verò eos ad ſuã omnipotentiam reuocans, eius argumentũ in ſua aſcẽſione proponit, quo nimirùm agnoſcere poſſunt, & ipſum Dei Filium eſſe, & ſuiipſius corporis Domini, quod præter

Aſcenſio Chriſti confundit Crpernaitas. Euthymius. *1. Argumentum ab omnipotentia in carne oſtenſa in eius aſcenſione.* Theophil. *Quomodo Chriſtus priùs in cœlo.*

Cyrillus. innatam ei grauitatem in cœlorum altissima eleuaturus sit. Cyrill. lib. 4. in Ioan. cap. F
22. Nam si credere non vultis vitam vobis à meo corpore dari, inquit: quid facietis
2. *Si caro ascensura est, quomodo non vitam dabit?* quando in cœlum me volare conspicietis? Non enim ascensurum me solummodò in
cœlum profiteor, ne rursus quomodo id fieri possit, quæratis: sed oculis etiam vestris
ita fieri cernetis. Quid igitur hoc videntes dicetis? An non erit hoc magnum vestræ
dementiæ argumentum? Si enim putatis carnẽ meam vitam vobis afferre non pos-
se, quomodo ergo in cœlum ascensura est? Quomodo per aëra volabit? Hoc enim si-
militer humano generi impossibile est. Quòd si præter naturam caro mea in cœlum
conscender, quid prohibet ne similiter præter naturam viuificet? Nam qui terrestre
hoc corpus cœleste confecit, is etiam viuificum reddidit, quamuis natura sui corru-
ptibile fuerit. Valent & hæ rationes ad confirmandam Christi corporis in Euchari- G
stia præsentiam. Si quis enim dubitet de Christi potestate, videat & ipsum suum cor-
pus præter naturam in cœlum extulisse: cur non præter naturam potuerit & ipsam
sub panis specie nobis exhibere? Si quid hîc difficultatis ingerunt quantitas & qua-
litas accidentaria corporis, vt concludant illis ablatis, corpus in Eucharistia saluum
3. *Si præter naturam ascendit in cœlũ: quid mirũ, si præter naturã est in Eucharistia.* esse non posse: intueantur in argumentum Christi. Quid enim cùm viderint filium
hominis ascendentem, & ipsum suum corpus eleuantem? Vbi grauitas corporis il-
lius, cùm sursum ascenderet? Vbi quantitas corporis, cùm cœlos penetraret? Aut sal-
tẽ vbi quantus erat aditus, quò illud corpus pertransiret? Clausum erat cœlũ, sed ille
pertransiuit, & penetrauit cœlos cum suo corpore. Solis radij vitrum penetrãt, & il-
lud integrum manet. Quomodo autẽ id Christi corpori ascendenti contigit, vt non
reserato adytu cœlos penetraret, nisi quòd hîc nullam qualitatis & quantitatis ra-
tionem necessariam docebat, ad veri sui corporis veram præsentiam? Ita fit, vt qui
Christi corporis ascensionem in cœlum crediderit, nihil diffidat de veritate corpo-
ris illius in Eucharistia. Probat & hac ascensionis demõstratione, se integrum, & nõ
in frusta dissectum suum corpus daturũ, quod tamen & illi necessarium arbitraban-
Augustinus. Thomas. tur. Augustin. tract. 27. in Ioan. Certè, inquit, vel tunc videbitis, quia non eo modo
quo putatis, erogat corpus suũ. Thom. in Ioan. *Si ergo videritis filium hominis ascendentẽ*
integro corpore: nunquid dicetis quòd sic daturus eram vobis carnem meã ad man-
ducandum, vt carnes animalium? An tum negare poteritis mei me corporis domi-
Ascendere quid. num esse, vt & illud quo velim modo glorificem & exhibeam? Quid enim est *ascende-*
re, nisi corpus eleuare? Quædam enim conueniunt Christo ratione naturæ humana-
næ, quæ non conueniunt ei ratione diuinæ naturæ. Ratione diuinæ naturæ, in prin- I
cipio *erat* apud Deum: sed ratione humanæ naturæ in cœlum ascendebat, cùm & ip-
sum suum corpus eleuaret, & summa gloria illustraret. Hoc eius omnipotentiæ ar-
gumentum fuit. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, Filius homi-
nis qui est in cœlo. Eleuatus est Enoch, (Gene. 5.) sed non in cœlum: eleuatus est He-
lias, (4. Reg. 2.) sed per aërem in terrestrem locum. Rapiemur & nos obuiam Christo
in aëra, non tamen ascendemus. Ascendere enim volentis, & se sua virtute dirigentis
est. Quæ autem virtus corpus excitat, immortale reddit, eleuat & glorificat, nisi vir-
Cyr. Hieros. *Ascensio maximæ virtutis argumentum.* tus diuina? Hæc igitur in me agnoscetur, cùm ascendero. Cyrillus Hierosolym.
Catech. 14. Illi quidem ferebantur: ille autem cùm ferat omnia, vt verbum virtu-
tis Patris, quomodo non propria virtute ascendebat? Maximæ virtutis fuit hoc ar-
gumentum, vt facilè credamus, nos per eum in cœlum eleuandos. Ioan. 3. Cùm exal- K
tatus fuero, omnia traham ad meipsum. Cæterùm eodem suæ omnipotentiæ argu-
mento ad Nathanaëlem vtebatur. Cùm enim Christus Nathanaëli dixisset, Cùm
esses sub ficu, vidi te: ille subintulit, Rabbi, tu es Filius Dei, tu es Rex Israël. (Ioan. 1.)
Ait autem illi Iesus: Quia dixi tibi, Vidi te sub ficu, credis: maius his videbis. A-
men dico vobis, videbitis cœlum apertum, & Angelos Dei ascendentes, & de-
scendentes super Filium hominis. Hoc viderunt in passione, quando Angelus asti-
tit confortans eum: (Luc. 22.) Hoc in resurrectione, cùm plures Angeli sepulcro eius
præberent excubias: (Marc. 16.) Hoc etiam in ascensione, cum ipso in cœlum eleua-
to. (Act. 2.) Ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis, qui ascendenti &
descensuro testimoniũ perhibuerunt. Tanto igitur abest vt ascensionis Christi arti-
culus infirmet præsentiã corporis eius in Eucharistia, quod tamẽ obtendũt Sacramẽ-
tarij: quin potius illã cõfirmat. Ex ea enim ei⁹ omnipotentia cõprobatur, & rata fiũt

omnia

A omnia quæ promisit. Atqui promisit Ecclesiæ suæ, quòd nobiscũ esset vsque ad cõsummationem sæculi: (Matth. vlt.) Et iussit, vt donec veniat, in memoriam suã mãducetur caro eius. Quid ergo his promissionibus dubitationis est reliquum? Nisi in ipso diuinitatis plenitudo corporaliter habitaret, dubitari posset: sed ipsa ascensio satis docuit ipsum Deum esse, cùm etiam sedeat à dextris Dei. Quod non de corporis positione dicitur, sed de naturæ humanæ in diuina hypostasi glorificatione. Numquid enim, ait Augustin. lib. 1. de Symbolo, cap. 4. hîc semper sedetur? Num stantem Stephanus vidit? Nónne etiam in locis, quæ sedes dicuntur, sedetur, surgitur, ambulatur? Hoc ergo luce diuinitatis inaccessibili sumitur, quã Christus sua glorificatione ingressus est: sic enim glorificauit carnem suam, vt & ipsa iure adoretur. Cùm ergo talis eius caro sit, quomodo non viuifica erit? Sed & quis eam sic certis locoB rum limitibus circumscribet, vt in Eucharistia esse non possit? At verò obiectant Sacramẽtarii in cœlo esse: ergo non in Eucharistia. Immò quia in cœlo est, in Eucharistia est. Quid est enim corpus Christi, seu ipsum Christum in cœlo esse, nisi quod scribit Paulus, Philip. 2. in gloria esse Dei Patris? Quid autem esse in gloria Dei Patris, nisi omnipotentem esse, corpus habere, quod ab accidentibus eripere possit, & illud quoties voluerit, & qualitate & quantitate eximere? quod nec loco obuinciatur, sed ad beneplacitum voluntatis eius, à corruptibilium corporum regulis eximatur. Ita enim cùm nostra corpora grauia sint, illud leue & subtile: cùm nostra opaca, illud clarum: cùm nostra in partes dissecta vt manducentur, illud integrum: cùm nostra pereant, illud permanẽs: cùm nostra in cibũ parata moriãtur, illud viuũ: cùm nostra in loco certo posita, illud nec loco alligatur, nec certis dimẽsionibus vt C realiter absit, de necessitate definitur. Quid verò præiudicij ab ascẽsione proficiscebatur Christo cœnam facienti cum discipulis suis, ne corpus suũ illis daret? An tunc obiici illi poterat, quòd in cœlũ ascendisset, & ideò corpus discipulis, qui in cœnaculo erant, dare non posset? Nondum scilicet resurrexerat, & quomodo ascensionis ratio illi obiici posset? Verùm agendum erat in eum hoc modo. Tu, ô Christe, tuo in loco accumbis, & quomodo quisque discipulorum suo quisque loco corpus tuum integrum accipiet, te tuo interim loco manente? Hoc si potuit, immò fecit Christus in cœna, cur non & in cœlo residens, absque loci permutatione, idem nobis corpus suum dabit? Non mutabat locum, & dabat seipsum, & manducabatur verè & realiter à discipulis. Nam & ferebatur manibus suis, vt meditatur Augustin. in Ps. 33. Alienis, inquit, manibus potest aliquis ferri, sed non propriis. Potest ferre figuram corporis sui, non suum ipsius corpus. Quod ergo minimè de Dauide, hoc de Christo D intelligendum. Quãdo verò ferebatur manibus suis? Tunc vtique, cùm cœnã vltimam faciens cum discipulis, dixit, Accipite & manducate: Hoc est corpus meum. Ferebatur enim manibus suis. Dabat corpus suum manibus suis, & manducabatur ab Apostolis, sine loci cui accumbebat permutatione: cur non & det seipsum, & eũdem manducemus verè & realiter, illo interim minimè cœlum deserente? Hugo de S. Victore, lib. 2. de Sacram. Quomodo, inquit, corpus vnũ eodem tempore in diuersis locis esse potest? Noli mirari. Qui locum fecit, corpus fecit: & qui locũ in corpore fecit, fecit & corpus in loco. Et fecit sicut voluit, & si aliter voluisset, aliter facere potuisset. Et tu quod factum est, vidisti, & aliud nescis. Inde miraris, quia aliud vides. Sed cogita facientem, & mirari desines. Si omnipotẽs est, quid illi difficile existimas? Inde fit vt Chrysostomus lib. 3. de Sacerdotio, cap. 4. ita exclamet: ὦ τοῦ θαύματος, ὦ τῆς E τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας, ἄνω καθήμενος, καὶ τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ τοῖς ἁπάντων κατέχεται χερσὶ. id est: O miraculum! ô Dei in homines dilectionem! sursum sedens eadem hac hora omnium manibus habetur. Idque confirmat fieri non minori virtute, quã Helias fecit ignem descendere in holocaustum: Quoniam ignis spiritus, precibus sacerdotis descendit in panem, & eum perficit. Ait enim: ἔκτυπωσόν μοι τὸν ἠλίαν τοῖς ὀφθαλμοῖς, describe mihi Heliam in oculis, &c. Augustin. ser. 2. de verbis Apostoli concludit, Christum hac sententia respondere illis qui quærerent, Quî fieri posset vt edatur, & non consumatur: comedatur, & in cœlum ascenderit. Quid ergo, inquit, si videritis hominem ascendentẽ, vbi erat priùs? Certè qui integer ascẽdere potuit, cõsumi non potuit. Ergo & de corpore & de sanguine suo dedit nobis salubrẽ refectionẽ, & tã magnam breuiter soluit, de sua integritate, quæstionẽ. *Spiritus est qui viuificat,*

4. si Christi caro est in cœlo, ergo potest & hîc esse quando volet.

5. Nihil præiudicabat ascensio cœnæ.

Augustin.

Augustin.

Hugo.

Chrysost.

Augustin.

caro non prodeſt quicquam. Hîc ſibi triumphum pollicentur Sacramentarij, quaſi Chriſtus neget carnem ſuã eſſe manducandam. Ecce, inquiunt, caro non prodeſt quicquã: ergo neque Chriſti caro manducata. Ecce ſpiritus eſt qui viuificat: ergo ſpiritus Chriſti ſumi debet, non eius caro. Et quidem hæc ſibi opponi directè videntur, Caro Chriſti manducata non prodeſt: &, Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinẽ, in me manet, & ego in eo: & ego reſuſcitabo eum. Si caro manducata nos Chriſto coniungit, & nos viuificat, an non prodeſt? Si caro Chriſti non prodeſt, cur incarnatus & in carne paſſus eſt? Cur dixit, Caro mea verè eſt cibus? Concilianda igitur ſunt hæc, nec contra ſe inuicem obiicienda. Rurſus requiram, cùm *ſpiritus viuificat*, quem ſpiritum intelligunt? Si ſpiritum Filij, & Patris, tertiam in diuinis perſonam: quid amplius hîc habemus per Euchariſtiam? Cur dixit, Manducate, hoc eſt corpus meum: & non ſatis fuit dixiſſe, Accipite ſpiritum ſanctum? Quòd ſi de ſpiritu creato & anima Chriſti intelligunt, quomodo illam non niſi cum ſuo corpore accipiẽt? Siquidem à reſurrectione anima Chriſti ab ipſius corpore minimè diuellitur. Manifeſtum eſt autem hîc de ſpiritu dici, prout opponitur carni. Origenes lib. 1. de Principiis. Quoties, inquit, caro opponitur ſpiritui, intellige carnis ſenſus & infirmitatem. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. Sic Chriſtus reprehendit humanum ingenium, quod in rebus diuinis cęcutit, arguítque auditorum imbecillitatem, ſicut & Petri, cùm diceret: Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma. Duplex enim verborum iſtorum ſenſus à Patribus colligitur. Nimirùm vt hęc aut ad modum cognoſcendi, aut ad ſubiectam materiam referuntur. Ad modum quidem cognoſcendi ea quæ dicta ſunt, vt is non carnalis, ſed ſpiritualis ſit. Ad ſubiectam materiam, ſcilicet ad carnem & ſanguinem Chriſti, vt hæc non nuda, mortua, & diſſecta putentur: quomodo conſiderata non viuificant: ſed ſpiritui diuino, id eſt, ipſi diuinitati Chriſti coniuncta. Et primùm quidem de ſubiecta materia dicamus, demum de modo cognoſcendi. Cyrillus Alex. lib. 4. in Ioan. cap. 24. Huiuſmodi ergo eſt, ac ſi diceret. Putatis me dixiſſe viuificum naturâ ſui terreſtre eſſe hoc corpus. Ego verò de ſpiritu, & de vita æterna locutus ſum: non enim natura carnis viuificum reddit ſpiritum, ſed ſpiritus virtus viuificam carnem efficit. Naturâ carnis ipſa per ſe viuificare non poteſt. Quid enim maius natura Deitatis haberet? Nec ſola in Chriſto eſſe intelligitur, ſed habet Filium Dei ſibi coniunctum, qui conſubſtantialiter vita eſt. Quando igitur viuificam Chriſtus ipſam appellat: non ita illi, vt ſibi, ſeu proprio ſpiritui vim viuificandi attribuit. Nam propter ſeipſum ſpiritus viuificat, ad cuius virtutem per coniunctionem caro cõſcendit. Idem cap. 23. Non imperitè ergo, inquit, omninò viuificam carnem eſſe negatis (ô Iudæi.) Nam ſi ſola intelligitur, nihil prorſus viuificare poteſt, quippè quæ viuificante indigeat. Cùm verò incarnationis myſterium laudabili cura ſcrutati fueritis, & habitantem in carne cognoueritis: quamuis nihil penitus caro per ſeipſam poſſit, viuificam tamen eſſe factam credetis, niſi etiam ſpiritum ſanctum non poſſe viuificare contendatis. Nam quoniam cum viuificante verbo caro coniuncta eſt, tota effecta eſt viuifica. Non enim ad corruptibilem ſuam naturam iunctum Dei verbum detraxit, ſed ipſa ad virtutem meliorem eleuata eſt. Quamuis ergo *natura carnis, vt caro eſt, viuificare nequeat*: facit tamen hoc, quia totam verbi operationem ſuſcepit. Corpus enim eſt non cuiuſuis hominis, cuius caro prodeſſe quicquam poteſt: ſed ipſius vitæ & ſaluatoris noſtri Ieſu corpus, in quo Deitatis plenitudo corporaliter habitat, (Coloſſ. 2.) facere hoc poteſt. Nam ſi mel, cùm naturaliter dulce ſit, ea dulcia facit quibus immiſcetur: nónne ſtultum erit viuificam Verbi naturam putare non dediſſe homini, in quo habitat, viuificandi virtutem? Quas ob res *caro* quidem cæterorum omnium *quicquam* verè *non prodeſt*. Caro autem Chriſti, quia in ipſa vnigenitus Dei filius habitat, ſola viuificare poteſt. *Spiritum* verò ſeipſum appellat, quoniam Deus ſpiritus eſt, (Ioan. 4.) &, vt ait Paulus (1. Cor. 3.) Dominus ſpiritus eſt. Hæc Cyrillus. In eam venit ſententiam Tertullianus lib. de Reſurr. occurrens illis, qui ex iſto loco negabant reſurrectionem carnis. Caro, inquiebant, non prodeſt quicquam, ergo non reſurget. Hoc erat etiam Valentinianorum argumentum, vt ex Irenæo colligimus. Obtendebant iſta ad euacuandam carnis vitam & gloriam. Caro & ſanguis regnum Dei non poſſidebunt. Non reſurgit corpus animale, ſed ſpirituale. Ad quo-

Quomodo caro non prodeſt.

Quis hîc ſpiritus viuificare dicitur.

Origenes. 1.

2.

1.

Cyrill. Alex.

ſpiritus chriſti, id eſt diuinitas.

Idem Cyril.

Caro mortua non viuificat.

Caro Chriſti non eſt ſine ſpiritu.

Tertull.

A quorum hæresim accedunt Sacramentarij in istorum verborum deprauatione. Ire- Irenæus.
næus ferè toto lib. 5. distinguit varios significatus carnis & spiritus, ita tamen, vt po- *Varij significatus carnis & spiritus.*
sito spiritu, non negetur caro, sed ornetur. Vt quod ait Paulus, Vos non estis in car
ne, sed in spiritu, si modò spiritus habitat in vobis. Non negat eos habere carnem,
sed hanc dirigi à spiritu scribit. Ita & hîc non negat Christus carnem suam, sed vi-
uificari asserit à spiritu, id est, diuinitate sua. Tertullianus ita habet. Igitur conuersus Tertullian.
ad cogitatus Iudæorum, quia senserat dispergendos, *Caro*, inquit, *nihil prodest*. Quid
hoc ad destruendam carnis resurrectionem? quasi non liceat esse aliquid, quod etsi
nihil prosit, aliud tamen ei prodesse possit? *Spiritus* prodest, *viuificat* enim. *Caro nihil pro-*
dest (sine spiritu:) mortificatur enim. Itaque secundum nos magis collocauit vtriusque propositionẽ. Ostendẽs enim quid prosit, & quid nõ prosit, pariter illuminauit,
B quid cui prosit, spiritum scilicet carnis viuificatorem. Ergo quoniã caro sola & se-
parata à spiritu non prodest: caro Christi, quæ diuinitati cõiuncta est, non proderit?
Caro non prodest quicquam ad mentem illorum qui audiebant, & putabant illam disse- *Conclusio hæreticorum inepta & blasphema.*
ctam, mortuam, & simplicis alicuius hominis: *Spiritus autem*, id est, diuinitas in carne
Christi corporaliter inhabitans, *viuificat* per manducationem carnis. Quæ verò cõ-
secutio est, vt etiam posito quòd caro Christi sola non prosit, non eadem esse in Eu-
charistia concludatur? Quid minimum dico? Lapis nihil prodest, ergo non est? Chri-
stus in cruce nihil profuit Iudæis & aliis obstinatis peccatoribus: ergo non est cru-
cifixus? Deus non prodest impiis in ratione gloriæ, ergo non est? Non proderit iudi-
cium postremum in fidelibus, ergo iudiciũ non erit? Lumẽ solis non prodest talpis,
C ergo non est? Hæ sunt aduersariorum nugæ. Demũ quæ isthæc consecutio est? Ho-
mo non à carne sua, sed ab anima viuificatur: ergo homo carne constitutus non est.
Ita enim in Christi carne concludunt. Caro Christi non à se, sed à spiritu viuificatur,
quia *spiritus viuificat*: ergo caro eius non adest. Has nugas sophisticas satis ipsamet
Christi verba depellunt. August. tract. 27. in Ioan. O Domine, inquit, magister bone, August.
quomodo *caro non prodest quicquam*, cùm tu dixeris, Nisi mãducaueritis carnem meã, 1.
& biberitis sanguinem meum, non habebitis vitam in vobis? An vita non prodest *Caro Christi*
quicquam? Quid est ergo, *non prodest quicquam*? Quomodo scilicet illi intellexerunt. *non prodest eo modo quo Capernaitæ intellexerũt.*
Et quomodo intellexerunt? Carnem quippè sic intellexerunt, quomodo in cadauere
dilaniatur, aut in macello venditur, non quomodo spiritu vegetatur. Proinde sic di-
ctũ est, Caro non prodest quicquã, quomodo dictum est, Scientia inflat. Iam ergo
debemus odisse scientiam? Absit. Et quid est, Scientia inflat? Sola sine charitate. Ideò
adiunxit, Charitas autem ædificat. Adde ergo scientiæ charitatem, & vtilis erit scie-
D tia, non per se, sed per charitatem. Sic etiã nunc *caro non prodest quicquam*, sed *sola caro*.
Accedat *spiritus* ad carnem, quomodo accedit charitas ad scientiam, & prodest plu-
rimùm. Nam si caro non prodesset, verbum caro non fieret, vt habitaret in nobis. Si
per carnem nobis multum profuit Christus, quomodo caro nihil prodest? Hæc ille. 2.
Inde fit, vt permulti statuerint hîc non de carne Christi, sed de modo intelligendi *Caro pro modo intelligendi.*
differi. Hîc enim aut caro, aut spiritus nomine nuncupatur. Caro est, si carnalis: spi-
ritus, si spiritualis sit. Sic Matth. 16. Caro & sanguis non reuelauit. Caro enim ali-
quando pro ipsa carnis essentia sumitur, vt Ioan. 1. Verbum caro factum est. Ioan. 3.
Quod de carne est, caro est. Aliquando pro infirmitate carnis passibilis, vt quod ait
Paulus: Et si nouimus Christum secundum carnem, tamen nunc non nouimus. Ali-
quando pro affectibus carnis: vt ibi, Qui in carne sunt, Deo placere non possunt.
E Caro concupiscit aduersus spiritum. Non permanebit spiritus meus cum homine,
quia caro est. Ita spiritus pro Deo, pro angelis, pro anima hominis, pro Euangelica
lege, pro nouo homine, pro vento, pro viribus spiritualibus, qualis est & intellectus
spiritualis, quoties ei caro opponitur. Chrysost. hom. 46. in Ioan. *Spiritus est qui viuifi-* Chrysost.
cat, caro non prodest quicquam. Hoc est, secundum spiritum verba mea audienda sunt.
Qui secundum carnem audit, nihil lucratur, nihil vtilitatis accipit. Carnale est du-
bitare quomodo de cœlo descendit, & Ioseph filium arbitrari, & quomodo possit
nobis dare carnem suam ad manducandum. Hæc, inquam, omnia carnalia, quæ my-
sticè & spiritualiter intelligenda sunt. Et quomodo potuerunt intelligere, quid esset
carnem manducare? Expectare igitur oportuit eos, non discedere: interrogare, non
desperare. *Verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Spiritus*, hoc est spiritualia,

nihil carnale, nullam naturalem consequentiam habentia: sed omni hac terrena ne- F
Carnaliter intelligere non prodest. cessitate, & huius vitæ legibus libera. Est & alius sensus. Sicut in hoc loco *spiritus* pro spiritualibus posuit, ita cùm carnem dixit, non pro carnalibus, sed carnaliter audientibus sumit, nimirùm pro iis, qui semper carnalia desiderabant, cùm spiritualia desiderari oporteat. Nã si carnaliter ea quis acciperet, nihil sanè lucraretur. Quid igitur, *Caro non prodest quicquam?* Non de ipsa carne dixit, absit: sed de his qui carnaliter accipiunt quæ dicuntur. Quid autem est carnaliter intelligere? Simpliciter, vt res dicũtur, neque aliud quippiã excogitare. Non ita iudicanda sunt quæ videntur, sed my-
Theophil. steria omnia oculis interioribus consideranda sunt, hoc est spiritualiter. Theoph. in Ioan. Quoniã, vt sæpè diximus, carnaliter exponentes ea quæ dicebantur à Christo, offendebantur: dicit quòd spiritualiter intelligenda sunt, vt prosint. Caro autem, hoc est carnaliter illa exponere, nihil prodest: sed offendiculi occasio fit. Euthym. in G
Euthymius. Ioan. Igitur spiritum nunc vocat intellectum spiritualem eorum quæ dicta sunt: similiter & carnem, intelligere ea carnaliter. Non enim de carne ipsius quæ viuificat, nunc sermo est. Ait ergo, Hæc spiritualiter intelligere vitam præbet, quam suprà
Cyprian. dixi: carnaliter verò ea intelligere, non prodest quicquam, Cyprianus serm. de Cœna Domini: Orta enim, inquit, fuerat aliquando, sicut in Euangelio Ioãnis legimus, de nouitate verbi huius quæstio, & ad doctrinam mysterij huius obstupuerant auditores: quod quidam quia non credebant, nec poterant intelligere, abierunt retrò: quia horrendũ eis & nefarium videbatur vesci carne humana, existimantes hoc eo modo dici, vt carnem eius vel elixã, vel assam, sectámque mẽbratim edere docerentur: cùm illius personæ caro, si in frusta partiretur, non omni humano generi posset sufficere. Sed in cogitationibus huiusmodi, *caro* & sanguis *non prodest quicquam*: quia si- H
cut ipse magister exposuit, *verba hæc spiritus & vita sunt*: nec carnalis sensus ad intelle ctũ tantæ profunditatis penetrat, nisi fides accedat. Ergo adiicit, *Verba quæ ego locutus sum vobis* de carne & sanguine meo, *spiritus & vita sunt*: non tamẽ ita vt ibi spiritus sumatur pro spiritu diuino, & vita pro illa æterna, quia idem sunt, verba eius, & spiritus seu vita: siquidem aliud verba, aliud spiritus & vita. Verba transitoria sunt, vita permanet. Verba sensibilia sunt, spiritus non item. Verba successiua sunt, spiritus simplicissimus, sed pro intelligendi modo. Sic spiritus & vita sunt, id est spiritualem intellectum requirunt quantum ad modum intelligendi, sicque viuificant mentem per gratiam & sapientiæ lucem. Corpus enim Christi est in sacramento per modum incorporalem & indiuisibilem, quoniam nõ est ibi sicut in loco,
Dion. Carth. Cyril. Alex. vel per propriam dimensionem, sed per dimensionem panis, ait Dionys. Carth. in I
Ioan. Cyril. Alex. lib. 4. in Ioan. c. 24. *Verba* ergo *quæ locutus sum vobis, spiritus*, id est spiritualia, & de spiritu, & *vita*, id est, de viuifica & naturali vita sunt. Eandem
Theophil. Cyr. Hier. Theophil. ex Chrysostomo sequitur interpretationem. Cyrill. Hierosolymit. Catech. 14. Ita de bona doctrina ipse Dominus dixit, Verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Spiritus sanctus qui loquitur linguis, & viuens est, eloquentiam præbens, & ipse differit. *Sed sunt quidam ex vobis, qui non credunt.* Nimirùm quia caro & sanguis sunt. Animalis autẽ homo non percipit quæ Dei sunt. Ita quod dixit, *Caro non prodest quicquam*, nũc illis applicat, quasi dicat: Spiritus vtique viuificat, & verba mea spiritus & vita sunt: *sed sunt quidam qui non credunt*, vtique qui nõ spiritu, sed carne ducuntur. Ita docet ea quæ dicta sunt, de carne & spiritu, ad intelligendi modum esse referenda. *Quidam*, inquit, ne etiam omnes Apostolos notare videretur. Ideò adiicit Euangelista: *Sciebat enim ab initio Iesus qui essent credentes, & quis eum traditu-* K
rus esset. Hoc ergo dixit, non quasi recenter nouerit illos minimè credituros: cùm etiam ab initio fideles suos & traditorem nosset. Psal. 146. Numerat multitudinem
Præscientia non imponit necessitatem. stellarum, & omnibus eis nomina vocat: quanto magis (2. Tim. 2.) nouit Dominus qui sunt eius? Ps. 36. Nouit Dominus dies immaculatorum. Ioan. 10. Ego cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. Hæc illius est omni scientia, qua sunt nuda omnia & aperta oculis eius. Sap. 1. Quiloquitur iniqua, nõ potest latere, nec præterit eum corripiens iudicium. Augustin. lib. 3. de liber. arbitr. Sicut autem memoria tua non cogis facta esse quæ præterierunt: sic Deus præscientia sua non cogit facienda quæ futura sunt. Et sicut tu quædam quæ fecisti, meministi: ita Deus omnia, quorum author est, præscit: nec tamen omnium quæ præscit, author est. Quorum autem

non

A non est malus author, iustus est vltor. Ita Christus præsciebat omnia, cùm tamen omnium causa nõ esset, sed tantùm bonorum. Ideò fidei causam Deo patri ascribit, infidelitatis causam ab eo ablegans. *Et dicebat: Propterea dixi vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à Patre meo.* Hoc ego ideò dixi, vt intelligeretis me nosse quosdam meis verbis non esse credituros. Ad hoc enim quòd credant, *caro*, id est carnalis opinio & sensus, *non prodest*: sed *spiritus*, id est spiritualis ab ipso Dei spiritu intellectus viuificat: & hoc ego significaui, cùm dicerem neminem venire, id est credere, nisi detur ei à Patre. Quia oportet spiritum Dei testimonium dari spiritui nostro, & eum à carnalibus cogitationibus auocare, (Luc. 11.) Sic Pater vester cœlestis dabit spiritum bonũ petentibus se. Ephes. 2. Gratia enim Dei saluati estis per fidem, & hoc non ex vobis. Phil. 1. Vobis datum est vt in ipsum credatis. Et sic *spiritus viui-*
B *ficat*, quia spiritu Dei illuminata mens nostra reiicit carnales omnes affectus, & sese ad diuini verbi, & omnipotentiæ regulam dirigit. Theophilactus in Ioan. Sæpè di- Theophil.
ximus, quando audieris quòd Pater dat fidem in Filium, ne existimes quòd aliis benefaciat Pater quos segreget, aliis autem non: hoc enim iniustè agentis esset: sed illis benefacere puta Patrem, & dare donum fidei, quibus cooperatur electio & voluntas. Nam qui à voluntate non adiuuatur, etiamsi à Deo assumitur, non percipit vtilitatem: vt exempli gratia quid dicam: Omnibus dat Deus, sed hoc quidam & sumunt benè, & vtuntur eo quod datur, & custodientes illud, ostendunt Dei donum. Quidam autem recipiunt, sed ea quæ dantur, disperdunt: ita vt nihil accepisse videãtur. *Ex hoc* tempore *multi discipulorum* eius è promiscua populi multitudine, *abierunt*
C *retrò*, diuiserunt se à magistro, & progressi sunt non proficientes, sed retrorsum, hoc est in incredulitatem. Nã reuera qui seipsum à Christo diuidit, retrorsum vadit: qui autem, secundum Paulũ, adhæret Domino, semper se extendit ad exteriora. Chryf. Chryf.
hom. 46. in Ioan. Hoc est, non proficiebant in virtute, & quam iam habebant fidem perdiderunt, cùm se scinderent. Abierunt retrò à fide, quam secundum virtutem habebant, & præcisi à corpore Christi, vitam perdiderunt, quia fortè non in corpore fuerunt, vt dicit Augustin. tract. 27. in Ioan. Sunt enim quidam qui simpliciter va- August.
dunt retrò, illi scilicet qui sequuntur diabolum, cui dictum est (Matth. 4.) Vade retrò Sathana: sicut & hæ mulieres, de quibus (1. ad Tim. 5.) Quædam conuersæ sunt retrò post Sathanam. Nõ sic Petrus, cui dictũ est, Vade post me Sathana. Ita (Luc. 9.) nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retrò, aptus est regno Dei. Sic (Gen. 19.) Vxor Loth respiciens retrò versa est in statuã salis. *Et iam cum illo non ambulabant.*
Esa. 1. Dereliquerunt Dominum, blasphemauerunt sanctum Israël, abalienati sunt
D retrorsum. Tum ergo Christus dicere poterat id Hier. 2. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas. *Dixit ergo Iesus ad duodecim* Apostolos, quos præ omnibus elegerat, & fideliores esse *Tentatio præ-*
nouerat, *Numquid & vos vultis abire?* Nimirùm vt illorum fides manifestaretur, & no- *bat nos.*
bis imitanda proponeretur: & ostendat se coacta obsequia minimè recipere. Cyrill. Cyril.
lib. 4. in Ioan. cap. 27. Non hortatur vt abeant, sed non absque detrimento id fore ostendit, & minatur potius, nisi se meliores illis ostendant, retrò casuros, nec secum ambulaturos esse. Non enim quicunque adorant, Deo accepti sunt: sed qui recta fide id faciunt. Theophil. in Ioan. Hoc autem verbo liberum illis faciebat, sequeren- Theophilact.
tur, nécne. Ita liberum arbitrium demonstratur, cùm nemo inuitus credat, & Christum sequatur. Vnde ad voluntatem retulit, dicens: *Numquid vultis?* Thomas in Ioan. Thomas.
E Et hoc propter duo dixit. Primò, ne hoc quòd isti aliis recedentibus remanserant, propriæ iustitiæ adscribentes superbirent, existimantes se gratiam feciisse Christo, eum non relinquendo. Ostendens igitur se illorum comitatu non egere, conditionem abeundi proponit. Secundò, quia contingit, quòd quidam abire volentes, verecundia retineantur. Ne quid ergo non spontaneum hîc occurrat, aufert verecundiã & necessitatem remanendi, ad illorum arbitrium remittens, an remanere, an verò abire velint. Sic hilarem datorem diligit Deus, vt dicitur 1. Cor. 9. Euthym. in Io. Ita Euthym.
ostendit sibi opus non esse ministerio illorum, neque circumducere illos ad ostentationem, quódque nullum velit inuitum retinere. *Respondit ei Simon Petrus*, vt antiquior & vocatione, & ætate, qui fuit obediens, & ad instar petræ firmus. Euthym. Fratrũ amator pro fratribus respondet. *Domine, ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes.*

Thomas. Thomas Aq. Primò extollit Christi excellentiam. 2. commendat eius doctrinam. 3. profitetur fidē. Excellentiā, quia Dominus est, quasi dicat: Da nobis meliorē te, ad quē eamus. Atqui nullus est similis tui in fortibus Domine, (Exod. 15.) Doctrinā cōmendat, cùm dicit, *Verba vitæ æternæ habes.* Etsi enim Moyses habuerit verba Dei, similiter & Prophetæ: rarò tamen verba vitæ æternæ. Fidem autē confitetur adiiciēs, Chryſoſt. *Et nos cognouimus, & credimus quia tu es Chriſtus Filius Dei.* Chryſ. hom. 46. in Ioan. Porrò quanti amoris verbū iſtud, *Ad quem ibimus?* Quo & patribus & matribus & omnibus rebus Chriſtus pretioſior oſtēditur, quódque qui ab eo diſcedūt, non habēt ampliùs quò confugiāt. Sed ne propterea, *ad quem ibimus*, dixiſſe videretur, quòd non haberēt qui illos acciperent: ſubdit, *Verba vitæ æternæ habes.* Quare illi carnaliter & ſecundum humanam rationē, hi ſecundū ſpiritum & fidē intellexerunt. Idcircò dicebat, Verba quæ locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt. Pſ. 79. Non diſcedimus à te, viuificabis nos. *Et nos credimus*, quia fides cognitionis argumentum eſt, *& cognouimus* per virtutē ſignorum tuorum, & vocē Patris quam audiuimus, *quia tu es Chriſtus*, vnctus vnctione Tho. Aquin. diuinitatis, *Filius Dei* Patris per naturā. Thom. Aquin. in Ioan. Porrò fide noſtra duo principaliter credenda ſunt, ſcilicet myſterium Trinitatis, & incarnationis: quæ duo hīc Petrus confitetur. Myſterium Trinitatis, cùm ait, *Tu es Filius Dei*: meminit enim perſonæ Patris & Filij, ſimul etiā & Spiritus ſancti, qui amor eſt Patris & Filii nexus vtriuſque: Myſterium verò incarnationis, cùm dixit, *Tu es Chriſtus*. Vnctus enim eſt oleo inuiſibili Spiritus ſ. ſecundū humanā naturā. *Reſpōdit ei Ieſus*, ne fortè Petrus exiſtimaret id omnes Apoſtolos credere & cognoſcere: *Nónne ego vos duodecim elegi*, vt eatis & fructū feratis, & fructus veſter maneat: *& vnus ex vobis diabolus eſt*, non per naturā, ſed per imitationem & deprauatā voluntatē? An non exiſtimas quòd ego nouerim qui verè hoc credant, quod modò confeſſus es? Noui & ipſum meū proditorē. *Dicebat enim de Iuda Simonis Scariothis. Hic enim erat eū traditurus, cùm eſſet vnus ex duodecim.* Sed ſi Chriſtus elegit Iudā, & ipſe factus eſt malus, videtur quòd errauerit in electione. Ad quod reſpondetur ſecundū Chryſ. ho. 46. in Ioan. electionē hīc non ſignificare prædeſtinationē quæ ab æterno eſt, ſed ſegregationē ad præſentē iuſtitiam, ad quam nonnulli vocātur, ex ratione præſentis tēporis, cùm tamen præſciat Deus receſſuros illos ab ea. Demum elegit vt bonū, ſed ille ſeipſum à rectitudine auertit. Chryſoſt. Vt enim, inquit, intelligas non cogi vocationē, multos vocatos perire contingit. Dionyſ. Carthuſ. in Ioan. Circa hunc locū aliqua dicunt Auguſt. & Beda, quę Dion. Carth. ſicut nō audeo reprobare, ita nec approbare, quamuis nonnulli reprobent ea. Dicūt ergo, quòd Chriſtus elegit Iudā, vt per eius proditionē compleret noſtrā ſalutem: ita tamen vt non excuſetur Iudas à culpa, vt qui non ideò tradidit, quia electus eſt: ſed electus fuerit, quia traditurus erat. Quemadmodū enim iniqui malè vtuntur beneficiis, ſic Deus benè vtitur maleficiis hominū, & ſic Chriſtus benè vſus eſt malitia Iudæ. Ego puto quòd Chriſtus elegit Iudā ad Apoſtolatū, vt videns tantā pietatē Chriſti, pœniteret, & Apoſtolicū officium dignè proſequeretur. Sed quoniā Chriſtus nouit aliter eſſe futurū, ſuſtinuit Iudā, vt per eū impleretur Prophetia de ſua proditione. Tanta quippè ſapientia & bonitas Dei ſeu Chriſti eſt, quòd nō ſuſtineret neque permitteret malū, niſi poſſet & vellet inde elicere bonū. Prædicta autē aſſertio Auguſtini & Bedę fundatur in hoc, quòd dicūt Iudā à principio ſuæ vocationis malū fuiſſe, & in malitia perſtitiſſe: cuius oppoſitū tenet & probat Lyra, quia diſtributio bonorū pertinet ad iuſtitiam commutatiuā, ſecundū Philoſophū, vtpotè vt melioribus maior honor impendatur. Non ergo Iudas niſi tunc dignus ad Apoſtolatū vocatus fuiſſet. Interim tamen ratio illa Philoſophi excluditur, ſi conſideremus gratis donari nonnulla, nō autē ex hominū merito. Sic nimirùm vt Apoſtolatus, ita & Prophetia data Balaā, (Nu. 24.) miraculorū virtus (Matth. 10.) his quos Dominus nō nouit ſuos eſſe. Sed etſi quis diligenter Bedæ verba inſpexerit, colliget vtique vndecim vocatos eſſe, vt in Apoſtolatus officio permanerēt: non tamē negat Iudā in Apoſtolū electū fuiſſe. Sed & illum Apoſtolū fuiſſe Petrus agnouit, dicens, Act. 1. Connumeratus eſt in nobis, & ſortitus eſt ſortem miniſterij huius. Sed neque dubium eſt Iudam tunc malum fuiſſe, cùm Chriſtus hæc ad Petrum verba faceret.

Chryſoſt. *Cur Iudam Chriſtus elegit, quem malum nouerat.*

Finis Tomi ſecundi, quo tractantur acta Chriſti ſecundo eius prædicationis anno, à ſecundo Paſchate ad vſque tertium.

INDEX LOCVPLETISSIMVS

RERVM PRÆCIPVARVM AC VERBORVM

MEMORABILIVM: QVÆ IN HISCE PRIORIbus *Harmoniæ Euangelicæ tomis continentur.*

Aaron aliter vnctus quàm filij, sic Christus aliter quàm cæteri vncti 70.F

Aaron accepit Elizabeth in vxorē quæ erat alterius tribus. 44.D

Aaron & filij eius quid significent. 286.F

Aaronis & Mosis grande peccatum. 550.G

Abacuk portatus per comam capitis non videbatur. 157.G

Abbas Seuerus quomodò edoctus de differētiis dæmonum. 456.B

Abdias. 179.C

Abdias dispensator regis achab circuit vt inueniat pascua. 497.B

Abdias Babilonius. 97.B

Abdias cōseruandæ dei ecclesiæ reseruatus. 260.I

Abdię pietas in dei seruos quos occultatos pascebat sæuiente persecutione. 511.G

Abdicatio temporalium. 490.H

Abel in secreto occisus. 152.D

Abelis munera cur deo accepta, fratris verò Caini reprobata. 330.B

Abelis vox in suo sanguine effusa altius sonat & magis penetrat. 521.C

Abiathar Dauidi familiaris. 292.C

Abigail audiit à Dauide Benedicta tu. 39.B

Abigail prudens submissio. 44.I

Abiicienda rerum tēporalium solicitudo ei qui serio animæ suæ consulere cupit. 252.F

Ablata repeti possunt triplici de causa. 346.G

Abraham circuncisionis mandatum quando accepit. 93.C

Abraham ex hur chaldeorum, Iacob ab Esau Ioseph à caroere, populum ex Egypto & Babilone dei misericordia benigne eduxit. 52.G

Abraham audita dei promissione non tam suam aut sarræ impotentiam attendit quàm Dei omnipotentiam. 93.H

Abraham & Sarra qua ætate genuerunt Isaac. 71.F

Abraham pater credentium. 55.G

Abrahamo locupleti nihil obfuerūt ad salutem vxor, pueri, aut diuitiæ. 180.F

Abraham sine circuncisione placuit deo & amicus eius vocatus est. 95.A

Abrahamo vetulo & annosæ Sarræ cur Deus prolem dedit. 29.K

Abraham in seipso duo testamenta præfigurabat. 93.E

Abraham exoptat filio suo vxorem. 179.F

Abraham cur dictus petra & vulua Sarræ cauerna laci. 138.D

Abraham dei obsequium filio prætulit. 515.B

Abraham quomodo tentatus. 370.G

Abraham & Loth quo obsequio angelos excipere promeruerunt. 451.C

Abraham pater credentium. 549.K

Abraham diuinas promissiones perperam in spiritualem sensum perttahebat. 550.C.D

Abrahæ fides pernicit naturam. ibid.B

Abrahæ nihil obfuit paterna infidelitas. 137.H *

Abrahæ promissiones factæ. 70.H

Abrahæ & dauidis potiùs quam cæterorum cur in Genealogia mentio fiat. 71.A

Abrahæ Sarræ & Israëli cur Deus nomina noua indidit. 301.B

Abrahæ extra ostium in occursum angelorum exeuntis, & Saræ intra ostium stantis mystica significatio. 389.K

Abrahæ Isaac & Iacob cur meminit. 419.D *

Abrutallus flos in terra est sine patre sed in cœlo habet patrem solem hic autem matrē terram. 36.K

Absalon fratricida & patris expulsor. 392.D

Absente Episcopo Ecclesia periclitatur. 530.E

Abstinentia à cibis & vsque ad vesperam. 153.I

Abstinentiæ laus. 321.C

Abstinentia & temperantia quomodo differūt. 376.I

Absurda in quæ delabuntur sacramētarij. 565.G

Absurda quæ consequentur si stellæ sunt maleficæ. 99.H *

Abusus hæreticorum. 273.C

Abusus in creandis pontificibus. 130.F

Abyssus quid. 247.G

Accessus piorum benedictionem inuehit salutatis familiis. 46.I

Accessus ad mōtem nobis gratior quàm Iudęis. 359.A

Accipere sonat consensum. 482.C

Accipere quid sit. 80.K

Accusatores in iudicio plures & qui. 289.E

Accusare vitia virorum est bonorum. 394.D

Achab reprehensus pœnitentiam egit. 208.K

Achab ex malitia & incredulitate recusat oblatum dei miraculum. 160.B

Achab in Micheam. 207.I

Achab ieiunio humiliatus. 377.K

Achab per auaritiam fit prædo. 379.B

Achab flagitiosissimus. 75.G

Achillis corpus exustum. 422.A

Achior arbor mala tulit fructum boni consilij alloquendo holofernem. 404.G

Accindyni mulcta in seipsum. 338.B

Accindyni perfecti iudicium examinatur. 357.B

Acridophagi qui. 134.B

Acta Pilati quid libri. 130.B

Adagium. 219.I

Adam quomodo dicatur fuisse dei. 151.C

Adam nudus in paradiso nō erubescebat. 346.F *

Adam patrato pecato se abscondit. 446.I

Adam primus in animam viuētem, nouissimus Adam in spiritum viuificantem. 294.A

Adam extra paradisum creatus, & postmodum

illuc tranſlatus. 485.F
Adamus ambitione in paradiſo pulſatus & ſtratus. 161.G
Adam & Patriarchæ de Chriſto verbis & rebus locuti ſunt. 61.K
Adam ſicut vetitum cibū manducauit ad mortē: ita Chriſti caro eſt nobis verè manducanda ad vitam. 559.B
Adam per trāſgreſſionem immundus factus atque ita Euæ mixt° genus humanū fecit immūdum. 104.H
Adam & Eua quando benè & quando malè viderunt. 112.H.I
Adami caſus vnde. 306.F
Adā in ſtatu Innocētię vitā habebat ex anima viuente nō tamen ex ſpiritu viuificante. 564.G
Adami de limo terræ formatio & Euæ de viri carne plaſmatio. 77.H
confertur Adamus Chriſtus. 153.D
Adam quomodo tentatus & tandem à cœli gloria eiectus. 160.K
Adam eiectus è paradiſo typus pœnitentium eiectorum ex eccleſia. 445.I
Adamo quomodo ſucceſsit audita dei voce. 48.E
Adamas malleis cæſus non infringitur. 410.C
Adhęrentes hęreticis quibus cōparantur. 403.E
Adimplere quid. 322.K
Adiurare an ſit licitum. 246.K
Adiuratio quotupliciter fit. 246.K
Admirari in Chriſto quid eſt. 418.F
Adonibezech tyrannus inſolens vt ſede ſua fœdè deturbatus fuerit. 380.D
Adoptio noſtra per filium vnigenitum. 21.G
Adoratur Chriſtus. 260.K
Adoratio multiplex. 260.K
Adoratione ſumma adorandus Chriſtus. 261.A
Adoratio ī ſpiritu tollit locorū diſcretionē. 217.B
Adoratio vt fiat creaturis. 411.G
Adoratur Chriſtus homo & Deus. 281.B
Adorare quid. 162.F
Adrianus imperator Chriſtum agnouit Deum ſed idolis connumerauit. 216.E
Aduentus Chriſti duplex in Chana myſticè duplicē in mentē noſtrā effectum ſignificat. 220.I
Aduentus ſpiritusſancti depoſcendus ad conſecrationem corporis Chriſti. 43.D
Aduētus Chr. prę ſagiebatur olim ī figuris. 564.K
Aduerſarius quis. 331.B
Aduerſarius frater noſter eſt & quomodo. 332.H
Adulatio nutrix peccati. 321.I
Adulatio præcipitat in ſuperbiam. 321.I
Adulterium non ſolum ſed & concupiſcentia & ad eam aſpectus prohibetur. 334.F.G
Adulterium ſpirituale. 464.G
Adulterium duobus modis contrariatur matrimonio. 334.D
Adulterij crimen grauiſſimum. 337.E
Adulteriū tria bona matrimonij deſtruit. 337.E
Adult° baptizā. credere debet & pœnitere. 552.D
Ægroti apud Ægyptios in publicum elati. 35.H
Ægeriæ nymphæ fictio quid. 434.D
Ægyptij Iudæis maximè infeſti. 348.F
Ægyptij Iudices habebant ſacerdotes. 184.F
Ægyptus clara Monaſteriis. 318.H
Ægyptiorum potentia ranis ac pediculis profligata. 380.D
Ænom vbi & Salim. 202.K
Æmulatio diſcipulorum Ioannis contra Chriſtum & eius diſcipulos. 203.C
Æneus ſerpens dominicā crucē figurabat. 197.E
Æneus ſerpens figuram quidē ſerpentis habuit ſed malitia veneni caruit. ibid.
Æqualitatis probatio ex virtute ſuſcitationis mortuorum. 277.H
Ætius hæreticus ordinatū ieiuniū reiicit. 153.K
Ætius hæreticus quomodo cōcludebat non eſſe ieiunandum ex præſcripto eccleſiæ. 376.D
Æſopicæ fabulæ duæ ſale conditæ & non contemnendæ. 352.H
Æſopi facetū reſponſum linguis appoſitis prandio & cœnæ. 462.G
Ætatis quoto anno Chriſtus baptizatus. 148.F
Æterna non dantur ſine ſudore. 214.C
Æthiopū pars quædā locuſtis tantū viuit. 134.A
Affectus virginis. 46.B
Affectus populi in Chriſtum. 523.F
Affectus penſandus magis quàm cenſus. 228.A
Affectus boni & affectus mali. 355.G
Affectus reguli. 221.G.H
Afflicti plærique allecti ad fidem. 260.I
Afflictio carnis. 134.C
Agabarus Rex edeſſæ fauit Chriſto. 260.I
Agabus prædicit famem futuram & Pauli vincula. 432.F
Agabarus Rex immedicabili morbo laborans quomodo & à quo curatus. 273.K
Agabus quomodo propheta. 401.D
Agamemnom & Iephte filiabus non pepercerunt religionis cauſa. 515.A
Ager omnis mundus. 293.I
Ager latitudo diuinarum ſcripturarum. 490.C
Aget mundus. 484.E
Ageſilai Spartanorū Regis apophtheg. 457.D
Agnus in iuge ſacrificium. 168.E
Aggrauatur quandoque peccatum non tam ex ſui conditione quàm ex circūſtantiis. 506.E
Agricolæ Ignaui. 474.E
Athiſarim fratres Principum. 150.C
Alabaſtrum quid. 446.D
Alapæ nōmine cætera ignominiæ tormenta intelliguntur. 345.I
Alacritas ad Ioannem audiendum. 58.A
Alaricus Gothorum Rex inuaſa Roma templū Apoſtolorum Petri & Pauli ab omni iniuria protexit. 417.D
Alchimiſtæ & ſacramētarij æquè ridiculi 561.C
Alchimiſtarum ridiculus ſucceſſus quos repræſentet. 561.C
Allegorice tria Chriſtus præcipit paralytico ſanato, omni peccatori neceſſaria & quæ. 274.E
Allegoriarum regula. 444.F
Alexād. agnitus Rex in veſte minimè regia. 89.K
Alexander magnus quomodo adorauit ſacerdotem pontificem populi iudaici. 417.A
Alluſio ad bona Iſraëlitis promiſſa. 419.D
Alexandri ad Darium ſententia. 98.B
Alexand. cęſum Dariū pallio cur operuit. 352.E
Alia arbor mala alia inutilis. 404.A
Alia bonorum alia malorum angelorum hominibus apparitio. 33.I

Aliæ Cæsaris leges aliæ Christi. 338.C
Alij præter Apost. vinũ nouũ susceperũt. 259.D
Aliquid esse numeratum quid significet. 512.K
Aliqui inter malos commorantur propter conuersionem. 254.G
Aliquid & nihil discernuntur. 14.B
Aliud est Christum esse patri æqualem aliud tamen se facere. 277.F
Aliud actiones personales aliud externæ. 278.D
Alius cultus Iudæorũ, Alius Samaritanorũ, Alius Gentium, alius Christianorum. 216.B.C
Alius est pietatis alius corporis tactus. 262.I
Alia sanctificatio Sab. Alia obseruatio septimę diei. 293.D
Aliud sanus, aliud sanabilis aliud insanab. 256.H
Aliud gratiosa, aliud gratiis donata. 38.D
Alius & alius de personis: Aliud & aliud de naturis dicuntur. 10.E
Aliud voce tenus dicere Domine Domine & aliud dicere voce & corde. 407.B.C
Aliud est quod principaliter datur & aliud quod superadditur. 388.I
Aliud Sacramentum aliud virtutis eius. 564.C
Aliud est semẽ palearũ, aliud semẽ zizani. 144.F
Aliud maledicere formaliter et aliud form. 436.B
Aliud ex naturali dispositione aliud ex virtute benè operari. 201.G
Aliud iustitia & Hypocrisis. 354.E
Aliud est videre, aliud vidẽdo cõprehẽdere. 312.D
Aliud veré aliud figuratè loqui. 559.G
Aliud in mente, aliud in re se habere. 560.F
Aliud est curare de irrationalibus legem scriptã dando, aliud illis prouidendo. 513.C
Aliud petra aliud Arena. 410.B
Aliud est uolũtas principis aliud cõstitutio. 141.B
Aliud sacramentũ aliud virtus sacramẽti. 546.C
Aliud ieiunare, aliud temperantem esse. 376.G
Aliud habere diuitias aliud seruire diuitiis. 383.B
Aliud species rei aliud eius substantia. 147.B
Aliud Publicanus aliud exactor. 141.C
qui Aliena diripiunt, & qui propria largiuntur duplicem sibi accendunt ignem. 347.F
Allusio Ioannis ad exordium Geneseos. 5.B
Alta fidei professio. 231.F
Altare mensa Domini est. 329.H.I
Altare & sacrificium correlatiua. 329.I.K
Altare in quo adoleuit Zacharias non fuit intra sancta. 30.F
Altare multipliciter exponitur. 329.F
Altare spirituale quid. 329.G
Altaria portatilia nõ sint in pphanis locis. 106.G
Altari quid offerãt ceteri præter sacerdotẽ. 330.A
Altera maxilla an offerenda & quomodo. 345.F
Altissimus Dei Epithetũ sine substantiuo. 41.D
Altum quid sit. 231.C
Altum pro profundo. 230.K
Amalechitæ & Moabitæ se mutuo peremerunt cum pugnarent contra Gedeonem. 122.H
Amalechites ægrotum seruum neglexit & non impunè tulit. 417.G
Amare quid. 273.K
Amaritudo mortis Christi. 199.F
Amatores criminum inuigilant insidiantur in accusatione virtutum. 295.D
Amasias Simeon, & Ioas, idem. 149.I
Amasis petita ex biante victimæ parte optima & pessima linguam accepit. 462.G
Ambitionis damna. 190.C
Ambitio mater cædium. 120.D
Ambitio prælatorum quorundam. 161.F
Ambitio quorundam in clero. 501.H
Ambitio vbi dormit. 161.F
Ambitione nihil peius. 117.B
Amb. Ausbertus presbiter. 104.C
Ambulare Christi quid. 227.K
Amelius illustris Platonicus. 13.K
Amen vox hebræa quid significet. 324.C
Amen signaculum Dominicæ orationis. 372.H
Amen quid. ibid.
Amicus hæresim seminans scandalizat. 336.B
Amici Dei plerique salutẽ fuga quesierunt. 118.B
Aminadab quantus extiterit. 73.D
Amon impietatis paternæ sectator, non pœnitentiæ. 75.K
Amor in diuinis quotupliciter accipitur. 279.A
Amor Dei qualis. 199.A
Amor veritatis intelligendæ, & sanitatis obtinendæ alliciebat populos ad Christum. 304.A
Amor non sinit amãtem esse suipsius sed amati. 542.A
Amphilochius iconij Episcopus. 114.D
A muliere initium peccati à muliere initium salutis. 49.D
Anabaptistarum quidam animarũ in alia corpora trãsmigrationem & alios crassos errores latè disseminarunt. 502.B
Anabaptistæ apostolicarum animarum metempsichosin sibi vendicant. 375.H
Anabapt. errant dicentes nullum esse iuramentum licitum. 341.G
Anabaptistarum erronea opinio. 141.G
Anabaptistarum hæresis. 94.D
Anabaptistæ impugnantur. 376.I
Anabap. videntur intento animo precari. 406.E
Anna amarè animo flens largiter, orauit. 447.B
Annæ duæ honorabiliter nominatæ. 116.B
Anna mater Samuëlis. ibid.
Anna mater Samuëlis cantico animi gratitudinem declarauit. 49.C
Anna nulla emissa voce orauit & obtin. 357.G
Annæ summum sacerdotium ademptum. 130.F
Anna interpretatur Gratia. 115.F
Anna quibus perfulserit. 114.K
Anna quomodo in templo locuta. 116.E
Anna qualem prolem obtinuit. 56.E
Anna Phanuelis ieiuniorũ testimonio augetur. 153.F
Annę laus à vita actiua in statu coniugali & cõtemplatiua in statu viduali. 115.C
Anna speculum viduarum. 115.E
Anna mater Samuëlis quibus muneribus obtinuit optata. 356.F
Annæ Æmula cur affligebat eam. 35.F
Annas quando fuerit summus pontifex. 130.E
Anachoretæ secessores. 164.I
Ananel. Babilo. quomodo sacerdo. adept°. 120.E
Anathema hæreticorum. 24.E
Ananias & Saphira tenerè fraudauerunt de precio agri. 490.G
Ananiæ conquestio de susceptione Pauli nuper

perſequutoris. 487.D
Andreas quid. 301.E.F
Andreas Archiepiſcop. Cretenſis. 208.I
Andreas & ſocius quomodo ſimiles leproſis Samaritanis. 173.H
Andreas primus Chriſtianus ſicut Stephanus primus Martyr. 173.G
Andreas orat pro Nicolao. 272.H
Andreas Simone iunior, fide prior. 173.G
Andreæ infirma & imbecillis fides. 525.F
Andronic⁹ p Iudæorũ cauſa ſuperior euaſit. 215.K
Angelus quomodo in aſſumpto corpore ianuis clauſis intrauerit. 37.I
Angeli adſunt orantibus. 37.K
Angeli qui aſcenderunt & deſcenderunt ſuper Chriſtum. 177.G
Angelus malus perdidit quod erat cùm voluit apparere quod non erat. 157.H
Angelus cur in ſomnis apparet. 117.F
Angelus deſcendens in piſcinam quid. 271.H
Angeli Chriſti curam gerunt. 117.D
Angeli nos victores comitantur. 162.H
Angelus cur offendit. 158.K
Angelus apparet his quos pericula circumuoluunt. 117.F
Angelus quando miſſus. 35.K
Angelus ſapientiſſ. editus antequã diabo. 485.E
Angeli prænunciarunt, Prophetæ præuiderunt Chriſti conceptionem & Natiuitatem. 27.D
Angeli duo cuique aſsiſtunt. 468.I.K
Angeli myſterio Euchariſtico adſunt. 178.D
Angeli cedũt Chriſto vt ſũmo oĩm medico. 90.I
Angeli adſunt ſacroſanctis myſtetiis. 30.K
Angelus cur dixit Chriſtum hodie natum qui nocte natus erat. 89.F
Angelus quomodo viſus. 31.A.B
Angeli viſionem ſequitur turbatio. ibid.
Angelorum eſt conſolari non dæmonũ. ibid.C
Angelus cur meminit Ioannis inter preces. ibi.
Angelorum eſt noſtras preces offerre noſque ſolari. ibid.E
Angelus intercedit pro ciuitate Hieruſalẽ. 150.B
Angeli cur virtutes dicuntur. 270.I
Angeli obſeruandi & honorandi. 270.K
Angeli auxiliatores noſtri ſunt. 270.K
Angelum decebat nunciare Chriſti natalẽ. 36.E
Angelorum cãticum licet compendioſum multa tamen complectitur. 90.E
Angeli accuſant. 289.F
Angelorum bonorum minimus maior erat Ioãne baptiſta. 430.F
Angelus Græcè, Latinè dicitur nuncius. 429.F
Angeli propter gratiam nos recognoſcunt. 91.B
Angelus cur Ioſephum de fuga monuit. 117.E
Angelus corporali modo Mariæ apparens. 37.H
Angeli nunciant electorum natalem. 36.D
natiuitates quorundam ab Angelis prænunciatæ. 36.D
Angeli quomodo appareant. 80.E
Angelus apparens Ioſepho manifeſtauit ſe eſſe Angelum Domini. 80.E
de Angelis cur non dicitur quod de cœlo veniãt. 205.D
Angelus quomodo Moſi apparuit in oreb & Ioſue filio Nun. 98.K
Angeli ſepe edocuerunt patres. 36.E
Angelus adeſt in tempore tentationis. 80.D
Angelorum officium. 429.G
Angelos irritare non debemus. 34.D
Angeli cur vocantur throni. 158.I
Angeli cuſtodes cur nobis deputati. 159.B
Angelus quis ad virginem miſſus. 36.B
Angelica ſalutatio aſſeritur argumento à minore ad maius. 39.I
Angeli miſſi ab Angelis. 36.G
Angelica præſentia terrefacit. 40.B
Angeli mittuntur. 36.F
Angelorum & hominũ cõſenſus quando. 177.H
Angelus etſi agnoſcebat Virginem tamen benedictam dixit inter mulieres & cur. 39.E
Animis alacribus nihil difficile. 45.I
Animus malignus non intellecta reiicit vt friuola. 550.E.F
Anima non eſt condita ab initio. 19.I
Anima an ſit corpore antiquior. 19.K
Anima quandoque pro vita temporali. 384.F
Anima quomodo reſtituenda. 305.F
Anima pro omni viuente. 295.G
Animæ poſt mortẽ non fiunt dæmones. 246.A
Animæ habent ſuam mortem impietate & peccatis. 282.H
Anima agricolarum quando afflicta. 493.H
Anima corpore præſtat. 389.G
Anima cuiuſque affectibus terrenis grauior efficitur. 557.G
Anima pro vita. 515.F
Anima pro ſenſualibus affectionibus aĩæ. 515.F
Animæ piorum defunctorum non ſeparantur ab eccleſia. 549.E.F
Anima & ſpiritus quid. 49.F
Animã Mariæ quis gladius pertrãſierit. 114.B.C
Anima ſollicitudine obruitur. 390.E
Anima obſcuratur corpore lautè educato. 151.G
Animæ videnti creatorem anguſta eſt omnis creatura. 160.F
Anima etſi immortalis, quomodo dicitur mori. 222.H
Animæ ſanctæ throni Dei. 343.B
An anima poſſit torqueri igne inferni. 512.C
Animalia quæ nõ ruminant immunda ſunt & quorſum hoc. 92.I
Anna vnde donum prophetię hauſerit. 116.G
Animalia greſsibilia coaceruant theſauros ciborum ſimiliter & reptilia & natatilia. 386.H
Anim. quinq; cõſueuerũt offerri in tẽplo. 168.D
Animatũ ab inanim. differt motu & ſẽſu. 411.F
Annæ & Iudith comparatio. 115.A
Anſelmus inuocat virginem. 51.K
Ante Chriſti aduentum dæmones hominibus pollutam menſam parabant. 547.C
Anthemij blaſphemia horrendo exẽplo punita. 157.A.B
Anthemij curioſa quæſtio vt punita. 551.D
Antichriſtus venturus in faſtu externo quem Iudæi excæcati accipient. 288.I
Antichriſtus tãto futurus eſt arrogantior quãto Chriſtus ſe profundius demiſit. 288.I
de Antichriſto. 288.K
Antidicomarauitię in virginẽ inuecti ſunt. 51.D
Antidotũ cõtra primũ cibũ eſt Chr. corp⁹. 539.C

Antiochi Monachi Pandectæ. 385.F
Antiochus figura Antichristi. 523.D
H. Antipas Ioannem decollauit. 517.G
Antiqui sunt Iudæorum primores & iudaicæ legis interpretes. 323.E
Antipas Ioannem sustulit. 123.B
Antiqui sancti desiderarunt videre Christum. 109.C
Antiqua principum liberalitas erga literatũ diuinarum & humanarum professores. 300.F
Antithesis contra vestitum asperum. 428 K
Antithesis Mariæ & Euæ. 38.A
Antithesis Christi & Adami. 153.C
Antithesis Christi & Salomonis. 467.E
Antithesis Christi & dæmonis. 267.F
Antithesis natiuita. carnalis & spiritualis. 22.H
Antithesis militię corporalis et spiritualis. 153.G
Antithesis Christi & Adami. 152.C
Antithesis Ioannis & Adami. 48.E
Antithesis Euæ & Mariæ. 36.I.38.A
Antonius vrbis Romæ consul. 122.K
Antropomorphitæ. 458.D
Antropophagos nostra religio execratur. 421.I
Aperiens os suum phrasis Hæbraica. 304.D
Apes in os Platonis aduolantes quid. 59.C
Apex, non fastigium literæ non punctum vocale est. 324.F
Apex quid designet. ibid.
Aphricanus. 356.G
Aphraatis Eremitæ cõcionantis Antiochię responsum ad imperatorẽ valentẽ arianũ. 532.H
Apostoli dicuntur nubes. 4.E
Apostoli quomodo in passione timebant & erãt sine timore. 64.K
Apostoli induti virtute ex alto sunt omnibus admirationi. 151.K
Apostoli idem quod missi. 300.I
Apostolis cur data à Christo facultas miracula faciendi. 503.C.D
Apostoli in liturgia Christum pro mortuis fidelibus deprecati sunt. 264.B
Apostoli non sunt vsi vnctione olei ex proprio sensu sed pręcepto Christi. 516.K
Apostoli cur ante passionem iubebantur prædicare passim Christi magnalia. 297.C
Apostolis cur prohibita rerum temporaliũ sollicitudo. 504.A
Apostoli ante receptum Spiritum Sãctum timebãt ea quę postmodum recepto spiritu sancto lætis animis amplexi sunt. 65.A
Apostolorum vocatio prior in Bethabara facta est. 227.I
Apostoli quare non tenebantur ieiunare presente Christo. 258.E
Apostoli qui & quales in ecclesia. 298.D
Apostoli cur columnę, fundamentum, portus Gubernatores, pastores. 298.D
Apostoli electuri aliquem in locum Iudæ ieiunant & orant. 299.H
Apostolica vox, tuba cœlestis & lyra spiritualis. 301.A
Apostolos priùs à Christo oportuit instrui quàm ad ministerium prędicationis mitti. 300.I
Apostolos fuisse baptizatos. 210.F.G
Apostolis vt testibus Christ° assisti voluit. 227.I
Apostoli non leuiter secuti sunt dominũ. 227.H
Apostoli nisi reliquissent scripturas, oportebat ordinem sequi traditionis. 2.I
Apostoli admoniti futuræ famis necessaria ad vitam procurarunt. 390.H
Apostoli non nisi consulto Petro in varias mundi partes profecti sunt. 231.A
Apostoli omnium oculis obiecti. 318.C
Apostoli an non seminarunt. 219.K
Apostoli dæmones eiiciebant. 458.B
Apostolorum prima vocatio fuit ad familiaritatem. 229.I
Aut. 12. Apostoli electi. 501.I
in Apostolos multæ defluxerunt insidiæ. 408.G
Apostoli plus potuerunt verbo quam Imperatores exercitibus & armis. 231.I
Apostoli quousque celarunt Christi transfigurationem. 128.E
Apost. nõ terra sed terræ sal cur appellati. 367.A
Apostoli cur in Christi nomine demoniis imperabant. 158.G
Apostoli electi erant vt essent sicut sal, & lux mundi. 315.G
Apostoli cur sal dicuntur. ibid.H
Apostolis ægritudine laborantibus Christus duplex remedium ostendit. 536.H
Apostoli vtres noui. 258.K
Apostolorum varij tituli. 499.I
Apostoli non vt arreptitij incognita verba fundebant. 509.D
Apostoli viderũt gloriam verbi incarnati. 27.B
Apostoli quomodo viderunt maiestatem diuinitatis in carne latentis. 27.B
quomodo beati quia viderint. 478.K
Apostoli vndę pecunias habuerint. 212.C
Apost. 12. quomodo potuerunt totum mundum subiicere. 482.I
Apostoli Christum non vidissent nisi per carnẽ apparuisset. 26.H
Apostolos spiritu baptizatos in die Pentechostes quomodo intelligendum. 210.H
Apostoli de quibus instructi à virgine Maria & quorum tandem illi testes fuerint. 3.A
Apostoli filij Patriarcharum. 33.A
Apostoli venatores. 175.F
Apostolorũ vnicuique suus est cophinus. 527.C
Apostol. ieiunans potestates aërias verberabat. 157.K
Apostolus iurat. 341.F
Apostolus cur cùm licite posset de Euang. viuere maluit manibus suis victũ conquirere. 389.A
Apostolus iubens fieri collectas cõsulebat imminenti necessitati. 390.G
Apostolus cur leuem tribulationem vocet cum grauia & immania pateretur. 400.E
Apostatæ, desertores hæretici etiam pro Christi nomine frustilatim discerpti admitti ad ecclesiæ pacem cur non possint. 254.E
Apologi duo festiui & serij ex Æsopo. 352.H
Apollinaris negauit Christum animatum fuisse anima creata, sed verbum vices animæ supplesse. 23.E
Apollo milesius qua de re consultus. 25.B
Apologus Æsopicus. 509.F
Apollonius quomodo Dæmones eiecit. 457.G

Apollonius coram Domitiano ſtans repentè diſparuit. 498.K
Apparere cuius eſt rei. 80.E
Apparitio angelica in ſomnis cæteris omnibus æquialet. 80.F
Applicatio piſcinæ ad baptiſma. 272.A
Applicatio ſimilitudinum. 507.K
Appion Aegyptius in Hebræos iniurius & calumniator apud imperatorem Caium. 456.C
Ad malum nullo impellẽte ruit noſter appetitus, deo autẽ adiutore habemus opus vt reſurgamus 366.G
Apud Deum. Apud conſubſtantialitatem dicit. 9.B
Apud Palæſtinos qui in luctu erant ab vnctione abſtinebant. 377.A
Apud magnates bonis literis ſuis honos non aſſeritur. 417.E
Aqua in lederibus. 192.D
Aquæ virtus non quærẽda in baptiſmate. 192.E
Aqua pluſquam ſemel in anno mouebatur & ibi fiebat miraculum. 271.K
Aqua é ciſterna Bethleem allata Dauidi quàm grata illi fuerit. 516.E
Aqua quid ſignificet. 530.A
Aquæ terræ maledictione infectæ à Chriſto mũdatæ. 145.E
Aquæ commendatio. 192.D
Aquæ turbæ ſeculi. 242.I
Aquæ Colophonicę atque caſtaliæ quales. 271.E
Aquę ſuſpenſæ differunt ab aquis deorſum fluẽtibus, in duobus & quæ ſunt illa. 302.A
A quibus poſſit Chriſtus cognoſci. 190.I
Aram quandoque Ram. 73.C
Ara primogenito dei Romæ quando extructa. 118.G
Arare in boue & aſino quid. 435.G
Arator ſubdiaconus. 547.I
Arbor perſea ad Chriſti ingreſſum in Ægyptum quomodo inclinata. 118.D
quædam Arbores tranſplantatæ meliores ſunt. 493.E
Arbores inutiles ſunt ſteriles. 405.A
Arbor bona quomodo poteſt aliquando malos fructus facere. 404.G
Arbor mala fit bona per inciſionem & cultum & quid hoc inſinuet. 405.B
Arca domini per tres menſes in domo Obed Etdom poſita vbertatem omnium rerum intulit. 46.I
Arcæ typus. 562.A
Archelaus iudææ princeps conſtitutus. 28.E
Archelaus quis. 123.B
Archelaus regno exutus, exulare agitur: & in exilio moritur. 123.C
Archiepiſcopi quot ex Monachorum clauſtris. 252.F
Architriclinus quid ſignificet. 183.F
Archiſynagogi quid. 260.H
Arcus triumphales quid deſignent. 522.D
Arduum angelicè viuere inter homines. 40.B
Ardor ignis eſt dilectio propter tria. 286.G
Arena hæreſis. 408.E
Arenna Iebuſæus qua humilitate in dauidem vſus. 48.B
Argumenta cõmouentia ad condolentiã. 421.B
Argumenta à minori ad maius quibus inclarescit dei filium eſſe Deum. 9.K
Argumentum admirandæ Chriſti menſæ prius exhibitum. 547.D
Argumenta à ſimili probantia filium patri coæternum eſſe. 8.H.I
Argumentum à minore ad maius. 196.B
Argumentum amoris diuini in nos. 515.H
Argumentum reſurrectionis in curatione muti 58.B
Argumentum à minori ad maius quod Chriſti caro abſens non viuificet. 565.I.K
Argumenta præcipitatæ cædis Ioannis. 520.A
Argumento à qualitate dantis doni qualitas cõcluditur. 555.A.B
Argumenta quibus conuerſio panis in corpus Chriſti probatur. 548.G
Argumentum à minori ad maius. 8.H
Argumentum à ſimili in facto Abrahæ. 198.C
Argumentum gaudij in Chriſti conceptione. 38.B.C
Argumentum irati Dei in peccatores cum ſinit illos omnia ex ſententia agere. 357.C
Argumentum ruinę Iudęorum cõtemptus Chriſti. 467.A.B
Argumentum à minori ad maius. 397.H.I
Argumentum ab impoſſibili. 666.B
Arguendi qui ſpe temporalis commodi tantum, Chriſtum ſequuntur. 536.E
Arguuntur qui cauſas electionis curioſiùs inquirunt & demerguntur. 438.D
Arius temerè Dei filium dicit eſſe creaturam. 10.D
Arianus in oblatione Thuris quomodo confunditur. 103.E.F
Ariani valentinianorum Marcionitarum aſſeclæ & æmulatores. 276.K
Ariani ſcripturis abutũtur contra filij gloriam. 279.H
Ariani dicebant ſolum patrem inuiſibilẽ. 312.A
Arianis ferocientibus quàm multi Catholici in exilium pulſi. 523.D
Arij Antonini verba ad Chriſtianos ſpontaneæ morti ſe offerentes. 510.E
Arianorum hæreſis circa incarnationẽ Chriſti. 23.E
Ariani tribuebant Diabolo quod ipſimet dæmones ad ſepulchra martyrum ſe torqueri faterentur. 456.E
Arius dicendi initium fecit à ſcripturis. 159.E
Arianorum Epiſcoporum in Monachos & Eremitas feritas & rabies. 402.A
Ariani noctu tædis accenſis per Conſtantinopolim cantica praua cantabant. 406.D
Arius, Photinus, Paulus Samoſatenus & Sabellius euertuntur. 11.E
Arij detecta impoſtura. 198.G
Arij furor confutatus. 182.E
Arius Alexandrinus in patris, ſuæ hæreſeos propugnatores habuit. 496.G
Arij & Hæreſiarcharum infatuatio. 316.G
Arius perperam concludebat non eſſe conſubſtantialem patri Chriſtum ob impotentiã illius aliquando in ſcripturis delineatã. 458.F

Aristobolus quomodo sacerdotali dignitate priuatus. 120.E
Aristophanes, Anytus Melitus Socrati valde infesti. 15 F
Aristophanis mordacitas in sophistas. 561.B
Aristophenus patientissimus. 273.A
Aristoteles cur nebuloni eleemosynam dederit. 352.C
Aristippi Socratici de sũmo bono opinio. 313.H
Arma cum quibus descendunt iniqui in infernũ quæ. 407.K
Arma Christi quæ. 156.C
Armenij vnam tantum colunt naturam. 26.E
Arrogantia Pharisæorum. 257.F
Aliquid sibi arrogare est diabolo se similem reddere. 232.C
Artemij cuiusdam apud Aruernos factũ. 236.H
Ars Mechanica salutis viam habet apertã. 180.F
Artoxerxes cyri frater fugiens pane hordeaceo & siccis ficubus recreatus. 525.K
Artaxerxes gratanter accepit oblatam sibi aquã. 95.H
Artaxerxis comitas in quendam sibi aquam offerentem. 212.F
Articuli præpositio vim auget. 6.E
Arundine quomodo inconstans demonstratur. 428.C
Asa prophetam Anani neruo adegit impie. 75.B
Asa varius & inconstans in cultu veri Dei. 75 B
Asaph Propheta. 483.K
H. Ascalonita quomodo regnum adeptus. 98.C
H. Ascalonita infantes occidit. 517.G
Ascensio maximę virtutis argumentum. 569 I
Ascensio Christi confundit capernaitas. 569.D
Ascensus in regnum non fit absque fide & sacramentis. 196.E
Ascensus Christi in montem typus ascensus illius in cœlum & crucem. 524.B
Ascensio Christi veritati corporis eiusdem in Eucharistia non preiudicat. 569.K 570.C
Ascensio nihil cœnæ præiudicat. 570.B
Ascendentes qui cõtemplantur diuinitatem descendentes qui passionem venerantur. 177.K
Ascitæ hæretici ab vtre. 259.B
Asræus vates fratrem Persen à contentionibus auocabat. 346.C
Asmodeus nuptiis infestus & præcipuè ligula magica. 179.H
Asperitas increpationis non semper & vbique commoda. 449.H
Aspectus Christi lõgè tristibus lætissimus. 229.K
Asperitas vitæ Ioannis maxima. 163 E
Aspidis serpentis astutia. 507.E
Astare pro ministrare. 33.K
Astyages harpago filium manducandum apposuit. 521.A
Astyagis horrendum conuiuium. ibid.
Astyages somno territus cyro insidiatur. 119.A
Astarotus nomen hominis & quondam ciuitatis. 247.E
Asino pisci cor est in ventre. 525.I
contra Astrologos. 182.E
Astrologi apud Babilonios ex publico alebãtur. 241.F
in Assentatores. 464.B
Athalia cur seuit in semen Regium. 120.D
Atria quatuor. 185.E
Attali martyris exprobratio in Gentiles carnifices. 555.E
Athæi Christum cum Antichristo temperare putant. 459.A
Attila cur pontificem leonem exaudiuit. 417.B
Athenagoras de dæmonibus. 246.C
Auaritiæ tres filiæ. 54.K
Auaritiæ malum causa mendacij est. 379.A
ex Auaritia pullulant omnia mala. 379.A
Auaritia sublata solus amor regnat. 379.B
Auaritia hominũ quibus à Deo reprimi soleat. 380.B
Auaritia quorundam prælatorum. 503.H
propter nimiam hominum Auaritiam cœlum clauditur aut perniciosè aperitur. 386.C
in Auaros causidicos. 141.F
Auarus semper eget. 320.E
Auari instar sanguisugæ expleri nequeũt. 386.D
Auari ieiunium. 374.A
Audacter confitendum. 134.K
Audianorum secta vnde accepit diuisionis ab ecclesia ansam. 529.K
Audianorum hæresis. 450.E
Audobertus benedictinus. 108.K
Auditor confessionum neminem iudicat vt homo, vt peccator, vt conscius sibi, sed vt minister Dei. 394.D
Audire pro obaudire. 282.H.I
Auditoribus verbi Dei & non custodibus quid accidere soleat. 92.I
Auditores suilli. 395.F
Auditorum conditio altera. 479.K
Auditus per verbum, visus per miracula confirmatur. 426.G
Auditus verbi non sufficit. 408.B
Aue nouum salutationis genus. 38.A
Augustinus primum sensit hæreticos tollerãdos sed posteà retractauit. 487.H
Augustinus vt definit hæreticum. 504.A
Augustinus lachrimarum filius. 364.D
Augustini grauissimæ sententiæ de audiendis sanctis patribus. 126.H.I
Augustini verba notanda. 178.B
Augustinus priùs Manichæus. 364.D
Augustinus & Origenes multa interpretantur allegoricè sed sine præiudicio sensus literalis. 548.A
Augustinus propugnator baptismi paruulorum contra pelagianos & Anabaptistas. 20.D
Augustinus fulget doctrina Martinus miraculis. 434.I
Augusti in Herodis ferociam dicterium. 120.F
Augustus Herodem diademate donauit ac Iudeę regem promulgauit. 28.E
Augustus abiectis nominibus ventosis pater patriæ appellari voluit. 95 K
Aulicorum inuenta ad opprimendum populũ. 141 A
Aulici castigãtur à Deo rerum vicissitudinibus. 221.E
Aulici assentatores & scurræ. 518.F
Aulicorum leuis fides & religio. 221.D
Aulici sunt spongiæ. 531.C

Aulici adulatores, corui & vulpes. 240.B
Aulicorum fastus & tumor. 518.D.E
Auocare iudæos ab ingressu ægypti quid. 241.H
Austeritas vestitus & victus Ioannis turbas allexit. 134.D
Authoritas verbi apud patrem. 9.E
Aurei compedes. 383.G
Aures prophetæ spiritu Domini reserãtur. 67.A
Aures obturandæ sunt hæreticorum susurris. 402.K
Aurum quomodo Christo offeremus. 103.H
Autores veri Euangelij qui. 1.B
Auxilium diuinum confidenter expectandum. 533.B

B.

BAal quid. 455.H
Baalis cultus vnde. 455.K
Babylonis meretricis excidium. 437.H
Bala & zelpha ancillæ Iacob ex quibus suscepit liberos. 72.F
Balaam inspirante Deo loquutus est de stella ex Iacob. 62.C.97
Balaam Saul & Cayphas prophetarunt nescientes quid dicerent. 407.A
Balaam & Cayphas quales Prophetæ. 401.E
Baptismus pœnitentiæ quis & quomodo in remissionem peccatorum. 131.B
Baptismus cur mysterium illuminationis 20.D
Aperit cœlum, quod Adam clauserat 146.F tabula post naufragium. 131.I omnium sacramentorum ianua. 145. non datur adultis nisi credentibus. 22.F. Crux est 460.H Sacramẽtum necessitatis. 94. D eius virtus. 145. C 193. H est sepulchrum. 191.K non tollitur per fidem. 22.A
Baptismi tres species. 166.E eius effectus ibid.
Bapt. Christi tanto cæteris excellentius quanto sol stellas excedit. ibid.
Baptismata plura sed vnum tantum sacramentale. 94.F
Baptismo quid assequimur. 94.A
Baptismus tribus dotatus. 165.B.C
Baptismus Ioannis pœnitentiæ est & quomodo in remissionem peccatorum. 131.C
Baptismus sanguinis. 193.B
Baptisma fluminis in paruulis locum habere non potest. 193.B
Baptisma perfectum lauat animam & corpus. 166.B
Baptismata multa apud Iudæos. 203.B
sine Baptismo nemo glorificatur. 192.H
in Baptismate iustificatur Deus. 433.D
Baptisatus spiritusanctus verè communicatur non typicè. 147.F
Baptisabat Christus per discipulos Ioãnes verò in persona. 202.I
Barbari & Turcæ se dieta macerant non tamen Deo gratiores. 373.K
Barbari victis ad Ædem Petri & Pauli confugientibus pepercerunt. 360.A
Barbarorum sepulturæ ridiculæ. 421.H.I
Barnabas & Timotheus missi ab Apostolo. 8 A
Bartholomæus filius suspendentis aquas. 301.F
Basa Rex Israël mouit exercitum contra Asa regem Iuda. 75.B
Basar hebraicum quid significet. 2.F
Basilides pseudoeuangelista. 1.H
D. Basil. egenos & debiles apud se alebat. 526.A
Basilius Eusebio reconciliatus vt ecclesiæ succurreret. 531.I
D. Basilij argutum responsum ad Cæsareæ præfectum sub valente. 496.H 511.E
Battologia quid. 357.I
An iteratio precum sit Battologia. 358.D
Battus ineptus poëta. 357.I
Beatitudo hominis quid. 311. E 304.I qualis. 305.D. hîc nulla. ibidem.
Beatitudo octaua designat perfectionem omniũ precedentium. 313.F
Beatitudines quot. 304.G
Beatitudines à Christo predicatæ videntur prima fronte opponi promissionibus quæ sub lege Iudæis factæ sunt. 308.A
Beatitudo virginis ab omnibus celebranda. 51.C
Beata virgo an aliquid ignorarit. 127.G
B. Virgo quomodo humilitatis virtutem prædicauerit. 50.F
B. Virgo filij opem pauperibus impetrauit. 181.A
Beatiss. Virgo etiam nunc orat pro nobis. ibid.
Beati omnes esse volumus. 305.A
Beatæ viuere quid. 305.A
an Beati corporali visu Christũ viderunt. 478.I
Beatum quid. 305.E
Beatus quid velit. 305.B
Beatus hic in spe quis esse potest. 305.D
Beatus non est qui simpliciter malis verbis impetitur sed qui falsò & propter iustitiam. 314.F
Beel quis. 455.I
Belus patri nembrot statuam erexit. ibid.K
Beelphegor Deus turpitudinis. 455.H idolum lentiginis, vel priapus. ibid.
Beelzebub vnde. 455.G. Idolum Accharon vrbis philistinorum. 510.K
Bellicosus quod in bello fugit artis est non timoris. 118.A
Bellũ vt iustè suscipiatur tria solẽt requiri. 141.H
Bello adhiberi debent monitores sacerdotes & cur. 142.A
Belli occasionem hostis à nobis arripit. 156.A
Bellum probatur ex scripturis. 142.A
Bellum à Christo missum bonum vt pax mala rumperetur. 514.E
Bellum dominorum in seruos. 345.C.D
Bellum sitne Christiano licitum. 141.G
Bellum iustum quod Deus imperat. 141.H.I
Benedictionis D. Virginis argumenta. 59.A
Benedictio dulcedinis quid. 229.E
Benedictio postrema expectanda est qua diuina mysteria consumantur. 34.G
Benedictio qualis & quotuplex. 112.E
Benedictionis vis maior quàm naturæ. 213.D
Bene agentibus non ex condigno sed ex cõgruo rependitur. 315.C
Beneuolẽtia nostra in carnem qualis esse debeat. 331.D.E
Beneficium Dei singulare habere bonum Pastorem. 501.G.
Ben Syra inter Hebræos celeberrimus. 344. 348.E

Beniuolus præſes ſcriniorum officio cedere maluit quã impiis cõſtitutionib⁹ ſubſcribere. 141.B
Beniamin iuſtus omni tempore dans Eleemoſynam quid eſt conſequutus. 355.E.F
Beniamin filius dextræ. 121.E
Berlaami verba ad regem Ioſaphat. 133.E
Berſabee publicè lota dauidi occaſionem adulterij præbuit. 46.A
Berſabee poſt adulterium nupſit Dauidi. 73.C
Benoni filius doloris mei. 121.E
Bethabara ad Iordanem. 167.131.C
Bethabara non Bethania legendum. 167.C
Bethania Lazari Marthæ ac Mariæ patria. 167.C
Bethleem domus panis. 85.E
Bethleem altera in Galilæa. 85.E
Bethleem celeberrima nunc poſt Chriſti Natiuitatem. 101.H
Bethleemitica regio paſcuis abundat. 87.I
Bethſaida peccatrix ciuitas. 175.B
quomodo interpretatur. ibid.
Bethſamitæ cur petunt à ſe transferri arcam. 248.D
Bethſaida vnde. 270.A174.K
Bezæ veſania. 457.I
Bibitio quædam ex parte rei potabilis ſi verè ſumatur. 553.E.F
Blandæ diuitiæ. 480.I
Blandilla martyr vt ab omni infanticidij ſuſpicione chriſtianos liberabat. 568.K
Blaſphemia grauior violatione ſabbathi. 277.E
Blaſphemiæ. 341.K
Blaſphemia grandis ex ſeipſo metiri Dei potentiam. 551.C
Blaſphemi fugiendi. 473.H
Blaſphemus peior homicida. 341.K
Boanarges quid. 301.E
Boemi hæretici Boëmiam vaſtarunt. 496.G
Bocchoridis iudicium. 560.B
Bona terrena cur vocantur non noſtra. 319.K
Bona ſpiritualia nonniſi vigilantibus dantur. 91.B
Bona cur dentur. 161.B
Bonæ nuptiæ ſed melior virginitas. 42.D
Bona opera, Dei dona ſunt. 450.I
Bonitatis diuinæ in nos deriuatio, quid. 276.D
Bonitas virtutũ mater, malitia origo vitiorum. 276.D
Bonum pro malo reddendum. 344.I
Bonum animi propoſitum cur precamur à Deo vt nobis contingat. 366.F
quid interſit inter Bonum quod appetendum eſt, & neceſſarium quod ſumendum eſt. 388.K
Bonum noſtrum plus debet eſſe voluntatis quã neceſſitatis. 347.A
Bonum opus malum propoſitum non excuſat. 405.K
Bonum malo prius. 485.D
Booz cur Ruth Moabitidem duxit in vxorem contra legis præſcriptum. 73.F
Booz tres fuerunt ſibi ſuccedentes. 74.
Boum & ouium electio quid portendebat. 186.B
Brachium Domini filius Dei vnicus 53.C.111.C
victus. 53.C
Brigittæ reuelatio facta. 86.E.219.K
Brocardus. 451.K 120.B
Brentius Lutheranus ſolennitatem funerum non omnino improbat. 422.C
Bruta domeſtica dominis ſuis tributum pẽdunt & acceptum agnoſcunt beneficium. 49.A
Brutorum cognitio eſt ſenſus tantùm. 16.F
Budæus. 6.C
Buffones florentem vineam non ferunt. 113.K 114.A

C

CAdauer à caſu nomen habet. 112.K
Cadauera & eorum ſepulchra cur abhorrentur. 422.H
Cadere quid. 161.I
R. Cahana. 553.B
Si Cain offerentem non electa deſpexit Dominus quid fiet his qui nihil offerunt Deo ſed à proximis auferunt. 106.F
Cayni quod fuit vitium. 228.I
Cain primus terram ſanguine germano tinxit. 484.H
Cain effuſo fraterno ſanguine timore concutiebatur. 518.G
Cainam quomodo filius arphaxadi. 150.K151.A
Caiphas quando ſummus pontifex. 130.E.G
Calamitates ex blaſphemiis. 342.A.B
Calceamenti ſignificatio. 143.H
Calceus ad peccatricem animam, corrigia vt vinculum peccatorum. 167.B
quid Calceamenta. 504.E
Caligula vnde ſanguiſugus & cruoris humani ſitiens. 471.F
Caluiniſta de Euchariſtia interrogatus modò zuinglianizat nunc lutherizat. 173.B
Caluinus in arij dogma deſcendit. 563.D
Caluiniſtarum inuenta. 551.F
Candelabrum quid. 318.F
Candelabrum myſticum. 318.G
in Candelabro tabernaculi typus veri & æterni luminis oſtendebatur. 319.A
Candelabrum quid. 467.H
Canere tuba metaphora vnde deducta. 354.I
Canis reuerſus ad vomitum quid. 241.I
Canis habet duas immunditias. 395.C
Canes rabie accenſi graſſati ſunt in impios qui Euchariſtiam illis proiecerant. 465.C
Canes & porci homines immundi & proterui. 394.H
Canis Æſopicus. 556.I
Cantica varia. 49.C
Cantio apud Iudæos quid. 433.F
an Capilli reſurgent. 512.K
Capharnaum quæ. 220.K à Chriſto ſæpè veſtita & miraculis illuſtrata. 223.I Galileæ Metropolis, emporio nobilitata cur maritima dicta. 224.A
Capernaitarum error. 555.E
Cardinales ex Monaſteriis. 252.F
Cares & Phœnices vſi tibiis in funebri pompa. 264.G
Carnaliter intelligere non prodeſt. 571.F
Caro mulier. 22.I
Caro non minuit quod deitatis eſt, nec deitas quod carnis eſt peremit. 24.D
Caro quid ſignificet hîc vbũ caro factũ eſt. 24.G

Caro humana quomodo vocetur cinis. 24.H
Caro obstrepit spiritui & mundus Deo. 57.C
Carni non consentiendum. 331.D
Cur sic caro vocata. 132.I
Caro quid. 133.B
Carnium esus interdictus Christianis tempore quadragesimali. 153.K
Caro in baptismo abluitur vt anima sanctificetur. 192.C
Carne Christi salua quomodo filius hominis in cœlo. 196.C
Carnes supra petram. 335.E
Caro & spiritus. 366.I
Caro pueri, Innocentiæ puerilis candor. 498.E
Caro ministra & famula animæ. 558.C
Caro cur abluitur, aut vngitur. 558.D
Caro olim data, carnis Christi typus, nunc ipsamet caro veritas. 559.D
Caro ascensura est quomodo nō vitam dabit. 569.F
Caro cur sub altera specie datur. 561.H
Caro mortua non viuificat. 570.I
Caro Christi non est sine spiritu. 570.K
Carpocrateorum blasphema sententiæ dominicæ interpretatio. 330.I
Carpocratiani & veneficæ pactum ineunt cum Sathana. 349.F
Cassandra Priami filia diuinationis spiritu prædita. 97.C
Cauendum ab hęsitatione in rebus fidei. 33.G
Cauendum à recidiuo peccati. 453.D
Cauponum fraus in vino. 183.I
Cassianus. 12.D
Castrensis lex inter Barbaros milites verè Barbara de non toleranda iniuria. 349.K
Castor & pollux ex auo prognati. 44.C
Casus septem qui eximunt diuortium in causa fornicationis. 337.E
an aliquo Casu possit separatio nuptorum fieri, & aliud coniugium contrahi. 338.K
Catharorum hæresis vnde. 253.K
Catechesis ante baptismum. 273.F
Catechumenis cur panis benedictus olim distribuebatur. 526.F
Catholici quando ab hæresibus trāquilli. 533.A
Catholici cribantur sicut triticum. 536.B
Catonis modesta insolentis lentuli increpatio. 352.G
Causæ multæ inuitant ad credendum Christo. 18.H
Causæ propter quas hodie vilescit ordo ecclesiasticus. 29.A
Causæ propter quas infans in templum portabatur. 107.H
Causa triplex nostræ resurrectionis. 558.E
Causa duplex cur nolit Christus sanctum dari canibus aut Margaritas obiici porcis. 394.K
Causa propter quam Cain occidit fratrem abelem secundum opinionem hebræorum. 509.F
Cæci à Christo illuminati condemnabunt Iudæos clarè videntes & cur. 266.A
Cæci duo quia fidem suscipiunt & ad Christum clamant à cæcitate liberantur. 265.I
Cæci duo quid significent. 266.A
Cæcorum illuminationem cur Christus distulerit. 266.A
Cæci à Christo illuminati & iussi celare miraculum an illud propalantes fecerunt contra Dei voluntatem. 266.I.K
Cæcitas Iudæorum. 164.D
Cæcilia Romana sponsum suum Christo lucrifecit. 179.C
Cæcilianus Romę innocens declaratus Donatus tanquam schismaticus à concilio condemnatus. 231.D
Cecrops cur depictus biformis. 249.A
Cedrenus hystoriog. 3.E.4.A
Cedrenus testatur Abraham docuisse astrologiā apud Ægyptios. 96.H
Cedrus incorruptibilis est redolentísque naturę. 414.F
apud Celtas cur pernoctationes ad fortum busta. 246.B
Celebre apud Iudæos Messyam ex semine Dauid venturum. 266.B
Cælum ante aduentum Christi omnibus clausum. 146.G
Cœlum apertum à quibus visum cum columba. 146.K
Cœlorum nomine quid designetur. 361.I
Cœli sunt in quibus deus habitat & inambulat. 362.D
Cœlum & terra quid. 366.H
Cœlum ferreum à quo & quibus detur. 397.G
Cœlum quomodo apertum per Christi passionē. 146.G
Cœli nomine cœlestes & angelicæ creaturæ intelliguntur. 438.G
Cœnæ fantasticæ. 527.A
Cœna Sacramentariorum mensa est dæmoniorum. 556.K
Census Christi non Augusti. 84.G
Censores cur obesis militibus equos adimebāt. 151.F
Centurionis hiſtoria virtus, fides à Christo cōmendata, humilitas, in sacerdotes reuerentia, & quomodo ad Christum accesserit. 415.C.D 416.K 417.418.E
Centurionis fides excellentior fide reguli. 222.E
Centuriones quot in scriptura commendantur. 416.K
Centenarius numerus quid designet. 420.C
Centauri in sponsam Thesæi iniurij puniti. 179.D
Cepio consul direpto auro Tolosano miserè periit. 186.K
Cæsaris Augusti nomen satis ostendit Christi incidisse tempus. 83.I
Cæsar viso capite Pompeij fleuit. 352.E
Cæsarius cum pompa elatus. 422.C
Cæsaries Deo consecrata. 447.K
Chabriæ Græcorū Imperatoris Apophthegma. 528.C
Chaldæis & Hebræis maior rerum diuinarum cognitio delata. 97.G
Chaldaica aut Syriaca lingua prædicante Christo Iudæis fuit vernacula. 265.C
Chameleon colorum varietate cedit homini. 507.K
Chana duplex & cur hæc vocetur Galileę. 179.B

Chana vbi. 180.C
Charitas nō tollit timorem iudicij diuini. 65.H
Charitas virtutum omnium maxima. 348.B
Charitas Dei custos est sanctitatis. 452.B
cui desunt opera Charitatis frustra cætera adsunt. 354.I
in perfectæ Charitatis typum contēplamur cùm Christum respicimus. 351.G
Charitas causa doni Eucharistici. 555.B
Cherintianorum & Chiliastarū imaginaria beatitudo. 419.E
Chore, dathan & Abironis horrendus interitus propter superbiam. 53.H
Chorea probrosa fuit herodi ac filiæ. 519.A.B
Chorus Angelorum cur militiæ cælestis nomen obtinuit. 90.D.E
Chrisma mysticum in tribu leui & Iuda. 44.E
Chrisippus hierosolymitanus. 470.E
Chronicon Hebræorum Seder Olant. 76.E
Chrysostom⁹ de inanis gloriæ cupiditate. 322.A
Chusa Herodis procurator in Christum propensus. 500.C
Chusi dissoluit (volente Deo) consilium Achitophel. 260.I
Chrisma mysticum quomodo in ænigmate denotatur. 547.C
Christiani omnes esuriūt quia solum Deum attendunt cætera contemnunt. 54.H
Christianus in necessitate positus quid diabolo respondeat. 156.F
Christianorum cultus in veritate. 216.H
Christiana paupertas. 240.G
Christianus an infideli aduersario consentire debeat, aut possit & quomodo. 332.E
Christiani vocati olim infanticidæ. 314 G
Chrisostomi homelia contra auaros & contra auaritiam valdè vehemens. 310.E
Christiana lex omni Philosophia Platonica superior. 535.G
Christiana religio pariter in vtroque sexu adulterium condemnat. 338.I
Christianis liceatne in iudicio contēdere. 346.A
Christiani omnes fratres sunt. 349.B
Christianorum in inimicos charitas. 350.D
Christiani milites exercitui paganorum suis precibus pluuiam impetrarunt. 350.K
Christiani cur facie ad Orientem versa precari soliti sunt. 362.A
Christiani non ex nomine sed ex spiritu cognoscendi. 406.K
Christianus non est qui factis Christum oppugnat. 421.A
Christianus abrenunciat mundo, diabolo & omnibus Angelis eius. 491.F
Christiani se vltrò mactandos obtulerunt. 510.E
Christianis afflictis obiiciebatur, quod Deus eorum aut non esset: aut illorum curam abiecisset. 512.K
Christiani in persecutionibus alacriores. 523.I
Christiani nostri in America, Peru & cæteris regionibus nuper inuentis miraculis fulgent. 523.K
Christianis impositum infanticidium. 555.E 568.K
Christum hominem absque deitate agnoscere aut Deum absque humanitate periculosum. 25.F
Christi corpus in mōmēto perfectè formatum. 45.B
Christi corpus non fuit æreum. 40.I
Christi puritati nihil obsunt nostra opprobria. 72.I
Christi paupertas calcat mundanorum pompā & fastum. 89.G.H
Christi humanitas contra infideles per dolores virginis probatur. 114.F
Christi typum qui gesserunt ab ipsa infantia multa passi sunt. 118.K
Christi obedientia parentibus reddita nostram damnat superbiam. 127.K
Christi dignitas. 169.B
Christi mysteria. 177.D
Christi baptisma excellentius Ioannis baptismate. 166.C
Christi erat ascendere in cœlum, non ad ima cadere. 158.D
an Christi caro spiritus sit quia ex spiritu. 194.D
Christi diuinitas ostenditur quia in eū credendū. 198.A
Christi vita laboriosa. 211.H
eiusdem frugalitas & paupertas. ibid.H.I
Christi virtus superior omni vi morbi. 221.K
Christi corpus panis supersubstantialis. 367.H
Christi corpus cur panis dicitur. ibid.I 368.G
Christi virtus, & patrum SS. vigiliæ hæreticorū furorem vicerunt. 533.A
Christi de hostibus suis victoria. 244.C
Christi caro diuinitate plena. 564.H
Christi descensus ad inferos. 465.H
Christi corpori nihil accrescit aut minuitur in Eucharistia. 526.K
Christo patiente apparuit fidelis dilectio suorū maximè verò B. virginis. 114.G
Christo nihil accrescit secundum diuinitatem. 128.H
Christo nihil incurabile. 255.A
in Christo quomodo etiam mali christiani sunt. 158.F
Christo nuda sunt omnia. 176.I
Christo accepta bona omnia referenda sunt. 232.E
Christo credita sunt omnia. 283.I
Christo tria fuere refugij loca & quæ. 299.E
à Christo quid imprimis requirendum. 536.E
Christum oportebat concipi nō de semine viri. 42.I
Christum ipsi dæmones & Gentiles norunt. 70.F
Christus cur potius Dauid quàm cæterorum filius. 170.G
Christum Iudęa profugum Ægyptus obsequenter accepit. 119.F
Christum simul esse in cœlo & in Eucharistia non mirum. 178.C
Christum agnoscere non possunt qui terræ & peccatis defixi sunt. 225.K
Christum sequi in arca quid. 242.G
Christum nihil iuuat cognoscere hominem nisi & credamus Deum. 452.K
Christū Iudęi mirātur magis quā agnoscūt. 539.I

Christum in naui dormire quid. 533.B
Christus Deus S.B.vera lux. 111.E
Christus pastor bonus. 546.I Granum synapi. 482.F dupliciter panis vitæ.545.I Quomodo panis omnia pascens. 545.K
Conuiua & conuiuium.547.verus Rex. 528.E Agnus singulariter. 168. Substantialiter est vita.206.H in vna ecclesia habitat.172.K sol oriens. 68.G.H
Christus quid nobis profuit si ille lux nos autẽ tenebræ. 161.K
Christus aliter testimonium perhibuit veritati quàm Ioannes. 18.E
Christus quomodo venerit pro omnibus. 19.H
Christus tripliciter videtur gratia plenus. 27.G
Christus caput totius ecclesiæ militantis & triumphantis. 27.I
Christus tales mores instituit vt qui his vtentur Angelorum naturam induant. 27.E
Christus à quibus agnitus & admissus. 33.G
Christus animarum nostrarum medicus. 35.I
Christus eadem die conceptus & mortuus & primus homo conditus. 36.A
Christus magnus potẽs opere & sermone.41.A
Christus simul magnus & paruus. ibid.B
Christus cur non accelerauit aduentum suum. 42.E
Christus carnem suscepit carnem de vtraque tribu leui & Iuda. 44.E
Christus sol quomodo primùm apparuerit. 45.H
Christus innotuit Ioanni nondum nato. 45.H
Christus fructus veritas. 47.I
Christus verum Dei salutare. 50.A
Christus eduxit patres defunctos de lacu. 63.C
Christus se totum dedit. 64.E
Christus Deus altissimus. 67.B
Christus quomodo à Dauid cum mater virgo fuerit. 71.D
Christus præsignatus in natiuitate Iacob. 72.B
Christus cur Rex Israël. 177.E
Christi generatio è quatuordecim iudicibus, totidem regibus & totidem ducibus profecta. 77.A
Christus digniorem omnibus generationem habere debuit. 77.G
Christus cur incarnatus. 83.A
Christus quomodo Primogenitus Mariæ vocetur. 82.F.G
Christus cur non venerit in principio morbi. 83.F
Christus cur in hyeme & media nocte nasci voluit. 85.I
Christus nascens confundit insolentiã diuitum. 85.K
Christ⁹ cur octauo Calẽdas Ianuarij natus.85.K
Cur nocte natus. 86.A
Christus cur medius inter asinum & Bouem. 86.I
Christus cur elegit stabulum. 87.A
Christus cur natus non longè à pascuis. 87.K
Christus etiam infans Dominus tamen. 89.C
Christus quomodo Dominus. ibid.C
Christus in ipsa Natiuitate vnctus est. ibid.D
Christus non inuenitur in ambitione, auro aut diuitiis. 92.D
Christus cur circunciſus. 94.G
Christus patri acceptus in circunciſionis humilitate. 94.G
Christus vt mediator in se suscepit circunciſionẽ & baptisma. 94.I
Christus finem imponit circunciſioni. 94.I
Christus non proprium nomen est sed nuncupatio potestatis & regni. 95.C
Christus cur dicitur saluator. 96.A
Christo competit saluare secundum vtramque naturam. ibid.B
Christus per stellam exprimitur. 100.C
magi gentium primitiæ. 100.E
Christus paruulus in præsepio immẽsus in cœlo. 100.K
Christus venit non vt pugnet viuus sed vt triũphet occisus. 100.K
Christus quomodo Rex secundum humanitatẽ & diuinitatem. 101.H
Christus dignior in præsepi regum filiis in auro recumbentibus. 100.I
Christus in Eucharistia & altari nõ minus quàm olim in præsepi Christus adorandus. 103.C
Christus solus aperuit sibi vuluam & ideo solus sanctus. 105.I
Christus cur in Hierusalem delatus. 106.F.G
Christus cur in templum delatus. 107.H
Christus quomodo in ruinam & in resurrectionem. 112.G
Christus sua incarnatione gentem Iudaïcam honorauit. 111.G
Christus in quibus mirabilis. 112.B.C
Christus saluator quomodo sit in ruinam infidelium & peccatorum per occasionem & nõ per effectum. 113.A.B
Christus in sui ruinam & resurrectionem. 113.F
Christus non venit vt quenquam excæcet.113.C
Christus fugiens cedit tempori nõ herodi. 118.B
Christus cur non restitit Herodi. 119.B
Christus cur nocte fugit. 119.C.D
Christus cur noluit infans interfici. 119.E
Christus pueros innocentes cur non ab Herodis iniuria liberauit. 120.G
Christus quomodo Nazareus. 123.I
Christus puer delituit inter pueros. 123.D
Christus cur Nazareus vocari voluerit. 124.A
Christus quomodo crescebat. 124.F
Christus quo spiritu confortabatur. 124.H
Christus non fuit sapiens proficiendo. 124.I
Christus dat pueris pietatis exemplum. 125.E
Christus non in cortice literæ sed in medulla & spiritu. 125.I
Christus vbi requirendus. 125.I
Christus repertus in templo non in theatro. 126.B
Christus post triduum repertus in templo quid significet. 126.C
Christus cur in disputationem admissus cum ab ea pueri & idiotæ arceantur. 126.D
Christus de quibus disputauit in templo. 127.A
Christus quando apertè Deum suum patrem prædicat. 127.E
Christus parentibus obediebat nõ ex infirmitate sed pietate. 127.H

Christus quomodo crescebat ętate & sapientia. 128.F
Christus cum sit verbum cur vt natus non statim locutus. 128.I
Christus prædicationem implet infra quadriennium. 130.G
Christus cur ex aqua vinum fecit. 138.C
Christus cur baptizari voluit. 144.K
Christus orditur à baptismo. 145.A
Christus quando & quomodo innotescere voluit. 145.A
Christus baptisari volens nobis indicauit baptismi necessitatem. 145.B
Christus descendit in aquas vt latens illic contereret capita draconis. 145.C
Christus baptizandus accedit ad Ioannem vt veterem Adamum aquis obruat. 145.G
Christus cur seruus vocetur. 148.A
Christus quomodo eadem die baptizatus & à Magis adoratus dicatur. 148.H
Christus natus vt naturam & legẽ sanctificaret. 149.B
Christus ad quam militiam omnes fideles vocet. 151.G
Christus qualem militem requirat. 151.G
Christus à Spiritusſancto vnctus pugnaturus. 151.K
Christus cum quibus bestiis erat. 152.G
Christus cur testari voluit. 152.H
Christus cur ieiunauit. 153.B
Christus non ieiunat ex legis præscripto. 153.B
Christus cur per 40.dies & noctes non manducauit. 153.I
Christus nõ solùm ter sed per dies quadraginta tentatus est. 155.F
Christus cur Sathanam incertum dimittit. 157.C
Christus an verè à Sathana sublatus sit. 157.E
Christus cur supra pinaculum templi. 157.H
Christus transportatus non ex diaboli potentia sed Domini patientia. 157.E
Christus an videbatur cùm portaretur. 157.G
Christus non statim discipulos ieiuniis adstrinxit. 159.F
Christus sapientia se tutatur. 160.A
Christus obiter se Deum esse docet. 160.C
Christus patientia vicit vt nos patientiam doceret. 162.H
Christus quomodo à Ioanne annunciatus. 165.E
Christus quomodo factus ante Ioannem. 166.I
Christus quomodo medius nostrûm. 166.G
Christus in incarnatione vir perfectus redditus est. 166.K
cur Christus venit ad baptismum. 168.A
Christus etiam in præsenti tollit nostra peccata. 168.H
Christus non tollit actu cuiusque peccata etiãsi auferre posset. 168.I
Christus probatur esse filius Dei Deus. 171.G
Christus à natiuitate vsque ad baptismum nullum fecit miraculum. 169.H
Christus an habuerit propriam domum. 173.C
Christus non retinet dubios sed resoluit omnia. 173.B
Christus cur Philippum per se vocarit qui fuit simplex & rusticus. Nathanaelem verò per Philippum qui fuit sapiens & literatus. 175.C
Christus sursum & Christus deorsum in eodem instanti. 178.B
Christus cur nuptiis adfuit. 179.I
Christus cur cum matre ad nuptias vocatus. 180.B
Christus quid donauit in nuptiis. 180.D
Christus relictis affinibus prædicationis officio obeundo se totum dedit. 182.B
Christus dicens non adueniſſe horã suam non se necessitatibus tẽporum obnoxium prædicat. 182.E
Christus non fuit constellationibus adstrictus. 182.F
Christus cur facturus miraculũ vtitur ministris. 183.C
Christ° cur miraculis abstinuit in pueritia. 184.B
Christus quoties ad pascha venerit. 184.K
Christus cur pascha legale celebrarit. 184.K
Christus non ante multos dies paschæ fuit baptizatus. 185.C
Christus noluit impietatem ferre. 185.C
Christus instar boni prælati per visitationẽ propriam inquisiuit. 185.D
Christus Dei naturalis filius non adoptiuus. 186.F
Christus omnia sustinere paratus pro honore templi. ibid.G
Christus quando conceptus & passus. 187.I
Christus cur templi significationem non explicauit. 188.D
Christus omnipotens quomodo se non credidit Iudæis. 188.G
Christusne solus & non etiam sancti ascensuri sunt in cœlum. 196.D
Christus in baptismo operatur. 192.A
Christus in nobis baptisat. 192.B
Christus simul descendebat & erat in cœlo. 196.H
Christus aliter, aliter electi ascendunt in cœlum. 196.I
Christus quomodo prosit paruulis nondum credentibus. 201.C
Christus cur ad solennitates conueniebat. 202.F
Christus cur loca populosa quærebat. ibid.G
Christus baptizatus baptizat, sed quo baptismate. ibid.G.H
Christus & Ioannis baptismata differunt. ibid.H
Christus desponsauit sibi ecclesiam, incarnatione, baptismo, & passione. 204.D
Christus quid acceperit de quolibet hominis statu. 205.A
Christus inquantum Deus, est ipsa veritas, sed inquantum homo est testis veritatis. 205.H
Christus quomodo creuit & Ioannes minutus est. 204.I
Christus quando & cur relicta Iudæa transiit in Galilæam. 210.C
Christi baptismus quid. 210.F
Cur Christus denuo venerit in Galilæam. 210.K

Christus cur per Samariam transiit post prohibitionem aliàs factam. ibid.K
Christus non est vsus aureis aut argenteis poculis. 212.G
Christus contẽptus non vicissim contẽnit. 212.K
Christus iudæorũ cultum præfert Gentili. 216.D
Christus vocaliter orauit, & orare docuit. 217.D
Christus cur Samaritanæ confessus quod Iudæis rogantibus negarat. 217.F
Christus quã messem instare dicebat. 219.A
Christus cur in Capharnaum secedit. 224.B
Christus cur confirmet Ioannis doctrinã. 225.E
Christus nos post naufragium vocat ad tabulas. 225.K
Christus morbos spirituales curabat & inde corporalibus medebatur. 226.I
Christus cur mechanicos elegit. 228.C
Christus cur duos elegit. 227.K
Christus vocans fratres ad apostolatum eosdem vocabat ad martyrium. ibid.
Christus à nobis depulit tenebras diabolicæ versutiæ. 245.F
Christus sicut homo videtur, & sicut Deus potentiam ostendit. 244.I
Christus sæpe concedit Capharnaum. 233.C
Christus alicubi esse non potest sine fructu. ibid.D
Christus in synagoga docet ne videatur à lege discedere. ibid.E
Christus dæmonem expulsurus neminem inuocat sed propria vtitur virtute. 235.D
Christus aqua viua semper scaturiens. 235.I.K
Christus erat admirationi supra omnes exorcistas. 236.A
Christus fugit humanam gloriam. ibid.B
Christ° qua ratione in domũ petri venerit. 237.B
Christus sanaturus socrum Petri cur vtitur externis signis velut ceremoniis. 237.E
Cur Christus tenuit manum socrus Simonis. 237.F
Cur Christus die à nocte ęgrotos sanauit. ibid.K
Cur non sinebat dæmonia loqui quod scirent eũ esse Christum. 238.B
Christus nõ improbat obsequium in defunctos. 240.K
Christus cur permisit suos tribulationibus vexari. 242.F
Christus cur permisit tempestatem. 242.K
Christus nihil ignorat. 243.D
Christus ostensurus diuinitatem, priùs argumẽtum humanitatis porrexit. 243.G
Christus cur noluit retinere liberatum à dæmonio. 248.E
Christus maior Mose. 244.F
Christus maior Helya. 244.G
Christo vt homini collata est potestas quam habuit vt Deus. 251.D
Christus in electione ministrorum suorum non secutus est opinionem vulgi. 252.C
Christus cur elegit piscatores pauperes & publicanum. 252.C
Christus cur non omnes apostolos simul vocauerit. 252.E
Christus de se in tertia persona loquitur. ibid.K
Christ° qua virtute alliciebat quos vocabat. 253.B
Chr. cur paruipẽdebat obtrectatorũ voces. 253.F
Christus quomodo esurierit. 155.C
Christus cur venit ad Matthæum. 256.D
Christus peccatorum conuiuia vt doceret adiit. 256.E
Christus annon vocauit iustos vt Apostolos. 256.F
Christus vocat peccatores ad pœnitentiã iustos verò ad gratiæ incrementum & spiritualis vitæ perfectionem. 256.F
Christus quando & cur responderit obtrectatoribus Iudæis. 254.G.H
Christus cur ieiunauit. 257.G
Christus inimicis æquè vt amicis facilis. 261.C
Christus cur retro tangitur. 261.I
Christus fimbrias gestabat. 261.K
Christus cur inquirebat quis tetigisset eum cum ipse sciret. 262.K
Christus cur non omnes secum admisit cũ puellam suscitare voluit. 264.D.E
Cur Christus iusserit dari cibum puellæ suscitatæ. 265.E
Christus vt volebat suam pandebat omnipotẽtiam. 267.D
Cur Christus Hierosolymam ascendit in die festo. 269.I
Christus cur non statim venit post Adami peccatum. 270.H
Christus cur potiùs cæteris eum qui diutiùs laborauerat morbo sanauit. 273.F
Christus non tantum corpore sed anima ægrotum curauit in Baptismo peccatum nõ solùm nõ imputatur, sed omninò eluitur. 275.F
Christus cur aliquando patris meminit, & non semper vt homo loquitur. 276.G
Christus ostendit se æqualem patri per potestatẽ operandi & iudicandi. 277.G
Christus similiter patri operatur siue mortuos suscitet siue peccata remittat. 280.A
Christus quomodo adoratur in carne. 280.I
Christus cur iudicium acceperit à patre. 280.K
Christus in iudicio ab impiis videbitur. 280.B
Christus aliquando loquitur vt homo aliquãdo vt Deus. 284.F
Christus certus de seipso. 285.H
Christus apud Deum & fideles tanto maioris authoritatis quàm moses, quantò seruo dignior est filius in domo patris. 290.D
Chr. voluit suos ferẽdæ fami assuescere. 291.D.F
Christus præferebat omnium salutem & ædificationem proprio cibo. ibid.F
Christus cur discipulos temere accusatos defendit. ibid.I
Christus cur silentiũ imponit dęmonib°. 297.B
Christ° vt imperator ab apostolis tanquã militię suæ recẽs ascriptis accipit sacramẽtũ. 298.F
Christus cur ascendit in montem. 298.K
Christus nunc à cura corporum transit ad curam animarum & rursus ab hac ad illam vt variam præstet vtilitatem. 299.D
Christus ascendit in montem vt liberius in oratione pernoctaret. 299.D
Christus quo ordine processit ad electionem suorum. 300.F
Christ° Iudã cur vocauit ad apostolatũ cuius fidẽ

habeat perſpectam. 303.A
Cur voluit prodi. ibid.
Chriſtus ſeſe accommodat plebi. 303.H
Chriſtus quomodo abſtinuit à gentibus. 303.I
Chriſtus cur primũ de humilitate, & paupertate agit: apud humiles et pauperes diſcipulos. 306.F
Chriſtus cur egenus factus eſt. 306.K
Chriſtus cur præmiſerit ſal luci. 317.F
Chriſtus cur quandoque ſenſibilia præmia æternæ expectationi admiſcet. 307.I.K
Chriſtus lucerna ſuper candelabrum crucis conſtituta: totam domum eccleſiæ illuminauit. 319.B
Chriſtus quomodo ſol & quomodo lucerna. ibi.
Chriſtus ſe oſtendit veteris & nouæ legis inſtitutorem. 322.E
Chriſtus quomodo non ſoluit ſed impleuit legem. 322.E
Chriſtus quomodo impleuit legem. 323.E
Chriſtus quomodo Prophetas impleuerit. 323.K
Chriſtus compleuit legem addens prætermiſſa. 324.A
Chriſtus Hebræus hebræis hebraicè locutus. 324.E
Chriſtus cur legem interpretaturus primum agit de homicidio. 326.H
Chriſtus pacẽ nõ ex ore ſed corde deſiderat. 330.F
Chriſtus concupiſcentiam prohibens non addidit ſine cauſa & cur. 334.F
Chriſtus cur potiùs viſus meminit quàm tactus & aliorum ſenſuum. 334.K
Chriſtus pleniùs exercuit virtutem ſuam & ſigna ſuæ præſẽtię hieroſolymis quã alibi. 343.D
Chriſtus non improbat ſumi ſupplicium de improbis ſed priuatam vindictam vetat. 345.B
Chriſtus ſuos ad humilitatem & contemptum humanæ gloriæ vocat. 353 G
Chriſtus cur ſe Gallinæ comparat. 360.C
ſolus Chriſtus filius naturalis Dei nos autem filij adoptionis. 361.D
Chriſtus ipſe quomodo poteſt eſſe regnum Dei 365.D
Chriſtus non calumniatur legem veterem ſed potiùs auget. 326.C
Chriſtus quanto maior Moſe. 326.G
Chriſtus quando cœlum terræ coniunxit. 367.E
Chriſtus memoriæ noſtræ conſulens ſuorũ præceptorum fecit compendium. 372.I
Chriſtus verbis & factis nos docuit orare. ibid.K
Chriſtus ieiunium noſtrum à fermento Phariſæorum repurgat. 375.C
Chriſtus hypocritarum eleemoſynas, orationes & ieiunia auerſatur. 375.E
Chriſtus vngitur eleemoſyna. 377.E
Chriſtus lilium. 387.K
Chriſtus pietate dilectionis omnes alios patres exſuperat. 390.F
Chriſtus proſpexit futuræ neceſſitati habens loculorum cuſtodem. 390.G
Chriſtus quomodo improbauit ſollicitudinem victus. ibid.K
Chriſtus ita ſcripturam ſacram temperari voluit vt omnes omnia myſteria non intelligerent. 394.I
Chriſtus quantò differebat docendo à ſcribis & Phariſæis. 410.D.E
Chriſtus cùm ſit bonus nociua non vult præſtare. 412.E
Chriſtus nõ alligauit vim ſuã ſacramentis. 412.I
Chriſtus quomodo & quandiu voluit curationẽ leproſi ſub ſilentio premi. 413.F
Chriſtꝰ cur miracula publicari prohibuit. 413.H
Chriſtus ſe legi ſubmiſit. 414.B
Chriſtus qualẽ ſe eſſe arborẽ demõſtrauit. 415.A
Chriſtus plus promittit quam rogetur. 417.H
Chriſtus ſuſcitans filium viduæ voluit ſe mortis & vitæ Dominum oſtendere. 420.G
Chriſtus vltrò ſe non ſolum ægrotis ſed ſanitatẽ non quærentibus offert. 420.H
Chriſtus nullibi ſine fructu. 420.I
Chriſtus ſequendus non ſolum greſſibus corporis ſed animæ. 421.A
Chriſtus quando exorſus regimen Euãgelicum. 422.K
Chriſtus deſcendens ad inferos quos inde erat eripturus. 425.K
Chriſtus priùs factis, deinde verbis reſpondet interrogantibus. 426.E
Chriſtus qua ratione cæteris minor & humilior cenſendus. 430.K
Chriſtus quomodo & quando rapitur. 431.I.K
Chriſtus leuitatis viam ſibi vendicauit vt Ioannẽ aſperiore donaret. 434.C
Cur Chriſtus leuiorem vitam Ioanne elegerit. 434.H
Chriſtus eſt ſapientia non ex efficientiis ſed ex natura. 435.D
Chriſtus cur væ Corozain & Betſaida potius quàm cæteris dicat. 436.A.B
Chriſtus cùm nos docuerit benedicere maledicẽtibꝰ cur ciuitatibus celebribꝰ maledicat. 436.B
Chriſtus cur non ſe Tyriis & Sidoniis potiùs quàm Galilæis communicauit. 436.I
Chriſtus cur gratias agit de excæcatione ſuperborum. 439.D
Chriſtus exemplo & verbo mores format. 441.I
Chriſtus pollicetur requiem animabus non autẽ corporibus quamdiu hîc hæremus. 441.K
Chriſtus cur tam liberè adfuerit inuitantibus cũ hoc fuerit prophetis inſolens. 443.D 443.G
Cur Chriſtus ad Phariſæi mẽſam venerit. 443.F
Chriſtus per humanos actus diuinas probauit virtutes. ibid.
Chriſtus cauſam peccatricis ſuſcipit. 449.G
Chriſtus etſi nos per crucem redemit, tamen vult nos ſibi concrucifigi. 450.G
Chriſtus aliter vt Deus aliter vt homo peccata remiſit. 452.I
Chriſtus ſua mãſuetudine Iudæorum calumnias depellit. 456.F
aliter Chriſtus, aliter Apoſtoli dæmones expellebant. 458.F
Chriſtꝰ dedit ſignũ paupertatis in præſepi. 465.B
Chriſtus quomodo fuit in inferis tribus diebus & tribus noctibus. 466.A
Chriſtus à ſolis vberibus virginis matris lactatus. 471.B
Chriſtus nõ faſtidioſè ſenſit de matre ſua. 472.F
Chriſtus neminem à ſe aut à ſua doctrina arcet. 473.G

Christus prope mare sedens piscabatur auditores existentes in terra. 473.I
Christus se captui audientiũ accõmodat. 473.K
Christus quomodo exiisse dicitur. 474.C
Christus exiit tripliciter. ibid.
Christus & Nabuchodonozor arbori dissimiliter & inæqualiter comparati. 482.G
Christus cur nasci voluit. 483.C
Christus cur in parabolis loquebatur. 483.H
Christus cur se vocet filium hominis. 484.D
Christus thesaurus Christianorum. 489.I
Christus cur lecturus surrexit. 494.A
Christus non fuit generis leuitici. 494.A
Christus viduis succurrit vt nos doceat. 497.E
Christus in cruce mori voluit. 498.H
Christus adhuc passibilis quando voluit dotes corporis glorioſi assumpsit. 498.I
Christus quomodo per medium inimicorum ibat. 498.K
Christus cur Iudam elegit quem malum prenderat. 502.E
Christus cur prohibet gẽtium consortiũ. 502.G
Christus cur suis imminẽtia pericula proponit. 506.F
Christus quomodo filius simul & pater est sed diuerso respectu. 510.I
Christus à nobis petit liberam sui nominis cõfessionem. 513.E.F
Christus venit separare homines propinquos dupliciter. 514.F
noluit Christus quicquam ministro suo deesse ad victum. 516.F
Christus & Ioannes exorsi sunt prædicationem à pœnitentia. 516.I
Christus cur se subduxit ab herode. 523.A.B
Christus persecutores vitauit magis quàm timuit. 523.E
Christus in quo magneti similis. 523.G
Christus cur frequenter in monte docuit. 524.B
Christus cur priùs mentes quam corpora pauit. 524.C
Christus cur populum cibaturus dicitur sublevasse oculos. 524.F
Cur non mutauit Christus panes hordeaceos in triticeos. 526.H
Christus noluit videri deseruire gulæ. 526.I
cur Christus voluit panum & piscium superesse reliquias. 527.B
Christus non venit reges occidere, sed regibus iustam regnandi scientiam ostendere. 528.F
Christus ecclesiarũ persecutione fatigatã verbo per suos apostolos recreat & alloquitur. 533.E
Christus suis panem dedit multiplicem. 535.B
Christus præuiderat futura de esu suæ carnis scandala, & schismata: sed prouidere voluit. 535.G
Christus sacramentarios verbis & factis eludit: ibid.G
Christus sæpe Capernaum commigrabat. 535.K
Christus cur interrogantibus discipulis acrius respondet. 536.E
Christus à patre signatus. 537.G
Christus quomodo nobis est in cibum spiritualem. 540.E
Christus etiam vt homo volebat humanum genus saluare. 542.A
Christus mouebatur horrore suppliciorũ. ibi.A
Christus occulta cordiũ nouit & reuelat. 543.B
Christus etiam in quantum homo suscitat mortuos. 544.E
Christus sol⁹ perfectè Deũ videt & nouit. 545.E
Christus quomodo sese animis nostris communicet. 545.H
Christus quomodo panis omnia pascens. 545.K
Christus & Manna quomodo idẽ cibus. 546.B
Christus varia oratione eadem inculcat vt Iudæi sint inexcusabiles. 546.F
Christus multis modis pascit nos. 546.H
Christus bis commendauit suæ carnis sacramẽtum. 547.E
Christus Ioan. 6. agit de sacramentali carnis suæ manducatione. ibid.
Christus conuiua & conuiuium. ibid.H
Christus carnem suam dedit in cibum in die cœnæ. ibid.K
Christus sacerdos & sacrificium. 548.E
Christus autor sacramenti Eucharistiæ. ibid.
Christus ænigmaticè in veteri testamento sub nomine panis obumbratus. 548.K
Christus etsi pro pœna ęterna solus satisfecit nõ tamen nos à temporali cruciatu exemit. 450.F
Christus asserit se verè & non figuratè loqui. 551.G
Christus totus sub vtraque specie. 553.B
Christus solos adultos & mentis compotes alloquebatur. 553.K
Christus aliter venit sub lege, aliter sub tempore gratiæ. 565.A
Christus à Iuliano irrisus. 456.D
Christus non tantùm verbo sed tactu mortuos excitabat. 557.I
Cibus spiritualis salus lapsorum. 218.C
Cibus spiritualis quis. 218.F
Cibus, non superflua debentur. 505.C.D
Cibus corporalis fidelibus infidelibúsque communis. 535.B
quem Cibum in futuro daturus erat filius hominis. 537.E
Cibus quem pollicebatur Christus se daturum corporalis est. 552.C
Cibo absente nemo alitur ergo oportet Christi carnem esse præsentem. 560.A
Cibi ad manducantem proportio est, & respectiua conditio. 561.G
Cicero veram sententiam duorum verborum adiectione corrupit. 349.G
Cilicij significatio. 436.F
Cineribus cur frontes initio quadragesimæ intinguntur. 377.K
Circe venefica obliuionis cibo socios vlisis dementabat in porcos. 485.K
Circuncelliones Catholicorum oculos calce implebant & eruebant. 402.B
Ciuitas supra montem ecclesia. 317.G
Ciuitas & mansuetudo Christi erga Samaritanã quã noluit corã apostolis arguere. 212.B.C
Circuitus Christi pro prædicando Euangelio nõ infirmat residentiam pastorum. 226.F
Circunciſionis lex. 56.I
Circunciſio quid & quando instituta. 93.C

Circunciſio cur inſtituta. 93.D
Circunciſio cur in deſerto aliquãdiu intermiſſa. 93.D
in Circunciſione nulla fœditas. 93.I
Circunciſio ſpiritualis. 93.K
Circunciſio figura baptiſmi. 94.B
Circũciſio quomodo differt à baptiſmate. 94.B
Circunciſio quomodo erat ſignaculum iuſtitiæ fidei. 94.B.C
Circunciſio multiplex in ſcripturis. 94.F
Circunciſione nõ iuſtificabatur homo. 95.A
Circunciſio pro reſurrectionis ſtatu. 95.B
Cur circunciſio die octauo fiebat. 95.B
Circuncciſio quo ad ſignificationem. 95.B
Circunciſio & ſabbathum quouſque valuerunt. 323.I
Circunciſio cordis non in litera ſed ſpiritu. 399.A
Circunſtantia temporis certiùs reddit euangelium. 28.D
Claudius Sanctius. 550.A
Clementia ſuperiorum in inferiores. 230.E
Clericorum ordo ambitione laborat. 158.F
Clericorum quorundam iuſtitia. 494.B
Clerici à Malachia correcti contumacia & punitio. 551.D
Clitoneus. 45.D
Clodoueus nõdum Chriſtianus ſacrilegum militem ſtricto enſe diſſecuit. 417.D
Cocci ſuperadditio quid ſignificet. 414.F
Cognatio ſpiritualis in Chriſto. 472.F
Cognitio filij poſt incarnationẽ facta eſt. 41.C
Cognitio ſecundum naturam & cognitio ſecũdum voluntatem. 407.H
Cognoſcere, quibus modis exponi poteſt. 82.C
Cognoſcere quomodo ſumitur in ſcripturis. 407.F
Cognitio eccleſiæ in qua Chriſtus. 445.C.D
Cognoſcimus Chriſtum aut per internã reuelationem aut per miraculorũ operationẽ. 543.D
Collatio Ioſeph patriarchæ cũ Ioſeph viro virginis. 37.E
Collatio cęterorũ regnorũ cũ regno Chriſti. 61.F
Collatio cibi corporalis & ſpiritualis. 536.I
Colloquia fabuloſa in templis fulmine digna. 30.I
Collecta bona & in vaſis repoſita quid. 541.G
Colluſio Herodis cum Herodiade. 519.E
Colonia in Samariam tranſmiſſa. 211.B
Columbæ fœcunditatem turtures caſtitatem docent. 107.C
An fuerit vera columba. 147.A
In columba malorum cita obliuio. 170.I
Columbæ amor vehemens in conſortem. 170.I
Columba correſpondet ſpirituiſancto. 170.H
quid Columbæ cum Chriſto. 107.I
Columbæ cur ſuper fluenta reſidere delectãtur. 107.E
Columba vitæ actiuæ repræſentatiua. 107.E
Columbæ proprietates. 507.F
Columbinus aſpectus cur requiritur. 507.G
Comæ mulierum piarum quæ. 448.F
Commendatio orationis dominicæ. 372.K
Cõminantur prophetæ & prædicatores peccatoribus nõ vt deſperẽt ſed vt reſipiſcãt. 139.H
Comminatio in degeneres paſtores. 546.I
Commoda exemplo dicti Chriſti nolite iurare omnino. 342.G
Commiſſa dona aut ſunt gratuita, aut naturalia, aut fortuita. 370.A
Commiſſura panni veteris quæ. 258.K
Comparatio verbi diuini cum interno verbo noſtro. 5.K
Comparatio Angelicorum verborum cum Elizabeth. 47.G
Comparatione veritatem & ſoliditatem verbi aſtruit. 324.C
Comparatio D. Ioannis & Ioſeph. 521.D
Comparatio columbæ diluuij ſedati nunciæ & ſpirituſãcti in colũbæ forma apparẽtis. 147.D
Comparatio Ioannis & Helyæ. 164.H
Comparatio cœli ad Chriſtum & terræ ad eccleſiam. 367.D
Conciliatio Euangeliſtarum. 117.B.C 150.D 160.D 249.C 245.G 239.G 261.B 293.I 294.H 299.K 528.H
Conciliatio Matth. cum hebraico contextũ Micheæ c. 70. 101.F
Conciliantur: Matthæus & Lucas. 150.D 149.A
Matthæus & Ioannes. 174.D
verba Pſal. cum verbis D. Matth. 484.B
Matth. & Oſeas. 119.G
Matth. & Eſaias. 224.F
Latina Græcis. 368.H
Conciliatio locorum, attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, Et, luceat lux veſtra coram hominibus. 319.E
Concil. præceptorũ in ſpecie cõtrariorũ. 504.E
Conceptionem verbi dignitas maternæ animæ præcedere debuit. 471.H
Conciliũ quid. 328.D Cabilonenſe. 554.D Epheſinum cõtra Neſtoriũ ibid. Vvormacẽſe. 526.A
Cõcionator capacitati auditorũ conſulat. 250.F
apud quos diuerſari debẽt Concionatores. 505.D
Concluſio quomodo Deus videatur. 312.D
Conculcari ab hominibus quid. 316.D
Concupiſcentiæ malum non vincitur niſi fugiẽdo. 336.G
Concurſus populi gentilis maritimi ad Chriſtũ præfiguratus in Salomone. 303.K
Conditiones arboris bonæ. 404.H
Confertur initium Geneſeos cum initio Euangelij Ioannis. 11.F
Confertur Ioannes Chriſto. 430.H
Confertur Matthæus cum Moſe. 69.G
Confeſſiones audiens quomodo ſe agat in aliorum peccata. 394.C
Confeſſio triplex. 438.E
Confeſſio quotuplex. 116.F
Confeſſio peccati ſub lege. 134.K
Confeſſio que fit ſoli Deo non ſufficit ad ſalutẽ. 416.G
Confeſſio non ſemper pœnitentiam, ſed & gratiarum actionem ſignificat. 438.E
Confeſſio & ſatisfactio. 445.G
Confeſſores multi in eccleſia glorioſi & ſuperbi. 303.B
Confidentia in Deum. 445.F
Confunduntur omnes hæreſes in filium enatæ. 11.E

Coniugatis ferenda est mutua coniugis infirmitas. 339.I.K
Coniugium quomodo dicitur in remedium. 79.A
Coniugium stat cum continentia. 81.A
Coniux simul & virgo. 81.A
Coniunctio comedentis ad cibum. 557.F
Connubia cum alienigenis cõtracta magna secũ mala vehere. 215.G
Consensus vtriusque partis in matrimonio requisitus. 179.F
& parentum. ibid.
Consensus noster requiritur. 545.A
Consolatio sterilium mulierum. 30.A
Consolatio ex interpretatione nominis Mariæ. 37.E
Consolatio in Christi natali. 88.G
Consolatio incarceratorum propter Christum. 208.A
Consolatio paratur lugentibus peccatum non temporalia damna. 308.K
Consolatio contra calumniatores. 511.C
Consolatio quid. 309.D
Consolatio contra tormenta. 511.G
Constantinus Imp. quantis sumptibus Euangeliorum codicem exornarit. 4.A
Constantinus imperator Soloni Pollionis filio vendicat quæ Christo debebantur. 84.E
Constantinus pepercit puerorum sanguini. 120.F
Constantinus iussit dirui hæreticorum spelucas. 215.C
Constantinus iussit comburi libros Arij. 238.C
Constantini historia de balneo. 271.F
Constantinus in bellicis expugnationibus quãtam ostendit pietatem. 417.D
Constantia requisita in personis publicis. 428.E
Constitui de tributo nihil iure potest nisi prælisso consilio. 141.A
Consummata iustitia est vt non irascamur temerè. 327.B
Consuetudines bonæ retinendæ. 493.H
Consummata hominis perfectio. 313 G
Consideratio creaturarum debet esse ad laudem Dei. 387.A
Consideratio premij minuit vim flagelli. 509.I
Consilium non præiudicat præcepto. 229.H
à Deo sumendum esse Consilium. 459.C
Consilij Dauidi tres sunt partes. 426.F
Consobrini Christi captabant gloriam ex operibus eius. 472.D
Conscientia quibus modis lauatur. 377.I
Consortia peccatorum quando & cur vitanda. 254.F
Consuetudo viciis quæ. 30.E
Consultò cadauer terræ mandatur. 422.A
Contemplationes in Diuam virginem. 39.C
Contemplatio æternorum per dextrum significatur oculum. 336.G
Contemptor legis inimicus eius est. 332.A
Contemptus filij ascendit in patrem. 280.H
Contemptus verbi Dei & infidelitas peccata grauissima. 438.C
Contemptus prædicatorum redundat in Christum. 516.A
Contentiosos quid sequatur. 346.C
Contrariis opinionibus ruit respublica. 459.C
Contentio quid. 317.I
Cõtinuus debet esse cultus & ministerium Dei. 106.D
Contrarietas nulla inter Euangelistas. 4.B
Contra hæreticos qui supprimunt salutationem angelicam. 39.E
Contra eos qui detrahunt verbis sanctorum patrum. 62.B
Contra ebrios sacerdotes. 185.H
Contra illos qui conuentus celebres ecclesiæ dedignantur, priuatis ac domesticis precibus contenti. 106.G
Contra exactores Balonicos & denique omnes 141.B.C
Contra factum. 182.F
Contra diuinantes data pecunia. 182.G
Contra superbos & arrogantes. 53.I
Contra Anabaptistas. 185.K
Contra Simoniacos. 186.B
Contra præsumptionem Catharorum. 253.K
Contra superstitiosum Iudæorum sabbatum. 295.F
Contra doctores non factores. 325.C
Contra curiosas vestes. 387.G
Contra mulieres natiuum colorem fuco corrigentes. 376.A
Contra blasphemantes. 341.K
Contra mulierum capillitium aliunde acceptũ. 447.F
Contra captatores auræ popularis. 319 G
Contra auaros. 319.K.382.B
Contra validos mendicos morbos mentientes. 376.A
Contra mulieres fucatas & vnguentis perfusas. 446.H
Contra Iudæos & hæreticos. 470.D
Contra accidit pecuniæ ac moribus hominum. 503.K
Contra pamphagos. 525.I
Contradictio aliquãdo emolumentum adfert. 254.I
Conuenire pro simul habitare. 79.C
Conuentus turbarum ad Christum typus Gentium in fide est. 230. A
Conuersio Christi ad nos. 172.G
Conuersioni ad Deum omne tempus est accommodum. 173.E
Conuerti quid significet. 131.H
Conuiuium nuptiarum cœnæ dominicæ figura. 183.E
Conuiuia in secessu amicorum. 253.B
Conuiuia totis noctibus protracta quid pariãt. 519.K
Conuiuia puerorum nugæ. 557.A
Cor alicuius ad aliquem phrasis hebræa. 33.C
Cor hominis magnum. 132.G
Cor peccatoris omnibus malis cogitationibus peruium. 475.B
Cor purum idem constans esse debet. 391.D
Cor quomodo circuncidendum. 94.A
Cor quomodo præparatur. 132.H
Cor nostrum totum Deo consecrare debemus. 379.A
Cor terræ quid. 465.H

Cor vnum in nati. 531.G
Cordis nomine quid intelligatur. 462.E
Cornelius centurio qualis. 191.F
quatuor Cornua, quatuor potentissima regna demonstrant. 60.K
Cornua pro robore. 60.K
Cornu salutis Christus. 61.A
Cornu Christi cæteris altius. 61.G
Cornu publica rei magnæ denunciatio significatur & cur. 61.D
Corruptelæ & rapinæ forenses. 346.B
Cophinus ductor ordinis equestris. 85.B
Copula coniugatis interdicta precum tempore & quousque licita. 35.B.C
Corpus Christi mysticum ecclesia SSancti cõsistit. 43.E
Corpus Christi fabricatum ex purissimo sanguine virginis. 45.C
Corpori Christi cedunt antiqua sacrificia. 186.B
Corpus Christi cur templum. 187.E
Corpus Christi est templum locutio Metaphorica. 188.D.E
Corpus Christi anima præditum. 188.E
Corpus Christi non nisi à baptizatis sumẽdum. 189.B
Corpus morbi ab internis animæ morbis præueniunt. 238.F
Corpus Christi quomodo supersubstantiale est. 368.E
Corpus Christi sanctum. 395.B
Corpus Christi non fuit phantasticum. 498.H
Corpus Messyæ non potest diuidi. 553.B C.D
Corpora nostra quomodo aluntur Christi carne. 559.I
Corporalis vnio cum Christo per carnis eius manducationem. 563.I.K
Corpori nostro quæ vita detur per animam, & quæ per ipsam Christi carnem. 564.F
Corrigiam calceamenti soluere quid. 166.K
Corrigiam calceamenti Christi soluere non valet qui incarnationis mysterium inuestigare non sufficit. 143.I
Corruptio Iudæorum. 461.H
Corruptio naturæ à diabolo. 485.D
Corruptio nihil aliud quàm boni exterminatio. 405.F
Corozaim vbi. 436.A
Cras in scripturis futurum tempus intelligitur. 389.I
Crassa quorundam de Nathanaëlis fide opinio. 177.C.D
Creatoris est res transmutare aut emendare. 184.A
Creator cœli & terræ pater est Christi. 438.F
Creatura libera quæ. 512.E
Credenti quomodo potestas adoptionis potiùs quàm adoptio datur. 22.E
Credere Euangelio quid. 226.A
Credere quantum sit. 419.E
non est satis Credere. 513.K
Credere nemo potest nisi volens. 543.I 545.A
Credere quid propriè sonet. 552.H.I
Cuius est saluare cuius fuit creare. 252.A
Crines iuuenum in lasciuiã allectamenta. 448.B
Crudelitas in matrem & Christum nondum natum. 86.K
Crudelitatis in pueros exaggeratio. 121.I
Crudelitas hæreticorum. 402.B
Crudelitas pharisaica. 448.H
Crucifixo contradicitur ab infidelibus. 113.K
Crux signum cui contradicitur. 114.D
Crux etiam electis scandalum adfert. 427.G
Crux nostra quæ. 515.C
Crux promptissima voluntas ad suscipiendum mortem pro Christo. 515.C
Culpa ignorantiæ nostræ in nobis. 21.B
Culpantur qui diutiùs vitã præsentem protrahere volunt. 364.K
Cultum diuinum sacerdotes prętexebant suæ rapacitati. 185.D
Cultus noster non est cõiunctus præsumptioni. 65.G
Cultus & honor sanctorum. 516.A
Cultus externus non prohibetur. 217.C
Cultus Iudæorum in spiritu respectu Gẽtilium. 216.I
Cupiditatis diabolicæ intollerãdum imperium. 385.G
Cupiditatis malum. 480.H
Cupiditatis tyrannis miseros impellit ad turpia. 385.H
Cur tam pauci scripserunt Euangelium. 3.C
Cur non solum vnus. 3.G
Cur verbum nostrum aliquid esse subsistens non potest. 7.A
Cur Ioãnes Christum non Dei filium sed verbum nuncupauit. 7.B
Cur commistæ tribus leui & Iudæ. 44.E
Cur non texitur generatio Christi per Mariam sed per Ioseph. 71.C
Cur virgo se legi illi subiecit. 105.D
Cur in deserto. 130.K
Cur oportuit Ioannem nõ longè à Iordane morari. 131.B
Cur vocetur Rex magnus. 343.D
Cur dictũ quis nescit longas regibus esse manus. 412.B
Cur Deus vocetur Pater noster. 360.A
Cur Dominus similitudinem sumit à volatilibus & liliis. 386.G.H
Cur hic illuminetur ille excæcetur. 439.I
Cur segniùs emergamus ad opus bonum. 441.E
Cur non omnes quibus Christus prædicatur salui fiunt. 473.H
Cur olim Christiani patiebantur. 508.E
Cur mortui qui manna manducarunt. 546.D
Cur cùm Christus sit totus in hoc sacramento tamen ait Caro mea est. 548.K
Cura terrenorum abdicanda cum diuina fiunt. 35.A
Curionum profligata auaritia qui nisi numerata pecunia defunctis sepulturæ beneficium non concedunt. 236.E
Curiosæ de verbo diuino quæstiones vitãdæ. 8.B
Cyclopica manducatio. 555.D
Cyclopica cœna. ibid.F
Cyprianus quibus artibus Christianam virginẽ corrumpere voluit. 96.K
Cyprianus Martyr primùm dæmonum cultor. 96.K

& Eutichianam proſtrauit. 41.E
Cyrinus quis. 85.A.B
Cyro naſcituro quo prodigio imperiũ promiſſum. 59.C
Cyrus Chriſti typum prætulit. 119.A
Cyrus qua virtute magnas hominum copias ſibi demeruit. 416.A
Cyrus fugitiuum ſeruum conſilij fecit participem. 525.D

D.

DAmnati quomodo dicuntur agere pœnitẽtiam. 408.A
Damnati lugebunt pœnas non autem peccata ſua. 408.A
Damnatos cum ceciderint à ſtatu meriti impoſſibile eſt redire ad gratiam. 408.A
Daniel cur vino abſtinuit. 32.B
Daniel gratiam inuenit apud Darium. 40.F
Daniel ſolus remanet inter Angelos fugientibus ſociis. 107.F
Daniel ieiuniis certãs regis ſomnium aſſequitur. 115.I
Danielis iuuenis exemplum non patrocinatur iis qui immaturi ſacra tractare contendunt. 145.F
Danielis & cæterorum puerorum modeſtiſſima ad gulæ miniſtrum reſponſio. 156.H
Danielis ieiunium. 258 F
Daniel & ſocij mũdi corde gratiam diuinam & intelligentiam viſionum promeruerunt. 311.F
Daniel Deum vidit quomodo à mortali homine videri potuit. 311.F
Daniel vnctus poſt ieiunia. 377.C
Daniel contribulibus obſcurus. Regi Nabuchodonozor inclareſcit. 496.F
Danieli in lacu leonum exiſtenti diuina prouidentia ſuccurrit. 388.D
Darius Rex Perſarum liberum Iudæis in terram ſuam reditum fecit. 76.F
Darius Cyri ſucceſſor Iudęis fauet. 215.I
Darij mandatum pro Iudæis. 215.I
Dauidis regnum Chriſto promiſſum non terrenum. 41.F
Dauid domum Dei ingrediens panem ſanctum & gladiũ quaſi Rex & ſacerdos accepit. 44.E
Dauid in ſeipſo præſignauit Chriſtum fore regẽ & ſacerdotem. ibid.
Dauidis humilitas coram Deo prædicatur. 50.F
Dauid quomodo puer. 61.E
Dauid typus iuſtorum. 63.A
Dauid expreſſiorem Chriſti typum prætulit. 70.K
Dauid ſolus nominatur Rex in genealogia Chriſti. 74.C
Dauid fratrum minimus. 74.B
Dauid & Salomon Prophetiæ dono inſignes. 97.D
Dauid perſequente Saule ad Iudæam confugit. 117.I
Dauid annos natus 30. Iſraëlitis imperare cœpit. 148.I
Dauid vnctus à Samuële repente mutatus in alterum virum. 151.K
Dauid à Nathan reprehenſus nihil tyrannicum in eum molitus eſt. 180.F
Dauid commiſſo adulterio ieiunat. 258.G
Dauid cur columbæ pennas expetit. 171.A
Dauid Berſabeam furtiuis amoribus deperiens quomodo caſtigatus. 208.E
Dauid propheticam gratiam pœnitentia cõſeruauit. 254.B
Dauid Sabbatho ab Achimelech panes propoſitionis accepit. 276.E
Dauidem panibus prohibitis veſcentẽ excuſat neceſſitas. 291.I
Dauid quomodo dicitur ſolus, cum tamen legatur & his qui cum eo erant. 292.D
Dauidis clementia in Saül, Semei, & abſalonem. 350.E.348.H
Dauid arbor bona malos fecit fructus in interfectione vriæ. 404.G
Dauid ægrotum ſeruum Ægyptium inuentum pane & aqua refecit. 417.G
Dauid pœnitens nõ ſolum in cinere ſedebat ſed & cinere veſcebatur. 436.F
Dauidis adulteriũ cauſa mortis filij ex Berſabee nati. 421.F
Dauid & Achab reges in cinere & cilicio. 428.H
Dauid quam pœnam Abſaloni inflixit. 446.K
Dauid pœnitentia propheticam gratiam conſeruauit. 449.C
Dauid à ſuis temeritatis ſugillatur, cuius tamen virtutem cæteri demirantur. 493.F
Dauid à fratribus deſpicitur. 496.F
Dauid quæſitus ad mortem fugit ad Achis regẽ Geth. 510.C
Dauid retractans iuſiurandum factum contra domum Nabal. 520.B
Dauidis parum ſumptuoſa fercula. 525.I
Dauid fuga ſibi conſuluit. 534.A
Dauidi dati ſunt panes benedicti. 547.A
Dauid cur nihil periculi formidabat. 561.K
Debita quomodo contrahuntur. 370.B
Debita peccata. 449.K
Debitores quot modis dicuntur. 369.K
Debitum quadruplex. 370.A
De boue & aſino in natiuitate Chriſti. 86.E
Decapolis vnde ſic dicta. 227.E
Decapolis regio in qua ſunt decem ciuitates. 248.F
Deceſſus hinc pretioſus ſed non omnium hominum. 511.I
Decimæ & oblationes quæ Deo penduntur. 106.E
Declinandum ab iratis. 275.E
Decor carmeli in Ioanne. 148 D
Defectus Paſtorum duobus modis intelligatur. 500.I
Defectio ab auita religione cauſa famis ĩ Iſraël. 496.K
Deflendi non ſunt innocentes mortui. 122.B
Defloratio non facit matrimonium ſed pactio coniugalis. 81.B
Defuncti fideles Chriſti miſericordia iuuantur. 63.K
Defuncti reſcire poſſunt quæ hîc fiant. 426.A
Deliciæ omnibus mẽbris officiunt. 480.K
Cyri Theodori Prodromi exclamatio. 4.E.F
Cyrillus Alexandrinus acutè hæreſ. Neſtorianã

Degener filius pertinet ad opprobrium patris & Christianus iniustus ad blasphemiam pertinet iusti Dei. 362.C
Delbora & Barach canticum cecinerunt occiso Sisara. 49.C
Delbora prophetissa. 115.G
Delectatio transiens & manens. 334.I
in vnguento Delibutos. 448.C
Deliciis senectus acceleratur. 480.K
in Delicatulos. 374.D
in matres Delicatulas quæ filios suos aliis nutriendos committunt. 471.D
Deliciarum incommoda. 480.K
Deluditur effugium de fide quæ facit absentia præsentia. 560.I
Demas victus amori seculi reliquit Diuum Paulum. 399.C
Democriti & heracliti errores refellũtur. 308.D
De monastico instituto scripserunt patres celebres & qui. 152.F
Dæmones sunt inimici. 62.G
Dæmones in formis ferarum d. Antonio apparuerunt. 152.G
Dæmones delectantur adoratione & sacrificio. 161.I
Dæmones ante Christi aduentum fontibus & lucis insidebant. 161.H
Desertum quid. 165.H
Dæmonium super quos habeat potestatem. 178.I
Dæmones & impij nihil possunt in iustos nisi datum fuerit illis de cœlo. 203.G
Dæmonia lucifuga. 233.C
Dæmones quomodo vocem formẽt. 234.A
Dæmones in hominum corporibus torquentur. 234.B.
Dæmones an Christum cognouerint. 234.C
Dæmones ita ob scientiam nominati. 234.C
Dæmonibus adest scientia, abest charitas. 234.C
Dæmon dubia pro certis iactat. 234.F
Dæmon lucrum putat si quem seducat, & iacturam si quis se euoluat. 234.F
Dæmon sanctum Dei vocat Christum vt tentet. 234.G
Dæmoni verba dicenti cur Christus imponat silentium. 234.H
Dæmones verba quandoque loquuntur sed ad fallendum. 234.I
Dæmon tantum potest in creaturam quantum permittit Deus. 234.K
Dæmones in sepulchris mortuorum & cur ibi libenter morentur. 245.K
Dæmones amant loca fœtida. 246.B
Dæmones refugiunt sepulchra martyrum. ibid.
Dæmones magis in die iudicij torquebuntur. 246.G.H
Dæmones quomodo patiuntur ab igne. 246.I
Dæmones cur ferrum extimescant. 246.I
Dæmones quod tormentum timent. 247.B
Dæmones timidi & materiã affecti. ibid.C
Dæmonum nomina vnde. ibid.
Dæmon Martyri Babeæ cessit. 247.F
Dæmones nihil possũt sine permissu Dei. 247.H
Dæmones cur non petunt mitti in homines. 247.I
Dæmones cur sequiunt in porcos. 248.A
Dæmoniacus non erat natura mutus sed dæmon linguam eius ligauerat. 267.D
Dæmones consortibus generis non insidiãtur. 294.F
Demonstratio qualis sit filio. 279.H
Dæmon mendax & homicida. 371.K
Dæmones fugiunt vbicumque viderint sanguinem Domini. 420.K
Dæmoniaci amant solitudines. 434.D
Dæmones Christi potestati traditi. 440.B
Dæmones ante Christi aduentum tyrannidem suam in vniuersum mundum extenderant. 454.D
Dæmonum quomodo depulsa ludibria. 454.E
Dæmones cur adeo infensi hominibus. 454.I
Dæmon vt aliquid in quempiam possit duo requiruntur. 454.K
Dæmonium quomodo dicitur mutum. 454.K
Dæmoniacus lutetiæ. 454.K
Dæmonium magnum hæresis & morum corruptio. 455.B
Dæmon vt olim Gentiles ad idola ita nunc incautos trahit ad hæreses. 455.E
an Dæmones Dæmonibus cedant. 457.F.C
Dæmon homini contra Dæmonem non auxiliatur. 457.H
Dæmoniacus liberatus appensa collo sepulchri D. Thomæ terra. 457.K
Dæmon exit à nobis per exorcismum & baptisma. 468.H
Dæmones insidiantur dormientibus. 485.A
Dæmonum grande peccatum. 500.C
Dæmones cur dicantur volucres cœli. 479.H
Dæmones ante Christi aduentum pollutã mensam hominibus parabant. 547.C
Demonstratio quomodo fiat à patre. 279.C
Demonstratio quod non debemus leuiter separari à fratribus. 350.B
Demosthenes hypocrisim sumit pro pronũciatione. 375.H
Demophili senis mira patientia. 273.A
Denarius census oblatus. 84.K
Denarius quid. 525.E
De nemine desperandum dum viuit. 392.B
Deprecamur ne malum pœnæ. 372.B
Descriptio quali modo fiebat. 84.I
Descriptio altera facta sed non sub præside Cyrino. 85.A
Descriptione generali quid significabatur. 84.F
Descriptio alia discretionis alia elationis. 85.C
Desertũ locus spirituali bello proprius. 152.A
Deserti asperitas. 152.G
Desideramus videre vrbes etiam dirutas, in quibus Christus fecit miracula. 437.F
Desperandũ nisi supereſſet remissio pœnitenti. 254.D
Desperans blasphemat in nomen Iesu. 95.K
Desperatio Caini. 250.E
Desponsata pro coniuge. 37.A
Desponsata virgo quia promissa. 78.A
Desponsatio Mariæ præcessit salutationem angelicam. 79.F
De superfluis & necessariis tenentur omnes inimicis succurrere in extrema necessitate. 347.D

De ſurſum quid. 205.C
Deucalionis & pyrrhæ fabula. 44.C.
De ventre philoſophorum, oratorum, grammaticorum & omnium literatorum non ſecundum Dei ſapientiam exeunt aquæ mortuæ. 409.E
Deuotis animis cur celebrandum paſcha. 184.H
à Dextris quid? 31.A
Dextera quid. 53.C.355F.
Dei nomen pro perſona patris. 8.K
Deus de Deo, lumen de lumine. 10.B
Deus nomen ſubſtantiæ eſt quæ enunciatur de verbo non minus quam de patre. 10.D
Deus nullo indiguit ad creationem. 12.F
Deus autor malorum non eſt. 14.F
Deus omnia ſumma ratione condidit. 15.D
Deus pro captu cuiuſque omnibus ſuę bonitatis iniicit radios. 17.B
Deus ſolus ſecundum naturam vita eſt. 16.A
Deus vniuerſa propter ſemetipſum operatur. 18.D
Deus ſi in momento virtutem ſuam à rebus cõditis ſubſtraheret omnia peſſum irent. 20.E
Dei filius creator cum ſit, propter nos factus eſt creatura. 24.F
Deus dilexit impium, infirmum, mortuum & cur. 25.H
Dei mandata non ſunt impoſſibilia. 29.I
Deo commendatior fœcunditas ſpiritualis fertilitate corporali. 30.A
Dei liberalitas. 31.K
Dei donum apud populum neutiquam iactandum. 35.D
Deus qui eſt vbique quomodo ſpecialiter fuit in virgine. 38.H
Dei laudes ex intimo cordis proficiſci debent. 49.F
Deus quomodo magnificatur cum tamen incrementum non admittat. 49.G
Deus magnificatur noſtra humilitate. 49.H
Deus ſanctificatur in conceptione Chriſti & laudibus virginis. 52.C
Deus immutabilis 312. C incomprehenſibilis. 4.K 11.H 361.I inſtar ſolis. 16. D vindex olim inuiſibilis. 287. E verax. 198.D
Deum laudare iubemur in ſanctis. 52.C
Deus cur aliquando permittat creſcere ſuperbos & eccleſiæ hoſtes. 53.G
Deus iis quos ad res magnas deligebat nomina illis correſpondentia indidit. 57.F
Deus ſanat quos afflixit è contra diabolus 58.D
Deus in ſuis miraculis non ludit ſed in iis nos erudit. 59.A
Dei manus virtutem deſignat. 59.C
Deus ſpiritualiter à populo Iſraëlitico colebatur, cæteris in idololatriam lapſis. 60.A
Deus nõ tam Abelis aut Adæ quàm noſter. 60.B
Deus cur viſitauit plebem ſuam. 60.F
Deus ſuos cum viſitat aliquando eis minatur & cur. 60.G
Deus quomodo loquutus eſt. 62.A
Deus per ſanctos locutus eſt. 62.B
Deus dicitur coli ſine timore & quomodo. 65.A.B
Deus quomodo colendus. 65.K
Deus oculis noſtris ſemper obuerſari debet. 66.H
Deus quomodo liberet de manu odientium. 62.I
Deus cur non profliget omnes turcicas vires. 62.I
Deo debentur omnia. 66.K
Deus paſſio Chriſti & fides quomodo remittãt peccata. 67.K
Deus afflictorum vnicum refugium. 75.H
Deus cur permiſit Ioſephum vrgeri ſuſpitione. 80.A
Deus noſtris oblationibus non indiget ſed vult per iſta oſtendi noſtram gratitudinem. 106.F
Deus cur palàm hic punit quoſdam flagitioſè viuentes. 113.D
Deus cur noluit hominem perire. 132.A
Deus oratione fideli mulcetur non verborum illecebris. 356.E
Deus quando fugit hominem ſacramenti eſt nõ pauoris. 118.A
Deus parentibus eſt præferendus. 125.G
Dei omnipotentia credenda. 138.E
Deus ſuſcitauit Iſaac de lapideo ſaræ vtero. 138.F
Deus diu Iudeos vaſa iræ in multa patientia ſuſtinuit. 139.E
Dei eſt erigere iacentes. 158.C
multis Deus à Natiuitate nomina impoſuit 174.C
Deus non eſt crudelis. 193.C
Deus peccatum non creauit aut originale aut voluntarium. 193.C
Deus quomodo dicatur paſſus cum paſſio non cadat in Deum. 197.A
Dei conſilium vt homo ſaluaretur. 197.K
Deus quomodo dicitur diligere peccatores. 198.K
Deus à nobis requirit fidem cum operibus quibus vocationem noſtram conteſtemur. 198.A
Deus an dederit filium ad mortem. 198.H
Deus quomodo vult omnes ſaluos fieri & tamẽ non omnes ſaluantur. 200.F
Deus malè non facit etſi illud permittat. 203.H
Deus dedit ſpiritum ſanctũ ſubſtantialiter Chriſto cæteris vero donum SSancti. 206.E
Deus abſque nuncio ſcit vniuerſa & antequam fiant cognoſcit. 210.C
Deus vltor iniuriarum ſacerdotibus illatarum. 211.C
Deus nos nihil cogitantes ſua gratia præuenit. 212.D
Deus non eſt corporeus. 216.K
Dei beneficia prædicanda. 217.K
Deus non ſecundum infirmitatem fidei noſtræ ſuam gratiam exerit. 223.A
Deum neſcire vmbra eſt mortis. 224.E
Deus cur ſæpe ſinat ditari impios. 232.I
Deo non placet lupos ouibus permiſceri. 234.K
Deus tribus pueris ſe reuelauit. 439.D
Deus promittit nos propter peccata noſtra vexari. 263.K
Deus parentibus præponendus. 241.A
Deus in nobis vitium purgat vt ad humanam formam reuocet. 249.A
Dei patientia in homines. 249.B

Deus eſt dator, homo verò miniſter remiſſionis peccatorum. 251.H
Deus annon velit ſacrificia. 255.I
Deus ſacrificia veterà cur permiſerit. 256.A
Deus an inſtituerit in lege cruenta ſacrificia. 256.A
Deus pro Eleemoſyna reddit multiplicia bona. 36.B
Deus aliquos ſibi reſeruat. 260.H
Deus quodammodò cœlum fieri iuſſit è terra. 367.A
Deus non natura miraculum in piſcina moderabatur. 271.H.I
Deus ſemper omnibus prouidet. 276.F
Deus nunquam ceſſit ab opere. 276.I
Deus quomodo quieuerit & tamen vſque nunc operatur. 277.A
Deus pater naturalis eſt Chriſti. 277. D.E
Deo quomodo aliquid detur. 280.D
Deus locutus per Moſem Helyam heliſeum & per eoſdem magna operatus. 287.D
Deus etiam ex impiis quibuſdam benefacit. 294.A
Deus quomodo Viſus antiquis patribus. 287.G
Deus dat nobis media ad ſalutem. 310.I
Deus non ex condigno ſed ex congruo promiſſionum ſuarum electis felicitatem rependet. 311.C
Deus non cognoſcitur ab impuris. 311.G
Deus quomodo videri poſſit. 311.H
Deus an videatur per eſſentiam. 311.I
Deus quomodo corde videatur. 312.E
Deus lux & fideles lux ſunt & quomodo. 317.B
Deus an aduerſarius ſit. 331.E
Deus nunc vbique vult inuocari. 343.D
Dei verbum non ſolum flagitium ſed laſciuos intuitus puniendos decernit. 335.H
Deus dominatur noſtro capiti & per Deũ iuramus cum per illud iuramus. 343.D
Deiformes & diui qui vocentur. 353.B
Deus ſummam in omnes etiam peccatores munificentiam oſtendit. 352.A
Deus parua poſcit maxima redditurus. 355.C
Deus impio quanquam largitur quod poſtulat non tamen cum gratia. 357.B
Deus non vocis ſed cordis auditor. 357.G
Deus omnes intentiones nouit & quo fine aliquid quiſque requirat. 358.F
Deum cur oremus qui nouit quibus nobis opus ſit. 358.F.G
Deus etſi nouit quibus egemus tamen orationis obſequio vult agnoſci. 358.I
Deus remedium ab oratione petendum eſſe oſtendit. 358.I
Deus nos corripit ad caſtigationem non ad interitum. 360.E
Deum cum vocamus patrem noſtrum etiam filium intelligimus. 360.G
Deus cœleſtium & terrenorum ſpiritualium & corporalium creator eſt. 361.E
Deus quomodo in cœlis eſſe dicitur qui vbique eſt. 361.E
Deus cur dictus altiſſimus. 361.F
Dei nomen aut ſanctificatur aut blaſphematur in nobis. 363.B.C
Deus an inducat in tentationem. 370.D
Deus quomodo dicitur tentare. 370.E
Deus cur ſuos tentationibus ventilari permittat. 371.E
qui Deum habet protectorem & liberatorem ſecurus eſt & tutus. 371.I
Deus ſolus docere potuit quomodo ſe orari voluit. 373.A
Deo ſoli dimicandum & ieiunandum. 377.D
Deus à corde vnumquemque cenſet. 377.G
Deus ſe nobis beneuolentiſſimum patrem proponit & nos filiorum nomine dignatur. 397.F
Deus in ſuis agnoſcitur. 382.C
Deus ſi quæ ſunt corpori neceſſaria præbet non petentibus cur iubet petere panem noſtrum quotidianum. 389.E
Deus prouidet omnibus & proſpicit cuique ſecundum modum ſuum. 387.A
Deus non eſt capax vitij. 390.C
Deus dat Margaritas. 396.F
Deus quomodo rogandus. 397.A
Deus lapides non porrigit filiis ſed panes. ibidem.G
Dei in homines liberalitas. ibid.G
Deus cur nonnunquam concedat petentibus pernicioſa. ibid.G.H
Deus non immittit mala culpæ. 405.C
Deo nihil vanum aut inutile placet. 414.E
Deus tam bonus quomodo rependit mala peccatoribus. 405.C
Deus quomodo dicitur non noſſe hypocritas aut hæreticos. 407.E
Deus cum ſit vbique quomodo ab eo diſceditur. 407.H
Deus oculo ſpirituali omnia conſiderat. 422.E
Dei voluntas cum actione coniuncta eſt. 412.F
Deus cur mala pœnæ contrectat quæ immiſit. 412.G
Deum quotquot cognouerunt Dominum cœli & terræ confeſſi ſunt. 438.F
Deus cur vetat prophetæ manducare in Bethel. 443.E
Deo dare accipere eſt. 450.K
Dei opera ſemper mirabilia. 455.E
Dij Gentilium plurimi nominibus tantùm variant. 456.A
cur Deus velauit myſteria ſacra. 477.H
Deus quomodo excæcet. 478.G
Deus quando dicitur exire. 474.E
Deus quomodo iudicare dicitur. 478.E
Deus cur permittat hæreſes & tentationes. 480.C
cur Deus non ſtatim vindicat impietates. 487.B
cur Deus permittat Prophetas vilipendi in patria. 496.H
Deus non nos flagellat vt perdamur ſed vt corrigamur. 497.A
Deus ſuſcitat ſemper aliquos operarios. 501.E
apud Deum coniuncta poteſtas & facultas. 501.K
Deus piorum innocentiam calumniis impetitã non ſinit latêre aut omnino opprimi. 511.D
Dei prouidentia & in minimis. 513.B
Deus parentibus præferendus. 514.F
Deus tentat ob duplicem cauſam. 525.B

Deus ſeruorum ſuorum non obliuiſcitur in neceſſitate. 525.F
Deus cur videatur quandoque denegare auxiliũ afflictis. 533.B
Dei verbo omnia creata, eadémque recreantur ac ſtabiliuntur. 533.E
Dei eſt iubere, & noſtrum parere. 533.G
Deus quem panem det. 539.K
Deus cur vult vnumquemque de ſuo labore viuere. 539.K
Deus cur non omnes trahat. 544.B
cur Deus in eccleſia alios fecit apoſtolos, alios confeſſores, alios martyres. 544.C
Dei gratia datur vt cordis duritia penitùs auferatur. 545.C
Deo nullus modus aut finis præſcribitur. 551.K
Deus non permitteret malum niſi poſſet & vellet inde elicere bonum. 572.I
Diabolus maximè ſolitarios aggreditur. 152.C
Diabolus infamator, calumniator, & delator. 152.G
Diabolus peruertit ſcripturam. 158.H
Diab. cur tentator eſſe permittitur. 155.G
Diaboli telum acutiſſimum mulier. 209.A
Diabolus cur tentat. 255.F
Diabolus cur legit ſcripturas. 159.D
Diabolus tentans huc & illuc vertitur. 161.A
Diabolus primordia boni pulſat. 152.K
Diabolus non ſemper diuitiis præualet. 161.D
Diabolus per hæreticos allegare ſolet ſcripturas. 159.G.H
Diabolus cum angelis creatus. 14.D
Diabolus ſuadere poteſt, non autem præcipitare. 158.B.C
Diabolus citans ſcripturas ſilet quod cõtra eum facit. 159.A
Diabolus ſemper habet voluntatem nocendi. 235.E
Diabolus cur à quibuſdam adoretur. 161.C
nobis cum Diabolo eſt prælium nullo fœdere dirimendum. 371.K
Diabolus accuſator. 332.C
Diabolus quomodo conſeruus vocetur. 372.G
Diabolo quomodo conſentire poſſimus ex primo pacto. 332.B
Diabolus caput & cauſa malorum. 371.K
Diabolus malus non ex natura ſed ex voluntate. 348.K
Diabolus apoſtatauit à diuina lege. 161.B
Diabolus quandoque mendacium veritate commendat. 406.K
Diabolus non eſt Deus etiamſi adoretur. 384.E
Diabolus non eſt malus natura ſed propria malitia. 371.K
Diaboli ſtructura vana eſt. 409.A
Diabolus ſtultus. 409.K
Diabolus rabiem ſuam blanditiis operit. 479.C
an Diabolus creauerit aliquid. 484.H
Diabolus legem diuinam mendacibus fucauit inuentis. 484.I
Diabolus cur dicitur homo inimicus. 486.I
Dici de Chriſto ſecundum naturam. 196.G
Dicitur aliquis Dæmon dupliciter. 510.K
Dictio illa generalis omnes quomodo exponi debeat. 544.H
Dictio quæ de Ioanne enuntiatur alia eſt ab ea quæ de verbo. 17.H
Dictio omnis modificatur à Chriſto. 552.G
Didaſcalus quis. 226.H
Didicimus ſalutationes ab angelis. 39.G
Didymus oculis corporeis priuatus interiores habuit fulgentiores. 219.A
Dies quidam quomodo feſtiuiores. 66.I
Dies cur impleti dicantur. 185.E
Dies ſabbathi cur dies magnus. 291.A
Dies iudicij pro quo debet intelligi. 437.D
Dies Helyæ. 496.I
Dietæ præſcribuntur à medicis pro curandis corporibus quid agendũ pro animabus. 153.H
Differentia inter Chriſtum vitam & Diuum Ioannem præcurſorem. 17.F
Differentia naturæ. 99.H
Differunt tentari & induci in tentationem & quomodo. 370.G
Differentia ſubſiſtentiarum. 9.C
Differentia veſtitus. 133.D
Differentia inter paleas & zizanna. 144.F
Differentia inter Chriſti & Ioannis baptiſma. 169.I 143.B.C
Differentia inter habere, & tribuere, donare & accipere. 502.B
Differentia panis materialis ad panem ſpiritualem. 539.I
Differenter intrant lupi & paſtores ad gregem. 501.E.F
Differunt dicere prædicare & docere. 224.K
Difficilius vitium ſequi quàm virtutem. 400.D
Difficultas ſacræ ſcripturæ. 127.G
Digitus Dei ſpiritus ſanctus. 111.C
Digitus Dei, modica creatoris virtus. 458.D
mira Dei erga nos Dignatio. 359.K
Dignitas noſtra quanta ex eo quod Chriſto vnimur per ſacram coniunctionem. 564.B.C
Dilectioni patris & obedientiæ filij acceptam ferimus noſtram ſalutem. 198.A
Dilectio Dei non ſine veritate eſt nec miſericordia iniuſta eſt. 198.B.C
Dilectio cauſa noſtræ reparationis. 206.G
Dilectio qua pater diligit filium cauſa communicationis poteſtatis. 278.K
Dilectio Dei vbi non eſt ibi neque ſpiritus eius eſt. 288.G
Dilectio quomodo ſeſe habet ad remiſſionem. 451.K
Dilectio vera in affectu & effectu. 348.C
Diligere ſupra ſeipſum proprium legi gratiæ. 348.D
Diligere proximum ſicut ſeipſum quid. 348.D
Diligentia & facilitas in Prælato quanta eſſe debeat. 261.D
Dina in publicum progreſſa corrumpitur. 46.A
Dina ſuæ corruptionis cauſa extitit. 37.I
Dina filia Iacob leuitate puellari egreſſa à corruptore inuenta eſt. 180.B
Diogenis cynici Apophthegma. 32.A
Diogenis cynici libertas ad Philippum & Alexandrum. 208.H
Diogenes cynicus ſe aſſuefecerat mutuis ſtatuis niuium vt duritiem diuitum ferre poſſet. 315.C

Diogenes Platonis fastū calcabat sed alio fastu. 376.D
Diogenes cur admirabilis. 379.F
Dionis magna in hostes clementia. 352.F
Dionysius Areopagita parisiorum tutelaris. 289.K
Dionysio Syracusano nihil satis tutū sed omnia diffidentiæ & suspitionis plena. 122.D.E
Dionisij Syracusani electio propter sacrilegium. 185.K
Discimus virginem matrem esse ex Dauid per virum. 71.B
Discipuli cur nuptiis affuerunt. 179.I
Discipuli non parant viaticum. 212.K
Discipuli adhuc carnales ante receptum SSanctum. 217.G
Discipuli sibi metuunt à famelica plebe. 524.E
Discipuli Ioannis in quibus culpandi. 257.F
Discipulorum Ioannis in Christum liuor, & pro magistro æmulatio. 257.F
Discipulorum natiuitas in mundum cur non celebretur. 56.F.G
Discipuli Christi alij à 12. & à 72. quibus erant impares. 501.I
Discumbere quid. 443.D
Dispensatorie Christus dormiebat in naui. 243.A
Dispensatio de cibis tempore abstinentię. 292.H
Dispergunturomnia quæ incentore dæmone fiunt. 459.A
Dispersio secuta Stephani mortem amplissimè propagauit Euangelium. 510.G
Dispersit superbos metaphora vnde sumpta. 53.E
Disputatio temeraria vt diuinitùs impedita. 551.
Disputandi libertas concessa modestis & moderatis. 126.K
Dissimile temporalium & spiritualium. 173.H
Dissolutio superborum. 53.K
Dissonantia inter Lucam & Matthæum & eorū conciliatio. 74.E
Distinctio inter sanctum & sanctificationem. 395.A
Distinguenda tempora vt concilientur scripturę. 236.H
Distrahebantur factiosi Iudæi in templa varia, ac maximè differentes seruabant ritus. 125.A
Diuini aduentus signum in virginis parte non mulieris constitutum. 142.F
Diuinæ promissiones humano iudicio ridiculæ. 213.C
Diuina beneficia nō dormientibus sed obseruātibus deferuntur. 498.C
Diuinitas & humanitas Christi. 171.I
Diuisionem Iordanis præcesserat diuinæ opis inuocatio. 533.H
Dives saturatus erat cum epularetur splendidè sed dirum væ sustinebat esuriens cum de Lazari quē despexerat digito guttam aquæ quę rebat. 321.A
Dives & pauper quomodo vlmo & viti comparentur. 236.G
Ditiorum filij ecclesiæ addicuntur non vt ministrēt sed reditus sibi & parentibus deprędentur. 106.D.E
Diuites qui intelliguntur. 319.K
Diuitiæ fugitiuæ. 54.H
Diuitiæ auocant à Dei cultu. 240.H
Diuitiæ fugaces. 320.E
vnde Diuitiarum coaceruatio. 379.E
Diuitiarum instabilitas prohibere debet à thesauris coaceruandis. 380.A
Diuitiarum fraudes. 480.I
Diuitię veræ non in verbis aut imaginatione sed rebus sunt. 561.D
Docebat Christus tanquam potestatem habens tripliciter. 233.H
Docere & prædicare aliud. 226.F
Doctores quæstuarij grauiter plectendi. 186.C
Doctores non debent operibus aduersari iis quæ prædicant. 195.H
Doctores nutriendi. 218.D
Doctores in quos & quibus ciuitati sunt similes. 317.I
Doctorem optimum esse exemplum purę fidei & honestæ conuersationis. 325.D
Doctores ecclesiæ Prophetæ. 401.D
Doctrina sine charitate inanis. 55.B
Doctrina & patientia potiùs reuincendi hostes quàm vindicta. 157.E
Doctrinę Christi ratio duob⁹ prędscribitur. 226.F
Doctrina noua quomodo audienda. 214.F
Docuerunt patres non esse Ethnicis communicandum sicut nec cum hæreticis. 382.I
Documenta virtutis tollerare pauperiem & iustis laboribus viuere. 228.A
Dogmata philosophorum sibi contraria. 409.B
Dogmata pharisæorum qualia. 482.E
Dolor Mariæ maior in anima quàm in corpore. 114.D
Dolor & contritio pœnitentis. 447.A
Dolus quid. 176.F
Dominator quis. 429.I
Dominium Dei quid designet. 438.G
Dominus quomodo natus in tempore cum sit ab æterno. 89.E
Dominus nomen maiestatis & omnipotentiæ. 49.G
Dominus surgens sępe increpat dæmonum ventos. 244.D
Dominus cum Beseleel vt templum ædificaret multo magis cum Maria & cur. 38.K
Dominus merita nostra extorquet à nobis. 45.A
Dominus merces eorum qui solius pietatis & humanitatis ratione aliquos excipiunt. 46.K
Dominus hominibus benefacit non vt debitor sed vt largus pater. 52.G
Dominus simpliciter vnus. 59.K
Dominus Deus Israël cur potius quàm cæterorum. 60.A
Dominus suos pauit Manna vt non in solo pane confidamus. 156.I
Dominus cur non permisit nomen Petri ei imponi à parentibus. 174.F
Dominus sub tempus aduentus Christi cur voluit morbos per aquam expelli. 272.F
Dominus tria in iustificatione præcipit & quæ sunt. 274.G
Dominus cur per conuersionem vinum fecerit. 183.B

Dominus magis se quàm ea quæ condidit vult amari. 388.H
Domini seruorum ope opus habent. 415.G
Dominus cur filios etiam teneros & adolescentes morti mancipat. 421.E
Dominus messis Christus. 501.E
Domitianus & Iulianus quid Christianis imprecarint. 228.B
Domus peruersa vbi caro imperat & spiritus seruit. 22.K
Domus Dauid miserè afflicta. 37.B
Domus Christi ecclesia. 408.C
Domus Iacob quæ. 41.I
Domum diffamatã ingredi scandalosum. 46.G
Domus Zachariæ vbi sita. 45.K
Domus Simonis cuius rei typus. 236.C
Domus diaboli quæ. 409.A
Dona nuptialia conuiuium ceremoniæ. 179.G
Donatio, cuiusque facultate pensanda est. 555.A
Donati fastus & abusus. 203.I
Donatistæ contra Christum, Christi signum portabant. 402.H
in Donatistas & eos qui personas ex merito metiri volunt. 515.K
Donec infinito modo sumitur. 82.D
Donec non semper præscribit tempus. 82.F
Donec quomodo intelligendum. 324.D
Donec quid significet. 333.I
Doni Eucharistici causa. 555.B
Dorcas precibus D. Petri suscitata. 264.B
Dormire Christus quando videtur. 243.D
Dormit Iesus in nobis. 243.C
Dositheus Samaritanus. 295.K
Duas vitas nobis cur Deus constituit præsentem & futuram. 200.B
Dubitare an bonum sit, & quando. 195.D
Dubitatio discipulorum Ioannis nostræ fidei certam resolutionem adfert. 203.D
Duces & iudices Israëlitarum præualuerunt cõtra aduersarios in nomine Domini. 231.I
Ductrice eleemosyna gratum iciunium. 377.E
Dux diligens ad omnem bonam operationem fides. 538.F
Duæ species afflictionum grauiores. 227.E
Duæ in Christo generationes. 127.E
Duæ ad Ioannem missæ legationes. 165.I
Duæ naues secus stagnum positæ quid. 230.H
Duobus modis illuminamur à verbo. 19.F
Duobus modis Christi diuinitas explicatur. 4.I
Duo præclara per verbum Iesu designantur & quæ. 96.A
Duobus potissimum aperitur statim atque ex hac vita migrauerint. 146.F
Duo calceamenta duo Christi aduentus. 167.A
an Duo sint dij contra Marcionitas. 383.I
Duo sunt in quibus temerarium iudicium cauere debemus. 393.C
Duo debitores qui. 449.K
Duo cur mittuntur. 415.A
Duo sunt Christi aduentus sed non iisdem de causis. 200.B
Duo ad dantem requiruntur & quæ. 360.F
Duobus modis pater dedit filio iudiciũ facere. 283.F
Duo genera iurantium per creaturas. 342.H
Duobus dominis quis conetur seruire. 389.C
Duobus modis dicitur ouis & lupus. 401.G
Duo ordines hominum apud Iudæos. 433.A
Duo laudanda in his qui mala consentiente Deo eradicari volunt. 487.K
Duo casus tolerandi malos. 487.K
Duodecim lapides præfigurantes Gentiles. 138.A
Duodecim tribuum Israël appellatione accipiẽdi sunt omnes homines mundi totius. ibid.E
Duodenarij Apostolorum numeri figura. 299.I
Duodecim filij Iacob præsignarunt duodecim apostolos. 72.F
eiusdem Duodenarij numeri exempla copiosa. 299.K 300.C.D
Duplex spiritus. 170.D
Duplex est admiratio. 194.G
Dupliciter spiritus capi potest. 194.H
Duplex lucrum homini propter datum Dei filium. 199.H
Duplex messis spiritualis. 219.E
Duplex Christi in Chana aduentus duos Christi in mundum aduentus significat. 220.I
Duplex resurrectio hominis interioris. 281.K
Duplex missio filij. 287.B
Duplex modus benefaciendi. 347.C
Duplex abundantia. 379.K
Duplex est notitia. 407.E
Duplex culpa verbi otiosi. 463.B
Duplex de tribus diebus & noctibus resolutio. 466.C
Duplex punitio. 488.E
Duplex coniunctio. 514.H
Duplex visio filij. 542.E
Duplex receptio qua filius recipit à patre. 538.A
Dupliciter quidam conuertuntur ad Dominũ. 176.E
Dupliciter aliquid diligitur. 278.K
Dupliciter contingit corruptionem nasci à thesauro. 380.B
Duplici causa testimonium rei prohibetur. 18.F
Dura peregrinatio. 119.D
Dum hic viuitur nullius desperanda reparatio. 364.C

E.

EBdomades Danielis, & Iacob prophetiæ impletæ. 97.K
Ebionitæ solo Matthæi Euangelio vtebantur. 3.D
Ebionitarum Theodotianorum & aliorum similium portentosæ hæreses. 23.F
Ebrietas quantũ malorũ secum vehat. 180.I.K
Ebrietatem Christus non probat sed hilaritatẽ. 183.K
Ecce additum ad significandum rem mirabilem. 443.H
Ecclesia Christi sponsa. 204.C hortus Christi. 406.A cur habet aurum. 379.I domus Iacob. 40.K oppugnatur sed non expugnatur. 244.E est mater nostra 360.G vbi fundata 174.E solum triticum doctrinæ retinet. 485.K
Ecclesiæ aduersarij & infideles Hęretici christianam religionem demirantur. 455.F

Ecclesia Romana incorruptam seruauit patrum authoritatem. 233.F
in vna Ecclesia inuenitur Christus. 125.K
Ecclesia agitari non autem submergi potest. 532.A
Ecclesia Christum rapuit synagogæ. 431.I
Ecclesia cur habet aurum. 379.I
Ecclesia quomodo reddēda sine ruga & macula. 33.F
Ecclesiæ sine pastoribus, nauigatio in nocte fax nusquam. 529.I
Ecclesia primitiua communicationis nostræ cū Christo quomodo typum prætulit. 564.A
Ecclesia cur voluit laicos specie altera tantùm esse contentos. 563.B.C.D
Ecclesia afflicta se prodit sicut liliū inter spinas. 403.E
Ecclesia viret arescentibus hæreticis. 119.F
Ecclesia nunquam desitura. 42.A
Ecclesia nauis. 242.H
Ecclesia non admittit incantatores. 96.I
Ecclesia prima Christianorum in monte Syon. 216.B
Ecclesia veneratur nuptias, & honorat continētiam. 529.B
Ecclesia etsi humiliatur propter tentationem tamen non potest perire propter fidem. 409.E
Ecclesia Alexandrina tempore ieiunij non capiebat cibum ante solis occasum. 374.K
Ecclesia sufficienter munita. 63.C
Ecclesiarū præfecti habēt spirituales remos. 531.F
Ecclesia improbat libellos repudij, rixas, & discordias inter coniugatos. 179.C
Ecclesia semper liberatur ab hostibus. 63.B
Ecclesia est corpus ex singulis hominibus tanquā membris compositum, cuius Christus caput est. 563.I
Ecclesiæ desolatio qualis futura tempore Antichristi. 558.H
Ecclesia cur non confert infantibus Eucharistiā nec mente captis. 553.G.H
Ecclesiæ reditus ad coruos & vulpes redierunt. 212.B
Ecclesia militans cur sic dicta. 242.H
Ecclesiæ non est promissa pax in peccatis & deliciis. 514.D
cur in Ecclesiam conuenitur. 125.C
Ecclesia olim deserta nunc fœcunda. 132.H.I
Ecclesia similis naui ex pluribus tabulatis compactæ. 178.K
Ecclesia militans quomodo regnum est. 491.I
sancta Dei Ecclesia quotidie facit spiritualiter quod tūc per apost. corporaliter fiebat. 503.D.E
Ecclesiastis non est verbis scurrilibus, somniis, & fabulis auditores pascere. 226.I
Educi in refrigerium quid. 371.A
Effrem religiosus D. virginis cultor hanc salutat & inuocat. 39.H
Effrem Antichristi hypocrisim ac fictam iustitiā depingit. 287.A
Effectus curationem ostendit. 455.B
Effodere quid. 380.C.D
Egesippus. 108.E
Eiectio vendētium è templo cuius rei signum in Christo. 187.G
Eiectio dæmonum cur dicitur fieri in spiritu sancto. 458.G
Eiiciendi hæretici. 162.A
Eleazarus filius Annæ summus sacerdos declaratus. 130.G
Eleazarus qua ratione dæmonium effugauit à corpore. 458.A.B
Electi rogant accelerari resurrectionem vt diaboli regnum rescindatur. 365.I
Electio ex spiritu sancto. 299.I
Electi ex Iudæis aues perditæ ex Israël. 502.E
Eleemosyna omnibus præcepta. 142.E
Eleemosyna præparat ad maiorem gratiam. 212.E
Eleemosyna multiplicantur bona. 526.I
Eleemosyna non reuocanda sed priùs consulendum cui & quid des. 355.K
Eleemosynis peccata redimuntur. 373.F
Eleemosyna in quibus maximè cauenda. 354.G
Eleemosyna à charitate omnium virtutum præcipua procedit. 354.G
Eleemosynæ laudes. ibid.
Eleemosyna an non vbique danda. 355.B
Eli possit ne dici pater Ioseph. 149.C
S. Eligius Episcopus Nouionēsis homelias scripsit ad pœnitentes. 436.G
Elizabeth cur fuit sterilis. 29.K
Eleemosyna potior est pœnitentiæ fructus. 139.K
Eleemosyna fructus pœnitentiæ. 137.B
Eleuatio Eucharistiæ cur. 84.K
Eleemosyna nemo pauperior. 497.G
Elizabetha vnde nouerit Ioannis nomen. 57.B
Elizabeth prophetat. 47.D
Elizabethæ admiratio vnde prodiit. 48.A
Elizabeth nouit D. virginem plus præstitisse quā par esset. 48.B
Elizabeth priùs vocata sterilis. 44.B
Elizabeth quomodo fuit cognata Marię cū non fuerint eiusdem tribus. 44.D
Elizabeth plena spiritu sancto rursus repletur. 47.F
Elizabeth prophetizat præterita præsentia & futura. 48.G
Emphatica locutio, Ego autē dico vobis. 348.I
Emundamur ab operibus mortuis per pœnitētiæ sacramentum. 269.E
Energumeni seu à dæmone possessi sola virtute diuina curantur. 234.G.H
de Energumenis & oleo consecrato. 517.A
Enos quomodo dicatur primus inuocasse nomē Domini. 151.C
Eorum quæ creantur nullum est sui causa efficiens. 276.K
Epaminundæ ducis Thebani apophthegma. 485.K
Ephrain & Manasse typi eorum qui. 12. apostolis adiuncti sunt. 72.G
Epicureorum error eluditur. 524.H
Episcopi quot ex Monasteriis prodiere. 152.F
Episcopus cur habeat pedum pastorale. 345.D
Episcopi debent pauperes mēsa excipere. 526.A
Episcopi ab apostolis edocti ieiunia plebi mandare assolent. 375.B
Epithalamium Christi sponsi. 204.B

Epitheta virginis ex typis illam figurantibus. 39.D 470.I
Epitheta malarum mulierum. 209.B
Eraſmus Vallam arguit. 34.I
Eraſmi reprehenſio. 158.I
Errat qui ſcientiam ſalutis quærit ab hæreticis. 67.I
Errant qui putant infœlices qui nullis voluptatibus demulcentur. 308.C.D
Errant qui infœlicitati deputant tribulationes & perſecutiones huius ſæculi. 313.G
Error Apollinaris. 188.D
Error Origenis. 19.K
Error hæreticorum confundentium proprietates vtriuſque naturæ in Chriſto. 23.D
Error periculoſiſſimus quorundam. 205.A
Error Samaritanæ ſumitur ab elemento corruptibili. 213.C
Error Pelagianorum & Simonis magi eluditur. 273.F
Error ſcribarum in dictione proximi. 349.B
Error eſt affirmare nullum fidelem quantumuis peccatorem damnandum. 200.I
Erroris cuiuſdam eluſio. 476.D
Error eorum profligatus qui affirmant iuſtos & martyres ſurrecturos 1000. annis ante alios. 466.F
Error Pelagianorum dicentium initium boni operis à nobis eſſe. 474.G
Erronea quorundã opinio de diuina prouidẽtia. 513.B
Erubeſcendum in peccatis. 411.I
Erubeſcentia peccatoris. 446.I
Erithræa Sybilla. 98.G
Eſaiæ & Angeli verba conferuntur. 40.F
Eſaias iratus in Acham quod ſignum liberationis ſuæ non peteret à Domino. 465.A
Eſaias nudus & diſcalciatus. 346.F
Eſaias nudꝰ erat & nullis vtebatur calceis. 387.H
Eſaiæ Prophetæ excellentia. 494.D
Eſaias vt purgatus eſt ſtatim mittitur & palam Dei verbum annunciat. 59.I
Eſaias ſolus Dominum exercituum videt. 107.F
Eſaias iuſſus recreare Ezechiam nuncio recuperandæ ſanitatis. 418.D
Eſau aſper & hiſpidus quid ſignificet. 71.I
Eſdras eiecit à filiis Iſraël vxores Moabitidas. 73.G
Eſron nomen viri & loci. 73.C
Eſſe duplex vnũ naturæ, alterum gratiæ. 23.A
Eſſe debemus prudentes ad bonum & ſimplices ad malum. 507.I
Eſſe apud, multis modis dicitur. 9.F
Eſſæorum vita monaſtica. 135.C
Eſſæi vnde dicti & cur Phariſæis infenſi. 135.C
Eſuries ſpiritualis. 54.I
Eſuries temporalis qualis. ibid.
Eſuriem vincere laboris eſt humani, diuinę verò virtutis eſuriem non habere. 155.C
Eſuries futura. 321.C
quibus Eſurientibus diuina promittuntur bona 55.A
Eſuries ſpiritualis & ſitis vnde. 540.D
Eſt verbum ſubſtantiuum in verbis cœnæ propriæ ſumendum. 548.F
Ethnarchia maior tetrarchia, ſed regia minor. 129.K
Ethnarchia Archelai poſt eius mortem à quibus adminiſtrata. 130.C
Ethnici Deos ſuos humano ſanguine ſe placaturos putarunt. 350.A
Ethnici Chriſtianis imponebant quod ſolem adorarent. 362.A
Ethnicus aut Gentilis pro quibus ſumitur. 352.E
Eua ex viro nata & non ex matre concepta. 71.E
Euæ & Mariæ comparatio. 36.H
Euæ peccatum ab arrogantia profectum. 49.E
Euam deiecit ſuperbia Mariam exaltauit humilitas. 49.E
Eua allecta pulchritudine fructus. 444.G
Euangeliſta cur meminit captiuitatis Babilonicæ potius quàm Ægyptiacæ. 77.A
cur Euangeliſta conſeruarit dictionem Syriacã. 265.B
Euãgeliſta Lucas cur meminit Herodis narraturus Ioannis natiuitatem. 28.D
Euangeliſtæ duarum ſectarum imprimis meminerunt. 135.E
Euangeliſtis magna fuit cura veritatis. 211.K
Euangeliſtæ non omnia miracula Chriſti ſcripſerunt. 188.F
Euangeliſtæ quandoque res à Chriſto geſtas recenſent per anticipationem, aliquando per recapitulationem. 298.G
Euangelia mendacia quænam fuerint. 1.G
Euangeliſtæ non ſemper verba de ſcripturis ſed ſenſum eliciunt. 123.G
Euangeliſtæ non humanum artificium ſequuti ſunt. 1.F
Euangeliſtam vnum alius non deſtruit ſed exponit. 460.E
Euangeliſtæ non omnia narrãt Herodis flagitia. 207.K
Euangeliſtæ conciliantur. 143.E
Euangeliſtarum conciliatio. 522.F
Euangeliſtæ quos ſunt ſecuti in ſcripturarum allegatione. 121.D
Euangeliſtæ non omnia Chriſti expreſſerunt. 434.E
Euangelia quæ ſuppoſita. 1.A
Euangelium ſecundum hebræos à quo confictũ. 1.K
Euangelia nec plura, nec pauciora poſſe eſſe quã quatuor. 2.A
Euangelium vnicum in pluribus. 2.E
Euangelium Ioannis tonat. 4.E
Euangelia Ioannis & Pauli quomodo conueniunt. 13.A
Euangeliorum reuelatio. 92.H
Euangelium à Chriſto annunciatum ſub Anna & Caipha. 130.E
Euangelio vt Chriſto contradicitur. 113.K
Euangelium veteri teſtimonio præfertur. 225.B
Euangelium quid? 225.A
Euangelium à lege euocabat ad gratiam non à creatore ad alium Deum. 225.B
Euangelium ſpiritum amoris conciliat. 239.B
Euangelium ſuum quibus Deus communicauit. 417.E

Euangelium cur iugum. 441.H
Euangelicæ prædicationis virtus. 482.D
Euangelium omnia dogmata superauit. ibid.
Eucharistiæ participationem præcedunt preces. 357.B
Eucharistia sacramentū perfectæ vnitatis. 563.F
Eucharistia an omnibus necessaria vt baptisma. 553.K
Euchitæ cur sic dicti. 406.D
Euchitas præstigiator Constantinopolim captiuus abductus. 234.H
Eudoxia Chrysostomum liberorum suorum doctorem asseruit. 106.D
Eudoxia virum Arcadiū in Ioan. Chrysostomū animauit. 209.F
Eudoxius Arianus Mediolanensis Episc. 485.H
Eugenius Episcopus Carthaginen. illuminato cæco magiæ suggillatur. 456.E
Eunomij error excinditur. 11.E
Eunomius temerè sibi tantam arrogabat patris & filij notitiam quantam illi habebant. 440.K
Eunomiani dicunt Deum verbum corpori tantum esse non secundum substantiam sed secūdum vtriusque virtutes. 13.E
Eunuchus quæsiuit in libro Esaiæ margaritas. 491.I
Eutiches vnam respiciens personam vnam censuit esse naturam. 41.D
Eutichetis infamia qui noluit in Christo vtramque confiteri naturam. 103.F
Eutichiana impietas condemnata vbi & quando. 41.E
Eutichianorum error. 23.E
Eutichetis & Apollinaris perfidia perstringitur. 24.F
Eutropi miserandus casus. 54.H
Exactor quis. 333.A
Exactor non est Dominus sed à Domino ad exigenda debita præpositus. ibid.G
Exaggerata Dei in nos dilectio. 198.E
Excæcationis causa ab hominibus est. 478.E
an Deus nostro clamore Excitetur. 358.E
Excusabilius fuisset in Herode periurium quàm homicidium. 340.K
Excussione pulueris quid significatur. 506.A
Execratio. 340.G
Exercitium discentis audire & interrogare de dubiis. 126.F
Exercet nos Dominus quandoque quæstionis difficultate sed non decipit sententię falsitate. 460.C
Exemplis probatur per non significare quid minus. 12.H
Exemplo Dei inducimur ad visitationem infirmorum. 60.F
Exemplo parentū Christi non temerè recedēdū à consuetudinibus in ecclesia receptis. 125.A
Exemplum de Dauide panes veritos edēte quomodo allegetur ad propositum. 292.F
Exemplum. 283.C
Exēpla patiētiæ ꝓ premio laudis humanę. 315.A
Exempla eorum qui simulant tristitiam. 375.G
Exemplum. 354.C
Exempla trabis & festucæ. 393.K
Exemplum optimæ matronæ. 237.I
Exempla misericordium. 310.K
Exēpla patientiæ relucent in prophetis. 315.F.G
Exemplum iudicij alieni & suipsius. 391.K
Exemplo nostro in Deum fiducia confirmatur. 397.D
Exempla desolatorum regnorum propter religionis discrepantiam. 457.E
Exemplum sacramentariæ illusionis. 560.H.I
Ex aliquando significat causam materialem aliquando efficientem. 193.I.K
Ex historia curati dæmoniaci plura eruta mysteria. 455.C
ad sanos & ægros vt caueāt Exhortatio. 275.G.H
Exhortatio D. Ambrosij ad Theodosium imperatorem. 190.C
Exhortatio ad humilitatem. 46.D
Exitus Apostolorum ex Iudæa fuit nostrę salutis exordium. 510.G
Exilia piorum frequentia sub Iuliano. 523.D
Exomologesis petitio veniæ. 369.F
Exomologesis facienda ei qui vult peccatorum veniam impetrare. 370.A
Exordio orationis dominicæ duo errores profligati. 361.A
Exorcistæ à quo instituti. 458.A
Exorcismi ad creaturas (exceptis dæmonibus) quas & quot habent rationes. 247.A
Exorcismi si contra dæmones fiant sunt adiurationes compulsiuæ. ibid.
Exorcismis fugantur dæmones. 454.H
Exorcismi in Ecclesia vim à Christo habent. 454.H
Exorcismus primitiuæ ecclesiæ in vsu. ibid.
Exorcismus quantæ virtutis. 246.K
Ex plantis etiam venenatis magnum colligunt pharmacopolæ remedium & antidotū. 462.B
Explodendi sunt qui dicunt animam deliquisse priusquam corpori infunderetur. 19.K
Exprobratio quid. 435.K
Exprobratio quanta maneat vrbes populosas quæ Domini obliuiscuntur. 437.H
Exploratores. 299.K
Expositiones variæ huius loci, vox in rama audita est. 121.E.F.G
Expositio spiritualis huius loci, quicunque te angariauerit ad miliare vnum, vade cum illo & alia duo. 347.A.B
Expugnandæ hæreses & falsa gentium dogmata. 420.F
Extra Christum nihil patri est acceptum. 148.A
Extra vrbes fiebant sepulturæ & sub quo id fiebat mysterio. 422.A
Exterminare facies quid. 375.K
Exulamus è paradiso quia non ieiunauimus. 153.C
Exultauit infans quid. 47.A
Ezechias ex impio patre filius pius. 75.H
Ezechias binomius dictus aliàs Iesu. 149.I
Ezechiæ oratio cum ex portis mortis ad vitam reductus est. 356.E
ad Ezechiæ orationem Angelus missus contra Assyrios. ibid.G
Ezechias ostendens thesaurum suum illum cum regno suo simul perdidit. 413.G

Ezechias incautè ostendit suos thesauros nunciis regis Babilonis. 490.D
Ezechiel raptus in spiritu. 157.F
Ezechiel anno ætatis 30. prophetiæ dona promeruit. 148.I
Ezechielis visio qualis. 287.F

F.

FAbij maximi memorabile in Minutiũ sedati & minimè vindictæ appetentis animi iudicium. 352.G
Facies deturpata duabus de causis lauari solet. 377.I
Facies cuiusque est conscientia. 377.G
Fabula saturni vorantis lapidem pro Ioue filio suo. 397.F
apud Dominum idẽ Facere quod loqui, & loqui quod velle. 44.G
Facere verbum quid. 91.I
Facilius est decipi quàm sanis consiliis obedire. 401.G
Facilè toleranda quælibet aduersitas temporalis vt pœna vitetur æterna, & quies perpetua cõparetur. 400.G
Facilè se in mortẽ deiicit qui à Deo recedit. 561.I
Factum in ius vocatum. 337.K
Factum Iephte. 340.K
Factum Saul parcentis Regi Agaz examinatur. 348.E
Fallacia hæreticorum in allegandis scripturis. 159.G
Falsa animarum in dæmones conuersione quid intendit diabolus. 246.A
Falsi prophetæ vtroque modo diuisim & coniũctim. 401.F
Falsi doctores pseudoprophetæ. 401.D
Falx messoria prædicatio. 219.C
quæ Falx messoria. 488.K
Fames ingens orta in Phrygia propter igne crematos catholicos sacerdotes. 417.C
Fames virginitatis, inimica lasciuiæ. 153.D
Famen patitur Israël tribus annis ob violatam fidem Gabaonitis. 497.B
Famis malum omnes passiones superat. 524.E
an Famuli Archisynagogi Christo non credebant. 261.C
Famelici panem hordeaceum habent in deliciis. 525.I
Fauenda Familiaritas eius cuius occasione scandalum patimur. 335.K
Fantasia hæreticorum. 560.A
Fantasticæ epulæ non prosunt. 560.H
Fastidium an sit infœlicitas. 213.K
Fastus muliebris castigatio. 447.E
contra Fastum & indignationem iniquam quorundam ecclesiasticorum. 449.E
Fautores hæreticorum. 554.H
Fatuum dicere quid sit. 329.C
Fauorinus Philosophus quibus argumẽtis probet matres debere lactare filios suos. 471.E
Febres & aliæ infirmitates importantur per languores & tormenta. 227.B
Febris Christo obediens accusat hominum in Deum rebellionem. 237.G
Fœcunditas filiorum benedictio Dei. 29.K
Fœcunditas virginis probatur argumentis non spernendis. 44.C
Fœlix à quo Christus petit quia rependit cum fœnore. 212.H
Fœlix & Elpidius impij horrendo signo puniti. 465.C
christianis vetitum Fœnus, sed mutuum licitũ. 347.E
Fœnerator Deus. 449.I
Fermentum modò in bonam modò in malam partem capitur. 482.I
Fermentum non transmutatur sed alia ad quæ accesserit transmutat. 482.K
Fernelius medicus. 454.K
Festus decollationis S. Ioannis eò die celebratur quo caput eius inuentum est. 185.B
Festa quomodo corrumpantur. 184.I
Festa quomodo rectè celebrentur. ibid.
Festa quomodo honoranda. 269.I
Festinandum ad Christum. 92.B
Fœtor hæreticorum fucatus. 159.F
Fictio Prodici de Hercule. 399.G
Ficus mystica significatio. 177.A
Ficus quando bona est quatuor habet. 403.H
in Ficu quæ signa. ibid.K
conditiones ficus ex Hieremia. ibid.I
Fideles vident Christũ per fidem & cognoscunt illum spiritualibus oculis. 3.A
Fide in omnibus opus est. 215.K
Fideles sunt pueri. 55.F
Fideles redimendi etiam sacris vasis ac reditibus ecclesiasticis. 60.H
Fidelium licet plerique in ceremoniis varient vna tamen omnium fides vnum symbolũ apostolicum. 62.E
Fideles non scandalizantur Christi humilitate. 92.D
Fideles responsum habent à spiritusancto quale Simeon. 109.A
an non iudicentur Fideles. 200.H
Fideles quomodo non veniunt in iudiciũ. 201.A
Fideles milites fuerunt ecclesiæ sub decio & diocletiano. 260.I
Fideles cur iurant per creaturas. 342.H
Fideiussores in baptismo vt olim in circuncisione. 94.F
Fideiussores quantũ solicitos esse conuenit pro salute alumnorum suorum. ibid.
Fides virtus theologica habet Deũ pro obiecto. 18.E
Fidei virtus. 48.G
Fides inchoando meritum disponit ad præmij consummationem. ibid.G
Fidei laudes. ibid.
per Fidem miracula impetrantur. ibid.
Fides confirmat nos contra aduersa. ibid.
Fides à nobis mortem æternam auertit. ibid.
Fides nos in gloriam introducit. ibid.
Fides per charitatem operari debet. 91.I
Fides Ioseph magna. 119.B
Fidem rectam & bona opera qui prædicat venienti Domino viam parat. 132.E
Fides nostra comparanda fidei Abrahæ. 198.D
Fides medium ad vitam. 199.H

ſine Fide nihil caſtum, ſanctum, aut viuũ. ibid I
Fides formata fundamentum ſalutis eſt. 200.I
Fides Sareptanæ de Helya. 223.C
Fides euincit omnem perſecutionem. 243.H
Fides formata bonis operibus. 249.K
Fides emorthoiſſæ. ibid.
Fides cooperatur Deo iuſtificanti. 250.B
Fides Emorroiſſæ in Reliquias. 262.B.C
Fides habetur de virtute reliquiarum. 262.B
Fides an ſaluum faciat aliquem & quomodo. 263.D.E
Fides fundamentum curationum. 266.D
Fide ſublata nulla vitæ expectatio reliqua eſt. 281.F.
Fides arbitros non requirit. 355.D
Fide nihil potentius. 356.F
Fides abſque operibus nihil nobis proderit. 406.F
Fidei confeſſio expenditur & Chriſti virtus diuina. 412.B
Fides Centurionis an Fidei Abrahæ aut Prophetarum præferatur. 418.F
Filij Regni Iudæi quomodo. 419.F
Fides quomodo ſaluat & tamen deus ſaluat. 453.A
Fide credimus omnia peccata nobis eſſe remiſſibilia. 453.C
Fides Sareptanæ. 497.C
vt Fides victrix coronatur, ita perfidia victa punitur. 513.I
Fides in aduerſis neceſſaria. 533.E
Fidei omnia poſſibilia. ibidem.I
Fidei commendatio. 534.B
Fides cùm ſit opus dei quomodo faciant homines opera Dei. 538.H
Fidei omnia ſunt facilia. 549.I.K
Fides non poteſt efficere contradictorias veras. 560.D
Fides an abſentia reddat præſentia. 565.K
Fide noſtra duo precipuè credenda & quæ. 572.G.
Fiducia quanta peccatori requiritur vt iuſtificetur. 250.D
Fiducia primùm requiritur à nobis. 359.H
Nulla fiducia inter viros diuerſæ religionis. 509.E
Fieri aliud eſt quàm eſſe. 375.F
Figura contradictionis. 114.A
Figura tentati Chriſti. 155.H
Figura Chriſti remanentis in Hieruſalem parentibus ad propria reuerſis. 125.G
Figura aduentus Chriſti quando præceſſit. 165.G
Figura baptiſmi. 270.D
Figura ſeceſſus Chriſti. 523.F
Figura ciborum nihil iuuat eſurientes. 561.A
Fugiens Chriſtus in Ægyptum ſignum dat infirmitatis, ſed quod eo ingrediente idola ruunt ſignum magnæ maieſtatis. 118.F
Figuræ prænunciæ aduentus Chriſti. 564.K
Figuræ diſtinguntur à veritate. 567.D
Figuris quanta olim reuerentia. 568.H
Filiatio quid. 313.D
Filius dei cur verbum dicatur. 6.D
Filius probatur conſubſtantialis patri. 9.D
Filius paternæ Naturæ declaratio. 6.E
Filius Dei ſine principio temporis. 8.A
Filius Dei idem & Deus eſt. 9.I
Filius Dei per æternã generationem coæqualis eſt patri. 10.H
Filius patri coæternus. 11.D
à quibus effectis Filius Dei cognoſcitur eſſe patri coæternus, conſubſtantialis, & eiuſdem cum ipſo potentiæ. 11.F
Filius omnipotens. 12.B
Filiatio gloriæ. 22.F
Filius dei incarnatus probatur ex ſcripturis & libris gentilium. 24.I
Filius non autem pater incarnari debuit. 26.A
Filij Dei ingreſſus in mundum noſtro longè dignior. 42.E
Filiũ Dei eſſe in vtero non fuit indecens. 44.D
Filius præuenit matrem in benedictionibus dulcedinis. 47.I
Filij parentibus obſequantur. 127.H
Filij fratrum Ochoſiæ 42. iugulati & in ciſternam proiecti. 150.A
Filij Nathan habiles ad ſucceſſionem Regni. 150.D
Filius dei an portetur ab angelis. 158.I
Filius hominis quomodo ſimul in cœlo & in terra. 196.K
Filius diuinitas probatur. 205.B
Filius quomodo videt patrem. 277.K
Filius quomodo à ſeipſo nihil facit. 278.B
Filij ad patrem relatio. 278.E
Filium videre quæ pater facit, quid. 279.D
Filius quomodo acceperit à patre omne iudiciùm. 280.E
Filius ſemper vitam habebat. 283.C
Filius hominis eſt Dominus Sabathi ergo Deus. 293.H
Filij Zebedei filij tonitrui. 30.E
Filij Dei melius charitate agnoſcuntur quàm filij diuitum ſuſpenſo in collo aureo torque. 351.H
Filij Iudęorum iudices patrum blaſphemorum & quomodo. 458.C
Filij diaboli ſanguine & liuore gaudent. ibid.H
Filiorum nomine indigni qui paternas correctiones impatienter ferunt. 360.F
Filiæ Philippi Euangeliſtę. 401.D
Filij heli vna die abſumpti & cur. 421. F
Filij ſapientiæ iuſtificant matrem. 435.C
Filia Arethæ regis arabum vxor herodis. 424.E
Filius reuelator eſt myſteriorum. 440.H.I.
Filius tam ignorabilis eſt, quàm & pater. 440.I
Filij iudęorum dicuntur aut apoſtoli aut exorciſtæ. 458. A. B. C
Filius imago patris ſignaculum & character. 537. K
Filius quandoque dat patri. 540.K
Fimbria myſticè vocata mica, & guttula. 534.E
Fimbriam Chriſti tangere quid. 534.G
Finis & fructus aduentus Chriſti. 64.F
duplex Finis ſiue intentio. 468. C
Finis inſtitutionis ſabbathi. 293.D
Flagitia regis Ioram. 75.D
Flaminius ſenatu pulſus propter decollatũ hominem in gratiam meretriculæ. 521.A
Fletus vt plurimum ab igne, ſtridor dentium à

frigore. 419.G
Fluctus naui obsistentes. 532. C
Fomes multum differt à peccato. 168.K
Fomes peccati quid. 168.K
Fomes cur in nobis manet quandiu viuimus. ibidem. K
Fons olei de meritoria taberna fluens quid portendebat. 84. A
Fons inter heliopolim & babiloniam cur Christianis venerabilis. 120.B
Fons apud Nicopolim.i. castrum Emmaus magnæ virtutis. 271.F
Fontes tantò sunt puriores quantò magis hauriuntur. 391.E
Fontes & fluuij vnde procedunt & quo reuertuntur. 446.C
Formatio Christi non successiua sed momentanea. 81.B
Forma libelli repudij. 336.K
qui Fornicationis causa vult abiicere vxorem prior esse debet à fornicatione purgatus. 337.F
Fortè notat libertatem arbitrij in hominibus non defectum prescientiæ Christi. 438.A
Fortitudo ad quæ necessaria. 243.K
Fortitudo humilis & humilitas fortis. 397.F
non Fortuito contigit concursus Simeonis & Annæ. 116.E
Francis quondam ranæ pro insignibus. 459.B
Franci nutare non debent. 459.B
Franco Abbas. 38.K
Fratrum iudæ cur fiat mentio in Christi Genealogia. 72.F
Fratre longiùs distante quid faciendum ei qui velit reconciliari. 330.B
Frater non redemit redimet homo, à Paulo Nolano expositum. 89.C
Fratres multis modis dicuntur. 472.A
Fraus diaboli. 161.B
Fraus diaboli qua suadere vult se esse animam alterius cuiusdam defuncti. 245.K
Fraus si mulieri fiat ita vt extraneum admittens amplexum, putet proprium esse maritum non potest excludi. 337.G
Fridericus imperator in summum pontificē Innocentium inflammatus multorum malorum fax extitit. 457.C
Friuola auarorum parentum pro accumulandis diuitiis responsio. 379. G
Fructus aduentus verbi. 21. F
Fructus aduentus Ioannis. 32.E
Fructus ventris Mariæ suauis ad vescendum & delectabilis aspectu. 47.K
Fructus aduentus Christi æterna nostra redemptio. 55
Fructus digni qui. 137.C
Fructus prędicationis Ioannis. 172.E
cur Fructus malus. 405.A
Fructus victoriæ Christi. 244.H
Fructuum differentia. 475.K
Frugalitatis commendatio. 369.C
Frugalitas & austeritas discipulorum Christi. 291.D
Frumentum virga cædere quid. 335.E
Frustranea extra ecclesiam pœnitentia. 445.D
Frustra clamat prædicator nisi adsit gratia salutoris. 474.H
Fuga apostolorum latè promouit Euangelium. 510.F
Fulgentius. 7.D.E
Fumus inanis gloriæ. 236.B
Fundamenta reparari oportuit. 132.C
Fundamentum veræ dilectionis in Deo. 349.F
Fune orationis hauritur aqua fontis cælestis. 212.K
Funesta bella ob violata nuptiarum iura. 179.D
Furor prædicatoris sit de amore non de crudelitate. 506.H.I
Furores ciuiles sanguinem Israeliticum exhauserunt. 496.K
Futura prędicere solius diuinę virtutis est. 176.E
Futura maximè timenda. 512.A

G

GAbrias poëta. 373.E
Gabrielis nomen quid. 36.B
Gabriel missus ad Danielem. 36.C
Gabriel cur præteritis Sarra & Rebecca Elizabethæ solius exemplum profert. 44.B
Galathæ Euangelio legis præcepta miscebant. 258.K
Galatinus. 11.B
Galilæa vbi. 36.G
Galilęorum ingratitudo quì miraculis non sunt ad fidem allecti. 223.F
Gallina præ cæteris auibus compatitur suis pullis. 360.C
Galli, Druydes. 96.G
Garizim montium Samaritanorum maximus. 215.G
Garrulum mulierum genus. 217.I
Gaudium in natali iusti. 31.G
Gaudio quanto gestiendum in natali Christi. 87.E
Gaudiorum ratio. 88.K
Gaudium piorum cur magnum. 89.A
Gaudium mundanorum particulare. ibidem
Gaudium per Aue. 37.A
Gaudium natalis Christi comparatur cum cæteris. 88.H
Gaudium parentibus super maturitate filiorum suorum. 124.D.E
Gaudium fallax gloriari in diuitiis. 320.B
Generalis sententia hæc non patitur exceptionem. 459.A
Genus prædicationis Ioannis nouum atque diuersum. 135.F
Gedeoni dubitanti cur nihil pœnæ irrogatum. 34.C
Gedeon paleas excutit. 335.E
Gedeon signum habuit in vellere. 465.A
Gehenna & tophet quid. 528.I.512.A
Gehenna cur pro inferno sumitur. ibid.K
etsi Gehenna malum sit damnato iustitia tamē Dei bona est. 405.D
eorum qui in Christi Genealogia numerantur. alij verè successerūt alij aliorum nomen adepti sunt. 74.F
Generatio Christi quomodo enarretur. 69.F
Generatio alia à Dauide per natham alia per

Salomonem. 74.F.G
Generatio Christi ordienda ab Abrahãmo. 71.E
Generationis ordo per 14. decurrere debuit. 75.E
Generatio clara nihil ei prodest quem sordidant mores. 137.G
Genethliaci & fatarij condemnati. 99.D
Genesareth vnde dicta. 230.A
Genezara vbi. 245.H
Gentibus æquè ac Iudęis Christus lux vera illuxit. 17.C
Gentes multæ cur circunciſionẽ irrideant. 93.F
Gentium cur Christus meminit cùm à suis abigit sollicitudinem. 388.C
Gentes an fuerint à deo neglectæ. 436.K
Gentilitas admirata est apostolos effectos ex piscatoribus. 228.D
Gentiles ridiculè deos antiquiores & iuniores posuerunt. 8.A
Gentilium fabula de filio aliquando in patrem insurrecturo. 11.E
Gentilium odium atrox contra Christianos. 314.B
et acerbitas. 350.D
Gentilium quidam condonandum esse inimicis docuerunt. 352.E
Gentilium vox, mãducemus & bibamus. 375.C
Gentiles exercendæ linguæ magis quàm mundando cordi dabant operam. 358.C
Gentilibus cogitatio nulla de cœlo. 388.H
Gentilium quidam propriis filiis & affinibus cõuictis pœnas irrogarunt. 515.A
Gentilium prophana opinio. 555.E
Gergeseni qui. 244.H
Gesta & dicta Christi ab anno. 12. vsque ad baptisma reticentur. 129.H
Gibellinorum & Guelphorum origo. 457.C
Giezi pater vendentiũ spiritualia pro temporalibus. 186.C
Giezi magister vendentium inter Simoniacos. 503.G
Gladius triplex animæ. 114.H
Gladius ille triplex quomodo animas pertranseat. ibid.
Gladius Domini metuendus. 138.K
Gladius à Christo immissus quis. 514.A.B
Gladio materiali vti non licet ecclesiasticis. 514.B.C.D
Gladius spiritualis quis. 531.G
Gloria vnigeniti quæ fuerit. 26.H
Gloria quot modis sumitur. 27.B
Gloria Dei quanta ex Christi natali. 90.F
Gloria in Deo, secundum Deum, & propter Deum. 90.H
quæ in Gloria habituri sumus. 281.H
Glorię sitis fugienda. 158.H
Gloria Domini quæ in Christo. 133.A
Gloriandum non est in virtutibus progenitorum. 33.C
Gloriæ cupiditas maximè inflammat ad amorem diuitiarum. 379.C
Gloria Capharnaum quæ fuit. 437.G
Iudæorum inanis de manna gloriatio retunditur. 545.K
Gnostici cur Euangelium nomine Philippi confinxerunt. 1.K
Gnostici ecclesię traditiones & sacramenta diabolo adscribunt. 456.E
Gnostici se perfectiores Apostolis iactitarunt. 502.B.
Gnostici & valentiniani ex scriptura malè intellecta tria hominum genera constituerunt. 476.E
Gnosticorum infanda hæresis. 554.E
Goëtia vel Theurgia. 96.F
Gothis aut Armeniis non imperauit Augustus sed Christus. 84.H
Gothi mirantur suos reges propter summam ignorantiam. 97.B
Gothica barbaries arcere reges à literis. 97.B
Grammaticorum ferulæ quando non timendæ. 22.I
Grande impendet principibus periculum ab adulatoribus. 208.H
Granorum bonitas in tribus. 474.K
Gratiæ virtus. 22.C
Gratia perficiens non sine assensu. 38.D
Gratia singulis per partes data est, Marię verò se infudit plenitudo. 38.F
Gratiam apud Deum inuenisse quantum sit. 40.F
Gratiam coram Deo qui inuenerunt. ibid.E
Gratiarum actiones sunt fidei effectus. 92.K
Gratia quotuplex in Christo. 206.C
Gratia in Christo infinita. 206.D
Gratia præueniens. 229.E
Gratia præueniens. 273.B
Gratia quàm sit ad salutem necessaria. ibid.B
Gratia præueniens resurrecturo peccatori necessaria. 273.G
Gratia decet eum qui alterum arguit. 394.A
Gratia etiam per indignos efficax est. 407.C
Gratia miraculorum & cæteræ gratis datæ ordinantur ad aliorum vtilitatem. 423.G
Gratia Dei transgreditur nostrę infidelitatis angustias. 222.K
Gratis. i. non turpis lucri gratia date. 503.F
Gratitudo nostra erga Deum. 49.A
Grauidatio vrginis non ipsam grauabat. 46.F
Grauior futura est damnatio in resurrectione propter corporis consortium. 512.C
Grauius peccat qui rarò quidem irascitur sed non vult petere veniam, quã is qui crebrius & statim ad veniam postulandam inclinatur. 393.H
Græcos pessundedit discordia ducum. 457.A.B
Græcis odio occidentalium Turcæ militabant. ibidem.E
quid fieri oporteat in electionib. vt Gregi Christi consuiatur. 300.G
Gregorij Nazianzeni ex fuga reuersi quanta vitæ austeritas. 133.F
Guillelmus postellus. 456.A
Gula tormentis inediæ punienda. 321
Gulæ malum. 538.B
Gymnosophistæ indi. 96.G
Gymnosophistæ ad Alexandri quæstionem responsio. 464.B

H.

HAbenti studium discendi, dabitur facultas intelligendi. 477.D

Habere aptitudine seu potentia dicimur. 477.C
Habere opinione seu existimatione. 477.G
Habitauit in nobis metaphora vnde sumpta. 26.E
Habitant iusti in Hierusalem & ipsi sunt Hierusalem. 109.B
Habitus Ioannis pœnitentiam docebat. 133.D
Habituum seu vestitus distinctio. 212.H.I
Habuit Christus & apostoli loculos. 212.B
Hahalma, Haalma quid. 108.F
pauperum magna nobis Habenda ratio. 270.H
Harpagus cyrum præsenti subducit periculo. 119. A
Harpyiæ forenses. 346.B
Hebræi vna eadémque voce & præsens & futurum tempus enunciant. 42.E
Hebræarum obstetricum laus quanta. 46.D
Hebræorum opinio de Aminadab auso sequi Mosem diuiso mari rubro, cæteris metu attonitis. 73.D
Hebrææ genti non defuerunt canes & porci. 394.I
Hebræorum reges gesserunt diademata auro & lapide precioso ornata. 446.H
Hecuba qua ætate seruire cepit. 415.F
Helenus Priami filius augurandi sciẽtia clarus. 97.C
Heli pater virginis qui & Ioachim. 149.B
Heliogabalus sese prostituit. 443.K
Heliogabalus imperator ridiculus. 556.F
Helizeo quomodo datus spiritus Heliæ duplex. 32.G
Helizeus cur impediebat Giezi obuios salute donare. 46.H
Helisæus quomodo angelorum ministerio ab aduersariorum iniuria tutus. 90.E
Helisæus pessimum habuit assecla Giezi. 228.C
Helisæus ab helia vocatus. 229.G
Helisæus secuturus heliam conuiuio excepit amicos. 253.B
Helisæus misit sal in aquas amaras vt eas dulceraret, quid inde mysterij. 316.B
Helisæus humanitate ferocientes milites mitigauit. 350.I
Helisæus quid intelligebat iubens apponi populo panem & aquam. 367.F
Helisæus diuertit ad Sunamitidem vt reficeretur. 443.D
Helisæus miraculis clarus. 497.K
Helisæus Christi figuram pertulit. 498.B
Helisæus Christo minor. 547.A
Heluidius detrahere voluit honori beatæ virginis. 51.D
Heluidius impius hereticus contra virginis integritatem. 78.I
Heluidij error refellitur. 79.D
Heluidius vnde hæresim suam fouerit. 82.D
Helias inter Sidonios Dauid inter philistæos tutiùs quam inter suos. 122.C
Helias & helisæus pallio diuiserunt iordanem. 131. A
Helias qualis olim. 164.G
Helias peculiari modo viuendi vtebatur. 164. H
Helias quomodo sursum & deorsum. 178.C
Heliæ zelus. 187.A
Helias præco veritatis intrepidus. 209.D
Heliæ concionantis verba qualia. 233.I
Helias se subduxit in desertum facto miraculo. 238.I
Helias cur ieiunauit. 258.F
Helias fugitãs insidias Iesabelis quomodo esuriebat corporaliter & spiritualiter. 310.F
Heliæ vestitus qualis. 387.G
Helias in solitudine à coruis pascitur. 388.D
Helias ab Achab fugatur ab exteris excipitur. 496.F
Helias pater monachorum maximè carmelitarum. 498.A
Helias timuit Iesabelem qui priùs audacter regi occurrerat. 534.A
Heliam diuina virtus per dies 40. pauit. 564.H
Hæmorrhoissa quæ fuerit. 261.F
Hæmorrhoissa typus ecclesiæ ex gentibus collectæ. 261.H
Hæmorrhoissa dupliciter à Christo sanata. 263. B
Hæmorrhoissa si non habuisset fidem non fuisset adepta sanitatem. 263.B
Hæresis est affirmare per nihil intelligendum diabolum. 14.D
Hæreses photini & Pauli Samosatheni quomodo euertuntur. 19.F
Hæresis triplex emersit ex eo quod legitur nihil factum sine ipso. 14.C
Hæreses de ecclesia exierũt tanquam sarmenta inutilia de vite præcisa. 42.B
Hæreses vnde exortæ. 159.E
Hæreseon vnde magna occasio. 195.I
Hæreses ab ambitione. 215.H
Hæreses perierunt quæ trecentis annis perstiterant. 272.H
Hæresis Vvitclephi qua asserit non stare matrimonium verum inter eos qui procreare non possunt. 78.K
Hæreses vtcunque discrepantes ab inuicem in hoc conueniunt vt Christum & eius ecclesiam oppugnent. 296.G
Hæresis anabaptistarum negantium in graui etiam causa licitum mendacium. 341.G
Hæreses non minus ecclesiæ infestæ quàm persequutionis atrocitas. 401.H
Hæresis facit Apostatas, persequutio verò martyres. ibid.H
Hæreses cur oportuit esse. ibid.H
Hæresis Gnosticorum de Ioanne. 428.B
Hæreses esse potius debemus abominari quàm mirari. 480.D
Hæreses comparatæ cicutæ & aconito somnum mortiferum inducentibus. 486.C
Hæresis in rep. bellum & seditionem concitat. 530.G
Hæresis horrenda Gnosticorum. 554.E
Hæresiachæ omnes voluerunt haberi pro reformatoribus & ecclesiæ restitutoribus. 203.F
Hereticorum Euangelia suppositicia qualia fuerint. 1.A
Hæreticorum mendaces libri nominibus apostolorum donati. 1.I

Hæretici qui Christi maiestatem in certamen prouocarunt. 4.I
Hæreses Ioannis præfatione euertuntur. 10.D
Hæresis manichæorum quomodo vitãda. 15.C
Hæretici negant hominem prouehi ad aliquem iustitiæ gradum. 29.I
in eos qui modò Hęreticis, modò catholicis fauent. 32.K
Hæretici profligantur impugnantes veram incarnationem Domini. 40.G
Hæreticorum superborum ruina. 54.E
Hæretici inanes. 55.B
Hæreticus aut Turca cum vincunt, non Christũ vincunt sed peccatores qui Christum negant operibus. 62.I
Hæretici timorem omnem abiicientes præsumunt de salute. 65.H.I
Hæretici quomodo à sacrarum literarũ possessione excluſi. 69.C
Hæretici Iudaizarunt admittentes carnalem circunciſionem. 94.I
Hæretici quomodo abutuntur scripturis. 112.G
Hæretici contradicunt Christo & Ecclesiæ. 113.H
Hæretico nos ad gulam prouocanti respondemus quod Christus non in solo pane. 156.G
Hæretici adinstar Sathanæ scripturas allegant. 159.C
Hæretici gloriantur de scripturis. ibid.E
Hæretici toties victi quomodo fit vt subinde exercitum reparent. 162.B
Hæretici de propoſitione aliqua interrogati tergiuersantur. 173.B
Hæresis detestanda asserere nullum futurum iudicium. 200.K
Hæreticorum ecclesiæ non sunt sponsæ sed adulteræ. 204.C
Hæretici conferuntur Samaritanis. 212.I
Hæretici se Christo & apostolis præferunt. 213.E
Hæretici ventricolæ fratres cibo perdere volunt. 218.E
Hæretici Necromachi similes seruis Archisynagogi. 264.A
Hæreticorum curiosa futilitas. 275.D
Hæretici quomodo scripturas ignorent. 288.E
Hæretici & infideles à mysteriis abigẽdi. 395.H
Hæretici hostes veteris testamenti irrident historiam Iob. 370.F
Hæreticis murmurantibus aut vanis quæstionibus nos pulsantibus quid respondendum. 275.C
Hæretici quæcunque blasphemant mentiuntur se secundum scripturam prædicare. 288.F
Hęretici scripturas sine sensu loquuntur. ibid.F
Hæretici sal euanidum. 316.H
Hæreticorum doctrina violẽta & rapax. 402.A
Hæreticorum blandis promiſſis aut fictis amicitiis non fidendum. ibid.D
Hæretici presbyteribus piis pelles quomodo & cur detrahant. ibidem.D
Hæreticorum fucati mores. ibid.E
Hæretici vafri & impostores. ibid.E
Hæretici quomodo discernantur. ibid.I
Hæretici similes scorpionibus & cur. 402.E
Hæreticorum fructus quales. 403.B
Hæretici spinæ sunt. 403.D. 404.A
Hæretici ignibus adiudicandi. 406.B
omnes Hæretici habuerunt suos cœtus. ibid. D
Hæretici moderni habent suos psalmos ad quos concinendos promiscuam multitudinem inuitant. ibid. D.E
Hæretici quandoque signa ac miracula faciunt. 407.A
Hæreticorum miracula cur sancta ecclesia despicit. ibid.B
Hæreticorum peccatum quale. 456.C
Hæretici perfidi nunquam idem sapiunt. 409.B
Hæretici quando scandalizantur. 427.H
Hæretici ex doctoribus prodierunt propter præsumptionem. 439.C
Hæretici moderni se ore tenus peccatores clamant verum nullum suorum facinorum explicant. 450.E
Hæretici diabolo tribuunt quæ Dei sunt. 456.D
Hæretici baptizare didicerunt ab ecclesia in qua ipsi baptizati sunt. 458.D
Hæretici quomodo spiritum sanctum blasphement. 459.I
Hęretici adulteri. 464.H
Hæreticus peior quolibet Ethnico aut barbaro. 469.F
Hæretici simiis cur similes. 486.C
Hæretici intolerandi. 487.F
Herinaceus timidus quomodo sibi caueat. 408.F
Herodes primus Antipatri filius. 28.E
Herodes Galilæam consecutus est. ibid.E
Herodes quatuor filios reliquit. ibid.E
Herodes primus innocentes pueros iussit interfici. ibidem.E
Herodes primus solus Rex Iudææ dictus. ibid.E
Herodis vita sceleribus contaminatissima. 28.G
Herodes curauit cathalogum legalis successionis concremari. 76.H
Herodes ascalonita interfecit pueros. 97.K
Herodes Antipas Ioannem occidit & Christum in passione irrisit. ibidem.
Herodes Agrippa Iacobum decollauit. ibid.
Herodes cur non sequiit in magos. 98.C
Herodes Aristobolum natantem curat suffocari. 120.E
Herodis filiis propriis non pepercit. ibidem.
H. Mariamnem vxorem & Alexandram nouercam morti adiudicat. ibidem.
Herodis turbatio vana. 100.K
Herodes timens infantiam Christi nascentis magis timere debuit omnipotentiam iudicantis. 101.A
Herodes agnoscit regem illum esse Christum. ibidem.D
Herodes cur clam vocat magos. 102.B
cur cum Herodem posset perdere cur fugere maluit. 117.E
Herodes diaboli minister. 118.I
Herodes feræ rabiosæ comparatus. 120.C
Herodes quinto die ante obitum iussit filiũ suũ interfici antipatrum. 122.D
Herodis calamitates à Deo vindice. ibid.D
Herodi pudenda putredine corrupta. ibid.E

Herod. vt iusserit nobilissimos captiuos se mortuo trucidari. ibid.F
Herodes peior Achab. 208.I
Herodes cur metuebat Ioannem. 209.C
Herodes cur cùm Ioannem honoraret eum ligauit. ibidem.E
Herodes quando pudorem in furorem mutauit. 209.E
Herodes cur vulpes dictus. 249.C.D
Hæretici quidam dicti apostolici. 502.B
Hæretici peiores dæmonibus. 235.A
Herodes crudelissimus. 117.B
Herodes secundus non fuit tantæ authoritatis quantæ pater. ibid.G
Herodes vnde rescire potuit de Christo & eius miraculis. ibid.G.H
Herodes duo maxima commisit. 519.D
Herodes quomodo timebat Ioannem & tamen volebat occidere. ibid.F
Herodes debuit rescindere stultum iusiurandũ. 520.G
Herodes & Herodias nomina non affectione sociata sed crimine. 521.B
Herodis exercitus perditè profligatus propter pœnam D. Ioanni inflictam. ibid.E
Herodes propter Herodiadem regno pulsus & in exilium eiectus. ibidem.E
Hæretici non sunt tollerandi. 530.I
Hæretici rerumpublicarum perturbatores. ib.I
Hæreticorum conclusio inepta & blasphema. 571.B
Herodias quę fuerit. 207.E
Herodias qualis. 209.B
quid de Herodiade. 518 H
Herodianus historiographus. 556.F
Hesperus noctis nuncius. 517.F
Hester figura D. virginis. 38.G
Hester humillimè de se sentiens. 39.K
Hester vncta perrexit ad Assuerum. 377.B
in Hæreticis Turcis idololatris detestamur quod diabolus suggessit, & amplexamur quod Deus creauit. 62.H
Hi quibus Deus charitatem & gratiam infundit habent & possident Deum. 64.D
Hi soli admittuntur in æternam domum: apud quos est vnanimis oratio. 361.C
Hîc flagellantur qui superstitiosè dies eligunt suis actionibus. 99.E
Hieremias confirmatus statim ad gentes mittitur & regna. 59.I
Hieremias in vtero materno sanctificatus. 77.H
Hieremiæ pridem vita functi preces ad Deum pro populo. 221.I
Hieremias orans pro populo cur non obtinuit. 250.C
Hieremiæ sepulchrum vbi. 262.D
Hieremias solum cingulũ habuit lineum. 387.H
Hieremias in vtero sanctificatus. 430.C
D. Hieronymi laus ex ore D. Augustini. 126.I
Hieronymus à Leone obsequium colligit. 152.G
Hieronymus retudit calumniatores Christi qui vitio vertebant quod de scripturis coram mulieribus differeret. 500.F
Hierosolyma regni caput & tribui Iuda addicta. 45.K
Hierosolyma non vni alicui sed omnibus tribubus communis. 85.D
Hierusalem bonarum literatũ emporium. 98.B
Hierosolyma cur turbatur. 101.B
Hierusalem ecclesiam designat. 125.K
Hierusalem cur sancta ciuitas. 157.F
Hierusalem cur ciuitas regis est. 343.C
Hildebrandus ecclesiæ Romanæ archidiaconus. 503.G
Hillel. 108.E
Hipponenses hæresi infecti tandem resilierunt coërciti pœnis imperialibus. 487.H
Hoc hominibus mors quod angelis casus. 246.H
Hodie permulti cum Herode Christum colunt. 102.F
Hodie quid. 368.D
Hodie pro quotidie. 368.E
Hodie vix quicquam venalius Ecclesiastica authoritate. 503.G
Holocaustum actionis gratiarum. 522.H
Holophernæ obtruncato Iudith cecinit. 49.C
Holophernes capite truncatus à vidua. 115.G
Hominis nomen pro certo homine. 8.K
Homo cur sapientiæ capax. 16.F
Hominũ genus in duas partes diuiditur & aliæ atque aliæ tenebræ. 16.K
Homo per verbum hominem Deo placet. 25.E
Homo per verbum hominem reparatur. ibid.
Homines per semetipsos non poterant saluari. 25.F
Hominis superbia & inobedientia per verbi incarnationem retunduntur. 25.I.K
Hominum non est certum iudicium. 29.E
Hominis sublimitas verè cognoscere quod magnum est. 51.B
Hominis quatuor conditiones. 77.G
Homo variis modis ob peccata castigatus. 82.K
Homines lapidibus & arboribus comparantur. 139.A
Homo non nouit nisi quæ apparent. 189.F
Hominũ ingratitudo & summa miseria. 200.D
Homines quomodo dilexerunt tenebras. 201.E
Homini magna durities. 228.K
Homines ministri Dei possunt remittere peccata. 251.K
Homo factus aptus ad acquirendam virtutem. 274.A
Homo incipit percipere gratiam ex quo incipit credere. 284.D
Homo potest in tribus refugium habere ad Deum & quæ sint illa tria. 299.E
Homines vix reuocantur mulctis ab iniuria inferenda. 344.H
Hominum laude nihil fugacius. 355.F
Homo tribus modis liberatur à malo. 372.C
Homo propriis viribus liberari non potest. ibidem.E
Homo quomodo facit arborem malam & bonam. 405.H.I
Homines dupliciter ad meliorem vitam inducuntur. 434.C
Homini non desunt quæ ad salutem videat & audiat. 478.B
Homo incognitus. 507.K

Honeſtum & magnum genus vindictę ignoſcere. 350.F
Honor quantus Euangeliorum voluminibus. 4.A
Honoris D.virginis tituli. 38.E
Honor ſenioribus exhibendus. 46.D.E
Honor in conſeruos argumentum beneuolentiæ in communem Dominum. 52.C
Honor idem patri & filio debetur. 280.F
Hora mortis. 181.F
Horæ decimæ myſterium. 173.E
Horrendum ſpectaculum. 246.D
Horrenda ſomnia. 330.K
Horræum Domini fœlicitas æterna. 219.D
Horror herodiani conuiuij. 520.I
Hoſpitalitatis meritum. 46.K
Hoſpitalitatem Chriſtus compenſat. 230.K
Hoſpitalitati ſua eſt merces. 443.C
Hoſpitium cur non mutandum. 505.F
Hoſtes viſibiles qui. 62.H.I
Hoſtiæ piſcina mundatæ quid ſignificabant. 270.E
Humilitas virginis. 44.K
Humilitas variis modis vſurpatur in ſcripturis. 50.C
Humilitas in D. virgine pro virtute ſumitur. ibid.H
Humilitatis virtus quid. ibid.K
Humilitas in virgine requirebatur. 51.A
Humilitatis laudes. 54.E
Humilitas Chriſti expiat Adami & Euæ ſuperbiam. 89.H
Humilitas Chriſti quanta. 199.E
Humilitas externarum rerum non tollit fidem Magorum. 102.I
Humilitas Ioannis. 145.G
Humilitas miniſtrorum Chriſti. 204.A
Humilitatis commendatio. 232.C
Humilitatis multi modi. 306.E
Humilitatis admonemur cùm petimus nobis debita remitti. 371.B
Humilitas Centurionis. 417 I
Humilitas Chriſti. 541.K
Humilitas in omnibus commendanda. 407.A
Huius loci pulchra expoſitio, ſtulti meſſem famelicus comedet. 309 I
Humana natura ab ipſa conceptione corrupta, quomodo. 93.C
Humanæ reparationis ratio. 131.K
Humana conceptio quomodo procedit & perficitur. 187.K
Humanæ poteſtatis non eſt ſequi Chriſtum. 240.A
Humanum genus quibus regitur. 347.H
Humano fauore ac rumore nihil leuius. 376.F
Hydromantia. 271.D
Hydropici bibendo ſitim augent. 473.H
D.Hylario Sacramentarij Arianizant. 563.D
Hyppolytus martyr de Antichriſto. 289.A.B
Hyppomachi Aliptis apophthegma. 303 F
Hypocriſis Gentilium. 356.I
Hypocriſis apertæ violentiæ coniuncta. 296.F
Hypocriſeos deſcriptio. 375.I
Hypocritæ, magni coram hominibus non Deo. 31.K
Hypocritæ. 354.K
Hypocritæ quibus ſimiles. 373.E
Hypocritæ Deum fallere non poſſunt. 373 F
Hypocritæ ſimiæ. 374.E
duo genera Hypocritarum ieiunantium. 376.B
Hyſtoria Alexandri & Iaddi Pontificis. 215. E
Hyſtoria vxoris loth cuius rei figura. 241.I
Hyſtoria de imagine Chriſti à muliere elata quæ curata fuerat. 263.F.G
Hyſtoria curati paralytici hominem non habentis quo tempore contigerit. 269.F.G
Hyſtoria de Dauide poſcente panes ab Achimelech. 291.K
Hyſtoriæ centurionis myſtica expoſitio. 420.C
Hyſtoria Dæmoniaci curati quando contigerit. 454.F
Hyſtoria obſeſſæ Samariæ. 550.H
in Hyſtriones & ludiones prophanantes paſſionem & acta Chriſti, ſuis ludicris geſticulamentis. 496.E
Hyſſopus naturaliter in petra naſcitur. 414.F

I.

IAcob duodecim genuit mares qui patriarchæ fuerunt ac principes. 31.G
Iacob lenis & nitidus quid ſignificet. 171.I
cur Iacob & non Eſau meminerit. ibid.I
Iacob tenens plantam fratris Eſau quid portendebat. ibid.K
Iacob 12. filios patriarchas genuit, Chriſtus 12. apoſtolos emiſit. 72.C
Iacob defuncti fratris Heli vxorẽ duxit. ibid.H
Iacob cum ſuis deſcendit in Ægyptum vt multiplicarentur ibi, ſic Chriſtus in terras. ibid.C
Iacob & Heli fratres. 74.G
Iacob dilectus à Deo antequam natus. 77.H
Iacob pater naturalis Ioſephi. Heli verò legalis. 149. A
Iacobus luctator. 302.E
Iacob cum Lya permiſtus Rachelem eſſe exiſtimabat. 337.G
Iacobus & Ioannes cur à Chriſto fuerint reprehenſi. 350.K
Iacob luctatus cũ angelo in quo Deꝰ erat. 397.C
Iacob fugit à facie Eſau. 510.C
Iactantia virtutem ſuffocat. 353.K
Iaddus Pontifex. 215.F
Iah nomen Dei eſt. 29.A
Iahel perfoſſo Siſara benedicitur. 39.B
Iairus patriarchas & prophetas ſignificat. 261.E
Iaiatus interprætantur illuminatus. 261.F
Iairus Iudæus & incredulus. 264.C
Iamnes & mambres Pharaonẽ deceperũt. 96.K
Iamnes & mambres typus eorum qui virtutem impugnant. 464.E
Iani portæ clauſæ. 83.K
Ianua quis fuerit. 149 G
Ictus fortuitus & cõſultus non cadunt ſub eiuſdem talionis ſimilitudinem. 344 G
Idacius clarus aduerſum varimandum Arianum. 144.A
Idæa rerum & ratio in opifice Deo vita eſt. 15. C
Idem Græcè Petrus quod Syriacè Cephas. 301.C
Idolum nihil eſt. 14.E

Idolum. 216.C
Idolorum nomina quis docuit. 455.I
Idolothitum porrigunt in sua cœna Sacramentarij. 556.K
Iechonias captiuus sanctitatis ac patriæ libertatis amans. 76.F
Iechonias dictus Neri. 149.B
Iechonias vasi comparatus. 541.G
Iciuniis promeremur spiritum Dei. ibid.H
Ieiunium est similitudo hominum cum angelis. 115.H
Ieiunio pestes corporis, oratione animæ pestes sanantur. 116.A
Ieiunium est sacrificium. ibid.D
Ieiunium fructus pœnitentiæ. 137.C
Ieiunia solius Dei iudicio agenda. 152.D
Ieiuniorum multæ rationes. 153.A
Ieiunium sacramentorum agnitionem promeretur. ibid.E
qui Ieiunium quadragesimale improbant edocti sunt ab Aërio hęretico. ibidem.K
Ieiunium nostrum differt à ieiuniis Iudæorum. 154.A
Ieiunium quadragesimale probatur. ibid.B
Ieiunium à spe deducitur. ibid.G
Ieiunant Christiani non obseruantiæ superstitione sed virtute continentiæ. 154.A
Ieiunia nostra non debent sæculi actibus sed litteris sacris occupari. 156.K
Ieiunium quod reiicitur. 257.H
Ieiunio concupiscentia carnis extinguitur. 373.F
Ieiunium Christiano necessarium. ibid.H
Ieiunium quotuplex. ibid.I
Ieiunantium plura genera. 373.I
Ieiunium guloſorum. 374.C
Ieiunium quod Deo gratum. ibid.E
Ieiunium in omni lege à Deo commendatum. ibid.E
Ieiunia quomodo prosint necessitate ieiunantibus. ibid.K
Ieiuni sæpe spiritusancto inebriantur. 374.E
Ieiunium internum à peccatis necessarium. 374.F
cur corporaliter Ieiunemus. 374.F
Ieiunia publica an prohibeantur. 376.D
Ieiunare in die Dominico nefas. ibid.G
cum Ieiunatur, quod ventri substrahitur pauperibus erogetur. 377.F
Ieiunium sine eleemosyna non est animæ purgatio sed carnis afflictio. 379.D
Iehu percussit omnes cultores baal. 406.C
Iesabel insidiata Heliæ. 208.K
Iesabel stibio oculos perunxit. 376.K
Iesabelis furor indomitus. 520.B
Iesse & Isai. 74.B
Iesus natus vnctus. 76.I.K
Iesu nomen soli Christo datum. 95.E
Iesua & Iehosua quomodo differunt. ibid.E
Iesus lingua Græca medicum sonat. ibid.H
tribus causis venit Iesus in Galileam. 174.H
Iesus non simpliciter dictus à Philippo sed cur additum à Nazareth. 175.H
an Iesus baptisaret. 210.E
Iesus cur fatigatus. 211.G.H
Iesus cur in sabbathis docet & doctrinam confirmat miraculis. 294.G
Iesus cur in synagoga docuit. 294.G
Iesus quomodo stans & sedens in monte. 299.F
Iesus orat non vt pro se obsecret, sed pro nobis oret. ibid.G
Ietro Mosem generum visitauit in deserto. 46.B
Ietro socer Moysi arbor cur infidelis fecit bonos fructus dando sanum consilium. 404.G
Ignauiam ac desidiam an Deus probet. 384.G
Ignauus acrioribus stimulis ab ignauia est excitandus. 536.D.E
quis Ignis. 143.C
Ignis purgatorius. ibid.D
Ignis licet vnus sit in inferno tamen varij sunt gradus tormentorum. 437.F
Ignitum ferrum quomodo vrat. 413.C
Ignominia apud veteres pœnæ genus grauissimum. 79.H
Ignorantia quorundam prælatorum. 195.H
In ignorantiis præteritis & peccatis aliquando dissimulandum in viris qui alias vtiles sunt ad regimem animarum. 302.F
Ignorantium etiam sunt quædam peccata licet minora quam scientium. 338.E
Ignorantia & malitia Pharisæi. 449.A
Imaginum vtilitas. 170.F
Imago veritatis in sella iudicis Ægyptij. 184.F
Imagines Christo, Apostolis Petro & Paulo ante plures annos erectæ. 263.I
rerũ Imagines à prototypis multũ differre. 373.E
Imagines & picturæ & cartæ regionum. 522.C
Imago carnalium & hæreticarum ecclesiarum. 536.B
Imaginatione non pascimur. 561.A.B
Imaginatione non satisfit creditoribus. ibidem.
Immisericordes sunt qui hominis curam respuũt etiam sabbatho. 296.C
Immunditiæ canis tres secundum mores & quę. 395.C
Immunditia non à corpore sed ab vsu. 104.F
Immundus spiritus ab effectu. 233.K
qui Imparatus conscendit cathedram concionaturus tentat Deum. 509.A.B
Impœnitentia finalis est peccatum in spiritum sanctum. 460.E
Impœnitentia non habet remissionem. ibid.F
Imperfecta ætas etiam ad salutem habet stratam viam exemplo Danielis. 180.G
Impietas eorum qui pluris faciunt humanum fauorem quam Dei legem. 75.C.D
Impietas Iudæorum. 295.C
Impietas Bezæ adscribentis magiæ verba Christi in confectione Eucharistiæ. 418.A
Impietas hæreticorum. 457.I
Impiorum tragica prosperitas. 58.D.E
Impiorum filij tolluntur vsque ad quartam generationem. 75.E
Impij similes auibus quas dies excæcat & nox illuminat. 101.C
pereunt & moriuntur Impij viuit verò Christus. 119.F
Impiis & iniquis timenda omnia. 140.C
Impij increpationes refugiunt. 215.B

Impij prætextu pietatis pietatē arguunt. 274.K
Impiis an non resistendum, ne pullulent impietates. 345.B
Impij quomodo dicuntur odisse Deum. 383.I
Impij qui in labore hominum non sunt, cum hominibus non flagellabuntur, sed cum Dæmonibus. 360.E
Impij plectentur pœna vera non imaginaria. 419.I
Impios cruciabit visio Dæmonum. ibid.I
tria in Impij iustificatione. 451.G
Impletionis verbum cur. 56.C
Importunitas laudabilis. 250.A
Impositio nominis Iesu cur ad solam matrem relata. 82.B
Impositio manuū vsitatissima in ecclesia. 238.A
Impossibile Deo obsequi & thesauris inhiarē cumulandis. 380.K
Imprecationes prophetarū cōtra inimicos quomodo exponendæ. 351.A
Improborum maledictis non infuscatur fulgor doctrinæ apostolicæ. 318.E
Impunitas peccandi si obtineret cuncta pariter simul disperirent. 392.H
Impugnator noster etiam Deo subiectus est quāuis repugnare videatur. 372.F
In ambitiosos & arrogantes. 203.E
Inanis gloriæ Epitheta. 353.K
In Arium & Eunomium. 279.B
In bonis sine Deo nihil possumus. 273.E
In bonis voluntas in malis cupiditas dicitur. 347.H
Incantatores qui. 96.F
Incantatores permulti temporibus Apostolorū ad Christi fidem conuersi sunt. 97.A.B
In cantico virginis tria imprimis notanda & quæ. 49.D
Incarnatio Christi collirium est. 35.K
Incarnationis Christi fructus tres. 90.K
realis & vera Incarnatio probat realem & verā veræ carnis manducationem. 565.F.G
Incarnationis mysteriū diabolo occultū. 156.B
Incarnatum & carni vnitum idem. 23.H
cur Incarnatus est Christus & tamē spiritus sanctus non est incolumbatus. 170.E
Incensi proprietates. 358.H
In Christo nulla corrigia. i. peccati vinculum. 167.E
In Christi schola cur esuritur. 291.E
Incipere multorum perseuerare paucorum. 509.I
In circuncisione primo Christus fudit sanguinem pro nobis. 96.B
Incomprehensibilis verbi diuini generatio. 8.C
Inconstantia adulatoris populi præconia. 322.A
Inconuenientia à faro. 182.H
Incredulus sermonem Dei non videt. 3.D
Ezechielē fecit mutū Incredulitas aliena. 34.D
Inculcat eadem sepe D. Ioannes sed non frustra. 172.A
Incuria sollicitudinis relaxatæ non est negligentiæ sed fidei. 389.H.I
Indecens erat Dei artem in hominibus extingui vel per ipsorum incuriam vel Dæmonis impostura. 132.A
Indecorum homines curare de cibo qui militāt regno. 388.A.B
In Dei rebus quomodo loquendum. 565.E
In desertis meditabantur qui erāt ecclesiæ munera obituri. 152.A.B
In determinatione diei duo attendenda & quæ. 293.E
cur aqua & spiritu sancto indigeamus. 191.E
Indigni sunt seruis qui illos ægrotos curare dedignantur. 416.A
Indiscreta fames nociua est. 157.A
Indiscretum iuramentum quod. 341.I
In dispensatione quid attendendum. 292.H
Inedia refectio mentis. 377.G
Ineffabilis filij Dei subsistentia intelligentiam Euangelistarum & fortè angelorum comprehensionem superat. 8.B
In eos qui pilos pingunt & fuco vtuntur. 343.G
Inest pani virtus nutriendi à benedictione Dei. 157.B
de Infātia saluatoris à quo Euang. edocti. 92.H
Infantis nondum nati exultatio. 47.E
Infantes quando occisi & quomodo bimuli 120.D
Infantes peccato obnoxij. 168.H
Infanticidiū impositū Christianis. 555.E.568.K
In festo paschę sanatus paralyticus ad piscinam. 269.H
Infidelitas seruorum archisynagogi. 263.K
Infidelibus tollitur omnis excusatio. 201.D
Infideles quomodo victuri non sint cum omniū animæ sint immortales. 206.I
Infideles cur iurant per creaturas. 342.K
Infideles obdurati. 464.D
fideles & Infideles quomodo cœlum & terra. 366.K
Infidelis non cadit sed iacet in fouea erroris. 408.I
Infideles non sunt vincti. 409.B
Infinita virtus Christi. 183.F
Infirmitas non induxit virginem aut Ioſephum ad nuptias. 79.B
Infirmitas humana. 371.A
Infirmi curare debēt primū vt anima purgetur à peccatis, corpus postmodum à malis humoribus. 221.F
In foro Christi si de adulterio agitur, quod non licet fœminis nec licet viris. 338.D
In fuga duo attendenda. 510.D
Ingratitudinis humanæ argumentum. 20.G
Ingratitudo bethleemitarum. 86.K
Ingressuri domum, hospitē salutari decet. 46.G
Ingratitudo pharisæi, & antithesis illius cum peccatrice. 451.C
Ingenitum & genitum nullam naturæ differentiam dicunt. 10.A
In herode moribundo auiditas cibi, sed nulla satietas aderat. 122.E
In humilitate quatuor considerāda. 104.E
In hypocritas. 394.D
In Idololatras. 12.C
Inimicus potest plecti absque charitatis iniuria. 348.K
Iniquitas non nocet ei in quem procedit sed à quo procedit. 393.B

Initium prædicationis Christi. 224.I
In iuramento quid requiratur. 334.H
Iniquum est vt quisque de alio iudicare velit & de se iudicari nolit. 337.F
In intellectu nostro tria sunt & quæ. 5.K
In Manichæos. 484.F
In matthæi generationibus significatur nostrorum susceptio peccatorum à Christo. In Luca vero eorundem abolitio. 194.F
In matthæo duo notantur. 302.B
In miraculo suscitati adolescentis, mirabilior modus quàm opus. 423.H
In morborum numero quæ vocantur tormenta. 227.A
In mulierum malitiam. 208.K
Innocentia secum terrorem infert. 209.C.D
Innocentes Innocentem testantur. 120.H.I
Innocentum coronæ certissimæ. ibid.K
Innocentum natalem cur celebremus. 121.B
In nomine regni diuitiæ comprehenduntur & in nomine gloriæ honores adiuncti. 160.K
In omni actione secũdum virtutem aut vitium electio antecedit. 335.G
In oculo contemplatio, in manu operatio rectè intelligitur. 336.C
In palestina magni beneficij loco habetur calix aquæ frigidæ. 516.D
In paschate populus Hierosolymam confluebat. 184.K
In peccato duo consideranda. 393.E
In periculis metuendũ sed ad Christum contendendum. 92.C
In prædicatione debet esse feruor interius spiritus, & lumen boni exempli exterius. ib.
In profunda malorum cecidisse nõ est omnino impij sed postquam ceciderit omnino contemnere. 225.H
In propria venit. Quid per propria intelligendum. 21.C.D
In quibus consistit perfectio. 124.I
In quib⁹ casib⁹ licet tolerare peccatores. 487.E
In quibus æqua sacerdotum potestas. 527.C
Inquirendum in vna Hierosolyma Romana ecclesia. 101.E
Inquisitio, assecutio & perseuerantia necessaria ad studiosum opus. 239.A
Inquisitio curiosa vitiosa. 217.H
In quo casu adiurare licet. 342.F
In quo ab infidelibus differimus. 511.G
In resurrectiõe plena erit gloria sanctorũ. 214.A
In Sacramento Eucharistiæ, fallit tactus, fallit visus, fallunt reliqui sensus excepto auditu. 569.A
Insatiabilis libido mulieris. 214.K
In scurras. 463.E
Insigniores ciuitates decapoles. 227.E
Insidiarum genus, canibus ac porcis magis formidandum & cauendum. 401.B
Insignes ieiunatores in solitudinibus versabantur ne ieiunantes viderentur tristes. 375.F.G
In sola Hierusalem miraculum piscinæ. 271.A
Insufflatio sanctorum & nominis Dei inuocatio vrit & fugat dæmones. 247.A
In sũmo periculo summũ adfuit remediũ. 84.H
In superfluam aureã mensæ suppellectilẽ. 212.F
Intellectus duo format, quæ & quomodo. 5.K
Intellectus capit quæ diuina sunt fide mediante. 48.G
In temerarios rerum alienarum inquisitores & iudices. 394.B
Intentio Matthæi & Lucæ. 149.G
Intentio mala bonum opus corrumpit. 355.A
Intentio simplex cor mundat. 357.F
Intentio dupliciter consideratur & quomodo. 468.B
Intentio probat omnes. ibid.D
Intentio Christi. 481.I
Interemistę suadẽt tollerãdas esse hæreses. 459.B
Inter Iudæos qui salutem sunt adepti. 256.I
Inter barbaros sunt permulti qui Christianam degustarunt pietatem. 483.F
Inter Dæmones ordo vt alij iubeant alij parere videantur. 456.B
Internum & externum ieiunium simul iungi oportet. 374.G
In tollerantia illatorum malorum tanto mãius meritum quanto secundum naturam sumus infirmiores. 313.K
Intrinsecus præparanda est via Domino. 132.F
In turpi voto mutandũ volũtatis decretũ. 520.F
Intuitus Christi qualis. 174.A
Intyba amara aut Lactuca agrestis in cibum quid. 308.G
Inuenimus quod querimus. 40.E
Inuenta Caluinistarum. 551.F
Inuentio capitis D. Ioannis Bapt. & translatio Constantinopolim. 521
ciues conciuibus Inuidere familiare. 496.A
Inuidia diaboli in hominem. 87.G
Inuidi pharisæi quibus similes. 166.A
Inuidiæ malum. 249.G
Inuidia virtuti inimica. 313.I
Inuidi feris peiores Dæmonibus verò pares. 294.F
Inuisibilia per visibilia cognoscuntur. 100.A.B
Inuocatio perfecta quibus constet. 406.G
ab Inuocatione Dñi progredi debet electio. 501.F
In vna patientiæ signum. 403.K
In vtero vt cõceptus esset veritas nõ figura. 40.H
Inutilis diligentia legentium sine iudicio & delectu. 288.E
Ioachim summus sacerdos venit in Bethuliã vt videret insignem viduam. 46.B
Ioachim binomius qui & Iechonias. 76.B
Ioachim abductus in Ægyptum captiuus. ib.B
Ioachim sepultura asini sepultus. ibid.C
D. Ioannes cur & quando scripserit. 3.K
Ioan. quos in epistola vocet Antichristos. ibid.
Ioannes indicit ieiunium priusquam conscriberet Euangelium. 4.A
Ioannes Aquila, & filius Tonitrui. ibid.D
Ioannes transcendit omnia. ibid.G
Ioannis Euangelium reuelatur & hostes percellit. ibid.F
Ioannes Euang. à philosopho nuncupatus barbarus. 13.K
Ioannes præ cæteris prophetis singulariter est missus. 17.I
Ioannis natiuitas ex sene, & sterili vtero solius Dei opus. ibid.K

Ioannes Bapt. fuit missus. ibid.H
Ioan. Bapt. non fuit natura Angelus. ibid. B
Ioannes quot modis missus est. 18.A
Ioannis nomen quando impositum est, & quid significat. ibidem.C
Ioannes non lux sed lucis particeps. ibid.E
Ioanni misso cur non omnes crediderunt. 19.A
Ioannes quomodo lux non est, & tamen lucerna est. ibid.B
Ioannes illustrabatur à lumine, & lumini testimonium dabat. ibid.F
Ioanne quid erat opus cum verbo omnia manifestentur. ibid.G
Ioannes vnde venerit. ibid.K
Ioannes Baptista inter vetus & nouum testamentum interiectus. 28.C
In Ioanne desiit Iudaismus & incepit Christianismus. ibid.C
Ioannes Bapt. notissimus esse debuit. ibid.
deus Ioannem illustrauit in natiuitate. ibid.C
Ioannis natiuitas quando à Gabriele Paranympho prænunciata Zacharię. ibid.
Ioannes cur lucerna ardens astiúmque matutinum vocetur. 29.D
Ioannes nisi illuminatus fuisset, tenebræ fuisset sicut impij. ibid.D
Ioannes nasciturus ad magna vocabatur discrimina. 31.I
Ioan. Magnus quomodo. ibid.K
Ioan. Christum propè stantem nondum natus agnouit. 32.D
Ioan. & hieremias in vtero sanctificati. ibid.D
Ioannes an in anima Heliæ. ibid.G
Ioannis & Heliæ comparatio. ibid.H
Ioannes quomodo in spiritu Helię. ibid.G
Ioannes an nondum natus Christum cognouerit. 47.B
Ioan. antequam nasceretur matrem fecit esse prophetam. ibid.B
Ioan. in vtero lucerna ardẽs sed sub modio. ib.D
Ioannis ante Christum submissio quando baptizari iste voluit. 48.C
Ioannis natiuitas cur potius quàm cæterorum celebretur. 56.F
Ioannes aduentu suo gratiam saluatoris prædicauit, Elizabetha verò suo partu ecclesiæ fælicitatem. 56.H
Ioannes cur ita vocatus. 57.C
In cognatione Ioannis fuerant alij eiusdem nominis. 57.D.ibid.
Ioannis nomen quid sonat. ibid.E
Ioannes quomodo propheta sit. 67.C
Ioannes dedit scientiam salutis. ibid.G
Ioannes præparabat ad remissionem quã Christus daret. ibid.K
Ioannes in deserta se substrahit ab hominibus & cur. 68.K
Ioannes Ben Zacchai. 108.E
Ioannes Bapt. dum cæderentur pueri vbi erat. 121.D
Ioannes nos ad solum Christum direxit. 129.G
Ioannis præmittitur Christo. 130.H
Ioannis Baptismus non contulit remissionem peccatorum. 131.E
Ioannis Encomia. ibid.E.F
Ioan. an crudas camelorum pelles acceperit. 133.G
Ioannes asseclas, non retinebat sed eruditos domum remittebat. 135.G
Ioannis stupenda constantia. ibid.G
Ioannis increpatio est inuitantis. 135.H.I
Ioannes an rectè fecerit increpans Pharisæos ad ad se confluentes. ibid.H
Ioannes vbi baptizauit. 138.A
Ioannes non approbat consilium roboam dè opprimendo populo. 141.A
Ioannes non persuadet arma abiicere. 141.K
Ioannis profunda humilitas. 142.G
Ioannes prædicans terret, ad Christum remittens exhilarat. ibid.K
Ioannes cur missus ad baptizandum cum non remitteret peccata. 143.A.B
Ioannes se à Christo distinguit. ibid.B
Ioannes duo credenda designat & quæ. 144.C
Ioannes à Chisto cur baptizari debuit. 145.I
Ioannes fueritne tandem baptizatus Christi baptismate. ibid.K
Ioannes martyrij baptismate ablutus. ibid.
Ioannis baptisma imperfectum. 146.B.C
Ioannes se missum docuit. 163.A
ad Ioannem cur tantus populi concursus. 163.B
Ioannes refugit messiæ titulum. 163.C.
Ioannes de quibus interrogatus & quid ipse responderit. ibid.C
Ioan. tẽpora sua omnino corrupta reperit. ib.A
Ioannes Christi laudem augere studuit. ibid.C
Ioannes quo tempore legatos audiuit de Christo iam magna concepta erat opinio. ibid.E
Ioannis gloria & ęstimatio tanta vt helias aut Christus putaretur. ibid.G
Ioan. recusans nomẽ messię verificauit illud, potuit transgredi & non est transgressus. 164.B
magna Ioannis & Heliæ similitudo. ibidem.
Ioannis fuit clamare. 165.D
Ioannes cur non in vrbibus sed in deserto clamauit. ibid.H
Ioannes quando viderit Iesum. 167.A
Ioan. Bapt. Monachorum princeps. ibid.I
Ioan. suo exemplo Pharisæos ad humilitatem hortabatur. 167.B
Ioan. sæpe de Christo testimoniũ repetit. 167.K
Ioannes cur in vno loco, Christus in pluribus docuit. 172.C
Ioannis discipuli non omnes Christum suspiciebant. ibid.D
Ioannes ad Christum dirigebat. ibid.F
Ioannes quo tempore decollatus. 185.B
Ioan. Christi pronubus & internuncius. 169.F
Ioannes quomodo Christum nesciebat. ibid.
Ioannes tripliciter Christum nouit. ibid.G
Ioannes quomodo ignorauit miracula in Christi natiuitate facta. ibid.G
cur Ioannes baptizauerit. ibid.I
à simili ostenditur quomodo Ioannes nescierit Iesum. 171.C
Ioannis testimonia omnia non sunt scripto prodita. ibid.F
Ioannes cur baptisauit donec in carcerem coniiceretur. 203.A

Ioannis mors cur præpropera. ibidem.B
Ioannis humilitas. ibid.E
Ioannes cur Christi sponsi amicus. 204.E
Ioannes mortem suam & Christi prædixit. ib.I
Ioannes quomodo spiritu sancto ex vtero matris repletus terrena loquebatur. 205.E.F
Ioannes à Christo differt vt creatura à creatore. ibidem.E
Ioannes quomodo de terra existens de cœlo loquatur. ibid.G
Ioannes Bapt. propter veritatem coniectus in carcerem. 207.D.H
Ioannes requirente muliere capite truncatus. 209.A
Ioannes Euangel. secundum quosdam fuit sponsus in cuius nuptiis aqua versa est in vinum. 229.F
Ioannes Euang. de se in tertia persona loquitur. 252.I
Ioannes cur ieiunauit, Christus verò manducauit. 257.G
Ioannes Malada. 263.E
D.Ioan.orauit pro defuncta Drusiana. 264.B
Ioannes de Christo testatus est. 285.I
Ioannes cur missus si Christus non accipit ab homine testimonium. 286.A
Ioannis commendatio. ibid.A
Ioannes quomodo lucerna. ibid.B.D
Ioannes quinquarboreus. 336.K
Ioannis zelus in arguendo herode & docendis discipulis. 424.D
Ioannes cur in vinculis. ibid.E
Ioanni laudi ducitur quod sit in vinculis.ibid.G
Ioannes limes & terminus inter noua & vetera. 425.B
Ioannes vt suos discipulos Christo commendabat. ibid.B
Ioannes an captiuus de Christo dubitarit. ib.C
Ioannes cur tam serò distulit mittere suos ad Christum. ibid.C
Ioan.quid ex Christo discere cupit. ibid.E
Ioan.præsciuit Christum immolandum vt veram hostiam. ibid.G
Ioan. interrogat an Christus descensurus sit ad inferos. ibidem.H
Ioannes quomodo plusquam propheta. 429.C
Ioan.non fuit maior sanctissima virgine. 430.A
Ioannes magnus dictus quia magnam habuit gratiam. ibid.C
Ioannes non tam sanctitate quàm officio cæteris præfertur. ibid.D
Ioannes Christo, Beatis & infantibus baptizatis confertur. 431.A
Ioannes quomodo helias. 432.G
Ioannes non est Helias secundum quosdam stultos philosophos. ibid.H
Ioannes lucifer & hesperus. 517.F
Ioannes cur dictus Helias. 518.C
Ioannes ludibrio fuit aulicis herodis. ibid. E
Ioannes maluit de vita periclitari quam herodi adulando veritatem prodere. ibid.H
Ioannes morte glorioſior. 521.C
Ioannes vbi capite truncatus. ibid.D
Ioannes vbi sepultus. ibidem.D
Ioan. roffen in œcolampadium. 548.B
Ioannes hierosolimitanus. 565.A
Ioas paruulus cur asseruatus. 101.C
Ioas vocatus etiam Simeon. 149.B
Ioas quomodo filius natham. ibid.K
Ioas præsenti subductus periculo. ibid.K
Ioas quomodo filius Ochosiæ. 150.A
Ioas in Zachariam filium Ioiadæ. 207.I
Ioas rex occidit sacerdotes idolorum super altaria vbi sacrificabant. 406.C
Iobum ex magna calamitate ad diuitias & honores restitutum inuiserunt parentes. 46.B
Iob exemplum. 320.F
Iob cum diues esset expectabat egestatẽ & cùm sanus esset expectabat liberationem. ibid.I
Iob qua ratione certamina tam fortiter & animosè pertulit. ibid.K
Iob afflictus & bonis tẽporalibus priuatus Dei voluntati remisit omnia. 367.C
Iob quia de possessione non habuit dolorem ob amissionem non pertulit. 383.D
Iob diues diuitiarum non fuit seruus. ibid.D
Iob benevolus in seruos. 415.H
et vicissim ab illis amatus. 555.B
Ionas columba. 174.C
Ionas securus in mari dormiens, typus est Christi. 243.B
Ionę quid acciderit verbi onus reiicienti. 300.K
Ionas pœnitentiæ præco. 449.B
Ionas per similitudinem cucurbitæ edoctus est condolendum esse peccantibus. ibid.B
Ionas typus Christi. 465.E
Ionas nonnisi virtute diuina præseruatus in vẽtre cęti. ibid.G
Ionas sicut Lazarus custoditus est. ibid.K
Ionathas vzielis. 108.E
Ionathas gustans paululum de melle quid significet. 199.B
Ionathas sub Saule Dauidi fauit. 260.I
Ionathas in gustu deceptus. 569.A
Ioram filius impius ex patre pio. 75.D
Ioram omnes fratres suos filios Iosaphat occidit. 149.K.150.A
Iordanis typus baptismatis. 131.A
Iordanis interpretatur descendens. ibid.B
Iosabeth soror Ochoziæ saluauit Ioas. 150.E
Iordanis vnde dictus. 131.A
Iosaphat rex pius. 75.C
Iosaphat cum Achab malè fœdus cõtraxit.ib. C
Iosaphat pseudoprophetas aduersatus est. ibid.
Ioseph inuenit gratiam apud Pharaonem. 40.F
Ioseph dictus saluator mundi. ibid.K
Ioseph Domini Putipharis præfectus & toti Ægypto. 46.I
Ioseph cur memoratur in Genealogia cùm ei nil sit commune in generatione Christi. 71.B
Ioseph duos patres habuit vnũ naturæ alterum vsus legalis. 74.I
Ioseph quomodo vir Mariæ vocetur. 76.I
Ioseph patriarcha Christo collatus. 78.E
Ioseph post hæsitationem & suspicionem inuenit virginem de spiritu sancto grauidam.79.F
Ioseph cur voluit dimittere vxorem. ibid.I
Ioseph certus fuit de castitate virginis Mariæ. ibidem.H
Iosephi hæsitatio nobis profuit. 80.C

Ioseph cur filius Dauid vocetur. ibid.I
Ioseph à duobus commendatur, videlicet sapiẽtia & clementia. ibidem.D
Iosepho cur angelus in somnis apparet. ibid.F
Ioseph & Maria in purificatione offerunt sacrificium laudis, sacrificium matutinum, Simeõ & Anna suscipiunt. 104.D
Ioseph quomodo pater Christi. 112.C
Ioseph cur reuersus ex Ægypto maluit in Galilæam concedere quàm in Iudæam. 123.C
Ioseph descendit bis in Nazareth cum Christo. ibid.D
Ioseph non fuit verus pater Christi. 127.E
Ioseph anno suæ ætatis 30. Ægypti gubernacula suscepit. 148.I
Ioseph descendit à Dauide per Salomonem virgo autem per Nathan. 149.D
Iosephi Iudæi de D. Ioanne testimonium. 166.B
Ioseph vtut iuuenis magnæ prudentiæ edidit documenta. 180.G
Ioseph per mulierem in vincula coniectus. 209.A
Ioseph iurauit per salutem Pharaonis. 343.G
Ioseph dimisit palliũ in manu meretricis & fugit cum pallio castitatis. 346.E
Ioseph in fratres maleuolos beneficus. 348.G 350.E
Ioseph tentatus illecebra stupri. 370.E
Ioseph dimissurus fratres exhortatur illos ad pacem. 373.B
Ioseph Dei afflatus spiritu curauit frumenta recondi. 379.K
Ioseph in seruum venundatus prophetabat. 415.H
Ioseph à suis despectus, apud Ægyptios prorex effectus. 493.E
Ioseph amplexus vxoris putipharis fugit. 524.C
Ioseph typus Christi venturi. 564.K
Iosiæ cur Deus nomen imposuit. 31.F
Iosias dauidicæ pietatis æmulus. 75.K
Iosias excitat cultum Dei. ibid.
Iosias à Domino per prophetã promissus. ib.K
Iosiæ laus. 76.A
Iosiæ interitus. ibidem.
Iosias quomodo dicitur filios genuisse in transmigratione Babilonis cum non fuerit eò abductus. ibid.
Iosiæ natale. 88.I
Iosue iussus omnes circuncidere. 93.E
Iosue per orationem fecit scindi Iordanem & quid ordinauit fieri de lapidibus. 138.B
Iosue & Caleb fidelissimi testes terrę quàm Dominus promiserat. 425.A
Iosue typus venturi Christi. 564.K
Iota pro Iod litera. 324.E
Iouinianus imperator vt Macedonianos supplices refutarit. 530.I
Ira opportuna & intempestiua. 327.B
Ira opportuna quæ. ibid.C
Ira quotuplex. ibid.D
an omnis Ira sit peccatum. ibid.H
Ira secundum Damascenium quid. ibid.I
Ira venialis. ibid.K
Eo modo quo ira est laudabilis eius defectus vitiosus est. ibid.K
Ira rationem consequens laudabilis & zelus vocatur. 328.A
Ira pro zelo. ibid.
Iræ consequentia. ibid.
Iracundia peccatum maximum. 327.D.E
Iracundi dæmoniacis similes. ibid.F
Iracundorum differentiæ. 328.B
Irascimini & nolite peccare quomodo intelligendum. 328.C
Irrationales creaturæ à Deo flagellantur propter hominis peccatum. 186.B
Irradiatio æternæ lucis. 16.H
Irrogatam sibi in diis gentium ignominiã Deus ferre non potuit. 185.K
Isaac cur dicitur non natus ex sanguinibus. 22.I
Isaac Christi typum prætulit. 71.F
Isaaco cur ius familiæ collatum. ibid.
Isaac cur dictus Nazareus. ibid.
Isaac cur vir risus explicatur. ibid.
Isaac qua patris ætate natus. 71.G
Isaac portans lignum & Christus crucem baiulans. ibid.
Isaac cur potius electus quam Ismael. 71.H
Isaac natale. 88.H
Isaac in discernendo Iacob ab Esau solo auditu non est deceptus. 569.A
Isaac risus dicitur. 390.A
Isaac seminauit in terra & inuenit in ipso anno centuplum. 476.A
Isaac Abrahæ promissus. 550.B.C
Isai dictus naas ab Hebræis. 74.B
Ismaël filius Baphi quãdo summus sacerdos designatus, & eo gradu electus. 130.F
Ismael & Isaac. 48.F
Israël si non transiisset mare nõ fuisset liberatus à Pharaone. 94.D
Israël in quibus Christi typum gessit. 119.K
Israëlitæ ab Assyriis translati in Babilonem & Medos. 211.B
Israëlitæ cur interfecti in deserto. 241.H
Israëlitis ad summum vexatis perditio Ægypti præparata fuit. 467.B
Israëlitæ cur in deserto prostrati. 555.G
quid possumus discere ex eo quod Israëlitæ non nisi manibus lotis & purgatis Manna vescebantur. 568.B
Iudas summam in fratres potestatem accepit. 72.D
In Iuda Christus promittitur & præsignatur. ibid.
Iudas Gaulonites excussurus iugum Romanorũ quid prætexebat. 84.K
Iudas maior inter fratres extitit. 210.H
Iudaicum populum oportebat timore alligari, & Christianũ conueniebat charitate liberari. 299.A
Iudas & Saul quales & quomodo electi. 302.I
Iudas an initio talis esset qualem Christus ipsum asseruit. ibid.K
Iudas à confessione Ischariotis à memoria dicitur. 303.B
Iudas auarus proditor. 379.B
Iudas proditor Domini multa signa fecit. 407.A

Iudas ædificauit super arenam. 408.E
Iudas nullo extrinsecus impellente lapsus est. 410.C
Iudas cur diabolus appellatus. 486.I
Iudas quatenus sine detrimento Euangelij prædicauit, debuit recipi sicut ipsemet Christus. 516.A
Iudas cum condiscipulis sumpsit corpus Christi. 555.K
Iudam cur Christus elegit quẽ malum nouerat. 572.H
Iudæa cui præfuisse legitur Herodes primus quousque protendebatur. 28.F
Iudæa percussa sub roboano & templi aurum ablatum. 75.B
Iudæa quæ pars terræ. 210.H
Iudæorum in Christum ingratitudo. 21.E
Iudæorum pietas in deuotionem nostram confundit. 30.K
Iudæorum gens conuulsa tentationibus & dilacerata peccatis. 36.F
Iudæi præter suos habent reliquos homines pro hostibus. 62.F
Iudæorum tumorem vt Christus represserit. 72.I
Iudęi tolerabant extraneas ad vnius veri Dei cultum conuersas. 73.G
Iudæi à Christo seiuncti priuantur propriis iudicibus regibus & ducibus. 77.A
Iudęi & à stella & à scripturis & propria confessione conuincentur. 101.I
Iudæorum infidelitas. 142.E
Iudæi propter perfidiam filij Abrahæ esse desierunt. 138.C
Iudæi à multis annis vsque ad Iordanem non habuerant prophetam. 163.D
Iudæorum Pontificum quàm nostrorum modernorum maior inuestigandi veri cura. 164.A
Iudæorum principes cur in Christum & Ioannẽ prauiter erant affecti. 163.F
Iudæi cur Helyam putant adesse. 164.E
Iudæi tres expectabant. 165.A
Iudæi secundum honoris gradum Helyæ tribuebant. ibid.E
Iudæorum multa baptismata. 183.A
Iudæi cur ingruente paschate ibant Hierosolymam. 184.G
Iudæos oportebat variis modis purificari secundum legem. 185.F
Iudæi quomodo credebant in Christum, & non credebant. 187.A
Iudæi se doctiores cunctis gentibus putabant. 195.E
Iudæi quæ terrena non crediderunt. 196.A
Iudæorum ac Samaritarum ratione templi ingẽs dissidium. 225.H
Iudæus Constantinopoli paralysi curatus dum baptizaretur. 271.G
Iudæi cur offerebant Christo sanandos in Sabbatho. 276.E
Iudæi humanæ gloriæ studio diuina contemsere & credere noluerunt. 280.A
Iudæorum corda Christus emollire contendebat iudicij comminatione. 284.C
Iudæi perfidia inexcusabiles. 286.K
Iudæi Antichristo adhærebunt sperantes per eũ triumphare de Christianis. 289.B
Iudæi etsi videbant Christum facientem miracula non mouebantur ad fidem, quia sciebant Mosem similiter fecisse licet non pari authoritate. 290.C
Iudæorum ingratitudo. 294.F
Iudæus semper Herodianis iungitur vt inuadat Christianos. 296.G
Iudæi omnes hostes non potuerũt exterminare. 303.I
Iudæi & hæretici nituntur obscurare lucernam ecclesiæ datam. 318.K
Iudice exigente serio iuramentum an liceat tergiuersari. 342.E
Iudæi cur stantes orabant. 356.K
Iudæi oraturi non iubentur vocare Deum patrem. 359.G
Iudas submersus in torrente tentationis. 371.A
Iudæi Angelum mittendum Helyam interpretantur dominatorem verò Christum quem adhuc expectant. 429.K
Iudæi nec lugere, nec exultare voluerunt. 433.G
Iudæorum pœnitentia in sacco & cinere tempore Hester reginæ. 436.H
Iudæi mirati donum linguarum collatum apostolis. 455.E
Iudæorum blasphemia. 456.B.C
Iudæorum ruinam Christus colligit ex eorum dissidiis. ibid.G
Iudæis quomodo peccatum non remittitur. 461.B
Iudæi sufficiens S Sancti acceperant experimentum. ibid.E
Iudæi blasphemi hic puniti per Romanos, & in alia vita pœnis æternis. ibid.G
Iudæi cur Christum magnum vocant. 464.A
Iudæorum imperitia. 165.G
Iudæi fidem non habentes legem etiam quam habuerunt perdiderunt. 477.D
Iudæi quomodo ex patre diabolo. 484.G
Iudæi & Syri vt mutuo se salutant. 505.G
Iudæis quomodo non licebat occidere. 508.B
Iudæi quid putabant esse cibum permanentem. 538.B
Iudæi cur præteritis signis in Ægypto, mari, & deserto factis, tantum de Manna proferunt. 539.B
Iudæi parasitis similes. ibid.C
Iudæi altiùs quam par esset de Mose sentiebant. ibid.E
Iudæi Christum quia corpora pauit suspiciunt, spiritualem escam offerentem auersantur. 541.E
Iudæi vnde Deum prouocauerunt. 543.C
Iudæi intellexerunt Christum loqui de sui corporis manducatione. 548.B
Iudæos quid oportebat facere Christo promittenti carnem suam manducandam. 550.F
Iudæum Mosaicis legibus institutum, & vmbris ad credendum perdoctum decebat esse ad intelligenda cœnæ mysteria paratissimum. 557.E
Iudæos in sactis mysteriis quid scandalizauit. 568.I

Iudex in forma hominis apparebit quæ forma nō est patris sed filij. 280.C
Iudex quis. 332.K
Iudex condemnans impium non agit inimicū. 349.A
Iudicem de inimicitia suspectum repellere licet. ibid.A
nemo Iudex nisi constitutus. 392.D
Iudex debet scire & discernere inter allegata ne fraudem faciant aduocati. ibid.K
Iudicare actus est non substantia. 280.D
Iudicare quid sit. ibid.D
Iudicare simpliciter Christus non prohibet. 392.F
an non Iudicabuntur qui non iudicauerunt. 395.C
Iudicatum quid. 392.A
an Deus temerè Iudicet. 393.A
Iudicium quotuplex est. 199.K
Iudicium quo Christus non iudicat. 200.A.B
Iudicium quomodo datum filio. 280.C
Iudicium duplex. 281.K
Iudicium quandoque pro pœna. 283.K
Iudicij cur sæpe Christus meminit. 284.A
Iudicium cur leuius quàm concilium. 328.H
Iudicium discretionis iuranti seruandum. 341.H
cum Iudicio & discretione dandum mutuo. 347.F
Iudicibus præcipitur vt maleficos puniat. 348.K
de Iudicio proximi & sui ipsius locus difficilis. 391.F
Iudicium quid. ibid.G
Iudicium temerarium quale sit. 392.A
Iudicium rationis & iurisdictionis. ibid.C
de manifestis Iudicandum de occultis Deo iudicium relinquendum. ibid.G
hîc Dei Iudicia miramur, sed cum ad beatitudinem peruenerimus iustitiam eius & bonitatē confitebimur. 437.B
Iudicii futuri consideratio vt nos à malis patrandis cohibeat. 542.F.G
Iudicium Bocchoridis. 560.B
Iudith dicta benedicta. 39.B
Iudith à quibus commendatur. 115.G
Iudith profectura ad holofernis castra vngitur. 377.B
Iudith vestium luxum fastidiebat. 428.H
Iugum Christi quomodo leue. 442.C
Iugum Christi sufferre quid. ibid.E
Iulianus apostata cur Christianis interdixit exercitio bonarum artium & literarum. 300.F
Iuliani in Christianos calumnia. 345.F
Iulianus apostata quomodo prouocatus ad extruenda hospitibus xenodochia. 350.G
Iulianus Apostata vocabat Christianos, impios Galilæos. ibid.
Iuliani Imperatoris Apostatæ exequiæ. 422.C
Iulianus Apostata cur rumpebatur inuidia. 455.F
Iulianus Apostata dæmonum spectris perterritus quibus modis sibi consuluit. 464.E
Iulianus Apostatæ auunculus signum habuit sua impietate dignum. 465.C
Iulianus & Ariani reditus viduarum auferre parati sunt. 497.F
Iulianus Eremo relicta rediit in vrbem ad profligandos hæreticos. 532.I
Iunioris Tobiæ quàm solemnes nuptiæ. 179.H
Iusiurandum vbi non licet. 519.D
Iuramentum duplex. 340.G
an quis ad omne Iuramentum obligetur. 340.I
Iuramentum in quo casu soluitur. 341.B
ad vitandum periurium vitandum Iuramentum. ibid.E
Iurandi modus duplex. 340.G
Iurare per fidem an malum. ibid.H
Iurare in iustitia quid. 341.H
Iuramenta, execrationes, blasphemiæ militum nobilium & quorumlibet vnde. 343.K
Iurare quid. 520.F
Ius primogenituræ ex Ruben ad Iuda trāslatum. 72.D
Ius adoptionis minus naturali. 120.A
Ius liquidum in petram fundi quid. 335.F
Iustificationes quid. 29.G
Iustificari omnino non possunt, nisi qui Iesum & verum Deum & verum hominem credunt. 103.A
Iustificationis nostræ initiū in peccati agnitione 214.H
Iustificatur Deus quatuor modis. 433.C
Iustificationis initium quod. 226.B
Iustificatio non in sola peccati remissione consistit. 274.F
Iustificari Deum quid sit. 433.D
Iustificatio quomodo fiat. 451.I
Iustiniani Imperatoris edictum de fidei confessione. 24.E
Iustinus Martyr. 5.E
Iustitia Zachariæ non fuit absoluta. 29.F
Iustitia Phatisaica exploditur. 66.F
Iustitia quid. 146.A
Iustitiæ laus & commendatio. 184.F
Iustitia sine veritate est iniustitia. ibid.
Iustitia complectitur omnem virtutē. 299.H.I
Iustitia quid. 309.F
Iustus quid. ibid.G
Iustitia triplex. ibid.H
Iustitia sine misericordia crudelitas est. 310.G
pro Iustitia pati quid. 313.K
Iustitia quandoque omnem virtutem vniuersaliter complectitur. Iustitia omnis virtus est. 314.A
Iustitia Pharisæorum hypocritica. 325.I
Iustitia Pharisæorum, vt non occidant, Christianorum vt non irascantur sine causa. 325.K
Iustitia vera non manum tantum sed & animam spectat. ibid.
Iustitia nostra quomodo futura est abundantior Iustitia Scribarum & Pharisæorum. ibid.
Iustitia scribarum & Pharis. hoc claudicabat quod non fidem promissionis diuinæ sed humanam gloriam quærebant. 326.A
Iustitia charitatem non opprimit. 349.A
Iustitia quid & cur nostra. 354.A
Iustitiæ nomine omne bonū op⁹ intelligitur. ib.A
Iustitia operum cur nostra esse dicitur. ibid.A
Iustitiæ opus Eleemosyna. ibid.B
Iustitia pro iustificatione Dei qua ipse nos iustificat. 389.D

Iustitia sempiterna propriè ipse Christus est. ibid.E
Iustitiæ magna vis quæ non potest à malitia suppeditari. 424.D
Iustum esse in conspectu Dei difficile. 29.E
Iustus quomodo quis esse possit. ibid.E
Iusti quomodo liberentur ab hostibus. 64.F
Iustus habet Deum testem. ibid.
Iusti incarcerati. 208.B
Iustus quomodo quis dicatur. 256.G
Iustus Dominus incredulis iram reseruans. ibid.K
Iustus sinistram non habet. 345.I
Iustus quomodo potest dici cœlum, & peccator terra. 361.K
Iustus quando incipit viuere. 521.C
Iusti non derelinquuntur. 524.H
Iustis semper suppetit panis verbi. ibid.
Iuuenes arcebãtur à libris sacris apud Hebræos. 126.D
Iuuentus cur subiici debet senioribus. 128.B.C

L.

LAban insequens Iacob quoto die eum deprehendere potuit. 102.D
Laban aquam porrexit lauandis pedibus hominum & camelorum. 451.C
Labor est duplex. 386.I
Labores hominum quid conferunt cum Deus omnes nutriat & vestiat. 385.A
Labor exercendus sollicitudo tollenda. ibid.B
etiam inter Gentiles alij Laborauerunt. 220.A
Labor ex tribus causatur. 441.D
Labor Ægypti Idololatriæ typum gessit. ibid.
duorum Laborantium & oneratorum nomine Iudæi & Gentiles intelliguntur. ibid.G
Lacedemonij etiam nobiles senioribus, permultum cur deferebant. 46.F
Lacedemonij in seruis ostendebant ebrietatis fœditatem. 327.F
Lachrymę quando subsequũtur salutares. 308.C
Lacus quid. 213.F
Lacus vt plurimum in malam partem. ibid.G
in Iudæa Lacus medicus. 271.E
Laici ne appropinquent altari. 30.I
Lamech magnam in filio consolationem accepit. 88.G
Laonicus calchondilas. 457.E
Lapis Christus. 177.I
Largitio Eleemosynæ vnde procedere debeat. 354.I
Latratus canis indiscretus quid. 395.D
Latro aliter timet aliter iustus. 65.F
Laurentius Nouariensis episcopus. 379.A
Laudes D.virginis & typi. 51.E
Laus à viduitate. 115.B
Laus Andreæ & Petri. 173.K
Laudes sacratissimæ virginis à filio. 470.C
Laus virginis à fide & obedientia. 471.G
Laus quomodo virtutis præmium censeatur. 355.B
Lazarus mortuus vocem filij Dei audiuit. 282.E
Lectio varia lectio huius loci, Et sine ipso factum est nihil, quod factum est. 14.A
Lectio varia huius sententiæ, Quod factum est in ipso vita erat. ibid.K
Lectio varia huius loci, illuminat omnem animã venientem in hunc mundum. 20.C
Legatio Iudæorum cur ad Ioannem directa. 163.C
Legatio hæc quo affectu facta. ibid.D
Legationis Iudaicæ ad Ioannem amplitudo. ibid.G
Legati ad Ioannem missi præ malitia ignorantiam simulant. 164.A
Legio sex millia complectitur. 247.E
Leo vt conculcetur & draco quomodo conteratur. 159.B
Leones in Barbaros immissi. 211.B
Leonibus & Vrsis ac canibus immissis Deus illatam suis iniuriam vlciscitur. ibid.C
Lepra quid. 411.G
Lepra cur contigit Mariæ sorori Moysis & Ozię regi. 497.K
Leprosus vnde fiduciam & audaciam cõceperit. 411.C
Leprosus primus à Christo mundatus. 410.K
Leprosum cur Christus tetigit. 412.F
Leprosi curatio transcendit omnis creatæ naturæ modum. 413.D.E
Leprosus cur missus ad sacerdotem. ibid.K
Lætandum si salutis comites habeamus. 175.C
Lætantur parentes filiis baptisatis. 57.I
Lætitia in natali Ioannis in Christum referenda. 31.I
Lætitia in ortu sanctorum. 56.E
Læto animo suscipienda ieiunia. 377.B
Leuitica tribus sola templo deputata. 106.I
Leuitæ ex quo tempore habitarunt in Iuda. 210.H
ante Legem Mosi datam magni viri non ex libris discebant sed mundi spiritus illustratione illuminabantur. 2.I
Lex de immunditia propter susceptum semen eximebat D.virginem. 104.I.K
Lex peccatum denunciare potuit non domare. 131.D
Lex iusto quomodo non est posita. 154.A
Lex in quinque partienda. 322.I
Legum tria sunt genera. 323.D
Lege quandoque vniuersum veteris testamenti organum intelligitur. ibid.G
Lex duplici modo cessauit. ibid.I
Lex non est soluta quia cessauit, sed successum est illi impleto tempore. ibid.K
Lex non exponit perfectè quomodo intelligẽda sunt præcepta negatiua. 326.G
Lex talionis iudicibus promissa non priuatis personis. 344.D
Lex talionis apud Iudæos & multas gentes inualuit. ibid.D
Lex duodecim tabularum. ibid.E
Legis intentio quæ. ibid.E
Lex talionis iniusta. ibid.F
Lex talionis obsoleuit apud romanos. ibid.H
Lex naturæ cuique mandata. 347.H
Lex vetat odisse inimicum. 348.F
Lex de diligendis inimicis non contraria legi de occidendis Chananæis Hiebusæis &c. 350.D

Leges venerabiles duabus de causis. 398.C
Lex naturalis. ibid.D
Lex quid. 432.D
in quibus Lex consistat. 441.I
Lex Euangelica an non strictior sit. 442.C
Lex vetus typos, noua verò typorum nobis veritatem exibet. 566.F
Libellus repudij quid. 336.K
Libellus repudij an apud Romanos & cur repudium. 337.A
Liber pater de fœmore Iouis. 44.C
Liber seu enumeratio. 67.E
Liber cur generationis Christi esse dicatur cùm etiam aliorum meminerit. ibid.H
Liber diuinæ legis in templo absconditus tandē repertus. 75.K
Libri incantatorum & diuinorum comburēdi. 96.K
Libri multi desiderantur incuria Iudæorum. 123.G
Libri quidam mendaces de Christi pueritia. 169.H
Liber quibus detur in sacris ordinibus. 494.A
Libertas datur vt seruiatur Deo. 66.A
Libertas impura hæreticorum. ibid.A
Libertas qualis Christianis relicta. ibid.B
contrá Libertinos. 66.A
Liberum arbitrium quomodo ex Ioannis textu colligatur. 22.C
idem quibus Locis affirmetur. 230.D 273.I 290.B 335. G 310.K 410. A in quo demonstratur.D
Liberum conuiuium. 183.K
Liberalitas in quibus consistat. 54.G
cur Liberati sumus. 66.E
Liberati de tribulatione debemus gratias agere. 413. K
Liberè Helyas ad Achab & Ioannes ad Herodē. 208.D
Libido promiscua Reip. pernicies. 179.D
an Liceat habere duas tunicas. 140.E
Licet armari & pugnare in Turcas & quomodo. 345.E
an Liceat fugere in persecutione & cur & quomodo. 510.A
an Liceat spirituali viro corporaliter laborare. 536.K
Ligatur homo, non ligatur veritas. 208.A
Lignum fumigans quid. 297.E
Lingua circuncisa. 95.B
Lingua & sensus instrumenta ad laudandum Deum. 104.F
Linguæ damna. 340.B
Lingua refrenanda. ibid.C
Linguæ bona & mala. 462.G
Lingua diligenter refrenanda. 463.F
Lingua non facilè retinetur. 463.I
Linguæ vitium quantum. 462.K
Linguæ proterua libertas. 463.I
Lites & rixæ prohibentur non iuris discussio. 346.A
Lis de templo & monte ventilata. 215.K
Litium causa & occasio fugienda. 275.E
Liturgia quid. 34.I
Liturgiæ Iacobi Basilij & Chrysostomi. 418.B
Liuidorum virulentæ linguæ non debent nos à bonis operibus remorari. 295.C
Lya oculis laborans cæcam synagogam, Rachel pulchra ecclesiam designat. 119 I
Lysanias Abylenem sortitus est. 28.E
Lysanias adoptatus ab Ascalonita. 130.D
Lysanias filius Ptolomæi ex Alexandra sorore. ibidem.
Loculus quid. 423.B
Locorum discretio in rebus sacris. 271.B
Locus semotus meditationi commodus. 88.D
Locus vbi Ioannes baptisabat. 202.I
Locus ex re cui destinatur honore aut cōtemptu dignus est. 493.K
Locustæ quid significent. 133.I
Locustæ istæ quæ erant. ibid.K
Locustarum esus Iudæis permissus. ibid.
Locustæ Parthis in cibo gratæ. 134.A
Longissimè differunt qui cibis abstinent imbuti errore Hæreticorum, & hi qui obsequuntur consilio medicorum. 292.H
Loth subueretur montis ascensum. 45.I
Loth misericorditer ereptus ex excidio. 52.G
Loth sine circuncisione eductus est de Sodomis. 95.A
Loth misericors in Angelos, ab incēdio ereptus est. 311.B
Loth indignè oppressus à Sodomitis signum fuit excidij Sodomitarum. 467.B
Lotio septies iterata in Iordane quid significabat. 498.D
D. Lucas traditionem agnoscit. 2.K
D. Lucæ Euangelium à D. Paulo laudatum. 3.E
D. Lucas quomodo à Paulo acceperit quæ ab his qui viderant se accepisse asserit. ibid.
D. Lucæ summa diligentia in audiendo. ibid.F
Lucas cur scripserit. ibid.H
Lucas cur præfatur nobilitatem parentum D. Ioannis Bapt. 29.C
Lucas cur nomen peccatricis tacet. 444.G
Lucas ponit generationes septuaginta septem & quorsum. 77.D
Lucas cur meminit principum cum de Ioannis baptismate ageret. 129.I
Lucas cur à 77. personis Christi genealogiam deducit. 149.G
Lucas & Marcus honoris gratia nomen Matthęi suppresserunt. 252.B
Lucerna tabernaculi. 286.E
Ioannis & lucernæ Mosaicæ comparatio. 286.E
Lucerna differt à luce. ibid.G
Lucerna doctrina. 318.E
Lucerna Christus & quomodo. 319.A
Lucerna tam materialis quàm spiritualis nihil prodest si abscondatur. 467.H
Lucius Episcopatum auro redemit. 158.E
Lucius Arianus in exilium expulit duos Macharios. 246.F
Lucius Arianus Alexādrinæ ecclesiæ præfectus. 485.H
Lucrum animæ qui magnificit, damnum rei modicum putat. 346.E
Lucri proprij cupiditas causa malorum omnium in ecclesia. 503.K

Luctus quis ad beatitudinem. 308.B
Luctus ob miserias & peccata aliorum. ibid.G
Luctus in tempore Iosue. ibid.K
Lugebantur recens nati. 31.H
an excludantur à beatitudine qui non Luxerũt. 308.D.E
Lugendorum peccatorum omnibus suppetit occasio. 309.A
Lumini diuino qui participat nonvexatur. 20.A
Lumen veniens illuminat. 6.B
omne Lumen naturæ & gratiæ est à verbo. ibid.E
Lumine per tenebras apparente quid significabatur. 88.F
ad iudicium accepit Lumen à Deo qui illud noluit communicare proximo. 318.I
Luporum genus longè nocentissimum. 401.B
Lupi qui sunt & cur. 402.A
Lupo dissimulato non est monstrum perniciosius. ibid.F
Lupi grassantur in caulam Domini quia pastores socordes & pigri sunt. 403.D
Lutherus à suis Germanis magnus habitus propheta. 496.G
Lux à sole verbum à patre. 16.D
Lucis nomen magis dicitur in spiritualibus. ibid.B
Lucis ad bonum comparatio. ibid.C
Lucis & verbi comparatio. ibid.D
Lucis participatione in æternum bonum eleuamur ibid.H
Lucis similitudine docentur omnes sua malitia perire. 17.A
Luce quomodo perfrui possimus. ibid.D
Lux Iudæorum typica. 19.C
Lux vera non indiget participatione alterius. ibid.E
Lux quomodo illuminat omnes & tamen quidã sine lumine sunt. ibid.G
Lux an abfuerit à mundo antequam veniret in mundum. ibid.I
Lux mundi qui sint. 317.A

M.

MAcedoniani hæretici. 14.I
Macedoniani & donatistę à quo impediti ne ecclesiæ catholicæ communicarent. 173.D
Machabæi & Martyres nihil se perdere putarũt cum propter Christum hanc vitam profunderent. 515.F
Macharius oratione spiritum gulæ à puero expulit. 157.B
Machariorum duorũ stupẽda historia. 246.E.F
Macarius Ægyptius. 484.K
duo Macarii expulsi. 523.D
Machiauelli florentini Athæi impium dictum. 102.F
Machiauellus atheismum introducit. ibid.F
Macrinæ sororis D. Greg. Nysseni funus quale. 422.B
Madianitæ & Amalechitæ. i. dæmones non insidiantur nisi locis fertilibus. 479.F
Maria Magdalene cur dicitur curata à septem dæmoniis. 500.C
Magdalena vocata Maria. 444.B
Magistratus noster Christus quæ docuit, voluit rebus ipsis implere. 325.D
Magistratus est pœnis malos coercere, & bonos ab iniuria asserere. 345.B
Magistratus virum ostendit. 403.A
Magi. 96.F
Magi qui fuerint, vnde, aut quo tempore venerint. ibid.F
Magia naturalis. ibid.F
Magi sapientes. ibid.F
Magia dæmonica. ibid.
Magia ex Physica & mathematica comparatur. ibid.
Magi si fuissent incantatores Christum non adorassent. ibid.I
Magi fuerint ne reges. ibid.B
Magi cur venerunt Hierosolymam. 98.A
Magorum de Christo libera confessio. ibid.B
Magi vnde didicerint Christi maiestatem & natalem. ibid.E
Magi cur stella vocati sunt non ab angelo apparente. 99.K
Magi doceri debuerunt per signa. ibid.
Magis signum stellæ familiarius fuit. 100.A
Magorum fides quantum nobis prosit. ibid.B
Magi regem Iudæorum adorandum quærunt non Herodem. ibid.H
vnde Magi & quot itinerum diebus venerunt. 102.D
Magi humanum flagitantes consilium diuinum amisere ducatum. ibid.G
Magorum fides perstringit præsumptuosas hominum inquisitiones de Deo. 103.A.B
Magorum adoratione Christum in Eucharistia adorandum esse euincit Chrysost. ibid.B
Magia & infanticidium falsò Christianis imposita. 456.D
Magorum illusiones. 527.A
Magi non possunt naturam commutare in melius. ibid.B
Magna vis spiritus in Christo. 151.H
Magna probatio fidei & humilitatis Ioannis. 164.C
Magnum lucrum sequentibus Christum. 172.B
Magnum miraculum sic eiicere vendentes & ementes. 188.F
Magna merces ministrorum verbi. 219.G
Magna pars nostri profectus, si infirmitatis nostræ conscij fuerimus. 232.C
Magna dignitas paci studentium. 312.I
Magna dignitas & gloria in hoc dicto, vos estis sal terræ. 316.F
Magno ornamento est Reip. ciuium generosa proles. 334.C
Magna rerum mutatio ex seruis Dominos & ex Dominis seruos efficit. 415.I
Magna cura ministrorum verbi. 488.I
Maxima pericula à falsis fratribus. 507.K
Magnus coram Deo quis. 31.K
Magnitudo mundi alia. ibid.
Magnum Hospitalitatis meritum. 505.E
Magna nobis incumbit necessitas orandi, quando adest necessitas fugiendi. 528.I

Magnus Ioannes bapt. magnus Christus sed diuersimodè. 41.A
Magnificatur Deus cum laudibus extollitur. 49.I
Magnanimus non iudicat sibi fieri contumeliam. 350.F
Magnificatur Deus per vitam puram. 49.H
Magnitudo Christi quando apparuit. 41.B
Magnitudo Ioannis in quo. 32.A
Magnitudo vocis signum magnæ affectionis. 47.F
Magnitudo fidei Symeonis. 109.I.K
Magnitudo charitatis diuinæ erga nos ex quatuor ostenditur. 198.F
Magnitudo animi Ioannis. 167.I
Mahumetus cur circunciſioné obſeruat & baptiſma. 94.K
Mahumetus pſeudopropheta ſuperbus, cruentus & furioſus. 288.I
Mahumetus tumultuatus ex quo Arabes & Scythas ad ſe pellexit. 402 F
Mahumetiſtarum patinaria beatitudo. 419.E
Mahumetus fatetur & celebrat virginis immunitatem à peccato. 430.B
Mueſtatem Christi contemplamur per eius humilitatem. 23.B
Maioritas etiam inter patres pluribus competit ſed ſecundum diuerſos reſpectus. 430.D
Maior eſt vel minimus comprehenſor quolibet quantumcunque excellenti viatore. ibidem.H
Maior Mariæ in Ieſum, quàm matrum in filios dilectio. 127.B
Maiorum ſuſpicienda authoritas ſed Chriſto non æquanda. 213.D
Maiora præcepta data propter regnum cælorũ minora propter regnum terrenum. 299.A
Maiora & auguſtiora Chriſtus præcepit, quomodo ergo grauia non ſunt. 326.E
Maior futura eſt incredulorum quàm Sodomitarum damnatio. 506.C
Maius ſe quàm hoſtem viciſſe. 32.A
Maius crimen in iudice dicitur duobus modis. 393.H
Maius eſt ruſticum ſapienter aliquid dicere quàm philoſophum. 418.H
Maius eſt reparare perdita, quàm illæſa reſeruare. 487.A
Malachiæ ad Clericum cõtumacem ſuperuacanea exhortatio. 551.D
Malchus defenſus à Leęna. 151.G
Mala tria à tribus bonis Mariæ probantur excluſa & quæ. 38.C
Mala ſæpe ex vrbibus emergunt, bona verò ex oppidulis. 123.K
Mala voluntate quiſque miſer efficitur. 305.B
tria ſumma Mala. 373.G
Mala pœnæ quomodo ſunt mala. 405.C
Mala orta ſunt ex bonis. ibid.F
Male credentibus ruinam perfidia generat. 113.F
Malè mori quid. 511.H
Maledictæ pridem vxores quæ viris prolem nõ ediderint. 39.B
Maledicta terra in opere peccatoris. 87.H
Maledictum pati quid. 314.E
Maledicta olim in Chriſtianos contorta. ibid.G
Maledicere & dicere malũ quomodo differunt. 314.F
Malefici. 96.G
Malitia pro labore. 390.C
Mali cur appellentur Non exiſtentes. 14.E
Mali negotiatores qui ſua vendunt vt diabolo adhæreant. 491.G
Maligni ſpiritus quibus temporibus & locis ſæpius illudunt hominibus. 88.F
Malignus dæmon iniuria afficit nos per malos homines. 371.K
Malorum ſpirituum præſentia auget & confirmat timorem. 40.D
Malorum conſortia quàm damnoſa. 209.F
Malum vnde. 155.G
Malus cibus per quem negatur dominus & ingreditur inimicus. 156.I
Malorum filij cum tolluntur, rami arboris infructuoſæ abſcinduntur. 139.G
Malus pro diabolo. 343.K
quis Malus. 371.I
Malum pro diabolo ſumi. ibid.K
non Malum eſt videri bona ab hominibus. 376.B
Malũ & malitia pro afflictione & plaga. 390.D
vnde Malum & quid ſit. 485.D
Mammonas quis. 382.E
Mammonæ ſeruire quid. ibid.G
Mammona pro cupiditate. 383.C
Manaſſis flagitioſiſſima vita. 75.I
Manaſſes pœnitentia. ibid.I
Manaſſis reſipiſcentia & niniuitarum humilitas miſericordiam à Deo conſequũtur. 134.F
Manaſſes & Her idem. 149.I
Manaſſes & Dauid erecti. 158.C
Manaſſes patriæ religionis deſertor. 215.G
Manaſſis vincula ferrea quando & quomodo confracta. 356.G
Manaſſes & Sedechias turpiter ſuo loco moti. 380.D
Manaſſis pœnitentia. 446.I
Mandata Dei quid. 29.G
Mandati nulla leuitas vbi Dei mandatum intercedit. 93.G
Mãdata moyſi in actu facilia, in remuneratione modica & in peccato magna. 324.H
Mandata Chriſti ſunt iugum leue propter futuram retributionem. 442.E
Manducatio carnis Chriſti non ſola fide ſed & realis eſt. 40.H
Manducatio ſpiritualis. 540.H
Manducat quid propriè ſonat. 552.H.I
Manducationis multi ſunt modi. 555.D
Manducatio ſpiritualis fuit ſub lege. ibid.G
Manducatio ſpiritualis magis eſt ab accipiente ibidem.I
Manducare ſpiritualiter non ſufficit. ibid.K
Manducamus ſpiritualiter & realiter. 556.A
Manducatio ſacramentalis quid. ibid.C
Manducatio Sacramentariorum qualis. ibid. C
Manducatio Sacramẽtariorũ Dęmonica & fantaſtica. 557.B
Manducatio realis concluditur. 559.B
Manes voluit æſtimari paracletus. 203.F

Manes à Persis honoratus licet hæreticus pius dictus est. 496.G
Manent lex, sacrificium, sacerdotium, cultus, sed omnia meliora & perfectiora in noua lege. 324.B
Manichæi scripserunt Euangelium secundum Thomam. 1.K
Manichæi. 14.C
Manichæi cur Prophetas omnes & vetus testamentum eludebant. 18.G
Manichæus dixit malignum opificem produxisse omnia visibilia. 20.G
Manichæi cur Matthæi Euangelium reprobent. 99.D
Manichæus in oblatione myrrhæ quomodo cõfunditur. 103.F
Manichæi cur Euangelio Matthæi detrahebant. 252.H
Manichæi Christum vt legis præuaricatorem arguebant. 322.I
Manichæi Catholicorum ora baculis aperiebãt vt ex eorum manibus communionem acciperent. 402.B
Manichæorum error cauendus de duabus arboribus & duabus naturis. 404.E
Manichæi panem tanquam à malo Deo creatum auersabantur cum execrationibus. 470.E
Manichæi vt liberum arbitrium impugnabant. 543.E
Man quomodo & quomodo Christus à patribus manducabantur. 555.H.I
Man quomodo fuit figura corporis Christi. 567.E
Manna per verbum Dei implebat omnem Iudæorum indigentiam. 156.I
Manna quomodo de cœlo, & non de cœlo dicatur. 539.D
an fuerit falsum in Manna miraculum. ibid.E
Manna cur negetur esse verus panis. ibid.
Manna quibus rationibus Christi typum gessit. ibid.F.G
Manna vnde ita dictum & quid significet. ibid.H
Manna figura Christi. 546.D
Manna famem corporalem tantum remouebat. ibid.D
Manna à neutra morte præseruabat. 546.A
Mannæ reseruatio. 568.D
Mansuetudo necessaria. 307.E
Mansuetudo virtus heroica. ibid.
Mansuetudo Christi. 230.C
Manus quid. 336.A
Manus Dei potentia eius est. 458.F
Marciani Imper. tempore concilium Chalcedonense vnum ex 4. generalibus. 41.E
Marci Euangelium à Petro acceptum. 3.E
Marci Imperatoris Epistola ad senatum Romanum pro Christianis deinceps non infestãdis propter religionem. 350.K
Marcion & Manichæi reiiciebant vetus testamentũ tanquam à malo Deo conditum. 61.I
Marcion tria baptismata approbabat. 272.E
Marcion corrupta virgine aufugit ac secundum baptisma commentus est. 272.E
Marcio hæreticus abusus Christi sententia. 259.A
Marcion hæreticus primogenitus Sathanæ.
Marcionitæ & Manichęi loco abutuntur. 462.B
Marcus Imperator Christianam fatetur pietatẽ. 455.F
Marcus exercitator. 323.C
Marcus Archiepiscopus Ephesinus quem librũ edidit. 418.B
Mare violentissimum re imbecillima i. arena coercetur. 243.I
Margaritæ quid. 394.K
Margarita quid. 395.E
Margaritæ proprietates. ibid.H
bonæ & falsæ Margaritæ. 490.K
vnde & quæ bonæ Margaritæ. 491.B
Margaritæ cum doctrina Christiana infirma cõparatio. ibid.C.D
Margaritæ quibus contemptibiles. ibid.E
Margaritæ proprietates Christo conferuntur. ibid.H
Maria virgo ante partum, in partu & post partum. 27.C
Mariam quid opus fuit desponsari. 37.A
Mariã fuisse de domo Dauid quomodo liquet. ibid.B
Maria ecclesiæ typus quæ est immaculata sed nupta. ibid.D
Maria solitaria. ibid.H
Maria maris stella. ibid.E.F
Maria domina maris. ibid.G
Maria vellus Gedeonis. 38.F
Maria candelabrum septem lichnis ornatum. 39.C
Maria sibi timet ab illusione dæmonis. 40.C
Maria non concepit sola fide. ibid.G
Maria theotocos & Deipara. 41.D
Mariæ quæstio non è diffidentia. 42.B
Maria non erat capax tanti numinis sine spiritu sancto. 43.G
Maria sibi similes quærebat. 45.I
Maria cur visitauit Elizabetham. ibid.H
Maria nocte magna meditata mysteria. ibid.I
Maria virgo se totam Deo vouit. 49.B
Maria soror Moses submersis Ægyptiis canctico gratias egit. ibid.B
Maria aurora quomodo iuxta cantica. 51.I
Maria schala cœli. ibid.I
Maria cur desponsata quæ virgo esse debuit. 78.A.B
Maria cur mater vocetur. ibid.E
Maria vxor & sponsa. 80.K
Maria semper virgo. 82.F
Maria doctrix ecclesiæ. 128.D
Maritus obligatur præceptõ de fugiendo adulterio. 339.F
Maria soror Mosis cur lepra fuit percussa. 211.C 411.I
Mariæ paupertas. 107.H.I
Mariæ admiratio ex fide. 112.A
Maria concepta sine peccato. 430.A
Maria sine peccato. 470.F
V. Maria areola in natiuitate separata à peccato & fomite per spiritum sanctũ purgata. 481.B
Maria virgo priùs concepit Christum per fidem in mente, postmodum in corpore. 556.B

S.Martialis quanta fuit vitæ austeritas. 375.B
Martialis dictum in vnguento delibutũ. 377.A
D. Martinus Turn. Episcopus inuitis parentibus ad templa Christianorum confugit. 125.E
D.Martino dæmon purpuratus apparens quid responsi ab eodem tulerit. 228.E
D.Martinus seruo ministrabat. 415.K
Martinus moriturus quid orabat. 485.K
Martinus pœnitentiarius. 471.A
Martyres linguis abscissis loquuntur. 58.C
Martyrum diuersæ species. 120.I
Martyr incarceratus semper liber. 208.A
Martyres vino nouo inebriati. 259.E
Martyrum exempla. 314.B
Martyres malebant occidi quàm occidere. ibid.B
Martyrem pœna non facit sed causa. 515.D
Martyrum corpora & sepulchra tuentur homines ab insidiis dæmonum. 422.I
Martyribus etiam in ipsis tormentis non deest Dei præsentia. 509.B
Martyres etsi fulgebant gloria miraculorum nõ tamen expertes erant pœnarum. ibid.K
Masculus omnis quomodo sanctus cùm multos fuisse sceleratissimos pateat. 105.K
Mater Christi debuit esse virgo. 36.I
Matres filios alendos nutricibus committentes brutis animantibus deteriores. 86.G
Matres impensius filios diligunt quàm patres. 121.I
Matrum est filios lacte alere, & inuoluere. 86.G
Matribus fide opus erat ad leniendum dolorem. 122.A
Mater dupliciter virgo. 181.H
Mater Ioãnis & Iacobi discipula Christi. 229.H
Matrimonium an verum interceserit Iosepho cum virgine. 78.F
Matrimonia quomodo suscipienda. ibid.I
Matrimonium verum etiam inter continentes. ibid.I
Matrimonium stat etiam sine copula carnali. 127.C
Matrimonium non rumpitur inter coniugatos si contineant cum consensu. ibid.D
Matrimonium omnium nationum legibus cõmendatur. 179.D
clandestina Matrimonia improbantur ab ecclesia. ibid.E
Mathan & Melchi vnam vxorem habent sed successiuè. 74.G
Mathathias Idololatrantem interfecit. 406.C
Mathathiæ herois factum in suasorem esus suillæ. 569.A
Matthæi Euangelium quibus & qua occasione conscriptum. 3.D
Matthæus Euangelium Hebræo sermone scripsit. ibid.
Matthæi Euangelium Barnabæ manu descriptũ vbi repertum. ibid.E
Matthæus cur de temporali generatione dixerit. 68.D
Matthæus quomodo Christum vidit. ibid.F
Matthæus Christum hominem asserens, etiam ab eo omnia nostræ reparationis mysteria deriuat. ibid.I
Matthæus Christi generationem recensens multas simul hæreses eludit. 71.D
Matthæus cur meminit Thamar cuius factum detestamur. 72.H
Matthæus cur per Salomonem Lucas per Nathã Christi generationem descripserunt. 475.A
Matthæus conciliatur cum historia paralipomenon. 76.G
Matthæus & Ioannes conciliantur. 142.G
Matthæus cur Iosephi hæsitationem suæ historiæ inseruerit. 77.K
Matthæus non 70. sed hebraicam veritatem est secutus. 119.G.H
Matthæus cur peccatrices mulieres in Christi genealogia recenset, Lucas verò nullam. 149.E
Mathatias zelatus in lege Dei. 187.A
Matthæus secutus sensum Esaiæ. 238.E
Matthæus se proprio nomine descripsit. 252.B
Matthæus cur de se in tertia persona loquitur. ibid.H
Matthæus quanta auiditate Dominum est sequutus. 253.A
Matthæus cur non meminit cõuiuij quod Christo sequi iubente parauerat. ibid.B
Matthæus quomodo cùm omnia reliquerit, habuerit domum & conuiuium fecerit. 253.C
Matthæi Publicani conuersio multis fuit exemplum pœnitentiæ. ibid.D
Matthæus cur dictus leui. ibid.H
Matthæus quomodo sacerdotẽ vocet Abiathar quem scriptura vetus nominat Achimelech. 292.A
Matthæus Donatus dicitur. 301.G
Matthæi humilitas in duobus. 302.F
Matutinæ preces. 116.C
Maxentius contra Nestorianos. 554.E
Maximè cauendum molestum simulatorum genus. 394.D
Maxima pietas prodere latebras impiorum. 486.G
Maximinus cur à suis occisus. 524.F
Maximus Tyrannis fugatis Iustina & valentiniano Romam occupat. 453.C
Maximus vinctus redditus est Theodosio à militibus. ibid.
Maxillæ præparatio hyperbolica locutio. 345.G
qui Medetur insanis debet illorũ patienter ferre iniurias. 506.I
Medici præsentia. 25.F
Medicina medetur morbis corporis, sapientia autem liberat animam à perturbationibus. 251.C
Medicorum & pastorum Ecclesiæ similis conditio. 435.G
Medio vtendum ad omnia. 28.B
Mediis angelis vtitur Deus. 270.I
duo in Christo Meditanda. 4.H
Meditatio in resurrectionem. 284.B
Meditatio Iudicij ad pœnitentiam inducit. 136.H
Meditatio tollerantiæ ducit ad passionem martyrij. 345.H
Mendacium Sathanæ. 161.A

Mendacij fucus. 215.D
Mendacium quantumcunque dilatetur se tandem destruit. 220.G.H
Mendicitas in Helya. 164.I
Mendicitas voluntaria probatur. 306.A
Mel syluestre quid & quale. 134.C
Melchior canus. 269.H
Melchisedech quomodo sine patre & matre asseritur. 151.A
Melchisedech panem obtulit, Christ⁹ verò corpus suum. 549.B
Melchisedech quorum typos prætulit. 556.D
Melius vitam perdere quàm eleemosynã. 115.G
Melius est illustrare progenitores quàm ab eis illustrari. 137.H
Melius se humiliter occultare quàm impudenter ostentare. 238.I
Meliùs est nemini prodesse nemini nocendo quã aliquos vestire alios spoliando. 330.E
Melius cæcutire quàm videre quod non decet. 448.E
Membro vt ægro succurratur, sæpe integro adhibetur medicina. 93.B
cur Deo Membra tribuuntur. 216.K
Membra nostra non vult Christus mutilari aut erui pro vitando scandalo. 336.D
Memoria iustorum defunctorum. 211.F
Memorum ac gratorum consuetudine Christus delectatur. 220.H
Mendacia conficta contra fideles. 508.C
Mens æterna & sapientiæ præsidens ptima omnium causa. 13.H
Mens purganda his qui Deum in scripturis videre volunt. 311.E
Mens quia capax SSancti priùs est purganda. 334.E
Mens nostra in solum Deum fertur sicut in finẽ. 538.I
an non abstinendum à Mensa impiorum. 443.E
Mensæ Italicæ & Syracusanæ. 525.I
Mensa episcoporum. 526.A
Mensa Christi quæ & qualis. 547.C
quid Mensura. 468.A
Mensuræ nomine iudicium significatur. 393.A
Mentiens sanctitatem impius est. 376.C
Mercatorum vita quantis obnoxia periculis. 400.F
Merces eleemosynæ quæ. 212.E
Mercedem Christus vocat vt meritum astruat. 315.C
Merces & meritum correlatiua sunt. ibid.E
Merces orationis. 357.B
Merces hypocriticorum ieiunatorum. 376.F
Merces martyrum. 513.D
Merces & honor recipientis ministrum Dei. 515.H
Merces prophetæ potest dupliciter intelligi. 516.B
Meretrici pœnitenti ad cœlum patet liberrimus accessus. 180.G
Meriti singularis indicium quando Deus nomẽ imponit vel mutat. 31.F
omne Meritum quisque sibi per Dei gratiam cõparat in vita præsenti quod prosit in futura. 63.G
Meriti ratio. 315.C
Meritò qui in lege manere noluit sub lege punitur. 343.B
Meriti probatio. 354.F
Meritò qui spiritũ sanctum emit amittit. 503.H
Mesdei regis filius quomodo à dęmonio liberatus. 261.B
Messis iudicij particularis. 489.A
Messis spiritualis quæ. 501.A
Messores Apostoli & prædicatores. 219.C
Messyas quid significet. 173.I
Messyas qualis esse debuit. 288.H
Messyas discretus à Prophetis, doctrina, & operibus. 427.A
Messyas sacerdos, & sacrificium, conuiua & conuiuium. 548.E
Metaphora triplex in verbis Christi. 258.G
Metaphora. 537.D
Metreta quid. 183.B
Micheas Regi Iosaphat gratus. 75.C
Micheas depalmatus. 345.K
Micheas à suo Rege despectus regi Iosaphat fuit gratissimus. 496.F
Michol irridens Dauidem nihil profecit. 295.D
Midæ pœnitentia & fabula. 560.K
Miles etiam saluari potest. 142.B
Militare non est delictum, sed propter prædam est peccatum. 143.B.C
Militia corporalis & spiritualis quales requirũt. 151.F
Milites cur in Iulianum inuecti. 524.F
Militum labores inexplicabiles. 400.F
Militia nihil militum saluti officit. 180.E
Milites nunc contemptores Dei, religionis & templorum direptores. 417.D
Mineruam de cerebro Iouis natam fabulantur poëtæ. 44.C
Minerua bellis & studiis præerat. 417.E
Minimus in regno cœlorum quis. 325.A
Ministri sermonis qui. 3.B
Ministris verbi temporalia debentur. 219.E
in quem finem ecclesiæ Ministri præficiantur. 300.H
Ministerium ecclesiæ quibus definitur. ibid.H
Ministri ecclesiæ quando canes non audent arcere à sanctis. 395.A
an Ministro ecclesiæ licet accipere pecunias. 504.I
Ministro peccatori an victus debeatur. 515.K
quis Minister sacramenti extremæ vnctionis. 517.A
cur vult Christus homines Ministerio Apostolorum discumbere. 525.K
Minos quomodo cretensẽ & Lycurgus Spartanã laboribus erudierunt iuuentutem. 313.H
Minor dupliciter dicitur. 430.F
Munitio ciuitatis est in duobus. 317.I
in creaturis nihil tam Minutum in quo non sit diuina maiestas. 343.E
Mirabile consilium sapientiæ diuinæ. 199.B
Mirabilis Christi patientia. 235.C
Mira omnia in Christi natiuitate. 84.B
Mira satellitum crudelitas. 120.H
Mira charitatis diuinæ suauitas. 199.B
Mira in aquis Deus operatur. 271.C.D

Miracula Christo in Ægyptum adueniente. 118.D
Miraculum in chana Galilææ quando factum. 148.H
Miracula cur fiebant à Christo. 188.F
Miracula propter conuersionem ad fidem siue à fidelibus siue à peccatoribus fiant. 190.E
Miracula etiam à sanctis fiunt magis ad demõstrandam sanctitatem ecclesiæ quàm personę. ibid.F
Miracula non edenda ad ostentationem aut plebis arbitrium. 238.K
Miracula Christi magna fuisse tribus modis deprehenduntur. 411.F
Miracula apud arianos à Catholicis facta irridentur à prophanis. 464.E
Miracula cur fiant. 496.D
cur non edantur nunc Miracula per verbi ministros. 502. A
Miraculum maximum mundum per piscatores ad fidem esse conuersum. ibid.A
cur Miraculum in panibus factum. 522.E
Miracula inducunt ad fidem. 538.K
Miraculum multiplicatorum panum quò tendebat. 550.E
Miranda ministrorũ prompta obediẽtia. 183.H
Mirati sunt Ægyptij liberatis Israelitis. 455.E
Mirum in natura talis obseruandum. 316.B
Miseria temporum nostrorum. 46.F
Miseria hominis post peccatum. 87.G
Miseria beatitudini contraria. 304.I
Miseria nostrorum temporum confertur cum miseria Iudæorum. 500.K
Miseri plerique hominum tãtum quia hominẽ non habent. 274.B
Misericordia Dei in omnes. 52.F
Misericordia aliquando considerat beneficium conseruationis. 53.B
Misericordia iustificans. ibid.B
Misericordia in defunctos. 63.D
Misericordia cur viscerum nomine intelligitur. 68.A
Misericordia semper facienda. 256.A
Misericordia quid. 310.G
Misericordiã cur Christ⁹ subiecit iustitię. ibid.G
Misericordiarum Dei non est numerus. 445.A
Dei Misericordia concurrit ad pœnitentiam. 450.F
Missa dicta Dæmones fugati. 457.K
Missio & Euangelium quid. 239.B
Missio filij vera, & filij cum patre vita vera, probat & veram eius carnem, & ipsam verè mãducari. 564 I
Missio filij quid & qualis. ibid.
Mitis nemo esse potest qui non sit pauper spiritu. 307.A
Mites qui. ibid.A
qui prorsus non irascuntur non sunt Mites sed insipientes & insensati. ibid. D
Modi esse Dei. 38.I
Modus multiplex trahendi. 543.E.G
Modus sapienter repertus quo Deo vniremur. 563.H
Moloch pro Saturno colebatur. 328.I
Ex Monachis Benedictinis quot prodierunt põtifices Romani, Cardinales, Archiepiscopi & Episcopi. 152.F
Monachi consultò fecerunt qui relicta patria & patrimonio Christum secuti sunt. 496.H
Monarchiæ quatuor breui corruerunt. 42.A
Monarchia sub quarta, Christus natus. 83.I
Monasticæ vitæ authores. 164.F.G
Monasteria in Ægypto copiosissima. 118.C
Monastica vita tutior. 133.G
Monasticum institutum probatur. 152.E
Monica multas fudit lachrymas pro filio Augustino Manicheo. 364.D
Montani ieiunium quod. 258.C
Montanus putauit Christum habuisse corpus fantasticum. 498.I
Mons in quem subuectus est Christus vbi est. 160.D
Mons quid significet. 299.A
Mons velut specula. ibid.B
Mons orationi conueniens. ibid.E
Montes terrenæ cupiditatis. 133.A
Montium quorundam commendatio. 215.D
sine Mora ad Christum accedendum. 176.C
Moralis expositio historiæ suscitati adolescentis. 423.E
Morbi quidam ad artem medicam relati. 227.C
non omnes Morbi à peccatis oriuntur. 275.G
Morbus à dæmone. 267.B
Morbi spirituales plures quã corporales. 270.H
Morbi ob peccata. 275.G
Morbi corporales milites sunt & vltores Dei. 418.D
Mortem videre quid. 108.G
Mori in Christo est mori in pace. 110.G
Mors Christi triduana, signum futuræ eiectionis Iudæorum è templo. 187.F
Mors ad conditionem somni redacta. 264.H
Miracula etiam hodie fiunt. 464.K 465.A
Mors vulgaris quid. 511.H
instantis Mortis meditatio ad quid. 542.G
Mortis destructio effectus est sacramenti Eucharistiæ. 549.C
Mors Christi generalem resurrectionem generi humano operata est. 549.B
Mortui quomodo sunt extra statum meriti & tamen iuuantur. 63.F
Mortui quomodo sepeliant mortuos. 241.D
Mortui sunt qui extra Deum viuunt. ibid.E
Mortui dormiunt solùm Christo cuius est illos excitare. 264.G
Mortui quando vocem filij Dei audiunt. 282.D
Morum & doctrinæ corruptiones ab iniuria pastorum. 60.E
Mos Orientalium cum principibus munera offeruntur. 84.K
Mos Persarum & Orientalium. 93.H
Mos erat antiquis à rebus nomina imponi. 174.C
ex More vetusto in missa diaconus præsentes ad mutuam pacem vocabat. 330.H
odiendi Mores praui. 549.D.E
Mos hypocritarum est lenibus verbis aliquem prodere. 449.H
Mos Æthiopum qualis. 553.H.I
Motus animi compescendi sunt. 326.H

quid Motus arreptitius. 509.D
Motus dæmonicus rationem perturbat. ibid.
Moſcouitarum princeps Baſilius. 455.H
Moſes participatione nuncupatus Deus. 9.A
Moſis faciem Dei colloquio illuſtratam Iſraëlitæ videre non poterant. 26.H
Moſes & Aaron quomodo dubitarunt. 33.H
Moſes manſit 40.annis in deſerto antequam in Ægyptum deſcenderet. 68.K
Moſes & Sephora durè caſtigati ob neglectam circunciſionem filij. 94.E
Moſis & Chriſti comparatio. 118.K
Moſes in Adamo mulierem & omne earum genus complectitur. 69.I
Moſes delectus ad populi liberationem repente gregem & Iethro deſerit. 151.K
Moſes typus Chriſti. 152.B
Moſes ieiunus penetrauit in montem. 153.G
Moſes è quo monte vidit ſibi monſtratam terrã promiſſionis. 160.D
Moſes multa vidit qualia aliorum nemo. 170.C
Moſes quomodo de Chriſto ſcripſit. 175.I
Moſes quot millibus ſalutem obtinuit. 181.A
Moſis ad Deum orationes. 250.A
Moſes de ſe in tertia perſona loquitur. 252.I
Moſes cur ieiunauit. 258.F
Moſis & Helyæ.i.coniugati & celibis collatio. 180.D
Moſes accuſabit accuſatione legiſlatoris. 289.F
Moſes vt deriſores Iudæos apud patrem accuſat ſic reſipiſcentibus patrocinatur. ibid.G
Moſes populo gratiam impetrat & ſorori Marię lepra affectæ ſanitatem. ibid.I
Moſes vir mitiſſimus. 307.H
Moſes cur velamen ſuper faciem ſuam ponebat. 323.A
Moſes iubens dari libellum repudij non probauit diſſidium ſed vitari voluit homicidium. 337.B
Moſes orauit pro ſorore Maria prius eum calumniante. 350.I
Moſes Domini lepuſculus vbi iuſſus ſtare. 408.F
Moſis cum Chriſto comparatio. 427.A
Moſes lactari noluit à muliere Ægyptia, ideo quæſita fuit hebræa. 471.B
Moſes docturus, turbas in imo eſſe iubebat. 473.K
Moſes expoſitus à ſuis excipitur, à filia Pharaonis. 496.F
Moſes fugit in madiam. 510.C
Moſes Idololatris conſanguineis non pepercit. 514.K
Moſes dignitatem regiam ſub pharaone contempſit. 524.C
Moſes tempore paſchatis eduxit populum in deſertum & manna pauit, ſic Chriſtus. ibid.D
Moſes non ſpreuit conſilium Iethro. 525.D
Moſes deſperabat potentiam Dei ſufficere poſſe populo alendo in deſerto. ibid.G
Moſe abſente Iſraelitæ idolatrarunt. 530.E
Moſes quibus precibus populum munierit ad opem diuinam implorandam. 533.B.C
Moſes Pharaonem veritus fugit. 534.A
Moſes & Chriſtus differenter (&ſi vterque miraculoſè) mare tranſierunt. 536.C
Moſes quomodo Deum vidit. 545.F
Moſem pauit per 40. dies viſio diuina. 564.H
Moſes erepturus populum de Ægypto, typus erat Meſſyę venturi. 564.K
R. Moſes Hadarſan. 122.I
R. Heccados. ibid.K
Mulierum non eſt publicis negotiis dominari. 46.B
benedictæ Mulieres in veteri teſtimonio. 47.H
Mulieris immunditia vnde. 104.E
Mulier cur immunda ſeptem diebus. ibidem. G.H.
Mulieris malitia indicibilis. 209.A
Mulierum arte quàm multi decepti & in diſcrimen vltimum vocati. ibid.A
Mulierum impudentia mira. ibid.
Mulieres quæ Dei gratiam eleemoſynis promeruerunt. 212.E
Mulier Chriſto teſtimonium perhibet. 114.I
Mulier apud Iudæos ſanguinis fluxum patiens immunda erat. 261.G
Mulier adultera poſt peccatum agnitum ſi à viro admittatur non poteſt poſtmodum extrudi. 337.H
Mulier dimiſſa cauſa fornicationis ſpiritualis ſi redeat ad eccleſiæ gremium & conſtet de veritate conuerſionis vir tenetur eam recipere. ibid.I
Mulieres ſtimulis carnis magis agitãtur. 444.G
Mulier fucis illita & capillitio alieno exornata eſt graculus Æſopicus. 447.G
Mulieres miratæ ſunt victoriam Dauidis de percuſſo Goliath. 455.E
Mulierum laſciuarum contubernium Salomonem ſuffocauit. 481.A
Mulieris mira confeſſio. 469.I
Mulier ſapientia. 483.A
Mulier Synagoga. ibid.E
Mulierum pietas in Chriſti miniſtros. 500.D
Mulieres Iudaicæ ex antiquo more gentis victũ & veſtitum præceptoribus miniſtrabant. ib.E
Mulieribus nihil leuiter aut temerè promittendum. 519.G
Mulierum malitia. ibid.H
Mulieris Edeſſenæ ad mortem pro Chriſto ſubeundam alacritas. 523.I
ſub Mulieris typo prophana impiorum ſynagoga exprimitur. 520.C
Mulier mala acutiſſimum Diaboli telum. ib.C
Multi Prophetarum glorificati ſunt. 26.H
Multæ ſanctæ mulieres pepererunt improbos. 47.F
Multis olim hoc nomen Ieſu datum. 70.A
Multa difficilia quæ non intellecta non minuunt ignorantis fœlicitatem. 127.G
Multi fuere Binomes & Trinomes. 149.B
Multi ſub tempus aduẽtus Chriſti nomen Meſſyæ ſibi arrogarunt. 217.E
Multis cauſis Chriſtus appetitur. 221.E
Multum reliquit qui nihil ſibi retinuit. 228.K
Multæ aquæ multi populi. 239.C
Multum intereſt an quis cibis vtatur per contemptum eccleſiaſticæ abſtinentiæ an propter neceſſitatem & infirmitatem. 292.I

Multi humiles non ſpontanei. 306.E
Multi regnorum primores vnico bello profligati. 380.D
Multi quomodo ex ſummis inimicis ſummi amici euaſerunt. 350.E
Multi dij quomodo. 384.B
Multa poëtarum & hiſtoricorum teſtimonia de bonorum virorum libertate. 428.E
Multa dixit & fecit Saluator quæ nullus Euangeliſtarum conſcripſit. 452.K
Multinuba mulier. 215.A
Multiplex gradus vitæ. 16.E
Multiplex intelligentia ſpiritualis. 319.A
Multiplex iudiciũ in diuerſo gradu conſiderandum. 466.G
Multitudinis confuſæ prompta obedientia. 526.B
Multi Chriſtum viderunt & contempſerunt. 542.F
Mundanorum applauſus in proſperis. 46.C
Mundana ciuitas variis nominibus deſcripta. 514.G
Mundus quid. 20.F
Mundi ſignificationes tres. ibid.H
Mundus pro terrenis & peccatoribus hominibus. ibid.K
Mundus quomodo à verbo factus eſt, tamẽ non cognouit verbum. ibid.H
Mundus quid ſignificet. 198.I
Mundus multipliciter ſumitur. 198.I
Mundus hic piorum carcer. 208.A
Munera hæc quid myſterij habeant. 103.E
Munera Chriſto oblata prædicta ante fuerant. ibid G
quid Muneris exiſtimationem facit. 516.E
Murmuratio quid. 543.C
Murmuratio periculoſiſſima. 550.D
Muſculus contra ſe & ſuos qui eccleſiam reformare volunt. 187.D
Murat etiam Deus ſententiam. 341.A
Myrmidones ex formicis orti. 44.C
Myſteria numeri quaternarij Euangeliſtarum & typi. 2.A
Myſteria in natiuitate Phatis & Zaram. 72.K
Myſteria cantici canticorum ſpirituales Chriſti cum eccleſia nuptias celebrant. 204.B
Myſteria Dei publicare glorioſum. 217.I
Myſterium partus Elizabethæ. 56.G
Myſteria fugæ Chriſti. 123.E.F
Myſterium obſeruandum. 231.E
Myſterium veſtitus Ioannis. 133.H
Myſteria ſacra ante ætatem maturam non obeũda. 145.F
Myſteria quæ vocantur. 210.I
Myſterium quod habet Simonis ſignificatio. 236.D
Myſterium. 411.A
Myſterium agebatur in curatione ſerui Gentilis poſt expeditam leproſi Iudæi purgationem. 415.B
Myſterium Reginæ Saba. 467.F
Myſteria noui teſtamenti quomodo erant abſcondita. 484.B
Myſteria non omnibus reuelanda. ibid.C
Myſteria. 568.B
Myſteria ſacra impiis & irriſoribus non credenda. ibid.H
Myſteria ſi quis curioſiùs quàm religioſiùs contemplabitur cæcutiet. ibid.H.I
Myſterium Trinitatis & Incarnationis præcipuè retineri à nobis debet. 572.G
Myſtica numerorum in generatione Chriſti contentorum ratio. 77.B
Myſticus ſenſus hiſtoriæ Chriſti præſentati. 116.H
Myſtica calceamentorum interpretatio. 143.F
Myſtica corrigia. 167.A
Myſtica interpretatio loci vbi, facta eſt Iudæorum ad Ioannem legatio. ibid.D
Myſticè de Regulo & de Chriſti in hunc mundum aduentu. 221.H
Myſticam petri nauim Chriſtus aſcendit. 230.G
Myſtica interpretatio curationis paralytici. 250.G
Myſticus ſenſus hiſtoriæ ſuſcitatæ filiæ Archiſynagogi. 261.D
Myſticus ſenſus hiſt. confrictarum ſpicarum. 293.I
Myſtica aridæ manus curatæ interpretatio. 296.E
Myſticè cui manus areſcit is omnino otioſus eſt. ibid.E
Myſtica expoſitio huius loci nemo accendit lucernam. 319.C
Myſticę hieroſolymæ & capitis ſignificationes. 343.E
Myſtica liliorum ſignificatio ex D. Ambroſio. 387.I
Myſtica leproſi curatio. 413.G
Myſtica peccatricis ſignificatio. 448.G
Myſtica ratio cur Chriſtus ſederis iuxta mare docuerit. 473.I
Myſtica exuuiarum ſerpentis expoſitio. 507.D
Myſticos allegoriarum nodos ſoluere & ſenſus explanare quid. 511.F
Myſtica expoſitio ſeceſſus Chriſti. 523.E
Myſtica ratio miraculi panum. 527.F
Myſticè iſtæ quatuor noctis vigiliæ quatuor eccleſiæ ætates præſignant. 532.B
Myſticus ſenſus non præiudicat literali. 548.A

N.

NAaman in Iordane lotus & à lepra curatus. 131.A
Naaman quàm ſpem conceperat de Heliſæo. 249.I
Naaman Syrus quis fuerit. 498.C
Naaman leproſus, quid ſignificet. ibid.D
Naaman libens obſequutus eſt verbis puellæ captiuæ. 525.D
Naaſon quis. 73.D
Nabath & Achior conſobrini Tobiæ adſunt nuptiali conuiuio. 179.H
Nabuchodonozor Ioachim abduxit captiuum. 76.C
Nabuchodonoſor aulicorum noſtrorum typus. 221.D.E
Nabuchodonoſor quomodo expugnauit Hieruſalem & ea potitus eſt. 370.I

cor Nabuchodonosor mutatum & cor feræ illi datum. 477.G
Narcissi fabula. 556.G
Nascetur ex te, vim habet. 43.I
Nasci denuo quid sit. 190.G
Natalis ab hæreticis decepti publica pœnitentia. 446.A
Natalium celebratio apud Ethnicos. 518.I
Natalis dies cur cuique luctuosus. ibid.K
pro Natalibus etsi miseria refertis, Deo sunt agendæ gratiæ. 519.A
vnde nomen Nathanael. 175.F
Nathanael commendatus à Christo. 176.D
Nathanael patriarchæ Iacob imitator. ibid.F
Nathanael cur non inuenitur inter apostolos cui tamen tantum à Christo testimonium redditur. ibid.G
Nathanaelis confessio vulgarem longè transcendit. 177.D.E
Nathanael veri Israelitę nomen promeritus scalam quoque vidit. 178.A
Nathan filius Dauidis ex Bersabee. 150.C
Nathã filius Dauid est alius ab eo propheta qui arguit Dauid. ibid.F
Nathã nulla trabe excæcatus ad Dauidis increpationem perrexit. 394.A
an Nathan ex tribu leui fuerit cùm sacerdos dicatur. ibid.I
Nathan Dauidem vt ad pœnitentiam pellexit. 449.E
Nathan arte Dauidem coegit fateri peccatum. 474.C
Natiuitatis genus triplex. 23.A
Natiuitas Christi prophetata. 83.C
Natiuitatis veritatem Euangelista omnibus circunstantiis expressit. ibid.D
Natiuitas Christi quibus temporibus contigerit. ibid.K
Natiuitas Christi quibus annunciata. 87.H
Natiuitatis Christi locus cur exprimitur. 89.E
Naturale est parentibus conseruare prolem. 252.A
Natura intellectualis triplex. 6.A
Naturarum in Christo cõiunctio diabolum excæcat. 155.E
Naturæ & Religionis conditio vniuersam omnium dilectionis rationem confirmat. 351.I
Natura nostra cùm sit bona cur mala à nobis nascuntur. 405.E
Natura infidelitatis cuiusmodi. 464.D.E
Nauarchi absentia auxit periculum. 530.E
Nauim cur à portu abducit. 230.E
Nauis typum habet ecclesiæ bonæ ac malæ. 529.A
Nauis ob Ionam turbatur. 534.C
Nauis vt ecclesiæ conferri possit. 529.A
Naym quæ ciuitas & vbi sita. 420.H
Nazarei abstemij. 32.B
Nazareth quid significet. 36.G
Nazareth abiectum oppidulum. ibid.G
Nazaręos & Christianos derisit Iulianus sed nõ impunè. 124.A
Nazaræi oblato pro eis sacrificio tondebantur. 447.K
Nazaræi Christum iudicio suo submittere volunt. 496.C
Necessitas incarnationis verbi. 21.G
in Necessitate positis potius recurrendum ad Deum quàm ad hominum artem & potentiam. 75.C
Necessitas cogit ad turpia. 156.A
Necessitas & vtilitas miraculi Christi in Chana Galilææ. 180.I
Necessitas sacramenti baptismi. 192.G
Necessaria pœnitenti. 453.B
Necromantia. 246.A
Ne cum hæreticis versemur. 383.A
Negantes verba Christi Ioan. 6. intelligenda de manducatione sacramentali videntur quodãmodo fauere hæreticis. 554.H
Negligentes & delicati non cinguntur. 133.I
Negotiatores Babilonis. 491.G
qui Negotiatores. 491.H
Nembrotus propter tyrannidem à suis discerptus. 455.K
Nemo condemnandus cur prolem non habet. 35.E
Nemo nascitur sanctus præter Christum. 43.G
Nemo prophetarum natus est tam prodigiosè quàm Ioannes Baptista. 59.D
Nemini licet se à principum obsequiis subducere aut propriæ iustitiæ aut religionis prętextu. 85.D
Nemo sub fiduciæ prætextu temeritatem incurrat. 153.A
Neminem præcipitare potest diabolus nisi homo se miserit. 157.K
Nemini licet se præcipitare in periculum. 160.B
Nemo saluatur sine Baptismo. 191.F
Nemo renascitur in suis parentibus. 192.K
Nemo nisi per Christum in cœlum ascensurus est. 196.D.E
Nemo inscio pastore & inuito nouam doctrinam disseminare præsumat. 214.F
Nemini prophetarum tanta collata virtus quanta Christo. 226.E
Nemo frustratur qui verbo Dei credit & obedit. 231.G
Nemo de iustitia præsumere debet. 254.I
Nemo inter pocula & sciphos ad philosophiam gradum facit. 291.E
Nemo inferioribus rectè imperare potest nisi superiori se subiiciat. 312.H
Nemo detrahit impunè vel minimo legis punctulo. 324.G
Nemo nouit quando sit hinc emigraturus. 331.K
Nemo aliquid facit inuitus. 334.H
Nemo suis viribus fortis est. 366.D
Nemo bene orat nisi remissa fratri offensa. 373.B
Nemo duplici corde potest Deum colere, vt hæreticis & ecclesiæ faueat. 383.B
Nemo sanctorum patrum miracula fecerat cum imperio, sicut Christus. 426.G
Nemo prophetarum Mosi conferendus. 427.A
Nemo ex se potest satisfacere. 450.A
Nemo hominum in paradiso natus. 485.F
Nemo vsurpare debet ministerium sed vocati & mitti. 501.F
Nemo eiicietur qui se non eiecerit. 541.G

cur Nemo nouit patrem nisi filius. 545.D
Nemo cibo absente alitur, ergo oportet Christi carnem esse præsentem. 560.A
Nemo inuitus credit aut Christum sequitur. 572.D.E
Neniæ funebres quibus vsitatæ. 264.F.G
Neochristianorũ in catholicos violentia. 402.B
Nephtalin nomen patriarchæ & vrbis è qua Tobias ortus est. 224.B
Nequaquam pro lege censendum quod rarò accidit. 145.G
Ne quæras gloriam & non dolebis cum inglorius fueris. 315.A
Ne quis temerè Deum patrem vocet. 360.H
Ne quis seipsum sine vocatione ad docendum ingerat. 494.C
L. Neratius homo valde improbus obuios liberos depalmabat mulctam dependens. 344.H
Nestorij & sequacium temerariæ & hæreticæ conclusiones de Christi persona & virgine Deipara. 23.E
in Ephesino concilio cùm Eutichianis damnatæ. 41.D.554.F.103.F
Nicetæ testimonium de quorundã disputatione temeraria fulgure ac tonitru impedita. 551.E
Nicodemus non detrectat doceri. 189.I
Nicodemus victor populi sonat. ibid.K
Nicodemus hebraicè significat sanguinem innocentem. ibid.K
Nicodemus veritatis propugnator. 189.K 190.A
Nicodemus Christum sepulturæ honore est dignatus. ibid.A
Nicodemus cur princeps Iudæorum dictus. 190.A
Nicodemus cur venit nocte. ibid.B
Nicodemus quo argumento à Christo doceatur. 192.F
Nicodemo dicta ad omnes catechumenos pertinent. 196.F
Nicodemus & Ioseph petierunt capsulam à Pilato vbi ipsa margarita fuerat. 491.I
Nicodemus ex desiderio discendi Christum interrogat. 195.D
Nihil negatiuè accipiendum. 14.D
Nihil & non ens synonyma. ibid.D
Nihil extra verbum. 14.G
Nihil maius quàm quod sumus filij Dei. 21.I
Nihil verbo impossibile. 23.F
Nihil sine Domino possumus. 38.I
Nihil abiecti in virgine. 50.I
Nihil nobis licet contra æquitatem. 66.F
Nihil passus est qui non est verè passus. 69.K
Nihil fit à Dæmonibus sine Dei permissione. 161.H
Nihil inconsulto Romano pontifice. 231.D
Nihil damni obedientibus Deo. ibid.H
Nihil aliud quærendum quàm quod velit ille qui loquitur. 143.F
Nihil ad ostentationem faciendum. 239.I
Nihil tam deploratum cui non possit Christus mederi si adsit fides. 249.B
Nihil nisi mundum lex comedi iubet. 414.F
Nihil adeò sanctum & pium quod homines prophani non irrideant. 427.I
Nihil secundum naturam malum est, sed malum esse censetur comparatione ad melius. 462.B
Nihil vetat res diuersas iisdem nominibus sed diuersis sensibus dici. 479.I
Nihil mirum Iudæos perdidisse salutem, qui saluatorem ex à se longè abegissent. 498.F
Nimia diuitiarum sollicitudo prohibetur non modica. 379.H
Nimia familiaritas parit contemptum. 455.G
Nimium vxorij & mulierosi. 214.E
Niniuitarum in sacco & cinere publica pœnitentia. 436.G
Nisi laboribus nostris Deus benedixerit frustra nitimur. 232.E
Nobiles nostri vindictæ appetentes sunt coram Deo inexcusabiles. 349.H
in Nobiles furiosos & dementatos. 349.K
Nobiles furiosi degenerant à natura, à Christo, à Deo. ibid.A
Nobilitas Sathanica quæ & qualis. 350.A
Nobilitas carnis leuis. 23.B
Nobilitate spirituali nihil excellentius. ibid.B
Nobilitas sanguinis patui aut nullius momenti coram Deo, sed mentis. 28.F
Noctis intemperies non omnino excusat prælatum ab infirmorum visitatione. 238.A
Noe temporibus cur non venit Christus. 83.G
Noe typus Christi. 88.H
Noe incircuncisus liberatus à diluuio. 95.A
Noe filius Lameth non eius qui occidit Cain sed eius qui ex Seth originem duxit. 151.B
Noe docuit filios legitima Dei. 220.A
Noe diuersas mundi regiones peruagatus est. ibid.B
Nolentes etiam Christus spe præmij inducit. 545.G
Nomen commune supponit pro indiuiduo. 10.C
messyas Nomine solius Dei exprimitur in scripturis. 11.A.B
Nominis Zachariæ ethymon. 29.A
Nomen Mariæ consolationis plenum. 40.D
Nomen Iesu quid significet. ibid.K
Nomen Dei quando dicitur pollui aut inhonorari. 49.H
Nomen cur impositum post circuncisionem. 56.I
Nomina Ioannis. 67.B
Nominum Christi & Iesu celebris apud Iudæos notitia. 70.D
Nominis Christi ratio. 81.H
Nominis impositio in circuncisione. 95.C
Nomina aliquot librorum sacrorum qui desiderantur incuria Iudæorum. 123.G.H
Nomen Euangelistarum prædicatoribus concessum. 178.F
Nomen Petri quando impositum. 301.B
Nomen Petrus distinguit Simonem Apostolorum principẽ à Simone qui appellabatur Cananæus. ibid.301.D
Nomen legis quomodo sumitur. 322.F
Nomine pedum & oculorum quid. 336.F
Nomen Dei an non sanctum est. 363.A.B
Nomẽ Dei quomodo petamus sanctificari. ib.E

BIBLIOTECA PROVINCIAL Y REGIST

in Nomine Christi multi ambulant qui non habent spiritum Christi. 406.K
Nomen Esaię pro Asaph inscitè positum. 483.K
Nomina Apostolorum cur recensentur. 502.C
Nomine horæ quid intelligatur. 509.B
Nosce teipsum. 54.B.C
Nos quoque in Baptismo vncti ad pugnam prouocamur. 152.A
Nota Deo omnia antequam fiant. 542.B
Notæ diuini verbi. 159.K
Nouatus ambitiosus ac primatus appetēs. 158.E
Nouatiani inscitè negant recipiendos pœnitentes. 253.I
Nouatus qualis. ibid.
Nouati fraudes. ibid.K
Nouatus qualiter episcopus designatus. ibid.
Nouati pharisaismus. ibid.K
Nouatianorum error. 448.K
Nouatiani constituerunt mensam contra mensam & cathedram contra cathedram. 557.B
Nouit Dominus pios de tentatione eripere. 534.A
Nouit Deus omnium artifex quid sit in opere suo. 188.H
Nouem attendenda in electionibus prælatorum. 301.I
Non per filium vt per instrumentum operatus est Deus. 12.E
Non lætandum in natali impij. 31.G.H
Nō licet altari se ingerere dum diuina celebrantur. 34.F
Non egrediendum ante sacra facta. ibid.F
Non potest esse verus laudandi affectus nisi præcedat gaudium. 49.I
Non quiuis timor bonus aut salutaris. 65.C
Non est timendum quod nos liberat ab omni metu. ibid.D
Non est sordidatus natus de virgine, qui non fuit pollutus hominem condens de puluere. 81.F
Non licet in sacra irrepere, probari prius oportet. 106.H
Non esse quid Hebræis significet. 121.H
Non est pœnitentia sine confessione peccatorum. 134.E
Non est graue & laboriosum dicendū quod factum est salutare. ibid.K
Non destituimur in necessitatibus. 156.K
Non leuiter ab ecclesiæ doctore desciscendum. 172.G
Non differenda salutis occasio. 173.C
Non inhonorandum templum. 185.G
Non sunt quærenda signa. 188.K
Non omnis qui legit, intelligit. 190.H
Non omne quod sanctificatur ad regnum cœlorum mittitur. 192.I
Non baptisati cur excludantur à beatitudine. 193.E
Non omnia licent regibus. 208.D.E
Non diuertendum ad hæreticos, multò minus eis communicandum. 211.A
Non sine causa probantur monachi & omnes quibus spirituales gradus creduntur. 227.I
Non aliorum laboribus viuendum sed nostris. 228.B
Non omnes qui ad fidem vocantur iubentur relinquere vocationem suam. 229.B
Non omnibus profuit ad salutem reliquisse omnia. ibid.C.D
Non desponendum animo in alioquin desperatis rebus. 250.F263.K
Non ieiunamus post pascha. 258.C
Non est necesse eadem verba referri, sed sufficit quod solùm intentio dicatur. 261.B
Non omnes peccatores ægrotant. 275.G
Non confundendæ personæ in vna adoratione trinitatis. ibid.H
Non semper maior est qui dat eo qui accipit. 280.D
Non omnia secundum literam interpretanda. 295.K
Non minor virtus indignationem compescere quàm omnino non irasci. 307.F
Non est hîc lætandum. 308.C
Non solum docendum sed & faciendum est. 325.B.C
Non expediebat negotio Euangelico promouēdo tam citò progredi ad prædicationem diuinitatis Christi. 326.H.I
Non potest caro ante corrumpi nisi mens fuerit ante corrupta. 337.H
Non minus mali est referre iniuriam quàm inferre. 349.G.H
Non est bona voluntas nisi sit talis quæ data opportunitate operetur. 382.A
Non est Deus aliquis malus. 384.C
Non debemus Euangelizare vt manducemus, sed ideò manducare vt Euangelizemus. 389.A
Non omnes propter salutem ecclesię ministrant Deo sed propter temporalia. ibid.C
Non viuimus vt edamus. ibid.D
Non est temerè pronunciandum de seruo Dei prouidente sibi necessaria. 390.G
Non oportet exprobare delictum neque eum qui peccato præuentus est obruere, sed monere. 393.A
Non est omnium accipere librum. 494.C
Non omnibus neque semper, neque vbique effundendum est verbum. 394.H
Non omnibus communicandum. 396.E
Non ex ignorantia causæ cadit in Deum admiratio. 418.E
Non ad gratulandum peccantibus sed compatiendum. 449.B
Non minima pars Iudæorum ex Iuda & Thamar. 464.G
Non omnibus reuelanda mysteria. 484.C
Non omnia omnibus in prędicatione porrigenda. 494.G
Non licet conuescī hæreticis. 502.E
Non vetatur dicendorum præmeditatio sed nimis anxia culpatur. 508.I
Non incæpisse sed perseuerasse virtutis est. 510.A
Non semper leuitate vtendum. 536.D
Non omne quod trahitur, coactò trahitur. 543.I
Nullius substantiæ creatæ relatio est ad Deum, qualis verbi ad patrem. 9.H
Nubes leuis virgo Maria. 118.E

Nubes prophetæ & apostoli. 409.C
Nugæ Sacramentariorum. 560.G.570.C
Nullius præterquam Ioannis natalis celebris. 31.I
Nulli sine SSancto remittuntur peccata. 131.E
Nullus Ioannem auersatus est. 135.F
Nullibi securi sumus, neque cum soli. 152.C
Nullus infidelis saluabitur. 206.K
Nulla virgo sine viro spirituali. 214.G
Nulla tam barbara natio quæ verbi Dei semina non acceperit. 220.C
Nullum vulnus animæ incurabile. 225.I
Nullum coactum obsequium Christo gratum. 230.D
Nullo modo recipiendi inter pœnitentes qui nullo perpetrato crimini parem vitæ emendationem nolunt adferre. 254.C
Nulla animalia minùs coacetuant cibos quàm aues. 336.
Nulla est excusatio in peccatis corã Deo. 339.A
Nulla ex deliciis corporis ad animam vtilitas. 389.G
Nulla bestia similis mulieri malæ. 520.B
Nulla creatura potest cognoscere Deum perfectè vt est in sua natura. 545.E
Num adiurandus quis super Euangelio. 342.C
Num qui malus est potest bona loqui. 462.D
Numæ & similibus quomodo illusum. 88.F
Numa pompilius superstitiosus. 271.D
Nunc Christus exquirẽdus & audiendus. 473.G
Nunc vix vlla est vera dilectio. 175.E
in Nuncio conceptus Christi quid erat necesse meminisse Elizabethæ. 43.K
Nuptiæ in ecclesia venerabiles. 178.I
Nuptiæ non impediunt salutem. 180.C
Nuptiæ quas honorauit Christus sua præsentia erant typus earũ quas cum ecclesia iniit. 183.E

O.

OB Achan totus Israel periclitatur. 534.B
Obdurationis causa per se est homo. 478.E
Obduratio Iudæorum. 542.H
Obedientia perfecta legem nescit, terminis non arctatur. 105.F
Obediendum præpositis. 128.A
Obedientia discipulorum. 228.I
Obex quo arcemur à cognitione Dei voluntas obstinata. 438.K
Obiectio Arianorum cum illi adiuncta responsione & probatur filius patri coæternus. 8.G
Obiectio quod virgo fuerit impetita ab hæreticis. 51.D
Obiectio, quando mater Christi vocarit eum Emmanuel. 82.B
Obiectio contra circunciſionem & solutio. 93.E
Obiectiones pro circunciſione, & solutiones earundem. 95.A
Obiectio cum solutione eiusdem. 97.H.I
Obiectio ex Chrysost. cum responsione ad illam. 134.F
Obiectio marcionitæ quomodo diabolus Christum tentare poterat. 155.G.H
Obiectio cum sibi adiuncta responsione. 162.B
Obiectionum quarundam confutatio. 191.I
Obiectio. 193.G
Obiectio. 195.G
Obiectiones. 201.K
Obiectiones de odiendis inimicis. 349.C
Obiectio de Paulo pontifice & Alexandro cum responsione ad eandem. 350.K
Obiectio cum solutione. 355.G.H
Obiectio de non exauditis orationibus cum solutione. 357.D
Obiectiones cum responsionibus ad easdem. 382.B
Obiectio cum solutione. 386.K
Obiectio cum solutione de diuitibus Deo seruientibus & diuitiis vtentibus. 383.C
Obiectio contra custodiam thesauri cum solutione eiusdem. 490.D
Obiectio contra cauendum Gentium contubernium cum responsione ad illam. 502.G
Obiectio de Christo diuertente ad publicanos cum responsione ad illam. 505.E
Obiurgationem præcedat misericordia non odium. 394.E
Oblatio turturum & columbarum cur. 107.B
Obsequium nostrum quomodo rationabile efficitur. 316.A
Obseruationes non contemnendæ. 223.E
Obseruanda in Baptismo Christi. 145.E
Obseruanda in obita legatione ad Ioannem & responsione. 163.H
Obstetricis officio perfuncta mater. 86.E
Obrumbratio quid sit. 43.A
Occasio tentationis maior in deserto. 152.C
Occasio incæstus Herodis cum Herodiade. 207.G
Occasio templi Samarithani. 215.F
Occidendi hæretici, sortilegi & qui longos morbos aliis procurant. 161.K
Occultarum rerum cognitio solius Dei est. 176.E
Occurrit Christus obiectioni Nazaræorum. 496.B
Ochosias filius Achab pessimus. 75.D
Ochosias correptus ab Eliezer propheta. 75.D
Octaua veræ circunciſionis beatitudo martyrio terminatur. 313.G
Oculus purgandus ad solem. 17.B
Oculis spiritus videtur salutare Dei. 111.D
Oculi spirituales. 218.K
Oculus triplex { corporalis. cordis. proximus. } 335.I.K
Oculi & curiosi comparatio. 448.I
Odium inimici quibus probatum. 348.E
cur Odisse debemus conuentus Ethnicorum & hæreticorum. 382.K
an quis Deum Oderit. 383.I
Odium quid. 393.G
an qui nondum dimisit fratri Offensam debeat dicere orationem dominicam. 369.K
in Offensa duo sunt spectanda. 393.E
Offerebatur pro pueris qui in peccatis nascebantur. 106.K
Offerentis sana debet esse intentio. 329.G
Officia Regia, quot & quæ. 150.K
Officium piscatorum hominum. 228.H

Officium prælatorum. 531.H
Oleum exorciſatum Dei inuocatione quantæ efficaciæ. 247.A
Oleum ad quid vtile, cuius effectiuum, & quid ſignificet. 516.K
Oleum conſecratum valuit etiam ad corporis ſalutem. 517.A
Oleum quod ad extremam vnctionem requiritur ad quid conducit. ibid.B
Oleum medicum à ſanctis comparatum. ibid.B
Olim coniugati ad ſacerdotia propter paucitatem aſſumebantur. 236.H
Olim ante Chriſtum, & nunc illo in cœlum accepto ieiunandum. 258.B
Omnipotentia docetur ab effectis. 12.B
Omnipotentiæ argumentum omnem difficultatem ſoluit in omnibus quæ de matre Domini & quæ de ſacramentis dicuntur. 52.B
à ſimili & minori probatur SSancti Omnipotentia. 194.K
Omnipotentia filij probatur. 206.F
Omnipotentia Chriſti. 244.B
Omnipotentiæ diuinæ argumentum. 550.I
de Dei Omnipotentia non diffidendum. 551.B
Omniſcientia Chriſti. 569.B
Omnia ſunt facta non tamen Deus. 12.D
Omnia facta in verbo vita ſunt & vnum ſunt. 15.B
ab vno Omnia. ibid.I
Omnis ſtultus omnis iniquus, omnis impius cæcus eſt in corde. 17.B
Omnes quantumuis abiecti poſſunt fieri filij Dei. 22.A.B
Omnium finis Chriſtus. 61.K
Omnium fidelium vnum os & vna fides. 62.D
Omnis poteſtas conſortis impatiens. 98.B
Omnia viſa ſunt cognouiſſe Chriſtum præter Iudæos. 100.H
Omnis anima quę in carne naſcitur peccati ſorde polluitur. 107.A
Omnis ſtatus tenetur laudare Deum propter beneficium incarnationis. 111.H
Omnis qui ad ſpem vitæ cæleſtis inſtruitur facere eleemoſynas iubetur. 140.A
Omnium bonorum noſtrorum cauſa dominus. 198.F
Omnis qui malè agit non verè credit. 200.I
Omnes quandoque pro multis. 205.K
Omnibus pœnitentia neceſſaria eſt quia omnes peccatores ſumus. 225.E
an Omnium eſt Chriſti diſcipulos aut apoſtolos fieri. 229.B
Omnes inuitat Chriſtus. 233.D
Omnes creaturæ ſentiunt creatorem. 244.A
Omnia ſunt patri & filio eſſentialia. 282.I
Omnium reſurrectio oſtenditur. 284.A
Omnes apud patrem per Chriſtum accuſabuntur qui illum non receperunt. 289.E
Omnia opera ſignorum Chriſti diuina procuratione non caſu euenerunt. 294.K
Omnia hic incerta. 320.H
Omnino contemnendus popularis fauor. 321.K
Omni volenti malè agere inimica eſt doctrina dominica. 332.A
Omnia in quibus improbitatem patimur aliquam in duo genera diuiduntur. 347.B
Omne genus iniuriæ ſub tribus generibus exemplorum, Alapæ, rapinæ & Angariæ continetur. ibid.B
an ad Omnes ſemper obligemur. ibid.D
Omnes vt ad Dei ſimilitudinem & imaginẽ, ita ad eius ſanctificationem & gloriam creati ſunt. B.364
Omnis potentatus breuis, & quo maior, maioribus curis obruitur. 489.E
Omne peccatum poteſt à Deo remitti conuerſo. 397.A
Omnia quæcũque vultis quomodo accipi oportet. 398.A
Omnia in hæreticis fucata. 403.A
Omnia opera curationum Chriſti habent in ſe myſteria diſpoſitionum Dei reconditarum. 413.F.G
Omnia in Chriſto quàm Moſe excellentiora & meliora. 427.C
Omnia filio à patre tradita quæ. 440.B
Omnia, tripliciter exponitur. ibid.C
Omnia poſtponenda poſſeſſioni gratiæ, & gloriæ Chriſti. 490.E
non Omnes qui Chriſtiani ſunt, ſunt & Chriſti. 490.F
Omnes liberandæ eccleſiæ incumbere debent. 531. C
Omnes circunſtantiæ miraculorum probant veritatem myſteriorum. 535.E
dictio vniuerſalis Omnis modificatur à Chriſto. 552.G
Omnes eandem eſcam manducauerunt & cæt. quomodo intelligendum. 555.G.H
Oneſiphorus olim ſiccarius, poſtmodum Pauli diſcipulus gratia præuentus. 420.H
Oneſimus ſeruus erat & ſaluus eſt. 180.F
Onera peccati. 441.E
Onus exactionum. ibid.F
eadem Opera patris & filij. 12.A
Opera ad ſalutem neceſſaria. 139.E
an Dei imperfecta ſunt Opera. 218.H
Operatio non de ſola creatione ſed & conſeruatione eſt. 277.B
Opera Chriſti mirabilia. 279.G
Opera templi an fuerunt ſeruilia. 293.C
Opera creationis & renouationis noſtræ toti trinitati communia ſunt. 360.H
Opera exteriora diſtincta ab interioribus. 538.E
Operatio bona conſeruat fidem. 538.F
Opes an neceſſariæ. 379.G
Opinio Gentium de Diis. 216.D
Opinio praua dicentium animas mortuorũ conuerti in dæmones. 245.K
Opinio quorundam de origine pretoianis aliàs præsbyteri Ioannis. 467.C
Opinio falſa quantum detrimenti afferat. 530.H
Opinio de tranſitu animarum in alia corpora. 517.K
Ophitæ, & Cainæi hæretici conflarunt, pſeudo-Euangelium ſub nomine Iudæ. 1.K
Ophitæ ſerpentem adorarunt. 197.H
Oportuit noſſe Chriſtum eſſe Deum. 4.H
Oportet concionaturum priùs in theologiæ paleſtra probari. 226.H

Opportuna miraculi occasio. 233.I
ex Opposito Israelitarum in deserto ieiunamus. 152.D.E
Optati quærimonia contra donatistas. 329.K
Opus hominis proponere pœnitentiam delictorum, Dei munus est gratiam implere mysterij. 143.C
Opus pium alacriter faciendum. 228.I
Opus salutis non in sacrificio sed in misericordia est. 293.G
Opus nobis est quotidiana sanctificatione. 363.F
Opus operans & opus operatum quid. 538.G
Oratio virginis. 44.K
Oratio ad D. virginem. 45.A
Orandum omnibus horis & cur. 116.C. 365.A
Oratio pro anima. 222.G
Orationis conditiones. 238.H
Orationibus excitatur Deus. 243.E
Orationes pro inuicem factæ magni sunt momenti. 249.I
Oratio quid. 299.E
Oratio omni actioni præmittenda. ibid.H
an pro aliquibus Orare non debeamus. 351.D
an contra aliquos Orandum. ibid.E
Orandũ etiã pro hæreticis & inimicis. 364. A.C
Oratio à fide manat. ibid.G
Oratio Ionæ cetum domum effecit. 356.E
Orationi nihil potest æquari. ibid.E.F
ad Ezechiæ Orationem Angelus missus contra Assyrios. ibid.G
an semper Orandum, & quomodo multiloquiũ cauendum. 357.I
Orationes iteratę non reiiciuntur, & cur à Christo institutæ & ecclesia. 358.C.D
Orationum repetitio cur à Christo aut ecclesia facta. ibid.D
Orationum quatuor genera. ibid.H
Oratio incenso collata & quæ incensi proprietates. ibid.H
Orationis nouũ gen° Christus nos docuit. 359.B
Oratio dominica cur breuis. ibid.C
Oratores auditorum, pauperes diuitum captant beneuolentiam. ibid.E
Oratio dominica communis & publica. 361.B
Oratione Dimitte nobis debita nostra duo errores profligantur. 369.I
Oramus non vt omnino non tentemur sed vt tentationi non succumbamus. 370.K
Oratione Dei propitiatio quæritur. 373.F
Orationis & inuocationis virtus. 396.H
Orationes cur aliquando nõ exaudiuntur. 396.I
Orator disertus quomodo dici possit ascendere & descendere. 178.E
Orbis totus non parebat Romanis nascente Christo. 84.I
Ordo inquisitionis de Christo. 101.D
Ordo beatitudinum quis. 305.G
tres Ordines pereuntium. 476.C
Ordo quem Christus in legendo & interpretando seruat. 494.E
Ortus iusti plenitudinem habet. 56.C
Oriens in cantico Zachariæ nomen est non participium. 68.B.C
Oriens in scripturis quandoque pro terris quæ orientales ad illam sunt, in qua sunt qui loquuntur. 102.C
Orientales ad reges accessuri pro more munera eis offerunt. 103.D
Orientis & occidentis nomine vniuersum mũdum intelligit. 419.A
Oriens duplex & duplex Occidens. ibid.B
Orientalis imperij excidium vnde. 457.D
Orientalium in Christianos Occidentales odium. ibid.E
Origenes excusatur. 150.G
Origenes inuisit loca sancta. 167.C
Origenis error circa electionem. 438.D
Origo quarundam rerum singularis. 77.F
Orpheus. 5.F
Os quod peccatum clausit gratia aperuit. 58.H
Osculo & complexu salutare Iudæis, Græcis, & Romanis vsitatum. 352.D
Oscula deuota. 448.B
Osculum quibus exhibebatur. 451.C
Oseas iubetur accipere fornicariam. 73.I
Ostium quod claudendum dum oramus. 357.E
Otiosum verbum in iudicium adducetur. 462.I
Otiosum verbum differt à cæteris linguæ vitiis. ibid.K
Oues qui sunt. 401.I
Oues Christi sæpe lupos in naturam ouiũ transmutarunt. 506.G
Oza non impunè arcam contrectauit. 30.I
Oza cur tacta arca percussus est. 35.B
Ozias lepra conspersus ob temeritatem. 75.F
Ozias cur leprosus effectus. 211.C

P

Pacifici qui sint. 312.G.H
Pacifici imitatores humanitatis diuinæ. 313.B
Pactum quid. 392.A
Palatinus quid. 221.B
Palladij historia. 133.E
Paleæ significant fideles sed malos. 144.F
Palæstinis mos aquam præbere lauandis pedibus. 451.C
Panes sancti mutabantur singulis sabbatis. 292.E
Panis omne necessarium alimentum significat. 367.E
Panis nomine quandoque lautum conuiuium quandoque tenuis victus significatur. 367.F
Panis quotidianus & panis supersubstantialis quid. ibid.F.G
Panis crastinus panis indigentiæ. ibid.
Panis quotidianus quomodo pro corpore Christi. 368.A
Panis quotidianus pro omnibus quæ huius vitæ necessitatem sustentant. ibid.A
Panis est verbum Dei. ibid.F
Panis communis non est supersubstantialis. ibidem.E
Panis beatitudo. 369.E
Panis multiplex in scripturis. 526.D
Panis benedicti vsus & virtus. ibid.
Panum miraculum in memoriam reuocandum ad fidei confirmationem. 354.C.D
quis Panis animæ simul & corporis. 535.D
Panis communis quomodo panis mortis dici

possit. 540.B
Panis de cœlo descendens cur det vitam indeficientem. 546.E
Panis species cur remaneat. 548.I
Panis multiplicatur datus. 547.A.B
Panis Sacramentariorum execrabilis & incantatus. 556.K
Panis Angelorum factus cibus hominũ. 566.H
Panis viuificus per carnis assumptionem visibilis apparens factus est panis hominum. ibidem.H
Panis est & tamen caro est. ibid.K
Panis nomine quàm impiè sacramentarij abutantur. ibid.K
Pannus vetus & recens qui. 259.A
Panis communis nec viuus est nec è cœlo descendit. 567.B.C
Pantenus quis fuerit. 3.D
Paralyticus perfectè sanatus. 183.K
Parabolæ de quęrente bonas margaritas multiplex expositio. 490.K
Paralytici sumus spiritualiter. 250.A
Paralytici curati libertas in dicendo. 275.C
Paralysis quæ species morbi. 417.H
Par quid. 391.K.292.A
Parentes Ioan.Bapt.ex Aaron genus ducebant. 29. C
Patricidis peiores sunt qui dilatione longiore faciunt vt non baptisentur filij. 94.E
Parentibus non semper credendum cùm agitur de reddendo diuino obsequio. 125.G
Parentibus curandum vt pueri rectè instituantur. 126.A
Paris toti patriæ & parentibus fuit exitio. 31.G
Parricidæ cur cum vipera assuebantur. 136.A
Partium animæ quædam subiacent rationi quędam verò minimè. 387.A
Partus Thamar. 59.D
Partus rationes sumptæ ex ordine naturæ. 86 D
Partu creuit virginis integritas potiùs quàm decreuit. 106.B
de Particulari inspiratione contra Montanistas & Anabaptistas. 508.H
Paruuli Baptizandi sunt quum apti sunt ad lumen. 20.D
Paruuli in vtero sibi inuicem alludunt. 48.F
Paruulorum Baptismus. 94.D
Paruuli cur hinc rapiuntur. 122.A
Paruuli humiles. 438.I
Paruuli non Baptisati & mortui non reponuntur in Baptisatorum numerum. 193.B
Paruuli non nascuntur fideles à parentibus aut regenerantur per carnem. 194.A.B
Paruuli an communicare debeant. 553.H
Paschæ solennis dies. 125.B
Pascere porcos obsequi hominibus vitam porcinam viuentibus. 247.K
Pasetes præstigiator. 527.A
Passerum duorum cur meminit Christus. 512.D
ante Christi Passionem decebat prædicari Euangelium inter Iudæos, sed SSancto desuper delapso, æquum fuit Gentibus euulgari. 503.A
Passio & propassio. 335.C
Pastores quales ad quos pertineat nuncium angelicum Euangelizo vobis. 88.A
Pastores selecti in testes Christi sicut postmodũ piscatores. ibid.D
Pastores aptiores ad Euangelium. ibid.D
Pastores cur circumfulsit claritas. ibid.E
Pastorum exemplo cohortari inuicem debemus. 92.A
Pastorum ecclesiæ est Euangelizare. ibid. F.G
Pastores visitare debent suum gregem. 210.K
Patris & filij vt vnica est essentia ita diuersa est hypostasis. 9.F
Patres concludunt ex propheticis scriptis Christum verum hominem & verum Deum repromissum. 24.I
Paterini hæretici in Ioannem iniurij. 18.B
Patres antiqui vsurpant hanc salutationẽ. 39.H
Patriarcham Noe Dei misericordia à diluuio liberauit. 52.G
Pater quomodo in filio loquutus. 62.B
Patrum quantum ius in filios. 72.G
Patribus ecclesiæ quantum deferendum. 126.H
Pater cur sibi in filio complacuit. 148.A
Pater annõ adoratur in monte & hierosolymis. 216.B
Patres votis expetebant vt Christus veniens sanaret mundum ægrotum. 221.H.I
Patres familias quid filiis & seruis debeant. 223.E
Patrem demonstrare filio quid. 279.D
Patris & filij sicut vna potestas ita vna voluntas. ibid.I.K
Pater annon iudicet. 280.A.B
Patres veteris testamenti quando ieiunabant. 258.E
Patris & filij non sunt semper similia opera: sed vtriusque par est potestas & authoritas. 277.A
Pater filio testimonium perhibuit. 287.D
Pater quæcunque in se habet in filio demonstrat. 279.F
Pater sicut honoratur in filio, sic & caput in membris & Deus ipse in electis suis. 281.D
Pater filio testimonium perhibet. 285.B
Pater & filius, alius sunt non aliud. ibid.C
Patris, nomen pietatis. ibid.F
Patripassiani hæretici. 459.K
Patriarcha Bẽiamin quomodo lupꝰ rapax. 431.I
Pater quomodo tradat & filius accipiat mysticè intelligendum. 440.A
Patris nomen spei plenum. 359.B
Pater nomen maiestatis & benignitatis. 360.A
Pater in oratione Dominica tres in vna maiestate personas significat. ibid.G
Pater noster cur dicitur esse in cœlis. ibid.D
Pater cur noster. 361.B
Patris communione retunditur nobilium fastus & diuitum. ibid.C
Patres cur panem quotidianum meliorem communi existimarunt. 368.E
Patriæ nomen quàm latè pateat. 493.F
Patriæ quantum debeamus. ibid.G
an omnes Partes & materiæ partium corporis resurgent. 512.H
an licet Patres relinquere. 514.I
Pater quomodo dat electos filio. 540.K

Pater dicitur dare dupliciter. 542.B
Patres qui exposuerunt 6.caput Ioannis de spirituali manducatione non excluserunt realem. 548.B
an à Patre trahamur nolentes. 543.D
Pascua Christi qualia. 546.K.547.A
Patres hæc verba de sacramentali manducatione qui intelligunt. 554.B.C
Patres in deserto figuram tantum sacramentorũ nostrorum assecuti sunt. 555.G
ex certissima verę carnis manducatione olim Patres in hæreses differebant. 565.H
Patratis in terra miraculis voluit Christus se in mari potentem ostendere. 242.E
Patientiæ bonum. 272.G
Patientiæ exempla. ibid.K
Patientia hominem mansuetum & mitem efficit. 307.E
Propter Christum pati iniustè, beatum. 314.I
nullo magis vincitur aut sopitur aduersarij iracundia quam per Patientiam. 344.K
Paulinus ad Augustinum. 114.B
Pauperes euecti sæpe insolescunt ac cæteros dedignantur. 44.K
Paulinus nolanus seipsum pro captiuo viduæ filio barbaris commutauit. 60.I
Paulus Beniamin lupus rapax quomodo habitauit cum agno. 84.E
Paulus ad pedes Gamalielis eruditus. 126.D
Paulus ascendens & descendens. 178.D
Paulus operatus est manibus. 180.F
Paulus quanta seueritate egit in Elimam. 185.K
Paulus samosatenus hæreticus. 283.E
Paulus quo magis à suæ gentis hominibus impetebatur eo magis inualescebat & confundebat Iudæos. 295.E
Paulus etiam à Christo doctus ante prædicationis onus cum coapostolis versatus est. 300.I
Paulus quam calumniam passus. 322.H
Paulus an malè fecerit vocans Galatas insensatos. 329.D
Paulus restitit Elymæ Magο, Alexandro & hermogeni. 345.B
Paulus fagius. 348.E
Pauli monachi ritus orandi. 358.D
Paulinus Nolanus Seuerum admonet ne obtrectatione secularium ac improborum hominum institutum monasticum deserat. 434.G
Paulus Matthæus & peccatrix Euangelica reformati. 442.H.I
Paulus & Barnabas excussérunt puluerem de pedibus & cur. 506.B
Paulus cur ad Cæsarem appellauit. 508 E
Paulus fugit è Damasco. 510.C
Paulus noctu & diu prædicauit. 511.F
Paulo Eremitæ Deus mirabiliter panem subministrati ordinauit. 525.F
Paulini Nolani immensa charitas. 526.G
Paulus quædam exposuit spiritualiter sed sine prę iudicio sensus literalis. 548.B
Pauperes recreandi. 54.G
Paupertas Christi nascentis. 85.I
Pauperes sunt medici locupletum. 140.B
Pauper Lazarus à salutis possessione non remouetur. 180.H
Pauperes Christiani sunt diuites. 240.H
Pauperum spiritualium exempla. ibid.H
Pauperes vectores thesaurorũ in cœlum. 380.H
Pauperies sequitur vino deditum. ibid.K
Pauperes spiritu qui. 305.H
Paupertas voluntaria laudabilis. 306.B
Pauperes spiritu cur vocauit Christus non humiles. ibid.E
Pauperum nomine quãdoque simplices quique ex populo intelliguntur. 427.D
Pax vniuersa. 83.B
Pax in diebus messiæ prænunciata. 84.K
Pax non omnibus hominibus datur. 91.F
Pax temporalis typus pacis spiritualis. ibid.G
Pax aliter plena aliter inchoata. 110.F
Pax vera quæ sit. 312.K
Pax hîc quid significet. 453.B
Peccatum sicut à muliere cœpit ita bona diuinæ benedictionis à muliere inchoantur. 47.G
Peccatrix quæ erat in ciuitate Christi ore commendatur. 73.B
Peccatrices mulieres cur in Christi generatione recensentur. ibid.B
Peccatrices tandem iustificatæ. ibid.B
Peccatum originale non tollebatur circuncisione, tollitur autem baptismate. 94.C.E
Peccata iis necessariò aperiri debent quibus credita est dispensatio mysteriorum Dei. 134.H
Peccati circunstantia. ibid.K
quod Peccatum tollit Christus. 168.G
Peccata omnino tolluntur. 168.K
Peccata tot quomodo regnent cùm Christus ea abstulerit. 169.A
Peccator vt saluus fiat, oderit in se opus suum, & amet opus Dei. 201.H
Peccata nostra coram nobis sint. 202.B
Peccatum euomendum. 214.I
Peccatum nullum est adeò secretum quod non reueletur. ibid.I.K
Peccatori duo necessariò obseruanda. 218.A
Peccata nostra pinguia. 333.G
Peccatum tribus impletur. 334.G
Peccatum triplex. ibid.I
Peccata omnium quomodo Christus portauit. 238.D
Peccatum causa est morborum. 250.H
Peccatores infirmi. 254.K
quos Peccatores venerit Christus vocare. 256.F
Peccator ignotus ecclesiæ donec renatus sit. 272.F.G
Peccata opera sunt seruilia. 275.B
Peccatoribus non solũ supplicia reseruantur sed illi variis modis in hac vita puniuntur. ibid.E
Peccatoribus obduratis nihil prosunt sanctorũ patrocinia. 289.K
Peccatum illorum grauissimum qui contra SSãctum se ingerunt in onera ecclesiæ. 300.G
Peccatori non minima pars est sua scelera non solum non argui, sed quasi bene gesta laudari. 321.I
Peccata venialia non excludunt à regno cœlorum. 324.I
Peccata & eorum pœnæ nomine talentorum

dragmarum ; denariorum quadrantum. 333.E
Peccatum non referendum ad corporis naturã. 336.C
Peccatum ad mortem quod. 351.E
Peccati regnum quomodo deſtruatur. ibid.G
Peccata vocantur debita. 369.G
Peccata ſuperiorum quomodo trabes ſunt & inferiorum feſtucæ. 393.I
Peccatori non publico an deneganda ſunt ſacramenta. 396.D
Peccatum quis ſibi remitti non ſinit. 397.A
bona arbor tãdiu manet in fructibus Peccatorum quandiu ad pœnitentiam non conuertitur. 404.H
Peccata inęqualia. 437.E
Peccatrix Euangelica vbi à Chriſto abſoluta. 442.K
num Peccatrix Euangelica ſit Maria Magdalena ſoror Lazari. 443.I
Peccator in ſcriptura quis. 444.H
Peccatrix domum Phariſæi intrauit non rogata ſed iuſſa. 445.E.F
Peccatoris pœnitentis pia impudentia. 446.B
Peccatrix cur pedes vngit non caput Chriſti. ibid.K
Peccatrix pœnitens contemnit omnia in quibus mulieres vulgò gloriari ſolent. 447.E
Peccatrix cur potiùs capillis quã aliquo linteo pedes Chriſti terſit. ibid.F
Peccator cùm Dominum tangit eum non ſordidat ſed rapit ſubitò ſanctitatem. 449.F
Peccatum dupliciter dicitur remitti. 451.E
Peccatrix abſoluta cur dicatur dilexiſſe multum & non potiùs multoties. 452.A
Peccatorum meminiſſe etiam poſt remiſſionem conducit. ibid.E
Peccatum ad mortem quid. 460.I
Peccatum in SSanctum quomodo irremiſſibile eſſe dicitur. ibid.K
ſex Peccatorum ſpecies in SSanctum. ibid.K
Peccatum in SSanctum irremiſſibile ſecundum ſuam naturam ſed non ſecundum Dei omnipotentiam. 461.B.C
Peccata diſtrahunt mentem à Deo. 477.K
quædam Peccata hîc & alibi punienda. 506.E
Peccatores quomodo reſurgent. 542.C
Pecora cur non illuminentur. 16.F
Pedes ſæpe pro affectibus. 68.F
Pœna duplex Zachariæ inflicta. 34.B
Pœnæ defunctorum releuantur die reſurrectionis. 63.E
Pœna infantum non baptiſatorum. 193.D
Pœna damni & pœna ſenſus quid. ibid.E
Pœna non facit martyrem ſed cauſa. 314.A
Pœnas tolleraturi ſumus etiam pro peccatis leuioribus. 333.H
an non maior Pœna ſupereſt delicto hîc commiſſo. 393.D
Pœna non ſemper remittitur remiſſa culpa. 461.G
Pœnarum quædam genera nobis irrogantur vt à peccato reuocemur. 372.C
Pœna quomodo proportionetur peccato. 393.E
Pœna eorum qui de Dei virtute diffiderunt. 551.B.D
Pœnitentia ianua omnis gratiæ. 131.G
Pœnitentia & Baptiſmus & duæ tabulæ poſt naufragium. ibid.I
ex Pœnitentia incorruptibilitas. 132.B
in Pœnitentia quid faciendum. 133.D
Pœnitentia baptiſmus lachrymarum. 134.F
Pœnitẽtia præcedit, remiſſio ſubſequitur. 166.D
Pœnitenti quid requiritur. 274.F
Pœnitentiam acturi de omnibus peccatis conteri debemus, alioqui nulla erit confeſſio noſtra. ibidem.F
Pœnitentia quę ex fide non procedit eſt inutilis. 137.E
Pœnitentia vera non eſt infructuoſa. ibid.E
Pœnitentia publica pro quo crimine ſolet imponi. 446.B
Pœnitentiam agere eſt ſibi bonam violentiam facere. 432.A
cur Pœnitentiam acturis non prædicauit Ieſus. 437.B
Pœnitentia publica. 445.H
Pœnitentes aduoluuntur ſacerdotum pedibus. 447.D
Pœnitens conuertit ad virtutum numerum, numerum criminum. 448.D
Pœnitens floccifaciet ſannas impiorum & libertinorum. 449.G
Pœnitentia cur difficilis. 452.D
Pœnitentiæ quorumcumque criminum locus in eccleſia non negatur. 460.A
Pœnitentia adultis neceſſaria ante baptiſmum. 516.I
Per amalechitas dæmones ſignificantur. 479.C
Per præpoſitionẽ apud quatuor ſignificari quibus quatuor obiectiones excluduntur. 9.B.C
Per baptiſmum ſoluitur mortis ſtimulus. 145.C
Per bruta animantia peccata hominum Deus ſępe vindicat. 211.B
Perdere animam quid. 515.E
Per Chriſti lauachrum omes efficimur. 270.F
Percipi quidem poteſt quod Deus eſt non tamẽ quid ſit & quale. 11.K
Peregrinationes. 271.C
hîc ſumus Peregrini. 365.B
Perfectio rei duplex. 78.G
ad Dei Perfectionẽ quomodo accedamus. 352.K
Perfectio quotuplex. 353.C
Perfectio meriti multiplex. ibid.
Perfectio operis multiplex. ibid.
Perfectio ſtatus triplex. ibid.
Perfectus cultus cui internus non deficit. 217.D
Per herbam quid intelligi poſſit. 489.B
Pericula pro fide non metuenda. 65.D
Periculoſa dilatio vbi ſalutis negotium agitur. 252.G
Periculoſiſſimum prauos hæreſim occultantes ad eccleſiæ gubernacula promouere. 485.H
Periculi exiſtentium in naui ratio. 530.A
Periurium quid. 340.D
Periuri magis deplorãdi quã gladio occiſi. 342.D
quiſquis Perit propria culpa perit. 542.B
Permulti coniugati audita apoſtolorum prædicatione à coniugibus abſtinuerunt. 179.C

Permulti apud ſuos negliguntur apud exteros eſtimantur. 493.E
Permulti in inſulas deportati exules ſub Decio & Domitiano. 523.D
Permulti damnati propter murmura. 546.A
Pernoctationes ad ſepulchra quę apud nazamonas fiebant. 246.B
Perpetua cuſtodia nobis opus. 485.H
Perſæ ab indigenis vocati magog. 96.H
Perſequente homine Deus fugit. 117.I
Perſecutionem qui patiuntur propter iuſtitiam tribus regnũ conſtituẽtibus deſtituũtur. 314.C
in Perſecutione virgo proſtituta apud Euangeliũ cùm voluntate non peccat virgo ſuſcipitur, in lege quaſi corrupta repudiatur. 442.D
Perſecutio non aufert innocentiam ſed auget coronam. 314.A.B
Perſeuerantia neceſſaria. 66.I
Perſeuerantia quantopere neceſſaria. 272.H
Perſeuerantia neceſſaria. 396.G
Perſeuerantia. 509.H
Per quos fieri debet reformatio. 187.D
Per terram homo deſignatur cui confertur ſuæ cognitionis beneficium. 438.G
Per tyrum hæreticorum nauem ſignati. 529.F
Petitionum 4. primæ pro adipiſcendis bonis 3. poſtremæ pro amouendis malis. 362.H
Petimus ex huius ſeculi naufragio tranſferri in portum ſalutis æternæ. 365.C
Petitio, Inquiſitio, pulſatio, exẽplo manifeſtantur. 396.G
Petrus Galatinus. 5.E
Petra contegi vt Dei poſteriora videantur. 11.I
Petrus quanto ſtupore captus ob capturam piſcium. 48.C
Petrus & apoſtoli viam ſalutis commonſtrarunt. 67.I
Petri Bleſenſis querimonia in diuites delicioſos. 90.C
Petrus piſcator captura piſcium ad Chriſtum attractus. 100.A
Petri vocatio. 173.G
Petrus non bene norat quid eſſet in ſeipſo. 188.I
Petrus apoſtolorum Coryphæus. 228.A
Petrus cur præmittitur Andreæ. ibid.A
Petro & Andreæ datum eſt in cruce mori. ibidem.D
Petri fuit eccleſiam in altum dirigere. 231.A
Petrus volens piſces capere captus eſt. 232.I
Petrus coniugatus. 180.E.236.G
Petrus ægram ſocrum retinens & fouens generos ad idem faciendum prouocat. 237.C
Petrus orauit pro Dorcade. 264.B
Petrus & Paulus apparent Conſtantino. 271.G
Petro cur alij duo adiuncti. 301.G
Petrus Laodicenſis expoſitor Orationis Dominicæ. 359.H
Petrus Chriſti auxilio tentatione ſuperior euaſit. 371.A
D. Petrus ædificauit domũ ſupra petram. 408.E
ſuper Petram cui ſuperædificata eſt eccleſia non inueniuntur ſerpentis veſtigia. ibid.E
Petra quid. 475.D
Petrus quomodo apoſtolorum primus. 502.C
Petrus Damianus. 503.G
Petri ſuper aquas ambulantis corpus quale. 532.K
Petri promptitudo & fides. 533.G.H
Petrus cur cœpit mergi. ibid.K
Petrus vnica reſponſione myſteria Trinitatis, & incarnationis confitetur. 572.G
Petrus fratrum amator pro fratribus reſpondet. 572.E
Phallus cuiuſmodi Deus. 384.A
Phantaſma quid. 533.C
Phanuel ſonat vultum Dei. 115.F
Pharao vertit nomen Ioſeph. 40.K
Pharao qualis in Moſem. 207.I
Pharao ſapienter egit tempore abundãtiæ frumenta recondens. 379.K
Pharao & Nabuchodonoſor ſomniis futura cognoſcunt. 407.A
Pharao alioqui duriſſimus Moſem rogauit vt pro ſe Dominum oraret. 475.H
Pharao natalem diem celebrauit. 518.I
Pharao iuſſit priuari vita piſtorem ſibi inſidiantem. 521.A
Phares ex Zaram extra coniugium nati. 72.G
Phariſæi à quadruplici ſede depoſiti. 54.D
Phariſæi alia voluntate, alia populus ad Ioannis Baptiſma confluebat. 135.G
Phariſæi Ioannis prætextu ſuam autoritatẽ ſtabilire volunt. 163.G
Phariſæi acriores in requirendis aliorum conſcientiis. 165.K
Phariſæi nitebantur capere Ioannem in ſermone. ibid.K
Phariſæi cur neminem præter ſe honorari patiebantur. 166.A
Phariſæorum aliqui cur à Ioanne ſunt Baptizati. ibid.A
Phariſæi ſibi tantum clauem ſcientiæ ac ſummam Innocentiam vendicabant. 189.K
Phariſæi Ioanni inuidebant & clam eius vitæ inſidiabantur. 210.D
Phariſæi inuidi modo ratione, modo factorum euidentia refelluntur. 267.E
altero exemplo confunduntur Phariſæi. 293.A
Phariſæi cur iungunt ſe Herodianis. 296.F
Phariſæi infatuati miſſi foras. 316.H
Phariſæi legem traditionibus oppugnabant. 322.G
Phariſæi de quibus Chriſtum apud plebem traducebant & reddebant ſuſpectum. ibid.G
Phariſæorum & Scribarum error circa iuramentum. 340.D
Phariſæorum & Scribarum error circa vindictam iniuriarum acceptarum. 344.D
Phariſæorum ficta religio quomodo cum ſepulchris dealbatis comparata. 422.I
Phariſæi in Chriſtum ſimiles cani furioſo delapſo in foueam. 435.I
Phariſæus Chriſto prophetæ nomen abrogat. 449.A
Phariſęi non probè ſcripturæ vacabant ſed peruertebant. 456.G
Phariſæi fatebantur SSanctum eſſe negabant tamen eum eſſe in Chriſto. 459.I

Pharisæi scãdalizabãtur verbis Christi. 569.C.E
Phauorinus Philosophus disputauit contra legem talionis. 344.F
Phœnices & Cares vsi tibiis in funebri pompa. 264.G
Philo. 13.C
Philosophi ante Christi aduentum frustra iactabant se habere lucem. 19.C
Philosophi quid appellant medium. 28.B
Philosophi Tertulliano sunt patres hæreticorum. 190.K
Philosophi quidẽ se calumniantibus vltrò obtulerunt vt patientes haberentur. 315.C
Philosophi Ethnici vocarũt quidẽ virtutes cardinales sed cælestem earum virtutem cognoscere non meruerunt. 326.
Philosophorum peruersum dogma. 358.G
Philosophia vera Christiani hominis. 380.C
Philosophos esse patriarchas hæreticorũ quomodo intelligendum. 439.C
Philosophi duo magicis artibus imbuti per Diuum Antonium ad fidem conuersi. 456.B
Philosophi irridentes Paulum vocabant seminiuerbium. 474.E
Philosophi quæsierunt olim bonas margaritas. 491.E
Philipphus Ituræam & Trachonitidem recepit. 28.E
Philippus Macedo filium commisit Aristoteli erudiendum. 97.C
Philippus Macedo cur gaudebat nato Alexandro. 126.A
Philippus quomodo tam prõpto animo Christum sequutus est. 174.I
Philippus sedulò quæsitum Nathanaelem inuenit. 175.G
Philippi commendatio. 207.E
Philippus os lampadis. 301.F
Philippus cur interrogatus. 524.K
Philippus coapostolis obtusior. 525.A
Phinees quo zelo accensus confodit Israelitam cùm madianitide. 187.A
Phinees cur accepit pactum sempiterni sacerdotij. 302.I
Phocion læta omnia ingratis ciuibus precabatur. 352.F
Phocilides præceptum de diligendis inimicis desumpsit ex scriptura. 348.G
Pietas peperit diuitias diuitiæ luxum & hic matrem suffocauit. 212.A
Pietas parentum Christi. 124.K
Piorum gaudium magnum, hypocritarum verò momentaneum. 89.A
Pio cuiq; propter Deũ tria sunt tollerãda. 314.D
Piis labor contra vitia iocundissima est voluptas. 259.D
Piorum patientia & impiorum peruersitas sedignum præmium sortientur. 511.A
Pilatus quandiu Iudæam rexit. 130.B
Pinnaculum quid. 157.G
Pior monachus cur parentes aspectu dedignabatur. 125.H
Piscatores apostoli, venatores qui sequentibus annis ecclesiarum doctores fuerunt. 232.H
Piscina hierosolymis. i. Bapt. in ecclesia. 270.G
duo Pisces quid. 527.G
Piscina { probatica. natatoria. pecuina. } 269.K
captura Piscium aucta fides Petri. 232.C
Piscibus Christus vsus sepe, & sine condimento. 525.H
Placere & non placere hominibus. 354.C
Platonici mirantur Euangelium D. Ioannis. 4.F
Plato Hebræorum scripturis incubuit. 13.D
Platonici ex quibus ea hauserunt in quibus excelluerunt. ibid.I
Platonis opinio de mundi constitutione quæ fuerit. 15.E
Plato maximè omnium à diuina prouidentia rerum causas assignauit. ibid.G
Platonicorum de condita anima opinio. 19.I
Plato iustitiæ nomine omnes virtutes morales complectitur. 184.F
Plato eximius philosophorum. 335.G
Platonis opinio. 518.B
Planctus duplex pro mortuis. 422.G
Planctus propriè quid significet. 433.F
Plautus comicus seruiuit. 415.I
Plebs non potest hic domino euadere perfecta, sed parari vt tandem perfecta euadat. 33.F
Plebis est admirari diuina secreta non scrutari. 34.F
Plebs melior pharisæis & Scribis. 527.E
Plinij de Christian. integritate testimoniũ. 508.C
Plotinum non latuit Christum esse lumen de lumine. 16.D
Plotinus Platonis discipulus. 13.E.F
Plures possunt vnius esse typus. 119.K
Plures paralytici in Euangelio. 249.H
Plutus Deus diuitiarum. 382.F
Plutus cæcus. 383.G
Pluuia Dei est sermo sãctæ prædicationis. 140.B
Pluuia doctrina & quomodo. 409.C
Pluuiæ & ventorum propria. ibid.D
Pneumatomachi contendebant SSanctum esse creaturam. 14.I
Politici Athei sub speciem religionis pietati insidiantur. 102.F
Politici versipelles & vulpes. 207.K
in Politicos Atheos qui publica consilia à Deo & religione seiungunt. 459.D
Polygamia mirabilis. 214.K
Polypodi cur similes assentatores. 464.C
Pontifices quando cœperunt esse annui. 30.E
Pontifices sibi viam obstruebant quam aliis aperiebant. 102.A
Pontifices ex monasteriis quot exierunt. 152.F
Põtifici summo licet in multis dispẽsare. 292.G
Pontifex cur deferebat rationale in pectore cum inscriptione. 494.B
Populi est expectare non prælatorum. 34.E
Populus ex quibus cognouit visionem visam à Zacharia. ibid.H
Populi duo per Phares & Zaram designati. 73.A
Populus Samariæ gustarat legitima Dei. 211.C
Populus diaboli cur arenæ similis. 409.C
Populi & Publicani Pharisæos & Scribas condemnant. 433.B
Populi duplex miseria. 500.G

an Iudæorum grex Porcorum fuerit cum illi abstineant à suilla. 247.H
Porta gregis hierosolymis. 269.K
Porci quatuor proprietates pessimæ. 395.K
Porci monstruositas quæ. ibid.K
Porphirius hostis veritatis etiam imprudens veritati patrocinatur. 23.K 24.A
Porphirius aduersus dogma Christianum calamum strinxit. ibid.K
Porphirius hæreticus temerè Matthæi conuersionem insectatus est. 253.A
Porphirij in Euangelistas insectatio. 483.K
Porrigere osculum pacis solis labiis non corde ridiculum. 330.F
Populus Israël priusquam legem acciperet indicta obseruatione castitatis, & aquæ aspersione lustratus est. 359.A
Porta ad vitam quæ. 398.G
ad Portam gratiæ non intratur nisi per portam virtutis. ibid.H
Porta est virtus, apertura charitas, introductio perseuerantia. ibid.I
Porta ad vitam cur arcta. ibid.I
Porta dicitur angusta propter tria. 398.I
Portæ Hierusalem. 299.K
Post quartum mensem certa quædam iudicia grauidas mulieres ostendunt. 44.A
Possunt boni & mali esse pauperes. 306.D
Post diuortium aut libellum repudij quæ superinducitur non vxor sed pellex est. 334.C
Postrema Christi mysteria. 72.E
Postridie ad quem diem refertur. 174.G
Potior timor soli Deo debetur. 162.C
Potus aquæ sapientię & cibus operationis bonæ. 218.C
eadem Potentia patris & filij. 278.H
Potentia & patientia Christi ostẽduntur. 499.A
Potestas tentatoris admonet nos de quatuor. 371.D
Potus Ioannis mera aqua. 134.C
Potestas aduersum nos dupliciter datur. 370.I
Preces nocturnæ. 116.B
Preces publicæ in loco selecto fieri debẽt. 217.B
Preces priuatæ vbiuis locorum exauditæ. ibid.B
Drusianam Prece Ioann. suscitauit. 264.B
Præ cœlorum regno omnia contemnenda. 365.B
Præcipitur omnibus renuntiare retibus mundi huius. 229.C
Præcipua occasio legationis Ioannis ad Christũ. 426.B
Præclarum cum Christo persecutione presso fugam inire. 123.D
Præcipui Iudæorum etsi rectè instituerentur à Mose & cæteris scripturis noluerunt tamen credere. 256.K
Præcepta Dei nobis aduersantur. 331.K
Præcipuæ vrbes Galilææ mari Tyberiadis adiacent. 249.D
Preces pro defunctis non sunt vanæ. 264.A
Præceptum Dei facere, & voluntatem patris implere quid. 366.E
Præcipere hœdum occidi quid. 335.E
M. Aurelij Caracallæ Præceptum. 382.H
Præcepta legis à natura non discrepant. 398.C
omnia Præcepta secundæ tebulæ pendent à præceptis primæ. 514.I
Præconia nominis Iesu. 95.F
Prædestinatio. 177.B
Prædestinationem diuinam nulla præceduot merita. 439.E
Prædestinatio Dei etsi apud nos incerta, est tamen apud Deum incommutabilis. 541.F
Prædestinatio, nec prima hominis iustificatio hominis arbitrium liberum tollunt. 544.D
Prædicationis Ioannis status. 32.F
Prædicatio Ioannis non confirmata miraculis sed merito & vitæ sanctitate. 172.C
Prædicatio Ioannis quantum horrorem incutiat. 138.G
Prædicatorum munus. 173.K
Prædicatores angeli. 178.F
Prædicatio Euangelij gladius vtráque parte acutus, securis appellatur. 139.D
Prædicatores aulici non sint adulatores. 208.G
Prædicare maius quàm baptizare. 210.I
Prædicare qui volet magnum habeat testimonium. 224.I
Prædicare quid. ibid.K
Prædicatoris & piscatoris similitudo. 228.F
Prædicaturus oret vt auditores aliquid fructus consequantur. 238.I
Prædicatores quomodo luci comparati. 317.D
Prædicator confertur tibicini. 433.H.I
Prædicatio Christi apud scribas & Pharisæos qualis. 434.B
Prædicator cur debeat etiam seminare inter spinas, super petram & secus viam non autem agricola. 475.G.H
Prędicatio Euangelica crescit in arborem. 482.F
Prædicatorum quæ serpentina prudẽtia. 507.A
cur non expediat homini scire se esse de numero Prædestinatorum. 541.B
Prædictiones comminationes sunt. 438.B
Prædictio gloriæ Christi in baptismo. 148.B
Præfectus quidam à duobus Hebræis illusus. 161.I
Prælati maioribus intendere debent & minora aliis tractanda relinquere. 210.F
Præfertur potestas Christi potestati scribarũ in docendo. 233.H
Prælati longè distant ab Apostolis qui reditibus ecclesiæ ocioſi impinguantur. 291.G
Præferri debet quod præcellit. 294.A
Prælati quando domum Dei faciunt domum negotiationis. 186.C
Prælati sæpiùs maledicentia impetuntur. 434.E
Prælati quomodo quæ religionis sunt curare debeant. 249.G
Prędatorum officium. 493.H
Prælatorum est docere. 494.A
aliud qui nomen habet Prælati, & aliud verus prælatus. 501.C
Prælatis & concionatoribus necessaria debẽtur. 504.B
Prælatorum munus est pauperibus prouidere. 526.G
Præparamur ad Christum per pœnitentiam. 131.I
Præparatio Euãgelij à pœnitentia, consummatio à remissione peccatorum. 132.C

Præparatio ante baptiſma. 145.E
Præſcientia nõ eſt cauſa excæcationis etſi quodammodo cauſa illuminationis. 439.G
Præſentia non eſt cauſa præſcitorum. 478.F
Præſcientia non imponit neceſſitatem. 571.K
Præſentia Iacob multiplicauit greges Laban. 46.I
Præſens ſtatus dicitur pueritia, futurus autem virilis ætas. 430.E
Præſepe Chriſti honorandum. 92.E
Præſides & conſiliarij ne quid præter ſtipendia exigant. 141.E
Præſidium Romanorum cur in Iudæa. 415.C.D
Præſumptio longè differt à charitate. 65.K
Præuidens Chriſtus voluntatem ſuorum eos vocat. 228.C
aliud quid tenere manibus aliud futurum in ſpiritu Præuidere. 429.E
Priſcillianiſtarum fœtidus error. 99.D
Priamus Rex Aſiæ filium & filiam dimicantes habuit. 97.C
Prima cura gentium omnia fortunæ adſcribentium quæ. 388.F
Prima cauſa illuminationis. 439.E
Primæ natiuitatis vitio qui ſunt carnales, fiunt ſecundæ natiuitatis beneficio ſpirituales. 191.I
Primogeniti multi impij & peccatores. 43.H
Primogenitus etiam dicitur de eo cui nullus ſecundus eſt. 85.F
Primogenitus Chriſtus quomodo. ibid.H
Primogenita cur Deo ſacrarentur. 106.B.C
Primogenitos cur redimi oportebat. ibid.I
Primum omnium miraculorum quorſum factũ. 184.B
Primus & poſtremus dies feſtiuitatum cæteris ſolemniores. 291.C
Primogenita Ægypti occiſa ob duritiem Pharaonis. 421.E
Primum ſignorum Chriſti factum in nuptiis. 178.K
Primum venit Chriſtus vt ſaluet pios dein per accidens vt iudicet impios. 200.G
Primum donum quod confertur homini ad lumen cognitio ſui eſt. 445.C
Primùm ea quæ ſunt iuſtitiæ demum quæ ſunt miſericordiæ fieri debent. 502.H
Principij multiplex acceptio. 7.E
Principij nomẽ de patre poteſt intelligi. ibid.G
Principium tempore nullum in verbo. 8.F
Principes & Aulici incantatoribus confidentes quàm grauiter peccent. 96.I.K
Principes ſacerdotum Pontifices. 101.F
Principes veri innatam habẽt manſuetudinem. 117.A.B
nullum diuinitatis Principium, nullus annorũ ſucceſſus. 125.D
Principes cauere debẽt ab oppreſſione populi. 140.G
Principibus tributa iure penduntur. ibid.
Principibus & populo quæ ſua ſunt reddenda. 141.D
Princeps huius mundi per excellẽtiam vocatur tentator, diabolus, Sathan. 155.K
Principes & reges montes & colles nominati. 165.I
Principes & præſules atroces in vindicandis iniuriis ſibi illatis. 185.I
Principium mundi aqua, liberatio Iſraëlis à Pharaone per mare facta, & liberatio mundi à peccatis per lauacrum aquæ in verbo Dei. 192.D
Principibus liberè ſed cum reuerentia loquendum. 208.H
Principes armorum ſpiritualium violentia cõcutiuntur. 209.D
Principes, Reges, nec omnes homines poſſunt condignam veris prædicatoribus reddere mercedem. 219.G
Principium originis pater. 287.C
Princeps Sor diabolus. 485.E
Principum munus. 531.I
Prioris loci cupiditas, & prælatio hæreſes peperit & gentilium impietatem confirmauit. 280.A
Prior lex in monte data. 299.D
Priuatæ preces loco non alligantur. 217.B
Priuata ieiunia bona ſed publicis non æquanda. 376.D.E
Probantur dolores virginis ex patrum teſtimoniis. 114.D
Probatica piſcina typus baptiſmi & pœnitentiæ. 269.E.F
Probatio remiſſionis peccatorum. 134.G
Probati ſunt Chriſti diſcipuli. 227.I
Probata hæmorrhoiſſæ fides. 261.G
Probatio ſanctitatis non eſt miracula facere. 407.B
Probatio virtutis SS. reliquiarum. 534.F
Probatio noſtræ cum Deo vnionis corporalis. 562.D
Probianus Gentilis quomodo podagra curatus. 271.C
Procellæ tempeſtates eccleſiarum. 530.B
Proceſſionis typus. 104.D
Prodigioſa quorundam natiuitas. 59.C
Prodigioſa Eſau & Iacob natiuitas. ibid.D
Prodigij & ſigni differentia. 222.B
Profunditas Chriſtianarũ ſcripturarum. 476.H
Progenies viperarum erumpunt eroſo matris vtero. 135.I 136.A
Progenies tota cùm parente tollitur infructuoſa arbor à radice abſcinditur. 139.G
Prohibetur auaritia, vt commendetur eleemoſyna. 379.E
Prohibetur curioſitas victus & veſtitus. 386.E
Pro nobis dormit qui pro nobis moritur. 243.C
Prophanatio templorum temeraria. 30.K
Prophani poëtæ ſana ſunt locuti. 404.H
Promiſſiones Dauidi factæ de filio intelliguntur de Chriſto. 41.H
Promiſſio valde magnifica eccleſiæ facta. 63.B
Promiſſionẽ abrahamo factam Deus filio Iſaac confirmat & poſtmodum Iacob renouat. 71.A
Promiſſiones Dei non priùs implentur quàm fides eius cui factę ſunt priùs exerceatur. 109.I
Prompto animo feſtis diebus in eccleſiam conueniendum. 125.A
Promiſſio Chriſti. 232.FG
Promiſſa non ſemper ſoluenda. 341.A

Promissio facta Abrahæ non debuit intelligi spiritualiter. 550.B
Promptior animus Gentium ad credendum quàm Iudæorum. 518.G
Prophetæ verbum cognouerunt. 20.I
Prophetiæ & figuræ D.virginis. 42.I
Prophetia clausa sacerdote muto. 58.G.H
Prophetare opus Dei. 59.E
Prophetia de Christo in nulla mundi ætate defuit. 61.K
Prophetica reuelatio propriè fit in somnis. 80.F
Prophetis quandoque palã fiunt cordis occulta. 142.E
Prophetæ quomodo de Christo scripserunt. 175.K
Prophetæ paupertatem volũtariam secuti sunt. 240.G
Prophetæ non habebant virtutem de se egredientem. 263.A
Prophetæ & alij sancti non habebant virtutem ex se egredientem. 304.C
Propheta iussus redire ieiunus, præuaricatus mandatum à Leone interfectus est. 374.F
an non etiam post Ioannem prophetæ fuerunt. 432.E
Prophetæ an à Ioanne superfuerint. 401.C
Prophetia quid. ibid.C
Prophetia latiùs sumpta. ibid.D
falsus Propheta dupliciter dicitur. ibid.E
Propheta Domini à pseudopropheta deceptus in bethel. 402.G
Prophetæ, sancti patres, & sacerdotes quomodo mediatores. 416.G
Prophetæ prænunciarunt de morte iusti. 425.G
Prophetarum officium. 429.H
Prophetæ illi appellãtur quorũ nomina quibusdã psalmis & canticis præscribuntur. 483.K
Prophetæ cur vsque ad Ioannem dicuntur prophetasse. 432.D
Propheta ad duo mittitur. ibid. F
Prophetæ quando cantauerunt. 433.K
Prophetæ fleuerunt dura Iudæorum corda mulcere volentes. 434.A
Prophetæ multi sub rege Achab in speluncis ab abdia pane & aqua refocillati sunt. 443.D
Prophetia ad corrigẽdos mores nunquam deficiet. ibid.F
Prophetarum est ex diuina reuelatione intueri secreta. 449.A
Prophetarum fuit ad pœnitentiam inducere. ibid.B
Propheta idololatrantem Hieroboam ad verũ Dei cultum reuocat. ibid.F
Propheta non scit quantum vult, sed quantum concedit qui donat Prophetiam. ibid.D
Prophetia non est humani arbitrij sed muneris diuini. ibid.D
manifesta Prophetia de Christo. 494.I
Propheta proprio filio & eius saluti debuit præferri. 497.D
Prophetę verbi domini panẽ porrexerũt. 547.A
Prophetæ quem concupiuerunt videre corporaliter viderunt spiritualiter. 556.A
Propter quid significet. 565.B
Propria & expressa peccatorum cõfessio. 134.I
hæc Propositio qui mãducat est vniuersalis. 552.F
Prosper contra auaritiam. 385.F
Protagoræ abderitis libri cur combusti. 185.K
Protagoræ libri cur combusti. 238.C
Prothæo Sophistæ qui comparentur. 464.B
Protogenes & Eulogi° in exiliũ deportati. 523.D
Prouentus & reditus ecclesiæ vt diuidi debeant. 379.I
Prouidentia Dei etiam erga dormientes. 80.H
Prouidentiæ diuinæ argumentum. 386.G
Prouidentia diuina factum vt Ioannes nullum miraculum ederet. 426.K
Prouidentia Dei non solum circa vniuersa sed circa singula. 512.D
Prouidentia pattis familias. 535.A
Prudentia iustorum quæ. 33.E
Prudentia magna cauere à ventura ira. 33.F
Prudenter & maturè agendum. 307.D
Prudentia discipulorum sal philosophorũ reddidit ita infatuatum vt ipsi se insulsos & stupidos fuisse faterentur. 316.B
Pruritus concupiscentiæ qui est in coniugatis excusatur per sacramentum. 104.I
Publicani qui. 140.E
Publicani cur omnibus exosi. ibid.F
Publicani contemporanei Ioannis, meliores modernis. ibid.G
Publicani pharisæis dociliores. ibid.H
Publicani potius cædere debent quàm exigere id quod non est constitutum, alioqui apud Deum rei erunt concussionis. 141.B
Publicani cur exosi. 252.C
Publicani qui vocantur. 253.D
Publicani quales venerint ad Iesum. 256.E
Publicum ieiunium habet à Deo mercedẽ modo non sit hypocrisi obscuratum. 376.E
Pudendi principes illiterati qui literatos contemnunt. 97.C
Pudendũ nole discere quæ sunt ad salutẽ. 189.H
in Pudendis tegendis quanta sollicitudo. 387.G
Pudor in coitu senum etiam cõiugatorum. 35.C
Pudoris & fidei est agnoscere infirmitatem, non desperare veniam. 261.H
Pudor non debet cõfessionẽ peccati prohibere. 411.I
Puella à dæmonio obsessa tandem ope Machariorum liberata conuersa est. 246.F
Puellæ dona non accipiant nisi præsentibus parentibus aut tutoribus. 214.D
Puella à dæmone possessa quomodo liberata. 457.K
Pueri Dei cultui consecrandi. 106.C
Pueri Helisæum irridẽtes ab vrsis lacerati. 421.F
Puer deferens panes quis. 527.G
Pueritia principis non tam ad ætatem quàm ad sensum referenda. 528.C
Puerorum conuiuia nugæ. 557.A
Pueri & infideles quomodo dicuntur resurrecturi cùm corpus Christi nõ acceperint. 558.F
Pueri in insulis Balearibus quomodo panem appetebant. 560.A
Pugiles olim luctaturi cur vngebantur. 151.K
Pulchra chirurgi & pœnitentiarij comparatio. 134.K.A

Pulchritudo Christi & gratia mirabilis. 229.K
Puluis è sepulchro Hieremiæ medicus. 262.D
Puluueris & cinerum ratio. 377.K
Purgationis Marię dies quomodo dicãtur. 105.E
Purgatorij ratio. 324.K
Purgatorij probatio. 333.C
Purificationis celebritas. 104.C
Puritas Ezechiæ corã Deo. 66.H
Puritas quanta ad Eucharistiam requiritur. 292.I
Putei & fontes cur commendentur. 213.G.H
Psalmi cur in partitione scripturarum à Christo sunt omissi cùm sint pars earum nõ postrema. 323.G
Psalmi ab hæreticis decantati. 406.D
Pseudoapostoli, adulteri Euãgelizatores. 401.H
Pseudoprophetæ non vocati sese obtrudunt vt lupi. 36.F
Pseudoprophetæ Regi Achab imposuerũt. 96.K
Pseudoprophetæ aquis putridis cõparati. 235.K
Pseudoprophetæ, & pseudoapostoli quando apparere cœperunt. 485.C
Pseudoprophetæ bene accepti ĩ patria. 496.F.G
Pygmalionis fabula. 556.H
Pythagoricæ literæ significatio. 399.E.F

Q.

QVa mundi ætate venit Christus. 83.F
Qua fortitudine opus ad obtinendum quæ oratione flagitamus. 397.B
Qua morte non morientur manducantes Christum. 546.C
Qua ratione olim Christiani crudelem Iuliani Apostatæ animum superarunt. 350.F
Qua specie videatur Deus. 312.B
Quadragenarius numerus in multis commendatus. 153.I
Quadragenarius numerus semper est afflictionis & pœnæ. 155.A
typi Quadragesimæ. ibid.A
Quadragenarius numerus tribulationem pœnitentiæ ostendit. ibid.B
Quadrantis figura quid sibi velit & quid quadrans. 333.B
Qualis baptismus Ioannis. 131.D
Quadragesimale ieiunium quomodo in montano reprobatum. ibid.G
Qualis & quis propheta Ioannes non est. 164.K
Qualis erat Ioannis baptismus. 166.B
Qualis Christi virtus. 190.F
Quales Moyses monetur eligere. 229.E
Quales reputandi qui ex destinato proximis nocent. 351.H
Qualem se quisque præstat erga alios, tales illos erga se experitur. 393.B
Qualem orationem approbat Dominus. 416.H
Quales nos esse deceat in patriam ingratam. 493.G
Qualis nauis Ecclesiæ Christi. 529.G
Quàm dispersa superborum consilia. 53.H
Quàm magnum æs redditum Romæ. 85.B
Quàm multa Christus matri debeat. 181.K
Quàm propensi esse debeamus ergo pauperes acceptis Dei beneficiis. 237.K
Quàm graue crimen sit immisericordia. 347.E
Quàm bene conueniat hæreticis cum zizaniis. 486.A.B
Quandiu in prothoparentibus mansit temperata parcitas, mansit & impolluta virginitas. 153.D
Quãdiu synagoga viguit laborauit ecclesia. 261.I
Quando cõtigit Christum duci in desertũ. 151.H
Quando Iudæi miserunt ad Ioannem. 163.B
Quando discipuli cœperunt verè credere in Iesum. 184.C.D
Quando Christus prædicare cœperit. 225.B
Quando piorũ vota & orationes iuuant. 250.C
Quando licet ministro habere pecunias. 504.C
Quando licet Monachis solitariis egredi & cõcionari. 532.G
Quare Christus de abiicienda sollicitudine domus nihil dixit. 387.E
Quare Nathan dictus sacerdos. 150.I
Quanta reuerentia diuina legatio sit audienda. 33.K
Quantis suppliciis digni qui corpus Christi ignominia affecerunt. 186.A
Quanta filij Dei charitas. 199.A
Quantæ virtutis sint preces & orationes sanctorum. 237.D
Quanta vis orationis Abrahæ. 250.A
Quantum interfit inter æmulos legis & gratiæ. 253.I
Quantæ virtutis Eucharistia. 262.F
Quanta pro leuibus patimur. 315.B
Quantò quis impinguatur magis, tanto grauiorem animæ constituit carcerem. 321.D
Quãto tẽpore claudamur in carcere donec persoluamus debitum nemo potest pronunciare. 333.H
Quantopere differunt quæ Iudæis & nobis sunt promissa. 359.B
Quanto cum timore & amore Deum patrem inuocare debemus. ibid.I
Quantum inter trabem & festucam, tantum interest inter iram & odium. 393.G
Quanta fuerit patrũ lætitia audientium ex Ioanne aduentum & facta Christi. 427.K
Quanto infirmius vasculum quod reportat ex hoste triumphum, tanto maiori opprobrio diabolus traditur. 469.K
Quanta mala obueniant iustis eiectis aut defunctis. 485.H
Quanti faciamus vitã hanc transitoriam. 566.E
Quanti æstimãdus cibus à morte præseruãs. ib.F
Quanta olim figuris reuerentia. 568.H
Quasi nõ simpliciter similitudinẽ ĩportat. 27.A
Quatenus licet petere signa. 465.A
Quatenus differunt miracula Dei ab iis quæ dęmoniorum sunt. 496.D
Quatuor Christo attributa in cantico Simeonis in quibus cõsistit perfecta ei⁹ cõmendatio. III.F
Quatuor vitæ gradus. 281.F
Quatuor virgines filiæ Philippi prophetabant. 432.F
Quatuor vitiis oppositis cætera vitia intelliguntur. 319.I
Quatuor ordines sacrorum voluminum veteris testamenti. 323.G

Quatuor de causis mali propter bonos eradicãdi non sunt. 487.C
Quæ sedes Dauid. 41.F
Quæ culpantur in bello. 141.I
Quæ cogitanda in Christi incarnatione. 25.H
cur Quædam in scripturis obscura. 127.G
Quædam insula domicilium dæmonum. 246.F
Quædam dæmonum genera corpus ab esurie vendicant. 434.D
Quæ de Christi conceptu credenda. 45.D
Quæ viæ Domini. 67.D
Quærere quomodo sæpiùs infidelium est. 191.C
Quæ fuerit hæc stella. 98.I
Quæ fuerit hæc columba. 147.C
Quæ Christus ante sine sacramentis operabatur nunc illorum ministerio & clauium vsu perficit. 452.F
Quæ Christi voluntas submittatur voluntati patris. 541.H
Quæ cõsideranda in lege purificationis. 104.H
Quæ sunt in ecclesiæ vetustate obseruãda. 163.I
Quædam coniuncta sunt secũdum tactum quæ tamen separari possunt secundum intellectũ. 436.B
Quædam historiæ ab Euangelistis omissæ velut per recapitulationem texuntur. 242.D
Quænam signa Iesu visa sunt. 188.F
Quæ sunt ambæ nauiculæ. 231.K
Quæ nox diabolo commoda. 485.K
Quæ hîc Christi patria. 493.F
Quæ mala sequantur ex filiis datis aliis nutricibus. 471.F
Quem panẽ à Christo Iudæi petebant. 539.K
Quæ mulieres sorores ab ipsis apostolis circunducebantur. 237.A
Quæ sola fide apprehenduntur, non gustantur, aut tanguntur. 557.E
Quæ tria fata. 483.B
Quæ natura duce aggredimur vt plurimùm rectè succedunt. 239.F
Quę possessio quę terra mitib⁹ promissa. 307.G.H
Quæ putantur minima in lege sacramentis spiritualibus plena sunt & omnia recapitulantur in Euangelio. 324.E
Quæ rara sunt & insolita in admirationem nos eleuant. 59.A
Quæ reconciliatio & quomodo facienda. 330.C
Quæ timonia iustorum apud Deum. 486.F.G
Quæ requiruntur ad Baptisma. 146.C
Quæ visio quæ actio. 278.D
Quæ vnguenti species licitæ Christianis, Aristippi dicterium in delicatulos. 376.K
Quæ requiruntur ad pœnitentiam. 445.E
Quærenti Christum & inuenire volenti tria sunt necessaria quæ. 92.B
Quæstiones difficiles ad cõcilia referẽdæ. 101.E
Quæstio de paruulis non baptizatis an excludantur à regno. 192.H
Quæstio de templo olim ventilata. 215.E
Quæstio cum responsione ad illam. 310.D
Quæstiones variæ super libello repudij. 337.C
Quæstiones pernicioſæ. 361.H
Quæstio cum responsione. 366.C.D
Quæstio incredulitatis. 550.E
Quæ Zachariam impellebant ad fidem. 34.C
Quibus defunctis spes relicta est. 63.I
Quibus mors sit accepta. 110.B
Quibus Deus apparuit in specie ignis. 143.A
Quibus consiliis Sathan homines corrumpat. 158.B
Quibus aliquid debeamus. 175.D
Quibus argumentis adductus est Nicodemus ad fidem. 190.E
Quibus licet recondere. 379.H
Quibus meditationibus impellamur ad beneuolentiam in seruos. 415.K
Quibus inducitur pœnitentia publica. 445.K
Quibus impeditur seminis fructificatio. 475.A
Quibus modis verbũ acceptũ suffocatur. 480.G
Quibus contemptibiles sunt Margaritæ. 491.E
Quibus diebus ad ecclesias conuenire debemus fundendarum precum gratia. 493.I
Quid apud Iudæos prophetias pollicebatur. 1.G
Quid significet apud Deum. 8.I
Quid significat cum legitur dixit Deus, fiat. 12.G
Quid faciendum dum diuina fiunt. 30.I
Quid per Israël. 55.E
Quidam sua nomina filiis imposuerunt. 57.A
Quid ex Iosepho docemur. 81.F
Quidam malunt Christum perdere quàm temporalia. 101.C
Quid verè regem faciat. ibid.H
Quid causæ est cur Christus non pauerit omnes Israëlitas cùm vocetur eorũ pastor. ibid.I
Quid in auro, thure, & Myrrha significetur. 103.D
Quicquid boni Iudæis obtigit, propter Christũ obtigit. 111.G
Quidam adhuc non credunt vitam futurã. 113.D
Quid Herodes quid Ægyptus significent. 123.E
Quid per viperas Ioannes intelligat. 135.I
Quid quod Noe post 40. dies arcæ fenestram aperuit. 155.B
Quod Christus sit factus ante Ioannem simili explicatur. 169.D
Quid maneat vendentes & ementes. 186.D
Quid mundi nomine. 200.E
Quidam Christum sequuntur ob lucrum. 239.K
Quædam sunt ad quæ conari non possumus sine blasphemia. 240.B
Quid olim factum ad iuuentutem formandam. ibid.F
Quid aratrum ager manus aspectus. 241.I
Quidam à se abigunt Christum propter damnũ temporale. 248.D
Quid vetustas & nouitas. 259.C
Quidam sanati attactu emunctoriorũ & sudariorum quæ paulum attigerant. 262.B
Quid possint dæmones in corporibus obsessis. 267.C
Quid significet, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. 277.G
Quid est venire in suo nomine. 288.K
Quid operari iustitiam. 309.K
Quid faciendũ nõ ægrè feramus contẽptũ. 315.A
Quid sal terræ. ibid.G
Quid soluere. 322.G
Quid faciendum contra suggestiones. 335.I
Quid sit reum esse iudicio. 326.K

Quid considerare debeat qui peccata sibi à Deo remitti postulat. 369.K
Quid lex & eius diuisio. ibid.I
Quid requirendum vt præualeamus. 372.D
Quid commodi adferat ieiunandi exercitium. 374.H
Quid agendum si nos eiusdem criminis reos viderimus. 394.E
Quid erat necesse leprosum à Christo tangi cum Helisæus curauerit Naaman non visum. 412.I
Quid opus erat contactu carnis Christi cum solum verbum sufficeret excitando mortuo. 423.A
Quidam sapientes ne secretum proderent linguam dentibus sibi amputarunt. 448.E
Quid Deus donet peccatori. 450.A
Quid nostrum quid Dei. 452.H
Quid per lucernam intelligatur. 467.I
Quid laudis ex eo quod Christus suxit vbera matris. 471.D
Quid in tentatione faciendum. 480.E
Quid efficiat cor bonum, & optimum. 481.B
Quid emere Christum & doctrinam Euangelicam. 491.G
Quid ex defectu pastorum. 500.I
Quid duæ tunicæ. 504.D
Quid mysterij portendat populi discubitus super fœnum. 526.B
Quid quod Christus panes de manu pueri accepit. 527.G
Quid quinque panes. ibid.G
Quid faciendum in persecutione ecclesiæ. 530.K
Quid nobis quod nostrum est facientibus præstet Deus. 531.K
Quid Christus & Moses promittebant. 539.A
Quid intrinsecum in Deo. 541.D
Quid est audire à patre. 545.D
Quid Israëlitas liberauit ab Ægyptiis, morte in primogenita Ægypti sæuiente. 557.D
Quid significet dictio propter. 565.B
Quid è cœlo descendere. 566.G
Quid ascendere. 569.I
Qui autores veri Euangelij. 1.B
Quibus dictum Dominus tecum. 38.I
Qui se indignum iudicat dignus efficitur. 50.F
Qui fit vt nonnulli eludant baptismi necessitatem. 93.G
Qui soli orant turturem offerunt. 107.F
Qui gregatim fundunt preces, ad altare columbas deportant. ibid.F
Qui tyrannis tyrannidem suadent eam tandem in se experiuntur. 122.G.H
Qui subest sæpe melior eo qui præest cui tamen est obediendum. 128.A.B
Qui faciunt fructus dignos pœnitentiæ. 137.D
Qui crediderunt viso mortis Christi spectaculo & petrarum scissione cùm antea essent obdurati, coaptati sunt inter filios Abrahæ. 138.F
Qui annum vigesimum attigit quadragesimam ieiunare obligatur. 153.F
Qui se deorsum mittunt. 158.G
Qui sunt dæmonicolæ non diteſcunt. 161.H
Qui sunt quibus clamatur. 165.D
Qui relicto Ioanne se Christo cõmiserunt transierunt ab vmbra ad solem. 172.
Qui vendunt columbas. 186.C.D
Qui in cœlum ascendere desiderat fidei & dilectionis virtutibus se Christo coniungat. 196.E
Qui à teneris annis in fide institutus postmodũ relabitur grauiori pœnæ est obnoxius. 200.C
Qui non credit quomodo iam iudicatus est. 201.B
Qui baptizantur susceptoribus opus habent. 274.C
Qui admonitus diligit peccata sua, odit lucem. 202.A
Qui bene viuit se solum saluat qui nomen bonum obtinet alios ædificat. 224.K
Qui sunt lunatici. 227.B
Qui prædicando Dei verbo incumbunt non auocentur sollicitudine rerum terrenarum. 241.F
Qui fit vt sancti aliquando non exaudiãtur cùm dæmones exaudiantur. 247.K
Qui propter Deum carni & sanguini vale dicũt inebriantur dulcedine vini noui. 259.D
Qui Deo appropinquat inueniet gratiã. 260.D
Quinam dies festus hic fuerit quo descendebat Angelus de cœlo. 269.G
Qui credit in filiũ ipse facere poterit signa quæ Christus fecit, aut maiora, sed non quomodo Christus fecit. 279.F
Qui membra honorat, Christum qui caput est honorificat. 281.D
Qui patri vult credere verbũ filij audiat. 282.D
Qui fit vt Turcæ, & Iudæi in Christum impingant. 288.I
Qui omissis operibus sæculi spiritualibus vacat hic festum agit sabbatorum. 296.B
Qui vocati quarto ordine. 302.H
Qui Iacobus Zebedæi, & Iacobus alphæi. 301.D
Qui diuites non excludantur à beatitudine. 306.H
Qui per fidem apprehendunt bona nobis reposita lugent expectantes bona promissa. 308.F
Qui misericordiam operantur non solum hîc misericordiam colligunt sed in futuro sæculo. 311.B
Qui mundo corde. ibid.D
Qui præsentibus non admodum hæret, absentibus non discruciatur. 320.F
Qui legem præcesserunt mitiorem pœnam dederunt his qui peccauerunt in lege. 326.D
Qui dimisit vxorem etiam fornicationis causa non potest aliam ducere neque derelicta alteri nubere. 338.H
Qui alterum prouocat ad iurandum falsum duplicis damni author est. 341.K
Qui suum repetit nulli iniuriam facit. 346.H
Qui aufert quæ tua sunt ne repetas quomodò intelligendum. 346.K
Qui pro leui iniuria fratri insidiatur non ab electis filiis Adæ trahit originem sed à Cayno. 350.C
Qui animis vniuntur coniunctiores sunt quàm qui corporibus. 351.H
Qui sursum & qui deorsum ferantur. 353.F
Qui excipitur à numero flagellatorum excipitur à numero filiorum. 360.E

Qui cum beato Paulo rapiendi sunt in nubibus. 363.E
Qui quod per gratiam præuenientem assequitur Deo non tribuit, per superbiam illud amittit. 366.H
Qui facilè enatant ex torrente tentationis aut qui statim submerguntur. 370.K
Qui adorant Baal, Astarothem & execrandum simulachrum Chamos. 386.D
Qui carnis curam in desideriis vetat, in necessitate concedit. 389.I
Qui in afflictionibus clamantes oppressi sunt quomodo dicuntur liberati. 397.I
Qui conuersus respuerit, ac malis operibus renunciauerit, salutem consequetur. 400.A
Qui censuris prælatorum se subinittere nolunt hæreseos suspecti sunt. 403.B
Qui fructus arboris. 404.E
Qui moriuntur iniqui cur nec post mortem desinunt esse iniqui. 407.K
Qui fit vt mali quandoque prophetent, virtutes faciant, & dæmonia eiiciant. 406.K
Qui audit verba Christi & facit ea ipse ædificat se super petram Christum. 409.H
Qui Christum sequantur. 411.A
Qui leprosus. ibid.E
Qui in Christo scandalizantur. 427.F
Qui maximè vocandi ad mensam. 443.B
Qui per generationem intelligantur. 433.D
Qui seipsum secundò baptizat, secundò Christũ crucifigit. 460.H
Qui septem spiritus nequiores. 469.D.E
Qui fratres Christi dicantur. 471.K
Qui Iesu frater & soror est credendo, mater efficitur prædicando. 472.H
Qui temerè legunt scripturas multiplicibus ambiguitatibus decipiuntur. 483.H
Qui docturi sunt conferre debent de doctrina cum ecclesiæ præfectis. 493.K
Qui possunt mittere operatios. 501.F.G
Qui infirmi, mortui aut leprosi. 503.E
Qui vt fur aut homicida patitur, aut qui seipsum interimit Christi nõ fert veram crucem. 515.F
Qui receperunt Christum spiritualiter, credendo in ipsum receperunt & patrem & spiritum sanctum. ibid.H
Qui authoritate pollent non debent fastidire inferiorum consilia recta. 525.D
Qui non Christo sed suo ventri seruiunt. 536.H
Qui refugiunt esum corporis Christi non impunè ferent. 540.G
Qui dantur à patre. 541.C
Qui eiicientur ab intrinseco & qui non. ibid.E
Qui credit quomodo is vitam æternam habeat. 545.H
Qui carnem Christi manducat quodammodo etiam sanguinem bibit. 553.D
Qui Eucharistiam vt communẽ panem accipit nec à spirituali nec à corporali morte eripitur. 568.A
Qui excusentur à manducatione sacramentali. ibid.G.H
Quiescendum à copula. 35.G
Quis status, & quod initium Euangeliorum. 4.C.D
Quis sit ordo in diuinis. 7.H
an Quis sine quærela sit. 29.H
Quis pro initio habendus. 62.H
Quis fructus pœnitentiæ. 137.A
Quis comedit aut bibit spiritualiter. 218.F
Quis fuit is cuius manus aruerat. 294.I
Qui locus spiritalis animæ. 296.B.C
Quisquis renunciauit huic seculo maior est omnibus honoribus seculi & regno ipso. 365.A
Quisquis frugalitatis oblitus superflua naturæ conquirit aduersus se multiplicat tributa. 369.D
Quis seruus diuitiarum. 383.F
Quis iudicij dies. 463.D
Quis in ecclesia operarius cibo dignus. 505.B.C
Quis aptus ad alios docendos. 501.I
Quis exercitus ministrorum Christi. 506.G
Quis operatur cibum qui non perit. 536.K
Quis spiritꝰ in cœna viuificare dicitur. 570.G.H
Quinquagenarij cum suis militibus cur concremati. 417.I
Quinque porticus in piscina cur. 270.C
Quinque claudunt os prædicatori. 58.I
Q. Labeo scripsit libros in 12. tabulas. 344.H
Quinque porticus quinque præcipua Christi vulnera. 270.F
Quis nunc aliquid pro Christo dimittat. 229.A
Quo tempore Magi venerint. 97.H
Quo tempore Christus conuertit Samaritanam. 218.I
Quo tempore venerit regulus. 221.G
Quo tempore contigerit socrum Simonis curari à febribus. 236.A
Quo fine Deus omnia creauerit. 372.G
Quo quis fuerit Christo violentior eo habebitur religiosior. 431.H
Quod ab amplexu Liæ ad Rachelem transite nõ licebat quid significabatur. 35.B
Quod nomen Domini. 52.E
Quod Pharao fuit Moysi, hoc Herodes fuit Christo. 118.K
Quod Hierosolymitana erat Hebræis hoc nunc est Roma Christianis. 163.H
Quod factum fuit in puella quomodo in fine temporum fiet in tota synagoga. 265.E
Quod amplius est à malo est, exponitur. 343.I
Quod regnum Dei. 364.F
Quod corporibus est hydrops, hoc hypocrisis est animabus. 375.K
Quod non capit Christus rapit fiscus. 380.C
Quod iudicium prohibetur. 392.H.I
Quod oculus est in corpore hoc est in mente cognitio. 404.K
Quod in angelis casus, hoc est in hominibus mors. 407.K
Quod comprehendere non valemus reuereri cõuenit. 439.F
Quod nascitur opus Dei est, quod fingitur diaboli negotium est. 447.G
Quod signum Ionæ & quomodo. 465.D
Quod Petrus auxilium Christi imploratit ne mergeretur, quid significat. 533.D
Quod opus est fides. 538.G

Quomodo Deus erat verbum & Deus erat pater cùm tamen Deus vnus sit. 11.C
Quomodo per filium condita sunt omnia. 12.G
Quomodo pater per filium creasse dicitur. 13.A
Quomodo verbum Dei differt à ratione quæ est in mente artificis. 13.B
Quomodo pater deliberat cum filio. ibid.A
Quomodo quis dicatur posse esse sine peccato. 29.I
Quomodo maior non sit qui dat accipiente. 41.G
Quomodo olim promissus Christus. 70.K
Quomodo dolores virginis reuelandarum cogitationum causam præbuerunt. 114.F
Quomodo Christus & quomodo nos proficimus. 128.G
Quomodo id intelligitur ante me factus est. 166.H
Quomodo aliquid boni à Nazareth. 176.A
Quomodo sine præuaricatione præcepti diuini filij à parentibus seperentur. 179.C
Quomodo ignoramus vnde veniat vox aut quo vadat. 195.A.B
Quomodo is qui natura bonus est, per serpentẽ figurabatur. 197.G
Quomodo Apostoli & quomodo Christus dat spiritum. 206.E
Quomodo pater omnia dederit filio cùm non omnia sint illi subiecta. ibid.G
Quomodo viuificamur. ibid.H
Quomodo immundi spiritus dicantur. 233.K
Quomodo Christus accuset & non. 289.E
Quomodo verbi prædicatio apostolica Gentiliũ mentes à superstitione ad Christum traduxit. 301.A
Quomodo liceat iurare per creaturam. 343.E
Quomodo plus sit compati quàm temporalia largiri. 347.C
Quomodo impius Deo inimicus. 348.K
Quomodo sibi victum in diem postulat qui de crastino cogitare prohibetur. 369.B
Quomodo ante & post acceptum corpus dominicum oremus panem nostrum supersubstantialem postulantes. ibid.I
Quomodo bona huius mundi non sint amplectenda cùm Dominus cõdiderit & hominibus vtenda commiserit. 380.F
Quomodo quis diuitiarum suarum Dominus esse possit. 383.F
Quomodo Deus vnus. 384.B
Quomodo fugienda sollicitudo victus & vestitus, & pendendum à diuina prouidentia cũ etiam sancti multis indiguerint & caruerint. 387.E
Quomodo primùm regnum Dei quærendum. 388.K
Quomodo iudicandum. 392.G
Quomodo via salutis arcta cum iugum Christi sit suaue, & mandata leuia. 400.A
Ioannes Quomodo Dei spiritum sibi promerebatur. 434.C
Quomodo Christus & quomodo sancti norunt patrem. 440.D
Quomodo plus diligit quia plus ei donatum est, & ideo remittuntur peccata quia multum diligit. 451.E
Quomodo solus Christus & tamen regina Sabba iudicabit. 466.G
Quomodo venter beatus. 470.H.I
Quomodo fiat vt alicui auferatur etiam quod non habet. 477.A
Quomodo prophetæ non viderant & tamen dicebantur, videntes. 478.H
Quomodo visus olim Christus. 479.A
Quomodo inimicus bonis mala, virtutibus vitia, vitalibus mortalia semper ad nostram superseuerit ruinam. 484.I
Quomodo dormiant homines. 485.G
Quomodo Christus per typum apostolorum & nauis ecclesiam de persecutione liberatam trahat ad littus & quiescere faciat. 534.D
Quomodo ad Christi cibum accedẽdum. 538.D
Quomodo Christus de cœlo descendit. 542.K
Quomodo pater trahat ad filium cùm filius dicatur adducere fideles ad patrem. 544.A
Quomodo verbum Iudaicum supplicio dignũ. 550.F
Quomodo non quærendum in rebus diuinis. ibid.G
Quomodo omnes eandem escam manducauerunt. 555.G
Quomodo vita per fidem, & eadem per carnẽ. 557.C
Quomodo caro quæ non est æterna dat vitam æternam. ibid.H
Quomodo caro è cœlo descendit & tamen de virgine sumpta est. 566.I
Quomodo panis fit Christi corpus. 567.C.D
Quomodo Christus priùs in cœlo. 569.E
Quomodo caro Christi non prodest. 570.F
Quorum potentia æqualis est, eorum sanè æqualis est & operatio. 12.K
Quorum patrum corda ad filios conuersa. 32.K
Quorsum numeratus census sub Cyrino. 85.B
Quorum est sacra tractare. 163.H
Quorundam templa ingredientium irreuerentia. 185.H
Quorsum sunt miracula. 190.E
Quorum est sedere. 494.G
Quosdam tentasse ordinate narrationem rerum à Christo gestarum quomodo intelligendum. 1.F
Quos diuites auersatur Deus. 54.G.H
Quos reges miramur. 90.A
Quos odisse licet. 349.G
Quot & qui Euangelistæ. 1.K
Quot & quæ Monarchiæ. 83.I
Quot animæ Paulo donatæ. 181.B
Quotupliciter baptismus Ioannis Christum demonstrauit. 169.K
Quotuplex est sponsa. 204.D
Quoties res absurda in scriptura præcipi videtur, tunc figuratè intelligenda est. 376.I
Quot è diuitibus pauperes. 380.D
Quotuplex iudicium. 391.H
Quousque sumus oues facilè lupos vincimus, cùm verò in naturam luporum transimus tũc superamur. 506.H

R.

RAab hospitalis, cur genealogiæ Christi inserta. 73.E an fuerit meretrix. 73.F 274.H cuius beneficio saluata. ibid. & 180.G
Rabbi Ionathan. 11.B
Rabbi Abraham. 85.B
Rabbi nomen honoris. 190.C.D
Rabbi heccados colligit ex psalmista omnia illa munera esse messyæ offerenda quæ Iacob dedit fratri suo Esau. 103.G
Rabbi Heccados testimonium de Iesu. 95.G
Rabbi quid. 172.I
Rabbi Caliana. 553.B
Rabbi Ieiel Iudæus parisiensis. 336.K
Rabsaces diabolum designat. 396.B
Racha quid. 328.E
Rachel gratias egit pro collata fœcũ litate. 35.E
Rachel festina nuncia aduentus Iacob. 46.B
Rachel bonos oculos habens figurabat ecclesiã. 72.A
Rachel & Lya vxores Iacob. ibid.G
Rachel plorans filios pias matres significat. 121.I
Rachel quomodo ecclesiæ typũ prætulit. 122.C
Radix Idololatriæ vnde manauit. 455.K
Rama quomodo sumitur apud Matthæum. 121.G
Ranæ liliis cur commutatæ. 459.B.C
Raphael quid optabat Tobiæ. 89.A
Raphaelis ad Tobiam exhortatio. 178.I
Raphael missus ad cæcitatem Tobiæ curandam. 418.D
Rationes hæreticorum contra salutationem angelicam eluduntur. 39.F
Rationes eorum qui existimãt Magos non fuisse reges. 97.E
Rationibus duabus plerique retrahuntur à pœnitentia. 139.C
Ratio ordinis retrogradi in Genealogia Lucæ. 149.E
Rationes tres propter quas Christus dicitur agnus. 168.F
Ratio mystica conuersionis. 183.D
Ratio subiici debet Deo vt cætera habeat sibi subiecta. 312.H
Ratio potissima impetrandi est meritum eius pro quo petitur. 416.H
Rationes eorum qui negant peccatricem fuisse sororem Lazari. 443.K
Rationes quibus adducimur vt credamus peccatricem fuisse sororem Lazari. 444.D
Ratio duplex cur Christus in parabolis loqueretur. 483.I
Raritas operatiorum prædicante Christo. 501.B
in Ratione digni hospitis tria requiri & quæ. 505.E
Ratio operum nostrorum Deo reddenda. 522.G
Rationes ad confirmandam carnis Christi in Eucharistia præsentiam. 569.F.G
Realia sunt hic omnia. 565.F
Realis & vera incarnatio probat realem & veram veræ carnis manducationem. 565.G
Rebecca etiam nũ virgo mulier appellatur. 105.A
Rebecca ante nuptias rogata dare consensum. 179.F
Rebellio domestica carnis in spiritum. 87.H
in Rebus creatis quædam naturaliter liberæ aliæ verò non. 512.E
Recidiuum peccatum pernicioſissimum. 275.F
Rechabitæ abstemij. 32.B
Recognitio peccati inducit ad pœnitentiã. 136.D
Reconciliationis causa quomodo ad fratrem veniendum si longè sit. 329.H
Recõciliatorũ exẽpla in Aarone & mose. 330.D
Recordatio transactorum malorum non solum non nocet sed magis delectat. 226.C
Recordatio fragilis infantiæ aliquot adduxit in contemptum. 496.A
Recumbent cum Abraham metaphora vnde sumpta. 419.C
Redemptio fit iusto pretio. 60.G
Redemptus Christus qui futurus erat noster redemptor & redemptionis precium. 106.I
Reditus ecclesiarum. 212.C.D
Refert qua intentione quæratur Christ°. 172.H
Regum vanitas & sceptrorum si cum Christo conferantur. 54.A.B
Reges tres cur omissi à Ioram vsque ad Osiam. 75.D
Regi nuper creato subiecti acclamationibus cõgratulantur. 96.E
Reges quomodo fiat vt alterum regem adoraturi venerint. 98.D
Reges non sunt regni cœlestis extorres. 180.F
Regibus quid meditandum. 208.E
Regimen euangelicum erat extra legis obseruationem. 422.K
Reginæ Sabba cùm Salomonem audiisset admiratio. 210.D
Reges iustitiæ & innocentiæ vindices à Deo cõstituti. ibid.F
Regina Sabba mirabatur de vestibus seruorum Salomonis. 387.B
Regio nostra quæ. 103.K
Regio quæ priùs in tenebris erroris versabatur ipsa primũ lucẽ prædicãtis Christi vidit. 224.D
Regiones Gergesenorum & Gadarenorum diuersæ. 245.H
Regno timendum sacerdotibus indecorè se gerentibus. 28.K
Regnum Christi longè aliud à regno hominum. 41.K
Regnum stare non potest vbi superbia, inuidia, ira, auaritia, gula &c. 161.D
Regnum diaboli quale. ibid.E
Regnum Dei quid. 225.B
Regnum quod promittit diabolus malitiæ est non naturæ, persecutio est non defensio. 161.E
Regnum Dei SSanctus est. 364.H
Regnum quo regnat Deus in sanctis facit eos regnare. ibid.I
Regnum cœlorum optare nullus criminosorum audebit nec volet videre tribunal iudicis. 365.E
Regno cœlorũ quomodo totius orbis reductio ad euangelij fidem intelligatur. ibid.F
Regnum Dei vt referatur ad integram electorũ gloriam, & aduersariorum Christi contritionem. ibid.F
Regnum Dei bonorum æternorũ fruitio. 389.D
Regnum cœlorum donum spiritus est. 431.B

cur Regnum cœlorum à diebus Ioannis vim patitur. ibid.K
Regnũ diaboli impropriè dictum. 457.G
Regnum cœlorum ſtatus eccleſiæ militantis & cur ſic exponatur. 481.K
Regnũ Dei Chriſti iuſtitia & redẽptio eſt. 503.B
quòd Regnum cœlorum annunciatur. ibid.B
Regula de remittenda fratri offenſa nullam patitur exceptionem. 373.C
Regula allegoriæ. 444.F
Regula in loquendi modo. 566.I
Regulus alius à centurione. 220.K
Regulus quid. 221.A
aliud Regulus, aliud Regalis. ibid.B
Regulus vnde magnam de Chriſto conceperit opinionem. ibid.F
Regulo cur exprobratur infidelitas cùm appareat illum credidiſſe. 222.B
Regulus virtutem non dedit maieſtati ſed præſentiæ corporali. ibid.B
Regulus ſuos catechiſat. 223.E
an Reiicientes verbi Dei miniſtros grauiùs peccent Gomorrhæis. 506.D
Reip. Iudaicæ euerſio propter Dei cultum contemptum. 76.D
Reip. ſplendor non conſiſtit ſi matrimonio ſuus honos eripiatur & coniugatis à Deo poſitæ leges impunè violentur. 334.C
Reipub. pernicies & ruina vnde. 344.C
Reiterandæ exhortationes. 171.K
Relictis omnibus ſequendus Chriſtus. 252.F
Religio nos à parentibus excuſat. 182.A
Reliquit ſibi Dominus inter multos aliquod iuſtorum ſemen. 220.E
Religio & veritas ſe latiſſimè diffundunt. ibid.G
Religionis cauſa an liceat parentes relinquere. 229.H
Reliquiarum ſanctarum virtus. 262.D
Religio Chriſtiana in vtróque ſexu damnat adulterium. 338.I
Religio Phariſæorum non compaſſionem habet ſed indignationem. 448.H
Reliquiæ mortui viri mentes noſtras non coinquinant. 423.A
Reliquiæ menſarũ cõferendæ pauperib⁹. 527.B.C
Remedia pœnitentiæ. 225.H
Remedium ad ſalutem animæ humilitas. 289.C
Remiſſio peccatorum per ſolũ Chriſtum. 132.C
Remi corporales. 531.G
Remigum exempla. ibid.G
à nullo ſanctorum petimus Remiſſionẽ peccatorum ſed per eos. 162.G
Remittere in ſpe peccata aliud eſt quàm remittere ipſo actu. 131.G
fruſtra nobis à Deo peccata Remitti petimus, ſi quæ in nos committuntur remittere recuſamus. 369.G.H
Renouari quid ſignificet. 460.G
Renunciauimus diabolo ſimul & mundo. 152.E
Renunciare quid ſignificet. 241.
Reprobatio Iudæorum. 139.G
quatuor cauſæ Repudij apud Rom. 337.B
Repudium ab initio non fuit. 339.E
Repudium olim non licuit Romanis. ibid.E
Requies dæmonis eſt aliquem iuſtum ſeduxiſſe aut hominem totum poſſidere. 468.I
Requies Dei quid. 277.A
Requies animarum in remiſſione peccatorum eſt. 442.B
Res in nobis completæ quæ ſunt. 2.H
Res diuinæ à Deo dãtur & nõ abſunt ab eo. 13.H
Res dupliciter conſiderari poſſunt. 15.D
Reſp. Chriſtiana quandiu ſacerdotio ſuus ſtabit honos, integra ſubſiſtet. 28.H
in Rebus diuinis explicandis fugienda ſunt ſophiſmata. 44.H
Res aduerſæ notæ ſunt ex ſecundioribus. 87.F
Res quomodo, & vnde vocentur. 566.K
Reſipiſcere aut ad mentem redire quid. 131.H
Reſolutio triplex quomodo Deum nemo vidit. 311.K
Reſpexit humilitatem varia huius loci expoſitio. 50.C
Reſpicere quid. 35.E 50.C
Reſponſio pro filio Dei ad obiectionem Dominus creauit me. 24.F
Reſponſio ad Porphyrij calumnias. 133.C
Reſponſio D. Ioãnis Euang. ad Marcionẽ. 349.G
Reſpondetur illis qui volunt de ſola ſpirituali manducatione, iſte, dici. 552.A
Reſponſio ad verba D. Auguſtini de ſpirituali manducatione. ibid.D.E
Reſponſio ad obiectionem quæ de Manna & Chriſti carne fieri poteſt. 567.I.K
Reſtitutio Ægypti imò totius mundi per Chriſtum. 118.C
Reſeruatio Mannæ. 568.D
Reſtitutio rei partæ. 446.G
Reſurrectio duplex. 282.B
Reſurgẽtiũ corpora quomodo illuſtrãda. 388.A
Reſurrectionis magnum argumentum. 512.F
Reſurrectio duplex. 542.C
Reſurrectionis cur Chriſtus tam frequenter meminit. 542.F
Reſurrectionis memoria impios concutit & probos in meliorem ſpem eleuat ibid.H
Reſurrectionis noſtræ cauſa triplex. 558.E
Reſurgent aliter electi aliter reprobi. ibid.G
Reſurrectio latè, & ſtrictè ſumpta. ibid.H
Reuelationes variæ in ſomnis factæ. 80.G.H
Reuelationum ac virtutum priuilegia ieiuniis indulta. 115.H
Reuelauit ſe D. Thomas regi meſdeo. 262.C
Reuocauit Dominus ſentẽtiam in Achab prolatam quia humiliatus fuerat. 438.B
Reum eſſe iudicio Dei quid. 328.C
Reus excommunicationis non caret ſacramento regenerationis. 339.H
Reus cædis eſt qui temerè ſe communicet in periculis in quibus perit. 510.C
Rex pauper adoratur à regibus. 100.K
Rex apud Seruios deſpota. 455.H
Ridiculũ eſt hortari ad ſatisfactionis pœnitẽtiã & de ſatisfactione ſubſtrahere medicinã. 254.C
Ridentur fantaſtici ſacramentarij. 561.C
Riſus quis periculoſus. 321.E
Rixantes qui non dirimunt, inexcuſabiles ſunt coram Dei tribunali. 351.I
Romanus Martyr elinguis articulatè locutus. 58.C

Roboam malus. 75.A
Roboam cur à populo desertus. 350 I
Rodolphus Abbas S. Trudonis. 553.F
Roffensis in oecolampadium. 548.C
Romanæ ecclesiæ authoritas. 163.H
Roma nutare cœpit ortis bellis ciuilib⁹. 457.B
Ros in baptismo nobis donatur & Dei gratia communicatur. 269.E
Rota circuitus orbis terrarum. 4.E
Ruah nomen spiritus hebræis. 43.A
Ruben cur priuatus iure primogenituræ. 72.D
Ruben inter fratres deplorauit venditũ Ioseph. 260.I
Ruina generis humani vnde. 87.H
Ruina in bonam partem. 112.H
in malam partem. 113.A
Ruina nostra à nobis est. ibid.B
Ruina & resurrectio post hanc vitam apparebit. ibid.D
Ruina domus Sathanicæ. 409.H
Ruina Babylonis omnium vrbium, rerumpub. regnorum Christo aduersantium desolationẽ implicat. 437.I
Rumores hominum vani floccipendendi. 434.F
Ruth profundè sese demittit. 44.I
Ruth cur in genealogia Christi. 73.B
Ruth nostri typus. ibid.G
Ruth quæ fuit tempore Heli quomodo despõdit Booz qui fuit Salmon contemporanei Iosuæ. ibid.K
Ruth vngitur vt læta appareat. 377.A
Ruth pedibus Booz aduoluta gratiam inuenit. 446.K

S.

SAba hodie Meroë. 467.C
duplex Saba. ibid.
Sabbas & Theodosius Samaritarum corã Ptolomæo defensores & eorum interitus. 215.K
Sabbatiani & Corinthiani hæretici. 94.K
Sabbatho Machabæi pugnarunt. ibid. A
Sabbatho non spiritualia sed seruilia officia prohibebantur. 275.A
Sabbathum cur institutum. 274.K
Sabbatho Helyas fugit à facie Iesabel. 275.A
quibus de causis licet Sabbathi seruandi præceptum impunè transgredi. ibid.
Sabbathum ordinarium quid, & Sabbathum secundo-primum. 291.B.C
Sabbathum quid Seges spicæ. 293.I
Sabbatho benefacere non solum permittimur sed iubemur. ibid.B
Sabbathum perpetuæ feriæ resurrectionis æternæ. ibid.K
Sabbatho quid faciendum. 295.H
Sabbatho perperam Iudæi putabant à bonis operibus feriandum. ibid.H
Sabellius negans personarum trinitatem & vnitatem asserens, quomodo reuincitur. 10.E
Sabbathi Christiani obseruatio qualis. 296.A
Saccus humilitatis signum. 134.D
Sacci & cineris vsus pœnitentibus. 436.D
Sacco & cinere quid significetur. ibid.
Saccus & cinis publicè pœnitentibus deputabantur. ibid.G
Sachar mercés. 303.A
Scarioth memoria mortis. ibid.
Sacerdotij translationem meritò sacerdotis filius docet. 29.C
Sacerdotio impar est regalis authoritas. 28.F
Sacerdotalis dignitas commendabilior quæ probitate cohonestatur. ibid.F
Sacerdotes & Reges suis partibus non satisfacientes cæteris grauiùs à Deo punientur. ib.F
Sacerdotium à quibus indignis modis proculcetur. ibid.H
Sacerdotium continet regnum. ibid.I
exciso Sacerdotio, excinditur regnum. ibid.I
Sacerdotum veneratio scripturæ testimoniis & exemplis comprobatur. 29.A
Sacerdotio fungi in Christiano populo maius quàm in Israële. ibid.D
Sacerdotibus minoribus quantum licebat in templo. 30.C
Sacerdotij gradum perpetuũ qui rescidérũt. ib.G
Sacerdotale genus primas ferebat in rebus diuinis, regale in humanis. 44.E
Sacerdotes seorsim, seorsim populus precabantur. ibid.H
Sacerdos magnus sordidis opertus. 90.B.C
à Sacerdotibus doceri nemini quantumuis docto pudendum. 92.G
Sacerdotes ex more benedicebant parentibus & filiis quos cum debitis hostiis in templo offerebant. 112.F
Sacerdos Ægyptius quid de Christo prophetarit. 118.K
Sacerdos nõ semper dicitur qui hoc fungitur officio sed qui sacerdotibus præfectus est. 150.H
Sacerdos solus potest conficere corpus Christi. 189.A.B
Sacerdotibus non licet inire coniugia. 236.H
Sacerdotibus debentur decimæ. 292.I
Sacerdotes etsi in tẽplo sabbathũ prophanabãt rei nõ erant quia dominica perficiebãt. 293.A
Sacerdotes quomodo inter Deum & populum mediatores. 416.E.F
Christus quomodo mediator. 416.F
Sacrificium mediatoris pro defunctis. 63.G
Sacrificia legalia cur cessarint. 255.K
Sacrificatur dæmonibus ab iis qui ditari volunt. 161.K
Sacrificium proleproso quale, & quid significauit. 414.E
Sacramentũ corporis Christi non est inane. 55.C
Sacramenta cohonestanda & non fortim administranda. 56.K
Sacramenta & sublimia mysteria non proponẽda impugnatoribus veritatis. 395.F
Sacramentarii Galli Gallos corrũpunt. 496.G
Sacramentum regni cœlorum velabatur in veteri testamento quod plenitudine temporis reuelatum est in nouo. 484.A
Sacramentum extremæ vnctionis vnde initium habuit. 516.K
Sacramentum Eucharistiæ est applicatio dominicæ passionis ad nos. 549.C
Sacramentarij sceleratè Catholicis lanienam imponunt. 555.F.G
Sacramentarij fantastici. 556.G

Sacramentarij cani Æsopico similes. 556.I
Sacramentarij Sophistæ. 561.B
Sacramentarij fantastici. ibid.C
Sacramentarij adinstar prodigi sequuntur siliquas. 560.C
Sacramentum perfectæ vnitatis. 563.F
Sacra tractare quorum est. ibid.H
aliud Sacramentum, aliud eius virtus. 564.C
Sacramentarij in quæ absurda delabuntur. 565.G
Sacramentarij supponunt panem pro Christi corpore & vinum pro sanguine. 557.A
Sacramentarij quomodo edentulis similes. 569.B
à Sacerdotibus inquirendum. 101.D
Sacrificium corporis Christi seu missac. 329.K
Sacrificium corporis Christi omnia superat. 549.D
Sadducæi qui, quales & à quo. 135.B
Sadducæi Spiritum sanctum negabant. 459.I
Salis proprietates variæ. 315.H.I
penes Salis proprietates doctrina & mores ecclesiasticorum exprimuntur. 315.I
Salis significatio. 315.K
Salis mysterium Deo curæ. 316.A
Sal euanidum Iudas de Apostolo apostata effectus est. 316.C
Salem & salim promiscuè legitur. 203.A
Salomon vt constituerit vices sacerdotum perfecto templo. 29.B
Salmon vnus ex 12.exploratoribus. 73.E
Salmon cur duxit mulierem Chananæam in vxorem. ibid.F
Salomon vt Dei & sui oblitus est. 74.D
Salomon quomodo vnigenitus matris. 150.C
Salomon solus ex patribus fuit semper in deliciis, & corruit. 272.I
Salomon dicitur fuisse curiosus in vestibus. 387.B
Salomon instituit exorcistas. 458.A
Saltatrix filia criminis non naturæ. 519.I
Salubre hospitalitatis præceptum. 497.D
Saluatoris repromissiones. 89.B
an omnes Saluandi sint. 544.H
Salutare in cantico Simeonis sumitur pro saluatore. 111.A
quod Dei Salutare. 132.I
Salus à seculo præordinata in Christo. 61.K
Samaritanus noster Christus. 35.I
Samaria media inter Iudæam & Galilæã. 211.A
Samaritani vnde. ibid.A
Samaritæ. 135.D
Samaritana vnde Christum agnouit Iudæum. 212.H
Samaritarum superstitio ridicula. ibid.I
Samaritani patriarchas populi Iudaici pro patribus agnoscunt. 215.E
Samaritæ florentibus Israëliticis rebus illos pro parentibus agnoscunt, afflictis verò insultãt. ibid.E
Samaritarum Regio Asylum nebulonum & à legibus patriis transfugarum. ibid.
Samaritanæ prudentia. ibid.E
Samaritæ cur apud regem Darium accusati. ibi.I
Samaritæ putabant Deum corporeum. 216.C
Samaritana vnde rescire potuit Messyam breui venturum. 217.E
Samaritana cur fœlix. ibid.G
Samaritani nullis visis miraculis conuersi. 218.B
Samaritani vnde didicerant mundo saucio opus saluatore. 220.D
Samaria quamdiu à syriis obsessa. 550.H
Samæus. 108.E
Samonas Gazæus. 548.G
Samor mons à conditore dictus. 211.B
Samosatensis mulieres subornat quæ de ipso psallerent reiectis his quæ in honorem Christi cantabantur. 406.D
Samson quandiu ieiunium coluit hostes profligauit. 115.I
Samson de ducenda vxore consuluit parentes. 179.G
Samsoni recens vxorato fit conuiuium. 179.H
Samson oratione impetrauit sibi restitui fortitudinem. 356.F
Samsone ludente coram principibus Philistinorum 3000. virorum & mulierum in solario domus erant. 511.E
Samuel heli sacerdoti semper adhęsit. 106.D
Samuel in templo pernoctans diuina voce experrectus. 125.E
Samuel missus in Bethleem sciebat in familia Isai esse quem quærebat sed illum non agnoscebat. 171.B
Samuel differens de iure Regis non de legitimo sed tyrannico intelligit. 208.D
Samuel an verè à phitonissa suscitatus. 246.B
Samuelis orationes pro saule & Israëlitis cassæ. 290.A
Samuel & Helysæus sectatores habuerunt, quos instituerunt. 300.E.F
Samuel quomodo luxit saulem. 308.I
Samuel qualem consolationem consequutus. 309.A
Sanctorum qui Christum præcesserunt nemo vocatus est Emanuel & cur. 26.F
Sanctis vtplurimũ passionum dies celebrantur. 31.I
Sancti benè afficiũtur in bonos malè in impios. 33.B
Sancti norunt nostra, & nos iuuant suis orationibus. ibid.D
Sanctum absolutè quid. 43.I
Sanctitas nominis Dei agnoscitur in eius operibus qualia in sanctis & maximè in D. virgine reluxerunt. 52.E
Sanctitas fidelem decet. 66.C
Sanctorum filij matrimonio iuncti non statim conueniebant sed tribus diebus orabant. 79.C
Sancti pro vinculo corpus habent. 109.I
Sancti introducuntur à scriptura cincti. 133.I
omnes Sancti pro fide Christi passi quomodo prosint ad salutem fidelium. 168.E
Sanctorum multorum nomina mutata aliquid magni designabant. 174.D
Sanctorum cognitio. 186.H
ex loco Deus Sanctorum memorias honorari voluit. 211.G
Sancti quomodo honorandi. 213.D
Sancti quomodo non sitiant. ibid.K

Sanctis Christo corregnantibus cura est de superstitibus. 221.I
Sancti cur non semper exaudiantur. 247.K
Sauli non profuit oratio Samuelis. 250.C
Sanctificationem nominis Dei requirimus non solum pro nobis sed pro his qui necdum ad gratiam baptismi peruenerunt. 365.A
Sancti in iudicio quosdam accusabunt & pro aliis patrocinabuntur. 289.F
Sancti protectores regum. ibid.K
Sancti orant pro nobis. ibid.H
Sanctorum orationes quibus prosint. 290.A
Sanctificatio sabbathi quid. 293.D
Sancti quomodo esuriunt & saturantur. 310.E
Sanctorum veneratio. 343.F
Sancti quomodo petant vindictam. 351.F
Sancti viri quando compelluntur coram hominibus bona opera facere. 354.D
Sanctorum defunctorum voces audiuntur. 357.G
Sancti sunt templum Dei. 361.K
Sancti & iusti cœlis comparati. 362.B
Sanctificetur, in oratione dominica verbum est optatiuum non imperatiuum. 363.G
Sanctificatio non est tanta in homine vt augeri non possit. ibid.K
Sanctificatio viæ & sanctificatio patriæ. ibidem.K
Sanctum & Margaritæ quomodo distinguantur. 394.K
Sanctum quid. ibid.K
Sancti viri olim ardua à Deo petiuerunt & exauditi sunt. 397.F
Sanctorum verum gaudium est exire de mũdo. 424.G
Sanctorum vnus habet excellentiã in vno alius in alio. 434.I
Sanctorum ossibus sistuntur dæmones. 457.K
Sanctorum mors somnus. 485.H
Sanctus Pior nec inter cognatos, nec apud sororem manere voluit. 496.H
Sancti quo animo colendi. 539.E
Sanguines quid. 22.I
Sanguinis fluxus taxabatur in lege qui ex officio naturæ erat non ex vitio valetudinis. 263.C
Sanguisua tangendo Christum legem non irrupit sed distinxit. ibid.D
Sanguinis colligatio dissoluenda vbi iactura diuini nominis successerit. 514.K
Sanguinem testamenti qui pollutum dixerit filium Dei conculcat. 568.C.D
Sanies quando tergitur. 335.E
Sapientis nomen gratius quàm regis. 97.E
Sapientia mundi prudẽtia carnis & omnia peccata tenebræ. 111.E
Sapere alieno periculo optimum. 139.H
Sapientia non quærit vocis testimoniũ sed operum. 435.A
Sapientiæ opus quod est. ibid.D
Sapientia humana Deum nescit. 438.K
Sapientum nomine qui intelligantur. 438.I. 439.D
Sapienter sapientes interrogandi. 536.D
Sarra promissiones Dei audiens ridet, & corripitur correpta verò protinus fœcundatur. 390.A
Sarræ tergiuersatio punitur & quomodo. 550.B.C
Sareptanæ fides mercede donata. 231.G
Sareptana misericors in Eliam, misericordiam consecuta est in suscitato filio. 311.B
Sareptana vnico filio destituta. 421.E
Sareptana vidua non erat Israelitica. 497.C
Sathanæ vt retusa superbia. 53.G
Sathanæ cum fidelibus conuentio qualis. 62.G
Sathan quid. 152.G
Sathan audierat vocem patris. Tu es filius meus, &c. 155.E
Sathan credit filium Dei rerum naturas mutare posse. 156.D
Sathanæ temeritas. 158.B
Sathan quomodo Christo ostenderit omnia regna mundi. 160.D
Christus Sathanam eiiciens nos docet esse eiiciendos Sathanæ ministros. 161.K
Sathan aquis abusus est. 271.C
Sathan an viderit Deum cùm dicatur stetisse coram Domino. 312.F
Sathan placari vult sanguine humano & innocentes pueros in altaribus suis mactari. 350.A
Sathan quomodo seruare animam Iob iubetur. 370.H
Sathan sine permissione diuina nihil potest in nos. ibid.I
Sathanæ artes variæ vt mũdum irretiret. 454.D
Sathanæ vnde tanta vis. ibid.K
Sat citò si sat benè. 259.F
Satisfactio & gratitudo. 275.H
Satisfactionis argumentum. 446.B
Satisfactio ad perfectam pœnitentiam requisita. 450.B
Satisfactio vnde. ibid.B
Satisfactio pars pœnitentiæ. ibid.D
Satisfactio quotuplex. ibid.B
nostra Satisfactio pendet à Christi merito. ibidem.G
Satisfactio confessione disponitur, confessione pœnitentia nascitur, pœnitentia Deus mitigatur. ibid.I
Satius est audire verbum & nihil inquirere. 569.A
Satietas hîc nulla. 310.A.
Saturari quid. 310.A
Saturitas cur hîc nulla. ibid.D
Saturni crudelitas. 555.D
Saul datus in furore in regem. 74.C
Saul coactus fateri innocentiam Dauidis. 511.E
Saulus à spiritu maligno correptus. 246.D
Saul cur iussit interfici sacerdotes. 292.C
Saul Ionathæ transgresso edictum vix noxam remisit. 515.A
Satyrus D. Ambrosij frater quomodo maris intumescentis periculum euasit. 423.B
Satyrus D. Ambrosij frater quomodo enatauit. 457.I
Scalæ Iacob mystica interpretatio. 177.H
Scalarũ gradus diuersi virtutum profectus. ib.K
Scandalizati Pharisæi in doctrina & operibus Christi. 427.G

Scandalum duplex. 569.C
Scelestus Corinthius pœnitens receptus est. 254.B
Scelera hierosolymis vigentia nascente Christo. 101.B
Sceuæ septem filij vni dæmoniaco resistere non potuerunt. 246.C
Scelus Herodis. 520.E
Sceuolæ seni cui Cicero adhæsit. 126.B
Schola Theologorum consulenda. 233.E
Scientia salutis omnia superat. 67.G
Scientia salutis omnium potissima. 67.G.H
in multa Scientia nisi adsint charitas & humilitas multa est indignatio. 267.E
Scientię humanæ an militant in cognitionem diuinam. 439.B
Sciebat Christus (etsi inquirebat) quæ mulier tetigerat eum. 262.K
Scientia qui abutuntur sunt sal infatuatum. 316.F
Sciẽtia rerum naturalium nihil prodest: ignorata salutis via. 439.A
Scientiæ naturales an à Christo condemnentur. 439.C
Scientia fidei lucerna est nec abscondi debet. 467.G
Scientiam scripturarum non à nobis esse sed dari non tamen omnibus. 476.E
Sciluri senioris Apologia ad filios. 456.K
Scoparum mundities quæ. 468.K
Scribæ turpilucri. 233.G
Scribæ & Phatisæi vulpes. 240.D
Scriba cur Christum sequi non potuit. ibid.
Scribæ & Pharisæi vtres veteres. 258.K
Scribæ manum tantum Christus & manum & animam cohibet. 326.B
Scriptura filium significare proponens, non per (creauit) sed per vocabulum (genuit) denotare solet. 21.H
Scriptura vtitur verbo impletionis in tribus. 56.D
Scriptura non damnat eos qui aliquid repositum habent, sed illos qui cùm habent indigentibus non succurrunt. 140.E
Scripturæ puteus altus. 213.E
reconditus Scripturæ sensus. 288.C
duplex est Scripturarum sensus. ibid.C
Scripturarum difficultas. ibid.D
Scripturarum lectio nihil prodest nisi fides accedat. ibid.E
Scripturæ non in legendo sed in intelligendo. ibid.F
aliud legere Scripturas aliud credere. 290.B
Scriptura sæpe vno præcepto duo intelligit. 398.E
Scriptura quatenus præcipit parentibus obsequendum. 514.K
Scripturarum quæ consuetudo. 520.E
Scripturam omnem euertit qui de Dei omnipotentia ambigit. 550.K.551.A
Scrupulus Samaritanæ quis. 215.D
Sebaste olim Samaria locus sepulturæ Ioannis. 521.E
Secessus Christi in desertum cum discipulis figurabat ecclesiæ fugam ingruentibus persecutionibus. 523.D
Secreta diuina leuiter non sunt propalanda. 477.I
Secti Iudæi etsi inuicem contendebant tamen conueniunt ad Ioannem. 135.E
Seculi consummatio cur messis. 486.E
Seculum hoc emporium est. 491.A
Securitas nulla in diuitiis. 380.G
Securitas à pulchritudine interiori. 469.B
Securitas tuta Christo præsente. 561.K
Sedechias pseudopropheta cur aptauit sibi cornua ferrea coram Achab. 60.K
Sedechias filius Iosiæ excæcatus. 76.D
Sedechias in hieremiam. 207.I
Sedechias mentitur Dominum sibi esse locutum. 402.G
Sedere quid. 68.E
Sedere spectat ad authoritatem personæ docentis, & iudicantis. 230.I
Sedere pro habitare. 224.F
Seder Olam Hebræorum liber. 76.C
Seditiones grassatæ sub roboamo. 75.B
Sedulius poeta de communicata Iudæ Eucharistia loquitur. 567.A
Seleuci iustitia commendabilis. 515.A
Seligendi sacerdotes qui confitentes absoluant. 135.A
Sem Hebræis est melchisedech. 151.A
Semen omnis fidei & bonæ actionis à Deo est. 474.H
Semen seminatum & ager seminatus. 479.C
cur dæmones tollunt Semẽ de cordibus eorum in quibus seminatum est. ibid.F
Semen bonum electi. 484.F
Seminaria virtutum quomodo nobis insunt. 398.C
Semiramis intemperans & libidinosa. 443.K
Senecæ liber quod in sapientem non cadat iniuria. 349.I
Senes ad Ioannem missi. 163.I
Sectæ multæ apud Iudæos. 135.A
Senes quo sensu vocentur semen Chanaam. 484.G
S. Senex simplicianus ecclesiæ Mediolanensis præsul dignissimus. 4.F.G
Senes volentes iunioribus verecundiam incutere, ipsi primum adolescentes reuereri debent. 394.A
Senum impostura Dei consilio propalatæ. 511.D
Sennabalath Princeps Samariæ. 215.F
Sensus istorum verborum, fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra. 366.B.C
Sensus allegoricus similitudinis de tribus sacis farinæ. 483.C
Sensus mysticus non præiudicat sensui literali. 548.A
Sententia rarò securi in scriptura comparatur sed gladio. 138.K
Sententia de sacrificio posthabendo misericordiæ vnde desumpta. 255.F
Sentẽtia de sancto non mittendo canibus quomodo cum superiore de non iudicando proximo cohęreat. 394.G
Sententia quomodo intelligenda nemo magis

diligit quàm qui magis peccauit. 452.D.E
Separatio Christi à discipulis quid portendebat. 536.B
Sephorum oppidum vnde Ioachim pater virginis oriundus. 180.C
Septem dierum numerus quid significet. 104.H
Septem petitionum tres primæ æterna imprimis respiciunt, cęteræ quatuor temporalia necessaria propter æterna consequenda. 362.G
Septuagenarius numerus peccatorum censetur. 149.G
ad Sepulchra patriarcharum rugire hinnire dæmones auditos, & varios animantium clamores imitari. 234.B
apud Iudæos crebra in montibus Sepulchra. 246.D
Sepulchrum trium puerorum in fornacem coniectorum. 247.F
Sepulchra concupiscentiæ quid. 568.C
Sepultura quæ probanda, quæue improbanda. 421.H
Sequi Christum quid. 257.K.515.D
Sequitur ebrietatem insolens choræa. 519.A
Sermo Euangelicus vinum nouum. 158.K
Sermo Domini in monte continet perfectum vitæ Christianæ modum. 304.F
Serapion ad decem millia monachorum habuit. 152.F
Serapion noctu ad presbyterum misit vt Eucharistiam acciperet. 238.A
Sergius monachus Mahumeti pędagogus. 419.E
Series curatorum à Christo. 410.K
Sermo quo omnia condita. 13.K
Sermo Sathanæ anceps. 156.D
Sermo Christi in quatuor virtutes principales diuisus. 326.E
Serpens mortuus quomodo viuos occidebat. 61.B
Serpentum prudentia. 136.B
Serpens Euam solitariam adortus est. 152.C
Serpens æneus quomodo typus Christi. 197.D
Serpentis simulachrum non serpens quid. ibid.I.K
Serpēs antiquus inuitat suos vt terrena sequantur. 353.G
Serpentes sub spinis. 404.B
Serpens atrocem dicitur habere in lingua aculeum. 463.I
Serpentum proprietates collatę verbi ministris. 506.K
Serpentes bibituri venenum expuunt. 507.A
Serpentina prudentia in exuenda vetere pelle. ibid.C
Serpens venenum gutture continet euomendum in oppressorem. ibid.E
Seruetianorum error. 8.E
Seruiendum inuicem ex D. Paulo quomodo intelligendum. 162.F
Seruitus à iure Gentium profecta. 415.E
Seruorum 30000. Dominis restituta & 6000. in crucem acta. 84.A
Seruus expeditè pergere potest ad gloriam. 180.F
Seruis Dei nihil magis necessarium pace, sine qua nemo Deum visurus est. 312.K
Serui dicti mancipia quòd ab hostibus manu capiantur. 415.F
Seruo competit libertas quem pro derelicto Dominus ob grauem infirmitatem habuit. 416.B
Sessio Christi inter doctores quid. 126.C
Sessio in docendo quid significet. 473.I
Seth excitatus in locum Abelis occisi. 151.C
Seuerinus Gabalarum episcopus. 120.C
Seuerus Alexander quanti fecerit dictamen legis naturæ. Quæcunque vultis vt faciant &c. 347.I
Sextus cæcilius respondet phauorino impugnāti talionem. 344.G
Sexus vterque designatus per virum & carnem. 22.I
omnis Sexus immo & creatura Christo attestatur. 114.K
Sexus omnis, ætas, status & dignitas prouocantur ad bene viuendum. 142.C
Sexus vterque adulterij (si committat) damnatur lege Christiana. 331.
Sibylla erithræa. 5.G
agnouit Christum Dei filium. 10.K
Sibyllæ carmina de nomine Iesu. 95.H
Sibyllæ prophetico spiritu fuerunt plenæ. 220.C
Sibyllæ præfatæ sunt de miraculo panum multiplicatorum. 527.D
Siccitates flagella Dei sunt. 497.A
Sicera quid significet. 32.B.185.I
Sichar nunc neapolis, pascuis vberrimis celebris. 211.E
Sichem Samariæ primaria, destructa, reædificata à quo, quomodo appellata, monti garisin vicina. 211.C.D
Sichimitæ cur occisi. ibid.
Siclus quid. 85.G
Siclus quot habet obolos. 105.G
Sicut Helyas carmelum ita Ioannes Iordanem sanctificauit. 148.D
Sicut non semper dicit similitudinem. 280.F
Sidon phœniciam terminans olim insignis & magna. 436.D
Signum Christi in paupertate. 89.G
Signum oportuit quiescere adhibito significato. 94.I
Signa incredulis dantur. 188.K
Signa multa à Christo ædita. 190.D.E
Signa petere an liceat. 221.K
Signum nō est minus secreta cordium scire, quā fluxum sanguinis sistere. 262.H
quod Signum Iudæi postulabant. 464.D
Signa de cœlo dantia testimonium Christo. ibid.D
Signa quandiu fuerunt necessaria. ibid.I
Signum quod datur impiis. 465.C
Signa Christi non vulgaria aut inutilia. 500.B
Signa corporalia spiritualium notæ. 522.D
Signa quantum profecerint. 523.K
Signa Christi signa amoris, quæ autē sunt à Mose facta sunt terroris. 524.A
Silentium imponendum hæreticis etiam vera dicentibus. 234.K
Syluester Papa. 271.G

Simeon quis fuerit. 108.D
Simeon senex ad audiendum serus, sed ad videdum maturus. 109.D
Simeonis oratio. ibid.
Simeon agnouit infantem tacentem quem Iudæi interfecerunt mirabilia facientem. ibid.F
Simeonem fuisse sacerdotem ipso facto conuincitur. ibid.E
Simeon accipiens puerum in vlnas nos docet tota virtute esse famulandum Deo. ibid.G
Simeonis testificatio explicitè cur describitur. 116.F
Simeon figura veteris testamenti, Anna noui, Christus medius. ibid.G
Simeon filius Camithi summi sacerdotij honore quando donatus & destitutus. 130.G
Simeon plus vidit patribus veteris testamenti. 556.A
Similes Deo quomodo fieri concedatur. 352.I
Similia quibus ostenditur Dominum visa magna congregatione populi excitatum fuisse ad docendum. 298.I
Similitudines quibus vnio naturatum exprimitur. 23.H
elegans Similitudo venatoris & prædicatoris. 294.G
Similitudo phræneticorum & mundanorum. 308.H
Similitudo & dissimilitudo inter cibum & potum communem, & carnem Christi. 559.H
Similitudo mellis & verbi Christi. 570.K
per Similitudinem docere familiare fuit prophetis. 474.A
Similitudinum vsus quantum profit theologis. ibid.A
Similitudines variæ & elegãtes. 5.I.52.K.139.K 159.F.161.A.168.K.169.A.171.C.D.204.I.K. 309.H.408.B.440.F.531.D.E.543.E.546.F
Simonis magi hypocrisis. 136.B
Simon magus Petrum donis aggreditur. 161.F
Simoni cur nomen Petrus impositũ. 174.301.C
Simon se pro Deo haberi fecit apud Neronem. 203.F
Simon Samaritanus. 239.K
Simonis magi in defuncto nepote Neronis illusio. 246.B
Simon magus pater ementium spiritualia pecuniis. 186.C.& 503.G
Simonis obedientia. 174.C
Simoniæ contagium à Balaam. 503.G
Simoniacæ labis publica punitio. ibid.H
Simplex rei spiritus stat sine sua substantia. 147.E
Simplicitas in Euangelizando. 92.G
Simplicitas in omnibus melior. 195.K
Simplicitas sanctæ intentionis in quibus esse debet. 353.H.I
Simplicitas cur prudentiæ iungenda. 507.H
Simulatio impij Herodis. 520.E
Sinceritas Ioannis. 203.K
Sine verbo pereunt omnia. 20.F
Sine nostro periculo erepti sumus. 64.G
Sine Christo non intelligũtur scripturæ. 476.H
Si dæmon à corpore humano in synagoga ejectus est nil vetat hæreticos in consessu doctorum purgari & reduci. 235.E
Si non pepercit Deus Zachariæ dubitanti, quomodo parcet & certissima in dubium reuocantibus. 59.A
Si quis aliquandiu hęsitauerit in fide & tandem resilierit non omnino excludendus ab electione. 302.E
Si quod iuratur est per se malum non tenendum. 340.I
Sirenes nautas priùs suo cantu consopiebant quam submergerent. 485.K
Sitis variis modis dicitur. 213.K
Sitis rei temporalis & ęternę qualis sit. 214.A.B
Sitis potum dulcem facit & fames antegressa iucundam instruit mensam. 321.D
Situs Galilææ descriptio. 130.D
Sixtus & Laurẽtius diuitias ac thesauros ecclesiæ conseruarunt. 379.I
Sobac patri Helyæ qualis visio apparuerit. 164.G
Sobrium fuit nuptiale conuiuium cui Christus adfuit. 180.I
Socrates non reposuit ideas inter nubes. 15.F
Socraticæ inductiones. 349.H
Socrates acceptam iniuriam noluit (cùm posset) vlcisci. 352.F
Socratem qua die mortuus est audierunt discipuli differentem de immortalitate animæ. 425.B
Socrus Petri typum gerit totius gentilismi. 237.B
Sodomorum scelus minus scelere Iudæorum, & quomodo. 438.C.437.K
Soli Deo deferendum si vis, potes. 412.D
Sol retrogressus orante Ezechia quid portendebat. 75.H.I
Sol quando in circulo visus & quid noui portendebat. 83.K
Sol ceram liquat, lutum durat. 113.B
Sole & luna bona spiritualia etiam posse intelligi. 352.B
Solis radium nemo vincire aut domi concludere potest, sic prædicationis verbum. 300.K
Solis & pluuiæ nomine omnia bona temporalia intelligi. 352.B
Solennitas purificationis & eius institutio. 104.
Solennitatis causa Christus erat in solennitate. 125.E
Solennitas nuptiarum. 179.F
cur Solennitates sanctorum & dies Domini otium habent. 185.A
Solicitudo prælatorum ecclesiæ quæ sit. 163.K
quanta in illis & principibus requiratur. 531.B
Solicitudo Christi in duobus ostenditur. 226.E
Solicitè inuestiganda doctrina de beatitudinibus. 304.H
moderata Solicitudine ac labore honesto quærenda vitæ sustentacula. 537.A
Solicitudo non omnino prohibetur. 389.I
de Solicitudine vide permulta. 384 385
Solicitudo Commodi & Heliogabali in quibus consistebat. ibid.
Solitudinis commendatio. 152.B
in Solitudine, Angelorum castra à Iacob

conſpecta. ibid. B
Solitudo victoriæ contra Sathanam aptiſſima. 152.D
Solitudo meditationi commoda. 522.I
Solius Dei eſt ſecreta cordium noſſe. 251.A
Solius Chriſti eſt dicere, Senſi virtutem exire ex me. 263.A
Soliuagi & Eremicolæ qui Ioannem præceſſerant cur trucidabantur. 135.F
Soluite non imperantis ſed credentis. 187.D
Solutio dicti Auguſt. vt quid paras dentem, &c. 537.C
Somnium duplex. 80.G
Somnia examinanda nec temerè illis credendum. ibid.I
per Somnum quid intelligatur. 485.A
Sophiſtæ adinſtar Protei Ægyptij ſeſe transformant. 173.B
Sophiſtæ ſuis ineptis rationibus Deum ſubiicere contendunt. 439.C
Sophiſtæ & hæretici ſimiles. 530.H
Sophronius patriarcha hieroſolymitanus de fructu ieiunij quadrageſimalis. 375.B
Sors quid. 30.G
Sortem dirigebat S Sanctus. ibid.H
Sortilegi cur aliquid poſſint. 203.H
Spatium itineris in ſabbatho. 291.H
Spartæ cur diuitiarum Deus ſeruetur cæcus & iacens. 383.G
Species ſemper eadem quæ. 15.G
Species flammæ obumbrans caput Seruij Tullij quid preſagiebat. 59.C
Species panis remanet in Euchariſtia ablata panis ſubſtantia. 147.E
Species vtraque non neceſſaria. 552.K.553.A
Species externa contempta. 568.C.E
Speculatores Apoſtoli. 299.C
crudele Spectaculum. 521.A
Speratur in Moſe etiam defuncto. 289.H
Spes quanta ex Chriſto naſcituro. 88.I
Spes non erat in ſerpente. 197.F
Spes quanta nobis in Chriſto. 152.I
Spes expectat & charitas diligit. 266.H
Spes noſtra in Deum confirmanda. 384.E
Spes & charitas non ſunt ex auditu. 420.A
Spinæ quid. 475.F
Spirido Epiſcopus Cyprius ſuillam Chriſtiano impunè obtulit in quadrageſima. 292.H
Spiridonis Epiſcopi factum in neceſſitate. 153.I
Spiridon omnino abſtinet à cibis. 153.K
Spiritus Sancti operatio neutiquam ocioſa. 32.E
Spirituum bonorum à malis facilis diſcretio. 40.D
Spiritum Sanctum ſuperuenire quid. 42.F
Spiritum Sanctum requiri ad ſancta myſteria probatur. 43.E
Spiritus timoris magnum Dei donum. 65.G
Spiritus S. attulit Mariæ fœcunditatem ſed illa corporis materiam ſuppeditauit. 71.E
Spiritus Sanctus ſingulariter in nouo teſtamento agnoſcitur. 81.C
Spiritus Sanctus non poteſt dici pater Chriſti. ibid.D
Spiritus Sanctus an fuerit in virgine pro ſemine. ibidem.D
Spiritus S. non minor quia in ſpeciem columbæ apparuit, ſicut regnum cœlorum non minus quia grano ſinapis comparatur. 147.D
Spiritus Sanctus verè præſens adfuit baptiſato Chriſto ſub ſpecie, columbę ſic nihil vetat verum Chriſti corpus eſſe in Euchariſtia ſub ſpecie panis. 147.E
Spiritus Sanctus cur adfuit Chriſto baptizato cùm ante illi non deeſſet. ibid.G
Spiritus Sanctus repentè in alios vitos demutat. 151.K
Spiritus gulæ in puero. 157.B
Spiritus Sanctus quomodo deſcendit. 170.D
Spiritus Sanctus cur potiùs in columbæ ſpecie quàm alia. ibid.H.I.K
Spiritus Domini cur ſuper Chriſtum ſolum requieſcit. 171.A
Spiritualiter naſcimur in verbo & ſacramento. 194.A
Spiritus immenſus quomodo detur ad menſuram. 206.B
Spiritus Sanctus an fuerit datus ante Chriſti glorificationem. 210.G
Spiritus Sanctus eſt aqua viua. 213.B
Spiritualis meſſis expoſitio. 219.B
Spiritualiter quid ſit diſcip. Ioannis ieiunare, diſcip. autem Chriſti comedere & bibere. 257.G
Spiritualis hiſtoriæ de curatione manus aridæ explicatio. 297.I
Spirituali aduenientè lege, neceſſè fuit ceſſare carnalia. 323.K
Spiritus Sanctus an ſit aduerſarius. 331.G
Spiritus prophetię variè tăgit animum prophetantis. 425.I
Spiritus Helyæ quid. 432.I
Spiritus immundi quot modis obediunt hominibus. 457.I
Spiritus Sanctus quomodo Dei digitus. 458.D.E
Spiritus immundus quæ loca arida ſequatur. 468.G
Spiritualia bona quomodo venalia. 490.F
Spiritualiter qui dæmones. 503.E
Sponſam triplicem habet Chriſtus. 204.D
Sponſus Chriſtus eccleſia ſponſa. 258.A
Sponſus quomodo ablatus. 258.A
Spurius ſi propria virtute decoretur parentum ſordibus non inquinabitur. 72.I
Stabulum dirutum. 86.H
Stagnum Geneſareth variè nominatur. 230.A,B
Stagnum Geneſareth piſcibus abundat. 230.B
Stagnum myſticè quid. 230.G
Stare operantis, ſedere verò quieſcentis vel iudicantis eſt. 494.F
Status Euangelicæ concionis & curæ paſtoralis præcipuus quis. 33.D
Satus regni Iſraelitici miſerè agitatus. 76.D
Status religionis miſer, facta ſeceſſione per hieroboam. 88.H
Status cuiuſque peculiaria vitia ſunt arguenda. 142.D
Stella, an Angelus aut Spiritus Sanctus. 99.A
de Stella permulta vide fol. 98.A. 99. ſparſim. 100. & 102.
Stephani voluntaria paſſio. 120.K

Stephanus & apoſtoli fecerũt miracula. 496.D
Stephanus pro perſecutoribus orauit. 181.A
Sterilitas corporis turpior apud populum quã animi improbitas. 35.D
Sterilitas & fames vnde. 497.A
Stertentibus prælatis oniculæ diſcerpuntur. 485.B
Stilconis ab Honorio defectio Septentrionalibus in Italiam viam aperuit. 457.C
Stipendium cur olim pro lautioribus cibis nunc autem pro authoramento militari. 142.D
Iuliani in Chriſtianos Stropha. 119.H
Stulta & impia Gentilium de ſuis Diis opinio. 358.E
Stultum hîc theſaurizare. 380.E
Stupenda in Chriſto omnia. 126.K
Stupenda Gnoſticorum hæreſis. 330.I
Sub Moſe vix libera virginitatis profeſſio. 179.K
Sublatio vnionis carnalis affectionis neceſſaria ad ſalutem. 514.F
Subſtituta non negant ſumma. 382.D
Succeſſio ſummorum ſacerdotum apud Iudęos quando deleta. 130.F
Succeſſionis commendatio. 163.K
Succeſſio vita æterna. 139.B
Succreſcente rerum vbertate abundauit omne vitij genus. 444.A
an Sufficiens ſit ſcripturarum partitio in legem & prophetas. 323.F
Suggeſtio, delectatio, conſenſus tres gradus tentationis. 334.G
Summi pontifices forte non creabuntur. 30.H
Summum eſt eſſe filium Dei. 41.C
Summa ſcientia in rebus diuinis eſt noſtram inſcitiam & ignorantiam profiteri. 191.A
Summorum pontificum authoritas. 231.B
Summum bonum non in priuatione doloris. 313.H
Summa malitia auertere aures à verboo, culos à miraculis. 478.A
Summa hiſtoriæ de naui agitata. 528.K
Summis cruciatibus digni qui Dei omnipotentiam negant. 551.A
Sumus de vno non dicitur. 9.D
Sumus in Chriſto & Chriſtus in nobis. 26.F
Sunamitis Heliſæo aduoluta fleuit. 447.C
Sunamitis impetrat filium quia miſericors fuerat in Helizæum. 311.B
Sunamitis vnico puero vidua orbata. 421.E
Superbis ædificatoribus turris Babilonicæ quid contigerit. 53.H
Superbi qui deiecti. 54.C
Superbia extrema, extrema humilitate reparari debuit. 82.I
per Superbiam auaritiam, &c. non ibimus in patriam noſtram. 103.K
Superbia magnatum in ſubditos. 230.E
Superbia mater infidelitatis. 289.C
Superbia veritatem agnitam impugnat. ibid.D
à Superbia eſſe malum ab humilitate bonum. 305.K
Superbia non ſolùm conſiſtit in rebus ambitioſis ſed in mentita humilitate. 376.C
omnis Superbus inuidus eſt & malis alienis paſcitur. 443.F
Superboram vanitas. 53.F
Superbia & faſtus aulicorum. ibid.F
Superſtitiones diabolicæ in aquis. 271.D
Superſtitio quorundam Æthiopum. 553.H
Supplicia peccatoribus promittuntur, & non terrendi tantum cauſa proferuntur. 329.D
Surgere quando dicitur Chriſtus. 236.C
Surgere quis dicitur. 430.A
Suſanna tentata. 370.E
Suſannæ piæ mulieris commendatio. 500.D
Suſannæ innocentiam Deus tutatus eſt. 511.D
Suſcepit Iſrael puerum ſuum. quid ſignif. 55.D
Suſceptores puerorum impudenter agere qui illis nomina ethnica imponunt. 56.K
omnis Suſpicio ab hoc miraculo ſecluſa. 183.H
Symbola baptiſmi. 192.D
Symbola mannæ. 568.E
Synagoga arbor cui impendebat minax ſecuris. 138.I
Synagoga quid ſignificet. 236.C
Synagogarum & vicorum nomine publici loci & plebi frequentes intelliguntur. 355.A
Syneſius ad ſacerdotium compulſus. 501.H
Synhedrion quale Iudæorum concilium. 508.A
Syramnis perſarum regis præclarè dictum. 412.B
Syria tribus modis ſumitur. 226.C
Syris & Ægyptiis ſynonima ſunt Eli, Eliachim, Ioachim. 150.E.149.C
Syrij in viſu decepti. 569.A

T.

TAbernæ clericis (niſi viatoribus) illicitæ. 212.C.505.D
Tacita fides ſcit inuenire conſilium. 262.F
Taciturnitas imperito ſermone eſt præſtantior. 536.D
Talentorum æſtimatio. 130.A
Tanquam, ſeu, quaſi, refertur ad gloriam. 27.D
Tartarorum reges quomodo creabantur & conſtituebantur. 89.K
Tartarorum ſummus princeps Cham. 455.H
Tatiani perperam vſi Euãgelio ſecundum Ægyptios. 1.G
Tatianus Aſſyrius. 10.B.13.C
Tatiani & Eueratitæ nuptias damnabant. 178.I. 180.C
Tatianorum hæreticorum abſurditas. 380.I
Taſco drugitarum ſcelus. 555.F
Tecta domorum apud Iudæos qualia. 511.E
Teglatphalazar Samariam adortus occupat. 211.B
Telonium quid. 252.C
Temerarius & diabolo ſimilis eſt qui Deum dicit patrem quem non glorificat. 360.K
Temerarium iudicium. 448.I
Temeraria Leonis Iſauri facta Iudæis promiſſio de ſubmouendis imperio vniuerſo imaginibus. 520.G.H
Temerè non ſunt ineunda pericula. 210.I
Tempeſtates formidabiliores in ſtagnis quàm fluminibus. 242.I
Tempeſtas Chriſti prouidentia excitata. ibid.K

Templum Deo dicatum vt cultui diuino apta tantum exercerentur. 185.D
Templum pro Christi corpore. 187.E
Templi Salomonis ędificatio septem annis peracta eiusdem diruti restitutio annis 46. absoluta. 187.H.I
Templũ orationis publicę gratia ędificatũ. 356.K
Templum quid. 429.I
Templa hæreticorum lupanaria cur. 464.I
Templum fidei & pacis à quo positum. 530.G
Temporum vera series. 130.B.C
Temporalia minimè satiare possunt. 389.H
Tẽporalia debentur spiritualiũ ministris. 504.K
ad Tẽporalia quomodo debemus attẽdere. 537.A
Temporalia cur esuriem & sitim non auferant. 540.D
Tempus Christi venturi. 72.E
Tempus omne aptum cultui Dei. 225.D
Tempus perditionis Dæmonum triplex. 234.E
Tempus post mortem erit non remissionis sed retributionis. 331.I
Tempus ad pœnitentiam ab ecclesia præscriptũ non negligendum. 450.E
Tempus messis duplex. 488.C
serotinum Tempus quid indicet. 529.K
Tenacitas & cupiditas nimia, causa iræ Dei. 386.B
Tenebrarum nomine quid significetur. 16.H
Tenebræ interiores. ibid.I
Tenebræ palpabiles in Ægypto. ibid.K
Tenebræ dicuntur aduersariæ aut Sathanicæ potestates. 17.D.68.E
Tenebræ caro & vita hæc. ibid.E
Tenebris puniebatur duritia cordis Iudæorum. 224.G
Tenebræ quæ ab hominibus adamatæ. 201.F
Tenebræ exteriores quæ. 419.H
Tentatio iustorum quem exitum habeat. 58.A
Tentare quid, & quandoque in bonam partem accipitur. 160.A
Tentationes quomodo per ventum intelliguntur. 143.K
alia Petri alia Iudæ Tentatio. 370.F
Tentatio torrenti trãsitu difficili similis. ibid.K
Tentatio non est causa lapsus aut ruinæ, sed animi instabilitas & ignauia. 410.C
Tẽtationes externæ quę & quę domesticæ. 441.E
Tentatio surrepit spiritualibus à cognatione carnali. 472.E
Tentatio alia atque alia. 525.B
Tentatio probat nos. 572.D
Ter in anno eundum fuit in Hierusalem. 124.K
Terminus qui supponit pro digno & fideli. 558.A
Terra priùs maledicta, in natali Christi pacem recipit. 91.A
Terra Christum in cruce Dominũ regem agnouit. 61.A
Terræ fertilitas vnde. 157.C
Terra Zabulon & Nephtalim prima videre Christi miracula. 224.C
Terra pro hominibus in hac terra degentibus. 316.K
Terra hæc non est expers diuinę potentiæ. 343.C
Terrena natiuitas & spiritualis. 196.B
Terrenorum nulla satietas. 213.H
Terribilia fuerunt quæ in veteri testamento antè gratiam gerebantur in lege. 568.H
Terror iudicij. 282.D
Tertius quinquagenarius cui pepercit Helias quis fuerit. 311.A
Tertullianus librum edidit de fuga in persecutione. 510.A.B
Tertullianum quid impulit ad scribendum tractatum de corona militis. 382.H
Testa saniem radere docemur. 335.C
Testa & sanies quid. ibid.E
Testamentum per mortem Christi velut testatoris confirmatum. 64.B
Testamentum cur vocetur iusiurandum. ibid.C
quod Testamentum patribus factum. 63.K
Testamentum nouum vt à vetere differat. 556.D
Testamẽto veteri vita æterna repromittitur. ib.F
Testis Dei quomodo quis esse potest. 18.D
Testes Christi. 285.I
Dominus cur à seruo Testimonium accipere voluerit. 18.K
Testimonium hostium veritatis, pro veritate non spernendum. 23.K
in Testimonio quid desideratur vt sit firmum. 108.B
Testimonio vtriusque sexus Christi nati magnitudo reuelatur. ibid.C
Testimonij Ioannis de Christo quæ sunt quatuor membra. 164.B
Testimonium visus certissimum. 167.K
Testimonium Christi quomodo nemo accipit cùm tot sint hodie Christiani. 205.K
Testimonium Christi falli non potest. 285.E
Testimonium quintuplex de Christo. 286.I
Testimonium operum. ibid.K
Testimonia D. Martialis & Dionysij pro missa. 329.K
Testimonia Christi alapis cæsi. 345.K
Testimonium bonæ conscientiæ in quibus consistit. 450.B
Tetrarcha princeps quartæ partis regni. 517.G
Thalassij Senatoris Romani nobile factum. 179.D
Thalassij hymni vnde. ibid.D
Thalassij hymni pudici nũptiales. ibid.
Thamar qua arte cõgressu Iudæ potita est. 72.H
Thamaris factum excusatur. 73.C
Tharsis, exploratio gaudij. 136.F
Theodas pseudoChristus suæ temeritatis pœnas luit. 217.E
Theodas & Iudas apud suos floruerunt. 496.G
Theodori Cyrenæi responsio ad Lisimachum crucem minitantem. 511.K
Theodori Phalaritani episcopi hæresis. 532.I.K
Theodosij Imperatoris charitas in hostium deuictorum filios. 350.H
Theobetẽ in pinnam templi Sathã euexit. 158.E
Theodosius Imperator templo exclusus inter pœnitentes relegatus. 446.A
Theodosius Imperator frustra tẽtauit conciliare varias sectas cum catholicis disputãdo. 459.E
Theognidis votum. 379.E

Theologi in rebus fidei seriò consulendi. 215.E
Theologi improbant opinionem Platonis de animabus iustorum maiore priuilegio donatis. 518.B.C
Theophilus quis. 3.H
Theophrastus. 15.G
Thesauri cur prohibeantur. 380.A
Thesauro humano tria aduersantur. ibid.A
quis Thesaurus absconditus. 489.F
quis Thesaurus bonus, quis thesaurus malus. ibid.K
Thesaurus à quo & quomodo inuenitur. 490.A
Thesaurus cur abscondi debet. ibid.C
D. Thomas post Christi resurrectionem ingenuè eius diuinitatem fassus est. 10.G
Thomas Vvaldem scripsit contra errores vvitclephi. 78.H
Thomas episcopus cantuarienſis repetiit bona ecclesiæ cum grandi scandalo regis. 346.I
Thomyris vt desæuiit in mortuũ cyrum. 520.D
Thus orationum. 103.H
Tiberius vnde didicerat sese vino obruere. 471.F
quid Tibicines, quid cantus in funera puellæ à Christo suscitatæ. 264.F
Tibia in funeribus, sacris, ludis, & conuiuiis adhibebatur. 264.G
Timor quid. 52.K
Timor quotuplex. ibid.K
Timor Dei quàm fructuosus. ibid.I
Timor Dei vbi est, ibi non est liuor. ibid.I
Timor vbi est, ibi eleemosynæ studium & orationis intentio & lachrimæ. ibid.K
Timor in consecutis misericordiam. 53.A
Timor hic quid significet. 58.K
Timor aliquando sumitur pro metu repugnante fiduciæ. 65.B.C
Timor seruilis perducit ad timorem castum. ibid.D
Timor pœnæ & filialis. ibid.E
Timor nobis supereſt cum amore, & tamen sine timore sumus. ibid.I
Timendum nobis semper & cauendum. 152.H
Timor Dei thesaurus filiis in cœlo parandus. 380.K
Timor populi circunstantis qualis fuerit. 423.F
Timor humanus à vera & fructuosa pœnitentia abducit. 445.F
Timor Domini & memoria passionis efficaces ad abigendum dæmones. 475.D
Timor Dei tuta armatura, & inexpugnabile scutum pia fides. 480.F
Titelmanus. 20.D
Titus Vespasianus morbis valde obnoxius propter nutricem. 471.F
Tobiam restitutæ lucis beneficio affectum visitabant amici. 46.B
Tobiæ in fugienda idololatria & amplectendo vero Dei cultu pietas. 125.A
Tobias requirit ne quid domui suę furtiuum sit. 228.B
Tolerabilior hominibus fœtor canis putridi quàm anima peccatrix Deo. 138.K
Tolerantia quanta ministro verbi diuini necessaria. 506.H
Tonsura Monachorum. 448.A
Totæ ciuitates & Gentes facillimè Christi fidem acceperunt. 27.E
Toties Christus sanat quoties ægri ad eum recurrunt. 255.E
Totus est Christus in saluandis hominibus. 252.A
Trabs & festuca quid. 393.G
Tragædia ecclesiæ in Christo. 122.F.G
Trahere homines in admirationem quandoque vtile & ad fidem ædificans. 279.G
Translatio regni, translato sacerdotio. 28.K
Transmigrationes in Babilonem tres. 76.F
Transubstantiatio panis in corpus Christi probatur. 156.E 183.E
Transubstantiatio, 553.C
Tremelius. 270.C
Tres vnctiones in veteri testamento. 70.B.C
Tres quaterdenarij numeri in genealogia Christi. 76.K
Tres ordines scisscitantur à Ioanne viam consequendæ salutis. 139.H
Tres discipulorum vocationes. 172.E
Tres magni vocati de ciuitate peccatrice. 175.B
Tres status hominis. 204.K
Tres actiones pœnitentiæ. 225.F
Tres pueri Deo offerũt humilitatem cordis pro sacrificio. 306.E
Tres pueri consonantes in prece nobis dum oramus sunt imitandi. 361.B.C
Tres ob causas decet officium funeris nos implere. 422.D
Tres auaritiæ filiæ sanguisugæ. 309.K
Tres mortui corporaliter à Christo suscitati quid designent. 423.I
Tres hinc errores profligantur. 437.E
Tres sunt gradus reficientium peregrinos pauperes & hospites. 443.B
Tres gradus in auditu completo & perfecto. 476.G
Tres ordines saluandorum. ibid.
Tria inquirẽda hîc. In principio erat verbũ. 5.B
Tria ad vniuersi considerationem. 13.E
Tria mundi Principia apud Platonicos. ibid.F
Tria requiri ad sciendam rei alicuius certitudinem & quæ. 101.E
Tria hominum genera se habent ad diem iudicij. 110.A
Tria ad perfectũ baptismum requiruntur. 166.F
Tria requiruntur ad aquam viuam. 213.A
Tria ad omne studiosum opus necessaria. 239.A
Tria pertinent ad fidei præmium. 281.I
Tria Christi testimonia pater, Ioannes, opera. 285.F
Tria debet habere prædicator. 317.C
Tria genera mortuorum Christus suscitauit. 334.I.K
Tria de Christo Ioannes enunciat. ibid.I
Tria in iuramento. 341.E
Tria maximè possumus dare & quæ. 347.C
Tria quæ pertinẽt ad religiosas actiones. 354.H
Tria in tentatione vtiliter notantur. 371.F
Tria summa bona aduersus totidẽ mala. 373.G
Tria ad rectum iudicium. 391.G

Tria inordinata iudicia prohibentur. 391.G
Tria infirmant iudicium accusandæ personæ vel excusandæ. ibid.K
Tria simul in vno homine perpetrata. 455.B
Tria quæ sunt in vberibus. 471.C
Tria requiruntur vt fructificet semen. 475.A
Tria sata farinę tres animę potentias designant. 483.D
Tria pœnarum genera. 488.H
Tria ex quibus solet cudi moneta. 503 I
Tribuli quid. 403.E
Tributa quomodo debeantur principibus. 140.I
Tribus Iuda vnde meruerit principatum. 73.D
Tribus quælibet suam habebat præcipuam ciuitatem. 85.C
Tribus modis à Deo docemur. 360.D
Triclinium vnde dictum & quid significet. 183.F
Trina Petri vocatio. 174.F
Trinitatis mysterium Iudæis inuolutum ante Christi aduentum. 41.C
Trinitatis indiuisa opera. 543.F
Tripartita fructificationis differentia. 475.K
Tripliciter quidam mittuntur. 18.A
Triplex assimulatio & triplex modus quo filij Dei efficimur. 21.I
Triplex cultus. 216.C
Triplex expositio huius loci, veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate. ibid.F
Triplex persecutio. 314.I
Triplex fermentum in scripturis. 482.I
Tripliciter negatur Christus. 513.G
Triplex expositio loci, non Moyses dedit vobis panem, &c. 539.D
Triplex causa nostræ resurrectionis. 558.E
Tristari ad pœnitentiam quid. 131.H
Tristitia pœnitentium. 309.B
Tristem esse quid. 375.G
absque vento Triticum & palea non separantur. 143.K
Trium Dearum vnica Pallas virtutem profitetur, reliquæ vitij tramitem designant. 399.H
Trophacæum specu. 90.B
Tumultus magni in Gallia propter immensum censum exactum. 85.B.C
Tumulus D. Ioannis apertus & ossa in cinerem redacta & dispersa. 521.F
Tunicæ duę quid. 504.E
Turbatio qualis in virgine. 40.A
& qualis. ibid.B
Turba sectatur ima. 303
Turba quid. 474.A
Turcæ mulieres à beatitudine excludunt. 114.I
Turcarum principes Christianis Xenodochia quomodo extrui curarint. 350.H
Turcarum princeps Sultanus. 455.H
Turcæ videntur supramodum religiosi cum sua templa ingrediuntur & suum Haalla intonant. 406.E
Turris Ader vbi. 87.I.K
Turtures pudicitia, columbæ amore coniugali præcellunt. 107.B
Turtur contemplatiuam vitam designat. ibid.E
Turturum & columbarum differentia literalis & mystica. ibid.E.F
Turturi quid cum Christo. ibid.K
Tyberias à Tyberio nomen sortita antea dicta Genezareth. 523.C
Tyberias vnde nominata. 536.A
Typi nominis Iesu. 40.K
Typus sedis Christi in Dauide. 41.G
Typi cantici D. virginis. 49.B
Typi D. virginis. 51.E.F
Typus ecclesiæ & ipsius Christi in Iacob. 71.K
Typus ecclesiæ in rahab & ruth. 73.H
Typus Christi & ecclesiæ in Ioseph & Maria. 78.D
Typi eorum qui nomen Iesu prætulisse videntur. 95.D
Typus semper minor eo quod figurat. 120.A
Typus monastices in Ioanne. 133.E
Typus in mola asini. 218.E
Typus tentationis Serpens, Euatatio. 334.H
Typus primi hominis. 295.A
Tyrannis suspecta omnia. 120.D
Tyranni populum tributis exhaurientes contęplentur roboam & populi ab eo defectionem. 140.G
Tyrannorum mores in Herode. 207.H
Tyrannis vitiosorum principum. 209.G
Typus dispersionis & prædicationis apostolorum per vniuersum orbem. 516.I
Tyrannus plus terretur post mortem iusti quàm dum viueret. 518.F
Tyrus metropolis Phœniciæ. 436.D

V.

VAcca, Bos, Simia, Crocodilus dij apud Ægyptios. 384.A
Valentini & sectatorum error vnde processit. 196.F
Valentiniani, Apollinaristę, Marcionitæ cõfutati à Matthæo, 71.E. idẽ à muliere cõfutati. 470.E
Valentiniani heroicum factum. 271.C.D
Valentis Ariani crudelitas in sacerdotes. 417.B
Valens imperator hęreticus Catholicos oderat episcopos, & expellebat: intrusis Arianis. 485.H
Valles & montes quid. 132.E.F
Vana præmia & supplicia. 99. Variæ artes. ibid.
Vana spes. ibid.K
Vani dies hominis peccatoris. 56.D
Vanitas commenti contra Christum editi. 130.B
Vana gloria quorũdam ecclesiæ prælatorũ. 158.E
Varietas eorum qui sanctificantur. 32.C
Variæ liberationis species. 60.G
Variæ mundi ætates. 83.F
Varia Christi vocabula quid significent. 95.I
Varię Angelorum variis modis factę hominibus apparitiones. 99.A
Varietas loci in quem stella fertur aut aspectus. ibid.H
Varietas natiuitatum in vno momento occurrentium. ibid.I
Variarum nationum varia quadragesimæ obseruatio. 155.A
Variæ dæmonum affectiones. 253.K

Variis modis Christus repurgabit. 144.E
Varię hæreſes ex ſententia malè intellecta. 181.D
Varij hominum anfractus. 215.B
Varia lectio clauſulæ, poteſtatem dedit ei iudiciũ facere quia filius hominis eſt. 283.D
Variæ opiniones de beatitudine. 304.K
Varias ob cauſas Chriſtus miſit leproſum ad ſacerdotem. 414.A
Varia lectio huius loci ſapientia iuſtificata à filiis vel operibus. 435.B
Varij modi poſſidendi vitam æternam. 490.E
Variæ perſequutiones quibus territi Chriſtiani palam non audebant congregari ad audiendum Dei verbum. 511.F
Variis modis iuuatur eccleſiæ vexata nauis. 531.E
Varij ſignificatus carnis & ſpiritus. 571.A
Vaſthi ſuperba perdidit gratiam quam humilis heſter inuenit. 40.F
Vaſthi & Heſter diſſimilitudo. 54.F
Vbi conſpiratum eſt contra Ioſeph. 152.D
Vbi non eſt diſſimulandum. 185.I
Vbi amor ibi oculus. 227.K
Vbi multi ægroti ibi medicus. 253.E
Vbi neceſſitas vrget diſpenſatio excuſabilis, vbi vtilitas prouocat diſpenſatio eſt laudabilis. 292.G
Vbi eſt neceſſitas fures deeſſe nõ poſſunt. 380.H
Vbi theſaurus ibi cor regula generalis. ibid.K
Vbi deeſt auxilium humanum non deerit diuinum. 387.F
Vbi populus ibi & numeroſior iniquitas. 435.K
Vbi Chriſtus ibi ſecuritas vbi Sathan ibi periculum. 534.B
Vę his qui cùm non habeant facultatem peccandi, tamen adhuc habent affectum. 407.I
Væ Domini non proprię maledictio ſed diuinæ iuſtitiæ denunciatio erat. 436.C
Vectigal conſtitutum quid. 140.K
duplici Velamine Chriſtus teg batur inde velamine literæ hinc carnis pariete. 125.E
Velle manifeſtari opera in conſcięntia vt gaudeas laudabile, ſed velle hominibus manifeſtari propter gloriam vanam reprehenſibile. 202.B
Venalia non ſint eccleſiaſtica remedia. 236.E
Venatores quanta perferant pericula à præcipitiis, fluminibus & feris. 400.F
Vendentibus è templo eiectis & Nicodemo inſtituto quo ſe proripuit Chriſtus. 202.G
Venefici & incantatores Pharaonis Dei virtutem confeſſi ſunt. 458.E
Venefica Circe cibo obliuionis ſocios vliſſis in porcos dementabat. 485.K
Venire in aliquem locum dupliciter dicitur. 21.E
Venire ad Chriſtum quid. 441.B.C
Venire ad Chriſtum & credere in eum non differunt. 540.E
Venitur ad Chriſtum tripliciter. 545.A
Ventilabrum iudiciaria poteſtas Chriſti. 144.E
Ventilabrum diuinum iudicium. 219.D
Venti qui. 409.D
Ventus contrarius quid. 530.F
Vento hoc eſt proprium vt modò faueat, ſtatim aduerſetur. ibid.G
Venter pinguis ſenſum gignit tenuem. 291.E
Ventricolis nihil cum Theologia. ibid.E
Ventri neceſſaria ſuggerenda ſed non iucundiſſima. 321.D
Venter virginis beatus propter tria priuilegia aut tria miracula. 470.G
Venter aures non habet. 524.F
Ventricolarum parum tuta confidentia. 536.H
Ventura ira Romanam ſignificat obſidionem. 135.K
Vera Euangelia quo argumento ſunt diſcernenda. 1.K
Verbum opifex omnium dedit nobis quadriforme Euangelium. 2.B
Verbum quid. 5.C
Verbum imago patris. ibid.G
Verbum internum quid. ibid.K
Verbi varia acceptio. 6.C
Verbum emphaticum. ibid.D
Verbum diuinum in quibus differt à verbo noſtro. ibid.H
Verbi ſignificatione expedita quid ſit cognoſcendum hîc in principio erat verbum. 7.D
Verbum principium & in principio. ibid.F
Verbi quotuplex acceptio. 5.C
Verbum in Spiritum Sanctum quid. 459.G
Verbum quomodo in nobis habitet. 26.C
Dei Verbum primùm in patre abſcõditum poſtmodum in ſcripturis. 490.B
Verbi æternitas concluditur ex dictione erat. 8.E
quomodo Verbum erat apud Deum. 9.F
Verbum ſubſtantiale. 10.G
Verbum diuinum genitum eſt & manet. 10.H
Verbum primogenitum. 13.C
Verbum cauſa eſt rerum quantũ ad fieri & quãtum ad conſeruationem. 14.H
Verbum cùm viuificet omnia, cõſequitur ipſum Deum eſſe. 15.K
Verbum cur dicitur ſplendor aut fulgor. 16.E
Verbum nouerunt celebriores Philoſophi. 17.D
Verbum quomodo hic erat & huc veniat. 21.D
Verbum carnem aſſumens non eſt alteratum. 23.D
Verbum nullo modo mutatum eſt. 24.D
Verbum Dei cur ſit incarnatum. 25.D
Verbum inter nos conuerſatum. 26.G
Verbum quomodo habitat in ſanctis & quomodo in Chriſto homine. ibid.G
Verbum nullum ſuperfluum in ſacra hiſtoria. 36.B
Verbum quid ſignificet apud Lucam capite ſecundo. 44.F
Verbum Mariæ confertur cum aliis ſimilibus. 51.D
Verba Iyæ nato ſibi filio rubem. ibid.D
Verbum cur debuerit incarnari. 83.B
Verbum intus priùs operatur, ſequitur vocis officium. 130.H
Verbum quomodo factum ad Ioannem. ibid.I
Verborum Iſaiæ explicatio. 165.G
Verbum Dei quantæ virtutis. 157.B
Verbum Dei eduliis corporeis præponendum. ibid.C

Verbum Dei quomodo discernetur cùm illud etiam à Sathana allegetur. 159.I.K
Verba Christi quomodo ad humanam naturam referuntur & quomodo ad diuinam. 284.D
Verbum Dei lucerna. 318.I
Verbum Dei an sit aduersarius noster. 331.H.I
Verbum Dei, Gloria, Gratia, & SSanctus dicuntur cibus & potus in scripturis. 419.F
Verbum substantiuum est propriè sumi debet in actione cœnæ. 548.F
Verbis Christi error Iudæorum condemnatus. 466.F
Verbum Dei quomodo seminetur in nobis. 479.E
Verbum Dei prædicãdum & excipiendum cum tremore. 486
Verbi minister plus moueri debet vtilitate publica quàm offendi iniuria domestica. 493.F
Verba fuere apostolis pro armis. 508.G
Verbum aliud enunciatiuum aliud effectiuum. 556.D
Verecundia. 261.H
Vera sapientia est essentia. 13.G
Verum quibus opponitur. 19.B
Veræ lachrymæ ab interiori trahuntur. 451.C
Veræ contradictoriæ quid. 560.D
Verè cibus hoc verè vrget aduersarios. 561.D
Veritas assumptæ carnis primò statuenda est fidelibus. 69.I
Veritas assumptæ naturæ per circunciſionem manifesta. 94.H
Veritas quid. 201.I
Veritas vbi inuenitur. 126.G
Veritate nihil clarius aut potentius, mendacio quantumuis obrecto nihil imbecillius. 202.E
Veritas omnium rerum à Deo nobis datarum prectosissima. 207.C
Veritas sui necat baiulum. ibid.
Veri adoratores qui. 216.F
Veritatis commendatio. 220.H
Veritatis præco palam prædicare debet. 239.B
Veritas infestata se magis exerit & hypocrisim magis detegit. 254.I
Veræ diuitiæ non in possessionibus sed in virtutibus. 320.D
Veritas respondet signo & gratia sacramento. 323.F
Veritas iuramento necessaria. 341.H
Veritas vbi certa non est opus iuramento. 341.C
eũ qui velit Veritatis particeps fieri cõuenit habere non solùm linguã sed aures castas. 395.F
Veritatem aliquando ab hypocritis prædicari. 404.C
Vera virtus in amore est non in ostensione miraculi. 407.B
Veritas sacramentorum non pẽdet ab humana virtute. ibid.C
Veritas à quocunq; dicatur nõ negligẽda. 451.A
Veritas abscondita. 490.B
Veritas carnis Christi ex eo quod ipsa panis nomine intelligitur, non negatur. 567.A
Verus pœnitentiæ ordo. 414.H
Vera manducatio veræ carnis. 555.C
Verus cibus in Adamo, Mose, Christo. 559.B
Vera veræ vitæ nostræ causa. 565.C
Verratus Carmelita. 52.E
Vespasianus & Domitianus cur omnes de domo Dauid inquiri iusserunt. 37.B
Vespasiano & filiis præsentibus dæmon expulsus à corpore. 458.B
Vestis baptisatorum cur alba ex ritu. 57.K
Vestes & fastus non faciunt regem. 89.I.K
Vestes monasticæ. 133.E
Vestes Christi asseruatæ propter insitam illis virtutem. 262.B
Vestitus ouium quis. 401.I
Vestimenta ouium quæ. 402.C
Vestitus Ioannis quod asper fuerit contra hæreticos. 428.G
Vestis vndulata in deliciis. ibid.H
Vestimenta Christi virtute redundant. 534.F
quod Spiritus Sãctus apparuit in specie columbæ respondet figuræ veteris testamenti. 170.K
Veteribus sacrificiis velut vmbris quomodo succedit veritas. 256.C
Veteres variis harmoniarum modis mouebant affectus. 433.E
Veteres videbant Christum spiritualiter quem videre cupiebant corporaliter. 556.A
Vexatio triplex. 500.H
Viam fidei præparauit Ioannes in heremo & viam charitatis vt lucerna docuit. 67.E
Via salutis vnde requirenda. ibid.I
Via pacis pura conuersatio. 68.G
quæ Via Domini. 132.F
Via ista quid. 332.K
Via ad vitam quomodo arcta quę tot vocationibus est diuisa. 399.I
Via ad vitam quomodo arcta cum Christus dicat multos ab oriente venturos. 418.K
Viæ multæ ducunt ad perditionem. 68.H
Vicini & inimici. 355.G
Vicis nomine quid intelligatur. 29.B
Viciſſitudo nulla vbi sacerdotium perpetuum intelligitur. 30.G
Viciſſitudo magna exacta hac vita. 54.I
Victor Capuanus. 454.G
Victus vnde nobis contingat. 157.B
Victus & vestitus Christi & Ioannis dispares. 163.E
Videre sermonem quid. 3.A
Videre aut corporaliter aut spiritualiter sumitur. 27.G
Videre verbum melius quàm videre puerum. 91.K
Videre salutare Dei non soli Simeoni datum sed omnibus qui in veritate diligunt ipsum. 110.K
Dominum Vidisse prothoparentes sub ficu quid significat. 177.B
Vidua Sareptana laudabilis. 115.F
Viduæ culpantur otiosæ & vagæ. 116.A
Vidua qualis eligenda ad ministerium ecclesiasticum. 237.I
Viduarum semper misertus est Dominus. 421.G
Viduarum vnde multitudo. 496.I
Viduitas commendabilis. 497.E

Viduas decet orare, ieiunare, & piis se officiis exercere. ibid.F
insignes Viduæ. ibid.F
Vigiliæ pastoribus necessariæ. 88.A
Vigilandum contra lupos. 401.K
Vigilantius reliquiarum venerationem idololatriæ tribuebat. 456.D
Vigiliæ nobis necessariæ. 485.A
Vilis & abiecta hominis natiuitas. 23.B
quò Vilior est persona pastorum ad prudentiam eò precioſior est ad fidem. 92.G
Villagagno Eques contra Caluinistas scripsit. 558.I
Vim facimus Domino non compellendo sed flendo. 431.G
Vincentius Lirinensis. 41.D
Vinculum matrimonij manet etiam dimissa vxore. 339.H
Vindicta non prohibetur quæ ad corruptionem valet. 347.B
Vindicta martyrum plena misericordiæ & iustitiæ. 351.G
Vindictã etiam in quantumuis reprobũ sine nominis diuini dispendio appetere non possumus. 364.C
Vindicta peccati iustitiæ fructus est. 405.E
Vinum mysticum triplex. 181.B
Vini proprietates. 403.G
Vinum & saltatio duplex incendium voluptatis. 519.H
Vinum quod cum mensura emitur sine mensura bibitur. ibid.K
nulla Violentia contra Dei verbum. 209.C
Violenti qui sint. 432.B
Violentum quid. 431.E
Violentia laudabilis. ibid.H
Viperis parricidæ comparantur. 136.A
Viperarum cum Pharisæis similitudo in tribus consistit & quæ sint illa tria. ibid.C
Vir etiam dici potest qui fœminam non attigit. 105.A
Viri tres celeberrimi 40. diebus ieiunant. 153.I
Viri insignes arte mulierum turpiter prolapsi. 209.A
Vir muliere superior. 214.D
Vir multinubus. 215.A
Vir cur potiùs exprimitur in peccando. 335.A
Viro liceat ne vxorem dimittere, & cur liceat. 337.C
Vir qui fuit leno vxoris non potest eam dimittere fornicationis causa. ibid.F
Vxori an liceat viro diù absente alteri nubere & ad reuersum maritum diuertere sine labe adulterij. ibid.G
Vir non potest dimissa vxore alteram ducere. 338.D
helisæi tempore quatuor Viri leprosi steterunt in porta Samariæ. 497.K
in Virga egressa de Iesse virgo Maria prædicta est. 71.D
Virga patrem, flagellum Dominũ, gladius principem illustrat. 345.D
Virga quid. 504.G
D. Virgo Maria testis mysteriorũ Euangelij. 2.K
Virgo cur desponsata. 37.C
Virgo Maria templo dicata. ibid.C
D. Virgo gratia plena contra hæreticos. 38.D
D. Virgo aliter, aliter apostoli pleni gratia, aliter Christus. ibid.G
Virginis triplex commendatio. 39.K
Virginem matrem præstitit gratia non natura. 40.I
D. Virgo plena erat gratia, & tamen in eam rursus superuenit SSanctus. 42.G
Virginem parere aut sterilem esse omnipotentię opus est. 44.B
D. Virgo optat fieri mater. ibid.I
Virginem nihil remoratur ab officio. 45.I
Virginis factum confertur cum aliis. 46.B
Virginum officium parere & obsequi senioribus. ibid.C
Virgo Deo consecrata mulieri mundo deditæ præferenda. ibid.E
Virgo duplici nomine beata cur Christum in vtero gestauit & cur credidit. 48.A
D. Virgo Iesum saluatorem Deum agnoscit. 49.K
D. Virgo desiderabat videre Christum. 50.A
Virgo Maria non fuit vilis & abiecta coram Deo. ibid.E
D. Virgo beata propter meritum castitatis, sed beatior propter consilium virginitatis, beatissima ob priuilegium fœcunditatis. 51.E
in D. Virgine quæ magna facta sunt. ibid.G
D. Virgini qui detrahit idem facit prophetis, patriarchis, Euangelistis imò ipsis Angelis. 52.D
Virgo agnoscit se à Deo sanctificatam & omnia ei accepta refert. ibid.F
Virgo cur in generationum cathalogo sileatur. 71.B
Virginitas cum matrimonio stare potest & est proxima sanctitati. 78.A
Virgo M. quale votum emisit. ibid.F
Virginitas Mariæ perpetua probatur. 79.E
Virgo cur non responderit mœrori Ioſephi. 80.B
Virgo cur magis de SSancto quàm de patre concepisse dicatur. 81.D.E
Virgo cur è Nazareth venerit Bethleem. 83.D
Virgini cur in partu nullus dolor. 86.B.E
Virginis partus probatur cõtra Gentiles. ibid.C
à Virgine apostoli audierunt & ipsa dictãte scripserunt. 92.H
Virgo M. quomodo mulier vocetur. 104.K
Virgo mater est signum cui contradicitur. 113.G
Virgo an inuentum filium increpauerit. 127.B
Virgines sacræ an B. virginis exemplo nuptiis interesse possint. 189.A
Virginitas & nuptiæ ad salutem. ibid.D
Virgini vnde tanta fiducia vt filium ad miraculum instiget. ibid.H
Virgo sæpe in scripturis mulier appellata. 181.H
Virginis Mariæ fides in Christum. 182.K
D. Virginis Mariæ conductus valde celebris. 422.B
Virgines velatæ cur tondeantur. 447.K
Virginitatis status perfectior statu viduitatis aut coniugij. 476.B

Virgo Maria priùs Christum mente quàm corpore concipere debuit. 556.B
Virtus baptismi. 22.B
Virtus diuina attendenda in cõceptione Christi. 42.H
Virtuti diuinæ nihil impossibile. 44.F
Virtus verbi in sanctis mysteriis. 46.K
Virtus omnis per iustitiam potest intelligi. 66.F
Virtutes ieiunij. 115.I
Virtus baptismi à spiritu sancto. 194.G
Virtus fidei. 223.B
Virtus vbi sanat, ibi languor vestigium non relinquit. 237.I
Virtus Christi in carnem & vestimenta. 262.A
Virtus qua pater operatur est filius. 278.I
Virtus Christi quando ex eo exire dicitur. 304.B
paupertas spiritus parens & generatio Virtutũ. 305.G
Virtutis splendor facit hominem insignem atque perspicuum. 319.E
Virtutis opus plus consistit in modo quàm in facto. 353.I
non Virtus sed causa virtutis apud Deum mercedem habet. 354.G
Virtute quis disrumpit iniquitates. 391.K
Virtus qua Apostoli faciebant miracula vnde pendebat. 412.C
Virtutes Christi cur portentificæ vocentur. 426.I.K
ad eundem actum Virtuosum multæ virtutes concurrere possunt. 453.A
Virtutem excedit humanam messores spirituales in hanc messem ablegare. 501.E
Virtus Eucharistiæ. 540.F
Vis verbi Christi. 229.G
Virtus Christi etiam in vestimentis. 534.F
Vis illata vxori, eam à viri diuortio defendit. 337.H
Vis maior verborum quàm armorum. 356.D
Vis verborum nisi manducaueritis. 554.A
Vis maior vnionis personalis quàm eius quæ fit per gratiam. 566.A
Visio Ezechielis prophetæ. 2.C
Visio Zachariæ. 155.H
Visio piscatorum. 228.G
Visitare quid. 60.D
Visitatio pro Christi incarnatione. ibid.D
Vita erat lux hominum, tria per hanc sententiã significantur & quæ. 16.B
Vitæ sanctitas in triplici expenditur. 115.A
Vita æterna quid. 198.H
Vita nostra nautica. 242.H
Vita vera quid. 281.E
Vita quotuplex. 282.A
Vita æterna in quo consistat. ibid.I
Vitam dare filio quid sit. 283.A
Vita æterna cur vocetur misericordia. 311.B.C
Vita contemplatiua & actiua duo oculi. 336.E
Vita humana quotidiana. 369.D
Vita præsens militiæ comparata. 371.C
cur in hac Vita militamus. 388.K
Virtus præsentia delectabilium tristatur & lætatur absentia. 399.A
Vita rigida & prædicatio austera malè habitant in palatiis. 429.B
Vita præsens est tantùm vitæ imago. 540.C
Vita mundi quid. 549.B
Vita nobis communicatur per communicationem realem carnis Christi. ibid.F
Vita realis realem cibum & realem manducationem declarat. 557.B
quomodo caro quæ non est æterna dat Vitam æternam. ibid.H
quomodo Christi caro sit Viuifica. ibid.
Vita æterna nobis ex Christi carne. 558.B
Vita æterna nobis ex carne Christi. ibid.C
Vita æterna in carne nostra. ibid.
Vita per vnionem. 562.B
Vita cuiusmodi detur corpori nostro per animã & quæ per ipsam Christi carnem. 564.F
Vita æterna etiam corporibus communicatur. 566.C
Vitam hanc transitoriam quanti faciamus. ibid.E
Vitanda nimis anxia cura de verborum ordine. 508.K
duo Vitia inter se opposita sunt in diuitiis. 480.K
Vitia prælatorum causa persecutionis. 529.I
Vitiosa de se non sortiuntur bonitatem fine bono. 468.C
Vitis & vua quid. 403.E
Vitium quandoque habet speciem virtutis, & ipsum mendacium veritatis. 163.A
Vitium & iustitia scriptoris. 483.K
omnes labiorum Vitulos & gratiarum actiones offerre debent. 356.H
Viuificare animas quæ non viuunt & mortificare quæ non moriuntur quid. 410.E.F
Viuifica est caro Christi. 423.B
Vlpianus contra publicanos. 140.F
Vlcio diuina in eos qui excludunt verbi Dei ministros. 505.K
Vltima tentatio vt fuit aliis superbior, ita grauiùs à Christo refutata. 162.E
Vmbra & veritas quid. 323.A
Vmbræ mortis apud gentes. 224.H
Vna quadragesima tantum ieiunandum est. 258.D
Vna lex præcipiebat nullum fieri opus in sabbatho, alia iubebat scindi ligna & fieri sacrificia. 293.B
Vna est mysteriis sanctificatio Domini & serui, nobilis & ignobilis. 567.H
Vna Christi nauis. 536.A
Vnctio Christi qualis. 70.C
Vnctio in Christo non solùm officium sed & humanitatem declarat. 494.K
extrema Vnctio fuit ante Christi passionem instituta. 517.A
Vnde venerunt Magi. 97.F
Vnde conuersio Phariſæorum. 136.H
Vnde tam multa Christi fama. 221.C
Vnde facta est natiuę dictionis hebraicæ in alienam mutatio. 265.C
Vnde vita æterna. 281.G
Vnde multitudo maritima confluxit ad Iesum. 303.H.I

Vnde cognoscimus quem diligere debeamus. 545.B
Vnde fit vt quidam accipiant Christi carnem & non vitam. 557.K
Vngi non potest (propriè) nisi creatura. 41.G
Vnguentum mysticum. ibid.F
Vnguentis an liceat profundi. 376.K
Vnguentum cur peccatrix obtulit. 446.E
Vnguentorum vsus. ibid.G.H
Vngere caput, lauare faciem Metaphorica locutio. 377.C
Vnigenitus sæpè pro dilecto sumitur. 150.C
Vnigenitus sæpè in scripturis vnicè adamatus. 199.D
Vnigenitus Deus doctrina demonstrationis nõ indiguit. 279.E
Vnigenitus solus est Dei filius per naturam, cæteri omnes per gratiam. 27.A
Vnitas Dei quomodo euincatur. 456.K
Vnionis personalis quanta vis. 566.A
Vniuersorum hominum alij hîc & ibi supplicia dabunt, quidam hîc tantum alij in futura tantum, alij nec in præsenti nec in futura vita. 461.G
Vnitatis nostræ cum Christo virtus. 563.K
Vnitatis virtus & efficacia quanta. ibid.
Vnum & solum peperit filium Emmanuelem sancta virgo. 85.H
Vnum baptisma nunquam iterabile quomodo probent aliqui ex patribus. 498.D
Vnus & idem fuit filius virginis & filius Dei. 43.K
Vnus idémque Deus natus sine conceptione, & sine creatione factus est homo. 81.C
Vnus Deus veteris & noui testamenti. 494.D
Vocatio Ioannis & Iacobi. 229.E
Vocatio Gentium & Iudæorum. 483.E
Vocatio Gentium. 497.H
Vocatio Apostolorum secunda ad pleniorem fidei confirmationem. ibid.I
Vocis nomine quæ Ioannis sunt exprimuntur. 165.C
Vocis & verbi differentia. ibid.D
Voce Syriaca Christus vsus est. 265.A
Voces hæ caro mea verè est cibus expenduntur. 561.F.G
Volatilia carent sollicitudine asseruandi cibos, obiectio de sollicitudine cum solutione. 386.H
Volucres hæ quid habent mysterij. 107.C
Volucres cœli dæmones. 475.C
Volucres cœli quandoque deditos contemplationi significant. 482.G
Voluntas nostra libera si pia. 66.C
Voluntas bona quę. 91.F
Voluntas hominem discernit. ibid.G
Voluntas Dei in nos propensa debet nobis esse indubitata. 273.D
Voluntas Dei quam fecit Christus & docuit quænam est. 366.E
Voluntatis corruptæ exemplum. ibid.F
Voluntas Dei vt terrena cœlestibus cedant. ibid.K
Voluntas vt sit bona quid requiratur. 382.A
Voluntas impia causa peruersi iudicij. ibid.E
Voluntas nulla nititur præcedere rationem nisi impia. 392.E
Voluntas est in bonis, in malis & flagitiosis cupiditas propriè dicitur. 398.B
Voluntas mala vnde orta. 405.H
Voluntas Dei prima omnium entium causa, causam non habet. 439.F
Voluntas Dei duplex. ibid.H
Voluntatem Dei facere quando dicimur. 541.K
Volũtas sumitur sæpe pro signo volũtatis. 541.K
Vomitus canis quid. 395.E
Voracitas quid. 395.D
Votum virginitatis Mariæ. 42.C 78.F
Vtorum ratio. 340.E
Votum edituri capillum tundebant. 448.A
Vox tonitrui Dei vox prædicatorum. 4.E
Vox paterna in Christi baptismate an fuerit à pluribus audita. 147.G
Vox spiritus euangelium est. 195.A
Vox serpentina Pharisæorum. 254.E
Vox patris qualis, cùm sit incorporeus. 287.K
Vox, Attendite, quando scripturis vsitata. 354.A
Vox occidi non potest sed magis clamat corporis angustiis absoluta. 521.B
Vox prædicatoris inefficax nisi Deus interius instruat. 545.B
Vrbes sale aspersæ. 316.B
cur Vrias nominatus in genealog. 74.D
Vrsatius seditionem mouet vt primatum obtineat. 158.E
Vsque quomodo sæpe accipiendum. 82.E
Vsque ad tempus Herodis domus Iuda præfuit Iudæis. 98.A
Vsus cantici Simeonis. 111.H
Vsus funerum antiquissimus. 422.B
Vsus parabolæ Christo frequens. 449.I
Vt sapere ita diuinare regale putabatur. 97.D
Vt non semper dicit causam sed sæpè consequẽtiam. 114.F
Vt agendum in hæreticos. 185.K
Vt sciat pro vt scire faciat. 370.D
Vt lucernæ sic oculus corporis & intentio mentis. 468.B
Vtendum cibis cum Dei verbo. 157.A
Vterque panis patribus etiam communicatus. 535.C
Vtilitatis retardatio detrimentum adfert. 173.D
Vtraque species non necessaria. 552.K.553.A
Vtres pelles caprinæ & hircinæ. 259.A.B
Vtres veteres Iudæi, noui vtres sunt Christiani. 259.B
Vtriusque testamenti differentia. 219.K
Vtrisque illuxit Christus & Iudæis ambulantib⁹ in tenebris, & Gentibus sedentibus. 224.H
Vtrum ex consensu liceat fornicari. 337.I
Vua in sese habet Christi mysterium. 403.K
Vvaldo Lugdunensis suos cõterraneos infecit. 496.G
Vvuitclephus hæreticus negauit verũ fuisse matrimonium inter Ioseph & virginem. 78.H
Vvitclephus miracula velut inutilia explosit. 464.K
Vvitclephus Anglus patriam infecit. 496.G

Vulgus hominum pronum ad malè ſuſpicandũ & malè loquendum. 38.D
Vulpes viribus infirma, calliditate potens. 240.C
Vulpis deſcriptio. ibid.C
Vulpes quid ſignificet. ibid.
Vxores eiuſdem tribus quarum & viri. 29.C
Vxor dimitti poteſt ob fornicationem & cur. 337.D

X.

XErxes quàm gratam habuerit aquam à piſcatore ſibi ſitienti oblatam. 516.E

Z.

ZAbulon & Neptalim captæ & ductæ in terram hoſtilem. 224.C
Zacharias vitæ integritate inſignis, cuius mentione afflictis accreſcit conſolatio. 28.G
vnde deſcenderit & quomodo iuſtus dicatur. 29.B.E
an fuerit ſummus ſacerdos & quàm templi partem ingreſſus ſit. 30.B.H
Zacharias qua parte peccauit eadem pœnas luit, & cur obſurduit ac obmutuit quidue eius ſilentium portendebat. 34.A I H 58.G
Zacharias Monticola 35.A
cur non eſt ſalutatus. 46.H
Zacharias memorem Dei ſignificat quo nomine permulti fuere donati. 57.B
quomodo mutus popoſcit pugillarem, & quouſque mutus, quoue modo ſermo illi reſtitutus. 57.E G 58.E
Zacharias Propheta & ſacerdos. 58.G quomodo ſpirituſſancto plenus. 59.E de Ioanne prophetat. 66.K
Zachariæ & Elizabethæ coniugium nihil præiudicat ordinationi eccleſiaſticæ de celibatu ſacerdotibus ſeruando. 236.K
Zachæus publicanus malè parta bene reſtituit. 141.F
Zaga zabo Æthiopum Epiſcopus. 553.H
Zebub quis. 455.I
Zelus Iudæorum indiſcretus. 275.K
Zelus quomodo ſumitur, quotuplex, Zelare ſe pro aliquo, quantum obeſt indiſcretus. 186.I K 187.A
exempla Zeli falſi. Zelus Policarpi. 187.A
Zelus quid. ibid.B
Zeno imperator quantum Euãgelio D. Matthæi detulerit. 4.A
Zeno verbum agnoſcit. 15.I
Zeno ſtoicus dolorem omnino malum eſſe negauit. 313.H
Zizania cur ſchiſmaticos ſignificent. 144.F
Zizania vnde fiunt. 484.K
Zizania tritico ſimillima. 485.B
Zoroaſtis riſus quid portendebat. 59.G
Zona pellicea quid. 133.G
Zorobabel quantus apud Darium. 76.G

FINIS.

ERRATA CORRIGITO.

Primùm emendandi aliquot foliorum numeri, 9.45.46.55.56.57.246.309.366. 530. 531. 568. in aliquibus exemplaribus.

Fol.7.H.10.& 11.ἀρχὴ, ἄρχοντες.14.B.9.quis eum. D.9.quidam.16.A.filius vita.17.A.7. non compreh. 19.C. primæ.24.E.7.mediator Dei.26.K.8.vidimus, quam & idcircò atteſtari poſſumus, quia vidimus, & ab.28.D.7.in marg. Cur reg.35. B.7.rugis membra med.39.A.3.indicādi.46.B.Betuliam E.7.muliere mundo ded.53.K.9.quodam manuū tac.55 A.3.Pſ.72.Ipſi.D.9.quoniam ego aud.56.A.2.aggred.B.2.didicim.C.5. complentur.D.10. quem.E.9.ἐξοικει. 10.eiuſdem gen.62.H.blandiatur.71.I.4.lenis.74.G.3.ipſam.76.G.Ad eius.85.D.6. releuare.88.D.5. ſelig.74.K.4. Gal.2 &c.tu cùm Iud.98.D.9.De quo.100.A.6.indicium.D.4. indicio.I. 4. lactentem.101.E.4. referendas.105.G. Chriſtifera ſtabulum.I.12.fuiſſe pateat.110.I.2.miſericordia vbeii,cum.113.A.8.attulit ruin. 117. H. 11. factam ſec. 118.F.5.manufacta eor.128.G.11.protenderemur.129.K.erat,& Iudæorum gens pro.130.C.11.filio Her.132.H.3.tacita cog.133.G.6.quibus dignus non.136.D.4.timor diuini iud.137.C.9.ſe licita 141.K.12.concuſſeritis. 142. F.3.expectabat,non.145.C.3.conterenda eſſ.146.F.3.Sic ergo.154.G.11.plenas, ante ſ.155.D.7.Propheticorum or.160.C.5.audendum.176.G.7.noluit eum.178.A.2.qui nobis.182.E.12.poſſe 186.E.3.quibus acrius dam.188.H.7.aliquid volenti hoc.190.E.4.eſt,non omnia.202.F.in fir.212.E.10.Sunam.219.B.5.meſſis corporea.K.2.tamen quod ſub. 220.K. 10. domum ſuam.225.B.6.vitæ.226.I.9.conſuetudo:infirmitas verò.239.A.3. præſentia carere. 241.E.9. diſcipulus. 248.E.5.timebat iſte.250.A.cenſere deb.251.F.6.pronunc.255.C.4.ſuſpicabitur. 261.G.11. iuxta elec. 264. G.2. apio. 267.F.3.quæ illis ſunt grata,perf.vt quis.272.I.3.laceſſere.274.I.6.deport grabati 286.E.3.omni fæce.291.E.8.pinguis ſenſum gignit.in marg.Eſuries freq.307.D.6.mole.308.D.9.emergit. 309.E.5. expetendum.7. dicit.314. li.vlt. in quod.316.A.nec auferes.320.I.3.momētaneam.322.K.5.qualis à Chr.330.B.10.ad eum.343.G.11. adulterinum.349. C.5.oderint.350.E.2.Hiebuſ.I.deuincire.355.E.6.inuitentnr.367.K.6.Panis.371.A.2.ereptus eſt.Audi.375.G.5.Ioab. 377.F.10.marceſcit.379.E.5.auferet.in marg.Nulla in. 380.G.9.anxius.K.7.congerendis. 383.A.3. venenato.384.D. 10.nos non.385.G.8.fit iuſto.I.3.quantam.387.F.vident nec.393.F.6.talem.395.B.4.hoc non pr.396.A.8.quoad hæc. 400.F.2.laborib.401.D.5.illuminentur.I.11.feri.402.E.10.Indum.409.I.10.& non fa.411.A.2.ſecuræ.412. I.3. cum Hel.413.F.8 expellitis.10.diſpoſ.414.F.3.ſci.in cib.415.A.6.illam.419.H.10.vermium. 424 D. 11. docendis diſcip. H.7.naſceretur.431.H.4.ipſe eſt.438 G.4.Dominium.439.C.7.qui cl.442.C.5.Probatiorem.D.2.effectum nō hab. 445.E.3.ſorore,Ph.452.D.8.factu.457 G.Apollonium I.in marg.obed.hominib.460.H.9.ſatis di.461.I.4.Nullus. 462.K.5.verbi,ſed ci.467.E.11.myſticè Reginæ.468.C.11.ordinatis.474.F.5.arando.498. E.7. innocentis. 512. D.6. vilitas.H.8.ab A.K.4.conſeruanda.515.A.9.peperc.516.E.nunquam.518.F.5.Obſeruat.520.K.in marg. Sibyllæ. 525. K.12.noſſe.526.G.8.hoſp.531.H.8.decantans,mil.538.K.5.hac ſua.546.D.3.nullam.554.D.9. manduc. 556.E.10. fictus.567.A.4.ipſa panis no.571.B.infidel.572.A.8.dare ſp.

BIBLIOTECA PROVINCIAL Y REGISTRO DE LA PROPIEDAD INTELECTUAL - PALENCIA -


2.440


BEYS.
37